

R. = 18.960

[R-1397]

Rel. de Regro de la comp^a de Jesus de Granada

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24

SECUNDA QVARTAE

Doctoris fratris Martini Ledesmi,


in insigni Conimbricensi Academia
publice professoris, atq;
in sacra Theologia
primarij.



*Por comission del Rey de Portugal se corrigio y se hizo un libro conforme
al original de este año de 1692. J. de S. ...*

CONIMBRICAE.

Apud Ioannem Aluarum typog. ...
Anno M.D. LXXIII.
se Januarij.



R. = 18.960

[K-7397]

Regio de sacros de Jesus de Granada

SECUNDA QVARTAE

Doctoris fratris Martini Ledesmi,


in insigni Conimbricensi Academia
publice professoris, atq;
in sacra Theologia
primarij.



*Por comission delos señores de la corte de la casa de la imprenta
de esta universidad de Granada de 1632.*
M. Ledesma

CONIMBRICAE.

Apud Ioannem Aluarum typog. *peritiam prima.*
Anno M.D. LXX. *na.*
se Januarij



ILLVSTRISSIMO DOMINO, AC REVERENDIS.
 præfuli, domino Iuliano Albenfi, Episcopo Portalegrensi: su-
 us frater Martinus Ledesmius salutem pluri.



AVD nescio, præful clarissime, quàm sit liber hic impar, ut tue dominationi nuncupetur, aut ad te mittatur: veruntamen cum bimarum literarum sis amantissimus, & cum mecum soleas, quæ tua humanitas est, hoc ipsum exposulare, cur ea quæ in gymnasio publice dictabam, quæq; auditores tumultuarie & confuse membranæ excipiunt, non aliquando exacta & polita, prælo committerem: ne, ut sit, ex varia auditorum scriptura, nos etiam varij & inconstantes in vera theologia videamur: & sic occasionem errandilectoribus præbeamus: animo subijt has Dom. tuæ lucubrationes & curas posteriores exhibere, ex quibus qualia nos cætera præstare possimus, facile conicias. Atq; adeo, aut rigorem tu in bēdi remittas, si indigna iudicaveris hæc, ut in lucem prodeant: aut si diversa forte steterit sententia, timorem ego temperem obsequendi: verior namq; ne hoc me quoq; nomine traducere pergas, quem sane & imperio & expensu, ut hoc opus tentare possem, monisti: tuum certe studium fuit, tuæq; prorsus auctoritas. Adco enim Dom. tuæ animo sedit, cum literarum omnium, tum maxime sacrarum studia fouere & locupletare. Quis nescit quanta diligentia inquiras probos, atq; sacerdotes doctos, quibus sacerdotia & animarum curas, quæ ad tuam spectant ditionem committas? eosq; residere facias: stipendiaq; illis etiam si opus sit, ex tibi necessarijs, augeas? Vnde quantulumcumq; nos accessionem ad prædicta studia facere possimus, non neglexeris. Enim uerodum fidem hæc ratione religionēq; sanctissimè colis, nihil aliud agis, quàm quod tibi & tuis gentile est ac domesticum institutum. Ob hoc namq; apud nostrates clarissimus haberi, quod præ te semper tuleris, fidei Christianæq; religioni, honorem & cultum summa obseruatione deferre. Hac ratione quàm sis de Christiana republica bene meritus, constat cunctis qui tenouerunt: nam multo labore, assiduo studio, varia circa pia & pauperes exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, presentissimo consilio, hæc omnia per totam vitam pertractasti & absoluisisti: curaq; præcipua semper in te sita fuit, ut veritatem, pietatem, fidem, religionem, moribus & literis, omni auctoritate & studio asserere, extollere, & ampliare. Cum igitur ego (cuius officio publico interest gratias referre) vnde aut quod referam, nil gratius vel tibi iucundius rependere possum, quàm literaria hæc munuscula: quæ quantulumcumq; sint, acceptare, ut reor, non dedignaberis: quandoquidem non minus regia est, exigua libenter accipere, quàm ampla magnifice tribuere. Deum omnipotentem ego totis viribus præcor, ut Nestoreos annos vitæ tuæ apponat, ut illi placeat, & cuncto populo Christiano exemplo religionis, & vitæ inculpatæ esse ac prodesse possit.

Vale præful illustrissime.

¶ Ad lectorem.

Quid te diuexant tam multa volumina lector?
 Si sapias, ex vno hoc discere cuncta potes.
 Si placitūq; Dei tu, Pontificum quæ teneris:
 Hoc potes ex vno discere cuncta simul.
 Hoc potes ex vno pectus ditare, crumenamq;
 Expensis modicis emaciare minus.
 Quin etiam dulcis captas compendia vitæ:
 Quam multa vti blattæ char. comesse solet.
 Theaurum hūc tibi Martinus Ledesmius offert:
 Multorum lucris editus ille pijs.
 Atq; suas longo quæsitæ tempore merces
 Dat cunctis hora posse tenere breui.
 Ergo age, nec nummo, neq; honesto parce labori:
 Exiguū impendes: grandia lucra feres.

LITERAE APOSTOLICAE IN
 fauorem operum præfati authoris Doctoris
 fratris Martini Ledesmi.


Paulus Papa. IIII.



ILECTE fili, salutem & Apostolicam benedictionē. Exponi nobis nuper fecisti, quòd cū tu ad cōmunem omnium, & præcipue sacræ pagine studiosorum utilitatem nōnulla opera à te cōposita; videlicet super quarto sententiarū, & secūda secūda diuinae Thomæ, imprimi facere intendas: dubitasq; ne huiusmodi opera postmo dū, absq; tua licentia passim imprimantur: & tuorum laborū premio frustreris. Pro parte tua nobis f. humiliter supplicatum, ut tibi in præmissis, opportunè providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur tuæ indēnitæ cōsulere volentes, te que à quibusuis ex cōmunicationis suspēisionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sentētijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occasione vel causa salatis: si quibus quomodolibet innotatus existis, ad effectū presentium dūtaxat cōsequendum: harum serie absoluentes, & absolutū fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: te ne opera ipsa: dūmodo illa per venerabilē fratrem Episcopū Cornubricen. seu dilectū filium in partibus illis hereticæ prauitatis inquisitorē, tanquā catholicæ approbentur. Ex tunc postmo dū post decennium, post illarū impressionē, à quocunq; alio quā per te ad id eligendi librorū impressore, sine tua vel eligendi impressoris licentia, imprimi, aut cōdici, seu venalia teneri possint: auctoritate apostolica per presentes: ex certa nostra sciētia concedimus & indulgemus. Inhibentes omnibus & singulis vtriusq; sexus Christiani fidelibus; ubiq; tā in Portugallie et Hispaniarū regnis, quàm extra existentibus, præsertim Bibliopolis & librorū impressoribus, sub ex cōmunicationis laticæ sententiæ. In terris verò sanctæ Romæ ecclesiæ mediatē vel imediatē subiectis, et sub quingentorū ducatorū auri, et in super amissionis librorū pœna, toties quoties cōtrauētū fuerit; se facto incurrēda, nē intra decennium ab impressione dictorū operū cōputandum, opera prædicta sine tua vel dilecti eligendi impressoris expressa licentia, imprimere, vendere, seu venalia habere audeāt. Mandantes vniuersis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs eorū vicarijs in spiritualibus generalibus, & in statu temporali eiusdem sanctæ Romæ ecclesiæ etiā legatis, & vicelegatis sedis apostolicæ, ac ipsius status gubernatoribus: si quoties pro tua vel ipsius eligendi impressoris parte fuerint requisiti, uel eorū aliquis fuerit requisitus. Tibi vel eidē eligendo impressori efficacis defensionis præsidio assistentes, præmissa contra inobediētes & rebelles per censuras ecclesiasticas, etiā illas sepius aggravando, & alia iuris remedia auctoritate apostolica exequantur. Inuocato etiā ad hoc, (si opus fuerit) auxilio brachij secular. Non obstantibus constitutionibus & ordinacionibus apostolicis, cæterisq; cōtrarijs quib; scūq;. Et quia valde difficile esset presentes literas ad quælibet loca deferri, volumus & dicta apostolica auctoritate decernimus: illorū transmissis vel exemplis, etiā in ipsis operibus impressis & imprimendis, plenā & eandem rorsus fidem, ubiq; tam in iudicio quàm extra haberi, quæ eis de presentibus haberetur, si foret exhibite vel ostense. Data Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die 17. Ianuarij M. D. LVI. Pontificatus nostri anno primo.

Jacobus Goueanus Doctor

Theologus, & sacre Theologiae apud Conimbricenses professor,
lectori S. P.



A, qua potui, diligentia (vt mihi fuit iniunctum à Reuerendissimo Episcopo Conimbricēsi, virtute cōmissionis beatissimi diuina prouidentia Papæ Pauli quarti, in præcedenti pagina relatæ) perlegi & examinaui librū (cui titulus est Secunda quartæ) cōpositum in gratiā & utilitatem Christianæ reipub. per fratrem Martinū Ledesmiū doctorem Theologum, & sacre Theologiae apud Conimbricenses primariū professorem. In quo ipse author, quæ pro singulis, quæ tractat, materijs desiderari poterāt: eo studio, eaq; cura pertractauit, vt verus rerū existimator placulum sit iudicaturus, si tam multis perlucidis, & plusquā aureis in eo libro elaboratis, aliquid aut addatur, aut detrahatur. Est etiam illud commendatione dignū, q̄ in his rebus, de quibus vtrinq; disputatio habetur, haud neglectis doctorū præsidijs (quæ illius prudentia est) quidquid sentit, cum maturo consilio, cum sincera ac pia in Christianā religionem cōsideratione, lubens vel affirmat, vel inficiatur: eorū minime sequutus opinionē (quam nec ego etiā bono vnquā animo ferre potui) qui, vel id quod certissimum est, non sine ingeniorū defectu, cum varijs obfuscantibus veritatē ambagibus pronunciant. Quos ego, de re proposita ne opinionē quidē habere dixerim: tantū abest vt certā aliquā cognitionē mihi persuadeā: Verū de his aliās. Vt autē demandato mihi negotio verbis paucissimis satisfaciam, sub correctione sanctæ matris Ecclesiæ, pro ingenij mei tenuitate librū approbo, à principio huius meæ censuræ nominatū: nihil videlicet continentē, quod scripturæ sacre, sanctorū patrum concilij, Romanæ Ecclesiæ authoritati, vel decretis aduersetur. Te verò oro atq; obtestor pientissime lector, vt ei præcipuā tuorum studiorū curam impendas: quod non sine maximo tuo fiet emolumēto: & authori fratri Martino Ledesmio, pro tanto Reip. Christianæ collato beneficio, eam à Deo Optimo Maximo deprecare foelicitatem, quā ipse præparauit diligentibus se. Vale, Conimbricæ die. 16. Februarij, Anno. 1560.

Index Quæstionum.

- Q**uæstio prima. Secundæ quart. de obiecto contritionis. fol. 1. Vtrum debeat homo cōteri de pœnis.
- vtrum de peccato originali.
vtrum de omni actuali commissio.
vtrum de actuali committendo.
vtrum de peccato alieno.
vtrum de singulis peccatis mortalibus.
- ¶ Quæstio 2. de quantitate cōtritionis. fol. 7. Vtrum contritio sit maior dolor qui esse possit in natura.
vtrum esse possit nimis magnus dolor.
vtrum possit esse maior dolor de vno peccato, quā de alio.
- ¶ Quæstio 3. de tempore contritionis. fol. 16. Vtrum tota vita hæc sit cōtritiōis tēpus.
vtrum expediat continuè de peccato dolere.
vtrum possit hanc vitam sit contritio.
- ¶ Q. 4. de effectu contritionis. fol. 24. Vtrum peccati remissio sit cōtritionis effectus.
vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.
vtrum parua contritio sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum.
- ¶ Q. 5. de confessione & eius necessitate fol. 26. Vtrum cōfessio sit necessaria ad salutem.
vtrum confessio sit de iure naturali.
vtrum omnes ad confessionem teneatur.
vtrum quis possit confiteri peccatum quod non habet.
vtrum statim peccatū cōfiteri teneamur.
vtrum possit cum aliquo dispensari, ne homini confiteatur.
- ¶ Q. 6. de confessionis quidditate. fol. 39. Vtrum Augustinus conuenienter definiat confessionem.
vtrum confessio sit actus virtutis.
vtrum cōfessio sit actus penitentiæ virtutis
- ¶ Q. 7. de ministro confessionis. fol. 40. Vtrum sit necessariū cōfiteri sacerdoti.
vtrum liceat aliquando confiteri non sacerdoti.
vtrum extra necessitatem possit non sacerdos confessionē venialium audire.
vtrum oporteat proprio sacerdoti cōfiteri.
vtrum possit aliquis alteri q̄ proprio sacerdoti confiteri ex priuilegio &c.
vtrum penitens in extremo vita, possit absolui à quolibet sacerdote.
vtrum pœna temporalis taxari debeat secundum quantitatem culpæ.
- ¶ Q. 8. de qualitate confessionis. fol. 52. Vtrum confessio possit esse informis.
vtrum confessio debeat esse integra.
- vtrum possit aliquis per alium, vel per literas confiteri.
vtrum illæ cōditiones quæ à magistris assignantur ad cōfessionē requirantur.
- ¶ Q. 9. de effectu confessionis. fol. 71. Vtrum confessio liberet à morte peccati.
vtrum liberet aliquo modo à pœna.
vtrum aperiat paradysum.
vtrum tribuat spem salutis.
vtrum confessio generalis deleat peccata mortalia præterita.
- ¶ Q. 10. de sigillo confessionis. fol. 75. Vtrum in quolibet casu teneatur homo celare ea quæ habet sub sigillo confessionis.
vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia quā illa quæ habita sunt de confessione.
vtrum solus sacerdos sigillum confessionis habeat.
vtrum sacerdos possit alijs reuelare delicta confitentis.
vtrum teneatur ea celare, etiam si aliter ea nouerit.
- ¶ Q. 11. de satisfactione & eius quidditate. folio 88. Vtrum satisfactio sit virtutis vel actus virtutis.
vtrum sit actus iustitiæ.
vtrum definitio satisfactionis in litera posita sit conueniens.
- ¶ Q. 12. de possibilitate satisfactionis. folio 94. Vtrum homo possit Deo satisfacere.
vtrum quis pro alio possit satisfacere.
- ¶ Q. 13. de qualitate satisfactionis. fol. 97. Vtrum homo possit de vno peccato sine alio satisfacere.
vtrum is qui de omnibus peccatis prius contritus fuit, & postea in peccatum incidit, de alijs peccatis sibi dimissis per contritionem satisfacere possit extra charitatem.
- vtrum homini postquam charitatē habuit, valere incipiat satisfactio præcedens.
vtrum opera extra charitatē facta, sint alicuius boni meritoria.
vtrum opera prædicta valeant ad pœnæ infernalis mitigationem.
- ¶ Q. 14. de his per q̄ sit satisfactio. fol. 103. Vtrum satisfactio fieri debeat per opera pœnalia.
vtrum flagella quibus à Deo in hac vita homo punitur, sint satisfactoria.
- vtrum conuenienter enumerentur opera satisfactoria: eleemosyna, ieiunium, & oratio.
- ¶ Q. 15. de eleemosyna. fol. 109. Quid sit eleemosyna.
- vtrum sit actus virtutis.
vtrum cadat sub præcepto.
vtrum sit danda de necessarijs.
vtrum de male acquisitis.
vtrum vxor possit de rebus mariti eleemosynam facere.
vtrum quis possit sibi ipsi eleemosynā facere.
vtrum eleemosyna sit abūdanter faciēda.
- ¶ Q. 16. de oratione. fol. 126. Vtrum oratio sit actus intellectus.
vtrum sit actus doni, an virtutis.
vtrum cadat sub præcepto.
vtrum debeat esse vocalis.
vtrum debeat esse diuturna.
vtrum actualis attentio sit de necessitate orationis.
vtrum attentio orationi noceat.
- De speciebus orationis.
vtrum sit aliquid determinate in oratione petendum.
vtrum solus Deus debeat orari.
vtrum oratio ad Deum fiat ratione essentia.
- vtrum dirigi possit ad viatorem.
vtrum diuinæ personæ sit orare.
vtrum oratio sit satisfactoria.
- ¶ Q. 17. de ieiunio. fol. 194. Vtrum ieiunium sit actus virtutis.
vtrum cadat sub præcepto.
vtrum oēs ad ieiunia ecclesiæ teneantur.
vtrum conuenienter ab ecclesia determinentur tempora ieiunij.
vtrum requiratur vnica comestio.
vtrum vsus carnum soluat ieiunium.
- ¶ Q. 18. de restitutione. fol. 217. An restitutio sit pars satisfactionis.
an sit necessaria ad salutem.
- ¶ Q. 19. de clauibus. fol. 274. An clauis in ecclesia esse debeant.
an clauis sit potestas ligandi & soluēdi.
an sint duæ clauis, an vna.
- ¶ Q. 20. de effectu clauium. fol. 289. An potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ.
an sacerdos possit remittere peccatum quo ad pœnam.
An sacerdos per potestatem clauium possit ligare.
an possit soluere & ligare iuxta proprium arbitrium.
- ¶ Q. 21. de ministris clauium. fol. 318. An sacerdos legalis clauis habuerit.
an Christus clauis habuerit.
an soli sacerdotes clauis habeant.
an sancti homines non sacerdotes clauis aut earum vsus habeant.
an mali sacerdotes clauium vsus habeant efficacem.
an schismatici, hæretici, excommunicati, sus-

Index

Quæstionum.

- ti, suspensū, & degradati vsū clauū habeant.
- ¶ Q. 22. de his in quos vsus clauium exerceri potest. fol. 325.
- An sacerdos possit vti clauē quam habet, in quemlibet hominem.
- an possit semper subditū suū absoluerē.
- an possit vti clauē in suū superiorem.
- ¶ Q. 23. de excommunicatione. fol. 330.
- An benè definiatur.
- an ecclesia debeat aliquem excommunicare.
- an pro temporali damno.
- an excom. iniuste lata sit efficax.
- ¶ Q. 24. de his qui possunt excommunicari & excommunicare. fol. 339.
- An quicunq; sacerdos possit excommunicare.
- an nō sacerdos possit excommunicare.
- an excommunicatus vel suspensus possit excommunicare.
- an aliquis seipsum vel æqualem vel superiorem possit excommunicare.
- an aliqua vniuersitas possit excommunicari.
- an semel excommunicatus excommunicari possit denuo.
- ¶ Q. 25. de participatione cum excommunicatis. fol. 344.
- An liceat cum excommunicato participare in pure corporalibus.
- an participans cum excommunicato sit excommunicatus.
- an participare excommunicato in casibus concessis, sit semper peccatum mortale.
- ¶ Q. 26. de absolutione ab excommunicatione. fol. 351.
- An quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluerē.
- an aliquis possit inuitus ab excommunicatione absolui.
- an aliquis possit absolui ab vna excommunicatione, manente alia.
- ¶ Q. 27. de indulgentijs. fol. 368.
- An per indulgentias possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.
- an indulgentiæ tantum valeant, quantum pronuntiantur.
- an pro temporali subsidio sit indulgentia faciendā.
- ¶ Q. 28. Qui possunt indulgentias facere. fol. 380.
- An quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere.
- an diaconus, vel non sacerdos.
- an episcopus.
- an existens in peccato mortali.
- ¶ Q. 29. quibus valēt indulgentiæ. fol. 383.
- An indulgentia valeat existentibus in peccato mortali.
- an religiosis.
- an non facienti illud pro quo datur indulgentia.
- an ipsi qui indulgentiā faciunt.
- ¶ Q. 30. de solenni pœnitentiæ ritu. fol. 386.
- An aliqua pœnitentia possit publicari, seu solennizari.
- an solennis pœnitentia possit iterari.
- an sit publica pœnitentia imponenda mulieribus.
- ¶ Q. 31. de sacramento extremæ vnctio- nis. fol. 389.
- An extrema vnctio sit sacramentum.
- an sit vnum sacramentum.
- an à Christo institutum.
- an oleum oliuæ sit eius materia.
- an oleum oporteat esse consecratum.
- an debeat per episcopum consecrari.
- an hoc sacramentum habeat formam.
- an forma sit deprecatia.
- an ea oratio sit eius competens forma.
- ¶ Q. 32. de effectu extremæ vnctio- nis. fol. 398.
- An valeat ad remissionem omnium peccatorum.
- an inducat sanitatem corporis.
- an imprimat characterem.
- ¶ Q. 33. de ministro eius. fol. 401.
- An laicus possit hoc sacramentum conferre.
- an diaconus.
- an solus episcopus.
- ¶ Q. 34. Quibus & in qua parte extremæ vnctio- nis sacramētū cōferēdū. fol. 402.
- An sanis conferri debeat.
- an in qualibet infirmitate.
- an furiosis & amentibus.
- an pueris.
- an totum corpus vnguedum sit.
- an in certis partibus.
- an in mutilatis partibus.
- ¶ Q. 35. de eius iteratione. fol. 405.
- An hoc sacramentum sit iterandum.
- an in eadem infirmitate.
- ¶ Q. 36. de sacramento ordinis. fol. 406.
- An ordo in ecclesia esse debeat.
- an conuenienter definiatur.
- an sit sacramentum.
- an eius forma sit conueniens.
- an habeat materiam.
- ¶ Q. 37. de eius effectu. fol. 412.
- An in sacramento ordinis conferatur gratia.
- an imprimatur character.
- an eius character supponat baptismalē.
- an characterē confirmationis præsupponat.
- an character vnus ordinis præsuppo- nat characterem alterius.
- ¶ Q. 38. de qualitate suscipientiū. fol. 414.
- An in suscipientibus ordinem requiratur bonitas vitæ.
- an scientia totius scripturæ sacræ.
- an ex ipso merito vitæ aliquis ordinis gradus consequatur.
- an promouens in dignos peccet.
- an aliquis in peccato existēs possit sine peccato ordine suscepto vti.
- ¶ Q. 39. de distinctione ordinū. fol. 417.
- An ordo debeat in plures distingui.
- Quot sint ordines.
- an distinguantur in sacros & non sacros.
- an actus ordinū benè assignentur.
- Quādo ordinū characteres imprimantur.
- ¶ Q. 40. de conferentibus ordinē. fol. 421.
- An solus episcopus conferat.
- an præsens possit conferre.
- ¶ Q. 41. de impedimentis ordinis. fol. 423.
- An femina sit capax ordinis.
- an carens vsu rationis.
- an seruus.
- an homicida.
- an illegitimus.
- an defectus membrorum.
- ¶ Q. 42. de annexis ordini. fol. 425.
- An ordinati debeant habere coronam.
- an corona sit ordo.
- an per acceptionem coronæ quis renuntiet temporalibus bonis.
- an supra sacerdotalem debeat esse potestas episcopalis.
- an episcopatus sit ordo.
- an supra episcopos possit esse aliqua potestas superior.
- an vestes ministrorum sint cōuenientes.
- ¶ Q. 43. de sacramento matrimonij. fol. 432.
- An matrimonium sit de iure naturali.
- an cadat sub præcepto.
- an actus eius sit licitus.
- an possit esse meritorius.
- ¶ Q. 44. de matrimonio in quantum est sacramentum. fol. 436.
- An matrimonium sit sacramentum.
- an debuerit institui ante peccatum.
- an conferat gratiam.
- an carnalis commixtio sit de matrimonij integritate.
- ¶ Q. 45. de sponsalibus. fol. 439.
- Quid sint sponsalia.
- Qui possint ea contrahere.
- an dirimi possint.
- ¶ Q. 46. de matrimonio definitione. fol. 444.
- An matrimonium sit coniunctio.
- an conuenienter nominetur.
- an conuenienter definiatur.
- ¶ Q. 47. de cōsensu matrimonij. fol. 446.
- An cōsensu sit causa efficiens matrimonij.
- an cōsensum oporteat per verba de presenti exprimi.
- an cōsensu expressus per verba de futuro faciat matrimonium.
- an cōsensu per verba expressus sine interiori cōsensu faciat exterius verum matrimonium.
- an cōsensu in occulto factus per verba de presenti faciat matrimonium.
- ¶ Q. 48. de cōsensu cui aduenit iuramentum vel copula. fol. 452.
- An iuramentum adiunctum cōsensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium.
- an copula carnalis cōsensui adueniens faciat matrimonium.
- ¶ Q. 49. de cōsensu coacto. fol. 454.
- An aliquis cōsensu sit coactus.
- an cadat in constantem virum.
- an faciat matrimonium.
- an faciat saltem ex parte cogentis.
- an cōsensu conditionatus faciat matrimonium.
- an possit quis à patre cogi ad matrimonium contrahendum.
- ¶ Q. 50. de obiecto cōsensu. fol. 458.
- An cōsensu qui facit matrimonium, sit in carnalem copulam.
- an cōsensu in aliquam ob causam inhonestam faciat matrimonium.
- ¶ Q. 51. de bonis matrimonij. fol. 459.
- An debeant esse aliqua bona excusantia matrimonium.
- an ea sufficienter assignentur.
- an bonum sacramenti sit principalius inter alia bona.
- an actus matrimonij per prædicta bona à peccato excusetur.
- an sine eis aliquando excusetur.
- an sine eis sit semper peccatum mortale.
- ¶ Q. 52. de impedimentis matrimonij in generali. fol. 466.
- An matrimonio conuenienter assignentur impedimenta.
- ¶ Q. 53. de impedimento erroris. fol. 466.
- An error de sui natura matrimonium impediatur.
- Quis error impediatur.
- ¶ Q. 54. de impedimento seruitutis. fol. 469.
- An conditio seruitutis matrimonium impediatur.
- an seruus sine cōsensu domini possit matrimonium contrahere.
- an maritus possit se seruū facere sine cōsensu vxoris.
- an filij debeant sequi conditionem patris, an matris.
- ¶ Q. 55. de impedimento voti & ordinis. folio 473.
- An votum simplex matrimonium dirimat.
- an votum solenne.
- an ordo matrimonium dirimat.
- an aliquis post matrimonium possit ordinem sacrum suscipere.
- ¶ Q. 56. de impedimento consanguinitatis. folio 477.
- An consanguinitas benè definiatur.
- an conuenienter per gradus & lineas distinguatur.
- an aliqui gradus matrimonium impediunt de iure naturali.
- an gradus matrimonium impediunt per statutum ecclesiæ determinari.
- ¶ Q. 57. de impedimento affinitatis. folio 486.
- An affinitas ex matrimonio fiat.
- an maneat post mortem.
- an oriatur ex coitu illicito.
- an ex sponsalibus.
- an vna sit causa alterius.
- an impediatur matrimonium.
- an affinitas habeat per se gradus.
- an gradus eius extendantur, sicut gradus consanguinitatis.
- an matrimonium contractum inter affines & consanguineos, semper sit per diuortium dirimendum.
- an ad dirimendum tale matrimonium sit procedendum per viam accusationis.
- an in tali causa sit procedendum per testes.
- ¶ Q. 58. de impedimento cognationis spiritualis. fol. 496.
- An spiritualis cognatio matrimonium impediatur.
- Ex qua causa contrahatur.
- Inter quos contrahatur.
- an transeat à viro in vxorem.
- an transeat ad filios carnales patris.
- ¶ Q. 59. de cognatione legali, quæ est per adoptionem. folio 499.
- Quid sit adoptio.
- an ex ea aliquod vinculum contrahatur matrimonium impediens.
- Inter quas personas contrahatur.
- ¶ Q. 60. de impedimento frigiditatis, masculinæ, furis, & amentis. folio 501.
- An frigiditas matrimonium impediatur.
- an masculinum.
- an furia vel amentia.
- an incestus.
- an defectus ætatis.
- ¶ Q. 61. de impedimento disparitatis cultus. folio 507.
- An fidelis possit contrahere matrimonium cum infideli.
- an inter infideles sit matrimonium.
- an coniūx conuersus ad fidem possit commanere cum infideli nolente cō- uerti.
- an possit vxorem infidelem dimittere.
- an ea dimissa possit aliam ducere.
- an propter alia peccata vir possit dimittere vxorem, quàm propter infidelitatem.
- ¶ Q. 62. de impedimento vxoricidij. fol. 513.
- An in aliquo casu liceat vxorem occidere.
- an vxoricidium matrimonium impediatur.
- ¶ Q. 63. de impedimento voti solennis. folio 515.
- An alter coniugum altero inuito post carnalem copulam, possit religionem intrare.
- an ante carnalem copulam possit intrare.
- an altero intrante alter possit matrimonium contrahere.
- ¶ Q. 64. de impedimento fornicationis. folio 517.
- An liceat viro dimittere vxorem causa fornicationis.
- an ad hoc teneatur.
- an proprio iudicio eam dimittere possit.
- an vir & vxor quantum ad hoc sint par conditionis.
- an post diuortium debeant manere in nuptiis.
- an post diuortium possint reconciliari.
- ¶ Q. 65. de secundis nuptijs. folio 522.
- An secundæ nuptiæ sint licitæ.
- an sint sacramentum.
- ¶ Q. 66. de annexis matrimonio & debiti redditione. folio 523.
- An alter coniugum teneatur alteri debitum reddere.
- an debeat aliquando reddere non possenti.
- an vir & vxor in hoc sint æquales.
- an alter sine cōsensu alterius possit votum emittere per quod redditio debiti impediatur.
- an tempus impediatur debiti redditionem.
- an petens tempore sacro peccet mortaliter.
- an reddere teneatur tempore festiuo.
- ¶ Q. 67. de bigamia. folio 528.
- An habere plures vxores sit contra legem naturæ.
- an aliquando fuerit licitum.
- an habere concubinam sit contra legem naturæ.
- an accedere ad concubinam sit peccatum mortale.
- an aliquando licitum fuerit habere con-

Index

cabinam.
 ¶ Q. 68. de irregularitate contracta ex bigamia. folio 526.
 An ille bigamix quæ est ex hoc, quod aliquis duas uxores successiue habuerit, sit irregularitas annexa.
 an irregularitatem contrahat qui simul vel successiue duas uxores habuit.
 an irregularitas contrahatur ex hoc quod quis uxorem virginem non accipit.
 an bigamia per baptismum soluat.
 an cum bigamo liceat dispensare.
 ¶ Q. 69. de libello repudij. folio 538.
 An inseparabilitas matrimonij sit de lege natura.
 an repudiare uxorem possit esse licitum per dispensationem.
 an sub lege Moy si fuerit licitum.
 an liceat uxori repudiatæ alium virum accipere.
 an liceat viro repudiatæ à se iterum ducere.
 an causa repudij fuerit odium vxoris.
 an causæ repudij deberent libello scribi.
 ¶ Q. 70. de illegitimis. folio 543.
 An nati extra verum matrimonium sint illegitimi.
 an illegitimi debeant ex hoc damnari reportare.
 an possint legitimari.
 ¶ Q. 71. de ijs quæ spectant ad resurrectionem.
 An animabus post mortem receptacula assignentur.
 an statim post mortem animæ ad ipsa deducantur.
 an de ipsis egredi valeant.
 an limbus inferni sit idem atq; limbus Abraham.
 an limbus sit idem atq; infernus damnatorum.
 an limbus patrum sit idem, ac limbus peccatorum.
 an tot receptacula debeant assignari.
 ¶ Q. 72. de qualitate animæ exeuntis à corpore & pœna ei inflicta ab igne. folio 553.
 An in anima separata remaneant potentie sensitivæ.
 an remaneant in ea actus dictarum potentiarum.
 an anima separata possit pati ab igne corporeo.
 ¶ Q. 73. de suffragijs. folio 557.
 An suffragia quæ per vnum fiunt, alijs prodesse possint.
 an mortui iuari possint ex operibus vi-

uorum.
 an suffragia per peccatores facta mortuis profint.
 an suffragia pro mortuis facta facientibus profint.
 an suffragia existentibus in inferno profint.
 an profint existentibus in purgatorio.
 an valeant pueris existentibus in limbo.
 an aliquo modo profint existentibus in patria.
 an oratio ecclesiæ & sacramentum altarum, & elemosyna profint defunctis.
 an indulgentiæ quas ecclesia facit eis profint.
 an cultus exequiarum eis profint.
 an suffragia magis profint ei pro quo fiunt quam alijs.
 an suffragia pro multis facta valeant tantum singulis, ac si pro vnoquoque singulariter fierent.
 an valeant tantum communia suffragia illis, pro quibus specialiter non fiunt, quantum illis pro quibus fiunt valeant specialia & communia simul.
 ¶ Q. 74. de oratione respectu sanctorum qui sunt in patria. folio 569.
 An sancti orationes nostras cognoscant.
 an eos interpellare debeamus ad orandum pro nobis.
 an orationes eorum pro nobis fusæ semper exaudiantur.
 ¶ Q. 75. de signis quæ iudicium præcedent. folio 571.
 An aduentum domini ad iudicium aliqua signa præcedent.
 an secundum veritatem sol & luna obscuranda sint.
 an virtutes cœlorum mouebantur.
 ¶ Q. 76. de igne vltimæ conflagrationis. fol. 575.
 An aliqua mundi purgatio sit futura.
 an per ignem sit futura.
 an ille ignis sit eiusdem speciei cum igne elementari.
 an ille sit cœlos superiores purgaturus.
 an ille ignis sit alia elementa consumpturus.
 an omnia elementa sit purgaturus.
 an ille ignis præcedet iudicium an sequetur.
 an per illum ignem consumentur homines.
 an per eum inuoluentur reprobi.
 ¶ Questio 77. de ipsa resurrectione. fo-

lio 583.
 An resurrectio corporum sit futura.
 an sit omnium generaliter.
 an sit naturalis, an miraculosa.
 ¶ Quest. 78. de causa resurrectionis. folio 587.
 An resurrectio Christi sit causa nostræ.
 an vox tubæ.
 an angeli.
 ¶ Q. 79. de tempore & modo resurrectionis. folio 590.
 An tempus resurrectionis differatur vsque ad finem mundi.
 an tempus illud sit occultum.
 an resurrectio fiet noctu.
 an fiet subito.
 ¶ Quest. 80. de termino resurrectionis. folio 592.
 An mors sit terminus à quo resurrectionis omnibus.
 an cineres seu pulueres.
 an illi pulueres habeant naturalem inclinationem ad animam.
 ¶ Q. 81. de resurgentium identitate. folio 594.
 An idem numero corpus resurget.
 an idem numero homo.
 an oporteat eosdem pulueres ad easdem partes reuerti.
 ¶ Q. 82. de integritate corporum resurgentium. folio 597.
 an resurgent cum omnibus suis membris.
 an cum capillis & vnguibus.
 an cum humoribus.
 an cum omni quod fuit de veritate humanæ naturæ.
 an cum omni quod in eis materialiter fuit.
 ¶ Quest. 83. de qualitate resurgentium. folio 604.
 An resurgant omnes in ætate iuuenili.
 an in æquali statura.
 an in eodem sexu.
 an in vita animali.
 ¶ Q. 84. de conditionibus beatorum resurgentium. fol. 605.
 An sancti resurgent corpore impassibilibus.
 an æqualis impassibilitas omnibus inuenietur.
 an illa impassibilitas sensum in actu ab eis excludat.
 an erunt in eis omnes sensus in actu.
 ¶ Q. 85. de subtilitate corporum beatorum. fol. 610.
 An subtilitas sit proprietas corporis gloriosi.
 an ratione huius subtilitatis possit in eodem

Quæstionum.

eodem loco cum alio.
 an per miraculū duo corpora possint esse simul in vno loco.
 an duo corpora gloriosa possint esse simul in eodem loco.
 an corpus gloriosum necessariò requirat æqualem sibi locum.
 an corpus gloriosum sit palpabile.
 Q. 86. de agilitate corporum beatorum. fol. 615
 An corpora gloriosa erunt agilia.
 an mouebuntur.
 an mouebuntur in instanti.
 ¶ Q. 87. de claritate corporum beatorum. folio 619
 An erunt clara corpora gloriosa.
 an claritas eorum videri poterit ab oculo non glorioso.
 an corpus gloriosum videri possit à nō glorioso.
 ¶ Q. 88. de conditionibus corporum damnatorum resurgentium. folio 611.
 An corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgant.
 an erunt corruptibilia.
 an erunt impassibilia.
 ¶ Q. 89. de cognitione quam habebūt resuscitati in iudicio respectu meritorum & demeritorum. fol. 624
 an cognoscat quilibet in iudicio peccata sua omnia.
 an possit quilibet legere conscientiam alterius.
 an omnia merita & demerita vno intuitu videri possint.
 ¶ Q. 90. de iudicio generali, & tempore, & loco in quo fiet. fol. 626
 An generale iudicium sit futurum.
 an fiet per vocalem loquutionem.
 an fiet tempore ignoto.
 an fiet in valle Josaphat.
 ¶ Q. 91. de iudicantibus & iudicatis.
 An aliqui homines iudicabunt cum Christo.
 an voluntariæ paupertati respondeat iudiciaria potestas.
 an angeli etiam iudicabunt.
 an demones sententiam exequentur.
 an omnes homines in iudicio comparabuntur.
 an aliqui boni iudicandi sint.
 an aliqui mali.
 an etiam angeli iudicandi sint.
 Q. 92. de forma iudicis. fol. 632
 An Christus iudicabit in forma humana.
 an apparebit in forma gloriosa humana.
 an diuinitas possit sine gaudio videri,

Q. 93. de qualitate mundi & resurrectionis post iudicium. fol. 638
 an innouatio mundi sit futura.
 an motus cœlorum cessabit.
 an cœli tunc magis fulgebunt.
 an elementa erunt clariora.
 an animalia & plantæ remanebunt.
 ¶ Q. 94. De visione diuinæ essentix per comparisonem ad beatos. fol. 643
 an sancti videbūt Deum per essentiam.
 an videbunt eum oculo corporali.
 an videndo eum videāt omnia quæ deus videt.
 ¶ Q. 95. de sanctorum beatitudine, & eorum mansionibus. fol. 649
 an sanctorum beatitudo augeatur post iudicium.
 an gradus beatitudinis appellentur mansiones.
 an diuersæ mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis.
 ¶ Q. 96. de modo quo sancti se habebūt erga damnatos. folio 651
 An sancti pœnas damnatorum videant.
 an eis compatiantur.
 an eorum pœnis latentur.
 ¶ Q. 97. de dotibus beatorum. fol. 652
 an beatis sint assignandæ dotes.
 an dos à beatitudine differat.
 an Christo insint dotes.
 an angelis.
 an conuenienter assignentur dotes.
 ¶ Q. 98. de aureolis. fol. 655.
 An aureola differat à premio essentiali au differat a fructu.
 an fructus solū virtuti cōtinētiq; debeatur.
 an conuenienter assignentur tres fructus tribus partibus continentix.
 an virginibus debeatur aureola.
 an debeatur martyribus.
 an doctoribus.
 an Christo aureola debeatur.
 an angelis.
 an corpori humano debeatur.
 an conuenienter aureolæ assignentur.
 an aureola virginum sit potissima.
 an vnus alio intensius eandem aureolā habeat.
 ¶ Q. 99. de pœna damnatorū. fol. 664.
 an damnati in inferno sola pœna ignis affligantur.
 an vermis quo affliguntur sit corporalis.
 an fetus eorum sit corporalis.
 an tenebræ eorum sint corporales.
 an ignis quo affliguntur sit corporalis.
 an sit eiusdem speciei cum igne nostro.
 an ignis ille sit sub terra.
 Q. 100. de voluntate & intellectu damnatorum. fol. 668

An damnatorum voluntas sit mala.
 an aliquando peniteant.
 an magis vellent non esse quam esse.
 an vellent alios non esse damnatos.
 an habeant Deum odio.
 an demereri possint.
 an possint vti scientia hic acquisita.
 an cogitent aliquando de Deo.
 an videant gloriam beatorum.
 ¶ Q. 101. de misericordia & iustitia Dei respectu damnatorum fol. 671
 An ex diuina iustitia inferatur peccatoribus pœna æterna.
 an per diuinam misericordiam omnis pœna tam hominum quam damnatorum terminetur.
 an saltem pœna Christianorum.
 an illorum qui opera misericordiæ fecerunt.

Finis.

Index Materialium, in quo A. principium columnæ, B. medium, C. finem vel circa denotat.

Absoluere non potest quis aut excommunicare actu interiori. folio 49. col. 2. a
 Absoluens contra voluntatem prælati eum qui potest absolui, ratā facit absolutionem. fol. 50. 385. col. 2. c. 3. a
 absolui potest excommunicatus nolens satisfacere. fol. 51. col. 3. a
 Absolutio impensa excommunicato est nulla. fol. 59. col. 3. b
 absolui debet qui ex morbo non potest coactam confessionem perficere. folio 61. col. 4. a. b
 absolutio de quibusdam immediatè, de alijs mediatè. fol. 61. col. 4. b. & fol. 62. colum. 1. a
 absoluere an liceat eum qui confitetur generaliter, antequam confessionem perficiat. fol. 62. col. 2. a
 absolutionis vi remittuntur oblita peccata. fol. 63. col. 2. b. & 74. col. 1. a
 absolutio etiam pœnata tollit. folio 63. colum. 3. a
 absolutio repeti potest super eadem peccata, non super eandem confessionem. fol. 63. col. 3. b
 absoluere an possit confessor contra suā ipsius opinionem. folio 68. col. 3. b. & folio 69. col. 2. a. b.
 absolui potest quis tenens opinionem falsam

Index

¶ Cessatio à diuinis quid sit. 273.1.a
cam frangēs non fit irregularis. 367.1.a
¶ Charactē est qualitas. 287.4.b. & 288.1. & seq.
In quibus sacramentis imprimatur. 400.4. & 401.1.a. & 420.2
vnus an præsupponat alium. 414
¶ Caritas non semper inclinatur ad maius bonum. 131.2.c
¶ Chiliastræ hæretici. 591.1.a. ad 4. arg.
¶ De Christi passione dolendum. 13.3
ea fuit causa gratiæ patrum. 27.4.b
Christi qualis fides saluauit veteres. 27.4.b
Christus satisfecit de condigno. 92.3.a
eius satisfactioni nostra nititur. col. 4. conclus. 4
eius paupertas. 136.1. dub. 4
non fuit rex temporalis. 136.2.a
an mendicauerit. 136.2.a. 3.a
quomodo dicitur vnus mediator. 158.2.c
cur orat, Pater mi? nos autem Pater noster. 171.3.c
non fuit hæres regni Israel. 235.2.c
eius principatus qualis. ibidem col. 3
etiā vt homo remittit peccata. 291.2.a
non fuit rex successione hæreditaria. 304.2.b. 316.3.a
an habuerit clauēs. 319.2
satisfecit pro nobis. 373.1.b
¶ Ciborum delectus an licitus. 211.1
¶ Sine Circumcisione decedentes pueri non saluabantur. 546.4.b
¶ Circumstantia an confitenda, si ex ea reueletur peccatum alterius. 65.4.b. 66.1.a
an omnes confitendæ. 66.2.b. 3. b. 4. a. & 67.2. 68.1.b. 2. b
¶ Clauēs in ecclesia esse debent. 274.3
eas habuerunt apostoli. 275.2.a
in sola lege euangelica fuerunt. 285.1. conclus. 5.
probatur eas esse. 286.4.c.
quid sint. 287.2.4. & 274.3.
quot sint. 288.3
claus scientiæ ibidem. & 289.2.b
in episcopo non consecrato an sint. 289.3.a
an culpam remittant. 289.4
clauis non ponens obicem, absoluitur coram Deo. 291. col. 3. c
obiectiones quod clauibus sacerdos nō remittit peccata. 292.3.b
clauis sine cōtritione confert gratiam. 294.2.b
remittit pœnam. 297.1.3
ligat etiam. 298.1. & seq.
an fuerit in lege veteri. 318.3
an sint in lolis sacerdotibus. 319.3
an sint in quolibet iusto. 320.4
an sint in malo sacerdote. 322.3
an in præcis. 323.2.4
an in quemlibet ea vti possit sacerdos. 325.2
¶ Clandestinum matrimonium an licitum. 451.2.c
quot modis sit. col. 3. a
an in omnibus incurrat pœnæ iuris ibidem
consummare illud an sit peccatū mortale. 452.1.b. 2. b
¶ Clerici sibi mutuo cōfitentur. 50.2.b
an possint suos ditare. 268.4.b
quo iure sint exempti. 305.1
non Clerico etiam religioso non potest cōmitti iurisdictio spiritualis. 310.1.b
clericus factus ante vsam rationis an teneatur seruare cōtinentiā. 477.1.b
an esset melius vt haberent vxores. ibidem.
¶ Cœli duplices. 172.2.a
enarrant gloriam Dei. ibidem c
cœli dicuntur sancti. 172.3.a
¶ Coactio an cadat in virum constantē 454.3
¶ Cōmissio an expiret postquam cōmittens est excommunicatus. 49.1.a
¶ Communicare potest contritus non valens confiteri. 36.3.a. 45.2.b
communicare an teneatur post, qui ex legitima causa non communicauit in pascha. 45.3.a
¶ Communio fidelium triplex, & quod satisfactio & suffragia communicantur etiā nescientibus, & sine speciali applicatione. 331.2. & seq.
¶ Comparsio duplex. 110.1. ad 4
¶ Cognatio spiritualis an impediatur matrimonium. 496.2. 498.2.b
an per solum baptismum contrahatur. 496.4.
quid sit. 497.3.b
est triplex, & inter quos contrahatur. 497.4.a
an omnes leuantes baptismum eam contrahant. 497.4.c
¶ Concilij congregatio cur. 281.3.c
vndenam habet potestatem. 308.1.b
est super papā in causa hæresis. 342.1.b
concilium Basiliense quatenus recipiendum. 345.2.c
sede vacante quid possit, & quo iure. 382.3.a
¶ Cōcubinam habere an licitum. 534.1
Concubina Osee. 539.4. ad 2
¶ Confessio venialium. 32.1.b. & seq.
confiteri veniale quod non habes, an sit peccatum mortale. 33.4
confessio reiteranda. 33.3 a. & fol. 62.3.a

ea quando

Materiarum.

ea quando iteranda. 53.2.b
confessio dimidiata aliquādo non iteranda. 53.2.b. 3.a. & seq. 54.1.b. & seq.
¶ Cōfiteri cum imperfecto dolore an sit peccatum. 54.4.a
& an talis sit absoluendus. ibidem.
confessio debet esse integra. 56.1 & seq.
& hoc de iure diuino. ibidem col. 4
non integra ex intentione est iteranda. 56.4.b
¶ Confessari diligentia quanta. ibidem, & 57.1. & seq.
numerus peccatorum est de eius integritate. 57.4.b. 58.1
¶ Confitendi præcepto an liberet periculum probabile. 60.4.a
confessio inualida an satisfaciatur præcepto ecclesiæ. 61.1.a
confessio dimidiata aliquando licita. 61.4.a.b
In Confessione generali an liceat tacere aliquod peccatum iam cōfessum. 62.1.b
confiteri bis an possit quis cogi. 63.1.a
confiteri per alium nemo tenetur. 64.1.2.3
confitendum voce. 64.4.a. 65.1.a.b
confessionis condiciones. 65.2.b. & seq.
confessio liberat à peccato. 71.12
¶ Confitendus numerus peccatorum. 71.3.b. 1.2
confitendi an omnes actus ad vnum peccatum concurrentes. 71.2.b
confitendum an sit propositum malum interruptum declaratis interruptionibus. 72.1.a. & col. 2. conclus. 5.
confitendus numerus fornicationum. 72.2. dubio 5
confitendi tactus impudici. 72.2.b. 3.a
confessio generalis quid valeat. 74.1.b
confessio vera esse potest sine cōtritione & absolutione. 84.1.b.c
confessio multorum peccatorum sub paucis verbis. 210.3.c
¶ Confessorem eligendi facultas an extendatur ad non expositos. 47.3. 48.1
¶ Constitutio prohibens ne quis non examinatus audiat confessiones, est licita. 47.4.a
præsentati non possunt extra diocesim audire confessiones. 48.2.b
à quo præsentari possint. ibidem.
confessarius papæ a quo habeat auctoritatem. 49.3.b
confessiones committere potest non sacerdos. 49.4.b
confessor est simplex sacerdos de venialibus & mortalibus iam confessis. & in articulo mortis. 49.4.b. 50.1.a
confessor proprius familiarium papæ, cardinalium, &c. quis. 50.1.a b
confessor proprius regum, peregrinorum, &c. 50.3.a
confessor in articulo mortis. 50.4. 51.1. & seq.
& quo iure fiat talis absolutio in articulo mortis. 51.2.a
confessarius venialium. 51.3.b
confessor nō debet audire eum qui nullo modo examinauit conscientiam, & de hoc imprimis debet interrogare pœnitentem. 57.3.b
an debet admonere pœnitentem ignorantem inuincibiliter peccatum. 69.4.2. 70.1.a
debet absolueri pœnitentem tenentem opinionem probabilem etiam contra suam. 124.1.b
ne præbeat pœnitenti specimen cupiditatis. 265.4.b
an possit vnus laxare pœnitentiam ab alio iniunctam. 301.2.c
an teneatur iniungere aliquam pœnitentiam. 301.3.b
¶ Coniugum confessionem cautè audiatur. 464.3.c
¶ Confirmare potest simplex sacerdos ex cōmissione papæ. 389.2. b. 395.2.b
¶ Confecratio olei an sit, de eius necessitate. 395.2.b. 3.a
eius forma. 396.1
¶ Consanguinitas quid. 472.2
eius gradus. 478.1
an impediatur matrimonium. 479.2
eius gradus an omnes sint phibiti lege naturæ. 481.4.a. & 482.3.b
eius gradus in leuitico phibiti an omnes sint de iure naturali. 484.1.b. 485.3.b. 488.1.a
graduum taxatio secundum temporū successionem. 484.2. 489.1.a
dispensari in ea an possit. 489.1.b
graduum computatio. ibidem
¶ Consecrans post cōmestione peccat. 465.4. ad 6. arg.
¶ Consensus actualis requiritur in sacramentis. 82.1.b. 2.a
consensu conditionali durante impleta conditione nondum est matrimonium. 442.1.b
consensus non est matrimonium, sed causa eius. ibidem. & 446.2. & 449.1.b.
an sit omnino necessarius ad matrimonium. 445.3.c
sine Consensu an possit princeps vel papa matrimonium inter aliquos facere quomodo deus potest. 447.1.b
an debeat exprimi per verba de præsen

ti. 448.1. & seq.
consensu vtriusque non concurrente eodem tempore fit matrimonium. 449.2.c
consensus per verba de futuro non facit matrimonium. 449.3. & seq.
aliquando tamen facit. 450.1.a
si verba sint dubia, quid agendum. ibid.
verba sine consensu an faciant matrimonium. 450.1
contrahens dolo sine consensu antequatur ratificare matrimonium. 450.3.b
consensus clandestinus per verba de præsentia an faciat matrimonium. 450.4
consensus per verba de futuro adiuncto iuramento an faciat matrimonium. 452.3
consensus an possit esse coactus. 454.1
consensus coactus an tollat matrimonium. 455.1. 456.3.b
Et quo iure: colum. tertia c. & quarta b. & 457.3.1.b
¶ Constans vir quis. 454.4. 455.2 b
consensus ex metu leui non impedit matrimonium. 455.3.b. 456.1.b. 457.1.c
consensu coacto si sequatur copula, an efficiatur matrimonium. 457.2 b
consensus conditionatus an faciat matrimonium. 457.3.4
consensus matrimonialis an sit in carnalem copulam. 458.3
consensus ob causam turpem an faciat matrimonium. 459.1
dubens alicui mentienti se esse regis primogenitum, an faciat verum matrimonium. 466.4.c. 467.1.4. ad 5. argumentum.
cōsensus materialiter circa personam an faciat matrimonium. 467.1.b
¶ Constantini lepra fabulosa. 431.3.b
¶ Consuetudo non potest dare alicui iurisditionem audiendi confessiones. 50.2.b
consuetudo sæpe legē abrogat. 214.4.b
nouam obligationem inducit, & veterem tollit. 215.2.b
quid operetur circa absoluendi potestatem. 326.4.c
legi naturali non præiudicat. 529.4. ad primum argumentum.
consuetudo contra præceptum humanum valet. 560.4.c
¶ Contemplationis species tres. 140.4
¶ Contemptus in quavis materia est peccatum mortale. 398.1.b
¶ Contractus aliquis validus iure naturali, sit nullus ciuili. 227.3.a
De

Index

Materiarum.

de substantia contractus est testium numerus. 237.4.c
 ad Contractum celebrandum fit quis impotens tripliciter. 502.1. ad quartum argumentum
 contractum violante altero, alter non tenetur fidem seruare. 518.4.a. 519.1.a
 ¶ Contritio nō est de pœnis, folio primo, col. 3
 nec de peccato originali, folio secundo, col. prima.
 debet esse de omni peccato actuali. fol. 3. col. 1
 de peccatis iam dimissis utilis est. folio 3. col. 1
 contritio formalis sine sacramento sufficit ad tollenda mortalia, non attritio. 3.1
 de oblitis. 2.4
 proprie est de præteritis. fol. 3. col. 3
 non est de alienis. fol. 4. col. 1
 debet esse de singulis mortalibus, & quomodo hoc intelligatur. folio 4. col. 2. & seq.
 contritio duplex, distincta, & confusa. fol. 4. col. 4
 contritionem de singulis an doceat cū ait, lauabo per singulas noctes lect. meum. fol. 5. col. 1
 contritio generalis an sufficiat. folio 5. col. 4 & fol. 6. col. 2. & 1
 contritio specialis non requiritur nisi tempore confessionis. fol. 6. col. 3
 contritio specialis non requirebatur in lege naturæ. fol. 6. col. 3
 contritiones tot quot peccata non requiruntur. fol. 6. col. 4
 cōtritio generalis sufficit ad remissionem culpæ: sed in confessione requiritur particularis. fol. 6. col. 4
 generalis quomodo non sufficit. folio 7.1.
 Conteri frequenter bonum est. folio 7. col. 2. & 3.
 contritio essentialiter est displicentia in voluntate. fol. 7. col. 4
 contritio non causat maximum dolorem in parte sensitua. fo. 8. col. 1.
 contritio perfecta in instanti. folio 9. col. 3.
 nec requiritur vt sit ex toto conatu. fo. 9. col. 4. & fol. 10. col. 1
 debet esse maximus dolor. folio 10. col. 2. & 3
 contritio debet esse maximus dolor non intensiuè sed appetitiuè. folio 11. col. 2
 cōtritio dolor in parte sensitua potest esse nimius, non autem in ratio-

nali. fol. 11. col. 3. & 4
 contritio maior de vno peccato quàm de alio. fol. 12. col. 2. & 4. & fol. 13. col. 1
 contritio an maior de proprijs culpis quàm de alienis. fol. 13. col. 1. & seq.
 an requirat dilectionem Dei super omnia. fol. 13. col. 4. & fol. 14. col. 1. & seq.
 caietani opinio de Contritione. folio 15. col. 1. & seq.
 contritio non est sine gratia. folio 15. col. 2. & seq.
 quod Cōritionem sequatur gratia, nō est de fide. fol. 15. col. 4
 contritionis tempus est tota vita. 16.2
 Conteri statim an teneamur. 17.3. & 18.3.
 contritionis præcepti, & restitutionis differentia. 18.4
 contritio an sit in defunctis. 23.1
 contritio in articulo mortis, qualis. 23.2
 contritionem minimam delere omnia peccata non est de fide. 25.3.b
 contritio omnis an pœnam remittat. 25.4.a
 cōtritio includit confessionem. 27.4.b
 contritio pars pœnitentiæ sacramenti largè sumitur pro qualibet detestatione peccatorum. 55.1.b
 contritionis intentio nō cadit sub præcepto. 180.3.b
 contritio ex se non dat gratiam. 291.1.b
 contritio quid dicat. 293.1.b
 cum Contritione sufficenti ad gratiam stat impeditum gratiæ. 293.1.c
 contritio remittit peccata virtute clauium. 294.1.c
 ad Contritionem non requiritur certa intentio. 295.2.b
 caietani opinio de Contritione & attritione. 295.3.b
 contritio largè sumpta etiam pro attritione, est de essentia sacramenti pœnitentiæ. 397.3.b
 ¶ Copula carnalis post verba de futuro an perficiat matrimonium. 453.1
 an sit licita. ibidem. col. 3. ad 3. arg.
 copula coniugalisan licita sine bonis matrimonij. 462.2
 accedens ad suam solum propter sanitatem, peccat. 463.1. ad 4. arg. & col. 4.c. & 464.3.a
 accedens ad suam solum propter detestationem peccati. ibidem in commēto, & fol. 464.1. & seq.
 accedens ad vitandam fornicationem in seipso, peccat. 462.4. ad 2. arg. 463.1.b. 464.3.a
 accedens sine altero ex duobus finibus, peccat. 462.4.a. 463.4.b. 464.3.a
 si mulier supercubat an sit peccatum.

464.3. propositione 7
 ante carnalem Copulā potest coniunx ingredi religionem. 516.1.2.b
 ¶ Corde toto quomodo intelligitur queri Deus. 9.4. & 10.1. 180.2.c
 ¶ Correctio fraterna an differenda. 19.3
 an facienda, si non est recipienda. 69.4. b. 70.1.a
 ¶ Corripere de peccato audito in confessione non licet. 78.4.a
 correptionis præceptum cur cessat celsante sine particulari. 228.2.b
 correctio procedit vsque ad infamiationem delinquentis. 347.1.a
 ¶ Corruptum an possit idem numero reproduci. 586.1.c. 587.4.b. 587.2.c
 ¶ Curatus qui nō dixit missam aut horas obligatorias, tenetur satisfacere. 152.2.c
 ¶ Culpa non aggrauatur ex effectibus sequentibus. fol. 3. col. 3. ad 2.
 magis est odienda quia offensa Dei: quā quia nociua peccati. 8.4. ad 4. arg.
 culpæ & pœnæ vtra sit magis detestanda, elegans comparatio. ibidem.
 culpa leuis & grauis quæ dicatur. 170.2.b.3.a
 D
 Dæmonum potētia. 504.3. 505.1
 ¶ Damnati nesciūt quid apud viuos agatur. 563.3.b
 dæmones sunt in aere ad nostrum exercitium. 553.1. ad 4
 quoquo eant sunt igne circūdati. 548.2.b. 557.3. ad 8. arg.
 ¶ Defuncti multis modis manēt quodammodo nunc inter viuos. 573.1.
 ¶ Debitum potest petere coniunx dubitans de impedimēto. 68.4. b. 69.1.a
 debitum petenti vxori an debeat seruus obedire magis quàm domino seruitium exigēt. 47.1. ad 3. 472.3.b
 dubius an possit petere & reddere. 472.4.b. 495.1. ad 3
 an contrahens post votum simplex, possit petere. 474.2. ad 4. ar. et co. 3. b & 527.4.c
 debitum potest petere cum dispensatione episcopi, qui affinitatē cum vxore contraxit. 474.3.c
 debitum tenetur reddere coniunx alteri etiam non habenti ius petendi. 506.4. b. 507.2.a
 debitū pōt petere qui ignorāter cognouit vxoris consanguineam. 507.1.a
 debitum petēs priuatus iure petēdi, an peccet. 506.4. b. 507.2.b
 debitum reddere an teneatur adultera dimissa. 522.1. ad 3. arg.
 debitum reddere an teneatur sibi coniuges. 523.4. 524.2. b. 526.3
 debitum

debitum reddens an possit communi- care. 524.1. ad 1. arg. 526.1.b
 debitum reddere leproso an teneatur vxor. 424.2. ad 4. arg. & col. 3. a
 debitum petens menstruata an peccet. 474.4. b. 524.4. b. 525.1. b
 debitum petere an possint si ambo uouerunt castitatem, vel alter. 474.4. b & 476.4. ad 1. arg.
 ante Debiti redditionem dantur duo menses nouis coniugibus. 516.1. ad 2. ar. 525.3. b
 debitū reddere an teneatur ante benedictiones ecclesiæ. 525.4.a
 an id liceat tempore sacro. 525.4. b. 528.2. & seq.
 an in loco sacro. 526.1.c
 ¶ Debitor an creditori magis quā amicis teneatur succurrere. 226.4.a
 an teneatur cum magna sua iactura restituere. 267.3.c
 debiti solutionem an liceat ex causa differre. 268.1. b. 2. b
 ¶ Decimæ in utilitatem ecclesiæ magis quàm ministrorum sunt. 252.3. conc. 1. 253.2. b
 ¶ Deo soli propriè cōuenit esse. 172.2.a
 ¶ Diaconus à quo possit consecrari. 312.1. b
 obibat omnia munia inferiorum ordinum in primitiua ecclesia 418.3.c
 ¶ Directio dei & pximi suadet. 171.4. b
 ¶ Dispensari in præcepto confessionis an possit. 37.3. 38.2. b.
 dispensare non potest ecclesia in iure diuino. 37.4
 dispensare quid sit. 38.1. & 2. b
 dispensare in matrimonio non cōsummato an possit papa 38.1. b. & 2
 dispensat ecclesia in votis & iuramentis. 38.2. b
 dispensatio in quibus præceptis locum habeat. 203.2.a
 dispensatus sine causa non est tutus. 204.3.a. 4. c.
 dispensatio facta sine causa valet 376.4. b
 in quibus præceptis locum habeat. 539.3. in cor.
 quid sit. 532.1. b
 dispensare potest papa in voto solenni. 543.2. b. & 3. a
 dispensatio Hadriani scrupulosa. 543.2. c
 ¶ Diuisio rerum quo iure introducta. 222.1. concl. 6. & seq.
 qua autoritate. col. 4. dubio 6
 quando facta 223.1. dubio 7
 in diuortij causa pares sunt coniuges. 521.3. in cor.
 ¶ Dolor dispositiuus ad contritionem secundum Scotum. 8.4.a

dolor in parte sensitua quomodo exci- tetur ex rebus non sensatis. 12.1
 dolor de peccatis an maior quàm dam- natorum. 13.4
 continuus an sit bonus. 17.2
 Dolere de peccato tenemur præcepto distincto. 17.2. b
 dolendum semper de peccato quomodo intelligitur. 20.3. b
 an teneamur ad id die dominica. 20.4. a. 21.1. & seq.
 qui Dolor sufficiat 293.3. c. 296.1. a
 ¶ Domini sumus vitæ spiritualis non corporalis. 19.1.2
 Dominium quid. 217.4. dub. 1. 218.3. b. 219.1.2
 quale ius sit. 218.2. c
 quæ res sit. 218.4. b. 219.2. c
 dominium & titulus differunt. ibidem
 item vsus & vsusfructus. ibidem.
 eius definitio. 219.1. b. 2
 dominium an distinguatur ab vsu, & c. 219.2. c
 dominij renūtiatio à Ioanne vicefimo secundo. 220.1. b
 dominium an transferatur in extrema necessitate. 220.1. c
 dominium an soli naturæ sit rationalis 220.2. dub. 3
 quotuplex sit. 221.1. dub. 4
 homo an sit Dominus alicuius rei iure naturali. 221.2. dub. 5
 respublica quatenus Dominium habeat super ciues 221.3. conclus. 2
 dominium in alium trāsferre licet. 222.2. conclus. 9. & seq.
 dominium habent pagani suarum terrarum. 223.1. c
 dominium an transferatur lege humana inuito priore Dño. 223.2. dub. 8
 regula ad cognoscendum an quis verū habeat Dominium. 223.3. b
 an amittatur per pec. m. 224.1. dub. 9
 an possit homo esse hominis Dominus 225.1. dub. 11
 dominium an transferatur per contractum iure ciuili irritum. 226.1. dub. 12
 dominus orbis an quisquam fuerit. 235.2. dub. 17
 dominium translatum solo actu interiori valet. 448.3. c
 ¶ Donatio & mutuatō duplex: absoluta, vel conditionata. 118.1. b
 Donare an possit quis sua, iure naturæ. 232.4. dubio 16
 ¶ Dubitans de re an sit sua, an possit ea vti. 69.1. a. b
 Dubius si consuluit viros doctos, habet ignorantiam inuincibilem si illi inter se dissentiant 69.2. b

dubia consciencia non temerè deponē da. 200.4. b
 dubitans de re an sit sua, an possit eam retinere. 231.1. b
 dubitans coniunx an alter sit suus coniunx, quid ager. 449.2. a
 contra Dubium agere non licet. 449.2. b.
 E.
 Ecclesia determinat præcepta Christi generalia 35.2
 an possit obligare ad actus interiores. 153.1.4.6
 an possit edere statuta obligantia ad peccatum mortale. 199.3. dub. 4
 quid sit. 275.2. c
 ecclesia repræsentatiuè sunt primates 275.4. concl. 1
 habet duo principia infallibilia. 276.1. conclus. 3.
 ecclesiæ romanæ nomine cum dicitur errare non posse, quid intelligatur. 280.1. b
 ecclesiastica potestas quando cœpit. 284.3. a
 permittit legi quædam inepta. 164.4. b
 Ecclesiastici sunt exempti priuilegio principum. 302.4. concl. 4.
 ecclesia quid, cum dicitur, dic Ecclesiæ. 308.3. b
 ecclesiastica potestas an sit in singulis christianis. 309.2. a
 quomodo peruenit vsque ad nos. 311.3. conclus. 1
 ecclesia potest eligere papā. 312.2. cōc. 5
 an possit taxare pœnam pro peccato, & eam remittere. 372.2. b
 habet thesaurum meritorum. 372.4. b
 pœnam an authoritatiuè remittat. 373.2. b
 non habet gladiū materiale. 514.2. a
 instituit ordines quosdam
 ecclesiam ædificare an sit melius quàm multis pauperibus pecuniam dare. 132.3. 118.4. a
 ¶ Electionis regula Innocentij. 228.2. c
 Eligens indignum cui restituet. 256.3. conclus. 2.
 ¶ Eleemosyna maximè satisfactoria. 109.1. dubio 1
 quid sit. ibidem col. 4
 data pro missa non est propriè Eleemosyna, & potest exigi. 110.2
 tria ad eam requiruntur. 110.3
 quotupliciter dicatur. 111.1
 est actus virtutis. 111.2
 data extrema patienti est satisfactoria. 212.1. dubio 2.
 est magi

Index


est magis satisfactoria quam oratio & ieiunium. 112.2.a
 est in præcepto. 112.& 113.1.2.
 quando fit in præcepto. 113.3.a
 dare de superfluis an sit in præcepto. ibidem col.4.a.
 ad eam quomodo tenentur diuites 115.3.a
 qui non potest subuenire tribus pereuntibus, an teneatur vni. 116.3.a
 an sit tali mutuari. 116.3.b. 117.2.a. 3.b.4.a. & 118.1.b
 ad Eleemosinam an cogi quis possit. 118.4.a
 diuiti ob avaritiam pereunti an teneatur dare eleemosinam. 118.4.b
 conclusiones de Eleemosina sunt de mente sancti Thomæ 119.1.b
 an sit danda de necessarijs. 119.4
 an de malè acquisitis. 120.2.122.2.a
 an liceat diuiti accipere clam ab alio diuite aliquid ad subueniendum pauperi. 121.1.a.3.a
 an multi non subuenientes omnes peccent. 121.2
 an de bonis comunibus licita sit Eleemosyna. 121.3.b.4.a
 an inuito marito 121.3.b
 ab administratore. 122.1.b
 ab vsurario. 124.2.b
 an ex pecunia alij debita. 124.1.a
 pauper in extrema necessitate an teneatur petere. 124.4.a
 & si capiat non petens, an teneatur restituere. 125.1.a
 vxor quomodo possit eleemosynam facere. 125.4.
 subditi & pupilli. 126.2
 monachus. ibidem c
 sibi an possit quis Eleemosynam facere 126.4
 an sit malis danda 127.1
 lex vetans ne mendici extra suam patriam mendicent, an sit iusta 127.3.a
 de superfluis. 129.3.b
 an potius dada ppinquioribus. 130.4.a
 eleemosynarum distributor an possit etiam sibi capere. 130.4.b
 an potius dada extraneo malo quam domestico bono: vel vice versa. 131.2.a
 an abundanter facienda. 131.4
 an superflue. 132.2
 eleemosynam licite petunt vacantes spiritualibus. 134.2.a
 licite accipitur ab indigentibus eleemosyna. 134.4.b
 ociosi illicite viuunt de eleemosynis. 135.2.concl.4.
 an dada pauperibus voluntarijs. 136.3.b
 Episcopus an possit committere suam iurisdictionem extra diocesim. 50.2.a

an teneatur dare beneficium soli digno 251.4.b
 an digniori. ibidem. & 252.4.concl.1.
 idem in secularibus. 253.2.a.256.1.b
 an solus habeat potestatem consecrati ministros. 311.4.a.
 episcopus non sacerdos an possit alium sacerdotem consecrare. 312.1.a
 episcopatus an sit ordo. 313.2.b.429.co.3
 episcopus potest consecrari ab alio episcopo inuito papa, sed non iurisdictionem obtinere. 313.3.b
 episcopus ne creet officiales suos irregulares vel bigamos, &c. 320.3.c
 episcopus non sacerdos electus potest delegare absoluendi munus. 327.3.b
 episcopus an possit in suo episcopatu quicquid papa i rota ecclesia 340.2.b
 incurrit minore excommunicatione comunicando cum excommunicato a se 347.1.c
 non potest excommunicare subditos non suos participantes cum excommunicato a se. 349.1.c
 debet seruare formam iuris in absoluendo. 353.1.b
 episcopus solus dicitur proprie praelatus ecclesie. 381.2.a
 episcopis quæ sacramenta referuntur dispensanda. 402.1.a
 debent adhibere diligentiam ad sciendum merita eorum quos promouet. 416.2.c. & 3.a
 an soli sacramentum ordinis conferat. 421.1
 episcopalis potestas est indelebilis, non est tamen character. 423.1 ad 2.arg.
 episcopatus est super sacerdotium 427.1. & seq.
 indignos promouens peccat. m. 416.2
 similiter promouens non habentes intentionem ministrandi
 episcopus nouem potestates habet super sacerdotium seu presbyteratum 432.2.a
 Error qualis excuset 467.3.b
 Ethnicus. sit tibi tanquam ethnicus exponitur. 324.2.b
 Euagatio mentis quæ culpa. 146.4.a
 Eucharistiam in p. mortali sumens duo peccata committit. 21.3.b
 semel in vita eam sumere non sufficit. 35.2. & 3
 an debeat præcedere confessio. 35.4.jb.
 36.1
 non est danda non habenti vsum rationis 37.1.b
 sine confessione licet eam aliquando sumere. 60.4.b
 sumens eam in peccato mortali aliquando non peccat. 98.3.ad 2.arg.
 dicitur panis. 175.2.a
 remittit peccatum precedente diligenti examine, licet non sufficere. 296.1.b
 an danda damnatis ad mortem. 561.1.a
 Excommunicatus an possit committere iurisdictionem. 49.1.a
 cum Excommunicato participante in diuinis an excuset metus. 66.3.a
 excommunicatio solo actu interiori non potest esse. 153.3.a
 lata animo non ligandi non ligat. 200.3.b
 excommunicare potest non sacerdos. 319.4
 Quid sit. 330.3
 excommunicatis an profint suffragia. excommunicatio a quibus bonis priuet. 331.2.3. & 332.1.
 excommunicatio timenda. 331.4 332.3.a
 excommunicandi authoritas in ecclesia. 332.1.a.2.c
 excommunicatus quomodo traditur sathanæ. 332.2.a.3.a
 excommunicationis minoris effectus 331.1.b
 excommunicatio quid sit. 331.2.b.334.1.c
 est vltima pena. 332.2.b
 pro Excommunicato an liceat orare. 333.3.b
 est salutaris. 334.2.3
 potest infligi pro temporalibus. 334.4.335.1
 an præquiratur admonitio & contumacia. ibidem col.2. & 3. & 337.2
 adiuncto præcepto reddit obligans ad peccatum mortale. 337.1.c
 iniusta quid valeat. 336.3.4. & seq. 337.1.c
 iure nulla non ligat, & eo casu quid agendum. 337.1.a. & seq. 338. & seq.
 excommunicatus an possit excommunicare. 341.1.2
 excommunicatus occultus potest absolueri. 341.3.b.
 non tamen excommunicare. ibidem
 excommunicare se, vel equalem, aut superiorem an possit quis. 341.4
 excommunicatum occultum an liceat inuitare, 345.3.c
 an peccet talis sic inuitatus communicando cum alijs in humanis actionibus. 345.4.c
 excommunicatis occultis an liceat conferre sacramenta. 346.1.b
 communicatio concessa cum excommunicatis etiam in spiritualibus quomodo intelligatur. 346.1.2. & seq.
 excommunicatio est pena pure ecclesiastica, quæ potest ecclesia moderari. 346.2.b
 excommunicato presente quid faciet celebrans & audientes 346.3.a
 casus

Materiarum.

casus in quibus licet communicare cum excommunicato etiam nominati. 346.3.c
 cum occulto excommunicato an liceat conuersari, ibidem 4.b
 excommunicare qui nam possint. 339.3. & seq. 340.1. & seq.
 excicare an possit parochus. 340.1.b
 excommunicatus in vno episcopatu vbiq; est vitandus. ibid. 1.c
 excommunicare potest non sacerdos. ibid. 3. & seq.
 excommunicare se nemo potest. 330.1. ad 3.arg. 341.4. & seq.
 excommunicari potest papa a concilio. 330.1.b 342.1.b
 excommunicari an possit communitas 342.2. & seq.
 excommunicatus an possit iterum excommunicari. ibidem 4.
 excommunicatio ignorata an liget. 343.1.c
 extrauagans concedens communicare cum excommunicatis occultis. 345.2.a, & ibidem alia concilij Basiliens.
 excommunicationi iuris comunis multitudo grauis. 344.c
 cum Excommunicato an liceat communicare in pure temporalibus. 344.3.4 & 345.1.b
 diffamatus de excōe est vitandus. 347.2.a
 excommunicatus occultus tenetur abstinerere a comunione aliorum, ibid. 2.b
 cum excommunicato participans an sit excommunicatus. 347.4. & seq. 348.4.c
 excomuniois sententia contra participantes quid requirat vt liget. 349.1.a
 excommunicatus minori non est eligibilis, & in quibus vitandus sit. ibidem 1.c
 cum excommunicato participare in prohabitis an semper p.m. ibid. 2.
 decretalis dicēs potius moriendū quam comunicandū in diuinis cum excommunicato exponitur. 349.3.ad 1.arg. 350.1.b & 351.2.c
 comunicare cum excommunicato in temporalibus an liceat. 349.4.concl.2.
 ab excōe absolueri quis possit. 351.3.
 clericum percuciens in 7. casibus excommunicationem non incurrit. 351.4.b
 ab Excommunicatione non seruata ab episcopo potest absolueri proprius sacerdos. 352.1.c
 ab Excommunicatione in periculo mortis quis absoluet. ibid. 2.c
 vbi etiam habes qui sit articulus mortis. 29.2.a
 ab Excommunicatione absolui potest mortuus, non tamen excommunicari. 152.3.b
 absolutionis ab Excommunicatione formata. 152.4.b & 153.1.b
 ab Excommunicatione ab homine quis possit absolueri. 353.1.a
 excommunicatus nominati a papa, potest absolui per iubilæum aut confessionale. 353.1.b
 & quid obseruandum. col.3.a
 & quod talis absolutio non prodest in foro exteriori. ibidem c
 sine absolutione ab Excommunicatione non recipitur absolutio a peccatis. 353.2.b
 in foro exteriori non creditur confessario asserenti se aliquem absoluisse ab Excommunicatione. 353.4.b
 absolui ab excōe potest quis inuitus. 154.1. Ab excommunicatione potest episcopus suum subditum absolueri in alio episcopatu. 154.2.a
 in Excommunicatione sunt notandæ personæ & actiones. 354.2.b
 excommunicationes a iure reseruatae præ colliguntur. ibidem 3. & seq.
 excommunicati sunt religiosi absolutes a casibus in iure non cōcessis. 355.2.a
 excōes alie papæ reseruatae. 357.3.b
 excommunicatio contra non reuelantes simoniacos non est recepta. ibid. 4.b
 excommunicationes episcopis reseruatae. 358.2.b
 excommunicationum multitudinē queritur. 360.4.b 344.c
 ab Excommunicatione vna potest quis absolui manens in alia. 368.1.2.
 excommunicationem non incurrit occidens clericum cum vxore inuentum 514.2.ad 3.argu.
 excommunicatio minor quid sit. 348.1.a
 ea ligatus a quibus debeat abstinerere. 348.1.b
 ab existēte in minori excommunicatione absolutus an sit absolutus. ibid. 3.b
 excommunicatus minori non potest eligi. ibidem 4.b
 a minori Excommunicatione absolueri quis possit. ibid. 4.b
 Exequiæ an profint. 566.3.
 Exhæredatur filius duabus de causis. 171.4.c 172.1.a
 F
 Amam cum causa licet prodigere. 81.4.ad 4.argu.
 homicida tenetur se prodere si alius pro homicidio eius innocens ducatur ad mortem. 81.3.
 extra confessionem licet aliquando sum reuelare peccatum. 29.2.a
 diffamare se non est contra ius naturamortuus, non tamen excommunicari. 29.2.a
 peccata quedam non infamant. 248.1.a
 famam licet negligere. 245.3. concl.1.
 infamia hæresis & apostasiæ non est ferenda. 245.1.c

famam licet prodigere ad vitam seruandam. 87.4.concl.10. 88.1.b
 fama & gloria sunt bona propria non communia. 222.1.a
 ad famam seruandam non licet furari. 263.1.c
 fam licet aliquando prodigere. 390.1.b
 famam alicuius potest ecclesia prodere. ibidem.
 In festo acquisita non tenemur restituere. 122.4.a
 præceptum de festo celebrando non frangitur per p.m. 153.3.b
 Filij sequuntur matrem. 472.1-473.3.b
 filios illegitimos an teneantur alere parentes. 492.3.b
 an illegitimi succedant. 493.1.a
 Ex fine sumitur ratio mediorum. 313.4.a
 finis per se matrimonij duplex. 459.1.c
 principia ad finem obtinendum sunt in omnibus rebus naturalibus. 529.2.
 finis rationem sola natura rationalis cognoscit. ibidem.3.a
 Fornicarij notorij missam audire, vel absolutionem ab eo accipere licet. 349.2.a
 fornicatio simplex est pec. mor. 534.4.
 in cor.
 Forum exterius obligat vbi non obligat interius. 270.4.a
 Fraus in ludo quid. 123.4.a
 Frigiditas an impediatur matrimonium. 501.3.502.3.b
 ea qua diligentia probanda sit. 502.3.c & sequent.
 Furtum est proprie raptus vxoris vel filij. 218.2.b
 G
 Ecce Gladij duo hic, verbum fuit errantium. 305.1.a
 gladium materiale non habet ecclesia 514.2.a
 Gratia datur alicui ex merito aliorum 131.3.b
 gratia non habet ex natura sua neque charitas, vt faciant opera nostra meritoria de condigno. 181.4.b 182.3.c
 gratia absolutè non intelligitur nisi prima. 291.1.b
 esse in Gratia nemo tenetur nouo præcepto. 398.1.a
 gratiam Deus potest dare sine contritione. 291.1.b
 H
 Hæreticus ipso facto priuatur suarum rerum dominio. 120.4.a
 qualiter vitandus. 324.1.a.2.b
 an possit ordines conferre. 422.3. & sequent.
 Ho



Index

¶ Homo purus dupliciter capitur. 92.1.b
hominis & aliorum animalium comparatio. 314.1.c
homo animal sociabile natura. ibidem c
¶ Homicida occultus potest celebrare, si non celebrando se prodat. 366.1.c
¶ Hermaphroditus potest ordinari. 423.4.c
¶ Horæ an debeant audiri ab ipso recitante. 146.1.dub.3
beneficiarij qui teneantur ad horas. 146.1.dub.4. & col.2.dub.5. & col.4.dub.6
an teneantur ad eas pensionarius. 146.4.b.147.1.conclus.4
coadiutor beneficiarij quando teneatur ad eas 147.1.con.5
comendatarij quando teneantur. ibid.2
qui habent capellanias tenentur. ibid.
professi an teneantur ibidem b.
minores initiati an teneantur. ibidem 2.b
ordo Horarum an sit in præcepto. ib.3.a
an satisfaciatur soluens Horas simul audiendo missam obligatoriam. 150.3.dub.5
soluendæ sunt vocaliter 145.4
qui ad eas teneantur. ibid.dub.2.146.1
quo tempore soluendæ. 148.3.dub.1
hora prima quota hora sit ibid.dub.2
actualis attentio an sit in eis necessaria. 149.1. & col.3.dub.2. & 250.1.dub.3. & col.2.dub.4.
horæ peccando solutæ an sint repetendæ 151.3.dub.1.
similiter si soluantur sine vlla deuotione & attentione ibid.4.dubio 2
attentio requisita 152.1.a
dictæ non animo satisfaciendi præcepto an iterandæ. ibidem dub.3
horæ repetendæ in duobus casibus. ibidem 3.a 4.a
interruptæ ab initio repetendæ. ibid.4
deuotè pariter & attentè dicendas esse quomodo intelligatur. ibidem 4.c. & 154.1.a.b. & col.4.c
quæ attentio sufficiat. 153.1.a. & 154.3.4
horas non soluens tenetur restituere fructus 225.1.a
¶ Hospitalitas commendatur. 130.col.2.b
I
Ieiunium an sit actus virtutis. 194.1.3.
195.2.a. 197.1.c
eius modus seu moderatio. 194.2.ad 3.argum.
est triplex. 194.4.b
ieiuniū ecclesiasticū tria requirit. ib.c.211.1.b
ieiunio abbreviare vitam an liceat. 195.3.a.214.2.b.216.3.c
ieiunij finis triplex. 195.3.c
ieiunio se reddens impotentem coniunx ad reddendū debitū p.m. 197.1.a
ieiuniū ecclesiasticū quando cœpit. ibid. & fol.198.3.b
an à Christo institutum. 197.2.c
quadragesimale ab apostolis institutū. 197.1.199.3.a
an sit in præcepto. 198.1.200.4.b.198.4.dubio 2.
ieiunare an teneatur qui non indiget eo. 198.4.dubio 3
præceptum de Ieiunio non est in iure. 199.2.c
an obliget ad p.m. ibid.3.dub.4. & col.4.dub.5. & 200.4.b.201.1
a Ieiunio ecclesiæ excusantia. 201.2.dub.7.202.2.b.203.2.b
ad Ieiunium soluendum sat est causa rationabilis etiam præsumpta, modò bona fide, & in dubio sufficit prælati autoritas. 201.4.dub.8.
an possint prælati inferiores in eo dispensare. 202.ar.3
pueri an teneantur. 202.3.a.4.a
artifices, & iter agentes an teneantur. 202.4.dub.9.203.1.a
carnes licitè comedēs non deobligatur à Ieiunio. 203.1.c
dispensatio an sit necessaria. 203.3.a
vxor an Ieiunabit vetante viro. 203.2.b
qui Ieiunando fiunt libidinosiores, vel maximam patiuntur difficultatem, an excusentur. ibidem 3.c
perfecti an etiam teneantur. ibidem 4.b
quibus diebus Ieiunandum ibidem c
ieiunandi consuetudines quos obligent 204.1.a
papa an possit dispensare in Ieiunio. 204.3.a.205.2.c
alij prælati an etiam possint. 204.4.a
domino non Ieiunanti an peccent serui cœnam ministrantes. 205.1.b
ad cœnam inuitans alium in die Ieiunij an peccet. ibidem 2.a
ad Ieiunandum compellere seruos an teneantur domini. ibid.b. & 212.2.b
ieiunij dies rationabiliter statuti. 205.1
in Ieiunio dispensandum facile cum nouiter conuersis. 206.2.a
ieiunare non possunt filij spōsi. ibid.1.c
die dominica an liceat. ibidem 2.b
quosque differenda refectio. 207.1.a
an soluatur per binam comestionē ib.4
an per cœnatiunculā. 208.3.b.214.4.b
an post fractum toties peccet, quoties comedit. 209.1a
an quotidie peccet qui totam quadragesimam non Ieiunat, si hoc initio proposuit. 210.1
an soluatur per vsum carniū. ibid.4
à Ieiunio liber an teneatur tamen abstinere à cibis vetitis. 212.1.b
videntes cœnam in die Ieiunij an peccent. 212.1.c

nolentes Ieiunare seruos an teneantur domini expellere. ibidem 2.3.
ieiunandi obligatio an tollatur per contrariam consuetudinem. 214.3.b
ieiunium ecclesiasticum quibus modis soluatur. 215.3.b
ieiunium non soluunt electuaria sumpta etiā in magna quātitate. ibid.4.b
ieiunium nou soluunt oua & lactinia, vbi est consuetudo. 216.1.a
ieiunium quadragesimæ est maioris rigoris. ibidem
patres familiæ, hospites, & stabularij an peccent ministrantes alijs ea per quæ Ieiunium soluuntur. 216.2.a
ieiunij ecclesiastici magna vtilitas. 216.2.b
minns satisfacit quā oratio. 565.4.
¶ Ignorantia inuincibilis est cum tuta conscientia. 219.1.b
ignorantia duplex: antecedens & concomitans. 466.4.a
ignorantia inuincibilis multis modis dicitur. 294.3.a
ignorans inuincibiliter an sit cōtritus: accedendo ad pœnitentiæ sacramentum excusatur. 294.3.b & 4.b.295.4.b.296.1.
ignorantia inuincibilis quæ sit. 343.3.a
ignorantia ipsa in re graui ē p.m. 415.4.c
ignorantia & error differunt. 466.2.ad 1.argu.
ignorantia inuincibilis potest esse iuris naturalis secundarij. 533.2.c
¶ Ignis iudicij eiusdem speciei cum elementalī, 576.2.a 578.2.
non purgabit corpora cœlestia. 577.1.a 579.1.
nō corrūpet alia elemēta. 577.1.b 579.3.
ascendet ad locum quo ascenderunt a quæ diluuij. 577.1.b
partim præcedet iudicium partim sequetur. ibidem 2.c
purgabit bono, trudet in infernū malos ibid.3 b
Incinerabit corpora iustorum sine dolore eorum. ibid.3.b
¶ Illegitimi qui. 544.1.
an damnū reportare debeant. col.2.
an eos teneantur parētes curare. col.3.a
an possint legitimari. col.3.
¶ Illicita datio tripliciter. 264.1.c
¶ Imago Dei in homine, quid. 220.4.a
¶ Imperator an sit dominus orbis. 235.3.dubio 18.
imperium romanorum. 236.3.a
imperatoris qui sit iustus titulus, & quo tempore ad occidentales transierit imperium. 236.4.b
¶ Imperator actus superioris virtutis ab inferiori. 111.4.dub.1.
im

Materiarum.

Imperat voluntas non propriè, sed ratio. 137.3.
imperium quid. 139.2
est actus intellectus, attributus tamen etiam voluntati. ibidem 3
¶ Infamans iam publicè infamatum an peccet, & teneatur restituere. 250.1.dubio 7.
infamare aliquem apud vilem non videtur peccatum mortale ibidem 3.a
infamantis restitutio. ibidem c.
non Infamatus potest tacere rogatus in iudicio. 256.4.b
¶ Infamasse an peccet. 247.1.c lege restitutio
¶ Infernus damnatorum in centro. 546.2.b.552.1.b.
in Inferno erat ille diues epulo. 547.3c
¶ cum Infideli an possit contrahere fidelis. 508.1.509.3.b.
inter Infideles an sit matrimonium. 508.3.509.1.b
infidelis dimissa an possit nubere. 513.1.a 5.7.4.b.518.4.c
infidelis non potest vna ob adulterium dimissa aliam ducere. 513.2.b.3.c
¶ Indulgentiæ an aliquid pœnæ remittant. 368.3
quid hoc nomine significetur. 369.2.b
impugnantur. 370.1.c. sunt antiquissimæ ibidem 3.a.371.1.a.2.b.4.b.372.2.a
indulgentias dat aliquo modo quicunque absoluens, 370.3.c
ecclesia potest eas conferre, id est dimittere pœnam sine sacramēto. 371.1.c.372.1.b
quid sint. 372.1.b
tollunt peccata venialia. 372.2.a.380.2.conclus.2
propositiones S.Tho. in quibus fundantur indulgentiæ. 374.1.a
pertinent ad clauas, nec possunt à laicis dari. 374.4.b
aliter remittunt pœnam quā sacramentum. 375.1.b
quædam sunt ridiculæ. 377.1.a.378.1.c.3
an possint concedi in quantacūq. quātitate pro qualibet pia causa. 377.2.c
aliquando æqualia facientes non consequuntur æqualē indulgētiā. 377.4.a
non semper valent quantum sonant. ibidem b. & 375.2
an concedi possint sine causa. 376.3.c
bullatores aliquando mentiuntur. 378.1.conclus.2
in dandis Indulgentijs potest papa errare. ibidem conclus.3
an remittant solum pœnam iniunctam à confessore. ibidem 2.b
absolutionis forma in Iubileo. Absolutio & restitutio innocentie baptismali. 378.4.b
per Indulgentias receptas deobligatur quis à satisfactione iniuncta in confessione. 379.3.b.4.b.381.1.b.383.2.a
quid est concedi tot dies aut tot annos. 379.3.b
indulgentia plena, plenior, plenissima. 380.2.a
fieri possunt pro subsidio tēporali. 380.3
an possint dari à parcho. ibidem 4.
Iubileum quid. 380.2.c
qui possint eas concedere. an non sacerdos. 381.3
an episcopus. ibidem 4. & 382.1
an capitulum. 382.2.b
an abbates ibidem 3.a
applicatio bonorum spiritualium qualiter facienda, nec est Indulgētia. ibid.c
an existens in peccato eas possit dare. 383.1
an valeant existenti in p.m. ibid.col.2
an præquiratur confessio. 384.1.a
an valeant iusto sumptæ pro eo ab existente in p.m. 384.1.b
dispositio requisita ad eas suscipiendas. ibidem.
an valeant peccantibus sub earum specie. ibidem 3.a
eas recipiens potest à quolibet sacerdote etiam religioso sumere eucharistiā ibidem 4.a
per Indulgentias in articulo mortis potest quis absolui à pœnis etiam ab eo cui non est confessus.
sumptæ in peccato mortali habent effectum veniente gratia. 384.4.c
non impediuntur per p. veniale. ibidem.
an valeant religiosi. 385.1
religiosus an possit eligere confessorem per generales Indulgentias. ibid. 2.b
non valent nō faciēti id pro quo datur. an prosint defunctis. ibidem 4.b.566.2
an ipsi concedenti. 386.2
¶ Intellectus sunt alij actus præter apprehensionem & iudicium. 139.2.b
¶ Intentio in sacramentis duplex. 459.2.ad 3.argum.
¶ de Interdicto. 361.4
¶ Irregularis non efficitur laicus absolvens sacramentaliter. 42.3.b
neque qui celebrat post iniustam excommunicationem. 339.1.conclus.5
irregularitas quid. 263.1.b
irregularis absolui potest manente irregularitate. ibidem 2.a
regular in hac materia communes. ibid.
irregularitas ex bigamia. ibidem col.2.b
ex defectu corporali. col.3.b
ex defectu natalium. col.4.a
ex defectu ætatis. b
ex lepra. ibidem c

ex morbo caduco. 364.1.a
ex seruitute, &c. ibidem
ex defectu mansuetudinis. 361.2.a
ex delicto. ibidem 4.b
qui hortatur milites ad pugnam an sit irregularis. ibidem 3.b
an abortum vel sterilitatem procurans. 365.1.b.
an infirmarius incautè tractas ægrotū. 365.3.b.425.2.a
an abutens ordinatione vel ordine. 366.2.b. an qui per saltū mouetur. 414.2.b
an homicida. 425.1.2.b. an accusans. ibid.
an illegitimus. ibid.3. an mutilatus. ibid.4
an qui ignorans se esse excommunicatū sulcipit ordines. 343.4.a
¶ Instrumentum qualiter agat. 557.1.b
¶ Inuocare Deum quomodo dicuntur bruta. 162.1.b
¶ Ioseph quomodo voluit virginem dimittere. 520.3.ad 2.arg.
¶ Ipso facto dupliciter intelligit. 120.4.b
¶ Iudæ proditoris refrigerium. 559.1.b
¶ Ante Iudicij diē oēs moriuntur. 546.1.a
erit duplex Iudiciū: s. discussionis, & approbationis. 572.3.b
non Iudicat Deus bis. 573.2.a. an in Iudicio sint reuelandæ omnium cogitationes. 573.4.a
an tempus eius sit occultū. 574.1.b.590.1.b.591.2
an omnes prius moriētur. 577.3.b.586.2.a.592.4
¶ Ius diuinum nō sunt omnia quæ apostoli scripserunt. 537.3.b.538.3.ad 2.ar.
iure naturali omnia communia in necessitate. 222.1.conc.5
ius naturale duplex. s. præcipiens, vel consentaneum. ibidem.4.b
contrà, Ius naturale est aliquid dupliciter. s. vel repugnans principijs primis, vel secundarijs. 483.4.c
ius naturale quomodo dicitur inuariabile. 532.1.ad 1.argum.
¶ Iustitia creaturæ in quo consistat. 174.1.a
an in pœnis & præmijs Deus vtatur Iustitia & misericordia. 634.2.a
¶ Ius naturale quid. 529.3.a.530.1.ad 4.c. contra Ius seu legē naturalē dupliciter est aliquid. 529.3.b.534.2.a. lege lex.

L
Labor corporalis ad quatuor ordinatur. 133.1.b
laborare manibus an sit valētibus necessarium ad salutem. 132.4.dub.1
labor corporalis quando cadit sub præcepto. 133.3.b.conclus.1.
¶ Laicus merè an possit habere iurisdictionis clauem. 330.1.c
¶ Lege

Index

Materiarum.

lege pœnali dānatus an ipso facto amit-
tat rerum dominium. 224.3.dub.10.
lex non potest præcipere quod non po-
test punire. 153.3.a
lex obligat quamdiu finis eius nō cessat
in omnibus. 199.2.b
legem potest constituere qui potest trās-
gressorem punire. exponitur 200.2.
post initium.
quæ Leges seu statuta ecclesiastica obli-
gent ad peccatum mort. 200.2.dub.6
lex non omnis obligat ad peccat. m. etiā
naturalis & diuina. ibidem.
lex non solum pœnalis, sed etiam irritas.
124.1.a
legis obligatio aut præcepti qualis sit,
datur ad id cognoscendū signa. 200.3
legem diuinam positiuam, aut humanā
an oporteat seruare cū periculo mor-
tis. 214.1. post medium.
facere cōtra Legem, & in fraudem legis,
differunt. 216.1. post med.
lex humana non statim cessat si cesset fi-
nis in vno particulari. 228.2. post ini-
tium & 230.4.b
lex humana duplicem habet vim in trās-
ferendis dominij. 232.4.c
lex pœnalis non obligat ad pœnam ante
latam sententiam. 256.4. circa med. &
257.1. conclus. 3. & seq.
Legislator ecclesiasticus potest obliga-
re liberos ad aliquam pœnam ipso
facto soluendam. 257.2.c
ex pœnalis an obliget, vt seruanda sit
in conscientia. ibidem 4.a
lex naturalis seu ius natur. quid sit. 529.
3.a. 530.1. ad 4.
contra legem naturalem est aliquid du-
pliciter. 529.3. b. 534.2.a
lex humana an obliget eum periculo
mortis. 350.4. b
leges non necessariō debent esse scriptæ
501.1.a
Libertas christiana. 211.4
Liberi sunt filii. Matth. 17. exponitur
305.2.a. & 317.3. ad 6.
Limbus patrum. 546.3. b. 548.2. c
limbus puerorum. 546.3. c. & 552.2
Liber de spiritu & anima an sit Aug.
555.4. ad 1.
Licet velle quod licet facere. 20.1
Locus rerum spiritualiū qualis. 557.1. c
incorporea sunt in loco nobis ignoto.
545.3. ad 1. arg.
Loth filia non excusatur. 448.1. b
Lecti ludo parti restitutio. 273.3. b
Ludus an licit. 274.1. b. & in ludo per-
dens an teneatur soluere. ibid. col. 2. a
an & cui teneatur restituere, qui inuitus
tractus ad ludū lucratus est aliquid.
224.2.a

M

Macchabæorum duo primilibri sunt
canonici. 547.2. b
Maria virgo an votum virginitatis ha-
buerit. 468.1. b. & quomodo sta-
re poterat cum matrimonio. ibid. 2. c
maria virgo habuit dissentum in copu-
lam carnalem. 469.2. a
Matrimonium verum fuit inter beatā
virginem & Ioseph. ibidem 1. c
& an fuerit æquē perfectum ac si esset
consumatum. ibidem 2. b
matrimonium infidelium est dissolubi-
le. 282. b
matrimoniu est naturale homini. 433. 1
matrimonium contractum per procu-
ratorem, an sit sacramētum. 438. 4. b
matrimonij integritas an commixtionē
carnalem requirat. 439. 2
matrimonium à decepto contractum,
alias non contrahendum, an sit vali-
dum. 442. b. & 453. 4. a
matrimonij definitio. 444. 2. & 445. 3
matrimonium an sit contractus. 445. 1
matrimonij nomē & etymologia. ibid. 2
matrimonij & aliorum contractuum dif-
ferentia. 447. 4. c
contraho tecum si cras dederis mihi cē-
tum, an sit matrimonium conditione
completa. 440. 3. c. & 441. 3. a. & seq.
item 442. 2. b
an sit Matrimonium apposita conditio-
ne impossibili. 440. 4. b. & seq.
in Matrimonio quatuor duntaxat repe-
riuntur. 444. 4. a
qui iurauit aliquam ducturum, an licitē
possit ingredi monasterium. 453. 1. b
scortum publicum ducens liberatur à
suspendio, & verum contrahitur ma-
trimonium: vt etiam quum quis sani-
tatis causa, & ne morbo moriatur, v-
xorem ducit. 456. 4. a
an ex præcepto parentum obligetur fi-
lius ad Matrimonium. 458. 1. & 2
matrimonium possunt contrahere im-
potentes propter senectutem ad car-
nalem copulam. ibidem. 4. c
matrimonium an excusetur ob aliqua
bona. 459. 3. & horū bonorū assigna-
tio. 460. 3. & eorundē cōparatio. 461. 1
matrimoniu duo habet, est officiū natu-
ræ, & sacramētū ecclesie. ib. c. & 461. 2. c
matrimonij bona an excusent concubi-
tum coniugalem. ibidem. 4
an sint aliqua matrimonium impediē-
tia. 464. 4. & seq. & quæ quotuplici-
tate sint. ibidem.
matrimonium ritē factum non dirimit
superueniens impedimētum. 465. 4.
ad 7. & 485. 2. ad 6. arg.

error an sit conueniens impedimētum
Matrimonij. 466. 1. & 467. 3. c
matrimonium Lic & Iacob vnde fuit va-
lidum. 466. 2. ad vltimū argumētum;
error conditionis inuadens Matrimo-
nium est solū de statu seruitutis. ib. 3. b
& hoc est solum de iure humano. ibidē.
& 470. 2. ad 1. arg. & col. 4. a. & intelli-
gitur quādo deceptus est liber. col. 4. c
error circa ipsam personam in te, semper
impedit. 466. 3. b. 4. a.
& quis sit talis error. 467. 1. 2
matrimonium nō inuadit error de in-
fidelitate. ibidem 4. ad 2. ar.
consentiens in fratrem alicuius per ver-
ba de præsentī, & postea cognita ab
eiusdem fratre fraudulenter, an fece-
rit matrimonium. 468. 1. ad 9. arg.
matrimonium nō impedit impotentia
coeundi scita. 470. 1. a. & 2. ad 4.
matrimonium non inuadit ignorantia
lepræ, ibidem 2. c
votum simplex an dirimat matrimoni-
um. 474. 1. & seq.
matrimonij finis triplex. 479. 3. in cor.
an princeps secularis possit facere ali-
quas personas illegitimas ad matrimo-
nium. 480. 1. b. & 509. 2. b
an inter parētes & filios sit de iure natu-
rali prohibitum matrimoniu. 481. 2. a
& an in hoc possit fieri dispensatio. ibid.
c. & 482. 2. a. & 487. 2. b
an solum inter parentes & filios sit pro-
hibitum Matrimonium de lege natu-
ræ. 481. 4. a. & 486. 1. a
inter nouercā & priuignum an possit
esse matrimoniu. 482. 4. c. & 487. 4. a
inter fratrem & sororem an sit prohibi-
tum matrimonium iure naturali.
483. 2. a
matrimonium Henrici 8. regis Anglorū
488. 2. a
quæ sint personæ ad Matrimoniu legiti-
mæ. 502. 2. c
contrahens cum muliere quæ non po-
test parere nisi cū periculo mortis, an
faciat ratum matrimoniu. 503. 2. c
matrimonium ratum non facit vir non
potens emittere semen. 503. 4. b
maleficium an impediāt matrimonium
504. 3. cor. & 505. 1. & seq.
furia an impediāt matrimonium. ibidē
4. cor. & 506. 1. c
incestus an dirimat matrimoniu. ibid. 3
matrimoniu impediūt sola duo vitia, in-
fidelitas & adulteriū. 513. 2. c. & 518. 1. a
vxoriciū an impediāt Matrimoniu.
514. 3. & seq. & 515. 1
matrimonio consumato non licet coniu-
gi altero inuito religionē intrare. ib. 3
matrimonium

matrimonium qualiter significet vnio-
nem cum Christo. 516. 1. ad 1
matrimonij triplex finis. 529. 3. c. & seq.
& 530. 4. a
matrimonium infidelium an sit dissolu-
bile. 534. 4. a
matrimonium consumatum in lege no-
ua est indissolubile. 542. 4. b
matrimonium non consumatum an di-
rimi possit quoad vinculum. i an pos-
sit in eo dispensari. 542. 4. b
Malus effectus an sit à Deo. 459. 2. ad
2 argumentum.
malum non pot esse sine bono. 553. 2. ad 9
Maleficij remedia. 505. 2. c
Manifestum crimen quid. 367. 1. b
Martyrium absq; omni dolore forma-
li, peccatum delet. 3. 1
martyrium an sufficiat ad remissionem
peccatorū absq; pœnitentiā. 21. 4. & 22. 2
martyrium quando sit. ibidem b
martyrium excellit baptismum & pœni-
tentiam. ibidem 4. a
Medicus tenetur pauperem gratis cu-
rare. 115. 2. a. & 267. 3. b
Memoria duplex. 556. 1. ad 4
Præceptum de non accedendo ad mē-
struatam partem fuit morale, partim
ceremoniale. 525. 1. a
Meretrix quo iure accipit mercedem.
264. 3. b. & 265. b
Meritum nec de congruo potest esse
primæ gratiæ. 93. & 4
meritori acti an sit in purgatorio. 23. 4
meritum maius est operis præcepti quā
liberi. ibidem.
Meretur quis alteri augmentum gratiæ
quomodo intelligatur. 97. 2. c
meritoria nullius boni, sunt bona opera
extra charitatē facta. 103. 1. b. & 2. dub. 1
meritum quid. 181. 4. b
mereri & impetrare quomodo differat.
182. 2. a
mercatur ne quis alteri gradum gratiæ.
185. 1. c
meritorium opus habet triplicem valo-
rem, scilicet generalissimū, & c. 187. 1. c
item quibus hi tres valores communica-
ri possint, aut non communicari. ibi-
merita sunt nostra. 260. 4. b
mereri & satisfacere multum differunt.
373. 2. a. & 374. 3. a
Metere Deum vbi nō seminavit, Matt.
25. exponitur. 260. 3. c
Metus quomodo excuset aut non ex-
cuset. 350. 1. c. & seq. & an ob metum li-
ceat communicare cum excōmuni-
cato. ibidem 3. a. & seq.
metus distinctio ab ecclesia inuenta,
456. 2. b.

metus cadens in cōstantem virum, quis
sit. ibidem 2. a
metus infamiæ cur non sit metus cōdēs
in cōstantem virum. 557. 1. c
Melius est esse paucos ministros bo-
nos, quā multos malos. 416. 2. ad 1
Mortaliter peccat qui actū sui ordinis
in p. m. existens operatur. 416. 4
à ministro existente in mortali, sed tole-
rato ab ecclesia, licet sumere sacramē-
tum. 416. 4. c
inducere tamen talē extra casum neces-
sitaris abstinentum est. & c. ibidem.
auctum alicui ordini proprium acturus,
debet cōteri de cōmissis. 21. 3. b. & seq.
Sacrum facere ante recitatum Matuti-
nū, an sit pec. mort. 147. 3. dub. 8.
Missæ pauca, & pauci psalmi, qualiter
magis prolunt quā multa. 186. 4. b
missa dicta pro pluribus an a que valeat
cuiuslibet illorū acti pro vno solo dice-
retur. 189. 1. a. & seq.
Caietani & Syluestri sententiā super pro-
posita quæst. compendiose collecta in
decem conclus. ibidem & 193. 3. a
prædicta sententiā examinatio. 189. 4.
c. & in sequent.
missæ valor ex duobus pendet. 190. 1. 2
missa duplicem habet valore, ex se, siue
ex opere operato, siue ex opere ope-
rantis. ibi dem b. & seq. & 4. c
missa dicta pro pluribus non tantum va-
let singulis acti pro vno solo dicere,
190. 3. b. & 191. & 192. 1
missa an habeat valore aliquem ex eo
quod offertur nomine ecclesie ibidē b
missæ valor an accrescat ex alijs, scilicet an
tibus, canentibus, ministrantibus, &
dantibus eleemosynam pro ea. 91. 1. b
missa pro defunctis quā nā plus valeat
566. 1. 3. 5
an debeat esse de requiem 560. 3. c
an a malo sacerdote dicta satisfaciat. ibi-
dem col. 2. c.
an sit magis satisfactoria quā elemo-
syna ibidem 1. b.
Si omnes fideles essent in p. m. an missæ
sacrificiū esset satisfactorium. 560. 2. b
sacerdos plus satisfacit si vltra Missam
etiam suam deuotionem applicet ali-
cui 374. 2. c
missa dicta à pluribus est maioris va-
loris. 191. 3. a
missæ valor an respondeat quātitati deu-
otionis eorū p quib' offertur. 181. 3. a
missæ valor ex quatuor pendet. 191. 3. c.
& 192. 2. b
missæ valore totū applicare ad quem
spectet. 192. 2. a
missæ triplex valor: generalissimus, spe-

cialissimus, & medius. 192. 2. a
quid sit illud quod applicatur omnibus
fidelibus in missa. 192. 2. b
valor generalissim' an applicatur æqua-
liter omnibus. ibidem 3. b
missæ valore omnem an sacerdos pos-
sit cui voluerit applicare. ibi dem c
valoris specialissim' applicatio. ibidē 4. a
valoris medij applicatio ibidem 4. b
an sit rata applicatio medij valoris facta
vni, quæ debebatur alijs. 193. 1. b
missa tanto minus valet ijs pro quibus
offertur, quo plures in ea commendā-
tur. ibidem 2. b
missa quomodo debeat applicari. ibid. 6
Millenarius numerus in apocalypsi.
591. 2. a
Monachus an patri carnali teneatur
potius subuenire quā fratri seu mo-
nacho alijs sui instituti. 131. 3. a
monachus negata licentia an possit exi-
re claustrum ad subueniendum patri.
131. 3. a
monachi quando tenentur laborare ma-
nibus. 134. 1. conclus. 3
monachus potest quis fieri sine suo con-
sensu. 447. 2. b
Moralis causa non oportet vt simul sit
cum effectu. 553. 3. b. & seq.
moralis materia mathematicam certitu-
dinem non requirit. 293. 1. b
Morbum differens, mortaliter peccat.
19. 2. b
Morgado est verè dominus suorum
bonorum. 218. 4. a
Mortē petere licet, siue propriam siue
alienam. 157. 1. b
Mostrengos 223. 4. b
mortē inimicis optare an liceat. 177. 2. b
Motus ad naturam se habet tripliciter
585. 3. in cor.
motu cœli cessante an erit alteratio. 607.
3. a. 4. c
Mulier an sit capax ordinis. 309. 4. a
mulier clauces non habet. 320. 1. ad 4. &
col. 2. b
mulier non potest legem condere obli-
gantem ad peccatum. 320. 3. b
mulier non potest excommunicare.
341. 1. conclus. 3.
mulier nō est capax sacri ordinis. 423. 3
N
Naturæ intentio duplex: primaria,
& secundaria. 225. 4. a
naturale duplex: vel ad quod natura in-
clinat, liberè tamen implendum: vel
necessarium. 433. 1. 6
contra naturam est dupliciter. 470. 1. ad
2. argumentum.
Necessitas duplex: ab intrinseco, & ab

Index

extrinsecus. 114.4.b.119.4.b
 Negligentia non est per se peccat. m. 398.1.b
 Nomen Dei quod sanctificari petimus, quod nam sit. 173.1.b
 nomina Dei decem. ibidem.
 nomen Dei tetragrammatō. 172.3cap.4.
 Nouum nihil sub sole. 584.1.a
 Notitia sensitua est de nō sensatis. 11.4
 Nuptiæ secundæ an licitæ. 522.4
 an sint sacramentum. 523.1
 an benedicendæ. 523.2.ad 2.arg.
 O
 Bedire non tenemur in omnibus iocit. 81.4.b
 Obedire Deo quanti sit. 174.1.c
 obediunt Deo cœli & alia inanimata. 174.2.c
 Obligatio duplex: personalis & communis 121.2.b
 obligatio in determinatum diem trāsīt. cum ipso die, siue impleatur, siue non 152.2.b
 Occidere se volentem oportet etiam violenter impedire: non autem sua prodigenti. 19.2
 Ocioſitas damnatur. 128.2. & seq.
 Oratio est magis satisfactoria quam ieiunium. 109.1.b
 est actus intellectus. 137.1. & seq. 139.1.b
 eius commendatio. 138.1. concl. 1
 tribus modis accipitur. 138.4. concl. 4
 proprie fit Deo non homini. 139.1.a
 præsupponit actum voluntatis. 139.3
 eius definitiones. 139.3
 eius frequentia laudatur. ibidem. 4
 non mutat diuinam prouidētiam. ibid. est causa bonorum. 140.1.a
 defenditur ab impugnantibus. ibid. 2.a
 est actus patriæ, non domi. ibid. 3. & seq.
 est honor Dei. 141.2
 est præstantior actus patriæ post deuotionem. ibidem. 3.a
 an cadat sub præcepto. ibidem 3. & 142.1. & seq.
 quotuplex sit. 142.1.c
 mentalis an sit in præcepto. 142.2.a
 an vocalis. ibidem. 4
 Orare vocaliter etiam orationem priuatam est bonum. 143.1. concl. 1
 non tamen simpliciter necessarium. ibi. 2. concl. 2. & 145.1
 orationis præceptum quando obliget. 143.4. concl. 1. & 2. & 144.3
 orationis frequentis exēpla. 243.4. cōcl. 1
 orare semper quomodo intelligitur. 144.1.a. 148.2.c
 orare non tenemur de iure communi in missa diei festi. 144.4
 oratio duplex, cōmunis et priuata. 145.3.

communis an dicenda alta voce. ibid. oratio an debet esse diuturna. 148.1
 orationis species. 155.1. & seq.
 in orōne an liceat determinatē aliquid petere. 156.1. & seq.
 bona temporalia quomodo petenda. 156.3. 157.1
 omnes virtutes morales non licet petere. 156.4
 an semper exaudiatur petens indifferētia. 157.2.a
 orare pro populo cur prohibitus Ieremias. ibidem. b
 an solus deus Orandus. ibid. 3. & 159.3.a
 orant sancti pro viatoribus. 158.1
 orant dii sancti. ibidem.
 an orandi qui sunt in purgatorio. 159.1.a
 162.1.c
 an innocentes cum solo baptismo decedentes. 159.2.a
 an beati semper impetrent. ibidem. b
 quomodo rogatus Deus mutet sententiam. ibidem. 3. c. ad 2
 orare Deum non est superfluum, sed salutare. 160.2.a
 oratur Deus ratione essentialium attributorum. ibidem 2. 4
 orandus etia Spiritus sanctus. ibid. a. c.
 oratio non dirigēda nisi ad solos beatos. 161.1
 viatores etiam Orando impetrant pro viatoribus. ibidem 2.c
 persona diuina non Orat. ibidem. 4
 quomodo intelligitur Christus orare, aut Spiritus sanctus. 162.1.a
 oratur quomodo diues in inferno. 162.3.a. ad 4.
 an etiam peccatoribus cōueniat Orare. 162.3.c
 damnati non propriē Orant. 163.1.a
 pro quibus Orandum. ibidem 2.a
 an pro damnatis. 163.3. 164.3
 quomodo petit ecclesia liberari animas de morte æterna. 164.1.a. 165.1.a
 oratio potest fieri pro eo de cuius salute dubitatur. 156.2.b
 orare an liceat pro omnibus viatoribus. 65.3.b
 sancti quomodo Orant mala inimicis. 168.1.c
 orandum pro omnibus. 168.2.b
 oratione publica non licet orare pro excommunicato. ibidem. 2.c
 orare pro perfectis an possint imperfecti ibidem.
 oras peccator, p peccatore an exaudiatur an necessitate præcepti teneamur Orare ibidem 3. c. & 169.1
 orationem dominicam omnes tenētur scire. 169.1. concl. 1. 171.1.a

non tamen eo ordine quo scripta est. 169.2.c. 4. c. 170.1. 171.1.a
 ea est omnibus excellentior. 170.2
 indifferētia non absolute petēda. 170.2.a
 orationis quatuor species, & quod eis Christus vsus est. 170.2.c
 orationis dominicæ breuitas. ibidem. 3
 eius septem petitiones in veteri testamēto contineri ibidem 4.c
 orationis dominicæ copiosissima declaratio. 171.1.b. & seq.
 personæ diuinæ cur non cōuenit Orare. 178.2.b
 orare malum inimicis an liceat. 178.1.c
 orare pro excommunicato quomodo liceat. ibidem.
 an cū pulsatur ad Aue maria, teneamur orare. ibidem 2.a
 irrationalia an Orent. ibidem. 2.c
 beatos Orare pro nobis an sit de fide. ibidem 3. b.
 an semper impetrent. ibidem. c.
 oratio quibus modis vitietur. ibidem. 4. b. & 179.1.a. 2.c
 oratio absoluta, & se Deo nō submittes, an sit praua. 180.1.b
 remissa an sit vitiosa. 180.1.c
 oratio an sit satisfactoria. 181.2
 oratio viuua, mortua, mortifera. ib. 4. d. 1.
 an valeat, p se Orati. 181.4. dub. 1. 182.1. 2.c
 oratio satisfactoria ex gratia, nō ex se. ib. 182.1.b
 oratio est afflictua. 182.1.b
 orati nō debetur semper quod Orat. ibi.
 oratio mortua ad quid valeat. 182.4.b
 oratio viuua an semper exaudiatur. 183.1.b
 quæ ad hoc requirantur. ibidem.
 oratio mortifera an aliquando exaudiat. ibidem c. & 184.1.a
 oratio an proſit ei pro quo oratur. ibid. b.
 oratio fusa pro beatis an eis valeat. ibid. concl. 1. & 2.
 an existētibus in purgatorio. cōc. 3. 565.3
 an damnatis. 184.2. concl. 4
 an mereatur ei gratiam pro quo oratur. 184.4.a. & 185.1.4
 oratio ex alto impetrat, ex alio meretur. 571.3. ad 4.
 an debeamus sanctos interpellare vt Orent pro nobis. 570.1
 an cognoscant orationes nostras. 569.1
 oratio iusti valet etiā p multis 186.1
 an fusa pro multis tātum valeat ac pro singulis. ibidem 3. b. & 187.1. & 188.2. b
 oratio pro multis an pro paucis sit magis meritoria. ibidem 4. 4
 oratio potest esse meritoria quæ non sit impetratoria. ibidem. b
 amalo in persona boni dicta est aliquādo impetratoria. ibidem.
 Ordo in ecclesia esse debet. 406 ordinem

Materiarum.

ordinē impugnātū argumēta. ibid. 4. a
 ordinū gradus sunt atiquissimi. 407.1.a
 probabile est omnes fuisse à Christo institutos. ibidem. c
 error cōtra Ordines est atiquus. 407.2.a
 non omnes christianos habere ordines ibidem. c
 regale sacerdotiū quomodo intelligitur. 407.3.a
 ordinis definitio. 408.1.
 ordinem esse sacramentum. 408.2.
 an omnes gradus ordinum sint sacramentum. 408.3.c
 gradus inferiorum ordinum esse antiquissimos probatur. 409.3.b
 ordinis sacramentum confert gratiam. 409.4.b
 impositio manuum est de essentia sacramenti Ordinis. 410.2.a. 413.2.c
 formam huius sacramēti esse idoneam. 410.2. & seq.
 materia eius quæ sit col. 4. & seq.
 an necessarius contactus materiæ. 413.3.a. 4.b
 confert gratiam. 412.1. & seq.
 an in quolibet ordinū imprimatur character. 412.3.
 an eorum character præsupponat baptismalem. 413.2.
 & an confirmationis. ibid. col. 3.
 probabile est peccare mortaliter, qui ordinatur anteq̄ sit cōfirmatus. 413.4.b
 ordinem suscipiens debet esse in gratia 414.3.
 qualis scientia requiratur in Ordinandis. 415.2. 4.c
 ordinis diuisionem in septem, est diuisionem totius potentialis. 417.4.a
 septenarij numeri Ordinum ratio. 418.1.
 ordinis in sacrum & non sacrum distinctio. 419.1.
 actus ordinum debita assignatio. ibid.
 actus ordinum minorum possunt exerceri à nō Ordinatis. 420.1. ad 9. arg.
 minores Ordines esse de iure diuino. 423.1.c
 pueri possunt omnes ordines recipere etiam ante vsum rationis non tamen episcopatum. 424.1.2.
 seruus potest sacris Ordinibus initiari. 424.3.
 ordinati debent esse rasi. 426.1.
 prima rōsura nō est Ordo. ibid. 2. b
 ordinis susceptionem an impediatur matrimonium. 476.3.
 ordo an impediatur matrimonium. 475.3.
 & quo iure. 476.1.a
 an dirimat matrimonium ratum non consumatum. 477.1.a

sacrum ordinem potest vir suscipere de licentia vxoris. 515.4.a
 Originale peccatū dimittitur per quēcūq; actū q̄ sufficit ad gratiā. fo. 2. col. 1
 ei non debetur pœna sensus. fol. 2. col. 2.
 non est materia cōfessionis. 321.b.
 Oscula & amplexus inter cōiuges, an sint licita. 464.3. concl. 8
 Ostiarij officium. 319.4. ad. 1. arg.
 P
 Panis quintuplex in scripturis. 174.3. cap. 7.
 Papa potest dispensare in legibus concilij. 38.4.
 non potest dispensare, vt quod semel tātum in vita confiteatur. ibid. b
 non potest obligare, vt quis confiteatur bis eadem peccata. 47.2.b
 non obligatur ad cōfiteendum, nisi solo iure diuino: non ex c. omnis. 49.3.3
 an habeat potestatem in actus inferiorum. 150.1.
 potest dispensare in voto emisso solo actu interiori. 153.3.b
 an possit dispensare in apostolicis statutis & præceptis. 204.1.b
 papa potest resistere princeps sæcularis, etiam circa administrationē rerū ecclesiæ. 205.4.b
 papa potest eximere ecclesiasticos a potestate ciuili. 306.1. concl. 5. & col. 2. concl. 7.
 non habet potestatem in leges principum. 228.3.c
 quorundam summorum pontificū, quasi cōtraria definitiō cōciliatio. 281.1.a
 papa quomodo habeat etiā laicam potestatem. 282.1.a
 pontifex Romanus est successor Petri. 282.4. b. 431.1.a
 est pastor totius ecclesiæ. ibid. c
 an sit superior potestate ciuili iurisdictione & autoritate. 301.4.b
 potestas eius quanta ibi. & 303. concl. 8. & seq.
 in dubio an lex sit expediens reip. an sita dum determinationi papæ: an potestus regis. 303.4. concl. 1.
 disputatio an papa sit dominus orbis. 304.1.b. & seq.
 papa potest excommunicare etiā pro peccatis q̄ sūt solū cōtra legē nature. 305.1.a
 qua ratione distribuatur prouincias infidelium. 305.1.b
 eius est administratio totius ecclesiæ sine limitatione. 313.3.a
 opinio S. Tho. circa potestatem papæ in tēporalibus non recipitur. 317.4.b
 papa hæreticus manet papa, nec incidit in excommunicationē. 324.1.a
 solus papa habet à Deo iurisdictionem. 431.1.b. 226.3.a
 papa qualiter absoluitur. 327.3.b
 non potest remittere quantam pœnam voluerit. 375.1.b
 non potest sine causa alienare bona tēporalia ecclesiarum, nec valet alienatio. 377.1.c
 ex commissione eius potest simplex sacerdos cōferre ordines. 421.3. ad 3. arg. & col. 4. & 422.2. b. 3. a. & 431.1. b
 est super omnes episcopos: & nec ipsi episcopi inter se sunt æquales. 430.1.
 an possint esse simul duo papæ. ibid. 2.a
 non vitur baculo nisi apud Treuiros. 432.3. ad 8. arg.
 potest præcipere alicui, vt suscipiat episcopatum. 458.1. ad 4. arg.
 in quibus nam non possit errare. 533.3. b
 Parabola non debet habere omnimodam similitudinem. 307.4.c
 Parochus an possit absoluerē subditū in alio episcopatu. 48.4.a
 an possit remittere peccata oibus modis quibus remissibilia sunt. 381.2.b
 Patris nomen sumitur personaliter, & essentialiter. 171.2.b
 pater noster dicitur Deus multis rationibus. ibid. 3.a
 Paulus quomodo intelligitur dicere se futurū viuū in die iudicij. 587.1.b
 Pauperibus an liceat vbiq; medicare. 129.2.a b & seq.
 an liceat viuere in arēta paupertate. 134.3. dub. 2.
 pauperibus voluntarijs an liceat mendicare. 135.3.
 paupertatem duplicem Christus probauit. 281.1.b
 Peccatum cur dicitur infinitū. 92.2.
 peccatum ad mortem quid sit. 165.4.c
 185.3. b. 166.1.a
 peccatū in spiritū sanctum quid. ibid.
 peccata cur debita nostra dicāt. 175.4.c
 tripliciter remitti dicuntur. 176.2.a
 peccatum ad mortem exponitur de excommunicatis. 332.2.c
 vti peccato parati an liceat. 505.3.a
 Peccati originalis purgatio in lege naturæ. 284.4.b
 duplicem expiationem requirebat. 552.2. ad 1. arg. & 553.1. ad 3.
 Peregrinorū susceptio laudatur. 130.3.a
 Personæ diuinæ loquuntur sibi inuicem. 178.2. b
 Petro datum est vt esset principium infallibile in rebus fidei, pro se & suis successoribus. 282.4.a
 de eo intelligitur illud. Ego rogauit pro te, vt

re ut non deficiat fides tua. 279.1.c
apostoli alij an habuerint æqualem cū eo potestatem. 211.1.a
eius potestas quo modo superior. ibid. concl. 2.
habuit successorem sibi potestate æqualem. 312.1. concl. 4.
fuit primus apostolorum. 430.1.b
eius potestas mansit in ecclesia. 430.2.b
Pœna quid. 104.3. dub. 1.
an debeat in conscientia ante iudicis sententiam. 234.3.a
Infligitur alicui sine sua culpa. 349.3.c
pœnæ reatus manet etiam dimissa culpa. 369.4. concl. 2
& talis pœna multis modis remittitur. 370.1.373.3.b
solum pro culpa pœna infligitur. 470.2. ad 3. argu.
pœna seu lex pœnalis duplex. 519.3.b
pœna post pœnitentiam manet. 522.3. ad 2. argu.
nō ōne dānū pœna dicit. 544.3. ad 1. arg.
Pœnitentia dicitur large & proprie. fol. 2. col. 1.
an sit de alienis peccatis. fol. 3. col. 3. & 4. & fol. 4. col. 1.
pœnitentiæ & baptismi discrimen fol. 4. col. 3.
pœnitens an debeat facere comparationes, maille incurrisse talia mala quã peccasse. 10.3.
pœnitentiã quãtūvis remissa satisfacit. 10.4. ei potius quã dilectioni attribuitur remissio culpæ. 14.3.
pœnitentia etiam sine actu dilectionis distincto remittit peccata. 14.4.
cuius actus est actus dilectionis. 15.1.
pœnitentiam differre etiam per actū potestati nō est peccatū. 19.4. b. 20.2.a
pœnitentiã esse statim quomodo intelligitur. 19.1.a
circa peccatū dimissum memorię occurrens quomodo peccatur. 18.4. b. 19.1.
hic actus, nolo pœnitere, etiam cum nō teneor, non est licitus. 20.2.a
pœnitere quoties peccatum memorię occurrit non tenemur. ibid. b
pœnitentiæ præceptum quando obliget. 21.2. b & col. 3.
pœnitentiæ seu pœnæ taxatio in confessione. 51.3. & 52.1. & seq.
an pœnitentiæ sacramentū recedente fictione suū effectum fortiatur. 55.2.a
pœnitentiæ finis principalis non est punitionis, sed salutis animæ. 57.1.a
an liceat cum conscientia p. m. accedere ad sacramentum pœnitentiæ. 292.4. c. 293.3. b. 294.1.a. 2. b. 3. b
in eo qui nō pœnitet est cōplacencia vir

tualis in peccato. 295.1.c
pœnitentiã nūc sunt arbitrarie. 371.1.a. c. 21.1.a
quomodo intelligatur septem anni pœnitentię in antiquis canonibus. 380.1. b
quomodo intelligitur remissio pœnæ cētū aut mille añorum. 379.4. b. & seq. e
Solēnis Pœnitentiã an esse debeat. 387.1. c. est antiqua. ibid. 4.
an imponi possit pro peccato occulto. 390.1.a
eius ritus. ibid. 4.a
facit pœnitentiã irregularem. 389.2.c
non est iterabilis. 390.2.
imponi potest etiam mulieri. ibid. 3.
a solo episcopo imponitur. 391.1.c
potest imponi publica pœnitentiã etiam a confessorijs. 389.2.a
In polluta ecclesia celebrans non fit irregularis. 367.2.a
Potestatis ecclesiasticæ & laicæ discrimen quoad obligadū ad p. m. 227.4.c
potestas spiritualis immediate est a Deo, non item laica. 235.4.c
potestas spiritualis est in ecclesia a laica distincta. 283.1. concl. 8.
quo iure sit introducta. 284.1. & seq.
fuit etiam in statu innocentie. 284.3.2.
potestas nouæ legis a Christo incepit, & in quo loco scripturæ data sit. 285.3. a
potestas ligandi & solvendi non separatur a potestate consecrandi. 288.1.2.
potestas spiritualis est præstantior temporalis. 301.3.a
potestatis civilis & spiritualis comparatio. 303.1.a
sunt distinctæ. 205.3.c. 306.2. b
potestas secularis est immediate a Deo in rep. & a rep. in principe. 259.1. b
potestatis ecclesiasticæ subiectum an sit immediate tota ecclesia. 306.3. c. 307.2. conclusionē 3.
ea dupliciter intelligitur & quodā modo residebat in rep. in lege naturæ. 306.4. b
est a Christo qui eã habet a Deo 307.2. b
eam dedit nō vniuersæ ecclesiæ, sed certis personis. ibid. & 304.1. b
fuit tota in Petro. 310.2.c
potestatis secularis origo. 313.3. concl. 1. & seq.
potestas legalis sacerdotis qualis. 319.1.c
potestas civilis quomodo subsistit spirituali. 480.4. b
potentia quid. 554.1.
Pra. b. dæ quãdō distribuendæ. 256.2. b
Præceptum aliquod partim affirmatiuum, partim negatiuum. 17.2. b. 18.4. b
nullum præceptum est, vt ne simus inimici Dei. 20.1.a

præcepti finis non cadit sub præcepto. 21.1.a
præceptum an impleri possit per actum malum. 150.4. dub. 6. 151.1.c
præceptum non obligat, vt fiat ad intentionem præcipientis. 151.3.a
præcepta multa sunt crasso modo, id est, sine intentione obligandi. 169.4.a
an impleatur per actum formaliter malum. 197.2. b
est duplex. scilicet naturale & posituum. 198.1. in cor. arti.
ad frangendum humana præcepta sufficit necessitas aut pietas. 203.3.a
præcipientis intentio duplex: altera tamen non cadit sub præcepto. 207.3. ad 5. arg.
præceptum negatiuum aliquod non obligans ad semper. 272.2.c
contra præceptum ecclesiasticæ facere est p. m. non præter. 349.3. ad 2. argu.
Prædicator non deberet frequenter audire confessiones. 79.3.a
Prælati famæ negligens peccat mortaliter. 245.2.c
Præscriptio & vsucapio, an dent donum. 229.3. dub. 14.
ad bonam fidem præscriptiuam requiruntur quatuor. 230.2. b
valet præscriptio, etiã si prior dominus non fuerit in culpa. 230.2. b
dubius nō est possessor bonę fidei. 231.1.a
mala fides etiam inculpata non præscribit. 231.2. b
Præuilegium non extenditur ad dispensandum in irregularitate, nisi id exprimitur. 367.1.c
Probabilitas duplex, scilicet absolute, vel respectu huius. 69.3. b
Procedit vnum ex alio dupliciter. 493.2. in cor. arti.
processus triplex in criminibus emendandis. 520.3. ad 6.
Promissio solum interior an obliget. 228.4. dubio 13.
Proprio sacerdoti confitendū, & quid agendum cum id fieri non potest. 43.1. & seq. 3. b. 4.4.2.
proprios sacerdos quis. 43.4.a
an liceat confiteri non proprio sacerdoti, quando quis non potest proprio. 44.4.a
si superior non potest adiri, aut nō vult concedere, vt alteri cōfitear quã proprio sacerdoti, cui rationabili ex causa nolo confiteri, quid agendū. 45.2.a
quid agendum nūc, si non possum proprio sacerdoti cōfiteri. 45.4.46.1.
an superior dare possit licentiam alicui, vt confiteatur non proprio sacerdoti. 20.1.a

ti. 46.1. b & sequentibus.
proprios sacerdos quis. 49.2. b
Prouidentia Dei & cura in sustentandis & alendis creaturis. 175.1.a
Psalmistatus & cantoratus non sunt ordines, sed officia ordini annexa. 418.4. ad 5. argu.
Pudor non semper est de culpa. 462.2. ad 4. argu.
Puer an possit consecrari in sacerdotem aut episcopum. 310.2. b
an possit contrahere. 503.4. b
pro pueris baptizatis decedentibus an faciendū suffragia. 559.2. b
Purgatio mundi futura. 575.3. 576.1. c
Purgatorium esse. 165.3.a
infernus dicitur etiam purgatoriū. ibid.
ridiculū est dicere aliquē esse in purgatorio centū annis. 379.4. b. 380.1.a
animæ in purgatorio per multa iuuantur. 380.1.a
purgatorij pœna quãtū satisfaciat. ibid.
defuncti non sunt in purgatorio, quousq; restituatur ea quæ restitui voluerunt. 232.2.c
purgatorium non erit post iudiciū. 546.1.a An sit. 546.4.c. 547.4. 6.
vbi nam sit. 548.1.c
eo ducitur aīa a bonis angelis. 548.4.c
qui sunt in purgatorio quodam modo sunt in via. 561.2. ad 3. arg.

R

Ratihabitio an sufficiat ad iurisdictionem absoluendi. 49.1.a
Reatus pœnæ manet post dimissã culpam. 24.4.25.1.89.2. dub. 2. & seq.
Reconciliare offensum Deū non tenemur statim: proximū autem teneamur. 19.3.
reconciliari & remittere iniuriam differunt. 251.3. b
reconciliari an possint coniuges post diuortium. 522.2
Regnū Dei septuplex. 173.1. cap. 5.
Redimere vexationē dando iudici munera non licet. 264.2. b
Relatio dupliciter fundatur in aliquo. 444.3. ad 3. arg.
Relictam fratris defuncti, an liceat vxorem ducere. 487.4.a
Religiosi ad quæ teneatur supra alios. 24.4.a
eis debetur stipendium. 135.1.a
Relinquere peccatū tenemur, si timeatur ne per illud ad aliud trahamur. 19.4
Renūtiare iuri eligēdi a liceat. 256.3. b
Reprobatio absoluta vel conditionata. 166.1.c
Repudiata si voueat continentiam cū licentia, non tenetur ad virum redi-

re. 522.3. ad 3.
repudiata an liceat alij nubere. 540.3. 542.3.c.
an liceat eam denuo accipere. 541.1. & 542.4.a
libellus repudij quid. 541.4.c. 542.3. b
Reipublicæ spiritualis & corporalis discrimina. 308.1. a
reipublicæ pars maior potest sibi totum regem constituere. 318.1.
rex est super totam rempublicam, non solum super singulos. 318.3.c
Regia potestas defenditur. 315.1. 316.1. concl. 2.
an apud paganos sint veri reges. 315.4. b
regia gubernatio optima. 316.2.a
regis pctū vindicatur in subditis. ibid. b
regum potestas & vnctio qualis. 319.4. ad 2.
Restituere non tenetur qui non subuenit fame morienti. 115.2. b
qui nō restituit cum potest, denuo peccat. 18.4.
restituere an teneatur qui in extrema necessitate aliquid accepit. 118.3. b
simoniacus quomodo debet restituere. 122.2.a. 123.1.
an teneatur ante sententiã iudicis. ibid. col. 2
restituere an teneatur qui a monacho aut pupillo lucratus est. 123.2. b
ipsi quoq; an teneantur restituere. ibid. col. 3.a
restituere an teneatur qui alium coegit ad ludendum. 123.3. b
lucrans ex ludo prohibito, quomodo teneatur restituere. 123.4. b. 124.1.
an qui non habens aliud, dat id quod alteri debebat, fame morienti, teneatur adhuc ad illud debitum. 125.1.a
restituere non tenetur qui ab alio accepit, vt daret extrema patienti. 125.2.
restitutio est præambulum ad satisfactionem. 217.3.
quotuplex sit, & vbi a doctoribus tractetur. ibid. col. 4.
an sit actus virtutis. 231.4. dub. 15.
differt a satisfactione. 232.1. b
cui sit faciendū, cum quis a bonis communis abtulit. 232.3.c
an sit necessaria ad salutem. 237.2.
qualium bonorum redditionem importet. 238.2.c
quomodo se habet ad furtū. ibid. col. 3. b
quid restituendum ei quē ad peccandū induxisti. 238.4. dub. 1. 239.1. 240.3.a
restitutionis duæ solū causæ. 239.1.c
auertens aliquem a religione, quomodo restituere debet. 239.2. b
in scientijs & artibus nocens an teneatur restituere. 241.1.c

restituere. 241.1.c
restitutio bonorum temporalium tractatur a folio. 241. col. 2.a
restitutionis arbiter quis. 241.2. b
homicidæ aut mutilatoris restitutio. 241.3.
infamantis restitutio. 242.3. dub. 3. 250.3. c. 243.1. b
restituere cum maiori damno quã quis intulit, an teneatur. 243.3. b. 4. c. 249.4. a. 269.3. c. 4. b
diffamates se mutuo an teneatur sibi restituere mutuo. 244.1. dubio 5.
delinquens an teneatur se prodere ad liberandum innocentem quē non est calumniatus. 244.1. b
infamator relaxatus ab infamato ab onere restituendi, an sit tutus in conscientia. 245.2. a. r. b. 3. a
infamans se ipsum, an teneatur sibi restituere. 245.3. b
an peccet mortaliter. 247.1.c
infamato an liceat infamatorem infamare. 247.2.c
quid debet infamans restituere quando famam non potest. ibid.
infamantem non impediens, an teneatur etiam ad restitutionem. 247.3. b
infamans non asserendo, sed dicēdo audiui &c.
an teneatur ad restitutionem. 247.4. b. 248.1. b.
beneficij adeptionē impediens an teneatur restituere. 251.3. du. 9. 252.4. concl. 1.
impediens dignum petentem beneficiū, an teneatur restituere. 253.2.a. 254.1.c. 4. b. 255.1. a
impediens dignum, vt detur æque digno, an teneatur restituere. 254.4. a
impediens indignum malo animo, an teneatur. 255.2. b
impediens digniorem, vt detur digno, sed non malo animo. 255.3. b
impediens a consequendo bono temporalis, an teneatur ad restitu. 255.4. b
an scholares impediens aliquem a cōsequutione cathedræ. 256.3. b
an satis sit tantundem restituere quã ablatum est. 257.1. dub. 10.
exportantes prohibita, an teneantur publicanis pœnas restituere. 257.3. a
ligna de sylua cædentes, an teneantur restituere. 259.3. b
an teneatur quis restituere id quod non accepit. 259.4. dub. 11. 261.1.c. 270.4.
damnum inferens in re quæ adhuc erat in spe, quomodo restituet. 260.1. c. 3.
quomodo item is qui damnum intulit, ex eo qd mutuū non reddidit. 260.2.a
restitutio cui faciendū. 260.4. dubio 12.

262.1.2.263.3.b. an mortuo domino sit eius hæredibus restituendū. 261.3. b Et an hoc sit etiã ad famã extendendū, & ad corporis bona. ibid. & 265.1. c Qui furfuratus est, quomodo restituet. 262.1. a exponitur c. ex literis, extra de restitu. 262.2. a Domino male vsuro an restituendū. 262.3. b 263.2. b Accipiens contra legem tenetur restituere. 263.1. b danti ob turpẽ causã, an sit restituendum. ibid. & col. 3. c & 264. 2. b cū dominus non inuenitur, cui restituẽdū 263.2. b 265.1. b 2. b Danti malẽ solum ex mala circumstantia an restituendū. 264.1. cõcl. 3. an teneatur adultera marito reddere lucrum ex adulterio, vel filia parentibus ex fornicatione. 264.1. a An reperto dño debeat ei res iã pauperibus data restitui. 265.2. a an pauper habens pecuniam ignoti domini possit eam retinere. 265.3. b an consumens rem alterius in extrema necessitate, teneat restituere. 267.2. a res ecclesiæ vel cõmunitatis an dissipatori restituenda. 268.3. a an ecclesiastici, prodige abutentes rebus inturu ecclesiæ acquisitis, restituere teneant. ibid. b Incerta bona habes, an sit tutus faciẽs iuxta formã cruciatæ in regno castellæ 265.4. b Inuentorũ restitutio. ibid. c. 270.1. a 271.3. c 4. a restitutor ubi facienda. 266.1. c & col. 3. de nuntio per quem sit absenti restitutor. An qui alienum accepit, teneatur semper restituere. 269.1. articulo. 6. depositarij restitutio. 269.2. a 270.2. b restitutionis duplex radix. 269.2. b illegitimo possessori restituens an deobligetur a restituendo vero domino. 269.2. b. 3. c Qui alienum bona fide absumpsit, an debet restituere. 269.2. c 4. b 270.2. c & 271.4. b restitutio iucris vsurarij, 270.1. a cõmodatarij & mutuatarij discrimen, & restitutio. 270.1. b Autor iniustæ accipiõnis restituere tenetur. 270.4. cõcl. 2. & seq. Participes furti an restituere debeant in solidū. 271.1. c 272.3. b consiliens dãmũ illaturo alioqui sine cõsilio, an restituere debet. 271.4. b an oporteat statim restituere. 272.2. qñ in articulo mortis non restituit cū possit, sed hæredibus cõmittit, damnatur. ibid. 3. c Debitor liberatur a restituendo, si creditor præcibus motus debitum relaxat. ibid. 4. a an absolvendus qui non vult statim, aut non totum restituere. ibid. 4. c an qui cum sepe promiserit nec imple-

uerit, nunc vere promittit & intẽdit implere. 273.1. a Metu aliquid extorquens an teneatur restituere. ibid. 1. c an de iniuria veniali, & de re leui etiam facienda restitutio. ibid. 2. b an liceat retinere pecuniam pro fama iniuste ablata. 245.1. a ¶ Resurrectio corporum futura. 582.3. 583.3. b Resurgentes cum Christo an iterum obierint. 591.1. ad 3. ¶ Retinere peccata an possit sacerdos 294.1. b 295.2. cõclu. 2. ¶ Reuelatio de futuro duplex. 167.3. an is cui reuelata est sua damnatio, teneatur adhuc sperare & orare. 166.3. a 167.2. dub. 2. 168.1. a & an talis reuelatio sit possibilis. 166.3. b ¶ Rosariũ Dñæ nostræ probatur. 170.1. a S Acervos in sua consecratione quam potestatem recipit. 327.1. b sacerdotium regale, quid. 320.4. ¶ Sacramenta fictè suscepta an operentur recedente fictione 55.3. b Eorũ formæ ex eo qd proferuntur habet vim sanctificandi. 589.1. ad 2. Tria solum sacramenta sunt in præcepto. 398.1. a suscipiẽs quodcumq; sacramentum in p. m. peccat mortaliter. 415.1. a ¶ Sanctificari quid sit. 172.4. a ¶ Sara an fuerit soror Abrahæ. 483.2. c 3. b ¶ Satisfactio quæ est tertia pars pœnitentiæ, nõ est de essentia sacramenti. 55.2. b satisfactio nomen ab antiquissimis etiã vsurpatum 89.2. Satisfactio probatur testimonijs sanctorum. ibid. 3. caput tripliciter. 90.2. b 91.1. b 2. b 93.4. b satisfacere an possit purus homo p peccatis. 91.2. dub. 1. 92.1. b Satisfactio duplex: de condigno & non de cõdigno. 92.1. a Satisfactio qd. 93.2. & 4. dub. 1. est meritoria. 94.1. dub. 3. Satisfactio ad arbitrium sacerdotis iniuncta, an sit necessaria ad salutem. 94.2. dubio 5. satisfacere possumus per alium. 558.2. c satisfactorium & meritorium differunt. 562.3. cor. Satisfaciendi propositum expressũ quomodo requiritur & non requiritur. 94.4. dub. 6. Satisfacere an possit homo Deo. 95.1. & sequent. satisfacere pro alio an possit quis. 96.3. & seq. 97.1. & seq. satisfactio an possit esse de vno peccato retentis alijs. 97.4. & seq. Satisfaciãt ne pro peccatis iam dimissis, bona opera facta in peccato. 98.3. dub. 1. Satisfactio mortua an reuiviscat subsequente charitate. 100. col. 1. & seq. item 100.1. dubio 4. satisfactio pœnitens in p. m. ibid. 4. dub. 2.

satisfactio iniuncta a confessario non remittit pœnam, nisi ex opere operantis. 101.3. a Satisfaciant ne dånati pœna peccatis dimissis, aut venialibus debita. 101.4. dub. 6. existenti in mortali nullus gradus pœnæ remittitur. 102.3. meritum quid sit. 102.4. & quid est meritum condigni & congrui. 103.1. a satisfactio per opera pœnalia fieri debet. 104.2. & 3. dub. 1. & per opera nõ pœnalia utrũ fiat aliqua satisfactio. ibid. col. 4. dub. 2. Satisfactorius est etiam actus interior. 105.3. dub. 3. Interior autem simul cum exteriori est magis satisfactorius. ibidem dub. 4. satisfactio an fiat per opera aliã debita, & an talia iniungi possint in satisfactioe, a cõfessario. 105.4. dub. 5. & seq. ieiuniũ iniunctũ, intelligitur nõ debitũ aliã. Elcemofyna aut nõ. 106.3. dub. 7. an moriens liberetur statim, si alius acceptat facere pro eo iniunctam pœnitentiam. 106.4. dubio 9. flagella quomodo sint satisfactoria. 107.1. & seq. Satisfactio an consistat in solo actu pœnitentiæ. 107.3. dub. 2. satisfactoria opera, ieiunium, elcemofyna, oratio. 108.2. & sequent. quod horum trium sit magis satisfactorium. 109. dubio vnico. oratio an sit satisfactoria, & non eadem meritoria. 182.2. b Opera mala an sint satisfactoria. 182.2. b. & col. 3. an pœnitens tenetur acceptare satisfactioem sibi a confessario iniunctam, seu, an confessarius possit pœnitentem obligare ad aliquam satisfactioem. 298.3. a & sequent. satisfacere in hac vita nemo tenetur, si non iniungatur satisfactio a sacerdote. 299.2. b An sacerdos possit imponere pœnitentiam seu satisfactioem non obligando pœnitentem. 201.2. b satisfactioes quæ hodie imponuntur sunt quasi ridiculæ, neq; imponuntur tanquam sufficientes. 372.4. a tenetur pœnitens acceptare satisfactioem sub pœna p. m. 372.4. b satisfactio pro peccatis potest fieri secũdũ aliquos, ab existenti in p. m. 383.4. c ¶ Scrupulus quid, & quõd scrupuli non sunt confitendi. 33.3. b stultus scrupulosus aliquis. 53.1. a contra Scrupulum licet agere. 473.1. b ¶ Secretorum sex gradus. 83.2. b. & seq. secretũ seculare aliquando quis tenetur seruare etiam cum dispẽdio vitæ & c. 83.2. cõclusione 5. secretorum diuersorum obligatio. 87.3. ¶ Senibus

¶ Senibus non potentibus generare cõceditur matrimoniũ. 502.1. ad 3. argu. & 503.1. a ¶ Sepulchrorũ pompa an profit defunctis. 560.3. b Et sepelire mortuos an sit in præcepto. ibid. 4. a ¶ Seruitus est licita. Ea q; duplex. s. naturalis & legalis. 225.1. cõclu. 1. & seq. æthiopum seruorũ emptio & venditio an licita. ibid. 2. b Seruitus naturalis non tollit libertatem civilẽ. ibid. 2. c christiani bello capti non sũt serui. ibid. 4. b Et quo iure introducta. 4. c seruitus scita non impedit matrimoniũ. 467.4. ad 6. 470.1. a & ad 1. argu. & col. 3. b & 502.1. ad 4. seruus contrahens cũ ancilla credẽs eã liberam, ratũ facit matrimoniũ. 470.1. ad 1. arg. Inuito domino potest cõtrahere. 471.1. in cor. Ad ordines promotus an fiat liber. 471.2. ad 5. argu. 472.1. a ¶ Sigillum confessionis an sit etiam extra confessionem. 59.3. a An in omni casu seruandum. 76.1. Vnde est tam inuicibile 77.1. a Nec papa potest in eo dispensare. ibid. 2. dub. 3. Cũ quis confitetur peccatũ cõmittendum an habeat locum sigillum. ibid. 2. dub. 4. confessioni fictæ an debeat sigillum. ibid. 3. dub. 5. an liceat dicere, nescio: de eo quod scio per confessionem. ibid. 4. dubio 6. quomodo respondendũ iniquo vrgenti ad reuelationem confessionis. 78.1. a an ad seruandam vitam liceat reuelare confessionem. ibidem 2. dub. 8. peccatũ publicum auditũ in cõfessione an liceat reuelare. ibid. 4. dubio 10. publicis peccatoribus an neganda eucharistia. ibid. 4. b An impertinentia ad peccatũ cadant sub sigillo. 79.2. dubio 1. An liceat dicere peccatum auditum in confessione non nominando personam & c. ibid. 3. a omnes tenentur seruare sigillũ, ad quos cõfessio peruenit: sed solus cõfessarius incidit in pœnas canonũ. 80.1. dub. 1. an possit iudex procedere contra delinquentem, cuius peccatũ iniuste reuelatum est. ibidem 1. dubio 2. dicta sub sigillo extra confessionẽ sunt seruanda: tamen reuelans non incidit in pœnas canonum. ibid. 3. dub. 3. Sigillum habet locum etiã in confessione inchoata & nõ finita. ibid. 3. dub. 3. an de licentia pœnitentis possit reuelari confessio. ibidem 4. 81.1. & seq. licentia reuelandi confessionem solum ob causã notabilem dãda est. 82.1. a

& cum quibus circumstantijs. ibidem audita in confessione si aliã sciuntur an liceat reuelare. 82.3. 4. 83.1. metus an excuset reuelantem. 83.2. sigillum seruandum etiam cum iactura vitæ. ibidem 3. quomodo sit de necessitate sacramenti. ibid. 3. b Pœna fragẽtis sigillũ. 83.4. b sigilli quãta religio & necessitas. 84.1. a est seruandum etiam in confessione imperfecta. ibid. 1. b & etiã in dicta. 84.2. a confessionis non accutantis se non est Sigillum. ibidem 2. b sub Sigillo quæ cadant. 84.3. b 85.2. reuelans peccata aliena temerẽ a pœnitente dicta in confessione, incidit in pœnas canonum. 85.1. a quo modo liceat in genere reuelare peccata audita in confessione. ibidem 1. b laudare etiam pœnitentes ab itineat sacerdos. ibidem 2. a qui nam præter sacerdotem teneantur ad Sigilli obseruationẽ. ibid. 2. dub. 2. solus sacerdos cõfessarius incidit in pœnas fractionis Sigilli. ibid. 3. 4. pœnitens ipse an possit reuelare audita a confessario. ibid. 4. a Sigillum ob nullã causã licet reuelare. 85.4. dub. 3. an liceat reuelare peccatũ alienũ, si meũ aliter non possũ cõfiteri. 86.4. dub. 5. excommunicatus scitus solũ per confessionem non est vitandus. 87.2. dub. 6. ¶ Syluam habere appropriatam an liceat & c. 259.1. a ¶ Similitudo est duplex. 545.3. ad 2. ¶ Simoniacus quomodo amittat dominium beneficij. 224.4. c simoniacẽ acquisitũ beneficium est resignandum. 257.3. c simoniacus cui debet restituere. 264.3. a ¶ Sperare tenentur omnes. 168.1. a ¶ Spiritualia cur nõ sint venalia. 264.3. b ¶ Sponsus simulatus qui mulierem per fraudem violauit, an teneatur eã ducere. 453.3. ad 4. & 4. c ¶ Sponsalia quid sint. 439.3. ad ea non sufficit consensus, sed requiritur expressa & mutua pmissio. 440.2. b an contracta ab illegitimis iure, sub conditione si papa dispensauerit, sint matrimonij veniẽte dispensatione. ibid. c ætas ad ea requisita. 442.3. an dirimãt per ingressũ religiõis. 443.3. quibus casibus dirimantur. ibid. si quis duas successiue per verba de futuro sponsauit, & secundã cognouit, an sit cõsumatũ matrimoniũ. 453.4. b votũ simplex dirimit spõsalia. 474.2. a ex sponsalibus an oriatur affinitas. 492.1. 491.3. b

contrahens sponsalia cum iuramento, si velit ingredi religionem, an debeat prius implere iuramentum. 468.3. a an tali si voueat castitatem, liceat cõtrahere matrimonium. ibid. 4. b pueri sũt spõsalia cõtrahere. 504.2. a ¶ Sponsalia quatuor sunt genera. 233.2. c spõsalia in Lusitania. 235.2. a ¶ Subdiaconatũ an sit ordo sacer. 409.1. c ¶ Suffragiorum pro defunctis vtilitas. 545.4. b. 547.1. b 3. a a peccatoribus facta an profint. 560.1. b 561.2. an profint etiam ipsis faciẽtibus. 562.2. suffragia antequã fiant, vno modo profunt: alio vero nõ, nisi vbi facta sunt. 564.3. ad 4. argu. an valeant existentibus in limbo, aut beatis. 564.3. an facta a ministro in p. m. mandata fieri ab aliquo ob inanẽ gloriam, profint. 560.3. b an satisfaciant pro pœna defunctorum. 571.3. ad 6. argu. quid fiat suffragijs factis pro existente in purgatorio, qui tũ ibi nõ est. 559.2. b suffragijs quomodo iuuentur animæ. 559.3. b suffragia non differenda. ibidem 4. b suffragiorum tria esse genera. s. missam, orationem, & eleemofynã. Et quod horũ sit magis satisfactoriũ. 560.1. a ¶ Suspensionis tractatus. 361.1. T Angere sacramentum in necessitate peccatori an sit peccatum. 417.1. ad 4. argu. & infra b ¶ Tertianus est duplex. 180.3. c ¶ Tertianum votum non dirimit matrimonium. 517.2. c ¶ Testamentum Alexandri tex. de testamento exponitur. 228.2. a an liceat parẽtibus filio spurio citra testamentum aliquid relinquere contra legem. 223.3. b testatorem qui occidit an possit hæreditatẽ testamẽto sibi datã adire. 234.4. b qui a clerico suscepit per testamentum bona filio eiusdem reddenda, an teneatur reddere. 493.1. b ¶ Testamẽtũ vetus abrogatũ est. 486.3. a lex vetus an potuit ab hominibus infirmi. 284.3. cõclu. 6. & eius imbecillitas 285.1. cõclu. 5. sacerdotes veteris legis an habuerit potestatem præcepta constituẽdi. ibid. 2. a ¶ Testis falsus tenetur reuocare testimonium etiam cũ sua infamia. 249.4. b idem de tabellione falsario. ¶ Theologorum & canonistarum discrimen

men in rebus moralibus. 337.3.b
 ¶ S. Thomas fuit Italus. 397.2.b
 eius autoritas. 282.3.b
 eius sententia relinquatur. 131.3.
 omnes articuli Parisienses facti contra
 eum, sunt reuocati. 73.b
 ¶ Traiani resuscitatio. 23.2.b 50.163.
 4. b 563. 4. ad 5. arg.
 ¶ Tributum & census differunt. 395.2.b
 V
 Agabundi qui sint: & quod licite
 puniuntur. 128.2.a
 ¶ Vestigalia non soluta sunt restituenda.
 258.1.a
 an sint iusta, & quot eorum genera. ibi-
 dem 2.b
 siza seu alcaualæ vestigal an licitum, &
 an restituendū si nō soluatur. ibid. 3.b
 ementes aut vendētes solum ad domus
 suæ necessitatem iniquum est, vt si-
 sam pendant. 258. 4. c
 an qui occulte agūt vt siza non soluant
 restituere teneantur. 259.1.a
 ¶ Vendere aliquid vt soluatur præ-
 tium quod valuerit in alio mense, est illici-
 tus contractus. 68.3.b
 ¶ Venia exhortatio ad parcendum pro-
 ximis. 176.3.a
 an teneamur veniam petenti iniuriam
 etiam remittere. 177.1.dub.2.
 veniam petere an sit necessarium ei qui
 fecit contumeliam. 250.5.c 251.2.b
 ¶ Veniale peccatum an dimittatur in a-
 lia vita. 23.2.b 32.3.a b
 non habet simpliciter rationem pecca-
 ti. 583.2.ad 3.
 cum veniali solo & originali nemo dece-
 dit. 548.1.a 553.2.a lege confessio.
 ¶ Vestium sacrarum ministrorum ra-
 tio. 432.1 & seq.
 ¶ Sancti in verbo an omnia cognoscāt.
 569.3. in cor.
 ¶ Vicarius episcopi etiam non sacerdos
 potest excommunicare. 340.4.b
 nec potest esse pure laicus, 341.1. cōcl. 4.
 neq; clerici coniugati. ibid.
 ¶ Virginitas an fuerit semper licita. 468
 1. c
 virgini non vouenti non debetur aure
 ola. 469.2.c
 ¶ Virtutes infidelium cur non sunt ve-
 ræ. 509.1.ad 4.
 virtutis medium quale. 194.1. ad 1. arg.
 virtutes sunt connexæ pro hoc statu:
 quæ autem sunt in appetitu sensitio
 non manent in anima separata. 554.
 4. b
 ¶ Vnctio extrema quid. 392.7.b
 gratia in hoc sacramento infunditur in
 postrema vnctio. 391.4.b
 est à Christo instituta. 392.2.
 eius materia est oleum oliuæ. 393.3.
 debet esse consecratum. 294.1.
 an possit papa eius consecrationem cō-
 mittere simplici sacerdoti. 395.1.c
 formæ eius varietes. 396.3.a
 non iteratur in eodem verbo. 397.2.b
 attritio confert primam gratiā. ibid. 3.a
 an sit in præcepto. ibid. 4.c
 quem effectum habeat principalē. 398.3.
 quid sit in ea res & sacramētum. 399.1.a
 reliquiæ peccatorum quæ nam tollātur
 per hoc sacramentum. ibid. 4.a
 sanitas corporalis est effectus eius, quan-
 do ea expedit ad spiritualem. 400.2.3
 non imprimi characterem. ibid. 4.
 non potest à laico ministrari. 401.1.
 nec diaconus potest. ibid. col. 3.
 non proprius sacerdos an possit. 402.
 1. c 2. a
 tempore interdicti non licet de iure cō-
 muni. 402.2.a
 proprius sacerdos si sit ex cōmunicatus
 aut suspensus, potest alteri dare licen-
 tiam administrandi hoc sacramētū.
 ibidem 2.b
 quibus dandum. ibidem 3. & seq.
 si detur non capacibus non sit sacramen-
 tum. 404.3.a
 quæ partes inungi debeant. 405.1.
 quomodo potest iterari. ibid. col. 3.
 ¶ Voluntati diuinæ quomodo tenemur
 conformari. 11.1.
 voluntas Dei quomodo multiplex. 173.
 4. c
 ¶ In Voto simplici dispēsat papa. 38.3.4.
 votum impleri potest in p.m. 99.4.
 vota filiorum emissa ante pubertatem
 irritare possunt parentes. 153.4. a
 qui vouit continētiam, non potest eam
 relinquere ad euitandum quodcunq;
 periculum. 216.4.b
 votum inualidum non tenet etiam rati-
 ficatum. 442.3.a
 votum solenne potest emitti etiam non
 in manibus prælatorum. 469.3.a 516.


FINIS.

Postquā in pri- Articulus primus

ma quartæ egimus de pœnitentia
 in cōmuni: & venimus ad materi-
 am contritionis, vsq; ad tratatum
 de obiecto contritionis exclusiue:
 prosequemur in hac. 2. 4. totā ma-
 teriam pœnitentiæ, descendēdo ad
 multa particularia: vbi agemus de
 oratione, elemosyna, ieiunio, &
 de multis aliis. Secundū ordinem
 magistri sententiarū assumemus-
 que textum. S. T. ex eius scriptis in
 4. accurate à vitiis & mendis quæ
 solet habere purgatissimum iuxta
 vera aliqua exemplaria & antiqua
 que vsu nobis forte eueniunt.

Vtrum homo debeat conteri de
 pœnis, & non solum de culpa.

THOMAS. 4. dist. 17. quest. 2. ar. 2.
 quest. 1. & sequentibus.



AD PRIMVM sic pro-
 ce ditur. Videtur quod ho-
 mo debeat cōteri de pœnis,
 & nō solum de culpa. Au-
 gust. enim in libro de pœni-
 tentia, dicit: Nemo vitam

aternam desiderat, nisi eum huius vitæ mor-
 talis pœniteat. Sed mortalitas vitæ quædam
 pœna est: Ergo debet pœnitens etiam de pœnis
 conteri.

PRÆTEREA. Supra habitum est
 ex verbis Aug. quod pœnitens debet dolere ex
 hoc quod virtute se priuauit: sed priuatio virtu-
 tis quædam pœna est: Ergo contritio est dolor
 etiam de pœnis.

SED CONTRA. Nullus tenet illud de
 quo dolet: sed pœnitens secundum suum nimen,
 pœnam tenet: ergo non dolet de pœna. Et sic
 contritio quæ est dolor pœnalis, non est de
 pœna.

RESPONDEO dicendum: quod contritio
 importat (vt dictum est) alicuius duri & inte-
 gri cōminationem. Hac autem integritas &
 durtia inuenitur in malo culpa: quia voluntas,
 quæ est ipsius causa in eo qui male agit, in suis
 terminis extat, nec præcepto legis cedit. Et ideo
 huius mali displicentia, contritio per similitudi-
 nem dicitur. Hac autem similitudo non potest
 adaptari ad malum pœnæ: quia pœnæ potest esse
 dolor, sed non contritio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pœ-
 nitentia

Quæst. prima.

DE OBIECTO CONTRITIONIS.

DEINDE CONSIDERANDUM est de obiecto contritionis.
 Circa quod quærentur Sex.
 PRIMO. Vtrum debeat ho-
 mo conteri de pœnis.

SECUNDO. Vtrum de peccato originali.

TERTIO. Vtrum de omni actuali cōmissio.

QUARTO. Vtrum de peccato actuali
 committendo.

QUINTO. Vtrum de peccato alieno.

SEXTO. Vtrum de singulis peccatis mor-
 talibus.

nitentia secundum *Ar.* debet esse de hac mortali vita, non ratio *Ar.* mortalitatis, nisi poenitentia large *Ar.* omnis dolor: sed ratione peccatorum, ad quae ex infirmitate huius vitae deducimur.

AD SECUNDVM dicendum, quod ille dolor, quo quis dolet de amissione virtutis per peccatum, non est essentialiter ipsa contritio: sed est principium eius: sicut aliquis mouetur ad appetendum aliquid propter bonum, quod inde expectat: ita mouetur ad dolendum de aliquo propter malum, quod inde consequutus est.

Prima conclusio.

IN HOC articulo. i. est conclusio S. Tho. vnica, sic habens. Contritio non est de poenis, aut de poena aliqua. Probatur in argumēto in contra. Nullus tenet illud de quo dolet: sed poenitens tenet poenam: ergo non dolet de poena.

SECUNDO probatur in litera articuli. Contritio est alicuius duri & integri voluntarij communitio quaedam: at haec integritas & duritia inuenitur in malo culpa solum, quia voluntas, quae est ipsius causa in eo quia male agit in suis terminis sita, nec praecipio legis cedit: ergo huius mali displicentia, per quamdam similitudinem contritio dicitur.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio est. De malis poenae potest esse dolor, sed non contritio. Prior pars huius conclusionis nota satis est: secūda probatur. Quia poena dicit diminutionem de se, & non duritiem: Contritio autem (vt dictum fuit) communitio est duri & integri voluntarij: ergo dolor de poena non est contritio. Haec S. Tho.

PRIMA & principalis conclusio. S. Tho. probatur vltra rationes eius, testimonio prius omnium doctorum: omnes namque illam recipiunt libenter. **SECUNDO** probatur, quia contritio non est nisi de his, quae sunt in nostra potestate, & de nostris actibus: at poenae non sunt in nostra potestate ergo, &c. Et in hac quaestione nil aliud est difficultatis.

Artic. Secundus

Vtrum contritio esse debeat de originali.



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod contritio esse debeat de originali. De peccato enim actuali conteri debemus, non ratione actus in quantum est ens quoddam: sed ratione deformitatis. Quia actus secundum suam substantiam bonum quoddam est, & a Deo: sed peccatum originale habet deformitatem, sicut & actuale: ergo etiam de eo conteri debemus.

PRAEETEREA. Per peccatum originale homo fuit a Deo auersus, quia poena eius erat carceris diuinae visionis: sed cuiuslibet debet displicere se fuisse a Deo auersum: ergo homo debet habere displicentiam peccatis originalis. Et sic debet de eo conteri.

SED CONTRA. Medicina debet esse proportionata morbo. Sed peccatum originale sine nostra voluntate contractum est. Ergo non requiritur, quod per actum voluntatis, qui est contritio ab ipso purgemur.

RESPONDEO dicendum, quod contritio est dolor (vt dictum est) respiciens, & quodammodo comminans voluntatis duritiem. Et ideo solum de illis peccatis potest esse, quae ex duritia nostrae voluntatis in nos proueniunt. Et quia peccatum originale nostra voluntate non est indutum, sed ex vitia natura origine contractum, ideo de ipso non potest esse contritio proprie loquendo, sed displicentia potest esse de eo, vel dolor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod contritio non est de peccato ratione substantiae actus tantum: quia ex hoc non habet rationem mali. Neque iterum ratione deformitatis tantum, quia deformitas de se non dicit rationem culpae: sed quandoque importat poenam. Debet autem de peccato esse contritio in quantum importat vtramque deformitatem ex actu voluntatis prouenientem. Et hoc non est in peccato originali: & ideo de eo non est contritio.

ET similiter dicendum ad secundum: quia auersio

uersio voluntatis proprie est illa, cui debetur contritio.

Conclusio. S. Tho.

IN HOC articulo. 2. est conclusio haec. De peccato originali non debet esse contritio. Quae conclusio est omnium doctorum communi consensu. Vnus tamen Magister in regno Aragoniae defendit publice verum esse, quod per baptismum tollitur originale: sed quod aliquando requiritur contritio de peccato originali. Prius quam aliquis non potest venire ad baptismum, tunc (inquit) requiritur contritio de illo.

SECUNDO dicebat, quod quando aliquis accessit fidei ad baptismum: quia non habet gratiam in baptismo, & sine graua non deletur peccatum originale.

SED contra haec sententiam improbabilem prorsus scripsit quidam Magister Balhasar. At quia certum est poenitentiam non esse de originali, omittit suas rationes, quando quidem non sunt necessariae. **GABRIEL** tamen ne veniret in hoc inconueniens, incidit in aliud. Dicit enim, quando aliquis fidei baptizatur: quod remittitur originale peccatum: licet non remittatur mortale. Non enim poterat intelligere ipse, quomodo postea remittatur originale.

SED hoc est impossibile: quia peccatum originis est indignitas quaedam ad gloriam, & non potest reddi dignitas illa ad gloriam, nisi per gratiam: nec potest remitti, nisi detur gratia. Si autem datur gratia non potest esse in mortali.

IDEO dico certum esse, quod originale peccatum, non est obiectum contritionis. Vnde per quemcumque actum qui, sufficit ad gratiam, remittitur originale, nempe, per baptismum fluminis ante baptismum aquae in adultis: & post baptismum per dolorem fictionis: si accessit fidei ad baptismum, qui incipit valere recedente fictione, vt supra diximus.

ET tandem sine disputaione maiori dicendum est, quod poenitentia accipitur dupliciter. Vno modo proprie, & est dolor de peccatis commissis ab ipso mer poenitente. Et poenitentia hoc modo sumpta, non est necessaria de peccato originis. Ratio est: quia originis peccatum non est de commissis ab ipso homine poenitente. Non enim a nobis commissum est: sed propagatione contractum.

SECUNDO. Accipitur poenitentia latius: pro ut est displicentia de peccato praeterito, siue sit a poenitente commissum, siue contractum. Et hoc modo dixerunt quidam poenitendum esse de peccato originis: eo quod de omni illo quod est impedimentum gloriae assequenda, est displicendum. At tale est peccatum originis: ergo. Haec quidam Theologi. Et Iohannes Metinensis in suo codice de poenitentia. q. 3. dicit, quod hoc secundum dictum (nempe, quod debet cuique displicere peccatum originis,

& si non displicentia contritionis) est sententia. S. Th. propter factam rationem.

SED ego dico cum S. Th. satis manifeste, quod siue proprie siue improprie accipitur poenitentia non est necessarium poenitere de peccato originis. Ratio est: quia vel esset necessarium ex praecipio, & hoc non, quia nullibi habetur tale praecipium, & omnia testimonia quae dicunt dolendum esse de peccatis (vt illud Lucae. 13. Nisi poenitentiam egeritis, &c.) loquuntur de peccatis actualibus. Vel esset necessarium ad finem consequendi veniam illius peccati. Et hoc non. Tum quia per baptismum & per actum charitatis, quo quis vult Deo in omnibus placere, sufficienter deletur peccatum originis: Tum etiam, quia ad remissionem peccati quod sine consensu proprio contrahitur, sed per alium commissum fuit, non requiritur proprius consensus. At tale est originale peccatum. Ergo, &c. Et Innocentius. 3. ponit differentiam in hoc, inter peccatum originis & peccatum actuale: vt patet cap. Maior res extra de bap. & eius effectu. Tum etiam, quia poenitentia, siue proprie, siue improprie sumpta, poena sensus est, id est, displicentia, & tristitia quaedam. Pro originis autem peccato, non poena sensus, sed sola poena damni debetur: vt est communis doctorum sententia, quam etiam probat Innocentius. 3. vbi supra.


ET ad illud argumentum, quod fecimus pro alia parte, dico quod non probat, quod sit necessarium dolere aliquo dolore de peccato originis: quia dolendum quoque esset de hac vita, quae etiam beatitudinem retardat. Esto enim, peccatum originis beatitudinem retardet, multis alijs remedijs deleri potest, ideo non est necesse de illo dolere. Ex quibus omnibus colligitur, male Metinensem Diuino Thomae impingere hoc, nempe, quod sit necessarium dolere, licet non dolere contritionis, de peccato originis: quia expresse hic dicit, quod licet quis si vult, possit dolere de peccato originis, non dolere contritionis: non tamen est necessarium. Et cum David psalmo. 50. dixit, Ecce in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. non dixit hoc poenitendo: sed Deo suam fragilem conditionem representando, vt illum ad misericordiam facilius inclinaret. Nam multa alia ibi etiam dicit non poenitendo.

Articul. tertius

Vtrum de omni actuali peccato debeamus conteri.

a ij

AD



DERTIV M sic pro
ceditur. V idetur quod non
de actu peccato cō-
mīssō a nobis debeamus con-
treri: quia contraria contra-
rijs curatur. Sed quedam

peccata per tristitiam committuntur: sicut acci-
dia & invidia: ergo medicina eorum non de-
bet esse tristitia, quæ est contritio, sed gaudiū.
PRÆTEREA. Contritio est actus volū-
tatis, qui non potest esse de eo, quod cognitioni nō
subiacet: sed quedam peccata sunt, quæ in cog-
nitione, non habemus: sicut oblita: ergo de eis nō
potest esse contritio.

PRÆTEREA. Per voluntariā contri-
tionem delentur illa, quæ per voluntatem cōmit-
tuntur: sed ignorantia voluntarium tollit: ut pa-
tet per Philosophum. 3. Ethi. Ergo de his, quæ per
ignorantiam accidunt, non debet esse contritio.

PRÆTEREA. De illo peccato non de-
bet esse contritio, quod per contritionem non tolli-
tur: sed quedam peccata non tolluntur per con-
tritionem: sicut venialia, quæ adhuc post contri-
tionis gratiam, manent: ergo non de omnibus
peccatis præteritis debet esse contritio.

SED CONTRA. Pœnitentia est medici-
na contra omnia peccata actualia: sed pœniten-
tia non est aliorum, quorum non sit cōtritio,
quæ est prima pars eius: ergo etiam de omnibus
peccatis debet esse contritio.

PRÆTEREA. Nullum peccatum dimit-
titur, nisi quis iustificetur: sed ad iustificationē
requiritur contritio, ut prius dictum est: ergo
de quolibet peccato conteri oportet.

RESPONDEO dicendum, quod omnis ac-
tualis culpa ex hoc contingit, quod voluntas nos-
tra legi Dei non cedit, vel eam transgrediendo,
vel omitendo, vel præter eam agendo. Et quia
durum est, quod habet potentiam, ut non facile
patiat: ideo in omnia actuali peccato duritia quæ
dicitur voluntatis. Et propter hoc, si debeat pecca-

tū curari, oportet quod per contritionē comminu-
entem remittatur.

AD PRIMVM Merito dicendum, quod (si-
cut ex dictis patet) contritio opponitur peccato ex
parte illa, quæ ex electione voluntatis procedit,
non sequentis imperium divinæ legis: non autē
ex parte eius, quod est in peccato materiale, &
hoc est super quod cadit electio. Cadit autē volū-
tatis electio, non solū super actus aliarū virium
quibus voluntas ad suum finē vitur: sed etiam
super actum proprium ipsius. Voluntatem enim
vult se velle aliquid, & sic electio voluntatis
cadit super dolorem illum, siue tristitiam, quæ
invenitur in peccato invidia, & huiusmodi, siue
dolor ille sit in sensu, siue in ipsa voluntate. Et ideo
illis peccatis contritionis dolor opponitur.

AD SECUNDVM dicendum, quod obli-
vio de aliquo potest esse dupliciter: aut ita quod
totaliter à memoria exciderit, & tūc nō potest
aliquis inquirere illud: aut ita quod partim à
memoria exciderit, & partim maneat: sicut cū
recolo me aliquid audivisse in generali, sed nescio
quid in speciali: & tunc requiro in memoria
ad recognoscendum. Et secundum hoc etiam ali-
quod peccatū potest esse oblitum dupliciter. Aut
ita, quod in generali in memoria maneat: sed nō
in speciali. Et tunc debet cogitare homo ad inue-
niendū peccatū: quia de quolibet peccato morta-
li tenetur homo specialiter conteri. Si autē inven-
ire nō possit, iusta adhibita diligentia: sufficit de
eo conteri secundū quod in notitia tenet. Et debet
homo non solū de peccato, sed de oblivione eius do-
lere, quæ ex negligentia contingit. Si autē peccatū
omnino à memoria exciderit, tunc ex impotentia
faciendi excusatur à debito & sufficit generalis
contritio de omni eo in quo Deus offendit. Sed quā-
do impotentia tollitur: sicut quādo ad memoriā re-
vocatur peccatū, tūc tenetur homo specialiter cō-
teri: sicut etiam est de paupere qui non potest solvere
quod debet, excusatur, & tamen tenetur, cum
primum poterit.

AD

Articulus quartus

Vtrum de peccatis futuris quis
debeat conteri.



DQVARTVM sic proce-
ditur. V idetur quod etiam de pec-
catis futuris aliquis debeat conte-
ri. Contritio enim est actus lib. ar-
bit. Sed liberū arbit. magis se ex-

tendit ad futura quā ad præterita: quia electio
quæ est actus lib. arb. est de contingētibz futu-
ris: ut dicitur. 3. Ethico. Ergo contritio magis
est de peccatis futuris quā de præteritis.

PRÆTEREA. Peccatum aggravatur
ex consequenti effectu. Vnde Hiero. dicit, quod
pœna Arii non dum est terminata: quia adhuc
est possibile aliquos per eius hæresim ruere qui
bus ruitibus semper eius pœna augetur. Et simi-
liter est de illo qui iudicatur homicida, si lethali-
ter percusserit: etiam antequam percussus mori-
atur. Sed in illo intermedio debet peccator conte-
ri de peccato. Ergo non solum secundū quod ha-
bet quantitatem ex peccato actu: sed etiam secū-
dum quod habet quantitatem ex futuro. Et sic con-
tritio respicit futurum.

SED CONTRA est quod contritio est pars
pœnitentiæ. Sed pœnitentia semper respicit præte-
ritum. Ergo & contritio.

RESPONDEO dicendum, quod in omnibus
motoribus & mobilibus ordinatis, ita est: quod
motor inferior habet motum proprium, & præ-
ter hoc sequitur in aliquo motum superioris moto-
ris, sicut patet in motu planetarum, qui præter
motus proprios sequuntur motum primi orbis. In
omnibus autē virtutibus moralibus motor est ipsa
prudētia, quæ dicitur anxia virtutum. Et ideo
quælibet virtus moralis cum motu proprio habet
aliquid de motu prudētiæ. Et ideo cum pœnitē-
tia sit quædam virtus moralis quia est pars iustitiæ

AD TERTIVM dicendum, quod si igno-
rantia omnino voluntatē tolleret male agēdi ex-
cusaret, & non esset peccatum: sed quandoq; nō
totaliter tollit voluntatem, & tūc à toto non ex-
cusat, sed à tanto. Et ideo de peccato per ignoran-
tiam commissō, debet homo conteri.

AD QVARTVM dicendum, quod post
contritionē de mortali potest remanere veniale,
sed nō post contritionē de veniali. Et ideo de veni-
alibus etiā debet esse contritio eo modo quo et pœ-
nitētia: sicut supra dictū est.

IN HOC 3. ar. est vnica conclusio. S. Tho. quæ
sic habet, peccatores debent cōteri de omni pec-
cato actuali. Probatur in litera articuli. Contri-
tio est comminatio alicuius duri voluntarij. Et
in omni peccato invenitur quedam duritia. Ergo
de omni peccato actuali est cōtritio. Hæc. S. Tho.
DE INDE est ad notandum prius certum esse,
quod necessario requiritur contritio de omni actu
ali peccato mortifero, si peccator debet venire in
gratiam & amicitiam Dei sine sacramento vel alio
miraculo: stando in leg. euangelica. Et hæc etiam est
recepta unanimi consensu sapientum.

SECUNDO ex eadem communi sententia do-
ctorū manifeste colligitur, quod cum sacramento
non est necessaria contritio: sed iufficit auribus: ut
late tractaturi sumus inferius.

TERTIO colligitur ex his quæ supra di-
putavimus, cum ageremus de remissione veni-
alium, quod de peccatis venialibus non requi-
ritur necessario contritio formalis, nec attritio
vel dolor aliquis formalis: sed sufficit virtualis.
Ad remissionem vero mortalium sine sacramento
est necessaria contritio formalis: & ad remissionē
eorundem mortalium cum sacramento, si conscien-
tia illorum habeatur est necessaria ad minus attritio
formalis, excepto martyrio. Nam verum puto, cū
martyrio nullum requiri dolorem formalem.

Dubium
primum.

DUBITATVR, an contritio habeat pro
obiecto peccata semel dimissa, vel per prie-
rem contritionem, aut per confessionem. Hoc est,
an sit, vel possit esse cōtritio de peccatis iā dimissis.
AD quod dico prius, quod postea dicemus in tra-
ctu de confessione, ubi proprius tractabitur illa
quæstio. Secundo dico interim, certum esse, quod
potest quis dolere de peccatis iam remissis dolore
contritionis quoties voluerit, multumq; prodest de
peccatis iā dimissis dolere multoties: quia per mul-
tas contritiones perfecte latiffaciet pro pœna des-
bita peccatis, quando vna non sufficiebat. Maiorem
etiam acquirat gratiam, faciliusq; à peccatis futuris
cauebit. &c.

cum actus proprio consequitur prudentie motum. Proprius autem actus eius est in obiectu proprio, quod est peccatum commissum. Et ideo actus eius principalis, scilicet contritio, secundum suam speciem respicit tantum peccatum præteritum: sed ex consequenti respicit peccatum futurum, secundum quod habet aliquid de actu prudentie adiunctum. Et tamen in illud futurum secundum rationem propriam speciem non mouetur. Et propter hoc ille qui contritur dolet de peccato præterito, et cauet futurum. Sed non dicitur esse contritio de peccato futuro: sed magis cautio, quæ est pars prudentie contritioni adiuncta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod lib. arb. dicitur esse de contingentiis futuris secundum quod est de actibus, et non secundum quod est de obiectis actuum: quia homo potest cogitare ex lib. arb. de rebus præteritis et necessariis: sed tamen ipse actus cogitationis secundum quod sub lib. arb. cadit, contingens futurum est, et sic etiam actus contritionis contingens futurum est, secundum quod sub lib. arb. cadit: sed obiectum eius potest esse præteritum.

AD SECVNDVM dicendum, quod ille effectus consequens, qui peccatum aggrauat, iam in actu præcessit velut in causa, et ideo quando commissum est totam suam quantitatem habuit, et ex effectu consequenti non accrescit ei aliquid quod ad culpæ rationem quauis accrescat quo ad poenam accidentalem, secundum quod plures habebit rationes dolendi in inferno de pluribus malis ex suo peccato consequentibus: et sic loquitur Hieronimus. Unde non oportet quod contritio sit, nisi de peccatis præteritis.

IN HOC quarto articulo sunt due conclusiones, et prior est. Contritio, secundum suam speciem, est tantum de præteritis peccatis. Probat. Contritio est actus penitentiae. At penitentia non habet pro obiecto, nisi peccatum commissum. Ergo contritio tantum est de præteritis peccatis.

SECVNDA conclusio. Contritionem necessario consequitur propositum cauendi in futurum, ut

supra diximus, sed hec proprius est a cautione, quæ est pars prudentie quam a penitentia. Et præter ea quæ dicit. S. Th. laus probat contritionem non esse de futuris peccatis, sed de præteritis. Contritio est medicamina contra morbum spirituale quatenus contra Deum commissum. At peccatum futurum nondum est contra Deum commissum. Ergo de illo non est contritio. Nec est difficultas, quando quidem penitentia proprie sumpta non nisi præteritum, et ab ipso peccatore, non ab alijs commissum respicit. Et si obijciatur Dauidem de alienis penituisse Psal. 18. dicentem. Ab alienis parce seruo tuo. Dico quod non penitet peccatorum alienorum, nisi quatenus ipse peccandi ansam alijs dedit. Nam tunc, non solum pro proprijs, sed etiam pro alienis est puniendus ille, qui peccandi occasionem exhibuit. S. Th. doctè quidem hic, ad secundum dicit.

Articu. quintus.

Utrum homo debeat conteri de peccato alieno.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod homo debeat conteri de peccato alieno. Non enim petit aliquis indulgentiam nisi de peccato de quo contritus

est. Sed de peccatis alienis indulgentia petitur in psal. Ab alienis parce seruo tuo. Ergo debet homo conteri de peccatis alienis.

PRÆTEREA. Homo ex charitate debet diligere proximum sicut se ipsum. Sed propter dilectionem sui, et de malis suis dolet, et bona desiderat. Ergo cum tenemur proximo desiderare bona gratia, sicut et nobis. Videtur quod debeamus de culpa eius dolere, sicut et de nostris. Sed contritio nihil aliud est quam dolor de peccatis. Ergo homo debet conteri de peccatis alienis.

SED CONTRA. Contritio est actus penitentiae virtutis. Sed nullus penitet, nisi de his quæ ipse fecit. Ergo nullus conteritur de peccatis alienis.

RES-

RESPONDEO dicendum, quod illud idem conteritur, quod prius durum et integrum fuit. Unde oportet, quod contritio pro peccato sit in eodem in quo peccati duritia præcessit. Et sic de alienis peccatis non est contritio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ab alienis peccatis, sibi parci propheta precatur, in qua ex confortio peccatorum aliquis per consensum aliquam in munditiam contrahit: cum scriptum sit, cum perverso peruerteris.

AD SECVNDVM dicendum, quod de peccatis aliorum dolere debemus, non tamen oportet, quod de eis cõteramur, quia non omnis dolor de peccato præterito est cõtritio: ut ex duobus patet.

IN HOC art. 5. nulla est difficultas, et S. Th. solum mouet illud propter illud. psal. 18. Ab alienis parce seruo tuo. Cuius igitur propheta peieret veniam de alienis. Et venia non conceditur, nisi per contritionem. Videbatur contritionem esse de alienis.

AD quod responderet diuus Th. hic ad. i. quod propheta petit illud ob hoc, quod aliquando ex peccatis aliorum sumit quis occasionem peccandi, et peccat. Ideo in quantum peccat ipse motus peccato vel peccatis alterius, petenda est venia, et conterendum. Vocatur autem peccatum alienum, licet iam sit proprium peccatum, eo quod ex alieno peccato sumpsit occasionem. Itaque secundum S. Th. hoc est dicere, Ab alienis parce seruo tuo, i. parce seruo tuo ab illis peccatis, quæ contraxit motus a peccatis alienis.

SECVNDO dico ego etiã (ut et præcedenti articulo asserui) quod propheta petebat veniam de peccatis proprijs, quibus tamen scãdelizauerat, vel mouerat alios ad peccandum. Itaque sensus est, Ab alienis parce seruo tuo, i. ab illis peccatis quibus seruus tuus mouit alios ad peccandum. Quæ vocantur aliena peccata, quia fuerunt causa alienorum peccatorum.

TERTIO dico etiã quod propheta petit in illis verbis, ut Deus conferret illi ab alienis, ne scilicet deciperetur, et ne ab alienis traheretur ad cõsentendum in malo, et hoc erat parcere seruo suo. Et forte non erat ibi mentio de cõtritione aut de actu penitentiae, sed erat oratio, qua petebat, ut dominus seruaret hominem, ne tractus ab alio in aliquod consentiret malum.

Articul. sextus.

Utrum de singulis mortalibus requiratur contritio.



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod non requiratur de singulis peccatis mortalibus contritio. Est enim motus contritionis in iustificatione in instanti. Sed in

instanti non potest homo recognoscere singula peccata: ergo non oportet quod sit contritio de singulis.

PRÆTEREA. Contritio debet esse de peccatis secundum quod auertunt a Deo: quia cõuersio ad creaturam sine auersione a Deo contritionem non requirit. Sed omnia peccata mortalia in auersione conueniunt. Ergo contra omnia sufficit una contritio.

PRÆTEREA. Plus conueniunt peccata mortalia actualia ad inuicem, quã actualia et originalia. Sed unus baptismus delet omnia actualia et originalia. Ergo una contritio generalis delet omnia peccata mortalia.

SED CONTRA. Diuersorum morborum diuersæ sunt medicinae: quia non sanat oculum, quod sanat calcaneum: ut dicit Hieronymus. Sed contritio est medicina singularis contra unum mortale. Ergo non sufficit una communis de omnibus.

PRÆTEREA. Contritio explicatur per confessionem. Sed oportet singula peccata mortalia confiteri. Ergo et de singulis conteri.

RESPONDEO dicendum, quod contritio potest considerari dupliciter, scilicet quantum ad suum principium, et quantum ad terminum. Et dico principium contritionis, cogitationem qua quis cogitat de peccato, et dolet, et sine dolore cõtritionis saltem dolore attritionis terminus autem contritionis est, quando dolor ille iam gratia informatur. Quantum ergo ad principium

a iij contri-

contritionis oportet quod de singulis peccatis, quę quis in memoria habet, conteratur: sed quantum ad terminum, sufficit quod sit vna communis de omnibus. Tunc enim ille motus agit in vniuersum omnium dispositionum precedentium. Et per hoc patet responsio ad primum.

A D S E C V N D V M dicendum, quod quauis omnia peccata mortalia conueniant in auersione, differunt tamen in causa & modo auersionis, & quantitate elongationis a Deo. Et hoc est secundum diuersitatem conuersionis.

A D T E R T I V M dicendum, quod baptisimus agit in virtute meriti Christi, quod habuit infinitam virtutem ad delendum omnia peccata: & propterea vnus sufficit contra omnia. Sed in contritione cum merito Christi requiritur actus noster: & ideo oportet, quod singulis peccatis respondeat sigillatim: cum non habeat infinitam virtutem.

V E L dicendum, quod baptisimus est spiritualis generatio: sed penitentia, quantum ad contritionem & alias sui partes, est spiritualis quedam sanatio, per modum cuiusdam alterationis. Patet autem in generatione corporali alicuius, quę est cum corruptione alterius, quod vna generatione remouentur omnia accidentia contraria rei generatę, quę erant accidentia rei corruptę: sed in alteratione remouentur tantum vnum accidens accidenti contrarium, ad quod terminatur alteratio. Et similiter vnus baptisimus simul delet omnia peccata, nouam vitam in ducendo: sed penitentia non delet omnia peccata, nisi ad singula feratur. Ideo oportet de singulis conteri, & confiteri.

I N H O C. 6. ar. doctor sanctus ponit vnam distinctionem bimembrem, & duas conclusiones, & litera clara est. Conclusio prima est. Considerando contritionem quo ad principium eius oportet quod de singulis peccatis, quę quis in memoria habet, conteratur. Secūda conclusio est. Contritio sumpta quantum ad terminum sufficit, quod sit vna communis de omnibus. Hęc. S. Tho.

P R O dubij huius solutione notandum est, quod est magna differentia inter actum distinctum, & communem seu confusum: vt cognitio huius hominis, quę do hic homo significatur per hunc terminum homo, est cognitio comunis & confusa: cognitio autem huius hominis, vt significatur per istum terminum Petrus, est singularis & distincta. Ita qui dolet de peccatis, vt cognouit peccata per notitiam communem peccatorum, quatenus significantur per hunc terminum peccatum, est contritio comunis & confusa. Et dolere de aliquo peccato singulari, vt significatur per hunc terminum, hoc homicidium, vel futurum, est contritio singularis, specialis, & distincta: quia actus voluntatis sequitur actum intellectus: & si actus intellectus est confusus, etiā actus voluntatis sicut factus intellectus est distinctus, actus voluntatis etiam distinctus est.

D V B I T A T V R igitur, an sit necessarium ad veram contritionem, & sufficientem ad remittendum peccata, quod penitens cogitet in particulari de suis peccatis, nępe, de hoc homicidio, & hoc furto, & sic de illis doleat: vel an sufficiat cogitare de peccatis in comuni, vt significantur per hoc nomen peccata, & sic dolere dicens, nollem peccasse propter Deum. &c.

E T prius antequam ad hoc dubium respondeamus oportet notare, quod de contritione dupliciter loqui possumus. Vno modo secundum se, quatenus est actus virtutis. Alio modo in ordine ad confessionem quatenus est pars sacramenti.

S E C V N D O est notandum dupliciter posse intelligi, quod contritio specialis de singulis peccatis sit necessaria. Vno modo necessitate precepti, alio modo necessitate finis. I. vel quod sit preceptum, quo homines astringuntur ad cōterendum de singulis peccatis, vel propter finem, quia alias non remittentur peccata, nisi hoc modo de singulis doleas.

T E R T I O denique est aduertendum, quod contritionem de singulis peccatis esse necessariam, duobus modis accipi potest. Prius sic, vt ad singula mortalia requirantur singula contritiones. Vel secundum numerum vel secundum speciem. Posterius sic, vt vna contritio sit distincta de singulis: quę admodum si singulis peccatis in memoria reuocatis, de illis vno eodemque dolore doleamus dicentes: Nollem commisisse ista peccata propter Deum, vel detestor hęc peccata omnia simul deo monstrando.

A D questionem igitur motam, aliqui de numero thomistarum, viri quidem docti & graues dicunt, quod necessarium est ad consequendam gratiam, quod sint tot contritiones, quot fuerint peccata. Et fundat hoc in. S. Tho. in. 1. 4. q. 23. ar. 1. vbi dicit, quod ad hoc, quod peccatum mortale remittatur, requiritur, quod homo diligenti adhibeat, ad rememorandum singula peccata mortalia, vt singula detestetur. Ergo. &c. Docent itaque ista dolendum esse, vt si commisisse centum peccata, dicas. Doleo de isto, & de isto vsq; ad centum. Et si quis

Dubium primum.

si quis dicat. Quid igitur faciam: quia nunquam dolui ad hanc normam. Nam antequam hoc audire, non potui ita dolere. Respondet ipsi, quod postquam tantum intere, oportet, si opus est, per mensem aut annum cogitare, & capere calculos, vel rosarium: & exire ad agrum, annuereque peccata: & ita de quolibet dolere sua distincta contritione.

S E D ego miror, quomodo aliquis vir alicuius ingenij aut eruditionis incidit in illam sententiam. Certum non oportet constituere penitentiam ita difficilem, & iniicere laqueum animabus, & iugum Dei graue efficere, quod Deus leue appellat. Si enim illo modo est necessario dolendum de peccatis: satis graue iugum est. Et secundum illam canonem, nullus vnquam de peccatoribus, qui habuerint multa peccata, fuit contritus. quia nunquam sic doluit pluribus contritionibus: quia est nimis difficile. Quod sic patet ex mente Augustini. Dicit enim ille: Præuolat intellectus, & sequitur tardus affectus. Vnde esto, intellectu cognoscimus omnia peccata, non possumus sine difficultate habere omnes illos plures actus in voluntate. ergo. &c.

P R O B A N T tamen ipsi secundo principaliter suam opinionem ex illo ps. 6. Laboraui in gemitu meo, lababor per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. En. (dicit) Propheta dicit. Lababor per singulas noctes &c. 1. dolebo de singulis peccatis.

A D hoc tamen argumentum nego ex illa auctoritate concludi eorum sententiam. Imo vero Propheta solū volebat in illis verbis inclinare dominum ad misericordiam, dicens, quod frequenter sua plorabat peccata, etiā tempore & loco quietis, qualia sunt nox & lectus: & quod emittebat lachrymas in magna quantitate, ita vt stratum rigaret. Sine autem de omnibus simul, siue de singulis distincte, nullam mentionem fecit Propheta.

T E R T I O probatur ex illo Job. 4. 0. Nerui testiculo rui eius. I. Behemoth, i. demonis plerumque sunt. I. peccata sunt perplexa: & opus est, quod omnia cogitentur in singulis & de omnibus sit contritio. Sed hoc argumentum nil valet. Ridiculus est enim, velle ex prædictis verbis inferre singulas contritiones de singulis peccatis.

Q V A R T O asserunt pro se. S. Tho. hanc (vt asserunt) asserentem sententiam. Ad quod tamen dico quod est falsum: sed nec hoc sonauit vnquam.

E T si hoc dixisset, non deberet recipi. Oportet enim inquirere veritatem, & probare quod dicit: & non iurare in verba alicuius hominis.

I D E O hoc sensu dimisso, sit prima conclusio. Non requiruntur tot contritiones numero vel specie: quot sunt peccata: ita quod tot exigantur contritiones, quot sunt peccata numero vel specie. Probatur, quia vno actu potest quis conteri & confiteri de multis speciebus peccatorum. Ergo nec absolute nec in ordine ad confessionem requiritur distincta specialis contritio, ad dictum sensum prædictum. **S E C V N D A** conclusio. Potest esse distincta contritio & specialis de multis peccatis: esto non sint

tot contritiones, quot sunt peccata. Sicut cum quis dolet simul vno actu de his peccatis. I. hoc homicidio, & hoc furto: quia vna contritio fertur in multa peccata distincte. Vt cum recordaris centum peccatorum, dicit: Doleo de his centum peccatis, vel nollem commisisse hęc centum peccata.

A D H V N C ergo sententiam querunt doctores, an sufficiat generalis & comunis contritio. I. doleo de omnibus peccatis meis: doleo quia offendi Deum, & propono amplius non offendere, vel an requiratur illa distincta contritio de peccatis, vt exposuimus, nępe, doleo de his peccatis, pluribus, aut paucis quę habes demonstratis.

A D H O C est comunis opinio Theologorum, quod non sufficit contritio illa generalis de mortalibus. I. doleo de peccatis, aut nollem peccasse, sicut sufficit de venialibus: sed requiritur dolor specialis & distinctus. Hęc fuit opinio Alexandri. 4. p. q. 69. mēbro 8. ar. 2. Idē dicit Richar. in. d. 1. 6. ar. 4. q. 2. Et Alexander dicit, quod sub pena peccati mortalis tenetur quis detestari peccata mortalia, non solū in generali, sed etiā in particulari. Itaque secundum Alexandrum non solū alicui non remittentur peccata, si doleat generaliter solū: sed peccabit noui peccati, nisi doleat speciali contritione, vt exposuimus. Idem dicit Durand. in. 4. d. 17. q. 2. ad. 1. Idē Paludanus. d. 17. q. 1. ar. 2. conclusio. 5. Idē Maior. d. 14. Idem Iohānes metinensis codice de penitentia. q. 3.

O P P O S I T V M tenet Caiet. in multis locis. Prius, in. q. 2. quā addidit ad tertiam partem. S. Tho. an. 1. sufficit contritio generalis. Idē dicit in. 1. secund. q. 113. ar. 5. Idē dicit in. 3. p. q. 87. ar. 1. Idem dicit in quolib. de contritione. q. 2. & 3. vbi quaerit, an quando cuius aliquis meminit peccatorum, teneatur conteri. In omnibus his locis dicit Caietanus, quod quantumcumque aliquis sit peccator, satis est ad remissionem peccatorum, vt cōfiteatur, & doleat se offendisse Deum in vniuersum, & proponat cauere in futurum a peccato: etiam si de nullo peccato in particulari cogitet, habebit gratiam. Non enim est opus, ait Caietanus, cogitare, an occideris, vel furatus fueris, nec quā aut quies: sed cogitare quod offēdisti Deum, & dole quia Deum offendisti, ac propone in futurum cauere, & sufficit tibi. Et probat hoc. Quia si exigitur in contritione talis detestatio in particulari, vel hoc est ratio sui, vel satis factio: nis, vel confessionis. Sed nullū istorum requiritur: ergo &c. Prius de satisfactione: quia aliquis potest satisficere vna satisfactione pro omnibus peccatis. Sed quā aliquis dat elemosinam, non oportet quod dicat, ego do elemosinam pro furto, vel pro homicidio: sed dādo elemosinam absolute satisfacit pro peccatis. Nec ratione contritionis vel confessionis. Quia ex hoc potest dici, quod contritio sit distincta: quia oportet quod confessio sit distincta de omnibus peccatis, quā non sufficeret dicere sacerdoti, acuso me pater, quod sum maximus peccator: sed doleo & propono cauere in futurum. Si ergo oportet quod confessio sit distincta

Et oportet etiam quod contritio sit distincta. Ad hoc dicit Caie. quod consequentia nihil valet: quia causa quare confessio debet esse distincta est, quia fit homini, & iudex debet habere notitiam distinctam de causa. Sed homo non potest habere notitiam distinctam de peccatis, nisi penitens distincte confiteatur. Secus autem est de Deo. Vnde quia homo satisfacit Deo, non oportet dicere satisfacio pro isto peccato aut pro isto: satis est quod peccator ieiunat pro peccatis suis. Aliud enim est de contritione qua offertur Deo cor, qui non pensat quantum, aut quod: sed ex quanto offertur. Nec est ratio iur: quia non probatur ex scriptura, nec aliunde. Ergo non requiritur singularis & distincta contritio.

P R A E T E R E A. Probat Caietanus suam opinionem: quia omnes doctores generaliter tenent, quod si quis cogitavit in particulari singula peccata, & postea dolere de omnibus quod sufficit illa contritio. Ergo contritio de se non habet, ut requiratur quod sit particularis, postquam doctores dant contritionem, quæ est de omnibus simul.

P R A E T E R E A. In articulo necessitatis, ubi non habetur tempus cogitandi peccata, sufficit dolor generalis. Si igitur ratione sui, vel de se, haberet contritio quod esset specialis: nunquam sufficeret nisi esset specialis. Hæc Caietanus.

S E D hæc opinio Caiet. ad minus videtur contra S. Tho. in multis locis. Et prius, in 1. secund. q. 113. ar. 5 ad 3. ubi dicit in sententia, quod nisi iustificationem impij, oportet quod impius doleat particulariter de singulis peccatis: oportet enim ut singula peccata detestetur, ante iustificationem, quæ in memoria sunt. Et addit S. Tho. Talis metus concurrat ad iustificationem: quia post detestationem illam sequitur vnus motus, quo detestatur omnia peccata commissa. Et talis motus concurrat ad iustificationem impij.

S E C V N D O. S. Th. in 1. 4. q. 28. ar. 1. ponens distinctionem inter peccata venialia & moralia dicit, quod ad remissionem peccatorum mortalium, requiritur ut homo diligentiam habeat, ad rememorandum singula peccata, ut singula detestetur. Ergo Caiet. dicit contra S. Tho. cum S. Th. dicat, quod ad remissionem venialium, non requiritur illa particularis detestatio. Ergo si esset verum, quod dicit Caiet. non esset distincta inter venialia & moralia secundum doctorem sanctum quantum ad hoc, cuius oppositum expresse dicit ipse Th.

T E R T I O. S. Th. dicit hic, quod quantum ad principium contritionis, oportet, quod contritio sit de singulis peccatis, quæ quæ in memoria habent. Ergo &c.

Q V A R T O idem asserit. D. sanctus hic ar. 3. ad 2. ubi expresse dicit, quod quando quis recordatur in generali & non in speciali de peccato, debet cogitare ad inveniendum peccatum: quia de quolibet mortali peccato homo tenetur specialiter contreri. Si ergo tenetur specialiter contreri de quolibet: certe non sufficit contritio generalis.

C A I E T A N U S autem dicit, quod opinio sua,

est: etiam S. Tho. Et respondet ad hæc duo loca, quod contritio potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se absolute in quantum est de iure naturali, & simpliciter necessaria ad salutem. Et hoc modo non requiritur, quod sit specialis aut distincta. Alio modo consideratur, ut est pars sacramenti penitentiarum, & hoc modo dicit, quod requiritur specialis contritio de omnibus peccatis. Et hoc modo dicit, quod intelliguntur omnia illa, quæ S. Tho. dicit de contritione. In ordine ad confessionem, quod cum aliquis confiteatur, tenetur dolere particulariter: quia tenetur dolere, sicut tenetur confiteri. Et tenetur confiteri particulariter: & ita tenetur contreri particulariter.

E T si dicas S. Thomas non distinguit. Dicit ipse, quod verum est: quia præceptum de confessione est absolute. Ideo tempore confessionis requiritur contritio in particulari, & non erat opus, quod S. Tho. distingueret. **S E C V N D O,** dicit Caiet. quod hoc quod doctores dicunt, quod contritio sit singularis, non intelligunt de contritione, quæ sufficit ad remissionem culpæ, sed de illa quæ sufficit ad remissionem pænæ. Vnde (inquit) duplex est contritio. Quædam generalis siue perfecta virtualiter, quæ virtualiter attingit ipsa peccata omnia. Et hoc sufficit ad remissionem culpæ. Alia est contritio perfecta formaliter quæ formaliter attingit ipsa peccata. Et hæc requiritur ad remissionem pænæ, & sic intelligunt S. Th. & alij: quia plus delet de pænâ contritio in specialibus. Et potest esse quod deleat totam pænâ.

H A N C opinionem Caiet. tenet Alber. magnus in 4. d. 16. ar. 32. Quærit enim, an in contritione debeat esse æqualis dolor de omnibus peccatis, vel oportet quod doleat plus de maiori peccato quam de minori: & respondet, quod duplex est contritio. Quædam est, quæ sufficit ad remissionem culpæ admittens. Et hæc est instantanea, & non magis de vno quam de alio. Alia est requisita ad remissionem pænæ, & hæc est successiva & distincta, & magis de vno quam de alio. Ego autem credo quod opinio Caiet. est vera. Et ad minus est probabilis.

N I H I L O M I N U S respondeo aliquibus propositionibus. Quarum 1. est. Probabile est (& credo verum) quod simpliciter ad remissionem peccatorum quo ad culpam sufficit contritio generalis sine dolore aliquo particulari peccatorum: nisi sufficit ad remissionem culpæ dolere propter Deum quia peccasti: & proponere cauere in futurum. Probatur. Quia si requiritur dolor particularis: sequitur, quod nullus possit consequi remissionem peccatorum, nisi in aliquo tempore determinato. Probatur, coniectura: quia si quis commisit mille peccata, si oportet quod de illis particulariter doleat, requiritur aliquod tempus ad recogitandum illa: ergo &c. Consequens autem non conceditur, nec ab illis qui oppositam sententiam tenent. Omnes enim dicunt quod in quocumque momento potest quis contreri sufficienter, & consequi remissionem peccatorum: quia

Deus

oppositam sententiam tenent. Omnes enim dicunt quod in quocumque momento potest quis contreri sufficienter, & consequi remissionem peccatorum: quia Deus nescit differre veniam contrito corde: ut supra diximus ex Cassiodoro.

S E C V N D O probatur ex illo Ezechiel. 18. & 33. In quacumque die peccator ingemuerit, peccatum suum amplius non recordabor. Vbi capitur dies non pro aliquo certo tempore, sed pro quocumque momento. Et omnes communiter sic intelligunt locum illum, & allegant. In quacumque hora. &c. quod magis facit ad propositum, licet litera non habeat nisi, in quacumque die.

T E R T I O arguo hoc modo, & credo quod concludit. De peccatis obliuiscitur sufficit contritio generalis, & ita dicit expresse S. Tho. hic ar. 3. ad 2. Ergo absolute sufficit contritio generalis, etiam de non obliuiscitur. Assumptum omnes concedunt: quia alias esset aliquis extra statum salutis per hoc quod meretur naturaliter est obliuiscitur. Consequentia probatur quia par est ratio etiam de non obliuiscitur.

E T confirmatur. Quia peccatum obliuiscitur est peccatum de quo non potest ille obliuiscitur meminisse. Ergo si quis habet peccatum de quo non potest meminisse in 4. diebus. Sed si cogitet dies 5. recordabitur, sufficit de illo in prima die dolore generaliter. Ergo eadem ratione, si non posset occurrere illi pœnitenti peccatum, nisi cogitet in toto vno die iustitiam tunc dolere in generali in prima parte diei, nec oportet spectare per totum diem: quia causa quare dicitur, quod obliuiscitur est illud peccatum est, quia protunc quando cogitat, & dolere, non potest meminisse. Ita enim dicimus, quando aliquid non occurrit memoria. Ego sum obliuiscitur illius, quod volebam dicere, esto quod si cogitarem per vnam horam aut diem occurreret, an sit propria & vera obliuiscitur non curro. In materia etenim de contritione, ideo dicitur peccatum obliuiscitur, quia pro tunc non posset ille obliuiscitur meminisse. Et de huiusmodi peccatis sufficit contritio generalis, esto dicas, quod non proprie sunt obliuiscitur. Ergo etiam de non obliuiscitur sufficit contritio generalis.

V O L O ergo quod habeat quis centum peccata, & quod nullus possit meminisse, nisi in vna hora. si vnus & in alia alacrius, & ita consequatur. Tunc sic oportet dicere, vel quod in principio ante quam ille doleat in particulari de omnibus, remittatur peccata, vel quod oportet spectare vsq. ad centesimam horam, quia non est maior ratio, quod oporteat spectare ad vnam horam, quæ vsq. ad decem aut centum. Ergo si dicas, quod oportet spectare ad vnam horam: eadem ratione dicendum est, quod oportet spectare ad centesimam. Quod impium videatur.

P R A E T E R E A. S. Tho. in 4. sequentiar. 3. ad 2. & distinctus in corpore ar. dicit expresse, quod est aliqua contritio generalis sufficiens ad remissionem peccatorum, antequam sit aliqua contritio

particularis. Quærebat enim, an contritio debeat esse maior de vno peccato, quam de alio. Et dicit quod dupliciter potest quis dolere. Vno modo sigillatim & distincte, & hoc modo plus debet dolere de vno peccato quam de alio. Alio modo potest esse contritio de omnibus peccatis simul. Et hæc vel procedit ex detestatione singulorum peccatorum: vel ad minus habet annexum propositum cogitandi de singulis peccatis in particulari. Et dicit quod illa contritio generalis sufficit, cum proposito cogitandi de singulis. Ergo hæc sententia Caiet. (quam sequimur) est etiam S. Thomæ.

P O N O ergo Petrum, qui vehementer dolet de omnibus peccatis simul cum proposito cogitandi de singulis. Tunc sic. Illa contritio sufficit ad remissionem peccatorum secundum Tho. & non est de peccatis in speciali. Ergo &c. Si ergo est verum, non differunt illi qui dicunt, quod exigitur contritio in singulari, & illi qui dicunt, quod sufficit in vniuersali.

I D E O dico quod in omni opinione necessarium est admittere illam propositionem, quam posuimus & omnes admittunt. Alexander ubi supra dicit, quod sufficit contritio generalis. Idem dicit Richardus. Idem dicit Albericus magnus. si quis doleat, se offendisse Deum, & habeat propositum cauendi in futurum, & recogitandi in particulari sufficit ad remittendum peccatum quo ad culpam, & nullus est, qui hoc neget. Sed differunt in hoc, quod Alexander & summi mistæ, & alij quos citauimus supra, dicunt quod licet ad remissionem peccatorum sufficiat contritio generalis nihilominus quibet habere tenet contritionem in particulari, & cogitare, & detestari peccata sub pœnitenti peccati mortalis, & si non recogitaret, & doleat in particulari perderet gratiam, quam antea habuit.

E T Alexander ubi supra ad 2. dicit: quod post contritionem generale tenetur quis contreri, quando se offert oportunitas in particulari: nihilominus tamen peccatum remissum erat per contritionem generalem. Sed ex nouo quodam contemptu peccat mortaliter, ex quo non contritio in particulari, existente particulari contritione. Et eiusdem sententia videtur esse S. Th. in suis dictis.

P R A E T E R E A probatur adhuc conclusio nostra. Quocumque homo non potest plus facere, nisi dolere de peccatis, & proponere cauere in futurum, illud sufficit. Sed qui habet plura peccata in instanti in quo incipit cogitare de suis peccatis, non potest aliud facere si doleat de peccatis, & proponat cauere in futurum, Ergo &c. & si dicas, quod potest cogitare de aliquo peccato in particulari. Contra ergo si tenetur prius cogitare de peccatis antequam veniat ad gratiam Dei, non esset ille in dimidia hora in statu salutis: quia tota illa dimidia hora non potest ille peccata sua recogitare, & si tunc moreretur, periret, vel dicendum quod in momento illius generalis contritionis habet gratiam.

VL

Prima conclusio.

VLTIMO probatur ex decretis Cælestini Pæpæ cap. 2. ubi ait: Quisquis mortis tempore pœnitentiam denegauerit, & desperat de clementia Dei, qui eum ad subueniendum morienti, sufficere vel in momento posse non credit: salutem homini adimit: ergo, &c.

SECVNDA conclusio. Secundum sententiam Caic. & S. Tho. non requiritur contritio specialis ante contritionem generalem, nec post, nisi tempore confessionis. Sed potest peccator dicere: Ego nolo recogitare peccata mea, quando confitear, recogitabo. Itaq; potest se habere sic positue nolens recogitare peccata in particulari & non solū negatiue, & sic dolens in generali reponitur in gratia.

SED quid ad S. Thomam qui in locis supra citatis dicit, quod debet homo adhibere diligentiam ad rememorandum singula peccata, ut singula detestetur? Et ita dicit hic, quod quo ad principium contritionis requiritur specialis contritio.

AD hoc dicit Caic. quod illud, quod S. Tho. dicit, quantum ad principium oportet esse detestationem singulorum peccatorum, non intelligit, quod sit necessaria: sed quod illa est via cōnaturalis secundū fragilitatem nostrā. Idolere prius de singulis peccatis in particulari, deinde dicere: Ego sum maximus peccator peto veniam à domino Deo. Hæc enim est lex & via cōnaturalis humanitati & fragilitati nostræ.

SECVNDO dicit Caic. quod hoc magis mouet ad dolendum. Ideo est optimus modus, sed non est necessarius: quia ibi in 1. secunda & in 4. ubi supra dicit, quod sufficit contritio generalis.

SED quid ad illud, quod S. Tho. in hac q. ar. 3. ad 2. dicit, quod debet homo recogitare ad inueniendum peccatum in particulari, vel habere propositum ad hoc. Caic. dicit, quod intelligit, quod tenetur suo tempore. s. tempore confessionis habere illud propositum. Et sic intelligendus est Alexander & alij: quia alias non potest bene intelligi quod dicitur, Nā quæro ab eis quando tenetur peccator recogitare, & dolere de omnibus peccatis: non statim: quia nullus hoc dicit. Nulibi enim est illud præceptum: ut latius inferius disputabimus. Et probatur: quia post peccatum nullus tenetur statim confiteri. Ergo multo minus tenetur recogitare in singulari ad habendam contritionem, nec statim post contritionem generalem, & remissionem peccatorum. Ideo dicendum est, quod tempore suo tenetur recogitare, & nec cessarium est ita dicere.

VNDE sequitur, quod in lege naturæ & veteri nõ requirebatur detestatio peccatorum in particulari. Probat: quia nunc non exigitur nisi ratione confessionis. Ergo si non esset confessio, non requiretur. Et ita tenendum est, quicquid dicant summistæ & Metinensis & Canus in 2. relectione & alij. Et hoc dicit nobiscum Caic. præter loca, quæ allegauimus in summa verbo contritio. Marfilus in 4. q. 12. dicit, quod non expedit in particulari cogitare

de singulis peccatis illi qui conteritur, maxime de peccatis carnis: quia mouent nouas illecebras & est periculum.

VBIVM tamen est: quia videtur, quod per hoc potius grauemus, quam releuemus penitentes. Pro vna enim contritione quam alij ponunt nos ponimus duas: al. eram illam generalem, alterā particularem & singularē detestationem peccatorum, quando confitetur.

AD HOC dicit, quod esto ita esset, adhuc magnus fauor, & leuius est ipsi pœnitenti. s. quod de iur statim gratia, quando habet generalem contritionē, & non expectet illam vsq; ad cōfessionem, & quod sit statim in illo Spiritus sanctus, & opera quæ faciunt sint ante confessionem pro præteritis peccatis satisfactoria.

SECVNDO. Dico quod quā quis confitetur, tenetur confiteri & conteri distincte: quia alias esset fictus. Si enim distincte confitetur & non dolet distincte, est fictus: quia accusat se furatum fuisse & non dolet. Sed de hoc latius dicemus infra in materia de confessione. Pronunc dico, quod non requiritur dolor ita distinctus numero vel specie: ut si quater peccator urauit falsum, & bis furatus fuit, non oportet quod habeat tot cōtritiones numero, quot peccata, nec tot contritiones specie, quot species peccatorum. Non enim oportet quod dicat, doleo quia quater paieram, & doleo quia bis furatus sum: sed satis est quod confiteatur distincte, & doleat de omnibus vna contritione quæ terminetur ad omnia simul. Alias incideremus in inconueniens aliorum: quia raro committitur dolor per totam confessionē etiā si multum doleat, & ita fore omnes cōfessiones essent fictæ. Maxime quia eo ipso quod pœnitens esset, volo cōfiteri ad petendā veniā à Domino Deo de his peccatis cogitans, vocatur dolor in particulari: quia postquā semel doluit, sufficit petere veniam de singulis peccatis in particulari.

Manebimus ergo cū hac opinione, quod sufficit cōtritio generalis ad remissionē peccatorū, absolute loquendo de contritione: sed requiritur specialis solum propter confessionē, & tempore confessionis: Et est præceptum de hoc.

SED arguitur hoc modo contra hanc sententiā. Sequeretur quod Iudæus & Sarracenus qui verū Deum cognoscit, & manet in perfidia sua, nec cogitauit dimittere perfidiam suam, est etiam latro & homicida, cōsequeretur remissionem peccatorum: quia volo quod cogit se offendisse Deum incommuni, & doleat vehementissime de omnibus peccatis propter Deum, & proponat in futurum seruare præcepta Dei, & potius pati mortē, quā frangere mandata Dei. Si dicas quod non dolet de perfidia, falsum est: quia dolet in generali. Si dicas quod non proponit exire à perfidia: non requiritur in particulari parte, & in generali proponit, quod secundum tuam opinionem sufficit.

Dubium secundum

hoc autē cōcedere est impiū. Quia sequeretur quod huiusmodi Iudæi & Sarraceni sæpe exeunt à peccato: quum sæpe doleant, & proponant in generali, licet cum veniant ad particularia errant.

SECVNDO. Ille Iudæus potest consequi remissionem peccatorum suorum: et non nisi per contritionem. Quia nullū aliud remediū est peccatori ad salutem, nisi pœnitentia. Nec exigitur contritio aut propositum in particulari: sed facit totum quod potest facere in generali, non deueniendo ad particulare. Sæpe petunt veniam à Domino Deo vere & non fictæ: ergo consequentur veniam peccatorum.

TER TIO. Simile argumentum potest fieri de Christiano, qui tenet alienum cum ignorantia vincibili, & non vult reddere, nec cogitauit vquam reddere, & cum hoc habeat alia peccata. Tunc si ille recogitare de peccatis in generali, & doleret de omnibus peccatis suis in generali, & petit veniam à Domino Deo: facit totum quod potest. Ergo iam consequetur remissionem omnium peccatorum. Et tamen non vult restituere alienum, nec excusatur per ignorantiam. Probat: consequentia sicut Prius. Hic potest consequi remissionem peccatorum per contritionem: et non requiritur contritio, nec propositum in particulari, & facit totum quod potest facere in communi & in generali: ergo, &c.

AD HOC dico prius, quod argumentum non solum currit contra nos, sed etiam cōtra omnes. Quia omnes concedunt alterum istorum, vel quod sufficit dolor in generali cum proposito detestandi omnia in particulari: vel quod sufficit contritio particularis vnius cum proposito detestandi omnia in particulari. Tunc arguitur hoc modo. Capio istum cū illo proposito detestandi singula peccata in particulari, & nunquam amplius offendendi Deum: ille potest consequi remissionem peccatorum per contritionem, & dolet de peccatis suis in generali, vel dolet de vno in particulari & habet propositum dolendi in speciali: ergo consequitur remissionem peccatorum.

IDEO ad argumentum nego, quod si ille Iudæus aut Christianus in casu prædicto saluaretur. Et ad probationem, quia sufficit contritio in generali: verū est, si non impediatur. Sed in prædictis impeditur, quia virtualiter cōplacet in peccato: sicut alias dixi, quod hic actus, volo Deo in omnibus placere: & in nullo displicere, est dilectio Dei super omnia. si sit cum adimplerione omnium mandatorū, aliā nõ, quia impeditur. Si tempore quo quis tenetur subuenire patri, maneat in ecclesia, & doleat de peccatis suis cū proposito cauendi à peccato, & cogitandi in particulari: cer. ù est quod non erit in gratia, quia transgreditur præceptum de honorandis parentibus. Ita dicendum est, quod illi Iudæus vel Sarracenus tenetur renūtiare perfidie suæ: Christianus autē tenetur restituere, aut habere propositum restituendi, præter dolere peccatorū: quia est ei præceptum.

VNDE ad principale argumentū nego consequentiam. s. contritio generalis sufficit: ergo prædicti cōsequerentur remissionem peccatorum. Quia impediatur illa generalis contritio, quæ de se sufficiebat. Vel secundo dico (ut dicit Caic.) quod illa detestatio in prædictis non se extendit ad illud peccatum, in quo virtualiter complacent, & deberet se ad omnia extendere.

ET pro maiori declaratione argumenti est notandum aliquod esse peccatum, quod post cōmissionē totū transiit, & nihil eius manet, nisi reatus ad pœnam: sicut homicidium. Et ad hoc peccatum requiritur dolor, & sufficit sine quocūq; alio. Quia non potest aliud facere ad consequentiam gratiæ, nisi dolere. Scelus est de peccato infidelitatis, quod adhuc manet. Perseuerat enim peccator in malo, ideo semper peccat. Et ita dicendum est de illo, qui retinet alienū. Ad familia igitur peccata remittenda, non sufficit dolere, nisi prius credat, vel restituat alienum, si potest. Vnde peccata possunt remitti sine quocūq; alio per cōtritionem in particulari: & eadē possunt remitti per dolorem in generali.

SECVNDO. Arguitur, qui tenent oppositā sententiā ex Augustino lib. de vera & falsa pœnitentiā, cap. 9. & 14. & 17. cuius verba referuntur in decretis de pœnitentiā & remiss. d. 3. cap. Sunt plures. Et ibidem d. 5. cap. 1. ubi dicit Augustinus. Puto, qui dolet de crimine conuersum esse, qui dolet de omni eius quæ exposuimus varietate. Et exposuerat varietatem peccati in cap. 14. ubi exposuit speciales circumstantias peccatorū, quas docuerat esse specialiter & considerandas, & deplorandas. Ergo, &c.

DICO ad hoc, sicut diximus ad S. Th. quod non dicit Augustinus hoc esse simpliciter necessarium: sed esse optimū modum conterendi. Dico secūdo, quod illud intelligitur tempore debito. s. tempore confessionis.

TER TIO. Arguunt ex diuo Chryso. in fine primi lib. de contritione cordis, ubi dicit: Hoc est, quod exposuitur à nobis: ut semper recordemur mala nostra, & ad animū reuocemus, & conscientiam gestorū nostrorum habeamus ante oculos: ut pro his supplicemus Deo. Et aperius in 2. lib. circa finē dicit: Oportebat, nos semper non solum scire ex omni logesim, & cōfiteri: quia in nobis multa delicta sunt: verum & vnumquodq; peccatū, & maius & minus quasi in libro, ita in corde nostro habere descriptū, idq; frequentius recognoscere, atq; ante oculos ponere & tanquā hæc nuper admissa lugere. Et eandē sententiā ponit Chryso. homel. 4. de Lazaro. Idem dicit. D. Grego. 4. moralium cap. 17.

SED ad omnia hæc dicendum, ut iam diximus ad Aug. . s. quod loquuntur de consilio, consulentes meliorem modum conterendi, non tanquam necessarium. Vel loquuntur in ordine ad confessionem, vel exhortantur peccatores, ut frequenter pœnitentia siue in generali, siue in particulari.

PRÆPTEREA probant adhuc testimonij

nijs sacrarum literarum. Et prius Isaia. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae.

SECUNDO ex illo Ezechi. 18. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, & fecerit iudiciū, hoc est examen & inquisitionem. Ergo. & c.

TERTIO ex illo psal. 18. Ab oculis meis munda me, domine: & ab alienis parce seruo tuo. Si sufficit generalis contritio, quare tam anxie petit Propheta: Ab occultis meis munda me, domine. Ergo. & c.

QUARTO ex illo psal. 76. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cū corde meo: & exercitabar, & scobebam spiritum meum.

AD HÆC omnia dico, quod sunt consilia optima. Faciebat namq; propheta quod optimū erat, & non quod necessarium. Dico secundo, quod Propheta (ut dicit) mundabat spiritum & scopebat illum: tamen non dicit quod hoc agebat per contritiones speciales: sed vel per speciales vel per generales. Ita quilibet debet mundare debet spiritum, siue per generalem, siue per particularem penitentiam.

ULTIMO arguunt: penitentia exterior est propter interiorē: sed exterior est distincta. Ergo interior.

AD hoc nego antecedens. Sed interior distincta est propter exteriorē, & exterior propter iudiciū & satisfactionem.

Quæst. secūda.

DE QUANTITATE CONTRITIONIS.

DEINDE considerandum est de quantitate contritionis. Circa quod queruntur tria.

PRIMO. Vtrum contritio sit maior dolor, qui esse possit in natura.

SECUNDO. Vtrum possit esse nimis magnus dolor.

TERTIO. Vtrum possit esse maior dolor de vno peccato, quam de alio.

Articul. primus

Vtrum contritio sit maior dolor, qui esse possit in natura.

THO. 4. d. 17. q. 2. ar. 3. q. 1. & sequentibus.



AD PRIMUM sic proceditur.

Videtur quod contritio non sit maior dolor qui possit esse in natura.

Dolor enim est sensus læsionis: sed aliqua læsiones magis sentiuntur, quā læsio peccati: sicut læsio vulneris. Ergo non est maximus dolor contritio.

PRÆTEREA. Ex effectu sumimus iudiciū de causa: sed effectus doloris sunt lacrima. Quum ergo contritus aliquando non emittat lacrimas corporales de peccatis: quas tamen emittit de morte amici, vel de percussione, vel aliquo huiusmodi, videtur quod contritio non sit dolor maximus.

PRÆTEREA. Quanto aliquid plus habet de admixtione contrarij, tanto est minus intensum. Sed contritionis dolor habet multū de gaudio admixtū: quia cōtritus gaudet de liberatione, de spe veniæ, & de multis huiusmodi. Ergo dolor suus est minimus.

PRÆTEREA. Dolor contritionis, displicentia est quadam. Sed multa sunt quæ magis displicent contrito, quā peccata præterita: non enim vellet pœnā inferni sustinere potius, quā peccare: nec etiā sustinuisse omnes pœnas temporales, aut etiā sustinere: alias pauci inueniuntur contriti. Ergo dolor contritionis non est maximus.

SED CONTRA est: quod secundū Aug. omnis dolor in amore fundatur. Sed amor charitatis, in quo fundatur dolor contritionis, est maximus. Ergo dolor contritionis est maximus. PRÆTEREA. Dolor est de malo: ergo de maiori malo debet esse maior dolor. Sed culpa est maius malū quā pœna: ergo dolor de culpa, qui est cōtritio, excedit omnē aliū dōlorē.

RESPONDEO dicendū, quod in cōtritione est duplex dolor. Vnus est in ipsa voluntate qui est essentialiter ipsa contritio, quæ nihil aliud est quam dis-

placencia præteriti peccati. Et talis dolor in contritione excedit omnes alios dolores: quia quantum aliquid placet, tantum contrariū eius displicet. Finis autem super omnia placet, cum omnia per ipsum considerentur. Et ideo peccatum, quod à fine ultimo auertit, super omnia displicere debet.

Alius dolor est in parte sensitua, qui causatur ex primo dolore vel ex necessitate natura, secundum quod vires inferiores sequuntur motum superiorum, vel ex electione, secundum quod homo pœnitens in se ipso habens hunc dolorem excitatur: ut de peccatis doleat. Et neutro modo oportet quod sit maximus dolor: quia vires inferiores mouentur vehementius ab obiectis proprijs quā ex redundantia superiorum virium. Et ideo quanto operatio superiorum virium est propinquior obiectis inferiorum: tanto magis sequuntur eorum motum. Et ideo maior dolor est insensitua parte ex læsione sensibili, quā sit ille qui in ipsa redundat ex ratione. Similiter maior qui redundat ex ratione de corporalibus deliberante, quā qui redundat ex ratione considerante spiritualia. Vnde dolor insensitua parte ex displicentia rationis proueniens de peccato, non est maior dolor alijs doloribus, qui in ipsa sunt. Et similiter nec dolor qui est voluntarie assumptus. Tum quia non obedit affectus inferior superiori ad nutum: ut tanta & talis passio sequatur in inferiori appetitu, qualem ordinat superior: tum etiam quia passiones à ratione sumuntur in actibus virtutum secundum mensuram quandam, quam quandoq; dolor, qui est sine virtute, non seruat, sed excedit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dolor sensibilis est de sensu læsionis: ita dolor interior est de cognitione alicuius nociui. Et ideo quantumvis læsio peccati secundum exteriorē sensum non percipiatur: tamen percipitur esse maxima secundum sensum interiorē rationis.

AD SECUNDUM dicendum, quod corporales immutationes immediate consequuntur ad passiones sensitua partis, & eis mediantibus ad affectiones appetitua superioris. Et inde est quod ex dolore sensibili, vel etiam sensibili vicini citius defluit lacryma corporales, quā de dolore spirituali contritionis.

AD TERTIUM dicendum, quod gaudium illud, quod pœnitens de dolore habet, non minuit displicentiam: quia ei non contrariatur, sed auget. Secundum quod omnis operatio augetur per propriam delectationē: ut dicitur 10. Ethic. sicut qui delectatur in addiscendo aliquam scientiam, melius addiscit. Et similiter qui gaudet de displicentia, vehementius displicentiam habet. Sed bene potest esse, quod illud gaudium temperat dolorem ex ratione in partem sensitua resultante.

AD QUARTUM dicendum, quod quantitas displicentia de aliqua re debet esse secundum quantitatem malitiæ ipsius. Malitia autē in culpa mortali mensuratur ex eo in quem peccatur, in quantum est ei indigna: & ex eo qui peccat, in quantum est ei nociua. Et quia homo debet magis Deum, quā se ipsum diligere: ideo plus debet odire culpam, in quantum est offensa Dei, quā in quantum est nociua sibi. Est autē nociua sibi principaliter in quantum separat ipsum à Deo. Et ex hac parte ipsa separatio à Deo, quæ pœna quadam est, magis debet displicere, quā ipsa culpa, in quantum hoc nocumentū inducit: Quia quod propter alterū oditur, minus oditur: sed minus quā culpa, in quantum est offensa in Deum. Inter omnes autē pœnas attenditur ordo malitiæ secundum quantitatem nocumenti. Et ideo cū hoc sit maximū nocumentum, quo maximum bonū priuatur, erit inter pœnas maxima, separatio à Deo. Est etiā alia quantitas malitiæ accidentalī, quæ oportet in displicentia attendere, secundū rationē præsentis & præteriti: Quia quod præteritū est iam non est, vnde habet minus de ratione malitiæ & bonitatis. Et in

de est,

de est,

de est,

de est,

de est,

de est,

de est, quod plus refugit homo sustinere aliquid malum presenti vel futuro: quam horreat de preterito. Vnde nec aliqua passio anime directe respondet preterito: sicut dolor respondet presenti malo, & timor futuro. Et propter hoc de duobus malis preteritis illud magis abhorret animus, cuius maior effectus in presenti remanet, vel in futurum timetur: etiam si in preterito minus fuerit. Et quia effectus precedentis culpæ non ita percipitur quandoq; sicut effectus preterite pænæ: tum quia culpa perfectius sanatur, quam quedam pænæ: tum quia defectus corporalis magis est manifestus, quam spiritualis. Ideo etiam homo bene dispositus quandoq; in se magis percipit horrorem precedentis pænæ, quam precedentis culpæ. Quia magis esset paratus pati eandem pœnam, quam committere eandem culpam.

ET est considerandum in comparatione culpæ & pænæ, quod quedam pænæ habent inseparabiliter contritionem Dei offensam: sicut separatio à Deo. Quedam etiam addunt perpetuitatem: sicut pænæ inferni. Ergo pænæ illæ, quæ offensam annexam habent, eodem modo cauenda est, sicut & culpa. Sed illa, quæ perpetuitatem addit, est magis quam culpa simpliciter fugienda. Sitamen ab eis separatur ratio offense, & consideretur tantum ratio pænæ, maius habent de malitia quam culpa, in quantum est offensa Dei, & propter hoc minus debent displicere.

SCIENDVM est etiam, quod quamuis talis debeat esse contriti dispositio, non tamen de eistentandus est: quia affectus suos homo non de facili mensurare potest. Et quandoq; illud quod minus displicet, videtur magis displicere: quia est propinquius nocumēto sensibili, quod magis est nobis notum.

Prima conclusio.

IN HOC primo articulo sunt duæ conclusiones. Vna est: Dolor, qui est in voluntate peccatis, qui essentialiter est contritio, excedit omnes alios dolores.

SECUNDA conclusio est: Dolor sensitiuus, qui etiam reperitur in contritione, non debet esse maximus. Exponit. S. Th. vtriusq; conclusionem, & probat manifeste in litera. Vide ibi.

DUBITATVR Rigitur prius, an ille dolor, qui est contritio, sufficit, quantumcumq; paruus, ad veram contritionem & remissionem peccatorum. Videatur quod non: quia doctores dicunt quod debet esse maximus. Dicunt enim quod dolere debet peccator super omne dolibile, plusquam de parentum morte, vel de quocunq; alio malo. Ergo paruus dolor non sufficit.

CIRCA hoc est quedam in scholis agitata opinio, sed extrema: & est Scoti in 4. d. 14. q. 2. ar. 2. dicens, quod ad remissionem peccatorum non sufficit quicunq; dolor cum omnibus circumstantiis, licet sit debite circumstantionatus. Quia requiritur certa intensio doloris, & certa continuatio per aliquod spacium temporis: aliis non sufficit in cuius vis temporis termino. Et ante tale tempus & intentionem non est sufficiens dispositio ad gratiæ infusionem. Et si quæras quanta intensio, & quanta continuatio doloris requiritur, & quantum tempus: dicit quod solus Deus potest scire. Quis enim cognouit sensum Domini. Fundat autem hanc sententiam in duobus.

Primum est: quia oportet, quod sit aliqua dispositio de congruo, antequam infundatur gratia: ita quod sit meriti de congruo. Quia aliis quam videamus, quod Deus alicui dat gratiam, alteri vero non possemus excusare Deum, quin esset acceptor personarum. Qui det vni & non alteri, cæteris paribus: ut si sit Petrus & Iohannes cum aequalibus peccatis, & ambo penitent, atq; omnia faciunt equaliter, & Deus dat gratiam vni & non alteri. Ergo oportet dicere, quod ideo dat vni, & non alteri, quia vnus disposuit se, & alter non. Et si dicas, quod disponitur in primo instanti, in quo habet contritionem. Dicit, quod illud non sufficit: quia illa dispositio iam est meritoria de condigno: quia iam tunc est gratia & contritio formata. Sed ante illud primum instans contritionis erit quedam attritio, quæ disponit. Et peruenit illa attritio ad contritionem per hoc, quod continuatur certo tempore, & peruenit ad certam intentionem.

SECUNDA fundamentum eius est, quod oportet peccatorem facere ex naturalibus suis totum, quod potest facere ad gratiam consequendam: quia alias Deus esset acceptor personarum. Cum enim aliquibus det gratiam, & aliquibus non, si non recurrimus ad hoc, quod hic ex naturalibus suis disponit se, & alter non: esset Deus acceptor personarum. Quia quare magis istum, quam illum: postquam nulla est dispositio. Et cum talis dispositio non sit contritio illa, quæ est cum gratia, sequitur quod est alius dolor. Qui quidem dolor oportet quod sit per aliquod tempus sine gratia: quia aliis si esset in instanti cum gratia: iam esset meritorius de condigno.

Secunda conclusio.

Dubium primum.

digno. Itaque ipse imaginatur, quod cum perrus dolet, vt. 4. cum omnibus alijs debitis circumstantiis, non dabitur ei gratia in illo instanti in quo incipit dolere vt. 4. sed oportet, quod ille dolor intendatur vsq; ad finem illius horæ, vel per certum tempus: & in instanti ultimo illius temporis datur ei gratia. Dolor namq; ille non est sufficiens quando elicitur, quousq; intendatur, & continuatur. Qui sic continuatus erit contritio: quia si in instanti eodem disponatur & detur gratia, iam illa contritio est gratia informata: & ita esset iam meritoria de condigno. EANDEM opinionem videtur tenere Richardus in 4. d. 17. q. 2. & 3. & 5. Et verum est, quod aliqui scholastici tribuunt hanc opinionem Richardo: sed non dicit omnia, quæ dicit Sco. Quia Sco. dicit duo. Primum est, quod requiritur intensio certa doloris: secundo etiam ponit continuationem necessariam. Ricardus autem (vt mihi videtur) ponit solum intentionem, & non necessariam continuationem. Hæc est opinio singularis, & nullus alius habet hanc opinionem, vt dixi.

ET prius contra hanc opinionem arguit Gabriel in 4. d. 14. q. 1. & 2. Illa est voluntaria, nulla auctoritate scripturæ aut sanctorum fulcita. Ergo nullo modo recipienda. Maxime in hac materia, vbi omnia ex sanctis & scripturis sunt sumenda. Et hoc reputo maximum argumentum: licet multa sint contra eam argumenta, quorum quodlibet ostendit eam improbabilem. Necessaria enim ad salutem sunt sumenda ex sanctorum traditione & ecclesiæ, vel ex scriptura. Sed Sco. nihil horum citat. Ergo non est in hoc recipiendus.

SECUNDO arguit hoc modo. Illa opinio videtur potius repugnare dictis scripturæ sacræ: quia Ezechi. 33. dicitur impietas impij non nocebit ei in quacunq; die conuersus fuerit &c. Et manifestum est, quod non capitur ibi dies pro tempore determinato: quia sicut est verum, quod in quocunq; die impius conuersus fuerit, impietas non nocebit ei: ita est verum, quod in quocunq; momento vel hora. Ergo non requiritur continuatio temporis, quia quod impietas non noceat est propter conuersionem & non propter tempus.

TERCIO. In eodem loco dicit. Cum recesserit impius ab impietate sua, feceritq; iudicium & iustitiam, viuet in eis. Ecce scriptura dicit, cum recesserit, & non dicit, post vnâ horam. Sed iste recessit in momento. Ergo &c.

QUARTO. Deus benedictus prior est ad miserendum, quam ad puniendum. Sed in quocunq; instanti iustus recesserit à iustitia, faciens iniquitatem morte morietur, & amittit gratiam, itaq; ad ablationem gratiæ non requiritur aliqua mora continuationis peccati. Ergo etiam in quocunq; momento quis auertat se à peccato, dolens se commisisse peccatum cum debitis circumstantiis remittitur peccatum.

QUINTO. Secundum Sco. nunquam est dolor debita, & sufficienter circumstantionatus: nisi sit propter Deum cum dilectione Dei super omnia. Tunc

faciamus quod tempus necessarium vt continuetur ille dolor, sit vna hora. Tunc sic. Vel in medietate horæ diligit Deum super omnia vel non. Si non. Ergo ille dolor non est sufficienter circumstantionatus. Ergo male dicit, quod dolor sufficienter circumstantionatus requirit continuationem: quia ille dolor non est sufficienter circumstantionatus. Et si est cum dilectione Dei super omnia iam erit in gratia. Et ita ille dolor erit cum gratia. Ergo ille est contritio sufficienter.

SEXTO. Facienti quod in se est, cum diuino speciali auxilio Deus non negat gratiam. Sed iste Petrus in momento facit, quod in se est. Ergo habebit gratiam: quia durum est dicere, quod facienti totum, quod potest, Deus non det gratiam. Si dat. Ergo male dicit Sco. quod oportet, vt se disponat per aliquam dispositionem, quæ sit alicuius intensio, & quod continuetur per aliquod tempus.

SEPTIMO. Pro nobis est illud Hieremias. 3. Fomicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Vnde sequitur. Ille reuertitur ad dominum, quia diligit ipsum super omnia. Ergo diligitur à Deo, & suscipitur à Deo per gratiam. Sed ille qui dolet, conuertitur ad dominum. Ergo suscipitur. Alias stante lege, aliquis qui in via faceret, quod in se est, condemnaretur. Vt si ille faciens omne quod in se est, moriatur ante illam contritionem, quam ponit Scotus. Probatur, quia non dum habet gratiam:

OCTAVO. Pro nobis etiam est Chrysol. in lib. de reparatione lapsi, & habetur de pœnit. & remissio. d. 3. cap. talis. Talis est (mihi crede) talis est erga homines pietas Dei, quod nunquam spernit pœnitentiam, si ei sincere & simpliciter offeratur: etiam si non ponuerit quis explere in presenti satisfaciendi ordinem, quam ualens tamen, & quamlibet breui tempore gratam pœnitentiam, suscipit etiam ipsam, nec patitur quantum exigue conuersionis perire mercedem.

NONO. In hac sententia est Leo Papa, prius in epistola. 69. ad Theodorum, & habetur de pœnit. & remissio. d. 1. cap. multiplex. Vbi ait. Si periculum urgeat cuiq; penitentiam statim est absolutio danda: quia misericordie Dei non possumus tempora distimere, nec mentiras ponere. Apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio, dicente spiritu Dei per Prophetam. Cū conuersus ingemueris, tunc saluus eris.

DECIMO. Hæc opinio reddit hominem incertum à salute sua. Ergo non est tenenda: quia licet homo non possit euidenter scire, quod est in gratia: tamen potest habere aliquas coniecturas. Atiump tum probatur. Quia nescit homo per quod tempus vel quantum debet continuare, nec potest scire quæ intentionis est ille dolor. Ergo reddit hominem prius in certum de salute sua. Et imponitur ei præceptum, quod non potest adimplere. Quod impium videtur: quia non potest scire, quando habet illam intentionem, vel quando non.

VNDECIMO. Hæc opinio ponit hominem in periculo peccandi mortaliter, quando sumit Eucharistiam.

b ristiã

ritiam: quia nullus scit, an dolor sens fuerit sufficiens ad delendum peccatum, & si accedat ad Eucharistiam cum dubio peccat mortaliter.

D V O D E C I M O sequeretur ex hac opinione, quod aliquis viator esset extra statum saluus. Vt cum proximus mori, ita quod non est tempus ad contrinuandum illum dolorem. Ad quod Almaym in 4. d. 14. q. 2. concedit totum, & dicit, quod ita Scotus debet concedere. Sed ego nollem habere talem de fensorem.

T E R T I O decimo arguo hoc modo. Sequeretur, quod homo obligaretur sub præcepto ad attritionem. Probat: quia obligatur ad contritionem, Et secundum Sco. non potest venire ad contritionem, nisi per attritionem: quia debet continuare dolere, qui prius est attritus. Ergo obligatur ad attritionem.

Q V A R T O decimo. In alijs præceptis non requiritur hæc intensio aut continuatio: vt in præcepto de fide & de spe, Ergo nec in præcepto de contritione. Probat: antecedens: quia in instanti potest quis adimplere præceptum de fide & de charitate: quia potest in instanti diligere Deum & proximum. Ergo etiam contri.

P R O P T E R hæc testimonia & rationes dicendum est cum communis theologorum sententia, quod ad perfectam contritionem, nec requiritur certa intensio, nec temporis certi continuatio: sed in quocumque momento sufficit dolere de peccato propter Deum, quantumcumque sit remissus ille dolor, & non secundum totum conatum, dummodo sit efficax & absolutus dolor de peccatis propter Deum.

E T ad illud Sco. Quia altus Deus est acceptor personarum, nego consequentiam: quia primam gratiam dat gratis, & in gratuitis, quæ nullo modo debentur, non cadit acceptio personarum. Nam Deus gratis prædestinat unam & non aliam. Et angelus statim propter unum peccatum fuit damnatus, & facta fuit lex, quod non poeniteret amplius, quæ tamen lex non fuit facta cum hominibus. Et propterea non est Deus acceptor personarum: quia non debet gratiam suam & beatitudinem alicui peccatori. Nam ita ipse aiebat aliquando. Amice non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est, & vade in pace. Math. 20.

S E C V N D O dico cum S. Th. 1. secundæ. q. 14. quod non potest esse meritum de congruo, nec de condigno respectu primæ gratiæ: quia est contra Paul. Si enim graua esset propter opus, iam non esset gratia.

T E R T I O dico, quod ad primam gratiã requiritur dispositio. s. contritio. Sed illa vt superius tractauimus in 1. 4. non est meritoria gratiæ sed gloriæ secundum quod iam procedit ex gratia. Et probatur, quod non sit contritio prima meritoria gratiæ.

Quia non meretur primã: cum illa mere gratis datur, & est de fide quod non meretur. Nec etiam meretur augmentũ gratiæ: quia est inimaginabile, quod Deus producat in hoc instanti gratiã, vt. 4. & quod in eodẽ instanti meritorie intendat: vsq; ad. 8. sicut est in imaginabile, quod Deus producat in isto instanti unum pedale, & quod in eodem instanti auget: &

faciat illud bipedale: quia augere est realis motio. Et si attritio mereatur duos gradus gratiæ de congruo, vt Sco. dicit. Ergo contritio etiam, quia tam bona est sicut attritio.

A D aliud quod dicit Sco. s. oportere, vt homo faciat ex suis naturalibus totũ quod potest facere ad consequendam gratiam & quod per hoc se disponit ad illam, cū prædicta intensio. Et de duratione temporis, dico, quod est error, & videtur condemnari contra Pelagianos in concilio Meluitano dicere, quod quis ex suis naturalibus possit se disponere ad gratiam, & quod continuando illã dispositionem vsq; ad predictum tempus infundatur gratia. Certe hoc non concederet Augu. Oppositum dicitur à sanctis & in concilio Meluitano & tridentino.

V N D E dico, quod quicquid potest homo facere ex puris naturalibus, non est dispositio meritoria, nec de congruo, nec de condigno, nec sufficit ad gratiam: quia non est volentis, nec currentis: sed Dei misericordis: vt dicit Paul. Roman. 9. Et Augu. Quare hunc traha. (inquit) & illum non trahat, noli iudicare, si non vis errare. Et dominus Iohann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, hoc est, nemo potest disponere se ad gratiã, nisi quæ pater meus disposuerit.

I G I T V R conformiter ad S. Tho. & communẽ opinionem, tenebimus, quod nullus est, qui tam remitte contera: quin possit remissius conteri. Itaq; nec requiritur certa intensio, nec continuatio, sed sufficit efficaciter dolere de peccatis propter Deum iũ me dilectum quantumcumque: dolor sit remissus & momentaneus. Et eisdem argumentis quibus probauimus, quod ad veram penitentiam interiorẽ non requiritur certa intensio, nec certa continuatio probatur etiam contra Adrianũ de traieo in 1. q. de penitentia, & in quolib. 5. ar. 3. quod non requiritur, vt contritio sit ex toto conatu: sed fat est, quod sit absoluta et efficax et propter Deum esto sit ex paruo conatu.

S E D arguit Adria. probans suã sententiã. Prius Deuter. 4. sic ait Moyses. Si quaesieris dominũ Deũ tuum inuenies illum: si tamen toto corde quaesieris & tota tribulatione animæ tuæ.

A D hoc dico, quod duplex est totalitas. Altera intensiois & gradualis, de qua iam disputauimus contra Sco. Altera est totalitas integritatis & perfectionis. Moses igitur loquebatur de totalitate integritatis. Volebat enim dicere. Inuenies dominum, si toto corde quaesieris eum: ita quod des illi totum cor relinquendo omnia peccata. Et ille qui reservat ali quod peccatum in quo complacet, non dat Deo totum cor, sed partem dat peccato. Vult ergo Moyses, quod qui totum cor dat Deo, siue det parua intensioe & paruo conatu, siue magna intensioe & magno conatu, inueniet Deum: quia fat est efficaciter dare Deo integrum cor.

S E C V N D O argumentatur ex illo Ioelis. 2. Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra. At dolor remissus, qui non est ex toto conatu: nec ex toto corde est,

de est, nec planctum & fletum efficit, nec scindit corda. Ergo. Ad quod & huius similia respondeatur, sicut ad primum.

T E R T I O adducit ad hoc testimonia sanctorũ. Et prius Augu. in lib. de vera & falsa penitentia cap. 17. Vbi inquit. Conuertitur qui iam totus & omnino vertitur. Idem etiam Augu. vel ille, qui scripsit sermones ad fratres in heremo, sermone. 11. dicit: Graui peccata grauius laments indigent. Item Ambro. in lib. 2. de penitentia cap. 10. eadem ponit sententiam, alijs multis locis. Cypria. etiam in sermone. 5. de lapsis ait: Quam magna deliquimus, tam granditer desicamus. &c.

A D H A E C omnia dico eodem modo, sicut diximus ad illum locum Deuter. nec hi sancti aliud intendebant. Vel (si vis) loquebantur de consilio, & actus perfectiores conuulentes.

P R O B A T adhuc Adria. sententiam suam rationibus. Et prius sic: Deus non dat gratiam, nisi faciat totum, quod in se est: sed qui non conuertitur toto conatu, non facit totum, quod in se est: ergo non habebit gratiam, nisi tota vi animi conuertatur.

A D H O C dico: quod facienti quod in se est ex puris naturalibus (esto faciat ex toto conatu) nõ dabitur gratia: nisi faciat totum quod in se est post auxilium Dei mouenus: & tunc Deus dat gratiam. Quod patet Apocalyp. 3. vbi inquit dominus. Ego sto ad ostium, & pullo: si quis aperuerit mihi ianuam ingrediar ad eum. &c. Ergo Deus ingreditur ad animam, quæ aperit ianuam, siue aperiat ex toto conatu, siue ex parte conatus.

S E C V N D O arguit hoc modo: Non est alius quis dolor contritio, nisi ex amore charitatis proficiscatur: sed amor charitatis non habetur, nisi toto conatu Deus diligatur: ergo. Minor probatur ex illo Deuter. 6. Diliges dominum Deum tuum ex tota fortitudine tua. Quod Marcus dixit: ex tota virtute tua: & Luc. Ex omnibus viribus tuis.

A D H O C dico, quod illis verbis non præcipitur intensio summa gradualis in actu: sed præcipitur, vt omnes vires intendantur, quantum necesse est ad diligendum Deum super omnia appreciatue: ita, vt in præparatione animi, videlicet cum opus fuerit, totum cor, mentem, animam, vires, conatum Deo præstemus.

S E C V N D O dico, quod literaliter illis verbis solum ostenditur, nullam esse præscribendam mensuram diligendo Deo. Qui enim dicitur erat: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum: docet ante nullum exemplum, nullumq; modum in amore Dei esse quaerendum. Qui vtiq; dignus est, vt sine modo atq; exemplo diligatur, iuxta illud Ecclesiastici. 4. 3. Benedicentes dominum exaltate illum, quantum potestis: maior est enim omni laude.

S I C igitur relinquatur, quod non requiritur totus conatus ad contritionem: sed quicumq; sufficit, dummodo sit efficax & absolutus.

S E D veniamus ad literam. S. Tho. qui dicit in prima propositione, quod dolor contritionis debet

esse maximus: ita quod excedat omnes alios dolores. Et omnes antiqui doctores i. adicunt. Nec valet dicere, quod hoc non habetur in scriptura. s. quod contritio debet esse maximus dolor: quia scriptura solum dicit: Penitentiam agite, & non dicit: Agite maximam penitentiam.

A D H O C dico, quod & si formaliter non dicatur in scriptura, quod contritio debet esse maximus dolor, dicitur virtualiter. Ideo. S. Tho. & doctores optime dicunt, quod contritio debet esse maximus dolor. Probat, quod illud virtualiter dicatur in scriptura: quia scriptura dicit, quod illi, qui veram penitentiam egerunt, habuerunt magnum dolorem. Item scriptura inducit penitentes, stentes & ieiunantes, & iacentes in cinere & cinio: quæ sunt signa magni doloris. Et homines pro paruo dolore non solent flere, & hæc dura pati. Ergo in scriptura virtualiter habetur, quod contritio debet esse maximus dolor, & super omnes alios dolores. Quod in scriptura inducantur penitentes stentes, & ostendentes signa magni doloris: patet de Dauid & Niuius, qui prædicauerant ieiunium Ionæ. 3. & 3. Reg. 21. alijsq; locis. Diuus etiam Petrus fleuit amare, postquam negauit dominum. Et hoc ipsum, nempe, quod contritio debet esse maximus dolor, significant sancti in dictis suis: vt iam supra citauimus. **P R A E T E R E A** probatur ratione. Quia de maiori detrimento debet esse maior dolor: sed peccatum mortale est maximum detrimento, quia priuat hominem sua vltima perfectione: ergo dolor de illo debet esse maximus. Vnde bene dicit. S. Tho. quod dolor, qui est contritio, excedit omnes alios dolores.

S E D dubitatur, quomodo intelligitur ista magnitudo doloris: postquam dicimus, quod quantumcumque remissus dolor sufficit: si est absolutus & efficax, & ex toto corde non intensius tamẽ.

A D H O C dico, quod duplex est magnitudo: quædam intensiois, & quædam integritatis & perfectionis: vt supra dixi de totalitate, respondendo ad Adria. Quæ distinctio assignari solet à doctoribus sub his verbis, intensius, vel appreciatue. Appreciatue debet esse contritio maximus dolor, non autem intensius. Appreciatue enim vel affectiue, vt in maiori precio habeat homo hoc, quod est placere Deo, & cauere à peccatis, quam quodcumq; aliud: vt volo placere Deo, potius quam cuiuscumq; creaturæ, nullo offendere Deum in quocumq; euentu, doleo, quia offendi Deum, malem incidisse omnia mala alia, quam offendisse Deum. Quantumcumq; sit actus remissus gradualiter, est sufficiens & vera contritio, dummodo sit efficax. Debet ergo esse maximus dolor ex parte obiecti. i. oportet dolere de peccato plusquam de quocumq; alio. i. oportet relinquere omnia alia bona propter hoc obiectum. s. Deum summe dilectum.

S E C V N D O dico, quod dolor de peccatis, vel contritio debet esse maximus. i. non limitatus (vt hic inferius exponam) aut non ad exemplum aliorum.

Dubium primum.

SE D contra. Si Petrus occidit Iohannem, magis vult occidere Iohannem, quam quod Iohannes occideret eum. Nihilominus Petrus dicit, quod occiderit hominem: ergo Petrus non tenetur ad hoc, quod plus doleat de hoc, quod occidit hominem, quam de hoc, quod Iohannes occiderit ipsum Petrum, aut patrem eius.

AD HOC dico, quod communis opinio est, & est vera: quod qui dolet de peccatis, tenetur diligere Deum super omnia. Et probatur: quia qui non diligit, manet in morte. I. Iohan. 3. ergo qui potius vult occidere, quam alius occiderit eum, magis vult offendere Deum, quam mori: ergo non diligit Deum super omnia.

SECVNDO probatur: quia certum est, quod si quis limitaret dolorem suum, non esset vera penitentia. Probatur: quia si quis in vna die peccauit mortaliter, & perdidit centum aureos, & postea penitet: si ille interrogatus de quo plus doleat, de offensione Dei, vel de amissione centum aureorum: ille respondet, plus dolere quia perdidit centum aureos, sed etiam eum penitere, quod offenderit Deum, non vere penitet. Quia concipit in peccato: ut etiam si quis dicat: Ego nollem offendere Deum, sed magis vellem peccare, quam mori: quia si occurrit periculum moras, tunc oportet, quod Deus parceret mihi, secundum omnes doctores: ille non consequitur veniam peccatorum: sed potius peccat mortaliter. Et ita exponit hoc. S. Tho. ad. 4. quod potius debet penitens velle pati quodcumque aliud malum, quam offendere Deum.

Dubium secundum.

SE D dubitatur circa idem. 4. argumentum: an hoc exigatur a penitente, quod faciat illam comparationem. I. mallem sustinuisse mortem, & quæcumque alia mala, quam offendisse Deum.

AD HOC dico prius, quod ille actus est valde perfectus, & multum valet ad remissionem peccati. Et qui haberet constantiam ad perueniendum ad illum actum, bene faceret.

SECVNDO dico cum. S. Thom. hic ad. 4. quod illud non exigatur ita formaliter, & distincte. I. malem non offendisse Deum, quam incidisse in mortem, vel in quæcumque alia mala. Probatur: quia, ut diximus, ad contritionem requiritur dilectio Dei super omnia. Et ad dilectionem Dei super omnia non requiritur, quod formaliter fiat illa comparatio: si oportet relinquere amorem Dei vel patris, quem potius relinquerem: sed sufficit velle Deo in omnibus placere, & in nullo displicere absolute & efficaciter. Ergo etiam ad contritionem satis est dicere absolute & efficaciter, Nollem offendisse Deum vilo modo. Itaque penitens non debet limitare, aut restringere illum dolorem. Sed nec requiritur, quod proponat sibi mortem ante oculos dicendo: Si occurreret mors quid potius facerem? Morerer, an peccarem?

TER TIO dico, quod non solum illud non requiritur, sed nec illud debet exigere a penitente, nec ipse met penitens debet a se exigere. Quia esset pe-

riculum & magna tentatio: nisi sit vir multum perfectus, & videat in se magnam constantiam. Hoc. S. Tho. hic ad. 4. & est consilium omnium doctorum.

QVARTO dico, quod. S. Tho. in illo argumento. 4. ponit aliquas propositiones: & erat argumentum. Aliqui sunt, qui dolent magis de morte parentum, vel uxoris vel filiorum: plusque dolent de amissione rerum temporalium, quam de offensione Dei, & isti omnes non sunt damnandi, quia non omnes qui sunt in gratia, & parati ad recipiendum martyrium, sunt condemnandi ac ex predictis multi videntur esse in gratia: & sunt parati ad martyrium: ergo &c. Ad quod. S. Tho. respondet aliquibus propositionibus. Prima est: Peccatum debet displicere plus, quia est offensa Dei, quam quia nocuit peccatori.

SECVNDA propositio est. Licet hoc sit verum, quod debet penitens plus dolere de peccato, quia est offensa Dei, quam quod fuit nocuum sibi: quia tamensensibilia sunt nobis magis naturalia & magis mouent: ideo est maior dolor sensibilis gradualis illorum: quia nocuerunt. Probatur: quia presentia magis mouent, quam absentia. Et ideo homines magis horrent & timent illa. Verum licet ita sit, quod sensibilibus & gradualiter magis doleant homines de malis peccati sensibilibus, quam de peccato: non tamen simpliciter, sed simpliciter plus dolent de peccato appreciatue, alias peccarent mortaliter.

TER TIA propositio est. Potius quis debet eligere penam interini sine culpa, & non esse: quam non offendere Deum: si ad hanc comparationem venerit in particulari.

SE D dubitatur, an hoc intelligatur intensiue. I. an debeat homo plus dolere intensiue de peccato, quam de alijs rebus.

Dubium tertium.

AD HOC aliqui dicunt, quod ita: & quod ita intelligit. S. Tho. in commentis in codice de penitentia. q. 5. ar. 3. Ego vero dico, quod nullus tenetur ut insue dolere plus de peccatis, quam de alijs rebus, sed solum appreciatue. I. si oportet mori, aut offendere Deum, potius debet homo eligere mortem quam offendere Deum, quantumcumque remitte hoc eligat. Et ita intelligit. S. Tho. Et probatur: quia (ut iam supra deduximus) certa intentio penitentiae non cadit sub precepto. Ergo potest quis precepto de penitentia satisfacere per penitentiam, quantumlibet remissam. Ergo siue intensiue, siue æque intense de alijs rebus cuiuslibet at homo, satisfacit precepto penitentiae.

SECVNDO. Eodem actu potest displicere peccatum, & alterius rei amissio, quemadmodum potest quis eodem actu Deum & patrem aut amicum amare: ergo æquæ intense displicet peccatum, & aliud malum siue peccato.

TER TIO. Duplicitate de aliquo mensuratur, & proportionatur amori de opposito. Ergo non magis tenetur quis odire peccatum, quam tenetur diligere Deum. Sed Deum non tenetur absolute,

solute, aut respectiue diligere in ensibus gradualiter, quam patrem amicum, aut filium. Ergo &c.

DVRAND. in. 4. d. 17. q. 5. impugnat duas ex his propositionibus. S. Thomæ. Et prius impugnat tertiam propositionem, sic. Illud quod nullo modo est eligendum, non est potius eligendum, cum comparatum præsupponat posituum. At pena inferni nullo modo eligenda est: quia hoc est illicitum & malum ex natura sua, à Deo. I. in æternum separari: ergo non est potius eligendum.

ET confirmatur. Quia illud nunquam potest contingere, & oportet, quod homo fingat sibi chimeras. ut si Deus comminetur alicui: Tu peccabis, alias ego puniam: e in inferno. Hoc certe chimæra est, & impossibile contingere: ergo &c.

SECVNDO. Foris politicus non debet eligere mortem pro republica, si non esset alia vita: quia stultum esset eligere mortem, si per illam non consequitur meliorem vitam. Ergo nec debet quis eligere penas inferni, potius quam peccare.

AD HÆC Capr. dicit multa in. 4. d. 17. ex quibus aliqua sunt falsa, & aliqua non necessaria. Contendit namque ostendere aduersus Durand. quod in aliquo casu tenetur quis eligere penam inferni: ut in casu, quod Deus alicui reuelaret damnationem suam, tenetur penam inferni eligere: ut conformet se diuinae voluntati. Et damnati qui sunt in inferno, tenentur illam penam eligere: quia est præceptum, quod sunt ibi. Et animæ in Purgatorio existentes, tenentur ibi velle esse. Et hoc putat esse ex mente. S. Tho. qui tamen hoc nunquam dicit: sed solum dicit, quod tenetur homo conformare se diuinae voluntati in voluto formali. I. in bono: Nam tenetur velle bonum. Vnde Aug. dicit, quod pius filius licet vult patrem viuere, etiam quando Deus vult patrem mori: quia utrumque est bonum. Si tamen Deus præciperet alicui, quod velit damnari, teneretur illud tunc velle, non aliis.

IDEO ego dico cum. S. Tho. hic ad. 4. siue sit possibile, vel non, quod peccaret aliquis, si diceret: Ego malem offendere Deum, quam infernum pati. Et ita dicimus, quod oportet esse maximum dolorem: esto nunquam contingat constitui hominem in illo articulo, quilibet tamen potest se constituere in illo. Et tunc tenetur dolere plus de offensa Dei, quam de quacumque alia pena. Et probatur, quod ita sit dicendum: quia ipse met Durand. dicit, quod oportet dolere de vno peccato magis quam de alio. Et manifestum est, quod ipse non intelligit intensiue. Quia hoc modo potest homo minus dolere de maiori peccato: Sicut igitur ipse exponeret, & ego exponam. Oportet vero sic ipse exponat. Ego. I. malem incidisse in furtum, quam in homicidium.

SE D tunc arguitur hoc modo contra Durandum. Quia est impossibile aliquem incidere in hunc articulum: quod debeat eligere potius vnum peccatum, quam aliud. Nihilominus homines ita loquuntur. Ego in alia peccata possem inci-

dere: sed in peccatum contra naturam non incidere. Ita etiam nos dicimus, quod debet potius eligere penas inferni, quam offendere Deum, si comparatio illa fiat.

ET confir. Quia secundum Dur. homo tenetur diligere Deum super omnia, sed non intensiue: ut supra probauimus: sed appreciatue oportet præponere amorem Dei amori creaturarum. Ita quod relinquatur amor creaturarum, potius quam amor Dei, si alter illorum relinquendus esset.

SE D contra: quia non est possibile incidere in illum casum, quod oporteat relinquere amorem creaturarum, vel amorem Dei. Et sicut ipse exposuerit, ego exponam.

QVOD si aliquando inueniatur in. S. Thomæ & antiquis doctoribus, quod plus debemus intendere diligere Deum, quam quodcumque aliud: non loquuntur de intensiue gradualiter: ut nunc loquimur. Sed intelligunt intensiue. I. affectiue vel appreciatue: Ita quod illi gradus dentur in precio vel affectu, non autem in qualitate, quæ est actus, ad sensum iam dictum. Et intensiue gradualiter vocat. S. Tho. augmentum in. 1. secundæ. q. 50. & 51. ubi quærit, an habitus augetur, & non dicit attendatur.

SE D dubitatur, esto, quod non obligemur ad illum dolorem maximum intensiue: an expediat sic maxime dolere intensiue gradualiter de peccato.

AD hoc dico, quod ita. Sicut dilectio Dei, ceteris paribus, quanto est intensior, est perfectior: ita de contritione dico, quod quanto est intensior, tanto est melior, & hoc consilium sancti: estque intensior contritio magis satisfactoria pro pena debita pro peccatis. &c.

Artic. secundus

Vtrum possit esse nimis magnus contritionis dolor.

Sanctus Tho. ubi supra.



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod non possit esse nimis magnus contritionis dolor. Nullus enim dolor potest esse immoderatus, quam ille qui proprium subiectum destruit: sed dolor contritionis,

tionis, si est tantus, quod mortem vel corruptionem corporis inducit, est laudabilis. Dicit enim Anselmus: *Vtinam sic impingentur viscera anime mee: ut medulla corporis mei exicentur & Augustinus dicit se esse dignum, oculos cæcare explorado. Ergo dolor contritionis non potest esse nimius.*

PRÆTEREA. Dolor contritionis ex amore charitatis procedit: sed amor charitatis non potest esse nimius: ergo nec dolor contritionis.

SED CONTRA est: quod omnis virtus moralis corrumpitur per super abundantiam & defectum: sed contritio est actus virtutis moralis, scilicet poenitentiae, cum sit pars iustitiae: ergo potest esse superfluus dolor de peccatis.

RESPONDEO dicendum, quod contritio ex parte doloris, qui est in ratione, scilicet displicentiae qua peccatum displicet, in quantum est offensiva Dei, non potest esse nimia: sicut nec amor charitatis, quo intenso, talis displicentia intenditur, non potest esse nimius. Sed quantum ad dolorem sensibilis potest esse nimia: sicut etiam exterior corporis afflictio potest esse nimia. In his autem omnibus debet accipi promensura conservatio subiecti, & bonae habitudinis sufficientis ad ea, quae agenda incumbunt. Et propter hoc dicitur ad Roma. 12. *Rationabile sit obsequium vestrum.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Anselmus desiderabat expinguedine de vitiis medullas corporales exicari: non quantum ad humorem naturalem, sed quantum ad desideria & concupiscentias corporales. Augustinus autem quantum dignum se cognosceret amissionem exteriorum oculorum propter peccatum (quia quilibet peccator non solum aeterna, sed etiam temporalis morte dignus est) non tamen volebat sibi oculos cæcare.

AD SECUNDVM dicendum, quod ratio illa procedit de dolore, qui est in ratione: non autem procedit de dolore sensitivae partem.

IN HOC secundo articulo sunt duae conclusiones: quarum prior est. Contritio, quo ad essentiam suam, quae est displicentia de peccatis in ratione consistens: non potest esse nimius dolor.

SECUNDA conclusio est. Contritio accepta pro dolore sensitivo, potest esse nimius dolor. Sed videtur hic prius, quod dolor contritionis potest esse nimius & vitiosus. Quia Paulus 2. ad Corinth. 2. ad monet Corinthios: ut consolentur quendam, qui ipsum Paulum offenderat. Et dat rationem, ne, si abundantiori tristitia absorbeat. Ergo tantus potest esse ille dolor quod noceret: ergo nimius.

AD hoc communiter respondent doctores: sicut respondet hic. S. Tho. quod dolor duplex est. Alter intellectivus, qui est in voluntate: alter sensitivus qui est in appetitu sensitivo.

HIS suppositis, sit prima propositio. Dolor sensitivus potest esse nimius & vitiosus. Hæc est. S. Tho. hic. Et probatur ex illo, quod adduxi ex Duo Paul. 2. ad Corinth. 2. Secundo. Probatur, ad Roma. 12. *Rationabile sit obsequium vestrum: & illud est rationabile sacrificium, quod non destruit subiectum sacrificantis: aut non nocet notabiliter eidem subiecto sacrificium offerentis.* Tertio. Non licet alicui se occidere, aut amputare aliquod membrum propter peccatum. Quia Deus dixit nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, Ezechiel. 18. sed ille dolor sensitivus potest cavere merem, aut nocumentum notabile. Ergo potest esse nimius & vitiosus.

SECUNDA propositio est. Dolor intellectivus non potest esse nimius: sed quanto maior fuerit tanto est perfectior: quia nunquam ex illo, de se, sequitur nocumentum notabile ipsi poenitenti.

SED est notandum circa hoc, quod tantus potest esse dolor intellectivus: quod nimium excitaret dolorem sensitivum: Ideo dixi in secunda conclusio, de se. Et sic est intelligendus. S. Tho. & alij doctores: quia per accidens (nempe si ex illo sequeretur nimius dolor sensitivus, ita ut ab humanis recreationibus ad vitam necessarijs cessaret) potest etiam intellectivus esse nimius.

DUBITATUR quomodo est possibile, quod aliquis de peccato doleat secundum appetitum sensitivum: Nam obiectum appetitus sensitivi est aliquod sensibile tantum sensu exteriori: Sed nec peccatum nec effectus eius est aliquod sensibile: ergo, &c. Maior probatur. Appetitus sensitivus non movetur nisi à notitia sensitiva: & illa est alicuius sensibilis tantum: superbia autem non est sensibilis sicut nec hæresis, & effectus peccati (scilicet separatio à Deo, & indignitas ad gloriam) non est aliquod sensibile: ergo.

AD HOC nego maiorem, & ad probationem concedo quod appetitus sensitivus sequitur notitiam sensitivam. Sed quando infers: Omnis notitia sensitiva est de aliquo sensibili sensato, nego hoc: quia Aristoteles in 2. de anima dicit, quod cogitativa & memoria sensitiva etiam sunt de rebus insensatis, &

Dubium
vnicum.

est co

est commune dictum Avicennæ, quod ovis ex specibus sensatis elicit non sensatas: quia inimicitia nec est nigra, nec alba, tamen ovis percipit inimicitiam. **SED** contra. Non est possibile, quod sensus sit de non sensato. Videtur enim implicatio. Nam si sensus cognoscit illud, iam est sensatum.

AD hoc dico, quod intelligitur de non sensato sensu exteriori: ut de ovis & inimicitia diximus. Sic ergo consequenter possemus dicere, quod per cogitativam imaginatur homo Deum inimicum, quando est in peccato.

SECUNDO. Dico, quod si homo non formet in se aliquas imaginationes sensibiles, non poterit sufficienter dolere per appetitum sensitivum: ut si poenitens dicat, vel cogitet apud se. Si ego offendi sem patrem meum, nonne dolerem: sed ego offendi Deum patrem & creatorem meum: ergo debeo dolere. Itaque imaginatur peccator Deum tanquam personam aliquam insignem, quam offendit, & dolet etiam in parte sensitiva. Similiter locogloria statuat peccator aliquod bonum sensibile, quod per peccatum amisit, & poenas inferni imaginatur, ut grande malum, sicut est, in quod incurrit per peccatum. Breviter de omni eo, seu exteriori imaginari possumus, possumus etiam dolere per partem sensitivam. Et quia Deum offensum, & mala, quae per peccatum incurrit peccator, modo prædicto imaginari sensu interiori potest peccator. Ideo & dolere etiam potest dolore sensitivo.

ET hoc modo quo exposuimus, quomodo dolor debet esse maximus, exponit Durand. in 4. d. 17. quod potius debet peccator, & quicumque Christianus eligere mortem, quam offensam Dei. Hoc etiam modo intelligendus est Cate. in prima. q. ad tertiam partem. S. Tho. Vbi dicit, quod debet peccator odisse peccatum supra omne odibile: & vitare supra omne vitabile. Ad hunc ergo sensum appreciatur debet intelligi, quod dolor contritionis debet esse maximus.

Articul. tertius.

Utrum debeat esse maior dolor de vno peccato quam de alio.



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod non debeat esse maior dolor de vno peccato quam de alio. Hieronymus enim collaudat Paulum de hoc, quod minima peccata, sicut magna plangebant. Ergo non est ma-

gis dolendum de vno quam de alio.

PRÆTEREA. Motus contritionis est subitus: sed non potest esse vnus motus intensior simul & remissior: ergo contritio non debet esse maior de vno, quam de alio peccato.

PRÆTEREA. De peccato præcipue est contritio, secundum quod à Deo auerit: sed in auersione omnia peccata mortalia conveniunt: quia omnia tollunt gratiam qua anima Deo coniungitur: ergo de omnibus peccatis mortalibus equalis debet esse contritio.

SED CONTRA est quod Deutero. 25. dicitur. *Secundum mensuram peccati erit & plagarum modus: sed in contritione peccati plagae commensurantur: quia contritio habet propositum satisfaciendi annexum: ergo contritio magis debet esse de vno peccato quam de alio.*

PRÆTEREA. De hoc debet homo contreri, quod debuit vitare: sed homo debuit magis vitare vnum peccatum quam aliud: quia gravius est, si necessitas alterum faciendi incumberet: ergo & similiter debet de vno, si graviori, magis quam de alio dolere.

RESPONDEO dicendum, quod de contritione dupliciter possumus loqui. Vno modo secundum quod sigillatim singulis peccatis respondet. Et sic quantum ad dolorem superioris affectus requiritur, quod de maiori peccato quis doleat magis.

Quia ratio doloris est maior in vno quam in alio, scilicet offensa Dei. Ex magis enim inordinato actum Deus magis offenditur. Similiter etiam, cum maiori culpa maior poena debeat, etiam dolor sensitivus partis, secundum quod pro peccato ex electione assumitur, debet esse maior. Quia poena peccati debet esse maior de maiori peccato. Secundo autem quod ex impressione superioris appetitus nascitur inferior, attenditur quantitas doloris secundum dispositionem partis inferioris ad recipiendam impressionem à superiori, & non secundum quantitatem peccati.

ALIO modo potest accipi contritio secundum quod est simul de omnibus: sicut in actu iustificationis.

b iij

tionis: Et hæc quidem contritio, vel ex singulorū consideratione peccatorū procedit. Et sic quauis sit actus vnus: tamen distinctio peccatorum virtute manet in ipso. Vel ad minus habet propositum de singulis cogitandi. Et sic etiam habitualiter est magis de vno quam de alio dolendum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Paulus non laudatur de hoc quod de omnibus peccatis doleret equaliter, sed quia de paruis peccatis, tantum dolebat, ac si essent magna, per comparationem ad alios, qui de peccatis dolēt, sed ipse multo amplius de maioribus doluisset.

AD SECVNDVM dicendum, quod in illo contritionis motu subitaneo, quāuis nō actua liter distinctio intentionis respondens diuersis peccatis inueniri possit: tamē inuenitur ibi eo modo, sicut dictum est. Et etiam alio modo, secundū quod singula peccata ordinem habent ad illud, de quo in illa contritione generali contrito dolendū occurrit. scilicet offensa Dei. Qui enim aliquod totū diligit potentia, potius diligit aliquas partes, etiā eius, quauis non actu quā alius. Et hoc modo secundum quod habent ordinem ad totum, quāsdā plus, quāsdā minus: sicut qui aliquam communitatem diligit, virtute singulos diligit, plus & minus secundum eorum ordinem in bono cōmuni. Et similiter qui dolet de hoc, quod Deum offendit, de diuersis implicite, dolet diuersimode, secundū quod plus vel minus per ea Deum offendit.

AD TERTIVM dicendum, quod quauis quodlibet peccatum mortale à Deo auertat, & gratiam tollat: tamen quoddam plus elongat quā aliud, in quantum habet maiorem dissimilitudinem ex sua in ordinatione ad ordinem diuinae bonitatis, quā aliud.

IN HOC tertio articulo scribit D. Tho. duas conclusiones quarum prior est. Contritio sumpta prout respondet singulis peccatis, & pro dolore appetitus rationalis, quæ est proprie contritio, debet esse maior de vno peccato maiori, quā de alio minori. Probatur hoc modo. Ratio doloris est magis in vno quam in alio peccato, nempe, offensa Dei: quia actu magis in ordinato Deum magis offenditur. Ergo de tali peccato magis est dolendum.

SECVNDO. Maiori culpæ, maior pœna debe-

tur. Ergo dolor sententiæ partis secūdū quod ex electione pro peccato assumitur, debet esse maior de maiori peccato.

SECVNDA conclusio est. Contritio sumpta secundum quod est simul de omnibus peccatis, etiam debet esse, & est habitualiter, maior de maiori peccato. Probatur: quia talis contritio vel procedit ex singulorū contritione, vel est cum proposito de singulis cogitandi. Ergo quauis sit actus vnus, distinctio tamen peccatorum virtute manet in ipso actus contritionis. Ergo habitualiter est magis dolendum de maiori peccato, quā de minori. Hæc. S. Tho.

ET præter. S. Tho. omnes alij Doctores faciunt istas comparationes, comparando peccata mortalia inter se, an. scilicet homo plus debeat dolere de vno quā de alio peccato, vel equaliter de omnibus.

ET pro solutione huius questionis sit prima propositio. Non est necessarium dolere intensius de vno peccato quā de alio. Probatur: quia (sicut supra diximus) vna contritio generalis confusa sufficit ad remissionem omnium peccatorum. Ergo non est imaginabile quod illa contritio plus intensius feratur in vnum peccatum quā in aliud. Et etiā si oporteret dicere quod oportet peccatorem dolere in particulari de omnibus peccatis, non requiritur plus dolere de vno quā de alio intensius: quia nunquam habetur tale præceptum, nec posset sufficienter hoc censere ipsi penitenti, de quo dolet intensius.

SECVNDA propositio est. Conueniens valde est dolere plus intensius de maiori peccato quā de minori. Plus enim debet homo dolere de homicidio quā de furto.

TERTIA propositio est. Etiam ex parte obiecti, eo modo quo supra diximus, appreciatue. scilicet nō est necessarium ad veram contritionem quod peccatens nec in generali nec in particulari faciat illā comparationem. scilicet doleo magis de homicidio quā de furto, nec quod dicat, malem incidisse in furtum quā in homicidium. Probatur: quia non, est, præceptum de illo. Et confirmatur quia si peccator teneatur sic dolere in particulari & formaliter magis de vno, quā de alio oporteret quod sciret peccator quod est maius, & quod est minus peccatum, quod de multis non potest sciri, vt de furto & fornicatione. Ideo satis est dolere absolute sine comparatione in particulari aliqua.

QUARTA propositio. Si quis faceret comparationem, peccaret, si potius eligeret offensionē Dei maiorem quā minorem peruerit enim ordinem rectæ rationis quia recta ratio dicitur, quod si opus est eligere vnum de duobus, minus malum est eligendum ad euitandum maius.

VNDE dico, quod illa comparatio. scilicet quid potius fecissem hoc maius peccatum, vel hoc minus, est stulta. Sed si quis faceret illam, & potius eligeret maiorem offensionem Dei, quā minorem peccaret plus quā si eligeret minorem. Et aliqui sunt nimis amantes honores qui dicunt, malem incidere in homicidium,

homicidium, quā in furtum, quia est peccatū infame sed errant. Et probatur: quia potius tenetur quicumque maius peccatum vitare: in proximo quā minus, ergo etiam in se ipso.

QUINTA propositio est. Nullus talis dolor comparatiuus sufficit ad contritionem. Si quis v. g. non habeat nisi homicidium & furtum, & dicat, ego doleo de istis peccatis: quia sunt offensa Dei, sed magis doleo de furto quā de homicidio, non est dolor contritionis. Probatur: quia talis non vere diligit: quia propter humanum motuum, nempe, eo quod furtum est magis infame, plus vult maiorem offensionem Dei.

SEXTA propositio. Probabile est quod prædicta comparatio est peccatum mortale seclusa ignorantia. Probatur: quia qui dicit, nollem incidere in aliquod peccatum: sed si oporteret incidere, aut in per iurium, aut in fornicationem, potius incidere in per iurium, quia fornicatio est infamis: præponit famam suam Deo. Ergo appreciatue plus amat famam quā Deum. Ergo non adimplet præceptum de diligendo Deo super omnia. Ergo peccat mortaliter. Ideoque merito dicitur omnem comparationem esse odiosam.

SEPTIMA propositio. Probabile est quod est veniale. Probatur: quia talis dolet in quantum est offensa Dei illud minus peccatum, & ita de alijs peccatis, & huic dolori addit vnum aliud. scilicet quia infame ideo videtur quod sit veniale solum prædictus comparatiuus dolor.

SE d tunc quomodo intelligunt doctores, quod debet esse maior dolor de vno peccato maiori quā de alio minori? Dico quod intelligitur ex congruitate intensius: quia illud est congruum & conueniens dolere plus de maiori peccato.

SECVNDO. Dico quod intelligunt habitualiter. i. appreciatue. i. conditionaliter. i. si faciat comparationem inter aliqua peccata (quia absolute nullus tenetur) sed si faciat, debet plus dolere de maiori seu grauiori peccato quā de minori: vt iam explicauimus, affectiue vel comparatiue.

SE d est vna alia comparatio molestior quā modo uet Paluda in. 4. d. 17. q. 1. ar. 5. de quo. scilicet debet plus quis dolere, de peccatis proprijs, an de alienis. Et videtur quod tantum oportet dolere de alienis sicut de proprijs. Probatur: quia homo debet dolere de peccatis nō vt sunt nociua peccanti, vel alicui homini: sed in quantum sunt offensa Dei at peccata aliorum ita sunt offensa Dei sicut propria: quia peccatum, quantum est de se, est malum Dei. Ergo ita de alienis sicut de proprijs dolendum est. Si quis enim verus est amicus æque debet dolere de malo amici ac si esset propriū. Et si interficeretur eius amicus tantum debet dolere ac si ipse mortuus esset. Cum igitur Deus sit noster amicus: Tantum debet quis dolere de homicidio alterius, ac si ipse occideret: quia est æqualis offensa. Et homo debet dolere de peccato quia offensa Dei est. Et si ita est, plus debet dolere de maiori peccato alterius quā de minori

proprio: quia ad amicitiam, pertinet plus dolere de malo amico.

AD HOC dico, & sit prima propositio. Stultum est facere illas comparationes: quia in necessarijs ad salutem oportet in cedere via secura, & non querere hæc diuertacula. *Prima conclusio.*

SECVNDA propositio. Si peccata sunt æqualia, tantum debemus dolere de peccatis alienis, sicut de proprijs, capiendo dolere prostritari absolute & intensius. Probatur: quia peccatum quantum est de se & ex parte peccatoris est malum Dei. quia non fiet per peccatorem, quin inferatur malum Deo, si posset fieri. Sed amicus debet dolere de malo amici vnde cuncte proueniat illud malum. Ergo debet homo tantum dolere de peccato alieno, sicut de proprio, si sint æqualia peccata. Et videtur, quod ita faciebant sancti. Ita faciebat Paulus, quando 2. Corinthi. II. dicebat. Quis scandalizatur, & ego non vror?

PRÆTEREA Christus redemptor noster vehementissime doluit de peccatis alienis: quum videns ciuitatem Hierusalem fleuit super illam. Luc. 16. Ideo conueniens est, tantum dolere, id est, tristari de peccatis alterius, sicut de proprijs: quia ex hoc non sequitur in conueniens aliquod.

TERTIA propositio. Si accipiamus plus dolere comparatiue. scilicet ad acceptandum vel reprimendum peccatum, non debet quis dolere plus nec tantum de peccatis alienis, sicut de proprijs, imo tenetur plus hoc modo dolere de proprijs quā de alienis, vt si esset casus, quod ego necessario deberem incidere in furtum, aut proximus in blasphemiam, debeo potius eligere vt proximus centies blasphemet, quā vt ego semel furer. Et eodem modo si illa comparatio fieret de præterito: vt si quis dicat, quid potius velle, furum in me, an quod alius occiderit hominem? Potius debet velle quod alius peccet, etiam maiori peccato, quā quod ipse peccet, vel peccauerit. Probatur. Quia si esset in potestate mea, potius debeo eligere quod proximus peccet, quā ego. Et hoc non solum de mortalibus verum etiam de venialibus intelligendum est: quia potius debeo velle vt proximus mille mortalia peccata peccet, quā ego vnum veniale. Nō enim licet eligere mendacium quum sit intrinsece malum, ne alius occidat hominem: quia esset implicatio. Nam si licet eligere, iam non est peccatum. Et non solum non licet dicere mendacium ad vitandum tantum homicidium: sed nec ad vitandum cuncta peccata totius mundi. Probatur. Nunquam licet peccare. At mendacium intrinsece est peccatum. Si autem licet mentiri aut peccare, iam non est peccatum. Ergo implicat contritionem, quod sit peccatum, & liceat eligere illud.

ALIA S comparatiōes mouet Palu. & prius comparat dolorem Christi ad dolorem contritionis, an. scilicet dolor Christi in passione fuit citius, sicut dolor contritionis. Videtur quod non: quia dolor contritionis debet esse maximus, & maior quā quicumque alius, qui sit in rerum

In rerum uatura: ergo. &c.

A D H O C dico, quod hæc comparatio non potest intelligi, nisi de acerbitate id est, intensiōe doloris. Et ita absolute dico, quod fuit multo maior dolor Christi: quam contritionis dolor requiritur. Probat: quia Christus redemptor doluit pro omnibus peccatis nostris. Et ita non est dubium, quin dolor Christi in passione fuerit maior, quam dolor contritionis. Hæc sunt uidentia semel in uita.

E X hac dictione inturgit alia comparatio, de quo debeamus dolere plus: de passione Christi, an de peccatis. Ad quod quidam hæretici dicebant, quod non debemus dolere de passione Christi: quia fuit redemptor, & redemit nos. Imo potius debemus gaudere, ob tantum bonum, & comodum, quod nobis ex passione Christi prouenit.

S E D ego dico, quod hoc est hæreticum & impiū. Et probatur: quia debemus condolere de malo factō nostro redemptori: et illud fuit maximum malum. scilicet occidere illum: ergo. &c.

E S T tamen hic aduertendum, quod superlatiuū exponitur dupliciter, affirmatiue uel negatiue. Affirmatiue, ut fortissimus. I. omni alio fortior. Negatiue: ut fortissimus, i. quo nullus est fortior. Tunc dico, quod hæc comparatio etiam non potest intelligi, nisi de acerbitate doloris intensiue. Et ita, dico, quod quilibet illorum dolorum debet esse maximus negatiue. i. nullus maior altero. Dolcat quicumque quantum uoluerit de morte Christi, & quantum uoluerit de peccatis, optime facit.

S E C V N D O dico, quod nullo modo debet intelligi, aut fieri illa comparatio, hoc modo: Quid potius uelles: Peccare, uel quod Christus non fuerit passus? Est enim hæc stulta comparatio. Immo si quis diceret: Ego mallet peccare, quam quod Christus patere, nō est dubium, nisi quod peccaret. Etiam si quis diceret potius uellem peccare, quam quod Deus desineret esse, peccaret: quia si est peccatum, non est licitum, si est licitum non est peccatum.

E X prædictis soluitur quæstio, quam mouet Paludanus de Magdalena, de quo. i. plus doluit, de peccatis, an de passione Christi. Et alia quæstio. scilicet nempe, quis sit maior dolor, dolor de peccatis, aut quem habuit uirgo Maria de passione Christi? Dico quod ista non exacte constant. Secundo dico, quod potest pœnitens dolere tantum de peccatis suis, sicut beata uirgo de passione Christi: quia quilibet habet tantam potentiam ad dolendum, sicut beata uirgo Maria. Sed quia ipsa maxime diligebat filium, uerisimile est, quod plus doluit de morte filij, quam quicumque alius de peccatis.

D V B I T A T V R prius, an dolor de peccatis debeat esse maior, quam dolor damnatorum.

A D H O C dico, quod in inferno non dolent damnati de peccatis: sed de acerbitate pœnæ. Secundo.

Dico, quod non potest intelligi ista comparatio, nisi de acerbitate doloris in tensiue. Tertio. Dico, quod sic intensiue maior est dolor inferni, quam debeat esse dolor contritionis: secus ex ob e o ut supra diximus.

D V B I T A T V R secūdo, an sit maior dolor Purgatorij, quam debeat esse dolor contritionis.

D I C O, quod hoc etiam non potest intelligi, nisi de doloris acerbitate. Et certū est, quod est maior dolor Purgatorij, quam sit & possit esse dolor contritionis. Quia illa pœna multum mouet affectum.

S E C V N D O dico, quod si intelligatur comparatiue, uel appreciatue, potius debet homo eligere pœnas purgatorij & inferni, quā offendere Deū. **E X** his omnibus habemus, quomodo & quatenus dolor contritionis debet esse maior uel maximus. Nunc autem uidentia est de circumstantijs. scilicet quas circumstantias debeat habere contritio. Et prius de circumstantia finis.

D V B I T A T V R tertio, an requiratur dilectio Dei super omnia: ad hoc, ut contritio sit sufficiens ad remissionem peccatorum.

D E H O C sunt duæ opiniones. Prima est tenentium partem affirmatiuam, quorum unus est Gabriel in. 4. d. 14. q. 1. & 2. ubi dicit, quod ad ueram contritionem requiritur dilectio Dei super omnia. Idē uidetur dicere Palu. in. 4. d. 17. q. 1. conclusiōe. 2.

V b i dicit, quod ad contritionem requiruntur omnia, quæ concurrunt ad iustificationem impij. scilicet motus liberi arbitrij in peccatum, & motus liberi arbitrij in Deū, diligendo Deū super omnia. Hæc Palu. Idem dicit Capre. in. 2. d. 4. q. 1. ad. 1. argumentum Gregorij, ubi dicit, quod præceptum de dilectione Dei obligat pro quocumque tempore, quo homo disponit se ad gratiam. Et quando conuertitur, disponit se ad gratiam, ergo tenetur tunc diligere Deum super omnia. Et uidetur, quod doctor sanctus sit huius opinionis in. 1. 4. in. q. 26. art. 5. ubi dicit, quod inter actus, qui concurrunt ad iustificationem impij ad ueram pœnitentiam, quintus actus est motus charitatis, & sextus est actus pœnitentiæ. Motus autem charitatis est dilectio Dei. Idem uidetur dicere. 1. Secundæ. q. 113. ar. 4. ad. 1. ubi dicit. Motus fidei requiritur, sed non sufficit ad pœnitentiam, nisi sic charitate informatus. Vnde simul cum motu fidei in iustificatione impij est actus charitatis, sed actus charitatis non est sine dilectione Dei super omnia: ergo &c. Hoc etiam dicit in multis alijs locis, & in. 1. 4. q. 26. art. 6. dicit, quod actus charitatis est prior pœnitentiæ: quia actus pœnitentiæ nascitur ex actu charitatis: sed actus charitatis est dilectio Dei super omnia: ergo talis dilectio requiritur ad ueram pœnitentiam.

E T hæc conclusio probatur testimonijs scripturæ. Et prius ex illo Zachariæ. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.

S E C V N D O.

Dubium secundum.

Dubium tertium.

S E C V N D O. Iacobi. 4. Appropinquate Deo: & appropinquabit uobis. i. diligatis Deum, & diliget uos: quia clarum est, ut dicit Aug. quod non appropinquamus Deo passibus corporeis, sed amore, & affectu.

T E R T I O. Actorum. 3. Pœnitementi, & conuertimini: ut deleantur peccata uestra. Conuersio autem non est nisi ad aliquod obiectum. Clarum est, quod Petrus non adinonct, quod conuertantur homines ad obiectum creatum: quia peccarent: ergo intelligitur de conuersione ad Deum. Ergo illa requiritur & hoc est diligere Deum super omnia. Ergo. &c.

Q V A R T O. I. Iohan. 3. Qui non diligit manet in morte: ergo ille qui est in graua, diligit, postquam non manet in morte. Alias non esset in uera pœnitentiā. Ergo ad hoc quod quis sit in uera pœnitentiā oportet quod diligat: alias manebit in morte.

Q V I N T O. August. 14. de ciuitate Dei cap. vltimo dicit, quod duæ sunt ciuitates. Quarum altera est filiorum regni. Altera filiorum perditionis. Et dicit, quod has duas ciuitates constituunt duo amores. i. amor Dei & amor sui. Terrenam ciuitatem constituit amor sui, usque ad contemptum Dei: caelestem uero amor Dei usque ad contemptum sui. Denique illam se ipsa, hæc autem in Deo gloriatur. Sed per pœnitentiam fit homo filius regni: ergo non potest esse sine amore Dei.

S E X T O. Augusti. lib. de uera & falsa pœnitentiā cap. 9. contra eos, qui putabant agere ueram pœnitentiam unius peccati sine alio, dicit: Totum horum sanauit in sabbato, indicans pœnitentes oportere simul dolere de omni crimine orto in anima & corpore. Et subiungit: Scito Deum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo, qui crimen referuat, de alio recipiet ueniam sine amore Dei? consequenter indulgentiam sine quo, nemo unquam inuenit gratiam: Quasi dicat impossibile est sine amore Dei consequi gratiam.

S E P T I M O: De pœni. & remissio. d. 2. cap. Charitas (& sunt uerba Aug.) Dicitur: Sine charitate quomodo quis ueram cordis contritionem habere poterit? Quomodo remissionem peccatorum? Quo loco Aug. uidetur determinare quæstionem.

O C T A U O. argumentor ratione prius hoc modo. Per pœnitentiam si quidem fit reconciliatio amicitia: hæc autem esse non potest, nisi inimicus diligat. Quia non est imaginabile, quod inimicus fiat amicus, nisi diligat: sicut supra probauimus, quod requiritur propositum cauendi a peccatis in futurū. Quia requiritur integratio amicitia, ut de inimico fiat amicus. Ergo requiritur dilectio Dei ad pœnitentiam & ueram peccatorum remissionem.

H A N C opinionem tenet Caie. 1. q. de contritione, quod. i. requiritur dilectio Dei super omnia ad ueram pœnitentiam. Quam sic probat: Dilectio Dei super omnia, quæ est ante charitatem, est necessaria dispositio ad charitatem, uel eius infusio:

nam: sed non est uera pœnitentiā, nisi informetur charitate. Non enim potest esse informatio charitatis, sine huiusmodi dilectione. Ergo dilectio Dei super omnia, requiritur.

H V I V S sententiæ est Canus in relectione de pœnitentiā, & uidetur esse concilij Tridenti. sessiōne. 6. capi. 6. & 7. ubi dicitur, quod ad iustificationem oportet peccatorem, illum (nempe, Christum) tanquam omnis iustitiæ fontem diligere, & propterea mouetur aduersum peccatum.

I D E M dicit Metuensis codice de pœnitentiā. q. 4.

S E D in oppositum arguitur. scilicet quod nō requiritur ad ueram contritionem dilectio Dei super omnia. Dicebamus namque superius, quod Deus cadit intrinsicè in obiectū pœnitentiæ. Et probabamus: quia alias actus pœnitentiæ non esset sufficiens ad remissionem peccatorum. Quia pœnitentiā est reconciliatio Dei cum pœnitentibus, & per illam satisfacimus Deo. Quicumque autem actus, in quo non cadat Deus, non erit sufficiens ad remissionem peccatorum. Ergo actus pœnitentiæ est sufficiens ad remissionem peccatorum. Quod communiter doctores dicunt, & scriptura etiam dicit: ut supra patuit: sed pœnitentiā distinguitur a charitate: ergo actus pœnitentiæ non est dilectio Dei super omnia. Et actus pœnitentiæ sufficit ad remissionem peccatorum: ergo non requiritur dilectio Dei super omnia.

S E C V N D O. Cum dilectio Dei super omnia sit perfectissimus omnium actuum moralium, si illa requiritur, quare ei non attribuitur remissio peccatorum, & non pœnitentiæ? Nam per aliam opinionem nullus actus illorum prædictorum per se sine alio sufficit. Sed dilectio Dei (secundum omnes) est perfectior: ergo ei debet tribui remissio peccatorum. Tamen omnes dicunt, quod pœnitentiā est ad remissionem peccatorum, & quod est secunda tabula post naufragium, sine qua nullus potest saluari, si peccauit mortifere post baptismum. Ergo non requiritur dilectio Dei super omnia ad remissionem peccatorum.

T E R T I O. Scriptura nihil dicit de dilectione Dei, sed totum tribuit pœnitentiæ: ut patet Ezechiel. 18. & 33. Si impius egerit pœnitentiam, uita uiuet, & non morietur. Et Lucæ. 10. Væ tibi Chorozaim, uæ tibi Bethsaida: quia si in Tiro, & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cecilio & cinere sedentes, pœniterent. Et non dicit, o: si non dilexissent: ergo. &c.

P R O solutione huius quæstionis tractanda sunt aliqua dubia. Primam est, an possit esse actus pœnitentiæ uirtutis sine dilectione Dei. Ut Petrus doctet de peccatis suis: quia sunt offensæ Dei, an talis actus possit esse sine dilectione Dei. Quia forte quis diceret, quod ille actus pœnitentiæ potest esse sine dilectione Dei. Sed non sufficit ad remissionem peccatorum.

S E C V N D V M dubium est, si non potest esse actus ille pœnitentiæ sine dilectione Dei, an requiritur.

Opposita sententiā.

Dubium quartum.

Dubium quintum.

Dubium primum.

an remissio peccatorum sit ratione illius actus poenitentiae, vel ratione dilectionis Dei. Sicut si Petrus teneretur audire missam in die Dominica: Et non posset audire, nisi simul diligat Deum: tamen si Petrus assisteret missæ sine dilectione Dei, adimpleret præceptum: quia præceptum non adimpletur ratione dilectionis. Quia si non assisteret Petrus missæ, quantumcumque diligeret, non adimpleret præceptum de audienda missa.

Dubium tertium.

TERTIVM dubium est, esto, possit esse ille actus sine dilectione Dei, an ille actus poenitentiae sine dilectione Dei sufficiat ad remissionem peccatorum, vel an requiratur dilectio Dei: quia ad illius sensum videntur doctores mouere questionem.

AD primum igitur dubium (an scilicet possit esse actus poenitentiae sine dilectione Dei, si propositio, quod sint distincti actus) videatur quod non possit esse actus poenitentiae sine dilectione Dei super omnia. Quia actus poenitentiae est dolere de peccatis propter Deum, & proponere nunquam amplius offendere. Sed odium nascitur ex amore: ut superius diximus: ergo odium peccatorum nascitur ex dilectione Dei. Si enim quis non diligit Deum, quomodo habeat peccata odio propter eum? Nam odium peccatorum cum sit super omnia odibilia, non nascitur ex amore cuiuscumque creaturae. Ergo amor est super omnia: Et si ita est, clarum est, quod requiritur dilectio Dei super omnia: quia non potest haberi vera contritio sine dilectione Dei super omnia.

HIS non obstantibus, dico, quod actus poenitentiae potest esse sine quocumque actu dilectionis. Probat. Quia potest esse, quod in voluntate non sit alius actus nisi iste: Doleo quia offendi Deum, doleo quia peccavi: & nollem peccasse propter Deum. Et hic actus necesse elicitur nec speratur à charitate. Quia licet odium ex amore oriatur, non opus est, ut quando cumque quis odit, amet. Experientia quidem confert, quod sine nouo amore potest quis aliquid odio habere.

SECUNDO. Dico, quod licet hoc sit possibile, tamen raro contingit, aut nunquam, quin desinat quis tunc de proximo amare, quando odit. Et ideo regulariter ex amore mouetur peccator, ad odium: quia si non amaret non odiret.

AD secundum dubium. scilicet si non potest esse actus poenitentiae sine dilectione Dei, an remissio peccatorum deatur ratione actus poenitentiae, vel ratione dilectionis. Dico quod ratione poenitentiae. Et hoc præter alios dicit Maior in 4. d. 14. q. 1. conclusione 5. vbi dicit. Quod esto aliquis diligat Deum, & doleat de peccatis, remissio peccatorum datur ratione poenitentiae, & illi tribuitur, & non dilectioni. Et credo hoc esse verum. Quia in scriptura hoc tribuitur poenitentiae, & ei promittitur communiter, licet aliquando tribuatur etiam dilectioni: ut Luca. 7. de Magdalena: Dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. Et Paulus. 1. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum, ut ardeam: charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Tribuitur tamen dilectioni non per se: sed quia dilectio re-

quiritur ad veram contritionem, vel quod tunc sit, vel quod fuerit antea, & virtualiter permaneat: ut diximus.

AD tertium dubium. scilicet quod esto possit esse actus poenitentiae sine dilectione an sufficiat sine dilectione ad remissionem peccatorum: dico quod ita: quia in scriptura illi actui promittitur remissio peccatorum: ut iam probauimus.

ET ad argumenta in oppositum adducta, & prius ad S. Tho. dicentem, quod poenitentia nascitur ex amore, dico, quod ipse S. Tho. respondet in 4. d. 14. q. 1. ar. 2. q. 1. quod cum humani actus non procedant in nobis ex necessitate: sed ex libero arbitrio: non potest dari aliqua certa radix, ex qua semper procedat actus poenitentiae, sed ex qua, ut in pluribus contingit. Et allegat Arist. in 1. Ethic. dicentem, quod tales sunt omnes sermones morales, quod si oportet eos, ut in pluribus, intelligere: nec oportet, quod semper ita sit. Vnde dicit, quod ita poenitentia, licet ut in pluribus, incipiat à timore: aliquando tamen in aliquibus incipit ab amore. Vnde ex his verbis intelliguntur alia loca, vbi dicit, S. Tho. quod poenitentia est ex amore, & illud quod dixit in 1. 4. q. 26. ar. 5. vbi dicit, sex actus requiri ad veram poenitentiam: quorum quintus actus est amor Dei. Intelligitur enim, quod regulariter ita contingit, & ille est optimus modus poenitendi, sed non est necessarius. Et sic etiam intelligitur illud, quod S. Tho. dicit in eadem q. 26. ar. 6. quod actus & habitus charitatis simul iunt tempore cum actu & habitu poenitentiae. scilicet ut in pluribus. Raro tamen contingit, quod homo doleat de peccatis dolore contritionis sine dilectione Dei. Et rursus S. Tho. in 4. d. 14. q. 1. ar. 2. q. 2. expresse dicit, quod aliquando motus amoris præcedit actum poenitentiae, aliquando vero motus poenitentiae præcedit motum amoris. Et tandem ibidem dicit, quod absolute loquendo poenitentia præcedit actum dilectionis. In summa autem dicit oppositum. scilicet quod absolute motus amoris præcedit actum poenitentiae. Quia considerauit, quod ut in pluribus & regulariter motus dilectionis præcedit motum poenitentiae. Ideo absolute dixit, quod actus amoris est prius poenitentia.

AD omnia alia testimonia, quæ adduximus ex scriptura, & ex diuo Aug. dico, quod omnia sunt vera: quia ipse actus poenitentiae est vera dilectio Dei. Nam sicut est verus actus dilectionis, Volo placere Deo: ita est verus actus dilectionis, Nolo displicere Deo, poenitet me displicuisse Deo, non quidem quæ pertinent ad aliam virtutem, sed solum ad poenitentiam virtutem. Et ita intelligitur illud Iohan. 1. capi. 3. Qui non diligit, manet in morte. i. qui nullo modo diligit, nec habitualiter. Sic inquam intelligitur Ioha. quod requiritur dilectio Dei, non quidem distincta ab actu poenitentiae.

QVOD autem dicit doctores, poenitentiam debere ex amore procedere, intelligitur. i. quod poenitens non doleat propter poenas, nec propter alium motum humanum

humanum. sed quia est offensa Dei. propter Deum. Et hoc dicit Dur. in 4. d. 17. q. 1. vbi dicit, quod aliquid quando sunt duo actus, aliquando unus, qui sufficit. scilicet nollem offendere Deum pro quacumque re. Vnde dico, quod solus actus poenitentiae sufficit ad veram contritionem. Sed ille actus poenitentiae est actus dilectionis, quæ sufficit ad remissionem peccatorum. Et de illa loquebatur Iohan. in sua canonica. **ET** quod hæc sit sententia S. Tho. probatur: quia in p. 4. q. 26. ar. 5. dicit, quod quintus actus ex requisitus ad veram contritionem, est dilectio Dei. Et etiam dicit, quod tertius actus est timoris seruilis: qui tamen non requiritur necessario ad veram contritionem, sed communiter ita est, quod præcedit timor seruilis. Ita etiam quando dicit, quod actus quintus est dilectio Dei non oportet quod semper sed sufficit, quod ita est communiter. Et hoc modo intelligendum est, quod dicit Synodus Tridentina vbi supra.

Dubium septimum.

SED dubitatur, an hoc, quod dicimus sufficere ad contritionem, sufficiat etiam ad consequendam remissionem peccatorum & gratiam. Vt postquam quis est certus, quod fecit omnia illa, quæ diximus, an erit certus, quod Deus dedit illi gratiam. Quia gratia mere gratis datur, & postquam quis fecerit totum, quod potest ex naturalibus suis, & etiam cum concursu Dei ad consequendam gratiam, Deus mere gratis dat gratiam. Dubitatur igitur an semper quando quis ita disponitur habeat gratiam.

HANC questionem moui propter Caie. qui tenet in hac parte vnam mirabilem sententiam in p. q. de contritione. Dicit enim ibi, ad contritionem tria exegi. primum est displicentia perfecta de peccatis. Secundum est propositum perfectum cauendi à peccatis. Tertium est charitas: quia sine illa non potest esse contritio. Et in tertia conditione dicit quod duo includuntur. scilicet quod poenitens diligit Deum super omnia. Secundum est, quod habeat charitatem infusam à Spiritu sancto.

DEINDE dicit, quod stat, aliquem perfecte dolere de peccatis, & quod proponat cauere ab illis perfecte, & quod diligit Deum super omnia perfecte, & quod non habeat gratiam. Possunt namque, inquit, hæc omnia esse in forma. Et dicit rursus, quod hic dolor perfectus cum dilectione Dei, qui est sine gratia, vocatur contritio informis. Et addit, quod qui ignorant contritionem informem, vocant illum dolorem attritionem, cum tamen sit contritio informis. Quo stante, non datur statim gratia de lege. Et probatur hoc. Quia aliis homo haberet eundem, quod est in gratia. Patet. Nam si cum dolore de peccatis perfecto, & proposito euitandi in futurum, & cum dilectione Dei datur gratia, habet eundem, quod est in gratia. Quia habet eundem, quod habet illa prædicta. & ergo quod est in gratia. At consequens est contra sanctos & scripturam: Cum Paulus dicat. Nihil mihi conficius sum: sed non in hoc iustificatus sum. 1. ad Corinth. 4. Minor probatur: quia potest quis habere eundem, quod diligit pecuniam: vel se ipsum plusquam quacumque

alia. Patet: quia potest habere eundem, quod diligit patrem plusquam fratrem: ergo potest habere eundem, quod diligit Deum, plusquam quodcumque aliud: & potest habere eundem, quod odit peccatum super omnia odibile. Potest namque habere eundem, quod odit plus pecuniam quam famam, & quod præponit honorem alijs omnibus. Quare ergo non poterit habere eundem, quod præponit Deum omnibus? Potest etiam habere eundem, an de proposito cauendi in futurum: ergo, &c. En sententiam Caie.

ET (quod peius est) putat hanc sententiam esse. S. Tho. & citat illum in 3. p. q. 89. ar. 1. ad 2. qui locus est in prima. 4. q. 30. ar. 1. ad 2. vbi S. Th. dicit, quod primus actus poenitentis se habet, sicut vltima dispositio ad gratiam: actus autem sequentes procedunt iam ex gratia & ex virtutibus. In quo loco ipse Caie. dicit, quod quando S. Tho. dicit, quod primus actus poenitentis est vltima dispositio ad gratiam, capitur ille actus pro contritione nuda sine gratia. Itaque ille imaginatur, quod illa dispositio potest esse aliquando nuda sine gratia. Et si quæras ab eo, quid amplius debeat facere poenitens, si omnibus illis positis, ad huc non datur ei gratia: Respondet, quod nihil aliud restat faciendum. Et propterea dicit, quod Deus mere gratis dat gratiam. Et postquam tu feceris totum, quod potes, de lege non dat gratiam: quia mere gratis dat. Et si dicas ergo, per accidens erit, quod Deus det gratiam, responderet, quod totum illud non est vltima dispositio ad gratiam. Bene enim fatetur ipse, quod sicut in naturalibus est impossibile, quod sit vltima dispositio ad formam, & quod non introducatur forma: ita etiam in super naturalibus. Quomodo ergo erit vltima dispositio ad gratiam? Dicit, quod per hoc fiet vltima dispositio ad gratiam, quod sepe fecerit actus Dei. i. quia Deus vult ut illo dolore ad conferendam gratiam. Itaque per hoc, quod Deus vult ut illo dolore ad conferendam gratiam, disponitur homo ad gratiam vltima dispositione.

AD hoc dubium ego dico hanc non esse sententiam S. Tho. Sed secundum S. Tho. quam primum est illa contritio, nempe prædictus dolor de peccatis propter Deum, est etiam gratia. Hoc dicit S. Tho. 1. secund. q. 112. ar. 2. ad 1. & q. 113. ar. 7. & 8. Idem dicit in 4. d. 17. q. 1. ar. 2. & 5. & ibidem quaest. tiuncula 2. Idem dicit in 1. 4. q. 26. ar. 5. & 6. & in multis alijs locis, semper dicit, quod quam primum aliquis facit quod in se est, habet gratiam. Dicit etiam, quod motus liberi arbitrii in Deum & in peccatum, & iustificatio impij, in eodem instanti sunt cum gratia.

IN 1. secund. vbi supra, quærit an iustificatio impij fiat in instanti, vel subito: Et respondet, quod hoc quod forma aliqua non introducat subito, provenit ex defectu agentis, non potentis subito disponere passum ad illam formam. Sed dispositio ad gratiam est à solo Deo, nec indiget alia dispositione, ab illa quam ipse facit: & illam in instanti facit. Ergo in instanti introducit formam vltimam. Et ibidem

Et ibidem dicit. S. Tho. quod motus liberi arbitrii, qui concurrunt ad iustificationem impij, est consensus ad detestandum peccatum, & ad diligendum Deū: ergo quando cuiq; erit talis consensus, erit iustificatio, & ex consequenti gratia. In articulo. 8. dicit: illa quatuor, quæ concurrunt ad iustificationem, omnia simul sunt tempore, licet natura prius sit vnum alio. Primum est infusio gratiæ. Secundum motus liberi arbitrii in Deum. Tertium motus liberi arbitrii in peccatum, quartum est remissio culpæ. Iustificatio impij non est successiva. Et in quarto articulo dicit: quod contritio est dispositio necessitans: quia Deus ipse quodammodo se necessitat ad ignoscendum, quum faciat legem ex misericordia sua, quando ignoscit hominibus eorum peccata. In. 4. d. 17. q. 2. ar. 1. q. 3. dicit: q. contritio est actus elicitus ab habitu penitentiæ infusæ: ergo. &c. **DICO** secundo: quod opinio Caii. simpliciter est falsa, & contra scripturam. Probatur, prius. Ezechiel. 18. & 33. Impietas impij non nocet ei, in quacumq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Ecce iam ille de quo loquitur Caius. est conuersus: et non habet gratiam: sed adhuc impietas nocet ei: ergo Caius. loquitur contra scripturam. **SECUNDO**. Zacha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Iam secundum Caium. ille conuertitur ad Deum: & Deus non conuertitur ad illum: ergo male dicit Caietanus. **TERTIO**. Opinio Caii. est contra illud Iacobi. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Iam ille appropinquat Deo: & Deus illi non secūdam Caium. **QUARTO**. Est contra illud Ioannes. 14. Quidi legit me, diligetur a patre meo. Iam hic prædictus diligit, & non diligitur: ergo non esset vera promissio Christi. **QUINTO**. Beatus Augustinus super illud ad Roma. 5. Iustificati igitur ex fide. &c. inquit: Si Deus ad se fugientem non recipiat, esset iniquus: & tamē dato oppositio, iam Deus non suscipit ad se fugientem: quia nihil aliud est ad eum confugere, nisi dolere de peccatis, & habere propositum cauendi, & diligere Deum super omnia. **SIXTO**. In Psalmo. 50. habetur. Cor contritū & humiliatum Deus non despicias. Et tamen secundum Caium. Deus despicit, postquam non dat ei gratiam: ergo opinio Caii. est contra scripturam. Quod adūmpti probandum: ergo non potest esse vera, scripturis his stantibus. **SEPTIMO**. Arguitur hoc modo ex illo, quod dicit. S. Tho. in. 4. d. 17. q. 2. ar. 1. q. 3. quod habetur in prima. 4. q. 32. ar. 3. quod contritio est actus elicitus ab habitu penitentiæ infusæ: sed actus elicitus ab habitu infuso distinguitur omnino a quocumq; alio, qui ex puris naturalibus haberi potest: ut actus elicitus à charitate infusa distinguitur à quocumq; alio amore, qui citra charitatem elicitur. Ratio est imprompta: quia actus, qui habetur ex puris naturalibus, non attingit nisi obiectum naturale: quia talis est, quale est obiectum. Cum ergo omnis

attritio acquisita, naturalis sit: naturale quoq; obiectum habet, sicut & dilectio acquisita: ergo impossibile est, talem attritionem fieri contritionem: sicut nec dilectio acquisita, dilectio charitatis infusæ fieri potest. Cuius obiectum est supernaturaliale. **ET** confirmatur. Si actus nostri acquisiti obiecta supernaturalia attingerent efficaciter, certe habitus virtutum infusarum essent superuacanei. **PRAETEREA**. Actus contritionis auxilio eget speciali: actus autem attritionis (de quibus Caius loquitur) sunt ex puris naturalibus: ut ipse fateatur, ergo impossibile est esse idem: quia principia sunt prorsus diuersa. **ET** confirmatur: quia non potest fieri, ut actus, qui solo auxilio Dei generali à potentia producit: idē numero à potentia cum auxilio speciali producat: ergo. &c. **IDEO** dico ad quæstionem, quod ille dolor de peccatis propter Deum, de quo loquitur Caius. est ita sufficiens, quod non stat, nec erit, nec fuit, de lege, quin cum illo sit gratia. Hoc probatur testimonijs adductis. **SECUNDO** probatur: quia communiter recipiunt Theologi, quod facienti quod in se est cum auxilio speciali dabitur gratia statim. Tamen secundū Caietanum, non semper facienti quod in se est, datur gratia de lege. ergo non bene dicitur. **TERTIO**. Sequeretur, quod ille, qui facit totū quod in se est, damnaretur: si moriatur cum illa contritione inferni. **QUARTO**. S. Tho. in quolib. 9. ar. 8. dicit: quod contritio est in eodem instanti cum gratia, & gratia cum contritione. Quia in eodem instanti est terminus preparationis ad gratiam, & gratiæ infusio. Sed preparatio ad gratiam est contritio: ergo. &c. **ET** tunc ad argumentum Caii. nego hanc consequentiam vltimam. Dolor perfectus cum omnibus alijs sufficit ad gratiam: sed ego habeo illum dolorem: ergo sum in gratia. Antecedens est euidens: consequentia est bona: ergo consequens est euidens. **DICO** igitur ad hoc, quod conclusio sequitur sepe debiliorem partem in bona dialectica. Et esto: concederemus, quod minor est euidens, non tamen maior. Quia licet sit verū, quod Deus remittit, peccatum ratione contritionis, non tamen est euidens. **IDEO** cum conclusio sequatur maiorē, quæ est pars debilior, non est euidens. **ET** si dicas. Ad minus potest habere fidem, quod sit in gratia. Nam contritio sufficit ad gratiam: & ego habeo contritionem: ergo habeo gratiam. Antecedens est de fide pro maiori: quia maior est de fide: ergo conclusio est de fide. **AD** hoc nego, quod antecedens sit de fide: sed est verum probatum rationibus fundatis in scriptura probabiliter. sed non deducitur euidenter ex sacra scriptura: quod statim habita contritione detur gratia. Est nāq; opinio Sco. & Ricar. q. f. requiritur conuersione ad contritionē, falsa quidē non tamē hæretica. Et opinio Adria. q. requiritur q. sit ex toto conuersione etiā falsa est: non tñ hæretica. Et opinio Caii. q. perfectus dolor

dolor de peccatis propter Deum cum dilectione Dei super omnia, etiam cum proposito cauendi in futurum, non sufficit ad gratiam, falsa est: sed non hæretica. Ideo dico, quod dicere, quod statim habita contritione datur gratia non est de fide. nec cuius dens, est tamen verum. **SED** dices. Saltem haberemus magnam coniecturam, quod sumus in gratia, & magnam certitudinem: quia habes illam opinionem, quod statim datur gratia habita contritione pro certa: ergo ita eris certus, quod es in gratia: sicut es certus de opinione. **AD** hoc dico, quod illa non est magna certitudo. Secundo dico, quod non est euidens alicui, quod diligit Deum super omnia, in quo deficit dominus Caietanus Sarracenus enim sepe proponit, non peccare, & facere totum quod potest ad vitanda peccata: tamen manet in perfidia sua: quia non facit quod in se est. Ita dico, quod nullus scit euidenter, si faciat totum, quod in se est, licet dicat, volo placere Deo in omnibus & in nullo displicere: quia forte est negligens etiam circa aliquod mortale occultum, aut ignorantum vincibili ignorantia.



PRIMUM sic proceditur. Videtur quod non tota hæc vita sit contritionis tempus. Sicut enim de peccato commisso debet esse dolor: ita & pudor. Sed non per totam vitam durat pudor de peccato: quia (sicut dicit Ambrosius) non habet quod erubescat, cui peccatum dimissum est: ergo videtur quod nec contritio quæ est dolor de peccato.

PRAETEREA. 1. Io. 4. dicitur quod perfecta charitas foras mittit timorē, quia timor peccati nam habet. Sed dolor etiam peccati habet: ergo in statu perfecta charitatis, non potest dolor contritionis manere.

PRAETEREA. De præterito non potest esse dolor, qui proprie est de malo presenti: nisi secundū quod aliquid de peccato præterito in presenti manet sed quandoq; peruenitur ad aliquem statū in hac vita in quo nihil de peccato præterito manet neq; dispositio neq; culpa neq; reatus aliquis: ergo non oportet ulterius de illo peccato dolere.

PRAETEREA. Ro. 8. dicitur quod diligētibz Deū omnia cooperantur in bonum, etiam peccata, ut dicit glossa: ergo non oportet post remissionem peccati quod de ipso doleat.

PRAETEREA. Contritio est pars penitentiæ contra satisfactionē diuisa sed non oportet sepe satisfacere: ergo nec conteri de peccato semper.

SED CONTRA. Aug. in lib. de penitentiæ dicit. Vbi dolor finitur: deficit penitentia. Vbi deficit penitentia: nihil relinquitur de venia: ergo videtur: cum oporteat veniam concessam non perdere quod oporteat semper de peccato dolere.

PRAETEREA. Ecclesia. 3. dicitur. De propitiatu peccatorū noli esse sine metu: ergo homo semper debet dolere ad peccatorū propitiationē habendam.

RESPONDEO dicendum, quod in contritione est duplex dolor. Vnus rationis qui est detestatio peccati à se commissi. Alius sensitivæ partem qui ex isto consequitur. Et quantum ad vtrumq; contritionis tempus est totius vitæ presentis status. Quando enim est aliquis in statu vitæ detestatur

Quæsti. tertia.

De tempore contritionis.



DE INDE considerandum est de tempore contritionis. Circa quod tria queruntur.

PRIMO. Vtrum tota vita hæc sit contritionis tempus.

SECUNDO. Vtrum expediat continue de peccato dolere.

TERTIO. Vtrum post hanc vitam anima de peccatis conterantur.

Articul. primus

Vtrum hæc vita sit contritionis tempus.

Tho. 4. d. 17. q. 2. ar. 4. q. 1. et sequētibz.

re statur incomoda quibus à peruentione ad terminum via retardatur, vel impeditur. Vnde cū propter peccatum præteritum vitæ nostræ cursus in Deum retardetur: quia tempus illud quod erat deputatum ad currendum, recuperari non potest, oportet quod in vitæ huius temporis status contritionis maneat, quantum ad peccati detestationem. Similiter etiam quantum ad sensibile dolorem qui vt poena, à voluntate assumitur: quia enim homo poenam æternam peccando meruit, & contra æternum Deum peccauit, debet (poena æterna in temporalem mutata) saltem dolor hominis in æterno. i. in statu huius vitæ manere. Et propter hoc dicit Hugo. de 5. victo. quod Deus absoluens à culpa & poena æterna: ligat eum vinculo perpetuæ detestationis peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod erubescencia respicit peccatum solum in quantum habet turpitudinem. Et ideo postquam peccatum quantum ad culpam remissum est, non manet pudori locus: manet autem dolori qui non solum de culpa est in quantum habet turpitudinem sed etiam in quantum habet nocuentiam annexam.

AD SECVNDVM dicendum, quod timor seruilis quem charitas foras mittit, oppositionem habet ad charitatē ratione seruitutis: quia poenam respicit. Sed dolor contritionis ex charitate causatur (vt dictum est) Et ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod quantum per poenitentiam peccator redeat ad gratiam pristinam & immunitatem poenæ: nunquam tamen reddit ad pristinam dignitatem innocentia. Et ideo semper ex præterito peccato aliquid in ipso manet.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut non debet homo facere mala, vt veniant bona: ira non debet gaudere de malis quia ex eis casualiter proueniunt bona, diuina prouidentia agente: quia illorum bonorum peccata causa non fuerunt, sed magis impedimenta. Sed diuina prouidentia ea causauit, & de eis debet homo gaudere: de peccatis autem dolere.

AD QVINTVM dicendum, quod satisfactio attenditur secundum poenam taxatam que pro peccatis iniungi debet. Et ideo potest terminari: vt non oporteat ulterius satisfacere. Hæc autem poena præcipue proportionatur culpæ ex parte conuersionis ex qua finitatem habet. Sed dolor contritionis respondet culpæ ex parte auersionis ex qua habet quandam infinitatem. Vnde & contritio semper debet manere. Nec est inconueniens, si remoto posteriori, manet prius.

IN HOC articulo scribitur S. Tho. vnam distinctionem in membrum, cum duabus conclusionibus, & probat illas distinctione: vt habes in litera. Et quia eadem est materia sequentis articuli. 2. simul examinabimus ambos articulos. Ideo sequitur articulus secundus.

Articulus secundus

Vtrum expediat continue de peccato dolere.



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod non expediat continue de peccato dolere. Expedi enim quandoque gaudere, vt patet ad Philip. 4. Super illud, Gaudere in domino semper, dicitur glosa, quod necessarium est gaudere. Sed non est possibile gaudere simul, & dolere. ergo non expediat continue de peccato dolere.

PRÆTEREA, Illud quod est de se malum & fugiendum, non est assumendum, nisi quatenus est necessarium, vt medicina ad aliquid: sicut patet de vitione & sectione vulneris. Sed tristitia de se mala est, vnde dicitur Ecclesiastici. 10. Tristitiam longe expelle à te. Et subditur causa. Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Hoc etiam Philosophus dicit in. 7. Ethicorum. 10. Ergo non debet amplius peccator dolere de peccato: nisi quatenus sufficit ad peccatum delendum: sed statim post primam

contri

contritionis tristitiam peccatum debitum est. Ergo non expediat ulterius dolere.

PRÆTEREA, Bernar. dicit. Dolor bonus est, si continuus non sit. Mel enim absynthio est admiscendum. Ergo videtur, quod non expediat continuo dolere.

SED CONTRA est, quod Augusti. dicit: Semper doleat poenitens, & de dolore gaudeat. **PRÆTEREA**, Actus, in quibus consistit beatitudo, expedit semper continuare, quantum possibile est. Sed huiusmodi est dolor de peccato, quod patet Matth. 5. Beati qui lugent. Ergo expedit dolere continue, quantum possibile est.

RESPONDEO dicendum, quod hæc est conditio in actibus virtutum inuenta, quod non potest in eis accipi superfluum, & diminutum: vt in 2. Ethicorum probatur. Vnde cum contritio quantum ad id quod est displicentia quædam in appetitu rationis sit actus poenitentia virtutis, nunquam potest ibi esse superfluum: sicut nec quantum ad intensiorem, ita nec quantum ad durationem: nisi secundum quod actus vnius virtutis impedit actum alterius magis necessarium pro tempore illo. Vnde quantumcumque homo continue in actibus displicentia esse possit magis: melius est, dum modo actibus aliarum virtutum vacet suo tempore, secundum quod oportet: sed passiones possunt habere superfluum & diminutum, & quantum ad intensiorem, & quantum ad durationem. Et ideo, sicut passio doloris, quæ voluntas assumit, debet esse moderate intensa: ita debet moderate durare ne si nimis duret homo, in desperationem & pusillanimitatem, & huiusmodi vitia labatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gaudium seculi impeditur per dolorem contritionis, non autem gaudium quod de Deo est: quia habet ipsum dolorem pro materia.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud Ecclesiastici de tristitia seculi loquitur & Philosophus loquitur de tristitia, quæ est passio, quæ moderate vitandum est, secundum quod expedit ad finem, ad quem assumitur.

AD TERTIVM dicendum, quod Bernar. loquitur de dolore, qui est passio.

HÆC quæstio quæ mouetur in primo articulo in duplici sensu tractatur. Alter est an sit conueniens dolere in toto tempore vitæ huius. Et ad hoc omnes Catholici dicunt, quod ita. S. Th. in. 4. d. 17. q. 1. dicit, quod multa sunt secuta incommoda ex peccato, & ideo oportet reparare illa per totam vitam.

SECVNDO, Ad amicitia spectat, semper dolere de iniuria facta amico. Ergo. &c. **SED** nota, quod hoc intelligitur de dolore voluntatis: quia dolere sensitiue semper per totam vitam esset graue amicis & familiaribus. Nam esse semper tristis nimium durum esset amicis. Communiter tamen omnes doctores admonent, quod frequenter doleant peccatores de peccatis suis, dum alijs etiam virtutibus operam dent. Quia non debent ab exercitio aliarum virtutum abstinere ob continuū peccatorum dolorem.

ALITER sensus est, an peccator teneatur dolere per totam vitam. Ad quod aliquibus propositionibus respondebo. Prima fit. De peccato semel dimisso non tenetur peccator dolere rursus. Probatur hæc. Naum. 1. Non confundet duplex tribulatio, seu (vt septuaginta transferunt.) Non iudicabit bis in idipsum. Ergo si peccatum iam iudicatum est & remissum, non tenetur peccator rursus de illo dolere.

SECVNDA conclusio. Conueniens est de peccato dimisso dolere multoties. Probatur: quia omnis talis dolor est bonus actus, & si est ab existentia in gratia, est meritorius, & satisfactorius pro poena debita pro peccatis. Ergo &c.

TERTIA conclusio est. De peccato non dimisso probabile est, quod non tenetur peccator dolere sub poena noui peccati, ratione contritionis: sed solum ratione confessionis. Sed quia hoc tractauimus in prima. 4. q. 25. ar. 5. vide ibi.

QVARTA conclusio. Probabilius, & communius, & securius est, quod tenetur dolere poenitens distincto præcepto, de peccato sub poena noui peccati, etiam ratione contritionis: Et quia communiter hoc dicunt omnes scholastici, expenā eorum sententiam. Et prius Caic. in quolib. q. 3. de contritione quærit, quando tenetur quis conteri de peccatis, & inter alia, quæ dicit, prius ponit differentiam inter præcepta affirmatiua, quæ semper obligant, & negatiua, quæ semper & ad semper obligant, & pro semper.

VNDE oportet prius videre, an hoc præceptum de habenda contritione sit affirmatiuum vel negatiuum. Et videtur, quod sit affirmatiuum: quia obligat ad actum positiuum, vt Zacha. 1. conuertimini ad me &c. Et pro alia parte est, quia obligat ad non manendum in peccato. Igitur tenetur exire ab illo statu. Et dicit Caic. quod illud præceptum partim est affirmatiuum, & partim negatiuum. Vt Petrus peccauit mortaliter, & venit in inimicitia Dei, tenetur

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

do

dolere de peccato: quia tenetur cōverti ad dominū, & tenetur recedere a peccato. Ex hac parte est præceptū affirmatiuum: quia obligat ad actū. Sed in quantum obligat ad non manendum in peccato & ad dimittendum inimicitias Dei, est negatiuum. Et Caie. dicit: quod nō oportet ponere differentiā inter præceptū contritionis, in quantum est affirmatiuum, & inter alia præcepta affirmatiua. Sed dicitur quod præceptum contritionis in quantum est affirmatiuum, semper obligat: nō autem pro semper, sicut alia etiam præcepta affirmatiua. Sicut præceptum de dilectione proximi obligat pro tempore in determinato, s. pro tempore necessitatis. Et ita præceptum cōtritionis obligat pro tempore in determinato, s. pro tempore necessitatis. Et dicit quod articulus necessitatis duplex est. Primus quādo ad ministrat quis, vel sumit Eucharistię sacramentū, aut aliquod aliud sacramentum. Secundus est, cum est in articulo mortis: quia post hanc vitam non restat alia vita, in qua possit peccator conteri de peccatis suis. Ideo in fine vitę huius tenetur peccator conteri de peccatis suis. Sicut tenetur beneficiarius recitare preces horariarū per totū diem, & si nō recitauit vsq; ad vltimam horam diei in illa tenetur recitare, alias peccabit mortaliter. Addit etiā, quod qui aliquam aliam differentiam ponunt, inter præcepta affirmatiua & negatiua, mere gratis loquuntur. Quia dicit, quod non est alia obligatio ad habendam cōtritionem in alio tempore citra tempus necessitatis, etiam nec quando occurrunt præcepta peccata. Præceptum autem contritionis in quantum est negatiuum, sicut & alia negatiua præcepta, potest (dicit Caie.) considerari dupliciter. Vn modo secundum q; sunt aliqua negatiua præcepta: quę solum prohibent actum. Alia autem sunt, quę prohibent actum & statum. Vt præceptum de non furādo, nō solum prohibet actū, i. accipere alienū: sed etiā prohibet non manere cū alieno. Ita igitur dicit, q; præceptum de contritione, in quantum affirmatiuum, præceptum actū, & in quantum negatiuum prohibet statum, s. ne maneat peccator in illo statu.

Dubium
primū.

DVBITATVR igitur (hoc supposito, quod præceptū de contritione obligat ad nō manendū in statu peccati) quādo obligat i. quando tenetur peccator dolere de peccato suo sub pœna lethalis nouę culpę. CAIE. dicit, quod obligat ad statim: sicut præceptū de restitutione. Probatur: quia pro quocūq; tempore quis nollet restituere, peccat mortaliter: etiā si creditor nō petat. Ita etiā præceptū de contritione obligat. Quia, p quocūq; tempore quis dicat, ego volo manere in hoc statu peccati per vnum diem vel dimidium, peccaret mortaliter. Ergo tenetur statim exire a peccato & conteri. SED an intelligatur hoc, q; in quolibet instanti peccet de nouo? Dicit q; nō: quia si in quolibet instanti tenetur, propterea q; nō dolet in isto instanti, nō de obligatur a secūda obligatiōe. Ergo secūdo peccaret. Et per secūda trāsgressiōne nō de obligatur a tertia. Ergo infinities peccaret in quolibet tempore,

cū in quolibet tempore sunt infinita instantia. Et ita dicitur peccatum infinitum, quod est contra omnes Theologos. Ergo nō obligat sub nouo peccato, ad statim conterendum in quolibet instanti. VNDE dicit Caie. quod non transgreditur peccator illud præceptum, nisi per actum commisitiois. Sicut præceptum de reddendo alieno obligat semper, & pro semper, & non transgreditur, nisi per actum commissiōis, s. nolo reddere alienū, dum tamen non consumat, vel maneat res aliena apud eū. Hoc est nō interdicit retinere rē alienam, & nō vti illa: quia quoties cūque vti quis res aliena inuito dño, peccat de nouo. Sed certe ad minimum semel in vita si nō restituat, peccat de nouo. Probatur: quia in toto vita tenetur reddere alienum. SECVNDO. Peccaret mortaliter ille, qui nō restituit alienum, quando dominus petit rem suam, & creditor potest illam restituere. TERTIO. Dicit Caie. quod ille, qui non restituit rem alienam, semper manet in malo statu: non tamē semper peccat de nouo mortaliter. Ita etiam qui, non conteritur de suo mortali, semper manet in malo statu. Et hoc in quantum præceptum contritionis est negatiuum. QVARTO. Dicit, quod in quantum præceptum de restituendo alieno est affirmatiuum: tenetur habens alienum restituere, quando alius petit, vel quando videt dominum rei in necessitate &c. QVINTO dicit, quod ita est dicendum de penitentia, quod eius præceptū obligat statim, & ad statim non manendum in illo statu: non tamen peccat de nouo, nisi per actum commissiōis, s. si dixisset, Nolo penitere de peccato, aut dixisset, Volo manere in hoc statu illicito. Probatur hoc: quia extra de pœni. & remis. cap. Quod quidam dicitur, quod sacerdotes recipiant confessiones impœnitentium, non quidem ad obtinendam absolutionem, quia esset fictio: sed vtille peccator recognoscat se peccatorem. Si autem peccaret de nouo illi, qui non penitent, & male admoneret Ecclesia, quod recipiantur eorum confessiones. Ergo non tenentur peccatores semper dolere, sub pœna noui peccati. VNDE sequitur, quod non tenetur quis dolere de peccatis, quando occurrunt ei practice. Quia, vt dictum est, illis impœnitentibus, quorum confessiones Ecclesia dicit esse admitterendas, tunc, quando sic confitemur, peccata occurrunt practice. Ergo opinio, quę oppositum dicit, est falsa. Hęc est intentio Caie. Et quidem tenēdo, quod est distinctū præceptum de penitentia ratione contritionis, probabile est, quod dicit Caie. SED, vt supra dixit, probabile est, vt quidā dicit, quod nō est præceptum nouum de cōtritione, obligans ad nouum peccatum. Probatur: quia aliis qui accipit aliquod sacramentum in peccato mortali, peccaret duo peccata. Alterum contra præceptum quo tenebatur conteri, quod tunc currebat. Et alterū contra religionem, quod est sacrilegium. SED prescius & distinctius tractandum est hoc dubium: supposito, vt diximus supra, quod est securius

rius & probabilius dicere esse distinctum præceptum de contritione habenda, vt communiter dicunt Theologi, nempe, quod peccat nouum peccatum, qui nusquam dolet de peccatis suis.

DVBITATVR igitur, quando currit hoc præceptum, quando i. peccat contra illud nouum præceptū ille, qui nō habet peccatorum contritionem: quia nunquam penitens se accusat, quod non doluerit peccatorum suorum. AD HOC dicit S. Anthoni. in 3. p. titu. 14. cap. 18. §. 2. quod quidam dixerunt, quod quoties cūque homo recolat de mortali, tenetur dolere, & cōteri. Sed ipse Anthoni. dicit, q; illud est durū & falsum, & nullo modo probatū, ideoque relinquēdū. PRAETEREA. Sco. in 3. d. 27. q. vnica. art. 3. dicit de præcepto dilectionis Dei, q; illud præceptum videtur esse obligatoriu pro tempore determinato. Et dicit, q; a Deo determinatur tempus illius præcepti in illo alio præcepto, Sabbathę sanctifices. Et dicit, quod Ecclesia videtur illud determinare in illo cap. Missas die dominico secularibus totas audire &c. ex cōcilio Agathēsi de conse. d. 1. Idē dicit Adria. ex Scoto. Consequēter ergo quicūque tenet cū Sco. q; diebus festis tenetur homo diligere Deum super omnia, sub pœna noui peccati, debet dicere, quod etiam in diebus festis tenetur homo ad contritionem: quia in peccato mortali existens nō potest homo diligere Deum super omnia. SED contra Scot. est: quia sabbathū, i. dies festus sanctificatur cessando ab opere seruili, & audiendo missam: & non tenentur homines ad aliud in die festo ex præcepto ecclesię: quia ecclesia solum præcipit in diebus festis abstinere ab opere seruili, & sacrum integrum audire.

Prima
propositio.

MARSI. in 4. q. 12. ar. 1. mouet hoc dubiū, & respōdet aliquibus propositiōibus. Prior est. Homo statim post peccatū tenetur conteri, sed hęc nō intelligitur sub pœna noui peccati, sed sub pœna q; manebit in statu illicito præterito: & nō datur peccatori induciā ad exeundū a peccato: sed obligatur ad non faciendum cōmissiue contra præceptū de cōtritione. Et in hac propositiōe, q; peccator nō tenetur statim post peccatum dolere sub pœna noui peccati, omnes conueniunt communiter.

Secunda
propositio.

SECVNDA. propositio Marfilij est. Non datur certū tempus sub quo peccator obligetur ad cōtritionē. Et in hac omnes etiā cōueniunt cōmuniter. TERTIA propositio est. Nō potest dici (sicut alij dicūt) quod cū peccator cogitat practice de peccato, tenetur dolere. Et probat, quia aliis sequeretur, q; si quis cōtinuaret odiū proximi per horā, haberet duo peccata, quia quādo cogitat de odio, q; cōtinuat per aliquod tempus, semper peccaret duo peccata: quia tunc illud peccatum se offert practice: cum continuat illud. Quod tamen nec defensores alterius opiniois concedunt.

Quarta
propositio.

QVARTA propositio eius est. Quando cūque aliquis post commissum peccatum, cessante passione, & tentatione, & continuatione, si occurrat peccatum practice, tenetur dolere sub pœna noui pec-

cati & præcepti. Hęc Marfilij.

HIC tamen (vt distinctius agamus) tria dubia sunt tractanda, & solum hęc tria possunt in hac materia occurrere.

Dubium
tertium.

DVBITATVR igitur tertio, an quam primū potest peccator, de peccatis suis penitentia agere. i. cōteri, teneatur sub pœna noui peccati contritionē habere?

ET videtur, quod ita. Prius ex S. Tho. 2. secundę q. 62. art. vltimo, vbi sic dicit. Manifestū est autem quod nec modicū tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur peccatū statim deserere: secūdo illud Ecclesiasti. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Ergo infert S. Tho. qui habet alienum, statim tenetur restituere. &c.

SECVNDO. S. Tho. infra q. 5. ar. 5. dicit, quod quādo peccata memorię occurrūt, tenetur quis ad contritionem. Ergo præceptum contritionis vult las moras permittit in peccatore, qui peccati memorię & scientiam habet.

TERTIO probatur assumptū ratione. Nam cū peccatum memorię occurrat, si homo non detestatur illud, consentit in illo. Ergo &c.

QVARTO. Homo tenetur medicinam corporalem corpori necessariam adhibere, quam cito poterit. Ergo & quam primum potest, debet animo necessariam medicinam apponere.

QVINTO. Quicūq; offendēs proximum tenetur, vbi primū cōmode poterit, compensare. Ergo etiā offensam Dei. Antecedens est notum & ab omnibus receptum: quia qui damnum in pecunia dedit proximo, tenetur statim satisfacere. Ergo etiam qui aliter quo quomodo proximum læsit.

SEXTO. Quādo proximus habet aliqd aduersū me, teneor illi cūestigio recōciliari: vt patet Matth. 5. Ergo etiam cūestigio teneor conciliare me Deo, postquam eius amicitiam per iniuriam violauit.

SEPTIMO. Quā primū potest quis fratrem suū a morte animi liberare, id facere tenetur: vt dicitur Matth. 13. q; tenemur corrigere fratrem. Ergo etiā se ipsum a peccato mortali quā primū tenetur eripere. Maxime quia peccatū, quod mox per penitentia non deletur, suo pōdere ad aliud trahit: vt Grego. docuit homilia. II. super Ezechielē. Quod etiā confirmatur ex illo Ecclesiasti. 3. Qui amat periculum peribit in illo ergo &c.

OCTA VO. Leo papa in epistola. 69. ad Theodorū episcopū dicit. Oportet vnūquenque Christianū conscientia suā habere iudiciū, ne conuertat dominū de die in diē differat: nec satisfactionis tempus in finem vitę suę sibi cōstituat, quę periculo se ignorātia humana concludit, vt ad paucarum horarum se referuet incertum. Ergo periculosum est penitentiam in aliud tempus referuare.

NONO. Confirmatur hoc ex illo Ecclesiasti. 5. Nō tardes cōverti ad dominū, nec differas de die in diē. Subito enim venit iracūdia, & sumet vindictā, &c. Ergo peccatū est, de die in diē penitentia protrahere, nepe, cui diuinā irā Ecclesiasticus interminatur.

DECIMO. Si liceret differre contritionem in aliud

aliud tēpus: ergo liceret etiam velle differre: quia quod licet facere positue, licet velle. Sed qui existens in peccato mortali, interiorem pœnitentiam in aliud tempus referuare vult, eo ipso interpretatur: & implicite vult esse in peccato mortali, in quo quādiu non pœnitet, perdurat. Ergo non licet conuersionem, contritionemque differre.

V N D E C I M O. Præcepto negatiuo astringitur homines, ne sint Dei inimici: quia esse Deo inimicū est intrinsicè malum. Ergo quādiu homo est in mortali: cū sit Dei inimicus tādū præcepto negatiuo aduertatur, quālibet parum in statu peccati perseverat. Ergo. & c.

D V O D E C I M O. Pro hoc facit illud, quod dicitur ad angelum Ephesinum, & Pergamentem Apocal. 1. Age pœnitentiā, si autē venio tibi cito, & moueo candelabrum tuū de loco suo. Ergo. & c. **I N H V I V S** argumētū explanatione adeo multæ sunt doctorum sententiæ, vt eas enumerare, necdum expendere, molestum fuerit. Ideo aliorū opinionibus omisis illam adducam, quā existimo lecuriosam, mitiorem, & probabiliorem.

A D Q V A E sionē igitur respondeo aliquibus propositionibus. Prima sic. Peccator non tenetur cōteri, aut pœnitere de admisso peccato statim, seu quā primū potest, etiā si peccatum dimissū nō sit. **H A E C** est cōmuniō sententiæ theologorum. Et probatur prius, quia aliis dicendū esset, quod omnis quis saltem vno die perseverat in mortali multa peccata committit, eo quia non conteritur aut pœnitet, quod durissimum esset.

S E C V N D O. Probatur conclusio hæc, omnium fidelium sententiā, qui esto maneat in aliquo tēpore in peccato mortali, non se accusant in confessione, q̄ non fuerint contriti, cū possent, nec cōfessores id a pœnitentibus exigunt, quando eos examināt. Ergo non tenebatur peccator statim dolere: quia alias omnes errarēt: & pœnitētes quia nō se accusant, & confessores qui nō examināt pœnitētes de hoc.

T E R T I O. Præceptum de pœnitentiā, est affirmatiuū præcipiēs actū. Ergo nō obligat nisi tempore necessitatis, quemadmodum & reliqua præcepta affirmatiua.

Q V A R T O. Non tenetur homo cætera media ad salutē necessaria. s. fidem, baptismum, confessionem ilico præstare. Ergo non est ratio cur pœnitentiā, seu contritionē mox debeat exhibere.

Q V I N T O. Vera pœnitentiā (vt supra tractatumus) a dilectione Dei, saltē in pluribus, proficitur. Ergo si homo ilico postquā peccauit verā pœnitentiā habere tenetur: etiā statim post peccatum tenetur ad dilectionem Dei, quod salū est.

S E X T O. Nō est sufficiens ratio neq; autoritas: vt præceptū adeo durū asseratur. Ergo qua facilitate ab aliquo inducitur eadem quoque ab alijs reijci meretur.

S E P T I M O. Nullus obligatur statim reducere proximū post lapsum, quin possit maiorē opportunitatem expectare: vt Aug. tradit. i. de ciuita. Dei Cap. 20. Ergo nec tenetur se ipsum statim ad gra-

tiā reducere. Probatur cōsequētia: quia quilibet tenetur proximū sicut se ipsum ex charitate diligere. **V N D E** ad argumēta in oppositū respondetur. Et prius ad primū ex S. Tho. dico, q̄ illa similitudo quā ponit S. Tho. inter præceptū pœnitentiæ & præceptū restituēdi nō per omnia quadrat. In quo Caieta. nō videtur verū dicere: vt supra retulimus ex eodē Caie. Et primū, in quo nō quadrat similitudo præcepti de pœnitentiā, & præcepti restituēdi, est, quia restitutio rei alienæ fundatur in præcepto negatiuo, quo vitamur rē alienā inuito domino retinere. Nō enim minus tenetur rē alienā restituere quā apud se inuentā inuito domino detinet, quā si furto suscipisset. Vnde ad obligationē restituēdi in iusta acceptio in pertinēs est. Siue enim quis accipit rē alienā inuito domino in iuste per furtū, siue iuste per cōmodatū, quū inuito dño rē aliena vsurpat, furti reus habetur, & ita violator præcepti negatiui. Secundū, in quo nō cōuenit similitudo inter prædicta præcepta est: quia quotiescūque addest cōmoditas rē alienā restituēdi domino suo, tōtes denuo peccat ipse qui habet, nō restituendo, etiā si ille nullū actū positiuū habeat quo rē alienā in iuste apud se velit deuenire satis enim est ad nouum peccatū vsurpatio ipsa libera exterior rei alienæ, eo tēpore quo oportebat domino reddere. Erō nō est ita de contritione: quia nō denuo peccat ille qui nō cōteritur, quotiescūque habet cōmoditatē ad pœnitendū. Et præceptū pœnitentiæ, sicut & charitatis, quæ radix & fundamentū eius est, quicquid dicat Caieta. est præceptū affirmatiuū, neque includit negatiuū: nisi quemadmodū omnia affirmatiua dicuntur includere de actū cōtrario: vt præceptū charitatis secū habet annexū præceptū odij negatiuū, & præceptum temperantiæ, negationē in tēperatiæ, & ita de alijs affirmatiuis. Sic præceptū pœnitentiæ ex cōsequenti vetat, ne quis impœnitēs sit in impœnitentiā positue cōtraria pœnitentiæ. Vnde non pœnitere proprie cōtra præceptū affirmatiuū est, & nō cōtra negatiuū. Sequitur secūdo, q̄ peccatū erit tunc solū, nō pœnitere, quādo pœnitentiā agere tenebatur ex præcepto. s. in articulo necessitatis. Tenet tamē similitudo vtriusq; præcepti & restituēdi, & pœnitēdi, proportionalis duplex. Prius, q̄ quāmodū nō dimittitur peccatū: nisi restituatur ablatū, ita neq; dimittitur, nisi agatur pœnitentiā. Posteriū etiā hæc duo præcepta in hoc alsimilantur, q̄ sicut nō restituere rē alienā in iuste detentā habet malū statū peccatoris annexum: ita & nō pœnitere de peccato cōmissio. Vnde semper peccat nouū peccatū, & ille qui actū positiuū vult nō restituere alienū: & ille qui cū sit in peccato mortali vult nō pœnitere: quia vterque probat statim malū in quo est, postquā positiuū vult nō exire ab illo.

D I C O rursus, q̄ peccator cui peccata memorię occurrunt, & neque pœnitet, si aliquē actū eliceat circa peccatū etiā pro tēpore quo nō tenetur pœnitentiā agere, semper peccat peccatū nouū. Probatur: quia illud obiectū volitionis quā vult nō pœnitere, etiā dū nō tenetur, nulla ratione honestari potest

test: quia actus oppositus. s. pœnitentiā & cōtritiō, omni tēpore adeo bonus, & honestus est: vt cōtrarius actus, quo pœnitere non vult nullo vnq; tēpore honesti rationem habeat.

D I C O rursus, q̄ ille qui tēpore quo nō tenetur pœnitentiā agere, vult nō pœnitere: peccat nouū peccatū. Non tamē intelligo, q̄ peccet mortaliter tēpore, quo nō tenebatur pœnitere. Sed est veniale: quia nō habet obiectum honestum. Et actus indifferens. S. Tho. penitus reijcit sicut. i. secundæ. q. 13. art. 9. firmauimus.

T E R T I O. Dico, q̄ in hoc sensu. S. Tho. est intelligendus: vt. s. homo statim teneatur, imo semper pœnitere de peccato cōmissio, nō positue dolēdo, sed negatiue non placēdo, & non habēdo actū positiuū quo dīserat exire ab illo malo statu. In quo etiam tenū ipse idē loquitur in. l. 4. q. 25. art. 5. vbi sequitur Aug. lib. de pœnit. ca. 19. & habetur de pœnit. & rem. d. 3. ca. Pœnitentiā est, & Hugonem de. S. Vico. dicentē q̄ Deus absoluit hominē a vinculo culpæ & pœnæ æternæ, & ligat eum vinculo perpetuæ detestationis peccatorū asserit, pœnitentiā, etiam post remissum peccatum debere durare vsque ad finem vitæ. Quod egregie annotat Chier. in cōmentarijs super eundē articulum.

T. q. tenetur nunquā complacere amplius, nec positue differre. Sed si debet habere actū: si detestatio peccati. Nam quod post impetratā veniā per primā contritionem homo iterum atque iterū dolere teneatur, nulla ratioe mittitur, nisi dubitaret an vere fuerit contritus. Tunc enim locū habet quod Isidor. tradit in. 2. lib. de summo bono s. proprietas Dei occulta est sine intermissione flere necesse est. Et hoc modo explicandus est. S. Tho. & intelligendus infra. q. 5. ar. 5. vbi dicit, q̄ homo obligatur præcepto pœnitentiæ cū peccata memorię occurrunt, quod, s. tenetur peccator non placere sibi ipsi in peccato cōmissio quod occurrit. Quare nisi si tunc actū suspēdat (quod rarum & difficile est) si nō pœnitentia semper peccabit. Tenetur namq; ad minus non habere actū positiuū quo differat dolere de peccatis: alias semper peccabit, si nō pœnitentia, & aliquem alū actum positiuū eliciat circa peccatum quod habet, saltem venialiter.

A D tertium nego, quod qui non detestatur peccatum memorię occurrēs, consentiat in illo: quia potest suspendere actum. Et esto (vt diximus) habeat hunc, nolo nunc pœnitere, sed postea pœnitentia non peccat mortaliter, sed solū venialiter: pro quo nō currebat præceptū de habenda cōtritione.

A D quartum dico, & est notandū, q̄ discrimē est inter bona corporis. i. salutem & vitam corporalem, & bona animæ. i. salutē & vitā spirituale, quod salutis & vitæ corporalis nō est homo magis dominus, quā salutis & vitæ corporalis proximorū: quia vitæ & mortis, solus Deus sibi dominū referuauit. Vitæ autē & salutis spiritualis, quilibet est dominus, & habet eandē liberā potestatem, quā pecunie & reliquæ rei familiaris. Et probatur hoc discrimen: quia homo est dominus illorū bonorū

quæ suæ diligētia & industria cōparauit. Ergo cū bona spiritalia. s. virtutes quibus salus & vita animæ continentur. hominis libertate & industria interueniēte obueniāt, suo iure homo sibi ea vendicat: Nam & hoc titulo opifex quique sui operis dominus est. At vitæ corporis & salutis est donum naturæ, non partum ingenio hominis aut industria. Ideo non est mirum, si naturę author huius rei dominum sibi assumpsit.

S E C V N D O. Probatur q̄ homo sit dominus bonorū spiritalium testimonio illo. Ecclesi. 15. Deus ab initio constituit hominē, & reliquit illū in manu consilij sui. Ante hominem vitæ & mors, bonū & malum. quod placuerit ei, dabitur illi.

T E R T I O. Probatur hoc discrimē a signo: quia si quis sibi mortē temporale infert, peccat contra præceptum, illū. Non occides. sicut si proximū occideret. Et si ex gula aliquē cibū sumit homo vitæ corporali noxiū, duplex peccatum peccat. Alterū contra præceptū temperatiæ, & alterū cōtra illud, quo tenetur vitā corporalem seruare suā & alienā, non tanquā dominus, sed tanquā dispensator & custos. At vero si mortis spiritualis quis sibi causa sit: ea iactura illi nō imputatur: quinimo si per fornicationē gratiam, virtutē salutem, vitæque animi perdat: vnicū fornicationis peccatū agnoscitur. Ergo certum est homines esse dominos bonorū spiritalium, & non dispensatores: quia eorum dispensatio nō imputatur hominibus ad speciale culpam.

V N D E ex his supra dictis sequitur, quod volenti se occidere corporaliter quilibet priuatus homo potest (imo tenetur, modo sine iactura sua id valeat efficere) vim inferre, & detinere illū inuictū & renitentē, ne se occidat: quā tamē vim, volenti se spiritualiter occidere, non licet inferre: nisi his qui infert superior sit auctoritate potestatis. Cuius quidem differentiæ nō est alia causa: nisi q̄ vitæ suæ corporalis nullus est dominus, & spiritualis ita. Vnde sicut volenti alii occidere quilibet vim inferre potest, vt impediatur: ita & se ipsum interimere volenti. At cū vitæ spiritualis vnus quisque sit dominus, iniuriā illi feceris, si vim attuleris: ita actū domino pecuniarum, pecunias suas etiā prodigo consumētū manus ad impediendū iniurias violēas.

H I S ita explicatis satis patet consequentiā illā nō valere. Non enim si statim vitæ corporali siue proximi siue tuæ teneris succurrere, statim quoque tenentis vitæ spirituali mederi, præsertim tuæ cuius es dominus. Certi si salutis corporalis liberum dominū haberemus, qui quartanā febriū cū prominere sanare posset, ad quos vsque annos differret mortaliter nō peccare: nunc autē si quis vel in se vel in alio, grauē aliquē morbū, quē pellere illico posset ad longum tempus protraheret non excusaretur a peccato mortali.

S E C V N D O. Dico, quod antecedēs est verū, solū quādo probabiliter ex dilatiōe timeretur mors euentura, vel aliud notabile dānum: & ita de peccato tenetur quis exire, si probabiliter postea nō poterit, si nunc differat, aut in aliud incidet.

te tunc esset dubium an pœnituerit ante, & occurrat articulus necessitatis. Hæc est. S. Tho. 2. secūda. q. 14. ar. 2. Et probatur. Nullū præceptū obligat homines ad diligendū Deum sub pœna peccati mortalis, quoties diuina bonitas se offerat, aut proponatur omni dilectiōi dignissima, nisi intercedat articulus necessitatis. Et idem de præcepto fidei, & spei, & aliarum virtutum videtur licet. Ergo nec si peccata sese offerant peccatori, digna quæ homo detestetur, obligatur peccator pro tunc ad dolendum de illis. Poterit enim nullum habere actum, si nullus instat necessitatis articulus.

SECVNDO. Obligatio aliorum præceptorum, sumitur ex necessitate rei, non ex memoria aut intelligentia nostra idest, non obligant alia præcepta eo quia nos intelligimus, aut memoria retinemus: sed potius, quia ipsa obligant, debemus dare operam, vt memoria teneamus. Ergo &c.

TERTIO. Isti dicunt, quod memoria practica obligat, speculatiua autem non: quasi memoria cōscia sit cuius iudicio homo teneatur obnoxius.

Quæritur ergo quid sit illud iudicium practicum, vel quæ est illa memoria, quæ post simplicem peccati commemorationem, nouam præcepti obligationem inducit. Nihil constanter recte dicitur potest. Ideo relinquenda est illa sententia: quia nulla ratione nititur, sed solo asserentium arbitratu.

QUARTO. Sequerentur aliqua absurda. Et prius sequeretur, quod malefaciunt curati & prædicatores exhortando populum ad confessionem generalem: quia tunc peccata se offerunt practice, & cōmunitate nō conuertuntur. Secundo sequeretur, quod illi qui incipiunt se præparare ad confessionem peccarent mortaliter: quia non statim conuertuntur. Tertio sequeretur, quod alias qui arteriunt de peccatis peccaret mortaliter: quia non conuertuntur, & attritio non sufficeret cum sacramento ad gratiam: quia peccat de nouo.

ET ad argumentum primum dico, quod quando peccata sic memoriæ occurrunt, potest homo neutraliter se habere, & actum suspendere, & non propterea contemnit, nec in aliquo deficit.

AD secundum ex Augusti. dico, quod intelligit August. quod pœnitentiam nunquam debet finire in proposito, nec in actu posituue contrario. i. nunquam pœnitens debet mutare propositum, nec ponere actum positiuum. i. nolo pœnitere &c.

SECVNDO & melius, dico, quod Augusti. & Isidorus & sancti dicunt, quod oportet semper dolere de peccatis, non sub pœna noui peccati: sed ad consequendam perfectam peccatorum veniam, etiam quantum ad penam, quia esto quod in re sit nobis remissa tota pœna debita pro peccatis, tamen non constat nobis. Et esto quod aliquando cōstaret, qd remissa est peccatori tota pœna. i. per venientē cōtritionē, & p indulgētias rite cōcessas: nihilominus ad huc vt hic dicit. S. Tho. ad argumentū 2. debet homo dolere de peccatis semper propter innocentiam, quam amisit peccando, quam non potest recuperare, & propter tempus quod perdidit

In peccato, quod non potest etiam acquirere.

ERAT tertium dubium, an esset necessarium dolere de peccatis in die dominica. Ad qd dicit Scot. in 3. d. 27. q. vnica ar. 3. q. ita. Et idē dicit Gabriel, & ita Angelus de clauasio verbi, feria. Sic Florentinus p. 2. titu. 9. Idē Nider insu. præceptorio. & dicit etiā qd est de mente. S. Tho. Probāt isti. Quia non seruatur præceptum de satisfactione sabbathi: nisi de peccatis saltem in genere, conuertamur, & Deum super omnia diligamus.

Dubium quartum

SECVNDO. Pro hoc videtur facere consuetudo ecclesiæ vniuersalis quæ in incho missæ (quæ omnes in die dominica tenentur audire) præmittit generalem confessionem, quæ debent facere omnes. astantes, & assistere debentes. Ergo &c.

TERTIO. Quia id potissimum intēdit Deus & ecclesia, cum obseruantia in sabbathi præcipiunt quod. i. homines tunc Deo vacent, & eum colant, & summe diligant. Ergo qui id non agit tali die, non seruat præceptum, vt debet, etiam si ad literam & sonum verborum illud seruent. Probatur conuentia: quia in legem impingit, qui verba legis amplectitur, contra legis nititur voluntatem, lege. Nō dubium, cap. de legibus. & test regula iuris in 6.

QUARTO. Leuit. 10. dicit. Sabbathi requie nonis est, affligens animas vestras. i. per contritionem, & cap. 23. dedie festo legitur, Affligentur animas vestras in eo. Omne opus seruuile non facietis in tēpore diei huius. Et sequitur. Omnis anima que afflictā non fuerit die hac, peribit de populo suis &c. Hanc autem animam afflictionem, quæ illic sub præcepto tradita est, dicit Origines & Lira & gloria inter linearum & alij, esse contritionem seu dolorem de peccatis: quia tribuitur pro causa, quia dies propitiationis est, vt propitiatur vobis dominus Deus vester. Et de eadem die festo legitur ibidem cap. 16. Ab omnibus peccatis vestris corā domino mundabimini. Sed hoc sine dilectione Dei & peccatorum pœnitentia, fieri non potest. Ergo &c.

QUINTO. Esai. 53. legitur. Si auerteris a sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbathum delicatum & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris cum, dum non facis vias tuas: & non inuenietur voluntas tua, vt non loquaris sermonem: tunc deletaberis super domino, & iustollam te super altitudines terre, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Vbi videtur, quod dominus solum promittit hereditatem gloriæ, his qui sabbatha sic seruauerint, scilicet a peccatis abstinendo, quod est a suis voluntatibus recedere, & Deum glorificando, & eius voluntatem faciendo, quod est, Deum corde colere & amore obedientiali eundem amare. PRO hoc etiā facit, qd dicitur, ab eodē Esai. ca. 1. Calēdas vestras, & solēntates vestras odiuit anima mea. Hoc est, qd in illis vestras voluntates & nō meam adimpletis. In quo innuit necessarium esse, in diebus festis Dei voluntati se conformare, corde & opere, quod est illum obedientialiter diligere.

HIS

Prima conclusio.

HIS tamen non obstantibus, dico quod non obligantur homines ad dolendum de peccatis sub nouo peccato in die festo: nec iure diuino, nec humano. Probatur. Quia præceptum de colendo Deo, quo homines festis diebus astringuntur, præcipit opera religionis virtutis, at pœnitentia (vt supra tractauimus) non est opus religionis, sed vindicationis. ergo non est præceptum obligans ad pœnitendum in die festo.

SECVNDO. Nullum est ius, nec euangelicum, nec humanum, quo hoc præceptum asseratur, aut significetur. Lex antiqua cessauit, lex naturæ nihil de hoc præcipit: ergo. &c.

AD primum igitur argumentum nego antecedens. i. quod nō seruatur præceptū de obseruatione sabbathi: nisi diligatur Deus, & de peccatis doleamus.

AD secundū nego, quod omnes teneantur ad generalem confessionem in missa, sed solum qui celebrant: quia laici satis faciunt missæ præcepto, esto non faciant illam generalem confessionem, aut ad illam non assistant: sed ad introitum & ad reliquum missæ, &c. quia per hoc assistunt toti missæ. i. integre missæ.

AD tertium concedo antecedens. i. quod illa est intentio finalis Dei & ecclesiæ in obseruatione sabbathi: vt homines Deo vacent: sed finis præcepti non cadit sub præcepto: quia alias qui honorat parentes, aut reddit vnicuique debitū, in peccato mortali quia non seruat illa præcepta quo ad finem, quæ finis illorum præceptorum, sit, vt in gratia existat. Quod manifeste falsum est: quia honorans parentes quādo tenetur ex præcepto, esto aliās sit in concubinato, non peccat mortaliter contra præceptū de honorandis parentibus. Et ad legem allegatam dico, quod duplex est voluntas vel intentio legis. Altera obiectiua: altera vero finalis. Qui agit contra voluntatē, vel intentionē obiectiuam legis, peccat mortaliter: quia illud erat obiectū, vel materia quam lex intendebat præcipere, vel legislator per legem. Finalis autem intentio legis non cadit sub lege: quum sit extra substantiā præcepti. Et qui non seruat intentionem obiectiuam legis, quæ ius legis verba obseruet, nō adimplet legē.

AD quartum sumptum ex Leuitico, vbi præcipitur, vt in die festo Israelitæ animas affligeret, dico, prius, quod per huiusmodi afflictionem non intelligitur contritio, seu cordis pœnitentia, de qua loquitur: sed intelligitur abstinentia a voluptatibus, & ab his vnde solent homines recreationem sumere corporalem. Vnde Esai. 53. dicitur. Nunquid hoc est ieiunium quod elegi per diem hominem affligere animam suam. Vnde apparet, quod Iudæi qui iuxta legem, per diem a cibis abstinabant tempore ieiunij, dicebantur animas suas affligere, etiam si de peccatis suis nullam tunc haberent contritionem. De his enim loquitur illic dominus, qui in diebus ieiunij, non domini, sed suas voluntates complebat: ac proinde afflictio animarū, de qua in leuitico, nō est opus quod accipiatur pro cordis contritione,

SECVNDO dico iuxta mentem exponentium, quod etiā illic iussit dominus, quod intus animas per pœnitentiam affligerent, sed erat hoc speciale in illa festiuitate, quæ dicebatur festum propitiationis, seu expiationis, quod erat specialiter institutum semel in anno. i. 10. die mensis. 7. ad hoc qd sacerdos pro peccatis populi offerret, & oraret, vt Deus illis propitius & misericors redederetur: sicut dicitur in fine cap. 16. Vnde non colligitur, quod in quolibet die dominica sit necessarium conteri aut pœnitere interius.

TERTIO. Dico, quod illud præceptū de contritione habenda esto esset in illa lege vniuersale & in omnibus sabbathis & diebus festiuis seruandum: tamen quia legale erat, cessauit iam sicut alia legalia illius legis, & nunc non est in lege Euangelica.

AD quintum sumptū ex Isaiā dico quod Deus in illo cap. vbi de ieiunio & sabbatho loquitur, potius intendit declarare, quid sibi acceptum gratumque sit, & ad salutem spiritualem hominum vtile: quam qd sit in illis diebus necessitate præcepti agendū. Cōqueratur enim Iudæi, quod Deus sua ieiunia, orationes & solemnitates non acceptaret, quibus Deus respondet, se illa acceptaturum, si cum illis opera charitatis simul & misericordie exercerent. Quæ cum non facerent, sed ponus illis diebus peccata committerent, ait sibi non esse grata eorum obsequia. Itaq; ex textu illo non colligitur, quod in die ieiunij aut sabbati essent præcepto stricti, ad tunc Deum diligendum, aut ad dolendum de peccatis absolute. Secus ex suppositione, si velent iua obsequia Deo grata & accepta fore. Et eodem modo dicatur ad id, quod vltimo allegabatur ex Isaiā cap. 1.

QUOD si obijcias Ex textu illo inferitur a contrario sensu, esse necessarium in die sabbathi, Deum glorificare, & eidem adherere sic arguendo. Deus promittit hereditatem Iacob, & felicitatem his qui sabbathum custodierint, Deum glorificando, & tota mente colendo. Igitur a contrario sensu, qui illo modo non seruauerit sabbathum carebit hereditate Iacob.

AD HOC dico, quod non bene arguis a contrario sensu isto modo. Sic enim arguendum est. Qui seruauerit sabbathum, & non suam, sed Dei voluntatem compleuerit, & Deum glorificauerit, habebit hereditatem Iacob: ergo a contrario, qui cum sabbathum seruauerit, suam voluntatem, & non domini fecerit: nec dominum glorificauerit: non habebit hereditatem Iacob. Et tunc verum est confessio: sed nihil contra conclusionem: vt constat.

DIXIMVS quod præceptum de pœnitentia non obligat statim post peccatum: nec quando peccata memoriæ occurrunt: nec in die dominico: aut festo. Quando igitur obligat? Dico & sit. 4. propositio: quod obligat in articulo necessitatis: vt reliqua omnia præcepta affirmatiua. Et dico quod primus articulus necessitatis est: quādo est probabile periculum mortis. Probatur: quia præceptū obligat. p aliquo tempore: si tempus periculi mortis præterit: non restat

est, vel erit pars principalis domus, at in casu, illud est falsum propter talem cōnotationē. Ergo &c. Ad tertium dico, quod August. & Paul. eodē modo sunt interpretandi, sicut. S. Tho. quod intelligitur de charitate actuali, intelligunt, si aliquis patitur mortē complacēs in peccato mortali: quia tunc nullo modo habet charitatē: secus autem si non cōplaceat in peccato: quia tunc martyriū ex privilegio dat gratiam & charitatem: vt dictum est.

Ad quartū concessio antecedente, de voluntate tā efficacī: sicut illa quæ est cum martyrio actū suice pro nego consecutionem: quia remittere peccata concessum est martyrio & non voluntati pavendi martyrium: sicut baptismus cum attritione peccata remittit: sed non voluntas suscipiendi baptismū, quando baptismus potest suscipi ab illo indigenti.

Ad quintū concessio antecedente, negatur consequētia: quia hæreticus non moritur pro Christo cum moriatur pro fide Christi, quā nō habet. Et fidelis moritur pro fide Christi, esto sit in reatu peccati.

Ad sextū etiam concedo antecedens, & nego consequentiam: quia martyriū: vt dicit. S. Tho. habet de se tantam virtutem, ad remittendum peccata: sicut pœnitentiam & maiore: quia remittit peccata quo ad culpam & pœnam. Sed ad hoc quod pœnitentia remittat peccata, non requiritur aliud remediū: sed ipsa sola sufficit: ergo ad hoc quod martyriū remittat peccata, non requiritur pœnitentia, nec aliquid aliud remediū.

SECVNDO. Dico, quod nego antecedens. Nā fat est in agone cogitare de Christo & fide sua & pro illa mori: quia hic virtualiter vult mandata Dei seruare, quorū vnū est de baptismo recipiēdo.

Ad septimum distingo antecedens. Si quando peccata sic veniunt in mentem martyris in ipso agone, complacēt in eis, aut habeat actum positivum (quod fere idem est) quo nollit pœnitere, concedo quod non saluabitur per martyriū: sed potius erit martyr diaboli. Et ratio est: quia martyrium non est remediū contra præsens peccatum: sicut nec pœnitentia, vt supra diximus) sed est remediū contra peccata prætērita. Si autem sic se offerant peccata martyri in ipso agone, quod nec complacēt in eis, nec aliquem actum positivum habet circa ipsa peccata: sed afflictus tormentis cogitat de Christo, & de eius fide pro qua vult mori: tunc nego antecedens. Immo salutem consequitur per ipsum martyrium iuxta Christi promissionē Ioh. 14. Qui diligit me, diligitur a patre meo. Diligit autē Christū hic qui pro Christo moritur & pro eius fide: quia maiorē hac dilectionē nemo habet, quam vt animā suā ponat pro amicis suis Iohan. 15. Ergo &c. Ad octavū nego antecedens: quia etiam martyriū ex Christi privilegio (vt supra probavi) habet remittere peccata quo ad culpā & pœnā, sicut baptismus. Et credo, quod tunc in ipso agone: non est necessariū martyriū habere votum baptismi. Sat est de fide Christi cogitare, & pro illa mortē appetere, nec illud cap. Baptismi vicem. In argumento citatū, oppositū dicit: quia hic sic Christum confitentem

bus promittit Christus Marci. 8. Luca. 12. & Matth. 10. quod ipse cōfitebitur eos corā patre suo, & plus debet Christus his quā illis, qui formaliter dolent solum de peccatis. Sed ex sua misericordia & instituto ipse remittit peccata illis, qui dolent de peccatis: ergo etiā ex misericordia & instituto, remittit peccata illis, qui moriuntur, & pro ipso ponunt animā. Et sicut dictū est pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnū cælorum: ita dictum est. Qui diligit me pater meus diligit eū, & qui me confessus fuerit coram hominibus: confitebor & ego eū coram patre meo, locis iam citatis.

VNDE & si solum sit baptismus vnicum remediū extrinsecū, quo homo potest, & tenetur vt in remissionem peccatorum cōmissorum ante baptismum, & solū sit secundum remediū, quo homo potest, & tenetur vt in remissionem peccatorum cōmissorum post baptismum, pœnitentia scilicet est tamen tertium remediū, quo homo non potest vt pro suo arbitrio: sed si applicetur a Tyrāno martyri patienti ipsum martyrium, remittuntur ei omnia peccata per ipsum. Et hoc remediū excedit alia in duobus. Primū est, quod ad hoc remediū non requiritur dolor formalis de peccatis (vt dictum est) & ad alia requiritur dolor, vt suos consequantur effectus. Secundum in quo hoc excedit alia est, quia hoc potest in omnia peccata: tam incōmissa ante baptismum: quā in cōmissa post baptismum, & alia non. Sed baptismus tantum est in peccata cōmissa ante baptismum: & pœnitentia solum est in peccata cōmissa post baptismum. Et hoc videtur ex scriptura sufficienter haberi: vt ostendi.

Articul. tertius

Vtrum etiā post hanc vitam animæ de peccatis conterantur.



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod etiā post hanc vitam animæ de peccatis conterantur. Amor enim charitatis, displicentia de peccato causat: Sed post hanc vitam manet in aliquibus charitas, & quantum ad actū, & quantum ad habitū: quia charitas nunquam excidit: vt dicitur. 1. Corinth. 13. Ergo manet displicentia de peccato commisso, quæ essentialiter est contritio.

PRAET. Magis est dolendū de culpa, quā de pœna: sed animæ in purgatorio dolent de pœna sensibili & de dilatione gloria: ergo multo magis dolent de culpa ab eis commissa.

PRAE

PRAET. Pœna purgatorij est satisfactoria pro peccato. Sed satisfactio hæt efficaciam ex vi contritionis: ergo contritio manet post hanc vitam. **SED CONTRA.** Contritio est pars pœnitentiæ sacramenti. Sed sacramenta non manent post hanc vitam: ergo nec contritio.

PRAETEREA. Contritio potest esse tanta quod deleat culpam & pœnā. Si ergo anima in purgatorio conteri posset, posset vi contritionis eorū, reatus pœnæ eis dimitti, & omnino a pœna sensibili liberari, quod est falsum.

RESPONDEO dicendū, quod in contritione tria consideranda sunt. Primum est contritionis genus: quod est dolor. Secundū est contritionis forma, quæ est actus virtutis gratia informatus. Tertium est contritionis efficacia, quæ est actus meritorius & sacramentalis. & quodam modo satisfactorius. Anima igitur post hanc vitam quæ in patria sunt, contritionem habere nō possunt: quia carent dolore propter gaudij plenitudinem. Illæ vero quæ sunt in inferno carent contritione: quia & si dolerent habere, desiccat tamen eis gratia dolerē informatas. Sed illi qui in purgatorio sunt habent dolerē de peccatis gratia informatū, sed nō meritorium: quia non sunt in statu merendi. In hac autē vita omnia tria inveniiri possunt.

AD PRIMVM ergo dicendū quod charitas non causat istū dolerē: nisi in illis qui doleris, & apaces sunt. Sed plenitudo gaudij a beatissimis omnī capacitate doleris excludit. Et ideo quāvis charitatem habeant: tamen contritione carent.

AD SECVNDVM dicendū, quod animæ in purgatorio dolent de peccatis. Sed ille dolor nō est contritio: quia deest ei contritionis efficacia.

AD TERTIVM dicendū, quod pœna illa quæ animæ in purgatorio sustinent, non potest proprie dici satisfactio: quia satisfactio opus meritorium requirit. Sed largo modo dicitur satisfactio pœnæ debite solutio.

IN HOC tertio articulo sunt tres conclusiones. Prima est. Animæ quæ sunt in patria non possunt habere contritionem. Ratio est: quia non possunt habere dolorem.

SECVNDA est. Animæ quæ sunt in inferno: carent contritione. Ratio est: quia non habent gratiam informantem dolorem quem habent, quod requiritur ad contritionem.

TERTIA est. Animæ quæ sunt in purgatorio: non habent contritionem. Ratio est: quia ille dolor quem habent, non est meritorius, quod ad contritionem requiritur.

SECDUBITATUR, an sufficiat pœnitere in articulo mortis, ad consequendum peccatorū remissionem.

AD HOC dico, quod in quocūq; instanti ante mortem quis vere doleat propter Deum: omnia peccata remittuntur ei. Probat Ezech. 33. In quocūq; die cōuerius fuerit impius ab impietate sua: non nocet ei, &c. Periculosum tamen est expectare illud tempus ad pœnitēdum propter tentationes magnas, quas tunc habet: & propter dolerē & passionem corporalem, quæ etiam impediunt attentionem. Vnde Hugo de S. Victor. dicit, quod in articulo mortis multi decipiuntur: quia putant se male illud quod tunc non possunt velle. Bene enim credo ego nullū esse Christianū qui, quando vult mori, de peccatis suis non doleat: multi tamen damnantur: quia forte non dolent propter Deum. Nam, & si possunt: est tamen difficile.

SECVNDO. Probo conclusionem. S. Tho. quod post hanc vitam nullo modo sit contritio.

Quia (vt dicitur. 2. ad Corin. 5.) vnus quisq; habet bit pro vt gessit in corpore suo, siue bonū, siue malū: ergo in alia vita non est tempus contritionis. Et Ecclesi. 1. Vbi ceciderit lignum: ibi erit.

SECD contra hec est: quia dicitur quod Traianus fuit suscitatus, & aliqui alij ab Apostolis fuerunt suscitati, crediturq; quod illi erant in inferno: ergo post hanc vitam est locus pœnitentiæ.

AD HOC dico, quod nos loquimur de lege, & ita intelliguntur conclusiones. S. Tho. Nam absolute loquendo Deus bene posset eripere omnes ab inferno. Sed non est certum quod faciet, ideo tenendum est de fide quod non faciet. Sed de Traiano, credo quod non est authenticum: quicquid tamen sit dominus potuit facere. Et non oportet dicere, quod dominus suscitauit illum ad pœnitendum: quia bene potuit illi remittere peccata sua sine dolore.

SECD an peccatum veniale remitti possit post mortem. Ad hoc dico prius, quod aliqui tenuerunt nō posse hominem decedere cū peccato veniale: quia quādo venit ad mortis articulū, vel dolet, vel nō: Si pœnitentia: ergo iā remittitur sibi peccata. Si secundum: peccat mortaliter. Ratio est: quia vult retardari a gloria: peccata enim venialia retardant a gloria.

SECD contra Ille poterat non cogitare de peccatis venialibus: ergo non vult retardari.

SECVNDO. Cum aliquis subito occiditur qui non potest cogitare de peccatis, non vult retardari a gloria: ergo non peccat.

TERTIO. Illa consequentia non valet, vult retardari a gloria, ergo peccat mortaliter. Imo Paulus volebat retardari a gloria in hac vita: optabat (inquit)

Dubium primum.

Probatio nis principis.

An veniale remittatur post mortem.

Quæritur inquit) ego ipse anathema esse à Deo pro fratribus meis ad Ro. 9.

Q V A R T O. Potest quis licite velle vivere, etiā si sciat, quod si nunc moriatur ibit ad gloriam. Et hoc est retardari à gloria. Ergo illud est falsum, nēpe, quod mortaliter peccet, qui in articulo mortis non dolet de venialibus, eo quia vult retardari à gloria. Ideo dico, quod potest peccatum veniale remitti in alia vita.

S E D quomodo remittitur? Ad hoc dico, quod Scot. in. 4. d. 21. q. unica ponit duos modos. Prior est sequendo illū modum, quem ipse habet. scilicet quod nihil aliud est remissio culpæ, quam solutio pœnæ. Ideo dicit quod illa culpa venialis remissa est: quia soluit illam pœnam. Et ita remittitur veniale, quia punitur in purgatorio pro illo.

S E D contra. Ex hoc modo sequeretur, vel quod remittitur culpa partialiter, sicut pœna: vel quod remittitur culpa, non remissa pœna: quod est absurdū cōtra dictum. Probatur assumptum. Quia quando ille soluit partem pœnæ, & non dum soluit totam pœnam, vel remittitur pars culpæ, vel tota culpa, vel nihil eius. Si nihil: ergo remissio culpæ, non est solutio pœnæ: quia pars pœnæ est remissa, & nihil de culpa.

E T sequitur ultra, quod remittitur pœna: & tamen manet culpa, pro qua debebatur pœna, quod est absurdum: quia si remanet culpa, manet reatus ad pœnam totus. Si remittitur pars culpæ, sicut pars pœnæ. Ergo culpa remittitur partialiter. Si remittitur tota culpa, cum nondū sit remissa tota pœna: ergo remissio culpæ non est solutio pœnæ, aut satisfactio pœnæ. Oportet enim quod incidat in vnum horum: aut quod remittitur pars culpæ, alia remanente, aut quod remittitur pœna, & satisficit pro culpa non dimissa.

S E C V N D O. Si quis doleat de iis peccatis venialibus propter Deū, illi remittitur tota culpa: nō tamen pœna: ergo differunt. Antecedens probatur quia etiam si essent peccata mortalia, sufficeret illud ad remittendum illa: ergo etiam de venialibus. Nam aliis aliquid sufficeret ad remittendū mortalia, quod non sufficeret ad remittendum venialia.

I D E O dicit Scot. quod secūdus modus est, quod ad remissionem venialis non requiritur contritio ita formalis: Sicut ad remissionem mortalis: sed sufficit alius actus magis acceptus Deo, quam peccatum veniale displicuit. Nec oportet quod coneratur formaliter de peccatis venialibus: quia nullus est qui moriatur in gratia, qui non fecerit multa bona opera, quæ erant sufficientia ad remittendum veniale: tamen impediabantur a suo effectu propter affectionem ad veniale.

T E R T I O. Dicit, quod in instanti mortis omnia venialia peccata remittuntur: quia iam non est affectus ad peccata venialia: & bona opera sufficientia ad remittendum illa, ablatæ affectione. Et ita omnia remittuntur.

Q V A R T O. Dicit, quod si neutrum istorum placet: quæras ab alijs: quia ipse non vult admitte

re bonum motum post hanc vitam ad remissionem venialium.

S. T H O. in. 4. d. 21. q. 1. ar. 3. & hic in hoc. 3. ar. ponit conclusionem. Peccata venialia remittuntur in purgatorio eo modo, sicut remittuntur in via: quia ratio quare peccata mortalia non remittuntur in inferno, est quia est lex, quam Deus fecit. Si ergo Deus dedit legem, & conceit quod in purgatorio remittantur venialia: remittentur sicut in via per dilectionem Dei, & per displicentiā de peccatis.

S E D contra: quia sequeretur, quod post hanc vitam esset actus meritorius. Ad hoc distingo, & dico, quod nego post hanc vitam esse actū meritorium gloriæ, sed remissionis culpæ concedo. Fateor enim quod post hanc vitam est actus meritorius remissionis culpæ: sicut et satisfactori pœnæ culpæ debite. Sed cōtra: ergo aliquis poterit esse in purgatorio ante remissionem culpæ venialis per duos dies. Probat: quia vel dolere libere, vel non. Si nō dolet libere: non est meritorius actus remissionis culpæ. Si autem dolet libere: potest non dolere de peccato per duos dies. Quod si cōsequens illatū cōcedas, sequitur quod aliquis in purgatorio potest esse per aliquot dies, & quod nō satisfaciat pro aliqua culpa. scilicet pro culpa non remissa. Ergo, &c.

A D hoc nego se equalam. & ad probationem nego quod possit non diligere Deū, aut non displicere: quia est lex de illis, qui sunt in purgatorio, sicut de confirmatis, quod sicut confirmatus nō potest peccare mortaliter, Deo peculiariter pro vidente: ita Deus providet ne aliquis sit, nec per instans in purgatorio, quin displiceant sibi peccata, & diligat Deum, Deo ipso mouente infallibiliter, & non necessitante.

S E C V N D O. Quia sunt illæ animæ in purgatorio certæ de sua salute, & in pœnis magnis non possunt non desiderare exitum ab illis pœnis. Unde dico, quod remittentur peccata illis, qui sunt in purgatorio per dilectionem Dei sine qua delectari nō possunt esse libere tamē eliciunt illi dilectionem.

V N D E sequitur, quod nulla culpa venialis est in purgatorio. Sed in primo non esse hominis delectus in gratia homo diligit Deum, & displicent illi peccata, & per illam displicentiā & dilectionem Dei remittuntur ei peccata venialia. Vel dicendum ut dicit. S. Tho. in. 4. in illa. d. 21. vbi supra, quod peccatū veniale remittitur in purgatorio per ipsum ignem purgatorij: quatenus voluntarie anima ibi existens patitur illum ignem in satisfactionem peccatorum suorum. Et postquā est in gratia, illud est quedam virtualis displicentia peccatorum, quæ sufficit ad remittendum venialia quæ ibi sunt.

Quæst. quarta

De effectu contritionis.

DEINDE

D E I N D E considerandum est de effectu contritionis. Circa quod tria quærentur.

PRIMO. Vtrum peccati remissio sit contritionis effectus.

S E C V N D O. Vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.

T E R T I O. Vtrum parva contritio sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum.

Articul. primus

Vtrum remissio peccati sit contritionis effectus.

Tho. vbi supra. ar. 5. q. 1. & sequentibus.

A D P R I M V M sic proceditur. Videtur quod peccati remissio non sit contritionis effectus. Solus enim Deus peccata remittit: sed contritionis nos sumus aliqua

liter causa: quia actus noster est. Ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

P R A E T E R E A. Contritio est actus virtutis sed virtus sequitur peccati remissionem: quia virtus & culpa non sunt simul in anima: ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

P R A E T E R E A. Nihil impedit à perceptione Eucharistiæ, nisi culpa: sed contritus ante confessionem non debet accedere ad Eucharistiā: ergo non dum est consequutus remissionem culpæ.

S E D C O N T R A est quod dicitur in glosa super illud psal. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, &c. Contritio cordis, est sacrificium, in quo peccata solvuntur: ergo, &c.

P R A E T E R E A. Virtus & vitium eisdem causis corrumpuntur & generantur. Vt dicitur in. 2. Ethic. sed per inordinatum amorē cordis peccatū committitur: ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato tantū peccatū solvitur. Et sic

peccatum contritio delet.

R E S P O N D E O dicendū, quod contritio potest dupliciter considerari, vel in quantum est pars sacramenti, vel in quantum est actus virtutis. Et utroque modo est causa remissionis peccati. sed diuersimode: quia in quantum est pars sacramenti primo operatur ad remissionem peccati instrumentally: sicut & de alijs sacramentis supra. q. 3. patuit. In quantum autē est actus virtutis: sic est quasi causa materialis remissionis peccati. Eo quod dispositio est quasi necessitas ad iustificationem: dispositio autē reducitur ad causam materiale. si accipiatur dispositio, quæ disponit materiam ad recipiendū: secus autē est de dispositione agentis ad agendum: quia illa reducitur ad genus causæ efficientis.

A D P R I M V M ergo dicendū, quod solus Deus est causa efficiens principalis remissionis peccati. Sed causa dispositiva potest etiam esse ex nobis. Et similiter etiam causa sacramentalis: quia forma sacramentorum verba sunt à nobis prolata: quæ habent virtutē instrumentalem gratiam inducendi, quæ peccata remittuntur.

A D S E C V N D V M dicendū, quod peccati remissio vno modo precedit virtutē, & gratiæ infusionem: et alio modo sequitur. Et secundū hoc quod sequitur actus à virtute elicitus, potest esse causa aliqua remissionis peccati.

A D T E R T I V M dicendū, quod dispensatio Eucharistiæ pertinet ad ministros Ecclesiæ. Et ideo ante remissionem peccati per ministros ecclesiæ non debet aliquis ad Eucharistiā accedere: quantum sit sibi culpa quoad Deū remissa.

I N H O C articulo non est difficultas de conclusionem. S. Tho. nempe, quod contritio remittat peccata: licet possit quis opponere: quia si peccata remittuntur per contritionem. Ergo non est necessaria confessio.

A D hoc nego consequentiam: quia est distinctum præceptum de confessione: ut infra videbimus. quæ sequente.

S E D contra. Ergo in confessione non absoluitur peccator. Nego consequentiam: quia est factū ab solutorij: ut infra etiam dicemus. Et quia facer des absolvens. quantum est de se, semper dat vnam formam, nempe, gratiam, vel eius augmentū, quæ remittuntur peccata, vel remittentur si adessent.

ARTI

Artic. secundus

Utrum contritio possit totaliter tollere reatum poenæ.



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod contritio non possit totaliter tollere reatum poenæ: quia satisfactio & confessio ordinantur ad liberationem à reatu poenæ. Sed nullus ita perfecte contrititur, quin oporteat eum confiteri & satisfacere. Ergo contritio nullo modo est tanta quod totaliter deleat reatum totum.

PRÆTEREA. In poenitentia debet esse quædam recompensatio poenæ ad culpam. Sed aliqua culpa per membra corporis exercetur. Ergo cū oporteat ad debitam poenæ recompensationem: ut per quæ peccat quis, per hæc & torqueatur: videtur quod nunquā possit poena talis peccati per contritionem absolui.

PRÆTEREA. Dolore contritionis est finitus: sed pro aliquo, scilicet mortali debetur poena infinita: ergo nullo modo potest esse tanta contritio quod totā poenam deleat.

SED CONTRA est, quod Deus plus affectum cordis acceptat, quam etiā exteriorē actū: sed per exteriores actus absoluitur homo à poena & culpa: ergo & similiter per cordis affectum, qui est contritio.

PRÆTEREA. Exemplū huiusmodi, de latrone habetur: cui dictū est: Hodie mecum eris in paradiso, propter unum poenitentia actū. Vtrū autem totus reatus per contritionē semper tollatur supra. d. 14. quæsitū est: ubi hoc ipsū de poenitentia querebatur.

RESPONDEO dicendum, quod intensio contritionis potest attendi dupliciter. Vno modo ex parte charitatis, quæ displicentiam causat. Et sic contingit tantum intendi charitatem in actu quod contritio inde sequens merebitur, nō

solum culpa amotionē, sed etiam absolutionem ab omni poena. Alio modo ex parte doloris sensibilis, quem voluntas ex contritione excitat. Et quia etiam poena quadam est: tantū potest intendi, quod sufficiet ad deletionē culpa & poenæ.

AD PRIMVM Ergo dicendum, quod aliquis nō potest esse certus, quod contritio sua sit sufficiens ad deletionē poenæ & culpa. Et ideo tenetur confiteri, & satisfacere maxime cum contritio vera non fuerit, nisi propositum confitendi habuisset annexū: quod debet ad effectū reduci, etiā propter præceptum, quod est de confessione datū.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut gaudium interius, redundat etiam ad exteriores corporis partes: ita etiam dolor interior ad exteriora membra deriuatur. Vnde dicitur Prover. 18. spiritus tristis exsiccatur ossa.

AD TERTIVM dicendum, quod dolor contritionis, quantum sit finitus quantum ad intensiōem: sicut etiam poena peccato mortali debita finita est: habet tamē infinitā virtutem ex charitate, qua informatur. Et secundū hoc possunt valere ad deletionem culpa & poenæ.

HVIIVS articuli quæstio supponit, quod post remissionem culpam per contritionem manet in poenitente reatus ad poenam. Quod quia aliqui negauerunt, erat probandum. Quia hoc tamen tractauimus in. 1. 4. cum S. Tho. q. 27. ar. 4. ideo vide illic. Et nunc supponimus, quod remissa culpa, manet reatus ad poenam, & est de fide: tum quia lēper sic habuit Ecclesia: tum quia, opposito dato, esset tollere purgatorium.

SECUNDO. Est notandum, quod quæstio hæc, an contritio remittat reatum poenæ totalis, potest intelligi dupliciter. Vno modo de possibili: alio modo de facto. Et in utroque sensu responderet S. Tho. Et prius de possibili: affirmatiue responderet, quia potest contritio esse tam intensa, quod remittat totam poenam debitam pro peccatis.

SED de facto, an semper ita sit, quod contritio, quæ remittit culpam, semper remittat totam poenam, dicitur in argumento in contra, quod nō: quod etiam est de fide: quia si semper remitteretur tota poena tolleretur purgatorium. De quibus conclusionibus fideles nunquam dubitauerunt.

SED dubitatur quomodo intelligatur, quod, remissa culpa maneat reatus poenæ: quia quando peccator erat in culpa, erat in reatu poenæ æternæ, & postea, culpa remissa, manet solum in reatu poenæ temporæ.

æternæ temporæ. An remittat tota illa poena æternæ, & succedat illa temporæ, vel an commutetur illa poena æternæ in aliam temporalem: vel an remittat per contritionem pars poenæ æternæ, & alia pars maneat.

AD HOC respondet multum dicentes, quod nunquā manet poena aliqua nec æternæ, nec temporæ, remissa culpa per contritionem. Sed hæc sententia nō potest generari quæ heretica est: ut in. 1. 4. q. 27. art. 4. late probauimus.

Hugo.

ALI dicuntur Hugo de S. Victo. & Richardus, quod per contritionem remittitur culpa: sed manet reatus poenæ, etiam æternæ: quo usque sacerdos accedat absolutio. Isti probant hanc sententiam: quia Deus in aliquibus locis in sacra scriptura promittit remissionem peccatorum, quam primum peccator contritionem habuerit: ut Esai. 56. Ad quem respiciam: nisi ad contritum corde. Et in Psal. 50. cor contritum & humiliatum Deus nō despicies: Et in Psal. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiā meā dño: & tu remisisti impietatem peccati mei. Et in alio loco dicit, quod non remittentur peccata quo usque remittant sacerdotes: ut Ioānis. 20. Quorum remisistis peccata remittuntur eis. Ergo præcedit remissio sacerdotis in terris, remissionem quæ fit in cælis. Hæc autem (dicunt) non possunt coherere, nisi dicamus, quod per contritionem remittuntur peccata quo ad culpas sacerdos autem eadem remittunt, quo ad æternam poenam. Ergo remissa culpa per contritionem, remanet reatus æternæ poenæ.

SED neque hic modus potest teneri: quia sequeretur, quod aliquis esset filius regni, & perditionis. Regni, per charitatem quæ habet: perditionis per reatum poenæ æternæ, quem etiam habet secundū illum modum.

Opinio Durandi.

SECUNDO. Si ille moreretur sic contritus sine confessione, quia non habebat copiam confessionis saluaret. Ergo nō erat in reatu poenæ æternæ. **IDEO** alii de quorum numero est Durand. in. 4. d. 16. q. 3. ponunt tres propositiones. Prima est. Duplex est poena debita pro peccatis. Altera debetur peccato dimisso: altera non dimisso.

SECUNDA conclusio est. Poena debita peccato mortali nō dimisso, est æternæ, & altera species a poena, quæ debetur peccato dimisso quoad culpam, quæ est temporalis.

TERTIA conclusio est. Per contritionem cordis tota illa poena æternæ debita peccato nō dimisso quo ad culpam, remittitur: sed succedit debetum soluendi aliam temporalem. Vnde communiter dicitur, quod per poenitentiam interiorem commutatur poena æternæ in temporalem.

SED arguitur contra secundā conclusionē. Diuturnitas temporis nō mutat speciem: homo enim & albedo eiusdem sunt speciei, siue longo, siue breui tempore durent. Ergo poena debita peccato nō dimisso quo ad culpam, propter eam, sit æternæ, nō differt specie à poena debita peccato nō dimisso, quæ est temporalis.

SECUNDO. Poena æternæ consistit in poena damni, & poena sensus. At poena damni, cum sit carentia Diuinæ visionis, non mutat speciem propter ea quod multum, aut parum duret: & tristitia quæ

est poena sensus: itidem non mutat speciem propterea quod multum aut parum duret. Ergo non differt specie. Et de poena damni, & de poena sensus exterioris verum est hoc. Sed de poena interiori, scilicet tristitia, nō videtur verum: quia alius specie est actus voluntatis, quādo displicet poena & carentia æternæ, ab actu quo displicet poena & carentia nō æternæ, ex quibus actibus procedit poenitentia interior. **IDEO** melius videtur dicere Caietanus. q. 4. de contri. in quolibet. & in additionibus ad. 3. p. quod in poena debita peccato non dimisso quo ad culpam sunt tria, nempe, poena damni, & poena sensus, & æternitas. Et quod contritio tollit poenam damni, & æternitatem poenæ sensus: & manet eadem poena sensus, sed non æternæ. Vnde dicit, manet pars poenæ debita peccato non remissa, post quam remittitur culpa, & non commutatur poena æternæ in temporalem. Et probat sic. Idem solū facit Deus per poenitentiam interiorem, quod facit sacerdos administrans sacramentum poenitentia. Sed in sacramento non significatur quod fiat aliqua commutatio, sed solum absolutio. Ergo etiam per contritionem non fit commutatio: sed solū absolutio.

HÆC etiā videtur sententia S. Tho. infra. q. 6. sequenti ar. 1. ubi dicit quod in confessione remittitur pars poenæ æternæ, & aliqua pars manet. Forte disputatio est de nomine. Sed melius loquitur S. Thom. & Caietanus.

Articul. tertius

Utrum parua contritio sit sufficiens ad deletionem magnorū peccatorum.



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod contritio parua nō sufficiat ad deletionem magnorū peccatorum. Quia contritio est medicina peccati. Sed corporalis medicina, quæ sanat corporalem morbum minorem, nō sufficit ad sanandū maiorem. Ergo minima contritio non sufficit ad delendum maxima peccata.

PRÆTEREA supra dictū est, quod oportet de maioribus peccatis magis cōteri. Sed contritio nō delet peccatū, nisi sit secundū quod oportet. Ergo minima contritio nō delet omnia peccata.

SED CONTRA. Quilibet gratia gratuita facies delet omnē culpā mortalem: quia simul stare cum ea nō potest. Sed quilibet contritio est gratia gratuita faciente informatā. Ergo quā

d. tuncum-

tuncumque sit parua delet omnem culpam.
R E S P O N D E O dicendū, quod cōtritiō (ve
 saepe dictū est) habet duplicē dolorē. Vnum ratio
 nis, qui est displicentia peccati cōmissi. Et hic po
 teste esse parua ad eo quod nō sufficiet ad ratiōem
 cōtritiōis. Vt si minus displiceret ei peccatū, quā
 debeat displicere separatio à fine. Sicut etiā a
 mor potest esse ita remissus, quod non sufficiat
 ad ratiōem charitatis. Aliū dolorē habet in sen
 su. & paruitas huiusmodi nō impedit ratiōem cō
 tritiōis: quia non se habet essentialiter ad cōtri
 tiōem: sed quasi ex accidēti ei adiūgitur, & ite
 rū nō est in potestate nostra. Sic ergo dicendū,
 quod quātūcumque parua sit dolor, dū modo ad
 cōtritiōis ratiōem sufficiat, omnem culpā delet.
A D P R I M V M ergo dicendū, quod medi
 cine spirituales habent efficaciam in finitā ex in
 finita virtute, quae in eis operatur. Et ideo illa
 medicina quae sufficit ad curationē peccati par
 ui, sufficit etiā ad curationē magni: sicut patet
 de baptismo, quo & magna & parua peccata sol
 uuntur. Et similiter est de contritione: dum modo
 ad contritiōis ratiōem pertingat.
A D S E C V N D V M dicendum, quod hoc
 sequitur ex necessitate, quod vnus homo plus
 doleat de maiori peccato, quam de minori, secun
 dum quod magis repugnat amori qui dolorem
 causat. Sed si vnus alius haberet tantū de dolo
 re pro maiori quantum ipse habet de maiori, suf
 ficeret ad remissionem culpae.

Conclusio.
S. Thom.

Dubium
primum.

I N H O C articulo est conclusio. S. Tho. q. si est
 vera cōtritiō, quātūcumque sit parua, etiā si sit
 minima q̄ possit dari, remittit omnia peccata quo
 ad culpā. Et haec est cōmuniō sententia Theologo
 rū. Quid autē requiratur ad contritiōem, diximus
 supra. q. 2. requiritur enim & sufficit dolor efficax
 de peccatis propter Deum.
S E D an sit de fide? Dico, q. nō: quia (vt supra. q.
 2. tractauimus) perit aliqui doctores qui dicebāt, q.
 requiratur ad hoc q. cōtritiō peccata remitteret
 q. esset ex toto conatu, & q. duraret aliquo certo tē
 pore, & q. esset certae intētionis. Et hae opinionēs nō
 sunt hereticāe. Ergo nō est de fide cōclusio. S. Tho.
 Sed est vera & multū conformis scripturāe sacrae:
 vt Eze. 33. In quacūq. hora peccator ingemuerit
 peccatū suū: amplius nō recordabor. Sed ita ille pec
 cator vere gemit, licet remissē efficaciter tamē. Et

go, &c. Pro hoc est illud. Esai. 56. Ad quem aspici
 am, nisi ad contritum corde. Sed iam ille, & si re
 misse: vere tamen contritus est Ergo, &c.

S E D dubitatur, an quilibet cōtritiō, quātūcumque
 parua, remittat pœnā vel aliquam partē pœnā tē
 poralis quae debetur peccato remissio quo ad culpā.
A D H O C Durā. vbi supra in. 4. d. 16. q. 3. dicit,
 q. non, & q. solū per contritiōem super abundantē
 remittitur pœna, vel pars pœnā tēporalis. Et scū
 dum eū superabundās cōtritiō est illa quae est ma
 ior quā quae ad delendū culpam sufficiat: quia mi
 nor illa poterat delere culpā. Ratio huius intētiōis
 est: quia cōtritiō sufficiens, & nō superabundās, so
 lū ordinatur ad deletionē culpae per reordinatiōem
 actus dum bene displicet, quod male placuerat, &
 ad remissionē ostētiōis per grānā cōcomitantē ipsā
 contritiōem. Et talis sufficiens contritiō non habet
 pœnā adiunctā. Contritiō autē superabundās pœ
 nā habet adiunctā, quae redundat in viribus intēti
 uis ex imperio voluntatis dū pœnitēs in se ipso do
 lorē excitat, vel ex necessitate naturae per quā vires
 sensitiuā sequitur motum viriū superiorum. Et ra
 tiōne talis pœnā dimitatur aliquid de pœna tē
 porali in quā, secūdū Durā. fuerat eterna cōmutata.
S E D contra. Non est dabilis pœnitentia sufficiens
 ad remissionem culpae quae non sit suo modo supe
 rabundās. siue dicatur contritiō superabundās ra
 tiōne intētionis, siue ratiōne cōtinuatiōis, siue ra
 tiōne pœnā ipsi connexae: quia quacūque data con
 tritiōe, in quocūque gradu intētionis habeatur, mi
 nor illa est sufficiens ad remissionē culpae: quia (vt
 supra diximus) cōtritiō in quocūque gradu, quātū
 libet remissio, sufficit ad gratiam. Et eadem ratiōne
 quocūque tēpore contritiō cōtinuetur in minori tē
 pore cōtinuata, immo & instantanea, sufficeret ad
 gratiā. Similiter quātūcumque sit & quātūlibet
 breui tempore gesta vera cordis cōtritiō, habet se
 cū pœnalitatem annexā, si non sensus, salte mentis:
 cū ipso displicētia de cōmissis de se sit sufficiens cau
 sa tristitiāe seclutō impedimēto. Ergo nō datur cō
 tritiō quae nō sit superabundās, hoc est, quae maior
 nō sit, quā quae ad delendū culpā sufficiat: nisi for
 te detur minima cōtritiō, quae minor dari non po
 test, quod non est certum.

Dubium
secundum

S E C V N D O. Tāta potest esse cōtritiō: vt tota
 pœna temporalis remittatur. Et si à summo gradu
 deficiat contritiō: tēporalis pœna erit aliquanta. Et
 quanto magis à summo gradu deficiat, eo maior
 pœna temporalis relinquitur solucnda post culpae
 remissionem. Sicut contra, quo magis creuit cōtri
 tiō, eo magis decreuit pœna temporalis, siue quo
 ad intētionem, siue quo ad durationem. Ergo fals
 a est opinio Duran.
I D E O dico cum. S. Thom. & Caietano. q. 4. de
 contritiōne in quolib. & cum Metinen. q. 7. de cō
 tritiōne, codice de pœnitent. & cum cōmuni senten
 tia Theologorum, sint quae tres conclusiones.
P R I M A conclusio est. Quanto cōtritiō est ma
 ior tanto magis tollitur de pœna sensus peccatis
 debita.

Prima cō
clusio dō
ris.

SE

S E C V N D A est, tanta potest esse contritiō, q.
 tolleret omnem pœnā sensus.

T E R T I A est. Quātūlacūque contritiō, quātū
 cumque remissa, tollit aliquid de pœna sensus
 debita peccato remissio quo ad culpam. Ista probā
 tur ratiōibus quibus aliam oppositam opiniōem
 impugnauimus. Et haec tertia conclusio probatur
 amplius: quia per meritum pœnitentiae Christi nobis
 remittitur aliquid pœnā, vel tota: secundum quod
 magis vel minus nobis applicatur: vt in baptismo
 & sacramento pœnitentiae. Nam meritum pœnitentiae
 Christi est satisfactorium pro nobis: sed etiam
 applicatur nobis in quacūque contritiōne in ordi
 ne ad sacramentum pœnitentiae: quia contritiō est
 pars eius, & habet illud in voto. Ergo, &c.

E X quibus omnibus sequitur, quod contritiō ra
 tiōne charitatis qua formatur remittit pœnā dā
 ni, & aternitatem pœnā. Secundo ratiōne annexae
 pœnalitatis tollit aliquid pœnā sensus. Tertio ratiō
 ne etiam sacramenti pœnitentiae in voto tollit
 etiam aliquid pœnā sensus. Et hoc dicit. S. Thom.
 4. contr. genil. capitul. 72.

Quaest. quinta

De confessione & de eius ne
cessitate.

D E I N D E considerandum est
 de confessione, de qua sex sunt cō
 sideranda. Primo de confessionis
 necessitate. Secundo de eius quā
 titate. Tertio de ipsius ministro. Quarto de
 qualitate eius. Quinto de eius effectu. Sexto de
 eius sigilo.

C I R C A primum queruntur sex.
P R I M O. Vtrum confessio sit necessaria ad
 salutem.

S E C V N D O, Vtrum confessio sit de iure naturali.
T E R T I O, Vtrum omnes ad confessionem
 teneantur.

Q V A R T O, Vtrum aliquis possit confiteri
 peccatum, quod non habet.

Q V I N T O, Vtrum statim homines pecca
 tum confiteri teneantur.

S E X T O, Vtrum possit cum aliquo dispensa
 ri, ne homini confiteatur.

Articul. primus

Vtrum cōfessio sit necessaria ad sa
 lutem. Tho. in. 4. d. 17. q. 3. art.
 1. q. 1. & sequentibus.



A D P R I M V M sic procedi
 tur. Vt detur quod confessio non
 sit necessaria ad salutem sacra
 mentū enim pœnitentiae, propter
 remissionem culpae ordinatū est. Sed culpa per
 gratia infusionē sufficienter remittitur. Ergo
 ad pœnitentiam de peccato agendam, non est
 necessaria confessio.

P R A E T E R E A peccatū, quod ex alio cōtra
 ctū est, ex alio debet habere medicinā. Ergo pec
 catū actuale, quod ex proprio motu quilibet com
 misit debet ex seipso tātū habere medicinā. Sed
 cōtra tale peccatū ordinatur pœnitentia. Ergo
 cōfessio non est de necessitate pœnitentiae.

P R A E T E R E A. Aliquibus est peccatū re
 missū sine hoc quod confessio legatur: sicut patet
 de Petro & Magdalena, & de Paulo. Sed non
 est minoris efficaciae gratia remittens peccatū
 nūc quam tunc fuerit. Ergo nec nūc de neces
 sitate salutis est, quod homo confiteatur.

P R A E T E R E A. Cōfessio ad hoc exigitur
 in iudicio: vt secundum quātūratem culpae pœna
 infligatur. Sed homo potest pœnam sibi ipsi infli
 gere maiorem, quam etiam ab alio sibi infliga
 tur. Ergo videtur, quod confessio non sit de ne
 cessitate salutis.

S E D C O N T R A est, quod dicit Boetius in
 lib. de consolatione. Si opem medicantis expe
 ctas, oportet, quod morbu detegas. Sed de neces
 sitate salutis est, quod homo de peccatis medici
 nam accipiat. Ergo & de necessitate salutis est
 quod morbum per confessionem detegat.

P R A E T E R E A. In iudicio seculari nō est
 idem iudex vel actor, & reus. Sed iudicium spi
 rituale est ordinariū. Ergo peccator qui est reus
 non debet esse sui ipsius iudex: sed ab alio iudi
 cari. Et ita oportet quod ei confiteatur.

R E S P O N D E O dicendum, quod passio
 d y Chri

Christi sine cuius virtute nec originale, nec a
 Etuale peccatum dimittitur, in nobis operatur
 per sacramentorum susceptionem, quae ex ipsa
 efficaciam habet. Et ideo ad culpae remissionem
 & actualis, & originalis, requiritur sacramen-
 tum ecclesiae, vel actu susceptum, vel saltem
 voto, quando articulus necessitatis non contem-
 ptus sacramentum excludit. Et per consequens
 illa sacramenta quae ordinantur contra culpam
 cuius qua salus, esse non potest, sunt de necessitate
 salutis. Et ideo sicut baptismus quo deletur ori-
 ginale, est de necessitate salutis: ita & poeniten-
 tia sacramentum. Sicut autem aliquis per hoc
 quod baptismum petit, se ministris ecclesiae sub-
 iicit, ad quos pertinet dispensatio sacramenti:
 ita etiam per hoc quod confitetur peccatum
 suum, se ministro ecclesiae subijcit: ut per sacra-
 mentum poenitentiae adeo dispensatum, remis-
 sionem consequatur qui congruum remedium
 adhibere non potest, nisi peccatum cognoscat,
 quod fit per confessionem peccantis. Et ideo con-
 fessio est de necessitate salutis, eius qui in pec-
 cato actuale mortale cecidit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod
 gratia infusio sufficit ad culpae remissionem:
 sed post culpam remissam ad huc est peccator
 debitor poenae temporalis. Sed ad gratia infu-
 sionem consequendam, ordinata sunt gratiae
 sacramenta, ante quorum susceptionem vel
 actu vel proposito aliquis gratiam non conse-
 quitur: sicut in baptismo patet. Et similiter est
 de confessione. Et ulterius per confessionis eru-
 bescentiam, & vim clauium, quibus se confi-
 tens subijcit, & satisfactionem iniunctam,
 quam sacerdos moderatur secundum qualita-
 tem criminum sibi per confessionem innocen-
 tium, poena temporalis expiatur. Sed tamen
 ex hoc quod operatur confessio ad poenae remis-
 sionem, non habet quod sit de necessitate salu-
 tis: quia poena ista est temporalis, ad quam post
 culpae remissionem aliquis remanet ligatus.
 Vnde sine hoc quod in presenti vita expiare
 cur, esset via salutis, sed habet, quod sit de na-

cessitate salutis, ex hoc quod ad remissionem
 culpae modo praedicto operatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod
 peccatum, quod ex altero contractum est scilicet
 originale, potest omnino ab extrinseco re-
 medium habere: ut in paruulis patet: sed pecca-
 tum actuale, quod ex se ipso quisque commissit
 non potest expiari, nisi aliquid cooperetur ille
 qui peccauit sed tamen non sufficit ad pecca-
 tum expiandum ex se ipso, sicut sufficienter
 peccatum commissit, eo quod peccatum ex parte
 conuersionis est finitum, ex qua parte peccator
 in ipsum inducitur: sed ex parte auersionis ha-
 bet infinitatem, ex qua parte oportet, quod pec-
 cati remissio incipiat: quia quod est vltimum
 in generatione est primum in resolutione, ut dici-
 tur in 3. Ethicor. Et ideo oportet, quod etiam
 peccatum actuale ex alio medicinam ha-
 beat.

AD TERTIVM dicendum, quod & si
 non legatur eorum confessio, potuit tamen fieri.
 Multa enim facta sunt, quae non sunt scripta.
 Et praeterea Christus habet potestatem excel-
 lentiae in sacramentis. Vnde sine his quae ad sa-
 cramentum pertinent, potuit rem sacramen-
 ti conferre.

AD QVARTVM dicendum, quod satis-
 factio non sufficeret, ad expiandam poenam pec-
 cati ex quantitate poenae, quae in satisfactione
 imponitur: sed sufficit in quantum est pars sa-
 cramenti, virtutem sacramentalem habens. Et
 ideo oportet, quod per dispensatores sacramento
 rui imponatur. Et ideo necessaria est confessio.

In hoc primo articulo est conclusio diuini Thomae,
 confessionem esse necessariam ad salutem ani-
 ma, si est peccatum mortale commissum post ba-
 ptismum. Probat quia peccatum mortale sicut &
 originale, non dimittitur, nisi virtute passionis
 Christi, quae non applicatur nisi in sacramento ali-
 quo. Et ad remittendum peccatum mortale post
 baptismum commissum, non est aliud sacramentum
 in quo applicetur virtus passionis Christi, nisi sa-
 cramentum confessionis.

SEQVITVR iam nunc tractatus de secunda &
 principali parte sacramenti poenitentiae postquam
 tractauimus de priori, & est materia utilis & gra-
 uis

Conclusio
 S. Thom.

uis. De qua agunt Theologi in 4. d. 17. & S. Th.
 illic, & hic in hac quaestione, quae ex illo loco de-
 sumpta est, ut citauimus.

Hae igitur quaestio potest habere duplicem sensum.
 Alter est, an confessio sit in praecipio simpliciter:
 quia omnia praecipia sunt necessaria ad salutem.
 Alter est, an ad habendam gratiam sit necessaria
 confessio, id est, an sit remedium necessarium ad
 hoc quod peccata remittantur. Et in utroque sensu
 tractatur quaestio. Sed doctor videtur tractare
 potius in secundo sensu: quia non quaerit sub illis
 verbis, an sit praecipium de confessione, quod ior-
 let facere, quando illud intendit: ut de charitate qua-
 rit, an charitas sit in praecipio, & an ordo charita-
 tis sit in praecipio, & ita de alijs virtutibus, & non
 quaerit, an charitas sit de necessitate salutis. Nec si-
 ne causa S. Th. proponit illo modo quaestionem:
 quia est lata differentia, quam non omnes intelli-
 gunt.

QVANTVM ergo ad primum sensum, an
 confessio sit in praecipio, est conclusio certa, quod
 ita. Et probatur extra de poenitent. & remis. cap.
 Omnis, vtriusque sexus.

SED maior difficultas est, an sit de iure diuino,
 Et est quaestio multum agitata inter Christianos
 hodie, de qua in articulo sequenti lauius. Pro nunc ta-
 men dico, quod praecipium de confessione est de
 iure diuino, quod ostendemus articulo sequenti.

SVNT tamen hic tractanda aliqua praesidia.
 Et prius dubitatur, an ecclesia possit obligare ho-
 mines ad confessionem, si non esset de iure diuino:
 quia si ecclesia potuit parum referre, quod sit de pra-
 cepto diuino: quia ipsa ecclesia iam nos obligauit:
 ut patet in illo cap. Omnes vtriusque sexus. Et
 praecipium iuris diuini est, quod obediamus pra-
 ceptis nostris ad Hebr. 13. Si autem non potuit ob-
 ligare, magna tyrannidis videtur esse in ecclesia
 obligare homines ad confessionem.

Dubium
 primum

Prima co-
 clusio.

DICO ad quaestionem, & sit prima conclusio.
 Non potest ecclesia aut potestas aliqua hu-
 mana introducere, & praecipere confessionem
 auricularem, qua vtitur Christianismus. Probat-
 tur prius. Confessio huiusmodi non solum est
 facienda de peccatis externis: sed etiam de inter-
 nis, quae nec verbo, nec signo aliquo foras pro-
 dierunt, esto ille peccator non haberet alia pec-
 cata, nisi interna: Haec est de fide. Sed nulla hu-
 mana potestas talem confessionem praecipere po-
 test: Minor probatur: quia nulla potestas potest
 praecipere illud, cuius transgressionem punire ne-
 quit capitulo 2. de constitutionibus libro 6. Sed nul-
 la humana potestas potest punire hominem pro-
 pter peccata interna, quae omnino sunt occulta. Pro-
 bat haec 1. Corinthio. 4. Nolite ante tem-
 pus iudicare quousque veniat dominus, qui ma-
 nifestabit cogitationes cordium: Et 1. Regum.
 16. Homines vident, quae apparent, Deus autem
 intuetur cor, & omnes Theologi hoc tenent, excep-
 to Adriano in quaestione secunda de confessio

ne. Ergo &c.

SECVNDUM. Probatur: quia pontifi-
 ces sunt ministratores, & non domini absolui.
 Ergo non possunt obligare ad rem tam difficilem
 sicut est haec confessio sacramentalis. Ergo. Pro-
 batur antecedens. Quia etiam nec principes secu-
 lares possunt praecipere rem nimium difficilem:
 quia essent tyranni.

VND E ne ecclesia possit obligare aliquem,
 ut profiteretur religionem, etiam ob quodcum-
 que crimen: licet bene ut maneat in monasterio,
 ut est communis opinio. Quum ergo confiteri
 peccata sit graue onus, nisi ex charitate illud al-
 leuante fiat, non potest ecclesia ad illud obligare.
 Sed nunc, esto disputabilis esset, quaestio parum
 hac re indigemus: quia iurimus certi, quod est pra-
 ceptum iuris diuini. Et hoc de primo sensu qua-
 estionis.

SED veniamus ad alium sensum, an sit neces-
 saria confessio ad consequendam gratiam, esto quod
 si quis non confiteretur non committeret nouum
 peccatum: ut si non esset praecipium distinctum
 de confessione. Respondet S. Thom. quod confes-
 sio est necessaria ad salutem, id est, ad consequen-
 tiam gratiae, postquam post baptismum homo
 peccauit mortaliter. Probat, quia postquam A-
 damus perdidit gratiam, nullum remedium man-
 sit ad eam consequendam, nisi illud quod Deus
 ad hoc gratis voluit instituire, & vnicum reme-
 dium fuit institutum, scilicet passio Christi. Et licet
 passio Christi de se sit sufficiens, ut omnes ho-
 mines consequantur salutem, non tamen omni-
 bus quomodocumque applicatur: sed instituit &
 docuit Christus, quomodo nobis passionem suam
 applicare debemus: scilicet per sacramenta, per ba-
 ptismum, per confessionem, &c. Ergo confessio
 est necessaria, sine qua post peccatum commissum
 post baptismum, non applicaretur nobis passio
 Christi: quia requiritur poenitentia, cuius principa-
 lis pars est confessio.

SED contra. Contritio sufficit ad salutem ante
 confessionem: ut omnes concedunt. Et nos dix-
 imus in quaestione praecedente, quod remissio pec-
 catorum est effectus contritionis. Ergo confessio
 non est necessaria.

AD hoc aliqui dicunt, quod confessio est neces-
 saria: quia si ille peccator non confiteatur, perdet
 gratiam, quam per contritionem acquisiuit, pro-
 pter transgressionem praecipii de confessione,
 & quia Deus ex quo fuit per peccatorem offensus,
 etiam si ad poenitentiam cordis culpam re-
 mittat, id tamen loco satisfactionis a peccatore exi-
 git, nempe, ut suo vicario se humiliet, & confitea-
 tur, & absolutionem petat. Ego dico quod hoc ve-
 rum est: sed aliud voluit dicere S. Thom. Si enim
 solum illo modo confessio necessaria est ad salu-
 tem. Ergo etiam diceret, quod ieiunium & elemo-
 syna sunt necessaria ad salutem: quia postquam
 quis contritus est: & per contritionem in grauius
 d. ij. postius

positus, si non ieiunat aut dat eleemosynam quā
occurrunt præcepta de ieiunio aut eleemosyna, per
det gratiam quam prius acquisierat.

I D E O dico secundo, quod duplicia sunt præ-
cepta. Quædam sunt, quæ licet sint absoluta, nō
tamen obligant absolute, nisi in aliquo casu: sicut
de datione eleemosynæ, & honoratione parentum.
Nam hæc præcepta non obligant, nisi cum se of-
fert patiens necessitatem, & cum se offerunt paren-
tes, vel sunt in necessitate. Vnde si non se offert
pauper, non teneris dare eleemosynam, & saluaberis,
est non des eleemosynam: quia poterit esse,
quod nunquam occurrat tibi talis casus necessita-
tis in vita. Et ideo non est necessarium simpliciter
ad salutem, dare eleemosynam. Et ita de honoran-
dis parentibus. Alia sunt præcepta, quæ simplici-
ter iunt necessaria ad salutem, quæ quidem absolute
obligant, vt quilibet faciat diligentiam, quam
potest, ad hoc vt consequatur id, quod illa præcep-
ta præcipiunt. Huiusmodi est præceptum de ba-
ptismo, & poenitentia, & de confessione. Oportet
enim, vt quilibet faciat omne possibile sibi ad reci-
piendum baptisma & poenitentia sacramentum.
Et hoc modo dico, quod confessio est necessaria
ad salutem: ita vt siue sequantur necessitates siue
non, tenentur semper homines facere quantum in
pos sunt, vt confiteantur, si habent mortale post bap-
tismum commissum.

V N D E sequitur, quod plus tenentur homines
ad confessionem, quam ad dandum eleemosynam
quantum ad hoc: quia ad eleemosynam non tenentur,
nisi cum se offert patiens necessitatem, ad
confessionem vero, tenentur, siue sint necessitates
siue non.

T E R T I O dico, quod ad huc. S. Tho. plus vult
dicere, scilicet quod confessio ita est necessaria ad
salutem, quod gratia quæ datur alicui post pecca-
tum mortale commissum post baptismum, datur
ratione confessionis.

S E D dices. Contra. Gratia datur ante confes-
sionem: quia datur per contritionem quæ præce-
dit confessionem. Ergo &c. Dico quod verum est:
sed tamen datur ratione confessionis, scilicet quia
vult confessionem. Et voluntas tam in bonis
quam in malis reputatur pro facto. Et hoc itam
dicit Magister sententiarum in. 4. d. 17. capitu. 2.
Et quantumcunque quis doleret de peccatis, si nol-
let confiteri formaliter, aut virtualiter non esset
vere contritus.

S E D contra. Quia eodem modo datur pro-
pter propositum dandi eleemosynam, vel ieiunandi.
Nego hoc: imo datur quia peccator proponit
confiteri.

P R O quo est notandum vt supra diximus,
peccator nō potest suis viribus quicquid faciat,
venire ad gratiam Dei: sed prima gratia semper
datur gratis à Deo. Vnde & si dæmon doleret
in inferno, etiam cum omnibus debitis circumstan-
tijs cum quibus dolet homo hic in via ad huc ma-

neret tibi in inferno: quia est lex, quod in illo statu
iam nullum actum acceptabit Deus in remissionem
peccatorum. Postquam ergo ita est, quod
Deus gratis remittit peccatum, & dat primam
gratiam, potest exigere à nobis quicquid voluerit
ad remittendum peccatum. Ideo exigit à nobis con-
tritionem & confessionem. Vnde Christus in lege
euangelica exigit à nobis confessionem: vt dei no-
bis gratiam. Et hoc propter maius bonum no-
strum.

V N D E rursus dico, quod ad hunc sensum
confessio est necessaria ad salutem, id est, non re-
mittentur peccata, nec dabitur gratia, nisi ratione
confessionis. Nec solum confessio est necessaria
ad hunc sensum, scilicet ne homo incurrat nouum
peccatum. Si enim Deus dixisset. Si non confitear-
is peccata, non peccabis quidem mortaliter de no-
uo: sed non remittam illa quæ iam commisisti, ni-
si confitearis: clarum est, quod tunc confessio es-
set simpliciter necessaria. Sed ita est nunc de facto
quod nisi confitearis peccatum mortale aut id pro-
ponas non remittetur tibi. Ergo est simpliciter ne-
cessaria.

S E D contra. Ergo non datur gratia ante con-
fessionem. Nego consequentiam: sicut enim cathe-
cumini ante baptismum iam sunt in gratia: sed ra-
tione baptismi, (esto baptismus non esset in præ-
cepto) ita ratione confessionis datur gratia ante
confessionem.

S I C etiam patres antiqui propter passionem
Christi habebant gratiam, non ex acceptationem
diuina, sicut alicui male imaginatur: sed propter
reia quod Deus statuit, quod post peccatum primo-
rum parentum, non daret gratiam alicui, nisi vir-
tute passionis Christi, & nisi moreretur Christus,
nullus homo purus haberet vitam æternam. Et
hoc est, quod communiter dicunt doctores, quod
contritio includit confessionem in voto, id est, or-
portet ad hoc quod dolor de peccatis sit contritio,
quod concomitetur votum, vel voluntatem con-
fessionis.

D V B I T A T V R secundo, an requi-
ratur propositum vel voluntas formalis
confessionis, ad hoc quod peccator con-
sequatur remissionem peccatorum & gratiam. Nō
dico ad consequendam vitam æternam, de quo in-
fra agemus.

D I C O quod non. Sed sufficit virtuale, id est,
quod velit facere omnia necessaria ex parte sua,
ad consequendam veniam peccatorum: quia ibi in-
cluditur confessio. Et hoc dicit. S. Tho. in. p. 4.
q. 10. art. 4. ad. 2. de baptismo, & idem est de poeni-
tentia. Idem dicit Adrianus. q. 1. de confessione
ad. 2. principale. Sicut omnes patres antiqui in fide
Christi saluati sunt, vt dicit Paulus: & tamen
aliqui non formaliter crediderunt in illum, sed vir-
tualiter, credendo scilicet Deum esse promissorem
orbis, & iustificatorem, & quod illius gratia pecca-
ta hominibus remittuntur, & quod hinc: mor-
tales

*Dubium
secundum.*

tales à cœlesti regno peregrini sunt, & patriam ille-
tam quam sperabant, nō aliter erant adepturi, quā
per aliquod remedium diuina prouidentia præpa-
ratum.

V N D E dico, quod licet melius esset habere for-
male propositum confitendi, ad conicquendam
veniam peccatorum: sufficit tamen conteri abso-
lute, & proponere non peccare amplius: quia ta-
lis virtualiter vult confiteri.

*Dubium
tertium.*

D V B I T A T V R tertio, an confessio sit
simpliciter necessaria sicut baptismus: ita vt
in nullo casu possit omitti, si est qui administrat sa-
cramentum, & ille qui est suscepturus sit in articu-
lo necessitatis, vel an in aliquo casu possit o-
mitteri.

A D H O C dico, quod confessio non est ita ne-
cessaria ad salutem adultis, sicut baptismus pueris:
quia pueri sine actuali & reali iussione bap-
tismi non possunt saluari de lege. Sed adultus potest
saluari sine actuali & reali exteriori confessione:
sufficit enim in voto, si non potest exterius confi-
teri.

*Dubium
quartum.*

D V B I T A T V R quarto, an quādo quis
potest confiteri, & est tempus que occurrit
præceptum de confessione teneatur confi-
teri, vel an sit licitum omittere confessionem.

A D H O C dico, quod latius sumus hoc tracta-
turi infra. Secundo pro nūc dico, quod multa sunt
præcepta Dei quæ aliquando occurrunt simul, &
vnum est maius alio: vt si. v. g. occurrat præceptum
confessionis, & de seruanda fama alterius, & si pecca-
tor nunc confiteatur huic sacerdoti diffamabit al-
teram personam cum qua peccauit: quia iste sacer-
dos cognoscit alteram personam, & hic peccator
non potest explicare suum peccatum quin reuelez-
tur altera persona.

T E R T I O Dico, quod quando instat tempus
confitendi, & poenitens potest confiteri sine trans-
gressione alterius præcepti diuini tenetur confite-
ri: etiam si perdat aliqua bona temporalia quæ pro
tunc posset lucrari, secus de bonis iam habitis. Nā
non teneretur poenitens dare cōfessario, nolenti ali-
ter eum absolueret, decem aureos.

Q V A R T O. Dico, quod si concurrat aliud
præceptum diuinum simul cum præcepto de con-
fessione, & præceptum de confessione non potest
adimpleri sine transgressione alterius præcepti, si
aliud est maius, nempe, de iure naturæ tunc non te-
netur ille peccator confiteri. Si enim. v. g. concu-
rat præceptum de non scandalizando cum præcep-
to de confessione, & non potest confiteri quin cō-
fessarius vel alius scandalizetur: non tenetur confi-
teri. Vnde si femina sciret confessarium scandali-
zandū, si confiteatur ei quod est cognita, a non
suo viro, non tenetur pro tunc confiteri: sed debet
differre confessionem, & seruare aliud præceptum
quod est maius, & cetera est. tanquam non ha-
bens copiam confessoris.

S E D contra præcipuam hic positam conclusio-
nem argumentor testimonio D. Chiristo. qui in

enarratione. 50. Psal. Davidis ita dicit ad peccato-
rem. Non dico: vt te prodas in publicum: sed obedi-
re te volo prophetae dicenti. Reuela domino vi-
tuam. Et iterum si erubescis peccata tua dicere so-
cio: dicito ea quotidie in anima. Et non dico: vt ea
confitearis conierus tuo. Dico Deo qui curat ea.
Quibus verbis vides Chryso. dicere satis esse pecca-
torem confiteri Deo soli sua errata: etiam si ho-
muni ea non dicat.

A D H O C dico, quod non erat mens Chiristost.
excludere in illo loco confessionem sacramentalem,
de qua loquimur, sed publicam quæ posset cedere
in infamiam confitentis. Et hoc patet ex verbis citatis,
vbi ait conseruo tuo, vt tibi exprobrer, &c.
Nec obstat quod dicit satis esse peccatori, si do-
mino sua peccata confiteatur. Nam per hoc non
excludit sacerdotalem: quia qui sacerdoti confite-
tur, domino potius quam homini confitetur, eo
quod sacerdos. vices Dei (cuius vicarius est) in sa-
cramento poenitentia gerit. Et sacerdos audit &
iudicat, non vt homo, sed vt Deus vnde in testem
si sacerdos producat: potest dicere se nihil scire
vt postea dicemus.

E T quod hæc sententia sit Chiriso. manifeste pa-
tet ex multis alijs locis: vbi dicit necessariam esse
confessionem vocalem sacramentalem ad salutē.
Et primo in loco iam citato sic ait. Perfecta poe-
nitentia cogit peccatorem omnialibenter sufferre.
In corde enim contritio, in ore confessio, in opere
tota humilitas. &c. Refertur hæc sententia Chiriso-
st. de poenit. & remiss. d. 1. cap. Perfecta. & cap.
Non potest. Et iterum in sermone quodam de poe-
nitentia reprehendens peccatorem, eo quod non
erubuit peccata facere, & erubescit confiteri, sic
ait. Quod nō potest procedere de cōfessione quæ
soli Deo fit in corde: quia illic non est quod eru-
bescat peccator.

P R A E T E R E A. Hoc ipsum confirmatidē Chiriso-
st. in lib. de sacerdotio, inter alia multa ad hoc cō-
ducentia propositum, sic dicens. Sicut pater tradi-
dit potestatem filio iudicium faciendi: sic filius sa-
cerdotibus. Et paulo inferius. Infamia manifesta est,
despicere tantum principatum sine quo nec salu-
tis, nec promissorum bonorum cōpotes fieri pos-
sumus. Hii sunt enim qui non tantum regenerant
nos in baptismo: sed peccata post baptismum re-
mittunt. Vnde colligitur legitimum esse nostram
interpretationem ad priora verba Chiristost. quæ
in argumento citauimus.

P R A E T E R E A. Obijcitur contra eādem
cōclusionem prædictam ex Ambro. qui in sermō-
ne de poenitentia Petri ait. Lego quod fleuerit, nō
lego quid dixerit. Lachrymas eius lego: satisfactio-
nem non lego. Et iterum. Lachrymæ lauant delictum
quod voce pudor est confiteri in quibus si-
gnificare videtur, quod non esse necessarium pec-
catori, quod ore confiteatur, sed satis esse, si doleat.
A D H O C dico, quod nec Ambro. hic excludit
hanc secretam confessionem de qua loquimur: sed
potius videtur velle nobis intimare quanta sit er-
ga pec

peccatores Dei misericordia, qui nulla expectata exteriori satisfactione, aut vocali confessione, in hoc solum quod peccator vere de peccatis dolet, condonat offensam. Cum quo tamen fiat quod maneat obligatus suo tempore sacerdoti confiteri. Et quod hoc sit de mente Ambrosii patet ex cap. Verbum Dei, de poenit. d. 1. Vbi ait sacerdotibus datum esse ius ligandi & soluendi, sacerdotibusque esse à Deo iudices peccatorum constitutos. Et cap. Non potest statim sequenti dicit eos partem in regno Dei habere non posse qui negant sacerdotibus collatas esse claves regni caelorum. Multaque alia in hanc sententiam ibi dicit.

Articu. secundus

Vtrum confessio sit de iure naturali.



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod confessio sit de iure naturali. Adam enim & Cain non tenebantur nisi ad praecepta leg. naturae: sed reprehenduntur de hoc quod peccatum suum non sunt confessi. Ergo confessio peccati est de iure naturali. **PRÆTEREA.** Præcepta illa quae manent in vet. leg. & noua sunt de iure naturali, sed confessio fuit in vet. leg. ut dicitur Esai. 43. Narra si quid habes: ut iustificeris. Ergo est de iure naturali.

PRÆTEREA Iob non erat subiectus nisi legi naturali, sed ipse peccata confessus: quod patet per hoc quod dicitur Iob. 31. Si abscondi, ut homo, peccatum meum, ergo est de iure naturali.

SED contra. Isid. dicit quod ius naturale est eodem apud omnes. Sed confessio non est eodem modo apud omnes. Ergo non est de iure naturali.

PRÆTEREA. Confessio fit ei qui habet claves. Sed claves ecclesiae non sunt de iure naturali instituta. Ergo nec confessio.

RESPONDEO dicendum quod sacramenta sunt quaedam fidei prestationes: unde oportet ea fidei esse proportionata. Fides autem est supra cognitionem rationis naturalis. Unde etiam

sacramenta sunt supra rationis naturalis dicta. Et tamen. Et quia ius naturale est quod non opinio genuit: sed innata quadam vis inseruit (ut Tullius dicit) ideo sacramenta non sunt de iure naturali, sed de iure diuino: quod est supra naturale. Quod quādoque etiam naturale dicitur, secundum quod cuiuslibet rei illud est naturale, quod ei a suo creatore imponitur: tamen proprie dicuntur naturalia, quae ex principiis naturae causantur. Supra autem naturam sunt quae ipse Deus sibi reservat siue naturae ministerio operanda, siue in operationibus miraculorum, siue in revelationibus mysteriorum, siue in institutionibus sacramentorum. Et sic confessio quae necessitatem sacramentalem habet, non de iure naturali est, sed de diuino.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Adam vituperatur ex hoc quod peccatum suum coram Deo non recognovit. Confessio enim, quae fit Deo per recognitionem peccati, est de iure naturali: nunc autem loquimur de confessione quae fit homini. Vel dicendum quod confiteri peccatum in casu est de iure naturali, scilicet cum quis in iudicio constituitur a iudice interrogatur. Tunc enim non debet peccator peccata excusando, aut negando mentiri. De quo Adā & Cain vituperantur. Sed confessio quae fit homini sibi ad remissionem peccatorum consequendam à Deo, non est de iure naturali.

AD SECUNDVM dicendum, quod praecepta leg. nat. manent eodem modo in lege Moysi & in no. leg. Sed confessio quavis aliquantulum esset in lege Moysi: non tamen eodem modo sicut in lege noua, nec sicut in lege naturae. In lege autem naturae sufficiebat recognitio peccati interior apud Deum: sed in lege Moysi oportebat aliquo signo exteriori peccatum protestari: sicut per oblationem hostiae pro peccato. Ex quo etiam homini inuiescere poterat cum peccata se. Non autem oportebat, ut speciale peccatum à se commissum manifestaret, aut peccati circumstantias: sicut in noua lege oportet.

AD

AD TERTIVM dicendum, quod Iob loquitur de illa absconditione peccati quam facit deprehensus in peccato: peccatum in iudicio negando aut excusando: ut ex glos. ibidem haberi potest.

IN HOC secundo articulo sunt duae conclusiones. Prior est. Confessio non est de iure naturali. Probat in argumento in contra. quia ius naturale est idem apud omnes, & fuit semper. Sed confessio incepta à Christo. Ergo non est de iure naturali.

SECUNDO. Sacramenta ecclesiae sunt supra naturam: quia excedunt cognitionem naturalem, Quis enim cognosceret naturaliter quod aqua mundat animam, & confessio sacerdoti facta: Ergo, &c.

HIS à D. Tho. habitis, in animo est aliud inquirere quo iure exterior sacramentalis confessio fuerit introducta. Quae quaestio superioribus annis, quando erant meliora tempora, non erat tanti momenti: quia adeo erat certum praedictam confessionem esse ad salutem necessariam, quod nullus de hoc dubitabat. At cum tempore belli plus vendatur arma quam tempore pacis, nunc insurgentibus haereticis oportet nos esse armatos contra illos, & reddere rationem de ea, quae in nobis est fide & spe.

IDEO descendendo magis ad particularia dubitatur, postquam diximus confessionem sacramentalem non esse de iure naturali, an sit contra ius naturale. Et videtur quod ita: quia, si non esset preceptum de confessione praedicta, confiteri peccatum esset contra ius naturale. Ergo nunc est contra ius naturale. Probat consequentia: quia ius naturale est immobile. Et ideo illud quod aliquando est contra ius naturale: semper est contra ius naturale. Nec potest dici, quod fuit in hoc dispensatio: quia Deus non dispensauit instituendo confessionem. Antecedens patet: quia infamare se ipsum est contra ius naturale: quia qui reuelat peccatum suum occultum extra confessionem peccat mortaliter. **SECUNDO.** Reuelare peccatum proximi, etiam in confessione sacramentali peccatum mortale est: quia contra ius naturale est diffamare proximum. Ergo etiam est contra ius naturale reuelare peccatum proprium, etiam in confessione: quia plus tenetur quis ad propriam famam, quam ad famam alienam.

HIS non obstantibus dico ad propositam quaestionem confessionem sacramentalem non esse contra ius naturale. Et ad argumenta in oppositum dico.

AD PRIMVM nego antecedens & nego, quod qui dixisset suum peccatum, etiam extra confessionem, se infamaret: etiam si nullum esset preceptum de confessione si. v. g. quis confiteatur pecca-

tum suum alteri ad petendum consilium vel remedium: ille ad hunc finem confitens peccatum suum, non solum non peccat mortaliter, sed nec venialiter: imo bene facit. Probat hoc: quia ut infra dicemus in articulo mortis, si non sit praesens sacerdos, potest quis licite confiteri laico.

VND colligitur quod quicumque voluerit potest licite peccatum suum reuelare alteri ad remedium, vel honestam propriam utilitatem: etiam extra confessionem. Ergo longe melius in confessione, ubi peccator consequitur tantam comoditatem, quod remittuntur ei peccata, & consequitur gratiam Dei & spiritualem sanitatem.

SECUNDO dico, quod diffamare se, i. perdere vel prodigere famam de se non est contra ius naturale, quicquid dicat Caiet. Ratio est: quia est bonum temporale, & perdere vel prodigere bonum temporale, non est de se malum: nisi quando esset cum maiori iactura aut ipsius prodigens, vel familiae suae, vel prodigeret quis famam, vel bonum temporale sine causa rationabili.

TERTIO. Concessio antecedenti quod est contra ius naturale se diffamare nego consequentiam, nempe, quod confitens peccata sua confessione sacramentali se diffamet: quia confessarius non potest reuelare peccatum: sed potest peccasse & non obesse. **VND** colligitur, quod confitens peccata sua sacramentali confessione non exponit se periculo infamiae. Si autem ille cui alius confitetur peccatum suum posset reuelare peccatum, & non tantum abstringeretur Sigillo celandi illud peccatum: tunc in multis casibus non posset peccator reuelare alteri suum peccatum: quia ex poneret se periculo infamiae.

DEBITATVR secundo postquam confessio sacramentalis nec est de iure naturali: nec contra ius naturam quando incepta, & à quo fuit instituta.

AD HOC respondet glos. super cap. primum de poen. & rem. d. 5. (quod caput incipit, in poenitentia autem) quod fuit confessio instituta à Deo in Paradiso terrestri quando Gen. 3. Deus dixit Adamo, Adam ubi es? Et dicit rursus, quod eandem confessionem confirmavit Deus illis verbis quibus Gen. 4. dixit ad Caïm, ubi est frater tuus Abel. Sed haec glos. non est singularis, sed potius falsa & erronea. Et probatur prius: quia sequeretur, quod confessio sacramentalis esset iuris naturae: quia tunc nondum erat alia lex, quae non esset naturalis in illo statu: praeter illam quae de scientia boni & mali arbore velci vetabat: ut manifeste colligitur ex cap. 1. & 2. Gen. & in confesso est apud omnes. At ut constat ex articulo. S. Tho. rationibus lex de confessione sacramentali non est naturalis: quia non fuit ex instanti natura apud omnes nationes: sicut est lex naturalis. Ergo, &c.

SECUNDO. Sacerdotium quo à Christo potestatem sacrificii accipiunt, super corpus Christi verum & super myticum, non fuit in illo primo statu naturae integre, sine quo sacerdotio nulla potest esse vera confessio sacramentalis.

TERTIO.

Dubium primum.

Dubium secundum.

TERTIO. Quando Deus exigebat confessionem peccati ab Adamo & Cain, non exigebat hanc confessionem, quæ fit occulte sacerdotibus, sed illam, quæ fit exterius iudici, & deberet fieri Deo tanquam iudici.

QUARTO. Non quærebat Deus ab Adamo & Cain, ut confiterentur omnia peccata: sed solum illa particularia, quæ Deus publice punire intendebat. Ergo non sunt illa loca accipienda de confessione sacramentali: sed potius de iudiciale, quæ reus in iudicio facere tenetur, à iudice requisitus iuridice procedenti. Vnde colligitur, quod in illis locis Deus volebat tradere iudicibus formam condemnandi reos ut scilicet neminem condemnarent, nisi auditum, & conuictum, vel in iudicio confessum. Et volens punire Adamum & Cain pro delictis ipsorum prius exigit eorum confessionem iudicalem. Ergo &c.

IDEO hac explosa sententia alij dixerunt (ut prædicta glosa refert) quod confessio sacramentalis fuit instituta Iosue. 7. quando dictum fuit ad Achaz: Fili mi da gloriam domino Deo Israel, & confitere, atque iudica mihi quid feceris, ne abscondas. Qui mox confessus lapidibus obruitur. Sed hæc opinio etiam erronea est. Prius. Quia illud caput agit de iudicali confessione, & nullo modo de occulta hac sacramentali. Ergo &c.

SECVNDO. Quia illa non fuit omnium peccatorum: sed vnus solus. Et hæc est communis omnium Theologorum sententia.

TERTIO. Confessio sacramentalis incepit à Christo, quem Iosue longo præcessit tempore. Ergo &c.

IDEO hac etiam relicta sententia, alij dixerunt, quod confessio fuit instituta à diuo Iacobo, quando in canonica sua cap. 5. dixit Confitemini alterutrum peccata vestra. Sed hæc opinio etiam teneri nullo modo potest. Prius: quia tota ecclesia non potest instituere sacramentum. Ergo multo minus vnus homo esto sit Apostolus & sanctissimus.

SECVNDO. Non est conueniens dicere, quod vnus episcopus priuatus, nempe Iherosolimitanus qualis fuit beatus Iacobus, confessionem instituerit, quæ omnibus fidelibus totius orbis conuenit: Et Iacobus non erat episcopus orbis: sed tantum vnus vrbs.

TERTIO. Iacobus in illo loco citato non loquitur de confessione sacramentali, quæ sacerdotibus in ecclesia fit: sed de ea quam homines ad inuicem facere debent, nempe, laicus laico, & laicus sacerdoti, & sacerdos laico. Hoc probatur ipsis verbis: quia ita dicit. Confitemini alterutrum peccata vestra, at confessio sacramentalis solis sacerdotibus agenda est & non alterutrum. Ergo illic solum intendit Iacobus reuocare homines à iuperbia & proximorum contempitu, ne scilicet quisque alium contempnat: sed omnes se peccatores esse agnoscat, & se inuicem beneuole tractent, & pro se inuicem orent: ut ibidem subiungit dicens, & orate pro inuicem, quoad longe à sacramentali distat confessio.

ne. Denique in illis prioribus verbis, nempe, confitemini alterutrum &c. solum vult dicere Iacobus. Omnes cognoscatis vos peccatores, ut vnus apud alium dicat, se defectuosum & peccatorem esse. Et hoc modo non erit alicui occasio contemnendi alterum &c.

QUARTO. Petrus erat Christi vicarius & non Iacobus. Ergo non decebat Romanam ecclesiam, cui Petrus præfuit, ligari & obligari à Iherosolimitana ecclesia, cui præerat Iacobus.

QUINTO. Ex hac opinione sequeretur, quod confessio est de iure humano, & tali iure humano, quod inferior summo pontifice condidisset.

SEXTO. Confessio est pars substantialis sacramenti penitentiae, & nec Iacobus, nec alius purus homo potuit, nec potest instituere sacramentum: quia non habuit aliquis purus homo potestatem excellentiæ ad instituendum sacramentum aliquod. Ergo &c.

IDEO hac sententia omiſſa alij dixerunt, ut glosa prædicta refert, & Panormi. dicit extrade penitentia & remissi. capit. Omnis, & Decius cap. sane. 2. extra de officio delegati quod confessio sacramentalis fuit ab ecclesia instituta in concilio Lateranensi sub Innocentio. 3. vbi institutum fuit illud caput. Omnis vtriusque. Alij autem dicunt, quod confessio fuit instituta in quodam concilio Meldensi, & alij quod in quodam concilio Viensi. Probant hæc sententiam hanc: quia non debet aliquid dici esse de iure diuino, quod in iure diuino nec implicite nec explicite continetur. Sed nec in veteri, nec in nouo testamento fit mentio de hac sacramentali confessione: sed solum in statutis ecclesiasticis. Ergo per ecclesiam fuit confessio instituta, & non per Christum.

SECVNDO. Si de iure diuino esset huiusmodi confessio Græci peccarent, non confitendo peccata sua: quia non sunt ex tunc de iure diuino. Sed Græci non confitentur, & in hoc non peccant. Ergo &c.

AT hæc opinio est falsâ & iam hodie est hæretica. Et prius contra illam dicit Scot. in. 4. d. 17. q. vnica. art. 1. q. sunt mirabiles hi Canonistæ, qui non crubescunt loqui sine lege: quia dicunt confessionem non fuisse de iure diuino, & ad hoc non allegant legem, ideoque in hoc non sunt audiendi, ait Scotus. Et probatur, quod prædicta opinio sit hæretica. Quia ecclesia non potest mutare materiam, aut formam sacramenti alicuius vel variare. Ergo minus potest sacramentum instituere nouum.

SECVNDO. Sacramentum proprie sumptum efficiaciam habet ad gratiam conferendam digne suscipienti ipsum. Sed hanc efficiaciam non potest ecclesia tradere alicui signo sensibili: quia solus Dei est gratiam præstare. Ergo sacramentalis confessio non est ab ecclesia instituta, sicut nec totum ipsum sacramentum penitentiae. Et quod confessio sacramentalis sit de numero sacramentorum, quæ gratiam ex opere operato præstât, probatur cap. Ad abolendam extra de hæreticis, vbi dicitur, quod sacramenta nouæ legis gratiam conferunt, & inter illa sacramenta numeratur confessio.

Et

Eidem habetur ex concilio Florenti. vbi etiam hæc sacramentalis penitentia, inter reliqua sacramenta connumeratur.

TERTIO Longe ante concilium Lateranense, & longe ante tempus cuiuscunque alterius signati concilij, fuerunt Tertulianus, Origines, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, & alij sancti doctores quorum testimonia referre longum esset, qui omnes non solum in vno loco, sed etiam in pluribus locis de hac sacramentali confessione loquuti sunt. Ergo non fuit sacramentalis confessio instituta in illis concilijs, in quibus dicunt illi iure consulti citati fuisse institutam. Et Scotus dicit, quod non est curandum de illis glossis, quæ sunt in corpore iuris, quantum ad ea quæ spectant ad forum spirituale: quia quantum ad spiritualia non intelliguntur textus, sed in foro exteriori.

ET ad argumenta quæ alij faciebant in oppositum respondetur. Prius, ad illud quod adducebant de Græcis, quod scilicet non confitentur. Dico quod non est certum hoc, & certum est, quod si non confitentur, pessime faciunt & mortaliter peccant. Et quidem ego audiui a fide dignis quod confitentur, licet tepide, & non multum curent examinare conscientiam. Deinde dico quod esto ita sit, quod Græci non confiteantur, & quod excusentur, non sequitur quod confessio non sit à Christo instituta. sed ab ecclesia: quia cum hoc quod Græci non confiteantur, & quod excusentur, stat hæc veritas, quod Christus instituit confessionem, velut salutarem medicinam in remissionem peccatorum: quia de hac institutione nunc loquimur.

QUARTO. Probatur: quia (ut latius infra probabimus) hæc sacramentalis confessio de qua loquimur, est in præcepto, etiam de actibus interioribus. Sed (ut supra probaui) ecclesia non potest hoc præcipere: quia non potest actus interiores præcipere.

QUINTO. Probatur: quia quicumque concedit alicui potestatem, concedit ea, sine quibus illa potestas exerceri non potest. At seruator noster potestatem absoluedi à peccatis, & ligandi, dedit Apostolis & eorum successoribus Iohan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ergo etiam dedit eis potestatem audiendi illa, & cognoscendi, an ligari, an dissolui debeant, quod sine confessione fieri non poterat.

IDEO omnibus his opinionibus explosis est vera sententia. S. Tho. & iam nunc omnium Theologorum, quod confessio sacramentalis est à Christo seruatore nostro instituta, sicut etiam omnia alia sacramenta. Et probatur potissime ex illo Iohan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Vbi Christus Apostolis & ipsis sacerdotibus omnibus, potestatem absoluedi à peccatis dedit, quos instituit iudices in causa, quæ est inter Deum offensum, & peccatores offensores:

ut eorum iudicio interueniente, ipsi rei ad Dei regnum admitterentur, vel ab eodem repellerentur.

SECVNDO. Probatur hoc ex illo Matth. 16. Tibi dabo clauis regni caelorum, & quodcunque solueris &c.

TERTIO. Probatur ratione. Quia postquam Christus venit, vulnera hominum curaturas, expediabat, ut tam perfectus medicus necessarias & salutores medicinas nobis relinqueret. Sed inter alias medicinas curatiuas potissima post baptismum est sacramentalis confessio, quam Hieronymus dicit secunda tabulam post naufragium. Ergo &c.

QUARTO. Solus ille potest sacramenta instituere, qui potest signis sensibilibus efficiaciam dare, ut dent gratiam. Quod nullus, nisi Deus facere potest, cuius solius est, gratiam & gloriam præstare iuxta illud, Gratiam & gloriam dabit dominus Psal. 33. Ergo &c.

QUINTO. Ita habuit semper ecclesia, quod confessio sacramentalis fuit à Christo instituta: ita quod signato quocunque concilio, ante illud ecclesia habebat hanc sacramentalem confessionem esse à Deo. Ergo non manauit ab ecclesia aliquo iure humano: sed à Christo iure diuino. Et ita loquuntur sancti de confessione tanquam de re antiqua & à Christo tradita: ut patet latissime in decretis de penitentia & remissi. d. 1. per totam distinctionem.

SEXTO. Ita seruabatur in primitiua ecclesia tempore Apostolorum ut constat ex Dionysio Apostolis synchronico in. 8. cap. ad Demophilum, vbi eum arguit, quod quendam peccatorem sua peccata sacerdoti confitenti, quem & sacerdos absolueri volebat, nec ad ecclesiam admittere voluit, nec sacerdotem eum absolueri permisit.

SEPTIMO. Probatur hoc Actum. 19. vbi dicitur, multos ad Apostolos venisse, sua illis peccata confitentes.

OCTAVO. Sic declaratum est in concilio Constantiensi contra Iohannem hus qui dicebat sufficere peccatoribus ad salutem, quod de peccatis suis coram Deo conterantur, & confiteantur, seclusa omni vocali confessione. Et esto concilium non dicat formaliter, quod confessio est necessaria de iure diuino, sed quod est necessaria: tamen quia Iohan. hus dicebat, quod nullum erat diuinum ius, quod peccatores ad confessionem vocalem astringerat, sed ad solam mentalem, quæ Deo fit, ideo determinatio concilij est ad ius diuinum extendenda: quia concilium condemnabat id, quod negabat hus, qui negabat confessionem esse de iure diuino. Ergo &c.

NONO. Tempore Sixti. 4. surrexit Salamanca & in alijs partibus Hispaniæ quidam Petrus de Osma hæreticus, qui inter alias suas hæreses dicebat confessionem non esse de iure diuino. Et ex commissione Papæ Sixti. 4. dominus Alfonso de Carrillo, qui tunc erat episcopus Tolitanus congregauit concilium prouinciale contra illum hæreticum, & vocatis multis viris doctis ac pijs,

ac pijs, disputata materia condemnata fuit propositio Petri de Olma & determinatum, quod erat de iure diuino. Quæ omnia postea pontifex cum collegio Cardinalium probauit, & confirmauit, quod confessio est de iure diuino in quadam extraneuaganti, quæ incipit. Licet ea quæ fide digna authoris testantur.

DECIMO. Sic determinatum est in concilio Tridentino sessione. 5. sub his verbis. Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine sacramento penitentiae, prout sancta Romana & vniuersalis ecclesia à Christo domino & eius Apostolis edocēta vniuersis professis seruauit, & docuit, anathema sit. Et clarius in eodem concilio de sacramentis in commune cap. 1. dicitur. Siquis dixerit sacramenta omnia non esse à Christo instituta, anathema sit. Ergo iam est de fide & in concilio Constantiensi sessione. 4. dicitur quod agatur contra illum qui dixerit, quod post contritionem habita copia legitima sacerdotis Christianus non tamē soli sacerdoti confiteri, tanquam contra hæreticum, vel suspectum de hæresi.

VNDECIMO. Ita probatur late in concilio Colouensi à multis viris doctis, qui incipiunt à Clemente & Dionysi & ita discunt per alios viros doctos quorum aliqui fuerunt tempore apostolorum. Et omnes sic dicunt confessionem fuisse à Christo seruatore institutam &c.

EX quibus omnibus sequitur, quod conclusio. S. Thom. in hoc articulo quod confessio est de iure diuino, & alia in articulo precedenti, quod est necessaria ad salutem (etiam in sensu quem nos declarauimus. i. quod gratia & remissio peccatorum sunt ratione confessionis, ac per hec confessio est necessaria necessitate finis) sunt de fide, & etiam quod confessio est à Christo instituta in illo loco Iohan. 20. Accipite spiritum sanctum &c.

SED hæc conclusio. Confessio est de iure diuino potest habere duplicem sensum. Vnus est, Confessio est de iure diuino, id est, est instituta in remedium contra peccata commissa post baptismum ita vt qui voluerit vti illo remedio poterit, esto essent alia remedia contra eadem peccata vt diximus. Et ita est, quod multa sunt remedia contra peccata venialia: sed aqua lustralis est institutum remedium contra ipsa venialia: non tamen tenentur homines ad illud remedium: quia per alia remittentur venialia. Ita igitur posset quis concedere, quod confessio est à Christo institutum remedium contra peccata mortalia commissa post baptismum: sed non tenentur homines ad illud remedium de iure diuino, sed si voluerint, possunt vti illo, esto essent alia remedia quibus etiam remitterentur.

ALIVS sensus est, Confessio est de iure diuino id est, est à Christo instituta remedium necessarium contra peccata commissa post baptismum: ita quod non remittentur peccata præterita, nisi ratione confessionis ad hoc à Christo instituta. Et in his

duobus sensibus est vera conclusio, quod confessio est de iure diuino: ita quod est remedium institutum à Christo contra peccata commissa post baptismum mortalia. Et est necessarium sine quo, vel voto susceptio, non remittentur illa peccata præterita, & hæc probauerunt argumenta, & testimonia: quæ adduximus.

TERTIVS sensus est. Confessio est de iure diuino, id est, est de iure diuino præceptiuo & obligatorio sub pœna noui peccati.

ANIGITVR ita sit de iure diuino, quod tenentur homines sub pœna noui peccati confiteri. Et videtur, quod non quia si in iure diuino haberetur talis obligatio, maxime in loco supra dicto Iohan. 20. Quorum remiseritis peccata &c. Sed illic non ponitur aliquod verbum præceptiuum: quia illa verba solum sunt significantia postestatem, & non imperium. Et esto verba illa comminationem contineant, contra eos qui sacerdotibus confiteri negligunt, scilicet quod Deus illis peccata non remittet: non tamen inde aliud colligitur, quam quod non confitentes, in peccatis commissis descendent absque coram remissis nec. Ex quo non colligitur, quod non confitendo nouam incurrant culpam ipsi peccatores.

SECVNDO. Ad idem arguitur ex sententia Hugonis. 2. p. de sacramentis, vbi (presupponens, quod Christus instituit penitentiam: sed non præcepit peccatoribus, verbaliter confiteri sacerdotibus) quaerit causam huius, & respondet, ideo Christum id non præcepit: vt peccatores sponte & non coacte ad confessionem perueniant, qualiter viderentur peruenire, si ad id præceptum obligatorium traditum esset illis. Et ita, nullo intelligit illum locum Iohan. 20. quod est statutum denuncians sacramentum penitentiae esse necessarium, non tamen præceptum sub nouo peccato. Ita dicit Caietan. ibidem, & ita dicit Scot. in 4. d. 17. & Bonauentur. in eodem 4. d. 17. dicit, quod ante tempus concilij Lateranensis, vbi futurus vocatus confiteri, non erat hæreticum dicere, quod non erat de necessitate salutis sub nouo præcepto. Vnde dicit aliud esse statutum, & aliud præceptum, & quod ille textus est statutum, & non præceptum.

EGO autem dico, quod in illo loco Iohan. 20. non solum instituit Deus penitentiam, sed præcepit, ita vt qui habet peccatum mortale post baptismum commissum: peccabit nouum peccatum mortiferum, si non veniat ad confessionem. Et hoc prius probatur: quia (vt constat ex supradictis) ecclesia semper sic intellexit. Ergo &c.

SECVNDO. Nisi esset à Deo præcepta confessio ab ecclesia non posset præcipi: vt supra iam ostendi.

TERTIO. Quia ridicula esset potestas illa sic tradita, si non posset compellere subiectos ad recipiendum illud confessionis sacramentum.

QVARTO. Probatur hoc ex textu: quia Deus denunciat in illo textu, quod non remittet peccata alicui,

alicui, nisi iudicio sacerdotum fuerit remissa. Ergo ibi est vis præcepti. Probatur antecedens quia charitas & gratia præhabita non potest delege alicui sine nouo peccato mortali. Demus igitur peccatorem, qui cum esset sanus, vere propter Deum peccauit de peccatis: ita vt gratiam sit consecutus. Accedat articulus mortis, & habita copia sacerdotis nolit peccata sua confiteri. Tunc ille sic si decedat, perdet charitatem, & ibit in infernum, eo quod ex Christi sententia constat, quod est necessarium peccatori, ad hoc quod saluetur finaliter, quod iudicio sacerdotis ei peccata remittantur, si habeat copiam sacerdotis, quod hic in casu extremæ necessitatis omittit. Ergo non saluabitur, nec in charitate decedet. Ergo eam amisit, non ob aliud, nisi quia noluit in tali articulo confiteri. Ex quo consequitur, quod non confiteri est illi peccatum mortale.

QVINTO. Homo tenetur sub pœna peccati mortalis, suam salutem spirituales & æternam procurare. Ergo tenetur medium necessarium ad id, & à Deo institutum procurare, & acceptare. Sed medium ad id institutum est vocalis & sacramentalis confessio: vt ex textu citato patet. Igitur ad id tenetur peccator, & alioquin nouum mortale incurret.

NEC valet dicere, quod non peccat mortaliter eo quia non confitetur: sed quia omittit præceptum charitatis de diligendo se ipsum: quia satis est, quod in re ipsa peccat mortaliter de nouo, qui in articulo mortis habita copia confessarij, non vult confiteri.

EX quibus colligitur, quod eo, ipso quod Christus constituit iudices ad remittendum peccata, obligabit alios subditos ad veniendum ad illud iudicium sub pœna noui peccati.

ET tunc ad primum argumentum in oppositum. Dico, quod et si in præfata clausula verbum imperatiuum non ponatur: ponitur tamen comminationis pœna, quæ est, Deum non remississe peccata homini, qui sacerdoti cum possit, in articulo necessitatis non confitetur. In qua pœna includitur exclusio à regno caelorum, vt constat. Sed hanc pœnam, Deus nemini comminatur, nisi pro mortali peccato, si capax sit obligationis. Quod dico propter paruulos & amentes. Ergo &c.

NEC valet dicere, quod Christus non posuit illud per viam pœnae, sed statuti aut declarationis diuinæ voluntatis: quia esto ita sit, eo ipso quod declaratur peccatori, quod excludetur à regno Dei, si non confiteatur sacerdoti, tenetur sub pœna non peccati ad ipsam confessionem, ne sit neglector suæ salutis.

SED contra. Ille qui est in articulo mortis, & negligit confiteri, & sic moritur non decedet in peccatis prioribus: quia iam per contritionem fuerunt ei remissa sufficienter (etiam quo ad pœnam) quia suppono quod contritio fuit valde intensa.

AD hoc dico, quod si habuit confessionem in voto, fuit contritio, & fuerunt peccata remissa

ratione confessionis. Et si in articulo necessitatis non faciat, quod proposuit perdet gratiam.

AD secundum dico, quod Hugo de S. Victore expresse dicit, quod confessio est à Christo præcepta, & quod illud præceptum fuit promulgatum per Iacobum, in canonica sua cap. 5. quando dixit Confitemini alterutrum &c. Nec illa ratio valebat: quia si non præcepit Christus confessionem propterea ne viderentur homines coacti venire ad confessionem: etiam non deberet præcipere baptismum, nec eucharistiam & alia quæ præcepit. Sed voluit Hugo dicere, quod esto Christus præcepit confessionem: non tamen compellit aut coegit hominem: quia voluntarie debent adimplere illud præceptum, & alias leges Dei & non coacti.

EX quibus omnibus sequitur, quod confessio est necessaria ad salutem necessitate finis & necessitate præcepti humani & diuini (vt constat ex dictis) quia præceptum est humanum cap. 6. Omnis vtriusque. & diuinum Iohan. 20. vt dictum est.

SED contra. Si confessio est de iure diuino postiuo, & non de iure naturali. Ergo posset quis illam inuincibiliter ignorare.

AD hoc dico, quod tempore præterito, ante quam sufficienter determinaretur, & declararetur, & promulgaretur lex de confessione, potuit ignorari inuincibiliter.

SECVNDO. Dico, quod nullus potest ignorare, nec dubitare, nec habere opinionem, an teneatur ad confessionem inter Christianos: sed omnes sciunt, quod tenentur ad illam. Et qui haberet opinionem, aut dubitaret, an teneretur ad confessionem, peccaret mortaliter. Et si in illo contumax perseveraret, ad minus esset hæreticus. Probatur: quia iam ecclesia (vt deduximus) determinauit, quod omnes tenentur ad confessionem vocalem. Et communiter & frequenter prædicatores prædicant, quod ecclesia præcipit, & quod omnes tenentur. Ergo non potest quis ignorare confessionem inuincibiliter inter Christianos.

DVBITATVR tertio, an ad consequendam salutem & æternam felicitatem requiratur formale votum suscipiendi sacramentum penitentiae, si in re confiteri peccator non poterit peccata sua.

AD hoc respondetur duabus propositionibus. Prior est. Ad consequendam veniam gratiam & peccatorum remissionem, non requiritur formale votum sacramenti confessionis, sicut nec baptismi. Hanc probauimus iam in articulo precedenti immediate.

SECVNDA propositio est. Ad consequendam æternam felicitatem requiritur formale votum sacramenti penitentiae, sicut baptismi, in peccatore qui post baptismum peccata mortalia commisit, vel peccatum mortale. Hæc probatur. Quia per baptismum & penitentiam applicatur virtus passionis & sanguinis Christi in peccatorum remissionem: sine qua applicatione nullum peccatum mortale remitti potest. At ante baptismum nullus saluatur

Dubium tertium.

saluatur sine voto explicito baptismi. Ergo nec post baptismum saluatur aliquis mortaliter peccans sine formali voto penitentiae. Consequenter probatur: quia eadem est ratio. Minor probatur ex illo Marci ultimo. Prædicare euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit salus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Vnde colligitur baptismum in voto sufficere, cum re ipsa suscipi non potest. Idcirco enim non dixit, qui non fuerit baptizatus, condemnabitur: sed qui non crediderit. Colligitur secundo, fidem baptismi esse ad salutem necessariam, id est, quod credat homo quod per baptismum in nomine Christi, præstatur remissio peccatorum omnibus gentibus. Id enim est euangelium, quod qui non crediderit, condemnabitur: ut lucæ ultimo declaratur. Et sic intellexerunt prædictum euangelij locum Vualdenfis in lib. de sacramentis cap. 103. Vgo de S. Victo re. lib. 2. de sacramentis. p. 6. cap. 7. Bernardus epistola. 77. ad Hugonem. August. lib. 1. de baptismo contra Donatistas cap. 8. & lib. 4. cap. 21. & libr. 2. contra Chres. cap. 13. Denique noluit Deus sine Christo & ecclesia sua cuiquam patere salutem, ac remissionem peccatorum. Cum igitur peccatores possunt Christo & ecclesie suæ vniri, & reconciliari, exterius etiam susceptis sacramentis: id Deus requisit. At cum non adest facultas exterioris vnionis, & conciliationis voluntas profecto cedit, supletur quæ per interiorē exterior vnio.

SECVNDO probatur nostra conclusio per id, quod vsu venit: ut quantuncūque mors subito occurrat penitentiae remedia fideles estagitant: nec sane sentiunt de salute eius, qui moriens, nec re, nec voto, penitentiae sacramentum accipit. Vnde colligitur aliqua esse ad salutem necessaria, solum quia præcepta: ut dare elemosynam, vota redere, iuramenta seruare, Alia sunt ad salutem necessaria: quia remedia, & eo quia sunt remedia necessaria ad salutem, sunt etiam in præcepto. Et in hac est differentia, quæ enim tantum sunt necessaria ad salutem, quia sunt præcepta, non requirunt, quod habeantur in voto formali ad salutem si in re haberi non possunt. Illa vero quæ sunt remedia necessaria ad salutem, si in re haberi non possunt, requirunt, quod habeantur in formali voto, ut baptismus & penitentia.

Articul. tertius

Vtrum omnes ad confessionem teneantur.



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod non omnes ad confessionem teneantur: quia (sicut dicit Hieron.) penitentia

est secunda tabula post naufragium. Sed aliqui post baptismum naufragium non sunt passi.

Ergo nec eis competit penitentia. Et sic nec confessio, quæ est penitentia pars.

P R E T E R E A. Confessio faciendā est in dicitur in quolibet foro. Sed aliqui sunt qui non habent hominem iudicem supra se. Ergo nec tenentur ad confessionem.

P R E T E R E A. Aliquis est qui non habet peccata: nisi venialia. Sed de illis non tenetur homo confiteri. Ergo non quilibet tenetur ad confessionem.

S E D C O N T R A est: quia confessio contra satisfactionem & contritionem dividitur. Sed omnes tenentur ad contritionem & satisfactionem. Ergo & omnes tenentur ad confessionem.

P R A E T E R E A. Hoc patet per decret. de poenit. & remis. Vbi dicitur, quod omnes viri usque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint, tenentur peccata confiteri.

R E S P O N D E O dicendum, quod ad confessionem dupliciter obligamur. Vno modo ex iure diuino, ex hoc ipso quod est medicina. Et secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem: sed illi tantum qui peccatum mortale incurrun post baptismum. Alio modo ex præcepto iuris positivi. Et sic tenentur ex institutione ecclesie edita in concilio generali sub Innocentio tertio, ut quilibet peccatorem se recognosceret: quia omnes peccauerunt, & egent gratia Dei: tum, ut cum maiori reuerentia ad Eucharistiam accedatur: tum, ut ecclesiarum rectoribus sui subditi innotescant, ne lupus intra gregem lateat.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod quantum homo in hac mortali vita post baptismum naufragium euadere possit, quod est peccatum mortale: non tamen euadere potest venialia quibus ad naufragium disponitur, contra quæ etiam, penitentia ordinatur. Et ideo manet penitentiae locus, etiam in illis qui non mortaliter peccant, & per consequens confessionis.

AD

A D S E C V N D V M dicendum, quod nullus est qui non habeat iudicem Christum. Cui per suum vicarium confiteri debet, Qui quantumvis eo inferior sit in quantum prælatus est: tamen est eo superior in quantum peccator est ipse, & ille Christi minister.

A D T E R T I V M dicendum, quod ex vi sacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri, sed ex institutione ecclesie: quando non habet alia quæ confiteatur. Vel potest dici secundum quosdam, quod ex decret. ad prædicta non obligantur: nisi illi qui habet peccata mortalia, quod patet ex hoc quod dicit, quod debet omnia peccata confiteri, quod de venialibus intelligi non potest: quia nullus omnia confiteri potest. Et secundum hoc ille qui non habet mortalia, non tenetur ad confessionem venialium: sed sufficit ad implendum præceptum: ut se sacerdoti repræsentet, & se ostendat absque conscientia mortalis esse, & hoc ei pro confessione reputatur.

Prima conclusio. IN HOC articulo tertio sunt duæ conclusiones. Prima est. De iure diuino solus ille tenetur ad confessionem qui habet peccatum mortale. Thomas. committitur post baptismum.

Secunda conclusio. SECUNDA conclusio est. De iure humano omnes fideles tenentur ad confessionem simpliciter, esto non habeant mortale.

Thom. VBI TATVR tamē, an teneantur homines confiteri peccatum originale. Respondetur ex sententia omnium Theologorum aliquibus propositionibus. Prima est. Peccatum originale non est materia confessionis. Ratio est: quia non est materia confessionis: nisi illud peccatum quod contractum est propria voluntate, quale non est originale. Et hæc est certa propositio, & iam de illa diximus supra latius.

Secunda conclusio. SECUNDA propositio etiam certa est. Omnia peccata mortalia commissa post baptismum sunt immediata & propria materia confessionis, ideoque necessario confitenda. De his enim dicit Hieron. Amos. 1. quod penitentia est secunda tabula post naufragium. Et de his loquitur Ioann. 20. Quorum remiseritis peccata: quia pro his mortalius, non est aliud remedium: nisi confessio. De his etiam habetur extra de poenit. & remis. cap. Omnis vtriusque.

Dubium secundum. VBI TATVR secundo, an quis teneatur confiteri venialia. Dicunt aliqui, quod sic, de iure diuino & humano: siue sint sola sine mortalibus, siue sint cum mortalibus. Probant: quia Christus dixit, Quorum remiseritis, &c. Ioan.

an. 20. vbi Christus indistincte loquutus est de peccatis dicens se non remissurum peccata aliqua que non fuerint remissa per sacerdotem preuia confessione. Cum igitur nomine peccatorum peccata venialia intelligantur: restat ut sub eadem necessitate sint venialia confitenda sub qua mortalia.

SECUNDO probant ex cap. Omnis vtriusque. In quo mandatur ut fideles confiteantur omnia sua peccata. Vbi nulla fit peccati exceptio: sed potius quia totum dicit nihil excludit. Intelligitur igitur etiam de venialibus.

TERTIO. Ideo mortalia confiteri necessarium est: ut peccator veniam consequatur, & poenam æternam vitet. Sed venialia mortalibus coniuncta æternaliter puniuntur: sicut mortalia. Ergo sunt necessario confitenda.

HIS non obstantibus dicitur communiter Theologi: quod qui habet peccatum mortale, non tenetur confiteri veniale. Et hoc dicit. S. Tho. hic ad tertium. Et hanc probabimus infra: cum reprobaues rimus aliam. Itaque si peccator habet peccatum mortale & veniale sat est confiteri mortale: & non tenetur aliquo iure confiteri veniale sub dubitatis tamen, an quando quis habet venialia, & non mortalia teneatur confiteri illa venialia.

IN HOC dicit. S. Tho. hic in arti. 8. ad 3. quod probabile est quod sic de iure humano. Et hæc erat una opinio prima. Et hæc probatur argumentis iam factis hic in principio huius questionis.

SECUNDO dico, non obstantibus supra dictis nullum teneri ad venialium confessionem: siue habeat mortale, siue non, nec de iure diuino nec humano. Hæc est. S. Tho. in 1. 4. q. 6. artic. 2. ad 4. Et ibidem Caietanus. Et in summa nunquam. S. Tho. posuit aliam priorem opinionem scilicet quod de iure humano teneantur homines confiteri peccata venialia quando non habent mortalia. Ideo vultus est reliquisse illam opinionem in summa. Hæc est etiam Adriani in 4. q. 4. de confessione. Idemque tenet Scot. in 4. in hac materia. Idem Mertinensis codi. de confessione. q. 1. hæc denique communior est. Et probatur. Prius: quia si quis tenetur confiteri aliquod peccatum veniale. Ergo omne. Non enim est maior ratio de vno, quam de alio. Sed consequens est impossibile: quia nullus potest omnia vitare, nec de omnibus potest constare: ut illa quis confiteatur. Vnde, si verum illud esset, nemo posset adimplere præceptum illius cap. Omnis vtriusque, sicque homines ad impossibile obligarentur, quod dicere absurdum est.

SECUNDO. Præceptum illud intelligitur de solis mortalibus, & de illis tantum loquitur. Probatur: quia dicit, confiteatur, &c. proprio sacerdoti. At de venialibus non est proprius sacerdos: quia quilibet potest confiteri de illis cuiuslibet sacerdoti cui voluerit. Ergo, &c.

TERTIO. Quia in illo præcepto dicitur, quod quilibet confiteatur omnia peccata. Sed non potest quis confiteri omnia venialia. Ergo non intelligitur præceptum de illis.

SE

SED contra. Esto quod quis habeat solum venialia, si non confitetur, excommunicabitur: ergo tenetur ad confessionem.

AD HOC dico: quod ille, qui solum habet venialia, debet petere Eucharistiam a curato, & si curatus dicat, confitente prius, dicat, non indigeo. Et sacerdos in illo foro tenetur credere illi, & dare Eucharistiam, illeque non potest amplius compelli. Et peccator non potest aliud dicere: quia non potest imponere sibi peccatum quod non habet: ut dicitur in art. sequenti.

QUARTO. Probatur nostra conclusio: quia ad remissionem venialium sunt multa alia remedia. scilicet aqua hustralis: unctio pectoris, oratio dominica: confessio generalis. Ergo non est necessaria confessio sacramentalis: quia sufficientia aliorum sacramentorum excludit necessitatem aliorum.

QUINTO. Ut dicebamus superius, decedens in gratia cum venialibus necessario in alia vita consequetur veniam illorum: ergo non est necessaria confessio pro venialibus. Antecedens probatur: quia hæc est sententia doctorum super illud Pauli. 1. ad Corinth. 3. Qui autem superædificat lignum, fenum, vel stipulam, saluus erit: sic tamē quasi per ignem. Et sic etiam dicunt sancti super illud Matth. 12. Qui peccaverit in spiritum sanctum: non remittetur in hoc seculo, nec in futuro. Unde colligitur peccata aliqua posse in alio seculo remitti. Quæ non sunt mortalia: ergo venialia: ergo pro illis venialibus non est necessaria vocalis confessio.

SEXTO. Venialia compatiuntur se cum charitate: ergo stat aliquem cum charitate & venialibus decedere. Ille ob finalem gratiam saluabitur: quia ubi ceciderit lignum, ibi erit. Ideo necesse est quod peccata venialia in quibus talis decessit remittantur: quia nihil coinquinatum introibit in regnum cælorum.

SÉPTIMO. Pœnitentia sacramentalis solum est necessaria illis qui patiuntur naufragium: dicente Hiero. super Amos. 1. pœnitentia est secunda tabula post naufragium. At per venialia non incurritur naufragium, ergo. &c.

AD argumenta vero quæ fecimus in oppositum dico. Ad primum, quod licet Christus non fecerit illic Ioan. 20. mentionem vel expressam exceptionem de venialibus, constat ratione quod sunt excipienda venialia, eo quod sunt contra illa multa remedia: & quia sunt cum charitate, & quia remittuntur in alia vita.

AD secundum de illo cap. Omnis vtriusque dico: ut probavi quod non intelligitur de venialibus, nec de illis loquitur: quia non potest obligare ad impossibile, aut nimium difficile, quod in moralibus dicitur impossibile, essetque impossibile aut nimium difficile confiteri venialia omnia. Tum, quia Christus non obligavit nos ad confitendum venialia: ut probavimus: ergo nec ecclesia: quia non potest. Et propter hoc diximus quod ecclesia non potuit nos obligare ad confitendum mortalia: nisi quia Christus obligavit. Unde eccle-

sia in illo cap. solum determinat tempus quando debemus confiteri, ad quod a Christo eramus obligati. Cum ergo ad venialia non simus a Christo obligati, nec ecclesia poterat nos ad illa confitendum obligare.

TERTIO, Arguitur. Aliqua sunt venialia de quibus dubium est, an sint mortalia. Ergo illa necessario confitenda sunt quia alias exponeret se peccator periculo dimidiandi confessionem.

AD hoc tunc concedo. Sed non tenetur propter preceptum aliquod: sed propter conscientiam erroneam quam habet, quod forte sunt mortalia: sicut etiam bonos actus tenerentur confiteri, si iudicet ex errore quod sunt mortalia.

QUARTO ad idem si est necessarium confiteri mortalia ideo est: ut peccator veniam consequatur, & pœnam vitæ æternam. Sed ad hoc etiam est necessarium confiteri venialia mortalibus coniuncta quia etiam puniuntur peccatores æternaliter: ergo.

AD hoc nego minorem: quia & si peccata venialia cum mortalibus æternaliter puniuntur, non propter ipsa venialia, sed ratione status, & ratione mortalium, eo nempe quod visu venit cum malis socijs esse. Unde impertinens est quod venialia sint coniuncta mortalibus, aut sola, quo ad confessionem.

NEC propter ea quæ diximus quod venialia non tenentur homines aliquo iure ad confitendum venialia sequitur quod venialia non sint materia confessionis: quia qui dedit quod plus est, & quod remittantur mortalia in confessione, dedit quod minus est, quod etiam remittantur venialia in confessione. Sed præcepit quod confiteamur mortalia, & non venialia. Et quod venialia sint materia confessionis dicit S. Th. supra. q. 25. ar. 2. ad 3. ubi dicit, quod peccata venialia sunt materia propria confessionis sed non principalis.

Articu. quartus

Utrum aliquis possit confiteri peccata quæ non fecit.

Tho. in. 4. d. 21. q. 2. ar. 3.



AD QUARTVM sic proceditur. Videtur quod aliquis licite possit confiteri peccatum quod non fecit: quia (ut dicit Grego.) bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est: ergo ad bonam mentem pertinet: ut de illis culpis se accuset quas non commisit.

PRAETEREA. Aliquis per humilitatem reputat

se deteriorē aliquo, qui est manifestus peccator, et in hoc est commendandus. Sed quod corde quis estimat, licet ore confiteri. Ergo licite potest confiteri, se habere gravius peccatum, quam habeat.

PRAETEREA. Aliquis aliquando dubitat de peccato aliquo utrum sit mortale, vel veniale. Et talis debet de illo (ut videtur) confiteri, ut de mortali. Ergo aliquis debet confiteri aliquando peccatum quod non habet.

PRAETEREA. Satisfactio ex confessione ordinatur. Sed aliquis potest satisfacere de peccato quod non commisit. Ergo etiam potest confiteri peccatum quod non fecit.

SED CONTRA. Quicumque dicit se fecisse quod non fecit, mentitur. Sed nullus in confessione mentiri debet: cum omne mendacium sit peccatum. Ergo nullus debet confiteri peccatum quod non fecit.

PRAETEREA. In iudicio exteriori non debet aliquod crimē alicui impingi, quod non potest per testes idoneas probari. Sed testis in foro pœnitentiæ est conscientia. Ergo aliquis non debet se accusare de peccato, quod conscientia non habet.

RESPONDEO dicendum, quod per confessionem debet pœnitens se confessori suam manifestare. Ille autem qui aliud sacerdoti de se loquitur quam sua conscientia habeat, siue in bonum, siue in malum, non se sacerdoti manifestat, sed magis occultat. Et ideo requiritur idonea confessio. Sed ad hoc quod sit idonea, requiritur quod os cordi concordet: ut solum hoc os accuset, quod conscientia tenet.

AD PRIMVM ergo dicendum quod agnoscere culpam ubi culpa non est, potest esse dupliciter. Vno modo ut intelligatur quantum ad substantiam actus. Et sic non est verum. Non enim ad bonam mentem pertinet, sed ad errantem: ut se actum aliquem commisisse agnoscat quem non commisit. Alio modo quantum ad conditionem actus. Et sic verum est quod Grego. dicit: quia iustus in actu qui de se bonis videtur formidat, ne aliquis defectus ex parte sua

fuerit. Et sic dicitur Iob. 9. Verebar omnia opera mea. Et ideo ad bonam mentem etiam pertinet: ut formidinem quæ corde tenet lingua accuset.

AD SECVNDVM dicendum quod iustus qui est vere humilis, non reputat se deteriorem quantum ad perpetracionem actus, qui sit peior ex genere: sed quia timeret, ne in his quæ bene agere videtur, per superbiam gravius delinquat.

AD TERTIVM dicendum, quod quando aliquis dubitat de aliquo peccato, an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente: quia quicquid committit, vel omittit, in quo dubitat esse peccatum mortale, peccat mortaliter discriminari se committens. Et similiter periculo se committit, qui de hoc quod dubitat esse mortale, negligit confiteri: non tamen debet asserere illud mortale esse: sed tamen dubitative loqui, & in iudicio sacerdotis expectare, cuius est discernere inter lepram & lepram.

AD QUARTVM dicendum, quod ex hoc quod homo satisfacit pro peccato quod non commisit, non incurrit mendacium: sicut cum quis confitetur peccatum, quod non credit se fecisse. Si enim dicat peccatum quod non fecit, dum credit se fecisse, non mentitur. Et ideo non peccat, si eodem modo dicat sicut est in corde suo.

IN HOC quarto artic. est unica conclusio, quæ sic habet. Non est licitum pœnitenti quod imponat sibi peccatum quod non habet. Probatur quia ad minus mentitur. Et omne mendacium est peccatum. Ergo. &c.

DUBITATUR tamen quod sit peccatum confiteri peccatum quod quis non habet. An sit peccatum mortale: si quis dicat, pater semel sum furatus, & non est ita in rei veritate. Et videtur quod non: quia si esset mortale esset propterea quia se diffamat. Sed hoc non: quia in confessione non est infamia ipsi pœnitenti. Ergo. &c.

HOC non obstante, dico quod est probabile, quod qui in confessione imponit sibi crimen mortale quod non habet, peccat mortaliter. Et credo quod ita intelligit S. Tho. hic & 2. secundæ. q. 69. art. 1. ad 3. ubi dicitur, quod ille qui in iudicio mentitur se excusando facit contra dilectionem Dei cuius est iudicium, & contra dilectionem proximi. Ergo peccat mortaliter. Idem dicit 2. secundæ. q. 70. art. 4. Et probatur: quia committit fictionem in his quæ sunt de necessitate confessionis decipiens confessarium, et facies quæ opponat absolutionem, foris sacramenti supra

supra non materiam sacramenti, & tentet absolute quod non potest & non est materia confessionis. **SECUND.** Omnis qui mentitur in iudicio exteriori iudici iuridice procedenti in materia graui, peccat mortaliter: quia violat iustitiam, & non dat iudici obedientiam quam debet ei. Ergo etiam ille qui mentitur in foro interiori: quia eadem est ratio.

Dubium secundum. **D**VBITATUR, an sit verum sacramentum, si quis confitetur omnia peccata quæ in rei veritate habet, & confitetur vnum mortale quod non habet, vel an talis teneatur iterum confiteri non solum de illa fictione & nouo peccato quod incurrit, sed etiam de alijs peccatis quæ ibi vere confessus fuit?

AD HOC dico, quod tenetur repetere totam confessionem: quia confessio illa fuit ficta. Habet, secundo, aliud peccatum mortale quod non confitetur, scilicet mendacium illud perniciosum. Ergo non fuit integra confessio. Est igitur repetenda. Tertio etiam quia non instruit iudicem, scilicet confessarium. Et ideo errat in illa confessione. Ergo est repetenda, esto esset integra alias.

Dubium tertium. **D**VBITATUR tertio si quis confitetur pro certo quod peccauit mortaliter, & tamen ipse dubitat, & in rei veritate peccatum est dubium, an teneatur reiterare confessionem illam. Videtur, quod non: quia omnes dicunt quod peccatum dubium est confitendum, & ita dicit. S. Thom. hic ad. 3.

AD hoc dico quod probabilius & securius est quod tenetur reiterare confessionem propter rationes iam factas. Et ad rationem in oppositum dico quod verum est quod debet confiteri illud peccatum dubium, sed sic sub dubio, & non pro certo in quo ipse errat: quia mentitur. Et hoc dicit hic. S. Thom. ad. 3.

Dubium quartum. **PRAETEREA** Dubitatur, an scrupuli sint confitendi: ut cum quis credit, id est, assentitur quod non fecit: sed habet quandam leuem suspicionem quod fecit: hoc enim est scrupulus.

AD hoc dico, quod non tenetur quis confiteri scrupulos. Probat: quia in rebus moralibus debemus procedere ex crasis coniecturis. Et illa est demonstratio & euidentiæ moralis quando sunt coniecturæ apparentes pro vna parte, & non pro alia. Ergo euidens est moraliter quod non est peccatum. Ergo non est confitendum: esto ille habeat leuem formidinem pro alia parte. Et Deus non est sophista, nec animarum laqueos querit.

VNDE errant & sunt stulti illi qui sunt scrupulosi & confitentur scrupulos: quia infamant sacramenta, & reddunt ea odiosa. Satis enim est confiteri peccata certa, & dubia sub dubio: non autem scrupulos qui sunt veri scrupuli: ut explicatum est. Secus autem si sint grossi: ut cum esset probabilis apparentia quod sit peccatum. Exemplum. Est aliquis qui habet propositum cauendi à peccatis, & non consentiendi tentationibus, & expertus est resistit illis tentationibus & illecebris, quædo se offerunt: postea occurrerunt tentationes & detentus

fuit, & recesserunt. Postea autem non meminit si consensit, vel si resistit, aut repressit tunc dico quod non opus est confiteri illas cogitationes. Idemque dicendum de cogitationibus fidei, & de similibus phantasias quæ se offerunt homini parato etiam si opus esset, mori pro fide.

DVBITATUR rursus, an liceat alicui confiteri peccatum veniale quod non habet. Respondeo quod non: quia mentitur, & peccat.

SED an peccet mortaliter? Ad hoc Caiet. 2. secundæ. q. 9. art. 1. dicit, quod semper est peccatum mortale: quia mentitur in iudicio, & tale mendacium est perniciosum. quia tenebatur dicere verum iudici iuridice procedenti propter vinculum iudicij quantuncumque materia de se esset leuis: ut si prelatatus iuridice procedens eum præcepto quærat aliquid à suo subdito, esto id de se sit leue, peccat mortaliter subditus, si mentiat. Ita igitur cum sacerdos interrogandi auctoritatem habeat, si ei pariter mens mentiat peccat mortaliter.

ALIA est opinio quæ dicit, quod mentiri in confessione circa materiam venialium, non est peccatum mortale. Probat: quia illa materia leuis non est materia necessaria illius iudicij: quia nec confessarius, nec ecclesia potest exigere illam materiam minimam venialium, ut supra diximus art. præce. nec quancumque minimam veritatem, nec sacerdos nec alius iudex. Ergo eum materia venialium non sit materia necessaria confessionis non tenetur penitens dicere verum sub pena peccati mortalis: si cut si quæret sacerdos à penitente, an sit pauper non tenetur dicere verum: quia non est materia illius iudicij. Et propter hanc rationem Caiet. esto illud dixerit in 2. secundæ in summa sua moderatur iuam opinionem, & dicit, quod si sit intentio penitentis facere peccata venialia materiam confessionis, tunc peccat mortaliter, si mentitur, etiam in materia veniali: quia tunc iam est materia principalis, & iam pertinet ad iudicium. Sed quando non intendit facere materiam: ut cum confitetur solum mortalia, non peccat mortaliter.

SED contra. Hoc nihil est dicere: quia ex hoc quod ille vult negare peccatum veniale, vult quod non sit materia confessionis. Non enim requiritur quod habeat reflexionem dicens nolo quod iam sit materia confessionis: sed satis est velle negare. Ideo dico ad hoc tribus propositionibus.

PRIMA propositio. Probabile est illud quod dicebat secunda opinio, scilicet quod mentiri in confessione siue imponendo, sibi peccatum veniale, siue negando veniale quod habet aliqua alia vera peccata confitetur non peccat mortaliter propter factam rationem: quia peccatum veniale non est necessaria materia illius iudicij.


SECUNDA conclusio est: quam reputo certior, & probabilior quod qui mentitur in confessione circa peccata venialia imponens sibi aliquod peccatum veniale quod in rei veritate non habet peccat mortaliter. Probat: quia decipit confessarium

rius faciens quod apponat formam super non materiam. Ergo, & c. sicut si fecisset confessarium apponere formam super lapidem vel aliam non materiam.

TERTIA conclusio est. Qui mentitur in confessione circa materiam venialium negans peccatum veniale quod habet, probabilius est quod non peccat mortaliter. Probat: quia illa non erat necessaria materia illius iudicij, & non facit quod sacerdos apponat formam super non materiam, nec illum decipi: in aliquo graui ad iudicium pertinente. Ergo non peccat mortifere.

Artic. quintus.

Vtrum statim teneatur peccator confiteri.



QUINTVM sic proceditur. Videtur quod statim teneatur peccator confiteri: dicit enim Hugo de S. Viet. Si necessitas non est quæ prætendatur

contemptus non excusatur. Sed quilibet tenetur vitare contemptum. Ergo quilibet tenetur statim confiteri, cum potest.

PRAETEREA. Quilibet tenetur plus facere ad euadendum morbum spiritualem quam ad euadendum morbum corporalem: sed aliquis infirmus corporaliter non sine detrimento salutis medicum requirere tardat. Ergo videtur quod non possit esse sine detrimento salutis, quod aliquis sacerdoti cuius copiam habet, non statim de peccato confiteatur.

PRAETEREA. Illud quod sine termino debetur: statim debetur. Sed sine termino debet homo confessionem Deo. Ergo tenetur ad statim.

SED CONTRA. In decret. simul datur tempus determinatum de confessione & de Eucharistia perceptione. Sed aliquis non peccat si non percipiat Eucharistiam ante tempus à iu-

re determinatum. Ergo non peccat, si ante tempus illud non confiteatur.

PRAETEREA. Quicumque illud omittit ad quod ex præcepto tenetur, peccat mortaliter. Si ergo aliquis non statim confitetur quando habet copiam sacerdotis, si ad statim confitendum tenetur: peccat mortaliter, & eadem ratione alio tempore, & sic deinceps, set ita multa peccata mortalia homo incurret pro vna penitentia dilatione, quod videtur inconueniens.

RESPONDEO dicendum, quod cum propositum confitendi sit annexum contritioni: tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur, scilicet, quando peccata memoria occurrant, eum præcipue in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo, in quo sine peccati remissione oporteat eum peccatum incurere: sicut cum tenetur ad celebrandum, si desit copia sacerdotis: saltem conteri tenetur, & habere propositum confitendi. Sed ad confessionem actualiter faciendam obligat aliquis dupliciter: Vno modo per accidens, scilicet quando ad aliquid tenetur quod non potest sine peccato facere non confessus: tunc confiteri tenetur: sicut si debeat Eucharistiam percipere, ad quam nullus post peccatum mortale, nisi confessus accedere debet, copia sacerdotis oblata, & necessitate non urgente. Et inde venit obligatio qua ecclesia omnes obligat ad semel in anno confitendum: quia instituit, ut semel in anno, scilicet in paschate omnes sacramentum communionem accipiant. Et ideo ante tempus illud omnes confiteri tenentur. Et alio modo obligantur aliqui ad confessionem per se. Et sic videtur esse eadem ratio de confessione & baptismo differendo: quia verumque est sacramentum necessitatis. Ad baptismum autem percipiendum non tenetur aliquis statim postquam habet propositum baptismi: ita quod peccet mortaliter, nisi statim baptizetur. Nec est aliquid tempus determinatum, ultra quod si baptismum

differat peccatum incurrat. Sed potest contingere quod in dilatione baptismi mortale erit peccatum, vel non erit. Et hoc pensandum est ex causa dilationis: quia (sicut dicit philosophus 3. phys.) voluntas non retardat facere opus voluntatis nisi propter aliquam causam rationabilem. Vnde si causa dilationis baptismi mortale peccatum annexum habeat: ut pote si propter contemptum, vel aliquid huiusmodi baptismum differat: dilatio erit peccatum mortale, aliās non. Et ideo idem videtur esse in confessione quae non est maioris necessitatis quam baptismus. Et quia ea quae sunt de necessitate salutis, tenentur homo in hac vita implere, ideo si periculum mortis imminet, etiam per se loquendo, obligatur aliquis ad confessionem faciendam tunc, vel baptismum suscipiendum. Et propter hoc etiam, Iaco. simul praeceptum cecidit de confessione facienda, & extrema unctione percipienda. Et ideo videtur probabilis illorum opinio qui dicunt, quod non tenentur homo ad statim confitendum: quantum periculosum sit differre. Alij dicunt, quod tenentur contrarius ad statim confitendum, debita opportunitate oblata secundum rectam rationem: nec obstat quod decre. terminum praefigat ut semel in anno confiteatur: quia ecclesia non indulget dilationi: sed prohibet negligentiam in maiori dilatione. Vnde per decre. illam non excusatur à culpa dilationis quantum ad forum conscientiae: sed excusatur à poena, quantum ad forum ecclesiae: ut non priuetur debita sepultura, si morte praeventus fuerit ante tempus illud. Sed hoc videtur nimis durum: quia praecepta affirmatiua non obligant ad statim, sed ad tempus determinatum: non quidem ex hoc quod commode impleri pos-

sunt: quia tunc si non daret aliquis elemosinam de superfluo quandocumque pauper monstraretur, peccaret mortaliter quod falsum est. sed ex hoc quod tempus necessitatem urgentem adducit. Et ideo non oportet, quod si statim oblata opportunitate non confiteatur, etiam si maior opportunitas non expectetur, aliquis peccet mortaliter: sed quando ex articulo temporis necessitas confessionis inducitur. Nec hoc est ex indulgentia ecclesiae, quod non teneatur ad statim: sed ex natura praecepti affirmatiui. Vnde ante ecclesiam statutum etiam minus debeatur. Quidam dicunt quod seculares non tenentur ante quadragesimale tempus confiteri, quod est eis poenitentiae tempus: sed religiosi tenentur ad statim: quia totum tempus est eis poenitentiae tempus. Sed hoc nihil est: quia religiosi non tenentur ad alia plus quam alij homines: nisi ad quae ex voto se obligauerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Hugo loquitur de illis qui sine sacramento decedunt.

AD SECVNDVM dicendum quod non est de necessitate salutis corporalis, quod statim medicum querat, nisi quando necessitas curationis incipit. Et similiter est de morbo spirituali.

AD TERTIVM dicendum, quod reventio rei alienae invito domino contrariatur praecepto negatiuo, quod obligat semper, & ad semper. Et ideo tenentur semper ad statim reddendum. Secus est autem de impletione praecepti affirmatiui, quod obligat semper, & non ad semper. Vnde non tenentur quis ad statim implendum.

IN HOC quinto articulo respondet, S. Tho. aliquibus propositionibus reprobando aliquas aliorum sententias. Sed ego non repeto illas: quia litera manifesta est.

HIC prius nota, quod hoc praeceptum de confessione potest dupliciter considerari. Vno modo scilicet de praefixa in iure diuino seclusa omni ecclesiae determinatione. Alio modo post determinationem ecclesiae. Quantum ad primum stando in iure solo diuino dubitatur, an statim post peccatum mortale peccator obligetur ad confessionem.

opinio aliorum.

AD HOC dicunt aliqui, quod quantum ad illud praeceptum de confessione simile est iudicium, sicut de alijs praeceptis affirmatiuis quae obligant in articulo necessitatis. & aliquando solum semel in vita: quia semel in vita se offert articulus necessitatis. Vnde sic dicunt de praecepto confessionis, quod stando in solo iure diuino non obligat: nisi in articulo mortis qui est articulus necessitatis. Et hoc quantum deest. Probatur: quia nullam habet determinationem de iure diuino. Et non est maior ratio quod obliget in vno tempore, quam in alio. Ergo semel in vita solum obligat.

SED CONTRA. Impossibile est, quod aliquis confiteatur peccata sua semel in vita tantum. Ergo teneatur pluries confiteri. Probatur antecedes: quia non potest aliquis confiteri peccata sua sine memoria illorum. Sed moraliter non potest quis esse tam bonae memoriae quod sit memor omnium peccatorum quae commisit quadraginta annis. Ergo frustraretur illud praeceptum ad minus pro maiori parte: quia in fine vitae pauca peccata potest quis retinere memoria post tam longum tempus.

Secunda opinio.

IDEO alij dicunt, quod stando in iure diuino duntaxat tenentur quis confiteri in articulo necessitatis. Et dicunt quod articulus necessitatis est quando est periculum quod obliuiscantur peccata. Sicut tenentur quis implere alia praecepta quando est probabile quod si tunc non impleat, non poterit amplius implere: ut de audienda missa in die festo, non tenentur quis audire mane: nisi sit sola vna missa quae agitur mane. Sic dicunt de confessione quod peccator tenentur confiteri, intra illud tempus quod sufficit ad retinendam memoriam peccatorum. Quod tempus est, quando videtur peccatori quod si non confiteatur in illo, obliuiscetur peccatorum. Si enim videatur poenitenti quod si non confiteatur bis in anno, aut semel in mense obliuiscetur peccatorum, talis tenentur confiteri infra illud tempus, sub poena noui peccati mortalis de iure diuino hoc Metinen. codi. de confessio. q. 17. & Maior in. 4. d. 17. q. 2.

SED CONTRA hoc arguitur hoc modo. Sequeretur quod ecclesia negligenter determinauit tempus confessionis, scilicet semel in anno tantum: ut fecit in illo capi. Omnis vtriusque. Probatur assumptum: quia probabile est quod per totum annum peccatores obliuiscantur multorum peccatorum. Et certum est, quod si de iure diuino tenerentur peccatores confiteri peccata sua pluries in anno ecclesia non

posset dare facultatem: ut differretur confessio usque ad annum. Ergo ecclesia negligenter determinauit tempus confessionis: cum sint aliqui qui per annum peccatorum à se commissorum obliuiscantur.

AD hoc illi dicunt, quod ecclesia non dedit nouam licentiam: ita ut si alias peccator erat obligatus de obligaretur: sed voluit restringere & arctare negligentiam hominum peccatorum ne nimium differrent confessiones suas. Nec voluit dicere quod omnino confiterentur antea: sed quo ad forum exterius voluit quod non differretur confessio ultra annum, & si fiat quod puniatur in foro exteriori ille qui sic ultra annum vult differre & differt confessionem. Vnde si quis aggredere periculum mortis ante annum ecclesia non deobligat illum.

SED his non obstantibus dico, quod certum est quod secluso articulo mortis & aliquibus paucis quae dicemus hic, non tenentur homines confiteri, nisi semel in anno. Probatur: quia alias ecclesia deciperet nos quae ita dicit quod sufficit confiteri semel in anno.

SED pro hac & similibus difficultatibus est notandum quod Christus redemptor noster qui fuit author sacramentorum, & instituit ecclesiam suam, dedit praecepta generalia & ordinationes: sed non dedit praecepta & ordinationes in particulari quibus sufficienter ecclesia posset gubernari: quia cum illis praeceptis generalibus omnia essent confusa. Probatur: quia Christus non instituit episcopatus distinctos: sicut nunc sunt in ecclesia per diuersas dioceses, & tamen si non essent episcopatus distincti, non posset conuenienter totus populus Christianus gubernari: quia si indifferenter posset qui libet episcopus omnes gubernare, contingeret quod ipsi episcopi praeciperent contraria.

SED contra Ergo Christus fuit in sufficiens. Nemo consequentiam: quia propterea instituit pontifices & praelatos: ut gubernarent ecclesiam in particulari, datumque est praeceptum, Obedite praepositis vestris Hebr. 13. Ad hunc enim finem datum est: ut bene gubernetur ecclesia.

SECUNDO est notandum quod Christus reliquit aliqua praecepta generalia sine quacumque determinatione quae non possent bene impleri ad intentionem Christi sine noua dispositione & determinatione ecclesiae: ut est illud desumenda Eucharistia, Nisi manducaueritis Ioan. 6. quia stante praefixa Christi praecepto non est aliquod tempus determinatum quando tenentur quis iungere. Si dicas quod semel in vita: non est verisimile, quod Christus voluit obligare Christianos solum semel in vita: cum in oratione dominica dicatur, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et multi sancti (ut Hiero.) exponunt, quod ibi per panem petimus Eucharistiam.

SECUNDO. quia etiam Apostoli in primitiua ecclesia hoc sacramentum frequenter sumebant, & alijs administrabant.

TERTIO. Christus dixit, haec quotiescunque egeritis, e iij feceritis.

iacent dispensationi prælatorum ecclesie. Sed confessio est huiusmodi: ut ex dictis patet. Ergo potest dispensari cum aliquo ne confiteatur.

PRÆTEREA. Illud quod ab homine constitutum est: potest etiam ab homine dispensationem recipere: Sed confessio non legitur à Deo instituta: sed ab homine Iacob. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Habet autem Papa potestatem dispensandi in his que per Apostolos instituta sunt sicut patet de bigamis. Ergo etiam potest cum aliquo dispensare ne confiteatur.

SED CONTRA. Pœnitentia, cuius pars est confessio, est sacramentum necessitatis sicut baptismus. Quum ergo in baptismo nullus dispensare possit: nec in confessione aliquis dispensare poterit.

RESPONDEO dicendum, quod ministri ecclesie instituuntur in ecclesia diuinitus fundata ideo institutio ecclesie presupponitur ad operationem ministrorum: sicut opus creationis presupponitur ad opus naturæ. Et quia ecclesia fundatur in fide & sacramentis, ideo ad ministros novos articulos fidei edere, aut editos remouere, aut noua sacramenta instituire, aut instituta remouere non pertinet: sed hoc est potestatis excellentiæ, que soli debetur Christo, qui est ecclesie fundamentum. Et ideo sicut Papa non potest dispensare, ut aliquis sine baptismo saluetur: ita nec quod saluetur sine confessione, secundum quod obligat vi sacramenti. Sed potest dispensare in confessione, secundum quod obligat de præcepto ecclesie: ut possit aliquis diutius confessionem differre, quam ab ecclesia institutum sit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod præcepta diuini iuris non minus obligant, quam præceptis iuris naturalis. Vnde sicut non potest dispensari in iure naturali: ita nec in iure positivo diuino.

AD SECVNDVM dicendum, quod præceptum de confessione non est ab homine primo

institutum: quauis sit à Iacobo promulgatum: sed à Deo institutionem habuit: quauis expressa ipsius institutio non legatur. Tamen quedam præfiguratio illius inuenitur, & in hoc quod Iohāni confitebatur peccata, qui baptismo ipsius ad gratiam Christi preparabantur, & in hoc quod Dominus sacerdotibus leprosos transmisit. Qui quauis non essent noui testamenti sacerdotes: tamen in eis noui testamenti sacerdotium signabatur.

IN HOC articulo est conclusio. S. Thom. quod non potest Papa dispensare in præcepto confessionis. Et probatur: quia inferior nō potest relaxare, vel reuocare præceptum superioris. At præceptum confessionis est præceptum Dei. Ergo non possunt pontifices dispensare in illo. Minor fuit probata satis iam in præcedentibus.

SE D contra hanc conclusionem arguitur hoc modo. Reddere votū simplex est de iure naturali & diuino, & Papa potest in illo dispensare. Ergo etiam in præcepto confessionis. Antecedens patet ex illo Psal. 75. Vouete, & reddite domino Deo vestro: Consequencia probatur quia eadem est ratio.

PROPTER hoc argumentum aliqui iure cōsuli dicunt, quod Papa potest dispensare in matrimonio rato non consummato: quia sicut potest dirimere votum simplex: ita matrimonium ratum & non consummatum.

SECVNDO. Dicunt, quod potest Papa dispensare in iure diuino, nisi illud ius diuinum sit de iure naturali etiam.

TER TIO: Dicunt, quod multa impedimenta matrimonij sunt de iure diuino, & tamen Papa potest in illis dispensare.

EGO tamen miror, quod sint aliqui qui uenerint in illam sententiam. Quia vnde habet Papa illam authoritatem: cum ipse sit institutus vicarius Christi ad hoc solum, ut faciat, quod impleantur præcepta Dei: Non ergo potest relaxare mandata Dei.

SECVNDO. Dico, quod hæc materia, an Papa possit dispensare in iure diuino non spectat ad iuris consultos: nisi pro quanto determinatur in iure. Et cum hoc non sit in iure determinatum, nō spectat ad eos.

TER TIO. Dico, quod capiendo proprie dispensare non potest ecclesia dispensare in iure diuino: quia proprie dispensare, est relaxare, vel in casu tollere ius diuinum respectu alicuius particularis, quod ecclesia non potest efficere.

SECVNDO. Ecclesia non potest dispensare in baptismo nec in Eucharistia. Ergo nec in alijs,

alijs, que sunt de iure diuino. Et si quæretur ab eis, quare non potest ecclesia dispensare in baptismo, cum non sit de iure naturali, & potest in confessione aut voto simplici, ipsi nesciunt.

IDEO dico ad questionem absolute, quod in nullo casu, etiam si totus mundus debeat perire, potest Papa aut ecclesia dispensare in his que sunt proprie de iure diuino: sicut non potest dispensare in perituro.

ET ad argumentum illorum. Potest dispensare in voto simplici, concedo, & potest dispensare in matrimonio rato & non consummato, transeat: licet forte hoc sit falsum. Ergo in iure diuino nego consequentiam. Et si ieiunare in quadragesima esset de iure diuino, non posset Papa dispensare in illo.

Et si quis esset astrictus voto ad illud ieiunium, Papa posset dispensare. Ergo aliud est, vnde ipsi fatentur, quod in iure diuino non potest Papa dispensare, nisi in maxima causa: ut propter mortem vel causam publicam. Sed in voto simplici pro parua causa & particulari dispensat: ut dispensatus prædicet vel faciat aliud melius. Sed nota (dicunt) quod aliud est dispensare in iure diuino, & aliud in melius mutare, propter quod aliqui ex eis, qui tenent, quod papa non potest dispensare in iure diuino respondent ad illud argumentum de voto simplici, quod Papa nō dispensat in voto sed declarat, quod votum non teneat in tali casu, ut si quis voueat nō comedere carnes, si male habeat cum piscibus, declarat Papa, quod tunc non obligabat votum. Et ideo summus pontifex quando commutat votum, nihil aliud facit, nisi declarare quod antea nō tenebatur seruare votum. Et ita in matrimonio rato non consummato dicunt, quod quando Papa dispensat nihil aliud facit, nisi declarare, quod non tenebat illud matrimonium.

SE D hoc totum procedit ex hoc quod non intellegunt, quid sit ius diuinum.

Et ideo dico cum Theologis cōmuniter, quod Papa proprie dispensat in voto simplici. Et probatur quia dispensare proprie in aliquo est facere, quod illud non obliget aliquem nunc in tali casu manente alias obligatione citra casum illum, & citra dispensationem illam, & manente obligatione illa apud alios, cum quibus non dispensatur. Ut dispensare in præcepto ieiunij, est facere, quod non obliget istum in particulari, & in tali casu, manente lege & eius obligatione apud alios.

SECVNDO. Dico, quod dispensare in voto, non est dispensare in iure diuino: quia non valet ista consequentia. Reddere votum est de iure diuino. Ergo quum dispensatur in voto, dispensatur in iure diuino. Sicut nec etiam ista valet. Est de iure diuino obedire præpositis, ad Hebræ. 13. Ergo quādo papa dispensat in Præceptis ecclesie, dispensat in iure diuino.

VNDE. Sicut est præceptum diuinum obedire præpositis, & cum solo illo præcepto ad nihil tenentur Christiani, id est, ad nullum opus: sed posito illo præcepto cum alio præcepto ecclesie, iam

est obligatio, & tunc præceptum ecclesie non est iuris diuini immediate sed humani, quia licet illud præceptum diuinum obliget pro tempore quo ecclesia determinauerit, illa determinatio est iuris positivi humani: ita dicendum est de voto simplici, nempe, quod illo solo posito, scilicet vouete & red dite Domino Deo vestro, ad nullum actum obligantur homines, sed posita propria obligatione, & promissione, iam in iure obligatio.

HIS notatis, dico tertio, quod quā Papa dispēsat nō voto, nō dispēsat earatōe, quatenus est de iure diuino: sed ratione illius quod vouens fecit sponte sua, nēpe, dispensat super illam obligationem humanam quam uouens peculiariter super induxit. Sicut etiā pontifex potest prohibere illum actum scilicet uerere, & præcipere quod nullus ante tantum tēpus uocat. Et non solum Papa sed etiam parentes auctoritate Papæ, possunt vota filiorum ante quartum decimum annum emissa irritare. Sed patres non habent potestatem dispensandi in iure diuino. Ergo quum dispensatur in voto, non dispensatur: quatenus est de iure diuino: sed quatenus habet aliquid humanum.

VNDE aliqui Theologi distinguunt dicentes. Duplex est ius Diuinum. Quoddam quod non dependet ab actibus nostris: sed de se est iustificans obligare ad aliquem actum. Et in hoc non potest ecclesia dispensare. Alterum est, quod non est iustificans ad obligandum sine aliquo alio actu humano adueniente, & in hoc potest ecclesia dispensare, ratione illius humani adiuncti. Et ita dicendum est de matrimonio rato & non consummato, quod si papa potest in illo dispensare, dispensat ea parte & ratione qua est contractus humanus, & sponte se volunt coniuges obligare matrimonio: non autem quatenus est de iure diuino. Nam si esset de iure diuino quod Petrus accipiat Mariam in uxore, non posset Papa dispensare.

EX quibus sequitur, quod quum præceptum de confessione sit absolute de iure diuino obligans ad aliquem actum, non interueniente humana voluntate, non potest Papa in illo dispensare.

SE D est notandum, quod aliud est dispensare & relaxare legem, & aliud declarare. Dispensare & relaxare, est facere, quod in certo casu non obliget aliquem, quū adhuc obliget in alio casu, aut alios: & declarare est interpretari, quod in tali casu nunquam obligabit ex intentione legislatoris:

SECVNDO dico ad illud primum argumentum præfatum negādo consequentiam. Nec enim est similis ratio de præcepto confessionis & baptisimi, ac de præcepto reddendi vota, & seruandis sacramentis: quia baptizari, aut confiteri, salutis impedimentū nemini asserre potest, quū in his sacramentis tota hominis salus consistat. Sunt quippe ad salutem necessaria: qua propter nō expediebat, ut resingeretur ecclesie facultas in huiusmodi præceptis dispensandi. At vota & iuramenta præstare, non nunquā vergit in salutis dispendium: eo quod homines sunt adiurandum & vouendum faciles, non

habita ratione futuræ in commoditatis. Quam obrem necessarium erat, ut ecclesia Christi potestatem haberet in voto & iuramento dispensandi: quæ, scilicet vincula subinde maioribus bonis poterant esse impedimento sine iniuria alicuius alterius. Et propter hoc non potest ecclesia in matrimonio consumato dispensare ad minus: quia quantum est de se iam esset cum iniuria vxoris. Dico quantum est de se: quia forte aliqua optaret diuortium a viro, & melius esset ei a viro separari: sed non sufficit, quia de se & ut plurimum non est sine iactura fornicationis.

Et si rursus infes: quia Matth. 16. dictum est Petro. Quodcumque solueris super terram &c. Ergo ecclesia habet potestatem de obligandi a confessione: nego consequentiam, quia potestas ibi pro missa, potestas clauium est, ad aperiendum dignis regnum cælorum, claudendum vero indignis: & per sacramenta baptismi & confessionis regnum cælorum suscipientibus aperitur. Non est Petro collata potestas: ut dispenseret in his sacramentis: ne suam videlicet destrueret potestatem, ea sacramenta tollendo, quibus administrandis regnum cælorum habebat fidelibus aperire. Sed vota & iuramenta seruare poterat aliquando esse fidelibus regni cælorum impedimentum: ut diximus. Idco quid potestatis datum fuit ecclesiæ Matth. 16. ex ipso ecclesiæ vsu cognosces, quæ in votis & iuramentis semper dispensauit nunquam autem in confessione, nempe, quia illud poterat, hoc autem nullo euentu nec modo.

Dubium primum:

DVBITATVR prius, esto quod ecclesia non potest dispensare in præcepto de confessione, an possit declarare, quod non tenentur homines ad confessionem in multis casibus: sicut, esto: si præceptum non occides, declarant Theologi & non dispensant, quod in defensionem propriam, & rerum, licitum est occidere. Et in libris Machabæorum legimus, quod Machabæi declarauerunt, quod non tenebantur seruare præceptum de celebratione sabbathi, cum periculo propriæ vitæ, & pugnaverunt in sabbatho: an ita poterit declarare Papa, quod Christus nunquam nos interdir obligare ad confessionem, quando sequitur noxamentum notabile corporale, vel poenitentis, vel alterius.

AD HOC dico quod ita. Sic etiam declarant Theologi, quod quum non occurrit aliud præceptum cum præcepto de confessione, omnes tenentur ad confessionem. sed si cum præcepto de confessione occurrit aliud, videndum est, quod est maius, & illud est seruandum, aliud autem relinquendum. Vt si quis scit probabiliter, quod si peccatum suum confitetur, scandalizabitur confessarius, qui cunque ille sit, ut si est hæreticus & mouebitur confessarius ad similem errorem: non tenetur tunc confiteri, aut si est mulier pulchra, & si confitetur se ab alieno corruptam sollicitabit eam confessarius, non tenetur confiteri, quousque cesset scandalum illud. Et ita, si probabiliter scit poenitens, quod si confite-

tur peccatum quod habet, nempe, adulterium aut homicidium, confessarius reuelabit illud peccatum, & occidetur adultera vel homicida, non tenetur confiteri. Et ita quoties sequetur notabile detrimentum poenitenti vel alteri ex confessione, non tenetur ad confessionem.

DVBITATVR secundo, an Papa possit dispensare in tempore confessionis. **A**D HOC dico prius, quod Papa potest dispensare in illo præcepto, Omnis vtriusque sexus: quia solum est iuris positium, & ipse habet potestatem super quodcumque ius positium.

SED contra. Illud præceptum est concilij Lateranensis. Concilium autem est supra Papam. Et quum inferior in superiorem potestatem non habeat, non poterit dispensare Papa in illud, præceptum concilij.

HAEC quæstio pendet ex alia, an scilicet concilium sit supra Papam, vel e contra. Et tenedo quod Papa est supra concilium, argumentum non habet difficultatem: sed tenedo quod concilium est supra Papam est maius dubium propter argumentum. His non obstantibus dico ad hoc, quod licet concilium sit supra Papam, potest Papa dispensare in quocumque præcepto concilij generalis: quia Papa est pastor vniuersalis totius orbis, a Christo & non a concilio. Et concilium non habet potestatem ad impediendum summi pontificis potestatem: sicut si quis haberet potestatem a Deo ad audiendum confessiones aliorum in hac ciuitate, Papa autem in toto vniuerso & etiam super hanc ciuitatem ipse potest superior est illo alio qui solum habet potestatem super hanc ciuitatem: sed ipse non potest impedire alium quin abioueret in hac ciuitate. Forte quod male faceret Papa, si contra intentionem concilij faciat: sed extensiuè quicquid potest concilium potest Papa. Vnde sicut concilium potest in suis legibus dispensare, ita & Papa: quia ad totam gubernationem ecclesiæ est pastor institutus.

DVBITATVR tertio, an possit Papa dispensare: ut semel tantum in vita confiteatur homines. Dico quod non: sicut nec potest dispensare quod tantum semel in vita homines sumant Eucharistiam.

SED contra. Est de iure positio humano tantum quod homines pluries in vita confiteantur, & quod pluries sumant Eucharistiam. Ergo &c.

AD HOC nego antecesses. Imo partim & multum est de iure diuino: quia intentio Christi fuit, ut hæc mysteria frequentarentur, & reliquit ecclesiæ determinandum tempus huius frequentationis. Si dicas ponamus quod ecclesia non determinet, non admitto: sicut nec admittam quod potest errare. Et hoc pertinet ad prouidentiam Dei. Sic ergo nego, quod talis determinatio temporis confitendi sit præcise iuris humani.

SECUNDO. Dico quod Papa potest dispensare in omni positio humano iure, sine quo ius diuinum seruari potest: non autem potest in positio uo iure sine quo ius diuinum seruari non potest: Et ita

Dubium secundum

Dubium tertium

Et ita est de confessione, quod si non esset determinatum tempus confessionis faciendæ, frustraremur per maiori parte & non posset impleri ius diuinum de confessione propter lapsam memoriæ qui ceruisti me contingeret. Posset autem dispensare cum causa rationabiliter vno anno non confiteretur quis.

Quæstio. 6.

De confessionis quidditate.

DEINDE considerandum est de quidditate confessionis. Et circa hoc queritur tria. **P**RIMO. Vtrum August. conuenienter diffiniat confessionem.

SECUNDO. Vtrum confessio sit actus virtutis. **T**ERTIO. Vtrum confessio sit actus poenitentiae virtutis.

Articu. primus.

Vtrum Augustinus conuenienter diffiniat confessionem.

Th. in. 4. d. 17. q. 3. art. 2. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Aug. inconuenienter diffiniat confessionem dicens. Confessio est per quam morbus latens spe venia aperitur. Morbus enim contra quem confessio ordinatur peccatum est. Sed peccatum aliquando est apertum. Ergo non debet dici morbus latens esse cuius confessio est medicina.

PRÆTEREA Principium poenitentiae est timor. Sed confessio est pars poenitentiae. Ergo non debuit pro essentia confessionis ponere spem, sed magis timorem.

PRÆTEREA. Illud quod sub sigillo ponitur non aperitur, sed magis clauditur, sed peccatum quod quis confitetur, sub sigillo confessionis ponitur. Ergo non aperitur in confessione peccatum, sed magis clauditur.

PRÆTEREA. Inueniuntur alia quaedam diffinitiones ab ista differetes. Gregorius enim dicit quod confessio est peccatorum detestatio & ruptio vulneris. Quidam vero dicunt,

quod confessio est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio. Quidam autem dicunt sic. Confessio est sacramentalis delinquentis accusatio ex erubescencia: & per claves ecclesiæ satisfactoria, obligans ad peragendam poenitentiam in iuncta. Ergo videtur quod præ assignata diffinitio, cum non omnia contineat, quæ in his continentur insufficientis sit.

RESPONDEO dicendum, quod in actu confessionis plura consideranda occurrunt. Primo ipsa substantia actus, sive genus eius quod est manifestatio quædam. Secundo, de quo fit, scilicet peccato. Tertio, cui fiat, scilicet sacerdoti. Quarto, causa eius, scilicet spes venia. Quinto, effectus, scilicet absolutio a parte poenæ, & obligatio ad aliam partem exoluendam. In prima ergo diffinitione Augustini, tangitur & substantia actus in apertione, & de quo fit confessio, cum dicitur morbus latens, & causa in spe venia, & in alijs diffinitionibus tanguntur aliqua de illis quinque assignatis: ut cuiuslibet inspicienti patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quantum sacerdos aliquando sciat eius peccatum, ut homo: non tamen scit ut Christi vicarius. Sicut etiam iudex aliquando scit aliquid, ut homo, quod nescit ut iudex. Et quantum ad hoc per confessionem aperitur. Vel dicendum, quod quantum actus exterior in aperto sit: actus tamen interior qui principalior est, in occulto est. Et ideo oportet, quod per confessionem aperiatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod confessio præsupponit charitatem qua quis viuus efficitur: ut in littera dicitur. Contritio autem est in qua datur charitas, timor autem seruilis, qui est sine spe, est præuius ad charitatem: sed habens charitatem magis mouetur ex spe, quam ex timore, & ideo causa confessionis ponitur potius spes, quam timor. **A**D 3. dicendum, quod peccatum in confessione aperitur sacerdoti, & clauditur alijs confess. sigillo. **A**D quartum dicendum, quod non oportet in qualibet diffinitione omnia tangere, quæ ad re diffinitam concurrunt. Et ideo inueniuntur quaedam diffinitiones sive assignationes date penes unam causam, quaedam penes aliam.

IN HIS tribus articulis huius questionis nō est difficultas, sed mouit illos. S. Tho. vt diuersitas definitiones a sanctis de cōfessione traditas colligeret, & declararet. Quod eleganter facit: vt habes in litera. Vnde qui voluerit videre multas definitiones confessionis: videat hic. S. Tho. Eas dē definitiones confessionis colligit Paludanus in. 4. d. 17. q. 2.

Articu. secūdus

Vtrum cōfessio sit actus virtutis.



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod confessio non sit actus virtutis. Omnis enim actus virtutis est de iure naturali: quia ad virtutes apti sumus à natura: vt Philosophus dicit in. 2. Ethic. sed confessio nō est de iure naturali. Ergo nō est actus virtutis. **PRÆTEREA.** Actus virtutis magis cōuenire potest innocenti, quam ei qui peccauit: sed confessio peccati de qua loquimur, non potest innocenti conuenire. Ergo non est actus virtutis.

PRÆTEREA. Gratia quæ est in sacramentis aliquo modo differt à gratia quæ est in virtutibus & donis, sed confessio est pars sacramenti. Ergo non est actus virtutis. **SED CONTRA.** Præcepta legis sunt de actibus virtutum, sed confessio cadit sub præcepto. Ergo non est actus virtutis.

PRÆTEREA. Nō meremur nisi actibus virtutum: sed confessio est meritoria, quia cælum aperit: vt in litera Magis. dicit. Ergo videtur, quod sit actus virtutis.

RESPONDEO. dicendum, quod ad hoc quod aliquid dicatur actus virtutis: vt prius dictum est sufficit quod in sui ratione aliquam conditionem implicet, quæ ad virtute pertineat. Quauis autem non omnia quæ ad virtutem requiruntur, importet confessio: tamen importa tex suo nomine manifestationem alicuius, quod in conscientia tenet aliquis. Sic enim

simul in vnum os & cor conueniunt. Si enim quis aliquid proferat ore, quod corde nō tenet, non est confessio, sed fictio. Hac autem conditio ad virtutem pertinet, vt aliquis ore confiteatur quod corde tenet. Et ideo cōfessio est bonum ex genere, & est actus virtutis, sed tamen potest male fieri, nisi alijs debitis circumstantijs vestiatur.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ad confessionē veri, modo debito faciendū, vt oportet, & cuius oportet, in generali inclinatur ratio naturalis, & secundum hoc confessio est de iure naturali. Sed determinatio circumstantiarū, quando, & quomodo, & quid cōfiteri oportet & cui, hoc est ex institutione iuris diuini in confessione de qua loquimur. Et sic patet, quod ius naturale inclinatur ad cōfessionē mediante iure diuino, quo circumstantiæ determinatur, sicut etiā in omnibus est: quæ sunt de iure positivo.

AD SECUNDVM dicendum, quod illius virtutis cuius obiectū est peccatū commissum quauis habitum possit innocens habere: tamē actum non habet innocētia permanēte. Et ideo etiā cōfessio peccatorū de qua nunc loquimur nō cōpetit innocenti, quauis sit actus virtutis.

AD TERTIVM dicendum, quod quauis gratia sacramentorum & gratia virtutum sit alia & alia, non tamen sunt contrariæ, sed disparatæ & ideo non est inconueniens: vt idē sit actus virtutis secundum, quod ex libero arbitrio gratia informato procedit, & sit sacramentum vel pars sacramēti: secundum quod est medicina in remediū peccati ordinata.

HIC videtur, quod. S. Tho. sit minus & superfluum in hoc: quia in. p. 4. q. 26. per totā questionem declarauit: quod pœnitentia erat virtus. Ergo superfluum est rursus querere hoc idem de confessione: quia ex illis constabat. Ad quod dico quod ex illis constabat, sed non ita in particulari. Quia igitur agimus nunc de confessione merito dubitatur, an per se confessio ipsa habeat, quod sit actus virtutis. Ad quod dicendū quod ita. Est enim cōfessio detestatio mali culpæ. Ergo est laudabilis. ergo est actus virtutis.

Articu. tertius.

Vtrum confessio sit actus pœnitentiæ virtutis.



D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod confessio non sit actus pœnitentiæ virtutis: quia actus illius virtutis est, quæ est causa eius. Sed causa cōfessionis est spes veniæ, vt ex diffinitione inducta apparet. Ergo videtur, quod sit actus spei, & non pœnitentiæ.

PRÆTEREA. Verecundia est pars tēperantiæ. Sed confessio ex erubescencia operatur: vt ex præassignata diffinitione apparet. Ergo est actus tēperantiæ & nō pœnitentiæ.

PRÆTEREA. Actus pœnitentiæ innititur diuinæ misericordiæ, sed confessio magis innititur sapientiæ propter veritatem, quæ in ipsa esse debet. Ergo non est actus pœnitentiæ.

PRÆTEREA. Ad pœnitentiam mouet articulus de iudicio propter timorem, qui pœnitentiæ origo est: sed ad confessionem mouet articulus de vita æterna, quia est propter spem veniæ. Ergo non est actus pœnitentiæ.

PRÆTEREA. Ad virtutē veritatis pertinet, vt ostēdat se quis talē, qualis est. Sed hoc facit confitens. Ergo est actus virtutis, quæ dicitur veritas, & non pœnitentiæ.

SED CONTRA. Pœnitentia ordinatur ad destructionem peccati: sed ad hoc idem ordinatur confessio. Ergo est actus pœnitentiæ.

RESPONDEO dicendum, quod hoc in virtutibus considerandum est, quod quando supra obiectū virtutis additur specialis ratio boni & difficilis, requiritur specialis virtus: sicut magni sumptus ad magnificentiā pertinent, quauis cōmuniter, sumptus mediocres et donationes pertineant ad liberalitatem: vt patet. 2. Ethicorum. & 4. Et similiter est in confessione veri,

quæ quauis ad veritatis virtutem pertineat absolute: tamen secundum quod aliqua ratio boni additur ad aliam virtutē pertinere incipit. Et ideo dicit Philosophus. 4. Ethicorum, quod confessio, quæ fit in iudicijs, non pertinet ad veritatis virtutem, sed magis ad iustitiam. Et similiter confessio beneficiorum Dei in laudē diuinā, non pertinet ad virtutem veritatis, sed ad virtutem laitiæ: & ita etiam confessio peccatorum ad remissionem eorum consequendam elicitiue non pertinet ad virtutem veritatis, vt quidam dicunt: sed ad virtutem pœnitentiæ. Imperatiue autem ad multas virtutes pertinere potest, secundum quod in fine multarū virtutum trahi potest confessionis actus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod spes est confessionis causa, non sicut eliciens: sed sicut imperans.

AD SECUNDVM dicendum quod erubescencia in illa diffinitione non ponitur quasi causa confessionis, cum magis nata sit impedire confessionis actum, sed magis quasi cum causa ad liberandum à pœna in quantum ipsa erubescencia pœna quædam est: sicut etiam clauis ecclesiæ ad hoc sunt concause confessionis.

AD TERTIVM dicendum, quod secundū quandam adaptationem partes pœnitentiæ tribus attributis personarum adaptari possunt, vt contritio misericordiæ, vel bonitati respondeat propter dolorem de malo. Confessio sapientiæ propter veritatis manifestationē. Satisfactio potentia propter satisfaciendi laborem. Et quia contritio est prima pars pœnitentiæ & efficaciam alijs partibus præbens: ideo eodē modo iudicatur de tota pœnitentiā, sicut de cōtritione.

AD QVARTVM dicendum, quod quia confessio magis ex spe procedit, quam ex timore: ideo magis innititur articulo de vita æterna quam respicit spes, quam articulo de iudicio, quod respicit timor: quauis pœnitentiā ratione contritionis econuerso se habeat.

AD QVINTVM patet solutio ex dictis.

Quæstio. 7.

De ministro confessionis.

DEINDE considerandum est de ministro confessionis. Circa quod quærumur septem.

PRIMO. Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti.

SECUNDO. Vtrum in aliquo casu liceat alijs quam sacerdotibus confiteri.

TERCIO. Vtrum extra casum necessitatis possit aliquis confessionem venialium audire.

QUARTO. Vtrum sit necessarium quod homo confiteatur proprio sacerdoti.

QUINTO. Vtrum possit aliquis alteri, quam proprio sacerdoti confiteri ex privilegio vel mandato superioris.

SEXTO. Vtrum pœnitens in extremo vite sue possit absolui à quolibet sacerdote.

SEPTIMO. Vtrum pœna temporalis taxari debeat secundum quantitatem culpæ.

Articu. primus.

Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti. S. Tho. in. 4. d. 17. q. 3. art. 3. q. 1. & sequentibus.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non sit necessarium sacerdoti confiteri. Ad confessionem enim non obligamur, nisi ex diuina institutione.

Sed diuina institutio nobis proponitur Iacob. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, ubi non fit mentio de sacerdote. Ergo non oportet confiteri sacerdoti.

PRÆTEREA pœnitentia est necessitas sacramentum, sicut & baptisus. Sed in baptismo propterea quod est necessitatis sacramentum, est minister quilibet homo. Ergo & in pœnitentia. Sed ministro ecclesiæ facien-

da est confessio. Ergo sufficit cuiilibet confiteri. **PRÆTEREA** Confessio est ad hoc necessaria ut taxetur satisfactionis modus. Sed aliquis non sacerdos discretius posset pœnitenti dare satisfactionis modum, quam multi sacerdotes. Ergo non est necessarium, quod confessio fiat sacerdoti.

PRÆTEREA. Confessio ad hoc est ordinata in ecclesia, ut rectores pecorum suorum vultum cognoscant. Sed quandoque rector vel prælatus non est sacerdos. Ergo confessio non semper facienda est sacerdoti.

SED CONTRA. Absolutio pœnitentis propter quam fit confessio non fit nisi à sacerdotibus, quibus clauis commissæ sunt. Ergo confessio debet fieri sacerdoti.

PRÆTEREA. Confessio præfiguratur in Lazari mortui viuificatione. Sed dominus solum discipulis præcepit ut soluerebant Lazari: ut patet Iohan. 11. Ergo sacerdotibus facienda est confessio.

RESPONDEO dicendum, quod gratia que in sacramentum datur à capite in membra descendit. & ideo solus ille minister est sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet ministerium super corpus Christi verum, quod solius sacerdotis est, qui consecrare eucharistiam potest, & ideo cum in sacramento pœnitentiæ gratia conferatur solus sacerdos minister est huiusmodi sacramenti. Et ideo ei soli facienda est sacramentalis confessio, quæ ministro ecclesiæ fieri debet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Iacob loquitur ex præsuppositione diuinæ institutionis: & quia diuinitus institutio præceperat de confessione sacerdotibus faciendâ, per hoc quod eis potestatem remittendi peccata in apostolu dicit: ut patet Iohan. 20. Ideo intelligendum est, quod Iacob. sacerdotibus esse faciendam monuit.

AD SECUNDV dicendum, quod baptisus est magis sacramentum necessitatis, quam pœnitentia, quo ad confessionem & absolutionem:

soluone: quia quædoq; baptisus prætermitti non potest sine periculo salutis æternæ ut patet in pueris, qui non habent usum rationis. Sed non est ita de confessione & absolutione, quæ tantum ad adultos pertinent: in quibus cõrrectio cõproposito cõfiteri & desiderio absolutionis sufficit ad liberandū à morte æterna. Et ideo non est simile de baptismo & confessione.

AD TERTIV dicendum, quod in satisfactione non solum attendenda est quantitas pœnæ: sed etiam virtus eius secundum quod est pars sacramenti. Et si crequirat sacramentorum dispensator quauis erit ab alio quàm à sacerdote pœna taxari possit.

AD QVARTV dicendum, quod cognoscere vultu pecoris ad duo potest necessarius esse. Primo quod coordinentur greges Christi. Et sic cognoscere vultu pecoris pertinet ad curam & sollicitudinē pastoralem, quæ incumbit quædoq; illis, qui non sunt sacerdotes. Secundo. Ad hoc quod provideatur ei cõpetens medicamentum salutis. scilicet sacramentum Eucharistiæ. Et talia præbere pertinet ad sacerdotem. Et ad talem cognitionem pecoris confessio ordinatur.

IN HOC primo ar. est vnica cõclusio sic habes. Necessarium est ad æternam cõsequendam salutem habere peccatum mortale illud sacerdoti confiteri. Et probatur cõclusio, (quæ de fide est) ex illo Matth. 16. quod dictum est Petro. Tibi dabo clauis regni cælorum & quodcumq; solueris, &c.

SECUNDO. Probatur ex illo Matth. 18. ad omnes Apostolos & in ipsis ad omnes sacerdotes. Quæcumq; solueris super terram, &c.

TERCIO Iohan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c. ad Apostolos & sacerdotes: & nunquam ad laicos simile verbu dictu a Christo redemptore reperitur: ergo soli sacerdotes absoluere possunt in sacramentali confessione.

QUARTO. Probatur: quia in sacramento ordinis solum ad sacerdotes dicitur illa verba, quæ Christus dixit Apostolis. Accipite potestatem ligandi atq; soluendi: ergo, &c.

QUINTO. Ita definitu est in cõcilio Florentino in hæc verba. Minister huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatē absoluendi, vel ordinariæ, vel ex cõmissione superioris: ergo, &c.

SEXTO. Si minister huius sacramenti pœnitentiæ de iure diuino esset quilibet homo indifferenter, non posset Papa mutare: quia ea quæ Christus instituit circa sacramenta, non potest Papa mutare. At in cap. Omnis vtriusq; &c. præcipit Papa & cõciliu, quod omnes cõfiteatur proprio sacerdos

ti. Ergo soli sacerdotes sunt ministri huius sacramenti. Vnde certum est, etiam de fide, quod est necessarium confiteri sacerdoti.

SED Marci. in. 4. q. 12. refert, quod fuit hæresis Valdenfium, qui dicebant, quod quilibet potest confiteri suo socio, & denique quod indifferenter homines poterat ad inuicem confiteri. Et probat ex illo Iacobi. 5. Confitemini alterutrum, &c. Sed hoc nihil probat: quia quod Iacob. dicebat, Confitemini alterutrum, intelligit, non cuiuscumq; Sed sacerdoti. i. homo homini, ut hic dicit. S. Tho.

SECUNDO & melius. Dico, quod Iacobus non loquebatur de confessione sacramentali: ut supra diximus: sed de illa qua homines inter se mutuo cognoscunt peccatores et deficientes. Et illud dicebat Iacobus: ut vnus non contemneret alium: sed quilibet aduertat ad litas negligentias.

SED contra conclusionem nostram videtur esse diuus Cyprianus in 3. lib. epistolaru, epistola. 17. quæ incipit. Miror vos fratres, ubi dicit, quod si qui in absentia ipsius venerint ad articulum mortis & urgeat necessitas, cõfiteatur presbyteris. Quod si presbyteri non sint cõfiteatur diaconibus. Et subiungit. Sic occurrendum puto fratribus nostris. Et loquebatur de illis qui lapsi fuerat in hæresim, quibus negata erat pœnitentia.

AD hoc dico, quod non solum diaconibus: sed laicis potest fieri confessio in necessitate. Sed illa non est confessio sacramentalis: quia diaconus nec alius qui non sit sacerdos: non potest absoluere sacramentaliter. Et de hac confessione non sacramentali loquebatur Cyprianus in prædicto loco.

SED contra principalem cõclusionem arguitur hoc modo. Non sacerdos potest excommunicare: ergo potest absoluere. Antecedens notu est de episcopo electo & Papa, antequam sint sacerdotes, & de vicarijs eorum. Consequentia patet: quia plus & maius est excommunicare, quàm absoluere a peccatis.

AD hoc cõcepto antecedente nego cõsequentiã: quia potestas excommunicandi solum est potestas exterior. i. in foro exteriori, quod etiam mere laico potest cõmitti: quia potestas excommunicandi non est aliud, quàm potestas prohibendi excommunicandi a cõmunionem sacramentorum, & fidelium, & ab ingressu ecclesiæ.

Vnde solum est potestas exterior. Sed de hoc latius infra quum de clauibus ecclesiæ tractabimus. Potestas autem absoluendi a peccatis est interior, vnde est alterius generis ab alia. Vnde non valet hæc argumentatio. Non sacerdos potest excommunicare, ergo potest absoluere a peccatis in confessione sacramentali.

Artic. secundus.

Vtrum in aliquo casu liceat alijs quam sacerdoti confiteri.

AD SECUNDV sic proceditur. Videtur quod in nullo casu liceat alijs quam sacerdotibus confiteri. Quia confessio

fectio sacramentalis accusatio est: ut ex supposita diffinitione habetur: sed dispensatio sacramenti ad illū tantum pertinet, qui est sacramenti minister. Cū ergo minister sacramenti proprius sit sacerdos: videtur quod nulli alij sit confessio faciēda.

PRÆTEREA. Confessio in quolibet iudicio ad sententiā ordinatur: sed sententia in foro conscientioso non a suo iudice lata, nulla est. Et ideo non est faciēda confessio nisi iudici. Sed iudex in foro conscientie non est nisi sacerdos, qui habet potestatem ligandi & soluendi: ergo non est alij confessio faciēda.

PRÆTEREA. In baptismo quilibet potest baptizare: quia si baptizat laicus etiā absq; necessitate non debet a sacerdote baptismus iterari. Sed si aliquis confiteatur laico in casu necessitatis, iterū tenetur sacerdoti confiteri, si articulū necessitatis euadat. Ergo confessio nō potest fieri laico in casu necessitatis.

SED CONTRA est quod in litera magistri determinatur.

RESPONDEO dicēdū, quod sicut baptismus est sacramentū necessitatis: ita etiā poenitentia. Baptismus autē quia est sacramentū necessitatis duplicē habet ministrū. Vnū cui ex officio baptizare incūbit, s. sacerdotē. Aliū cui ratione necessitatis dispensatio baptismi committitur. Et ita etiā minister poenitentiae, cui confessio est faciēda, est sacerdos: sed in necessitate etiā laicus vicem sacerdotis supplet, ut ei confessio fieri possit.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod in sacramentū poenitentiae, nō solum est aliquid ex parte ministri, scilicet absolutio, & satisfactio in iudicio: sed etiā aliquid ex parte ipsius, qui suscipit sacramentū, quod est etiā de essentia sacramenti, sicut contritio & confessio. Satisfactio autē ita incipit esse a ministro in quantum eā iniūgit, & a poenitente in quantum eā implet: & ad plenitudinē sacramenti utrūq; debet concurrere, quādo possibile est. Sed quādo necessitas imminet debet facere poenitens, quod ex parte sua est

s. cōteri & cōfiteri, cui potest. Qui quāuis sacramentū cōficere nō possit, ut faciat id, quod ex parte sacerdotis est, absolutioē scilicet: tamen defectū sacerdotis summus sacerdos supplet. Nihilominus confessio laico ex desiderio sacerdotis facta, sacramentalis est quodāmodo, quāuis non sit sacramentū perfectū: quia deest ei id, quod est ex parte sacerdotis.

AD SECVNDVM dicēdū, quod quāuis laicus non sit iudex eius qui sibi confitetur absolute, tamen ratione necessitatis accipit iudiciū super eum: secundum quod confitens ex desiderio sacerdotis se ei subdit.

AD TERTIVM dicēdū, quod per sacramenta homo nō solū Deo, sed ecclesiae oportet, quod recōciletur. Ecclesiae autē recōciliari non potest nisi sanctificatio ecclesiae ad eū perueniat. In baptismo autē sanctificatio ecclesiae ad hominē peruenit per ipsum elementū exterius adhibitū, quod verbo vitæ sanctificatur secūdū formā ecclesiae a quo cūq;. Et ideo ex quo semel baptizatus est a quo cūq;, nō oportet, quod iterū baptizetur. Sed in poenitentia ecclesiae sanctificatio nō peruenit ad hominē, nisi per ministrū: qui non est ibi aliquid elementū corporale exterius adhibitū, quod ex sanctificatione inuisibile gratiā cōferat. Et ideo quāuis ille laico confessus in articulo necessitatis cōfessus sit veniā a Deo, eo quod propositū cōfiteudi, quod secūdū mādātū Dei percepit, sicut potuit, impleuit: nō tamen adhuc ecclesiae recōciliatus est, ut ad sacramenta ecclesiae admitti debeat, nisi prius a sacerdote absoluat: sicut ille qui baptismo flammis baptizatus est ad eucharistiā nō admittitur. Et ideo oportet, quod iterū cōfiteatur sacerdoti, cū copiam habere potuerit: & precipue quia sacramentū poenitentiae perfectū nō fuit. Vnde oportet, quod perficiatur, ut ex ipsa perceptio sacramenti, pleniorē effectū cōsequatur, & ut mādātū de poenitentiae sacramentorecipere impleret.

Articul. tertius.

Vtrū

Vtrū extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionē venialium audire.



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod extra casum necessitatis, non possit aliquis non sacerdos confessionē venialium audire. Quia sacramentū

aliquod committitur laico dispensandū ratione necessitatis. Sed confessio venialium nō est de necessitate salutis: ut supra dictum est: ergo non committitur laico.

PRÆTEREA. Contra venialia ordinatur extrema unctio, sicut & poenitentia. Sed illa nō potest dari a laico: ut patet Iacobi ultimo: ergo nec confessio venialium potest ei fieri.

SED CONTRA est, quod dicit Beda in litera magistri.

RESPONDEO dicēdū, quod per peccatū veniale hō nec a Deo nec a sacramentis ecclesiae se paratur. Et ideo nō indiget noua gratia colat idē ad eius dimissionē, nec indiget reconciliari ecclesiae. Et propter hoc non oportet, quod venialia aliquis sacerdoti confiteatur: quia ipsa confessio laico facta sacramentalis quoddā est, quāuis nō sit sacramentū perfectū, & ex charitate procedēs, & talibus natū est veniale remitti, sicut per transiōē peccatoris, & aquā benedictā.

Et per hoc patet solutio ad primū: quia venialia non indigent sacramenti perceptione ad dimissionē sui: sed sufficit ibi aliquid sacramentale, ut aqua benedicta, vel aliquid huiusmodi.

AD SECVNDVM dicēdū, quod extrema unctio non datur directe contra veniale, nec aliquid sacramentum.

CIRCA hos duos articulos, s. primū & 2. est aduertendū, quod licet quis confiteatur peccata venialia, laico non erit confessio sacramentalis. Probat: quia ut probauimus in primo articulo non potest laicus absoluerē sacramentaliter, ita ut faciat sacramentū, aut vtatur forma sacramenti, sed alia deprecatia.

Dubium primum.

SED dubitatur prius: an poenitēs teneatur confiteri peccata venialia laico.

AD HOC dico, quod ita, non sub præcepto aliquo: sed quia licite & vtiliter fit: ut cū ecclesiasti-

cus quitener ad officij diuinum persoluit idem officij cū laico, vel laicus, ex deuotione cū alio laico cōfiterur generaliter, & vere mutuo se absoluit a venialibus, non sacramentaliter, id est, conficiētes sacramentū, sed de precantes. Ideo debet fieri confessio venialium laico: quia est vtile postquā remittitur ipsa venialia tali confessione. Et probatur: quia ecclesia habet potestatem ad absolueudū venialia, signo exteriori quo voluerit: & ad hoc instituit confessiones generales: ergo &c.

SECVNDO. Sacerdotes incipientes rem diuinā ita cōfiterur generaliter laicis assistantibus, & ipsi absolūt sacerdotes a venialibus per illam orationē deprecatā, Miteretur tui, &c. Probat: quia alias in vanū & incassū vteretur ecclesia illa generali confessione, & illo ritu. Vnde laici auctoritate ecclesiae absolūt sacerdotes a venialibus.

DUBITATVR secūdo, an confessio de peccato mortali possit fieri laico.

Dubium secundum

RESPONDEO Magister sententiarum ad hoc in 4. d. 17. cap. 5. quod in articulo necessitatis confessio etiā de mortalibus debet fieri laico: Idē dicit S. Tho. ibi, & hic, ar. 2. & alij scolastici ibidē super Magistrū. Et probat Magister testimonio Augustini, quod habetur lib. de vera & falsa poeni. cap. 10. vbi sic ait. Tanta itaq; vis confessionis est: ut si deest sacerdos, cōfiteatur proximo.

SECVNDO. Pro hoc est Beda super illud Iacobi 5. Confitemini alterutrū peccata vestra, vbi Beda sic ait. Etiā grauiora peccata aequalibus pandē dantur, quā deest sacerdos, & vrger periculum.

EST igitur conclusio, quod licet cōfiteri peccata mortalia laicis in necessitate, quā non habetur sacerdos. Hanc conclusionē probat Durādus, Paludanus, Gabriel, Maior, & Marcellus, & cetera dicit quā nēs cōmuniter cum Magistro. Cito itū numerum doctorū, quia Scotus, & alij pauci dicūt, quod nō debet confessio fieri laico, ad minus carnis paribus. I. quādo pariter non sperat cōfiliū ab illo laico, aut maiorē dolorem de peccatis, vel simile aliquid. Et idē Scotus in d. 14. q. 2. dicit, quod est dubiū an talis confessio est in detrimentū salutis, & nisi moueretur dictis sanctorū, ipse libenter negaret. Ratio eius est: quia non est opus, ut homo se sine vilitate infamet.

EGO dico, quicquid sit de hoc, quod licet nō habemus rationes ad probandū, quod licite potest peccator cōfiteri peccata sua laico, uno esto, ostēti rationes in contrariū, potius standū est auctoritatibus sanctorū in hac materia. s. Augustini, Bede, & Cyrilli, licet iā multa a cōiuetudine abijt. Antiquis enim temporibus magis hoc frequentabatur, nūc autem fit in naufragijs tantum.

AD argumentū autē Scoti in contrariū dico, quod falsū est, quod ille peccator se diffamet: quia extra confessionē potest reuelare peccata sua viro bono ad peccatū cōfiliū. Nā ea quæ Christus præcepit, sicut quæ præcepit, vel enarrata, vel non erant mala, ad minus. Si ergo ante præceptum talis diffamaretur: ita etiam nunc. Quod impium est dicere. Si vero dicas hoc esse verum si adit vilitas alios

f ij binu

quin minime. Ad hoc respondeo semper esse
utilitatem, eam. scilicet ipsam subiectionem qua se subij
cit homini laico propter Deū, estq; ipsa pars satisf
factionis. Adde etiā esse vtile propter veterandā.
Si autē timeretur probabiliter moraliter infamia
& revelatio peccati: nec etiā sacerdoti deberet fieri.

Dubium
tertium.

DUBITATUR tertio, an in necessitate sal
te, sit preceptū confitendi laico.

AD HOC dico quod non. Et ita intellis
gūt sancti quando dicunt quod debet confessio fi
eri laico. scilicet non quod sit preceptū, sed congruū &
vtile. Et ita intelligit Cypri. quando dicit, quod de
bet fieri Diachono. Sancti enim non solū dicunt
docentq; illa ad quæ homines ex precepto tenen
tur: sed etiam quæ sunt conveniētia.

EX quibus sequitur, quod male dicitur aliqui sum
mistæ qui imponūt Magistro & S. Tho. ne peccorū
esse sententiā, quod debet, deficiente sacerdote,
fieri confessio sub precepto laico. Hoc enim non
dicunt. Sed quod potest fieri licite & vtiliter.

Dubium
quartum.

DUBITATUR quarto, an laicus habeat
aliquā potestatem absolventi a mortalibus,
sicut diximus de absolutione a venialibus,
quod habent auctoritatem ab ecclesia.

AD HOC dico, quod nullā potestatem habet lai
cus ad absolventi a mortalibus: (& hoc laicus in
fra dicemus cū agemus de clauibus) quia laicus
nō habet claves, nec ecclesia potest ei committere.
Non enim ecclesia auctoritatem habet supra mor
talia: nisi per sacramenta. Et laicus non potest con
ficere sacramentum. Vnde laicus audiens confessi
onem alterius non debet absolvere: sed solū depre
cari. scilicet miseretur tui omnipotēs Deus, &c.

Dubium
quintum.

DUBITATUR. Si laicus præsumeret sibi
illā potestatem absolventi, & tentaret absol
uere, ut si laicus fingat se presbyterū & audit cō
fessiones ad decipiendū, an talis sit irregularis. Vi
detur q; ita: quia si quis celebraret, & nō esset sa
cerdos, esset irregularis. Et si laicus baptizaret cū
solēnitate: esset irregularis, sine necessitate. Hoc pa
tet cap. Si quis primo extra, de clerico non ordina
to ministrante. Sed ita est propriū sacerdoti audi
re confessiones, sicut celebrare: ergo etiā audiens
confessionem, & absolvens, est irregularis.

AD HOC dico, quod non est ille talis irregulari
s. Probatur: quia pœna irregularitatis est pœna
iuris humani positiui, & nō est expressū in iure:
quod laicus absolvens in cōfessione sit irregulari
s. Ideo nō est irregularis, Hoc Paluda. 4. d. 17.
q. 3. ar. 1. De celebrante autem & cū solēnitate bap
tizante est expressum in iure. Et ita determinatur
de sententia excommunicationis lib. 6. cap. Is qui.
Vbi ponitur regula generalis, quod nullus incur
rit irregularitatem propter quodcūq; delictū: nisi
in casu a iure expressio. Cum igitur hoc non sit de
iure expressum: non est irregularitas.

SED contra. Si licet confiteri laico: etiam liceret
confiteri ligno vel creaturæ insensibili: Probas
tur: quia laicus non habet maiorem auctoritatem
absolventi quam lignum.

AD HOC dico, quod non licet confiteri creaturæ
insensibili, estq; superstitiosum: quia confite
ri, est manifestare. Non potest autē quis cōceptus
suos creaturæ insensibili manifestare.

SED an possit quis confiteri imagini crucifixi,
vel alteri huiusmodi dico, quod non referendū cō
fessionē ad ipsam rē quæ est imago: bene tamē re
ferēdo ad ipsam significatū. scilicet ad Christum.

Articu. quartus

Vtrum sit necessariū quod ho
mo confiteatur proprio sacer
doti.



D Q VARTVM sic proco
ditur. Videtur quod nō sit ne
cessariū, quod homo confitea
tur proprio sacerdoti. Grego.
enim dicit. Apostolico modera

mine & pietatis officio a nobis constitutū est,
quod sacerdotibus monachis Apostolorū signu
ram tenentibus, liceat predicare, baptizare,
cōmunionem dare, pro peccatoribus orare, pœ
nitentiā imponere atq; peccata solvere. Sed mo
nachi nō sunt proprii sacerdotes aliquorū: cum
non habeant curam animarum. Ergo cum con
fessio fiat propter absolutionem, sufficit quod
fiat cuiuscūq; sacerdoti.

PRAETEREA. Sicut sacerdos est minister
huius sacramenti: ita est Eucharistie. Sed qui li
bet sacerdos potest conficere. Ergo qui libet po
test sacramentū pœnitentiæ ministrare: ergo nō
oportet quod fiat proprio sacerdoti.

PRAETEREA. Illud ad quod determinate
tenemur, nō est in nostra electione constitutū.
Sed sacerdos cui confiteri debemus est in nostra
electione constitutus: ut patet per Aug. in lite
ra. dicit enim. Qui vult confiteri peccata: ut
inueniat gratiā, querat sacerdotē, qui sciat sol
uere & ligare: ergo videtur quod nō sit neces
sariū, quod sacerdoti proprio confiteatur aliquis.

PRAET. Quidā sunt, sicut Papa, prelati qui
nō vidētur habere propriū sacerdotē: cū nō ha
bent superiorē. Sed isti tenentur ad cōfessionē: er
go nō semper tenentur hō confiteri proprio sacer
doti.

PRAE

PRAETEREA. Illud quod est institutū pro
charitate, cōtra charitatē nō militat: ut Bern.
dicit. Sed confessio quæ pro charitate instituta
est, cōtra charitatē militaret, si homo ad cōfitem
dū vni sacerdoti esset obligatus: ut puta si pec
cator sciat sacerdotem suū hereticū, aut sollicita
torē ad malū, aut fragilem, qui ad peccatū quod
quis cōfiteretur ei sit promus, vel si revelator cōfe
sionis probabiliter existimaretur, vel si peccatū
cōtra ipsū commissum sit de quo cōfiteri debet.
Ergo videtur quod non semper oporteat con
fiteri proprio sacerdoti.

PRAETEREA. In eo quod est necessariū ad
salutem, nō sunt homines arētadi ne impedian
tur a via salutis. Sed magna arētatio videtur,
si oporteat vni homini cōfiteri de necessitate,
& per hoc multi possēt a cōfessione retrahi vel
timore, vel verecūdia, vel aliquo huiusmodi: er
go cū cōfessio sit de necessitate salutis, nō debēt
homines ad hoc arētari (ut videtur) quod pro
prio sacerdoti confiteantur.

SED CONTRA est decre. Inno. qui insti
tuit, quod omnes vtriusq; sexus semel in an
no proprio sacerdoti confiteantur.

PRAETEREA. Sicut episcopus se habet ad
diocesim suā: ita sacerdos ad suā parochiā. Sed
nō licet vni episcopo in episcopatu alterius epis
copale officii exercere, secūdū statuta canonū:
ergo non licet vni sacerdoti parochianum al
terius audire.

RESPONDEO dicendū, quod alia sacramen
ta nō consistunt in hoc quod accedēs ad sacra
mentū aliquid agat: sed solū ut recipiat: sicut
patet in baptismo & huiusmodi. Sed actus reci
pientis requiritur ad percipiendū vtilitatem sa
cramenti in eo qui est suæ voluntatis arbiter con
stitutus, quasi remouēs prohibens, scilicet cōfessionem.
Sed in pœnitentiā actus accedentis ad sacramē
tū est de substantia sacramenti, eo quod cōfessio
cōfessio & satisfactio sunt pœnitentiæ partes
quæ sunt actus pœnitentis. Actus autem nos
tri cū in nobis principū habeāt, non possūt no
bis ab alijs dispensari: nisi per imperiū. Vnde
oportet, quod ille qui dispensator huiusmodi sa

cramenti cōstituitur, sit talis qui possit impera
re aliquid agendū. Imperiū autē non cōpōit ali
cui in aliū: nisi qui habet super eū iurisdictionē.
& ideo de necessitate huius sacramenti est, non
solū ut minister habent ordinem, sicut in alijs
sacramentis, sed etiā quod habeat iurisdicō
nem. Et ideo sicut ille qui non est sacerdos non
potest hoc sacramentū cōficere: ita nec ille qui
non habet iurisdictionē. Et propter hoc oportet
sicut sacerdoti: ita proprio sacerdoti cōfessionē
fieri. Cū enim sacerdos nō absoluat, nisi ligādo
ad aliquid faciendum, ille solus potest absoluerē
qui potest per imperiū ad aliquid faciendū ligare.
AD PRIMVM ergo dicendum, quod
Grego. loquitur de illis monachis, qui iurisdicō
nem habent: ut pote quibus alicuius parochie
cura est cōmissa. De quibus aliqui dicebāt, quod
hoc ipso quod monachi erāt, nō poterant absolue
re, & pœnitentiā iniungere, quod falsū est.
AD SECVNDVM dicendū quod sacramen
tum Eucharistie non requirit imperiū in ali
quem hominem. Secus autem est in hoc sacra
mento: ut dictū est. Et ideo ratio nō sequitur.
Et tamen nō licet Eucharistiā ab alio quam
a proprio sacerdote accipere: quāuis verū sit
sacramentum quod ab eo percipitur.

AD TERTIVM dicendū, quod electio dis
creti sacerdotis non est nobis cōmissa, ut nostro
arbitrio faciendā, sed de licentia superioris: si
forte proprius sacerdos esset minus idoneus, ad
apponendum peccato salutare remedium.

AD QVARTVM dicendū, quod prelati
incōbit sacramenta dispensare quæ nō nisi mi
di tractare debent. Ideo cōcessū est eis a iure,
quod possūt sibi eligere proprios sacerdotes con
fessores: qui quantū ad hoc sunt eis superiores: si
cut & vnus medicus ab alio curatur, nō in quā
tū medicus, sed in quantum infirmus.

AD QVINTVM dicendū, quod in casibus
illis in quibus probabiliter timet pœnitens peri
culum sibi vel sacerdoti ex confessione ei facta,
debet recurrere ad superiorem, vel ab eodem pe
tere licentiam alteri confitendi. Quod si licen
tiam habere nō possit: idem est iudiciū quod de

f ij illo

Illo qui non habet copiam sacerdotis. Vnde magis debet eligere laico confiteri. Nec in hoc transgreditur aliquis preceptum ecclesie: quia precepta iuris positivi non se extendunt ultra intentionem precipientis, quae est finis precepti. Hoc autem est charitas, secundum Apostolum. Nec aliqua iniuria fit etiam sacerdoti: quia privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. AD sextum dicendum, quod in hoc quod oportet proprio sacerdoti confiteri non arctatur via salutis: sed sufficiens ad salutem via statuitur. Peccaret autem sacerdos, si non esset facilis ad praebeandum licentiam alteri confiteri: quia multi sunt adeo infirmi, quod potius sine confessione morerentur, quam tali sacerdoti confiterentur. Vnde illi qui sunt nimis solliciti: ut conscientias per confessionem subditorum sciant, multis damnationis laqueum iniungunt, & per consequens sibi ipsis.

IN HOC articulo. 4. aduerte quod haec quaestio mota, a S. Tho. intelligi potest dupliciter. Vno modo stando in iure diuino. Alio modo stando in iure humano.

Dubium primum.

DEBITATVR igitur prius stando in iure diuino, an quilibet sacerdos possit absolvere quemlibet hominem. De hoc sunt opiniones. Hoc tamen sumus nos tractaturi infra cum agemus de clauibus, ideo illic videbimus.

SED quid est dicendum, stando in iure humano: quia conditionales quaestiones in materia morali parum valent, aut prorsus sunt inuiles. Ideoque ab schola excludi possent sine Theologiae iactura aliqua. Nihil enim refert, quod sit diuinum vel humanum ius semel in anno confiteri: cum ita obligemur confiteri semel, ac si esset in euangelio expressum.

Prima conclusio.

DEO ad quaestionem dico, sitque prima propositio. Non quilibet sacerdos potest absolvere quemlibet. In quo tamen aliqui errauerunt. Inter quos est dominus Palud. qui dicit quod quilibet sacerdos potest quemlibet absolvere: ut patet in. 4. d. 20. q. 1. Dicit tamen quod quilibet peccator tenetur confiteri omnia peccata sua proprio sacerdoti semel in anno, quia determinatum est in iure canonico. Sed dicit quod si vis confiteri bis in anno, & semel confessus fueris proprio sacerdoti: poteris postea confiteri indifferenter cuilibet sacerdoti, & quilibet sacerdos potest te absolvere, vel si praesens confiteri infra annum proprio sacerdoti prius poteris confiteri alteri non proprio.

SED hoc non obstante dico, & est communis sententia Theologorum quod non potest quis confiteri nisi proprio sacerdoti. Et ita dicit hic. S. Them. Et probatur ex illo capitulo. Omnis vtriusque.

SECUNDO. sacerdos est iudex. Ergo debet habere potestatem iurisdictionis supra illos quos debet absolvere. Quam potestatem non habet quilibet in quemlibet. Vnde Scot. dicit & bene, quod disciplina de sacramento penitentiae subordinatur doctrinae de iudicijs: quia est quoddam iudicium. Vnde nihil esset si iudex superior diceret, ego facio te praetorem: nisi det ei subditos. Ergo etiam in confessione quia potestas iurisdictionis non potest esse sine subditis. Ergo oportet confiteri proprio sacerdoti. Et de hoc multo plura dicemus infra, cum agemus de clauibus.

SED quis est proprius sacerdos? Ad hoc dico, & sit prima propositio. Proprius sacerdos est ordinarius: ut Papa, episcopus, & omnis ille qui electione habet annexam curam animarum: ut abba, priores. Qui licet ex ordine sacro non haberent electione tamen habent. Et probatur quod proprius sacerdos sit ordinarius: quia extra de penitentia, & remi. cap. omnis vtriusque dicitur. Si quis alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licetiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote: eum aliter ipse illum non poterit absolvere, vel ligare. Ergo per proprium sacerdotem intelligit ordinarium, loquendo ad rigorem illius capituli.

SECUNDO dico cum doctoribus scholasticis communiter, quod proprius sacerdos sufficiens est etiam quicumque habet potestatem audiendi confessiones & absoluedi, siue ordinaria, siue ex commissione. Hoc Paluda. in. 4. d. 17. q. 3. Idem Olchor ibidem. Idem Marfi. q. 12. Idem Maior. d. 17. q. 2. Disputatio enim de nomine est. Satis est quod quilibet tenetur confiteri peccata sua semel in anno proprio sacerdoti ordinario, vel commissario, & non licet alteri confiteri. Et ita Panormi. extra de penitentia, & remi. cap. Quod autem consului. Nempe, quod per proprium sacerdotem intelligitur omnis qui habet iurisdictionem: ut possit absolvere a peccatis, siue via ordinaria, siue ex commissione superioris, ut habent fratres: praesentati iuxta Clemem. Dudu. de sepulchro.

Artic. quintus.

Vtrum aliquis possit alteri quam proprio sacerdoti confiteri.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur quod non possit aliquis alteri quam proprio sacerdoti confiteri, etiam ex privilegio, vel mandato superioris. Quia non potest aliquod privilegium indulgeri in praerudicium alterius sacerdotis sed hoc esset in praerudicium alterius sacerdotis, si alius confessionem subditi sui audiat. Ergo non potest per privilegium seu licentiam seu

Dubium candida

seu mandatum superioris obtineri.

PRÆTEREA. Illud per quod impeditur diuinum mandatum, non potest per mandatum vel privilegium alicuius hominis concedi. Sed mandatum diuinum est ad rectores ecclesiarum: ut diligenter vultum pecoris sui agnoscant. Proverb. 27. quod impeditur, si alius quam ipse confessionem eius audiat. ergo hoc non potest per alicuius hominis privilegium vel mandatum ordinari.

PRÆTEREA. Ille qui audit confessionem alicuius, est proprius iudex eius: alius non possit eum ligare & solvere. Sed vnius hominis non possunt esse plures proprii sacerdotes vel iudices: quia tunc teneretur pluribus obedire, quod est impossibile, si contraria precipierent vel incompossibilia: ergo non potest aliquis confiteri, nisi proprio sacerdoti, etiam ex superioris licentia.

PRÆTEREA. Iniuriam sacramento facit, qui sacramentum iterat super eadem materia, vel ad minus inutiliter facit. Sed qui confessus est alicui sacerdoti tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti, si petat: quia non est absolutus ab obedientia, quia ei tenetur ad hoc: ergo non potest licite fieri, quod alteri quam proprio sacerdoti confiteatur.

SED CONTRA. Ea quae sunt ordinis possunt haberi similem ordinem committi ab eo, qui ea facere potest. Sed superior, ut episcopus, potest confessionem audire illius qui est de parochia alicuius presbyteri: quia etiam aliquando aliqua sibi reservat: cum sit ille principalior rector: ergo etiam potest committere alicui sacerdoti quod ipse audiat.

PRÆTEREA. Quidquid potest inferior potest superior. Sed ipse sacerdos potest suo parochiano dare licentiam quod alteri confiteatur, ergo multo, fortius eius superior hoc potest.

PRÆTEREA. Potestatem quam habet sacerdos in populo, habet ab episcopo: sed ex illa potestate potest confessionem audire: ergo & eadem ratione alius cui episcopus potestate concedit.

RESPONDEO dicendum, quod sacerdos alicui potest dupliciter impediri, alicuius con-

fessionem audiat. Vno modo propter defectum iurisdictionis. Alio modo propter impedimentum executionis ordinis: sicut excommunicati, & degradati, & huiusmodi. Quicumque autem iurisdictionem habet, potest ea quae sunt iurisdictionis committere. Et ideo si aliquis impediatur, quod alterius confessionem audire non possit propter iurisdictionis defectum, potest sibi per quemcumque iurisdictionem habentem immediatam in illos, committi quod confessionem audiat & absoluat: siue per ipsum sacerdotem, siue per episcopum, siue per Papam. Si autem propter executionis ordinis impedimentum, audire non possit, potest sibi concedi quod confessionem audiat per eum, qui impedimentum remouere potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod praerudicium non fit alicui, nisi ei subtrahatur quod est in fauorem eius indultum. Iurisdictionis autem potestas non est commissiva alicui homini in fauorem suum, sed in utilitatem plebis & honorem Dei. Et ideo si superioribus praelatis expedire videatur ad salutem plebis, & honorem Dei promouendam, quod alijs, quae sunt iurisdictionis committat: in nullo fit praerudicium inferioribus praelatis: nisi illis qui querunt quae sua sunt, non quae Iesu Christi, & qui gregi praesunt, non ut eos pascant: sed ut ab eis pascantur.

AD SECUNDM dicendum, quod rector ecclesiae debet vultum pecoris sui cognoscere dupliciter. Vno modo per sollicitudinem exterioris conuersationis considerationem, qua inuigilare debet super gregem sibi commissam. Et in hac cognitione non oportet quod credat subdito, sed certitudine facti, in quantum potest, inquirat: alio modo per confessionis manifestationem. Et quantum ad hanc cognitionem, non potest maiorem certitudinem accipere, quam ut subito credat: quia hoc est ad subueniendum conscientiae ipsius. Vnde in foro confessionis creditur homini & pro se, & contra se: non autem in foro exterioris iudicij. Et ideo ad hanc cognitionem sufficit, quod credat subdito dicenti se alteri absolvere valenti fuisse confessum. Et sic patet quod talis cognitio pecoris

f. iij per priuilegium

per priuilegium alteri indultum de confessione audienda, non impeditur.

AD TERTIVM dicendum, quod inconueniens esset si duo æqualiter super eandem plebem constituerentur. Si autem inæqualiter non est inconueniens. Et secundum hoc super eandem plebem immediate sunt & sacerdos parochialis, & episcopus, & Papa. Et quilibet eorum potest ea quæ sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia alteri committere. Sed si superior committat, qui & principalior est, dupliciter potest committere. Aut ita quod eum vice sua constituat: sicut Papa & episcopus suos pœnitentiarios constituunt. Et tunc talis est principalior quàm inferior prælatus: sicut pœnitentiarius Papæ, quam episcopus, & pœnitentiarius episcopi quàm sacerdos parochialis. Et magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo: ut eum coadiutorem illius sacerdotis constituat. Et quia coadiutor ordinatur ad eum cui coadiutor datur: ideo coadiutor est minus principalis. Et ideo pœnitens non tantum obedire tenetur ei, quantum proprio sacerdoti.

AD QVARTVM dicendum, quod nullus tenetur confiteri peccata quæ non habet. Et ideo si aliquis pœnitentiario episcopi, vel alteri ab episcopo cõmissionem habenti confessus fuerit: cū sint sibi dimissa peccata, & quo ad ecclesiam, & quo ad Deum: non tenetur ea confiteri proprio sacerdoti, quantumcumque petat. Sed propter statutum ecclesiæ de confessione faciendâ proprio sacerdoti semel in anno: eodem modo se debet habere, sicut & ille qui habet solum venialia. Talis enim solum venialia confiteri debet (ut quidam dicunt) vel profiteri se à peccato mortali immunē. Et sacerdos ei in foro conscientiæ credere debet, & tenetur. Si tamen iterum confiteri teneretur, non frustra primo cõfessus fuisset: quia quanto pluribus sacerdotibus confitetur quis: tãto plus de poena remittitur ei: tum ex erubescencia confessionis quæ in pœnâ satisfactoriâ computatur: tum ex vi clauium. Vnde toties posset confiteri, quod ab omni pœnâ

liberaretur. Nec reiteratio facit iniuria sacramento, nisi illi in quo sanctificatio adhibetur: vel propter characteris impressionem, vel propter materiæ consecrationem, quorum neutrum est in pœnitentia. Vnde bonum est, quod ille qui auctoritate episcopi confessionem audit, inducat cõfitemtē: ut cõfiteatur proprio sacerdoti. Quod si noluerit: nihilominus eum absolueret debet.

CIRCA materiã huius articuli & quarti procedentis, dubitatur prius, an in absentia proprii sacerdotis liceat confiteri nõ proprio sacerdoti, vel quando ex rationabili causa peccator non vult confiteri proprio sacerdoti, nempe quia proprius sacerdos est ignarus, vel imprudens, vel sollicitans ad malum. Et hoc quærimus stando in solo iure canonico cõt, seculoio omni priuilegio, & omisso iure diuino, de quo postea dicemus.

AD HOC dicunt aliqui doctores, quod nõ possunt subditi confiteri non proprio sacerdoti, etiam in prædictis euentis. Sed debet subditi illi tunc petere facultatē proprio sacerdoti, ut alteri confiteantur. Et si ipse noluerit dare licentiam, debet recurre ad superiorem. Et huius sententiæ est. S. Th. in his articulis.

SED quid agent illi subditi, si non est recursus ad superiorem, & vrget necessitas comunicandi. Si enim non comunicauerint, excõmunicabuntur multi summistæ dicunt, quod in illo casu manent liberi.

AD HOC confitendum cui voluerint sacerdoti. Probat: quia in illo cap. Omnis, dicitur quod petant licentiam & obtineant. Et illi iam faciunt quod in se est: ergo non tenentur ad aliud.

SED hæc opinio non est tuta. Probat: quia nõ habent illi talem potestatem expressam in iure. Solum enim habetur, quod petant licentiam, & obtineant. Non tamen dicitur quod si non obtineant possint confiteri cui libet sacerdoti.

IDEO aliter dicendum est cū alijs doctoribus melius sentientibus, & cū. S. Thom. hic, quod in illis casibus debent pœnitentes recurrere ad superiores, & dicant quod non expediteis confiteri illis curatis inferioribus. Et superiores debent credere pœnitentibus, & dare illis facultatē cõfitemdi alio nõ suo curato. Aliter tamen propria auctoritate non possunt pœnitentes confiteri alteri non proprio sacerdoti. Probat: hoc: quia mortuo illo curato, non possent propria auctoritate confiteri cui libet indifferenter, ergo nec in prædictis euentis.

SECUNDO. Si proprius sacerdos excõmunicaretur, non possent parochiani cõfiteri cuiquam: sed debet recurrere ad superiorem quod prouideat: ergo. &

TERTIO. In illo cap. Omnis vtriusque dicitur, quod si quis voluerit confiteri non suo sacerdoti ex causa rationabili, petat licentiã, & obtineat. cum alter ipse eum ligare & absolueret non possit.

Dubium primum.

SED

Sed quid iuris si non sit aditus ad superiorem, vel superior licentiã neget, & pœnitens habeat legitimam causam, ut non confiteatur proprio sacerdoti? Licet ne tunc confiteri alicui alteri.

AD HOC dicit Palud. 4. d. 17. q. 3. ar. 3. quod in tali casu potest pœnitens ille confiteri cuicumque voluerit. Multum enim non debet ire ad curiam: ubi cõfiteri sunt episcopi. Idem dicit Siluest. in summa sua, verb. cõfessor. l. q. 6. Ratio Paluda. est. Nam ipse tenet quod stando in iure diuino quilibet sacerdos quemlibet potest absolueret in necessitate (quod nos inferius tractabimus) sed quod nõ possit modo est de iure humano. Ideo cessante illo iure humano: iam poterit indifferenter confiteri cui libet. Cum ergo ecclesia non possit instituire tale ius, scilicet peccator debeat confiteri cum scandalo. Itaque ergo cessat illud ius. Et si ita est (sicut Palud. dicit) idem est iudicium in casibus reseruat: quia peccator timet confiteri superiori ex rationabili causa, scilicet quia timet persequutionem, vel timet quia reuelabitur eius peccatum. Tunc talis peccator vadit ad commissarium vel pœnitentiarium superioris, & confitetur illi casum reseruat, & pœnitentiarius recurrit ad superiorem ad petendum licentiam, & superior non vult dare. Tunc talis pœnitens posset absolui à quocumque alio, secundum Palud. & Siluest. & Hostiensem. Et ita quando non est aditus ad superiorem. Vt si quis incidat in casum papalem, & est pauper, non potest ire Romam, nec mittere: dicitur quod talis potest absolui à quocumque alio, si non erat excommunicatus.

H A E C sententia est mihi multum dubia, & est contra. S. Tho. arti. præcedenti ad. 5. ubi ponit casum in forma. Respondet tandem, quod petat licentiam. Quam si negauerit recurat ad superiorem. Et si ad superiorem non sit aditus, idem est (inquit) iudicium, ac si non haberet copiam confessionis. Et potius debet confiteri laico confessione non sacramentali. Nunquam autem dicit, quod liceat confiteri cuicumque, sed semper oppositum. Cessatque illud præceptum de confessione illo anno: quia nõ habet confessarium. Nam propter prædictas causas non potest pœnitens confiteri illis sacerdotibus, quos habet.

SECUNDO. Dico secundum veritatem, quod excepto articulo mortis, ille sacerdos qui ante casum aliquem non poterat absolueret alium pœnitentem, nec poterit in casu absolueret (excepta ignorantia sacerdotis proprii) etiam stando in iure humano: ut infra dicemus. Hęc conclusio est Inno. 4. super illud cap. Omnis vtriusque. Et probatur: quia hoc nõ est cautum in iure, quod in illis casibus liceat confiteri cuicumque. Et merito: quia alias quilibet fingeret causam: ut alteri confiteretur. Et sic daretur ansa calumnijs, & nunquam pœnitentes cõfiterentur proprijs sacerdotibus.

TERTIO. Dico de casibus reseruat, quod si superior non vult concedere facultatem, male facit. Sed non propterea potest pœnitens absolui ab inferiori. Et hæc videtur etiam diffinita in illo cap.

Omnis. Vbi dicitur, quod si quis voluerit confiteri alieno sacerdoti iuxta de causa petat licentiam, & obtineat: cum aliter eum, ille scilicet, alienus absolueret, vel ligare non possit.

SED est notandum quod dicit, S. Thom. ad. 6. argu. art. præcedens, quod in hoc quod oportet confiteri proprio sacerdoti, non arætur via salutis: sed iufficiens via salutis statuitur: quia sacerdos peccaret, si non esset facilis ad præbendam licentiam confitemdi alteri: quia multi sunt adeo infirmi quod potius morerentur sine confessione quam confiterentur tali sacerdoti. Vnde illi qui sunt nimium solliciti: ut conscientias subditorum per confessionem sciunt, multis laqueum damnationis inueniunt, & si bi ipsis ex consequenti. Et certe periculosum est negare licentiam subditis fragilibus, maxime monialibus habentibus causam rationabilem: ut non confiteantur tali sacerdoti.

AD id autem quod Paluda. dicit quod de iure diuino potest quilibet sacerdos quemlibet absolueret, postea dicemus cum agemus de clauibus ecclesiæ. Pro nunc tamen dico, quod est falsum: saltem sic absolute dictum.

SECUNDO. Dico quod ecclesia prohibuit hoc, & si fieret nihil esset factum: saltem citra extremam necessitatem. Et si dicas quod ecclesia nõ potest. Dico quod potest: quia relicta est illa, potestas ecclesiæ: ut prouideat animabus dando pastores, & remouendo non idoneos.

SED quid faciet ille qui habet casum reseruat, & superior non vult concedere licentiam, ut alteri confiteatur, & pœnitens ille non potest commode confiteri suo superiori, aut proprio sacerdoti ex rationabili causa, debetque communicare: excommunicabitur, autem si non communicet.

AD hoc dico, quod ille potest licite communicare cum sola contritione, & proposito confitemdi postea: quia idem est de illo iudicio, ac si careret proprio sacerdote. Et si careret proprio sacerdote: posset communicare quando teneretur alias communicare, si habeat contritionem & propositum confitemdi postea. Et hoc dicit semper. S. Tho.

SED videant peccatores quod habeant rationabiles causas. Verecundia enim non est iufficiens ratio: ut confiteatur alijs. Nec timor quod ille superior, aut proprius sacerdos habeat de te malam opinionem. Probat: hoc: quia alias nec teneretur alicui confiteri: quia semper accidunt illa. Sed si ille superior nocuit illi pœnitenti, aut illum indirecte diffamauit, iam est causa iufficiens: quia probabile est, quod ille qui semel diffamauit, rursus noceret.

SED an in illo casu talis pœnitens excusetur à præcepto confessionis semel in anno. Vt si aliquis non potest confiteri proprio sacerdoti ex rationabili causa, & proprius sacerdos non vult dare licentiam, nec patet aditus ad superiorem, & a propinquat Pascha, debetque communicare. An talis absoluat a præcepto confessionis de semel in anno confitendo. Et videtur, quod sic: quia non stetit per

per ipsum, nec ipse fuit causa, quod non confiteretur. Secundo Confessio est præcepta semel in anno propter Eucharistiam. Sed ille iam accepit Eucharistiam. Ergo non tenetur confiteri illo anno. AD hoc dico, q non de obligatur ille ab illo præcepto de confitendo semel in anno, quia ad huc potest adimplere illud: ut si superior det facultatem postea, aut si infra annum cesset causa propter quam non poterat confiteri proprio sacerdoti.

Dubium secundum

DUBITAT V R secundo, an qui ex legitima causa non communicavit tempore paschali, teneatur postea ad comunicandum: ut quia tempore paschali fuit in mari vel in via.

AD hoc quidam dicunt, quod ita quorum vnus est Palud. vbi supra. Sed probabile est quod non. Et probatur: quia iam est determinatum certum tempus ad comunicandum, scilicet tempus paschale. Et illud iam transiit. Ergo ex illo præcepto non tenetur iam in illo anno ad communionem quousque redeat tempus determinatum ab ecclesia. SECVNDO. Si quis ex causa legitima non poterit iam communicare per annum vsque ad quadagesimam, non tenebitur communicare pro anno præterito: quia iam instat alia communicatio. Ergo esto posset per annum communicare, non tenetur ex illo præcepto.

DI C O secundo, quod consulendum esset ille, quod communicaret: quia longe melius est communicare multoties, quam raro.

TERTIO. Dico, quod non est eadem ratio de præcepto confessionis & de præcepto communionis: quia præceptum confessionis est quasi negativum, id est, non transeat annus quin confitearis, & semper est annus, si vero transeat annus non tenetur bis confiteri. Semel scilicet pro anno præterito transacto, & semel pro alio anno in quo est. Ergo etiam Eucharistiam non tenetur sumere, postquam transiit tempus præcepti: quia hoc præceptum affirmatiue determinat tempus paschale.

RESOLV O ramen his omnis dubium quod tractabamus (nempe, an stando in iure communi humano positivo, possit quis peccator confiteri alieno sacerdoti saltem in aliquo casu aliquibus propositionibus quarum prior est. In primitiua ecclesia licebat cuiunque Christiano confiteri peccata sua cuiunque sacerdoti. Hæc recipitur ab omnibus communiter. Et ratio est: quia erant pauci sacerdotes & multi penitentes. Ideo opus erat tunc, quod sic fieret. Et hoc ex dispositione pontificum.

Qui viua voce sic disponebant. SECVNDO. conclusio. Ante Vrbanum, 2. licebat de iure humano cuiilibet Christiano eligere quemlibet sacerdotem in confessarium. Probatur de peniten. & remiss. d. 6. cap. Placuit, vbi dicitur, deinceps nulli sacerdotum liceat recipere ad penitentiam commissum prius alteri &c. Textus dicit, deinceps. Ergo ante licebat, quemlibet sacerdotem audire quemlibet penitentem.

SECVNDO. contra. 13. q. 1. cap. 1. habetur, quod Dionys. Papa. illius nominis primus diuisit parrochias, & p-

hibuit, ne vnus parochus inuaderet terminos alterius parochi, aut ius. Et hic Dionysius fuit longo tempore ante Vrbanum. 2. quia fuit anno. 250. & Vrbanus. 2. fuit anno millesimo centesimo. Ergo non licebat cuiilibet quemlibet eligere vsque ad Vrbanum. 2.

SECVNDO. 9. q. 2. cap. Placuit Calixtus Papa prohibuit, vt nullus parochus admitteret ad penitentiam parochianum alterius. Et Calixtus fuit longo tempore ante Vrbanum. 2. quia fuit anno. 225.

TERTIO. Idem dicitur. 9. q. 3. cap. In dominicis, ex concilio Meldensi, quod nullus parochus recipiat parochianum alterius parochi ad confessionem.

QUARTO. Idem dicitur in eodem cap. Itæ nullus ex concilio Manatensi. Quæ omnia videtur fuisse ante Vrbanum. 2. Ergo conclusio nostra, non est vera.

AD hæc omnia dico, quod illa omnia iura ante Vrbanum. 2. non fuerunt recepta. Ideo repetiuit illud Vrbanus secundus.

TERTIA conclusio. Post Vrbanum. 2. non licet penitentibus de iure communi confiteri non proprio sacerdoti, etiam propter causam quancunque rationabilem, nisi sit expressa in iure. Hæc probatur: quia ita præcipitur, & recipitur in illo cap. Placuit de penit. & remiss. d. 6. ab Vrbanus. 2. & ita recipitur ab omni iure consulto. Et ita dicit glossa ibidem. Et ita dicit Innocentius. 4. super illud cap. Omnis vtriusque.

DI XI, nisi sit causa rationabilis expressa iniure: quia hodie licitum est penitenti confiteri alieno, quando proprius sacerdos est ignorans: vt in eodẽ cap. Placuit dicitur. Et ego intelligo prædictũ textum, quando proprius sacerdos est ignorans, & nõ est facilis aditus ad superiorem.

QUARTA propositio est. Probabile est, quod etiam propter quancunque causam rationabilem, quæ de culpa proprii sacerdotis manaret, licet penitenti confiteri non proprio sacerdoti: vt si proprius sacerdos est sollicitator mulieris ad stuprum, aut si est reuelator confessionis. Hæc est Panormi. cap. Omnis &c. extra de peniten. & remiss. & est Hostienis extra de peniten. & remiss. 5. Cui confitendum. Et probatur à simili: quia ius dat facultatem penitenti confitendi alieno propter culpam hanc proprii sacerdotis, scilicet quia ignorat. Ergo etiam propter similes culpas, quæ circa sacramentum committuntur à proprio sacerdote si nõ sitre cursus ad superiorem.

QUINTA conclusio. Probabilis est, quod non licet de iure communi penitenti confiteri alieno: nisi solũ propter causam in iure expressam. Hæc videtur esse. S. Tho. in his duobus articulis: quia ponit casus illos quos ponimus in. 4. conclusionẽ, & dicit, quod ille penitens tunc quando habet illas causas, & nõ potest obtinere licentiã est cõfessus tanquam nõ habens copiam confessarii. Ergo secundum. Thomam esto penitens habeat præ-

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

dictas causas nõ potest absolui, nisi à proprio sacerdote, vel de ipsius facultate, vel superioris. Et hoc facit illud cap. Omnis &c. vbi dicitur, q si quis ex causa rationabili voluerit confiteri alieno sacerdoti, perat licentiã, & obtineat: cũ aliter non possit illum absoluerẽ vel ligare. Ergo hoc est securus.

SE D contra illam interpretationem tertie conclusionis qua diximus, quod propter ignorantiam proprii sacerdotis poterat penitens confiteri alieno arguitur ex illo cap. Omnis vbi dicitur, qd perat licentiã, & obtineat. Ergo etiam propter ignorantiam proprii sacerdotis non licet penitenti confiteri alieno.

AD hoc varie respondent iure consulti. Sed ego dico, quod caput illud. Omnis vtriusque, est intelligendum, quod non licet penitenti ex quancunque causa confiteri alieno sine consensu proprii sacerdotis: nisi causa illa fuerit expressa in iure alio, aut deducatur ex aliqua expressa in iure, propter ea que diximus in 4. propositione.

SE C V N D O. Dico, quod tempore quo erat illud caput, Placuit. antequam esset caput, Omnis. non erat opus petere licentiã à proprio sacerdote, quando erat illa ignorantia aut causa rationabilis expressa in iure. Sed post. cap. Omnis etiam quando est illa causa alias expressa iniure debet peti licentiã, & licet non concedatur poterit confiteri alieno. Et probatur: quia non est vero simile, quod ecclesia voluit relinquere illum penitentem sine confessario, quando etiam de iure naturali, nõ potest confiteri proprio sacerdoti: quia est ignarus, & nõ est iudicare peccata, quæ debet remittere vel retinere. Vel etiam scandalizabitur in confessione, & non est aditus ad superiorem. Vnde colligitur, quod citra extremam necessitatem nullus sacerdos potest aliter absoluerẽ: nisi secundum summum pontificis dispositionem, & si oppositum fiat, præter hoc quod immane committeretur sacrilegium factum nõ tenebit, ex defectu iurisdictionis.

PR A E T E R E A. Conclusio. S. Thom. quod possit à proprio sacerdoti committi potestas alteri audiendi confessiones suorum subditorum, Probatur ex illo cap. Omnis. Vbi dicitur si quis ex causa rationabili voluerit confiteri alteri non proprio sacerdoti, perat licentiã, & obtineat. Ergo &c.

SE C V N D O. probatur. Quia ita est consuetudo in tota ecclesia, & vtiã non esset tanta consuetudo: quia iam nullus curatus audit confessiones suorum subditorum: sed omnes curati ponunt vicarios, qui audiant confessiones suorum subditorum.

Dubium tertium

DUBITAT V R tertio, an Papa episcopus vel quicunque superior possit dare licentiã penitenti, vt confiteatur alieno & nõ proprio sacerdoti. Et videtur, quod non: quia Papa vel superior aliquis non potest priuare aliquem iure suo sine culpa sua.

SE C V N D O. Episcopus non potest priuare parochum suo beneficio. Ergo nec hoc iure audietur.

di confessiones suorum subditorum.

TERTIO. Archiepiscopus est superior ad episcopum, & non possit eximere aliquem, quin teneatur confiteri suo parochi. Ergo nec episcopus poterit. Probatur consequentia: quia ita episcopus est subditus archiepiscopo: sicut parochus particularis est subditus episcopo. Ergo si vnus non potest, nec alter: quia eadem est ratio de vtroque.

PR O P T E R hæc argumenta & alia similia, quando inceperunt hæ exemptiones & priuilegia aliqui dixerunt, quod superior non potest dare illam licentiã sine consensu inferioris. Vnde Iacobus Almain dicit, quod Papa nõ potest priuare aliquem sacerdotem suo beneficio sine culpa sua. Paludanus autem dicit, quod ita. Almain vero dicit, quod prepositio Paludani est digna igne.

SE D ego dico, quod propositio Paludani est vera, & si aliqua illarum propositionum (scilicet Paludani vel Almain) digna est igne, est propositio Almain.

SE C V N D O. Dico quod est erroneum, & schismaticum dicere, quod Papa non potest mutare curatum cum causa rationabili, etiam sine ipsius curati culpa, nempe, si expedit illud ad maiorem alicuius ecclesie vtilitatem. Et probatur quod Papa possit hoc facere. Papa est pastor vniuersalis ecclesie. Et omnes curati sunt etiam eius oues. Ergo si eis expedit potest mutare. Secundo. Multoties ita facit: quia sunt litigantes super beneficio, & Papa priuat vnum, & dat beneficium alteri (esto alius haberet ius) quia nõ probauit, vel propter aliam causam rationabilem. Et non est dicendum quod errat in hoc. Ergo Almain errat.

ET ad primum argumentum in oppositum, nego quod in hoc Papa faciat iniuriam inferiori parochi, aut episcopo: quia vtitur iure suo, quum ipse sit pastor vniuersalis omnium. S. Tho. hic ad primũ dat aliã rationem, scilicet quia illa potestas nõ est data parochis in suam vtilitatem, sed aliorum.

AD Secundum nego consequentiam: quia quantum ad beneficia, iam Papa disposuit in iure quomodo sunt applicanda. Et non potest episcopus contra ius Papæ aliquid innouare. Sed quantum ad confessionem, non est sic cautum in iure: sed episcopus est pastor omnium, etiam parochorum, in suo episcopatu.

AD tertium concesso antecedente, nego consequentiam: quia archiepiscopus licet sit superior episcopo, non tamen est ordinarius, nec habet potestatem nisi in casu appellationis, non possit etiam audire confessionem illius subditi episcopi. Denique in his non est superior ad episcopum. Papa autem & episcopus sunt pastores ordinarij, ideo possunt alijs vices suas committere. Et de hoc non est dubitandum.

AL I I dicunt, verum esse quod Papa, episcopus, & superior quicunque potest vices suas sic alijs committere, vt audiant suorum subditorum confessiones: sed illi penitentes tenentur, nihilominus postea proprio sacerdoti semel in anno eadem peccata

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

ta

ta confiteri, propter illud cap. Omnis vtriusque sexus &c. Vnde dicebat Iohannes de poliaco, quod nec Papa, imo nec Deus, poterat aliud facere manente illo capite, vel debet prius tollere illud ius. **H A E C** quæstio mota fuit tempore S. Thom. propter religiosos, quibus tradidit Papa facultatem audiendi laicorum confessiones. Et insurrexit turba curatorum, dicentium quod Papa hoc facere non poterat, quorum dux fuit magister Iohannes de poliaco & quod esto valeat, tenentur rursus semel in anno proprio sacerdoti eadem peccata confiteri. Idem tenet glossa in cap. Omnis. Idem dicit Iohannes monachus ibidem. Idem Archidiaconus ibidem. Idem Richardus, Armachanus lib. II. de quæstionibus Armatorum capi. I. & 4. Idem dicit Henricus de gaudauo in sine septimi quolibet, nempe, quod licet subditi penitentes a superioribus suis facultatem habeant, tenentur ad hoc proprio sacerdoti confiteri eadem peccata, quæ alteri confessi sunt.

E T hæc contentio exorta fuit cum fratribus, eo quod pontifices concesserunt prædicatoribus & minoribus, vt haberent aliquos fratres, qui possent audire secularium confessiones, eodem iure quo ordinarij. Hanc confessionem impugnauerunt multi, vt dixi: sed multisummi pontifices declarauerunt illorum sententiam esse erroneam.

H O C declarauit Innocentius. 4. super illud cap. Omnis vtriusque sexus, vbi dicit, quod si parochus non vult dare licentiam subdito, vt alteri confiteatur, vadat ad superiorem, & cum illius licentia poterit confiteri alieno, etiam inuito parocho.

P R A E T E R E A. Illorum sententia non condēnat Ioan. 22. in extrauaganti, vas electionis. Vbi dicitur, quod summus pontifex vocauit Ioannem de Poliaco magistrum, & fecit hanc materiam disputari, & Ioannem de Poliaco respondere. Qui conuictus argumētis aliorū magistrorum suam sententiam reuocare iussus est Et Gaguinus Fræcorū historiographus narrat Ioannem 22. præcepisse Ioanni de Poliaco: vt sententiam suam in vniuersitate Parisiensi reuocaret, vbi illam prædicauerat, & docuerat.

P R A E T E R E A. Illam sententiam Ioan. de Poliaco & sequacium, scilicet quod Papa non poterat dare licentiam confitendi peccata sine contentu curatorum, & quod esto daret, & confiterentur subditi alienis tenerentur rursus confiteri proprio sacerdoti, reprobatur Benedictus. II. in extrauag. Inter cunctas.

P R A E T E R E A. Eandem sententiam reprobaui Clem. 5. in Clementi Dudum, de sepulchris. Quæ Clemens non est solius pontificis, sed totius celeberrimi concilij Viennensis. In qua Clemens in ad disponitur quomodo fratris prædicatores & minores sunt exponendi ad audiendum confessiones aliorum. Nempe, inter minores debent ministri generales vel provinciales, aut eorum vices gerentes per se vel per alios præsentare illos religiosos quos ad audiendas laicorum confessiones volunt

exponere. Et si episcopus acceptauerit omnes, manent ipso facto confessarij in tota diœcesi illius episcopi. Si vero non receperit aliquem illorum, poterit ille minister qui illos presentabat loco illius alium subrogare. Et si ad huc episcopus noluerit illum admittere, tunc dicit Papa quod eo ipso sit admissus: quia videtur quod episcopus procedat ex malitia, & non ex causa rationabili. Et idem facere debent generales & provinciales, vel illi qui horum vices gerunt inter prædicatores.

P R A E T E R E A. Hoc ipsum scilicet quod ille qui ex licentia superioris confitetur alieno sacerdoti non teneatur confiteri proprio eadem peccata determinatum est in concil. Lateran. sub Iulio. 2. sessione. 9.

P R A E T E R E A. Aliqui dicunt, quod hoc etiam fuit determinatum in parlamento Parisiensi: quod apud Galos plurimum vallet.

P R A E T E R E A. Omnes Theologi qui post controuersiam illam scripserunt (quæ controuersia fuit tempore Ioan. De Poliaco) hoc ipsum fauorabiliter tenent & docent. Hoc Marfi. 4. q. 12. hoc Gabr. Paluda. & Durand. 4. d. 17. Idem Adrian. 4. q. 5. Idem Almain. 4. d. 17. Idem Maior. d. 17. q. 6. & 7. dicitque oppositum hereticum esse. Et ita est: quia est tam determinatum a pontificibus multis, & a duobus concilijs generalibus: vt citauit.

E S T ergo conclusio quod superiores possunt committere potestatem audiendi confessiones quibuscunque sacerdotibus sibi inferioribus, siue monachis siue presbyteris secularibus: Et hijs possunt adire illas confessiones sine licentia aut contentu curatorum. Ipsique penitentes non tenentur amplius confiteri illa peccata proprijs curatis. Dixi sibi inferioribus: quia episcopus nec alius inferior non potest committere fratribus exemptis hanc potestatem audiendi aliorum confessiones sine licentia suorum prælatorum: quia est actus iurisdictionis qui non potest exerceri, nisi in subditos. Poterit tamen episcopus dare laicis sibi subditis facultatem eligendi confessionem quem voluerint.

S E D contra hoc argumentabatur Ioan. de poliaco: quia in illo cap. Omnis vtriusque, præcipitur, quod omnis fidelis semel in anno confiteatur proprio sacerdoti omnia peccata sua. Et illud capi non est reuocatum. Ergo manente illo præcepto nec Papa imo nec Deus (vt dicebat ille) potest dare licentiam quæ alteri quæ proprio sacerdoti confitearis.

A D hoc responde: Olchor, Marfi. Paluda. & communiter alij Theologi, quod proprius sacerdos est quicumque legitimus auditor confessionum siue ex officio ordinario, siue ex commissione: vt diximus in art. præcedenti. Vnde qui confitentur sacerdoti qui habet illam potestatem audiendi confessionem ex commissione, non tenentur amplius confiteri illa peccata: quia iam confessi sunt proprio sacerdoti.

S E D contra hanc solutionem arguitur. In illo cap. dicitur, quod proprius sacerdos potest committere alteri sacerdoti potestatem audiendi confessiones aliorum. Ergo per proprium sacerdotem solū intelligit

intelligit ordinarium illum scilicet qui ex proprio officio & electione habet potestatem audiendi confessiones: quia alius non potest committere licentiam illam.

I D E O dico secundo, quod illud caput se declaratur: quia dicitur ibi, quod quicquid voluerit confiteri, petat licentiam & obineat ab aliquo proprio sacerdote, non solum a curato. Et ita est: quia habent licentiam ipsi penitentes a Papa, vel episcopo qui sunt proprii sacerdotes.

S I E C V N D O. Dico, quod esto intelligatur textus de parochianis, quod illa est lex generalis, & non derogando illam potest. Papa priuilegia dare.

V N D E colligo prius, quod est scismaticum dicere oppositum. Secundo colligo, quod errant parochi & alij qui putant, quod hæc sunt priuilegia fratrum, aut illorum sacerdotum, qui sic ex commissione audiunt confessiones: quia non sunt, nisi laicorum: quia ipsi penitentes sunt, qui recipiunt fructum, & utilitatem illius priuilegij, & confessarij non recipiunt nisi laborem. Et probatur quod sint priuilegia penitentium, & non monachorum, quæ eandem potestatem habent fratres per Iubileum, vel indulgentias concessas ipsis laicis, quam habent de iure, vel per antiqua priuilegia. Sed laici qui habent indulgentias vel confessionalia, habent priuilegium vt eligant confessarios monachos. Et hoc habent per antiqua priuilegia. Ergo illa priuilegia sunt ipsorum laicorum, potius quàm sacerdotum.

S E C V N D O. Arguitur principaliter contra conclusionem nostram. Martinus. 5. in extra. Ad vberes fructus, dicit, quod qui confitentur fratribus minoribus, vel alijs, teneantur semel in anno proprijs curatis confiteri. Ergo bene dicebat Iohannes de poliaco, quod tenentur confiteri proprio sacerdoti, etiam confiteantur alijs.

A D hoc dico, quod quicquid esset de illa constitutione Martinus. 5. iam non habet valorem: quia post illam fuit concilium Lateranense in quo dictum est oppositum, ideo iam nunc illa constitutio est antiquata.

D I C O secundo, quod ibidem cõcedit summus pontifex, capitalium provinciale fratrum prædicatorum, & minorum, posse eligere certum numerum fratrum, qui sint prædicatores generales, & dat eis facultatem audiendi confessiones vbique, esto non presententur episcopo, quod est amplius priuilegium. Et de his tantum dicit, quod nihilominus suo proprio sacerdoti confiteantur in qua dragesima, esto sint confessi illis prædicatoribus generalibus. Sed non dicit, quod confiteantur eadem peccata: sed alia quæ habuerint. Aliud est de alijs fratribus, qui presentantur episcopis. Hæc est expositio Adriani.

T E R T I O. Arguitur ad idem. 16. q. 1. cap. Placuit, & cap. Interdiximus, inter dicitur monachis absolute, ne audiant confessiones laicorum. Ergo non possunt eas audire.

A D hoc dicit Durand, quod illud intelligitur sine authoritate Papæ, vel episcopi & bene dicitur

quia sic declaratur in eadem causa. 16. q. 1. cap. Ex authoritate vbi Gregorius dat facultatem monachis, ut audiant confessiones.

Q V A R T O. arguitur. In extrauaganti. Sexti. 4. quæ incipit. Vices, & habetur. Extra de treuga. & pace, ponitur concordia & compositio inter fratres & presbyteros, & mandatur fratribus sub pena excommunicationis, ne prædicent, quod laici non tenentur semel in anno confiteri proprio sacerdoti, & datur ratio: quia est contra ius scilicet Omnes vtriusque &c.

A D hoc respondet Maior quod illa extrauagantis se declarat: quia expresse ibi habetur, quod per hoc in nullo intendimus derogare priuilegijs concessis ab alijs summis pontificibus. Sed mandatur ne prædicent illud: quia non tollitur lex illa, & falsum esset dicere absolute, non tenentur homines proprio sacerdoti confiteri, quum oppositum dicit cap. Omnis vtriusque. Secus est si dicant, qui confessus est ex priuilegio alieno sacerdoti, non tenentur confiteri proprio eadem peccata, & dicere absolute quod non tenentur homines confiteri proprio sacerdoti, est scandalosum: quia significat, quod nunquam tenentur confiteri proprio sacerdoti. Ideo Sixtus. 4. prohibuit illud sic absolute.

Q V I N T O. arguitur argumento Iohann. de Poliaco & Iohann. monachi. Quandounque sunt duæ constitutiones ab invicem contrariæ, & vna compatitur secum altera, vna non excludit alteram: sed vtraque debet seruari: vt nunc est constitutio, quod omnes audiant missam in die festo. Si vero veniret modo alia constitutio, quod omnes audiant in diebus festis verbum Dei per ealem constitutionem non prohibetur prima, nec tollitur: quia se compatiuntur. Sic est in isto casu. Est nanque vna constitutio, quod homines confiteantur proprio sacerdoti, & alio quod confiteantur fratribus. Et istæ se compatiuntur. Ergo ambæ debent seruari.

A D hoc respondet Ioh. Gerson lectio. 2. sup. Marcum, quod iustus potest nunquam potest aliquem obligare ad pluries confitendum eadem peccata, si semel legumine & pure quis confessus fuerit. Cū ergo dedat potestatem fratribus, vt audiant confessiones secularium iam legitime sunt confessi huiusmodi seculares, & non tenentur ad aliam confessionem.

V N D E sequitur, quod illæ duæ constitutiones, quod confiteantur laici fratribus, & de eadem peccatis proprijs sacerdotibus, non se compatiuntur sub obligatione: quia (vt dicit Gerson) non potest Papa ad illud obligare.

S E X T O arguitur. Pastor debet cognoscere gregem suum de iure diuino, & pascere oves suas. Et debet cognoscere vultum pecoris sui in particulari. Et cognitio pecoris maxime sumitur in confessione. Ergo tenentur subditi confiteri proprio sacerdoti. **A D** hoc respondet S. Tho. hic ad 2. concedendo antecedens: negando consequentiam: quia pastor spiritalis sicut cognoscit vultum pecoris sui, per hoc quod dicitur se confessum illi, qui poterat illum absolute, & debet credere illi in hoc foro.

S E C V N D O. Si conſtitatur ſubditus vicario proprii curati, curatus ſic per vicarium ſuum ſufficienter cognoscit vultum peccoris ſui. Ergo etiam per fratres eum eadem ſit ratio de omnibus.

P R A E T E R E A. Eſt in hac materia dubium grauissimum, an scilicet habens facultatem eligendi confessorium a Papa vel ab alio proprio sacerdote, possit eligere quemlibet simplicem sacerdotem etiam alias non expositum, nec per episcopum approbatum.

Et de hoc sunt duæ opiniones, quarum quilibet habet pro se doctores, & argumenta non contemnenda. Prima itaque opinio est negativa, Nempe, quod ille qui habet facultatem a Papa, vel superiori eligendi confessorium non potest eligere quemlibet sacerdotem: sed datur facultas per generalem illam concessionem solum, ut eligat unum ex alias presentatis per episcopum vel aliquem prelatum. Hec est sententia gl. super illud cap. Omnis viri uisus sexus. Et super Clementi. primam, de privilegijs. Pro qua sententia rationes sunt hæc. Prius, quia (ut dicitur in cap. 2. de penit. in 6.) in generali concessionem illam non veniant, quæ non esset quis veri similiter in specie concessurus. Sed inter simplices sacerdotes non examinatos sunt multi ignorantissimi & perditissimi, quibus si exprimerentur in specie, non est verisimile superiorem talem facultatem concessurum. Ergo, &c.

S E C V N D O. si summus Pontifex iustitueret iudices in foro interiori omnes sacerdotes simplices sine aliquo examine & probatione peccare mortaliter, non est existimandum de summo Pontifice in generali & publica concessione. Et tamē reuera si daret facultatem eligendi quemlibet sacerdotem, eo ipso facit uniuersos sacerdotes etiam stultissimos eius iudices in foro interiori. Ergo.

T E R T I O. Summus Pontifex in diplomate semper notat se concedere facultatem eligendi confessorium idoneum. At idoneus in iure appellatur qui habet publicam iuris sufficientiam (v. g.) religiosus episcopo presentatus iuxta normam Clementi. Dudum de sepulturis. Ergo, &c.

P R A E T E R E A t. Clericus examinatus & probatus ab episcopo, licet alias non habeat iurisdictionem, per probationem tamen factus est idoneus, ut a penitente eligi possit.

P R O P T E R hæc argumenta inferunt hi qui hanc tenent sententiam quod per generalem concessionem, qua Papa, vel episcopus, vel parochus suis subditis concedit ut eligant confessorium, intelligitur quod possint solum eligere ex illis sacerdotibus qui alias sunt expositi ab aliquo superiore ad audiendum aliorum confessiones, vel ex illis qui fuerunt examinati ab episcopo vel superiore, fueruntque probati, licet nulla fuerit eis data iurisdictione, nec fuerint eis constituti aliqui subditi.

Et confirmant hoc rursus quia oppositum dicitur, est aperire ianuam in totius Christiani populi penitentiam, dum indiscriminata eliguntur ab ignoranti plebe sacerdotes ignorantissimi.

P R A E T E R E A. Nefarius (inquiunt) esset summus Pontifex, si examen & probationem idonei confessoris relinqueret arbitrio, cuiuslibet popularis nōminus ac si examen iudicis ecclesiastici in foro exteriori committeret sartoribus. At per contrariam opinionem quilibet idiota pro suo arbitratu potest, ut eligere confessorem, ita quoque expendere & probare. Quod ridiculum est.

P R A E T E R E A. Si summus Pontifex omnes tales constituit iudices, non potest episcopus condere legem, ne illi audiant confessiones nisi prius examinati. Et ita nec possit stulto sacerdoti confessionis officium prohibere. Omnes tamen concedunt ac fatentur episcopum & religionum prelatos posse legem condere, qua prohibeant ne aliquis sibi subditus confessiones audiat, nisi sit examinatus. Ergo per generalem concessionem eligendi confessorium intelligitur solum quod eligatur examinatus, & probatus a suis superioribus, & non quicumque sacerdos simplex.

C O N F I R M A T U R. Ultimo. Per generalem illam concessionem non potest eligi sacerdos hæreticus, schismaticus, vel excommunicatus, & depositus: quia eiusmodi sacerdotes peculiaribus ecclesiæ legibus a sacramentorum administratione sunt reiecti. At sacerdotes non probati ab episcopo, vel reprobatii ab ipso, vel eius vicario, vel eius visitatore, legibus certis arcētur a sacramenti huius administratione. Ergo per generalem concessionem ille eligi non potest.

Item propter hæc argumenta quæ multum habent apparentiæ dico quod prædicta opinio est multum probabilis & iuta.

S E C V N D A opinio est quod per generalem concessionem eligendi confessorium potest penitens eligere quemlibet sacerdotem, etiam alias non probatum nec expositum ab aliquo suo superiore. Hanc tenet Gabr. 4. d. 17. q. 2. arti. 3. Eandem tenet Silueſt. in summa ver. Confessor. 1. q. 5. Eandem Andria. 4. Dub. 1. pest. 5. q. de confessione. Eandem Hostien. extra de penit. & remt. cap. Omnis. Idem Panor. Et citat ad hoc Clementi. 1. de privilegijs. Hæc denique est nunc sententia communis. Quam quidem sententiam doctores hi apparenibus probant argumentis. Prius ex cap. finali de penit. ubi dicitur, Permittimus episcopis & alijs superioribus, nec non minoribus prelatibus exemptis: ut, etiam præter sui superioris licentiam, prouidum & discretum sibi possint eligere confessorem. At ex vi huius privilegii non oportet eum, qui alias est probatus confessor, eligere. Ergo nec qui a summo Pontifice vel episcopo facultatem habet confessorium eligendi, tenetur eligere alias probatum & examinatum.

S E C V N D O. Simplex sacerdos ab ordinatione sua habet potestatem absoluendi: non tamen absoluit, quia deest ei materia circa quam illam potestatem exercent. At penitens qui habet facultatem a proprio sacerdote præstat se subditum confessorio quem eligit. Talis igitur absolutio cum habeat materiam erit valida.

T E R T I O

T E R T I O. Summus Pontifex per hoc solum quod voluntarie subicit se simplici sacerdoti eo ipso dat materiam convenientem absolutioni sacramentali. Ergo & quilibet Christianus qui habet facultatem generalem a proprio sacerdote: ubi primum se voluntarie subicit sacerdoti simplici.

Q U A R T O. Alias diploma Pontificum nihil concederet. Nam eligere confessores iam expositos, nempe, fratres episcopis presentatos sine peculiari diplomate fideles poterant. Ergo per tale privilegium conceditur eis facultas eligendi alias non probatos.

I D E O propter hæc rationes ego dico, quod si hi doctores intelligant quod per prædictas concessionem generales possit eligi quicumque sacerdos non præcisus ab ecclesia quantumcumque imprudens & idiota, non placet. Nam non videtur verum quod Papa hoc intendat concedere propter argumenta facta pro alia opinione negativa. Et quia Papa in similibus concessionibus peccare, nullo modo intendit (peccaret autem mori ferre si hoc concessisset) ideo non concedit illud. Tum etiam, quia in similibus diplomatis semper dicit, Concedimus facultatem eligendi idoneum confessorium.

A D principalem igitur questionem respondetur duabus propositionibus.

Primæ conclusio. P R I M A est. Prælati quicumque per generalem concessionem eligendi confessorium, non concedit, quod ille penitens eligat quemcumque sacerdotem idiotam & imprudentem. Hanc probant argumenta pro parte negativa.

Secundæ conclusio. S E C V N D A conclusio est. Prælati per concessionem generalem eligendi confessorium concedunt penitentibus facultatem eligendi quemlibet sacerdotem alias secundum legem diuinam & naturalem idoneum, nempe, prudentem & sufficienter doctum, licet nunquam fuerit ab aliquo superiore presentatus, aut examinatus: satis est, quod sit in illo statu, in quo si examinaretur poterat licite exponi a prælato. Hæc est contra opinionem aliam dicentem, quod requirebatur ut esset examinatus & probatus ab episcopo vel superiore. Hanc nostram conclusionem probant rationes factæ pro communi opinione affirmatiua. Et confirmatur: quia tra eligunt confessores similes sacerdotes, qui ista diplomata habent. Et non reprehenduntur.

A D argumenta vero pro parte negativa non est difficile respondere. Et ad primum concessio antecedens pro maiore, nego minorem, nempe quod si prudens & doctus sacerdos in specie nominaretur superiori, non nominaret illum, esto nunquam fuerit examinatus & probatus per aliquem superiorem: satis est quod est in statu in quo merito poterat examinari & probari.

A D secundum concessa maiore nego minorem, nempe, quod summus pontifex faciat iudices idiotas vel imprudentes: quia (ut diximus) non dat facultatem eligendi nisi talem, qui secundum legem diuinam & naturalem eligi possit.

A D tertium, concessa maiore (scilicet, nec summus

pontifex potest, esto non explicaret, quod eligendus confessor debeat esse idoneus, aliud licite intelligere nego minorem, nempe, quod idoneus solum sit ille, qui est examinatus & probatus ab aliquo superiori. Sed est etiam ille, quem iam diximus esse in statu, in quo si examinaretur merito probaretur.

E T ex his facile etiam dices ad primam aliam confirmationem, negando quod per hoc aperiantur ianua in penitentiam Christiani populi: quia notum est in lumine naturali, quod iudices non debent esse imprudentes, nec idiotæ. Ideo qui animam suam sanare vult, debet apponere aliquam diligentiam: ut querat quis medicus bonus est ad hoc, & edocebitur a scientibus & cognoscentibus prudentes & scientes confessarios, quem debeat eligere.

A D secundam autem confirmationem dico, quod non est contra me: quia ego concedo maiorem, sed nego minorem: quia plebeus non debet iudicare quis est idoneus confessor, sed hoc a probis Christianis querere debet, & illum eligere.

A D tertiam confirmationem iam patet, quod summus pontifex non constituit omnes sacerdotes idiotas confessarios: sed illos idoneos quos expositum. Et confirmatur fortius nostra conclusio, nempe, quod summus pontifex in illis concessionibus generalibus, concedat facultatem eligendi confessorium illum, qui prouidus & discretus est, esto a superiore nondum sit probatus. Eodem enim modo concedit Papa facultatem eligendi confessorium laicis, sicut. Extra de penit. & remt. cap. Ne pro dilatione, concedit similem potestatem prælatibus exemptis & episcopis. At episcopis & prælatibus exemptis concedit in prædicto capite, quod eligant confessorium prouidum & discretum, esto per superiorem non sit probatus. Ergo idem intelligitur quado concedit hoc ipsum laicis: quum eisdem verbis utatur. Ergo nostra conclusio vera, nempe, quod concedit potestatem eligendi illum confessorium, quem Papa licite potest concedere, siue fuerit probatus per superiorem, siue non.

D U B I T A T V R quinto, infra quem ter minimum possunt hi confessorij ab episcopis presentari, audire confessiones:

A D hoc dico ex illa Clementina Dudum de sepulturis, quod in tota diocesi illius episcopi a quo sunt presentati, & non vltra. Probatur. Illi audiunt confessiones autoritate episcopi, vel Papæ: dependentes ab episcopo. Et episcopus non potest vltra suam diocesim concedere potestatem audiendi confessiones aliorum. Secundo. Dico quod ita disponitur in illa Clementina, quod prædicti non audiant confessiones nisi in illa diocesi.

D U B I T A T V R sexto, quis potest illos presentare. Dico quod in Clementina explicatur generales & prouinciales ordinum. Sed quia de iure communi ista possunt committere prioribus conuentualibus: ita fit nunc, quod priores conuentuales ex commissione prouincialis presentant hos fratres episcopis: Et hæc est communis consuetudo.

Dubium quintum.

Dubium sextum.

et audienti confessioes aliorum sacerdotum ex voluntate prelatorum, qui vident, & iacent, & consentiunt.

VNDE sequitur, quod si episcopus proliberet, non possent se mutuo absolueri: quia non habent potestatem, nisi ex episcopi consensu, & episcopus possit ab eis auferre & licite propter aliquam causam.

Dubium
vicesimum
secundum

DUBITATUR vicesimo secundo (postquam dicit voluntas prelatorum, quod presbyteri ad inuicem confiteantur) an possit aliquis simplex sacerdos eligere aliquem religiosum sacerdotem non expositum ab episcopo.

AD HOC respondet Siluest. in summa verbo Confessor. q. 5. q. ita. Probatum quia iam ipse sacerdos secularis habet talem licentiam ab episcopo ut confiteatur cuiuscumque sacerdoti voluerit. Sed contra: quia frater ille non habet licentiam a priore. Dico quod prior non potest dare autoritatem absoluenti, licet possit dare licentiam. Unde ille religiosus, si absolueret alium contra voluntatem prelati male faceret quia contra obedientiam factum teneret.

Dubium
vicesimum
tertium

DUBITATUR vicesimo tertio, quis est de iure ordinarius regis confessor.

AD HOC dico prius quod de malis secularibus non est expressum in iure, cui debeant confiteri. SECUNDO. Dicitur multi, quod habet proprium sacerdotem episcopum illius ciuitatis, ubi coronatur, & ubi est sedes regni.

TERTIO & melius. Dico quod ipsi prouidet sibi, & Papa illis prouidet per indulgentias, & confessionalia quae communiter habent.

QUARTO. De magnatibus alijs etiam dicitur doctorum, quod debent confiteri episcopo illius loci, cuius ipsi dominantur vel suae diocesis.

QUINTO. Dico quod famuli regis & aliorum magnatorum, ut dicitur confitentur suis curatis.

DE vagabundis autem qui semper ambulat dico, quod possunt confiteri cuiuscumque curate & cuiuscumque sacerdoti confessario exposito & probato ad audiendas confessiones. Si autem non est confessarius expositus, non possunt eum eligere. Probatum prior pars quia non est maior ratio de vno curato, quam de alio. Ergo ad quocumque possunt absolui. Et quod non possint eligere simplicem sacerdotem constat, quia nemo dedit eis talem facultatem.

SECVNDO. Dico, quod de his qui adueniunt de nouo ad certum locum, qui non dum habent domicilium, & non dum statuerunt, ubi morabuntur, id est in viciniam, sicut de vagabundis. Nec oportet respicere quantum ad hoc ubi hospitatur: quia non tenetur confiteri parochio illius parochiae, ubi sic ad horam habitat.

DE peregrinis, qui veniunt ab alijs locis, ut mercatores, viatores, dicitur dicitur quod si habent expressam licentiam: sicut aliquando fuit consuetudo, quod parochiales qui volebant agere iter, petebant licentiam ad minus ad agendum iter. Vel ad recipiendum confessarium: hanc licentiam saltem interpetantur ad eligendum quemcumque malint confessorem, dummodo alias sit legitimus confessarius probatus per episcopum. Sed si non habeant licentiam expressam ad peregrinandum: ut mercatores, si in aliqua ciuitate voluerint manere ad bre-

ue tempus, tantum ad duos vel tres menses, dico, quod quantum ad confessionem pertinet ad parochiam, ubi est domus in quam se recipiunt.

Articul. sextus.

Vtrum poenitens possit in fine vitae a quolibet sacerdote absolui.

Tho. in. 4. d. 20. q. 1. ar. 1. q. 2.



AD SEXIMUM sic proceditur. Videtur, quod in fine vitae poenitens non possit a quolibet sacerdote absolui. Ad absolutionem requiritur aliqua iurisdic-

tionis: ut dictum est. Sed sacerdos non acquirit iurisdictionem super eum qui in fine poenitet. Ergo nemo potest eum absolueri.

PRÆTERTEA. Ille qui sacramentum baptismi in articulo mortis ab alio quam proprio sacerdote recipit, non debet a proprio sacerdote iterum baptizari. Si ergo quilibet sacerdos in articulo mortis possit absolueri a quolibet peccato, non debet poenitens si euadit ad suum sacerdotem recurrere, quod falsum est: quia alias sacerdos non haberet cognitionem de vilitate pecoris sui.

PRÆTERTEA. In articulo mortis sicut licet alieno sacerdote baptizari: ita etiam non sacerdoti. Sed non sacerdos nunquam potest absolueri in foro poenitentiali. Ergo nec sacerdos in articulo mortis eum qui non est sibi subditus.

SED CONTRA. Necessitas spiritualis est maior quam corporalis: sed aliquis in necessitate ultima potest aliorum rebus vti, etiam inuitis dominis, ad subueniendum corporali necessitati. Ergo in articulo mortis ad subueniendum spirituali necessitati potest a non suo sacerdote absolui.

PRÆTERTEA. Ad idem sunt auctoritates posite in littera magistris sententiarum.

RESPONDEO dicendum, quod quilibet sacerdos quantum est de virtute clauis habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata sed quod non possit omnes ab omnibus peccatis absolueri, hoc est quia per ordinationem ecclesiae habet in-

bet iurisdictionem limitatam, vel omnino nullam habet. Sed quia necessitas legem non habet, adeo quando necessitatis articulus inuenit per ecclesiae ordinationem non impeditur quin absolueri possit, ex quo habet clauis etiam sacramentaliter. Et tamen consequitur absolutus ex absolutione alterius, sicut si a proprio sacerdote absolueretur. Nec solui a peccatis tunc potest a quolibet sacerdote absolui: sed etiam ab excoicatione a quocumque, sit laicus. Et haec absolutio et ad iurisdictionem pertinet, quae per legem ordinationis ecclesiae coarctatur. **AD PRIMUM** ergo dicendum, quod aliquis potest in iurisdictione alterius ex eius voluntate: quia ea quae iurisdictionis sunt committi possunt. Unde, quia ecclesia accepit: ut quilibet sacerdos absolueri possit in articulo mortis, ideo ex hoc ipso quia sum iurisdictionis habet quantum iurisdictione careat.

AD SECUNDUM dicendum, quod non oportet eum recurrere ad proprium sacerdotem: ut iterum a peccatis soluat, a quibus in articulo mortis absolutus est: sed ut immorescat ei quod est absolutus: nec similiter oportet quod absolutus ab excoicatione ad iudicem vadat qui alias absolueri potuisset absolutione peccatis sed satisfactione offerens.

AD TERTIUM dicendum, quod baptismus habet ex ipsa sanctificatione materiae efficaciam: Et ideo a quocumque conferatur alicui ille sacramentum recipit. Sed vis sacramentalis poenitentiae consistit in sanctificatione ministri. Et ideo ille qui laico confiteretur, quamvis impleat quod ex parte sua est de sacramentali confessione: tamen sacramentalis absolutionem non consequitur. Et ideo aliquid valet ei quantum ad diminutionem poenitentiae quae fit per confessionis meritum, & poenitentiam: sed non consequitur diminutionem illius poenitentiae quae est ex vi clauis. Et ideo oportet quod iterum sacerdoti confiteatur. Et magis sic confessus decedens punitur post hanc vitam, quasi sacerdos si uisisset confessus.

PRO huius articuli examine nota, quod haec quaestio, an quilibet sacerdos possit quilibet absolueri in articulo mortis, potest habere duplicem sensum. Alterum scilicet in iure diuino: alterum scilicet in iure humano. Et prius sciendo in iure humano, distinguendum est: quia quando aliquis est in arti-

culo necessitatis, vel proprio sacerdos est praesens: vel non. Si praesens sit, possit sine infirmi periculo haberi tunc rite dicitur, & sic prima propositio. Ille in firmus non potest absolui, nisi a proprio sacerdote. SECUNDA propositio. Si autem non est praesens proprius sacerdos, vel non potest haberi sine periculo infirmi, tunc potest absolui a quolibet sacerdote de iure humano. Iste duae propositiones probantur ex presb. de sent. exco. cap. eos, lib. 6. Idem dicitur ex. de ferus, c. Fures. Idem, definitur ex. de offic. ordinarij, c. Pastoralis. Et ita tenetur communiter a doctoribus: & ita ibi habet glossa.

SECUNDO probatur ex vniuersali consuetudine prelatorum ecclesiae. Omnes namque tam Papa quam episcopus, quando aliquem casum referunt semper excipiunt mortis articulum. Sed an hoc sit etiam de iure diuino, vel tantum de iure humano.

AD HOC Palud. in. 4. d. 20. q. 1. ar. 2. dicit, quod hoc est de iure diuino. Idem Du. in. 4. d. 19. q. 2. Idem Capreol. in. 4. d. 19. q. unica, ar. 3. ad. 4. Idem videtur dicere. S. Tho. in. 4. d. 19. q. 1. ar. 3. q. 1. & in. d. 20. q. unica, ar. 1. q. 2. quae quaestiuicula est hic articulus. Et probatur prius: quia Deus non deficit in necessarijs: est enim prouidus gubernator. Ergo quemadmodum prouidit quod in articulo mortis quicumque possit licite baptizare, non eadem quaecumque ecclesiastica censura & prohibitionem, ita etiam cauit ut in eodem articulo quilibet sacerdos licite absolueret. Vtrumque enim sacramentum necessitatis est, & vtrumque iure diuino praecipitur.

SECUNDO probatur. Vt enim dicit D. Aug. li. 4. de bapt. contra Donatistas cap. 24. illud quod vniuersa tenet ecclesia, & semper in ea retentum fuit, & non est traditum a pontificibus aut concilijs tempore aliquo post. Apostolos, est institutum a Christo & ab Apostolis. At quod quilibet sacerdos in articulo mortis quilibet possit absolueri, semper in ecclesia obseruatum est: nec noua hominum institutione inuenitur laicium. Ergo a Christo, & apostolis est institutum. TERTIO Ecclesia non potest abrogare hoc ferendo contrarium legem: ergo est a Christo. Probatum antecedens: quia seculum quicumque ecclesiae legem talis abrogatio esset contra rectam rationem. Poenitentia enim est ad salutem necessaria: i. sacramentum ad salutem necessarium: ergo quilibet sacerdos in articulo mortis est minister sacramenti poenitentiae. Haec opinio est multum probabilis.

ET dicitur Palud. tenet quod scilicet in solo iure diuino quilibet sacerdos potest quilibet absolueri, & quod in articulo mortis ius diuinum hoc ecclesia non potest impedire.

ALIA est opinio inter Theologos communior, quae dicit, hoc scilicet quod in articulo mortis quilibet quilibet possit absolueri, solui est de iure humano positum. Probatum haec. Remissio peccatorum est potestas ecclesiae, quas Christus dedit ecclesiae. Sed visus clauis est ex auctoritate ecclesiae, quia ei est data. Ergo illud solui est de iure humano positum.

SECUNDO. Non est de iure diuino quod in articulo necessitatis quilibet possit absolueri ab excom-

municacione. Ergo &c. Antecedēs, probatur: quia si excommunicetur quis pro furto: vt reddat quod furatus est, & nolit reddere: nō poterit absolui ab illa excommunicatione à quocūq; sacerdote: sed episcopus qui excommunicauit potest absoluerē, etiā nō licet reddere alienū. Sed si esset de iure diuino qui libet sacerdos posset absoluerē illū ab excommunicatione, nec episcopus posset impedire. Ergo &c. **SED** contra. Si de solo humano iure est, q̄ in articulo necessitatis quilibet quēlibet possit absoluerē, posset Papa & ecclesia illud impedire. Et tunc ecclesia impedire, esto moreretur ille penitens sine confessione, non posset absolui a quolibet. Quod clarum videtur.

AD HOC cōcedūt doctores qui sunt huius sententię illud quod inferitur quantū est de se. Sed, quia illud in moralibus esset error intollerabilis, nō admittunt quod fiat vnquā: quia semper ecclesia dirigit Deus in moribus: ita quod simile intolerabilem errorem nunquā permitteret. Et licet non semper de moribus Papa determinet quid sit melius: semper tamen determinat bonum.

SED dubitatur quis sit proprius sacerdos venialium peccatorū. An etiā teneantur homines qui habent tantum venialia cōfiteri illi proprio sacerdoti cui tenentur confiteri mortalia.

AD hoc iam diximus supra ex cōmuni Theologorū sententia, quod quilibet sacerdos simplex, etiam non expositus potest absoluerē a venialibus siue sit monachus, siue secularis.

SED an hoc sit de iure diuino. Dixim⁹ sup̄ q̄ sic. **SECUNDO** dico, quod etiā est de iure cōmuni humano: quia prelati sciunt quod ita dicūt Theologi & ita acceptāt, & nō reprehendunt.

TERTIO dico q̄ nihilominus illi sacerdotes qui nō sunt expositi ad audiēdū confessiones male faciūt, si contra voluntatē suorū prelatorū absoluat a venialibus: quia licet factū teneat, agit cōtra obedientiā. Non tamē peccat mortaliter: nisi frangerent præceptū aliquod. Et de his latius agemus infra. q. 11. vbi. S. Tho. tractat de subiecto clauis.

Artic. septimus

Vtrum pœna taxetur secundū quantitatem culpæ.

S. Tho. 4. d. 20. q. 1. ar. 2.



D **SEPTIMVM** sic proceditur. Videtur quod pœna temporalis cuius reatus post penitentiam manet, non taxetur secundū quantitatem culpæ. Taxatur enim secundū quantitatem delectationis quæ fuit in peccato: vt patet Apocalip. 18. Quantū glori-

ficauit se, & in delicijs fuit: statū date illi tormentū & luctū. Sed quādoq; vbi est maior delectatio est minor culpa: quia peccata carnalia quæ plus habent delectationis quā spūalia, minus habent de culpa: secundū Gregoriū. Ergo pœna non taxatur secundū quantitatem culpæ.

PRÆTEREA. Eodē modo aliquis obligatur ad præcepta moralia in noua lege & in veteri. Sed in veteri lege debatur pro peccatis pœna septē dierū: vt. s. septē diebus immūdi desent. Cū ergo in nouo testamēto imponatur pœna septennis pro vno peccato mortali: videtur quod quantitas pœna non respiciat quantitatem culpæ.

PRÆTEREA. Maius est peccatū homicidij in laico, quā fornicatio in sacerdote: quia circumstantia quæ sumitur ex specie peccati magis aggrauat, quā quæ sumitur ex conditione personæ. Sed laico pro homicidio imponitur septennis penitentia: sed sacerdoti pro fornicatione decem annorū secundū canones. Ergo pœna non taxatur secundum quantitatem culpæ.

PRÆTEREA. Maximū peccatū est, quod in ipsum corpus Christi cōmittitur: quia tanto grauius quis peccat, quāto maior est in quē peccatur. Sed pro effusione sanguinis Christi in sacramento altaris cōtenti, iniungitur penitentia. 40. dierū, vel parū amplius: pro fornicatione autem simplici iniungitur penitentia septēnis secundum canones. Ergo quantitas pœna nō respondet quantitate culpæ.

SED CONTRA. Esa. 27. In mensura cōtra mensurā cū abiecta fuerit, iudicabo eam. Ergo quantitas iudicij punishmentis peccati, est secundū quantitatem culpæ.

PRÆTEREA. Homo reducitur ad equalitatem iustitię, per pœnā inflictā. Sed hoc non esset si quantitas culpæ & pœna non sibi responderet. Ergo vnum alteri respondet.

RESPONDEO dicēdū, quod pœna post dimissionē culpæ exigitur ad duo. s. ad debitū soluendū, & ad remediū præstandū. Potest ergo taxatio pœnae cōsiderari quātū ad duo. Primo quātū ad debitū. Et sic quantitas pœnae radica-

liet

liter respondet quātū itati culpæ, antequā de ea aliquid dimittatur. Sed tamen quātū per primū eorū, quæ nata sunt remittere pœnā, plus remittitur, secundū hoc per aliud minus remittendū vel soluendū restat. Quia quātū per cōrrectionē plus de pœna dimissū est, tanto per cōfessionē minus dimittendū restat. Secūdo, quātū ad remediū, vel illius qui peccauit, vel aliorū. Et sic quādoq; pro minori peccato iniungitur maior pœna, vel quia peccato vnius difficilius potest resisti, quā peccato alterius (sicut iuueni imponitur pro fornicatione maior pœna, quam seni, quāuis minus peccet) vel quia in vno peccatū est periculosius, sicut in sacerdote, quā in alio: vel quia multitudo magis prona est ad id peccatū, & ideo per pœnā vnius alij sunt exterrēdi. Pœna ergo in foro penitentia quātū ad vtrūq; taxāda est, & ideo nō semper pro maiori peccato maior pœna imponitur. Sed pœna purgatorij solū est ad soluendū debitū: quia vterius non manet locus peccati. & ideo illa pœna taxatur solū secundū quantitatem peccati, cōsiderata tamen cōrrectionis quātitate, & cōfessionē, & absolutionē: quia per omnia hæc de pœna aliquid dimittitur. Vnde etiā à sacerdote iniungendo satisfactiōnem sunt consideranda.

AD PRIMVM Merito dicendū, quod in verbis illis duo tīguntur ex parte culpæ. s. glorificatio & delicia. Quorū primū pertinet ad elationē peccantis, quā Deo resistit: secundū ad delectationē peccati. Quāuis autē sit minor delectatio quādoq; in maiori culpa: tamē est ibi semper maior relatio, & ideo ratio non procedit.

AD SECUNDMVM dicendū, quod illa pœna septē dierū, non erat expiatiua à pœna debita peccato. Vnde etiā si post illos dies moreretur, in purgatorio puniretur. Sed expiabatur ab irregularitate, à qua omnia sacrificia legalia expiabant. Nihilominus cæteris paribus plus peccat homo in noua lege, quā in veteri, propter sanctificationē ampliōrē, quā sanctificatur in baptismo, & propter beneficia Dei potiora humano generi exhibita. Et hoc patet, ex hoc quod dicitur Hebra. 10. Quanto putatis deter-

iorā mereri supplicia. & cetera. Nec tamen hoc verum est vniuersaliter, quod exigatur pro quolibet peccato mortali septennis penitentia: sed hoc est quasi quādā regula cōmunitis, vt in pluribus cōpetēs. Quā tamen oportet dimittere cōsideratis peccatorū diuersis circumstantijs. **AD TERTIVM** dicendū, quod episcopus vel sacerdos, cū maiori periculo suo & aliorū peccat: & ideo sollicitius retrahit cū canones à peccato, quā alios maiore pœnā iniungendo, secundū quod est remediū, quāuis quādoq; nō debeat tanta ex debito. Vnde in purgatorio non tanta ab eo exigitur.

AD QVARTVM dicendū, quod pœna illa est intelligenda, quando nolente sacerdote hoc accidit. Si enim spē effunderet, multo grauiori pœna dignus esset.

Quæstio. 8.

De qualitate confessionis.

S. T. 1. 4. d. 17. q. 3. ar. 4. q. 1. & seq.

D **EINDE** considerandū est de qualitate confessionis. Circa quod queruntur quatuor. **PRIMO.** Vtrum confessio possit esse informis. **SECUNDO.** Vtrum oporteat confessionem esse integram.

TERTIO. Vtrum possit aliquis per alium vel per scriptum confiteri.

QVARTO. Vtrum illa cōditiones quæ à magistris assignantur ad confessionē requirantur.

Articu. primus.

Vtrum cōfessio possit esse informis.



D **PRIMVM** sic proceditur. Videtur quod cōfessio nō possit esse informis. Dicitur enī Ecclē. 17. A mortuo velut qui nō est perit cōfessio. Sed ille qui non habet charitatē est mortuus: quia ipsa est anima vitæ: ergo absq; charitate nō potest esse cōfessio.

PRÆTEREA. Confessio diuiditur contra

contritionē & satisfactiōē. Sed cōtritio & satisfactio nunquā possunt extra charitatem fieri. Ergo nec confessio.

PRÆTEREA. In confessione oportet, quod os cordi concordet: quia hoc ipsum nomen confessionis requirit. Sed ille qui adhuc manet in affectu peccati quod confitetur, nō habet cor ori conforme: quia corde peccatū tenet, quod ore damnat. Ergo talis non confitetur.

SED CONTRA. Quilibet tenetur ad confessionem mortaliū. Sed si aliquis semel confessus est etiā in mortali existens, nō tenetur ulterius ad cōfiteūdū ea peccata: quia quā nullus sciat se charitate habere, nullus sciret se confessum fuisse. Ergo non est de necessitate confessionis, quod sit charitate formata.

RESPONDEO dicēdū, quod confessio est actus virtutis, & pars sacramenti. Secundū autē q. 1 est actus virtutis est actus meritorius proprie, & sic confessio nō valet sine charitate, quæ est principia merendi. Sed secundū quod est pars sacramenti, sic ordinat confitentē ad sacerdotē, qui habet claves ecclesiæ, qui per confessionē cōscientiā cōfitentis agnoscit. Et secundū hoc confessio potest etiā esse in eo, qui non est cōtritus: quia potest peccata sua confiteri sacerdoti, & clauibus ecclesiæ se subijcere. Et quāvis tunc nō percipiat absolutionis fructū: tamē recedēte fictione percipere incipiet. Et sic etiā in alijs sacramentis. Vnde nō tenetur iterare confessionē, qui fūctē accedit: sed tenetur post modū fictionē suā cōfiteri.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod auctoritas illa intelligenda est, quātū ad fructū confessionis percipiendū: quem nullus extra charitatem existens percipit.

AD SECVNDVM dicēdū, quod contritio & satisfactio fiunt Deo: sed confessio fit homini. Et ideo de ratione cōtritionis & satisfactio nis est, quod homo fit Deo per charitatem virtus: non autem de ratione confessionis.

AD TERTIVM dicēdū, quod ille qui peccata quæ habet narrat, vere loquitur, & sic cor cōcordat voci vel verbis quātū ad substantiā

confessionis: quāvis discordet à confessionis fine.

IN HOC primo articulo sunt tres conclusiones. Prima est. Vsu venit confessionē esse sacramentū, quāvis informe. Secunda est. Recedēte fictione talis confessio habet suū effectū. Tertia est. Non tenetur ille pœnitēs, reiterare confessionē illā: sed sufficit cōfiteri illā fictionem.

PRO intellectu huius quæstionis est notandū, quod querere an confessio in formis sit vera confessio, est querere an confessio in qua nō cōfertur grā, sed pœnitēs manet in pœtō mortali, ppter aliqd impeditū, sit vera et valida confessio: vel an nō sit rata, & debeat iterari, ita quod non sit verū sacramētū.

SECVNDO. Notandū, quod hanc quæstionē mouēt doctores in 4. d. 17. & S. Tho. tractatōnes articulos huius quæstionis in 4. d. 17. q. 3. ar. 4. per totū.

TERTIO. Dico, quod de hac quæstione sunt plures opinionēs, & est quæstio cui oportet attentius nē adhibere: quia multū refert hoc scire, quā non semper firmus certū, an confessiones nostræ fiant in gratia, & rata sint.

QVARTO. Dico, quod quædā est opinio extrema dicens, quod confessio in formis nō est vera nec rata: ita quod nō est verū sacramentū, vnde semper est iteranda. Hanc opinionē tenet Maior in 4. d. 17. q. 3. ad. 1. & in eadem distinctione. q. 9.

ALIA est opinio Bernadi de ganaco quolib. 5. q. 14. in impugnationibus Gofredi, & refertur à Capreo. in 4. d. 17. q. 2. quæ dicit oppositā extremā intentionē, quod si confessio est integra, ex quacūq; causa nō detur gratia, est rata & vera confessio, & verū sacramentū, & non reiteranda, quātūcūq; sit fictus pœnitēs, & habeat propositū peccandi, dū modo cōfiteatur omnia peccata, & illā fictionē. Probat: quia ibi est vera materia & vera forma. Ergo verū sacramentū, quā sit confessio integra, & ponit quod absoluat, quia sacerdos est ignorās.

TERTIA est opinio media, quæ est Capreo. in 4. d. 17. q. 2. & est opinio Caietani in propria quæstione de hoc, quæ est. q. 7. de confessione in quolib. suis, & idem tenet in summa sua verbo, confessio. Et prius referam dicta Caietani.

PRIMVM dictum eius est. Oportet in hac materia vitare duo extrema erronea aliquorum aliorum doctorum. Primum est, quod nulla confessio informis est iteranda, quod est error intollerabilis: quia confessio dimidiata ex proposito est iteranda secundum omnes, & est informis. Alter error extremus est, quod omnis confessio informis est iteranda. Probat quod hic error sit intollerabilis: quia si omnis confessio informis esset iteranda. i. vbi non est gratia: cū homo non possit esse certus, quod sit in gratia: quia nescit homo, an odio vel amore dignus sit, oportet in infinitū confiteri: quia nunquam aliquis possit esse certus, quod sit confessus, ita quod fuerit in gratia: vt non teneatur reiterare confessionem. Et ita nulla erit mentis tranquillitas. Quis namq; erit tuus, quod sit legitime confessus?

SECVN

SECVNDO. Probat quod hoc auctoritate ecclesiæ & vsu priorū virorū: quia licet non sint securi de propriatū peccatorū: non tamen habent sollicitudinem de noua confessione. i. quod debeant iterū cōfiteri peccata sua: cum tamē semper petāt veniam vt Dauid. Delicta quis intelligit, ab oculo meis mundamedomine. ps. 13. & Job. 9. Verebat omnia opera mea sciens, quod non parces delinquenti. Tamen qui semel fecit confessionē generalem experientia docet, quod non est sollicitus, vt confiteatur amplius: nisi aliquis stultus serupulosus, qui facit discursus circulares, & de qualibet confessione dubitat. Et dato opposito oportet semper reiterare confessionem quod durissimum esset.

TERTIO. Si confessio informis nunquam esset valida & vera confessio oportet ostendere, vnde est ista exceptio de confessionis Sacramento: cū omnia alia sacramenta, possint esse informia: & tamē sunt vera sacramēta. Et ecclesia reputat illa valida sacramenta: quia aliquādo bapismus est informis & verum sacramentū: vt patet de illo qui accedit cū mortali ad bapismus. de quo nullo modo pœnitent, nō debet iterū baptizari, quia esset sacrilegium. Ita de confirmatione & ordine. Idem de extrema vnctione & matrimonio omnia possunt esse vera sacramenta: licet informia. Vnde igitur excipitur sacramentū pœnitentiæ.

AD HÆC respondet Maior, quod non est eadem ratio de alijs sacramentis & de pœnitentiā: quia bapismus, confirmatio, & ordo nō sunt sacramēta reiterabilia, & pœnitentiā ita. Sed hæc ratio nihil valet, quia certum est quod si bapismus non esset sacramentum verum, quando datur cū fictione: quod deberet iterari, vt patet de eo qui suscepit bapismus vi & iniuctus: qui debet iterū baptizari: quia non fuit baptizatus. Vnde ita dicendum esset, quod bapismus est informis quando nō cōfertur in eo gratiam, & ex consequenti iterabile: quia non fuit verum sacramentum: sicut tu dicis de pœnitentiā.

PRÆTEREA. Esto Deus permetteret, quod plures homines baptizarentur: si tamē qui fuisset vere baptizatus cū peccato mortali, nihilominus postea nō teneretur baptizari. Ergo ad hoc nihil facit quod illa sacramēta sint iterabilia vel nō. Ergo non est illa causa, quare illa tria sacramenta possint esse informia & non pœnitentiā.

QVARTO principaliter arguitur. Sacramētū extremæ vnctionis est iterabile. Et tamen esto confiteri, quod quis recipit illud in peccato mortali, non reiteratur in eodem morbo: quia ecclesia prohibet nā si quis ægratāt vltq; ad mortem, & inungitur: etiam si duret in periculo illo per vnum mentem, non debet iterū inungi, cito constet, quod antea erat in peccato mortali, & esto egrotus rursus peteret. Et hoc nō ob aliud, nisi quia fuit verū sacramētū. Et si nō fuisset verum sacramentū deberet iterari. Ergo manet argumētum tertium in sua vi, nempe. Alia sacramēta sunt vera & rata esto in illis nō detur gratia. Ergo & hoc sacramētū confessionis & c.

PROPTER hæc argumenta dicit Maior secūdo quod non est eadem ratio de alijs sacramentis & de hoc: quia alia sacramēta habent alium effectū scilicet imprimere characterem & hoc non ideo alia dantur informia.

SED hoc etiā non valet: quia vt diximus extrema vnctio datur informis, & tamen non iteratur in eodē morbo, & nec imprimit characterē. Ergo ita erit de confessione.

SECVND. Esto bapismus relinquat characterē effectus tamē principalis est collatio gratiæ & nō characteris. Et ita esset iterādus vt daret suū principalem effectū. Ergo nō est illa causa. Ergo erroneum est istud extremū sicut aliud. Et hoc est primum, quod dicit Caietani. & bene.

SECVNDVM dictum Caietani est postquā ita est. quod aliqua confessio informis est iteranda & aliqua nō: sequitur, quod ad videndū, an confessio sit iteranda vel nō: nō oportet respicere, an sit informis cū aliqua informis sit iteranda, & aliqua informis nō sit iteranda, sed oportet respicere ad causas informitatis. Vt si quis dimidiaret confessionē, est iteranda, nō quia informis, quia aliqua confessio informis nō est iteranda: sed est iteranda: quia non est integra.

TERTIVM dictum Caietani est, quod causa informitatis tenet se ex parte penitentis, supposito quod confessor sit legitimus, actus autem penitentis vsque ad absolutionem sunt duo scilicet contritio & confessio, & ex solis istis duobus venit informitas. Vnde illi actus solum sunt causa informitatis. Et ex his duobus oportet videre an confessio sit iteranda vel non.

ET prius loquamur de confessione quādo est informis ex parte ipsius confessionis. Et de hoc pono aliquas propositiones. Quarum primā est. Confessio quæ ex intentione nō est integra est nulla & iteranda in omni casu vt cum quis ex intentione cælat aliquot peccatū. Et hæc est ab omnibus recepta: ideoque illam non probolatus. Quæ quidē habetur ex illo cap. Omnis, vbi dicitur. Cōfiteatur omnia peccata tua &c. Sic etiā diffinitur in concilio florētino. Atq; ita est cōmunis intellectus piorum Christianorū, quod si in confessione taceant peccatores aliquod peccatum putant se peccare mortaliter nouum peccatum.

SECVNDA conclusio. Confessio quæ non est integra sine culpa penitentis ex illo defectu non est iteranda. Probat in moralibus dicitur aliquid tale ex intentione, vt si quis vult occidere hominem, licet in re non occidat dicitur homicidium: eo quia ex intentione vult occidere, & in moralibus magis respicitur intentio quā aliquid aliud. Si autem quis occidat hominem cum ignorantia inuincibili: ita quod putabat, se occidere brutum, illud non est homicidium, eo quia fuit prater intentionem illius. Cum ergo iste habeat intentionem formalem & interpretatū cōfite di omni iā: illa confessio est integra moraliter & ex cōsequenti nō iteranda. Vt si oblitus est alicuius mortalitatis: sed ipse intēdebat omnia cōfiteri, fuit illa cōfessio

54

fio

etiam recedente fictione habere suū sacramentale effectum.

AD primum argumentum in oppositum multi negant antecedens, existimantes sacramenta omnia recedente fictione suum consequi effectum. Et huius sententia est Caiet. q. 5. in additionibus ad 3. parte de confessione. Et probat de extrema vnctiōe. Nam si quis vngatur in peccato mortali, non iterabitur extrema vnctiō in eodem morbo: vt ecclesia statuit. Ergo si ille cōteratur post vnctiōem, recipiet fructus illius, aliās ecclesia non negaret illi repetitam vnctiōem.

SECUNDO. Videtur quod S. Tho. sit etiam huius sententia in isto eodē articulo: quia dicit, Et sic est etiam in alijs sacramentis. Vnde iuxta hanc opinionem respondetur, quod idem potuit paulus dicere de illo qui fide baptizatur, se iudicium & cōdenationē accepisse ex sacrilego baptismo. Nec inde licet inferre baptismū illum, etiā recedente fictione, nullius fore vtilitatis.

EGO autem dico, quod non est eadē ratio de baptismo & pœnitentia pro vna parte & de alijs sacramentis pro alia: prius quia hæc duo sacramenta, nempe, baptismus & pœnitentia, sunt necessaria ad salutem, quorum primus effectus est, aperire ianuam regni cœlorum peccatoribus oclusam. Vnde si quis acceperit vere hæc duo sacramenta: consequens est, vt virtute illorum consequatur regnum cœlorum. Aliās (vt arguebamus) sine his sacramentis & sine vi illorum, esset apertio ianuæ regni cœlestis, quod sacris literis aduersatur. Nā de baptismo dicitur Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. &c. De pœnitentia Ioh. 20. Quorū renoueritis peccata. &c. Ergo est necessarium quod sacerdos remittat per sacramentum. Ergo quum iam non teneatur pœnitens reiterare illam confessionem dicendum est, quod habet effectum illud sacramentum pœnitentiæ, aliās essent peccata remissa, & nō iudicio sacerdotis, qd est contra scripturam. Et hoc argumentū non probat de Eucharistia aut alijs sacramentis. Verū est tamen quod de confirmatione & sacramento ordinis, probabilius est, quod recedente fictione suos consequuntur effectus, quam de Eucharistia ratio est: non quia imprimunt characterē, sed quia non sunt reiterabilia, & eorū effectus sunt necessarij ordinatis, & conformatis: Eucharistia autē est reiterabilis, ideo pōt cōsequi eius effectus per secundā & tertiam sumptionē. Ergo non est eadē ratio.

ET ideo ad illud quod S. Th. dicit, sic est in alijs sacramentis, non intelligit in omnibus, sed in alijs. scilicet in baptismo, & in illis quæ non reiterantur. Vnde dico secundo, quod quando S. Th. dicit, sic est in alijs sacramentis, non cōparat ad effectū confessionis recedente fictione, sed ad hoc quod sicut pœnitentia recipitur à fictis: ita alia sacramenta à fictis recipi possunt. Et hoc intendebat S. Th. in illa cōparatione.

AD secundum dicendum, qd causa naturalis quæ agit admodū nature, oportet quod sit simul cum

effectu, vel quod relinquat aliquod loco sui, quod simul sit cūre effecta. Sed causa moralis nō oportet simul esse cum effectibus, satis est fuisse. Miles enim strenuus per rē fortiter in bello gestā causa est futuri honoris, atq; coronæ apud Cæsarē: nec tamen aliquid relinquit etiā opere transacto, qd sit veluti semen futuræ mercedis. Sic etiam quum sacramentū causa sit moralis remissionis peccatorū, per applicationem sanguinis Christi & meriti ipsius, non est necesse, vt committatur effectū: sed satis est, vt pœnerit, & maneat in diuina acceptatione: Quæ non accotauit opus meum sacrilegū, & fictum: sed opus Christi & meritum per sacramentum applicatum summenti.

SED contra. per actum malum non satisfit pœcepto de confessione, nec aliq. Ergo &c.

AD hoc nego antecedens, quod pœnitentia infra tractabimus, quum agemus de satisfactione. Et Deus acceptat illam confessionem, non quatenus exit ab isto homine, sed quatenus à Christo instituta: sicut acceptat misā dictā à malo sacerdote.

Artic. secundus.

Vtrum oporteat confessionē esse integram.

AD SECUNDM sic proceditur. Videtur quod nō oporteat confessionem esse integram: vt scilicet omnia peccata vni sacerdoti confiteatur aliquis. Quia erubescencia facit ad diminutionem pœne. Sed quanto pluribus sacerdotibus quis confitetur: tanto maiorem erubescencia patitur. Ergo fructuosior est confessio si pluribus sacerdotibus diuidatur.

PRÆTEREA. Confessio ad hoc necessaria est in pœnitentia: vt pœna secundum arbitriū sacerdotis peccato taxetur: sed sufficiens pœna potest imponi à diuersis sacerdotibus de diuersis peccatis. Ergo non oportet vni sacerdoti omnia peccata confiteri.

PRÆTEREA. Potest cōtingere, quod post confessionem factam & satisfactionē perfectā recordetur quis alicuius peccati mortalis, quod dum cōfitebatur in memoria nō habebat: & tunc copiam sacerdotis proprii cui primo confessus est, habere non poterit. Ergo poterit id solum peccatum alteri confiteri, & sic diuersa peccata diuersis sacerdotibus confitebitur.

PRÆ

PRÆTEREA Sacerdoti non debet fieri confessio de peccatis, nisi propter absolutionem. Sed quandoque sacerdos qui confessionem audit, potest de quibusdam peccatis absolvere, non de omnibus. Ergo ad minus in tali casu nō oportet quod confessio sit integra.

SED contra. Hypocrisis est impedimentū pœnitentiæ: sed diuidere confessionem ad hypocrisim pertinet: vt Augustinus dicit: ergo confessio debet esse integra.

PRÆTEREA. Confessio est pœnitentiæ pars sed pœnitentiā debet esse integra, ergo et confessio. RESPONDEO dicendum, quod in medicina corporali oportet, quod medicus non vni solū morbo contra quem medicinā dare debet, cognoscat, sed vniuersaliter totam habitudinē ipsius infirmi, eo quod vnus morbus ex adiunctiōe alterius aggrauatur, et medicina quæ vni morbo cōpeteret, alteri nocuentū præstaret. Et similiter est in peccatis: quia vnum aggrauatur ex adiunctiōe alterius et illud quod vni peccato esse medicina conueniens, alteri in centiū præstaret: quū quandoque aliquis contrarijs infectus sit: vt Greg. in pastoralis docet.

Et ideo de necessitate confessionis est, quod hō peccatū cōfiteatur quæ in memoria hēt. Quod si nō facias, nō est confessio: sed confessionis simulatio. AD PRIMVM ergo dicendum, quod & si erubescencia sit multiplicior, quando diuidit diuersa peccata diuersis: tamē omnes simul nō sunt ita magnæ erubescenciæ sicut illa vna quæ quis omnia sua simul confitetur: quia vni peccatum per se consideratū, nō demonstrat ita malū dispositionē peccantis, sicut quādo est cū pluribus alijs cōsideratū: quia in vnum peccatū aliquis quādoq; ex ignorantia, vel infirmitate labitur sed multitudo peccatorū demonstrant maliciā peccantis, vel magnā corruptionē eiusdem.

AD SECUNDM dicendum, quod pœna à diuersis sacerdotibus imposta, nō esset sufficiens quia quilibet consideraret vnum per se, & nō grauitatem ipsius quam habet ex adiunctiōe alterius. Et quandoq; pœna quæ contra vnum

peccatum daretur esset promotiua alterius peccati. ET præterea. Sacerdos confessionē audiens vice Dei gerit: et ideo debet ei fieri hoc modo confessio sicut fit Deo in contritione. Vnde sicut nō esset contritio, nisi quis de omnibus peccatis contereretur ita nō esset confessio nisi quis de omnibus quæ memoriæ occurrerint confiteatur.

AD TERTIVM dicendum, quod quiddam dicunt, quod quando aliquis recordatur eorū quæ prius oblitus erat, debet et ea quæ prius confessus fuit, cōfiteri, & præcipue si non potest eundē habere, cui ante confessus fuerat, qui omnia cognoscit: vt totius culpæ quantitas vni sacerdoti innotescat. Sed hoc non videtur necessarium: quia peccatum habet quantitatem, & ex se ipso, & ex adiunctiōe alterius. Peccatorū autē, de quibus confessus est, manifestauit quantitatem, quæ ex se ipsis hēt. Ad hoc autē quod sacerdos vtrūq; quantitatem peccati hōmōdi cognoscat, sufficit quod hoc peccatū cōfiteans dicat explicite, & alia in generali dicendo, quod cū alia multa confiteretur, huius oblitus fuit.

AD QVARTVM dicendum, quod etiam si sacerdos nō de omnibus possit absolvere: tamē tenetur sibi omnia confiteri, vt quantitatem totius culpæ cognoscat, & de illis de quibus non potest absolvere ad superiorum remittat.

SENTENTIA. S. Tho. nempe, quod confessio debet esse integra, ita quod: aliās non erit confessio, est etiam omnium fidelium doctorum: quam sic probat S. Tho. sacramentum pœnitentiæ est medicina cōtra morbum mortiferū. At non potest medicus adhibere medicinā, nisi intelligat oēm morbum infirmi. Medicus enim corporalis non potest aliquem curare, nisi intelligat omnes infirmitates eius: vt si dolet caput, & separet. Si solum intelligit vnum: illorum morborum forte applicabit medicinas, quæ necesse alij ideo oportet quod cognoscat totum statum illius, vt non erret medicinas illas applicando, Ergo ita dicendum est de confessione.

DVRANDVS in. 4. d. 17. q. 14. et. 15. impugnat rationem hanc S. Th. dicens, quod solum currit quā peccata sunt contraria: sicut currit in infirmo corporali quando morbi sunt contrarij & non alijs. Sed ipsi non dat meliorem rationem. Et ratio S. Th. etiam currit quā peccata non sunt contraria, ppter quantitatem peccatorum, quia non licet sacerdos appli-

appli-

veri, & debet absolui. Ergo de eodem peccato potest quis bis absolui.

SECUNDO arguitur. Si esset verum quod dicit Scotus (nempe, quod talis confessio est utilis propter verecundiam, sed non est ibi aliqua vis clauium) in confessionibus generalibus non oportet confiteri proprio sacerdoti, sed cuiuscumque, si non debet absolui. Immo nec oportet confiteri sacerdoti, sed satis esset confiteri laico.

ET est notandum pro veritate huius opinionis, quod potestas clauium quae data est ecclesiae, non solum data est ad remissionem culpae, sed etiam ad remissionem poenae. Per absolutionem enim, non solum remittitur culpa, sed etiam poena, virtute ipsius absolutionis. Est igitur argumentum apparet, quod secunda confessio est utilis. Quia si remanet in ecclesia potestas remittendi peccata post primam absolutionem: & remanet etiam poena in eo qui se melius est confessus, poterit secundo confiteri eadem peccata: ut per absolutionem remittatur poena temporalis, ad quam est obnoxius: ergo secunda absolutio etiam est utilis ad remittendam poenam. Et non nisi per sacramentum. Ergo est sacramentum. **SECUNDO** principaliter arguitur hoc modo. Consuetudo & ritus ecclesiae ita habet, quod probi Christiani saepe confitentur generaliter eadem peccata, & ecclesia laudat. Ergo est utile, & sacramentum.

ET ad primum argumentum Scoti, non potest eadem forma replicari super eandem materiam, neque antecedens: quia in eadem aqua possunt baptizari multi pueri, & ex eodem oleo possunt ungi multi. Secundo, & melius, distinguo antecedens. Super eandem materiam proximam verum est, quod non potest replicari eadem forma: sed super materiam eandem remotam potest eadem forma replicari. At peccata sunt materia remota, & confessio est proxima: ideo super eandem confessionem, non potest eadem forma replicari. Unde si sacerdos pluries absolueret in eadem confessione, nihil faceret: absolutiones sequentes primam absolutionem: quia materia propinqua est vera confessio. Aliqui propter illud argumentum Scoti dicebant, quod secunda confessio est fictio & peccatum mortale. Sed hoc est falsum & peius, quam id quod dicebat Scotus: quia sicut quando prius absoluitur sacramentaliter poenitens post contritionem peccatorum, non est fictio, quum tamen iam sit absolutus apud Deum, & remissa sint illi peccata: ita etiam absoluitur in secunda confessione, licet iam fuerit absolutus in prima confessione.

AD secundum concedo antecedens, quod iudicium legitime factum a sacerdote ratificatur a Deo nec amplius infringitur: sed fit unum aliud, quia est distincta confessio.

AD tertium concedo antecedens, & nego consequentiam: quia iudicium interius in foro poenitentiali est: magis arbitrarium, quam in foro exteriori, & est maior virtus ex bene placito Christi, quam in iudicio exteriori.

AD quartum dico quod nego sequelam: quia est, vellet pluries confiteri poenitens eadem peccata oportet quod exhibeat debitam reuerentiam sacramento, alias peccabit, & impediatur effectus sacramenti. Si tamen seruata debita reuerentia accedit multoties in conuenientibus temporibus, habebit magnam gratiam semper: quia semper est sacramentum.

Articul. tertius.

Vtrum quis possit per alium vel per scriptum confiteri.



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod possit per alium vel per scriptum: quia confessio necessaria est ad hoc, ut conscientia poenitentis sa-

cerdoti pandatur. Sed homo potest per alium vel per scriptum suam conscientiam sacerdoti manifestare. Ergo sufficit, per alium vel per scriptum confiteri.

PRAETEREA. Quidam non intelliguntur a propriis sacerdotibus propter linguam diversitatem. Et tales non possunt, nisi per alios confiteri. Ergo non est de necessitate sacramenti, quod per se ipsum quis confiteatur. Et ita videtur, quod si per alium quis confessus fuerit qualitercumque, sufficiat ei ad salutem.

PRAETEREA. De necessitate sacramenti est, quod homo proprio sacerdoti confiteatur, ut ex dictis patet. Sed aliquando proprius sacerdos est absens, cui non potest poenitens propria voce loqui. Posset autem per scriptum ei suam conscientiam manifestare. Ergo videtur, quod per scriptum, ei suam conscientiam transmittere debeat.

SED CONTRA. Homo ad confessionem peccatorum: sicut ad confessionem fidei, obligatur. Sed confessio fidei ore est facienda, ut patet Romano 10. Ergo & confessio peccatorum.

PRAE-

PRAETEREA. Qui per se ipsum peccauit, per se ipsum debet poenitere. Sed confessio est poenitentiae pars. Ergo poenitens debet confiteri propria voce.

RESPONDEO dicendum, quod confessio non solum est actus virtutis, sed etiam est pars sacramenti: quantum autem ad eam, secundum quod est actus virtutis, sufficeret qualitercumque fieret, & si non esset tanta difficultas in uno modo sicut in alio: tamen secundum quod est pars sacramenti, habet determinatum actum, sicut & alia sacramenta habent determinatam materiam. Et sicut in baptismo ad significandam interiorem abluitionem assumitur illud elementum, cuius est maxima vis in abluendo: ita in actu sacramenti ad manifestandum ordinem assumitur ille actus, quo maxime consueuimus manifestare, scilicet proprium verbum. Alij enim modi sunt inducti in supplementum istius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut in baptismo non sufficit qualitercumque abluere, sed per elementum determinatum: ita nec in poenitentia sufficit, qualitercumque, peccata manifestare, sed oportet, quod per actum determinatum manifestentur.

AD SECUNDM dicendum, quod in eo qui usum linguae non habet, sufficit, quod per scriptum, aut per nuntium, aut interpretem confiteatur: quia non exigitur ab homine plusquam possit, quantum homo non possit aut debeat baptismum accipere, nisi in aqua: quia aqua est omnino ab exteriori, & nobis ab alio exhibetur: sed actus confessionis est a nobis, & ideo quando non possumus uno modo, debemus secundum quod possumus confiteri.

AD TERTIVM dicendum, quod in absentia proprii sacerdotis potest etiam laico fieri confessio. Et ideo non oportet, quod per scriptum fiat: quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus, quam ille cui fit confessio.

Dubium primum.

IN HOC articulo, prius dubitatur, an aliquis teneatur confiteri per nuntium aut procuratorem

absenti sacerdoti: ut quis sit in carcere aut captiuus, & non datur aditus sacerdoti ut vadat ad poenitentem, nec poenitenti ut vadat ad sacerdotem, an licebit poenitenti in illo euentu, & an teneatur dicere amico suo fideli omnia haec peccata sua & dicere ei dic sacerdoti quod ego confiteor ei omnia peccata, & peto veniam: det mihi absolutionem. **AD HOC** dico & sit prima propositio. Nullus teneatur confiteri illo modo. Probat. Confessio debet esse occulta, & non potest licite se diffamare. At si confiteretur illo modo diffamaret se. Ergo, &c. **SED** esto non teneatur sic confiteri per nuntium: an possit sic confiteri si velit. Et videtur quod ita: quia in foro contentioso potest confiteri illo modo. Ergo etiam in foro poenitentiali.

AD HOC Paludanus in 4. d. 17. q. 2. dicit, quod potest quis illo modo per nuntium confiteri, esto non teneatur. Et probatur ex ipsa significatione vocabuli: quia confiteri nihil aliud est, quam manifestare peccata. Et non habetur in sacra scriptura nec in sanctis, quod non possit fieri per nuntium.

EGO autem dico, quod illa confessio non erit sacramentalis, nec verum sacramentum. An autem poenitens reportet ex hoc commodum, vel non, ipse videtur. Si faciat ad petendum consilium vel aliud, bene poterit facere, sed non erit confessio, nec verum sacramentum: ita quod si poenitens faciat hoc intentione confitendi, & petendi absolutionem, non est confessio. Ratio est, nec quia debet esse forum secretum (quia non est de essentia huius sacramenti quod sit secretum, propter quod decepti sunt Iudei, dicentes quod non viderunt secretam confessionem in antiquis) sed quia sacramenta non sunt contra legem naturae, & ideo confessio exigit secretum, & non ratione clauium. Ratio igitur quare ille poenitens non potest absolui est, quia non confitetur, quum confiteatur nuntio & non sacerdoti, & nuntius non confitetur, sed est testis in foro contentioso. Et illud quod dicitur coram iudice, & scribitur a tabellione non potest reuocari, & si reuocetur non creditur ei. Sed ille poenitens quando nuntius dicit illa peccata sacerdoti, posset negare: quia ipse non dixit coram iudice, ideo non confitetur. Ergo non potest absolui. Ergo non potest confiteri in absentia proprii sacerdotis per alium. Et hoc est quod dicit S. Th. hic ad 3. quod tunc potius debet confiteri laico. Sed confessio facta laico non est sacramentum. Ergo nec confessio illa facta sacerdoti absenti sic per nuntium.

DUBITATUR secundo. Circa secundum argumentum. S. Tho. an per interpretem possit quis confiteri: ut si poenitens est unius idiomaus sacerdos autem alterius, & est alius tertius qui intelligit idioma utriusque, an poterit poenitens per illum confiteri.

AD HOC dico & sit prima propositio. Non teneatur poenitens confiteri per interpretem. Probat. Nullus tenet prodere peccata sua nisi confessioni. Ergo, &c. Et admonendum est ille qui non habet sacerdotem suae linguae, & non tenet confiteri, sed debet dolere, & pe-

Dubium secundum.

ta est: ut immobiliter operetur: & quantum ad hoc dicit quod debet esse fortis ut scilicet propter verecundiam non dimittat. Est autem confessio actus virtutis poenitentiae: que quidem prius initium sumit in horrore turpitudinis peccati: et quantum ad hoc confessio debet esse verecūda ut scilicet non se iactet de peccatis propter aliquam seculi vanitatem admixtam. Secundo, progreditur ad dolorem de peccato commisso: & quantum ad hoc dicitur esse lachrimabilis. Tertio, in abiectioe sui terminatur, & quantum ad hoc debet esse humilis: ut se miserum confiteatur & infirmum. Sed ex propria ratione huiusmodi actus: qui est confessio, habet quod sit manifestativa, quæ quidem manifestatio per quatuor impediri potest. Primo per falsitatem: & quantum ad hoc dicitur fidelis. i. Opera. Secundo, per obscuritatem verborum: & contra hoc dicitur nuda: ut non inuoluatur obscuritate verborum. Tertio, per verborum multiplicationem: & contra hoc dicitur simplex: ut non recitet in confessione nisi quod ad quantitatem peccati pertinet. Quarto, ut non subtrahatur aliquid de his que manifestanda sunt: & contra hoc dicitur integra. Secundum autem quod confessio est pars sacramenti: sic concernit iudicium sacerdotis: qui est minister sacramenti. Unde oportet quod sit accusans ex parte confitentis parere parata, per comparationem ad sacerdotem. Secreta: quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientie agitur. Sed debet esse confessio est quod sit frequens, & quod sit accelerata: ut scilicet statim confiteatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non est inconueniens, quod conditio vnius virtutis in actu alterius inueniatur, qui ab ipsa imperatur: vel quia medium quod est vnius virtutis principaliter, etiam alie virtutes per participationem habent.

AD SECVNDVM dicendum, quod hæc conditio pura intentionis excludit peruersitatem, a qua homo mundatur: si simpliciter a-

lieni admisionem excludit.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc non est de necessitate confessionis: sed de bene esse.

AD QVARTVM dicendum: quod propter scandalum aliorum: qui possunt ex peccatis auditis ad malum inclinari, non debet confessio fieri in publico: sed in occulto: ex poena autem satisfactoria non scandalizatur ita aliquis: quia quandoque pro paruo vel nullo peccato similia opera satisfactoria fiunt.

AD QVINTVM dicendum, quod intelligendum est de lachrymis mentis.

IN HOC 4. articulo assignat Sanctus Th. sufficientiam conditionum, quæ communiter dicuntur requiri ad confessionem. Postquam sufficientiam est notandum, quod communiter ponuntur & recipiuntur sex decim conditiones ad confessionem requisitæ: quæ sunt, humilis, simplex, pura, fidelis, frequens, nuda, discreta, libens, verecūda, integra, secreta, lachrimabilis, accelerata, fortis, accusans, & parere parata.

DVBITATVR prius an omnes istæ conditiones sint necessariæ ad sacramentum poenitentiae, Dubium primum.

DICO quod non omnes sunt necessariæ: sed aliquæ sunt necessariæ, & aliquæ non. Quæ autem sint necessariæ patet ex supra dictis, & ex dicendis: ideo non est immorandum in hoc.

SECVNDO. Dico quod inter istas conditiones duæ sunt potiores, de quibus agemus. Prima est quod debet esse nuda: circa quam disputabimus, quomodo quis debeat confiteri circumstantias. Secunda conditio est, quod sit parere parata: circa quam disputabimus, an poenitens teneatur acceptare poenitentiam impositam, a confessario.

DVBITATVR secundo, an quis teneatur confiteri circumstantias peccatorum. Et in hac questione sunt duo tractanda. Prius Dubium secundum. an teneatur quis confiteri talem circumstantiam, per quam confessor potest venire in notitiam complicitis, & confors peccati: ut si fecit in certum cum matre, & confessor cognoscit utrumque, an hoc non obstante, poenitens teneatur confiteri illud peccatum, & illam circumstantiam personæ dicens, commisi in certum cum matre.

AD HOC dico ex sententia omnium, separando certa ab incertis, quod talis si potest querere alium confessarium, qui non cognoscit matrem, vel personam complicitem: ut non dicat peccatum alterius, & non distinet alium, tenetur querere illum, etiam si hic sacerdos ex simplici confessione veniat in notitiam complicitis, debet alium querere si potest, qui non possit venire in notitiam complicitis.

SED

SEDFI non possit haberi confessor qui non cognoscat personam complicitem, an possit tunc confiteri omnia peccata, & tacere hoc: ut si non est alius confessarius, & superior non vult dare facultatem ut alteri confiteatur: sicut supra diximus de illo qui habet decem peccata & ex confessione vnius sequebatur notabilis iactura sua vel confessarij, diximus quod tunc tenebatur tacere illud, ex quo sequebatur illa iactura. Ergo ita videtur hic, quod tunc debet tacere illud peccatum: quia sequitur iactura alterius proximi.

AD HOC sunt duæ opinioniones. Prima est communis, quod adhuc in tale uenit tenetur poenitens confiteri illud peccatum cum illa circumstantia. Hoc habet S. Th. in 4. d. 16. q. 3. ar. 2. q. 5. ad 5. idem dicit Duran. eadem dist. q. 4. Idem Bonaventura, d. 21. in secunda parte distinctionis ar. 2. Idem Petrus Paludanus. d. 17. q. 2. ar. 1. Idem Gabriel. d. 17. q. 1. cōclu. 5. Idem Adrianus, q. 1. de confessione ad 4. Idem Siluest. in sum. verb. confessor. l. q. 24. Et probatur: quia potius debet poenitens providere conscientie suæ quam alienæ famæ.

SECVNDO. Præceptum de integritate confessionis est diuinum. Ergo non debet omitti, ut bona opinio alterius apud confessorē seruetur.

TERTIO. Præceptum de integra confessione est maius quam seruare famam alterius in sacramento: quia vel non perditur fama, vel est parua iactura illa quæ est apud vnum in sola sacramentali confessione: & sacerdos tenetur seruare peccatum alterius sicut peccatum ipsius poenitentis. Et Bonavent. dicit, quod si sacerdos potest prodesse & non obesse, poterit poenitens illi dicere personam complicitem, esto sacerdos illam non cognosceret: ut si quis sollicitat fœminam de stupro, quæ iam cum illo peccauit, poterit illa dicere confessori talis me sollicitat, ut confiteri eum alloquatur: & admoneat ut abstineat. Probat: quia etiam extra confessionem, posset poenitens reuelare illam confessionem, & illam personam alteri qui posset prodesse dando bonum consilium & remedium in utilitatem illorum poenitentium, aut peccantium.

SECVNDO opinio est Caietani in summa verbo confessio, conditione 3. ubi dicit, post multa remedia quæ adhibuit, quibus peccatum alienum in confessione celaretur, quod si nullum remedium est, & differri non potest confessio: quia oportet aut celebrare aut Eucharistiam sumere, debet poenitens tacere illam circumstantiam. Probat quia confessio non debet esse cum aliena iactura quia damnum propriæ famæ, utilitate confessionis & absolutionis pensatur damnum vero famæ alienæ non pensatur aliqua commoditate ipsius qui patitur illud incommodum. Ergo nullus debet comparare sibi commodum, cum incommodis alterius proximi.

SECVNDO. Qui non potest confiteri nisi per interpretem, non tenetur confiteri propter iacturam propriæ famæ. Et idem esset si confessarius

est reuelator confessionis. Ergo si præceptum confessionis non obligat cum iactura propriæ famæ nec cum iactura alienæ famæ obligabit.

TERTIO. Si poenitens cognoscit confessarium reuelaturum locium & complicitem sui criminis, non deberet explicare. Ergo nec ipsi confessori debet locium criminis aperire: quia etiam apud confessarium, bona opinio proximi, vel infirmatur, vel penitus interit. Eo vel maxime, quia confessor videt poenitentiam poenitens, & non loci peccatis aut complicitis.

QVARTO. Lex naturalis non solum obligat ne demus proximo graue damnum, sed nec mediocre: Sed ille poenitens dat proximo mediocre dānū, ad minus. Ergo non debet confiteri illud peccatum cum illa circumstantia, qua reuelatur persona complex.

IDEO ut hoc dissidiū componatur, sit prima propositio. Si habita ratione confessoris & complicitis Prima conclusio.

vir prudens iudicauerit esse iacturam, licet non grauem, mediocre tamen: tunc huiusmodi peccatum aut circumstantia taceri potest, confitendo alia. Et nec dinudiat confessionem: quia dicit omnia peccata quæ rationabiliter dicere poterat: & aliud non poterat dicere rationabiliter, quia reuelat personam complicitem sui peccati. Ergo non dinudiat confessionem. Et hanc conclusionem probant argumenta quæ fecimus pro Caiet.

SECVNDO conclusio est. Si habita ratione Secunda conclusio. utriusque, & confessoris & complicitis, nulla iactura sequitur compliciti, aut parua, aut minima, ex eo quod sacerdos intelligat locium criminis poenitentis: tunc debet poenitens explicare circumstantiam illam. Probat: quia nulla est ratio, quare debeat illam tacere.

TERTIA conclusio est. In articulo mortis non obstantia iactura mediocri famæ, quæ plerumque Tertia conclusio. apud confessorem fit: tenetur poenitens circumstantiam explicare probatur. quia etiam ipse socius criminis debet subire tale dispendium pro salute poenitentis. Dixi mediocri, quia si esset grauis & magna (ut si inde sequeretur mors, aut publica infamia complicitis) tunc etiam in articulo mortis deberet poenitens tacere illam circumstantiam propter rationes quas supra fecimus.

DVBITATVR tertio, & est questio Dubium tertium. difficilis, an teneatur poenitens confiteri omnes circumstantias peccatorum. Pro cuius questionis explicatione est prius notādū, quod in vniuersum sumēdo circumstantias, circumstantiæ sunt duplices. Aliæ sunt, quæ nec minuunt, nec augent malitiam peccati, & has antiqui non vocabant circumstantias, & ita est, quod non sunt circumstantiæ. Ideo nos de huiusmodi non loquemur: quia imperantes est, quod ibi accidant, cum nec minuunt, nec augeant malitiam peccati ut, quod quis iurauerit falsum nocte, vel die, non est circumstantia aggravans, aut minuens culpam, quapropter est omittenda. Secundo. Aliæ sunt circumstantiæ minuentes malitiam peccati: ut cum quis furatur motus nimia egestate

Prima cōclusio.

te, vel cum fornicata est puella timore mortis. Et de his est dubium, an sint necessario confitendæ. **AT QVOD** sit prima cōclusio. Circūstātiæ, quæ ita minuunt peccata, quod ex mortali de genere faciunt veniale: vel ex peccato ex genere faciunt nō peccatum sunt necessario explicandæ & confitendæ: vt participare cum excommunicato nominatim in diuinis scienter est mortale: tñ si quis ex in consideratione cum aliqua parua negligentia participet cum illo, sit veniale. Tunc dico, quod tenetur ille pœnitens confiteri illam circūstātiā. Probat: quia alias mentitur pœnitens: quia illud de se erat mortale. I. communicando cum excommunicato in diuinis scienter peccabat mortaliter. Ergo cum dicat communicauit in diuinis cum excommunicato absolute, intelligit confessarius, q̄ peccauit mortaliter. Et idem est dicere illud sic absolute, ac si dixisset: formaliter, communicauit cum excommunicato sciens, & peccauit mortaliter, & ille non peccauit, nisi venialiter. Ergo debet explicare illam circūstātiā: alias decipit confessarium in materia graui ad iudicium pertinente. **EST** secundum exemplum. Si est rex excommunicatus in ecclesia, & motus iracundia non vult exire, non tamen facit hoc in contemptum ecclesiæ vel pontificum, & si sacerdos non dicat missam in terfuit illum: & ideo agit tacrum. Si vult confiteri de hoc tenetur confiteri illam circūstātiā, vel non confiteatur, quod celebravit coram excommunicato, quia talis circūstātia scilicet metus mortis, facit de illo actu cui adiungitur non peccatum: cum alias esset peccatum si non adiungeretur illa circūstātia. Nam illa lex humana, quod nullus participet in diuinis cum excommunicato, nō obligat cum circūstātia mortis.

TERTIO. Aliæ sunt circūstātiæ, quæ minuunt quidem malitiam peccati, sed non faciunt de eo quod alias esset peccatum, non peccatum. Vt si sit mulier, quæ fornicatur timore mortis, vel nimia egestate, illa circūstātia minuit malitiam peccati, sed non tollit peccatum, nec facit de mortali, veniale. Et de his aliqui dicunt, quod non sunt villo modo confitendæ. Ratio est. Quia pœnitens debet se accusare, & non excusare. Sed dicere illas circūstātiās in confessione est se excusare. Ergo &c. Non tamen asserunt isti, quod peccet ille pœnitens, qui confiteatur illas circūstātiās mortaliter, sed dicunt, quod melius esset, illas non confiteri.

Secūda cōclusio.

SIT tamen nostra secūda cōclusio. Circūstātiæ notabiliter minuentes peccatum mortale, sunt licite confitendæ. Vt, plus notabiliter peccat, qui furatur 100 aureos, quam qui furatur 10. ideo licite diceret, ille qui furatus est decem, numerum illum. Sic etiam puella, quæ commisit stuprum mota libidine, & alia quæ commisit stuprum ob euitandā mortem, vel mota magna egestate. Illa quæ ex libidine peccauit plus in duplum peccauit, quam alia quæ ex egestate vel timore mortis. Ideo optime faceret ista si dicat quod timore mortis

vel ob egestatem commisit peccatum illud, non tamen tenetur. Sed est notandum, quod non debet dicere illam circūstātiā in intentione se excusandi, sed in intentione pure confitendi & nude, & in intentione dicendi veritatem: vt simpliciter cognoscat confessarius veritatem. Vt si iurauit falsum ad liberandum patrem a morte, bene faceret confitendo talem circūstātiā, **ET** ad argumentum in contrarium. Quia non sunt excusanda peccata, concedo. Et ideo non dicat pœnitens illud peccatum animo excusandi se sed pure confitendi. Et esto dicat peccata. coanimo, vt non putet confessarius illum peiorem, quam inueritate rei est, bene faceret, dicens illam circūstātiā.

QUARTO. Aliæ sunt circūstātiæ aggravantes peccata & istæ sunt duplices: quia aliquæ sunt, quæ mutant speciem peccati: vt furtum in ecclesia differt specie a furto extra ecclesiam. Et fornicatio in ecclesia vel cum virgine differt specie a fornicatione extra ecclesiam, vel cum soluta corrupta: quia furtum in ecclesia est sacrilegium & furtum extra ecclesiam est simplex furtum. Aliæ sunt: quæ non mutant speciem: vt furtum vnius aurei & furtum centum aureorum.

DE VBITATV Rigitur quarto, an omnes tales circūstātiæ aggravantes sint confitendæ necessario, an aliquæ, & aliquæ non.

DE HOC sunt aliqui theologo, qui venerunt ex schola rethoricorum, dicentes quod non est curandum de his circūstātijs, tñ est confiteri peccata. Sed qui veri sunt theologo, & sancti & decreta (vt habetur in decretis de penitentia & remiss. per septem distinctiones, & specialiter d. 5. de pœnitent. & remiss. cap. consideret) dicunt, q̄ debent pœnitentes multum aduertere ad circūstātiās peccatorum, & illas confiteri, quæ aggravāt peccata, & mutant speciem. Et probatur, quod ad minus aliquæ circūstātiæ peccatorum sunt necessario confitendæ, si aggravant peccatum: quia alias celaretur maior pars grauitatis peccatorum & tēper deciperetur confessor. Ergo secundum illos, qui oppositum dicebant, licet decipere confessionem, quia si quis confitetur furtum, & non confitetur quod illud fecit in ecclesia, celaret maiorem grauitatem: quia illa circūstātia addit maiorem grauitatem, quam furtum de se habeat. Et idem si quis confitetur fornicationem, & non confitetur, q̄ fuit cum matre &c.

ALI dicunt, quod non oportet facere illam distinctionem de circūstātijs aggravantibus peccata siue mutant speciem, siue non: sed oportet confiteri omnes, tam mutant speciem, quam non mutant. Fundant hoc in August. in libro de vera & falsa pœnitentia capitu 14. vbi ponit multas circūstātiās scilicet: temporis & loci, & tandem in fine concludit, quod omnes illæ circūstātiæ sunt confitendæ, etiam si non aggravent in infinitum. I. mutant speciem peccati. Et probatur

Dubium quintum.

ur hoc quia non datur alicui facultas distinguendi inter circūstātiās mutant speciem, & alias non mutant.

SECUNDO. Omnis pœnitens tenetur confiteri omnia peccata. Sed omnis circūstātia aggravans est peccatum. Ergo &c. Nec valet, si dicas, quod est idem actus: quia peccata sunt confitendæ & non actus.

SED in contrarium est: quia si omnes sunt confitendæ, non possunt homines bene confiteri: quia non potest homo moraliter retinere omnia peccata cum omnibus circūstātijs in memoria.

SECUNDO. Oporteret tēper confiteri peccata, iam cōfessa & remissa probatur: quia illud scilicet, peccata fuisse remissa, est circūstātia augens malitiam sequentis peccati.

IDEO inter ista duo extrema sunt de hac materia duæ opiones. Prima est, quod omnes circūstātiæ quæ mutant speciem, sunt necessario confitendæ. Hoc dicit Sanctus Thomas in 4. d. 16. quæstione 3. articulo 2. quæsti. 5. Idem Bonaventura in 4. distinctione 17. quam dicit esse cōmūnem opinionem. Idem Palud. in 4. d. 17. quæstione 3. Hoc ipsum Cate. in summa & in quolib. Idem Durandus. q. 4. Idem Adria. q. 4. de confessione, licet postea contrariam opinionem videatur asserere. Hoc dicunt communiter omnes summissæ. Et probatur hæc opinio: quia æquiualentur illud peccatum, cum circūstātia quæ mutat speciem, est duo peccata. Nam furtum in ecclesia habet duas malitias, & est contra duo præcepta & contra duas prohibitiones, quarum malitiarum vna potest esse sine alia scilicet furtum & iniuria facta ecclesiæ. Sed si quis committeret furtum: simplex & iniuriam faceret ecclesiæ pro alia parte, teneretur cōfiteri duo illa peccata: quia mortalia. Ergo si per se sunt confitendæ, etiā sunt, si concurrant materialiter in eodem actu. Idem dicendum est de adulterio, vbi sunt duo deformitates, & formalia peccata scilicet fornicatio & iniuria facta viro: quorum quodlibet per se est culpabile mortaliter. Idem dicendum est de frangente votum castitatis.

SECUNDO. Ille qui committit furtum in ecclesia, facit contra duo præcepta. Ergo tenetur confiteri transgressionem illorum præceptorum. Antecedens probatur. Qui furatur in ecclesia facit contra præceptum de non accipiendo alieno: & contra præceptum cultus diuini: & sic de alijs similibus. Ergo tenetur confiteri, & explicare illas deformitates: sicut qui fornicatur contra votum. Ergo tales circūstātiæ sunt confitendæ. Hæc argumenta conuincunt, quod illæ circūstātiæ quæ mutant speciem, sunt necessario confitendæ. Ideo omnes theologo hanc conclusionem recipiunt.

DE VBITATV R tamen quinto, an solum istæ quæ mutant speciem sint confitendæ: vel etiam alie, quæ augent malitiam, licet non mutant speciem: sicut furari mille aureos, aut furari decem.

AD HOC est communior sententia theologorum, quod solæ illæ circūstātiæ quæ mutant speciem sunt confitendæ. Et probant: quia si alie essent confitendæ, nullus posset integrè confiteri cū oporteret confiteri si fregit ieiunium, si cœnauit laute, & quanta auaritate, & ita de alijs circūstātijs. Probant secundo, autoritate doctorum communiter tenentiu & dicentiu, quod solæ circūstātiæ mutant speciem sunt confitendæ.

Prima cōclusio.

HIS vero non obstantibus, est alia opinio quæ tenet, circūstātiās mutant speciem esse necessario confitendas. Et in hac omnes conueniunt. **SEDH** hæc opinio ponit secundam conclusionem quod non solum istæ circūstātiæ mutant speciem sunt confitendæ: sed etiam aliquæ alie aggravantes malitiam peccati sunt confitendæ. Hæc est sententia Marfilij in 4. quæstione 12. & Gabri. d. 17. quæstione 1. Idem dicit maior. in 4. distinctione 17. quæstione 4. Idem Adrianus. in 4. quæstione 4. de confessione in solutione argumentorum secundo loco positorum. Idem dicit Aluifio. vt refert Siluest. verbo confessio quæstione 9. Idem Alexand. 4. p. q. 77. membro 3. articulo 5. Idem Canus in relectione de hoc. Et dicunt isti, quod circūstātiæ aggravantes peccatum, & non mutant speciem sunt duplices. Quædam sunt quæ nimium & notabiliter aggravant: vt occidere vel velle occidere cētū homines aggravat notabiliter, supra occidere, vel velle occidere vnum hominē. Aliæ sunt quæ non notabiliter aggravant: vt si quis frangat ieiunium laute comedendo &c. Et dicunt isti, q̄ illæ quæ notabiliter aggravant, sunt necessario confitendæ.

Secūda cōclusio.

IDEO cum his doctoribus dico, & sit secūda cōclusio. Omnes circūstātiæ quæ notabiliter augent malitiam peccati, esto non mutant speciem, sunt necessario confitendæ. Hæc probatur: quia pœnitens qui non confitetur illas circūstātiās celat magnam partem malitiæ peccatorum quæ augetur ex illis circūstātijs. Ergo tenetur illas confiteri.

SECUNDO. Confessarius est iudex. Ergo debet scire totum statum pœnitentis. Quem non sciet nisi pœnitens dicat illas circūstātiās.

TERTIO. Confessio fit propter malitias peccatorum, & non propter speciem: quia species peccatorum est quoddam methaphisicum, & imperitens ad confessionem. Et si species peccati est explicanda in confessione, est propter malitiam, id est, vt malitia cognoscatur. Ergo illud quod auget notabilem malitiam debet explicari, siue mutant speciem siue non.

QUARTO. Peccata sunt confitendæ propter malitiam, id est, vt cognoscatur malitia eorum & confessario, & puniatur pœnitens pro illa & tandem satisfaciatur, & remittatur peccatum. Sed alia quæ circūstātia quæ non mutat speciem, auget maiorem malitiam, quam illa quæ mutat speciem. Ergo illa talis est confitenda. Probo confessionem: quia prorsus sine ratione dicitur, q̄

quis tenetur confiteri minorem malitiam, & non maiorem: minor probatur. Siquis furatur in ecclesia vnum aureum, & furatur extra ecclesiam mille aureos: plus peccat furando extra ecclesiam mille aureos, quam in ecclesia vnum. Sed tenetur confiteri quod furatus fuit in ecclesia, secundum omnes. Ergo etiam quod furatus fuit tantam grandem quantitatem extra ecclesiam.

Q V I N T O . Si illa circumstantia quæ notabiliter aggrauat, & non mutat speciem non est necessario confitenda, sequeretur, quod penitens qui negat confessori illam circumstantiam mentitur, & mentiendo non peccat mortaliter, & confessio illa esset integra & valida, & rata. Consequens est falsum. Sequela probatur: quia peccat mentiendo sed non mortaliter, quia, perse, mentitur in his quæ non sunt de essentia & necessitate sacramenti, & in his mentiri est veniale tantum. Et ita nos diximus supra, qui negat confessori veniale quod non vult confiteri, solum peccat venialiter: nec propterea irrita redditur confessio, sed est valida. Ratio huius est: quia non tenetur confiteri illud veniale. Ergo negare circumstantiam illam nimium aggrauantem & non mutantem speciem quam non tenetur penitens confiteri, perse, non est mortale. Vt si penitens peccauit publice, sine scandalo tamen, & confessarius quæreret ab eo an fecerit in domo aut in platea, & penitens non respondet verum, non propterea irritatur confessio: quia non tenebatur penitens confiteri illam circumstantiam. Ergo ita erit de ista alia aggrauante notabiliter, & non mutante speciem: vt si quis furatur mille aureos, & quærat confessor ab illo quantum furatus sit, & respondeat vnum aureum, talis esset rite confessus, id est, talis confessio erit valida, quia perse non tenebatur penitens confiteri illam circumstantiam. Sed consequens videtur absurdum. Idem dicendum est de odio proximi, & durauit per integrum diem, si confessor quærat, quam diu fuisti in ipso odio, & penitens dicat quod per vnam horam, talis esset valida confessio quod absurdum est, nec pius Christianus audeat facere. Falsitas consequens probatur. Ille penitens negat aliquid quod est peccatum mortale. Ergo committit fictionem in illa confessione. Consequens est bona: probo antecedens. Ille qui furatus est mille aureos & interrogatus à confessorre dicit se furatum decem tantum, negat se furatum nongentos & nonaginta aureos. Sed hoc est peccatum mortale scilicet furari nongentos & nonaginta aureos, quod ille penitens negat. Ergo negat aliquid quod est peccatum perse mortale. Et eodem modo si confiteretur se habuisse odium proximi per vnam horam & habuit per duas, non confiteretur peccatum secundæ horæ. Ergo fictus confiteretur.

S E X T O . Si petrus habuisset odium proximi per decem dies, ita quod in qualibet die defiteret totaliter ab illo odio in nocte, sed in secunda die

recordatur iniuriæ, & rursus habet odium, & ita consequenter in 3. & 4. die, talis habet decem peccata, & tenetur confiteri illa. Ergo etiam alius qui continuauit odium illud per decem dies tenetur illud confiteri. Alias esset mirabile, quod ille qui interruptit, propterea quod interruptit & mutauit malum propositum teneatur confiteri, & alius qui continuauit non, quum melioris conditionis sit ille qui interruptit, quam ille qui continuauit: & ideo potius deberet qui interruptit excusari, quam qui continuauit.

S E P T I M O . Arguitur hoc modo. Ratio istorum qui dicunt quod nullas circumstantias tenentur confiteri, nisi mutantem speciem, est quia per tales circumstantias transgreditur quis aliud præceptum, & facit contra duo præcepta. Si autem quis continuat odium per decem dies, solum frangit vnam præceptum. Arguitur hoc modo. Si esset aliud præceptum de non continuando odium proximi, tunc teneretur ille qui continuauit explicare illud, & confiteri illam circumstantiam quia transgreditur nouum præceptum. Sed tanta est nunc malitia, sicut tunc. Ergo &c. Probatur minor: quia eodem præcepto quo prohibetur odium prohibetur continuatio. Ergo. Ponamus duo præcepta æqualia verbi gratia reddere votum & non fornicari: Tunc si quis fornicatur post votum, illa malitia quæ additur ratione voti licet distinguatur specie, est tanta sicut malitia fornicationis ad minus, vt suppono, sit etiam alius qui continuat volitionem fornicationis in duplo, qui tamen non habeat votum. Iam illa peccata sunt æqualis malitiæ. Ergo si tenetur confiteri vnum tenetur aliud. Istæ rationes ostendunt opinionem nostram valde probabilem.

S E D referam opinionem Caietani in paruis opusculis in quæstione. 5. de confessione, vbi specialiter quærit, an oporteat confiteri omnes circumstantias speciales: & prius ponit quandam rationem distinctionem. Quoddam, inquit, est iudicium, quod habet pro fine punire, & vindicare culpas, & rependere penam pro culpa. Et tale erit iudicium post hanc vitam vbi principalis finis erit vindicare culpas, vt in inferno & in purgatorio duntaxat puniuntur propter vindictam. Et in tali iudicio oportet quod sit necessarios cognitio omnium circumstantiarum: quia in tali iudicio tenditur ad æqualitatem, nisi quod Deus ex misericordia remittit aliqua, & non potest culpa sic puniri ad æqualitatem nisi cognoscatur omnes circumstantiæ. Aliud est iudicium culpæ, cuius principalis finis non est punitio sed solum medicina seu remedium contra culpam: Est iudicium salutare ad sanandum & non ad occidendum. Et omne iudicium quod est in hac vita, siue sit in foro penitentiali, siue in foro contentioso, est huiusmodi. Et nisi esset propter remedium, non esset lex, quæ præciperet vt occideretur

retur homicida. Vnde in iudicio exteriori plus punitur vnum peccatum etiam leuius, quam aliud grauius: quia non intenditur vindicta, sed bonum peccantis. Ita etiam in iudicio confessionis. Omnia enim sacramenta sunt remedia: & in iudicio sacramentali non requiritur punitio: omnium circumstantiarum, nec opus est cognoscere omnes circumstantias, ad habendum remedium sicut nec iudex quærit an furatus sit latro mille, aut centum aureos, satis est quod cognoscat, furtum esse magnum. Sic in confessione sacramentali confiteatur penitens sacerdoti vt remittantur etiam peccata, & vt sacerdos det consilium, & vt imponat penitentiam. Et ad hæc non oportet cognoscere omnes circumstantias. Ergo non opus est eas dicere confessori.

H O C supposito Caietanus ponit aliam distinctionem. Circumstantiarum inquit, aliæ mutant speciem aliæ non. De non mutantibus sequitur modum communem, quod non tenetur penitens illas confiteri. De mutantibus autem speciem ipse est laxior quam alij, & dicit quod non omnes circumstantiæ mutantem speciem sunt necessario confitendæ. Ratio est: quia sunt aliqua peccata, quæ sunt eiusdem rationis quantum ad illa omnia quæ spectant ad confessarium vt remedium adhibeat: vt diuinare per astra, per terram, per aquam sunt diuersæ species superstitionis, & istæ circumstantiæ variantes speciem non sunt confitendæ, satis est quod dicat penitens se fuisse supersticiosum vsque ad peccatum mortale. Ratio quare non sunt confitendæ illæ circumstantiæ mutantem speciem, est: prius, quia grauitas illa circumstantiarum est parua, & confessor nesciret distinguere, quæ sit maior culpa, vt si penitens diuinavit per aquam vel per vinum, non instruit confessorem de maiore vel de noua offensa Dei, nec sunt confitendæ necessario quo ad remissionem peccatorum, vt quo ad consilium.

E S T igitur secunda conclusio Caietani. Non omnes circumstantiæ mutantem speciem peccati sunt necessario confitendæ: Hanc recipio & puto veram. Et probatur. Solum illæ circumstantiæ quæ notabiliter augent malitiam peccati sunt confitendæ. Sed aliquæ sunt circumstantiæ mutantem speciem peccati, quæ non augent notabiliter malitiam peccati: vt ostensum est. Ergo non sunt confitendæ necessario.

S E C V N D O . Solum sunt confitendæ circumstantiæ, per quas penitens instruit confessorem de aliqua noua offensa Dei, aut de maiori malitia peccati. Sed aliquæ sunt circumstantiæ mutantem speciem per quas non instruitur confessarius de noua offensa Dei, nec de maiori malitia adminus notabiliter: ita vt possit adhibere remedium melius. Ergo frustra dicuntur ille circumstantiæ: vt diuinare per astra aut per aquam.

E R A T igitur prima conclusio Caietani. Omnes circumstantiæ quæ non mutant speciem, non sunt necessario confitendæ. Sed ego credo quod hæc est falsa, & Caietanus est sibi inconstans in hoc: quia Sanctus Thomas. 2. secundæ quæstione. 154. articulo. 9. dicit quod omnes incestus sunt eiusdem speciei, & bene dicit, quia talis fornicatio non addit nisi hanc malitiam, quod tollitur naturalis reuerentiæ quæ debetur coniugibus. Et reuerentiæ illæ sunt eiusdem rationis, esto vna sit maior alia. Ergo omnis incestus est eiusdem speciei. Et ita dicit ibidem Caietanus, quod concubitus cum forore & cum vxore fratris, sunt eiusdem speciei propter eandem rationem, sed in opusculo. 16. responsionum, ponit quæstionem quintam, an suspectus de vno crimine possit interrogari de alijs, & incidenter de confessione sacramentali dicit, quod qui facit incestum cum matre tenetur confiteri, & nominare matrem in confessione. Sed illa circumstantia non mutat speciem incestus: sed est vere incestus, & solum incestus secundum eum in secunda secundæ vbi supra. Ergo falsum dicit in hoc quod dicit, quod circumstantiæ non mutantem speciem non sunt confitendæ, & sibi ipsi in hoc contra dicit.

S E C V N D O . Idem Caietanus in prima secundæ quæstione. 7. vbi Sanctus Thomas agit de circumstantiis actuum humanarum dicit: Caueas ne omnino silentio transeas illas circumstantias quæ nimium aggrauant, licet non mutant speciem. Ergo contradicit sibi.

T E R T I O . Summistæ etiam dicunt, quod si quis commisit incestum cum matre, debet quærrere confessorem qui non cognoscat matrem: vt confiteatur circumstantiam illam. Et si non potest inuenire, nihilominus debet confiteri cum illo qui cognoscat matrem. Ergo etiam circumstantia quæ non mutat speciem, est confitenda. Et in hoc etiam summistæ sunt sibi inconstantes: quia etiam dicunt quod illæ circumstantiæ quæ non mutant speciem, non sunt necessario confitendæ.

I D E O dico prius, quod probabile est, sed parum, quod solum circumstantiæ mutantem speciem sunt confitendæ: quia hoc communiter dicunt theologij, vt Sanctus Thomas & Bonaventura, & alij. Et ideo vel hoc est verum, vel qui hanc sequuntur opinionem excusantur ignorantia inuincibili.

S E C V N D O . Dico quod probabilius & securius est dicere, quod est necessarium confiteri circumstantias notabiliter aggrauantes. Et nullus pius Christianus est contentus, si non confiteatur huiusmodi circumstantias. Probatur quia illæ species nihil faciunt in materia morali. Et Sanctus Thomas si dixit oppositum fuit in. 4. cum esset iunior, non fuit ausus recedere à cõmuni opinione. Et forte si in tertia parte perueniret ad

hunc locum non dixisset.

PROBATVR secundo: Si opposita opinio esset vera, sequeretur quod hæreticus quantumcunque pessimus, non teneretur dicere, nisi accuso me quia reliqui fidem, quod absurdum est.

PROBATVR tertio argumentis supra factis de illo qui furatur in magna quantitate, & de illo qui cognosceret matrem carnaliter, & de illo qui continuauit odium proximi per diem, aut per annum, & de similibus circumstantiis quæ nimium augent malitiam peccati. Et confessor non informaretur sufficienter si non explicaretur illa circumstantia quia virtualiter æquualet pluribus peccatis. Secus est de intentione, de qua non constat quod notabiliter aggrauet peccatum: ita quod confessorius possit illud cognoscere. Ideo quando circumstantia non auget notabiliter & manifeste malitiam peccati, non est necessario consideranda.

QUARTO probatur nostra conclusio testimonio diui Augustini libro de vera & falsa penitentia capitulo. 14. & habetur de penitentia & remissio. distinctione. 5. capi. consideret ubi dicit. Consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personæ: & quali tentione fecerit. Et dicit. Omnis ista varietas consideranda est & defendenda. Ergo longe melius circumstantia notabiliter aggrauans malitiam peccati.

QUINTO. Qui voluit vnico actu fornicari bis, illud explicare tenetur. Ergo etiam si voluit furari ducentos aureos.

SEXTO. Si peccato adderetur species noua, & non malitia mortalis non teneretur explicare: tota igitur causa necessariae explanationis non est species differens: sed adiecta malitia. Ergo ubi additur malitia dupla, siue sit eiusdem speciei, siue alterius oportebit exprimere.

*Dubium.
sexto.*

DUBITATVR sexto an confessor possit absolvere penitentem contra propriam opinionem: ut si sit contractus de quo sunt opiniones, an sit usurarius, vel non sicut vendere triticum ad certam diem, ut soluat prout valuerit in mense Maij. Nam quidam dicunt quod ille contractus est illicitus sic absolute, nisi modificetur aliquibus circumstantiis, & ego ita credo. Alij dicunt quod non, & sunt pro vtraque parte probabiliter: ita quod vtraque opinio est probabilis. Contingat igitur quod confessorius est illius opinionis quod ille contractus est illicitus, & penitens quod est licitus, & propterea facit vel facturus est illum contractum: quia auditur viros doctos & graues dicentes quod est licitus. Dubitatur an tunc confessorius debeat absolvere illum penitentem habentem contrariam opinionem, qui confessorius putabat illud esse

peccatum mortale. Est difficilis quæstio an confessorius debeat absolvere penitentem habentem contrariam opinionem. Et hæc quæstio occurrit in omni materia ubi sunt opiniones. Hanc quæstionem mouet Conradus in codice de contractibus quæstione vltima totius libri.

SE D pro resolutione quæstionis est notandum quod quæstio habet locum quando opiniones sunt probabiles: quia si opinio penitentis sit improbabilis, & opinio confessorii probabilis, non est dubium, quin tunc confessorius non debeat absolvere penitentem: Et si contra opinio penitentis est probabilis, & non opinio confessorii, certum est quod debet confessor absolvere penitentem. Sed difficultas est, quando vtraque est probabilis, quia vtraque habet graues auctores, & rationes æquales vel quasi æquales, & vtraque opinio excusatur ignorantia inuincibili. Et tunc videtur, quod est penitens habeat probabilem opinionem, non possit confessorius illum absolvere, quando habet oppositam opinionem: quia nullus potest licite agere contra propriam conscientiam. Ergo non potest illum absolvere. Sed contra est: quia penitens facit totum ad quod tenetur. Ergo est absolueendus. Probatur antecedens: quia non tenetur credere confessorii. Et habet ignorantiam inuincibilem. Ergo facit totum quod debet.

AD HANC quæstionem respondet Conradus ubi supra in tertia conclusione, & dicit quod aliquis confessor potest absolvere illum penitentem habentem contrariam opinionem & alius quis non potest illum absolvere. Probat primam partem: quia confessor ordinarius seu parochus potest illum absolvere, & debet: quia alias cum teneatur illi administrare sacramenta, exponit se periculo faciendi illi magnam iniuriam, negando sacramentum quod illi tenetur dare, postquam penitens facit id ad quod tenetur: quia supponimus quod non tenetur vincere illam ignorantiam. Ergo &c.

SECVNDO. probat hoc ex capitulo. Inquisitioni, extra de iententia excommunicationis ubi dicitur, quod mulier quæ bona fide contraxit, cum viro credens se posse contrahere, & postea audit illum esse suum consanguineum, & credit autem illud sibi probabile, in tali euentu mulier illa quæ pro vtraque parte habet probabilitatem, non debet petere debitum, quia exponit se periculo fornicandi. Si autem vir petat debitum, tenetur ei dare: quia si non reddat exponit se periculo faciendi iniuriam viro. Ergo etiam proprius sacerdos tenetur reddere absolutionem penitenti, habenti opinionem contrariam probabilem tamen. Alias faceret ei iniuriam, vel exponeret se periculo faciendi iniuriam: Dixi quod si mulier credit quod ille cui nupsit est consanguineus infra quartum gradum, non potest licite

licite petere debitum & si teneatur reddere, interim dum manet in illa opinione, quia si dubitaret proprie ita quod pro vtraque parte habet rationes æque probabiles, propter quod non magis inclinatur in vnam partem quam in aliam tunc posset etiam licite petere debitum & non solum reddere, cum in dubijs melior sit conditio possidentis, unde interim quod non potest vincere debitum habet ius ad vtendum marito, sicut antea teneatur tamen laborare quantum potuerit mortaliter ut vincat debitum, querendo a senioribus qui illud possent scire & tunc si sciuerit certo illum esse infra quartum gradum consanguineum separabitur ab illo, si autem semper manserit in opinione ita quod putat illum consanguineum sed cum timore alterius partis, tunc conformiter ad textum citatum, reddet debitum sed non petet. Et idem dicendum est de illo qui inuenit pecuniam & accepit illam putans esse suam inuincibiliter: sed postea habet opinionem quod est sua propter aliquas apparentias licet cum aliqua formidine alterius partis, vel dubitat tunc interim quod sic dubitat vel habet talem opinionem poterit vti illa pecunia cum indubijs melior sit conditio possidentis sed tenetur dare operam ut vincat debitum aut quod veniat ad sciendum an illa pecunia sit sua nec ne, & si nunquam potuerit vincere debitum tutus erit in conscientia retinendo & consumendo prædictam pecuniam, si autem sciuerit esse alterius tenebitur reddere vero domino ratione rei acceptæ: quia iam sciens retinet alienum: ex quibus colligitur teneri subditos defendere & iuuarie suum principem vocantem eos ad defensionem illius prouincie aut ciuitatis quam sic ille princeps sub dubio possidet non habens certam scientiam quod sit sua: quia melior est conditio illius principis qui est in possessione quam alterius quamdiu manet dubium, & hoc dicendum est in omni simili euentu manente dubio.

TER TIO. Ex eodem capitulo probat secundam partem conclusionis scilicet quod confessor extraneus vel extra ordinarius, non potest eum absolvere. Ratio est: quia si absoluat exponit se periculo peccandi mortaliter, quum habeat probabilitatem, quod penitens peccat mortaliter. Et ita ipse confessor exponit se periculo committendi sacrilegium, & non absolueudo non se exponit periculo: Ergo &c. Probatur minor scilicet quod non absolueudo non exponat se periculo: quia maxime exponeret se periculo faciendi iniuriam penitenti. Sed hoc non: quia non tenetur ille sacerdos præbere illi sacramentum: ut constat ex prædicto capitulo. Probat secundo: quia curatus proprius est minister ecclesie, & ideo debet sequi, non iudicium proprium sed ecclesie. Si autem ecclesia non condemnauit opinionem penitentis, de-

bet sequi iudicium ecclesie, quæ tenet illam opinionem, id est: non condemnat: sed relinquit illam tanquam probabilem, & non condemnat illud opus. Ergo nec ipse debet condemnare, ut denegat absolutionem. Sed confessor extra ordinarius non est minister ecclesie: sed ex quomere libere audit confessionem, & absoluit, non licet ei contra proprium iudicium agere.

E G O autem dico, quod quantum ad primam partem conclusionis qua dicitur, quod proprii confessores, licet penitentes nolint condescendere in opinionem confessoris, debent illum absolvere: est conclusio ab omnibus theologis recepta. Et ratio eorum est: quia alias exponeret se periculo faciendi iniuriam penitenti: Et debent aduertere ad hoc confessores proprii, quod licet penitentes habeant oppositas opiniones ad suas, si sint probabiles debent illos absolvere.

SECVNDO. Dico quod secunda pars conclusionis quam ponit Conradus qua dicit, quod extra ordinarij confessores non debent absolvere penitentem contrarium opinantem, non est vera. Ideo ego pono conclusionem contrariam quod omnis sacerdos audiens confessionem alicuius legitime, siue sit proprius siue non, non potest negare absolutionem penitenti, habenti oppositam opinionem ad suam probabilem tamen, cum qua penitens laboret ignorantiam inuincibilem. Hanc opinionem videtur habere. Paludanus in 4. distinctione. 17. quæstione. 2. articulo. 1. in prima distinctione confessionis, ubi hoc absolute dicit.

SECVNDO, Eandem opinionem habet Gofredus quolibeto. 9. Et probatur. Prædictus penitens est in gratia, & confessor scit probabiliter eum esse in gratia. Ergo debet eum absolvere: quia mirabile est, quod iste vere peniteat, & confessor illud sciat: & neget absolutionem: quia non debet absolutio negari nisi pro peccato mortali. Antecedens probatur. Ille est in gratia, quia habet ignorantiam inuincibilem: quia consuluit viros doctos. Ergo excusatur. Sed quod confessorius æstimet, & sciat illum esse in gratia, probatur. Confessorius scit opinionem penitentis esse probabilem, quod supponimus. Ergo scit, quod ille habet ignorantiam inuincibilem. Ergo non debet negare ei absolutionem.

E T probatur, quod nulla sit differentia inter ordinarium & non ordinarium. Nam si proprius sacerdos credat penitentem esse in peccato mortali, non debet eum absolvere, nisi admisisset attritus, sicut nec non proprius. Et sacerdos non ordinarius debet absolvere, si sciat probabiliter penitentem esse in gratia: sicut eadem tunc proprius sacerdos debet absolvere. Ergo nulla est differ-

tia

esset profuturus, deberet admonere, quod recederet à secundo viro, qui in rei veritate non est suus legitimus vir.

S E D est notandum, quod si ille qui ignorat querit, vel in confessione à confessario, vel extra confessionem à viro docto, & scit probabiliter confessarius vel vir doctus, quod si tacet alius putabit quod approbat sententiam illius ignorantis: tunc esto sequatur scandalum debet dicere veritatem etiam si nihil esset profuturus: quia tunc virtualiter deciperet ignorantem sicut si manifeste probaret sententiam illius: quia virtualiter eam approbat tacendo.

S E C V N D O est notandum, quod hoc quod diximus est verum, in iudicio aliquo privato: vt in confessione. Secus autem in prædicatione: quia ibi debet prædicator dicere veritatem, quicquid inde sequatur: quia debet respicere bonum commune, & esto aliquibus nocet, poterit pluribus prodesse. Et per hoc solvuntur argumenta in oppositum: quia Ambrosius prædicabat ideo illud dicebat. Quia prædicatores tenentur ex officio prædicare veritatem. Nihilominus adhuc debent prudenter agere, & expectare tempus opportunum, & videre ne sequatur magnum scandalum.

D I X I semper quod confessarius debet tacere, & non admonere penitentem laborantem ignorantia inuincibili, quando non est profuturus. Si autem penitens ignorat, sed vincibiliter, tunc tenetur confessarius docere eum veritatem, quicquid inde sequatur, quia iam penitens est in malo statu peccati mortalis.

*Dubium
notandum.*

D V B I T A T V R nono, an confessarius debeat dicere veritatem penitenti ignorantia inuincibiliter, quando ignorantia est cum grauamine alterius: vt si quis habeat alienum, & ignorat inuincibiliter, an debeat confessarius dicere veritatem, quando ex coniecturis cognoscit.

A D H O C dico, quod si confessarius credit quod restituet, tenetur ei dicere veritatem: quia aliàs esset socius furti.

S E C V N D O dico quod si nihil est profuturus nihil debet ei dicere. Probat: quia est perdere opus, & nihil debet sine utilitate fieri scilicet vel quia nunc restituet, vel saltem aliquando postea, tunc debet confessarius dicere, & non aliàs.

T E R T I O dico quod debet talis confessor caueri, ne approbet factum alterius & si ex sua taciturnitate sciat, quod alius putabit eum approbare suam sententiam, debet dicere: veritatem: quia aliàs virtualiter decipit illum.

S E D ex hoc oritur vnum aliud dubium grauius. Si quis prætor confitetur quod habet vnum innocentem in carcere probatum nocentem, & ipse vult dimittere illum, quia est illius opinionis quod debet procedere secundum propriam scientiam, & non debet condemnare innocentem, esto probetur nocens confessarius autem opinatur quod debet eum condemnare: quia debet sequi scientiam pu-

blicam, an liceat consulere, quod sequatur suam opinionem, & quod non occidat contra opinionem confessarii.

D V B I T A T V R ergo decimo, an generaliter penitenti ignorantia inuincibili possit ei confessarius consulere quod sequatur suam opinionem, & in casu illo de prætor possit confessarius consulere, quod non occidat illum innocentem? Et videtur quod ita, immò quod teneatur: quia ille iudex bene & meritorie faciet excusando illum innocentem & liberando, esto probetur nocens. Ergo potest confessarius hoc illi consulere, quia amicus habeat oppositam sententiam. Et ita fiet argumentum de habenti plura beneficia.

S E D contra est: quia non licet complacere in actu facto contra ius Diuinum, quantumcunque excusetur ignorantia inuincibili. Ratio est, quia excusatur ignorantia, quam iam non habet consulens. Nec licet complacere in actu futuro excusato ignorantia inuincibili. Ergo non licet consulere quia conuulere est complacere. Et ita videtur mihi dicendum, licet Adrianus oppositum dicat: quia consulere est complacere. Sed non licet complacere: Ergo nec consulere. Sed fateor, quod non est eadem ratio de hoc quando sunt opiniones, & quod est certum quod penitens est in errore, licet excusetur ignorantia inuincibili. Nam (vt diximus) quando penitens est in errore, quantumcumque excusetur ignorantia inuincibili: non est conuulendum ei, vt prosequatur id quod facit, quia est decipere illum probando illum errorem. Sed quando sunt opiniones non est ita certum: probabilius tamen videtur, quod nec tunc licet consulere: sed dimittendus est penitens cum sua opinione.

Q V I D ergo faciet confessor, si prætor ei dicat Pater quid faciam. Si confessarius dicat condemnatum illum, dicit ipse. Non possum: quia facio contra conscientiam. Ergo licebit consulere illi suam propriam opinionem.

E T probatur secundo, quod liceat ei suam opinionem conuulere, nempe, in casu illo posito, de illa qua contraxit per verba de presenti cum aliquo & postea contraxit cum secundo, & consummasuit matrimonium cum eo. Illa quando confitetur querit à me confessario, Pater reddam debitum marito meo. Clarum est, quod non debet confessarius dicere non: quia aliàs peccaret mortaliter. Sed tunc arguitur hoc modo. Illa fornicatur, & facit contra ius diuinum, licet excusetur ignorantia, & accusat se hoc modo. Ego habeo propositum non reddendi debitum viro meo. Quid dicit tunc confessarius: Dicit ne quod non reddat. Clarum est quod non. Immo debet admonere & reprehendere quod non faciat, nisi reddat debitum marito petenti. Et hoc est bonum argumentum contra opinionem illam tenentem, quod non licet complacere in actu per ignorantiam inuincibilem excusato.

I D E O

I D E O ad hæc dico, quod non licet complacere in tali actu illi qui scit illum esse prohibicum.

S E C V N D O dico quod non est eadem ratio an liceat consulere, & de consilio, & an liceat complacere: quia iam est virtualiter consilium conditionale, postquam confessarius illud reuocare non potest, tantum valet ac si dicas ei. Si non vis accedere opinioni meæ factas hoc, vel non facias contra conscientiam. Nec est ibi complacencia: sed eo modo sicut licet consulere minus malum ad euitandum maius, ideo ibi non est complacencia. Dices igitur quod in illis eucibus licet consulere penitentibus, quod sequantur suas opiniones: Et illud non est complacere: sed est consilium conditionatum.

Quæstio. 9. De effectu confessionis

D E I N D E considerandum est de effectu confessionis. Circa quod queruntur quinque.

P R I M O Vtrum confessio liberet à morte peccati.

S E C V N D O Vtrum confessio liberet aliquo modo à pœna.

T E R T I O Vtrum confessio aperiat paradysum.

Q V A R T O Vtrum confessio tribuat spem salutis.

Q V I N T O Vtrum confessio generalis debeat peccata mortalia præterita.

Articu. primus:

Vtrum confessio liberet à morte peccati.

Tho. 4. d. 17. q. 3. arti. 5. q. 1. & sequentib.

A D P R I M V M. Sic proceditur. Videtur quod confessio non liberet à morte peccati. Confessio enim contritionem sequitur. Sed contritio sufficienter delet culpam. Ergo confessio non liberat à morte peccati.

P R A E T E R E A. Sicut mortale est culpa ita etiam veniale. Sed per confessionem fit veniale, quod prius fuit mortale. Vt in litera dicitur. Ergo per confessionem non remittitur culpa, sed culpa in culpam mutatur.

S E D C O N T R A est. Confessio est pars penitentiae sacramenti. Sed penitentia à culpa liberat. Ergo & confessio.

R E S P O N D E O dicendum, quod penitentia in quantum est sacramentum præcipue in confessione perficitur, quia per eam homo ministris ecclesiae se subdit, qui sunt sacramentorum dispensatores. Contritio enim votum confessionis annexum habet, & satisfactio pro iudicio sacerdotis, cui fit confessio, taxatur. Et quia in sacramento penitentiae gratia infunditur, per quam fit remissio peccatorum sicut in baptismo, & ideo eo modo confessio ex vi absolutionis coniuncta remittit culpam, sicut & baptismus. Liberat enim baptismus à morte peccati, non solum secundum quod actu percipitur sed etiam secundum quod in voto habetur, sicut patet in illis qui iam sancti ficati ad baptismum accedunt: Et si aliquis impedimentum non præstaret, ex ipsa collatione baptismi gratiam consequeretur remittentem peccata, si prius ei remissa non fuissent. Et similiter dicendum est de confessione adiuncta absolutioni: quia secundum quod in voto penitentis præcessit, à culpa liberat. Postmodum autem in actu confessionis & absolutionis, gratia augetur & etiam remissio peccatorum daretur si præcedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, & ipse tunc obicem gratia non præberet. Et ideo sicut de baptismo dicitur, quod liberat à morte: ita etiam de confessione dicitur.

iam intelliguntur quando ipsa fornicatio explicatur. Secus autem si solum essent illi actus impudici: quia tunc sunt explicandi in confessione.

PROBABILE est etiam, quod & si vnus vel plures actus ordinentur ad alium, si est notabilis interruptio inter illos, omnes in confessione explicandos esse. Si vero non est notabilis interruptio, non est opus quod explicentur omnes: vt supra diximus. Sed prior modus mihi magis placet & est securus. Hæc circa primum articulū huius quæstionis nonelunt notanda.

HÆC litera S. Th. tangebatur dubiū illud celebre, an sacerdos absoluat contritum, & illum qui secundo vel tertio ex deuotione eadem peccata confiteretur, quæ iam semel bene confessus fuerat, & ab illis legitime absolutus. Sed hoc rursus disputabimus cum eodem Diuo Thoma infra in materia de clauibus.

Articu. secundus

Vtrum confessio liberet aliquo modo à pœna.

AD SECUNDVM sic proceditur: videtur, quod confessio non liberet aliquo modo à pœna: quia peccato non debetur, nisi pœna æterna vel temporalis: sed pœna æterna per contritionem dimittitur: pœna autem temporalis per satisfactionem. Ergo per confessionem nihil dimittitur de pœna.

PRAETEREA. Voluntas pro facto reputatur, vt in litera dicitur. Sed ille qui contritus est, habuit propositum confitendi. Ergo tantū valuit sibi, sicut si fuisset confessus. Et ita per confessionem, quam postea facit, nihil de pœna dimittitur.

SED CONTRA. Pœnam habet confessio. Sed per omnia opera pœnalia expiatur pœna peccatorum debita. Ergo & per confessionem.

RESPONDEO dicendum, quod confessio simul cum absolutione habet vim liberandi à pœna dupliciter. Vno modo ex ipsa vi absolutionis, & sic quidem liberat in voto existens à pœna æterna, sicut etiam à culpa, quæ quidem pœna est condēnans & ex toto exterminans, à

quæ homo liberatus, adhuc manet obligatus ad pœnam temporalem, secundū quod pœna est medicina purgans, & promouens. Et hæc pœna restat in purgatorio patiēda, etiam his qui à pœna inferni liberati sunt, quæ quidem pœna est improprio nata viribus pœnitentis in hoc mundo viuētis: sed per vim clauium in tantum minuitur, quod proportionata viribus pœnitentis remanet: ita quod satisfaciendo, se in hac vita purgare potest.

ALIO modo diminuit pœnam ex ipsa natura actus confitentis, qui habet pœnam erubescētia annexam. Et ideo quanto aliquis pluries de ipsis peccatis confiteretur, tanto magis pœna minuitur. Et per hoc patet responsio ad primum.

AD SECUNDVM dicendum, quod voluntas pro facto non reputatur in his quæ sunt ab alio, sicut est de baptismo. Non enim tantum valet voluntas suscipiendi baptismum, sicut ipsius susceptio, sed reputatur voluntas pro facto in his quæ sunt omnino ab homine, & iterum quantum ad premium essentialē, non autem quantum ad pœnæ remotionem, & huiusmodi: respectu quorum attenditur meritum accidētialiter & secundario. Et ideo confessus & absolutus minus in purgatorio puniatur, quam contritus tantum.

Articu. tertius

Vtrum confessio aperiat paradysum.

AD TERTIVM sic proceditur: videtur, quod confessio non aperiat paradysum: quia diuersorum diuersi sunt effectus: sed apertio paradysi effectus est baptismi. Ergo non est effectus confessionis.

PRAE-

PRAETEREA. In id quod clausum est, ante apertionem intrari non potest. Sed ante confessionem moriens intrare paradysum potest. Ergo confessio non aperit paradysum.

SED CONTRA. Confessio facit hominē subici clauibus ecclesiæ. Sed per eas aperitur paradysus. Ergo & per confessionem.

RESPONDEO dicendum, quod à paradysi introitu prohibetur aliquis per culpam & reatum pœnæ. Et quia huiusmodi impedimenta confessio amouet: vt ex dictis patet. Ideo dicitur paradysum aperire.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quāuis baptismus & pœnitentia sint diuersa sacramenta, tamen agunt in vi vnius passionis Christi: per quam aditus paradysi est apertus.

AD SECUNDVM dicendum, quod ante votum confessionis, paradysus clausus erat peccanti mortaliter, quāuis postea per contritionem votum confessionis importantem, apertus sit etiam ante confessionem actualiter factam: non tamen obstaculum reatus est totaliter amotum ante confessionem & satisfactionem.

Articu. quartus

Vtrum confessio spem tribuat salutis.



AD QVARTVM sic proceditur: videtur quod effectus confessionis poni nō debeat, quod tribuit spem salutis: quia spes ex omnibus meritorijs actibus provenit. Et sic non videtur proprius effectus confessionis.

PRAETEREA. Per tribulationem ad spem peruenimus: vt patet Roma. 5. Sed tribulationem homo praecepit in satisfactione sustinet. Ergo tribuere spem salutis, magis est satisfactionis, quam confessionis.

SED CONTRA. Per confessionem ho-

mo fit humilior & mitior, sicut in litera Magister dicit. Sed per hoc homo accipit spem salutis. Ergo confessionis effectus est tribuere spem salutis.

RESPONDEO dicendum, quod spes remissionis peccatorum non est nobis, nisi per Christum. Et quia homo per confessionem se subicit clauibus ecclesiæ, ex passione Christi virtutem habentibus. Ideo dicitur, quod confessio spem salutis tribuit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex actibus non potest esse spes salutis principaliter: sed ex gratia redemptoris cui innititur. Ideo spes salutis tribuitur non solum vt actus meritorius, sed vt pars sacramenti.

AD SECUNDVM dicendum, quod tribulatio spem salutis tribuit per experimentum propriae virtutis, & purgationem à pœna: sed confessio etiam modo predicto.

Articu. quintus

Vtrum confessio generalis sufficiat ad delēda mortalia oblita.

S. Tho. in. 4. d. 21. q. 2. art. 2.



AD QVINTVM sic proceditur: videtur quod confessio generalis non sufficiat ad delēdum peccata mortalia oblita.

Peccatum enim per confessionem delēctum, non est necesse iterum confiteri. Si ergo peccata oblita per confessionem generalem dimitterentur, non esset necessarium, quod quum ad notitiam redeunt aliquis ea confiteretur.

PRAETEREA. Quicumque non est conscius sui peccati, vel non habet peccatum, vel est oblitus sui peccati. Si ergo per confessionem generalem peccata mortalia oblita dimittuntur, quicumque non est sibi conscius de aliquo peccato mor-

mor-

mortali, per generalem confessionem potest esse certus quod sit immunis à peccato mortali. Quid est contra Apostolum. 1. ad Corinth. 4. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum.

PRÆTEREA. Nullus ex negligentia reportat commodum. Sed non posset esse sine negligentia quod aliquis peccatum mortale obliuiscatur, ante quam ei dimittatur. Ergo non reportat ex hoc tale commodum, quod sine speciali confessione ei dimittatur.

PRÆTEREA. Magis est elongatum à cognitione confitentis, id quod est omnino ignoratum, quàm illud cuius est oblitus. Sed peccata per ignorantiam commissæ, generalis confessio non delet: quia tunc qui heretici sunt, nesciunt aliqua peccata in quibus sunt, esse peccata, aut etiam aliqui simplices per generalem confessionem absoluerentur. Quid falsum est. Ergo generalis confessio non tolli peccata obliuiscuntur.

SED CONTRA Psal. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Sed iste qui confitetur omnia quæ scit, accedit ad Deum quantum potest. Ergo non confunditur, ut repulsam patiatur: sed veniam consequitur.

PRÆTEREA. Ille qui confitetur veniam consequitur nisi sit fictus. Sed ille qui confitetur omnia peccata quæ in memoria habet aliquorum oblitus non ex hoc est fictus: quia ignorantiam facti patitur, quæ à peccato excusat. Ergo veniam consequitur, & sic peccata quæ obliuiscuntur relaxantur, quum impius sit à Deo dimidiam sperare veniam.

RESPONDEO dicendum, quod confessio operatur præsupposita contritione, quæ culpam delet, & sic confessio directe ordinatur ad dimissionem pœnæ. Quid quidem facit ex erubescencia quam habet ex vi clauium, quibus se confitens subiicit. Contingit autem quando quod per contritionem præcedentem peccatum aliquod deletum est, quo ad culpam: siue in generali, si eius memoria tunc non habebatur,

siue in speciali. Et tamen ante confessionem aliquis illius peccati oblitus est, & tunc confessio generalis sacramentalis operatur ad dimissionem pœnæ ex vi clauium quibus se confitens subiicit nullum obstaculum quantum in ipso est, ponens. Sed ex illa parte qua erubescencia confessionis peccati pœnam minuebat: pœna ipsius de qua quis specialiter coram sacerdote non erubuit, non est diminuta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in confessione sacramentali non solum requiritur absolutio: sed iudicium sacerdotis satisfaktionem imponentis. Et quantum iste absolutio ne sit functus: tamen tenetur confiteri, ut suppleatur quod defuit sacramentali confessioni.

AD SECUNDVM dicendum, quod confessio non operatur (ut dictum est) nisi contritione præsupposita, de qua quando vera fuerit non potest aliquis scire: sicut nec scire potest an gratia habeat plenitudinem. Et ideo non potest scire utrum per confessionem generalem sit sibi peccatum oblitum dimissum per certitudinem, quantum posuit per coniecturas aliquas estimari.

AD TERTIVM dicendum, quod iste non reportat commodum ex negligentia: quia non ita plenam remissionem consequitur, sicut alius consequutus fuisset, nec tantum meretur. Et tenetur iterum confiteri, quum ad memoriam peccatum venerit.

AD QVARTVM dicendum, quod ignorantia iuris non excusat: quia ipsa peccatum est: sed ignorantia facti excusat. Unde aliquis de hoc quod non confitetur peccata, quæ nescit esse peccata propter ignorantiam iuris diuini, non excusatur à fictione, excusaretur autem si nesciret ea esse peccata, propter ignorantiam particularis circumstantiæ: sicut si cognouit alienam quam credidit esse suam. Sed obliuiscuntur de actu peccati habet ignorantiam facti, & ideo excusat à peccato fictionis in confessione, quod fructum absolutionis & confessionis impedit.

IN

Dubium
primum.

IN QVINTO articulo (alijs omisis) dubitatur prius, an peccata obliuiscuntur, remissa sint virtute absolutionis. i. an sacerdos absoluat ab obliuiscuntur peccatis: quia per contritionem certum est, quod absoluitur peccator ab obliuiscuntur: sed an absoluat à sacerdote. Videtur quod non: quia si postea meminerit tenetur bis confiteri. Et non videtur, quod quis teneatur bis quærere absolutionem à sacerdote. Ergo &c.

AD HOC respondet. S. Tho. in hoc articulo, & communiter omnes alij, quod sacerdos absoluit à peccatis obliuiscuntur sacramentaliter. Probat per prius. Ecclesia habet potestatem remittendi omnia peccata. Et ille clauis sufficit ad remittenda peccata. Ergo &c. Vt si quis non posset meminisse aliquorum peccatorum, ecclesia posset eum absolueri ex potestate sibi tradita ad remittenda peccata. Ergo si quis oblitus est peccati: cum tam indigeat remissione obliuiscuntur: quam eorum quorum meminit, ecclesia habet potestatem super illa. Alias Christus non reliquisset remedium sacramentale pro peccatis obliuiscuntur.

SECUNDO probatur: quia videtur implicatio contradictionis, quod non remittantur peccata obliuiscuntur per absolutionem: quia si est aliquis qui fuit attritus ante confessionem de peccatis suis, & habet decem peccata & solum est memor nouem, & illa nouem confitetur, & dolet de omnibus peccatis suis: secundum communem opinionem de attrito fit contritus, & habet gratiam, & habuit etiam attritionem illius decem, & commutatur pœna æterna in temporalem. Pœna autem æterna debebatur decimo peccato, & clauis attingunt ad pœnam. Ergo ad culpam. Et si forte dicas. Præsupponi, quod de attrito fiat contritus, & non probas: dico, quod hoc non obstat. Nam loquamur de contrito in prædicto euentu. Pono quod quando accessit ad confessionem debebat pœnam, ut decem dierum propter omnia peccata. Per absolutionem minuetur pœna, ut 6. Ergo tota pœna quæ debebatur peccatis obliuiscuntur remittitur, & diminuitur. Ergo &c. **AD** argumentum in oppositum. Quia tenetur iterum confiteri, quando recordatur, concedo: Ergo non erat absolutus, nego consequentiam. Tenetur enim quia est præceptum, ut confiteatur omnia peccata sua, & secunda solutio habebit effectum, sicut si nunquam fuisset confessus.

CIRCA hoc Palud. notat aliqua in 4. d. 21. q. 2. art. 2.

PRIMUM est, quod confessio generalis, siue sacramentalis, siue non sacramentalis, valet ad remissionem pœnæ debitæ pro peccatis confessis etiam mortalibus. Et credo, quod verum est: quia idem iudicium est quantum ad illud, sicut de venialibus. Et in confessione generali non solum confitetur de peccatis venialibus, sed etiam de mortalibus: quia dicitur, peccavi nimis cogitatione, locutione &c. Et idem est iudicium de

oratione dominica, nempe, quod per illam remittitur pœna debita peccatis iam remissis, in qua dicitur. Dimitte nobis debita nostra &c. etiam mortalia. Probat eodem modo sicut supra: quia ecclesia habet potestatem remittendi peccata & pœnam eorum. Cum ergo ecclesia instituit confessionem generalem contra peccata. Ergo prodest ad remittendam pœnam.

SECUNDA conclusio ipsius est, quod confessio generalis sacramentalis, est sufficiens ad remissionem culpæ obliuiscuntur: ut, est aliquis qui confitetur quatuor homicidia, & oblitus est vnius fornicationis, & in particulari confitetur illa quatuor homicidia quorum est memor, & generaliter confitetur de omnibus peccatis, nempe, dicendo, accuso me, quod peccavi nimis cogitatione & opere &c: quia clauis nullo modo possunt absolueri peccatum mortale nullo modo confessum, talis confessio sufficit ad remissionem peccatorum. Et si in generali non confiteretur, videtur, quod non absolueretur, quia (secundum Palu.) ille est actus iurisdictionis.

SECUNDO est notandum, quod si quis confessus est mortalia, dicit Paludanus, quod potest fieri confessio generalis de omnibus illis, non dicendo numerum: sed satis est dicere, accuso me de omnibus peccatis meis, & dicit duo vel tria, & obliuiscuntur aliorum, tunc dicit quod hic absoluitur ab omnibus illis. Et videtur quod bene dicat: quia absolutio cadit super omnia peccata obliuiscuntur. Ergo etiam super talem confessionem, & per consequens remittitur pars pœnæ debitæ peccatis præteritis. Vide de hac materia multa alia quæ diximus in p. 4. q. 27.

DUBITATUR secundo, si pœnitens non potest explicare species peccatorum & circumstantias, sed nutibus duntaxat ostendere se Deum offendisse, an possit sacramentaliter absolui: ut si est mutus, vel ægrotus, vel amittit linguam usum sacerdote adueniente. Et videtur quod ita. Prius: quia si quis confiteretur generaliter peccata, & venialia tantum, quum non habeat mortalia, faciendo confessionem generalem posset absolui sacramentaliter: quia non tenetur species, & circumstantias peccatorum venialium explicare. Ergo si pœnitens non possit species mortalium exprimere, sufficit generaliter confiteri.

SECUNDO. Ioha. 20. data est potestas Apostolis remittendi peccata quorumcumque, Ergo si pœnitens nesciat, aut non possit exprimere peccatorum species, ecclesia habebit potestatem remittendi illi peccata: quia non est credendum legislatorem defuisse huiusmodi hominibus in necessarijs.

TERTIO. Quum pœnitens non potest explicare speciem peccati, ut si sequatur inde periculum, tunc satis est confiteri peccati genus. Ergo satis erit generaliter confiteri ad confessionem

Dubium
secundum.

nem sacramentalem. Si enim genus subalternum ad sacramentum sufficit. Ergo etiam generalissimum sufficit.

Q V A R T O. Concilium Arausicanum cap. 12. inquit. Subito obmutescens, & baptizari, & pœnitentiam recipere potest, si voluntatis pœnitentię testimonium, aliorum, verbis habet, vel pœnitentię in suo nuto. Et concilium. 3. Carthaginensē cap. 34. ait. Si ægrotantes pro se responderē nequeant, quum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur, & manus etiam pœnitentibus imponantur. Et hoc refertur de consec. d. 4. cap. Ægrotantes. Et concilium Carthaginensē. 4. cap. 77. & habetur. 26. cap. Is qui, apertius ait. Is qui in infirmitate pœnitentiam perit, si casu, dum ad eum sacerdos venit, opressus infirmitate obmutuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia. Hoc concilium retulit. S. Thom. in. p. 4. q. 21. ar. 9. & probavit ac recepit illud. Idem dicit Leo Papa in epistola. 69. ad Theodorum in hæc verba. His qui in periculi vrgentis instantia, pœnitentię & mox reconciliationis implorant, nec actio illis pœnitentię, nec communiois gratia denegetur, si eam etiam amissio vocis officio per iudicium integri sensus querere comprobentur. Quod si aliqua agitudine ita fuerint aggrauati, vt quod Paulo ante pœcebant, sub pœnitentię sacerdotis significare non valeant: testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, vt simul & pœnitentię & reconciliationis beneficium consequantur. Propter hæc testimonia & rationes, videtur quod sufficiat generalis confessio ad sacramentalem absolutionem.

S E D huius non obstantibus ad quæstionem propositam respondet Abulensis. q. 79. super cap. 16. Math. dicens, quod si quis in articulo necessitatus voce confiteri non potest, quanuis signa contritionis ostendat, absolui non debet: quia esset contra formam absolutionis in qua dicitur, absoluo te de peccatis confessis & oblitis. At prædictus pœnitens nulla peccata confitetur. Ergo &c.

S E D quicquid sit de conclusione, ratio Abulensis nihil valet: tum quia concilium Florentinum dicit formam sacramenti pœnitentię esse hanc. Ego te absoluo. Ergo non requiritur illa forma, quam ponit Abulensis. Tum quia. S. Th. & alij doctores communiter probant hanc esse formam sacramenti pœnitentię, ego te absoluo. Ergo &c.

S E C V N D O. Quia illi de quibus differimus nutibus confitentur, licet ore non possint. Et si dicas quod non confitentur peccatorum species, fateor. Sed id in controuersia est, an confessio generalis sufficiat ad sacramentalem absolutionem, quum specialis fieri non potest.

E T ego in hac quæstione non satis explora-

tum habeo, quid dicendum sit: propterea quod, S. Tho. nihil explicitè tradit, vnde hanc quæstionem definire possimus. Nam in summa nihil dicit de hoc, & in. 4. d. 21. q. 2. ar. 1. ad. 1. dicit, quod quandoq; confessio generalis est sacramentalis, & quandoq; non. Sacramentalis (inquit) est, quando quis in secreto sacerdoti confitetur quædam peccata quæ meminit, & alia venialia in generaliter. Et ad. 2. argumentum ibidem dicit, quod procedit de confessione sacramentali, quæ ad iudicium sacerdotale spectat, & ideo requiritur aliquis peccatorum manifestatio. Et in ar. 2. in prædicta. d. qui est hic. 5. asserit confessionem generalem sacramentalem operari ad remissionem pœnitentię debite propter peccatum oblitum, & hoc ex vi clauium. Et in his sententijs sequitur Petrus Paludanus. S. Tho. in. 4. d. 21. q. 2. ar. 2. ubi etiam docet materiam confessionis esse peccata confessis, vel in speciali, vel in generali. Aliis, inquit, frustra adderemus in confessione. De his & de alijs quorum non sum memor. Vnde videtur quod si peccata oblita generaliter ostensa sacerdoti vera sint materia absolutionis, quod generalis confessio, quando specialis fieri nequit, sufficit ad sacramentalem absolutionem:

H I S tamen non obstantibus, quousq; ecclesia aliud definiat (cuius sententię me & omnia mea tota mente subijcio) dico, confessionem in qua nullum peccatum explicatur non esse sacramentalem, nec talem pœnitentem, qui solum generaliter confitetur, & nullum peccatum explicat in specie, sacramentaliter absolui posse. Hæc videtur. S. Tho. & Paludani in locis citatis, & probatur etiam vsu ecclesię: quia nunquam aliquis absoluitur nisi dicat aliquod peccatum in specie. Ergo &c.

S E C V N D O. Probatur ratione. S. Thom. Hoc sacramentum est iudiciale. At iudicis sententia apta esse non potest, nisi iudex crimen aliquod in specie cognoscat.

T E R T I O. Non plus innotescit confessario conscientia illius peccatoris per talem confessionem, quam si non fieret, & si nullo modo confiteretur: quum vir etiam innocentissimus posset ita generaliter confiteri. Ergo &c.

E T ad argumenta in oppositum, ad primum nego antecedens: quia licet non teneatur explicare species venialium, sicut nec venialia confiteri si tamen vult absolutionem sacramentalem recipere opus est speciali confessione: vt iuxta quantitatem & qualitatem delicti feratur sententia. Et ad. 2. argumentum eodem modo dico, quod Apostoli acceperunt potestatem tanquam iudices. At iudicium esset ineptum, nisi delicta a iudice cognoscantur. Nec est opus legislatorem priuatis, & accidentarijs euentibus pertrouidisse: vt constet in baptismo paruulorum. Nam si paruulus casu aliquo non baptizatur non saluabitur: vt supra in materia de baptismo diximus.

AD

A D T E R T I V M dico, quod quum explicatur peccatum in specie vel in genere subalternò, vt luxuria aut incestus, iam cognoscitur & substantia, & aliqua delicti qualitas iudicandi.

A D Q V A R T V M respondetur dupliciter. Prius quod illi textus, & concilia emnia citata, loquebantur de publice pœnitentibus, qui habebantur olim excommunicati. Vnde manus impositio, seu reconciliatio quæ iubebatur impendi, non erat sacramentalis: sed qua si quædam absolutio ab excommunicatione. Nam tali signo solebat olim ecclesia in communionem admittere, quos ipsa communione priuauerat. Et ideo huiusmodi manuum impositio, non solum presbytero, sed etiam diacono permittebatur: vt videre licet apud Cyprianum. 3. epistolarum libro epistola. 17.

S E C V N D O dico, quod quum prædicta concilia loquantur de publice pœnitentibus, debemus intelligere de absolutione sacramentali. Sed eorum peccata iam per confessionem publicam sacramentalem in die cinerum innotuerant sacerdoti: sed quia absolutio ad diem cœnæ dominicæ iuxta antiquum morem proferebatur, id eorum a maioribus cautum est: vt si interim periculum mortis vgeret, impenderetur absolutio, siue nutibus eam peterent istius modi pœnitentes, siue constaret petisse. Est deniq; imprudentia non mediocri ea quæ more maiorum in pœnitentia publica præscripta sunt, ad hanc nostram secretam penitus accommodare. Ideo hanc nostram sententiam tene, si non vis errare: quousq; ecclesię, vt dixi, aliud definiat. Licet forte Diuus Augustinus huiusmodi pœnitentibus generaliter,

non potentibus specialiter confiteri, absolutionem sacramentalem impenderet: quia in lib. de adulterinis coniugijs cap. vltimo scribit hæc verba. Ego non solum alios cathecuminos, verum etiam ipsos qui viuentium coniugijs copulati retinent adulterina consortia, quum saluos corpore in his permanentes non admittamus ad baptismum: tamen si desperati & intra se pœnitentes iacuerint, nec per se respondere potuerint, baptizandos puto: vt etiam hoc peccatum cum cæteris lauacro regenerationis abluatur. Quis enim nouit vtrum fortassis adulterinæ carnis illecebra vsq; ad baptismum statuerant detineri? Si au. em ab illa desperatione recreati poterint viuere, aut facient quod statuerant, aut edocti obtemperabunt: aut de contemptoribus fieri, quod fieri etiam de baptizatis talibus debet. Quæ autem baptismatis hæc reconciliationis est causa, si forte pœnitentem finiendæ vitæ periculum præocupauerit. Nec ipsos enim ex hac vita sine arra suæ pacis exire velle debet mater ecclesia. Hæc Augustinus. Sed nec hoc Augustini testimonio a sententiâ mea abducatur: ex qua colligo, quod si pœnitens non potest explicare sacerdoti omnia peccata quæ memoria tenet: sed nutibus, signis aut verbis explicat aliquod peccatum, vel aliqua peccata in specie vel in genere sub alterno, esto alia dicat generaliter, absolui sacramentaliter debet: quia aliud facere non potest: vt si moriatur in bello, aut extra bellum pœnitens, & non possit omnia peccata in specie dicere, sat est vnum in specie dicere & alia generaliter. Ratio est: quia iam explicat suum statum pœnitens, vnde iudex possit rationabile iudicium sumere.

¶ iij QVAE-

Quæstio. IO.
De sigillo confessionis.

DEINDE considerandum est de sigillo confessionis. Et circa hoc quaruntur quinque.

PRIMO. Vtrum in quolibet casu teneatur homo celare ea quæ habet sub sigillo confessionis.

SECUNDO. Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia quam illa quæ habita sunt de confessione.

TERTIO. Vtrum solus sacerdos sigillum confessionis habeat.

QUARTO. Vtrum sacerdos possit alijs reuelare delicta confitentis.

QUINTO. Vtrum teneatur ea celare, etiam si aliter ea nouerit.

Articu. primus.

Vtrum in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata que nouit in confessione.

S. Tho. in. 4. d. 21. q. 3. ar. 1. q. 1. & sequentibus.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non in quolibet casu teneatur sacerdos celare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit. Quia (sicut dicit Bernar.) quod est institutum pro charitate contra charitatem non militat. Sed celatio

confessionis in aliquo casu contra charitatem militaret: sicut si aliquis in confessione sciat aliquem hereticum, quem non potest inducere ad hoc quod desistat à corruptione plebis. Et similiter de illo qui scit per confessionem affinitatem esse inter aliquos, qui contrahere volunt. Ergo talis debet confessionem reuelare.

PRÆTEREA. Illud ad quod quis obligatur ex præcepto ecclesiæ tantum, non est necesse obseruari mandato ecclesiæ in contrarium facto. Sed celatio confessionis est introducta ex statuto ecclesiæ tantum. Si ergo per ecclesiæ præcipitur, quod quicunq; scit aliquid de tali peccato, dicat: ille qui scit per confessionem, debet dicere.

PRÆTEREA. Magis debet homo conseruare conscientiam suam, quam famam alterius: quia charitas ordinata est. Sed aliquando aliquis peccatum celans, incurrit proprie conscientie damnum: sicut cum in testimonium adducitur pro peccato illo, & iurare cogitur de veritate dicenda, vel cum aliquis abbas scit per confessionem alicuius prioris subiecti sibi peccatum, cuius occasio inducit ipsum ad ruinam si ei prioratum dimittat. Vnde tenetur ei auferre pastoralis curæ dignitatem. Auferendo autem videtur confessionem publicare. Ergo videtur, quod in aliquo casu liceat confessionem publicare.

PRÆTEREA. Aliquis sacerdos per confessionem alicuius quem audiuit, potest accipere conscientiam quod sit prælatione indignus. Sed quilibet tenetur contradicere promotioni indignorum, si sua intersit. Cum ergo contradicendo suspicionem inducere videatur de peccato, & sic quodammodo confessionem reuelare, videtur, quod quandoq; oporteat confessionem reuelare.

SED CONTRA est quod dicit Decretum de pœni. & remi. Caveat sacerdos ne verbo vel signo, vel quouis modo prodat aliquatenus

pecca-

peccatorem.

PRÆTEREA. Sacerdos debet Deo cuius est minister conformari. Sed Deus peccata quæ per confessionem panduntur, non reuelat: sed tegit. Ergo nec sacerdos reuelare debet. **RESPONDEO** dicendum, quod in sacramentis ea quæ exterius geruntur, sunt signa rerum quæ interiorius contingunt. & ideo confessio qua quis sacerdoti se subijcit, signum est interioris, qua quis Deo subijcitur. Deus autem peccatum illius qui se sibi subijcit per pœnitentiam tegit. Vnde & hoc oportet in sacramento pœnitentiæ significari, & ideo de necessitate sacramenti est, quod quis confessionem celet: & tanquam violator sacramenti peccat, qui confessionem reuelat. Et præter hoc, sunt aliæ utilitates huius celationis: quia per hoc homines magis ad confessionem attrahuntur. & simplicius etiam peccata confitentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quidam dicunt, quod sacerdos non tenetur seruare sub sigillo confessionis, nisi peccata de quibus pœnitens emendationem promittit. Aliter potest ea dicere ei, qui potest prodesse & non obesse. Sed hæc opinio videtur erronea: quum sit contra veritatem sacramenti. Sicut enim baptismus est sacramentum, quanuis quis fictus accedat, nec est immutandum aliquid propter hoc de essentialibus sacramenti: ita confessio non desinit esse sacramentalis, quanuis ille qui confitetur emendationem non proponat. & ideo nihilominus sub occulto tenendum est. Nec tamen sigillum confessionis contra charitatem militat: quia charitas non requirit quod apponatur remedium peccato, quod nescit. Illud autem quod sub confessione scitur, est quasi ne scitum: quum illud nesciat ut homo, sed ut Deus. Tamen aliquod remedium adhibere debet in predictis casibus, quantum potest sine

reuelatione confessionis: sicut monendo eos qui confitentur, & alijs diligentiam apponendo ne corrumpantur per hæresim. Potest etiam dicere prælato, quod diligentius vigilet super gregem suum: ita tamen quod non dicat aliquid, per quod verbo vel nutu confitentem prodat.

AD SECUNDM dicendum quod præceptum de confessione seruanda consequitur ipsum sacramentum, & ideo sicut præceptum de confessione sacramentali faciendum est de iure diuino, & non potest aliqua dispensatione vel inssione humana, homo absolui ab ea: ita nullus ad reuelationem confessionis potest ab homine cogi, vel licentari. Vnde si præcipitur sub pœna excommunicationis iam lata, quod dicat si aliquid scit de tali peccato, non debet dicere: quia debet existimare, quod intentio præcipientis est, si sciat ut homo. Hoc autem non scit ut homo. Et si etiam exprimeret interrogatus de confessione, interrogatus non deberet dicere, nec excommunicationem incurreret: quia non est subiectus superiori suo, nisi ut homo. Hoc autem non scit ut homo: sed ut Deus.

AD TERTIVM dicendum, quod homo non adducitur in testimonium, nisi ut homo: & ideo sine læsione conscientie potest iurare se nescire, quod scit tantum ut Deus. Similiter etiam potest prælatus sine læsione conscientie dimittere peccatum impunitum, quod scit tantum ut Deus, vel sine aliquo remedio: quia non tenetur adhibere remedium, nisi eo modo quo ad ipsum deferitur. Vnde in his quæ ad ipsum deferuntur in foro pœnitentiæ, debet in eodem foro in quantum potest adhibere remedium: ut Abbas in casu prædicto admoneat eum, ut prioratus resignet vel si noluerit potest ex aliqua alia occasione absolueri eum à cura prioratus: ita tamen

k iij quod



quod omnis suspicio viretur de confessionis reuelatione.

AD QVARTVM dicendum, quod ex multis alijs causis redditur quis indignus ad prelationis officium, quam ex peccato: sicut ex defectu scientiæ, vel ætatis, vel alicuius huiusmodi. Et ideo qui contradicit, nec suspensionem de crimine facit, nec confessionem reuelat.

CIRCA hunc articulum primum est aduertendum prius, quod hæc materia tractatur à Magistro sententiarum & doctoribus in. 4. d. 21. Et est conclusio doctorum omnium, quod sacerdos tenetur sub pœna peccati mortalis, celare peccata audita in confessione. Probat: quia est de iure naturali seruare secretum. Et hæc probatio deberet sufficere.

SECUNDO. Probat: de pœni. & remiss. d. 6. cap. Sacerdos, & sunt verba Gregorij: quibus prohibetur omnibus sacerdotibus reuelare peccata: & ibi adiungitur pœna, quod qui fecerit oppositum deponatur omnibus diebus vitæ suæ, & ignominiosus peregrinando pergat. Dicitur etiam tibi, quod nec ad euitandum scandalum debet dici id quod in confessione auditum fuit: vt si confitetur homicida alicui confessario, & capitur quidam alius nobilis, de cuius occisione sequeretur scandalum, quia ille non fecerat illud homicidium: non debet confessarius, esto ille innocens patiatur, reuelare homicidam.

TERTIO. Idem dicitur in capite. Omnis vniuersusque sexus de pœnitentia & remissionem. Et dicitur ibi quod qui non celauerit, in monasterium detrudatur: vt ibi perpetuam agat pœnitentiam.

Dubium primum.

DVBITATVR prius circa hanc materiam, an detur aliqua exceptio isti regulæ: sicut datur penè omnibus regulis. Supra enim diximus quod tenetur qui libet confiteri omnia peccata sua: & posuimus statim exceptionem, quod non debet quis confiteri, quando sequitur aliquod scandalum in confessario. Sic igitur dubitatur, an in hoc præcepto de celanda confessione detur aliqua exceptio: Et peculiariter dubitatur de peccato futuro, quod dubium mouet. S. Tho. hic ad. 1. an. s. confessarius teneatur reuelare peccatum, quod quis in confessione dicit se facturum: vt si pœnitens confitetur, accuso me pater, quod volui occidere regem, vel

patrem tuum, nec possum dolere de hoc, sed sum facturus: an confessarius teneatur reuelare illud peccatum, vel an teneatur celare sicut si esset præteritum peccatum illud, & doleret de illo: Videtur quod tenetur illud peccatum reuelare. Probat: Peccata futura non sunt materia confessionis. Ergo potest ea reuelare confessarius.

PROPTER hoc aliqui Iure consulti, vt Innocent. & Panor. cap. Omnis vniuersusque sexus, in fine, dicunt, quod quum peccatum futurum non sit materia confessionis: non cadit sub sigillo confessionis, licet cadat sub secreto. Idem dicit Alexand. de ales. 4. p. q. 8. membro. 2. art. 2. vbi dicit, quod postquam illud peccatum non cadit sub absolutione, nec sub confessione: ita etiam non cadit sub sigillo confessionis. Nihilominus dicit quod non sunt reuelanda: quia est aliqua species mali dicere peccata, & distingere pœnitentem, ideo non sunt reuelanda: sed si reuelaret non esset violator confessionis. Tamen si tale peccatum esset in detrimentum vel communitatis vel alterius proximi, debet reuelare: vt in casibus positus, nempe, si vult occidere regem, vel aliquid huiusmodi. Et ex illorum dictis bene sequitur illud. Si non est sigillum confessionis, etiam si occulte dictum sit, licet (sicut si extra confessionem diceret quis in occulto, quod fatagat inducere alios in sententiam Lutheri) tenetur ille cui hoc dicitur reuelare.

SED pro resolutione huius dubij, dubitatur quo iure teneatur sacerdos ad celandam confessionem: quia multum refert scire hoc. Si enim est iuris positum solum, quum ius positum non possit derogare diuino nec naturali. Ius autem naturale & diuinum est procurare bonum communitatis & proximi: quia vnicuique Deus mandauit de proximo suo. Et esto esse de iure diuino positum, ita quod non esset de iure naturali, etiam non deberet derogare iuri naturali, nisi expresse hoc in præcepto diceretur. Si autem sit de iure naturali, quum etiam secretum extra confessionem de iure naturali teneatur quilibet celare, etiam si iuret quod tenebit secretum, si sit in graue detrimentum proximi, vel communitatis, non tenetur celare, quantumcunque iurauerit quod tenebit secretum: quia iuramenta non sunt vincula iniquitatis, & ita tenetur reuelare, essetque hæreticum dicere contrarium. Præterea celare secretum non est officium virtutis ergo non est præceptum quo adstringantur homines ad celandum confessionem, probatur antecedens quia si celare secretum esset officium virtutis, esset fidei, sed non est fidei: ergo nullus virtutis est, probatur minor, fides est virtus intellectualis: sed secretum serua-

seruare est virtus moralis: ergo seruare secretum non est officium fidei, quod si dicas præter fidem intellectualem, aliam esse fidem moralem, replicatur hoc modo. Fides moralis est pars & species iustitiæ: immo fundamentum totius iustitiæ, vt author est Cicero primo de officijs cap. de iustitiâ: at seruare secretum non est actus iustitiæ, ergo nec est actus fidei. Probat: minor seruare proprium secretum non pertinet ad iustitiâ: iustitiâ enim (inquit Aristoteles quinto Eth.) est ad alterum: vnde hominis ad se ipsum nec iustitiâ est, nec iniustitiâ: celare autem alienum secretum est opus charitatis & amicitie: quod Salamon significat prouerbiorum. 11. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana qui autem fidelis est celat amici commissum: ergo neutrum secretum seruare est actus iustitiæ. Vnde igitur habetur, quod non licet reuelare peccatum scitum in confessione.

AD HOC dico prius quod hoc secretum non est solius iuris humani: vt argumenta probauerunt. Secundo. Dico quod est de iure naturalis. Tertio. Dico quod est aliquid additum de iure diuino, hoc est, est maius secretum quam secretum iuris naturalis.

SED vnde est, quod debetur tantum secretum confessionis? Pro hoc est notandum, quod necessitas in rebus moralibus sumitur ex parte finis. Vnde sequitur quod si finis est necessarius, media necessario requisita ad illum finem sunt necessaria absolute. Si ergo aliquid est tantum conueniens confessioni, illud non est necessarium. Si autem esset aliquid quo ablato tolleretur confessio: illud esset necessarium confessioni. Et quia secretum confessionis est necessarium ad hoc, quod si in illo daretur exceptio, tolleretur confessio, maxime de peccatis quæ vergunt in detrimentum proximi: vt si quis confiteretur se occidisse hominem, vel se furatum fuisse, aut se esse bigamum, & hoc reuelaretur, non confiteretur rursus. Et quia maius bonum, absolute loquendo, est sacramentum confessionis quam quodcumque aliud propter quod peccatum deberet reuelari: ideo non debet confessarius reuelare. Saluare enim vitam vnius hominis non est tantum bonum: sicut hoc vnicum remedium confessionis, in remissionem peccatorum institutum quia illud est temporale & particulare bonum, hoc autem est spirituale & commune, nempe, quod seruetur sacramentum pœnitentiæ.

SECUNDO. Dico quod hoc tam magnum sigillum venit ex reuerentia quæ debetur sacramento: quia est sacrilegium reuelare peccatum scitum in confessione. Confessio enim est quoddam sacrum, & per consequens secretum, & mysterium: & si quis reuelaret confessionem esset magnum sacrilegium. Et sicut in alijs sacramentis nullo modo licet facere irreuerentiam: vt puta quod propter salutem totius

mundi quis Eucharistiam sumeret in peccato mortali, aut eam pedibus conculcasset, quod est magnum sacrilegium: ita nullo modo licet reuelare confessionem: quia est magnum sacrilegium.

DVBITATVR tertio an Papa possit dispensare in illo. Dico quod nullo modo & in nullo casu. Et hoc dicit. S. Thom. hic ad. 2. Probat: quia non potest tollere sacramentum confessionis. Ergo non potest dispensare in secreto confessionis. Si enim posset Papa dispensare, nullus confiteretur: quia multi haberent privilegia ad reuelandum confessiones, & nec vnquam Papa fecit. Ergo non potest: quia si posset, quum pontifices extendant suas potestates quantum possunt, aliquando fecisset.

Dubium tertium.

DVBITATVR quarto, quid debet facere confessor, quando aliquis confitetur ei, quod vult occidere hominem, vel regem.

Dubium quartum.

AD HOC sit prima propositio. In nullo casu potest dicere aliquid, ex quo directe, vel indirecte, vel quocumque modo possit reuelare confessionem.

SECUNDA propositio est: Nec potest dicere aliquid, ex quo possit venire periculum, quod cognoscatur pœnitens, nec possit oriri suspicio de illo. Et est notandum, quod confessores debent esse in hoc nimium cauti. Et sicut non licet mentiri etiam ad liberandum totum orbem à morte: ita non licet reuelare peccatum scitum in confessione, ita quod cognoscatur pœnitens. Probat: quia sicut est præceptum negatiuum non mentiris: ita etiam est præceptum negatiuum non reuelabis confessionem, quod pro quocumque tempore obligat.

TERTIA conclusio est. Potest prædictus confessor adhibere omnia remedia, quæ modo humano possunt adhiberi sine illo periculo & detrimento pœnitentis. Et non solum potest adhibere omnia illa remedia, quod non sequatur illud nocumentum proximi: sed tenetur ad illud. Probat: quia tenetur defendere proximum innocentem, si potest sine sua iactura notabili.

SED est notandum, quod in illo euentu poterit confessarius dicere illi, cui imminet illud periculum. Caue ab inimicis tuis: quia volunt te occidere. Prudenter tamen: quia si ex hoc oritur in alio cui dicit statim suspicio, talis est ille, quia non habet nisi vnum inimicum notum, qui est prædictus pœnitens, non potest etiam illud dicere. Si autem non venerit in talem suspensionem, nempe, quia ille qui cum vult occidere est extraneus, poterit tunc confessarius dicere. Caue ab inimicis tuis, non sis negligens circa curam tuam. Nullo

Nullō tamen modo debet dicere se scire in confessione.

SECVNDO. Est notandum, quod si confessor sciat in confessione, moniales exire per fenestram à canobio, non possit dicere abbatissa, vigila ne exeant moniales. Sed possit dicere claudere hanc fenestram: quia non est opus ut sit aperta, aut quia erit maior decentia religioni, esto sit bona opinio de hac domo, erit melior. Itaque non dicat aliquid, unde abbatissa suspicetur quod exeant moniales per fenestram.

Dubium quintum.

DVBITATR quinto circa hoc ipsum, quid si aliquis confitetur fide, non ea intentione ut confiteatur, sed intentione nocendi ut si aliquis vult occidere hominem, & vult confiteri alicui sacerdoti, non intentione confitendi: sed periuadendi ut adiuet illum, & dicat. Ego confiteor quod Petrus est inimicus noster, ego volo illum occidere, tu me adiua. Similis casus est, si subditus alicuius praelati commisit homicidium vel aliquod crimen, & praelatus inquit quis fecerit illud crimen ut puniat: & ille qui deliquit confitetur ipsi praelato, ne puniat postea, nec possit inquirere: quia praelatus non potest procedere in foro exteriori contra scita in confessione. Vt si episcopus antea suspicabatur de aliquo quod erat concubinaris, & inquirebat testes ut puniret, & concubinaris confitetur episcopo ea intentione ut non possit postea procedere contra illum, & non ut poeniteat & confiteatur. Tertio. Si milis casus contingit Romæ à paucis annis. Conspirauerunt aliqui Cardinales ad occidendum Leonem Papam decimum, & non plus: quia illud Romæ erat parum, & reputabatur veniale peccatum, & vnus Cardinalis voluit inducere cardinalem tenensem, & confessus est illi ac dixit. Tu scis quanta mala fecit nobis Papa (quia etiam offenderat Cardinalem Senensem) adiua me, ut occidam illum. At Cardinalis Senensis horruit, & voluit reuocare Cardinalem sancti Georgij, qui confitebatur. Tandem Cardinalis ille captus fuit in sua iniquitate, & requisitus iuridice quis alius sciret, aut faueret ei: quia ipse solus non auderet facere illud, respondit quod Cardinalis Senensis sciebat. Captus est Cardinalis Senensis, & negauit se illud sciuisse. Et alius dixit. Ego do tibi licentiam ut dicas, & dixit quod ipse sciebat in confessione, & ideo reuelare non debebat. Quidam vero dicebant quod reuelare debebat. Orta fuit igitur quæstio an Cardinalis Senensis teneretur reuelare: & determinatum est à viris doctis quod ita. Et ita est tenendum si peccatum vergit in detrimentum proximi graue, & non confitetur ut confiteatur: sed ut querat fauorem ad perpetrandum suum peccatum. Probatur: quia idem iudicium est, sicut si hoc sciret extra confessionem: quia illa non est confessio, quum non intendat confiteri, nec dicat peccata

cum aliqua detestatione, nec ipse putet se confiteri. Secundo. Probatur: quia sacramenta non sunt vincula iniquitatis.

SE D est notandum quod hoc intelligitur, si fecit sine intentione confitendi: sed solum inducendi alium ad hoc ut participet in crimine quod intendit. Si autem intenderet confiteri, nullo modo potest reuelari peccatum illud, esto non doleret de peccato. Et hoc dicit. S. Tho. hic ad 1.

ET ita dicendum est in alio casu, quando praelatus inquit malefactorem, & suspicatur quod est ille qui in rei veritate est, & male loquitur de illo ex suspitione, & malefactor vult ligare manus eius, & vult ei confiteri. Dico quod solum vult ligare manus praelati, & non confiteri, ideo potest praelatus adhuc procedere. Si autem simul cum hoc quod vult ligare manus praelati, velit confiteri, est confessio, & tunc praelatus debet celare: ita quod ex scito in confessione non potest procedere amplius contra malefactorem: sed potest procedere & facere contra illum, alia via qua procedebat ante confessionem, & omnia quæ poterat facere ante illam confessionem, potest post confessionem: quia propter illam non amisit quod ante habebat ad procedendum contra illum.

DVBITATR sexto, quid faciendum si queratur ab aliquo, an sciat tale peccatum quod scit in confessione, an sciat tale peccatum negare, & dicere absolute, nescio: ut si quis confessus est homicidium, & interrogatur confessarius à superiore an sciat quod ille est homicida, an liceat respondere absolute nescio.

AD HOC sit prima propositio. In tali euentu confessarius debet respondere absolute nescio. Hoc dicit hic. S. Tho. ad 3.

SECVNDA propositio est. Non solum de peccato scito in confessione, sed de omni alio secreto dicendum est absolute, nescio.

DICO tertio, quod si cogatur iurare an sciat illud, debet iurare quod nescit. Probantur omnia illa. Prius: quia vterque, tam praelatus vel iudex interrogans, quam ipse interrogatus intelligunt per illud verbum nescio, quod nescit extra confessionem, & secretum: ut possit dicere, ideo verum iurat: quia non scit illud tali modo ut possit dicere.

SECVNDO. Hæc propositio, nescio hoc, de iure etiam diuino & humano hoc de rigore significat. Nescio hoc ad reuelandum, vel ut possim reuelare. Probatur: quia ita respondit Christus Matth. 24. & Marc. 13. De die illa & hora nemo scit, nec filius hominis: sed Pater, & cui Pater voluerit reuelare. Et manifestum est quod Christus, etiam per scientiam creatam, sciebat quando futura erat dies illa: sed quia non sciebat eo fine ut reuelaret, ideo dixit quod nec filius hominis sciebat. Ergo &c.

SED

Dubium septimum.

SE D ponamus quod est confessor ducis volentis occidere regem, & capitur confessor à rege, & cogitur iurare, si dixit illi dux quod volebat occidere regem, vel si audiuit in confessione, & si non iurat occidetur & tandem compellitur iurare si audiuit in confessione.

AD HOC dico quod si illi qui querunt illud à confessario essent contenti, si confessarius etiam cum iuramento respondet se nihil scire de illo, non debet dicere aliud, nisi nihil scio de hoc: quia, ut diximus, illud verbum nescio hoc significat in rigore, id est, nescio ut possim dicere &c.

SECVNDO. Dico quod illi coacto licebit iurare quod non audiuit in confessione, aliis sponte sua non licebit illi iurare, si non compelleretur respondere: quia mentiretur. Probatur prima pars. Ille verum iurat: quia illa propositio non audiuit in confessione sic ad instantiam iudicis dicta, significat quod nihil audiuit, ita ut possit dicere. Et si dicat, dic si audiisti in confessione, ita quod possis dicere, etiam respondebit quod non: quia quum iam dixisset aliis, iam non sumet alius notitiam penitentiæ nec suspitionem.

SE C contra. Ille iurat falsum. Ergo peccat. Consequenter nota: quia omne iuramentum falsum est peccatum mortale. Antecedens probatur. Si iuraret contrarium iuraret verum. Ergo nunc iurat falsum. Probatur antecedens: quia duæ contradictoriæ non possunt esse simul veræ. Scio hoc in confessione, non scio hoc in confessione. Iurent ergo duo de eodem peccato. Qui iurat se scire in confessione iurat verum. Ergo alius iurat falsum.

AD HOC nego antecedens. Et ad probationem, oppositum est verum. Scio hoc in confessione, ergo aliud est falsum, nego antecedens si capitur in sensu contradictorio huic non scio hoc in confessione. Qui sensus est, non scio ut possim tibi reuelare, & sensus suæ contradictoriæ est falsus. Scio hoc ut possim licite reuelare. Unde licet priores duæ propositiones assumptæ, sint contradictoriæ absolute, non tamen sunt contradictoriæ cum illa conditione. Scilicet ut possim tibi reuelare. **IDEM** dicendum est de alijs secretis. Quum enim quis dicit se nescire id quod occultum est, intelligitur de iure (etiam si ille qui dicit se nescire non sic subintelligat) illa conditio. Scilicet nescio tali modo ut possim dicere.

ALIVD dubium est: quia contingit euentus (ut superius diximus) quod quis non potest confiteri sine reuelatione alicuius alterius personæ confertis peccati. Et diximus quod si non potest confiteri nisi cum confessore qui veniat in notitiam personæ, tenetur confiteri cum illo si est in periculo mortis, aut si non sequatur ex hoc notabilis iactura alterius confertis peccati. Dubitatur igitur quando non potest quis confiteri sine reuelatione alicuius peccati auditi in confessione an tenetur

ineatur confiteri, & liceat reuelare confessionem in alia confessione: ut si quis confessor audiendo confessionem alterius, commisit errorem mortalem in ipsa confessione: quia absoluit à casu reservato. Si dicat absolui quendam à casu reservato, & est in loco ubi non sunt nisi duo vel tres, tunc veniet confessarius in notitiam alterius absoluti sic cum errore ab illo reservato. Quid faciet aut quomodo confitebitur ille sic errans? Aliud exemplum. Si sacerdos accessit ad mulierem, quam nesciebat esse consanguineam: nisi in confessione consanguinea. Quomodo postea explicabit illud peccatum.

AD HOC dico, quod credo quod non licet reuelare confessionem etiam in alia confessione. Probatur: quia si semel daretur vna exceptio darentur alia, liceretque aliis inuenire. Itaque nullo pacto talis circumstantia debet confiteri per quam perueniatur in notitiam peccati sciti in confessione: ita quod ibi reueletur alia confessio.

SECVNDO probatur. Nam si in vna confessione liceret aliam reuelare sequeretur quod si praelatus vellet scire aliquod crimen subditi sui iret ad confessarium subditi & confiteretur ei, quereretque in confessione sui subditi peccatum: quia est licitum. Consequens tamen falsum est. Nam ex hoc sequeretur multa inconuenientia destruereturque confessio. Ergo &c.

ALIVD dubium est, an liceat, quando aliquis non potest aliter vitam saluare, confessionem reuelare. Si quis (v.g.) in vera confessione sciat quod alius vult illum occidere, & ipse non potest se defendere nisi denunciando prætori vel conuocando amicos, an tunc liceat reuelare?

AD HOC dico quod nullo modo licet reuelare confessionem postquam solum audiuit in confessione. Debet enim se habere ac si non audiuisset. Ratio est: quia audiuit vice Dei & non sui vel hominis. Et hoc dicit in sententia. S. Tho. hic ad argumenta: quia semper dicit quod nullo modo debet quis confessionem reuelare, & in hoc se debet ac habere ac si solus Deus audiuisset & non ipse. Ad hoc non adduxi doctores: quia varie loquuntur circa hoc & ponunt multas distinctiones, ut Scot. in 4. d. 21. ibidemque Paludanus & Adrianus. Sed non sunt necessariae distinctiones illæ.

DVBITATR vltra si contingat sacerdotem essentialem aliquem defectum committere quomodo debet talis defectus reparari? Sit (v.g.) quis habens casus reservados vel sit excommunicatus: confessor tamen ignorat quid agere debeat eademque crassa ignorantia penitens illi confitetur & confessor absolutus, putatque se penitens absolutum dicente sibi confessore se absolutum & re vera non est absolutus non enim poterat cum absolueret postquam igitur confessor illam ignorantiam viderit quomodo medelam adhibebit. Dices forte

forte quod vocet illum dicatq; se non absolutum. Cōtra. Non potest hoc facere: quia reuelat confessionem. Et sigillum confessionis est in ordine ad ipsum penitentem qui confessus est. Nec licet dicere illi occulte, tu dixisti mihi hoc: quia alius poterit negare se tale quid dixisse.

CIRCA hoc Nider in suo confessionali dicit, quod in concil. Basilien. & Conitanti. fuit inter patres tractata quęstio ista, dicitq; diuersam fuisse sententiam. Aliqui namq; dicebant quod peteret licentiam à superiore & absolueret absentem. Sed hoc non potest dici. Prius quia ponamus quod superior non vult dare. Illa ergo via iam non poterit prouidere. Secundo: quia absolutio requirit presentiam. Et ita dicit Caiet. nec vllus vnquam tentauit absoluerē absentem. Tertio quia exponit se periculo sacrilegij: quia forte penitens est iam in peccato mortali. Dubitatur igitur quomodo poterit absoluerē illum: quia casus contingere potest. Vel si confessarius putauit quod absolutus & oblitus fuit, & non absolutus, quid faciet?

AD HOC distinguo. Vel confessarius timet scandalum aliquod probabiliter, si iterum vocet penitentem: quia conquereretur de reuelatione confessionis, vel resisteret dicendo quod nunquam confessus est talia, & tunc relinquendus est. Et in hoc nullum est periculum: quia si fuit contritus iam est in gratia.

SECUNDO. Dico quod si non timet scandalum, debet reuocare penitentem, & dicere illi quod non est absolutus. Et si dicas quod obicit ei peccata extra confessionem, dico quod non facit: quia si confessarius dicat ille confessus est mihi omnia peccata sua, non reuelat confessionem, quum peccata sint quę confitentur, & non aliud. Ex hoc sequitur, quod confessarius potest dicere illi tu confessus es mihi alia die peccata tua, & in hoc nullam facit ei iniuriam, & si dicat, redcamus ad confessionem, volo tibi dicere vnum verbum quod expedit tibi. Si nollit dimittatur: si autem velit dicat ei. Facias confessionem generaliter, & si quę postea commisisti confiteri illa: quia tunc non fuit absolutus propter talem defectum. Ideo cogita peccata tua quę postea commisisti, & absolue te. Et querat à superiori facultatem: ut possit eum absoluerē. Et probatur quod hoc liceat: quia (ut statim dicemus) de licentia penitentis licet alteri reuelare peccatum. Ergo longe melius possum dicere ipsimet penitenti, si ipse det licentiam, nempe, quia cum beneuolentia vocauit illum, & dixit ei. Scias quod fuit aliquis defectus in confessione, vis ne illum audire? Si dicat ita. Scias igitur quod eras excommunicatus &c.

PALVDANVS tamen in 4. d. 21. circa finem distinctionis, maiorem licentiam dat in hoc. Dicit enim quod non solum in confes-

sione, & quando fuit defectus in confessione licet reuelare peccatum illius: sed etiam per modum correptionis fraternę possum secreto admonere illum. Sed puto quod hoc est falsum: quia iam hoc est reuelare confessionem. Pro nobis est Caietanus in sua summa.

DUBITATVR decimo. Si peccatum est publicum, & confessus est mihi an possim illud reuelare.

AD HOC dico quod nullus perdit ius quod habet ad loquendum de aliquo extra confessionem, propter confessionem: sed potest loqui de illo, sicut antea. At licet ille non perdat ius suum: non tamen acquirit ius nouum ad loquendum. Sed debet esse cautus confessor: quia non licet ei dicere, quod scit in confessione penitentem esse usurarium, etiam si sit publicum. Et si aliqui dubitent: & confessarius dicat se nescire, & alij sciunt penitentem illum ipsi fuisse confessum, non licet illud dicere propter scandalum. Et hoc dicit Palud. in illa. d. 21.

SECUNDO. Dicit quod si ille qui est publicus peccator, confessus est confessarius potest dicere talis confessus est mihi omnia peccata sua, & absolutus illum, si ab illo queratur. Probatur: quia nihil reuelat nunc quod antea non fuerit publicum.

TERTIO. Admonet confessores, quod quando peccata sunt publica, debent petere licentiam à penitente: ut loquantur libere quę sunt publica ad bonum finem.

QUARTO. Querit, si penitens non vult dimittere concubinam, vel usuram, an possit confessarius dicere, non absolui illum. Et responder, & bene, quod non: quia reuelat impenitentiam eius. Nec potest dicere, ego absolui: quia mentitur, sed dicat interrogantibus. Quid ad vos? Ego feci quod debui facere, feci officium meum. Et qui talia interrogant peccant.

QUINTO. Querit quid faciet proprius sacerdos, quando ille publicus peccator petit ab illo Eucharistiam, & non confessus est illi, & est usurarius vel concubinarius. Dicit Paluda: & Caiet. quod non debet dare Eucharistiam.

SED quid si dicat, ego confessus sum fratribus: Dicit quod debet absolute negare Eucharistiam si sit publicus peccator. Secus si ei confessus fuerit.

SED quid si confessus est proprio sacerdoti, & non est absolutus, & petit Eucharistiam? Dicit quod debet negare illi Eucharistiam. Et si dicat penitens, quare negas Eucharistiam, dicat ei. Quia omnes sciunt te esse in concubinato. Et si addat, sciam tibi confessus: respondeat. Nescio de hoc aliquid, & ita non reuelabit confessionem.

Articu. secundus

Vtrum

Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia quam ad ea quę sunt de confessione.



AD SECUNDM sic proceditur videtur quod sigillum confessionis se extendat ad alia, quam illa quę sunt de confessione. Quia de confessione non

sunt nisi peccata. Sed aliquando cum peccatis alia multa quis narrat, quę ad confessionem non pertinent. Ergo quum illa sacerdoti dicantur ut Deo, videtur quod etiam ad illa sigillum confessionis se extendat.

PRAETEREA. Aliquando aliquis dicit alicui aliquod secretum. Et ille recipit sub sigillo confessionis. Ergo sigillum confessionis se extendit ad illa quę non sunt de confessione.

SED CONTRA sigillum confessionis est aliquid annexum sacramentali confessioni. Sed ea quę sunt annexa alicui sacramento, non se extendunt ultra sacramentum illud. Ergo sigillum confessionis non se extendit nisi ad ea de quibus est sacramentalis confessio.

RESPONDEO dicendum, quod sigillum confessionis, directe non se extendit nisi ad illa de quibus est sacramentalis confessio. Sed indirecte, id quid non cadit sub sacramentali confessione, etiam ad sigillum confessionis pertinet: sicut illa per quę posset peccator, vel peccatum, deprehendi. Nihilominus tamen alia summo studio sunt celanda: tum propter scandalum, tum propter prauitatem quę ex consuetudine accidere posset. Et per hoc patet responsio ad primum.

AD SECUNDM dicendum, quod aliquis non debet de facili aliquid recipere hoc modo: si tamen recipiat, tenetur ex promiss-

sione hoc modo celare ac si in confessione haberet, quum sub sigillo confessionis non habeat.

Penes hunc articulum dubitatur prius, an sub sigillo confessionis cadant solum peccata penitentis, an alia etiam quę ibi referuntur: quę non vergunt in infamiam penitentis, nec alicuius alterius, sed sunt impertinentia.

Dubium primum.

AD HOC sit prima propositio. Sub illo arctissimo sigillo confessionis, non cadit nisi peccatum penitentis vel alterius. Illud deniq; quod potest vergi in detrimentum proximi, vel penitentis: quia hoc in nullo casu potest reuelari, ut diximus, & probatum fuit.

SECUNDA conclusio est, Omnia illa quę non sunt in detrimentum vel damnum proximi, cadunt sub sigillo, non quidem arctissimo illo confessionis. Probatur. Quia virtualiter & interpretatiue penitens dicit illi sacerdoti omnia illa tanquam secretum, quę videntur esse alicuius grauitatis: ut si dicat penitens, hoc dico sub sigillo, vel aliquid huiusmodi. Dixi in secunda parte huius conclusionis quod non tam arcte sicut alia peccata: nec puto talem reuelatorem esse fractorem sigilli confessionis, nec incurere penas: Credo tamen quod peccaret mortaliter: quia infert detrimentum sacramento: quia faceret confessionem formidabilem, & timerent penitentes quod sicut dicit illa dicit & alia peccata, & sequetur scandalum quantum est de se. Non enim omnes intelligunt hęc differentiā sigilli maioris: & minor ideo confessor debet esse cautus, ut taceat omnia quę scit in confessione, & sunt alicuius grauitatis, licet non sint peccata mortalia aut venialia, fat est quod sunt graua quędam, & quę penitens dicit ad quietem conscientię suę.

TERTIA conclusio est. Illa quę nec vergunt in detrimentum penitentis, nec alterius, nec sunt necessaria ad materiam confessionis, ut ea quę prorsus sunt impertinentia, ita quod nihil referunt ad penitentem, nec penitens argere ferret si confessarius dicat: non tenetur celare, sed poterit dicere: ut si confessarius sciat cuius filius est penitens in confessione, & postea dicat. Nunquam tamen debet dicere quod sciuit in confessione: quia est scandalum.

DICO secundo, quod esto ita sit quod liceat dicere illa impertinentia, non debet communiter fieri propter periculum confessionis: quia in hac materia præstat breuis esse quàm longas.

DUBITATVR secundo, an saltem liceat confessori reuelare peccata in genere, tali modo quod nec directe nec indirecte, nec mediate nec immediate possit peruenire quis in notitiam penitentis, id est, sine quocumq; periculo penit-

Dubium secundum.

penitens

pœnitentis: quia aliis clarum est quod non lice-
ret. Vt si liceret confessori dicere contigit mihi ta-
lis casus. s. quod quædam mulier occidit virum
suum, vel aliquid huiusmodi.

AD HOC dico prius, quod talis non reuelat
peccata, id est, non est reuelatio confessionis quum
non perueniatur in notitiam personæ. Probatur,
quia multi viri boni ita faciunt maxime doctores,
qui ponunt casus quos audierunt in confes-
sione.

SECVNDO. Dico quod dicere hoc posset
esse peccatum mortale, maxime in duobus casibus.
Prius propter scandalum: vt si quis confessarius
audiuit hodie vnum graue peccatum, & cras-
tina die prædicans dicit hoc fit in hac ciuitate,
& pœnitens adest & intelligit hoc dictum esse
propter se, tunc esset peccatum, & scandalizaretur
pœnitens, si ex circumstantiis sciat illud pro-
pter se dictum, esto prædicans non nominet per-
sonas. Debeat ergo multum cauere prædicatores,
ne taliter prædicent: vt pœnitentes putent ra-
tionabiliter quod produnt eorum peccata. Et
propter hoc non deberent prædicatores frequen-
ter audire confessiones.

TERTIO. Dico quod posset esse peccatum
si infamaret aliquam communitatem, & non so-
lum personam particularem. Sed hoc intelligitur
si solum sciuit per confessionem. Vnde non
liceret confessori dicere, in hac ciuitate sunt mul-
ti Iodomitæ, vel multa Hæreses: quia est pecca-
tum mortale. Probatur: quia ille talis infamat
communitatem, & quum pœnitens ille qui de
huiusmodi peccatis confessus est, sit vnum mem-
brum communitatis, confessarius diffamando
communitatem diffamat aliquo modo peniten-
tem illum.

ET confirmatur. Quia etiam posset venire au-
diens in notitiam personæ particularis: vt si su-
perior inquirat ex his quæ confessarius dixit mo-
tus, & inueniat pœnitentes.

QUARTO. Dico quod etiam seclusa infam-
ia & scandalo, non est licitum dicere ea quæ sci-
ta sunt in confessione, saltem frequenter. Pro-
batur: quia non satis seruatur reuerentia con-
fessionis debita. Secundo. Quia etiam est pe-
riculum. Scandalizantur enim seculares audien-
tes confessores narrantes inter se ea quæ sciunt
in confessione: quia non sciunt has distinctiones
s. si sequitur noticia personæ pœnitentis aut non,
vel si sunt illa quæ dicuntur de his quæ cadunt
directe sub sigillo confessionis, vel non. Per mo-
dum autem doctrinæ & interrogationis aliquan-
do licet, seruato tempore & debitis circum-
stantiis.

DUBITATUR tertio, an poterit con-
fessarius dicere episcopo vel alicui iudici
docto & prudenti, qui poterit prodesse & non
obesse: domine prouideas, quia in hac ciuitate
sunt multi Hæretici, aut Iodomitæ.

Dubium
tertium.

AD HOC dico, quod si ille confessarius est
certus probabiliter, quod superior nunquam pro-
pter hoc perueniet ad notitiam pœnitentis ex
illo, nec procedet in foro exteriori contra illos
pœnitentes: sed faciet quod sint multi prædica-
tores, qui diligenter prædicent oppositam veri-
tatem, & episcopus ille comburet libros sus-
pectos, & nunquam veniet ad notitiam pœnitentis:
licebit confessario dicere illud in vniuersum,
dummodo non dicat se audiuisse in confessione.
Alias nunquam licebit illa dicere.

Articul. tertius.

Vtrum solus sacerdos ha-
beat sigillum confes-
sionis.



AD TERTIVM sic proce-
ditur. Videretur quod non solum
sacerdos sigillum confessionis
habeat. Quia aliquando ali-
quis confitetur sacerdoti per
interpretem, necessitate urgente. Sed inter-
pres (vt videtur) tenetur confessionem celare.
Ergo etiam non solum sacerdos aliquid sub
sigillo confessionis habet.

PRÆTEREA. Aliquando aliquis
in casu necessitatis potest laico confiteri. Sed
ille tenetur peccata celare, quum sibi dicantur,
sicut Dco. Ergo non solum sacerdos sigillum
confessionis habet.

PRÆTEREA. Aliquando aliquis
se sacerdotem fingit: vt conscientiam alicuius
exploret per hanc fraudem. Et ille etiam (vt vi-
detur) peccat si confessiones reuelat. Ergo non
solum sacerdos sigillum confessionis habet.

SEDCONTRA est, quod solus sacer-
dos est minister huius sacramenti. Sed sigil-
lum confessionis est annexum huic sacramen-
to. Ergo solus sacerdos habet sigillum con-
fessionis.

PRÆ

PRÆTEREA. Homo tenetur ea quæ
in confessione audit celare: quia non scit ea
vt homo, sed vt Dcus. Sed solus sacerdos est
minister Dei. Ergo solus sacerdos tenetur oc-
cultare.

RESPONDEO dicendum, quod sigil-
lum confessionis competit sacerdoti in quan-
tum est minister huius sacramenti. Quod
nihil aliud est quam debitum confessionem
celandi: sicut clavis est potestas absoluendi.
Tamen sicut aliquis qui non est sacerdos in ali-
quo casu participat aliquid de actu clavis,
dum confessionem audit propter necessitatem:
ita etiam participat aliquid de actu sigilli con-
fessionis, & tenetur celare, quum uis proprie
loquendo sigillum confessionis non habeat. Et
per hoc patet solutio ad obiecta.

Dubium
primum.

IN HOC articulo dubitatur prius, si confes-
sarius est nequam, & reuelat confessionem alicuius
pœnitentis, an ille vel illi quibus reuelat
teneatur ad celandum illud secretum sic ex con-
fessione sub sigillo confessionis, vel quomodocum-
que quis sciat confessionem pœnitentis, tenetur etiam
celare sub sigillo confessionis: sicut si quis,
cum alius confiteretur, casu transiit & audiuit
confessionem illius.

AD HOC dico, quod omnes ad quos peruene-
rit confessio alterius pœnitentis, tenentur celare il-
lam, & hoc siue iure venerit ad eos confessio siue
iniuria. Hæc probatur. Si sacerdos reuelauit, fit ini-
uria pœnitenti a sacerdote reuelante confessio-
nem. Ergo omnes qui cooperantur illi iniuriæ pec-
cant idem peccatum cum sacerdote. s. sacrilegium.
Sed non incidere in pœnas canonis: nec tam gra-
uiter peccarent alij, sicut sacerdotes.

SECVNDO. Illi reuelantes confessionem al-
terius quantum de se est nocent sacramento. Ergo
peccant mortaliter.

Dubium
secundum.

DUBITATUR secundo circa hoc, de
iudicibus tam ecclesiasticis quam secularibus,
quando peccatum fuit notum in confessione,
sed postea factum est publicum, sic cum iniuria
pœnitentis, an iudex poterit procedere contra il-
lum. Vt si pœnitens confessus est quod furatus fu-
it, & postea illud furtum factum est publicum, vel
quia de licentia pœnitentis propter metum iniuste
ei in cuiusdam reuelat confessor furum, & pœni-
tens dicat illud esse verum. Videretur quod iudex
posset procedere contra illum: quia iam nemi-
ni facit iniuriam procedendo contra illum,
quum ytatur iure suo.

AD HOC dico quod in 2. secund. in materia
de iustitia disputabamus, si iudex facit iniuriam
reo: quia ponit eum in questionibus sine causa suf-
ficiente, an possit illum condemnare: & diximus
quod non potest procedere contra eum: quia facit
ei iniuriam, & tenetur restituere in integrum, &
non potest eum restituere si procedat contra eum.
Sed debet eum ponere in pristinum statum. Et ita
nunc videtur dicendum in casu proposito, quan-
do sacerdos reuelaret confessionem pœnitentis,
quod postquam reuelatio confessionis est cum ini-
uria pœnitentis, ex ea reuelatione non potest ac-
quiri ius alicui: vt procedat contra pœnitentem,
qui illam iniuriam passus est.

SED de hoc est mihi dubium: quia non est omnia
no simile in hoc casu & in priori ubi iudex ipse fa-
cit iniuriam reo, & ipsemet tenetur restituere: ita
esset in proposito casu si iudex ipse faceret iniuri-
am pœnitenti, nempe, cogendo eum vel confessari-
um, vt reuelent confessionem. Sed quando non
proficitur iniuria a iudice, non est dubium, nisi
quod ex iniuria alterius iudex acquirit ius: vt si
aliqui scirent aliquid occulte & reuelent, fit ini-
uria reo: sed nihilominus iudex postquam reus dif-
famatus est sine ipsius iudicis culpa, potest proce-
dere. Probatur: quia alias peccatum quod semel
fuit secretum nunquam in æternum posset puniri,
quum non possit reuelari sine iniuria alterius. Se-
cundo probatur: quia communiter iudices ita pro-
cedunt contra delinquentes, esto iniuste sint diffama-
ti.

SIC igitur in casu proposito videtur, quod li-
cet confessor faciat iniuriam pœnitenti reuelando
confessionem aliquibus, qui postea loquuntur de
illo peccato, nempe furto, & dominus rei furatæ
vocat iudicem, videtur quod iudex tunc procedere
possit: quia nec iudex nec dominus rei fecerunt illi
iniuriam.

HIS non obstantibus dico ad hoc & sit prima
propositio. Cuiuscumque dicenti quod audiuit tale
peccatum in confessione, non debet ei credi. Proba-
tur: quia ex sola illa reuelatione confessionis non
oritur nec suspicio, vt possit procedi contra illum
pœnitentem, & nisi aliunde oriatur suspicio de
tali crimine, non potest iudex procedere contra
illum.

SECVNDA conclusio est. Ex confessione po-
ssunt oriri multe & magnæ suspensiones, nempe,
quia confessor dixit alicui quod aliquis erat Iu-
dæus, & audiens obseruauit & tacuit, & insidias
tus est illum & vidit, & vocauit alios vt viderent.
Et iam tunc poterit iudex procedere ex illa reuela-
tione confessionis. Probatur: quia iam non proce-
dit ex illo quod confessarius dixit: sed ex scitis ab
alijs, qui insidiati sunt & viderunt. Et similiter si
ex illa reuelatione confessionis sequuta est infam-
ia, vel alia publica indicia, ex quibus posset alias
iudex procedere, iam posset procedere: sed non ex
sola reuelatione confessionis.

TERTIA conclusio est. Iudices debent nimium cauere
nec proce-

Dubium
tertium.

ne procedant quando sciunt crimen ex sola reuelatione confessionis, & orta est suspicio ex sola reuelatione confessionis.

DVBITATUR tertio, de illis qui committunt secreta sub sigillo confessionis, an ille cui committitur teneatur seruare sub sigillo confessionis.

AD HOC dico prius, quod illud est arctissimum secretum, & tenetur illud seruare. Et est maius secretum quam aliud, quum addatur nouum vinculum ex pacto: quia alius recipit sub sigillo confessionis. Et per consequens dico quod non oportet, vt homines sepe recipiant talia secreta: quia contingit quod sint fabulae aut res parui momenti, & postea referuntur ab alijs publice ea quę traduntur sub sigillo confessionis, & erit periculum: quia ille qui recipit sub sigillo confessionis: non deberet loqui de illis.

SECVNDO. Dico quod illud non est sigillum confessionis, & ideo violans non incidit in penas canonis: quia non facit irreuerentiam sacramento, quum ibi nullum fuerit sacramentum, licet frangatur fides.

TER TIO. Est notandum quod hoc de sigillo est intelligendum de quacumque confessione siue incepta siue finita: & communibus, quę ordinantur ad confessionem teneatur confessarius celare: vt si pœnitens petat consilium à cōfessore, vel si petat facultatem vt absoluat a casu referuato, non potest plus ille dicere, quam si iam audivisset in confessione. Hęc de hac materia.

Articu. quartus

Vtrum de licentia pœnitentis possit sacerdos dicere quę habet in confessione.

Tho. 4. d. 21. q. 3. ar. 2.



QUARTVM sic proceditur. Videtur quod de licentia pœnitentis non possit sacerdos peccatum quod habet sub sigillo confessionis aliquando prodere. Quod enim non potest superior, non potest inferior. Sed Papa non potest aliquem licentiarum: vt peccatum quod habet in confessione alteri prodere. Ergo nec ille qui confitetur potest ipsum licentiarum.

PRAETEREA. Illud quod est institu-

tum propter bonum commune ecclesie, non potest ex arbitrio vnus irritari. Sed celatio confessionis est instituta propter bonum totius ecclesie: vt homines confidentius ad confessionem accedant. Ergo ille qui confitetur, non potest licentiarum sacerdotem ad dicendum.

PRAETEREA. Si posset licentiarum sacerdos, videtur dare palium malitię malis sacerdotibus: quia possent pretendere sibi licentiam datam, & sic impune peccarent quod est inconueniens. Ergo videtur quod non possint à pœnitente licentiarum.

PRAETEREA. Ille cui iste reuelabit, non habebit peccatum hoc sub sigillo confessionis. & sic poterit peccatum publicari, quod iam deletum est. Quod est inconueniens. Ergo non potest licentiarum.

SED CONTRA. Superior potest mittere peccatorem cum litteris ad inferiorem sacerdotem de voluntate ipsius. Ergo de voluntate confitentis potest sacerdos peccatum reuelare alteri.

PRAETEREA. Qui potest aliquid facere per se, potest etiam per alterum facere. Sed confitens potest peccatum suum quod fecit per se alteri reuelare. Ergo potest per sacerdotem facere.

RESPONDEO dicendum, quod duo sunt propter quę tenentur sacerdotes peccata occultare. Primo & principaliter: quia ipsa occultatio est de essentia sacramenti, in quantum scit illud vt Deus, cuius vicem gerit ad confessionem. Alio modo propter scandalum vitandum. Potest autem pœnitens facere: vt illud quod sacerdos sciebat vt Deus, sciat etiam vt homo. Quod facit, dum eum licentiarum ad dicendum, & ideo si dicat non frangit sigillum confessionis. Tamen debet cauere scandalum dicendo: ne fractor sigilli pœnitenti reputetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Papa non potest licentiarum sacerdotem ad dicendum: quia non potest facere quod illud sciat vt homo, quod tamen facere potest ille qui confitetur.

AD

AD SECVNDVM dicendum: quod non tollitur illud quod est institutum propter bonum commune: quia sigillum confessionis non frangitur: quia dicitur quod alio modo: scitur.

AD TERTIVM dicendum, quod ex hoc non datur aliqua impunitas malis sacerdotibus, quia immittet eis probatio si accusantur, quod de licentia pœnitentis reuelauerunt.

AD TERTIVM dicendum: quod ille ad quem notitia peccati deuenit mediante sacerdote de voluntate confitentis: participat in aliquo actum sacerdotis: & ideo simile est de eo & de interprete: nisi forte peccator velit quod ille absolute sciat & libere.

EST prius aduertendum in hoc articulo, quod de hac questione sunt duę opiniones. Prima continetur duabus propositionibus, quarum prior est. Potest pœnitens dicere peccatum iurum confessario extra confessionem, postquam semel confessus fuit cum potestate reuelandi, & tunc confessarius poterit dicere & peccatum, & personam. Hęc est certa: Et probatur quia iam non scit confessarius illud peccatum solum vt Deus, & in confessione: sed etiam extra confessionem, iam acquisiuit ius ad reuelandum illud peccatum.

SECVNDA conclusio est, vbi est tota difficultas. Si pœnitens dicat confessario solum hoc, ego do tibi licentiam, vt reueles peccatum meum non potest confessarius ex tali licentia illud reuelare. Hęc est Alexandri. in 4. p. q. 78. membro. 2. & Sco. in 4. d. 21. q. 2. ad. 1. Idem dicit Durand. in 4. d. 21. q. 4. Idem Angelus in summa sua in propria materia, Et probat Alexander sic. Sacerdos id scit solum vt Deus. Ergo non sufficit licentia hominis vt reueletur. Quod argumentum apparetur formatum hoc modo. De iure diuino & naturali prohibuitur est reuelare confessionem, in quo perinde nec Papa dispensare potest. Ergo nec pœnitens potest dare facultatem reuelandi, quam sit minor Papa.

DVRANDVS autem probat: si sacerdos dixisset se scire illud peccatum sine licentia pœnitentis mentiretur quia illa scientia non sufficit vt dicat verum, dicendo se scire. Ergo esto pœnitens det licentiam, ad huc mentitur: quia illa scientia non sufficiebat ad dicendum quod scit illud peccatum.

TER TIO probatur pœnitens non potest cedere iuri suo quando id institutum est in fauorem multorum: sicut clericus non potest iuri suo cedere, quando eius celsio vergit in pœiudicium or-

dinis clericalis: vt habetur cap. Si diligenti. de foro competenti, & cap. Contingit. de sentent. exco. mu. Ex quibus colligitur clericum non posse se laico iudici subijcere: quum exemptio clericorum data sit ordini clericali non personę. Nec potest clericus se subijcere alicui, vt verberetur ab eodẽ loco iniurię: quam forte ille prius irrogauerit. Et qui in clericum etiam volentem manus intraret, esset excommunicatus. Quum igitur celatio confessionis sit inducta in fauorem omnium pœnitentium, ne confessionem odiosam habeant, sequitur quod vnus confitentis licentia non sufficit: vt confessor possit confessionem reuelare.

QUARTO. Nullus potest alium occidere aut mutilare etiam ex licentia ipsius. Ergo nec alium diffamare. Antecedens notum, conuenientia probatur: quia sicut vnusquisque vitam & membrorum integritatem seruare tenetur, ita & famam vt dictum est. Et etiam dicitur prouerb. 22. Curam habe de bono nomine.

QUINTO. Si licite potest confitens dare licentiam confessario ad reuelandam confessionem sequitur quod superiore pœcipiente ipsi confitenti vt licentiam confessario pœbeat, teneretur eam pœbere: tum quia in licitis tenetur superiori obedire, etiam quia si superiore id iubente nollet confitens licentiam dare, vehementer pœsumeretur contra ipsum confitentem, & reus sit criminis de quo inquitur, vnde noceret sibi negando licentiam.

SEXTO. Reuelatio illa confessionis, etiam de licentia pœnitentis, esset scandalosa, & multis dānis occasionem pœberet, quia daretur via sacerdotibus volentibus infamare pœnitentes, vt eos infamarent, eorum confessiones reuelando, dicendo se ad id licentiam à confitentibus habere. Daretur etiam via sacerdotibus dissoluendi matrimonia alioqui legitima: quia possent dicere se scire impedimenta canonica inter coniuges, & quod id sciunt per confessionem, ad idque dicendum licentiam habere à confitentibus. Et ad hunc modum pœberetur causa ad multa alia inconuenientia. Hęc sunt motiua huius opinionis.

ALIA est opinio communior, quod de licentia pœnitentis potest sacerdos reuelare confessionem ipsius, esto det illam licentiam his verbis solum, do tibi facultatem reuelandi quod tibi dixi &c. & non explicet aliud peccatum. Hęc est sententia.

S. Th. hic. Idem tenet Diuus Bonauent. in 4. d. 21. Idem Palud. in 4. d. 21. q. 3. ar. 3. Idem sum. Ro. sela. Idem Siluest. in sum. verb. confessio, 3. q. 3. Idem supplementum. Idem dicit Panor. capi. Significasti, extra de adulterijs & stupro, & capitu. Matthæus de simonia, vbi non reprehenditur cardinalis reuelans Papę peccatum secretum sibi commissum: quia faciebat de licentia pœnitentis. Ideo hęc est communis opinio & tenenda scilicet quod de expressa licentia pœnitentis potest confessarius reuelare confessionem. Et probatur. In tali euentu cessat obligatio celandi confessionem: quia cessat

cessat ratio fūdamentalis pręfatę obligationis, que erat, ne ex reuelatione confessionis reddatur confessio odiosa: nec odiosa ei qui licentiam prępria voluntate dedit, nec alijs quibus iua relinquatur libertas negandi licentiam pręfatam, vel concedendi si velint. Ergo in casu cessat ratio obligationis, & ex consequenti cessat ipsa obligatio celandi confessionem, quia cessante causa cessat effectus.

S E C V N D O. Quilibet potest cedere iuri suo abique preiudicio tertij, quando ius illud est institutum in fauorem ipsius cedentis. Sed celatio confessionis est inducta in fauorem ipsius confitentis directe, & non in fauore ordinis, status, officij aut dignitatis: quia huiusmodi ius se extendit ad omnes peccatores, qui nec in ordine, nec in officio aut dignitate aliqua sunt instituti, vt constat, ac proinde in fauorem personę confitentis est institutum & ita potest quilibet confitens cedere iuri suo.

T E R T I O. Illud potest quis facere per alium quod potest facere perse, maxime quum causa iusta id postulat. Sed pęnitens potest suum crimen occultum ob causam per seipsum prodere: & non solum potest, sed etiam aliquando tenetur: vt si commisit homicidium de quo non est accusatus, nec infamatus, sed alius innocens est homicida probatus licet falso, ducitur ad patibulum: id sciens verus homicida potest & tenetur se prodere: vt innocētem ab iniusta morte leberet: vt dicitur prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. Ergo in tali euentu potest per suum confessorem ad id licentiatum illud peccatum prodere.

Q V A R T O. Si quis secretum nudum commisit amico iure naturali & diuino tenetur illud seruare, vbi necessitas reuelandi non cogat ad oppositum. Et tamen licentia committentis sufficit vt is cui commissum est reuelet. Ergo pari ratione licentia pęnitentis sufficit: vt cōfessor ob causam secretum confessionis reuelet.

Q V I N T O. Qui oppositam opinionem defendunt, dicunt, qđ si pęnitēs dicit peccatum illud quod confessus fuit post confessionem eidem confessori cum potestate reuelandi, potest illud reuelare. Sed idem est dare licentiam aut dicere alio modo. Ergo. Probatur minor: quia idem est dicere tibi licentiam vt reueles peccatum quod dixi tibi in confessione: & dicere ego fui furatus, vt dixi tibi in confessione, dic tali vel talibus me fuisse furatum. Pronobis etiam est Metinensis codice de pęnitentia folio. 124.

E T ad argumenta in contrarium facile respondetis dicens ad primum, qđ in prædicto euentu nō violatur ius Diuinum aut naturale, quod intelligitur confessionem in nullo euentu reuelandam esse sine consensu & licentia: confitentis: cuius limitationis causa est: quia data licentia a confitente cessat causa pręfata obligationis. vt supra diximus. Quę quidem causa, quia non cessat ad licentiam seu dispensationem Papę, ideo pontificis licentia non sufficit, vt confessor alterius confessionem reuelet, & sufficit licentia ipsius pęnitentis. Sicut

non sufficit licentia Papę: vt quis bona tua temporalia accipiat, ad quod sufficit licentia tua, vel pęte voluntarie data. Sicut si Paulus iurauit, se tibi soluturum certum debitum liquidum ad certum tempus, licentia Papę de vltra differenda solutione non releuat debitorem. Et tamen licentia pęte illi ad idem data, releuas illum a pęiurio: vt constat.

A D secundum ex Durand. nego quod mentatur confessorius: qui ex licentia pęnitentis reuelat confessionem.

A D tertium dicendum, quod non est simile illud quod asseritur de clericis, & de pęnitentibus: quia ius celandi confessionem est personale, & directe in personę confitentis fauorem immediate concessum, quamuis ex cōsequenti sit in fauore omnium peccatorum,

A D quartum admissio antecedente, consequentia non valet: quia aliud est loqui de vita & membris hominis, quorum ipse homo non est, dominus, nec se potest vnquam occidere aut mutilare. Vnde quod perse non potest facere, nec per alium facere potest, quia illud est in se prohibuitum & malum famam vero potest homo perse amittere, si causa postulauerit: ideo famam per alium ad id licentiatum perdere potest. Nec obstat quod ex scriptura citauimus, & ex sanctis citari potest, curandū esse de bono nomine: quia inde solum colligitur qđ non debet esse prodigus homo iuxta fame, aut contemptor citra causam id postulantem: quia sicut temere perdere bona temporalia peccatum est, ita temere famam amittere. Et minus peccatum erit quam perdere alia bona temporalia. Quod in nostro euentu non contingit: quia est causa ad concedendum prædictam licentiam: vt suppono.

A D quintum dicendum falsum esse qđ in omnibus licitis sit superiori obtemperandum, patet: vt si superior iubeat alicui vt religionem ingrediat, vt continens sit, vt certam vxorem ducat, aut nullam ducat. Nam vt Hiero. dicit, castitas iuderi potest, imperari autem non potest. Et tamen omnia illa licita sunt: & ex his plura sunt meliora quam sua opposita. In solis igitur illis tenetur quis parere superiori in quibus est illi subditus, seu ad quę potestas dominandi se extendit. Humanitas enim iudices potestatem habent limitatam: vt sicut non omnes excessus punire possunt, ita nec omnia peccata prohibere & lōge minus possunt omnia quę licita sunt præcipere. Et quamuis pęnitens a superiore iustus, nolit licentiam confessoridare, vt confessionem reuelet, non ideo periculum in currit, nec perse dat causam astantibus, aliquid sinistre de illo suspicandi, eo quod nolle dare licentiam ad præceptum superioris, alias iustas causas habere poterit nempe, ne iniurę iudicis voluntati concedatur, qui illud iubendo mætā iurisdictionis excedit. Et etiam ne aliqđ plena confessione agenda deterreantur: qualiter de terreri possent, si adiuturum superioris pręfatam licentiam daret. Quod si inde sinistra suspicio contra confitentem

tentem nolentem licentiam præbere, oriretur: nō posset superior extali suspitione contra illum procedere. Et si coactus licentiam præberet, nō debet sacerdos huiusmodi licentia vtique quum sit extorta & non voluntario concessa. Et si vtatur tali licentia sacerdos mortaliter peccat, & iudex extali procedens.

A D Sextū dico, qđ nihil probat: quia sicut prauitatis & malitię locus in casu daretur: ita etiam malitia locum haberet imponendi crimen falsum alicui non pręuia confessione, & contra illum falsę testificandi. Haberet etiam locum ad fingenda impedimenta canonica inter coniuges, etiam nō pręuia confessione: sicut ea præcedente. Posset etiam prauus confessor audita confessione fingere se licentiam habere a confitente, & multa alia falsę quę in confessione non audiuit confitenti imponere. Potest igitur pęnitens dare licentiam confessorio: vt eius confessionem reuelet.

S E D est notandum, qđ non propter quancunque causam liceret pęnitenti istam licentiam dare: sed propter notabilem, propterquam liceret etiam se diffamare, nempe, si alias occideretur confessorius, & si pęnitens det illam licentiam, erit tyrannus contentus & nullum malum sequeretur.

S E D est notandum, qđ non propter quancunque causam liceret pęnitenti istam licentiam dare: sed propter notabilem, propterquam liceret etiam se diffamare, nempe, si alias occideretur confessorius, & si pęnitens det illam licentiam, erit tyrannus contentus & nullum malum sequeretur.

Q V A R T O. Nota qđ non potest confessorius reuelare illam confessionem, nisi cum limitationibus quibus limitat pęnitens, & illi vel illis quibus reuelat, tenetur celare secundum voluntatem pęnitentis, nisi absolute dicat, quod dicant cui voluerint.

E X quibus omnibus rursus sequitur, quod potest confessor publice dicere crimina in confessione cognita sine licentia ipsius confitentis: vt si pęnitens publice confessus est illa, quia tunc illa crimina non sunt materia secreti: illa autem quę supra diximus, procedunt de confessione secreta.

S E C V N D O. Sequitur, quod quando confessor ex licentia confitentis prodicit confessionem, opus est ad vitandum scandalum: dicere & ostēdere se confessionem illam reuelare ex licentia expressa confitentis.

T E R T I O. Sequitur, quod nec etiam sufficit licentia debita, nec consensus debitus: quia non operatur idem consensus debitus & actualis vt patet. Si enim Petrus dolose contrahat cum femina, deberet quidem ad vitandum

dolum consentire: vbi consensus actualis sufficeret ad coniugium, ad quod non sufficit consensus debitus. Similiter in baptismo positus alijs necessarijs ad verum baptismum sufficeret cōfensus actualis ipsius baptizati. & tamen non sufficit consensus debitus eiusdem. Ita dico nunc quod licentia confitentis debita dari, ad reuelandum confessionem non sufficit: sed requiritur licentia actu data. Quamuis in distractione rerum temporalium, si consensus actualis sufficit, ita etiam sufficit consensus debitus, & pręsumptus domini ipsarum rerum: in sacramentis tamen dandis, aut recipiendis, non ita. Habent enim hæc diuersas leges, ideo non mirum si ad diuersa euenta diuersimode respondeatur vnde cum licentia actu data tollat scandalum alioquin ex confessionis reuelatione prouenturum, quod per licentiam debitam seu pręsumptam & non actu datam non tollitur.

Articu. quintus.

Vtrum ille qui scit aliquid per confessionem: & per alium modum etiam possit reuelare illud.

Tho. 4. d. 21. q. 3. ar. 3.



D Q V I N T V M sic proceditur. Viderur quod illud quod quis scit per confessionem, & alio modo, nullo modo possit reuelare.

Non enim frangitur sigillum confessionis: nisi dum peccatum quod in confessione habetur, reuelatur. Si ergo iste reuelat peccatum quod in confessione audiuit, qualitercumque aliter sciat sigillum confessionis frangere videtur.

P R A E T E R E A. Quicumque confessionem alicuius audit, ei obligatur ad hoc quod peccatum ipsius non reuelet. Sed si aliquis alicui promitteret tenere priuatum quod ei dicitur quantumcumque postea sciret deberet priuatum tenere. Ergo quod in confessione quis audit: quā

l y tumcumque

tūcumq; aliās sciatur, debet priuatum haberi.
PRÆTEREA. Duorum, quod altero est potentius trahit ad se reliquum. Sed scientia qua scit peccatum vt Deus, est potentior & dignior illa qua scit vt homo. Ergo trahit ad se eam, & ita non poterit reuelari secundum quod scientia qua scit vt Deus exigit.

PRÆTEREA. Secretum confessionis institutum est ad vitandum scandalum, & ne homines à confessionibus retrahantur. Sed si aliquis posset dicere illud quod in confessione audiuit, etiam si aliās sciret, nihilominus scandalum sequeretur. Ergo nullo modo potest dicere.

SED CONTRA. Nullus potest aliū obligare ad quod non erat obligatus, nisi sit suus prælatus qui obliget eum præcepto. Sed ille qui sciebat alicuius peccatum per visum, non erat obligatus ad celandum. Ergo ille qui ei confitetur, quum non sit prælatus suus, non potest eū obligare ad celandum hoc quod ei confitetur.

PRÆTEREA. Secundum hoc posset impediri iustitia ecclesie, si aliquis vt euaderet sententiam excommunicationis qua in ipsum ferenda erat propter aliquod peccatum, de quo cōuictus est, confiteretur ei qui sententiā ferre debet. Sed iustitiæ executio est in præcepto. Ergo non tenetur celare peccatum, quod quis in confessione audiuit, si aliās sciat.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicunt quod illud quod in confessione aliquis audiuit, non potest aliquo modo dicere, etiam si sciat aliās, siue ante, siue post. Quidam verò dicunt, quod per confessionem præcluditur sibi via: ne possit aliquid dicere quod prius sciuit: non autem quin possit dicere, si postea alio modo sciat. Vtraque autem opinio, damnum nimium sigillo confessionis attribuit: præiudicium veritati & iustitiæ seruandæ facit. Posset enim aliquis ad peccandum esse procliuor, si non timeret ab illo accusari cui confessus est, si coram illo peccatum iteraret. Simili-

ter etiam multum iustitiæ perire poterit, si testimonium ferre non posset aliquis de eo quod vidit post confessionem de hoc factam. Nec obstat quod quidam dicunt, quod debet protestari se non tenere priuatum hoc: quia hoc non posset protestari nisi postquam peccatum esset sibi dictum, & tunc quilibet sacerdos posset reuelare peccatum protestationem faciendo, si hoc ipsum ad reuelandum liberum redderet. Et ideo alia opinio est verior, quod illud quod homo aliās scit, siue ante confessionem, siue post, non tenetur celare, quantum ad id quod scit vt homo. Potest enim dicere scio illud quia vidi: tenetur tamen celare illud, in quantum scit vt Deus. Non enim potest hoc dicere: Ego audiui hoc in confessione. Tamen propter scandalum vitandum, debet abstinere ne de hoc loquatur, nisi necessitas immineat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quando aliquis dicit se vidisse quod in confessione audiuit non reuelat quod in confessione habet nisi per accidens. Sicut qui scit aliquid per auditum & visum, non reuelat quod vidit, per se loquendo, si dicat se auduisse, sed per accidens: quia dicit auditū cui accidit visum esse, & ideo talis sigillum confessionis non frangit.

AD SECVNDVM dicendum, quod non obligatur audiens confessionem, quod non reuelat peccatum simpliciter: sed prout est in confessione auditum. Nullo casu dicere debet se auduisse in confessione.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc intelligendum est de dubiis, que habent oppositionem ad inuicem. Sed scientia qua scit aliquis peccatum vt Deus, & illa qua scit vt homo, non sunt opposita, & ideo ratio non procedit.

AD QVARTVM dicendum, quod non debet ita vitari peccatum ex vna parte, quod ex alia iustitia relinquatur. Veritas enim non est propter scandalum dimittenda: & ideo quando imminet periculum iustitiæ & veritatis, non debet dimitti reuelatio eius quod in confessione audiuit

audiuit, si aliās scit, propter scandalum: dū tamē scandalum quantum in se est evitare nitatur.

IN HOC. 5. articulo ponit Diuus Thomas duas opiniones, & eligit affirmatiuam, nempe quod tunc licitum est reuelare confessionem, id est, licitum est loqui in publico de illo peccato quod audiuit in confessione: quia iam sciebat alias & de illo poterat loqui.

PRIVS est hic notandum: quod de hoc fuit opinio negatiua Aluifiodorensis in 4. p. in propria quaestione de sigillo confessionis, & aliquorum antiquorum. Et dicit Aluifiodorensis qd si cōfessor nouit alias crimen peccati, non debet illud recipere in cōfessione sed si incōfessione recipit, siue antea nouerit alia via siue post, totū clauditur sub sigillo confessionis: & non potest illud dicere. Et probat: quia in cap. Omnis vtriusque sexus, sine exceptione prohibetur peccatum in iudicio penitentiali detectum reuelari.

SED hoc non obstante, omnes doctores in 4. d. 21. affirmant contrarium, & dicunt, quod peccatum etiam scitum in penitentiā, si ante vel post sciatur extra confessionem tali modo, quod si non sciretur in confessione liceret illud reuelare: etiam si sciatur in confessione potest reuelari. Est ad hoc prius bona ratio. Sancti Thom. quia dum nimium tribuitur sigillo sit præiudicium iustitiæ & veritati. Non ergo est dubium, quin liceat reuelare peccatum, quod notum est alia via. Probatur Sacerdos per id quod audiuit in confessione, nullum amittit ius quod habet: vt supra diximus in quaestione hac ar. 2. Sed si non audiuit confessionem, habet ius dicendi id quod alias nouit. Ergo siue illud nouerit ante confessionem, siue post, iure potest reuelare.

SECUNDO. Quia aliās Clypeus esset perniciosis hominibus, dum ecclesiam coram sacerdotibus expoliassent, illis confiteri vt os obstruerent ne possent eos accusare.

ET confirmatur: quia sic etiam subditi delinquentes euaderent manus prælatorum, si eis confiteantur, esto prælati antea scirent, vnde possent contra eos procedere.

TERTIO principaliter arguitur sic. Si sacerdos huiusmodi vocaretur in testem, non posset iuratus respondere citra mendacium se nefare, si est alias publicum, vel si aliās sciuisset extra confessionem. Ergo tenetur candide respondere veritatē. Ideo res lucidior est, quam vt multus indigeat testimonij.

SECUNDA conclusio est. Non solum quando confessarius id nouit visu aut experientia: sed etiam quando habet legitima indicia, potest id in iudicium deferre: Exemplum. Si dum latro confitetur mariupium sacerdotis abscondit, quamuis confiteretur tunc de furto, posset eum in iudicio accusare. Non solum quia illa non præsumitur confessio & accusatio: sed simulatio. vt supradixi

mus: sed quia potest allegare certa indicia manifesta, nempe, tali hora furtum factum, & neminem alium venisse ad eum illa hora nisi penitentem illum.

TERTIA propositio est. Cauendum est semper a scandalo: videlicet vt sacerdos, quæ audiuit in confessione non pandat nisi in promptu possit probare causas vel indicia, quibus id aliās non ite oriatur suspitio reuelationis confessionis. Et nunquam dicat se illud scire in confessione: sed dicat indicia & causas, quas habet ad loquendum de illa materia, vel ad accusandum hominem.

CITRA totam hanc quaestione de sigillo confessionis seruando, quæ fuit à Diuo Thoma in quinque articulos distributa, disputandum & dicendum restat, quid facturus est miser confessarius vel alius homo, quum vi: & metu mortis probabili, vel metu cadenti (quod aunt) in constantem virum petitur reuelare peccatum scitum in cōfessione solum vel scitum quocunque alio modo occulto, nec potest se defendere à morte vel alio graui malo citra mendacium, an hic talis debeat prius mori, vel quodcunque graue malum pati, quam secretum detegere. Et videtur mortem & quodcunque grande malum esse potius oppetendum, quam vt reueletur confessio vel arcanum. Probatur prius: quia (vt diximus in hac quaestione articulo. 1.) celare confessionem & quodcunque arcanum, ius est naturale, & diuinum, & humanum. Ergo confessionem vel secretum reuelare suapte natura vitium est. Ergo potius mors est oppetenda quam reueletur confessio, vel aliud arcanum.

SECUNDO. Pro hoc est Aristoteles. 3. Ethicorum dicens: summa cuique tormenta, mortemque ipsam obeundam æquum in honestum quid admittat. Quod iudicium confirmat Paulus ad Romanos. 3. iustam esse damnationem eorum, qui faciunt mala, vt inde veniant bona. At reuelare confessionem malum est. Ergo &c.

DICO tamen hæc argumenta solum probare quod si secretum vel confessionem reuelare etiam cum dispendio vitæ, est peccatum, non licet reuelare: quia implicat contradictionem dicere quod aliquid sit licitum, & peccatum. Sed hoc sub iudice est, an sit peccatum reuelare confessionem vel secretum quando quis non potest id contegere, nisi cum dispendio vitæ. Et quidem si illud esset intrinsece malum, sicut per iurium aut adulterium, non esset quaestio id non licere. Sed quia non est adeo malum quin pro iusta causa illud liceat, quaestio est, an adeo obligemur peccata celare: vt potius moriamur quam illa reuelemus. Vnde de prodecisione huius quaestione, aduertat lector quod sex sunt secretorum gradus, qui varias & diuersas habent considerationes. Ideo decem respondebimus propositionibus propositæ quaestioni.

SECRETORVM enim alterum est proprium, alterum vero alienum. Ex alienis autem

potius statim denuntianda, si impericulum alicuius moliantur. Quod plurimum timendum est in cri- nuce hæreseos. Huiusmodi enim est veritas dogmatizantium: vt hac confessionis simulatione sacerdotes peruertere moliantur. Et in hoc euentu verum habet vulgatus ille versiculus. Est crimen hæresis quod nec confessio celat. Nam si de confessione loqueretur, quæ vere est accusatio quamuis in penitentis, falsissimus est, atque adeo Christianis auribus indignus. Et de peccato hoc vltimo modo perpetrando loquitur Raynerius in titulo de peniten. & remissio. & Alexander. Cuius verba sunt: Peccatum quod quis confitetur vt perpetrandum non cadit sub sigillo, id est, quod ita confitetur non vt se accuset: sed vt alium moueat: vel auxiliari petat ad perpetrandum. Nec Innocentius aliud opinatus est: vt egregie adnotauit Caietanus vbi supra. Nam postquam citauit opinionem dicentium quod peccata futura impenitentis, non cadunt sub sigillo quia non dicuntur sacerdoti tanquam Dei ministro, iubiungit. Hæc tamen ratio non placet: quia bene credimus quod sacerdos vt minister recipiat: etiam in peccato remanere proponat. Quæ verba aut non vidit, aut sinistre legit Panormitanus.

V N D E ad argumentum quod recitat Alexander, dico; quod quamuis impenitentia opponatur confessioni quantum ad absolutionem: atque adeo quantum ad perfectionem sacramenti: tamen non obstat quominus sit confessio sacramentalis, si modo vera sit accusatio: vt exposuimus, & ideo celanda sunt peccata quæ illic deteguntur.

E T ad vnam confirmationem quæ potest adiungi, nempe, quod Deus non celat illa peccata impenitentis, sicut peccata remissa: dico quod quamuis peccata impenitentis non celentur a Deo velut peccata remissa: tamen si proferantur per modum accusationis, ad petendum consilium vel auxilium, iam tunc disponunt, & ordinantur ad veram penitentiam, & ita recipiuntur ab ecclesia tanquam in sacramentali confessione.

S I autem percontaris, an in reuelatione confessionis possit contingere peccatum veniale, ratio ne parum quantitas materię: vt in furto quod de genere suo est mortale potest contingere peccatum veniale: sicut si quis obolum aut pirum furetur, atque adeo an eadem causa paucitatis materię liceat sigillum reuelare, gratia vite seruandæ: sit terna conclusio. Non solum peccata omnia tam venialia quam mortalia verum & qualitates vniuersæ circumstantes, quæ notitiam penitentis quoquomodo subgerere possunt, directe concluduntur sub sigillo, atque ideo sub pena mortalitatis culpæ celanda sunt: siue illa fuerint de necessitate confessionis, siue ex leuitate penitentis prolata. Hanc scripsimus supra articulo. 1. Et probatur ex illis verbis, capit. Omnis vtriusque sexus, **Cauet omnino** (scilicet sacerdos) **ne verbo aut si**

gno, aut alio quouis modo, aliquatenus prodatur peccatorem.

E T hac conclusione comprehenduntur primo peccata venialia: quæ licet non sint de necessitate confessionis, nihilominus celanda sunt. Secundo, locus, & tempus: vt si mihi homicida est confessus, reuelatio eius, dicere. Petrus tali hora fuit in tali loco (nempe, vbi factum est homicidium) si inde posset coniectari illum esse homicidam. Tertio, Personæ consortes aliquando enim necesse est penitentem consortes patefacere: vt puella quæ fecit stuprum cum patre, non satis confiteatur se fecisse stuprum, aut commississe incestum, nisi exprimat cum patre: quia id perquam multum auget, vt supra diximus, & expresse docet Sanct. Thomas in. 4. distinctione. 16. quæstione. 3. articulo. 2. ad vltimum argumentum totius quæstionis: Et tunc pater celandus est à sacerdote sicut & ipsa puella. Immo quamuis confiteretur se fornicatam cum Petro: quia esto illa persona non esset de necessitate aut commoditate confessionis: tamen efficitur postea necessaria ad cõtegendum peccatum penitentis.

S E D arguitur quod hæc omnia reuelare non sit peccatum mortale. In alio quocunque peccato ex genere suo mortali, potest contingere peccatum veniale ratione leuitatis & paruitatis materię præterquam in periculo. Immo contra materiam fidei potest esse tam leue verbum: vt non sit nisi veniale. Ergo prodece penitentem quod mentius est iocose, non erit nisi peccatum veniale.

E T confirmatur. In reuelatione sigilli posset esse veniale, ex defectu deliberationis, vt si quis motu subito illud referret. Ergo eadem ratione propter paucitatem materię posset esse veniale. **A D** hæc dicendum prius, quod si sacerdos detegeret minimum veniale: vt constaret illud audiuisse in confessione, nempe, quia aut sacerdos exprimit Petrum sibi consilium esse, aut quia audientes id conueniunt, peccatum est mortale grauisimum, adeo vt mortem deberet perpetui talis sacerdos, antequam id detegeret. Probat. Quia quæuis id quod detegitur tenuissime lædat famam: tamen sacramentum grauisimum recipit detrimentum. Deterrerentur enim homines à confessione, si suspicarentur, vel in minimo detegendam esse confessionem.

Sed quid si in Gallia audiui confessionem petri quem hic in Lusitania coram illis quibus notus est dico eum fecisse peccatum veniale non tamen suspicantur me audiuisse in confessione. Probabile est, quod talis reuelatio illius venialis non est peccatum mortale: quia est in re minima. Sed mihi probabilis videtur, præfatam confessionis reuelationem esse peccatum mortalem. Ratio est, quia quamuis in reuelatione secretorum secularium, frequenter contingere posset peccatum veniale in re parua: tamen sacrosanctum sigillum non perimitur: vt vel in minima materia citra mortale violatur. Et probatur. Quia in illo capit. Omnis vtriusque

vtriusque sexus &c. vniuersaliter dicitur, quod qui peccatum in confessione detectum reuelauerit, perpetuam agat penitentiam. Perpetua autem penitentia non decerneretur, nisi pro grauisissimo peccato mortali.

S E C V N D O principaliter arguitur, quod non sit necessarium sub pena peccati mortalis celare personas reuelatas in confessione. Celare alias personas non est necessarium, nisi quatenus ex reuelatione aliarum sequeretur reuelatio penitentis. Nam in prædicto cap. solum cauetur, vt non reuelatur persona penitentis. Sed si peccasset reuelari peccata aliarum personarum sine reuelatione non violaretur sigillum. Probat. minor. Puella temere & sine necessitate nominat personam consortem delicti, & quamquam sacerdos postea dicat Petrum esse fornicarium, nulla inde oriretur suspicio eum id admisisse cum tali puella, & addamus quod nec posset vquam suspicari, id sacerdotem nouisse in confessione. Nā alias grauisimum esset peccatum scandali in detrimentum confessionis.

A D hoc dico, quod peccata quæ penitens aliena detegit in confessione, non solum sunt celanda quando per illa reuelarentur peccata penitentis: sed etiam per se: quia quomodocunque reuelantur deterrerentur homines à confessione Plebei nanque indocti multa aliena peccata temere reuelant: quæ si non caderent sub sigillo esset periculosa confessio. Et credo sacerdotem ea reuelantem incurrere penas canonis. Hoc enim est prodece penitentem, non solum detegere peccata quæ ad ipsum pertinent: sed quæcunque ille protulit in confessione, atque ideo potius mori debet, quàm ea patefaciat.

Dubium primum.

D V B I T A T V R an permittatur sacerdoti prohalare in genere ea, quæ in confessione audiunt.

A D H O C Panormi. in capit. Omnis vtriusque sexus &c. dicit, nec peccatum in genere posse in publicum proferri sine fractione sigilli, quamuis nulla inde oriatur suspicio personæ. Nam habetur (inquit) in textu, quod qui peccatum in penitentiâ iudicio detectum reuelauerit, perpetuam agat penitentiam: Sed oppositum tenent theologî, & est tenendum sine scrupulo. Et probatur contra Panormitanum, ex vniuersali consuetudine priorum fidelium: Nam paucissimi sacerdotes proferunt, quæ audierunt in confessione, non solum ad capiendum consilium: sed in colloquiis: nec tamen censentur fractores sigilli quamdo nec minimum tenetur periculum reuelationis personæ. Immo quamuis dicant illud aliquando audiuisse in confessione, non est fractio sigilli nec peccatum de se mortale: si fiat inter eos qui hoc sciunt, & fiat sine scandalo, quamuis id fieri non debeat.

E T ad argumentum Panormitani dico, quod

illud verbum, quoniam qui peccatum in iudicio penitentiâ detectum &c. reddit causam verbi præcedentis: caueat autem omnino sacerdos ne prodatur peccatorem. Et ideo non frangit quis sigillum reuelando peccatum, nisi applicatum ad personam.

E T confirmatur. Si reuelatio peccati in genere esset fractio sigilli, non liceret in genere reuelare, nec ad capiendum consilium sine licentia penitentis. Quod tamen falsum est vt patet ex verbis eiusdem textus, & in capit. Officij, eodem titulo. **V N D E**. Sequitur, quod quamuis dicam Petrus rite confessus est mihi sua peccata non reuelo confessionem: dummodo nullam speciem peccati nominem, etiam si sint publicæ meretricis aut latronis. Sed si non absoluit sacerdos non posset interrogatus dicere non absoluit quamuis vt inquit Caietanus in summa verbo confessor qui illud diceret non esset proprie fractor sigilli vt incurreret penas canonis, nisi speciem peccati exprimeret, propter quod non absoluit. Debet tamen sacerdos tunc respondere feci officium meum, vel aliud simile.

C A E T E R A vero quæ nec sunt peccata, nec circumstantiæ quibus peccatum perpendatur, quamuis narrentur in confessione, nullo modo cadunt sub sigillo. Cauendum est tamen, ne frequenter sacerdotes quoquomodo loquantur, sales de confessionibus in colloquiis spargendo. Nam præter scandalum, sæpe vsu venire solet: vt illi ad aures penitentium perueniant, vnde grauer offenduntur. Immo nec penitentes laudibus commendent. Prius, quia laus vnius quandoque est reuelatio confessionis alterius: vt si duas sorores quis audiuit, vel alias personas notas illis, cum quibus sacerdos loquitur, & commendat vnam solum pudiciam: aliam autem tacendo notat impudiciam. Secundo. Quia inde præbetur ansa leuissimis præfertim mulierculis, mentiendi in confessione: quo se commendent apud sacerdotes. Et maxime cauendum est, quando quis de aliquo secreto crimine peritur, ne id via confessionis tractetur: vt si vir suspicatus adulterium vxoris, petat ab ea vt confiteatur sacerdoti, qui de eius licentia certum faciat maritum: nullatenus admittendum est. Et idem si pater hoc ipsum exigat a sacerdote, quum esset suspectus de stupro filii. Nam adultera & puella illa: quo se purgarent facile mentirentur in confessione.

S E C V N D V M dubium est de alijs personis quæ præter sacerdotem tenentur seruare sigillum, an omnes æquali vinculo mortem teneantur obire, potiusquam sigillum referent. Et de hoc dubio sit quarta conclusio. Quamuis solus sacerdos proprie teneatur custodire sigillum sub pena canonis decretis: multi tamen alij tenentur seruare secretum confessionis non obitæ etiam periculo mortis. Hæc conclusio est Sanct. Tho. hic ar. 3. & omnium theologorum in 4. distinctione

Dubium secundum.

Quarta conclusio.

distinctione. 21. Et probatur prima pars. In dicto ca. Omnis vtriusque sexus, solus sacerdos est qui iubetur seruare sigillum, cui subinde decernuntur pęnę fractionis sigilli. At quia pęnę legis non sunt ampliandę, fit, vt ille solus incurrat pęnam depositionis & perpetui carceris. Secunda autem pars probatur. Sunt enim multi pręter sacerdotem, qui iure, & multi qui iniuria audiunt confessionem, qui perinde tenentur seruare secretum: vt interpret, quando sacerdos & pęnitens non sunt eiusdem linguę: & laicus cui quis in extrema necessitate, vbi non est copia sacerdotis, confitetur: & pręlati a quo sacerdos casum referuatum petit: & magister quem consultit, dum imprudentia confessarij pęnitentem depręhendit. Laicus etiam qui fraude & dolo personam induit sacerdos: vt confessionem alterius audiat. Hi enim vniuersi mortaliter & grauissime peccant: si secretum pandant confessionis, atque adeo mortem & quodcunque aliud damnum perpeti debent, ante quam id manifestent. Non tamen in omnibus esset delictum æquale. Interpret nanque non est persona necessaria confessioni: nemo enim (vt supra dicebamus) tenetur per interpretem confiteri. Nam (vt probe dicit Gaic. in summa verbo confessio) nemo tenetur confiteri nisi sacerdoti, qui solus habet clauis cognoscendi & remittendi peccata. Et ideo quum quis per se non potest confiteri, non tenetur alteri se prodere: eo vel maxime quod peccata quę dicuntur interpreti, non denuntiantur tanquam confessario, quia non fungitur officio confessarij: sed agit partes pęnitentis. Ob idque quando quis per se non potest confiteri: cessandum est quantum ad necessitatem, ac si non esset copia confessoris. Nihilominus licitum est confiteri per interpretem: vt supra diximus. Et quandoque salutare: vt quando adest interpret cui tuto possit committi tam altum secretum. Quod dum interpret violat, quacunque causa faciat, quamuis non incurrat pęnas canonis, committit sacrilegium: quia quum illud sit verum sacramentum, violator est rei sacrę: quare astringitur potius mori, quam violat. At confessionem fieri laico, vbi non est copia sacerdotis, multo minus necessarium est: in quacunque necessitate. Nam quamuis Augustinus dicat tantam esse vim cōfessionis: vt vbi non est copia sacerdotis facienda sit proximo de pęnitent. & remissio. distinctione. 1. capit. Quem pęnitent: & distinctione. 6. capit. 1. non tamen insinuat esse pręceptum: sed solum id consulti: vt merito verecundię maiorem gratiam consequatur apud Deum. Immo vero iam non est tanta consuetudo huiusmodi confessionis, quantam primitiua ecclesia, mansit enim solum hodie inter nauas consuetudo hęc. Quare laicus cui sit huiusmodi confessio, si fidem secreti frangat, nec incurrit pęnas canonis, nec proprie est sacrilegus: tenetur tamen pro nulla causa mundi infringere, nec pro bono publico (pro quo teneretur si in alio secreto etiam sub iuramento suscepisset) sed tenetur prorsus ce-

tare, ac si fuisset sacramentalis confessio, atque a deo mori potius quam detegere. Pręlati vero a quo confessor petit casum referuatum, si incidit in suspicionem pęnitentis: longe maiori vinculo tenetur seruare secretum, quam pręfata persona vt pote quum sit in talicali persona necessaria, sine qua confessio perfici non potest. Immo quodammodo est confessor, quamuis non ita proprie sicut ille qui confessionem audit. Et ideo non debet inquirere, nec aliquid moliri aduersus personam illam magis quam si eius confessionem audisset. Ille tamen doctor quem sacerdos consultit non ita arctę tenetur vt pręlati. quia non est necessaria persona. Nihilominus ad huc tenetur sicut interpret, sub reatu mortali mori potius quam secretum pandere. Immo si quis forte papyrus reperiret, qua quispiam peccata scripsit ad confitendum, celare strictissime tenetur: nec illa sunt quoquo modo in forum exterius deferenda. Et quamuis ipse pęnitens teneatur etiam quodammodo confessionem celare vt dicit Paludanus: tamen celatio huiusmodi nihil pertinet ad sigillum: sed iolum tenetur pęnitens non detrahere sacerdoti reuelando pęnitentiam: aliaque eius admonitiones, nisi forte ad capiendum confilium, quando se sentit sacerdotis imprudentia in-

TERTIVM dubium est, postquam nec aduitandam mortem licet reuelare sigillum an alia quacunque causa possit excogitari, ob quam ius & fas sit ipsum confessionis sigillum aperire?

AD quod Alafiodorensis. 4. p. capit. de confessione quęst. de sigillo dicit, quod quando ex secreto confessionis magnum periculum immineret ecclesię: licitum esset de licentia Episcopi illud denuntiare. Vbi citat distinctionem antiquorum videlicet, aliud est sigillum infringere, aliud aperire. Primum enim sonat vitium nempe sine causa reuelare: alterum vero signat virtutem. Sed (salua reuerentia illius doctoris) Sanct. Thom. & omnes alij scolastici in. 4. distinctio. 21. opinionem illam omiserunt. Ideo est quinta conclusio in ordine. Nulla prorsus de causa fas est sigillum aperire. Probatur. Nullum tam graue periculum (vt iam saepe insinuauimus) potest vnquam ecclesię imminere, quam sublatio sacramenti confessionis. Quod (vt ait Hieronimus) secunda tabula est post naufragium. Et quum sublato sigillo tollatur subinde confessio, fit, vt quemadmodum nec Papa nec tota ecclesia potest pro quouis excogitata causa, in pręcepto diuino confessionis dispensare: ita nec possit dispensare in sigillo.

ET confirmatur. Si pro aliquo periculo vitando liceret reuelare confessionem, maxime dū quis confiteretur de cōtagiosa hęcresi, qua populus cōtaminatur. Sed tunc non. Ergo nunquam. Probatur minor. Nam dato opposito de terrentur homines a confessione quare non solum periret sacramentum necessarium ecclesię: sed etiam tolleretur illud

dem remedium obuiandi hęcresibus. Absconderent enim tunc se hęcetici: vt nec in confessione alicui se crederent: cum tamen si fiat illis integra potestas confitendi, possint sacerdotes, & illis salutaribus monitis mederi, & bono communi consulere, prędicando contra hęceticos in genere: & in genere, citra omnem suspicionem personę, adiuuando inquisitores, & publicam potestatem.

Dubium quartum. **S**ED sunt dubia aliqua, quę aduersus hanc conclusionem mouere quemptiam possunt. Primum. Si sacerdos nouit in confessione affinitatem inter Petrum & Mariam, aut quoduis aliud impedimentum matrimonij contrahendi, a quo publice illi petant matrimonio iungi: videtur sacerdotem illum non posse huiusmodi matrimonium celebrare, quum sint iure prohibiti contrahere.

SECUNDO. Si Episcopus nouit in confessione irregularitatem illius qui petit sacris ordinibus imitari. Atque adeo si Abbas vel prior nouit in confessione suppriorē esse pernitiosum domui, debet eum amouere, & tamen huiusmodi sacerdotes videntur quodammodo confessionem reuelare. Nam demus notum esse omnibus huiusmodi pęnitentes confessos esse illis, nec alia publica habere impedimenta, quibus arceantur a matrimonio, ab ordinibus, ab officio. Pręsertim quia sacerdos nec ipsi pęnitenti post absolutionem exprobrare potest, quę in confessione audiuit.

PRO decisione huiusmodi euentuum atque aliorum id genus, quos theologi in. 4. distinctione 21. plures accumulunt: aduertendum est opinionem fuisse Henrici Gandauenis quolib. 8. quęstione. 18. quod sacerdos in nullo casu potest se aliter habere cum pęnitente post confessionem, quā antea, nec debet se aliquo modo inuare a notitia confessionis: sed cūcta debet gerere, ac si ignoraret prorsus conscientiam pęnitentis. Quam sententiam nec Sanct. Thom. nec Seco. nec Richardus recipiunt. Sed quia aliqui casus sunt, in quibus obseruanda est opinio Henrici, & casus rursus in quibus est reijcienda: hac regula (nisi me opinio falsit) vtendum est in hac parte. Sacerdotes, propter scientiam quam habent in confessione, non possunt postmodum priuare pęnitentes, eo, ad quod habent quodammodo ius acquisitum. Sed tamen in gratis vbi habent liberam potestatem, possunt eos & priuare & non admittere. Exempli gratia. Sacerdos qui in confessione nouit impedimentum matrimonij, si non est parochus, potest & debet se excusare: quia non tenetur matrimonium ministrare: nisi forsam non possit se excusare sine periculo reuelationis confessionis. Nam tunc debet eos coniungere. Si tamen est parochus, qui aliam tenetur: tunc quamuis possit se excusare sine periculo reuelationis confessionis (ait Paludanus) nihilominus debet eos coniungere: quia habent in foro exteriori ius petendi ab illo. Quę admodum

(inquit Adrianus) debet ministrare sacramentum occulo peccatori publice petenti: vt supra dictum est.

SED ego credo, contra Petrum Paludanum, quod si parochus possit citra omnem suspicionem aliqua arte impedire illud matrimonium: prohibe faceret. Et ita si Episcopus, dum publice ministrat ordines, videt accedentem eum quem scit in confessione esse irregularem, aut alias indignū de quo tamen examinatores testantur esse dignum & alicuius alio initiandorum, tunc debet eum initiari: quia habet quodammodo ius in publico petendi, nisi forte citra omnem suspicionem possit illum aliqua arte dimouere. At verō si ante illum articulum temporis, subditus ille peteret examinari ac recipi ad ecclesiasticos ordines, possit & deberet Episcopus illum excludere, prętextendo alias causas. Immo si aliter nequiret, possit prohibito non admittere, postquam ei liberum est admittere quos voluerit. Quemadmodum pręlati in conuentu, quamlibet consilio patrum destinantur religiosi ad ordines (quia non compellitur iure, pręsentare quos patres censent) potest repellere illum quem in confessione scit irregularem, aut alioqui indignissimum: assignando alias causas. Nec hoc est reuelare confessionem: quia possent alij suspicari pręlatum id facere ex odio aut maleuolentia.

PRÆTEREA. Si prouincialis nouit per confessionem priorem, aut guardianum, in ordinibus mendicantium scelerosam esse, & perniciosum conuentum: quia huiusmodi officium non est ad nutum amouibile, non potest prouincialis priorem amouere: sed in confessione admonere, vt cedat officio, vel querere alias causas ob quas possit in iudicio eum priuare: dummodo inquisitio non capiat ansam a confessione. Si tamen officium est ad nutum amouibile: vt si pręlati vicarium suum aut magistrum nouitiorum, nouit in confessione pernitiosos esse: tunc potest & debet eos amouere, vel dando alias causas, nempe, quia sunt fessi: vel subditus iam tædium & facietatem fecerunt: vel quia vult instituire alios qui sunt sibi magis amici, quamuis suspicionem de se faciat acceptationis personarum. Et in hoc euentu loquuntur Diuus Thom. & Scotus quando dicunt quod Abbas potest amouere priorem. scilicet eum qui adnatum est amouibilis.

EX hac regula sumendum est iudicium in electionibus: verbi gratia. Est Petrus in communi opinione dignus magistratu, quem tamen ego scio per confessionem esse indignum & pernitiosum. Dico quod possum & debeo ipsum non eligere. Quod omnes fatentur, quando nulla suboritur suspicio reuelationis confessionis.

SED quid si non possum ei refragari nisi aliquo genere suspitionem reuelationis confessionis? Sit enim euentus Adriani, q. ego suadebam prius electoribus, vt Petrum eligerent, quem censebam esse dignum. Qui postmodū confitetur mihi, & omnibus

& omnibus compertum est mihi esse confessum. Vnde si muto sententiam dissuadendo electione illius, omnes coniciet me in confessione auduisse indignitatem illius. Adriaus cętet, quod si detur euentus, in quo non posset quis refragari indignum nisi quodammodo reuelando confessionem, debet eligere, non solum minus dignum, sed indignum. Nam quamquam iure cautum sit, nequis eligat indignum sub pęna priuationis vocis, & suspensionis triēnalis, vt habetur cap. cum in cunctis de electione: maius tamen est vinculum sigilli seruandū. Sed Sanctus Thomas in hac quęstione absolute respondet, quod nullus debet eligere eum, quem per confessionem scit esse indignum: & ita indubie pro certo tenendum est. At verō simul concedo quod nunquam licet reuelare confessionem vt quis excludat indignum. Est tamen ille casus impossibilis, & in morali philosophia nullatenus admittendus, nec alij similes qui sola imaginatione confinguntur. Nam ante electionem nullus habet ius vt eligatur: & ideo quicūque potest ipsum refragari sine reuelatione confessionis, aut allegando aliam causam, aut allegando alium qui potest forte censeri tam dignus: aut de se generando suspicionem quod ex ignorantia fecit, vel ex malitia. Maxime quum non teneatur obuiare cuiusque suspicioni aliorum: quia vt iure suo, quāuis alij suspicentur in genere, aliquod peccatum nouisse in confessione. Credo tamen cum Paludano quod qui eligeret indignum notum solum in confessione, non incurreret pęnas iure decretas in eligentes indignum cap. Cum in cunctis, de electione. En quot casibus licet nobis agere secundū notitiam quam habemus in confessione, contra sententiam Henrici.

BT confirmatur doctrina hęc. Nam re vera si ego scio aliquem subditum meum perniciosum esse conuentui: nūquam eum substituerem mihi superiorem, quamuis cōsilio patrum eligeretur, quia secundum constitutionem nostram, quam uis tenetur Prior, consulere patres in tali electione, non tamen tenetur stare cōsilio illorum. Si tamen teneretur stare electioni illorum, non posset non confirmare. Vnde si quis eligatur canonicē in Episcopum, confirmator quamuis sciat per confessionem esse indignum, nō posset cassare electionem: quia iure compellitur cassare canonicē electum, nisi iuri dice posset exceptionem aliquam comprobare vt colligitur ex cap. Postquā, & ex cap. Nihil, de electione & electi potestate. Secus de provincialibus ordinis prędicatorū: qui nō coguntur quęquā in priorē cōfirmare, quamuis sit canonicē electus. Sunt enim verba constitutionis. Priores conuentuales prędicto modo electi, a priore provinciali si ei visum fuerit, confirmantur. Et ideo forte potest cassare electionem illius, quem scit per confessionem esse indignum, quamquam id nō debeat temere nisi pro graui causa facere.

EX quo sequitur, quod magister, quem vocant nouitiorum potest negare illi iusfragium ad reli-

gionem, quem per confessionem scit esse contra giosum, & perniciosum domui. Pręfertur enim nouitijs, nō solum vt eos instruat: sed vt iudicium morum sumat: etiam per confessionem. Confiteor tamen, summam illi adhibendam cautelam: vt cętra suspicionem pręlato denuntiet non esse aptū ad religionem, exaggerando alios defectus naturales. Absit tamen vt in particulari genus aliquod peccatorum insinuet: esset enim grauissimum sacrilegium, & potius esset permittendum, vt mundus periret.

QUOD si arguas infauorem Henrici Gandauēsis, quod si liceret ex cognitione auditorum in confessione exterius agere cum penitente, timerent homines confiteri, & fieret sacramentum graue: quia formidarent subditi confiteri pręlato, & qui digni habentur magistratu, confiteri electoribus, dico, quod qui ex hac causa formidaret confessionem, non haberent quid incusarent, aut sacerdoti, aut sacramento, pęsiquam confessarius non admittens penitentem, ad id cuius non habet ius acquisitum, aut priuatum illum eo quod est in mera potestate eius auferre, nullam facit iniuriam, nec confessionem reuelat. Nec nos vllomodo talem licentiam damus. Si enim sacerdos plures haberet seruos: quorum vnum per confessionem sciret esse latronem, nullam ei faceret iniuriam, si pecuniam illi non crederet, quam credit alijs, aut si domo pelleret alia ficta causa postquam alijs non teneret illum alere. Et sacerdos habebat ius & libertatem ad non credendum illi pecuniam, & ad pellendum illum a domo ante confessionem. Ergo non perdit illud per confessionem. Nec hoc est reuelare confessionem, sed est hominem iure suo vt, per factum quod alij sinistre sua culpa interpretantur. Pręsertim quia hac via nulla suboritur suspicio reuelationis alicuius peccati in speciali. Et aqua ratione respondendū est ad vulgatum illam euentum, si sacerdos qui iter habet cum latronibus audiat confessionem vnius reuelantis in animo eos habere ipsum occidere intra nemus, an debeat intrare potius nemus & mori, quam iter declinare cum periculo reuelationis confessionis. Quod Richardus ita ceniet faciendum. Et ego concedo si casus esset possibilis, quod aut reuelanda esset confessio aut moriendum: potius moriendum esse. Sed tamen quia in re moraliloquimur, non admitto talem casum. Potest nanque ille sacerdos in tali euentu alio diuertere, aut manere, aut retro ire: sicut ante illam confessionem poterat fingendo se aliquid esse oblitum. Quemadmodum si quis sacerdoti in sacris vinum administraret veneno mixtum: & post consecrationem penitentia ductus confiteretur ei in aure le tale poculum propinasse: non teneret illud suscipere quicquid suspicentur astantes.

ALTERVM dubium est, an saltem liceat sacerdoti reuelare confessionem penitentis: vt suū ipse cōfiteatur peccatū. Vt in vulgato euentu vbi sunt tātū, tres sacerdotes, et vnus absoluit

absoluit alium nēpe Petri ab irregularitate, aqua non potuit absolueri. Et de hoc peccato nō potest plene confiteri tertio sacerdoti, nisi dicat se male absoluisse aliquem sacerdotem, & fuisse causam vt alius celebraret in peccato mortali. Vnde tertius sacerdos colligit illum esse Petrum. Et videtur hoc licere quia (vt supra diximus) tenetur qui cunque exprimere personam cum qua peccauit, si non potest aliter explicare circumstantiam mortaliter aggrauantem, & si ex bonitate & prudentia confiteatur in nullo aut in paruo læditur fama complicit.

AD HOC Scotus. Palud. Adria. & quotquot doctores ego hactenus legi, & aliqui viri docti quos in hoc consului & cum quibus disputavi dicunt, quod quando sacerdos non potest explicare factum peccatum nisi reuelando sigillum, debet potius circumstantiam illam omittere, quam reuelare. Nam maius est vinculum sigilli, quam circumstantia mortaliter aggrauans. Sed hoc non videtur ita certum vt omnes communiter autumat. Et prius quia ratio illorum falsum assumit, videlicet, fortius esse pręceptum sigilli quam confessionis. Nam quum vtrumque sit diuinū, & signatio sigilli sit propter necessitatem confessionis, maius videtur esse pręceptum confessionis quā sigilli: quia propter quod vnumquodque tale & illud magis. I. posteriorum.

SE C V N D O. Dicere aliquid in confessione sacramentali, non est diffamare: alias non liceret nominare aliam personam ad exprimendā circumstantiam proprii peccati. Ergo eadem ratio: ne, quod illic dicitur non est censenda reuelatio confessionis. Vt si commisit, sacerdos nephandum incestum cum matre quam vincibiliter ignorabat esse matrem, quæ postmodum confitetur filio eā esse ad quam accessit. Sacerdos non potest confiteri totam grauitatem supri, nisi exprimat se concubuisse cum matre. Ergo videtur quod potest illam circumstantiam confiteri: non obstante quod illa nouerit per confessionem. Nam si non audisset in confessione tenebatur nominare matrem vt supra diximus, & dicit. Sanctus Tho. in 4. d. 16. q. 3 ar. 2. q. 5. ad vltimum. Idem dicit Durand. in 4. d. 16. quęstione. 4. quod non liceret si persona quæ exprimitur in confessione aliquo modo infamaretur. Ergo quamquam vna confessio recitetur in alia, nec illud est infamatio, nec reuelatio confessionis: postquam dicitur sacerdoti tanquam Deo, cui nihil est secretum.

HI S non obstantibus tenenda est communis opinio, nempe quod non licet reuelare vnam confessionem etiam in alia confessione, licet non ob rationem propter quam illam alij doctores defendunt: sed propter aliam, nempe, quia pręceptum sigilli est negatiuum de re intrinsece mala, quem admodum mentiri, & ideo nulla prorsus de causa licet illud reuelare. Quod certissimum est. Sed in hoc tota res pendet an sit reuelatio confessionis censenda illa, quæ sic fit in alia confessione,

quod posset inficiari non absque probabili ratione.

TERTIVM dubium est, an si sacerdos nouit in confessione penitentem esse excommunicatum, vel quenquam alium ex violenta percussione clerici teneatur postea illi vitare. Et probatur quod ita saltem priuati. Nam cap. Cum non ab homine de sent. excom. habetur, quod si cui soli patet huiusmodi sacrilegium, ille priuatum tantum vitabit sacrilegium.

AD HOC respondet Scotus: quod si confessarius potest illum vitare taliter vt inde nulla oriatur suspicio proditoris confessionis, debet eum vitare alias nō. Idem dicit Adrianus in re, nempe, quod debet eum priuatum vitare non tamē publice. Sed credo quod melius dicit in hoc Richardus. I. quod nec priuatum tenetur eum vitare. Ratio est: quia quum priuatio excommunicati sit solum de iure positio humano, ecclesia non censetur loqui in illo ca. de notitia quę habetur persolam confessionem. Quare quum hoc ipse annotasset. Scotus, non cogebatur concedere, quod tenebatur sacerdos aliquo modo vitare talem excommunicatum, pręsertim quia non licet confessori impropere peccata penitenti post absolutionem. Et tamen si illum priuatum vitaret, per hoc reuocaret peccata in memoriam eius. Ergo &c. Hęc de abditissimo confessionis sigillo: circa quod nec minimum submoueri dubium potest, cui ex dictis non facile respondeas.

SE D dicam etiam de secretis secularibus, in quibus sunt aliqui doctores opinantes, neminem vnumquam cōstringi ea seruare cum dispēdio vitę. Sed quum non descendant ad species secretorum sigillatim, non mirum si rem non satis inspiciant. Et inter hęc primum locum tenet secretum, quod ad rem pertinet publicam. De quo sit quinta conclusio. Omnes qui locū tenēt & officium publicum, tenentur ex genere rei fidem seruare secreti, si opus fuerit etiam cum dispēdio vitę: vt sunt senatores, consiliarij pontificum & principum, secretarij scribę, alijque id genus. Et prius si reuelatio secreti vergit in graue malum reipublicę: tunc nō solum personę quę sunt in magistratu: sed quicūque priuatus ciuis tenetur vitam exponere antequam id detegat. Vnde lege. Omne delictum. ff. de militari exploratores qui secreta nunciant hostibus, proditores sunt, & capitis pęnas luunt. Sed aliud asserit conclusio, nempe, quod illi quibus officio publice incumbit, tenentur sæpe sæpius mori procelando secreto reipublicę, quādo priuati homines non tenerentur. Probatur. Media (vt, sæpe diximus) sunt ex fine pensanda. Et secreta reipublice sunt propter salutem totius populi. Ergo illi quibus tota res publica arcana sua commisit, & quibus stipendia pro huiusmodi officio pendit, quique peculiari iuramento fidem astringit, multo maiori vinculo tenentur seruare secretum, quā alij de plebe. Atque adeo si res tati sit momenti vt id postulet vitā cū alijs bonis tenentur in ea causa

Dubium sextum.

Quinta conclusio.

causa exponere. Et vocamus causam reipublicæ causam etiam particularium personarum, quæ tractantur in iudicio publico. Vnde iudex qui causam audit, in qua de re grauisima decernatur: vt de vita, aut maximo honore, aut aliqua magna hereditate, si inuaditur ab aliquo litigantium sub comminatione mortis vt merita causæ prodant debet potius gladio succumbere, quam fidem secreti frangere. Idem credo de scribis, quorum fidei graues causæ committuntur. In rebus vero minoris momenti, quamuis non teneantur vitam dare vt fidem seruent, tenentur tamen pro rei cuiusque qualitate: atque id maxime in sancto consilio & foro quo res hinc aduersus hæreticos tractantur. Nam inter gentes celebratissima semper fuit fides secretorum de republica. Vnde Aulus Gellius ex marco Catone refert li. 1. noctium atticarum Papirio illi puero honorem maximum habitum esse: eo quod dum in senatum cum patre fuisset admissus, & mater audisset eum percontaretur quid nam patres egissent, matrem excogitato commento & mendacio delusit quo senatus arcanum celaret, obidque nomen ei inditum est prætextatus. Labconditus & contectus. Quod de inceps pueris romanis succelsit. Et Põpeius (vt autor est Valerius Maximus) quum a Gentio rege captus senatus consilia prodere iuberetur, igni digitum cremandum præbuit. Qua patientia ostendit se potius tormentis perditum iri, quam secreta senatus pandere. Et Fuluius tempore Augusti quum vxori senatus secreta panderet, pœnam dedit capitis. Hac ratione (inquit Valerius lib. 2.) fidum tunc erat & altum reipublicæ pectus, cura, silentijque salubritate munitum.

IN TER priuata, id maiori vinculo ligat, quãdo quis per iniuriam, hominis secretum, vt, fraude extorquet. De quo fit septima cõclusio. Qui iniuria hominis secretum exprelsit, tenetur illud si res sit magni momenti, etiam mortis discrimine contegere: vt Dalila quæ mysterium capillorum à Sãone muliebri improbitate extorsit, tenebatur potius mortem obire, quam id philisteis prodere. Probatur Tenetur quicumque mortem potius optere quam homini famam auferre, maxime si fama sit magna & preciosa. Sed qui per iniuriam secretum alienum extorquet, famam ab illo de prædatur: Ergo tenetur potius mori, si res sit magni momenti, quam ipsum difamare, eo vel maxime si periculum inde imminet vitæ. Vnde qui obfignatas literas alienas mala fide aperit: quia illa vis est & iniuria, tenetur secretum illud maiori seruare vinculo, quã si id alia iusta via cognouissent. Fuit enim semper celebratissima religio in litteris alienis abscondendis, & celandis, vt frequentibus historijs memoriæ proditum est.

SECRETORVM quæ citra iniuriam comprehenduntur primum genus est, quando quis data fide alienum arcanum suscipit custodiendum: de quo fit octaua cõclusio. Nemo tenetur secretum quod fide receptum seruari cum dispendio vitæ

aut alia grandi iactura honoris, aliorumue bonorum. Hæc probatur. Huiusmodi obligatio non oritur ex iustitia, aut ex publico officio quo tenetur seruare secretum: sed ex sola liberalitate & bonitate promittentis fidem. Et nemo præsumitur promittere id, ad quod aliis non tenebatur, cum tanta iactura & dispendio. Qui enim pecuniam amici recipit in depositum, non tenetur cum tanta iactura & detrimento eam tueri. Sed nihilominus viri probi erit, pro rei conditione & magnitudine, iacturam facere in proprijs bonis: vt arcanum ita receptum protegat. Nec admittit argumentum quo in hac parte aliqui vtuntur, vt quocumque casu licet reuelare proprium secretum liceat subinde reuelare alienum. Nam homo dominus est propriæ famæ, & non alienæ: & ideo potest aliquando propriam famam exponere (quia in hoc nulli facit iniuriam) quando tenetur custodire alienam. Graphice sane fabulatur poetæ pœnam illius qui secretum fide receptum non seruat: in Batto illo pastore qui propter secretum quod fide receperat reuelatum, in lapidem vertus est, alioquin mutum sed quia ea perpetuo laboraret infamia: vt secretum auri etiam silentio manifestaret.

NONA cõclusio est. Quando quis casu nouit alienum secretum, quamuis teneatur illud contegere etiam sub peccato mortali, si res est tanti momenti, non tamen tenetur grauiam pati vt illud cellet. Hoc facile probatur: quia solum tenetur seruire ex charitate, sicut tenemur seruare res amicorum, quando id possumus sine graui damno nostro, tamen si nonnunquam consilium fuerit mortem prius oppetere quam huiusmodi secreta reuelare. Hæc de alieno secreto.

SECRETVM autem cuiusque proprium lógum nobis modo negotium exuberet. Sed de hoc latius in 2. Secund. Hoc vnum in præsentia petam an teneatur homo tormenta atque adeo mortem perpeti, antequam iniuste interrogatus propria crimina prodant. Pro quo fit decima cõclusio. Nemo tenetur mortem aut immania tormenta perpeti: vt proprium crimen abscondat. Et loquor de his qui in occulto præter ius interrogantur. Nam si legitime interrogantur, etiam citra tormenta teneantur veritatem fateri. His suppositus probatur cõclusio, quia homo habet dominium suæ famæ, sicut bonorum exteriorum. Et quamuis sit peccatum famam prodigere, & quandoque mortale: tamen licitum est cuilibet pro causa iusta eam exponere vnde sumuntur argumenta quod potest quis pro iusta causa exponere propriam famam. Sed prodere proprium crimine ex genere suo nihil aliud est quàm hominem se infamare. Ergo illud licet ad seruandam vitam. Vix enim iustior causa dari potest.

ET confirmatur. Vita maius bonum est quam fama. Immo caput est omnium bonorum: obidque vniuersa quæ homo habet dabit pro anima sua. Iob. 2. Ergo si quis positus in tormentis aliter euadere nõ potest nisi proprium crimine detegendo, certe esto iniuste interrogetur potest se prodere: postquam in hoc

hoc nemini facit iniuriam: Quemadmodum enim vexationem illam, & iniuriam, grãdi pecunia redimere posset, ita sane potest & iacturam in fama facere, vt vitam seruet.

SECVNDO arguitur sic ex communi sensu hominum. Siquis plurimum & vehementer cruciaretur & dilaniaretur, certe non censeretur pusillanimis si se proderet. Immo vero non solum illicitum est, quando confitendo crimen potest a tormentis liberari: sed quando per confessionem certus esset capite plectendum, posset vir fortis eligere semel mortem, potius quã vehementia & longissima tormenta pati, eo vel maxime quando nõ speratur tormentorum finis: vt sæpe contingere solet. Sunt enim qui tormentis tormenta cumulant, proponunt aut animam miseram, aut confessionem veram falsam ve abstrahere.

TERTIO arguitur. Potest homo exponere propriam famam pro fama amici, sicut vitam pro vita. Ergo potest a fortiori famam exponere pro propria vita.

QUARTO arguitur. Si quis me iniuste infamaret, & ego me aliter non possem defendere nisi vitam ponendo: non teneor periculo vitæ famam custodire. Ergo eadem ratione possum in tormentis crimen prodere, vt inde me eximam. Et si quis arguat quod si iudex me iniuste percontatur, iniuste ego respondeo: dico quod nulla est consequentia. Nam & latro iniuste me inuadit in itinere: & tamen iuste ego illi pallum concedo, ne me occidat. Et addo quod si homo in iniustis tormentis falso sibi crimen imponeret, dummodo id sine iuramento faceret: non est mendacium nisi officiosum & veniale. Nec tenetur aliquo modo ad restitutionem famæ, postquam nemini fecit iniuriam. Paludanus autem in 4. d. 21. q. 2. infine, dicit, quod mendacium huiusmodi est officiosum, in quantum homo se liberat a tormentis: sed perniciosum in quantum se difamat, & astantes lædit mendacio. At re vera nec infamare se ad illum finem est perniciosum nec astantes lædit: quia aut putant confessionem esse veram, aut si intelligant esse falsam, non est tantum scandalum hominem contra se mentiri, vt eo se liberet malo.

ET si arguas Præstantior est vita ipsa fama. Ergo nunquam licet exponere vitam propter seruandam famam: respondetur, quod quamquam vita sit præstantior fama, nihilominus reuelatio criminis aliquid quando cedit in malum religionis: vt diximus in prima cõclusione, & aliquando in malum publicum: vt diximus in sexta cõclusione, & aliquando ingraue præiudicium tertij vt diximus in septima cõclusione. Quibus proinde casibus mortem est priusquam crimen reueletur. Et per hoc respondetur ad confirmationem quæ fieri potest, quod iugum domini est suauis & ideo non obligat nos cum dispendio mortis, quod quamuis iugum domini sit suauis, nihilominus nos obligabit in dictis casibus vitam exponere. Et si quæ alia parua argumenta circa sigilli cõfessionis & secreti seruandam

sub pœna capitis quæstionem sub orientur, facte ex dictis in cõclusione. 8. & 9. iam respondet bis, subiiciendo semper omnia sacro sancte matris romanæ ecclesiæ iudicio & cõsententia, cuius est semper errantes ad veram iustitiam & salutis viam dirigere & illuminare. Ad quam in grauibis duobus confugiendum semper est: à qua anima & intellectus meus semper cubum spirituales postulat, vt a principio infallibili: Cui in huiusmodi grauibis ad mores necessarios ad salutem spiritus tantibus Spiritus Sanctus semper assisit, iuxta illud Ioha 14. Ipse. s. Spiritus Sanctus, vos docet omnia, & suggeret vobis omnia.

Quæstio. II.

De satisfactione & eius quidditate.

DEINDE considerandum est de satisfactione de qua quatuor consideranda sunt. Primo: de eius quidditate. Secundo de ipsius possibilitate. Tertio, de eius qualitate. Quarto, de his per quæ homo Deo satisfacit. Circa primum queruntur tria. PRIMO. Vtrum satisfactio sit virtus vel actus virtutis. SECVNDO. Vtrum sit actus iustitiæ. TERTIO. Vtrum diffinitio satisfactionis quæ in littera ponitur conuenienter assignetur.

Articu. primus.

Vtrum satisfactio sit virtus vel actus virtutis.

S. Th. 4. d. 15. q. 1. arti. 1. q. 1. & sequentibus.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod satisfactio non sit neque virtus, neque actus virtutis. Omnis enim virtutis actus est meritorius. Sed satisfactio

Satisfactio non est meritoria: ut videtur: quia meritum gratuitum est. Satisfactio autem debitum attendit. Ergo satisfactio non est actus virtutis.

PRAETEREA. Omnis actus virtutis est voluntarius. Sed aliquando fit alicui satisfactio de aliquo eo invito: ut quando aliquis pro offensa in alterum commissa à iudice punitur. Ergo satisfactio non est virtutis actus.

PRAETEREA. Secundum Philosophum in.8. Ethic. in virtute moris principale est electio. Sed satisfactio non fit per electionem: sed respicit principaliter exteriora opera. Ergo non est virtutis actus.

SED CONTRA. Satisfactio ad poenitentiam pertinet. Sed poenitentia est virtus: ut prius dictum est. Ergo satisfactio est actus virtutis.

PRAETEREA. Nullus actus operatur ad deletionem peccati. nisi sit actus virtutis quia contrarium destruitur per suum contrarium. Sed per satisfactionem peccatum totaliter annihilatur. Ergo satisfactio est virtutis actus.

RESPONDEO dicendum: quod aliquis actus dicitur esse actus virtutis dupliciter. Vno modo materialiter, & sic quilibet actus qui non habet malitiam implicitam, vel defectum debite circumstantiæ: actus virtutis dici potest: quia quolibet tali actus potest uti virtus in suum finem, sicut est ambulare: loqui & huiusmodi. Alio modo dicitur actus aliquis esse actus virtutis formaliter: quia ipse suo nomine formam & rationem virtutis implicitam habet: sicut fortiter sustinere dicitur actus fortitudinis. Formale autem cuiuslibet virtutis moralis est ratio mediæ. Vnde omnis actus qui rationem mediæ importat: actus virtutis formaliter dicitur. Et quia equalitas medium est, quod suo nomine satisfactio importat, non enim dicitur aliquid satisfactio nisi secundum proportionem equalitatis ad aliud constat quod satisfactio etiam

formaliter est actus virtutis.

AD PRIMVM ergo dicendum: quod quamuis satisfacere in se sit debitum: tamen in quantum satisfaciens voluntarie hoc opus exequitur: rationem gratuiti accipit ex parte operantis: & sic operans facit de necessitate virtutem. Ex hoc enim debitum diminuitur: ut habet meritum: quod necessitatem importat: quæ voluntati contrariatur. Vnde si voluntas necessitati consentiat ratio meriti non tollitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod actus virtutis non requirit voluntarium in eo qui patitur, sed in eo qui facit: quia illius actus est. Et ideo quum ille in quem iudex vindictam exercet: se habeat ut patiens ad satisfactionem non ut agens: non oportet quod in eo voluntaria sit satisfactio: sed in iudice faciente.

AD TERTIVM dicendum, quod principale in virtute potest accipi dupliciter. Vno modo principale in ipsa in quantum est virtus & sic ea quæ ad rationem pertinent: vel magis ei propinqua sunt: principaliora sunt in virtute. Et sic electio & interiores actus in virtute in quantum virtus est principaliores sunt: Alio modo potest accipi principale in virtute, in quantum est talis virtus: & sic principalis in ipsa est: ex quo determinationem recipit a actus interior. Actus autem interiores in aliquibus virtutibus determinantur per exteriores: quia electio quæ est communis omnibus virtutibus, ex hoc quod est electio talis actus efficitur propria huius virtutis. Et sic actus exteriores in aliquibus virtutibus sunt principaliores, & ita etiam est in satisfactione.

IN HOC primo articulo Divus Thomas constituit duas conclusiones, vel unam quæ duas continet partes: quæ sic habet in calce articuli. Satisfactio non solum est actus virtutis materialiter: sed etiam formaliter. Et quia licet clara or est quam interprete indigeat, advertendum est ut prius quod hæc materia de satisfactione tractatur à Magistro in.4.d.15. & ibidem à Sancto Thomas. q.1. per totam: à qua desumpta est licet huius quæstionis.

DUBITATUR

Dubium primum.

DUBITATUR igitur prius, quid sit satisfactio. Et quia prima definitio est quid nominis secundum Aristotelem in.1. postero. dubitatur prius de hoc nomine satisfactio, an sit legitimum & idoneum, ad significandum rem hanc quam vocamus satisfactionem. Et videtur quod non, & quod Theologi non deberent uti tali nomine Probatur quia nusquam invenitur in scriptura. Et verba quibus significamus ea quæ spectant ad vitam æternam, & præcepta & regulæ ad hoc sunt sumenda ex scriptura. Quum enim ista lumine naturali cognosci non possint: sed per revelationem tantum cognoscantur, quæ habentur in scriptura. Sed in tota scriptura non ponitur hoc nomen satisfactio, ad minus ad hoc propositum, nec in hac significatione. Ergo non debent Theologi uti hoc nomine, in significatione hac quam intendimus.

IDEO hic prius disputabimus cum hæreticis postea cum Christianis. Et quo ad primum Lutherus in lib. articulorum suorum. ar.5. dicit tria Primum est, quod ipse vehementer odit hoc nomen satisfactio: vellet enim quod tolleretur de medio, ita quod nullus illo uteretur. Ratio eius est: quia nunquam invenitur in scriptura. Dicit etiam quod habet periculosum sensum: quia ut Apostolus dicit ad Titum.3. Non ex operibus, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Et Theologi dicunt quod satisfaciunt Christiani pro peccatis suis. Ergo male dicunt, ut potest contra scripturam.

SECUNDO. Dicit quod forte nulla requiritur satisfactio: quia Deus non exigit à nobis, nisi quod ex toto corde mutemus vitam: & non requiritur alia satisfactio vel ieiunium.

TERTIO. Dicit quod si aliqua satisfactio exigatur à nobis, Ecclesia non potest illam remittere nec nos possumus pro illa satisfacere: quia est irremissibilis nisi divina misericordia. Si enim post contritionem debetur aliqua poena nec Ecclesia, nec nos possumus satisfacere pro illa: & Ecclesia hoc sibi usurpavit. Hæc dicit vir perniciosus.

AD HOC tamen dico: quod hoc nomen satisfactio est conveniens & legitimum ad significandum rem quæ est satisfactio. Et ad hoc: omnium fidelium autoritas sufficit: & Ecclesie in concilio Florentino & Tridentino, & innumeris alijs in locis.

ET ad argumenta Lutheri concedo quod in scriptura non invenitur illud nomen in

illa significatione: sed nego consequentiam, quando infert ergo inconuenienter virtutem hoc nomine Christiani Nam ipse Lutherus virtutem multis nominibus ad salutem spectantibus, quæ non inveniuntur in sacra scriptura. Ergo non valet, non inveniuntur hoc in sacra scriptura, ergo non debent Christiani uti illo, quia scriptura non potest exponi eisdem verbis, oportet ergo uti alijs clarioribus ad referuandum sacræ scripturæ arcana. Idem dicebant Arriani de hoc nomine humusio, quod significat personas quæ sunt vnus substantiæ: sed contra eos determinatum fuit in concilio Nicæno, quod Pater & filius erant humusio, id est, eiusdem substantiæ.

PRAETEREA. Quum ista quæ ad poenitentiam pertinent, cognosci non possint lumine naturali: sed per revelationem, & non omnis reuelatio est in scriptura: sed inter reuelationes continentur ea quæ sancti dicunt, quia Deus reliquit in Ecclesia sua doctores qui declararent scripturam, & pastores qui sufficienter gubernarent Ecclesiam. Et sancti vsi sunt hoc nomine in hac significatione. Invenitur enim in omnibus sanctis etiam antiquissimis, & frequenter. Et prius Tertulianus qui fuit proximus Apostolis in suo lib. de poenitentia: sæpe vsurpat nomen satisfactionis in hac significatione, cuius verba sunt. Offendisti sed recõciliari adhuc potest, habes cui satisfacias. Et rursus dicit. Confessio enim satisfactiois cõsiliu est. Et iterum. Satisfactio in confessione disponitur. Hæc Tertulianus.

SECUNDO. Pro hoc est diuus Cyprianus in.5. sermone de lapsis: vbi dicit. Dominus orandus est, dominus nostra satisfactio ne placandus est. Et rursus in fine libri contra eos qui admittebant lapsos ad communionem ait. Illic. scilicet in communionem sufficit poenitentia quæ est satisfactio: & qui tollunt poenitentiam criminis, satisfactionis viam, claudunt. Et rursus ibidem. Qui sic Deo satisfecerit: nec iam solam veniam merebitur, sed coronam. Ergo satisfactio non est nomen à modernis inuentum: sed antiquum & catholicum, & idoneum in hac materia, ut potest per tritum & conculcatum satis à sanctis.

DUBITATUR secundo, an post remissionem culpæ maneat aliquis reatus ad poenam: ita quod postquam peccator est contritus & in gratia Dei, maneat aliqua obligatio ad poenam: Et de hoc sunt hæretici dicentes quod non: aut multum dubitantes, ut Lutherus.

AD HOC dico quod interfideles, etiam inter sanctos, nunquam fuit dubium: sed certum & de fide est, quod post culpam dimissam manet reatus ad poenam. Et hoc probatur prius, quia semper sic habuit & habet Ecclesia: quod non semper quando remittitur culpa remittitur etiam tota poena: & ita orat pro defunctis, qui cum sacramentis decedunt, & probabiliter sunt in gratia. **SECUNDO** probatur. Ad remissionem culpæ sufficit dolor ex temporalis & momentaneus peccatorum: ut patet Ezechi. 18 & 33. In quacunq; hora peccator ingemuerit &c. Sed præter dolorem interiorem requiritur aliqua alia satisfactio. Ergo post remissionem culpæ, ad huc remanet reatus ad poenam. Minor probatur autoritatibus sanctorum. Prius Tertullianus in lib. de poenitentia docet, quæ ad modum ex confessione sequitur satisfactio, ubi dicit Habes cui satisfacias, & quidè volentem. Id si dubitas, euolue quæ Spiritus sanctus dicat Ecclesijs. Et rursus inquit. Is actus qui magis græco vocabulo exprimitur & frequentatur, ex omologesis est: quia delictum nostrum domino confitemur. Non quidè ut ignaro: sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione poenitentia nascitur, poenitentia Deus mitigatur. Itaque ex omologesis prosternendi & humiliandi hominis disciplina est, conuersatione iniungens misericordiam illic de ipso quoq; habitu, atq; victu, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus deijcere, peccata illa quæ peccauit tristitiastratione mutare.

TERTIO Diuus Chry. super illud Lucæ & Matth. 3. facite fructus dignos poenitentiae, dicit, quod intelligitur de satisfactione: cuius verba sunt. Quo autem modo satisfacere poterimus? Aliena accepisti incipe donare iam propria. Longo es tempore fornicatus: à legitimo quoq; usu suspende coniugij, ac perpetuam continentiam sæpe paucorum dierum castitate meditare. Iniuriam vel opere cuiquam vel sermone fecisti: refer verba benedictionis conuictijs, & percutientem te, nunc officijs nunc beneficijs placare cõtende. Nec enim vulnerato sufficit ad salutem tantum modo spicula de corpore euellere: sed etiam remedia adhibere vulneribus. Delitijs autem & temulentia deficientibus: ieiunio & aquæ potu vtrunq; compensa.

QUARTO Diuus Ambrosius in epistola ad quandam corruptam sic ait. Secundum conscientiam molem exigenda est poenitentia: magna uero. Poenitentia ergo non ver-

bis agenda est: sed actu. Hæc autem sic agitur, si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rueris, & de quo libro vitæ nomen tuum sit deletum, & si te iam credas prope ipsas positam tenebras exteriores, ubi est fletus oculorum & stridor dentium sine fine. Quum hoc certa fide, sicut est, animo conceperis: quia necesse est præuariatricem animam tartareis poenis & gehennæ ignibus tradi, nec aliud remedium constitutum esse post baptismum quam poenitentia solatium, quæ uis afflictionem, quantum uis laborem & indecorem subire esto cõtenta, dummodo ab æternalibus poenis libereris. Ergo hoc tu tecum cogitans, & mente retractans proprii facti, tu ipsa iudex esto crudelior. Et postea dicit quod amputentur crines, oculi defluant lacrimis, paleseat facies. Et rursus dicit. Talis vita, talis actio poenitentia: si fuerit per se uerans audebit sperare, & si non gloriam, certè poenæ euacuationem.

QUINTO Augustinus in homelia. 50. dicit multa ad hoc propositum, & in multis alijs locis. Et Origenes homelia. 8. super leuiticum, dicit, quod sicut in vulneribus corporum postquam curata sunt, remanet cicatrix: ita etiam postquam remissa est culpa, manet poena.

SEXTO Leo Papa primus huius nominis scribit Episcopo Teodoro forluienfi, in hunc modum. Mediator Dei & hominum Christus Iesus hanc propositis Ecclesiae tradidit potestatem: ut & confitentibus actionem poenitentia darent, & salubri satisfactione purgatos, ad communionem sanctorum per ianuam reconciliationis admitterent.

SEPTIMO Hieronymus super Malachiam ait Qui peccator est, & quem remordet propria conscientia, poenitentia accingatur, & plangat vel propria delicta vel populi: & ingrediatur Ecclesiam de qua fuerat egressus, & cubet, & dormiat in sacco: ut præteritas delicta per quas Deum offenderat, uitæ austeritate compenset. Dicimus enim quod post cõtritionem remanet obligatio ad poenam: & probatur ex sacra scriptura, ubi cunq; loquitur de poenitentia, quia totum hoc est poenitentia Prius ex illo. 2. reg. 12. de Dauid, cui post remissionem culpæ infligitur poena ut moriatur puer ex adulterio Berlabet conceptus.

SECUNDO Lucæ & Matthæi. 3. facite fructus dignos poenitentia: quod sancti intelligunt de satisfactione: hac pro poena relicta post confessionem culpæ.

TERTIO Paulus ad Roma. 5. ait. Sicut exhibu-

hibuistis membra uestra seruire immunditiae & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibite membra uestra seruire iustitiae, in sanctificatione. Quod sancti intelligunt, quod debemus facere recompensationem pro peccatis, in membris nostris.

QUARTO Pro hoc est illud quod Dominus ait Matth. 11. Væ tibi Corozain, & tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Sed cilicium & cinis sunt opera poenalia quæ fiunt in satisfactionem. Illa enim non requiruntur ad remissionem culpæ: quia ad hoc dolor & contritio de peccatis sufficit. Ergo ad remissionem poenæ requiruntur.

QUINTO ad Corinth. II. Si nos iudicemus, a Domino non iudicemur. Quod & omnes sancti intelligunt de satisfactione quia si nos puniremus nos ipsos, Deus non puniret nos, Torum hoc non potest intelligi nisi de iudicio, quo ad aliquam poenam temporalem nos cõdemnamus: ut patet ex uerbis sequentibus: Dum autem iudicamur à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Vnde sæpe temporaliter puniunt nos Deus, propterea quia non punimus nos ipsos.

SEXTO Facit pro hoc: quia ante baptismum in primitiua ecclesia, quando non baptizabantur nisi adulti, sine periculo mortis, adultis iniungebantur ieiunia & exigebatur ab eis aliqua exterior satisfactio. Ergo multo magis in confessione. Nam in baptismo non erat illud necessarium nisi ad solemnitatem & reuerentiam baptismi: quia baptismus remittit peccatum etiam quo ad totam poenam, non autem confessio vel poenitentia.

SEPTIMO Clemens primus in 3. epistola ad uniuersos inquit. Accedat qui uult baptizari ad sacerdotem suum: & ipse det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni caelorum. Ieiunijs frequentibus operam impendat, ac seipsum in omnibus probe: ut tribus mēsis iam consummatis, in die festo possit baptizari. Ecce quomodo imponitur ieiunium.

OCTAuo Pro hoc facit quod dicit Ambrosius super illud Pauli ad Roma. 11. sine poenitentia sunt dona Dei &c. in baptismo (inquit) non exigitur plangens nec dolor: sed Deus omnia gratis condonat. Illa uerba non possunt intelligi de dolore interiore quia Diuus Petrus in actibus Apostolorum cap. 1. & 3. dicit poenitentiam agite & baptizetur unusquisque uestrum in remissionem peccatorum. Ergo requiritur dolor interior de

peccatis ante baptismum. Sed omnes exponunt, quod non requiritur dolor aliquis exterior ante baptismum. Et de hoc dolore exterior intelligit Diuus Ambrosius, quod ante baptismum. Non requiritur. Ergo requiritur post baptismum: quia si nunquam requireretur, non erat opus dicere quod ante baptismum non requiritur, tanquam diceret quid magnum & baptismo peculiare, quod non conuenit poenitentia.

NONO Pro hoc est illud quod scribitur ad Hebræ. 6. Impossibile enim est, eos qui semel. Illuminati sunt. scilicet per baptismum, rursus renouari ad poenitentiam, id est, ad baptismum. Argumentum illud esse nullum, si tantum posset facere poenitentia sicut baptismus. Et frustra esset illa admonitio: quia quilibet posset dicere (quid ad me de baptismo sufficit mihi poenitentia quæ tantum ualeat. Ergo certum est & de fide, quod post remissionem culpæ, manet reatus ad poenam & exigitur solutio poenæ.

ET confirmatur. Quia ecclesia orat pro mortuis: quod non deberet facere, si post remissionem culpæ non manet reatus ad poenam. Est etiã pro hoc illud. 2. Mach. 12. quod Iudas Machabæus misit ierosolimam offerri duodecim milia dragmas argenti pro defunctis: ut à peccatis soluerentur, & non solum à uenialibus sed ab omnibus. Plura in hanc sententiam afferemus infra in materia de indulgentijs.

DICIT etiam Lutherus, quod esto ita fit ut homines post remissionem culpæ manent obligati ad poenam: non tamen potest illa poena remitti per clauis ecclesiae.

AD hoc pro nunc dico, quod inferius dicemus in quæstione immediate sequenti, Sed nunc est notandum quod satisfactio tripliciter capitur. Vno modo ut se extendit ad culpam & poenam: & ita uocant doctores satisfactionem omnes partes poenitentia. Et ita contritio est satisfactio: & etiam confessio. Et hoc modo loquuntur sancti, & doctores scolastici, quod non solum contritio dicitur satisfactio ex ea parte qua poenam remittit sed etiam ex ea parte qua culpam remittit. Et ita intelligunt doctores quando quærunt in 3. sententiarum, an pura creatura possit satisfacere pro genere humano.

ALIO modo capitur satisfactio per solutionem poenæ debitæ peccato etiam remisso quo ad culpam. Et hoc modo satisfactio est tertia pars poenitentia. Non dico sacramenti poenitentia, sed poenitentia uirtutis: quia omnes illæ tres partes, nēpe confessio, contritio, & satisfactio, sunt effectus poenitentia uirtutis

autis. Et hoc modo omnis recōpēsatio pōna debita peccatis vocatur pars pōnitentiæ. Nec enim omnis talis est pars sacramēti pōnitentiæ: quia eam quilibet voluntarie assumit sibi, Et ita etiam contritio & confessio hoc modo est satisfactio, in quantum remittunt pōnam, & doctores scolastici maxime loquuntur hoc modo.
TERTIO modo capitur satisfactio prout est pars sacramenti pōnitentiæ, quæ est illa quæ fit ex iniunctione confessoris & solum hæc est pars sacramenti pōnitentiæ. Et hoc modo nec confessio nec contritio nec quodcunque aliud opus satisfactorium voluntariæ assumptum dicitur satisfactio: sed solum illud quod à sacerdote iniungitur. Nos autem cum theologis in hac materia agemus de satisfactione sumpta pro solutione debitæ pōnæ peccatis remissis quo ad culpam: siue illa solutio sit iniuncta à sacerdotibus in sacramento pōnitentiæ, siue nō.

Artic. secundus

Vtrum satisfactio sit actus iustitiæ.



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod satisfactio non sit actus iustitiæ. Quia satisfactio fit ad hoc quod reconcilietur ei quem offēdit. Sed reconciliatio quum sit amoris ad charitatem pertinet. Ergo satisfactio est actus charitatis & non iustitiæ.

PRÆTEREA, causa peccatorū in nobis sunt passiōes animæ, quibus ad malū incitāmur. Sed iustitia secundum Philosophum nō est circa passiōes: sed circa operationes. Quis ergo ad satisfactionem pertineat peccatorum causas excidere, ut in littera dicitur: videtur quod non sit actus iustitiæ.

PRÆTEREA, cauere in futurum non est actus iustitiæ sed magis prudentiæ, cuius pars ponitur cautela. Sed hoc pertinet ad satisfactionem: quia ipse est suggestio in peccatorum aditum non indulgere. Ergo satisfactio non est actus iustitiæ.

PRÆTEREA, cauere in futurum non est actus iustitiæ sed magis prudentiæ, cuius pars ponitur cautela. Sed hoc pertinet ad satisfactionem: quia ipse est suggestio in peccatorum aditum non indulgere. Ergo satisfactio non est actus iustitiæ.

SED CONTRA. Nulla virtus attenditur ratione debiti nisi iustitia. Sed satisfactio honorem debitum Deo impendit, ut Anselmus ait. Ergo satisfactio est actus iustitiæ.

PRÆTEREA. Nulla virtus habet verum exteriorum adæquationem perficere, nisi iustitia. Sed hoc fit per satisfactionem, quæ constituitur æqualitas emendæ ad offensam præcedentem. Ergo satisfactio est iustitiæ actus.

RESPONDEO dicendum, quod secundum Philosophum in 5. Eth. medium iustitiæ accipitur secundum adæquationem rei ad rem proportionalem aliqua. Vnde quum talis adæquationem ipsum nomen satisfactionis importet (quia hoc adurbium satis æqualitatem proportionis designat) constat quod satisfactio formaliter iustitiæ actus est. Sed iustitiæ actus secundum Philosophum est, vel sui ad alterum ut quando aliquis reddit alteri quod ei debet, vel alterius ad alterum: sicut quādo iudex facit iustitiam inter duos. Quādo autem est actus iustitiæ sui ad alterum: æqualitas in ipso constituitur faciente. Quādo autem alterius ad alterum, æqualitas constituitur in iustū passivo. Et quia satisfactio æqualitatem in ipso faciente exprimit, dicitur actus iustitiæ quæ est sui ad alterum proprie loquendo. Sed sui ad alterum potest aliquis facere iustitiam vel in actionibus & passiōibus: vel in rebus exterioribus, sicut iniuria fit alteri: vel subtrahendo res, vel per aliquam actionem ledendo.

Et quia usus rerum exteriorū est dare, ideo actus iustitiæ secundum quod æqualitatem in rebus exterioribus constituit proprie, dicitur hoc quod est reddere: sed satisfacere manifeste æqualitatem in actionibus demonstrat, quæ uis quandoque unum pro altero ponatur. Et quia adæquatio nō est nisi in æqualium, ideo satisfactio in æqualitatem actionum præsupponit, quæ quidem offensam constituit, & ideo habet respectum ad offensam præcedentem. Nulla autem pars iustitiæ respicit offensam præcedentem: nisi vindicativa iustitia, quæ æqualitatem constituit in eo qui iustum patitur in differenter: siue sit patiens idem quod agens

ut

ut quando aliquis sibi ipsi pōnam inferit, siue non sit idem: ut quando iudex alium punit ad utrumque vindicativa iustitia se habente. Similiter & pōnitentia quæ æqualitatem tantum in faciente importat: quia ipsemet pōnā tenet, ut sic quodammodo pōnitentia vindicativa iustitiæ species sit. Et propter hoc constat, quod satisfactio quæ æqualitatem respectu offēse præcedentis importat in faciente: opus iustitiæ est, quantum ad illam partem quæ pōnitentia dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod satisfactio (ut ex dictis patet) est quedam iniuriæ illata recompensatio. Vnde sicut iniuria illata immediate ad in æqualitatem iustitiæ pertinebat, & per consequens ad in æqualitatem amicitie oppositam, ita & satisfactio directe ad æqualitatem iustitiæ perducit, & ad æqualitatem amicitie, ex consequenti. Et quia actus aliquis elicitive ab illo habitu procedit ad cuius finem immediate ordinatur: imperatiue autem ab illo, ad cuius finem utroque tendit ideo satisfactio elicitive est à iustitia, sed imperatiue à charitate.

AD SECUNDVM dicendum, quod quæuis iustitia sit principaliter circa operationes: tamen etiam ex consequenti est circa passiōes in quantum sunt operationum causæ. Sed sicut iustitia cohibet iram, ne alteri lesionem iniuste inferat, & concupiscentiam ne ad alienum thorum accedat: sic etiam satisfactio potest peccatorum causas excidere.

AD TERTIVM dicendum, quod quælibet virtus moralis participat actus prudentiæ eo quod formaliter ipsa complet in eius ratione virtutis: quum secundum eam medium accipitur in singulis virtutibus moralibus, ut patet per diffinitionem virtutis positam in 2. Eth.

CIRCA hunc 2. arti. propter aliquos doctores qui male intelligunt. S. Th. eo quod aut eum non legunt, aut nō attente legunt: tractabimus quæstionem illam, an purus homo potuerit satisfacere pro peccatis suis, & aliorum: vel vnde habent homines quod possint satisfacere: ut in præcedenti articulo probauimus. Pro

quo est rursus notandum: (ut in præcedente ar. diximus) quod dupliciter capitur satisfactio. Vno modo pro recompensatione, & solutione pōnæ debitæ peccatis iam quō ad culpam remissis. Et de hac iam probauimus in præcedenti articulo, possibilem esse hominibus virtute passionis Christi secundum legem. Secundo modo capitur satisfactio pro solutione & remissione totius debiti ex peccatis prouenientis, quo ad culpam & pōnam.

DUBITATUR igitur, capiendo satisfactionem isto secundo modo, an purus homo possit satisfacere Deo pro peccatis commissis. Hanc quæstionem tractant doctores in diuersis locis. Quidam enim tractant in 3. senten. d. 20. ut Durand ibidem. q. 2. ubi Magister agit de passione Christi. Alij autem theologi tractant quæstionem hanc in 4. d. 15. Alexander de ales tractauit hoc dubium in 3. p. q. 1. membro. 5. Et Sanct. Th. tractauit hoc in 4. d. 15. & in 3. p. quæstione. 1 ar. 2. ad. 2. & rursus in eadem. 3. p. q. 46. ubi agit de passione Christi ex quibus locis cum eodem Sanct. Th. resoluemus quæstionem. **PRO** cuius quæstionis decisione est notandum, quod satisfactio capitur dupliciter. Vno modo secundum liberam Dei acceptationem, nempe, secundum quod dignatus est cōtentus esse cum eo quod homo reddit, aut reddere potest. Secundo modo capitur pro satisfactione sumpta secundum rigorem iustitiæ, id est, secundum rei æqualitatem. Rursus satisfactio sumpta, secundum Dei acceptationem, potest capi dupliciter. Vno modo secundum potentiam Dei absolutam, alio modo secundum potentiam Dei ordinatam.

HIS notatis, est vna certa propositio secundum omnes. Loquendo de satisfactione secundum Dei liberam acceptationem, & de potentia absoluta: purus homo potuit satisfacere pro suis, & aliorum omnium peccatis. Hæc probatur. Quia secundum S. Th. & omnes alios infiniti modi erant, Deo possibili ad redimendum genus humanum, & si alius cōuenientior nō fuit, quam per incarnationem & passionem Dei, ut dicit Augustinus, & alij sancti Potuit Deus de potentia absoluta remittere peccata unicuique liberalissime, nil in recompensam ab ipsis peccatoribus exigendo: Ergo potuit eisdem peccata remittere absolute, aliquam paruam recompensam exigendo, nempe, pōnitentiam cordis, aut solam peccati confessionem, aut quodcunque aliud obsequium deo gratum. Quo redito diceretur homo ille satisfacere Deo secundum eius liberam acceptationem, & non existente, nec concurrente passione Christi

Christi Et non probabo amplius prædictâ conclusionē: quia manifestior est, quā longa indigeat probatione. Et ideo ab omnibus semper fuit recepta.

SECUNDA conclusio, etiā certa, est. Loquendo de satisfactione secundum Dei liberalem acceptationem, & de lege ordinaria nullus purus homo unquam potuit satisfacere pro peccatis suis vel aliorum, quo ad culpas, de se, nisi virtute, passionis Christi. Hæc est de fide: quia non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri nisi in nomine Christi. Actuum. 4.

HIS tanquam certis & indubitatis separatim, in certum & dubitatum relinquitur disputandum, an capiendō satisfactionem secundam rigorem iustitiæ, purus homo possit satisfacere pro culpis peccatorum nō dū remissorum. Et sunt de hoc tres opiniones: quarum prima est Scoti in 4. d. 15. q. 1. ar. 2. qui respondet absolute affirmatiue, nempe, quod purus homo poterat satisfacere pro peccatis, etiā quo ad culpas. Et probat hoc modo. Possibile fuit Deum nō in carnari & hominē (qui erat prædestinatus) peccare. Ergo sine incarnatione Dei potuit purus homo satisfacere.

SECUNDO. Passio (inquit) Christi non concurrebat ad redemptionem generis humani, nisi vt causa meritoria: & per consequens vt causa secunda quæ nō est de essentia rei, sed reducitur ad genus causæ efficientis. Sed quicquid Deus potest per causam vnā secundam, poterit per aliam aut per se immediate: Ergo purus homo poterat satisfacere.

TERTIO arguit Satisfactio est redditio æquiualentis pro debito. At dilectio Dei est tam bonus actus: quam malum fuit peccatū. Ergo potuit purus homo de rigore iustitiæ satisfacere pro peccatis suis & aliorum.

QUARTO. Potest Deus dare magnam gratiam alicui puro homini, qui tunc posset producere actum, per quem de rigore iustitiæ satisfaceret. Ergo &c. Alia leuiora facit argumenta, quæ omnia vna facili solutione soluuntur.

ALIA est opinio. S. Tho: quam credo verā: quæ quatuor cōtinetur propositionibus supposita vna distinctione quam expresse scribit. S. Th. 3. p. q. 1. ar. 2. ad 2. distinctio est. Alia satisfactio potest esse sufficiens dupliciter. Vno modo perfecte per quandam adæquationem ad recompensationem culpæ cōmissæ, id est, quod reddatur aliquid æquiualens de iustitia pro offensā & inequalitate facta in offensum: ita quod si offensus non acceptaret, esset iniustus. Secundo modo satis

factio potest esse sufficiens imperfecte, id est non sic ex adæquatione ad recompensationē culpæ commissæ: sed ex acceptatione offēsi, cui fit illa satisfactio, id est, quia offensus ex sua bonitate & liberalitate sic vult acceptare, licet ad illud nō teneretur: quia illud opus non valebit tantum quantum homo pro peccatis debebat.

HIS præhabitis est prima propositio. Purus homo non potuit satisfacere primo modo de se, etiā per diuinam omnipotentiam Hæc probatur a S. Tho. vbi supra duabus rationibus: Prior est. Tota humana natura erat lapsa & corrupta per peccatum ita quod nec per omnipotentiam Dei erat factibile, quod bonum vnus aut omnium esset de se, seclusa Dei liberali acceptatione, æquiuales de rigore iustitiæ debito offēse in Deum cōmissæ ita quod Deus teneretur illā satisfactionem recipere. Ergo &c. Secundo peccatam habet quandam infinitatem. At omnia opera hominis de se sunt finita. Ergo illo primo modo non potest purus homo satisfacere pro peccatis.

SECUNDA conclusio: S. Th. est Christus redemptor noster potuit satisfacere & satisfecit pro peccato generis humani, primo modo, ad equalitatem, de rigore iustitiæ, etiam sine liberali Dei acceptatione. Probat: quia Christi opera habebant quandam efficaciam infinitam.

TERTIA conclusio est. Purus homo potest satisfacere secundo modo pro peccatis generis humani, id est, ex acceptatione illius qui offensus est.

QUARTA propositio est. Omnis satisfactio puri hominis habet efficaciam ex satisfactione Christi. Hanc opinionem. S. Tho. tenet Alexander 3. p. q. 1. membro. 5. Et Durandus in 4. d. 15. q. 1. cōuenit in omnibus cum S. Th. præterquam in secunda conclusio: quia Durandus dicit, quod nec Christus potuit satisfacere sic de condigno. Idem dicit in 3. d. 20. q. 2. Hæc sententia Durandi est etiam tertia opinio: quam sequitur Iohānes Metines in proprio tractatu de satisfactione, in codice suo de pœnitentia. q. 1. Vnde ex sententia Durandi, & ex opinione Scoti sequitur, quod hæc propositio, homo purus absolute non potest satisfacere pro peccatis sicut nec sua opposita, non est de se: quia sic absolute non potest per scripturam sacram vel concilia determ. nari. Sed nos ostēdemus falsum esse quod dicit Durandus.

IDEO rursus est notādū pro opinione. S. Th. & pro solutione argumentorū aliorū & tandē pro ipsa veritate, quod ad hoc vt aliqua satisfactio sit perfecta, qualis est illa in qua

qua nihil est misericordiæ, sed totum ex rigore iustitiæ nō sufficit quod reddas quantū accepisti: sed requiritur quod reddas quātū debes dum dupliciter potest aliquid ab alio accipi. Vno modo permutuum: & tunc ad hoc quod perfecte satisfacias satis est vt des tantum, quantū accepisti: quia tūc reddis opus quod debet acceptari a mutuante. Secundo modo, aliquis potest aliquid accipere ab alio per iniuriā: vt si accipit ab aliquo decē, nō sufficit quod reddat illa decē: sed oportet aliquid addere pro iniuria, quia alias non datur opus dignum quod accipiatur de rigore iustitiæ: quia illud non procedit ex amicitia.

SECUNDO est notādū quod duplex est satisfactio. Altera de condigno (vt vtamur terminis quibus theologo vtantur) altera non de condigno. Satisfactio autē de condigno, quā S. Th. vocat satisfactionē sufficiētē, proprie est, quādo ex parte dantis datur tantū quantum debetur ex vi sua, sine acceptatiōe aliqua ex parte recipientis. Et hæc est propria satisfactio de condigno, quæ est sine quacūq; gratia gratum faciente. Alia autē est satisfactio de condigno non ita proprie, que est supposita gratia tantum. Etiā hæc vocatur satisfactio de condigno: vt dicimus quod purus homo satisfacit existens in gratia, & meretur de condigno: sed non ita proprie sicut illa quæ ex vi sua est satisfactio, seclusa etiā gratia gratum faciente.

RVSVS est aduertendum quod homo purus capitur dupliciter. Vno modo dicitur homo purus, ille qui nihil aliud est quā homo, hoc est, nō est Deus. Secundo modo dicitur homo purus, homo sumptus in puris naturalibus, aut in peccato sine gratia, quæ Caietanus in suis cōmentarijs super. 3. p. Sā. Th. q. 1. ar. 2. ad 2. dicit excludere Deum, aut excludere misericordiam.

HIS suppositis quatuor sunt eximanda. Primū quid potest purus homo sine gratia. Secundū, quid potest homo purus, id est, qui nō est Deus cum gratia. Tertiū quid potest Christus cū gratia vnionis, etiā sine gratia gratū faciente. Quartū, quid potest homo purus vt inicitur Christi passionis. Et ad hæc respōdebimus cū S. Th. vbi supra, quatuor propositionibus: quarū prima est Homo purus sine gratia nō potest satisfacere primo modo supra dicto & proprie. Probat. Vel talis est in peccato, vel in puris naturalibus. Si in peccato, nō potest satisfacere propter rationē. Sā. Th. & Alexandri quia tota natura humana erat corrupta, & infecta, ideo nō poterat reddere bonū recuperatiuū tanti detrimētū: quia si est in peccato non potest satisfacere Deo: esto duret opus, alias æquale & in

finitū: quū non possit, vt sic, reddere opus acceptum Deo & satisfactio fit ex acceptatione Dei. Qui autē est in peccato, debet opus acceptum: aut dignū quōd de iustitia acceptetur: quod peccator quum sit inimicus dare non potest.

SECUNDO. Si homo esset in puris naturalibus, nō posset satisfacere: quia peccatū habet quandam infinitatem, & opus talis hominis nullam habet infinitatem.

SED contra prædictā conclusionē, & cōtra hanc rationē arguitur hoc modo. Peccatum est infinitū ex obiecto: quia est offēsa personæ infinitæ. Ergo dilectio Dei quæ elicit ipse peccator, vel homo in puris naturalibus, erit etiā infinita ex obiecto: quia est dilectio infinitæ personæ. Ergo ille purus homo sic in puris naturalibus redderet Deo equiualens pro offēsa in ipsum facta.

PRO huius solutione est aduertēdū, quod peccatū dicitur aliquo modo infinitū malū, nō quia habet Deū pro obiecto (quia peccatū veniale ad minus in fide habet Deum pro obiecto, & tamē nō est infinitū. Nec dicitur infinitū eo quod habeat infinitā malitiā: aut quia puniatur infinita pœna: sed peccatum mortale dicitur infinite malū, quia est motus id est, recessus ab infinito extremo, & quia per illud perdit homo Deum qui est infinitū bonū, & quia mortale peccatum est contra amicitiam Dei. Et dilectio Dei non est infinita eo quod habeat Deū pro obiecto: sed quia est cōuersio in deū, qui est bonū infinitū. Et nō potest dilectio esse cōuersio, nisi sit ex amicitia Dei. Hoc probatur ex illo Zacha. Conuertimini ad me & ego cōuertar ad vos. Sed Deus nō conuertitur in peccatores, aut existētes sine sua amicitia & gratia. Ergo nec peccator cōuertitur in Deū. Itaque Dilectio vel actus ille bonus, non est accessus ad Deum de se, nisi Deus acceptet. Et hoc est quod dicitur Offē. 14. Perditio, tua Israel: ex me tantum modo auxiliū tuum.

SECUNDA propositio est. Purus homo, id est, nō existens Deus, in gratia Dei potest satisfacere sufficiēter & de condigno: sed nō perfecte, vt supra diximus, nec per adæquationē ad offēsam factā, id est, primo modo satisfactionis iā dicto sed per acceptationem Dei. Probat. Omne opus procedens ex gratia Dei, est acceptū Deo. At per opus acceptū illi cui fit satisfactio, satisfacimus de condigno. Ergo &c.

SECUNDO. Tantā bonitatē habet opus ex gratia procedēs, quantū malitiā habuit peccatū: quia propterea peccatū dicitur habere quādā infinitatē, quia est auersio a Deo. Sed actus procedēs ex gratia est cōuersio in Deū

enim ablatiō potest morbus sequi. Sed in morbo spirituali non est ita: quia liberum arbitriū non cogitur: unde causis præcedentibus potest vitari: quamuis difficulter: causis amoris potest incurri. Et ideo in diffinitione satisfactionis duoponit: scilicet abscissionem causarum quantum ad primum, & penitentiam liberi arbitrij ad ipsū peccatum: quantum ad secundum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod accipiendæ sunt causæ proximæ peccati actualis quæ dicuntur duæ scilicet libido ex consuetudine vel actū peccati relicta: & aliqua reliquæ peccati præteriti: & exteriores occasiones ad peccatum: ut locus: mala societas: & huiusmodi. Et tales causæ in hac vita per satisfactionem tolluntur: quamuis fomes, qui est causa remota peccati actualis, non totaliter tollatur in vita per satisfactionem: & si debilitetur.

AD SECVNDVM dicendum: quod quia causa mali vel privationis, eomodo quo causam habet non est nisi bonum deficiens: bonum autem facilius tollitur quā constructur: & ideo facilius est causas privationis & mali abscindere, quam ipsum malum removere, quod non remouetur nisi per constructionem boni: quod patet in cæcitate & causis eius. Et tamen causæ peccati prædictæ: non sunt sufficientes causæ: quā ex eis non de necessitate sequatur peccatum sed sunt occasiones quædam. Nec iterū satisfactio sine Dei auxilio fit: quia sine charitate esse non potest: ut dicitur.

AD TERTIVM dicendum: quod quamvis penitentia exprima sui intentione respiciat præteritum: tamen etiam ex cōsequenti futurū respicit, in quantum est medicina præservans: & sic etiam satisfactio.

AD QVARTVM dicendum, quod Augustinus diffinit satisfactionem secundū quod fit Deo, cui secundum rei veritatem nihil subtrahi potest, quamuis peccator quantum in se est aliquid subtrahat. Et ideo in tali satisfactione principaliter requiritur emendatio in futurum quam recompensatio præteritū, & propter hoc ex parte ista Augustinus diffinit satisfactionem. Nihilominus tamen ex cautela futu-

rorum cognosci potest recompensatio præteritorum, quia fit circa eadem conuerso modo. In præterita enim respicientes causas peccatorum propter peccata detestamur à peccatis incipientes detestationis motū. Sed in cautela à causis incipimus ut causis subtractis facilius peccata vitemus.

AD QVINTVM dicendum, quod non est inconueniens, quod de eodem dentur diuersæ assignationes secundum diuersa quæ in ipsa inueniuntur. Et sic est improposito: ut dixi etus patet.

AD SEXTVM dicendum: quod intelligitur debitum quod debemus Deo ratione culpæ commissæ: quia debitum penitentia respicit: ut prius dictum est.

PRIVS in hoc articulo tertio dubitatur quid est satisfactio. Dico quod est recompensatio offensæ præteritæ ad æqualitatem iustitiæ. Maior in. 4. d. 15. q. 1. definit sic. Satisfactio est volitio efficax reddendi æquivalens pro debito. Dicitur efficax quia si non fuerit efficax id est, imperatiua exterioris operis, non est sufficiens sed in efficax, dummodo non sit impedimentum. Unde infert corrolaria mirabilia. Primū est. Opera exteriora non sunt satisfactio, nisi æquiuoce: quia non sunt volitiones sed Maior non bene dicit in hoc. Unde enim inuenit, quod ieiunium non sit satisfactio: Sicut etiam opera exteriora dicunt esse satisfactio nes, Ergo non est solum volitio interna. Et si dicas quod ad hoc quod opus exterius sit satisfactio requiritur quod sit intentum & volitum, concedo. Sed etiam ipsum opus exterius est satisfactio & volitum Ergo non est bona illa diffinitio Maioris: quia aliquid quod non est volūtas interior, est satisfactio. Ideo ista est sufficiens & bona diffinitio. Satisfactio est recompensatio culpæ præteritæ ad æqualitatem iustitiæ. Et quia opus exterius est huiusmodi, ut ieiunium & eleemoly na, opus exterius est satisfactio.

SED est notandū, quod hæc diffinitio potest conuenire satisfactioni tripliciter: sicut tripliciter capitur ipsa satisfactio, ut supra diximus articulo primo. Primo modo si intelligatur satisfactio pro satisfactione generaliter sumpta pro peccatis etiā quo ad culpas, & ita est recompensatio præteritæ offensæ. Et hoc modo confessio est recompensatio. Secūdo modo capitur satisfactio pro solutione pœne, & sic etiā satisfactio

tisfactio est recompensatio. Tertio modo capitur satisfactio pro ut est pars sacramenti penitentiae scilicet coniuncta penitentia à sacerdote in sacramento penitentiae. Et etiā hoc modo satisfactio est recompensatio ad æqualitatem iustitiæ pro culpa præterita.

Dubium secundum. DVBITATUR secundo, cuius virtutis est actus ipsa satisfactio. Dico quod est actus virtutis penitentiae, quæ habet tres actus, quorum vnum est satisfactio.

Dubium tertium. DVBITATUR tertio, an satisfactio pro pœna debita sit etiam meritoria. Hoc dubium mouet S. Th. in ar. 1. ad. 1. argumentum. Et videtur quod non, quia est debitum, ergo non est meritorium: quia alias daret Deus duo præmia pro vno ieiunio. Nam homo dat ieiunium pro pœna quæ debet: & Deus remittit illi illam pœnam, & ultra dat gloriā pro illo ieiunio. Ergo dat duo præmia pro vno opere.

DICO ad hoc, quod omnis actus satisfactorius est meritorius: quia (ut postea videbimus) omnis actus satisfactorius procedit à gratia, & est bonus & liber. Ergo est meritorius.

Dubium quartum. DVBITATUR quarto, an actus satisfactorius sit ita meritorius ac si non esset satisfactorius, hoc est, est aliquis peccator & alius innocens: vnus ieiunat ut ei remittantur peccata quo ad pœnam, alter scilicet innocens ieiunat in obsequium Dei cæteris paribus, quis eorum plus meretur.

AD HOC dicit Maior in. 4. d. 15. q. 2. & bene, quod necessitas præcepti non minuit meritum. Probatur, quia illa necessitas non tollit libertatem. Sed sola necessitas quæ tollit libertatem tollit meritum. Hęc est etiam sententia S. Tho. hic ar. 1. ad. 1. vbi sic ait. Si voluntas necessitati assentiat non tollitur ratio meriti. Secundo idem dicit S. Th. 2. secund. q. 88. ar. 6. vbi dicit, quod melius est, cæteris paribus, opus factū ex voto vel obligatione aliqua voluntaria, quam facere illud idem opus libere sine quacūque obligatione. Tertio probatur. Omne illud quod facit actum meliorem, facit etiam magis meritorium. Sed esse imperatum vel imperari à virtute facit actum meliorem cæteris paribus. Ergo magis meritorium. Probatur minor. Quia ieiunium sumptum pro peccatis est imperatum à penitentia, licet eliciatur à temperantia, et sic imperari à penitentia est bona circumstantia. Ergo est melior actus, & per consequens magis meritorium. Quarto probatur. Si præceptū vel obligatio diminuit meritum, male facit ecclesia præcipiendo ieiunium: quia plus meremur ieiunando, & audiendo missam sine præcepto. Quinto. S.

Tho. quolib. 6. ar. 11. querit quis plus meretur, qui ieiunat ex obedientia & præcepto prælati, vel qui ieiunat libere: & respondet, quod ille qui ieiunat propter obedientiam. Unde bene prælati dicunt in suis præceptionibus ut plus mereamini, ego præcipio vobis.

EX hoc sequitur, quod bene S. Th. in 4. d. 15. & quolib. 3. ar. 28. laudat consuetudinē illam confessorum, qui postquam peculiarē satisfactionem iniungunt, quam penitentiam vocant addunt generaliter quicquid boni feceris &c quia cæteris paribus meretur per illud quod iniungitur in penitentia, quam per aliud quod non iniungitur in sacramentali penitentia, sed voluntarie ipse assumit. Unde cæteris paribus magis meretur qui operatur ex debito voluntario, quā qui libere operatur, id est, non ex debito. Et probatur: quia illud opus est ex voluntate magis firmata. Unde magis meretur qui persoluit preces horarias ad quas tenetur præcepto ecclesie, quam qui illas dicit ex sua devotione cæteris paribus.

Dubium quintum. DVBITATUR quinto, an satisfactio ad arbitrium sacerdotis sit necessaria ad salutem, ita quod dolor de peccatis interior non sit contritio sine formalis, vel virtuali proposito satisfaciendi ad arbitrium vel iudicium sacerdotis.

AD HOC respondet S. Th. supra. q. 37. ar. 1. ad. 1. vbi sic ait. Ad primum ergo dicendum quod post remissionem culpam adhuc est peccator debitor pœnæ temporalis. Sed infusio gratiæ sufficit ad culpæ remissionem. Ad gratiæ autem infusionem consequendam ordinata sunt gratiæ sacramenta: antequorum susceptionem, vel actū, vel propositū, peccator gratiā non consequitur. Sed tamen ex hoc quod operatur confessio ad pœnæ remissionem, non habet quod sit de necessitate salutis: quia pœna ista est temporalis ad quam post culpæ remissionem remanet homo ligatus. Unde sine hoc quod in præsentī vita expietur esset via salutis. Habet igitur confessio quod sit de necessitate salutis ex hoc quod ad remissionem culpæ ordinatur. Hactenus D. Th. alijque doctores hoc dicunt. SED hoc non obstante dico, quod ad consequendam salutē spirituale, necessaria est satisfactio ad arbitriū vel iudiciū sacerdotis: ita quod si cut in vera cōtritione includitur propositū cōfitendi sacerdoti, sine quo non erit cōtritio: ita includitur propositū satisfaciendi per sacerdotem, aut eius iudicio. Probatur. Confessio: quæ fit sacerdoti, quæ penitentia exterior dicitur, ut supra diximus, est necessaria ad salutē. Et in lege naturæ & in lege veteri contritio habebat annexum propositum, confitendi,

confitendi, & satisfaciendi Deo, iuxta illud Psal. 31. Dixi confitebor aduersum me iniuriam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Ergo ita in lege euangelica contritio habet annexum propositum confitendi sacerdoti, & satisfaciendi ad arbitrium eius: quia hoc est subijcere se clauibus, & iudicio ecclesiastico, quod est ad salutem sine dubio necessarium.

SECUNDO. Concilium Tridentinum sessione 6. cap. 14. postquam diffiniuit sacramentum penitentiae ad lapsi reparationem, velut secundam post naufragium tabulam necessarium esse: illico decernit hoc sacramento contineri, non modo cessationem peccatorum & eorum sacramentalem confessionem, & sacerdotalem absolutionem: verum etiam satisfactionem perieiunia, eleemosinas, orationem, & alia pia spiritualis vitae exercitia; non quidem pro pena aeterna sed pro temporalis. De hac (inquit) penitentia scriptum est Apocalip. 2. Memor esto vnde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac. Et iterum illud Pauli posteriore ad Corinth. 7. Quia secundum Deum tristitia est penitentiam in salutem stabilem operatur. Et rursus Matth. 3. Penitentiam agite appropinquabit regnum celorum. Et rursus Matth. 3. & Luca. 3. Facite fructus dignos penitentiae. Quia omnia loca de penitentia exteriori esse intelligenda per quam. scilicet exterior satisfactio pro peccatis fit, vt supradiximus constat.

TERTIO. Leo Papa in epistola 69. ad Theodorum episcopum inquit. Mediator Dei & hominum hanc praepositis ecclesiae tradidit potestatem: vt & penitentibus actionem penitentiae darent, & salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Ergo nisi penitens proponat ecclesiae se potestati subijcere, vt iuxta eius arbitrium peccata compensent, seruari non possunt. Iam enim ibidem docuerat summus pontifex, hanc sacerdotalem auctoritatem, & iudicium esse ad salutem necessarium.

QUARTO. Satisfactio, ad arbitrium sacerdotis est in praepo, vt infra probabatur: Ergo satisfactio ad arbitrium sacerdotis est ad salutem necessaria. Consequenter probatur: quia id quod non est necessarium ad salutem non est in praepo. Antecedens probatur: quia frustra sacerdotes essent iudices constituti: si eorum sententiae parere, non esset necessarium: Inanis enim auctoritas iudicatis, quae impunere iungi potest. Idque eo magis, quod iudicium hoc non est ad redimendas lites: sed ad vindicanda scelera.

QUINTO Confirmatur: quia necessarium

est iudicibus penas indicere reis, ne sint iudices iniqui. Ergo id penitentes & rei exequi debent, ne falsi penitentes videantur & sint. **SED** contra. Poena illa quam debet penitens post culpae remissionem, est finita & temporalis: Ergo potest illam soluere ipse penitens sine potestate clauum: Ergo non tenetur satisfacere ad arbitrium sacerdotis **AD** hoc dicemus postea. I'ronunc nego consequentiam vltimam: quia est distinctum praepo, quod veniat peccator ad iudicium sacerdotis & pareat iudici.

DEBITATVR sexto. an requiratur expressum propositum satisfaciendi Deo iudicio, vel arbitrio sacerdotis.

DICO quod ita ad consequendam salutem, & vltimam felicitatem. Ad gratiam autem & remissionem peccatorum consequendam sufficit propositum virtuale: vt supra diximus questione 5. ar. 1. de confessione. Sed si postea nollet penitens satisfacere ad arbitrium sacerdotis, amitteret illam gratiam & periret: vt infra latius probabimus.

Quaestio. 12.

De satisfactionis possibilitate.

DEINDE considerandum est de possibilitate satisfactionis. Circa quod duo quaeruntur.

PRIMO. Vtrum homo possit Deo satisfacere. **SECUNDO.** Vtrum aliquis pro alio satis facere possit.

Articuli primus.

Vtrum homo possit Deo satisfacere.

S. Thom. vbi supra ar. 2.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod homo non possit Deo satisfacere. Satisfactio enim debet equari offensae: vt dictis patet. Sed offensa

in Deum commissa est infinita: quia quantum rem respicit ab eo in quem committitur, quantum plus offendat qui principem percutit, quam alium quemcumque. Quum ergo actio hominis non possit esse infinita: videtur quod homo Deo satisfacere non possit.

PRAEETEREA. Seruus quia totum quod habet domini est: non potest pro aliquo debito recompensare. Sed nos serui Dei sumus, & quicquid boni habemus ab ipso habemus. Quum ergo satisfactio sit recompensatio offensa praeterita, videtur quod a Deo satisfacere non possimus.

PRAEETEREA. Iste cuius totum quid habet non sufficit ad vnum debitum exoluendum non potest pro alio debito satisfacere. Sed quicquid homo est, & potest, & habet, non sufficit ad soluendum debitum pro beneficio creationis: vnde Esaie. 15. dicitur, quod ligna libani non sufficerent ad holocaustum. Ergo nullo modo potest satisfacere pro debito offensa commissa.

PRAEETEREA. Homo totum tempus suum in Dei seruitium debet expendere. Sed tempus amissum non potest recuperari: propter quod est grauis iactura temporis vt Seneca dicit. Ergo non potest homo recompensationem Deo facere: et sic idem quod prius.

PRAEETEREA. Peccatum actuale mortale est grauius quam originale. Sed pro originali nullus satisfacere potuit, nisi esset Deus & homo. Ergo nec pro actuale.

SED CONTRA. Sicut Hieronimus dicit, qui dicit Deum aliquid impossibile homini praecisse: anathema sit. Sed satisfactio est in praepo. Luca. 3. Facite dignos fructus penitentiae. Ergo possibile est Deo satisfacere.

PRAEETEREA. Deus est magis misericors quam aliquis homo. Sed homini possibile est satisfacere. Ergo & Deo.

PRAEETEREA. Debita satisfactio est quum pena culpe equatur: quia iustitia est idem quod contrapassum, vt Pitagorici dixerunt. Sed contingit aequalem poenam sumere delictationi: quae fuit in peccando. Ergo contingit Deo satisfacere.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est: dupliciter homo Deo debitor efficitur. Vno modo ratione beneficii accepti: alio modo ratione peccati commisi. Et sicut gratiarum actio: vel laetitia, vel siquid est huiusmodi respicit debitum accepti beneficii: ita satisfactio respicit debitum peccati commisi. In his autem honoribus qui sunt ad paretes & Deos etiam secundum philosophum impossibile est aequaliter reddere secundum quantitatem. Sed sufficit vt homo reddat quod potest: quia amicitia non exigit aequalens, nisi secundum quod possibile est. Et hoc etiam aequale est aliquo modo. Secundum proportionalitatem, quia sicut se habet quod Deo est debitum: ad ipsum Deum: ita hoc quod iste potest reddere ad eum: & sic aliquo modo forma iustitiae conseruatur. Et similiter est ex parte satisfactionis. Vnde non potest homo satisfacere: si ly satis aequalitatem quantitatis importet: contingit autem si importet aequalitatem proportionis. vt dictum est. Et hoc sicut sufficit ad rationem iustitiae: ita sufficit ad rationem satisfactionis.

AD PRIMUM Ergo dicendum, quod sicut offensa habuit quandam infinitatem: ex infinitate re diuinae maiestatis, ita & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinae misericordiae: prout est gratia informata, per quam acceptum redditur quod homo reddere potest.

QUIDAM tamen dicunt, quod habet infinitatem ex parte auersionis: & sic gratis dimittitur. Sed ex parte conuersionis finita est, & sic pro ea satisfieri potest. Sed hoc nihil est quia satisfactio non respondet peccato, nisi secundum quod est offensa Dei, quod non habet ex parte conuersionis, sed solum ex parte auersionis.

ALII vero dicunt, quod etiam quantum ad auersionem pro peccato satisfieri potest virtute meriti Christi: quod quodammodo infinitum fuit. Et hoc in idem reddit quod prius dictum est: quia per fidem mediatoris gratia data est credentibus. Si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum praedictum.

AD SECUNDM dicendum, quod homo

homo qui ad imaginem Dei factus est. aliquid libertatis participat. in quantum est dominus suorum actuum per liberum arbitrium. Et ideo ex hoc quod per liberum arbitrium agit Deus satisfacere potest, quia quamuis sit Dei, prout à Deo est sibi concessum: libere tamen traditum est: ut eius dominus sit: quod seruo non competit.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa concludit, quod Deo æquales satisfactio fieri non possit, non autem quod non possit sibi sufficiens fieri. Quamuis enim homo totum suum posse Deo debeat: non tamen ab eo exigitur de necessitate, ut totum quod possit faciat: quia hoc est ei impossibile secundum statum præsentis vite: ut totum posse suum ad aliquid unum expediat. quum oporteat eum circa multa sollicitum esse. Sed est quedam mensura homini adhibita: quæ ab eo requiritur scilicet impletio mandatorum Dei: & super ea potest aliquid erogare: ut satisfaciat.

AD QVARTVM dicendum: quod quamuis homo non possit tempus præteritum: recuperare: potest tamen infuturum recompensare illud, quod impreterito facere debuisset: quia non debuit debito præcepti totum quod potuit: ut dictum est.

AD QVINTVM dicendum, quod originale peccatum, & si minus habeat de ratione peccati quam actuale, tamen est gravius malum, quia est ipsius humanæ naturæ infectio. Ideo operi unius hominis puri satisfactio nem expiari non potuit sicut actuale.

IN HOC primo articulo est prius notandum, quod hæc conclusio. S. Th. nempe, quod homo potest Deo satisfacere, inter fideles fuit semper certa, eo modo quo declarat. S. Th. & nos late tractauimus in. q. præcedenti ar. 2. Sed hæretici Lutherani eam negant. Dicunt enim quod non est possibile soluere pœnam peccatis de bitam per modum satisfactionis: sed aliquando propter pœnitentiam Deus auertit flagella, & remittit pœnam gratis: & remittit culpam per contritionem.

AN igitur possit aliquis reuera satisfacere? Dico, quod pœnitentia est pars iustitiæ. Et

iustitia exigit æqualitatem. Et si loquamur proprie, & satisfactio importet simpliciter reddere æquale: nõ potest purus homo Deo satisfacere: quia nemo potest Deo æquiualens reddere, etiam si homines nõ peccarēt. Nam sententia pertrita est apud Aristo. Dijs & parentibus, & magistris, non potest reddi æquiualens. Si autem loquamur de æqualitate proportionis, quæ est, ut quis in sua proportionem faciat quod potest: hoc modo potest homo satisfacere Deo. Et proprie capiendo dicitur quis satisfacere, quando facit quod bono modo potest, ad soluendum quod debet. Dicitur etiam absolute quis satisfacere: quando ex beniuolentia acceptatis satisfacit.

DVBITATVR igitur prius, an generaliter & absolute loquendo de satisfactione ut se extendit ad culpam & pœnam, possit homo Deo satisfacere? **A**D HOC dico (ut iam diximus in. 2. arti. præcedentis quæstionis) quod dupliciter potest homo considerari. Vno modo absolute secundum sua naturalia, & sine gratia & ita loquendo nullo modo purus homo potest pro peccato satisfacere. Et de hoc vide alia quæ supra loco citato diximus: ubi tractauimus an pura creatura potuerit satisfacere pro genere humano. Et quantum ad hoc idem est iudicium ad satisfaciendum pro peccato proprio, & pro peccato generis humani loquendo de pura creatura sine gratia licet plus exigatur ad satisfaciendum pro originali quam pro mortali: ut dicit S. Th. hic ad vltimū argumentū. Sed ita est quod sicut pura creatura. i. sine gratia, non potest satisfacere pro originali: ita nec pro quocunque actuali. Probat hoc. Satisfactio quam homo potest reddere Deo sine gratia nullius est momenti: quia omnes iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatus. Esa. 64. Secundo. Quia omnia opera nostra esto essent optima sunt alias debita, quantumcumque essent sufficientia ad satisfaciendum, nõ possemus satisfacere beneficio creationis. Et si mus serui: ut patet. 1. Paralip. 29. Tua sunt domine omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Vnde non possumus sine gratia satisfacere.

DVBITATVR secūdo, an homo possit satisfacere secūdo modo, id est ex beniuolentia & liberalitate acceptantis. **D**ICO quod pura creatura nõ potest satisfacere et hoc secūdo modo sine gratia: quia satisfacere, & quod Deus acceptet est dicere quod opera nostra sunt grata Deo. Et si homo non habeat gratiam: non erunt opera illius grata. Nullo igitur modo potest homo sine gratia satisfacere.

SED

SED contra. Deus potentia absoluta potest remittere peccata propter opera de se bona, quæ quis in peccato mortali facit. Ergo sine gratia homo potest satisfacere.

AD hoc cõcedo antecedens: sed nego consequentiã: quia illud nõ esset satisfactio, sed pura dimissio peccatorum, & mera condonatio. Sicut si quis remitteret debitum alicui sine suis operibus nõ diceretur ille satisfecisse

DVBITATVR tertio, an homo existens in gratia possit satisfacere. Et si dicas iam est ei dimissum peccatum, verum est: sed loquimur de solutione pœnæ an possit satisfacere pro pœna, ad quã post remissionem culpæ m̃sit obligatus.

AD HOC respondetur duabus propositionibus: quarum prima est. Homo etiam existens in gratia, nõ potest satisfacere ad æqualitatem primo modo, non habendo respectum ad passionem Christi, nec secundum legem ordinatam, nec absolute. Probat. Opera nostra facta in gratia non sunt æqualia, nec cõdigna ad remittendã illã pœnã, quæ debetur pro peccatis: quia non sunt condignæ passionis huius tẽporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis ad Roma. 8. id est, non valent etiã ad remittendã pœnam debitã pro peccatis, nisi secundum quod procedunt virtute passionis Christi, & ex Dei acceptatione, & non de se. Et Deus nec dat gratiam, nec remittit pœnã peccatorum nisi virtute passionis Christi. Secundo. Opera puri hominis si aliquæ valorẽ habent est ex parte Dei: quia opera hominis aliã sunt debita propter creationem & alia beneficia à Deo recepta.

SECVNDV propositio est. Homo existens in gratia satisfacere potest secūdo modo. scilicet ex liberalitate acceptantis: qui sua beniuolentia facit, quod illa opera sint alicuius valoris, & quod satisfaciant. Non quidẽ ad æqualitatem: sed ad illũ fẽsum, quod Deus acceptat illa opera pro culpa: & sunt illi grata, & est contentus cum operibus illis.

TERTIO modo potest homo considerari secundum quod est in gratia: prout illa gratia est effectus passionis Christi, & in quantum homo est membrum Christi, & in quantum homines faciunt unum corpus cum Christo. Et ita potest homo satisfacere ad æqualitatem propriissimam, si iungamus merita hominum meritis Christi: qui satisfecit ad æqualitatem de rigore iustitiæ. Nos enim secundum legem, non imitumur (ut putant Lutherani) meritis aut operibus nostris: nec etiam gratiæ Dei: secūdo quod gratia daretur & non virtuti passionis Christi, sed passioni Christi innitur.

Itaq; si puro homini applicaretur virtus passionis Christi, etiã sine gratia gratũ faciente, opus procedens ex illa virtute, esset de rigore iustitiæ satisfactorium, licet nunc secundum euangelicam legem, passionis Christi meritum & valor nulli applicetur, nisi per sacramenta, & cõtritionem, & alia bona opera.

Artc. secundus.

Vtrum vnus pro alio possit pœnam satisfactoriam explere.

S. Tho. 4. d. 20. q. 1. ar. 2. q. 2

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod pœnã satisfactoriam non possit vnus pro alio explere. Quia ad satisfactionem, meritum requiritur.

Sed vnus pro alio non potest mereri vel demereri, quum scriptum sit Psal. 61. Tu reddes unicuique iuxta opera sua. Ergo vnus pro alio non potest satisfacere.

PRÆTEREA. Satisfactio in contritione & cõfessione diuiditur. Sed vnus pro alio nõ potest conteri aut cõfiteri. Ergo nec satisfacere.

PRÆTEREA. Vnus orando pro alio etiam sibi meretur. Si ergo aliquis pro aliquo satisfacere potest, satisfaciendo pro alio pro se satisfacit: & ita ab eo qui pro altero satisfacit, nõ exigatur alia satisfactio pro peccatis proprijs.

PRÆTEREA. Si vnus pro alio satisfacere potest. Ergo ex quo vnus sibi suscipit debitã pœnã, alius statim à debito liberatur. Ergo si moriatur postquam tota pœna sibi debita ab alio suscepta est, statim euolabit: vel si adhuc puniatur, duplex pœna reddetur pro eodem peccato. scilicet illius qui satisfacere incipit, & illius qui puniatur in purgatorio.

SED CONTRA. Galath. 6. dicitur. Alter alterius onera portate. Ergo videtur quod vnus possit onus pœnitentiæ impositæ, pro alio suscipere.

PÆT.

PRAET. Charitas magis potest apud quā apud homines. Sed vnus potest apud homines pro alterius amore debitum eius soluere. Ergo magis fortius hoc in diuino iudicio fieri potest. **RESPONDEO** dicendum, quod pœna satisfactoria est ad duo scilicet ad solutionem debiti & ad medicinam pro peccato vitando. In quantum ergo est ad remedium sequentis peccati, sic satisfactio vnus non prodest alteri: quia ex ieiunio vnus caro alterius non domatur, nec ex actibus vnus alius bene agere consuevit, nisi secundum accidens in quantum aliquis per bona opera potest mereri augmentum gratiæ: quæ efficacissimum remedium est, ad peccatum vitandum. Sed hoc est per modum meriti magis quā per modum satisfactionis. Sed quantum ad satisfactionem debiti, vnus potest pro alio satisfacere, dummodo sit in charitate: vt opera eius satisfactoria esse possint. Nec oportet quod maior pœna imponatur ei qui pro alio satisfacit, quā principali imponere: vt quidam dicunt hac ratione moti: quia pœna propria magis satisfacit quā aliena, quia pœna habet vim satisfaciendi, maxime ratione charitatis, qua homo ipsam sustinet. Et quia maior charitas apparet in hoc quod aliquis pro altero satisfacit, quā si ipse satisfaceret: ideo non maior pœna requiritur in eo qui pro altero satisfacit, quā in principali requireretur, vnde dicitur in vitis patrum quod propter charitatem vnus qui alterius fratris sui charitate ductus, pœnitentiam fecit pro peccato quod non commiserat: alteri peccatum quod commiserat dimissum est. Nec exigitur etiam quantum ad solutionem debiti, quod ille pro quo fit satisfactio sit impotens ad satisfaciendum: quia etiam si esset potens, alio satisfaciens pro ipso ipse a debito immensus esset. Sed hoc requiritur in quantum pœna satisfactoria est in remedium: vnde non est permittendum, vt aliquis pro alio pœnitentiā faciat, nisi defectus aliquis appareat in pœnitentiā, vel corporalis per quem sit impotens ad sustinendum: vel spiritualis per quem non sit pœncipus ad portandum pœnam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod premium essentialiter redditur secundum dispositionem hominis: quia secundum capacitatem videntium erit plenitudo visionis diuinae. Et ideo sicut vnus non disponitur per actum alterius: ita vnus non meretur premium essentialiter, nisi meritum eius habeat efficaciam infinitam, sicut Christi: cuius merito solo pueri baptizati ad vitam æternam perueniunt. Sed pœna temporalis pro peccato debita post culpæ remissionem non taxatur secundum dispositionem eius cui debetur: quia quandoque ille qui est melior, habet maiorem pœnæ reatum. Et ideo quantum ad pœnæ dimissionem, vnus alteri mereri potest: & actus vnus efficitur alterius charitate mediante, per quam omnes vnum sumus in Christo.

AD SECUNDVM dicendum, quod contritio ordinatur contra culpam, quæ ad dispositionem bonitatis vel malitiæ hominis pertinet: ideo per contritionem vnus, alius a culpa non liberatur. Similiter per confessionem homo se sacramentis ecclesiæ subiecit: non autem potest vnus sacramentum pro alio accipere: quia in sacramento gratia suscipiendi datur, non alij. Et ideo non est similis ratio de satisfactione & contritione & confessione.

AD TERTIVM dicendum, quod in solutione debiti attenditur quantitas pœnæ, sed in merito attenditur radix charitatis. Et ideo ille qui ex charitate pro alio meretur, saltem merito congrui, etiam sibi magis meretur. Non autem qui pro alio satisfacit pro se satisfacit: quia illa quantitas pœnæ non sufficit ad vtrumque peccatum. Tamen sibi meretur maius quid quā si dimissionem pœnæ, scilicet vitam æternam.

AD QVARTVM dicendum, quod si ipse met ad aliquam pœnitentiam se obligasset: non prius a debito esset in liberis quā si soluisset: & ideo pœnam ipse patitur, quā si ille satisfactioem pro eo fecerit. Quam si non fecerit, tunc vterque est debitor illius pœnæ: vnus pro commisso alius pro omisso. Et ita non sequitur quod peccatum vnum bis puniatur.

IN

Debitum. **PRIMUM.** IN HOC articulo est conclusio Sancti Tho. quod vnus homo pro alio satisfacere potest. Sed dubitatur in quo gradu est tenenda conclusio San. Tho. quæ est omnium fidelium etiam sanctorum.

DICO quod conclusio est de fide sumpta in illo sensu, scilicet quod vnus homo potest satisfacere pro pœna debita peccato alterius iam remissa, quo ad culpam: ita quod vnus potest ieiunare pro alio, & per illud ieiunium soluere pœnam quam alius debet pro suis peccatis iam remissis quo ad culpam. Probatur ecclesia orat pro mortuis. Et non est dicendum quod frustra agimus sacrum, aut celebramus missas pro defunctis. Ergo vnus potest satisfacere pro alio de fide. Soli hæretici vniuersales dicunt, quod vnus pro alio satisfacere non potest: quia filius non potest portare iniquitatem patris. Et lutherus dicit quod pœna quam quis debet pro peccatis suis est irremissibilis per alium: sed ipse qui debet oportet necessario quod soluat, sed de hoc in materia de indulgentiis infra nos plura dicturi sumus, quando tractabimus de suffragiis pro mortuis, ubi erit proprius locus.

PRO nunc probo principalem conclusionem. Nihil est tam naturale quam vt quilibet vtatur re sua prout vult, secundum debitas circumstantias, & debitum finem. Sed satisfactio hæc est huius Petri ieiunantis, & satisfaciens. Ergo poterit vti illa dando illam alteri.

ET confirmatur. Ille satisfaciens potest dare bonum suum temporale alteri. Ergo etiam spirituale. Vnde habes quod Deus prohibuit ne demus spirituale & madauit vel permisit quod demus temporalia?

SECUNDO. Consuetudo ecclesiæ sufficiebat ad hoc probandum, quæ orat pro defunctis: & vnus christianus orat pro alio. Et ridiculum est dicere quod hæc fiant frustra, absque aliqua vtilitate. Ergo satisfacit vnus pro alio.

TERTIO probatur hoc ex diuo Paulo ad Colof. 1. Nunc gaudeo in passionibus pro vobis: & adimpleo quæ defunt passioni christi in carne mea, pro corpore eius quæ est ecclesia. Nam licet passio christi esset sufficiens remedium pro omnibus peccatis, non tamē efficacis nisi applicaretur: quod fit per opera hominum, per quæ christus instituit suam passionem esse applicandam. Secundo quia Deus in prædestinatione ordinauit quod vnus oret pro alio, & pro alio satisfaciat & quod sancti patiantur in bonum ecclesiæ, sicut ipse passus est. Et ideo dicit Paulus ad impleo. 1. addo, quod pro parte mea debeo

addere in ecclesia ad bonum ipsorum fidelium. **QVARTO.** Oratio vnus prodest alteri. Ergo satisfacit pro altero. Probo antecedens Iacobi. 5. orate pro inuicem vt saluemini. Si autem oratio potest prodesse ad salutem æternam, quare non potest prodesse ad solutionem pœnæ, quod minus est? Et ita alia bona opera profunt ad solutionem pœnæ: sicut oratio. Ergo &c.

QVINTO. Pro hoc est illud quod dicit diuus Paulus ad Roma. 12. quod omnes homines sunt vnū corpus cum christo singuli autem alter alterius membra. Facit etiam illud. 1. ad Corinth. 6. Nescitis quonia corpora vestra membra sunt christi. Ergo inuicem possunt prodesse spiritualiter: quia spiritualiter loquitur Paulus Et ad Ephe. 4. Quoniam sumus inuicem membra Et ca. 5. Simus imitatores christi sicut & christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. Sic ergo oportet quod nos tradamus nos ipsos proximis orando pro eis. Et. 1. ad Corinth. 12. multa videtur in hac sententia loqui ait enim. Sicut enim corpus vnum est, & habet multa membra: omnia autem membra quum sint multa vnum tamen corpus sunt &c. vsque ad illud & membra de membro. Tunc bene sequitur. Si sumus membra. Ergo possumus nos in spiritualibus adiuuare: quia membra inuicem influunt & non sumus membra in temporalibus. Ergo &c. Facit etiam pro hoc illud quod dicit Paulus. Non potest oculus dicere manui opera tua non indigeo. Ad litteram loquitur apostolus de hoc. Si ergo oratio vnus prodest pro altero. Ergo alia opera bona profunt & satisfaciunt pro alio.

SEXTO Chrysostomus in homilia. 14. operis imperfecti ait. Libenter audit Deus quando christianus non solum pro se: sed pro alijs orat. Prole (inquit) orare naturæ est pro alijs autem gratiæ. Dulcius enim est oratio ante Deum, non quam necessitas rei transmittit sed quam charitas fraternitatis comédatur. Ex quibus omnibus sequitur quod vnus potest pro alio satisfacere. Pro hoc etiam est illud alter alterius onera portate ad Galathas. 6 hoc est alter recompenset pro pœna quam alter debet.

NOTA tamen illud quod dicit Sanctus Thomas quod vnus meretur alteri augmentum gratiæ quia intelligitur mediate: vt supra iam diximus. 1. impetrat vnus quod Deus det bonum motum alteri, pro quo motu Deus daret illi gratiæ augmentum.

Quæstio.

Quęstio. 13.

De Qualitate satisfactionis.

DEINDE considerandum est de qualitate satisfactionis. Et circa hoc queruntur quinque.

P R I M O. Vtrum homo possit de vno peccato sine alio satisfacere.

S E C V N D O. Vtrum ille qui de omnibus peccatis prius contritus fuit, & postea in peccatum incidit: de alijs peccatis quę sibi fuerunt dimissa per contritionem, satisfacere possit extra charitatem existens.

T E R T I O. Vtrum homo postquam charitatem habuit valere sibi incipiat satisfactio precedens.


Q V A R T O. Vtrum opera extra charitatem facta sint alicuius boni meritoria.

Q V I N T O. Vtrum opera predicta valeant ad pœnę infernalis mitigationem.

Articul. primus.

Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio.

Sanct. Thom. 4. d. 15. q. 1. ar. 3. q. 1. & sequentibus.



P R I M U M sic proceditur. Videtur quod homo possit de vno peccato, sine alio satisfacere. Et oritur quę non habent connexionem ad invicem. Vnde potest auferri sine alio. Sed peccata nō habent ad invicem connexionem, alias qui haberet vnum haberet omnia. Ergo vnum potest expiari sine alio per satisfactionem.

P R A E T E R E A. Deus est magis miseri-

cors quam homo. Sed homo recipit solutionem vnius debiti sine alio. Ergo & Deus satisfactionem vnius peccati sine alio.

P R A E T E R E A. Satisfactio (vt in litera dicitur) est peccatorū causas excideret nec suggestionibus aditum indulgere. Sed contingit hoc fieri in vno peccato sine alio: vt. si luxuriam quis refrenet: & a Varitia insistat. Ergo de vno peccato potest fieri satisfactio sine alio.

S E D C O N T R A. Esai. 58. Ieiunium eorum qui ad contentiones & lites ieiunabant Deo acceptum non erat licet ieiunium sit satisfactionis opus. Sed non potest fieri satisfactio nisi per opus Deo acceptum. Ergo non potest qui habet aliquod peccatum Deo satisfacere.

P R A E T E R E A. Satisfactio est medicina curans peccata pręterita: & pręseruans a futuris vt dictum est. Sed peccata nō possunt sine gratia curari. Ergo quum quodlibet peccatum gratiam auferat: non potest de vno peccato fieri satisfactio sine alio.

R E S P O N D E O dicendum quod quidam dixerunt: quod potest de vno peccato satisfieri sine alio. Vt Magister in litera dicit. Sed hoc non potest esse. Quum enim per satisfactionem tolli debeat offensa pręcedēs: oportet quod talis sit modus satisfactionis, qui competat ad tollendam offensam. Offense autem ablatio, est amicitie restitutio. Et ideo si aliquid sit quod amicitie restitutionem impediatur, etiā apud homines satisfactio esse non potest. Quum ergo quodlibet peccatum amicitiam charitatis impediatur, quę est hominis ad Deum: impossibile est: vt homo de vno peccato satisfaciatur alio retento: sicut nec homo satisfaceret qui pro alapa alteri data se ciperet: & aliam sibi daret.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod quia peccata nō habent connexionem ad invicem in aliquo vno, vnum potest quis incurrere sine alio. Sed vnum & idē est secundū quod omnia peccata remittuntur: & ideo remissiones peccatorum connexę sunt: & de vno sine alio satisfactio fieri non potest.

A D S E C V N D U M dicendum quod in obligatione

obligatione debiti, non est nisi inequalitas iustitię opposita: quia vnus re alterius habet. Et ideo ad restitutionem nō exigitur, nisi quod restitatur equalitas iustitię: quod quidem potest fieri de vno debito non de alio. Sed vbi est offensa, sibi est inequalitas, non tantum iustitię opposita, sed etiam amicitie. Et ideo ad hoc quod per satisfactionem offensa tollatur, non solum oportet quod equalitas iustitię restituatur per recompensationem equalis pœnę: sed etiam quod restituatur amicitie equalitas. Quod non potest fieri dum aliquid est quod amicitiam impediatur.

A D T E R T I U M dicendum, quod vnum peccatum suo pondere ad aliud trahit, vt Gregorius dicit. Et ideo qui vnum peccatum retinet, non sufficienter causas alterius peccati excidit.

I N H O C primo articulo dubitatur an homo existēs in peccato mortali possit pro alijs peccatis iam admissis satisfacere.

A D H O C fit prima propositio, quę in hac materia est certa, ita quod in illa omnes conueniunt. Impossibile est quod homo satisfaciatur pro peccato non dum dimisso quod ad culpam. Probatur Quia est implicatio, quod aliquis satisfaciatur pro pœna si non sit remissa culpa: quia quandiu manet culpa manet obligatus ad pœnam pro illa culpa. Et est dignus pœna pro tali culpa. Ergo. &c. Alia grauiora dubia videbimus in articulo sequenti.

Articu. secūdus

Vtrum quis extra charitatem existēs possit satisfacere de peccatis ante contritus.



A D S E C V N D U M sic proceditur. Videtur quod qui de peccatis omnibus contritus fuit prius, postea in peccatum incidit de alijs peccatis quę sibi per contritionem dimissa fuerant, satisfacere possit extra charitatem existēs. Dixit enim Da-

niel Nabuco donosor Danie. 4. Peccata tua elemosynis redime. Sed ipse ad huc peccator erat quod sequens pœna demonstrat. Ergo potest existens in peccato satisfacere.

P R A E T E R E A. Nemo scit an sit dignus odio vel amore. Ecclesiastes. 9. Si ergo non potest fieri satisfactio nisi ab eo qui est in charitate: nullus sciret se satisfacere. Et hoc est inconueniens.

P R A E T E R E A Ex intentione quam homo habet in principio actus totus actus informatur. Sed pœnitens quando pœnitentiā, inchoauit in charitate erat. Ergo tota satisfactio sequens, ex illa charitate intentionem informatam te efficaciam habebit.

P R A E T E R E A Satisfactio consistit in quadam adæquatione pœnę ad culpam. Sed talis adæquatio potest fieri in eo qui charitatem non habet. Ergo &c.

S E D C O N T R A. Prouer. 10. dicitur. Vniuersa delicta operit charitas. Sed satisfactionis virtus est delere delicta. Ergo sine charitate non habet suam virtutem.

P R A E T E R E A. Pręcipuum opus in satisfaciendo est elemosyna. Sed elemosyna extra charitatem facta non valet, vt patet. 1. ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum &c. Ergo nec satisfactio aliqua est.

R E S P O N D E O dicendum: quod quidam dixerunt, quod postquam omnia peccata per pœnitentiā & contritionem remissa sunt, si aliquis ante satisfactionem peccatum in peccatum decidat: & in peccato existens satisfaciatur quod satisfactio ei valeat: ita quod si in peccato illo moreretur: in inferno de illis peccatis nō puniretur. Sed hoc non potest esse: quia in satisfactione oportet quod amicitia restituatur: iustitię equalitas restituatur, cuius contrarium amicitiam tollit, vt Philosophus in. 9. Ethico. dicit. Aequalitas autem in satisfactione ad Deum non est secundum æquualentiam: sed magis secundum acceptationem ipsius. Vt dictū est. Et ideo oportet quod et si in offensa sit dimissa per præcedēte contritionem quod opera satisfactoria sint Deo accepta quod dat eis charitas

Et ideo sine charitate opera facta non sunt satisfactoria.

AD PRIMV Mergo dicendum, quod consilium Danielis intelligitur: quod a peccato cessaret: & pœniteret: & sic per elemosynas satisfaceret.

AD SECVNDVM dicendum: quod sicut homo nescit pro certo vtrum charitatem habuerit in satisfaciendo: vel habeat: ita etiā nescit pro certo vtrum plene satisfecerit, & ideo dicit Ecclesiast. De propitiatu peccatorū noli esse sine motu. Non tamen exiguntur, quod propter hunc metum homo satisfactionem explet amiteret, si conscientiam peccati mortalis non habet. Quāuis enim pœnam non expiet per huiusmodi satisfactionem: tamen non incurrit reatum omissionis ex satisfactione neglecta: sicut nec ille qui accedit ad Eucharistiā sine conscientia peccati mortalis cui subiacer, reatum indigna sumptionis incurrit.

AD TERTIV M dicendū quod illa intro interrupta est per peccatum sequens: & ideo non dat operibus vim aliquam post peccatum factis.

AD QVARTVM dicendum, quod nō potest fieri ad æquatio sufficiens nec secundum acceptationem diuinam, nec secundum æquivalentiam, & ideo ratio non sequitur.

Dubium. Vnicum.

IN HOC articulo. 2. dubitatur an bona opera ex genere facta in peccato mortali satisfaciant pro peccatis præteritis iam alias dimissis.

AD HOC distinguunt doctores. Vel illa opera sunt in iuncta in pœnitentia a confessario, vel non. Si non, est communis sententia theologorum, quod non sunt satisfactoria, quantumcunque sint bona ex genere: licet aliqui pauci dicant oppositum. Et probatur ex illo Pauli. 1. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeat charitatē autē non habeam nihil mihi prodest.

SECVNDO probatur ratione. Per illa opera nō potest ille reddere æquale Deo quātum est de se, nec ex acceptatione, quia hæc acceptatio fundatur in amicitia & gratia, & nō potest imaginari quod opera sint grata & persona ingrata. Ergo quū hæc opera ex natura sua nō sufficiant, nec etiā ex acceptatione (quū enim ille qui facit sit in peccato

mortali, opera eius non sunt Deo accepta) non poterit quis per illa satisfacere.

ET confirmatur. Quia nemo etiam in humanis facit talem acceptationem cū inimicis. sed cū amico. Ergo ita Deus benedictus non acceptat opera inimici in satisfactionem pro aliqua pœna.

TERTIO probatur. Quia quod in cōtritione quando aliquis contritus est de peccatis pœna æterna commutetur in tēporalē, nō est ex natura rei, sed ex misericordia Dei & liberalitate, quū illud pactum sit amicitie & misericordie & nō ex iustitia. quia ex hoc quod homo est amicus Dei, commutat illi pœnam æternam in temporalem. Et ita illud pactum durat durate amicitia: sicut habuit originē ex amicitia, sic cōseruatur per amicitia. Si autem amicitia nō sit nullo modo acceptabit Deus. Et quātum ad hoc est communis opinio doctorum.

VERVM est quod Scotus in. 4. d. 15. q. 1. & Maior. d. 15. q. 11. & Metinēsis in q. 5. de satisfactione, loquuntur indistincte: quia proponunt quætionē in generali. & respondet et indistincte, nō distinguentes de operibus in pœnitentia iniunctis vel non iniunctis. Verū est quod ponunt exempla de operibus in pœnitentia iniunctis: sed nō distinguūt. Nescio quid sentirēt. Et credo quod Scotus nō recederet ab opinione cōmuni. Sed Maior videtur declinare in illā partē. s. quod satisfactio facta in peccato mortali sufficit pro peccatis alias dimissis: quia rationes quas facit hoc videntur probare, esto nō sit pœnitentia illa iniuncta in faci amēto. Idē dicit Metinēsis vbi supra. Sed demus eis hoc quod tenent cum cōmuni opinione.

ALIA sunt opera satisfactoria. quę sunt iniuncta in pœnitentia a cōfessario & de his est maius dubiū, si talis satisfactio facta in peccato mortali, sufficiat ad remissionē pœnæ: quū ille debet pro peccatis alias dimissis. De hoc Scotus & Maior & Metinēsis vbi supra ponunt in sententia tres propositiones.

PRIMA propositio est. Qui semel vere pœnitet & cōfessus recipit pœnitentiā & satisfactionē condignā a cōfessario: quantumcunque postea peccet quomōdocūq; adimpleat, nō tenetur aliud facere nisi illud, siue faciat & adimpleat in peccato, siue nō. Satis est adimplere. Et si moreretur in peccato illo in quo impluit pœnitentiā, non puniretur pro pœna peccatis iam remissis debita quia iam satisfecerat opus illud bonum quod fecit satisfecerat, enim si fierit in gratia, etiā tūc satisficit ex vi clauum a quibus fuit impositum. **SECVNDA** propositio est. Si talem pœnam soluat voluntarie extra charitatem. soluit

penam, licet non mereatur.

TERTIA propositio est. Esto quod ille pœnitens non impleat voluntarie illam pœnā sed in vitus: soluitur illa pœna. Et hoc dicit propter existentes in inferno: de quibus dicunt Scotus & Maior, quod si quis damnatur in inferno pro peccato vel peccatis quę commisit post iniunctam sibi pœnitentiā ibidem soluit illam pœnam debitam illis remissis peccatis per præteritam confessionē & satisfactionem.

DE hoc. S. Tho. quum non scripserit in summa, in. 4. videtur varius. Nam in. d. 15. vnde hæc litera textus de sumpta est, dicit, quod existens in mortali nō potest satisfacere pro pœna debita peccatis aliās dimissis. Et in. d. 22. q. 1. ar. 1. ad. 5. videtur dicere, quod in inferno pœna quę debetur pro peccatis dimissis soluitur. Sed communis opinio thomistarū, & inquam declinavit. S. Th. hic, vbi ex professo loquitur de hoc, est: quod si pœnitens non adimplet pœnitentiā in charitate, nullius utilitatis est in eo qui damnatur, ad satisfaciendum apud Deum pro pœna debita peccatis aliās dimissis: sed punietur æterna liter in inferno, pro pœna debita peccatis aliās dimissis, sicut si non ieiunasset aut non fecisset illam pœnitentiā quam fecit in peccato mortali. Probatur. Illa opera facta in peccato mortali non sunt satisfactoria, & si de se essent bona. Ergo &c. Probatur antecedens. Quia de se non sunt satisfactoria, & si de se essent bona. Ergo &c. Probatur antecedens. Quia de se non sunt satisfactoria de condigno ad æqualitatem: nec ex diuina acceptatione: quia non sunt Deo accepta. quū faciēns sit inimicus. Et hæc est sententia. Hērrici de Gandauo in quolib. 8. q. 18. Idem tenet Adrianus in quæstione quam facit expressam de hoc. Idem Paludanus in. 4. d. 15. q. 1. & dicit quod est communis doctorum opinio. Durandus autem in. 4. d. 15. q. 2. dicit quod est probabilis in vtranque partem: & respondet ad argumenta in vtranque partē. Et Scotus dicit quod sua opinio videtur sibi vera sine præiudicio: per quod videtur, quod nō determinate satis diceret illud: sed dubitauerit.

IDEO dico, quod probabilior est communis opinio negatiua, nempe, quod nullus existens in peccato mortali, potest satisfacere apud Deum: etiam pro peccatis iam alias remissis. probatur. Omnia opera nostra solū sunt satisfactoria ex acceptatione Diuina. At vbi non est gratia non est acceptatio. Ergo nec est imaginabilis satisfactio, **SECVNDO**: Eadem argumēta quę doctores faciunt ad probandum, quod si illa ope-

ra non sunt in iuncta in pœnitentia: nō sunt satisfactoria, probant etiam, quod esto sint iniuncta in pœnitentia non possunt satisfaccere.

TERRIO probatur. Nam si aliās opera facta in peccato mortali, possent esse satisfactoria: rueret tota ratio quam doctores ponunt ad probandum, quod vnum peccatum non potest remitti sine alio quia requiritur amicitia & quod ille peccator sit acceptus Deo, quod non potest fieri si est in peccato mortali. Si enim ille est acceptus ad satisfaciendū pro pœna, etiam esset pro culpa. Et licet Maior dicat, quod hoc quod non possit remitti vnum peccatum mortale sine alio, non pōt probari nisi ex lege: quia ita fuit voluntas Dei: hoc tamen nihil est dicere, sed est fuga in multis difficultatibus: quia non constat in lege, quod Deus non vult vnum peccatū sine alio remittere. Profecto non est alia ratio, nisi quod nullus potest satisfacere sine gratia: quia remissio peccati est maxima Dei amicitia, qua non vtitur nisi erga amicos, Vnde dolor non est contritio nisi sit cū gratia. Prius enim natura est gratia in pœnitente (vt supra late diximus) quā dolor qui sufficiat ad remissionē peccatorum. Ergo si illa ratio procedit in illo casu: etiā in satisfactione. Ideo tenebimus opinionem cōmunē. **ET** confirmatur. Quia dicit Scotus, si imponitur pœnitentia clauē non errante, id est quod pœnitentia iniuncta sufficiat ad remissionem pœnæ, nempe, si debebam propter peccatum decem dies pœnæ, & imponatur pœnitentia sufficiens ad remissionem pœnæ illorum decem dierum) quāuis impleatur in mortali sufficit.

CONTRA hoc arguitur. Ieiunium factū in gratia est magis satisfactoriū, quam sine gratia, quia omnia quę faciūt opus melius faciunt opus magis meritoriū, & satisfactoriū ergo si illud ieiunium esset satisfactoriū in gratia extra gratiam non erit, aut non tantum.

ET confirmatur. Quia non habetur vnde extimetur quantum sufficerent illa opera, si non est gratia: quia quando est gratia ex illa iudicamus quantum valeant, vel ex Dei acceptatione, quę in existente in mortali, non est.

SECVNDO probatur ex illo prioris ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Ergo opera sine charitate nō sunt satisfactoria pro pœna debita peccatis: quia aliās multum profunt, loquendo ad minus de non iniunctis a cōfessariis sed voluntarie assumptis a pœnitentibus.

TERTIO. Esaias cap 58. dicit. Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliuimus animas nostras & nescisti. Si ieiunare est tantę utilitatis: vt remittat pœnam debitam peccatis, esto sit quis in peccato mortali, ergo Deus respicit, quia remittere illam pœnam est aspicere, & clementissime aspicere. Si ergo Deus non respexit ad illud ieiunium: non est eis remissa pœna pro peccatis. Et sequitur ibidem. In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: Vbi ad literam loquitur de ieiunijs factis in peccato mortali: quę ipse Deus non acceptat.

Q. VARTO. Omnis satisfactio fundatur in passione filij Dei: & per illius passionem acceptantur opera nostra, & per virtutem illius satisfacimus: virtus autem passionis non videtur quod applicetur & extendatur illis qui sunt extra charitatem: quia virtus passionis Christi communicatur nobis per charitatem, per quam fit quis membrum Christi. Hęc ex Adriano mihi placuerunt, qui nobiscum est.

DVRANDVS autem & Paludanus esto teneant opinionem communem, arguunt sic contra eam. Postquam dimissum est peccatum mortale quo ad culpam, iam debetur pœna temporalis peccato dimisso. Ergo si ille peccator ieiunet satisfaciet: & si moriatur non punietur æternaliter, alias peccatum dimissum perpetuo puniretur. Hoc dico propter solutionem quam dant Durandus & Paludanus, quam etiam recipit Capreolus, nempe, quod illa commutatio pœnæ æternæ in temporalem est conditio nalis. I. si satisfeceris in gratia, si autē nō redibit pœna æterna. Sed hoc communiter non tenetur, quia sine pœnitentiā sunt dona Dei. Nec peccata præterita, redeunt quo ad culpam, ergo nec quo ad pœnam semel dimissam. Si enim redirent quo ad pœnam, iam redirent peccata præterita propter sequens peccatū. Ideo aliter dico & ad argumentum negatur consequētia, & dico quod non est reus nisi pœnæ temporalis pro peccato dimisso. Sed nō finietur illa pœna: quia nunquam poterit satisfacere. Quicquid enim fecerit in mortali, non soluit peccata satisfactio pro illa pœna: quia Deus non acceptat illud opus, quod est tanquā pecunia falsa: & numisma ex aurichalco. Vnde sicut ille qui debet solum obolum, nunquam satisfacit creditori: quādiu non soluit: & si paruissimum sit debitum: ita & ille qui est in peccato mortali nunquam satisfaciet pro pœna debita peccatis dimissis: quia nunquam soluit. Quādiu enim est in mortali non soluit, quādiu nō det acceptum opus, nec dignū


quod acceptetur: sed reddit falsam pecuniam, ideo dignam quæ non acceptetur.

SED contra qui debet decem aureos alicui, satisfacit dando ei eosdem decem aureos: esto non sit in gratiā vel amicitia eius. Ergo ita satisfaciet Deo pro pœna debita peccatis iam dimissis, esto non sit iniuria gratiæ. **SEC V N D O.** Vouens aut iurans se obsequium Dei aliquod facturum: satisfacit & seruat votum, faciens quod vouit, esto non sit in gratia Dei. Ergo etiam satisfacit pro pœna debita peccatis, esto non sit in gratia Dei.

AD HÆC & similia facile est respondere quod non est simile, sed magnum & notorium discrimen. Nam ad reddendum votum, & ad soluendum decem aureos aut aliud quodcunque debitum quod puro homini debetur, non requiritur aliqua alia amicitia, nec acceptatio, nisi quod tantumdem reddatur: etiā si ille qui debet decem aureos cum iniuria creditoris illos acceperit, ad plura teneatur quā ad decem aureos. At satisfaciendum pro pœna debita peccatis etiam remissis quo ad culpam, requiritur amicitia & acceptatio Dei: sicut & ad remittendum peccatum quo ad culpam, vt dicit Sanctus Thomas: quia illa pœna quæ debetur fuit contracta cum iniuria Deo facta. Et rursus offensis illis quo ad culpam remissis: ille facit alias iniurias. Ergo quādiu sic manet inimicus, non est dignus vt eius opera a Deo acceptentur.

Articul. tertius:

Vtrum valere possit satisfactio præcedens, si post charitatem habuerit.



D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod postquam homo charitatem habuerit valere incipiat satisfactio præcedens. Super illud Leui. 25. Si attenuatus frater tuus fuerit &c. dicit glosa, quod fructus bonæ conuersionis debet computari ex eo tempore quo peccauit: sed non computari

putarentur, nisi aliquam efficaciam acciperent ex charitate sequenti. Ergo post charitatem recuperatam valere incipiunt.

P R A E T E R E A. Sicut efficaciam satisfactionis impeditur per peccatum: ita efficaciam baptismi impeditur per fictionem. Sed baptismus incipit valere recedente fictione. Ergo satisfactio recedente peccato.

P R A E T E R E A. Si alicui pro peccatis commissis in iuncta fuerunt ieiunia, & in peccatum cadens ea perfecit: non iniungitur, quum iterum confitetur: vt ieiunia illa iteret. In iungeretur autem ei si per eam satisfactio non impleretur. Ergo per pœnitentiam sequentem opera præcedentia satisfaciendi efficaciam accipiunt.

SED CONTRA. Opera extra charitatem facta, ideo non erant satisfactoria: quia fuerunt mortua. Sed per pœnitentiam non viuificantur. Ergo nec incipiunt esse satisfactoria.

P R A E T E R E A. Charitas non informat actum, nisi qui ab illa aliquantulum procedit. Sed opera non possunt esse Deo accepta, ac per hoc nec satisfactoria, nisi sint charitate informati. Ergo cum opera facta extra charitatem, nullo modo ex charitate processerint, vel de cetero procedere possint: nullo modo poterunt in satisfactionem computari.

R E S P O N D E O dicendum, quod quidam dixerunt, quod opera in charitate facta quæ viua dicuntur, sunt meritoria vitæ æternæ, & satisfactoria respectu pœnæ dimittendæ. Et per charitatem sequentem opera extra charitatem facta viuificantur, quantum ad hoc quod sunt satisfactoria: sed non quantum ad hoc quod sunt meritoria vitæ æternæ. Sed hoc non potest esse: quia vtrumque habent ex eadem ratione opera ex charitate facta scilicet ex hoc quod sunt Deo grata. Vnde sicut charitas adueniens non potest ea gratificare quantum ad vnum: ita nec quantum ad aliud.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod non debet intelligi: quod fructus computetur a tempore quo primo in peccato fuit: sed a tempore quo peccare cessauit quoscilicet ultimo in peccato fuit. Vel intelligitur quando statim post contritus fuit: & fecit multa bona antequam confiteretur. Vel dicendum, quod quāto est maior contritio, tanto magis dimittitur de pœna, & quanto aliquis plura bona facit in peccato existens, magis se ad gratiam contritionis disponit, & ideo probabile est, quod minoris pœnæ sit debitor. Et propter hoc debet a sacerdote discrete computari. Vt ei minorem pœnam iniungat in quantum inuenit eum melius dispositum.

A D S E C V N D V M dicendum, quod baptismus imprimit charitatem in anima, non autem satisfactio. Et ideo adueniens charitas quæ fictionem tollit & peccatum: facit quod baptismus effectum suum habeat: non autem facit hoc de satisfactione. Et præterea baptismus ex ipso opere operato iustificat quod non est hominis, sed Dei. Et ideo non eodem modo mortificatur sicut satisfactio quæ est opus hominis.

A D T E R T I V M dicendum, quod aliqua satisfactio est ex quibus manet aliquis effectus in satisfaciendis, etiam postquam actus satisfactionis transit: sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, ex elemosinarum largitione substantiæ diminutio, & sic de similibus. Et tales satisfactio est in peccatis facta, non oportet quod iterentur: quia quantum ad hoc quod de eis manet per pœnitentiam, Deo acceptæ sunt. Satisfactio autem quæ non relinquunt aliquem effectum in satisfaciendis postquam actus transit oportet quod iterentur sicut est de oratione & similibus, actus autem interior quia totaliter transit, nullo modo viuificatur sed oportet quod iteretur.

n iij DVBITATVR

Dubium primum.

DUBITATUR igitur prius in hoc tertio articulo, an adueniente charitate viuificentur illa opera facta in peccato mortali, & fiant satisfactoria & illa iniuncta in pœnitentia sacramentali. Et videtur quod ita, ad minus illa quę sunt iniuncta in pœnitentia sacramentali: quia hoc est commune sacramentis omnibus: vt recedente fide suum consequantur effectum. Et de baptismo ita dicit Sanct. Thom. supra quęstione. 10. articulo. 10. & de confessione quęstione. 40. articulo. 1. Ergo adueniente charitate redit talis effectus satisfactionis.

A D H O C aliqui distinguunt (& etiam Sā. Thom. hic ad. 3.) quod quędam sunt opera satisfactoria, quę post se non relinquunt effectum, sicut oratio. Alia autem sunt opera satisfactoria, quę relinquunt effectum post se sicut ieiuniū: quia per ieiuniū maceratur corpus, & manet ieiunās pallidus, & debilis, & ex elemosyna manet imminuta pecunia & substantia rerū. Tūc dicūt hi doctores, quod illa opera satisfactoria quę nihil relinquunt post se, ēt ad veniēte gratia nō viuificatur: alia autem quę relinquunt effectū post se viuificantur redeunte gratia. Ratio est quia licet non maneant in se, manent in effectū.

S E D Caietanus in. 2. quęstione de hac materia in quolibet. dicit, & bene, quod hęc distinctio est voluntaria & nullius momenti, nec possit sustineri. Probat. Quia ieiunia raro conducunt ad illum effectum ita quod raro quis manet debilis & pallidus ex ieiunio & ita raro aut nunquam redirēt ad vitam redeunte charitate.

S E C V N D O. Si effectus ille relictus ex illis bonis operibus, durasset vsque ad horam tertiā diei crastinę, & ille nō est cōtritus vsq; ad horā quartā: iā ille effectus nō erit, & ita nihil valebit etiā nec opera illa quę solent relinquere effectum.

I D E O Caietanus dicit quod verum est, quod illa opera iniuncta in sacramento viuificantur, & acceptantur, esto fiant in mortali, quando aduenit charitas: sed non propter illam rationem. Probat. Quia satisfactio est pars sacramenti. Sed virtus sacramenti confessionis redit. Ergo etiam virtus satisfactionis. Et hoc est probabile & pium. Sed prædicta illa distinctio nunquam placuit viris doctis etiam ante Caietanum. Et Sanct. Thomas solum dixit hoc in. 4. vbi sequutus est communem opinionem.

E T arguitur contra illam distinctionem. Si opera quę post se relinquunt effectum

viuificantur, vel hoc est ratione sacramenti, vel non. Si primum, nihil facit quod relinquunt effectum, vel non relinquunt. Si secundum, vbi habetur quod ex hoc quod relinquunt effectum viuificantur, & non aliās.

S E C V N D O. Quia multoties ieiunia non sunt ad macerandum, sed ad bonam valetudinem. Ergo non relinquunt effectum. Et tamen secundum prædictos Theologos satisfaciunt redeunte charitate. Ergo non requiritur quod relinquunt effectum illa opera: ad hoc quod valeat veniente charitate.

S E D an tantum valeant ac si fuissent facta in gratia. Respondetur quod non: quia illa opera nempe confessio & absolutio, sunt ipsius Dei & non pœnitentis, ideo redit postea perfecte effectus illorum. Sed opera alia satisfactoria sunt opera nostra, & ideo nō tantum proderunt, sed aliquo modo viuificabuntur. Et hoc est pium: sed tutius est implere pœnitentiam iniunctam a confessore in gratia: quia esto sententia Caieta. sit pia, & probabilis, non est de fide, nec euidentis: & ideo probabilior est opinio negatiua, quod redeunte gratia non satisfaciunt illa opera facta in peccato mortali, quamuis fuerint iniuncta in pœnitentia, quę est opinio Sanct. Thom. in corpore articuli.

DUBITATUR tamen circa hoc, dato quod non satisfaciatur ille pœnitens per illa opera iniuncta in sacramento pœnitentię, pro pœna debita pro peccatis remissis, si illa adimpleat in peccato mortali, an satisfaciatur præcepto confessoris, supposito quod confessor potest obligare ad illam pœnitentiam, vt infra probabimus. Si (verbi gratia) iniungat confessor pœnitenti ieiunium, pœnitens ieiunans in peccato mortali, satisfaciatur ne præcepto confessoris, vel tenebitur iterum ieiunare postea adueniente gratia?

A D H O C dico quod satisfaciatur præcepto confessoris. Probat: quia etiam præceptis ecclesię satisfaciatur in mortali: vt si quis missam audiat, vel ieiunet in mortali, satisfaciatur ecclesię præceptis de ieiunio & de audienda missa, ita quod non franguntur præcepta illa, nec ad aliud ieiunium tenetur nec ad audiendum sacrum eodem die.

R Æ T E R E A. Dubitatur, esto quod pœnitens in peccato mortali non possit satisfacere pro se nec pro alio, an existēs in gratia possit satisfacere pro illo qui est in peccato mortali, pro peccato dimisso quo ad culpam.

A D H O C dico quod non. Nam quod opera

Dubium quartum.

opera satisfactoria acceptentur pro peccatis, est ratione amicitię. Et quia ille qui est in gratia non habet commercium amicitię spiritualis, cum eo qui est in peccato mortali, licet illa opera valāt ad hoc quod dominus conuertat illum, ad satisfaciendum: tamen pro pœna nullo modo sufficiunt, quādiu ille manet in mortali.

S E C V N D O: quia ille peccator ponit obicem: cum sit in peccato mortali. Ergo &c.

R Æ T E R E A. Dubitatur (quia diximus in articulo præcedenti & hic quod pœnitentia iniuncta in confessione, facta in peccato mortali, non est satisfactoria) an reuiuiscat adueniente charitate: vt dicebat Caieta.

A D H O C dico, prius quod Marsil. tenet opinionē doctoris subtilis, scilicet quod satisfactio in pœnitentia iniuncta facta in peccato mortali, est satisfactoria pro peccatis dimissis quo ad culpam. Ipse enim distinguit inter satisfactionem iniunctam in sacramento, vel non iniunctam: additque quod si non est iniuncta in sacramento nihil prodest. Si autem sit iniuncta in pœnitentia, dicit quod prodest: sicut Scotus & Maior dicebant. Verum est quod Marsilius cum moderamine loquitur: quia est vir modestus, & dicit illud esse pium: subdit tamen determinationi ecclesię.

S E C V N D O. Principali dubio an illa pœnitentia iniuncta in sacramento facta in peccato mortali, siue valeat tunc siue non, adueniente charitate reuiuiscat, ita quod ratione illius pœnitentię remittatur aliqua pœna peccatis debita (omisso Marsilio) respondet Sanctus Thomas hic ad. 3. distinguendo. Et non distinguit de pœnitentia iniuncta in sacramento, vel de assumpta voluntarie (& ita videtur quod non sit distinguendum de hoc) sed solum distinguit, quod aliqua est satisfactio, siue aliqua sunt opera satisfactoria, quę relinquunt post se effectum, vt supra dicebamus. Et illa quę relinquunt post se effectum, reuiuiscunt adueniente charitate, & non alia. Sed hęc distinctio est leuis & sine fundamento (vt diximus) & ita dicit Adrianus & Caietanus vbi supra. Et ad verba Sancti Thomę dicit Adrianus, & ita est, quod Sanct. Thom. tractauit hoc in p. 4. quęstione. 30. articulo. 6. vbi absolute quęrit, an per pœnitentiam subsequente etiam opera mortua viuificentur: & absolute sine quacunque distinctione respondet quod nullo modo viuificantur. Ergo id quod dixerat in. 4. distinctione. 15. sequutus communem opinio-

nem, retractauit in prædicto loco.

S E D nihilominus illam distinctionem ponit Paludanus in. 4. distinctione. 15. quęstione. 1. respondet sicut Sanct. Thom. & hic. Ita etiam dicit Capreolus. 4. distinctione. 15. quęstione. 1. ad. 1. Scoti, contra. 2. & 3. conclusionem. Idem dicit Siluest. verbo satisfactio quęstione 7 Idem tenet Iohan. Nider, in libro de lepra morali, & in suo confessionali vbi ponit illam distinctionem. Vnde dicit quod si aliquis ieiunat ex iniunctione confessoris, sed tamen in mortali: si antequam perueniat ad charitatem, est reuersus ad primitiam valetudinem, nihil prodest illi præcedens ieiunium: quia ad hoc quod illud proficit oportet quod eius effectus duret vsque ad charitatem.

A D R I A N V S autem dicit, quod siue opera sint facta ex iniunctione sacerdotis siue non si sint facta extra charitatem, nihil profunt: quia sunt opera mortua, & nunquam viuificantur: Probat, quia nulla potest esse satisfactio nisi virtute passionis Christi. Et illa virtus passionis Christi non applicatur nisi existenti in charitate. Hoc extremum sequitur Adrianus.

C A I E T A N V S autem sequitur aliud extremum, scilicet quod omnia opera facta extra charitatem, si sunt ex iniunctione confessoris, siue relinquunt effectum siue non reuiuiscunt, & valent adueniente charitate. Et credo (vt iam dixi) opinionem hanc esse probabilem. Et probatur: Illud opus factum in peccato mortali est satisfactorium pro alio, existente in charitate. Ergo etiam est satisfactorium pro ipso operante quando redit ad charitatem. Antecedens probatur: quia omnes doctores concedunt quod orationes publicę quę fiunt a sacerdote, quantumcunque sit in peccato mortali, sunt satisfactorię. Non quidem pro dicentibus ipsis, sed pro alijs. Et non solum sacrificium, quia est sacrificium, sed etiam orationes: quia illę non habent virtutem ex persona dicentis, sed ex virtute ecclesię: quia officium diuinum habet virtutem ab ecclesia. Quum ergo sacerdos habeat virtutem ecclesię vt sit eius minister: opus quod iniungit confessor potest esse satisfactorium pro alio. Est apparentia in hac ratione & ita dico quod est probabilis opinio Caietani, quia illa opera fiunt virtute ecclesię.

S E D opinio Adriani est apprensus: & credo quod fuerit etiam opinio Sancti Thomę in prima. 4. vbi supra. Et quando arguitur contra eum, sacramentum habet effectum

remota

Dubium secundum.

Dubium tertium.

remota fictione. Sed hæc satisfactio est pars sacramenti. Ergo habebit effectum sublatō impedimento. Respondetur, quod verum, est, quod sacramentum pœnitentiæ habet effectum suum: quia per hoc quoddam aliquis absoluitur à peccatis, non solum remittitur culpa, sed pœna: quia mutatur pœna æterna in temporalem. Et si quis confitetur in peccato mortali, impeditur ille effectus: & quum postea delet commutatur pœna æterna in temporalem, & remittitur culpa. Sed nego consequentiam quod etiam hoc habeat satisfactio: quia satisfactio non est sacramentum nec effectus sacramenti, nec opus, Dei, sed opus humanum ut diximus. Hoc probatur. Quod facit sacramentum facit ex opere operato. Satisfactio autem non remittit pœnam nisi ex opere operantis, licet sit magis meritoria. Ergo non est effectus sacramenti.

ET confirmatur. Nos dicimus quod si quis sicte confessus est, recedente fictione consequitur sacramentum, suum effectum. Ibi est confessio & absolutio, & ratione confessionis datur statim aliquis gradus gratiæ, si fiat in gratia, hoc est, quando confessio fit in gratia præter gratiam quæ datur ratione absolutionis, datur aliquis gradus gratiæ ratione confessionis: quia illa confessio est meritoria. Si autem deberet redire totus effectus recedente fictione, non solum rediret gratia ratione sacramenti absolutionis: sed etiam ratione confessionis meritoria, quod nullus dicit, licet confessio sit pars sacramenti. Itaque illud gratiæ quod haberet pœnitens ratione confessionis, quatenus erat actus eius, si fieret in gratia: nunquam postea habebit si fecit confessionem in mortali, sed solum habebit recedente fictione, illud quod sacramentum daret ex opere operato, quod satisfactio non habet. Et eadem ratio videtur de satisfactione. Nam ratione fictæ confessionis nihil datur. Ergo nec ratione satisfactionis.

ET confirmatur secundo. Si talis satisfactio fieret in gratia, haberet ille aliquem gradum gratiæ etiam præter remissionem pœnæ. Ratione autem satisfactionis quæ reuiuiscit, non datur illi aliquis gradus gratiæ: sed solum remittitur gradus pœnæ secundum illos. Ergo &c. Et si dicas. Radix merendi gratiam est charitas: etiam est remissionis pœnæ. Ideo probabilis est opinio Adriani etiam secundum Sancti Thomæ. Et hæc de viatoribus.

Dubium quintum.

DUBITATUR quinto an in inferno dimittatur pœna peccato debita.

AD HOC dico quod triplex potest esse, pœna debita. Prima erit pro peccato mortali non remisso: secunda pro peccato mortali dimisso: tertia pro peccato veniali. Dubitatur: igitur de prima, an damnati possint satisfacere pro illa pœna peccati mortalis non dimissi. Et forte: quod disputatio erit de nomine: sed mihi videtur dicendum conformiter ad opinionem Sancti Thomæ. & communem, quod opera facta extra charitatem non profunt: quod non possunt damnati satisfacere pro illa pœna, nec pro parte pœnæ. Et probatur. Non est imaginabile quod remittatur pœna non remissa culpa: quia manet idem reatus. Et ratio reatus & causa est ipsa culpa. Sed in inferno nec remittitur: nec minuitur culpa. Ergo nunquam satisfaciunt.

SECVNDO. Semper sunt debitores tantæ pœnæ sicut prius. Ergo ita est dicendum loquendo in rigore manent semper obligati ad eandem pœnam, quia nunquam satisfaciunt. Vnde si totum tempus in quo punitus est Iudas, rediret, & esset simul: ad huc eadem pœna puniretur: quia nunquam soluit aliquid.

SED dubitatur sexto, an damnati possint satisfacere pro pœna debita peccato mortali iam remisso, & pro pœna debita peccato veniali, siue remisso siue non in hoc mundo, id est, an illa pœna debita peccato mortali iam remisso quo ad culpam, vel veniali, siue dimisso siue non finitur aliquando, vel an puniatur damnatus æternaliter. Ut si decessit quis cum homicidio iam remisso, & cum complacentia venialis, & in alio mortali, an durabit in æternum illa pœna pro homicidio iam remisso, & pro veniali, vel an aliquando finitur. Et de hoc sunt tres opiniones.

PRIMA opinio est Scoti in 4. distinctione. 21. quæstione. 1. & distinctione. 15. quæstione. 1. articulo. 1. qui tenet partem affirmatiuam. Dicit enim quod pœna pro peccato mortali iam remisso, & pro peccato veniali remisso, siue non remisso, finitur, & desinit esse in inferno: ita quod exhauritur prorsus, & damnati in inferno satisfaciunt pro tali pœna. Idem dicit Maior in 4. distinctione. 15. Idem Almain in 4. distinctione. 21. & in moralibus. Et probatur hæc opinio. Ille damnatus pro mortali iam remisso & pro veniali, non debet nisi pœnam temporalem. Ergo non punietur æternaliter: sed si erat pœna. 15. annorum post illud tempus solutus erit ab illa pœna. Secundo probatur: quia aliàs Deus non puniret citra condignum.

condignum: sed ultra. Nam ille non debet nisi pœnam decem dierum. Et Deus punit æternaliter. Ergo punit ultra condignum.

ALIA est opinio media, quam tenet Durandus in 4. distinctione. 21. quæstione. 2. vbi dicit quod pœna debita pro peccato remisso mortali siue veniali, remittitur in inferno. Secundo dicit, quod pœna debita peccato veniali non dimisso nunquam remittitur in inferno. Ratio vtriusque assignatur ab illo: & ratio primi, est ratio Scoti. scilicet quia non debet nisi pœnam temporalem. Ratio secundi est, quia non remittitur in inferno culpæ venialis, quum complaceat damnatis. Ergo nec remittitur pœna. Hanc opinionem credo quod sumpsit Durandus ex Sancti Thomæ in 4. distinctione. 22. quæstione. 1. articulo. 1. ad. 5. vbi illud dicit.

TERTIA opinio est Capreoli in 4. distinctione. 22. quæstione. 1. & Caietani in suis ad distinctionibus ad. 3. par. Sancti Thomæ. & Adriani in propria quæstione de satisfactione: & Paludani in 4. distinctione. 21. quæstione. 1. Quæ opinio dicit, quod nulla pœna remittitur in inferno, siue sit debita peccato mortali, siue veniali, siue dimisso, siue non. Et hæc est opinio Sancti Thomæ in 4. distinctione. 15. quæstione. 1. articulo. 3. quæstione. 2. & hic articulo. 2. præcedenti. & manifeste in 4. distinctione. 21. quæstione. 1. articulo. 2. quæstione. 3. ad. 2. vbi expresse dicit, quod pœna debita peccato veniali siue remisso, siue non, nunquam remittitur in inferno: sed punietur æternaliter. Et probatur Viatores non satisfaciunt extra charitatem. Ergo nec damnati, quia sunt hostes Dei, & Deum odientes. Si dicas (ut dicunt qui oppositum defendunt) quod hoc est ratione status: quia non plus possunt, ideo est damnatus melioris conditionis quantum ad hoc. ut sic possit satisfacere pro peccatis & dicitur satisfactio, vel satis passio. Viator autem potest aliud facere: quia potest implere in gratia.

SED contra hoc arguitur sic. Stat quod viator faciat quantum potest facere. Et ad huc manet debitor pœnæ. Ergo non propterea damnati satisfaciunt pro peccato dimisso: quia faciunt totum quod possunt. Antecens patet: quia de lege stat quod sit aliquis tam magnus peccator, & fuit in tota vita sua in peccatis vsque ad horam mortis ille quā tunc unque doleat, & faciat quod in se est. ad huc manebit debitor alicuius pœnæ. Ergo &c.

SECVNDO arguitur sic. Nullus satisfacit inuitus quantum ad forum Dei. Damna-

ti autem inuiti patiuntur. Ergo non satisfaciunt.

TERTIO. Damnatis non communicatur virtus passionis Christi. Ergo non possunt satisfacere. Probatur antecedens: quia in fidelibus non communicatur virtus passionis Christi. Et illi sunt sine fide. Ergo illis non communicatur.

QUARTO. Illa opera non sunt accepta Deo quia facta sunt extra gratiam & amicitiam Dei: Et arguitur a posteriori: quia sequeretur quod liceret orare pro damnatis, non quod liberentur ab inferno: sed quod dimittatur eis pœna debita peccatis aliàs iam dimissis.

AD hoc aliqui concedunt: ut Franciscus Maironis. Et consequenter sequitur, quod potest Papa dare indulgentias existentibus in inferno. Nam si tu potes orare pro illis & dare illis opera tua ergo Papa posset applicare pro illis thesaurum ecclesiæ. Aliqui concedunt totum sine apparentia, & sine fundamento, & videtur ridiculum.

QUINTO arguitur. De peccato veniali non dimisso culpa non est dimissa: quia semper damnati in illa complacent. Ergo nec pœna.

SIXTO. Damnati qui sunt in inferno non satisfaciunt, nec pro parte pœnæ debite peccatis remissis: quia semper manent obligati ad pœnam, & tantum debent sicut prius. Ergo nec pro tota pœna. Videtur enim idem iudicium de illo qui passus est pœnam vnus anni: & de alio qui nondum passus est aliquid. Non possunt fieri maiora argumenta: Et licet hoc non sit omnino certum opinio Sancti Thomæ est probabilior.

ET pro hoc est notandum, quod opinio aliorum videtur procedere ex falsa imaginatione: quia aliqui imaginantur, quod si quis est in inferno pro decem peccatis dantur illi decem pœnæ, pro quolibet peccato vna pœna. Sed hoc est falsum quia ex iustitia Diuina punitur vnica pœna secundum statum suum. Et sic tales de quibus loquuti sumus non habent duas pœnas sed vnā. Plus tamen punitur in inferno, qui decedit cum mortali & veniali. quam qui cum solo mortali, cæteris paribus: quia primus est peior. Verum est quod non est necesse dicere, quod quantum ad acerbicatem pœnæ punietur tanta acerbitate: sicut puniretur in purgatorio. Volo dicere, quod pro vno mendacio puniretur in purgatorio pœna ut quatuor: & si damnetur cum illo veniali, non est opus dicere quod illa pœna in inferno sit acerbior. ut. 4. sed Deus scit quomodo puniretur. Ideo opinio. S. Th. videtur probabilior. quia in inferno

in inferno nulla est redemptio, & semper liceret pro eis orare. Et licet aliqui negent: antecedens & dicant quod Deus statuit non remittere illis propter preces aliorum, non probant, & loquuntur sine fundamento: quia si ipsi damnati satisfaciunt pro se, etiam liceret pro eis orare.

SECUNDO Est notandum, quod Adrianus & multi alij dicunt, quod extra charitatem ex necessitate non potest quis satisfacere de condigno, sed de congruo satisfacere potest: ut si quis ieiunat in peccato mortali, pro mortali iam dimisso, de rigore semper debet illam poenam: sed de congruo remittitur pars poenæ, sicut etiam propter orationes aliorum potest remitti poena. Sed puto quod hoc non est verum: quia S. Tho. nunquam loquitur illo modo, & quia inter bona temporalia quæ Sanctus Thom. dicit posse mereri extra charitatem, non ponitur remissio poenæ. Ratio est: quia aliqua sunt præmia quæ nullus consequitur, nisi per meritum de condigno: alia sunt quæ possunt consequi sine merito de condigno. Priora sunt sicut gratia & gloria, & augmentum gratiæ & gloriæ, & idem est de remissione poenæ, quæ non remittitur nisi de condigno. Meritum vero de congruo aliquando Deus dat, & aliquando non: quia si semper daretur iam esset meritum de condigno, de lege.

SIC ergo dico, quod existenti in mortali non remittitur aliquis gradus poenæ. Probatur: quia aliis sequeretur quod duo equaliter facerent quod in se est, & remitteretur vni potius quam alteri. Probatur. Si poena extra charitatem remittitur de congruo Ergo illud idem posset quis impetrare per actum factum in charitate, præter illud quod de condigno impetraretur. Et ita duo ieiunantes æqualiter plus remitteretur vni quam alteri, si vnus ieiunat in charitate & alius, non quia illi qui ieiunat in charitate, præter hoc quod remittitur ei poena aliqua de condigno, remitteretur aliqua alia de congruo, & ieiunanti in mortali non remittitur nisi de congruo tantum.

Articu. quartus

Utrum bona facta extra charitatem sint in aliquo meritoria.



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod opera extra charitatem facta sine alicuius boni meritoria saltem temporalis. Quia sicut se habet poena ad malum actum, ita se habet premium ad bonum. Sed nullum malum factum apud Deum iustum iudicem est impunitum. Ergo nec aliquod bonum irremuneratum: & sic per illud bonum aliquid meretur.

PRÆTEREA. Merces non datur nisi merito. Sed operibus extra charitatem factis datur merces: ut dicitur. Matthe. 5. de illis qui propter gloriam humanam opera bona faciunt quod receperunt mercedem suam. Ergo opera illa fuerunt alicuius boni meritoria.

PRÆTEREA. Duo existentes in peccato quorum vnus multa bona facit ex genere: & circumstantia: alius autem nulla: non equaliter propinque se habent ad accipiendum bona à Deo. Alias non esset eiconsulendum ut aliquid boni faceret. Sed qui magis appropinquat Deo: magis de bonis eius percipit. Ergo iste per bona opera quæ facit, aliquid boni à Deo meretur.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit: quod peccator non est dignus pane quo vescitur. Ergo non potest aliquid à Deo mereri.

PRÆTEREA. Qui nihil est: non potest aliquid mereri. Sed peccator non habens charitatem, nihil est secundum esse spirituale: ut patet. 1. Corinthios. 13. Ergo non potest aliquid mereri.

RESPONDEO dicendum: quod meritum proprie dicitur actio: quæ efficitur ut ei qui agit sit iustum aliquid dari. Sed iustitia dupliciter dicitur. Vno modo proprie: quæ scilicet respicit debitum ex parte recipientis: alio modo quasi similitudinarie: quæ respicit debitum ex parte dantis. Aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipiens debitum recipiendi. Et sicut iustitia est decetia diuina

diuina bonitatis: sicut Anselmus dicit: quod Deus iustus est qui peccatoribus parcit: quia eum decet. Et secundum hoc et meritum dicitur dupliciter Vno modo actus per quem efficitur: ut ipse agens habeat debitum recipiendi: & hoc vocatur meritum condigni. Alio modo per quem efficitur ut sit debitum dandi in dante secundum decetiam ipsius, & ideo hoc meritum dicitur meritum congrui. Quum autem in omnibus illis quæ gratis dantur prima ratio dandi sit amor impossibile est quod aliquis tale sibi debitum faciat: qui amicitia caret. Et ideo quum omnia bona & temporalia & eterna ex diuina liberalitate nobis donentur, nullus acquirere potest debitum recipiendi aliquid illorum, nisi per charitatem ad Deum. Et ideo opera extra charitatem facta non sunt meritoria ex condigno: neque aternæ neque temporalis alicuius boni apud Deum. Sed quia diuinam bonitatem decet, ut ubique dispositionem inuenit: perfectionem adiciat ideo ex merito congruidicitur aliquis mereri aliquid bonum per opera extra charitatem facta. Et secundum hoc opera ista valent ad triplex bonum scilicet ad temporalium consequutionem, ad dispositionem ad gratiam, & ad assuetudinem bonorum operum. Quia tamen hoc meritum non proprie meritum dicitur: ideo magis concedendum est quod huiusmodi opera non sunt alicuius meritoria, quam quod sint.

AD PRIMUM ergo dicendum: quod sicut Philosophus dicit in 8. Ethico. quia filius per omnia quæ facere potest: nihil æquale patri reddere potest in his quæ a patre recipit ideo nunquam pater debitor filij efficitur: & multo minus homo potest propter æquivalentiam operis Domini sibi consisti vere debitorem. Et ideo nullum opus nostrum ex quantitate suæ bonitatis habet quod aliquid mereatur sed ex vi charitatis: quæ facit ea quæ sunt amicorum, esse communia. Vnde quantumcunque sit opus bonum extra charitatem factum: non facit (proprie loquendo) quod aliquid recipiendi à Deo faciens debitum habeat. Sed opus malum ex quantitate suæ malitiæ, secundum æquiva-

lentiam poenam meretur, quia ex parte Dei non sunt nobis aliqua mala facta sicut bona. Et ideo quamuis opus malum mereatur ex condigno poenam: non tamen opus bonum sine charitate meretur ex condigno premium.

AD SECUNDM & ad tertium dicitur: quod procedunt de merito congrui: alia autem rationes procedunt de merito condigni.

IN HOC 4. articulo dubitatur, an opera facta extra charitatem, quæ alias sunt bona moraliter aliquid profint. Ad quod dicunt theologi omnes quod ita, & ponunt illorum operum multa comoda. Et de hoc fit prima propositio, quæ est in materia certa & ab omnibus recepta. Prædicta opera de condigno nihil profint, quia nou est amicitia inter Deum & ipsos operantes. Vnde dicit Sanctus Thomas quod in omnibus que gratis dantur, primum quod quis debet mereri, est amicitia illius apud quem merendum est (& hoc est bonum ad prædicandum) quum autem factus fuerit amicus, poterit mereri de condigno. Quidquid enim Deus dat nobis gratis dat, maxime spiritualia quæ sine gratia non possumus mereri de condigno. Meritum autem de congruo fundatur in voluntate dantis: vnde potest esse sine charitate. Et ideo talia opera bona profint ad bona temporalia, & ad hoc quod peccata tua elemosynis redime. Daniel. 4. & ad minorem poenam.

SED tamen quia Sanctus Thomas in 1. Secund. q. penultima & vltima videtur dicere, quod etiam meritum de congruo fundatur in amicitia: quia illa est congruitas (nihil enim congruitatis est, quod quis pro inimico faciat, quod non tenetur facere) ideo videtur dicendum, quod nec bona temporalia existens extra gratiam mereri potest de congruo: sed illa opera sunt dispositiones ad illud meritum de congruo. Quia timuerunt obstetrices Pharaonis Dominum, dicitur Exodi. 1. ædificauit illis domos, hoc est, dispositæ fuerunt obstetrices per illud timorem domini, ad hoc quod Dominus ædificaret illis domos sic merito congruentiæ.

ETIAM in 5. articulo sequenti nota quomodo intelligatur illud quod communiter dicitur à theologis, quod decedens in peccato mortali non punitur in inferno tantum quantum

Dubium.
Primum.

Prima propositio.

quantum puniretur si non fecisset illa bona opera quæ fecit etiam in mortali in quo decefit.

Articul. quintus

Vtrum opera prædicta valeant ad mitigationem poenarum infernalium.



D **Q** **V** **I** **N** **T** **V** **M** sic proceditur. Videtur quod opera prædicta non valeant ad poenæ infernalis mitigationem. Quia secundum quantitatem culpæ erit

quantitas poenæ in inferno. Sed opera extra charitatem facta non minuunt quantitatem peccati. Ergo nec infernalis poenæ.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A**. Poena infernalis quamuis sit dura ratione infinitatis: tamen intensio- ne finita est. Sed quodlibet finitum consumitur aliqua finita subtractione facta. Si ergo opera extra charitatem facta aliquid subtraherent de poena debita pro peccatis: contingeret tantum multiplicari illa opera: quod totaliter tolleretur poena inferni: quod falsum est.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A**. Suffragia ecclesie sunt magis efficacia quam opera extra charitatem facta. Sed sicut Augustinus in Enchi. dicit, damnatis in inferno non prosunt suffragia ecclesie. Ergo multo minus opera extra charitatem facta.

S **E** **D** **C** **O** **N** **T** **R** **A** est quod Augustinus dicit in Enchi. quia ad hoc prosunt ut sit plena remissio: vel ut tolerabilior sit damnatio.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A**. Maius est facere bonum quam dimittere malum. Sed dimittere malum semper vitat poenam: etiam in eo qui charitate caret. Ergo multo fortius facere bonum.

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O** dicendum: quod diminueri poenam infernalem potest intelligi dupliciter. Vno modo ita quod quis liberetur a poena quam iam meruit: & sic quum nullus liberetur a poena, nisi sit absolutus a culpa: quia effectus non diminuitur neque tolluntur nisi diminuta vel ablata causa per opera extra charitatem facta que nec culpam tollere nec minuere possunt: poena inferni mitigari non potest. Alio modo ita quod meritum poenæ impediatur: & sic huiusmodi opera minuunt poenam inferni. Primo quia homo reatum omissionis euadit: qui huiusmodi opera perficit. Secundo: quia huiusmodi opera aliquo modo ad bonum disponunt: ut homo ex minori contemptu etiam peccata faciat, vel etiam a multis peccatis per huiusmodi opera retrahatur. Sed diminutionem vel dilationem temporalis poenæ merentur huiusmodi opera sicut dicitur de Achab: 3. Regum. 21. eodem modo sicut & bonorum temporalium consequuntur. Quidam autem dicunt, quod minuunt poenam inferni, non subtrahendo aliquid de ipsa quantum ad substantiam: sed fortificando subiectum, ut melius sustinere possit. Sed hoc non potest esse: quia fortificatio non est nisi ex ablatione passibilitatis. Passibilitas autem est secundum mensuram culpæ: & ideo si culpa non minuitur, nec subiectum fortificari potest. Quidam etiam dicunt, quod diminuitur poena quantum ad vermem conscientie: licet non quantum ad ignem. Sed hoc etiam nihil est: quia sicut poena ignis æquatur culpæ, ita & poena remissionis conscientie. Vnde similis ratio est de vtroque. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Quæstio. 14.

De his per quæ fit satisfactio.

DEINDE

D **E** **I** **N** **D** **E** considerandum est de his per quæ satisfactio fit. Circa quod quaeruntur tria.

P **R** **I** **M** **O**. Vtrum satisfactio oportet fieri per opera poenalia.

S **E** **C** **V** **N** **D** **O**. Vtrum flagella quibus a Deo in hac vita homo punitur sint satisfactoria.

T **E** **R** **T** **I** **O**. Vtrum convenienter enumerentur opera satisfactoria: quum dicitur quod sunt tria. scilicet elemosina ieiunium & oratio.

Articul. primus

Vtrum oporteat fieri satisfactio per opera poenalia.

Sanctus Thomas. ubi supra. ar. 4. quæst. 1. & sequentibus.



D **P** **R** **I** **M** **V** **M** sic proceditur. Videtur quod satisfactio non oportet fieri per opera poenalia. Quia per satisfactio oportet fieri recompensatio ad diuinam offensam. Sed nulla recompensatio videtur fieri per opera poenalia quia Deus non delectatur in poenis nostris. Ergo non oportet satisfactio per opera poenalia fieri.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A**. Quanto aliquid opus ex maiori charitate procedit: tanto minus est poenale: quia charitas poenam non habet. 1. Ioh. 4. Si ergo oportet opera satisfactoria esse poenalia: quanto magis sunt ex charitate facta: minus erunt satisfactoria: quod falsum est.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A**. Satisfacere (videlicet Anselmus) est honorem debitum Deo impendere. Sed hoc etiam alijs quam operibus poenalibus fieri potest. Ergo satisfactio non oportet poenalibus operibus fieri.

S **E** **D** **C** **O** **N** **T** **R** **A** est quod Gregorius dicit. Iustum est ut peccator tanto maiora sibi inferat lamenta per poenitentiam, quanto maiora intulit damna per culpam.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A**. Per satisfactio oportet peccati vulnus sanari perfecte. Sed peccatorum medicinae sunt poenæ ut Philosophus dicit in 2. Ethicis. Ergo oportet quod per poenalia opera satisfactio fiat.

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O** dicendum, quod satisfactio (ut dictum est) respectum habet ad preteritam offensam: pro qua recompensatio fit per satisfactioem. & etiam ad futuram culpam a qua per eam preseruamur, & quantum ad

utrumque exigitur quod satisfactio per opera poenalia fiat. Recompensatio enim offensæ importat ad æquationem: quam oportet esse eius qui offendit: ad eum in quem offensam commissa est. Ad æquationem autem in humana iustitia attenditur per subtractionem ab uno qui plus habet iusto, & additionem ad alterum cui subtractum est aliquid. Deo autem quamuis quantum ex parte sui est, nihil subtrahi possit: tamen peccator: quantum in ipso est: aliquid ei subtrahitur peccando: ut dictum est: Vnde oportet ad hoc quod compensatio fiat, quod aliquid subtrahatur de peccante per satisfactioem quod in honorem Dei cedat. Opus autem bonum ex hoc quod est huiusmodi, non subtrahit aliquid ab operante sed magis perficit ipsum. Vnde subtractio non potest fieri per opus bonum nisi penale sit.

Et ideo ad hoc quod opus aliquod sit satisfactorium: oportet quod sit bonum, ut in honorem Dei sit, & penale, ut aliquid peccatori subtrahatur. Similiter etiam poena a culpa futura preseruat, quia non facit homo ad peccata reddi, ex quo poenam expertus est. Vnde secundum Philosophum poenæ medicinae sunt.

A **D** **P** **R** **I** **M** **V** **M** ergo dicendum, quod quamuis Deus non delectetur in poenis, ut sunt poenæ delectatur tamen in eis ut sunt iustæ, & sic satisfactorie esse possunt.

A **D** **S** **E** **C** **V** **N** **D** **V** **M** dicendum quod sicut in satisfactioe consideratur poenalitas: ita & in merito consideratur difficultas. Diminutio autem difficultatis ex parte ipsius actus diminit, ceteris paribus, meritum, sed diminitio difficultatis ex propriitudine voluntatis non diminit meritum sed auget. Et similiter diminitio,

nutio,

Oratio pœnalitatis ex promptitudine voluntatis quod facit charitas non minuit efficaciam satisfactoriam: sed auget.

AD TERTIUM dicendum, quod debitum pro peccato est recompenſatio offeſſæ: qua sine pœna peccantis non fit & de tali debito Anselmus intelligit.

Dubium primum.

CIRCA hunc primum articulum dubitatur, an satisfactio debeat fieri per opera pœnalia. Pro cuius decisione oportet videre, quid vocatur proprie opus pœnale. Ad quod dico: quod opus pœnale nihil aliud est quam malum pœnæ: & malum nihil aliud est quam priuatio boni. Ergo malum pœnæ & opus pœnale est priuatio boni.

SED dubitatur cuius boni malum pœnæ erit priuatio: id est, cuius boni opus pœnale erit priuatio. Pro quo est notandum quod triplex est bonum. scilicet honestum, utile: & delectabile. Et pœna proprie sumpta non est priuatio boni honesti: quia priuatio boni honesti est peccatū & culpa. Vnde sequitur quod pœna erit priuatio boni utilitatis, vel delectabilis: ut priuatio pecuniæ & quietis erit pœna sicut est pœna ægritudo. Ex quibus sequitur, quod opus pœnale est opus quo aliquis priuatur bono utili vel delectabili ut dare elemosynam est opus pœnale: quia per elemosynam priuatur homo bono utili, quod est pecunia, vel æquiualens pecuniæ. Et oratio est opus pœnale: quia est fatigatio, quum sit priuatio quietis, & fatigatio causat dolorem.

EST igitur quæſtio an satisfactio debeat fieri per opera pœnalia, id est, per opera quæ sunt priuationes boni utilitatis aut delectabilis. Ad quod respondetur ex concordia omnium theologorum, quod satisfactio debet fieri per opera pœnalia. Non debet fieri per dilectionem Dei vel proximi: quia non est opus pœnale. Probatur conclusio. scilicet, quod satisfactio debet fieri per opera pœnalia: quia supra q. 12. diximus quod pœnitentia est pars iustitiæ, & satisfactio est recompenſatio preteritæ offeſſæ ad æqualitatem iustitiæ. Offeſſa autem cōſiſtit in hoc quod subtrahit offendens obedientiam, & accipit facultatem peccandi sine quocunque iure: quia peccans non habet ius ad peccandum. Et quum iustitia attendat ad æqualitatem, oportet quod peccans satisfaciatur per aliquid quod suum est per hoc quod subtrahit sibi quod suum est nempe pecuniam vel carnem sicut in lege veteri habebat satisfactio per contrapassum.

SECUNDO probatur exemplo Christi: ut ait Paulus. 1. ad Corinth. 11. Immitatores mei estote sicut & ego Chri. Sed Christus satisfecit pro nobis per opera pœnalia, quum potuisset satisfacere per dilectionem Dei pro peccatis nostris sufficienter. ad ostendendum nobis quod debemus satisfacere per opera pœnalia.

TERTIO Hoc dicunt sancti, quod oportet nos redimere peccata per ieiunium, & fletum, & lachrymas ut supra in quęstione. 12. diximus & adduximus.

QUARTO. Hoc est conforme scripturę sacrę: ut Danie. 4. Peccata tua elemosynis redime. Iohe 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio & fletu & planctu. Et Paulus. Sinos ipsos iudicemus a Domino non iudicemur. 1. ad Corinthios. 11.

SED ex hoc erit magnum dubiū, an opera bona quæ non sunt pœnalia sint satisfactoria: quia mirabile est, quod per hoc quod quis diligit Deum nihil pœnæ remittatur ei, nec per hoc quod diligit proximum.

AD HOC dico prius, quod quotquot sunt doctores quos vidi, non ponunt exceptionem aliquam sed absolute dicunt quod opera pœnalia sunt satisfactoria, & quod per illa peccatores satisfacere debent. Hoc Iulianus Adrianus Almain. & Maior in 4. d. 15. & Siluester. & sumuntur in verbo satisfactio.

EGO dubito de illo, ideo respondeo Iuibus propositionibus, quod mihi probabilius videtur. Prima est satisfactio maxime fit per opera pœnalia. Et per illud maxime intelligo quod quanto opus est magis pœnale, est magis satisfactoriū, ceteris paribus: ut studere de se forte est magis meritoriū quam ieiunare: sed magis satisfactoriū est ieiunare quam studere: quia est magis pœnale. Sicut etiam per solam contritionem satisfacit peccator pro culpa & non per alia opera etiam meliora. Hęc probatur rationibus supra positis.

SECUNDA conclusio est tanquam probabilis sine præiudicio alicuius alterius. Probabile est, quod omne opus meritoriū est satisfactoriū, nisi aliunde impediatur. Vnde per dilectionem Dei & proximi satisfacimus, etiam pro pœna peccatis debita. Scotus in 4. d. 15. q. 1. ar. 3. ponit hanc conclusionem: licet non tam generaliter sicut nos: sed dicit, quod magna dilectio Dei est satisfactoria, & ita credo quod non negaret de alijs operibus meritorijs. Et probatur. Inter homines de iure gentium non fit satisfactio per sola opera pœnalia post reconciliationem ad amicitiam: sed sufficerent opera complac-

tia etiam si non essent pœnalia. Ergo etiam Deus acceptauit pro recompenſatione offeſſæ opera meritoria: non pœnalia: licet pœnalia sint magis satisfactoria, ceteris paribus. **S**ECUNDO. Nullū est opus meritoriū quin sit pœnale. Sed per omne opus pœnale satisfacimus. Ergo probatur maior: quia oratio secundum omnes est satisfactoria, quia est pœnalis. quia fatigatur homo per orationem. Sed etiam fatigatur homo per omne opus meritoriū: nam dilectio Dei, vel contemplatio per vnam horam vel diē nimium defatigat, ut unusquisque experitur: quia sunt actus animæ coniunctæ corpori. Profecto quod quilibet pateretur magnum laborem si vellet diligere Deum vel proximum per vnam horam vel diē. Si dicas quod delectatur homo in dilectione, etiam delectatur in oratione. Et si dicas quod in oratione licet spiritus sit serenus, fatigatur caro: ita etiam in dilectione contingit, & in quolibet alio bono opere, maxime in duris notabili tempore.

TERTIO. Arguo directē & fortius, & videtur hoc argumentum conuincere, & probat quod dilectio Dei sit satisfactoria. Per dilectionem Dei satisfacimus pro pœna veniali peccato debita. Ergo dilectio Dei est opus satisfactoriū. Antecedens patet, quia dilectio Dei est remissiuā venialis culpę: ergo etiam pœnæ vel partis pœnæ. Si dicas quod verum est de venialibus, sed non de mortalibus: Contra. Idem est: quia pro omnibus peccatis non est nisi vna pœna & non duæ sed vna quę ex omnibus constat. Immo stat, quod quis pro peccato mortali quo ad culpam remisso, debeat minorem pœnam quam pro veniali. Ut si debebat decem gradus pœnæ pro peccato mortali dimisso, & satisfecit nouem: iam pro illo mortali non debet nisi gradum vnum, & potest esse quod debeat 4. gradus pœnæ pro peccato veniali. Ergo non potest negari quin per dilectionem Dei satisfaciatur ille pro maiori pœna venialium: quum per eandem dilectionem satisfaciatur pro culpa veniali: Ergo pro pœna minori debita peccato mortali.

QUARTO. Per contritionem remittitur culpa mortalis, & pœna vel pars pœnæ debita ipsi peccato mortali. Ergo quum dilectio Dei remittat peccatum veniale, remittet etiam pœnam debitam illi peccato veniali.

QVINTO. Sequeretur, quod non plus satisfaceret qui per contritionem delet culpam venialem, cum qua contritione est dilectio Dei, quam qui non diligeret: sed doleret tantum de culpa veniali. Probat sequela, quia per te non remittitur aliquid pœnæ

per dilectionem Dei.

SE X T O. Oratio breuis est satisfactoria. Sed oratio breuis non fatigat hominem: Ergo etiam dilectio erit satisfactoria.

SE P T I M O. contritio quæ, ceteris omnibus paribus, procedit ex maiori dilectione Dei, est magis satisfactoria, quam alia quæ non procedit ex tanta dilectione Dei: & non ratione cōtritionis, sed ratione dilectionis. Ergo dilectio Dei est opus satisfactoriū. Antecedens probatur: quia contritio non solum commutat pœnam æternam in temporalem: sed etiam diminuit illam pœnam temporalem ratione contritionis: ergo contritio est satisfactoria. Et quod etiam sit satisfactoria ratione dilectionis, probatur: quia non omnes contritiones sunt æqualiter satisfactoriæ. Si ergo quis ex maxima dilectione Dei doleret, plus remitteretur ei de pœna: quia est melior contritio, licet non magis pœnalis. Ergo &c. Consequentia probatur: quia propter vnum quodque tale illud magis. Sed talis contritio est magis satisfactoria, quia ex maiori dilectione: ergo dilectio est satisfactoria.

SE D ad hoc posset dici quod dilectio Dei est satisfactoria: quia virtualiter est pœnalis, quum virtualiter sit displicentia peccati, & per consequens pœnalis. Sed contra. Dilectio Dei non priuat aliquo bono. Ergo non est opus pœnale: ut supra exposuimus: Et pono quod non fatigat homo per dilectionem quia si per fatigationem diceretur dilectio Dei opus pœnale, ita etiam quodcumque aliud opus meritoriū fatigat ad illū sensum. Ergo dilectio Dei non est satisfactoria quia pœnalis: quia non est pœnalis ad sensum quem theologi intelligunt opus pœnale.

OC T A V O etiam probatur. Confessio generalis, & aqua lustralis, & alia quæ instituit ecclesia in remissionem peccatorum, sunt satisfactoria: & non sunt pœnalia. Nam quæ pœna & labor est sumere parum aque? Et si sumere aquam lustralem est labor, etiam in quolibet opere est labor. Ergo si illa sunt satisfactoria: sunt etiam omnia. Si dicas illud esse de venialibus, nihil facit: quia etiam sunt satisfactoria pro mortalibus, id est, pro pœna contracta peccatis mortalibus.

NO N O. Ut omnes theologi communiter fatentur, & etiam expresse. S. Th. dicit. 4. d. 15. q. 2. ar. 2. q. 2. ad 2. ut videbimus infra ubi quærit, quod opus est magis satisfactoriū, ieiunium, vel elemosyna? & respondet quod elemosyna: & facit argumentū, quia satisfactio fit per opera pœnalia, sed ieiunium est magis pœnale. Ergo est magis satisfactoriū.

atisfactoriū. Ad hoc dicit quod in satisfactio-
ne non attenditur pœnalitas solum, sed boni-
tas operis magis attenditur. Ergo opus me-
lius & magis meritorium quàm elemosy-
na erit satisfactoriū. Pro illo enim opere me-
ritorio Deus dat gloriam: ergo etiam dat re-
missionem pœnæ, quod minus est.

DECIMO. Cōfirmatur hoc. Dicere quod
opus quod non est pœnale, quantumcum-
que sit bonum, non est satisfactorium: cer-
te est magnum inconueniens: quia sunt alia
opera multo meliora & perfectiora quàm
ista quę dicuntur pœnalia: & tunc homines
deberent arceri ab illis vt pœnalibus vaca-
rent. Arcerentur enim à melioribus operi-
bus vitę contemplatiuę propter ista pœna-
lia, vt satisfaciunt: quum secundū illam sen-
tentiam, per alia opera bona non pœnalia sa-
tisfacere non possint. Ideo credo, quod san-
cti non concederēt. Vnde credo quod satis-
fit pro pœna debita peccatis remissis per
quodlibet opus meritorium. Et hoc quantū
ad illud: & credo quod est de mēte Scoti vbi
supra, & ex sententia. S. Th. in. 4. d. 15. q. 2. ar. 2.
q. 2 ad 2. vbi dicit, quod in satisfactio-
ne attenditur bonitas & non pœnalitas solum.

DUBITATVR tertio, an satisfactio
necessario debeat fieri, per opera ex-
teriora, vel an possit fieri per opus inte-
rius: Et videtur quod nō possit fieri nisi per
opera exteriora: nam satisfactio debet esse
per opera pœnalia: at sola exteriora sunt
pœnalia. Ergo. Secundo. Omnia opera
quę ponunt doctores satisfactoria esse, sunt
exteriora: vt ieiunium & elemosyna. Moui
hoc dubium propter Almain in. 4. d. 15. q. 1.
qui videtur dicere, quod solū per opera ex-
teriora potest esse satisfactio, ita quod velle
ieiunare, & velle dare elemosynam, non est
opus satisfactorium. Et si hoc est verum, qui
non potest ieiunare, & qui non potest orare
voce, quia est mutus, & qui non potest dare
elemosynam quia pauper, non possent sa-
tisfacere. Ideo dico (vt iam diximus) quod
omne opus meritorium est satisfactorium:
& si contrarium Paludanus dicat, & alij
alij. Vnde actus interior est satisfactorius,
quia bonus & liber.

DUBITATVR quarto: an tantum sa-
tisfaciat quis per actum interiorem, si
cut per actum exteriorem & interiorem. Si
cut dicunt doctores, quod nō meretur aliquis
plus per actum interiorem & exteriore quā
per actum interiorem solū. Et videtur quod
ita: quia non est noua libertas in actu exte-
riori, aliās daretur via ad dicendum, quod ac-
tus exterior addit bonitatē vel maliciā ac-
tui interiori. Requiritur enim libertas ad sa-

atisfactionem sicut ad meritum Sed propte-
rea actus exterior dicitur non addere meri-
tum supra interiorem: quia non habet nouam
libertatem. Ergo ita dicendum est de satis-
factione sicut de merito. Sed contra est: quia
magis pœnale est opus exterius quā interius
Ergo est magis satisfactorium.

AD HOC dico prius quod est dubium. Se-
cundo. Dico quod plus satisfacit homo per
actum exteriorem & interiorem simul, quā
per actū interiorem tantum. Probat. Est
magis pœnale: ergo magis satisfactoriū. An-
tecedens constat experientia: multū enim
facit ad satisfactionē quod sit pœnale: magis
pœnale est velle dare in elemosynam decē
aureos, & dare: quā solum velle dare: &
idem de ieiunio.

ET ad argumenta in oppositum, quādo di-
cis, actus exterior non addit bonitatē actui
interiori, distingo: vel illi actui interiori
cui cōcomitur exterior, cōcedo: alteri qui
præcessit, nego. Volo dicere, quod raro vel
nunquā ponitur actus exterior, quin adda-
tur aliquid bonitatis: non ratione actus exte-
rioris, sed quia ille actus interior cū quo est
exterior, est iam difficilior & præstantior: &
difficultas facit ad meritum, cæteris omni-
bus paribus. Et tunc quando ponitur actus
exterior, nempe, ieiunium, difficilior est vel
le illud quā antea. Et ita dicendum est de
satisfactione, quod propterea addit nouam
satisfactionē: quia est difficilior velle ieiuna-
re quādo ieiunat, quā antequā ieiunet.
SECUNDO. Dico quod cæteris paribus
habebit propter actū exteriorem præmium
accidentale, quod maius est, quā regem esse
interra. Vnde secundū omnes addit actus
exterior præmium accidentale, quale est re-
missio pœnæ. Ita posset dici: sed primum est
melius dictum, nempe, quod tantum satisfa-
cit ille qui voluit ieiunare & nō ieiunat, quā-
tum ille qui voluit & simul ieiunauit: si illa
volitio quę fuit sine actu exteriore, sit tā per-
fecta & tam efficax, sicut illa quę fuit cum
actu exteriore.

DUBITATVR quinto, per quę ope-
ra debeat fieri satisfactio, an oporteat
quod opera satisfactoria sint libera. i. non
debita, hoc est, an satisfactio possit esse de
aliās debito. An ieiunando quadragesimam
quā ex precepto tenetur quis ieiunare, pos-
sit satisfacere? Et generaliter an per opera
quę quis tenetur nouo præcepto, præter
preceptū satisfactionis illi iniunctę a cōfesso-
re, possit satisfacere: & an cōfessarius possit
iniungere pœnitenti in satisfactionem opus
aliās debitum?

AD HOC. Paludanus. 4. d. 15. q. 1. ar. 2. tenet
absolue

absolute, quod non satisfacit aliquis pro pœ-
catis per opera aliās debita: vt per hoc quod
aliquis ieiunat quadragesimā nō satisfacit.
Consequenter dicit quod qui dat elemosy-
nā pauperi existenti in extrema necessitate
nō satisfacit. Idē tenet Maior in. 4. d. 15. q. 2.
Idē tenet. d. 15. q. 1. Idē tenet Siluest. in sum-
ma, verbo, satisfactio. q. 8. Probat, quia nō
potest quis satisfacere vno præcepto p duobus
debitis. Sed ille pœnitens debet duobus debi-
ta. i. completionē præcepti ecclēsię & cōfesso-
ris. Ergo eodem ieiunio non potest satisfacere
pro peccatis & præcepto ecclēsię.

SECUNDO. Si per opera aliās debita po-
test quis satisfacere, posset cōfessarius impo-
nere pœnitentiā sacerdoti, quod dicat preces
horarias, ad quas tenetur de præcepto ecclē-
się. Sed hoc videtur ridiculū: quia nihil fa-
cit ille sacerdos, nec imponit illi pœnitentiā
quia iam ille pœnitens debebat illud. Iroba-
tur sequela ex dictis, si potest satisfacere ope-
ribus aliās debitis. Ergo. &c.

TERTIO. Peccator quādo peccat tenetur
ad aliquā pœnā ratione peccati, ad quā prius
nō tenebatur: sed ante peccatū tenebatur ad
hanc pœnā ieiunare & dicere preces hora-
rias. Ergo. Antecedens patet: quia incurrit
obligationē pœnæ, & esset ridiculū dicere
quod incurrit pœnā ad quā antea teneba-
tur: sed antea tenebatur ad illā pœnā. Ergo.
QUARTO. Sequeretur, quod si aliquis cō-
fiteretur quod debet centū aureos, potest cō-
fessarius iniungere in pœnitentiā suorum pec-
catorū, quod soluat illos: quod esset ridicu-
lū: quia restitutio non est pars pœnitentię.
Sequela probatur: quia eodē modo est debi-
tum iam aliud. i. dicere preces horarias, aut
ieiunare, sicut debere centū aureos.

QUINTO. Siquis deberet alicui 1000. au-
reos, & frangeret ei crus, satisfaceret reddē-
do ei mille aureos, postquam eodem precio
potest soluere plura debita. Ad hoc pro nūc
nego antecedēs: quia illa satisfactio non va-
let vtrumquē debitum.

SEXTO. Quia pro omnibus peccatis pos-
set quis satisfacere per vnū miserere mei, es-
set essent multa illa peccata: vt si est aliquis
qui confessus est decē peccata, & cōtritus est
& ad satisfaciendū pro pœna illis peccatis
debita, requiruntur decē psalmi, sequeretur,
quod per vnū miserere mei, potest ille satis-
facere pro tota illa pœna. Probat: quia im-
ponet cōfessarius pro vno peccato misere-
re mei: & postea illum eundem psalmū im-
ponet pro alio, & ita consequenter. Proba-
tur: quia licet ille pœnitens deberet ieiunium
quadragesimę, potest ei in pœnitentiā iniū-
gi pro peccato: Ergo eadē ratione iste psal-

mus potest imponi. Dico, quod verum est,
quod posset imponi vnus psalmus pro om-
nibus peccatis, sed parum satisfaceret, quia
opus est paruum, & parui valoris.

AD quæstionē tamē dico his nō obstantibus
quod opera quę sunt aliās debita, sunt satis-
factoria: & oppositum potest esse erroneū, &
ita dicit Adrianus. Probat. Illud opus est
liberū, bonū, & pœnale. Ergo est satisfacto-
riū. Et si dicas est aliās debitū: dico quod isti
ponūt in diffinitionibus suis opinionēs su-
as: & ita Maior ponit in diffinitione satisfa-
ctionis, quod debet esse opus satisfactorium
aliās indebitum. Sed hoc non habetur ex
scriptura.

SECUNDO arguitur sic. Sequeretur quod
per hoc vnū quod merē naturaliter cōtin-
geret, cæteris omnibus paribus perderet
quis satisfactionē. Probat. Si dat elemo-
synā pauperi extrême indigenti nō satisfacit,
si autē nō eget extrême satisfacit. Sed
quod eget extrême est vnū naturale. Ergo
TERTIO arguitur. Ecclēsia instituit ieiu-
nia ad satisfaciendū pro peccatis: & hæc fuit
principalis intentio eius. Et in quadragesi-
mā sepius orat ecclēsia, vt Deus acceptet
ieiunia pro remissione peccatorū: quia aliās
si christiani non satisfaciūt pro peccatis per
ieiunia ecclēsię, quādo ieiunabūt pro pec-
catis: quia nō ieiunāt ieiunia ecclēsię, & vt
nā illa ieiunarent. Et religiosi qui ieiunant
septem mēses in anno ex obligatione sui in-
stituti: si illa non sufficiunt, quādo ieiuna-
būt pro peccatis? Si dicas per alios quinque mē-
ses, ergo oportebit ieiunare per totū annū.
ET ad argumenta in contrariū, dico ad pri-
mū quod nego antecedēs, maxime quādo
vtrūq; præceptū intendit eundē finē. i.
satisfacere pro peccatis aut cauere a pecca-
tis, vel quando opus valet satisfacere vtrūq;
præcepto, nempe, quia habet distinctos va-
lores, quum sit bonum & pœnale.

AD secundū dico quod nō debet cōfessarius
cōmunitē imponere pœnitentiā in pœnitenti-
am, id quod aliās debet: quia debet iuu-
are illum pro peccatis suis, & idē debet im-
ponere aliquid aliās nō debitū. Sed si faciat
factū erit, & valebit ei. Dixi cōmunitē: quia
aliquādo cōfessarius bene faciet, si imponat
in pœnitentiā aliās quid debitū pœnitenti. Vt
si est nobilis qui nunquā ieiunat quadragesi-
mā: bene faciet cōfessarius si iniungat in
pœnitentiā, ieiunabis hos quindecim dies
quadragesimę, qui remanent.

AD tertiū concessa maiore & minore: nego
consequentiā, quia infertur, ergo notū potest
esse pœnitentiā de aliās debitis: quia nullibi
habetur quod pœnitentiā debeat esse de nō
debitis.

debitis. Et ultra. Illa opera quæ mandat ecclesia sunt satisfactoria pro alijs. Ergo etiã pro ipso faciente ex præcepto confessoris. Et fer enim mirabile quod Petrus ieiunando quadragesimam, satisfaciatur pro alio & nõ pro se: & quod perdat illud meritũ satisfactoris pro se, eo quod illud opus ecclesia præcipit.

AD quartum dico sicut ad. 2. quod illud non debet communiter fieri: sed aliquando posset bene fieri: vt si alijs ille debitor non solueret, & ad præceptũ confessoris soluit, bene factum esset, quod in pœnitentiam imponeretur ei, vt pecuniam illam satisfaciatur. Ad quintum & sextum responsum est.

Dubium sextum. DVBITATVR sexto, an qui implet pœnitentiã audiendo missam adquam tenetur, satisfaciatur præcepto de audienda missa in die festo? Vt si confessorius iussit pœnitenti, vt dicat. 7. psalmos: & pœnitens dicit illos quũ audit missã de præcepto an satisfaciatur? AD HOC Angelus & summissæ dicunt quod non satisfaciatur præcepto de audienda missa. Sed melius dicit Adrianus quod satisfaciatur & si faciat cum rationabili causa nullo modo peccat: vt si postea nõ habebit sic oportu num tempus, vel debet communicare in eadem missa, & vult adimplere pœnitentiam ante communionem: vt purior ad Eucharistiam accedat. Alijs si faciat sine rationabili causa, videtur aliqua irreuerentia, & poterit esse peccatum veniale sed nunquam erit de se mortale.

Dubium septimum. DVBITATVR septimo, si confessorius solum dicat pœnitenti: ieiunari diebus, an possit pœnitens satisfacere ieiunando illos tres dies in quadragesima. AD HOC dico quod non: quia oportet stare ad intentionẽ confessoris, qui si clare non dicat debet intelligi in diebus non debitis. Secus de elemosyna: si mandat confessor vt pœnitens det aureum in elemosynam: melius faciet pœnitens, si det extremam necessitatem patienti. Et esto alijs pœnitens teneatur dare illi pauperi satisfaciatur: & ego ita cõfulerem.

Dubium octauum. DVBITATVR octauo: an sit necessarium quod homo satisfaciatur pro seipso, vel an sufficiat quod vnus satisfaciatur pro alio, implendo pœnitentiam iniunctã in confessione: quam alius tenebatur adimplere: quia de alia satisfactorie non est dubium, vt supra iam diximus.

AD HOC dico quod regulariter ita est, quod homo per seipsum debet implere pœnitentiam iniunctã sibi in confessione. Probatum quia illud est præceptum vt pro nunc supponimus, postea probabi-

mus. Ergo ipse cui imponitur debet eam implere. Secundo probatur. Pœnitentia etiam iniungitur vt medicina quæ alteri non est necessaria.

SECUNDO. Dico quod Paludanus Silvester & alij, ponunt aliquas exceptiones ad hæc regulã. Prima est. Si confessor dicat alicui ieiuna decẽ dies, vel quæras aliquem qui pro te ieiunet: vel si dicat, fac quod dicantur decem missæ pro te. Et videtur quod fiat regula generalis, quod de consensu sacerdotis licitum est, & poterit vnus pro alio satisfacere adimplendo pœnitentiã alteri in confessione iniunctã. Secunda exceptio est, quando ille cui iniuncta fuit pœnitentia, nõ potest illam implere. Sed istæ non sunt proprie exceptiones: quia nullus tenetur ad illud quod non potest. Et quando sacerdos dicit illud quod dicit prima exceptio, non excipitur aliquid: quia illud dicit sacerdos. Tertia exceptio (dicit Paludanus) est, quado aliquis vult melioribus operibus vacare: vt si sacerdos imposuit pœnitenti ieiunium vnus mensis, & offert se tunc pœnitenti peregrinatio, vbi nimiam placebit Deo: quia est magnũ obsequium: tunc dicit quod poterit vnus alius agere illam peregrinationem, & sic satisfacere pro pœnitente, & non tenebitur pœnitens ad illud ieiunium.

SED ego nescio an hoc sit verum, quod pro meliori quocunque opere possit alius satisfacere pro alio. Securior est quod ipse pœnitens satisfaciatur. Secundo. Dico quod tantum posset esse illud opus, quod posset pœnitens pro illo dimittere pœnitentiam iniunctã. Nec oportet quod alteri iniungatur: sed tunc aspiciendum est ad intentionẽ confessoris: si sit opus lóge maius quam opus quod imposuit sacerdos, videtur quod illud rationabiliter vellet potius sacerdos, quã illud minus quod ipse imposuit.

ALIA exceptio (inquiunt) est, quado pœnitens committit pœnitentiam illam alij meliori & sanctiori. Sed hoc etiam videtur falsum, & credo quod tunc nõ satisfaceret præcepto confessoris: quia nec satisfaceret pro ieiunio ecclesiæ, esto committat illud ieiunium alteri meliori.

ALIA exceptio est in articulo mortis. Sed hoc iam diximus quod non erat exceptio: quia non potest aliud facere.

Dubium nonum. SED ex hoc oritur aliud dubium bonũ. Siquis in articulo mortis iniungit alteri pœnitentiam sibi in confessione impositã, quæ tota sufficiebat & requirebatur ad satisfaciendum pro pœna quam debebat pro peccatis suis, si ipse fecisset, & moritur antequam faciat, & alius acceptat pro-

eo, an ipse pœnitens liberabitur statim à purgatorio. Videtur quod ita quia iã alius recepit & dixit se facturũ. Ergo iã alius tenetur ad illã pœnã. Ergo pœnitens de obligatur. AD HOC dico quod non satisfaciatur sufficenter quousque alius faciat, & interim erit in purgatorio. Secundo dico, quod hoc ipsum quod ille pœnitens iniungit & alius acceptat est satisfactorium: sed non totaliter quousque alius satisfaciatur vel ille in purgatorio: quia non est solum debitum quod pœnitens debebat: quousque ipse, vel alius pro eo soluat.

Artic. secundus

Vtrũ flagella præsentis vitæ sint satisfactoria.



AD SECUNDM sic proceditur. Videtur quod flagella quibus à Deo in hac vita punimur, nõ possunt satisfactoria esse. Nihil enim potest esse satisfactorium, nisi quod est meritorium: vt ex dictis patet. Sed nõ meremur nisi per ea quæ in nobis sunt. Quõ ergo flagella quibus à Deo punimur non sint in nobis, videtur quod satisfactoria esse non possunt.

PRÆTEREA. Satisfactorium bonorũ est. Sed huiusmodi flagella in malis inducuntur: & præcipue eis debentur. Ergo non possunt esse satisfactoria.

PRÆTEREA. Satisfactorio respicit peccata præterita. Sed aliquando ista flagella infliguntur illis qui peccata non habent: sicut de Iob patet. Ergo videtur quod nõ sint satisfactoria.

SED CONTRA. Est quod dicitur Roma 5. Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probatione, iustitiam a peccato purgatione: vt glossa bidem dicit. Ergo flagella peccata purgant: & sic sunt satisfactoria.

PRÆTEREA. Ambrosius dicit. Et si fides, i. peccatorum conscientia desit: pœna satisfaciatur. Ergo huiusmodi flagella sunt satisfactoria.

RESPONDEO dicendũ, quod recompensatio offense præteritæ potest fieri ab eo qui offendit, & ab alio. Quando autem fit ab alio, tunc re-

compensatio vindicationis magis quam satisfactoris rationem habet: quando autem fit ab ipso qui offendit: habet etiam rationem satisfactoris. Vnde si flagella quæ pro peccatis à Deo infliguntur: fiant aliquomodo ipsius patientis: rationem satisfactoris accipiunt. Fiant autem ipsius, in quantum ea acceptat, ad purgationem peccatorum, eis vtens patienter. Si autem omnino eis per impatientiam dissentiat, tunc non efficitur alio modo ipsius, & ideo nõ habet rationem satisfactoris sed vindicationis tantũ. AD PRIMVM Merito dicendum, quod quibus illa flagella non sint omnino in potestate nostra: tamen quantum ad aliquid sunt: vt. scilicet patienter vtamur: & sic homo facit de necessitate virtutem. Vnde & meritoria & satisfactoria esse possunt.

AD SECUNDM dicendum, quod sicut ex eodem igne (vt Gregorius dicit) aurum rutilat, & palea fumat, ita erit eisdem flagellis & boni purgantur, & mali magis inficiuntur per impatientiam. Et ideo quamuis flagella sint communia, tamen satisfactoria tantum est bonorũ.

AD TERTIVM dicendum, quod flagella respectum habeat ad culpam præteritã semper: sed non semper ad culpam personæ sed ad culpam naturæ. Si enim in humana natura nulla culpa præcessisset: nulla pœna fuisset. Sed quia culpa in natura præcessit, personæ alicui diuinitus pœna insertur, sine culpa personæ, ad meritum virtutis, & cautelam peccati sequentis. Hæc etiam duo necessaria sunt in satisfactorie. Oportet enim esse opus meritorium, vt honor Deo exhibeatur, & oportet esse virtutum custodiam: vt à futuris peccatis præseruemur.

IN HOC secundo articulo est aduertendum, quod habemus multa exemplum factis literis de multis qui propter peccata sua puniti sunt, vt de Nabuchodonosor qui venit in insaniam propter peccata sua Danie. 4. & Antiochus fuit punitus propter peccata sua, vt habetur. 1. Macha. 6. & Paulus dicit. 1. ad Corinth. 11. quod propter peccata sunt multi imbecilles, & dormiunt multi: maxime illi qui sumunt irreuerenter, vel administrant sanctum sacramen-

Dubium.
primum.

rum Eucharistiæ.

DVBITATVR Rigitur, an talia opera inflicta à Deo sint satisfactoria pro peccatis: Vt si quis postquam contritus est & confessus peccata sua, flagellatur à Deo, sicut Dauid, an illa flagella sint satisfactoria: Et videtur quòd non: quia non sunt voluntaria: Nullus enim satisfacit inuitus: & ideo existentes in inferno non satisfaciunt, quia actus satisfactorius debet esse meritorius. Ergo debet esse voluntarius. Sed illa opera non sunt voluntaria. Ergo nec satisfactoria.

SE contra est: quia graue est quòd Deus puniat bis pro eisdem peccatis. Naum. 1. non insurgit bis tribulatio, nec iudicat Deus bis in idipsum. Et confirmatur: quia illi qui sunt in purgatorio non satisfaciunt aliter, quam patiendo pœnam quam Deus infligit. Ergo.

AD HOC (vt melius intelligatur hic Sanct. Thom.) dico, quòd pœna pro peccatis dupliciter potest exigi à peccatore. Vno modo ab illo cui non debetur satisfactio, quia non est iudex: vt si quis occidit hominem debet satisfacere Deo cui offensam fecit. Sed si amicus occisi percutit occisorem, illa pœna non habet rationem satisfactionis, sed potius vindictæ: ideo illa pœna non est satisfactoria pro peccato, quia non exigitur ab habente ius exigendi, nisi forte in quantum peccator etiam illam fert patienter. Sicut si quis accipit. 100. aureos à te quos debebas mihi, nondum per hoc satisfacisti mihi.

SE C V N D O potest exigi pœna ab illo cui debetur satisfactio: & dicit Sanct. Thom: quòd talis pœna vocatur satisfactio, & habet rationem satisfactionis: sicut illi qui puniuntur à communitate & à iudicibus, si sciuntur eis manus (quia secundum legem illa pœna sunt puniendi) non possunt eis iudices postea aliud facere.

HIS suppositis respondetur ad quæstionem, quòd pœna inflicta à Deo pro peccatis potest esse satisfactoria. Probat Sanct. Thom. quia illa pœna vel satisfactio potest fieri ipsius peccatoris, si patienter ferat: sicut Iob qui dicebat, Dominus dedit, dominus abstulit, sit nomen domini benedictum. Nam ex hoc quòd proprie acceptat fit opus ipsius. Et si est ipsius opus, quum sit pœnale, satisfacit illo opere.

SE C V N D A propositio est. Si talis non acceptat pœnam illam patienter, sed renititur, non satisfacit. Ex quo elicitur quòd damnati non satisfaciunt: quia illi qui sunt in inferno resistunt voluntati diuinæ.

Dubium.
secundum.

DVBITATVR secundo (quia Sanct. Tho.

dicit, quòd illa pœna est satisfactoria, quando fit opus ipsius patientis per hoc quòd voluntarie acceptat) an satisfactio consistat principaliter in ipso actu patientiæ: Exemplum. Sunt duo patientes æquales pœnas: sed cum inæquali patientiâ, an equaliter satisfaciant, vel solum secundum proportionem patientiæ: Et videtur quòd debeat mensurari secundum patientiam. Probat. Satisfactio est actus virtutis: ibi autem nihil est virtutis nisi patientiâ: quia febres (exempli gratia) quas patitur ille flagellatus à Deo non sunt actus virtutis. Ergo solus actus patientiæ est satisfactorius, & non ipse actus ægritationis. Vt si quis venit in paupertate propter peccata sua, si patienter ferat: solum æquanimis voluntatis est actus virtutis. Et ita dicunt communiter moderni, quòd ibi nihil est satisfactorium, nisi actus virtutis patientiæ.

SE D ego dico, quòd verum est actum patientiæ esse satisfactorium. Secundo, dico quòd est parum dicere solum illum actum esse satisfactorium. Probat: quia si hoc est verum, non plus haberet pœna inflicta à Deo quam ab homine, vel naturaliter, de satisfactione. Vt si quis propter culpam suam ex malo regimine incurrit febrem & libenter patitur: ille actus est virtutis. Ergo tantum prodest sicut si à Deo infligeretur: Ideo dico quòd pœnæ inflictæ à Deo sunt de se satisfactoriæ sine actibus nostris: & non accipiunt rationem satisfactionis tantum ab actu nostro. Quod est multum ponderandum, & notandum, pro prædicatoribus & pro alijs. Hoc probatur, quia pœna purgatorij est satisfactoria de se in quantum à Deo infligitur & non est peior status viæ ad satisfaciendum quam status purgatorij. De maiori non est dubium, etiam si se habeat existens in purgatorio mere negatiue: & ita est prædicandum.

SE C V N D O. Dico quòd si quis resisteret vsque ad peccatum mortale, non satisfacit: quia quælibet pœna existentis in gratia voluntarie sumpta, est satisfactoria, si non resistat vsque ad mortale, licet ipse pœnitens vellet sanari si posset (exempli gratia) à febribus quas patitur: sed quia non potest: dicit, fiat in nomine domini, patiamur postquam dominis hoc vult satisfacit.

VN D E sequitur quòd non debet mensurari satisfactio pœnarum à Deo inflictarum, per actus nostros: sed plus satisfacit qui plus punitur, licet equaliter ferant ipsas pœnas illi qui puniuntur. Dico secundum, quòd hoc est valde probabile & verisimile, quòd quicumque in gratia punitur à Deo in hoc mundo: sufficienter punitur, & non punietur

in alio seculo. Probat: quia nulla est ratio quare Deus puniat ex parte in hoc seculo, & ex parte in alio: Et hoc est multum verisimile, & pie creditur: non tamen poterit exacte probari.

PR O quo est notandum mirabile verbum diuini Hieronymi super illud. Naum. 1. non cõfurgit bis tribulatio, vel nõ iudicabit Deus bis in idipsum: secundum translationem. 70. interpretum, quòd generaliter omnes quotquot puniti sunt à Deo in hoc mudo salui facti sunt, esto esset in peccato mortali quado puniti sunt. Vnde infert quòd Sodomitę absorpti in Sodoma & Gomorra, salui facti sunt: & omnes Ægyptij qui submersi sunt in mari salui facti sunt: & filij Israel qui puniti sunt in deserto, & generaliter omnes qui in hac vita puniti sunt à Deo. Sed in hoc dicto non tenetur communiter Hieronymus. Et Gregorius dicit quòd multi in hac vita incipiunt habere infernum. Et probatur de Anti. cho. 1. Macha. 6. qui orabat Deum a quo non esset misericordiam consequutus: quum esset in infirmitate propter peccata sua. Ideo dico quòd dictum Hiero. nõ habet verum de illis qui puniuntur à Deo, quum sint in peccato mortali: sed de illis qui quum essent in gratia puniti sunt à Deo. Verisimile enim est quòd salui facti sunt.

VN D E probabile est, quòd tempore diluuij multi erant in gratia, ideo salui facti sunt sine purgatorio: quia videtur, quòd nõdum incõperat idolatria, & erant fideles. Ergo non videtur quòd Deus mitteret eos in infernum: quia quum essent fideles verisimile est quòd conuerterentur, & dolerent de peccatis in illa tribulatione quando videbant a quas crescere. Et forte quòd omnes qui erant fideles, conuersi sunt & salui. Idem videtur de Iudæis occisis in deserto, quòd omnes, vel ad minus multi conuersi, salui facti sunt. Sed ægyptij qui erant idolatræ & exemplo fuerunt suffocati non est verisimile quòd fuissent salui. Et idem dicendum est de Sodomitis, & Gomorrhitis, quòd hi mortui fuerunt in peccatis suis. Dictum tamen Hierony. est notandum ad nostrum propositum: quia nõ ge melius affirmaret Hieronymus, quòd illi qui existunt in gratia & puniuntur à Deo in hac vita saluantur, & satisfaciunt per illa flagella domini: quod nos asserimus, quam de alijs qui cum essent in peccatis puniti sunt à Deo. Sed de illis qui in peccato puniti sunt à Deo, non videtur verum quòd dicit Hierony. quia nec probari potest nec apparentiam habet. Illud autem testimonium Deus nõ iudicabit bis in idipsum: vel, Non confurgit duplex tribulatio: interpretatur

id est, non puniet bis eundem peccatorem ad æqualitatem totius pœnæ quam debet pro illis peccatis.

Articul. tertius.

Vtrum conuenienter enumerentur opera satisfactoria:



TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd inuenienter enumerentur opera satisfactoria, quum dicitur quòd sunt tria, scilicet elemosyna: ieiunium: & oratio.

Quia opus satisfactorium debet esse pœnale. Sed oratio pœnam non habet (quum sit contra pœnam tristitiam medicina) sed delectationem. Vnde dicitur Iacobi. 5. Tristatur quis in vobis, oret, et psallat. Ergo non debet computari inter opera satisfactoria.

PRAETEREA. Omne peccatum vel est carnale vel spirituale. Sed sicut dicit Hierony. ieiunio sanantur pestes corporis: oratione pestes mentis. Ergo non debet esse aliquod aliud opus satisfactorium.

PRAETEREA. Satisfactio est necessaria ad emundationem peccatorum. Sed elemosyna ab omnibus peccatis emundat. Luc. 11. Date elemosynam et omnia munda sunt vobis. Ergo alia duo sunt superflua.

S E D C O N T R A. Videtur quòd debeant esse plura. Quia contraria contrarijs curantur. Sed multo plura sunt peccatorum genera quam tria. Ergo debent plura satisfactoris opera computari.

PRAETEREA. Peregrinationes etiam iniunguntur pro satisfactione, et disciplina, et flagellationes: quæ non computantur sub aliquo horum. Ergo insufficienter enumerantur.

R E S P O N D E O dicendum, quòd satisfactio debet esse talis per quam aliquid nobis subtrahatur.

trahamus ad honorem Dei. Nos autem non habemus nisi tria bona, scilicet bona anime, & bona corporis, & bona fortuna scilicet exteriora. Ex bonis quidem fortuna subtrahimus nobis aliquid per eleemosynam: sed ex bonis corporalibus per ieiunium. Ex bonis autem anime non oportet quod aliquid subtrahamus nobis quantum ad essentiam, vel quantum ad diminutionem ipsorum: quia per ea efficiamur Deo accepti: sed per hoc quod ea submittimus Deo totaliter, & hoc fit per orationem. Competit etiam iste numerus ex parte illa, qua peccatorum causas satisfactio excidit, quia radices peccatorum tres ponuntur, prima. Ioha. 2. scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vite. Contra concupiscentiam carnis ordinatur ieiunium, contra concupiscentiam oculorum ordinatur eleemosyna, contra superbiam vite ordinatur oratio. Ut Augustinus dicit super Matth. Et competit: & quantum ad hoc, quid satisfactio est peccatorum suggestionibus aditum non indulgere. Quia omne peccatum vel in Deum committimus: & contra hoc ordinatur oratio: vel in proximum, & contra hoc eleemosyna: vel in nos ipsos, & contra hoc ordinatur ieiunium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod secundum quosdam duplex est oratio: quedam que est contemplatiuorum quorum conuersatio est in cælis: & talis quia totaliter est delectabilis, non est satisfactoria. Alia est, que pro peccatis gemitus fundit: & talis habet poenam & est satisfactio pars. Vel dicendum est melius quod quælibet oratio habet rationem satisfactiois: quia quamuis habeat suauitatem spiritus, habet tamen afflictionem carnis: quia, ut dicit Gregorius super Ezechie, dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, informatur proculdubio fortitudine carnis: unde et neruus scemoris Iacob ex luctu angeli emarcuisse legitur Gene. 32.

AD SECVNDVM dicendum: quod peccatum carnale dicitur dupliciter. Vno modo

do: quod in ipsa delectatione carnis completur, ut gula, & luxuria. Alio modo, quod completur in his que ad carnem ordinantur, quamuis non in delectatione carnis, sed in delectatione anime magis, ut auaricia. Vnde de talia peccata sunt quasi media inter spiritualia & carnalia. Ideo oportet quod eis etiam aliqua satisfactio respondeat propria, scilicet eleemosyna.

AD TERTIVM dicendum quod quæuis singula istorum per quandam convenientiam singulis peccatis appropriantur: quia congruum est ut in quo quis peccauerit in hoc puniatur, & quod peccati commissi per satisfactionem radix abscedatur: tamen quodlibet horum pro quolibet peccato satisfacere potest. Vnde ei qui non potest vnum ex his perficere, iniungatur aliud. Et præcipue eleemosyna aliorum vices supplere potest, in quantum alia satisfactionis opera per eleemosynam quisque sibi mercatur quodammodo, in illis quibus eleemosynam tribuit. Vnde non oportet: quod si eleemosyna omnia mundat peccata, quod propter hoc alia satisfactiones superfluant.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis sint multa peccata in specie: tamen omnia alia ad illas tres radices, vel ad illa tria peccatorum genera quibus diximus dictas satisfactiones respondere, reducuntur.

AD QVINTVM dicendum, quod quicquid in afflictione corporis perinet, ad ieiunium refertur: & quicquid in proximi utilitatem expenditur totum eleemosynæ rationem habet. Et similiter quæcumque latria exhibetur Deo: orationis accipit rationem: ideo etiam vnum opus potest habere plures rationes satisfaciendi.

PENES hunc articulum videtur quod inconuenienter annumerentur opera satisfactoria scilicet ieiunium, eleemosyna, & oratio, quæ communiter ponuntur a doctoribus & a Magistro sententiarum in .4. distinctione. 15. Nam peregrinatio est satisfactoria, & lege-

re, & prædicare in obsequium Dei. AD hoc respondet S. Tho. quod illa tria sunt satisfactoria. scilicet ieiunium, eleemosyna, & oratio. Probatur S. Tho. quia (ut diximus supra) oportet in satisfactione, quod sicut peccator abrogauit sibi quod non debebat: ita auferatur & subtrahatur sibi aliquid quod suum est, nempe, vel bona naturalia per ieiunium, vel bona utilia per eleemosynam, vel satisfaciatur per bona spiritualia: quæ non debent auferri. Sed satisfaciemus operibus spiritualibus cognoscendo quod sunt Dei, & petendo auxilium per orationem: & in his includuntur omnia afflictiva ex natura sua, nempe, peregrinatio, silentium. Prædicare autem, & legere, & similia, intelliguntur sub eleemosyna: sicut corrigere fraternaliter præbere consilium: quia est vnum bonum proximo debitum.

Dubium vnicum. **D**VBITATVR quid horum est magis satisfactorium, ieiunium, an oratio, vel eleemosyna?

AD HOC dicunt communiter doctores quod eleemosyna. Probatur: quia de illa dicitur Danie. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Et de eadem dicitur communiter. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Et Tobie. 4. Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat. Et Luca. 11. Date eleemosynam & omnia munda sunt vobis: quæ non dicuntur de ieiunio & oratione. Ergo eleemosyna est magis satisfactoria.

IRATEREA. Eleemosyna est actus misericordiæ, quæ est præstantior virtus quam temperantia: cuius actus est ieiunium, vel quam religio, cuius actus est oratio. Ergo est melior actus de se quam ieiunium vel oratio. Vnde confessores poenitentibus diuitibus deberent imponere poenitentiam quod dent eleemosynas: dum modo fiat sine scandalo, ne scilicet illa eleemosyna veniat ad manus confessoris, vel pro se accipiat. Ideo nunquam debent confessarii accipere pecunias ad dandum eleemosynam: sed dicant quod dent ipsi poenitentes, vel fiat alio modo quod non sequatur scandalum: ne poenitent poenitentes confessarium velle sibi illam pecuniam.

SECVNDO dico, quod oratio est magis satisfactoria quam ieiunium: quia exercitatio corporalis ad modicum utilis est: oratio autem est optimum & facilius remedium quo possunt uti homines ad satisfaciendum. Et si dicas quod, non est poenalis, falsum est: quia attenuantur vires spirituales, & corporales longa oratione. In tertio loco

ponitur ieiunium.

Et hæc sufficiant pro materia de satisfactione in communi, & in vniuersum. Scholastici doctores moti ac ratione, quia agitur in hac. d. 15. q. 4. de satisfactione: & quia satisfactio fit per hæc tria. scilicet eleemosynam orationem, & ieiunium: agunt latè de eleemosyna oratione, & ieiunio, & restitutione. Quod doctor sanctus etiam fecit, quum interpretatus est. Magistri sententiarum. Sed postea quia in sua summa aliter theologiam ordinauit, agit de tribus prædictis in .2. secundæ. De eleemosyna egit in .2. secundæ. q. 32. vbi agebat de misericordia, cuius eleemosyna est actus. De oratione autem egit in .2. secundæ. q. 83. vbi agebat de religione: cuius oratio est actus. De restitutione autem egit in .2. secundæ. q. 62. vbi agebat de iustitia: cuius restitutio est actus. De ieiunio verò egit diuus Thomas. 2. secundæ. q. 147. vbi agebat de temperantia: cuius ieiunium est actus. Nos verò prosequemur hic has omnes materias: tum quia grauisimæ & vtilissimæ sunt: tum ut perfectus quartus liber secundum sententiam S. Tho. habeatur: tum etiam ut litera diui Thomæ in .4. legatur, vbi sunt multa pulchra, quæ non leguntur, propterea quod deo modo quo sūt in .4. sunt confusa, & onerant & grauant memoriam, quum tot quæstionculæ proponantur sub his verbis, vltius quæritur &c. Et litera S. Tho. quæ hic scribetur, erit (ut sine arrogancia dixerim) correptior quam hætenus fuit, propter multa exemplaria quæ mihi videre licuit. Ideo materiam satisfactionis prosequemur, descendendo ad particularia. In cuius fronte de eleemosyna, oratione, & ieiunio, & restitutione, ad vniuersum vsq; agemus: inhærentes semper sententiis & principiis S. Tho. ut vere dici possit Doctrina mea non est mea: sed magistri mei Thomæ, qui non tantum in suo seculo fuit magnus. Deinde prosequemur alias materias quarti sententiarum vsq; ad finem, secundum ordinem Magistri sententiarum. De subiecto autem poenitentia, in quibus .i. fit poenitentia, diximus in prima. 4. q. 26. ar. 4. Vide ibi.

POSTQVAM egimus de satisfactione in vniuersum, & diximus quod licet omne opus bonum & meritorium sit etiam satisfactorium, nihilominus magis satisfactorium erit si sit bonum, meritorium, & poenale, quam si sit bonum & meritorium & non poenale, aut non tantum poenale. Et quum secūdu omnes theologos, poenalia opera proprie sint eleemosyna, oratio, ieiunium, & restitutio: agemus etiam de his omnibus in par-

ticulari. Et prius de eleemosyna: & scribe-
mus fideliter literam. S. Tho. super quartū
sententiarum, deinde presius tractabimus
materias pro captu nostro.

Est igitur. 15. q.

De eleemosyna. Et circa hoc
quærentur sex.

PRIMO. Quid sit eleemosyna.

SECUNDO. De effectu sine fructu
eius.

TERTIO. De partibus eius.

QUARTO. De quo sit danda eleemo-
syna.

QUINTO. Quis possit eam dare.

SEXTO. Cui debeat dari.

Artic. primus.

An definitio eleemosynæ (que
statim assignabitur) sit suffi-
ciens?

Th. 4. d. 15. q. 2. ar. 1. q. 1. & sequē.



D PRIMVM sic procedi-
tur. Videtur quod diffinitio
eleemosynæ quæ quidam as-
signant. scilicet eleemosynæ est o-
pus in quod datur aliquid in-
digenti ex compassione propter Deum: sit
inconuenienter assignata. Vis ita enim in-
firmos species eleemosynæ est. Sed in hoc o-
pere non datur aliquid. Ergo datio non de-
bet poni in diffinitione eleemosynæ.

PRÆTEREA. Ipsum datū eleemosy-
na dicitur, quia dicimur eleemosynam da-
re. Sed ipsum datum non est opus, sed res
quædam. Ergo eleemosyna non est opus.

PRÆTEREA. In eleemosynis aliquid
quandoque datur clericis præbendis: qui
tamen non indigent, sed diuites sunt. Ergo

non est de ratione eleemosynæ, quod indi-
genti datur.

PRÆTEREA. Opus quod fit ex electio-
ne est magis laudabile, quam opus quod fit
ex passione: quia est Deo conformius, qui ni-
hil ex passione operatur. Sed compassio est
passio quædam: quia nullus compatitur, ni-
si patiatur. Ergo non est ex necessitate e-
leemosynæ, quod ex compassione datur.

PRÆTEREA. Actus non recipit speci-
em à fine ultimo, sed à proximo: alias om-
nes actus virtutum essent vnius speciei.
Sed ultimum quod ponitur in diffinitione
debet esse differentia specifica. Cum ergo
Deus sit ultimus finis omnium actionum
nostrarum, videtur, quod non debeat poni
in diffinitione eleemosynæ, quasi finalis dif-
ferentia.

RESPONDEO dicendū, quod eleemosyna
nomen græcum est, & dicitur ab elois,
quod est miseria vel misericordia, quæ mi-
seriam alienam suam facit. Vnde sicut ho-
mo miseriam à se expellit, quantum potest:
ita misericors miseriam alienam expellit ei
subueniendo: quæ quidem subuentio fit per hoc
quod ei sua bona communicat. Vnde ipsa com-
municatio bonorum priorum ad mise-
rum, nomen eleemosynæ accepit. Hac autē
communicatio non potest esse meritoria &
virtuosa, nisi quando propter Deum fit. Et
ideo in diffinitione prædicta, tanguntur om-
nia quæ ad perfectionem eleemosynæ con-
currunt, secundum quod est meritoria. Ip-
sa enim miseria aliena, quæ est misericor-
diæ principium, tangitur in hoc quod dici-
tur, indigenti. Misericordia autem quæ
ex miseria aliena nascitur in nobis, tan-
gitur in hoc quod dicitur, ex compassione.
Sed misericordiæ effectus in releuando ali-
enam miseriam quasi suam, tangitur in hoc
quod dicitur, opus in quo aliquid datur:
hoc enim est essentialiale ipsi eleemosynæ. Sed
intentio directa in Deum, quæ datur ei ratio-
nem merendi, tangitur in hoc, quod dici-
tur, propter Deum.

AD PRIMVM ergo dicendum se-
cundum Philosophum in 3. Ethicorum, om-
nia illa quorum præciū nūmismate potest
comparari, vel consuevit, potest in ratione
dati & accepti venire. Et ideo illi actus qui
in subuentione alienæ miseriæ exhibentur,
etiam quasi dona accipiuntur, cum sine præ-
tio impenduntur.

AD SECUNDM dicendū, quod quia
habitus distinguuntur ex actibus, & actus
ex obiectis: ideo quandoque nomina equiuo-
cantur ad habitus, actus & obiecta: sicut pa-
tet de fide, quæ potest significare vel habitū
fidei, vel actum eius, aut ipsam rem credi-
tam. Et similiter eleemosynæ nomen ali-
quando significat ipsam rem datam, & sic
non diffinitur hic, aliquando ipsam datio-
nem, & sic accipitur prædicta diffinitio.

AD TERTIVM dicendū, quod clericis,
etiam si ipsi non indigeant, eleemosynæ dā-
tur: ut ministris pauperum, & dispensato-
ribus eleemosynarum. Et ideo quod eis in
eleemosynam datur, per ipsos ad pauperes
transmittitur.

AD QUARTVM dicendū, quod sicut
in 3. lib. d. 26. dictum est, nomina passionū
sensibiliū, aliquando per quandam similitu-
dinem transferuntur ad actus voluntatis,
qui sine passione sunt. Et sic compassio quæ
proprie importat passionē tristitiæ de alie-
na miseria, dicitur quandoque de ipso actu vo-
luntatis, quo alicui displicet aliena mise-
ria. Et sine tali compassione nunquā eleemo-
syna danda est: quia non subueniret aliquis
miseriæ alienæ, nisi vellet, eū non esse mise-
rum. Et talis compassio etiā in Deo est: quia
ei mala nostra ex voluntate antecedente dis-
plicent, & quandoque etiā ex consequente.
Sed in nobis etiā quandoque adiungitur compas-
sio proprie dicta, quia appetitus superior na-
tus est appetitū inferiorem mouere. Vnde si
sit fortis impressio in superiori, erit etiā in
inferiori: nisi aliquid repugnet. Et secundū
hoc misericordia & verecundia & quædam
aliæ passioncs laudabiles sunt, in quantum

ex debita electione boni procedunt.

AD QVINTVM dicendū, quod quāuis
esse propter Deum, non det speciem eleemo-
synæ quantum ad esse suum primum: ta-
men dat sibi ultimum complementum se-
cundum quod est meritoria. Et ideo ultimo
in diffinitione ipsius ponitur.

PENE S hunc articulum primum est
aduertendum, quod hæc definitio eleemo-
synæ quam scribit S. Tho. hic, bona
est, & communiter à theologis re-
cepta in 4. d. 15. Hanc eandem scripsit Ale-
xander de Ales, in propria hac materia, nem-
pe, quod eleemosyna est opus quo aliquid
datur indigenti ex compassione propter
Deum. Et si quis dicat, quod illa definitio non
est bona, quum non conueniat omnibus cō-
tentis sub diffinito: quia pecunia vel res
quæ datur indigenti dicitur eleemosyna, &
non est opus: dicendum quod antecedens
non est verum: quia proprie eleemosyna ca-
pitur pro opere, etiam si extendatur ad rem,
quæ ibi datur. Ideo definitum illius definitio-
nis solum stat pro opere, quod est proprie e-
leemosyna. Et secundo, dico quod proprie
illa definitio datur, non de quacunq; eleemo-
syna: sed de perfecta quæ est actus virtutis,
& meritoria: ut infra dicemus.

SECUNDO est aduertendum, quod ex
prædicta definitione sequitur, quod id quod
datur sacrificis, eo quia agunt sacrum, aut
alia ecclesiastica officia, aut pro sepulturis
non est proprie eleemosyna, licet vulgo sic
appellatur: quia ex prædicta definitione, eleemo-
syna est opus ad releuandum miseriam
& indigentiam in alio. At sacrificis quantum
cunq; non indigeant, propter sua ministe-
ria debetur stipendium: ut Christus redem-
ptor dixit Lucæ. 10. Dignus est operarius ci-
bo suo. Et Paul. 1. ad Corinth. 9. expellō pro-
bat ministris ecclesiæ debitam esse sustenta-
tionem, dicens. Quis militat suis stipendiis
vnquam? Quod etiam ex leg. vet. suadet,
Deute. 25. quæ ait. Non alligabis os bouistri-
turantis: & ex Christi ordinatione, dicens.
Ita dominus ordinauit his, qui euangelium
prædicant, de euangelio viuere. Vnde rur-
sus colligitur, sacrificos, etiam si alioqui suf-
ficiens habeant patrimonium, non teneri
gratis ad ministeria ecclesiastica: sed pera-
cto officio possunt petere (etiā corā iudice
cōpetenti, ab illis ad quorū instatiā officium
suū peregerūt) sua iura. Colligitur etiam, ut
beneficiarii suum peragentes ministeriū,
in ecclesia

in ecclesia dominium acquirant fructuum & oblationum, aliarumque rerum, quas ob præfarum ministerium accipiunt. Sed de his aliàs prescius. Hæc sufficiant ad explicandum, quid est eleemosyna propriæ dicta.

TERTIO est aduertendū, ex prædicta finitione tria esse requisita ad propriam & studiosam eleemosynam. Primum est ex parte dantis. Nèpe quod habeat aliquid, quod non sit sustentationi suæ necessarium, quod dare possit. Nam aliàs si ad suam vitam necessarium alteri dat, Deo non placeret. Et ideo non fit propter Deum: quia vere esset contra charitatis ordinem, quantum de se est: secus si faciat propter amicitiam vel aliàs iustas causas cum debitis circumstantiis ut alibi tractabimus. Secundum est ex parte eius cui datur. Nam requiritur, quod ille cui datur, indigeat. Quod enim quis scienter dat diuiti, non est eleemosyna: quia eleemosyna est opus misericordiae. Tertio requiritur ad eleemosynam ex parte rei quæ datur, quod sit utilis ad releuandum præfatam indigentiam.

Et hæc sunt nota, ideoque communiter recepta. **PRÆTEREA** est notandum, quod opus illud positum in illa finitione, consistit aliquando in verbis, & aliquando in factis. Et sicut duplex est hominis miseria: ita duplex est eleemosyna. Est namque miseria spiritualis, & corporalis. Ideoque est eleemosyna ad releuandum miseriam corporalem, & est eleemosyna ad releuandum miseriam spirituales, nempe consilium, doctrina, prædicatio, & alia id genus. Deinde corporales indigentiae dicuntur esse septem: ideo tot sunt etiam eleemosynæ temporales & corporales. Indigent enim homines in hac vita, cibo, potu, vestitu, habitaculo, etiam si sani sint, & bene habeant. Infirmi autem & incarcerati indigent recreatione, & subsidio, ut ab afflictione liberentur. Defuncti autem indigent sepultura, ne hominis corpus in morte dehonestetur, cui in vita suus honor erat exhibendus. His igitur miseris correspondet septem eleemosynæ corporales, quæ in hoc versu continentur. Visito, potu, cibo, redimo, tego, collo, cado. Et de sex prioribus meminit Christus Matth. 25. ubi ait. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possedite paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me: nudus & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. &c. De septimo autem, nempe, de sepultura fit mentio ubi commendabatur illi qui mortuos sepehebatur: ut Tobias, Ioseph, & Nicodemus. Commendatque hoc accurate Aug. in lib. de cu-

ra pro mortuis habenda, & habes late in lib. Tobiaz.

INDIGENT etiam homines in hac vita aliis. 7. eleemosynis spiritualibus, quæ ad tria ordinantur, nempe ne proximus in peccatum labatur, ne iam lapsus perseueret, & ne deterior euadat. Vsu venit hominem in peccatum labi ex defectu doctrinæ, aut consilii, si nesciat quid illi sit credendum, quid vè agendum. Ad quæ quidem doctrina indiget & consilio. Potest etiam ex nimia tristitia in desperationem labi, ad quod indiget consolatione. Potest cum lapsus fuerit, ob defectum disciplinæ aut correptionis, in peccato perseuerare, ad quod indiget correptione, ne in malo perseueret. Potest etiam deterior fieri, vel quia illi offensa in aliquo commissa non condonatur, vel quia illum non blande alii ferunt, & ad hoc indiget aliorum patientia & remissione. Vterius potest homo ex voluntate peccare, & ad hoc indiget oratione, quæ illum iuuat. Et hæc 7. spirituales eleemosynæ hoc versu adduci solent. Consule, castiga, solare, remitte, fere, ora. Et si ultra hæc præacta. 14. alia inuenias, quibus homines indigeant, facile ad hæc, vel illorum aliquod ea reduces.

NOTA deinde quod de se præstantior est spiritualis eleemosyna quam corporalis. Quod manifestum est ex fine ipsarum. Nam spiritualis ordinatur ad salutem animæ: corporalis verò ad salutem corporis.

SED contra hoc arguitur hoc modo. Saepe est dimittenda eleemosyna spiritualis pro temporali. Quod autem præstantius est, non est propter minus bonum dimittendum. Ergo &c. Dico ad hoc, quod nihil inconuenit aliquando, quod de se melius est, propter minus bonum dimittere. Nam certum est, vitam contemplatiuam præstantiorem esse actiuam, iuxta seruatoris nostri sententiam. Qui de Maria agente vitam contemplatiuam, dixit. Maria optimam partem elegit &c. Et tamen si proximorum necessitas exposcat, contemplatione dimissa, opus est actiuam vitam exercere: sicut non est dubium, continentiam secundum se præstantiorem esse, quam rei uxoriæ vacare. Et tamen uxore petente debitum, ommissa continentia maritus uxori debet satisfacere. Ratio est: quia ea quæ sunt de consilio, dimittenda sunt propter ea quæ sunt de præcepto, quando se non possunt simul copari. Si quidem consilia intelliguntur saluis præceptis, etiam si alioquin consilia sunt de meliori bono. Et quando est necessitas minus bonum exercere, & maius prætermittere: id quod pro tunc prætermittitur, non esset bonum, sed illicitum: ut constat. Ita igitur cæteris paribus. id est cum æquæ ad utranque eleemosynam astrictus quis

quis sit, præferenda est spiritualis eleemosyna corporali: ut constat. Tamen si cætera non sint paria, sed necessitas compellat corporalem exercere & non spirituales: tunc spiritualis dimittenda est. Nec tunc dimittitur maius bonum propter minus, ut ex dictis constat: quia tunc spiritualis illa eleemosyna non esset bona. **EX** dictis igitur colligitur quo ad quid nominis eleemosynæ, quod (ut dictum est) eleemosyna est nomen deductum à verbo eleo, quod latine idem est quod misereor. Unde eleemosyna. id est misericordiam spectans vel ad miserendum. Et quia verbum eleo scribitur cum duplici e sympla: ideo multi proferunt ita, eleemosyna cum duplici e, idque recte, licet latini simplici tantum proferant.

SECUNDO colligitur, quod dupliciter sumitur eleemosyna. Vno modo pro ipsa re pauperi data, nempe, pro veste aut pecunia. Alio modo pro actu ipso quo res datur. Et doctores agunt de eleemosyna pro actu (ut constat in assignata finitione) quia ille actus est bonus, & ad illum tenentur homines. Unde in sacris literis eleemosyna sumpta pro actu, tripliciter capitur. Primum pro quocumque opere misericordiae impenso sibi aut proximo, iuxta illud Ecclesi. 30. Misere animam tuam placens Deo. Secundo capitur strictius pro omni opere misericordiae proximo impenso siue corporali siue spirituali. Tertio modo capitur proprie pro opere impenso proximo ad releuandam indigentiam. Et sic definitur, ut dictum est.

VLTIMO est notandum, quod sicut actus misericordiae, ut eleemosyna, est etiam imperatiue actus charitatis: ita etiam actus cuiuscumque virtutis imperatiue est à charitate: licet diuersis rationibus. Nam eleemosyna sub ordinatur charitati, illamque, includit per hoc quod includit beneuolentiam & beneficentiam. Aliæ autem virtutes non sic &c.

Artic. secundus.

Vtrum eleemosyna sit actus virtutis?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod eleemosyna non sit actus virtutis. Quia 1. 1. Timoth. 4. ubi dicitur, quod pietas ad omnia valet, exponitur pro eleemosynarum largitione. Sed pietas non est virtus, sed donum: Ergo eleemosyna non est actus virtutis.

PRÆTEREA. Nulla passio est virtus: ut philosophus probat in 2. Ethic. Sed eleemosyna ex misericordia procedit, quæ passio est: ut patet per glossam super illud psal. Tota die miseretur: eleemosyna à misericordia incipit. Ergo non est actus virtutis.

PRÆTEREA. Nihil est in genere quod non sit in aliqua eius specie. Sed non potest reduci, ut videtur, ad aliquam speciem virtutis: quia tantum tres virtutes inueniuntur circa exteriora bona operari, in quibus non est eleemosyna scilicet iustitia, liberalitas, magnificentia. Eleemosyna autem non est actus iustitiae, quia non reddit alienum, sed dat suum: similiter nec actus liberalitatis: quia liberalitas non attendit indigentiam quam attendit eleemosyna: similiter nec magnificentiae, quia potest esse in paruis & magnis. Ergo non est actus virtutis.

SED contra. Subuenire miseris est actus iustitiae: ut patet per Augustinum: & habitus est in 3. sentent. d. 33. Sed subuenire miseris pertinet ad eleemosynam. Ergo eleemosyna est actus iustitiae: et sic est actus virtutis.

PRÆTEREA. Nihil est meritorium nisi actus virtutis: quia foelicitas est virtutis premium, ut etiam Philosophus dicit. Sed eleemosyna est maxime meritoria. Ergo est actus virtutis.

RESPONDEO dicendum, quod quum virtus sit habitus, quo dirigimur ad bene operandum, oportet quod omnis actus qui de se rectitudinem importat, ad aliquam virtutem reducatur: quum etiam in sui ratione non exprimat omnem illud, quod ad perfectionem virtutis requiritur. Sicut dare quando dandum est, dicitur esse actus liberalitatis, quum in hoc non exprimitur omnis debita circumstantia, quæ ad actum liberalitatis exigitur. Quum ergo eleemosyna, secundum quod dictum est, importet quandam rectitudinem (quia significat dationem ordinatam ad subuentionem miseriae, quod ipsum nomen declarat, quum eleemosyna ab elois, quod est miseria, dicitur) patet quod eleemosyna de se dicitur virtutis actum

actum: quāuis non exprimat omnes conditiones, quæ ad actū virtutis requiruntur. Dationes autem & acceptiones ordinat liberalitas: unde oportet quod eleemosyna sit aliquid quo modo actus liberalitatis, cuius misericordia pars ponitur à quibusdam, eo quod liberalitas coniectat bonum cōmuniter in dationibus: sed misericordia coniectat in eis aliquid speciale bonum, quod est reuelatio misericordie aliorū. Vnde eleemosyna est actus misericordie, & per consequens liberalitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pietas secundū Augustinū. 10. de ciui. Dei, more vulgū dicitur ipsa misericordia: & sic ad pietatē pertinere dicitur eleemosyna. Quālibet autem pietas donū à misericordia differat, in lib. 3. dist. 33. dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod misericordia, secundū quid importat cōpassionem tantum ad miseriam alterius, nō est virtus, sed passio: secundum autem quod importat electionem compatiētis, est virtus.

AD TERTIVM dicendum, quod vt patet, eleemosyna reducitur ad aliquā virtutem etiam à philosophis assignatā: quia ad misericordiam immediate, & ad liberalitatem mediate. Quāuis enim liberalitas non attendat cōmuniter indigentiam: nihil tamen prohibet aliquā liberalitatis speciem indigentiam attendere.

AD QVARTVM dicendum quod subuenire miseris, vt ibidem dictum est, non est actus iustitie ratione sui: sed ratione sue partis, secundū quod liberalitas etiam ad iustitiam reducitur sicut pars.

QVINTVM concedimus.

IN HOC art. est vna conclusio quæ sic habet. Eleemosyna est actus virtutis misericordie formaliter, & elicitiue immediate. Et est actus liberalitatis media misericordia. Et in 2. secundæ. q. 32. ar. 1. dicit. S. Tho. quod eleemosyna est actus misericordie elicitiue & charitatis mediante misericordia. Sed contra hanc conclusionē arguit. S. Tho. 2. secundæ, loco citato, argumēto secūdo, hoc modo. Eleemosyna computatur inter opera satisfactoria, secundū illud Daniel. 4. Pecca-

ta tua eleemosynis redime. At satisfactio est actus iustitie. Ergo dare eleemosynā nō est actus charitatis nec misericordie, sed iustitie. Respondet. Ad secundum dicendum, quod nihil prohibet actum, qui proprie elicitiue est vnius virtutis, attribui alteri virtuti, sicut ordinanti & imperanti ad suum finem. Et hoc modo dare eleemosynam ponitur inter opera satisfactoria: in quātum miseratio in defectum patientis, ordinatur ad satisfaciendum pro culpa. Secundum autem quod ordinatur ad placandum Deum, habet rationem sacrificii, & sic imperatur à latrā. 1. religione. Hæc. S. Tho.

DVBITATUR circa hoc prius, quomodo actus superioris virtutis potest imperari ab inferiori virtute: vt in cōclusionē & in solutione, ad præfatum argumētum dicitur, quod eleemosyna est actus misericordie proprie elicitiue, & imperatiue est religionis & liberalitatis, quæ sunt inferiores virtutes ad misericordiam vt docet S. Th. 2. secundæ. q. 30. ar. 4. Et imperare est superioris. Ergo hæc non coherent.

AD HOC respondetur ex eodem. S. Th. in prædicto ar. in 2. secundæ ad. 1. quod actus superioris virtutis, sicut & aliarū, potest dupliciter considerari. Vno modo formaliter prout ordinatur ad finem misericordie, qui est reuelare miseriam in alio paciente. Alio modo consideratur materialiter, prout est quoddam bonum: & ita ordinatur ad finem inferioris virtutis ab ipsa inferiori virtute. His suppositis dico quod actus superioris virtutis non imperatur ab inferiori virtute formaliter sumptus: sed imperatur materialiter sumptus. Vnde secundū quod ordinatur in hōrē & cultū Dei imperatur à latrā & etiā secundū quod ordinatur ad placandum Deū: quia sic eleemosyna est quoddam sacrificiū. Secundū autē quod ordinatur ad satisfaciendum pro peccatis, imperatur à pœnitentiā, & elicitor à misericordia: secundū verō quod est ad dādū libere & gratis alteri pacienti, erit actus liberalitatis media misericordia. Et ita dic de aliis. Et pro similibus est notanda hæc diuisio. Vnde iā ex dictis sequitur, eleemosynam esse vtilē & multū: quia est opus optime virtutis, nēpe, misericordie, quæ est excelētissima virtutū moralium secundū se. DEINDE probatur, quod eleemosyna sit vtilis ipsi dāti, ex sacra scriptura. Prius Matth. 25. Christus promittit regnū cœlorū elargientibus eleemosynas pauperibus. Et tūc dicitur eleemosynę elargiri ipsi Christo, quādo pauperibus elargiuntur, vt ib. dē dicit Christus. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et Matth. 10. dicitur. Quicūq; potū derit

derit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum, in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. SECVNDO. Ecclesiastici. 29. Eleemosyna viri gratiam hominis, quasi pupillam cōseruabit. Et rursus ibidē. Perde pecuniā propter fratres, & proderit tibi magis quā aurum. Est igitur eleemosyna vtilis facienti quo ad meritum & gratiam consequendā, si in gratia Dei eam det. Et nō solum ad hoc: verum ad satisfaciendum pro peccatis, & ad placandam iram Dei: vt diximus in fine primæ. 4. & constat scripturis Danielis. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & Tobie. 4. Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras Lucæ. 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis: & Matth. 19. & Marci. 10. Da pauperibus, & habebis. Iacobus etiā in sua canonica sic ait. Sicut aqua extinguit ignem: ita eleemosyna extinguit peccatū. Quod etiā Ecclesiasti. dixerat, ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Non est igitur cur Christiani non prompte distribuunt bona sua pauperibus, postquam tot bona spiritualia eis promittuntur, ab illo qui nec errare, nec mēiri potest. Aduertant igitur diuites, & si in cœlis diuites esse cupiunt, frequenter in terris eleemosynas elargiantur.

Dubium secundum.

DVbitatur secundo ab aliquibus, an eleemosyna, quam quis pauperi extreme indigenti elargitur, sit ipsi dāti satisfactoria. Et videtur quod non quia illa eleemosyna est debita & fit ex necessitate potius quā voluntate. At satisfactio dicitur voluntaria redditio æquivalentis, aliās in debiti. Ergo &c. AD HOC dico (vt iam diximus in fine primæ. 4.) quod huiusmodi eleemosyna est dāti satisfactoria, nec ob id, quod ex præcepto fit, perdit suam vtilitatem. Quod probatur prius: quia eleemosyna quæ homini paciēti extremā necessitatē elargitur, melior est (cæteris paribus) quā alia quæ sine tali extrema necessitate fit. Ergo erit magis satisfactoria. Antecedens probatur: quia secunda eleemosyna est prætermittenda propter primam. Secūdo etiā: quia omittens primā grauius peccat, quā si omittat secundam. Ergo è diuerso primam faciēs magis meretur & satisfacit, & ad minus meretur & satisfacit, quod pro nūc volo. Nam, si magis mereatur, videbimus in materia de charitate in 2. secundæ, & iam diximus in prima. 4. quod per opera aliās debita satisfaciunt fideles, vt constat: quia Deus nō solum acceptare dignatur opera, quæ homo sponte facit, sed etiā

vitā æternā his qui mandata eius seruauerint, frequenter in sacris literis promittit. ALIA conclusio est, quod eleemosyna est magis satisfactoria quā oratio & quā ieiunium. Quā & si in prima. 4. probauimus, volo tamen hic super addere. Et prius est: quia eleemosyna frequentius cōmendatur in sacris literis, quā oratio aut ieiunium. Ergo &c. SECVNDO inter homines ita vsū venit, quod facilius impetramus muneribus quā precibus. Ergo apud Deum ita erit, quod facilius satisfaciemus muneribus sibi in suis pauperibus exhibitis, quā precibus. TERTIO. Eleemosyna ipsa pro agente interpellat, & ipsi dāti pauperes suis precibus multam benedictionem impetrant: iuxta illud Lucæ. 16. facite vobis amicos de māmōna iniquitatis: vt cū defeceritis recipiāt vos &c: sicut e contra pauperum maledictio solet. eleemosynam negantibus, euenire: iuxta illud Ecclesi. 4. Ab inope ne auertas oculos tuos &c. & sequitur. Maledicens enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autem eum, qui fecit illum. Et confirmatur doctorū cōmuni sententia, quæ est, quod inter partes satisfactio nis potior locum obtinet eleemosyna. SED contra (dices) quia ieiunium est magis pœnale. Ergo magis satisfactorium quā eleemosyna. AD hoc nego consequentiā, quia opera nostra sunt satisfactoria, prout à Deo acceptantur & non secundū se, & eleemosyna est Deo magis accepta: quia (vt probauimus) in scripturis magis cōmendatur. Ergo illa est magis satisfactoria. SECVNDO. Dico, quod antecedens non est semper verum: quia magna eleemosyna est magis pœnalis, quā ieiunium. TERTIO. Dico (vt dixi in prima. 4.) quod nō solū pœnalitas facit ad satisfactio nē, sed etiā bonitas. Et quia eleemosyna est præstantior ieiunio de se. Ideo illa bonitas excedit satisfactio nē proueniētē ex pœnalitate ieiunii, & ita magis satisfactoria &c.

Articul. tertius.

Vtrū eleemosyna cadat in præcepto?

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod eleemosyna non cadat in præcepto. Lucæ. 3. super illud: interroga uerunt eum turba, dicit glōsa. Ex verbis Iohānis terrore percussis, cōfessū quærūt. Sed Ioh. respondit, quod intederet eleemo-

eleemosynis. Ergo dare eleemosynas est cōsiliū & non præceptum.

PRÆTEREA. Omne quod cadit sub præcepto, aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale: Sed hoc non est de eleemosyna, quia semper potest probabilis opinio alicui remanere, quod si ipse non subuenit, quod alius subuenire possit. Non enim vnus posset omnibus subuenire. Ergo dare eleemosynam non cadit sub præcepto. **SED CONTRA** est, quod dicit glosa Matth. 6. Te autem faciente eleemosynam, conscientia faciente eleemosynam pro præcepto adimplendo, miscet se laudis appetitio. Ergo dare eleemosynam cadit sub præcepto.

PRÆTEREA. Illud sine quo charitas esse non potest, cadit sub præcepto, at sine eleemosynarum largitione in aliquo casu charitas esse non potest: vt patet. 1. Ioha. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauscrit viscera sua ab eo, quomodo charitas patris manet in ipso? quasi dicat, nullo modo. Ergo dare eleemosynam cadit sub præcepto.

RESPONDEO dicendum, quod cum eleemosyna sit actus virtutis, oportet, quod aliquo modo cadat sub præcepto: quia præcepta legislatoris ad virtutem ducere intendunt: vt dicitur. 2. Ethicorum. Reducitur autem ad hoc præceptum, honora parentes. Honor autem ille, secundum August. ad reuerentiam & subuentionem in necessarijs pertinet: & nomine parentum omnis proximus intelligitur. Sed præcepta affirmatiua non obligant ad semper, quantum semper obligent: sed obligant pro loco & tempore & secundum alias determinatas condiciones. Cum autem vsus diuitiarum sit ordinatus ad subueniendum necessitatibus presentis vite, quæ quidem subuentio debet esse ordinata, patet quod qui diuitijs non vititur ad subueniendum presentis vite necessitatibus, vel inordinate vititur, a virtute rece-

dit. Ordo autem subuentionis talis debet attendi, quantum ad duo ex parte eorum qui bus subuenitur: vt primo sibi, postea sibi cōiunctis subueniat, & deinde extraneis. Secundo ex parte necessitatis, talis debet esse ordo: vt prius absolutis necessitatibus subueniatur, quam alicui necessitati conditionata, quæ est cum quis indiget aliquid, ad sui statum decentem conseruationem. Et ideo præceptum legis ad hoc obligat: vt illud quod superest alicui post subuentionem perfectam, & sibi cōiunctis, puta, familia, quam gubernare debet, respectu vtriusq; necessitatis in eleemosynas expendat ad subueniendum alijs, respectu vtriusq; dictarum necessitatum. Sic etiam natura, illud quod sibi de alimento superfluit ab actu nutritiue: in quo attenditur quasi necessitas absoluta, & actu augmentatiue, in quo attenditur quasi necessitas conditionata, præparat ad conseruationem speciei, generatiue virtuti subministrans. Et similiter præceptum legis obligat, quod etiam necessitati extraneorum absolute primo subueniatur, quam necessitati propriæ vel propinquorum conditionatæ. Et ideo dicitur communiter, quod dare eleemosynam de superfluo cadit in præcepto. Et sic dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate, dare autem de eo, quod est necessarium necessitate secunda, non autem de eo quod est necessarium necessitate prima: quia hoc esset contra ordinem charitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod facere aliquid boni, ad quod ex legis præcepto non tenemur, ad supererogationem pertinet, de qua consilia dantur. Et ideo cum dare aliquid de superfluo, respectu primæ necessitatis, sed necessario respectu secundæ necessitatis, ad subueniendum maiori necessitati, & si non sit necessitas absoluta, est bonum, ad quod ex præcepto non obligamur, ideo est supererogationis. Et propter hoc, de hoc est consilium. Et sic intelligitur glosa illa.

AD

AD SECUNDVM dicendum: quod tempus ad quod obligat præceptum de eleemosynis faciendis, accipitur ex parte accipientis, & ex parte dantis. Ex parte autem accipientis, quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei subueniatur, vt cum aliquis videret alios impotentes, vel pigros ad subueniendum & pauperem indigentem cibo & potu & alijs vitæ necessarijs, nec sibi satisfacere posse. Non enim expectanda est vltima necessitas: quia tunc forte non posset inuari natura iam facta vel si ei consumpta. Dicit enim Chrysost. super Iohannem, Non oportet pauperem vlulantem, deceptorem vocare. Quid dicis o homo. Propter vnun panem deceptionem quis complicat, vti que dicis, quocirca maximam misericordiam consequatur hic autem maxima necessitate eripiatur. Ex parte autem dantis quando habet homo multa quibus non indiget, nec ad sustentationem vitæ suæ & suorum, neque ad decentem status sui conseruationem: & si pauperes extremæ necessitatis non compareant, neque oportet occasionem futuræ necessitatis prætere ultra probabilia signa futuræ necessitatis, quia hæc est superflua sollicitudo, quam dominus prohibet. Matth. 6. Nolite solliciti esse. &c.

IN HOC ar. 3. diuus Thom. constituit. 3. conclusiones in sententia, quas etiam scribit in 2. secundæ. q. 32. ar. 5. Quarum prima est Dare eleemosynam est in præcepto probatur: quia ex præcepto quilibet homo tenetur diligere proximum. At si solo verbo & actu interiori diligeret & non opere, non vere diligeret: iuxta illud primæ Iohannis 3. charissimi non diligamus verbo nec lingua, sed opere. & veritate. Ergo &c.

SECUNDA conclusio Sancti Thomæ est. De illo, quod est superfluum in diuiduo & personæ & statui est danda eleemosyna sub pœna peccati mortalis. Probatur. Lucæ. 11. Quod superest date eleemosynam, quæ sunt verba præceptiua. Ergo, &c.

TERTIA conclusio est. In extrema necessitate eleemosyna est in præcepto, etiam de aliquibus necessarijs statui: probatur. Nam alias non vere diligerent homines proximos suos. Hæc Sanctus Thomas. Et de prima conclusione, nec est, nec fuit vnquam dubium: sed semper certa & ab omnibus recepta fuit. **SED** dubitatur prius circa prædictam pri-

Dubium primum.

mam conclusionem: quo iure tenentur homines dare eleemosynam.

AD HOC respondetur ex communi consensu doctorum omnium, quod iure naturali diuino & humano. Et probatur prius quod naturali: quia lex naturalis est in qua Christus Matth. 7. fundauit suam legem, fac alijs, quod tibi vis fieri rationabiliter. At si tu es in necessitate notabili, rationabiliter velles quod alij etiam tibi ex obligatione subuenirent. Ergo tu obligaris eadem lege ad dandum alijs. Secundo probat Richardus in 4. distinctione. 15. articulo. 2. quæstione. 2. sicut Sanctus Thom. De lege naturæ tenemur diligere proximum vere: Quod non fieret nisi opere diligamus: vt constat ex illo. 1. Iohannes. 3. quod iam citauimus. Filioli non diligamus verbis &c.

QUOD autem dare eleemosynam sit de iure diuino probatur tam in veteri quam in nouo testamento. Et prius Deuterono. 15. Nō deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Secundo. Ecclesiast. 4. Eleemosynam pauperis ne defraudes: sed redde ei debitum suum. Tertio. Prouerbio. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: ipse clamabit & non ex audietur. Et multa alia sunt testimonia hoc ipsum asserentia in veteri testamento.

EX nouo autem testamento probatur. Et prius Lucæ. 10. ex illa parabola de samaritano qui alligauit vulnera sauciato, & postea conclusit Dominus, Vade tu & fac similiter. Secundo. Lucæ. 11. Quod superest date eleemosynam. Tertio. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Et redditur causa quare mittantur in infernum: eo scilicet quia esuriui & non dedistis mihi manducare. Vbi dicitur Dominus esurire, non in se sed in pauperibus suis: & condemnantur qui non elargiti fuerunt pauperibus eleemosynas. Ergo tenebatur sub præcepto illas elargiri. Quarto. Primæ Iohannes. 3. Qui viderit proximum suum necesse habere, & clauscrit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo? id est, nullo modo charitas Dei manet in illo: Ergo &c.

QUOD autem sit de iure humano probatur in decre. distinctione. 86. capit. Fratrem nostrum: vbi præcipitur Christianis eleemosynas facere. Et in innumeris alijs locis in iure canonico hoc expresse præcipitur. Secundo. Probatur hoc ex diuo Paulo qui frequenter in epistolis suis non solum diuitibus eleemosynas in subsidium pauperum fidelium iniugebat & per seipsum eas exiebat, sed & discipulis suis mandabat: vt diuitibus præcipere quod eleemosynas facerent: vt patet

p

1. ad

1. ad Thimo. vltim. Diuitibus huius seculi precipe facile tribuere & communicare &c. EST igitur conclusio certa, nempe, quod sub pœna peccati mortalis est danda eleemosyna.

DVBITATVR tamen quando teneatur homines elargiri eleemosynam.

P R O cuius dubij elucidatione est aduertendum, quod secundum omnes viros doctos, ex parte dantis quadruplicia sunt bona.

Quædam sunt necessaria ad sustentandam naturam suam, quæ Sanct. Tho. vocat necessaria indiuiduo. Quædam autem sunt necessaria ad sustentandam naturam familiaræ suæ. Quæ bona Sanct. Thom. & alij vocant necessaria personæ, eo quod persona dicit quandam dignitatem ad quam requiritur familia. Alia autem sunt necessaria ad sustentandam statum: vt si est nobilis, aut diues.

Alia autem sunt superflua omnino, & naturæ & statum: vt cum alicui sunt bona reposita post sufficientem prouisionem personæ, familiaræ, & status. Ex parte autem pauperis est triplex necessitas, nempe, extrema, grauis vel arcta. & communis & leuis. Et per extremam necessitatem intelligo non solum quando exhalat animam pauper, vel ille qui est in necessitate: sed intelligo cum Sanct. Thom. hic, & in secunda. 2. vbi supra: illam vel illas necessitates quæ si permanerint in breui tempore, nempe in vna hyeme aut in vno vere morietur ille pauper: quia est nudus, aut sine calcis & alijs infirmus.

HIS suppositis vt ab incertis certa separemus constituam aliquot conclusiones.

PRIMA conclusio est. De se, aut cæteris paribus non tenetur homo ad dandam eleemosynam de his quæ sibi aut familiaræ sunt necessaria ad sustentandam naturam. Dixi de se & cæteris paribus: quia si esset aliquis nimium utilis R.P. ita quod sine illo periret. R.P. & ego cum tota mea familia non sum tam utilis: tunc, etiam cum periculo familiaræ & propriæ vitæ, teneret dare eleemosynam illi prædicto. Probat huius prædictæ conclusio: quæ etiam communis est, quia ordine charitatis quilibet tenetur sibi potius & suis quam alijs extraneis quantum est de se. Probat huius secūda pars conclusio quia quicumque priuatus homo tenetur se & sua exponere ne R.P. pereat. Ergo &c.

SECUNDA propositio est. Nullus homo tenetur dare eleemosynam de necessarijs ad suum statum, quando pauper non est in extrema aut in arcta necessitate, etiam si sit in communi necessitate. Hæc conclusio certa est & ab omnibus recepta ideoque non indiget probatione.

TERTIA propositio. Omnis homo tenetur dare eleemosynā de superfluis nature

& status pauperi existenti in extrema necessitate. Intelligendo per extremam necessitatem, illud, quod supra dixi. Hæc etiam adeo est certa & recepta quod non indiget probatione. Probat huius sic facile. Nam sub præcepto tenentur homines dare eleemosynā omni iure nempe, naturali diuino, & humano. Et non apparet quando currat illud præceptum: nisi in casu nostræ conclusionis. Ergo &c. hæc sunt certa.

SED est dubium, an de necessarijs ad statum, & superfluis naturæ teneatur quis dare eleemosynam patienti extremam necessitatem. Vt si quis habet necessaria ad suum statum, & non potest dare eleemosynam quin perdat statum: an teneatur nihilominus dare eleemosynam.

DVBITATVR secundo, an teneantur homines sub præcepto de superfluis ad statum & personam dare eleemosynam pauperi existenti extra extremam necessitatem & grauem, existenti tamen in communi & leui necessitate.

DE HIS duabus quæstionibus controuersia est inter doctores, & varia sentiunt hinc & inde. Et prius Antoninus in. 2. parte. titulo. 1. capit. 24. §. 5. de mente Sanct. Thom. dicit duas propositiones. Prima est quæ ad rem spectat. Nullus tenetur facere eleemosynam de superfluis ad statum pauperi existenti extra extremam necessitatem.

PRÆTEREA Gerson in secunda. p. 32. littera. o. respondet ad secundam quæstionem & dicit quod non tenetur quis dare eleemosynam, nisi quando pauper est in extrema necessitate.

HIS non obstantibus ego respondeo duabus propositionibus. Quarum prima est. De superfluis naturæ & personæ necessarijs autem ad statum tenentur homines dare sub præcepto eleemosynam pauperi existenti in extrema necessitate.

SECUNDA propositio est. De superfluis ad naturam & statum tenentur homines sub præcepto dare eleemosynam etiam existenti in communibus necessitatibus extra extremam. Has duas conclusiones habet Paludanus in. 4. distinctione. 15. quæstione 3. articulo. 2. conclusio 1. Eadem constituit etiam Ricardus in 4. distinctione. 15. quæstione. 2. articulo. 2. Idem Caietanus opusculo. de eleemosyna, Idem Adrianus quotlib. 1. quæstione. 1. articulo. 2. Idem Siluest. Summa sua verbo eleemosyna quæstione. 1. Idem Summa Tabiena verb. eleemosyna. quæstione. 4. Idem Durandus in 4. distinctione. 15. quæstione. 8. quo ad primam conclusionem: de secunda autem dubitat. Idem dicit Gabr. in 4. distinctione. 16. quæstione. 4. quo ad primam conclusionem. Idem Iohannes Metinensis Codi

Prima conclusio

Secūda conclusio

Tertia conclusio

re Ergo &c.

Q VINTO. 1. ad Timotheum. 6. Diuitibus huius seculi præcipe non alta sapere. libenter largiri. Cum ergo dicat Apostolus præcipe: non est consilium, sed præceptum.

S E X T O. Pro hoc est illud Matthe. 25. Ite maledicti. &c. & sequitur. Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c. Et non loquitur de extrema necessitate: quia dicit, Hospes fui, & non collegistis me, quod non fuit extrema necessitas: quia si loqueretur solum de extrema necessitate, nõ esset tanta multitudo damnatorum: cum non sint tot extremæ necessitates. Et hæc ex scriptura.

EX Sanctis autem arguitur hoc modo. Prius Augustinus super illud Matthei. 25. Ite maledicti. &c. dicit, quod viri pij deberet eleemosynas dare, ne audiant illa verba, ite maledicti.

SECUNDO. Diuus Chrysostomus super illud Matthei. 19. Facilius est &c. dicit, quod ad literam intelligitur de diuitibus, qui non erogant pecuniam pauperibus.

TERTIO Augustinus in epistola ad Macedonium, quod refertur. 14. quæstione. 4. capitulo. Quid dicam: ita dicit. Non minus crudelis est, qui pauperem trucidat seniori, quam qui diuiti aliqua rapit.

Q VARTO Hieronymus. 42. distinctione capitulo. Hospitalium. Sic dicit. Hospitalium vero sacerdotem esse oportet, nisi de numero eorum quibus in iudicio dicitur. Hospes fui & non suscepistis me, & multa alia dicit commendans eleemosynam tanquam quoddam necessarium ad salutem.

Q VINTO. Diuus Ambrosius. 47. distinctione capitulo sicut, dem commendat. Quod etiam Augustinus dicit in sermone. 219. de tempore.

S E X T O Hoc accurate commendat Isidorus libro ethimologiarum & refertur extra, de verborum significatione, capitulo Iurisdictionem.

PRÆTEREA. Probat huius prædictæ conclusiones ratione. Et prius: quia (vt habetur Matthei. 19.) tenemur ex præcepto charitatis diligere proximum, sicut nos ipsos. Sed si proximus est in extrema necessitate, & tu cum possis non succuris (etiam cum tui status iactura (proximum non diligis sicut te ipsum. Ergo prima conclusio est vera.

PRÆTEREA. Si proximus est in magna necessitate (licet non extrema) & tu abundas pecunijs, non diligis sicut te ipsum si ei non subuenias. Ergo secunda conclusio est vera.

SECUNDO. Probat huius eadem sententia

ce de eleemosyna quæstione. 3. Idem Alexander de Ales. 3. parte quæstione. 68. Idem Nicolaus de Lira super illud Iohannis. 1. canonice capitulo. 1. Qui habet substantiam huius mundi &c. Idem Conradus de contractibus quæstione. 19. Idem Dionysius Chartusi. super prædictam canonicam Iohannis. Idem Raynerius summa sua verbo. eleemosyna, capitulo. 9. Quibus omnibus ego subscribo. Et probabo conclusiones prius. Deinde quia Antonius & Summa Rosela putant quod opposita opinio sit de mente Sancti Thom. ostendam quod non: sed quod Sanct. Thom. sit in nostra sententia. Quæ sententia (vt citavi) est communis. Probo igitur primo conclusiones nostras ex illo capitulo 3. primæ Iohannis. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere & clauerit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo? Nec satisficit illud quod aliqui dicunt quod illud verbum Iohannis intelligitur de necessitate extrema. Nam Iohannes loquitur cum diuitibus habentibus substantiam huius mundi. Et si loqueretur tantum in extrema necessitate, omnes etiam non diuites obligarentur ad dandam eleemosynam (nisi ipsi sint in simili necessitate) sub pœna peccati mortalis. Secundo Lucæ 11. præcipit Christus redemptor noster dicens. Quod superest date eleemosynam. Et non loquitur solum de existentibus in extrema necessitate: vt constat legenti euangelium, sanctique sic intelligunt illum locum: quia phariseus dixit intra se quare Christus non fuerat baptizatus ante prandium? Et ait dominus ad illum. Vos pharisei quod de foris est calcis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum plenum est rapina & iniquitate. Et sequitur verum tamen quod superest date pauperibus. Ac si diceret. Prius reddite quod debetis & de residuo date eleemosynam.

TERTIO Lucæ 3. dicitur. Qui habet duas tunicas, det vnā non habenti. Et si dicas illa verba esse de consilio. Contra quia Iohannes Baptista præmiserat ibi, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Et turbæ quærebant ab illo, Quid faciemus & nos? Et respondet, Qui habet duas tunicas, det vnā non habenti. Et qui habet escas, faciat similiter. Ergo intelligebat quod erat hoc ad salutem necessarium, & non quod erat de necessitate.

Q VARTO Confirmatur hoc ex illa historia diuitis epulonis Lucæ. 16. Vbi significatur quod diues fuit condemnatus quia de superfluis non dedit Lazaro qui non erat in extrema necessitate quia erat in magna ciuitate Hierosolyma & facile posset inuen-

via ex ordine charitatis: quia debemus magis diligere vitam proximi quam bona nostra temporalia, quod non esset, nisi conclusiones prædictæ sint veræ: quia esto pauper non sit in extrema sed in magna necessitate illa necessitas est in detrimentum vitæ Ergo &c.

PRÆTEREA. Ius gentium non potest derogare iuri naturali. Sed de iure gentiū bona temporalia sunt appropriata, & de iure naturali erant communia. Ergo in extrema necessitate sunt communia. Nam esto ius gentiū ordinaret quod nullus subueniret pauperi in necessitate, non valeret contra ius naturale. Ergo &c.

PRÆTEREA. Quotiescunque curit præceptum quo tenemur diligere fratrem & ei subuenire etiam currit quod tenemur subuenire: extraneo, licet non tantum. Sed si frater tuus esset in magna necessitate in carcere, & tu plenus pecunijs, peccares mortaliter non subueniendo ei. Ergo etiam non subueniendo alijs licet non tantum.

PRÆTEREA. Arguitur quarto hoc modo. Multa sunt quibus homines indigere possunt, quibus si de facto indigeant alijs, si possunt, tenentur ipsis ea ministrare sub pœna peccati mortalis, etiam si non extreme indigeant: pateatque ipsis alia via euedendi prædictam necessitatem. Ergo diuites tenentur largiri pauperibus non extreme indigentibus, illa superflua ad naturam & statum. Probo antecedens à simili. Nam quicumque cum spe fructus & boni euentus potest corrigere fratrem delinquentem, tenetur id facere: vt ad charitatem reducatur, cum ipse tamen possit sine tua correctione reducere seipsum.

IDEM patet si frater quæ sibi sufficiunt habeat & asinus eius in uia sub onere cadat te transeunte & iuuare potente, teneris ei succurrere, eique auxilium tuum impendere: etiam si absque asino & onere habeat vnde ipse ac eius familia possit sustentari. Assumptum patet ex illo quod habetur. Exod. 22. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.

IDEM patet de illo qui furti conscius est & possessori quærenti non indicat: de quo ait Hieronymus, quod non minus reus est quam, ipse fur: vt habetur de furtis capitulo. Qui cum fure. Quod procedit etiam si huiusmodi furti indicatio non sit extreme necessaria ipsi domino rei furatæ. Et ad hunc modum possent multa alia exempla in huius confirmationem: adduci. Ergo &c.

Q VINTO. Si Petrus rem aliquam à Io-

hanne furatus est, retinetque eam ad releuandam suam necessitatem, cum Iohannes non indigeat illa eadem re, aut non tantum sicut Petrus non tenetur pro tunc Petrus Iohanni rem illam restituere, interim quod ea notabiliter indiget. Ratio huius assignari solet: quia in illo euentu Petrus non retinet, alienum domino rationabiliter: inuito sed potius, rationabiliter consentiente, si non actu elicito saltem debito. Vnde conficitur sic argumentatio. Si dominus in illo euentu actu debito consentit, sequitur quod stante eadem Petri indigentia debuisset Iohannes illam rem vel donare vel mutuare vel commodare: eidem Petro: quia non minus tenetur Iohannes Petro succurrere rem suam illi dando quam in rei suæ retentione consentiendo. Et procedit ratio in casu quo & si re illa Petrus notabiliter indigeat, non tamen extreme: ita vt sine illa viuere non posset.

IDEM dici solet in casu quo debitor longe distat à creditore, ad quem si rem debitam deportaret, notabile damnum pateretur. Dicunt enim doctores debitorem hunc rem debitam apud se iuste retinere, creditore consentiente actu debito, ne scilicet debitor in rei illius restitutione notabile danum illud patiat, etiam si talis alioqui habeat quæ illi ad vitam sint necessaria.

HIS præfatis rationibus & testimonijs citatis, omnes sine controuersia conuincuntur ad tenendam primam conclusionem nostram, nempe, quod in extrema necessitate quilibet etiam de necessarijs ad statum tenetur sub pœna peccati mortalis dare eleemosynam. In secunda autem conclusione non consentiunt omnes. Immo aliqui pauci dicunt quod non tenetur quis de præcepto enlargiri eleemosynam etiam de superfluis ad statum, nisi in extrema necessitate: esto sint communes necessitates: Ego autē dico quod testimonia & argumenta adducta, etiam probant secundam conclusionem.

SED Contra primam conclusionem argumentor hoc modo. Si tenemur dare eleemosynā de necessarijs status patienti extrema necessitatem, sequeretur quod tenemur relinquere aut vendere statum, ad liberandum proximum ab extrema necessitate, vnde Rex teneretur vendere suum statum si opus fuerit ad subueniendum alteri extreme indigenti. Sed hoc falsum est: quia nec si ipse met esset in tali statu teneretur sic statum suum vendere. Ergo &c.

AD HOC dico quod duplex est necessitas extrema. Quædam ab extrinseco: vt si quis fuit captus à Sarracenis & illicapientes volunt interficere illum captum, nisi alius perdat vel det statum suum: non tenetur

tur tunc alius suum statum dare quia ille non est in necessitate, nisi ex malitia illorum capientium. Altera autem necessitas est ab intrinseco. Vt si moriatur fame aut frigore. Et de hac necessitate Dubium est an teneatur dare statum suum. Dico quod casus est metaphysicus, & nunquam continget, nempe, quod non posset prouideri alteri nisi ego perdam statum. Quod quidem moraliter loquendo nunquam continget.

SECUNDO dico quod oportet comparare singula singulis. Nam vita priuata debet comparari bonis priuatis & non communibus. Vnde non teneretur aliquis conuentus dare omnia bona sua pro vita huius fratris. Nec Rex, cum sit persona publica, debet dare statum suum pro persona vnius cuius. Sed priuatus homo si casus daretur debet perdere statum pro vita alterius priuati hominis, & Rex pro bono communi & vita totius. R. P. tenetur si opus fuerit, perdere suum statum. Sed Rex tunc facile excusatur ne perdat statum pro vno tantum proximo vel ciue, quia ad saluandam vitam vnius pauca sufficiunt, tum quia ex alia parte sequerentur maiora inconuenientia. Nempe, ex eo quod hic perdit statum, sequuntur furta in suis hæredibus aut in consanguineis necessitates patientibus.

SECUNDO. Arguitur hoc modo: Sapiens & honestus vir mallet perdere vitam quam statum. Ergo non tenetur perdere statum pro alio: quia non tenetur perdere vitam.

AD HOC respondet Siluester in sua Summa verbo eleemosyna, quod melior est vita quam omnia alia bona, & maius bonum est quam status. Vnde honestus vir licet mallet perdere vitam quam statum ignominiose, scilicet propter hæresim aut aliud crimen. Sed perdere statum propter eleemosynam, est laudabile. Sed (vt diximus) nunquam continget perdere statum, sed dare aliquid de necessarijs ad statum.

TERTIO Arguitur hoc modo. Præcepta iuris naturæ etiam obligant in ordine ad infideles. Ergo etiam si Sarracenus sit in patria sua in extrema necessitate, tenetur Christianus illi succurrere.

AD HOC dico quod verum est si Christianus potest subuenire illi infideli nisi quâdo tali Christiano licet interficere illum. Tunc enim subuenire non tenetur: vt si Christianus haberet contra illum iustum bellum & liceret ei Sarracenum interficere.

Q VARTO. Argumentor hoc modo, Sequeretur ex prima conclusione, quod si proximus infirmatur ad mortem & est pauper, quod medicus tenetur sub pœna peccati mortalis curare illum gratis, & Pharmoco-

pola tenetur dare illi Pharmacum gratis & quod si pharmacopola non vult dare pharmacum, ipse medicus tenetur emere & dare infirmo illi.

AD HOC concedo totum quod argumentum intendit. In multis enim euentibus medicus & chirurgus tenentur gratis curare infirmos pauperes. Ita Adrianus dicit in materia de correctione fraterna. Idem glossa. 83. distinctione capitulo. Prouidendum, super versicu. illius text. Non est grandis differentia &c.

Q VINTO. Ad idem conficio sic argumentationem. Sequeretur ex prædicta conclusione, quod qui non subuenit patienti extreme necessitatem esset homicida. Consequens falsum est. Nam tenetur de damno sequuto ex illa morte illius cui non subuenit iste qui poterat tenereturque restituere de functo vel hæredibus illius.

AD HOC prius dico, quod hoc argumentum currit in omni opinione quia omnes concedunt, quod de superfluo tenetur quicumque potest, dare eleemosynam patienti extreme necessitatem. Secundo antequam respondeamus ad argumentum, augeo dubium & vim prioris argumenti, hoc modo. In omni opinione si quis debet alteri triticum vel aliquid aliud & creditor est in extrema necessitate, debitorque potest dare illi creditori, suum triticum & non vult, obidque moritur creditor, tenetur debitor ille ad restitutionem & tritici & vitæ alterius. Sed eadem est ratio si teneatur succurrere patienti extreme: esto alijs alijs titulo non deberet. Ergo, etiam tenetur restituere isti qui tenentur subuenire prædicto pauperi, & non faciunt cum possint.

AD HOC dico, quod probabile est, quod ille qui debebat triticum alteri de iustitia, vel habebat depositum & non reddidit domino vero patienti extreme, quod tenetur ad restitutionem vitæ defuncti, & nocummenti, quod inde sequitur est, & depositi, vel rei alijs debitæ. Sed nego consequentiam quia licet ille qui non habebat rem alienam teneretur dare eleemosynam in prædicto euentu sub pœna peccati mortalis: non tenetur ad restitutionem: quia non debebat de iustitia, sed ex charitate, nec retinebat rem alienam ideo fat est quod peccat grande peccatum mortale.

CONTRA secundam autem conclusionem argumentor hoc modo. Et prius argumento quo motus fuit Antoninus vbi supra ad tenendum quod oppositum nostræ conclusionis est probabile. Nam sequeretur: quod magna pars diuitum damnaretur: quia de superfluis ad naturam & statum non dant eleemosynam pauperibus qui solum

Etī Francis non potens habere necessaria vi
tæ, labore mendicitate vel aliorum oblatio
ne, excusatur ne peccet capiendo necessaria
vt habetur capit. exijt qui seminat de verbo
rum significatione libro. 6. Ergo qui libet ali
us excusatur consequentia, probatur quia
nullus plus a se abdicat bona fortunæ quā
frater Sancti Francis. Nec obstat commune
illud argumentum, nempe quod supposito
quod sint quatuor in extrema necessitate. &
ego solus habeam vnum panem qui ad vnus
folius salutem sufficit, non teneor dare il
lum panem alicui aliorum: cū non sit maior
ratio de vno quam de alio ergo &c. & sunt in
extrema necessitate ergo non semper tene
mur, dare elemosynam existentin extre
ma necessitate. Et maior rursus probatur
quia non teneor in prædicto euentu dare il
lum panem Petro quia satisfacio dando Pau
lo &c. non inquam obstat hoc argumentum
quia licet nulli illorum teneor dare teneor
tamen dare alicui illorum cum si non dede
ro peccabo mortifere quia illud verbum te
neor immobilizat terminos sequentes quos
non licet in dialectica resolvere sed probat
ur prædicta propositio ratione verbi illius
teneor &c. Et si quæras si nulli illorum dedi
sti panē an sis homicida? & nullus eris homi
cida quia non potius vnus quam alterius &
omnium quatuor nō eris quia non poteris
subuenire omnibus, dico quod eris imputabi
liter homicida cuiuslibet illorum disiectue
quia cuiuslibet poteris subuenire & omisit
& omnes erant æquales vt suppono, & ideo
Deus benedictus imputat tibi illam omisio
nem in mortem vnus tantum siue Petri siue
Pauli. Sic etiam interpretandum est illud
Lucæ. 11. Quod superest date elemosynam,
& alia huiusmodi. Et quando dicunt sancti
quod diuites superflua retinentes aliena rapi
unt & non sua sed quæ aliorum sunt deti
nent, procedit quando pauperum tanta est
necessitas, quod illis talia bona sunt debita,
quod extra extremam necessitatem, vel qua
si extremam locum non habet. Dissonum ta
men est rationi, quod diues semper bene ha
beat, & superflua habeat, & communes pau
peres semper indigeant, & quod ille qui
superflua habet, saltem aliquando non
illis aliquid largiatur. Ideo dico quod
diues habens superflua, tenetur: sub
pœna peccati mortalis habere curam com
munium pauperum, solum propter su
perfluitatem illam, & aliquoties illis aliquid
de superfluis largiri licet non omnia su
perflua.
SED est graue dubium, an in extrema ne
cessitate sufficiat mutuare pauperi in il
la existenti, vel an teneantur homines qui

possunt dare illis gratis elemosynam su
fficientem ad releuandum illam necessita
tem.

AD hoc Adrianus in. 4. in propria quæstio
ne de hoc, & Metinensis in suo codice de ele
mosyna quæstione. 6. dicunt, quod sufficit
mutuare, & non tenetur diues gratis dare: sed
quod pauper maneat obligatus ad restituend
um tantundem, quum venerit ad pingui
orem fortunam. Et probant. Prius, quia non te
netur homo ex charitate subpœna peccati
mortalis subuenire proximo necessitatem pa
tienti, plusquam ipsa necessitas exigit quum
illud potius consilij sit, & non præcepti. Si
igitur possumus necessitati subuenire suffi
cienter, res nostras communicando illi indi
genti per viam mutui: sequitur, quod non
tenemur illi res nostras per viam donatio
nis communicare. Exemplum erit. Si vi
deo proximum in tanto periculo constitu
tum, quod nisi velociter fugiata loco in quo
est, occidetur a iuste ab inimicis suis veloci
ter in ipsam irruere volentibus. Ille autem
velociter fugere non potest, nisi ego illi e
quum meum communicem. Iam in tali euen
tu teneor quidem equum meum illi com
municare, & non per viam donationis, sed
sufficit equum illi commolare reddidit
eundem equum vel in se, vel in æquiu
alenti postmodum sublata sua necessitate, ve
ro domino. Et hoc siue ille qui eget meo e
quo diues sit, an pauper. Aliud exemplum.
Sunt in nemore Petrus & Paulus, & Pe
trus habet ducentos aureos Paulus au
tem, illic saltem, nihil. Adueniunt la
trones comminantes, mortem Petro &
Paulo, nisi quislibet illorum det eis centum
aureos. Ea Paulum pro tunc constitutum
in extrema necessitate. Et Petrus, qui
solus potest subuenire Paulo, non tenetur
dare gratis: sed satis est illi mutuare. Er
go: &c.

SECUNDO. Si in patria aliqua extre
ma famis necessitas superueniat, vbi solus
Petrus habet frumenti copiam, omnibus
alijs indigentibus extreme, non tenetur
illis dare triticum suum gratis: sed tene
tur illis subuenire communicando triti
cum, potest enim illis dicere, quod mu
tuat illis, & non donat, & quod repetet
ab eis quotiescunque soluere potuerint.
Et ita cauetur in lege Nefennius. ff. de negot.
gest. & in lege Alimenta. C. eod. titu. de ne
got. gest.

TERTIO. Si quis incidat in magnam
ægritudinem, ad cuius sanitatem opus est
magnis expensis & medicinis, tenetur qui
dem medicus suam operam illi impende
re, similiter & pharmacopola suas medici
nas

nas quantumcunque pretiosas, si aliter mor
tem euadere non poterit. Sed non tenentur
hoc facere gratis, donando: sed sufficit sub
uenire, illam patienti extremam necessita
tem: protestando quod cum potuerit, & me
dicinarum pretium soluat, & medico pro la
bore satisfaciatur. Ergo non tenemur gratis
dare elemosynam: sed sufficit mutuare pati
enti extremam necessitatem.

QVARTO. Si rusticus laborare potens
nihil pœnitentis habeat, cui nisi illico succur
atur, fame peribit. In tali euentu qui potest
subuenire, tenetur: sed non donando gratis:
quia potest ille subueniens cum illo pacisci,
quod dabit ei quidquid opus fuerit, hac le
ge: vt posteaquam illi subuentum fuerit &
vires habuerit, vadat in fundum suum & la
boret & colat pro mercede suscepta. Et si il
le indigens noluerit pactum illud accepta
re: non tenetur alius ei subuenire. Nam dato
opposito, sequeretur quod ille indigens non
acceptato pacto, possit res illius qui poterat
subuenire, inuadere: dominoque inuito reti
nere. Quod absurdum & rationi dissonum
videtur. Cum præsertim possit aliter suæ ne
cessitati subuenire, suam nempe personam
locando.

QVINTO. Pro hoc est factum Iacob,
qui (vt refertur Gene. 25.) noluit gratis da
re pulmentum fratri suo Esau, quem itinere
& venatione fatigatum fame perire videbat.
sed pro pulmento petijt primo genituram.
Ergo, &c.

SEXTO. Pro hac sententia etiam est id
quod habetur, de furtis cap. Si quis. Vbi sic
habetur. Si quis propter necessitatem famis
aut nuditatis aliena occupauerit, talis si pos
tea sic occupata reddiderit, non cogatur ie
iunare. Vnde à contrario. Si non reddiderit
cogatur ieiunare. Vnde argumentum sumi
tur, quod dominus rerum per indigentem
occupatarum: non tenebatur res illas indi
genti gratis donare. Alioquin non compelle
retur indigens eadem suo domino redde
re.

SEPTIMO. Accedit etiam ad hoc quod
habetur cap. Exijt, de verborum significatio.
lib. 6. Vbi dicitur, quod tunc licet minori
bus de alieno viuere, quando nec per oblatio
nes sponte factas, nec per mendicitatem, nec
per laborem manuum vitæ suæ possunt ne
cessaria ministrare. Vnde colligitur, quod si
homo potest per aliquod medium licitum
suæ necessitati subuenire, non est ei licitum
aliena inuadere, & de alienis viuere. Ergo
nec etiam alijs tenentur eis per viam dona
tionis succurrere, si alia via licita possunt eo
rum necessitates subleuare: vt possunt mutu
ando, vel emendo, vel locando, aut aliquo alio

licito medio vtendo, &c.

OCTAVO. Pro hoc etiam est factum Io
seph, qui accepit omnia bona Aegyptiorum pro
tritico quod illis extreme indigentibus da
bat, & Pharaoni subiecit: Genes. 47. Hæc sunt
motiua pro prædicta sententia.

HIS tamé non obstantibus, dico, quod tem
pore extremæ necessitatis tenentur homi
nes, qui possunt, subuenire patienti extre
mam necessitatem, largiri gratis, & non
sufficit mutuare. Et hoc sub pœna peccati
mortalis. Et hæc est sententia. S. Thom. Et
est communis opinio. Hæc conclusio proba
tur prius: quia ipso nomine, elemosyna, com
muniter intelligitur id quod gratis, & libera
liter datur, & propter Deum, ad releuandam
proximi indigentiam. Id autem dicitur prop
ter Deum dari, quod datur, non vt ab homi
ne loco ipsius aliquid recipiatur, nec prin
cipaliter speretur, præter præmium quod à
Deo his qui elemosynas largiuntur, parat
um est. Itaque elemosyna, ex communi ho
minum intelligentia, est id quod irreuocabi
liter datur. Vel est (vt supra diximus) opus
quo datur aliquid irreuocabiler. Quod au
tem per viam mutui, locationis, emptionis,
aut alterius contractus traditur: non gratis,
& propter Deum (vt dictum est) traditur.
Ideo proprie non intelligitur nomine ele
mosynæ.

SECUNDO. Probatur ex illo præcepto
redemptoris Lucæ. 11. Quod superest date
elemosynam. Vbi nunquam significatur,
mutuate, sed date. Et hoc ipsum amplius ex
phicuit ipse Redemptor Lucæ. 14. dicens. Cū
facis conuiuium voca pauperes, claudos, &
eos qui non habent vnde retribuunt tibi. Er
go satis manifeste significatur illis verbis:
elemosynam esse pauperibus faciendam,
non intuitu retributionis ab homine spera
tæ, sed gratis ex misericordia, & propter De
um. Quod etiam ex Ecclesiast. 4. confirma
tur. Vbi habetur. Elemosynam pauperis
non defraudes: sed redde illi debitum suum.
Si igitur suum est huiusmodi debitum, oport
et illud pauperi reddere absque retributio
ne. Ergo gratis danda est elemosyna. Pro
nobis est etiam parabola illa de Samarita
no, Lucæ. 10. qui cum illo indigenti sauciato
misericordiam gratis impendisset, conclu
sit dominus, Vade tu, fac similiter. Ergo,
&c.

TERTIO. Data opposita sententia quod
sufficit mutuare, &c. sequeretur, quod qui
mutuat, aut ad terminum vendit illi paupe
ri prædicto, posset, vltra capitale, exigere
interesse damni, & lucrifera cessantis: non so
lum si diuitibus mutuet, sed etiam si pau
peribus quantumcunq; necessitate pres
lis.

Rs. Quod est contra communem sententiam. Quæ ait quod inter alias conditiones requisitas ad hoc quod mutuans seu ad terminum vendens possit iuste aliquid vltra capitale ratione actu rei lucrificantis, exigere, vna est, quod non sit mutuatarius arcta & notabili necessitate pressus: quia tunc ratione indigentia oportet illi per eleemosynam subuenire. Ergo, &c.

Q VARTO. Sequeretur ex opposita opinione, quod si diuites nollent pauperibus subuenire, nisi mutuando: tenerentur præfati pauperes quando possent accepta restituere, & non solum hoc: sed tenerentur dare operam acquirendi vnde accepta restituerent. Ac proinde non esset eis liberum in paupertate euangelica viuere, nec religionem intrare. Nam qui debitis præssus est satisfacere debet, si potest, priusquam religionem ingrediatur & profiteatur. Ergo verum est non satisfacere homines mutuando pauperibus existentibus in extrema necessitate: sed teneri eisdem eleemosynas gratis largiri.

Q VINTO. Confirmatur: quia tunc omnia sunt communia: licitumq; est patienti illam extremam necessitatem accipere ab alio habente, si ipse habens non dat, nec ob id ad restitutionem tenetur. Ergo alius tenebitur gratis dare.

VNDE, quia argumenta vtriusq; partis magnam habent apparentiam: vt facile respondeas rationibus dicentium, quod sufficit mutuando subuenire existentibus in extrema necessitate, adnotandum est, & ex parte dantis, & ex parte recipientis. Quando enim recipiens tam inops est: vt propria bona actu non habeat quæ danti eleemosynam retribuere possit, nec artem habet, nec vires, nec industriam, nec modum aliquem, vnde necessaria vitæ, nisi mendicando acquirere possit: (vt sunt claudi, cæci, & alij aliquo incurabili morbo laborantes, vel senio iam confecti) talibus danda est eleemosyna gratis propter Deum absq; vlla spe retributionis ab ipso paupere euenturæ. Hi namq; dicuntur, & sunt veri pauperes, qui omni humano subsidio sunt destituti: à quibus nihil est quod sperare queas. Alij autem sunt pauperes qui bona temporalia defunt vel ad longum, vel ad breue tempus: habent tamen actu vires quibus laborare possunt, & operas suas locare. Habent etiam nonnulli artem aliquam, aut industriam, per quam possunt alijs prodesse, vnde aliquid mereantur: vt proximi possint necessitati subuenire, si velint. Et de his videtur idem iudicium quod & de alijs ope aliena indigentibus, qui tamen habent bona temporalia quæ retinere pos-

sent: etiam si infirmi sint, aut alia quacunque necessitate pressi. Et his non est necessarium eleemosynam gratis dare. Et ita licite poterit qui potens est, illis in talibus necessitatibus subuenire, de suis bonis illis communicando, & tantundem de rebus indigentis accipere, vel sperare: quia illi non sunt omnino pauperes, nec ita humana facultate destituti, quin vel res suas vendendo, vel proprias operas seu personam locando, vel alium obsequium impendendo, possint quæ illis fuerint necessaria acquirere, & suis necessitatibus succurrentibus rependere. Ex parte dantis similiter est distinguendum: nã aliqui qui habent superflua naturæ & statui. Sunt etiam qui, & si superflua habeant naturæ: non tamen statui. Et qui vtroque modo superflua habent, adhuc sunt in duplici differentia. Nam, aut illa retinent & seruant ad expendendum ea in rebus aliquibus R. P. aut aliquibus indigentibus personis necessarijs: aut vt diuitias accumulent & augeant, seu vt in alios fines inhonestos ea expendant.

HIS suppositis dico, quod qui largitur aliquid parum de necessarijs vel superfluis ad statum, existenti in extrema necessitate, & actu non habenti vnde retribuere possit: tenetur gratis dare, & non satisfacit mutuando. Hoc probatur per ea quæ supra attulimus: quia ille est vere & proprie pauper, pro tunc qui non habet vnde sibi subueniat. Et de illo intelliguntur testimonia quæ adduximus: vt est illud Lucæ. ii. Quod superest date pauperibus. Et illud parum iudicabitur ad arbitrium boni viri.

SECUNDO. Dico, quod qui de his quæ sunt necessaria ad statum, aliquid notabile existenti in extrema necessitate largitur, etiam si actu non habeat vnde retribuere statim possit, si tamen habet vires, artem, vel industriam, vel si non habet bona hic, habet tamen domi, vel alibi, vnde retribuere possit: esto quod ita non habeat in actu, sed habet in potentia certa moraliter. Vt si nunc ægrotat, & facile sanabitur, & habebit vires: vel esto nunc non habeat bona temporalia, expectatur tamen consanguineus eius ab India diues venturus, ei que certe daturus bona illa temporalia hinc ad vnum mensem: non tenetur gratis illud notabile illi dare: sed sufficit conditionaliter mutuare, hac. s. lege: vt si ad pinguem deuenit fortunam, illud, vel saltem maiorem partem reddat, mutanti. Et idem videtur dicendum si quis dat in eodem euentu de superfluis statui ea quæ alioqui in rebus R. P. aut alijs necessarijs, aut valde vtilibus erant expendenda. Idque, vt dixi, si sic sit datum in notabili quantitate. Probat hoc: quia

quia ille adhuc proprie non est pauper, cum adhuc habeat actu, vel certa potentia, vnde sibi provideat: quia adhuc illud bonum probabiliter moraliter speratum, potest vendi, locari, aut commutari.

SECUNDO. Nam licitum est alicui obligationem iniungere ad id ad quod ipsa ratio naturalis alias eum attingit. Sed qui de necessarijs ad statum alterius, aut ad alias publicas utilitates accepit, & veniat ad pinguem fortunam: ita vt possit supplere quæ alijs, à quibus accepit, defunt: inhumane agere videretur si ad præfatum defectum supplendum nihil veller rependere. Secus si de superfluis statui accepit quæ non erant ad publicas necessitates, seu utilitates referuata: sed ad diuitias augendum, vel in fines inutiles expendendum. De his namque tunc dare gratis tenetur, ad minus aliquid moderatum: vt dixi. Et dixi de mutuo conditionaliter: quia potest donatio esse duplex, similiter & mutuum, nempe, absoluta, qua. s. alter alteri ita donat, vt in nullo velit eum teneri ad retribuendum: siue habeat vnde, siue non. Similiter mutatio absoluta dicitur, qua alter alteri mutat obligando illum simpliciter ad reddendum, si habuerit vnde: sin autem quod quærat & reddat. Donatio autem vel mutatio conditionalis est, quando alter aliquid dat alteri non obligando illum simpliciter vt reddat, nec omnino illum à redditione deobligat, sed hac lege: vt si ad pinguem venerit fortunam reddat acceptum: non obligando illum, vt det operam ad talem fortunam perueniendam. Et talis datio est media inter donationem simpliciter factam, & mutationem. Et potest etiam dici mutatio conditionalis: sicut & donatio. Iam patet quod dico, si quis det necessaria alteri existenti in extrema necessitate, qui actu nihil penitus habeat vnde retribuere possit, danda est ei eleemosyna de superfluis & de statui necessarijs: non tamen simpliciter donando, nec simpliciter mutando: sed poterit mutare conditionaliter: vt dictum est. Illi tamen absolute mutare non licet: quia liberum illi erit pauperi, postea vel religionem ingredi, vel in euangelica paupertate viuere. Dixi etiam si datum sit in magna quantitate: quia potest esse tam parum: vt ad sustentandum dantis statum notabilem defectum non attulerit. Nam tunc impium videretur pauperibus huiusmodi onus imponere, qui cum omnibus à quibus acceperint, rationem habere debeant.

EX dictis colligitur quid sit dicendum ad illud dubium quod moueri solet, nempe, si quis existens in extrema necessitate accipit aliquid ab alio, & postea venit ad pinguem fortunam: an teneatur restituere tantundem quod accepit. Nam multum refert si parum

aut multum acceperit. Refert etiam videre, an quæ accepit essent necessaria statui illius à quo pauper accepit, an essent superflua. Et secundum hoc respondeatur. Nam si accepit plus quam ad suam necessitatem erat necessarium: illud tenetur restituere. Et si accepit de necessarijs ad statum alterius, vel de his quæ erant expendenda in alia pia opera, & ipse accipiens habeat alias vel vires, vel artem, vel industriam, vel bona, vnde sibi posset subuenire, licet illa bona non haberet tunc in actu, sed in potentia probabiliter moraliter certa, videtur quod teneatur ad restitutionem, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam. Si autem non habebat, etiam in potentia probabiliter, vnde posset sibi subuenire: non tenetur restituere (esto postea casu veniat ad pinguem fortunam) illa necessaria quæ accepit ad sibi subueniendum. Sed de hoc latius dicemus alias in materia de restitutione.

Q VIA tamen argumenta, quæ fecimus ad probandum quod sufficiebat subuenire extanti pauperi in extrema necessitate per mutuum, & cetera: videbantur probare quod in nullo euentu est necessarium dare gratis eleemosynam indigenti extreme (quod falsum reputo, vt diximus) sub paucis respondimus. Et prius ad primum. Quando arguitur. Non tenemur indigenti plus quam indigentia exigit subuenire, &c. Dico quod illud assumptum est verum quo ad quantitatem rei ministratæ: non autem de modo ministrandi, nempe, dando gratis, vel mutuando. Vnde plus in quantitate ministrare, consilij est. Non tamen semper est de consilio ministrare donando: sed sæpe est de præcepto: vt diximus.

ET ad exempla illic posita dicendum est, quod procedunt in casibus in quibus is, qui re aliena indiget, habet alias vnde possit tantundem reddere. Et procedunt etiam quando aliquid in notabili quantitate datum est: quod forte esset danti ad statum, vel alias piarum causas necessarium.

AD primam autem confirmationem dicendum, quod procedit, de his qui ita sunt in extrema necessitate panis, quod habent aliunde bona, saltem immobilia, vnde soluere possunt. Quos impium esset in casu compellere: vt bona sua immobilia, aut etiam mobilia vendant pro pretio forte diminuto, maxime si huiusmodi bona sint illis alioqui necessaria ad vitam. Non autem procedit ratio de pauperibus nihil penitus habentibus vnde soluere possint. Et si ad hos velis legem citatam extendi, procedet in casu qui triticum dat, alioqui ad statum vel ad alia pia opera pretio sui tritici indigeat.

AD secundam autem confirmationem patet ex di-

ex dictis quid dicendum sit. Nempe, quod ob notabilem quantitatem opere medici, aut medicinarum requisitarum permittitur quod in casu illi infirmo, ea ministrentur per viam mutui saltem conditionalis: vt supra diximus.

AD tertiam confirmationem dico, quod in illo casu habet locum mutuatō seu locatio, quia quāvis pauper ille laborare potens bona temporalia non habeat: habet tamen personā locabilem per quam potest necessaria sibi acquirere, & tribuentibus retribuere. Secus si esset talis conditionis, quod laborare non deberet: vt si sit nobilis.

AD quartum de Iacob, dicendum quod non erat Esau in tanta necessitate famis, quod sine pulmento Iacob viuere non posset. Nec adeo pauper erat quod non haberet unde retribueret. Nec etiam Iacob tam impius fuisset qui si in extremis fratrem suum vidisset pulmentum illi necessarium denegasset. Sed nec aliquid indebitum petebat Iacob ab Esau petēs primogenituram quam ipsi ex Dei ordinatione atque promissione constat debitam esse. Itaque illud non videtur satis ad propositum adductū, Et ita dicendum est de Ioseph cum Ægyptijs, Nam propterea Ioseph non dedit illis triticum gratis: quia habebant bona unde possent retribuere.

AD quintum dico, quod illud capitu. procedit, non de eo qui est in extrema necessitate famis. Tum, quia si in tali existeret, non esset dicendus sur vnde cunque necessaria acciperet, si non esset qui vellet offerre: tum quia tali non esset poenitentia imponenda, nec cōpellendus esset restituere, si re accepta extreme indigeret. Ac proinde procedit de eo qui extra extremam existentem necessitatem aliena furatus est ob aliam necessitatem quæ illum excusare sufficiebat. Et ita in casu dominus rei sic acceptę nec tenebatur in rei acceptatione consentire per viam donationis, nec per viam mutui.

AD Sextum dico, quod nulli licet de alienis viuere, maxime inuitis dominis rerum ipsarum si modum habet honestum vnde alioqui viuere possit. Et si de mutuo viuere possit. casus tamen extreme necessitatis mutuum non admittit, nisi vt supra diximus.

R V R S V S cōtra illā conclusionē qua diximus, quod qui habet superflua naturę & statui tenentur dare elemosynā pauperibus patiētibuscōmunes necessitates argumētor hoc modo Prius. Quia sequeretur, quod diuites tenerentur reducere pauperes ad suum statum a quo ceciderunt.

AD HOC nego consequentiam, Ratio est: quia iam amiserunt. Et ad illud iam amissum non tenemur. Sicut tenemur succurrere illi qui est prope mortem: sed non tenemur

fuscitare post mortem.

SECUNDO etiam consequutio non valet: quia dare his vel illis, est in potestate diuitum. Ideo non tenentur reducere istum ad suum statum quia satis est quod alijs qui nonperdiderunt aliquem statum.

SECUNDO. Diues potest ædificare monasterium, vel aliquod aliud pium opus. Ergo non tenetur dare communibus pauperibus qui non sunt in extrema necessitate.

AD HOC dico, quod vbi non est necessarium, quod augeatur cultus diuinus, & sunt multæ & magnæ necessitates pauperum, licet non extremæ: credo quod peccaret diues qui non erogat pauperibus. Vbi autem est necessarium quod augeatur cultus diuinus, melius est illum augere ædificando monasterium, vel ecclesiam: quam dare pauperibus communibus qui non sunt in extrema necessitate.

DVBITATVR rursus, an in extrema necessitate. Iudex secularis possit cogere diuites: vt dent elemosynam.

AD HOC dico sine longa disputatione, quod si diuites sunt subditi illi Iudici quod potest Iudex illos compellere vt dent elemosynam, & potest auferre triticum a diuitibus & dare pauperibus.

SED, an pauperes teneantur orare pro illis a quibus accipiunt elemosynas.

DICO, quod non ex debito iustitiæ: quia non tenentur ad restitutionem, esto non orēt pro illis. Tenentur tamen ex quadam conuenientia morali, & decentia.

P R A E T E R E A Dubitatur, si sit proximus in aliqua arcta necessitate vel extrema & potest & habet unde sibi subueniat: sed non vult ex avaritia, aut ex aliqua alia causa (vt si sit diues & est in magna infirmitate, & non vult curari a medico, & indiget gallina, aut medicina, & non vult emere) an teneantur alij illi dare.

AD HOC dicit glossa distinctione .83. super capitu. Providendum, versicu. Non est grandis differentia, quod medicus tenetur curare infirmum qui non vult curari, esto habeat bene unde curetur, & postea petat expensas apud iudicem, esto infirmus moriatur: quia satis est, quod vtiliter gessit curam & rem illius. Et Iohannes Metinensis Codice de elemosyna quæstione. 4. dicit generalitē ad .4. argumentum, quod tenemur subuenire proximo existenti in arcta vel extrema necessitate quando ipse, & si possit, non vult sibi providere: Vnde ad dubium propositum videtur respondere affirmatiuē. Et probatur: quia tenemur corrigere fratrem peccantē quando est spes quod emendabitur, esto ipse possit corrigere seipsum & a peccato abstinere,

SECUNDO. Si proximus vellet se in flumen proijcere, aut se suspendere, tenemur illum liberare, si possumus sine magna iactura nostra, esto ipse possit non se interimere. Ergo, &c.

TERTIO. Si proximus vult manere in domo ruinosā quam scimus super illum ruituram, tenemur etiam vi abstrahere a domo illa. Ergo, &c.

HIS non obstantibus dico, quod non tenemur dare galinam, aut pecuniam, aut aliam quamcumq; rem diuiti infirmo nolenti emere sibi necessaria. Probat: quia non tenemur dare elemosynam, quod est pati iacturam, nisi proximo indigenti. Talis diues non indiget. Ergo, &c. Sed potius detur tali diuiti restis, vt se suspendat: si non vult emere aut providere sibi de necessarijs ex auaritia.

ET tunc ad argumenta. Dico prius ad glossam, quod non est verum quod dicit sic simpliciter, nec ipsa probat.

AD alia argumenta dico, quod omnia illa, nempe, quod tenemur corrigere delinquentem, & liberare a suspendio, & abstrahere a domo ruinosā, & alia id genus, sunt vera: quia tunc proximus est in aliqua magna passione, & cum magna difficultate potest se corrigere & exire a domo ruinosā, & non se interficere: vt si esset furiosus. Et ideo quia proximus tunc cum tali passione non potest se corrigere nisi cum magna difficultate, & cum magno labore, ideo tenemur illi subuenire: maxime si possumus illud facere sine magna iactura. Sed nego consequentiam: quia quando ille diues, aut quicumque proximus sine magna passione, ex electione non vult sibi providere, cum possit: non tenentur alij dare ei rem qua indiget. Vnde si cupiditas esset tanta, quod tolleretur vsus rationis vel ferē: tunc tenerentur alij illi dare rem qua indiget, & postea possent illam ab eo recuperare.

Dubium. **SED** dubitatur, an prædictæ nostræ conclusiones, nempe, quod in extrema necessitate tenentur homines dare elemosynam, etiam de necessarijs statui, & quod de superfluis ita tui tenentur homines dare elemosynam, etiam pauperibus communibus, non existentibus in extrema necessitate: sint de mente: S. Tho.

AD HOC respondet Antoninus in .2. p. titul. 1. ca. 24. §. 25. quod de mente S. Tho. non tenetur quis dare elemosynam, nisi cum concurrunt duæ circumstantiæ, vel conditiones simul, nempe, superfluum ad statum ex parte dantis, & simul extrema necessitas ex parte recipientis, & non aliās. Idem dicit Panor. de iure iurando cap. Si verò. Idem summa Rosela. verbo elemosyna. Idem videtur

dicere Alexan. de Ales. 4 p. q. 113. vbi scribit illas duas condiciones. Et quod sit verum hoc quod isti dicunt, nempe, quod illæ duæ condiciones sunt de mente S. Thom. probatur: quia in hoc art. & in secunda. 2. q. 32. art. 5. dicit copulatiue, quod tunc debemus dare elemosynam quando est superfluum ex parte dantis, & extrema necessitas ex parte recipientis. Ergo si tantum sit superfluum & non extrema necessitas, non tenetur quis dare elemosynā.

SECUNDO. Diuus Thom. dicit rursus quod aliās elemosynas dare est de consilio. Ergo sentit, quod nullus tenetur dare elemosynā, nisi concurrentibus simul ambabus illis conditionibus.

TERTIO. Diuus Tho. in secunda. 2. q. 32: ar. 6. dicit, quod dare elemosynam de his quæ requiruntur ad decenter viuendum, est bonum, & non cadit sub præcepto, sed sub consilio. Ergo, &c.

HIS non obstantibus, dico quod ambæ nostræ conclusiones sunt de mente S. Tho. Probat: prius secunda. 2. q. 66. ar. 7. dicit, quod res quas aliquis superabundanter habet, de iure naturali debentur sustentationi pauperum, & hoc non intelligit solum in extrema necessitate. Nam tunc etiam de necessarijs ad statum esset pauperibus dandum. Et confirmatur: quia ex hoc dicto S. Tho. sequitur, quod habens superfluum potest elargiri his vel illis pauperibus. At si quis sit in extrema necessitate, illi est necessario dandum. Et hoc ipsum quod S. Tho. dicit in secunda. 2. q. 66. ar. 7. dicit etiam infra in eadem secunda. 2. q. 87. art. 1. ad 4. Idem dicit eadem secunda. 2. q. 118. art. 4. ad 2. vbi quærit, an avaritia sit peccatum mortale, arguitq; argumento secundo ex Basilio, & respondet, quod avaritia est peccatum mortale, quando est extrema necessitas. vel quando aliquis habet bona superflua. Vbi expresse constituit ambas conclusiones distincte & diuise sub diuisione, cuius verba sunt. Ad secundum enim (inquit) dicendum, quod Basilius loquitur in illo casu in quo aliquis tenetur ex debito legali bona sua pauperibus erogare: vel propter periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem habitorum. Hæc. S. Thom. Ergo, &c.

P R A E T E R E A. In quæstionibus de malo. q. 13. art. 2. ad 4. dicit, quod est peccatum mortale non elargiri elemosynam quando habeas superfluum.

P R A E T E R E A. Hic in litera huius 3. articul. dicit, quod præceptum legis ad hoc obligat: vt illud quod super est alicui post gubernationem suam & familie suæ in pauperes expendat respectu vtriusque necessitatis tam extremæ, quam

quā communis. Et rursus in eodem loco dicit. Præceptum obligat ad subueniendum potius necessitati absolutæ extraneorum, quā suæ conditionatæ. Et idem dicit quotlibet. 8. art. 12. Et aliqui Thomistæ dicunt, quod verum est, quod S. Tho. in 4. & in aliis locis fuit nostræ sententiæ: sed in secunda. 2. mutauit sententiam. Sed hoc non est verum: quia quod dicit in secunda. 2. etiam dicit in aliis locis: ut citauimus. Et cum materia esset tam grauis & necessaria explicuisset si mutasset sententiam: quia hoc solet ipse facere, quando in necessariis mutat sententiam: ut adnotat Caiet. in illo opus. de eleemosyna, qui in hac sententia nobiscum est.

ET ad primum quod alii adducunt ex S. Th. secunda. 2. art. 5. in oppositum, dico quod S. Tho. intelligit illud dictum copulatiue, & non copulatiue: ita quod sit vna copulatiua ex duabus partibus, nempe. De superfluo est danda eleemosyna pauperibus communibus sub præcepto: & in extrema necessitate est danda eleemosyna sub præcepto, etiam de necessariis ad statum.

AD SECUNDVM dico, quod intelligendum est illud dictum. S. Tho. in illo rigore verborum ut ipse scripsit. Nam si non est superfluum, aut extrema necessitas, non tenetur quis dare eleemosynam: quia de necessariis ad statum extra extremam necessitatem, non tenetur quis dare eleemosynam.

AD TERTIVM dico, quod verum est extra extremam necessitatem, & de illa loquitur S. Tho.

Articu. quartus.

Vtrum de necessariis sit danda eleemosyna?

S. Tho. thomo. 4. d. 15. q. 2. art. 4. & deinceps?



D QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod de necessariis non sit danda eleemosyna. Quia (ut dicit August.) peccat qui præpostere agit. Sed ordo charitatis hoc exigit. Ut homo magis sibi quàm alteri subueniat. Ergo peccat subtrahendo sibi necessarium: ut alteri conferat.

PRAETEREA. Philosophus dicit in 4. Ethico. quod qui dissipat substantiam suam. i. diuitias, destruit se ipsum. & hoc præcipue verum est quantum ad necessaria. Sed peccat qui se ipsum occidit. Ergo etiam peccat quide necessarius sibi, eleemosynam facit.

SED CONTRA est. Qui omnia dat, nihil sibi retinet de necessariis. Sed dominus consulit Matth. 19. Vnde omnia quæ habes & da pauperibus. Ergo sine peccato potest homo de necessariis sibi, eleemosynam facere.

RESPONDEO. Dicendum, quod de rebus exterioribus dicitur nobis aliquid necessarium dupliciter. Vno modo sine quo non potest aliquis esse & viuere. Alio modo dicitur nobis necessarium quod indigemus ad honeste viuendum, vel decenter secundum statum nostrum. Sed alia decencia non consistit in aliquo indiuisibili: quia multis additis homo non excedit status sui conditionem. Multis etiam subtrahentis conditio sui status decenter conseruatur. Sed tantum potest addi, quod esset ultra conditionem status sui: & tantum diminui quod non seruaretur honestas vel sui status decencia. Et hoc quidem sermone determinari non potest (quia de singularibus non est iudicium) sed statum in hoc prudentiæ arbitrio & discretioni quæ docet de omnibus. Vt quoque autem dictorum modorum potest aliquid esse alicui necessarium dupliciter. Vel ratione sui ipsius. Et hoc dicitur à quibusdā necessarium individui. Vel ratione eorum quorum curam gerere debet. Et hoc dicitur necessarium personæ in quantum persona ad dignitatem pertinet, secundum quam alicui competit aliorum curam gerere. Illud ergo sine quo non potest esse vel viuere aliquis, vel ipse, vel illi quorum curam tenet: non debet in eleemosyna expendi. Hoc enim dicitur necessarium simpliciter quasi, necessitate absoluta: nisi forte posset antequam talis necessitas incumbat per alium modum resarciri: quia iam excideret ab huiusmodi necessitate: ratione. Similiter etiam illud quod subtrahendo non potest resarciri decencia status aliquo modo

modo sui vel suorum: non debet aliquis in eleemosynas expendere, nisi de facili resarciri possit, aut nisi aliquis statum mutare vellet: quia nullus debet indecenter in aliquo statu manere: vel nisi necessitas illa præponderet, vel alicuius personæ specialis in necessitate vltima existentis, vel ecclesiæ, vel R. P. quia bonum gentis est diuinius, quàm bonum vnius. Illud autem, quo posito vel subtrahito nihilominus decencia status manet, potest in eleemosynam dari. Et de hoc est consilium, non præceptum. Illud autem quod necessarium reputatur ad aliquid quod est ultra decentiã status, debet in eleemosynam dispensari. Et hoc cadit sub præcepto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si aliquis necessarium, sine quo nullo modo esse, vel decenter viuere possit, sibi subtraheret & alij daret: ordinem charitatis peruerteret in beneficijs obseruandis: non autem si de alijs sine quibus prædicta esse possunt, plus alteri quàm sibi tribuat, quia virtuosus est de talibus bonis corporalibus plus alijs quàm sibi tribuere. Ut Philoso. in 9. Ethico. dicit.

AD SECUNDVM dicendum, quod ratio illa procedit de eo quod est necessarium secundum primum modum.

AD TERTIVM dicendum, quod illi qui omnia dimittunt propter Deum statum viuendi mutant, cuius status decencia potest conseruari per ea quæ à fidelibus & deuotis vel quotidie ministrantur, vel iam ministrata sunt in possessionibus & redditibus.

HANC eandem quæstionem mouit S. Tho. in secunda. 2. q. 32. ar. 6. Et respondet sicut hic, distinguens de necessario: quia de necessario ad vitam propriam vel ad vitam familiæ suæ non potest quis eleemosynam elargiri absolute loquendo. De necessariis autem ad statum vel ad decentiam vitæ, necessario danda est eleemosyna existenti in extrema necessitate: ut iam supra diximus. Dixi absolute loquendo quia si ille qui habet sit in extrema necessitate cum alio qui non habet: sed ille qui non habet est valde utilis bono communi, & qui habet non deberet tunc qui habet, dare alteri vtiliori bono communi, etiam de necessariis ad vitam: quia tenetur se exponere pro bono communi. Et quia ista sunt satis consentanea recte ra-

tioni, & sine controuersia semper fuerunt recepta ab omni viro docto & pio: ideo non est opus cur hic immoremur.

Artic. quintus.

Vtrum de male acquisitis & possessis possit eleemosyna fieri?



AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod de male acquisitis & possessis possit fieri eleemosyna. Luca. 16. super illud, facite vobis amicos de mamona iniquitatis, dicit glosa. Iniquitas bene dispensata in iustitiam vertitur. Ergo videtur, quod liceat de male acquisitis & possessis eleemosynam facere.

PRAETEREA. Eique est in vltima necessitate constitutus, omnibus modis subueniendum est. Sed contingit aliquem qui nihil habet, nisi iniuste acquisita & detenta, in extrema necessitate alium videre. Ergo debet ei eleemosynam facere. Ergo de male acquisitis & detentis potest eleemosyna fieri.

SED CONTRA est, quod Grego. dicit. Non est computanda eleemosyna, si pauperibus dispenseretur, quod ex illicitis rebus acquiritur.

RESPONDEO dicendum, quod illud dicitur licitum quod nulla lege prohibetur. Vnde illicite acquisitum dicitur quod contra prohibitionem legis acquiritur. Sed hoc potest esse dupliciter: quia aut lex prohibuit ipsum lucrum, vel causam lucrificantum. Si ipsum lucrum est prohibitum, tunc impossibile est quod iuste detineatur. Ex hoc enim ipso efficitur aliquis iniusti tituli, & male fidei possessor: quia contra legem aliquid habet. Sed in talibus distinguendum est: quia aut non transfertur dominium, sicut in rapina & furto. Et tunc omnino restituere tenetur. Et ideo ex hoc non potest eleemosyna fieri. Aut transfertur dominium, & tunc vel

competit repetitio à quo quis lucratus est secundum aliquod ius, sicut in usura accidit in qua (vt quidam dicunt) dominium transfertur. Et tunc de hac etiam non potest eleemosyna fieri. Aut non competit repetitio, secundum turpitudinem sceleris ex parte dantis: sicut in symonia accidit: & tunc tale acquisitum non potest iuste retineri: sed debet in eleemosynas erogari. Si autem lex prohibuit actum ex quo quis lucratur, sed non lucrum supposito actu: tunc quauis acquirendo tali actu contra legem fecerit: tamen tenendo non facit contra legem: sicut si quis de lenocinio aut meretricio lucratur. Et ideo hæc retineri possunt, & de eis eleemosyna fieri potest.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quòd illud intelligendum est de illis quæ per illicitum actum acquisita sunt, & tamen iuste possidentur.

VEL aliter dicendum, quòd mammona iniquitatis dicuntur diuitiæ: etiam licite acquisite, & posse, & vel in quantum eas sola iniquitas diuitiæ esse reputat (vt August. exponit. 21. de ciuit. Dei) vel in quantum sunt iniquitatis occasio, vel iniquitatis. i. in æqualitate: quia non æqualiter sunt hominibus distributæ bono aliquando e gente, & malo superabundante.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in talibus casibus: si sine periculo pauperis esse potest, debet ille qui alienum habet significare ei cui debet, & siue ille licentiam dederit, siue non: debet pauperi in ultima necessitate existenti prouideri. Nec prouidet illi de alieno: quia necessitas talis omnia facit communia. Vnde non tenetur ad restitutionem, nisi ille, cui debet, in simili necessitate esset: quia etiã tunc tenetur sibi prouidere si nihil habuisset ab eo.

PENES hunc art. dubitatur prius, an de bonis propriis sit elargienda eleemosyna?

AD QVOD respondeo aliquibus propositionibus, quarum prior est. Omnis habens bona propria, & eorum licitam administrationem, potest licite de eis eleemosynam facere. Hæc est clarior, quàm vt probatione indigeat, & sequitur ex supra dictis. Quia ho-

mines tenentur eleemosynam elargiri in extrema necessitate, & de superfluis ad statum etiam extra extremam necessitatem. Ergo de bonis propriis licitum est eleemosynam elargiri habentibus eorū liberã administratione.

SECVNDA conclusio est. Illi, qui & si habeant propria bona, non tamen habent eorum liberam administrationem: non licet de eis eleemosynam facere. Hæc probatur de mente captis, & de pupillis minoribus, qui nõ possunt sua bona donare vel alienare, secundum leges humanas citra extremam necessitatē.

TERTIA conclusio est. Illi, quibus bona ob aliquam causam sunt confiscata, non possunt licite eleemosynam facere, extra extremam necessitatem: sicut nec donare possunt, nec alienare, saltem illi quorum bona sunt confiscata ipso facto, vt sunt hæretici, qui à die commissi criminis priuantur rerum suarum dominio, etiam si per iudices non sit in eos lata sententia: quanquam ad hoc quòd rebus suis etiam quo ad possessionem actu priuentur iudicis sententia opus sit: cap. Cum secundū. De hæreticis lib. 6. Immo communiter, quando quicquid bona alicuius ipso iure, seu facto confiscantur, aut alia poena ipso facto delinquenti iure infligitur, est necessaria superueniens sceleris iudicis, saltem qua declaretur hominem illum tale vel tale delictum perpetrasse (exceptis solum poenis quæ secum trahunt excommunicationem) vt est excommunicatio, quæ homines sepæ ipso facto, sine vltiore declaratione in conscientia incurrunt. Alioquin facile daretur occasio cupidis, iniuste multos homines expoliandi, eos poenam iuris ipso facto incurrere prætendentibus. Nec huic sententiæ obstat cap. Pro humani redèptione generis: de homicidio lib. 6. vbi statutum est contra Assassinos & eorum fautores, amissionē omnium bonorum & alias poenas ipso facto incurrere: ita quòd ex quo de delicto probabilibus documentis constitit, nulla alia sententia requiratur. Nam hoc intelligitur de sententia condemnatiua: & non de ea quæ declaratiua est. Differt tamen, lege contra quem delinquentem cautum esse, quòd bona sua publicentur, seu confiscentur: aut quòd ipso facto sint confiscata. Si primum: vt in his qui capitale crimen commiserunt: tales ante sententiam latam poterunt bona sua retinere, & eisdem uti, & de eis eleemosynam facere, & ea alienare, tenebitq; alienationis contractus. Hoc asserit Innocentius cap. Quia propter, extra de electione Si secundum: vt est in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, poterit delinquens bona possessa retinere, & eisdem ad sui & suorum sustentationem, ante sententiam latam, uti. Ea tamen alienare non poterit, nec donare, nec de eis eleemosynam largiri, citra extremam necessitatem.

tem. Sed de his alibi disputabimus.

VLTIMA propositio est. De bonis alienis potest quis eleemosynam elargiri pauperi existenti in extrema necessitate, vel quasi extrema, cum aliter huiusmodi necessitati subueniri non possit. Hæc probatur: quia in tali necessitate omnia sunt communia, nec dominus potest rationabiliter esse inuitus, quado de suis bonis alius extreme indigenti succurrit non potens de proprijs, aut aliter subuenire.

DVBITATVR consequenter, an ille qui habet propria & sufficientia bona possit de bonis alterius diuitis accipere: vt extremam necessitatem patienti subueniat, taliter quòd ipse de suis proprijs bonis partē aliquam det pauperi, & ab alijs diuitibus absentibus, aut subuenire nolentibus tantumdem accipiat: vt de alienis & suis tribuat pauperi necessaria. Et videtur, quòd liceat illo modo de bonis alterius diuitis sic eleemosynam elargiri: quia talis homo id facit quòd alij diuites facere debuissent ex quo obligatio subueniendi illi pauperi omnes cõcernit. Et ita si alij diuites subuenire nollent, aut absentes sint, non fit in tali euentu illi iniuria. Et adde, quòd quamuis actu elicitio illi alijs diuites in suarum rerum ad prædictum finem ablatione non consentiant: bene tamen actu debito.

HOC. Non obstante, dico quòd non licet illo modo de bonis alterius eleemosynam elargiri. Probatur: quia sicut non est licitum alieni aliena ad propriæ necessitati subueniendū sine facultate domini surripere, si ipse habet alias vnde possit sibi subuenire: ita neque erit alicui licitum ad subueniendum alterius necessitati, si habeat vnde alias illi subuenire. Nam quòd non est alicui licitum, vt sibi subueniat: non erit licitum: vt alteri subueniat.

SECVNDO. Pro hoc est id quòd habetur 14. q. 5. cap. Forte aliquis cogitat. Vbi dicit Augustinus, quòd qui a diuitibus auaris aliena accipit, vt pauperibus subueniat, & sic ablata pauperibus distribuit, addit peccatum peccato. Glosa ibidem. Quia semel peccauit per furtum auferendo, & iterum in distribuendo: quia alienat quæ restituere deberet. Et cap. Eleemosyna, ibidem dicitur, quòd non debet fieri, nisi de proprijs & iuste possessis.

ET ad argumētū in partem oppositam, quò dicebamus quòd ille homo in prædicto euentu id egit quòd proprius dominus facere debuisset dico quòd: nego consequentiam. Et si aliquid probaret, etiam probaret, quòd in tali euentu liceret nihil tribuere de proprijs, sed totum de alienis pauperi tribuere: quia id ageret quòd alter diues facere debuisset: quia ille diues tenetur in totum illi pauperi subue-

nire, vbi non essent alij qui possent, aut vellent. Exempla ad hoc clara sunt: vt ostēdamus fundamentum in argumento assumptum in pluribus deficere. Vt si persona priuata furē vel homicidam suspendat quem iudex suspendere debuisset: non excusatur à culpa, etiam si id faciat quòd iudex facere debuisset. Similiter, si Petrus debeat certam pecunię summā Iohanni quam soluere recusat: peccaret Cicero, si propria autoritate se intromitteret ad accipiendum de bonis Petri summam illam vt creditori satisfaciat: & tamen id agit quòd debitor agere debuisset. Ratio huius est: quia in præsentis euentu cõtractatur res aliena domino rationabiliter inuito. Nam cum is qui aliena accipit habet propria per quæ possit pauperi subuenire, & non vult nisi de alienis, merito rei ablata dominus erit inuitus, si contra ipsius voluntatem bona sua capiantur, & distribuatur. Vnde falsum est, quòd dominus in prædicto euentu consentiat actu debito, & si consentire deberet, si aliter extreme pauperis necessitati subueniri non possent, in quo casu teneret verum aliud dictum in argumento assumptum, nempe, quòd licitum est homini de alienis bonis id agere quòd ille alius agere debuisset, quando .s. necessitas ad ita agendum compelleret.

SED DVBITATVR, si essent decem diuites videntes aliquem fame perire & nullus eorum illi succurrat an peccent omnes, vel aliquis eorum. Et videtur, quòd nullus eorum peccat: quia quocunque eorum signato verum est dicere quòd ille pauper non indiget ope illius: quia per alios diuites potest eius necessitati subueniri.

AD HOC dico, quòd in illo euentu quilibet illorum peccat mortaliter. Probatur: quia quilibet illorum tenetur illi succurrere, & quilibet eorum committit. Ergo quilibet eorum peccat. Probatur antecedens, quia nõ est maior ratio de vno, quàm de alio. Et in illo euentu quilibet eorū tenebatur subuenire illi pauperi, aut aduertere si alius subueniebat. Et eodem modo peccat ille qui cum videat duos aut plures existentes in extrema necessitate, & possit illorum vni subuenire tantum, nulli tamen subuenit.

PRO quo illud breuiter est notandum, quòd duplex est obligatio qua quis ad aliquid astringitur. Altera absoluta: qualis est ea qua vnus quisque tenetur diuina mandata seruare, etiam alio vel alijs seruantibus. Altera est conditionata qua tenetur aliquis ad aliquid, si alius id non faciat, & alio faciente ad illud non tenetur. Et hæc est illa obligatio qua homo tenetur uxorem ducere ad finem multiplicandi genus humanum. Vel sub alijs verbis ponatur distinctio, nempe, Altera est obligatio personalis seu particularis quæ singulis

los, & directe concernit: altera vero communis quæ communitatem, non indiuiduum, directe concernit: Et ad hanc tenentur omnes illi qui sunt de illa communitate, non absolute, sed conditionaliter, nempe, si per alios huiusmodi obligatio non compleatur. Vnde si nullus de illa communitate illam completat, vnusquisque peccabit: quia ridiculum est dicere quod peccat communitas, & nullus de communitate peccet: vt quidam dixerunt in casu, quod nullus de communitate vellet vxorem ducere. Aliud exemplum ad hoc est. Si in ecclesia aliqua sint plures sacerdotes, siue religiosi, siue seculares, è quibus nõ plus vnus quam alius teneatur in Paschate populo facrum agere, sed communitas teneatur ad illud sacrum peragendum, & nullus agat: certum est vnumquemque peccare, etiam si nullus teneretur absolute sacrum illud tunc agere nisi conditionaliter, nempe, alijs missam non dicentibus. Ita in predicto euentu quamuis nullus illorum diuitum teneatur absolute pauperi illi succurrere: quilibet tamen tenetur conditionaliter. Vnde nullo succurrente, quilibet eorum peccat, Redeundo igitur ad principale dubium quod tractabamus, si pauper extremam patiatur necessitatem, quilibet illius communitatis potest & debet, si propria non habet, illi pauperi de alienis subuenire, modo caueat à scandalo. In quo euentu currit quod ait Ambrosius. Fame pasce morientem. Si non pauiſti, occidisti. Extra tamen huiusmodi extremam necessitatem nemini licitum est de alienis bonis pauperi subuenire sine consensu veri domini vero & expresse, seu rationaliter præsumpto iuxta dictum Pauli ad Ro. 3. Non sunt facienda mala: vt in de veniant bona.

DE HIS autem qui alijs subiiciuntur, an possint sine facultate superiorum eleemosynam elargiri, infra dicemus in suis proprijs quæſtionibus.

DVBITAT VR tamen, an possit quis facere eleemosynam de bonis communibus sibi & alijs. Et hæc quæſtio habet locum in coniugijs, abbatibus monasteriorum, capitulis ecclesiarum, & in socijs, & in omnibus bonis in communi possidentibus. Et de vxoribus (vt infra latius dicemus) sententia communis est, eas non posse de bonis communibus donationem, aut eleemosynam facere, citra extremam necessitatem, sine consensu viri expresse, vel rationaliter præsumpto: eo quod talium bonorum libera administratio, non vxoribus, sed maritis conuenit: nisi forte ob aliquam causam maritus illa priuetur administratione: quia tunc deuoluitur ad vxorem.

VNDE colligitur vxores, quæ de communibus bonis vel donationes, vel eleemosynas

sine cogente faciunt necessitate: teneri tantundè (si possunt maritus restituere): nisi forte vt postea dicam tam parum sit quod in eleemosynam elargiuntur: quod irrationabiliter conquireretur maritus. Vt si vxor det quoti die parum panis: cum maritus sufficienter habeat pro se & sua familia: & propter illud parum quod vxor distribuit pauperibus non incurrit aliquam iacturam, nec laborem maiorem: quam si vxor illam moderatam eleemosynam non elargiatur. Nisi etiam forte talis & tanta sit consuetudo patriæ qua vxores ius acquirerunt ad aliqua moderata erogandum: quia tunc talis consuetudo excusabit. Et puto, quod talis est in dando panem, aut aliquid quod ex prandio vel cæna superſit. Et si militer, si vxor vtiliter agat rem viri, poterit aliquid de communibus bonis erogare exemplo Abigail 1. Reg. 25. Quæ datis panibus & certis alijs rebus Regi David contra voluntatem viri sui, eum à morte liberauit. Nam tunc adest mariti consensus debitus, & si non elicitus.

ET de abbatibus eodem modo dicendum est quod cum in bonis communibus nonnullam habeant administrationem, poterunt in eleemosynam aliquid elargiri. In quo etiam nõ parum agit consuetudo cognita & scita à superioribus & à monachis, & approbata, vel saltem permilla qua possunt in certa quantitate suis consanguineis, aut quibus velint aliquid elargiri. Capitulum ecclesiæ de bonis communibus quicquam donare, aut in eleemosynam elargiri non potest, nisi consensu eorum accedente quorum interest. Id quæ seclusa semper causa ad oppositum compellente. Et idem dicendum est de socijs aliqua in communi possidentibus. Non enim alter sine alterius consensu saltem rationaliter præsumpto, eleemosynam elargiri licite poterit. Pro capitulo tamen est aduertendum non esse indistincte dicendum, quod omnium assensus sit necessarius ad hoc quod possit de bonis communibus eleemosynam facere. Nam bona communia capituli sunt in duplici differentia. Quædam namque sunt communia collegialiter, quorum dispositio seu dispensatio ad omnes simul spectat, absque hoc quod singuli habeant ius ad portiones illorum bonorum: qualia sunt bona multorum monasteriorum, aut collegiorum, quæ victui & vestitui religiosorum superſunt. Similiter & bona quarundam ecclesiarum, quæ post distributam vnicuique suam portionem, iuxta ecclesiæ regulam & consuetudinem remanent ab ipsa communitate seu capitulo dispensanda. Alia sunt bona communia singulariter. Quorum, nempe, certa portio vnicuique debita est, nec ad communem mensam, aut massam aliquid pertinet, quod non inter singulos

los distribuatur.

HIS notatis dico, quod de primis bonis quæ communia collegialiter dicuntur potest capitulum, non solum ob necessitatem, sed etiam ob piam causam aliquid per viam eleemosynæ, aut alio sine honesto alteri dare: etiam si non adfit omnium consensus: quia ad hoc sufficit maior pars capituli. Vt patet de his quæ sunt a maiore parte capituli cap. Cum incunctis. De alijs autem bonis comunibus singulariter, non sufficit maior pars capituli ad aliquid ex illis bonis alienandum, donandum, vel in eleemosynam elargiendum nisi omnium, quorum interest, accedat consensus. Prebatur cap. Cum omnes, de constitutionibus. Et glossa ibidem. Idem dicit Innocentius ibidem, & alij. Est etiam pro hoc regula iuris. Quod ad omnes attinet, ab omnibus debet approbari.

VNDE colligitur, quod capitulum non potest eleemosynam facere: extra casum necessitatis: de bonis communibus quæ de iure inter Canonicos, & portionarios sunt distribuenda sine ipsorum portionariorum consensu expresse, vel rationaliter præsumpto. SECVNDO colligitur, quod lóge minus, possunt canonici absque eorundem consensu alia beneficia de huiusmodi bonis facere. Ratio est: quia non sunt aliena bona contraſtando dominis inuitis. Et prædicta intelligo vera, nisi contraria consuetudo legitime præscripta, ius præfato capitulo non tradiderit nempe, ad bona communia sine portionariorum consensu dispensanda. Nam hac seclusa: non occurrit ius: nec ratio quæ habeat apparentiam contra nostram sententiam.

SED contra nostram sententiam arguitur hoc modo. Ratione administrationis quam capitulum habet, conuenit sibi sine portionariorum consensu aliquid de communibus expendere, sicut eadem ratione potest maritus de bonis communibus sine consensu vxoris: Immo ipsa reclamante, aliquid erogare. Similiter tunc ratione administrationis potest de bonis pupilli eleemosynam facere absque pupilli consensu. Ergo ita poterit capitulum sine portionariorum consensu, idque ratione administrationis.

AD HÆC dico, quod non est simile quod hæc ratio prætendat quia in nostro euentu capitulum non habet plenam & liberam administrationem illorum bonorum, sed limitatam, iuxta constitutionem fundatorum. Qui nõ minus ius habere voluerunt portionarios respectu portionis suæ, quam canonicos respectu suæ. Ac proinde præfate gratiæ per capitulum portionarijs inuitis factæ in fraudem illorum sunt. Maritus autem nõ solum administrationem, sed etiam dominium habet bonorum communium. capitulum autem

nõ ita. Maritus etiam plenam habet illorum bonorum administrationem: capitulum non nisi limitatam, iuxta regulas & laudabiles ecclesiæ consuetudines. Deinde tutor administrationem habet: sed cum hoc habet minoris consensum præsumptum, aut debitum, & si non elicitum: Similiter & ipſius iuris. Nec enim putandum est curam seu tutelam alicui contra bonos mores & contra pietatem ad pauperes habendam committi: qualiter committeretur si curator non posset pauperibus subuenire & officium pietatis & fraternæ charitatis exercere: sicut minor si adultæ effectus ætatis exercere debuisset. Et si rursus obijcias quod tunc nihil posset capitulum de bonis comunibus disponere sine portionariorum consensu: nego sequelam: quia in his quæ sunt necessaria ecclesiæ aut vtilia facultatem habet capitulum disponendi de prædictis bonis. In qua dispositione: & si actu portionarij non consentiant, iustum tamen est eos consentire. Et ideo perinde est ac si actu consentiant. Secus esset, si capituli dispositio non in publicum ecclesiæ bonum cadat, sed in priuatum & personale. Atiam de his satis.

AD literam ergo San. Tho. descendendo est prius aduertendum quod ea quæ D. Tho. hic asserit confirmauit in secunda. 2. q. 32. ar. 7. Cuius quidem sententiæ cõtinetur tribus conclusionibus quarum prior est.

DE illicite acquisitis quæ nõ possunt retineri ab acquirente: sed ea debet illi, vel illis a quibus acquisiuit: non potest eleemosyna elargiri. Vt de furto, aut rapina, & alijs id genus nõ potest eleemosyna fieri citra extremam, vel quasi extremam necessitatem. Immo prædicta bona veris dominis restituenda sunt.

SECVNDA conclusio. Illicite acquisita tali modo, quod datio & acquisitio erant lege aliqua iustaprohibitæ: sicut erogata in eleemosynas, nõ restituenda dantibus: quia qui accipit retinere non potest, nec (in poenam secundum leges) priori domino restituere. Cuiusmodi sunt illa quæ Simoniacè acquiruntur: & alia quæcunque, quotiescunque dans dedit contra legem, & accipiens contra legem acquisiuit.

TERTIA conclusio est. Illicite acquisitum nõ quia ipsa acquisitio sit illicita, sed eo quod id ex quo acquiritur sit illicitum, retineri ab acquirente licite potest, & in eleemosynam elargiri. Vt illud quod mulier meretricio acquisiuit, quod turpe lucrù vocatur. Quod & iuste accipit, si stipendium sit moderatum & iuste retinet: & in eleemosynas distribuere potest.

SED videtur, quod nulla sit differentia inter secundam & tertiam conclusionem. Ratio est quia ita illicitum est scortari: sicut sacra aliqua aut diuina vendere. Ergo si ille qui ven-

ſic ſacrum non poteſt illud lucrum retinere ſibi: ſed tenetur illud in pauperes diſtribuere etiam nec meretrix poterit ſibi lucrū ex meretricio habitum retinere.

S E C V N D O. De illo quod debetur, & non eſt illius poſſidentis non poteſt eleemoſyna erogari. Ergo nec poterit eleemoſyna fieri de lucro habito per Simoniam: quia illud lucrū non fit acquirentis: ſed vel reſtituendum eſt danti, vt habetur in cap. Veniens, de Simonia, aut dandum eſt eccleſiæ cui facta fuit iniuria: vt habetur cap. De hoc autem, eodem titulo.

H I S non obſtantibus dico, quod propoſitiones San. Tho. ſunt veræ, & communiter receptæ.

E T ad primum argumētum ex præfatis duobus reſpondent aliqui, quod aliquando huius modi turpia lucra dantur gratis, vel aliquo alio titulo de ſe iuſto. vt emptione, aut venditione. Siquis enim emat aut vendat rem iuſto pretio. ſed emit aut vendit tempore aut loco prohibito, vt ſi in die feſto, aut in loco ſacro: talis vendens peccat ſed non tenetur reſtituere pretium illud iuſtum quod pro re vendita accepit. Vnde colligūt hij quod quia ille qui dat meretrici, gratis dat ideo illa poteſt lucrum illud ſibi retinere, & ex illo eleemoſynam largiri. Alia, dicunt, ſunt lucra turpia quæ nullo iuſto titulo habentur, nec gratis dantur. Et hæc non poſſunt ab accipientibus retineri vt lucrum per Simoniam, aut uſuram acquirentem: quia non fuit gratis datum.

A T hæc ratio non ſatisfacit: quia etiam ille qui dat meretrici nō gratis dat ſed dat, vt illa admittat illum, & non admitteret illum, niſi dediffet ei pecuniam, vel æquiualentem. Ideo melius dicit Caiet. in ſuis commentarijs ſuper San. Tho. ſecunda. 2. q. 32. ar. 7. quod quicumque habet dominium alicuius rei, habet uſum illius rei ad aliquid: non tamen quicumque habet dominium rei, habet uſum illius rei ad omnia quæ voluerit, habentes namque primogenituras poſſunt ex eis fructus ſumere: ſed non poſſunt eas vendere abſque ſuperioris, nempe, Regis, facultate, nec eas donare. Sic uſurarius eſt dominus pecuniæ ſuæ: ſed non poteſt eam vendere. quia pecunia nō eſt vendibilis. Et eodem modo Simoniacus eſt dominus ſui beneficij, ſed non ad omnes uſus quia non poteſt illud beneficium vendere, aut emere. Vnde ſiquis propria autoritate vēdat primogenituram. emens tenetur illud patrimonium reddere, & vēdens tenetur reddere pecuniam. Et eodem modo uſurarius tenetur reddere quicquid ultra ſortem accepit quia quando contractus non eſt licitus ex vna parte, nec tenet ex alia, ideſt, nec alia pars obligatur.

V N D E colligitur, quod quædam eſt materia proportionata actui vel contractui, & quædam non. Uſus. n. corporis meretricis de ſe eſt locabilis & vendibilis. Pecunia autem, & res ſacra non ſunt vendibiles. Ideo meretrix poteſt retinere lucrum turpe, & uſurarius, aut ſimoniacus non.

E T ſi arguas in contrarium: quia peccatum non eſt vendibile, & ideo meretrix nō poteſt vendere uſum corporis ſui, quia eſt peccatū dico quod nihil valet hoc. Nam licet verum fit quod peccatum pro formali non eſt vendibile: non tamen eſt verum ſi peccatum accipitur pro actu aut uſu ipſo poſitiuo. Sicut qui vendit aut emit rem in loco aut tempore prohibito, aliās autem iuſto pretio, non tenetur ad aliquam reſtitutionem, & ſi actus eſſet peccatum quia res erat de ſe vendibilis. Et qui laborat in die feſto, peccat quidem: ſed nō tenetur reſtituere ſtipēdium quod illa die lucratus eſt.

V N D E ad primum argumentum nego cōſequentiam.

A D Secundum autem dico, quod San. Tho. dicit, quod acquirentem per Simoniam eſt pauperibus in eleemoſynas elargiendum, ideſt, in pium opus: quia accipiens non poteſt illud ſibi retinere, nec eſt danti reddendū. Nō autem intelligit, quod ſit proprie eleemoſyna. Nam ad eleemoſynam proprie dictam (vt ſupra diximus) requiritur quod ſit de proprijs ipſius dantis, & quod libere det. At Simoniacus non dat de proprijs, nec libere: ſed de bet ex iuris determinatione in eleemoſynas aut pios uſus Simoniacæ acquirentem erogare. Et per hoc facile dices ad ſecūdum informā. **S E C V N D O.** Dicit San. Tho. & alij Theologi, quod ille qui dat pecuniam ſuam ad uſuram, tenetur reſtituere illud quod accepit ultra ſortem. Ratio eſt: quia mutuarius iuſte dedit illud ultra ſortem: non enim potuit aliās prouidere ſuæ neceſſitati, vel non potuit prouidere ſuæ indigentiae aliter ſine iactura. Sed mutuans malefecit in hoc, quod accepit aliquid ultra ſortem: ideoque tenetur reſtituere illi a quo accepit. At in Simonia uterque, dans. ſ. & accipiens, malefacit: ideo neuter licite poteſt illud lucrum retinere, ſed illud acquirentem in pios uſus erogandum eſt. **S E D** cōtra hoc arguitur hoc modo Ille qui emit beneficium aut ſacramentum, erat dominus illius pecuniæ. Ergo, licet peccauerit dando illam pecuniam pro illa re ſacra, adhuc manet dominus illius pecuniæ. Illi ergo reſtituenda eſt.

A D H O C dico, quod hoc quod non reſtituatur illa pecunia ementi ſacrum, eſt de iure humano poſitiuo (vt habetur extra, de Simonia, cap. Veniens, & cap. De hoc autem) & nō eſt de iure diuino, aut naturali. Vnde ſtando in iure

in iure diuino, aut naturali, qui emit ſacrum manet dominus illius pecuniæ, ſicut antea, ſed ius humanum diſpoſuit hoc in odium Simonie.

S E D Contra in cap. Veniens, extra de Simonia, dicitur quod reſtituatur illud Simoniacæ acquirentem illi qui dedit pecuniam. Ibi que ponitur caſus de dante pecuniam Abbati & monachis pro ingreſſu religionis. Et definiuntur in ipſo textu, quod reſtituatur illi qui dedit illam pecuniam, & non retineant Abbas & monachi. Ergo danti eſt ſemper reſtituenda illa pecunia, etiam Simoniacæ acquirentem.

A D H O C dico, quod non eſt reſtituenda pecunia danti, ſed eccleſiæ cui facta eſt iniuria: vt patet in eodem titulo, cap. De hoc autem. Et ad illud cap. Veniens, dico (quicquid dicant non nulli iure conſulti) quod intelligitur quando dans fuit deceptus, eo quod dicitur ei quod illa eſt conſuetudo. Et aliās non eſt reſtituenda illa pecunia danti. Et quod hic ſit ſenſus legitimus illius textus, patet: quia ibidem dicitur quod Abbas & alij monachi dixerant illi intranti religionem, quod illa erat conſuetudo. Vnde ab illis fuit deceptus. Ideo dicit textus quod reſtituatur ei illa pecunia quā dedit pro ingreſſu religionis, **S E C V N D O.** Dico, quod non redditur illa pecunia illi intranti vt ipſe habeat, ſed vt det alteri monaſterio ad quod tranſit: vt etiam in eodem tex. diſponitur: tamquam ſi Papa illam pecuniam ad illum pium uſum applicet.

T E R T I O, Dico, quod ad hoc dubium, nempe, cui illa pecunia ſimoniacæ danda ſit, dicitur iure conſulti (vt Hoſtien. Panormita, & alij ſuper illud cap. De hoc autem) quod vel eſt eccleſia ſecularis, vel regularis illa cuius eccleſiaſtici cōmittunt illam ſimoniam. Et ſi eccleſia eſt ſecularis, rursus diſtinguendum eſt: quia vel ille qui dedit illam pecuniam habet vnde viuat, vel non. Si non habet vnde viuat, illi eſt reddenda pecunia. Si autem habet vnde viuat: rursus diſtinguendum eſt: quia aut omnes de eccleſia peccauerunt, aut aliqui tantū. Si omnes de eccleſia peccauerunt, omnes debent expelli ab eccleſia, & pecunia debet dari eidem eccleſiæ. Et ſi non expelluntur, pecunia debet dari ſiſco Summi Pontificis: vt ipſe Summus Pontif. diſtribuat illam pecuniam in pios uſus. Si autem aliquis, vel aliqui illius eccleſiæ particulares ſolum peccauerunt, & non omnes: illi ſoli ſunt puniendi, & pecunia danda eſt eccleſiæ in cuius ignominiam data fuit. Si autem eccleſia regularis eſt, vel omnes peccauerunt, vel aliqui tantum. Si omnes peccant, datur pecunia ei qui dedit, vt in cap. veniens, dicitur: vt vadat ad aliud monaſterium. Si autem aliqui particulares tantum peccat tunc danda eſt pecunia ſecundo monaſterio, quo ad uſum fructum, tempore quo

vixerit ingreſſus ille, & poſt eius mortem redibit priori cōnobio, ne ſ. propter delictum vnius, vel aliquorum puniatur tota eccleſia. **S E D** dubitatur, an accipientes illam pecuniam ſimoniacā, teneantur ipſo facto elargiri illam eccleſiæ, vel in aliquos pios uſus ante iudicis ſententiam, vel an poſſint ante iudicis ſententiam ſibi retinere, aut danti reſtituere: ita quod amplius non teneantur ad aliam reſtitutionem.

A D H O C prius dico, quod de hoc dubio dicemus in materia de ſimonia. Secundo dico pro nunc, quod ille qui pecuniam recepit ſimoniacam, non poterit ſibi retinere. Ratio eſt: quia accepit per contractum iure irritū. Ideo non acquirentem dominium illius pecuniæ. Ideo nō poteſt ſibi retinere: quia cōtra ius accepit. **T E R T I O.** Dico, quod ſi ille qui accepit ſimoniacam pecuniam ante ſententiā iudicis reſtituerit illi a quo accepit, quod poſtea non tenebitur ad aliam reſtitutionem, licet ſic dando illi a quo accepit ante ſententiā iudicis male faciat. Ratio eſt: quia non habetur vnde cōdemnetur ad aliam reſtitutionem.

Q V A R T O. Dico, quod ante ſententiā iudicis tenetur illam pecuniam dare eccleſiæ in cuius iniuriam data eſt. Et ſi non eſt data in iniuriam eccleſiæ, de conſilio epiſcopi diſtribuitur in pios uſus, vel ſi commode non poſſit haberi epiſcopi conſilium, ipſe poſſidēs poterit conſumere illam pecuniam in pios uſus. Et quod ille teneatur hoc facere ante ſententiā iudicis, probatur, Nam eccleſia potuit in habitare & irritare illum contractum ſimoniacum: ita quod non acquirentem, ille ſimoniacus recipiens, dominium illius pecuniæ. Facit ad hoc etiam extra de Simonia cap. veniens & cap. De hoc autem, & t. q. 1. cap. Siquis epiſcopus, & t. q. 1. cap. Ex mutis.

S E C V N D O. Probatur eadem quarta ſententia. Nam ille qui beneficium accipit, vel rem ſacram, nō acquirentem dominium illius. Ergo nec alius acquirentem dominium pecuniæ. Antecedēs notum eſt ex iuribus citatis, & cōſequentia probatur. Quando vna pars contractuum non aſtringitur aliquo contractu, nec altera. Ergo &c.

V L T I M O dico cum Caiet. in ſua Summa, quod quando ſimonia non eſt conſummata ita quod Titius dedit pecuniam, ſed Sempromius non dedit beneficium, debet pecunia reſtitui eidem danti.

P R Æ T E R E A. Dubitatur, eū monachi, & pupilli, nō poſſint aliquid alienare, quia ſunt ſubditi, & non ſunt ſui iuris: ſi aliquis ludo lucratur ab eis aliquid, an teneatur ad reſtitutionem?

A D H O C reſpondetur duabus propoſitionibus Prior eſt. Si monachi & pupilli perdāt in ludo aliquid, cuius nec dominium, nec ad-

ministrationem, nec dispensationem habent: lucrās tenetur eis, vel veris dominis, restituere. Ratio in promptu est: quia non erat illorū Non ergo illud alienare poterant.

SECVND A propositio est. Si monachus, vel pupillus, habeant administrationē, vel dispensationem, illorum bonorū quæ ludo amittunt, licet non habeant absolutum dominium lucrans nō tenetur ad restitutionem, si illud quod sic ludo amittunt sit aliquid moderatū. Exemplū studēs pupillus cui pater dat. 30. aureos ad suam sustentationem, quia ex voluntate patris est dispensator illius pecuniæ, poterit aliquid moderatū alienare ludo, & lucrās non tenetur ad restitutionem. Ratio est: quia dispensator ille potest, & habet dominium illius pecuniæ ad illos vsus, nempe, vt capiat sibi necessaria. Et quia inter necessariavnum est moderata recreatio: poterit etiā ludens recreari, etiam alienādo ex ipsa pecunia aliquod moderatum. Dixi, moderatum: quia aliās ageret contra voluntatem patris rationabiliter inuati, qui est verus dominus illius pecuniæ.

SE D si pupillus, vel ille qui non est sui iuris lucratur centum aureos ab eo qui est sui iuris & potest alienare, an tenetur ad restitutionem? Et videtur quod non, quia alius, qui pecuniam amisit, erat sui iuris. Ergo &c.

AD HOC dico, non obstante præfato argumento, quod prædictus pupillus lucrās prædictam pecuniam tenetur illam restituere. Ratio est: quia quando contractus est illicitus ex vna parte, vel inualidus, etiam est mancus & inualidus ex alia. Et per hoc respondetur ad argumentum in oppositam partem.

SE D contra hoc arguo hoc modo. Si ille ludens, qui est sui iuris, dedisset illi pupillo gratis illam pecuniam, non teneretur pupillus ad restitutionem. Ergo nec tenetur, si eandē pecuniam det ille ludens hac lege, nempe, lege ludi.

AD HOC, concessio antecedente, nego consequentiam. Nam quando est datio, est legitimus contractus ex vtraque parte. Et alienatio per ludum non tenet ex vtraque parte vt dictum est: quia non est æqualitas ex vtraque parte.

PRÆTEREA Dicit. S. Th. secunda. 2. q. 32. ar. 7. ad. 2. argu. quod si quis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum, & lucratur, tenetur ad restitutionem. Videtur, quod hoc sit falsum. Ille enim sic tractus libere venit ad ludum, & non coactus: Ergo alius trahens non tenetur ad restitutionem. Communiter namque lusores se mutuo inuitant ad ludendum, mutuoque trahuntur, & alliciuntur ad ludū: Vnde, si ille, qui alium allicit ad ludum, & lucratur, tenetur ad restitutionem: omnes fere ludentes ad restitutionem tenerentur. Quod non recipitur.

AD HOC dico, quod Sanct. Thom. intelligit, quod ille qui alium trahit ad ludum tenetur ad restitutionem, quando illum trahit cum illius iniuria, & nō aliās. Vt si quis (v. g.) dicat alicui, veni ludamus, aliās non eris mihi amicus, aut, non soluā tibi quod debeo, aut, percutiāte, vel, dicam omnibus te esse miserum, inciuile, & inconuersabilem, vel aliud id genus.

SECVND O intelligit. D. Tho. (vt super prædictū locū dicit Cai.) quod trahēs alium ad ludum, si lucratur, tenetur ad restitutionē: quando ille trahēs, intracto causat inuoluntarium, saltem mixtum. Vt si instet ille trahens præcibus importunis apud tractum vt ludat, aliās nō lusurum. Et ita affectus rædio: & propter alterius improbitatē, lusit, & nō omnino sponte: tunc tenetur ille trahens ad restitutionem, non autem aliās, quando ipsi. s. sunt affecti ad ludum: & facile se mutuo inuitant ad ludendum.

PRÆTEREA. Circa illud quod dicit. Sanct. Th. in eodē ar. 7. in eadē solutione ad. 2. quod qui lucratur aliquid ab alio cum fraude tenetur ad restitutionem, dubitatur quid intelligat. D. Tho. per fraudem.

AD quod dicendum, quod intelligit omne illud per quod redditur illa alienatio, ex parte perdentis inuoluntaria. Vt si ille lucrans abscondat chartam, vel si dicat se habere plura pūcta, quā in rei veritate habeat, vel si scit notabiliter melius ludere quā alius, & infraudē dicit quod non scit ludere tam bene, sicut alius, & in initio ludi permittit alium lucrari primum ludum: vt alius credat quod non scit tā bene ludere, sicut in re veritate scit, propter quod alius ita credit illum non tam bene scire ludere sicut scit & ideo audet cum illo ludere, vel, si ille lucrans petit sibi dari aliqua pūcta: dicens quod non scit tantum sicut alius, & non est ita.

PRÆTEREA. Circa illud quod dicit. S. Tho. in prædicta solutione ad. 2. nempe, quod lucrās aliquid ludo alearū, per leges imperatoris prohibito, tenetur ad restitutionē, nisi leges sint abrogatæ per contrariam consuetudinem, dubitatur quomodo hoc intelligatur. Ratio dubitandi est: quia illæ leges sunt pœnales in restitutionem ludi. Ergo ille lucrās nō tenetur restituere pecuniam lucratam quousque condēnetur. Nam de iure diuino, aut naturali talis non tenetur ad restituendum prædictam pecuniam: sed solum de iure humano.

AD HOC respondet Paluda. in. 4. d. 15. q. 3: quod ante sententiā iudicis nō tenetur lucrās restituere, & potest de tali lucro eleemosynā facere, quantum est de se. Idem dicit Angelus & Clauasio in sua luma. ver. Ludus. q. 7. Idē dicit Mertinen. codi. de restitut. in propria. q. de hoc. Et nos latius tractabimus infra in materia.

teria de restitutione. Et hoc dicunt non nulli alij Theologi. Et est probabile.

ALIA tamen est opinio. Sanct. Tho. nempe, quod statim ante sententiā iudicis, quod ludo lege prohibito, quis lucratur, tenetur ad restituendum illi qui amittit, secundum legis dispositionem. Et hoc intelligitur esse verum apud illos qui subdūtur ipsis legibus. Vnde, dicit. S. Tho. non possunt huiusmodi lucrantes de illo turpi lucro eleemosynā facere. Idem dicit Siluest. in Summa, ver. Ludus. q. 13. Hanc sententiā tenet Glos. cap. Episcopus. 35. d. & cap. Clerici, extra de vita & honestate clericorum. Idem dicit Tabiena, verb. ludus. q. 8. Et hoc, dicit Siluester, quod intelligatur, quando est notabile illud bonum quod sic lucratur. Nam quando esset parum, & causa recreationis, non teneretur lucrās ad restitutionem. Vt si lucratur quis gallinā, aut aliquid aliud sic moderatum, ad honestam recreationem inter amicos. Et hæc est tutior opinio. Et probatur, quia illæ leges non sunt tantum pœnales. Nam (vt constat) datur perdati repetitio, quæ non daretur, si illæ leges essent tantum pœnales: sed statim applicaretur illud lucrū fisco, vel alijs vsibus pijs. At secundum illas leges, perdens in ludo prohibito potest lucrantem conuenire coram iudice. Ergo illæ leges non erant tantum pœnales.

SECVND O. Illæ leges, non solum prohibent illū contractū qui fit inter ludentes, sed irritant: ita quod nullus potest transferre dominium rei, nec illud acquirere per talem contractum. Ergo ille lucrās non potest illud lucrum retinere, nec alius amittens potuit transferre dominium illa lege. Sibi ergo restituendum est, nisi lex aliud disponat.

TERTIO. Quicumque habet ius in foro exteriori, prius habet illud in foro conscientiæ. Ergo si ille amittens habet ius petendi pecuniam in foro contentioso, habet etiam in foro conscientiæ. Ergo illa lex non est pœnalis cum possit alius se defendere. Ideo propter hæc argumenta tutior est opinio hæc. S. Th. nempe, quod illa lex non solum est pœnalis: sed prohibet translationem pecuniæ fieri sic per ludum alearū: & ideo nec acquiritur nec transtertur dominium rei.

SE D quia, vt dixi, opinio opposita est multorum doctorum, & probabilis, non deberet confessarius negare absolutionem nolenti ante sententiā iudicis restituere: quia (vt supra diximus) confessarius debet absolueri pœnitentem habentem probabilem opinionem, contra propriam opinionem ipsius confessarij. Sed ego consulerem, quod sequatur opinionem S. Tho. quia est tutior: secus autem si leges sunt abrogatæ aut consuetudo in contrarium, sicut est nunc, quæ consuetudo declarat ipsas leges.

PRÆTEREA. In prædicta solutione ad. 2. dicit S. Tho. quod si quis lucratur ab illo qui eum inuitauit, aut mouit ad ludendum, non tenetur ad restitutionem ipsi perdenti, sed debet illud lucrum erogare pauperibus: quia nec sibi potest retinere. Ratio est: quia ambo fecerunt contra legem, & ille qui mouit alterum propter suam cupiditatem: merito multatur illa pœna, & est indignus qui recipiat illam pecuniam. Hæc. S. Thomas.

SE D hoc est dubium. Ratio est: quia cui illa pecunia sit danda, aut restituenda non potest haberi, nisi ex iuris humani dispositione: hoc enim non est de iure diuino, aut naturali. Sed iura humana non declarant cui talis pecunia sit restituenda.

IDE O dico de hoc dubio, prius, quod iusest consulendum, ad sciendum cui illa pecunia est danda.

SECVND O. Dico, quod probabile est, quod lucrans potest sibi retinere ante sententiā iudicis.

TERTIO. Dico, quod optime faciet iudex, si illos ambos priuet, & distribuatur lucrū pauperibus, propter rationes Sanct. Tho. Et forte quod. S. Th. solum hoc voluit dicere, quod in hoc stetur iuris dispositioni, & quod ius sic debet intelligi, & quod iudex ex æquitate sic debet agere, vt dictum est.

VLTIMO. Dico, quod probabile est, quod ille lucrans statim tenetur ad restitutionem, & quod sic ius interpretandum est, nempe, quod de facto statim condemnat illos: vt diximus.

PRÆTEREA. Dubitatur, an vsurarius possit dare eleemosynam, & an data teneat datio. Videtur, quod non, quia vt Sanct. Thom. dicit in secund. 2. q. 31. ar. 3. ad. 3. bona vsuraria non computantur inter bona ipsius possidentis. Ergo, si illa bona alienat, non tenet alienatio: non enim erant sua.

AD HOC dico, prius, quod vsurarius se licite potest eleemosynam elargiri, si modo caueat a scandalo, ne alij putent eum vsuram probare.

SECVNDA propositio est. Et si, absolute loquendo, vsurarius possit licite pauperibus aliquid erogare: non tamen de pecunia vsuraria. Immo, si vsurarius dat eleemosynam de pecunia vsuraria, peccat, & non tenet factum sed tenetur ad restitutionem illius pecuniæ quam sic elargitus est.

TERTIA propositio est. Si dat vsurarius eleemosynam de re sua, & non de vsuraria, licitum est, & tenet factum, dummodo caueat a scandalo, & dummodo sit illa eleemosyna moderata. Ita quod non se constituat in statu, in quo non possit soluere pecuniam vsurariam quam debet creditoribus suis.

PRÆTEREA. Dubitatur, an liceat elargiri

si pauperibus de rebus alijs iusto titulo debitis. Vt si debeas alicui. 100. aureos ex emptione, quia emisti ab illo equum, vel triticum, & non habes aliam pecuniam, nec alia bona, unde facias elemosynam, an licite possis de illa pecunia elemosynam facere?

AD HOC sine controuersia respondetur, quod non licet de tali pecunia elemosynam facere: nec, si de illa pecunia talis elemosyna elargiatur, valet factum & alienatio, extra extremam necessitatem. Immo ille dans talem elemosynam, peccat: & etiā accipiens, si sciat quod alius dat illam pecuniam quam debet. Ratio in promptu est, quia debet illam pecuniam alteri: & si det ex illa, non poterit soluere. **PRÆTEREA**. Dubitatur, an cum quis elargitur elemosynam de rebus quas debet, & non habet alijs, unde soluat debitum, an illa elemosyna teneat. Ita, quod ille qui accipit non teneatur ad restitutionem, sed vere acquirit dominium illius rei. Et videtur, quod ita: quia si ille daret illam pecuniam alia translatione, teneret factum. Si enim (v. g.) luderet, perderetque illam pecuniam, vel si emerret fundum, vel equum, teneret. Ergo eodem modo, si det elemosynam, factum tenet.

IN oppositum tamen est: quia si ille daret elemosynam de pecunia usuraria, non teneret. Ergo nec tenet, si det de alio debito. Tantum namque dominium habet creditor super illud commodum: sicut si alius accepisset ex usura. Ergo non potest de illo debito elemosynam elargiri.

AD HOC dico, quod dubium est, an recipiens talē elemosynam possit illam retinere. Nō enim cōsulerē ego, quod quis retineat quod sic per talē elemosynā recipit. Et pro hoc est Durā. Qui in. 4. d. 15. q. 8. admonet, quod quādo quis habet bona ex usura, furto, vel simonia, (ita quod omnia quæ habet, ultra necessaria ad statum, sunt ex usura, furto, aut simonia) nō est tutum ab illo elemosynā recipere. Ratio est quia illi qui habet illa bona aliquo iniusto titulo, ex prædictis non intenduntur elemosynam dare, nisi ex his quæ lucrātur, aut ex his quæ sic habent superflua. Non ergo est securum in conscientia sic ab huiusmodi elemosynam recipere. Idem dicit Siluester in summa, verb. Eleemosyna.

IDEO statuo hanc conclusionem. Quādo quis dat elemosynam de aliquo debito, tutius est quod non tenet factum, & recipiens tenetur ad restitutionem, vel ei qui dedit, vel creditori, denuntiando illi, qui dedit, quod iam satisfecit creditori in tanta quātitate quātam ab eo acceperat.

SED quia argumentum, quod fecimus in oppositam partem, est apparens, respondeo ad dubium distinguendo: & sic secunda cōclusio. Quando illud debitum est alterius credito-

ris, ita quod possidens non habet dominium illius, tunc illa elemosyna non tenet. Sed accipiens tenetur ad restitutionem: ut in usura & simonia, contingit. Sed quando pecunia vere est possidentis, & dantis, licet debebat illā pecuniam, vel æquivalentem, propter fundum vel equum, quem emerat: tunc, licet male faciat dando de illa elemosynam, tenetur factum, & non tenebitur accipiens ad restitutionem. Ratio est: quia pecunia vere erat ipsius dantis. Ergo vere transtulit dominium. Et ideo etiam tenent alij translationes, nempe, emptiones, venditiones, & ludus.

ET ad argumentum incontrarium, nego, quod ille creditor habeat tantum dominium supra illam pecuniam sic sibi debitam, sicut supra pecuniam usurariam. Ratio est: quia pecunia usuraria est & fuit, creditoris, & alia debita ratione emptionis, non: ut dictum est.

PRÆTEREA. Dubitatur, an pauper existens in extrema necessitate teneatur petere elemosynam? & si opus est, mendicare vel an possit statim accipere rem alienam, vel quomodocumque potuerit, etiā domino inuito?

Et videtur, quod eo ipso quod est in extrema necessitate potest furari vel sic inuito etiam domino, rem alienam accipere. Ratio est: quia (ut dicit S. Th. secund. 2. q. 32. ar. 7. ad 3.) tunc omnia sunt communia. Ergo potest ille pauper furari, & accipere, & non tenetur petere.

AD HOC dico, quod nullus, quantumcumque sit in extrema necessitate potest furari, id est nullus, esto sit in extrema necessitate, potest capere rem alterius, inuito domino, si habet probabilitatē, & spem moralem, quod si petat à domino rei dabit sibi. Hæc probatur: quia nullus potest capere rem alterius, etiam ob quācumque necessitatem, nisi quādo nullo alio modo potest sibi providere. Sed ille pauper adhuc potest sibi providere petendo, vel mendicando. Ergo tenetur mendicare.

SECUNDO. Dico, quod si esset aliquis nobilis, qui mendicando patitur iacturā sui status, & honoris, & esset in extrema necessitate posset accipere rem alterius ad supplendam suam extremam necessitatem. Et adminus, ego non condemnarem talem, si accipiat solum moderate ad supplendam extremam necessitatem: quia non habet unde sibi alias provideat, sine magna sua iactura.

TERTIA propositio sit. Si ille pauper existens in extrema necessitate scit probabiliter moraliter, quod, esto petat, diuites nō dabūt, statim poterit capere id quod sufficiat ad supplendam suam extremam necessitatem, & nō petere. Probatur: quia iam, ex parte sua, non habet quid faciat ad supplendam suam necessitatē, vel unde sibi providere possit. Ergo &c. **ET** ad argumentum in oppositum, respondetur ex prima propositione, & sequentibus. quod

quod interim quod ille pauper habet unde sibi provideat, vel habet modum quo sibi provideat, non accipiendo propria autoritate re alterius, non licet illam sic capere. Vbi autem cessat modus quo sibi possit subuenire, nisi capiat alterius rem, licebit illam capere.

QUARTA propositio est. Si ille qui est in extrema necessitate, accipiat à diuite propria autoritate id solum quod sufficit ad supplendam suam necessitatem extremam, etiam quando erat spes, quod si peteret diues daret, & si malefaciat, non tenebitur ad restitutionem. Probatur quod non teneatur ad restitutionem: quia iam habebat ius ad illud. Sicut qui accipit propria autoritate illud quod alius iuste eidem debet, male facit, quia prius debebat petere coram iudice, sed non tenetur ad restitutionem. Secundo probatur: quia diues tenebatur illi pauperi extremē indigenti dare. Et pauper non tenetur illi restituere.

PRÆTEREA. Dubitatur, an ille qui de pecunia alteri iusto titulo debita, nempe, quia antea commodo, aut mutuo, accepit à creditore, dat elemosynam patienti extremam necessitatem, non habens alijs unde illi subueniat, teneatur ad restitutionem? Et videtur quod non: quia tunc omnia sunt communia. Ergo iam illud, quod dat pauperi, erat prius pauperis. Non ergo tenetur ad restitutionem. Secundo. Accipiens illam elemosynam de prædicta pecunia, non tenetur ad restitutionem. Ergo nec dans. Consequentia bona est, cum eadem sit ratio. Antecedens probatur: quia ille tunc poterat accipere, & si ipse acciperet, non teneatur ad restitutionem: ut supra diximus. Ergo &c.

TERTIO. Si ille dans antea non haberet illam pecuniam, & alijs non haberet unde provideret pauperi illi, liceret tunc accipere à diuite, si diues nollet dare, & subuenire pauperi illi existenti in extrema necessitate, & non teneatur amplius ad restitutionem. Ergo nec nunc.

AD HOC dico, quod tutius est dicere, quod ille qui sic antea debebat iusto titulo pecuniam quā elargitur pauperi existenti in extrema necessitate, tenetur ad restitutionem: si veniat ad pinguem fortunam. Et hoc videtur dicere San. Tho. hic ad 3. & in corpore. ar. & expressus in arti. 6. sequenti. Idem dicit, Iohan. Mettinen. codice de elemosyna. q. 5. ar. 2. Et probatur: quia hic dans dat re alterius. Ergo &c. **ET** ad argumenta in alteram partem oppositam, non est difficile respondere. Et prius, ad primum dico, quod respectu illius qui dat, nō est illa pecunia, vel illud bonum, commune: sic, quod iam sit suū, ut pro suo arbitratu possit alteri donare: sed erat illud bonum commune pauperi qui erat in extrema necessitate: ita quod erat illi applicandum per verū do-

minum, & quādo verus dominus nollet: tūc poterat pauper capere, vel alius, & pauperi dare, non autem domino nesciente, si commode posset scire. Nec tunc si dominus pecuniam sciret, & nollet dare pauperi, excusaretur à debito restitutionis ille qui prius debebat pecuniam, si postea veniat ad pinguem fortunam, licet pro tunc dando, bene fecerit. Ratio est: quia dat rem alterius: ut diximus. Et secundo: quia illa obligatio restituendi erat iam ante illam extremam necessitatem. Ideo licet durante necessitate extrema sopiatur, & dormiat illa obligatio, reuiuiscit postea, quādo ille dans venit ad tempus in quo potest restituere. Si autem ille caperet à creditore illam pecuniam, quā dat pauperi tempore extremæ necessitatis, non tenetur ad restitutionem, esto postea veniat ad pinguiorem fortunam: quia illa obligatio perijt cum ipsa extrema necessitate. Sicut de bonis operibus dicunt theologi sine controuersia, quod bona opera facta in gratia ante peccatum mortale, reuiuiscunt postea recedente peccato mortali. Sed bona opera facta in peccato mortali, pereunt quoad præmium essentiale cum ipso peccato: ita quod nunquā reuiuiscunt. Et hoc dicit etiā Scot. Richar. & Gabri. in. 4. d. 15. Non est igitur idem de eo qui, existente extrema pauperis necessitate, aliena capit, ut illi subueniat: & de eo qui de alioqui debitis eidem pauperi elargitur. Primus quidem non tenetur accepta restituere, quia extrema necessitas fecit, ut non tam aliena, quam ipsius pauperis essent, quæ accepta sunt, cum necessitas hæc omnia faciat communia. De secundo autem, qui de prius debitis elargitur, secus est. Et est ratio: quia ante necessitatem illam extremam præcesserat viua obligatio restituendi creditori.

AD SECUNDO nego cōsequentiā: quia accipiens est in extrema necessitate quando accipit, & ille qui dat alteri existenti in extrema necessitate id quod alioqui debebat, quando accepit non erat in extrema necessitate, nec alius, ideo res non est facta sua: & propterea transacta necessitate, reuiuiscit illud debitum. Et si ille dans acciperet quādo iam erat extrema necessitas, esset illa acceptio opus mortuum, & non reuiuisceret postea: ut iam supra diximus. Et per hoc respondetur ad 3.

ET si contra dicas. Si creditor, cui bona præfata essent restituenda, consentiret in hoc, quod debitor de illis bonis pauperi distribueret, debitor esset liber à debito restituendi illud distributum. Ergo etiam erit liber, si creditor sit absens, seu, si non actu consentiat, ex quo in prædicto euentu sciens pauperi necessitatem, nec esse alium modum quo illi possit subueniri, deberet, si adesset, consentire: & in huiusmodi euentis idem operatur

operatur debitus consensus, quod elicitus, & actualis. Ergo &c.


D I C O, quod esto in similibus euentis idem operaretur consensus debitus, & illicitus: tamen in prædicto euentu creditor ille non cōsentit actu elicitō nec debito, in hoc quod debitor donet, vel mutuet indigenti, cum damno ipsius creditoris. Consentit autem actu debito, licet non elicitō in eo quod est necessarium in tali euentu ad pauperi subueniendū. Et hoc potest esse non de obligando debitorem à debito sibi satisfaciendi, quando poterit. Si enim deberet consentire creditor in hoc quod debitor nomine ipsius creditoris de debitis elargiatur pauperibus, hic consensus releuaret debitorem à debito: verum non tenetur illo modo consentire, cum necessitas pauperistalem consensum nō exigat, ex quo pauperi sufficienter subuenitur per debitorem si debitor nomine suo, & non creditoris, illi pauperi necessaria ministrat. Et creditor in illo euentu non tenetur ad aliud, nisi ad consentiendum actu debito, ad minus, quod debitor nomine sui ipsius, & non nomine creditoris subueniat pauperi illi extreme indigenti.

E X quibus omnibus colligitur, quod quando lucrum, vel res male acquisita, aut possessa est prohibita, ita quod possidens non acquirit dominium illius rei, de ea elemosyna fieri non potest: sed est talis res restituenda. Quando vero actio qua res acquiritur erat prohibita, non autem res, possidensque dominium acquirit illius, tūc de illa licite elemosyna elargitur: vt omnes communiter exemplum afferunt de meretricio.

Articul. sextus.

Vtrum vxor possit de rebus mariti elemosynam facere.

S. Tho. thomo. 4. d. 15. q. 2. ar. 5. & deinceps.



D S E X T V M sic proceditur. Videtur, quod vxor possit de rebus mariti elemosynam facere. Quia (sicut dicit August.) vxor in societatem matrimonij as-

sumitur: propter quod, non de capite, nec de pedibus, sed forma formata est: sed de latere. Si ergo

vir potest elemosynas facere de rebus domus, quæ sunt ei communes ratione prædictæ societatis, & vxor poterit facere.

P R A E T E R E A. De S. Lucia legitur: quod dabat elemosynas ignorante sponso, nec ex hoc reprehenditur, sed laudatur. Ergo vxor potest sine consilio mariti elemosynas dare.

S E D C O N T R A est quod dicitur prima: Corinth. 11. Vir caput est mulieris. Sed membrum non potest aliquid sine capite facere. Ergo nec vxor potest sine viro elemosynas dare.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod in extrema necessitate existenti, quæ facit omnia communia, quilibet, etiam si subditus sit, potest elemosynam facere: quia debet presumere: quod suo superiori placeat, cū ipse dare teneretur: si presens esset, & si etiam prohiberetur. Ideo dicendum videtur, sicut de illicito lucro dictum est prius ad cuius restitutionem aliquis tenetur.

Aliiter autem de vxore distinguendū est. Quia si habet alias res præter dotem, vel est lucrosa, tunc potest tales elemosynas dare, quæ virum non de pauperent, etiam non requisito assensu viri, dummodo non prohibeat. Et si etiam prohiberet verbo, posset probabiliter credere, quod eam non intenderet simpliciter ab elemosynis coercere, sed à superfluitate elemosynarum: nisi aperte pateret ei contrarium. Si autem prædicta duo defuerint, non debet dare elemosynas sine consensu viri, nisi aliquas communes, & modicas, de quibus ei constare potest quod viro placeret, si necessitatem pauperis inspiceret.

A D P R I M V M Mergo dicendum: quod quævis vxor ad societatem assumatur, & in ipsa actu matrimonij sit equalis: tamen in his, quæ ad dispositionem domus pertinent: vir caput est mulieris. Et ideo non est similis ratio de utroque.

A D S E C V N D V M dicendum, quod beata Lucia erat ad huc sponsatatum, nec erat matrimonium consummatum, aut ratificatum. Et ideo de consensu matris: sub cuius cura erat, poterat elemosynam facere.

I N H O C articulo. 6. constituit. Sanctus Thomas aliquot propositiones. Quarum prior est.

I N extrema necessitate existenti quilibet est subditus

subditus, potest elemosynam elargiri.

S E C V N D A conclusio est. Si subditus prohibetur elemosynam facere, dicendū est tunc sicut de illicito lucro diximus in ar. præcedenti. Nam, si subditus dat rem domini sui, quam accepit à domino ante extremam necessitatem tenetur postea, si potuerit, restituere illam rem domino, & superiori. Si autem accepit illam rem tempore extremæ necessitatis, non tenebitur ad restitutionem.

T E R T I A propositio est. Si vxor habet alias res præter dotem vel ipsa sua peculiariter industria aliquid lucratur, de huiusmodi rebus poterit elemosynas elargiri: moderatas tamen propter immoderatas elemosynas maritus veniat in paupertatem, aut notabiles necessitates, & hoc sine consensu viri, si maritus tacuit, & non prohibuit:

Q U A R T A propositio est. Si maritus prohibet vxori, ne det elemosynam, sic verbo generali, adhuc posset dare aliquas moderatas elemosynas. Ratio est: quia adhuc posset probabiliter credere, quod non intendit maritus eam ab elemosynis omnino cessare, sed à superfluitate elemosynarum, nisi aperte pateret ei contrarium.

Q V I N T A propositio est. Si prædicta duo defuerint, non debet vxor dare elemosynas, nisi de consensu viri.

S E X T A propositio est. Potest vxor dare elemosynam sine consensu expresso viri, quando probabiliter moraliter constat ei, quod placeret viro, aut non pœniteret, si videret pauperis necessitatem hæc. S. Tho. Quæ omnia cōfirmat secunda. 2. q. 32. ar. 8. ad. 2.

P R A E T E R E A. Est notandum, quod (vt diximus in ar. præcedenti) cōmuniter vxores ex consuetudine dant aliquas paruas elemosynas, etiam sine expressa licentia virorum suorum vt parū panis, & huiusmodi. Et videtur, quod irrationabiliter viri prohibenter hoc tam parum vxoribus suis, secus esset dere notabili.

S E D videtur, quod vxor possit facere elemosynam, etiam sine consilio viri. Probat: quia ad vxorem spectat gubernare domū in interioribus. Sed ad hanc gubernationem pertinet dare elemosynam. Ergo vxor, non requisito consilio viri potest dare elemosynam.

A D H O C respondet Caiet. in suis commentarijs super secund. 2. q. 32. ar. 8. quod dare elemosynam, non spectat ad interiorē gubernationem domus, sed ad exteriorē: quia dare elemosynam est alienare bona.

P R A E T E R E A vt comprehendamus omnes subditos, sunt notandæ duæ propositiones, quas S. Tho. constituit secund. 2. q. 32. ar. 8. quarum prima est.

I L L E qui est sub potestate constitutus de re secundum quam superiori subijcitur, elec-

mosynam elargiri non debet, nisi quatenus ei à superiore fuerit commissum.

S E C V N D A conclusio est. Omnis qui habet aliquid secundum quod potestati superioris non subijcitur, potest de illo bono elemosynam facere. Ratio est: quia iam, secundum hoc, non est potestati subiectus. Nam, quātum ad hoc, est sui proprii iuris. A prima autē conclusione. S. Tho. excipiunt doctores, 3. articulos. Primus est, quando illi subditō committitur dispensatio illius boni, vel pecuniæ. Si (v. g.) religiosus peregrinaretur, posset elemosynam facere de bonis suæ dispensationi commissis. Similiter secularis qui est in studio, potest de bonis à parentibus suæ dispensationi commissis, & ad suam sustentationem sibi applicatis, elemosynam elargiri moderatam. Secundus articulus est, quando quis est in extrema necessitate, & non est alius qui illi subueniat, potest subditus illi subuenire, vt supra dicebamus. Exemplum est. B. Dominicus. Qui, cū esset ad huc parentibus subiectus, & esset studens Palentiæ, vbi tunc vigeat studium: vēdidit libros quos habebat, vt daret pauperibus, propter famem quæ tunc acciderat, extreme indigentibus. Et credo, quod hoc posset pupillus in magna necessitate, & si nō extrema, dummodo pater non prohiberet expresse. Tertius articulus est in ijs quæ sunt de consuetudine vt supra diximus, quod vxores dum mariti non sunt domi, vel esto sint, solēt aliquid moderatū, & parū, pauperibus elargiri de superfluis mensæ mariti, ad minus.

Q U A R T O. Dico, quod pupillus potest dare elemosynam de his quæ lucratur in bello (quod vocatur peculium castrense) quia sic disponunt leges infauorem illorum qui R. P. defendunt. De alio autem lucro, etiam de illo quod per ludum acquirit, pupillus nō potest sine consensu patris elemosynam facere: quia in alijs lucris, excepto peculio castrensi, manet subditus.

E T si contra arguas: quia quilibet potest de rebus suis elemosynam facere. Sed bona patris, dices, sunt filij. Ergo &c.

A D H O C dicendum. quod filius solum habet, patre viuente, ius ad succedendum in bonis patris. Ideo, patre viuente, nihil potest alienare sine cōsensu patris. Potest tamē moderate bonis patris vti ad suam sustentationem. Pater enim tenetur ipsum filium alere nisi secundum leges culpa sua filius hoc amittat.

C O L L I G I T V R rursus, quod seruus, vel famulus, de rebus domini sui non potest elemosynam dare, nisi esset aliquid parui momenti, de quo probabiliter creditur quod non pœnitebit dominum, & quod est in domini utilitatem.

C O L L I G I T V R tandem, quod monachus, si habet dispensationem rerū monasterij potest, & debet,

& debet facere eleemosynam de superfluis nomine capituli. Si autem non habet dispensationem bonorum in monasterio existens, non debet eleemosynam sine licentia pręlati facere, nisi forte esset extrema necessitas, vel absente Abbate, aliquid moderatum, sub spectatiu habitationis, elargiretur. Monachus autem existens in studio, vel extra monasterium, potest eleemosynam facere. Probatum quia, cum dantur ei expensę, committitur ei eorum dispensatio, Nec propter hoc quod monachus non possit eleemosynam facere, est peioris effectus conditionis: quia longe magis est accepta Deo vniuersalis rerum abdicatio, quā particularis distributio, quę fit per eleemosynas. Et hęc omnia probat Sanctus Thom. hic. & Secunda. 2. quęstione. 32. articulo. 8. ad. 1. & 3. & probant omnes Theologi sine controuersia, ideo non est hic amplius insistentium.

Artic. septimus.

Vtrum possit sibi aliquis eleemosynam facere

S. Tho. thomo. 4. d. & q. vbi supra arti. 6. & deinceps.



AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod aliquis non possit sibi eleemosynam facere: Eleemosyna enim est actus liberalitatis, vel iustitię. Sed hęc

virtutes, propter hoc quod in communiōne consistunt, non sunt nisi ad alterum: ut de iustitia dicitur in 5. Ethico. Ergo eleemosyna non potest esse ad seipsum.

PRÆTEREA. Nullus dat, nisi quod habet, nec aliquid recipit, nisi id quod non habet. Sed nullus potest aliquid simul habere, & non habere. Ergo non potest sibi dare eleemosynam.

SED CONTRA. Homo debet diligere proximum, sicut seipsum. Sed proximum in ad cet diligere affectu quod etiam effectu ei benefaciat. Ergo & sibi debet benefacere, & eleemosynas dare.

RESPONDEO dicendum, quod eleemosyna potest dupliciter fieri (ut ex prædictis patet) scilicet per collationem alicuius rei temporalis

Et hoc modo nullus sibi ipsi eleemosynam facere potest, vel per exercitium alicuius actus spiritualis, vel corporalis. Et quia homo ratione diuersarum partium in seipsum agere potest, sicut anima mouet corpus: & una pars animę aliam & una pars corporis aliam, ideo talem eleemosynam aliquis sibi facere potest. Sed ad subueniendum sibi in corporalibus, natura satis inclinatur, & ideo de hoc non oportuit dari præceptum, sed solum de subueniendo animę, ad quā non ita multi inclinatur. Vnde dicitur Ecclesiasti. 30. Misere animę tuę placens Deo. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod liberalitas, secundum quod consistit in dationibus, non potest esse ad seipsum: sed secundum quod consistit in sumptionibus, potest esse ad seipsum sicut illiberalitas. Sunt enim aliqui illiberales ad seipsum. Qui propter cupiditatem rerum, sibi necessaria subtrahunt. Sed iustitia nullomodo potest esse ad seipsum: quia habet rationem equalitatis quę semper ad alterum esse debet. **AD SECVNDVM** patet solutio ex dictis.

IN HOC. 7. articulo. D. Tho. scripsit vnam distinctionem bimembrem, & duas conclusiones. Primum membrum distinctionis est. Eleemosyna potest fieri per collationem alicuius rei temporalis. Secundum membrum distinctionis est, Eleemosyna potest fieri per exercitium alicuius actus spiritualis, vel corporalis. Et tunc est prima conclusio. Per collationem rei temporalis, nullus potest sibi ipsi eleemosynam facere Hanc conclusionem confirmat Sanctus Thom. in Secund. 2. quęstio. 32. ar. 9. ad. 3. Vbi dicit, quod cum eleemosyna sit opus misericordię: & sicut misericordia non est proprie ad seipsum, ita proprie loquendo, nullus sibi eleemosynam facit, nisi forte per aliquam similitudinem.

SECUNDA propositio in ordine, quam constituit Sanctus Tho. Secund. 2. vbi supra ad idem 3. sic habet. Ex persona alterius potest sibi quis eleemosynam facere, nempe, cum aliquis constituitur distributor eleemosynarum, potest etiam ipse sibi accipere, si indigeat: ex lege, & tenore quo alijs ministrat.

TERTIA propositio est. Per exercitium actus boni potest sibi quis eleemosynam facere. Et sic intelligitur illud Ecclesi 30. Misere animę tuę, placens Deo. Id est, bonum meditare, ut Deo placeas, & bene sis in de animę tuę.

Primus conclusio.

Secunda conclusio.

Tertius conclusio.

Dubium primum.

IN HOC. 7. arti. excutiemus quęstionē hęc quibus est dāda eleemosyna. Et prius dubitatur, an eleemosyna sit dāda omnibus, tā bonis quā malis. Et videtur, quod malis nō sit dāda eleemosyna quia prohibetur in sacra scriptura, ut Ecclesi. 12. Da misericordi & non suscipias peccatorem, & rursus, ibidem, Benefac humili & non des impio, Ergo. &c.

AD HOC dico (& semper fuit sine controuersa receptum, in omnique lege naturali, diuina, & humana expressum) quod in extrema necessitate omnibus, tam bonis, quā malis, danda est eleemosyna, ad naturę sustentationem, etiam pessimis, & infidelibus. Hęc probatur Ecclesi. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Proximus autem dicitur omnis homo a quo aliquid boni alius potest recipere. Et cum ab infidelibus possit aliquid boni recipere, omnes sunt proximi. Ergo omnibus extreme indigentibus subueniendum est.

SECUNDO. Quilibet tenetur diligere proximos suos. Ergo tenetur, quando opus est, benefacere eis. Hoc enim diligere est, bonum velle dilecto. Tenetur ergo eleemosynā dare, quando opus est, tam bonis quā malis.

TERTIO. Ad dandum eleemosynā, etiā inimicis, & malis, exhortatur Christus omnes homines Matth. 5. Estote filij patris vestri qui in cęlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, Quod non dicitur, nisi propter imitationem. Ergo debemus iustis & iniustis eleemosynam dare, Deum patrem imitantes.

QUARTO. Matth. 5. rursus est præceptum, omnes ad diligendum inimicos astringes diligit inimicos vestros. Ergo quilibet tenetur inimicos diligere. Ergo tenetur benefacere, quando extreme inimicus indiget. Et hęc sufficienter quo ad extremam necessitatem.

SED, quid dicendum citra extremam, vel quasi extremam, necessitatem? An sit dāda eleemosyna malis existentibus in aliqua, vel aliquibus necessitatibus non extremis, aut quasi extremis.

AD quod dico esse distinguendum. Nam duplices sunt pauperes. Alij sunt qui de eleemosynis sibi non de futuris securi, in peccatis agunt, qualiter non agerent, si eis eleemosynę negarentur. Et de his sit prima propositio.

QUANDO fuerit certum, aut probabile, quod pauperes qui sunt citra extremam, vel quasi extremam necessitatem, sunt in peccatis propterea quod eleemosynis aluntur, & si eleemosynę eis negentur, resipiscant, & corrigentur non sunt illis eleemosynę elargiendę. Hęc probatur Ecclesi. 12. Desudet eleemosyna in manu tua, quousq; reperias iustum cui des. Et rursus de iusto. Et ne dederis impio. **SECUNDO.** Pro nobis est. D. Aug. & ha-

Dubium secundum.

Prima conclusio.

betur. 5. quęstione. 5. cap. Non omnis. Vbi sic ait. Vtilius esurienti panis tolletur, si de cibo securus iustitiam negligit, quā esurienti panis frangatur, ut iniustitię seductus acquiescat.

TERTIO. In eandem sententiam est Hiero. dicens. Da pauperibus, non locupletibus: non superbis, quo necessitas sustentetur, non quo augeantur opes, & vitia.

QUARTO. Peccantem in nos tenemur ex præcepto charitatis corripere: ut a peccato recedat. Ergo eodem præcepto altringimur quod non præbeamus cibum, aut aliquid aliud, quo in vitijs perseveret, vel crescat. Ergo si hoc periculum est verisimile ex eleemosyna euenturum, cum hoc malum sit, illicita erit talis eleemosyna, vnde illud sequitur.

QUINTO. Qui in prædicto euentu pauperibus eleemosynam elargitur, nocet illis in spiritualibus, & inutiliter tractat rem proximi sui. Ergo male facit.

ALII sunt pauperes, vitiosi quidem: sed nō est probabile, quod illa vitia eleemosynis foueantur, sed est probabile, quod, & si non haberent illas eleemosynas, essent vitiosi. Et de his est secunda conclusio. Pauperibus vitiosis, quorum vitia non fouentur eleemosynis, est elargienda eleemosyna indifferenter. Hęc probatur prius illo testimonio redemptoris Lucę. 6. Omni petenti te tribue.

SECUNDO. Hoc ipsum Christus redemptor Matth. 5. voluisse videtur. Qui nobis patrem suum in exemplum proponit, ut illum imitemur, dicens, Estote filij patris vestri qui in cęlis est, qui solem suū facit oriri super bonos & malos. Ergo malis debemus etiam eleemosynam facere.

TERTIO. Lucę. 6. præcepit Christus inimicos diligere, dicens, Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos. Constat autē inimicos, & eos qui nos odio habent, malos esse. Ergo, &c.

TERTIA conclusio est. Nullus tenetur explorare vitam pauperum ut faciat discretionem in eleemosyna illis faciendā. Hęc probatur testimonio. D. Augusti. Qui in libro de quinque hæresibus, cū loth de hospitalitate commendasset, sic dicit. Qui aduenas & peregrinos, indifferenter colligebat, & angelos etiam, quos homines esse putabat, hospitio recepit. Et rursus. Discite Christiani sine discretiōe exhibere hospitalitatē ne forte cui domū claueritis, cui humanitatē denegaueritis, ipse sit Christus. Et pro nobis est etiā Bernardus dicens. Ne scrutaris, ne illum forte prætereas quā Deus elegerit. Facit etiam ad hoc illud Chrysost. super epistolam ad hebręos. quod habetur. 42. d. ca. Quiescimus. Vbi late tradit hanc prædictam nostrā conclusionem, nempe, quod nō examinemus quales

Secunda conclusio.

Tertius conclusio.

Quales sint qui eleemosynam postulant, sed sine discretione omnibus. cum possumus, subueniamus.

PRÆTEREA. Idem confirmat Diuus Hieronymus ad Paulinam scribens. Quod habetur. 16. quæstione. 1. capitulo si cupis. Hoc ipsum docuit Sanctus Thobias filium suum, Thob. 4. cum dixit. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere.

DVBITATVR etiam occasione huius nostræ 3. conclusionis & dictorum sanctorum, an principes, & rerum publicarum gubernatores, laudabiliter constituent leges quibus mendici astringantur suo quisque solo & patria cuius est indigena contineri & quod ibidem procurentur a suis naturalibus, nec eis liceat ab vna ciuitate ad aliam exire, vt mendicent, nec ab vno regno ad aliud: sed Galli in Gallia procurerentur, & Hispani in Hispania. Etiam quod pauperes sint in suo naturali solo & oppido, dubitatur, an laudabiliter principes, & R. P. gubernatores constituat quod non mendicent, vel ostiatim eleemosynas petant, sed in aliquo loco constituantur, & eis aliquis præficiatur cuius iudicio procurentur, & non alias.

AD HAS duas quæstiones paucis respondimus. Et si in earum argumentum, multa in medium digna scitu profertur, tamen quilibet ingeniosus ex dictis a nobis facile alia intelliget. Pro quarum quæstionum dissolutione referam historiam quandam quæ mea ætate castellæ contigit, imperante Carolo. 5. Imperatore Christianissimo, totius Ecclesiæ duce, ac defensorè inuictissimo, iuuantèque Deo Opti. Max. semper fortunatissimo, ac felicissimo. Cum igitur prædictus Imperator, ac hispaniarum Rex, celebrasset comunia totius regni comitia valeoleti, anno à Christi Redemptoris incarnatione. 523. supra millesimum, petierunt ciuitatum procuratores à Cæsarea Maiestate, vt legem, aut edictum constitueret, quo mendici suo quisque solo & patria cōtinererentur, & non permitterentur circum vagari. Rationem & causam, signantes, quod pauperes & medici fines patrios egressi, regnum mendicantes peragrarent, idque non sine dānis, aiebāt, quæ R. P. eiusmodi gent. svagatione: per multa recipit. Cui petitioni Cæsar satisfacit verbo dicens, postea providebitur. Et nullo edicto publico de hoc aliquid cauit. Rursus in conuentu apud Matritum celebrato, anno Domini. 28. conquestum est de eadem egenorum svagatione, nec aliud responsum, quam prius à Cæsare, emanauit. Solo enim verbo dixit Rex providebitur. Itidem in conuentu apud idem Matritum celebrato anno Domini. 34. pposita fuit Cæsari supplicatio hoc tenore, nempe, quod singulis regni

ciuitatibus præficeretur circumspectus & prudens aliquis vir pauperum negotio, sine cuius fide, & chirographo, nemini liceret ostiatim mendicare: vt hac ratione legitimi pauperes comperti essent. Et huic petitioni veluti iustæ, subscripsit Cæsar dicens quod vagabundi (quos leges validos appellant) oppidis abigerentur, aduenæ qui prætextu paupertatis, falso titulo mendicant, pellerentur à curia. Quibus subiunxit, vt legitimi pauperes suis cuiusque diocesis procurarentur, & alerentur. Nullam tamen Cæsar apposuit pœnam in pauperes legitimos, si mendicatum contigeret eos commigrare in alias regni partes a suis ciuitatibus. Deinde anno quadragesimo (quod ad rem proprius attinet) curia quæ est Cæsari à consilio, ea quæ præfatis petitionibus continentur, vt obseruarentur, senatus consultus mandauit. Et post subscriptiones consiliariorum, instructio quædam appenditur sola manu tabellionis signata qua forma executionis articulim præscribitur. Et summa eorum quæ ad rem pertinent, sex continet articulos. Primus est. Nemini prius mendicare liceat, quam eius paupertas legitimo examine constiterit. Secundus articulus erat. Nulli mendico, etiam legitimo: nisi in propria patria, intra certos terminos, integram sit mendicare, excepto tempore extremæ famis vel alio magnæ calamitatis. Tertius articulus erat. Absque Chirographo, aut parochi, aut illius qui huic muneri delegatus est, quisquam mendicet. Quartus articulus erat, quod, nisi prius sacramentaliter confessis, huiusmodi ad mendicandum chirographa concedantur. Quintus articulus erat. Qui ad limina Iacobi peregrinantur, prohibiti sunt & longam morâ facere in via, & a recto itinere ultra duodecim mille passus (quos Hispani quatuor leucas dicimus) deuiare. Postremus denique articulus erat: vt diocæsani, prætoresque vrbium, pro sua vtrique facultate satagerent instituta hospitalia reficere, eorumque dotes a quibusuis debitoribus ac rectoribus exigere, atque adeo curarent, vt si qua forte ratione fieri posset, vt pauperes in suo quisque territorio abunde sustentarentur, ne vlla eorum necessitas diuagare compelleret. Hæc Martini anno. 44. prelo fuere mandata. Anno autem quinquagesimo, plus minusue, Olisiponæ a senatoribus vrbis ordinatum fuit quod nullus daret eleemosynam nisi claudis, & languidis mendicis nisi mendicus haberet facultatem a gubernatoribus reipublicæ. Super hæc fundamenta cepere ciuitates constitutiones instituire: quibus aliqua in summa continebantur. Et primum erat, vt vagabundi vrbe abigerentur, mox, vt aduenæ mendicantes postquam essent refecti,

& recreati

& recreati: certoque donato subsidio transire protinus cogentur. Tertium erat ne mendicantes indigenæ ostiatim discurrere sinerentur. sed domi receptis alij ad munus hoc destinati eleemosynas colligerent, atque conficerent. Ad hæc obeunda munera cum alij, tum etiam prætores exequutores creati sunt: Cuncta hæc Zelo sancto, ac pietate plena, nepe, vt legitimi pauperes, qui domi clausi malunt præ verecundia, extrema pati quam ad mendicandum prodire, hac ratione possent maiora subsidia recipere. Nam quomodo aliter, quam sancta intentione, institui hæc potuissent. Præsertim Zamoræ, quæ harum fuit vrbium prima, vbi Prior ordinis religiosi, ac toto orbe illustris D. Iohannes aderat, qui nihil vnquam in pauperes decerni permisisset, nisi religiosorum, prudentumque iudicio, in rem esse pauperum cognouisset. Postmodum vero, cum murmura in Salmanticensi vniuersitate de huiusmodi institutionibus suboriretur, consulti nonnulli viri docti à Zamora fuerunt, qui non in vniuersum eorum articulis applauserunt. At nonnulli ex prædictis recisis, iudicio illo: um virorum doctissimorum reliqua subscribere polliciti sunt. Tū demum post dies aliquot scripta ad eosdem viros doctos ab eadem vrbe sunt capita quædam articulorum quæ subsignarent. Et ex illis viris doctis, quidam subscripserunt illis capitulis: quidam autem alij reclamauerunt. Nilominus tamen prædictæ ordinationes venerunt Salmanticam à Zamora, & inde. Valeoletū sunt delatæ. Sed vereor, ne vsq; ad satisfactionem narrationem protraxerim: at necessarium arbitratus sum integram rei summam, de qua dicturus sum, ob oculos ponere. Disputationem igitur hanc, vt pleræque omnia quæ in consultatione posita sunt, in duo statim secari operepretium est. Primum quid nam liceat, quidue illicitum sit, oportet constituere. Mox, ex his, quæ licita sunt, quid expedire videatur, discutere. Nam hanc partitionem Apostolus priore ad Cho. 6. & 10. cap. sub his verbis significat. Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent: sed non omnia edificant. Nec vero eadem via sunt ambo perferenda sed diuersa lance sunt expendenda. Ad cognoscendum quid liceat, aut quid non liceat, lege agendum est. Nam de re qua scripta est lex nullus disputationi conceditur locus: vt iuris prudentes considerant super. l. Propleximus. ff. Qui, & a quibus. At vero vbi ex duobus, quæ ambo per legem licita sunt, vtrum eorum expediat, deliberamus, tunc ex æquo, & bono, argumentisque à prudentia profectis coniectanda res est. Et quia ex rerum diuisione, permulta, & scientiæ, & consilia, luce clarescunt: longe interest inter vagabun-

dos homines, & eos, qui cum vere sint pauperes, mendicando per orbem discurrunt. Nam de priori hominum genere, non lege modo particulari regni, sed antiquiori multo, quæ inter communia iura scripta est, atque adeo diuino ac naturali iure antiquissima, cautum est, ne in R. P. impune permittantur. Alteros vero, nempe aduenas, & peregrinos (saluo eorum iudicio, qui iuris prudentia præstant) nulla lege video, quocumque illi gentium discurrant inhiberi. Quin vero quid Evangelium, & quid naturalis ratio dicat, auscultemus: nec esse apparet ex æquo & bono. Quantum ad priorem partem spectat oportet aduertere quid significet hoc nomen, vagabundus. Quod, quamuis nihil aliud significare videatur, quam hominem, qui sine propria sede, ac domicilio per orbem vagatur (vt super capit. finali, de foro competente, & lege, hæres absens. ff. De iudicijs docte adnotant iurisperiti) addendum tamen est, vt eius notio habeat quod sunt homines nulla necessitate, commoditate, aut utilitate, vagantes. Alias non esset nomen infame, vt plane est: quia hoc nomine vagabundus, otiosos homines subnotamus. Quare qui ratione: aut artis exercendæ: negociationis: aut alicuius necessitatis: siue utilitatis: fines patrios egrediuntur, nec vituperantur: nec proinde hoc infami svagationis nomine censentur. Quod igitur id genus homines, qui nec substantiam habent: vt à seruilibus operibus procul sint: nec debilitate: aut quouis alio impedimento legitime tenentur: quominus labores eiusmodi subire possint: non debeant impune circumuagari. ab omni lege sumetur argumentum. Et vt distinctius agamus: constituo hanc conclusionem: quæ in hac disputatione prior erit.

VAGABVNDI licite pœnis multentur à principibus ciuitatūq; rectoribus: ne liberè per orbem discurrat. Hæc probatur prius lege diuina Genesis. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ergo postquam homo à paradiso illo amenissimo eiectus est: si alias non habeat substantiam vnde viuat, non licet: sine aliqua conuenienti ratione vagari.

SECVNDO hoc ipsum Deus. Opt. Max. in figura confirmauit Deuteronomij. 25. dicens. Non alligabis os boui trituranti. Quod Paulo interpretæ: priore ad Corinthios. 9. non tam curâ quam Deus habet de bobus: exprimit: quam, quod homines: qui in opere sunt: & negotio digni sunt pane quo vescuntur: otiosi vero, minime. Quod rursus Christus ipse seruator noster Math. 10. docuit dignum esse: dicis operarium mercede sua. Idque etiam innuit: vbi homines

illos

illos in foro stantes ociosos reprehendit Matth. 20. quamuis ociositatem illi excusarunt, quod nemo eos conduxerit Apostolus etiam 2. ad Thesalo. 3. quosdam fratres acerbe redarguit, quod ociosi, & absque negotio essent, atque ideo extra ordinem eleemosynas à populo reciperent. Et tandem concludit, quod qui non laborat, nec manducet. Et si nonnulli (quando non alio eos nomine subnotemus) temerarij certe, parū spiritus habentes, parūque ad loquendum circumspecti, & minus Christi consilia considerantes, ubi voluntariam consulerit paupertatem cum religionis exercicio illum locum aduersus religiosos medicantes interpretari tentauerint. Cum tamen ibidē Paulus, & alibi, frequenter aptissimē doceat quātum iuris habeāt, qui spiritualia semināt ut temporalia metant. Attamen non est hic locus digressionis huius: sed ad propositam conclusionem reuertamur: quæ post testimonia quæ adduximus, ratione hoc modo probatur naturali. Qui enim nō habet unde uiuat, nullum ius habet aliena perendi, nisi, aut arte sua, aut quouis alio labore, aut negotio, alijs vicissim seruiat. Vtraque enim ratione Deus, & natura humanis rebus prospexit dum & diuites esse & pauperes sapienter disposuit: sane ut diuites essēt velut anima, quæ corpus regit: pauperes verō ut corpus, quod animæ seruit. Quipe qui terram colant artes exercent: ut sine quibus humana vita transigi nequit. Deus enim & Natura (ut 10. de natura animalium Arist. author est) nihil vnquam frustra fecit. Quare, qui otiosam vitam prodigunt præter legem naturæ viuunt. Vnde (ut Seneca 19. li. ad Lucium: & Cicero. 2. de natura Deorum, testes sunt) otiosi homines perinde sunt, ac si non essent. Et Demetrius philosophus otiosos homines mare mortuū appellat.

TERTIO. Procures, & magnates, qui subditorum vectigalia exigunt, non alio iure possēt accipere, nisi ob curā & solertiam, ac, si opus est, sudores quos in subditis gubernandis subeūt. Qui enim etiam & principes id penitus iuris ac meriti ad tributa habent, quæ sibi à R. P. conferuntur, quod tot tantaque negotia sustineant: ut R. P. armis tueantur, moribus ornent, ac legibus emendent.

QUARTO. Otiositas (ut est apud Salomonem) multam malitiam docuit. Cuius naturam alio prouerbio explicat. Nam, cum de siderijs semper sit pregnās otiosus, quid demum aliud, quam malitiam, parturiat, & iniquitatem? Primum omnium consuetudini aliena petendi annexa confestim est adulatio mox v erecundia perfricatur quo tamen freno homines à vitiorum præcipitio retinentur. Adde etiam carnem ad libidinem emollescere. Etenim (ut Poeta ille testatur) otia sitollās

periere cupidinis arcus: Mendicitas etiam vagabundi, furandi magistra est. Et (ut rem paucis absoluamus) cum huic generi perditissimi morum hominum nulla cum hominibus melioris notæ, quorum bonis moribus imbutur, consuetudo, ac cōmertium sit, fit, ut Christianæ totius religionis facile obliuiscatur. Atque adeo quibus ipsi coloribus semel infecti sunt, inquinare alios, & contaminare pergunt. Vnde Plato, in li. de republica, otiositas pestilentia mortalium est. Quamobrem accuratissime cauit: ut nemo esset in R. P. qui otiosam viueret vitam. Inter Sanctos nostros Theologos Hiero. ad Rusticum (& habetur de Consecra. d. 5. cap. Nunquam refertur) hoc nos clipeo aduersus arma diaboli protectos esse cōmonefecit si nūquam nos otiosos aduersarius ille inueniat. Et Augusti. in epistola quadam ad Vercellenses, nullus (inquit) fructus otij, immo magis dispendium. otiosus. Esau amisit primatus benedictionē: quia maluit cibum accipere, quam querere. Et Christo. super Ioan. home. 26. ait Peruersi facti sumus otio: non labore, nos corrumpere assuevit. Et Seneca li. de clementia. Emollit otium vires, sicut rubigo ferrū. Fax immota, torpet: ignem agitata restituit. At qui alijs quam pluribus, quæ insententiam hanc cumulari facile possent, omisis testimonijs, solus nobis sufficiat. Ezechiel. Qui post longam hierosolymorum execrationem, quo tandem malorum omnium femina patefaceret, Ecce (inquit) hæc fuit iniquitas Sodomæ Sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius, & manū egeno, & pauperi, non porrigebant. Hijs alijsque huiusmodi testimonijs & argumentis instructi quot quot R. P. aut scriptis, aut præceptis, instituerunt, aut rebus clare gestis gubernarunt, otiosos huiusmodi homines de medio R. P. sublatos esse volunt. Qui, ex sententia Salomonis sunt velut acetum dentibus, & fumes oculis. Quo circa. Aristot. 7. eorum libro, quos politicos inscripsit, R. P. in otium partitur & negotium, atque homines ingenio præstantes (quos liberos vocat) in otio esse præcipit, id est, à mechanicis artibus alijsque, id genus corporis laboribus exemptos. Qui partim ad gubernacula R. P. sedeant: partim autem rei præficiatur militari, alij literarum cōtemplationi incumbant, alij denique diuino cultui mancipentur. Eis vero qui potius corporis robore, quam ingenio, valent, seruilis vulgo, nullum (inquit) otium dādum est: sed in opere semper, & negotio, teneatur oportet. Quare de causa Lacedæmonij bellis efferati homines (ut idem illic philosophus cōmemorat) plus forte iusto, armis & rebus bellicis iuuentutē exercebant. At Numa Pompilius secundus Romanorum Rex, homo suapte ingenio religiosus,

gius

gius, & pacificus, non solum (ut Liuius refert) propter Deorum cultum tantam sacrificiorum, ac cæremontiarum multitudinem instituit: sed in hoc præterea, ne, qui armis fuerant assueti, luxuriarent otio animi. Confirmatur rursus prædicta nostra conclusio iure humano eomuni. Et prius. Iustinianus Imperator legem tulit. li. C. 11. cui titulum fecit, de mendicantibus validis: quod est, de his qui eū nō modo sani, sed sint ad labores satis firmi facta simulataque infirmitate, orbem mendicando peragrant, legitimorum pauperum eleemosynas iniuria vsurpantes. Quaproinde lege potestas vnicuique sit & facultas, homines huiusmodi, si serui sint, manu capiendi: si verō sint liberi, perpetuo (inquit) colonarum fulciantur. Idem dicitur in authentica de quaestore, colla. 6. nempe, ut quaestori cura sit aduenas qui in vrbe sunt, qualis quisque sit, explorare, quodque negotium, aut fortuna, eos in vrbe perduxerit, eorum causas, quo facile expediantur, procurare. Si manere velint, valentes sint, & ad laborem sufficientes, ad laborem compellantur. Si autem serui, possessoribus transmittantur. Hinc & peculiare leges regnorum deuatae sunt. Vnde in regno Castellæ stat inter eas, quas partitarū vocant, parte. 2. titul. 22. editum quo legi de mendicantibus subscribitur. Nempe, quod huiusmodi sobeciani (verbum legis est) & vagabundi à R. P. veluti hostes profligantur. Idque alia lege inter eas, quas ordinamenti appellant. Tamen si pluribus verbis cauetur, lex prima est titul. 14. lib. 8. Viruiescæ anno à nato Saluatore re. 387. supra mille, promulgata. Vbi nouū aliud detrimentum, præter ea quæ supra cōmemorauimus, refert, quod R. P. à vagabundis accipit, videlicet, quod dū otiosorum hominum turba permittitur agri vacant cultoribus, & artificum inopia R. P. laborat. Quod circa rigore pœnæ moderato, quæ lege de mendicantibus validis vagabundis decernitur, potestas cuiusque sit, vagabundi in seruitiū proprium cogendi mense integro, absque villo stipendio, præter victum. Aut, quod flagris cæsus ab vrbe exulet. Hæc sunt quæ de naturali iure, ac diuino, ac subinde positiuo & cōmuni, de exigendis vagabundis sanctissime statutæ sunt. Quibus conclusio nostra satis confirmata est.

ALTERVM membrum distinctionis à nobis expendendum, propositum erat, vtrū licitum cuius hominum sit modo non sit factus, sed verus pauper) patrios limites egredi, & quocumque regni mendicatum ire: vel in regna externa, si inter suos alii non possit? An verō contra possint lege prohiberi, atque inter huiusmodi limites cohiberi: ut præfatis illis citatis petitionibus ad Cæsarem, continebatur: De quo, si lex esset iam promulgata, v-

suque longo recepta, verba facere metuerem. Tamen si etiam tunc, si expediret, æquisimus legislator, & consultissima R. P. legem mutaret. Nulla enim iniuria legibus fit, si pro temporum qualitate mutantur. At cum lex ista, non modo non sit executioni mandata, verum, si quis senatusconsultum illud anni. 40. inspiciat, nec sub tenore legis latum sit nihil aliud, quam obsequium, existimo: si ad gubernatores R. P. qualescunque huiusmodi rationes referam. Ideo ad prædictum membrum responderetur aliquibus propositionibus scholastico more.

PRIMA est. Petitiones illæ, quas supra retulimus fuisse Cæsari propositas in regno Castellæ, est res noua, de qua nusquam gentium, aut rogata vnquam lex est, aut edita: hanc probant iura omnia, & diuina, naturalia, & humana. Et prius. Si oppositum nostræ conclusionis, tam esset ex æquo & bono, ut nonnulli Hispani, vulgares tamen, putarunt: nunquā tam improvida fuisset antiquitas, quæ non de hac re legem scripsisset. Cum tamen nostram conclusionem, & contrarium aliorum sententiæ, & ius commune, & particulare regni Castellæ admoneat, & ratio naturalis persuadeat, & aperte sacræ literæ prædicent.

SECUNDO. In authentico præfato de quaestore (postquam cautum est, ut aduenarum causæ, & negotia, examinentur, quibus expeditis, valentes & firmi, aut in suam cuiusque patriam transmittantur, aut laboribus mancipentur) exceptio inde sub hæc verba fit. Læfos autem, aut læsas, corpore, aut canicie graues, hos sine molestia iubemus esse in hac nostra ciuitate, nullo prorsus inter indigenas, aduenasque facto discrimine. Cui lex (quæ Hispani dicunt, ordinamenti) ad verbum subscribit. Nam, postquam præcipit vagabundos exilio relegari, eximit inde, nisi fuerint seniores graues, aut debiles, aut valetudinarij. Adeo, ut de facie conijcere liceat, non posse corporali se opere, ac labore sustentari. Hos namque, absque villo discrimine, siue ciues sint, siue aduenæ, impune lex illa mendicare permittit. Quam deinceps legem. Hæricus Rex apud Taurum edicto nouo ad verbum confirmauit. Quare ex huiusmodi legibus communi bus, aut regni Castellæ, non potest ellici. ut mendicantibus fines & lineæ præscribantur, extra quas non sit eis liberum mendicare: si quidem nulla hætenus ab incolis, modo pauperes sint, aduenas discriminauerit: sed tantū inter simulatos fictosque mendicos, atque legitimos, vniuersè distinxerit. Quamobrem, si conijcere licet, & Cæsarea Maiestas, & eius à consilio curia. 17. annos distulit ad huiusmodi supplicationes certo respondere. Ut potè quas non tam de Christiano pectore erga legitimos pauperes, quam ex mendicantium

Prima conclusio.

R. facienda

tis, liberata est. Multietiam canones sunt qui bus hospites Christianorum fidei committuntur. Si igitur hospitalitatis officium adeo fuit semper celebratum: quibus rogo, maiore cum laude, & merito, Christiani se possunt hospitales exhibere, quam egenis & mendicis? Hospitalitas autem, non tam erga incolas, & ciues nostros, quam erga aduenas & peregrinos, exercetur. Nam, quamuis officium etiam sit, egentem quemlibet recte suscipere: hospitalitatis tamen nomen aduenas proprie designat.

VLTIMO Confirmo sententiam nostram sacrarum scripturarum testimonijs. Quæ scripturæ sacræ nusquam discrimen vllum inter indigenas, & aduenas (modo pauperes sint) fecere. Quin potius æquo iure & momento, commendat nobis vbiq; sacrum eloquium aduenas pauperes, ac indigenas. Et prius Exodi. 23. Peregrino (inquit Deus) molestus non eris, Scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti. Et Leuiti. 23. Postquam messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum, nec remanentes spicas collegitis sed pauperibus, & peregrinis, dimittetis eas. Et Deutero. 10. Deus amat peregrinum, & dat ei victum, atque vestitum. Et vos ergo amate peregrinum. Et paulo inferius capit. 14. Peregrino qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei. primum quidem, si fuerit pauper: alterum vero, si vnde emat habuerit. Et, quod omnium maximum est, inter ea de quibus nos seruator noster admonuit ex æturum esse rationem, vnum, nec in postremis est, si cum hospes esset, & tecto carens, hospitio eum exceperimus. Respondeant ergo mihi, quæso, qui aduenas pauperes abigunt, si & vagabundos proſtigamus, nec alienigenis pauperibus hospitales simus, qui nam reliqui sint quos erga possimus hanc misericordiam exercere? Nesi eos forte dixerint, diuites, inquam, homines & illustres qui apud pares alios hospitantur. Hos verumtamen (tametsi & hoc officium sit) non existimo esse, quos Christus designauit, vbi inter alias pauperum eleemosynas, & hospitalitatem quoque connumerabat. Arbitror ergo ius esse pauperum quocunq; regni mendicatum procedere. Nec satis est, dies hinos aut ternos, sustineri in vrbe, si diutius illis commorari libuerit.

VNDE colligo prius, quod aduenis veris pauperibus danda est eleemosyna, non solum semel aut ad certum tempus, sed semper quo ad ipsi apud nos manere voluerint.

SECUNDO. Colligo, quod lex quæ præcipit quod pauperes, & si legitimi sint, includantur intra terminos vnde sunt oriundi, & non liceat eis ab eisdem finibus mendicatum

exire, est iniusta & iniqua ex defectu formæ, nempe, quia non seruatur æqua proportio inter ciues. Nam sæpè, vt dixi, contingit quod in vno oppido sunt plures pauperes, in quo non sunt diuites qui possent eos alere. Ergo si non exeant ad quærendum victum ipsi pauperes, male peribunt, & diuites suæ patriæ grauatur plus iusto: quia non sunt sufficientes ad alendum tot pauperes. Ideo necessarium est vt illud onus distribuatur etiam per diuites aliarum ciuitatum opulentiarum.

TERTIO. Colligo quod si lex aliqua præciperet quod aduenæ, & si veri sint pauperes non recipiantur hospitio, nisi addiem, vel certum tempus, non est iusta: quia hoc modo cogentur pauperes semper exulare, & in itineribus misere mori, absque sua culpa. Quod contra illud, ad minus, manifeste est, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et cum in sua patria non sint qui sufficienter illos alant, tenentur alij finitimi succurrere.

ET ad nonnulla argumenta quæ aliqui afferunt in contrarium nostræ sententiæ, adeo facile est respondere, quod tediosum reputaui illa referre.

PRÆTEREA. Dubitatur, an propinquo-ribus sit potius elargienda eleemosyna quàm alijs.

AD quod respondet Sanct. Thom. in 4. thom. vbi supra, & in secunda. 2. quæstione. 32. articulo. 9. & communiter omnes viri docti quod regulariter & communiter, & maxime si sint cætera paria, potius subueniendum est consanguineis & propinquis quàm extraneis.

SECUNDO. Dico ex consensu omnium quod si extraneus sit in maiori necessitate, quàm propinquus: aut si extraneus sit notabiliter sanctior vel utilior bono communi, potius elargienda est eleemosyna tali extraneo, quàm propinquo qui has rationes non habet. Sed de his comparationibus agendum est latius in materia de ordine charitatis.

PRÆTEREA. Dubitatur an ille qui ponitur distributor eleemosynarum possit sibi etiam aliquid retinere. Et videtur quod non: quia dominus illorum bonorum commisit illi curam distribuendi illa bona alijs. Ergo non potest sibi aliquid retinere.

AD HOC tamen respondet Sanct. Thom. secunda. 2. quæstione. 32. articulo. 9. ad. 3. quod prædictus distributor eleemosynarum, si sit pauper & habeat illas conditiones, propter quas dominus illorum bonorum commisit illi illam prouinciam distribuendi illam pecuniam, poterit sibi retinere aliquid proportionabiliter eo tempore, & ea lege quæ alijs poterat

terat elargiri. Hæc probatur: quia ibi seruatur intentio domini, qui illa bona voluit distribui hominibus habentibus illas necessitates & miseras. Et per hoc patet ad argumentum, in oppositum.

SECUNDO. Dico, quod cæteris paribus ille distributor potius debet dare illas eleemosynas consanguineis, vel illis quibus illè dominus aliquid debebat, quàm proprijs consanguineis, aut proprijs creditoribus: quia illud intentione (ad minus debita intendebat ille dominus illorum bonorum.

PRÆTEREA. Dubitatur si extraneus sit malus, nempe, quia peccator: & domesticus sit bonus & iustus, an potius sit danda eleemosyna extraneo peccatori, quàm domestico iusto?

AD QVOD dicit Alma. in 3. distinctione. 29. quæstione. 1. conclusio. 7. quod si prædicti, nempe, domesticus & extraneus sint in extrema necessitate, potius est danda eleemosyna illi extraneo. Probat: quia magis tenemur subuenire proximo existenti in necessitate animæ & corporis, quàm existenti in necessitate corporis tantum. Sed ille extraneus est huiusmodi, Ergo. Probat minor quia est in peccato mortifero: vt suppono. Ergo &c.

SECUNDO. Caritas nostra tanto est perfectior, quanto magis assimilatur charitati diuinæ. Sed Deus al. quando malis & peccatoribus dat bona temporalia (vt patet Job. 12. Abundant tabernacula prædonum: & Psal. 147. Promptuaria eorum, nepe, malorum, plena & Iere. 13. Quare via impiorum prosperratur &c.) & bonis & iustus aliquando non exhibet hæc temporalia. Ergo &c.

HIS non obstantibus, oppositam sententiam tenent communiter Theologi. Et hoc habet Sanct. Thom. secunda. 2. quæstione. 26. articulo. 8. & quæstione. 31. & 32. articulo 9. & super Paulum. 1. ad Timoth. 5. super illud verbum. Siquis curam suorum, maxime domesticorum, non habet: infidelis est, & infideli deterior. Et probatur hæc sententia: quia bonus, siue extraneus; siue domesticus, est utilior. R. F. Ergo illi potius subueniendum est. Consequentia bona est, antecedens patet quia bonus orat pro. R. P. & iusti orat. o; exauditur, quod non parum est ipsi reipublicæ.

SECUNDO. In foro exteriori domesticus habet maius ius ad petendam illam eleemosynam, quàm extraneus. Ergo etiam in conscientia potius est danda domestico, estq; extraneus sit in mortifero peccato.

TERTIO. Data opposita sententia, sequetur, quod liceret omisso creditore iusto & probato, dare extraneo pernitioso. Consequens falsum est. Consequentia probatur quia siue

obligor succurrere consanguineo vel domestico obligor succurrere creditori. Ergo. &c. **QVARTO.** Sequeretur quod liceret dare infideli omisso fideli. Hoc autem est contra Apostolum ad Galat. 6. vbi sic ait Operantes bona ad omnes, maxime ad domesticos fidei.

QVINTO. Pro nobis est Magister sententiarum in 3. distinctione. 29. hanc etiam nostram sententiam habet Origenes in homelia 2 super cantica. Vbi inquit. Primum diligamus parentes, secundo filios, tertio domesticos. Eandem nostram sententiam probat Augusti libro. 1. de doctrina Christiana capit. 37. Et inter scholasticos hanc sententiam Sancti Thom. tenet Durand. 4. distinctio. 15. quæstione. 5. Et Alexan. 4. p. quæstione. 114. Idem dicit Bonauentu. in 4. distinctione. 15. in materia de eleemosyna. Quare opinio Alma. non videtur probabilis.

ET ad argumentum in contrarium, facile est respondere, quod illa necessitas est ex culpa sua, quia potest relinquere peccatum.

AD secundum dico, quod Deus etiam prouidet iustis, homo autem non potest prouidere nisi vni: & domesticus iustus est melioris conditionis tunc quam malus extraneus.

SE D. dubitatur ediuerso, an domesticus malus sit præferendus extraneo bono & iusto.

AD QVOD Marsil. in 3. quæstione vltima articulo 3. & in 4. parte articuli. dub. 2. refert vnam opinionem, quæ dicit, quod dilectio naturalis, quæ quis diligit propinquum, non est charitativa, sed carnalis. Et credo, quod etiam hæc est opinio. Egidij Romani. Et addit Marsil. quod talis dilectio non est peccatum, sed compatitur in via propter imperfectionem charitatis. Vnde ad propositam quæstionem dicit hæc opinio, quod secundum dilectionem charitativam, extraneus bonus præferendus est domestico malo. Probat, quia charitas solum respicit bonum. Ergo. &c.

SECUNDA conclusio horum qui prædictam sententiam tenent, est: Loquendo de dilectione carnali, domesticus malus est præferendus extraneo bono. Probat, i. ad Timoth. 5. si quis suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fide negauit, &c. Secundo probatur ex Augusti. in lib. de vera religione. Si nobis opes non suppetunt omnibus, illos maxime debemus inspicere, qui nobis sunt aliqua necessitudine coniuncti.

SE D. quidquid isti sentiant, ego credo quod simpliciter ex charitate, nisi sit magnus excessus in extraneo iusto, domesticus etiam malus est præferendus. Ratio est quia ad hoc inclinamur naturaliter. Ergo illud est bonum ex charitate igitur diligendum.

SECUNDO. Caritas non semper inclinat ad diligendum illud quod est maius bonum

num, vt magis inclinet ad hoc quod quis velit salutem propriam, quàm salutem multorum aliorum, licet illorum salus maius sit bonum. Ergo &c.

PRÆTEREA. Dubitatur, cui tenetur potius monachus subuenire, patri naturali seculari, vel alteri monacho sui instituti?

AD HOC dico, quod in naturalibus, si potest subuenire patri, non exeundo à religione potius debet subuenire patri, cæteris paribus. Secus autem esset, si alter monachus esset prælati, & valde utilis communi bono, etiam religionis. Probatur prima pars: quia est præceptum naturale & diuinum, quod diligamus parentes potius quàm alios. Quæ præcepta non tolluntur propter votum. Secunda pars probatur: quia (iuxta commune principium) bonum commune præferendum est bono particulari. Ergo, &c.

PRÆTEREA. Dubitatur, si pater sit in extrema necessitate, an filius monachus qui exeundo à monasterio vel religione, potest subuenire patri, & non alias petita licentia, licet non obtenta, teneatur exire à monasterio ad subueniendum patri?

AD HOC respondet Sanct. Thom. secund. 2. quæstione. 101. articulo. 4. ad 4. quod non. Idem dicit in quotlib. 3. articulo. 16. Idem tenet Nicholaus de Lira, super Math. capit. 15. super illud, Munus quodcunque ex me, tibi proderit. Et probatur hæc sententia: quia ille religiosus iam est mortuus seculo. Ergo iam non tenetur legibus quæ pro seculo fuerunt datæ.

SECUNDO. Filius clericus non potest subuenire patri armis bellando. Et si filius uxorem duxit, non potest relinquere uxorem, & ire ad subueniendum patri. Ergo nec potest relinquere religionem ipse monachus.

HIS tamen non obstantibus, oppositum credo verum, nempe, quod petita, licet non obtenta, facultate, potest monachus exire à cenobio: immo tenetur, si illa via & non alia potest subuenire parentibus existentibus in extrema necessitate.

HOC dicit Caietanus secunda. 2. quæstione 101. articulo. 4. ad 4. Idem dicit Maior in 4. distinctione. 38. quæstione. 16. Et hæc est communis opinio. Et probatur: quia votum non tollit præceptum naturale & diuinum. Sed præcepto naturali & diuino, tenetur filius subuenire patri. Ergo &c.

SECUNDO Si filius monachus videret à ianua monasterij proximū aliquem interfici ab alio, aut aliquem claudum existentem in domo quæ cōbureretur, teneretur, etiam inuito prælato, exire ad subueniendum, si posset, ex præcepto charitatis. Ergo longe fortius tenetur exire ad subueniendum patri,

TERTIO. Hoc ipsum videtur Christus docuisse Matth. 15. quando reprehendit phariseos, quoniam non succurrebant parentibus, vt offerrent in templo, dicens vos autem dicitis minus quodcunque est ex me tibi proderit &c. & non honoratis patrem nec matrem &c.

AD primam rationem in partem oppositam, nego quod ille monachus sit mortuus ad illos effectus.

AD secundam autem rationem, nego quod non teneatur filius clericus pugnare pro patre in extrema necessitate. Nego etiam quod non teneatur filius coniugatus ad tempus relinquere uxorem, & subuenire parenti existenti in extrema necessitate. Sequitur ar. 8. ex Sanct. Thom. secunda. 2. quæstione. 32. articulo. 10. qui est valde utilis ad intelligendum aliqua testimonia, etiā sacræ scripturæ. Quod dubium non mouit Sanct. Thom. in. 4. Ideo erit hic in ordine octauus. ar.

Articu. octauus

Vtrum eleemosyna sit abundanter faciendā?

Sanct. Thom. secunda. 2. quæstione. 32. articulo. 10.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod eleemosyna non sit abundanter faciendā: Eleemosyna enim maxime debet fieri coniunctioribus: sed illis non debet sic dari, vt ditiores inde fieri velint, sicut Ambrosius dicit in primo de officijs. Ergo nec alijs debet abundanter dari.

PRÆTEREA Ambrosius dicit ibidem Non debent simul effundi opes, sed dispensari. Sed abundantia eleemosynarum ad effusionem pertinet. Ergo eleemosyna nun debet fieri abundanter.

PRÆTEREA 2. ad Corin. 8. dicit Apostolus. Non vt alijs sit remissio, id est, vt alij de nostris ociose viuant: nobis autem sit tribulatio, id est, paupertas. Sed hoc contingeret: si eleemosyna

eleemosyna

eleemosyna daretur abundanter. Ergo non est abundanter eleemosyna largiendā.

SED CONTRA est quod dicitur Thob. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue.

RESPONDEO. Dicendum, quod abundantia eleemosynæ potest considerari: & ex parte dantis, & ex parte recipientis: Ex parte quidem dantis, cum scilicet aliquis dat quod est multum, secundum proportionem propriæ facultatis. Et sic laudabile est abundanter dare. Vnde & dominus Luc. 21. laudauit viduam, quæ ex eo quod deerat illi omnem victum pauperem habuit misit. Observatis tamen his quæ supra dicta sunt de eleemosyna faciendā de necessarijs. Ex parte vero eius cui datur, est abundantia eleemosynæ dupliciter. Vno modo quod suppleat sufficienter eius indigentiam. Et sic laudabile est abundanter eleemosynam tribuere. Alio modo, vt super abundet ad superfluitatem: Et hoc non est laudabile, sed melius est pluribus indigentibus elargiri. Vnde & Apostolus dicit ad Corinthios. 13. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum. Vbi Glossa dicit. Per hoc cautela eleemosynæ docetur: vt non misit sed multo datur, vt pluribus prosit.

AD PRIMVM ergo dicendum: quod ratio illa procedit de abundantia superexcedente necessitatem recipientis eleemosynam.

AD SECUNDM dicendum: quod authoritas illa loquitur de abundantia eleemosynæ ex parte dantis. Sed intelligendum est quod Deus non vult simul effundi omnes opes, nisi in mutatione status. Vnde subdit ibidem, Nisi forte, vt Heliseus boues suos occidit & pauperes ex eo quod habuit: vt nulla cura domestica teneretur.

AD TERTIVM dicendum: quod authoritas inducta quantum ad hoc quod dicit. Non vt alijs sit remissio: vel refrigerium. loquitur de abundantia eleemosynæ quæ superexcedit necessitatem recipientis. Cui non est danda eleemosyna vt inde luxurietur, sed vt inde sustentetur. Circa quod tamen est discretio adhibenda propter diuersas conditiones hominum.

Quorum quidam delicatioribus nutriti, indigent magis delicatis cibis, aut vestibus. Vnde Ambrosius dicit in libro de officijs. Consideranda est in largiendo ætas aut debilitas, nonnunquam etiam verecundia quæ ingenuos prodit naturales: aut si quis ex diuitijs in egestatem cecidit sine vitio suo. Quantum vero ad id quod subditur. Nobis autem tribulatio, loquitur de abundantia ex parte dantis. Sed sicut Glossa ibidem dicit non hoc ideo dicit, quin melius esset scilicet abundanter dare: sed de infirmis timet, quos sic dare monet: vt egestatem non patiantur.

IN HOC articulo. 8. petit. Caietanus dubium circa illud quod dicit Sanct. Thomas nempe, quod dare eleemosynam alicui vt superabundet ad superfluitatem, non est laudabile, sed melius est pluribus egentibus elargiri, an dare eleemosynam sic abundantem sit peccatum? Et videtur, quod non: quia licet Sanct. Thom. solum dicit, quod non est laudabile, & subiungit quod melius est, &c. Et in his verbis videtur contradictio, quia melius comparatur ad bonum: ac per hoc si dare pluribus est melius, dare sic vni, ad minus est bonum & consequenter erit laudabile. Et, si simpliciter non est laudabile, non est bonum, & consequenter, dare pluribus, non est melius illo: nisi sicut dices quod nix est albius coruo.

AD HOC respondet Caietanus quod dare eleemosynam alicui sic abundanter, vt habeat superfluum, contingit dupliciter prius ita quod superfluitas intendatur ab ipso dante. Et hoc modo dare eleemosynam, non est laudabile, sed potius vituperabile, & peccatum: quia actus dandi eleemosynam tendit ad finem indebitum. Nam proprius finis eleemosynæ est subuentio, & non superfluitas. Secundo modo contingit, ita quod superfluitas est credita illi cui datur eleemosyna, vt habeat vnde alijs benefaciat: vt contingit in his qui ecclesijs abundantissime legarunt, vt sacerdotes postea darent pauperibus. Et hoc modo non est peccatum dare eleemosynam alicui, vt super abundet ad superfluitatem. Sed dicit Caietanus quod non est multum laudabile: sed melius est pluribus indigentibus subuenire. vt in litera Sanct. Thom. dicitur. Probat hoc experientia, quia ecclesiæ habent abundanter, & sacerdotes non sic abundanter elargiuntur eleemosynas, vt putauerunt illi qui reliquerunt illas eleemosynas ecclesijs illa intentione, vt sacerdotes

pauperibus distribuerent. Vnde, dicit Caietan-
nus hanc esse mentem Sancti Thomæ, quod
sic abundanter dare, aut non est laudabile,
quia malum: aut, quia est minus bonum.
Ideoque dixit vtrumque, & quod non est
laudabile, & quod dare pluribus, est melius,
quando illud sic dare ad superfluitatem, est
bonum. Nulla igitur repugnantia est iudicis
S. Tho. hæc Caiet.

SECD contra hoc quod dicit Caietan nempe
quod melius est dare pluribus pauperibus,
quam vni sic abundanter vt det alijs, arguo
hoc modo. Melius est ædificare hospitale,
vel ecclesiam, quam dare pluribus pauperibus.
Ergo non est verum quod dicit Caietan-
nus. Probo antecedens: quia de se ædificare
& dotare hospitale vel ecclesiam, est quod-
dam bonum commune, & de se duraturum
in perpetuum. Ergo melius est, quam da-
re pluribus pauperibus, quod est quod-
dam particulare, & durabit solum ad tem-
pus.

SECVNDO. Si nunc hic dicitur qui nunc
vult ædificare hospitale aut ecclesiam, vel do-
tare, non faciat, non erit probabiliter po-
stea qui faciat: & ita non habebunt paupe-
res in futurum hoc bonum, & sic non tam
abundanter, vt putauit ille qui illa bona
reliquit, & non arguitur cultus diuinus. Er-
go &c.

IDEO ego ad principale dubium distin-
guerem. Nam vbi cultus diuinus esset suf-
ficienter augmentatus, & essentiam hospita-
lia pro pauperibus reputarem melius, dare
pluribus pauperibus, quam vni sic abun-
danter. Vbi autem esse probabilitas quod
postea non esset qui sic abundanter daret, &
cultus Dei non esset sufficienter augmenta-
tus, nempe, quia sunt pauci sacerdotes &
pauperes, & non sunt religiosi in tali prouin-
cia: qui exemplo vitæ & doctrina doceant,
alios spiritualia: tunc melius est dare vni
sic abundanter, quam pluribus pauperibus.
Nempe, melius est ædificare hospitale, & ec-
clesiam, & monasterium, & ea dotare, quam
dare pluribus pauperibus. Et sic consulen-
dum est.

PRÆTEREA. Relinquebatur in mate-
ria hac tractatus de elemosyna danda sa-
nis paupertatem voluntariam assumpti-
bus. Ideo, vt integrum sit opus: nec indi-
geas, si nolueris, alium videre, in animo
est quinque dubia tractare, quæ a paucis tra-
ctantur, & sunt digna scitu. Primum erit, an
sit homini sano & robusto necessarium ad sa-
lutem, manibus seu corporaliter operari.
Secundum erit, an hominibus sanis & ro-
bustis liceat temporalia bona quæ possi-
dent, alijs relinquere, & in summa velle viu-

re paupertate. Tertium erit, an liceat homi-
nibus sanis & robustis mendicare, cum pos-
sint proprijs manibus victum quærere.
Quartum erit, an Christus Redemptor
noster summam habuerit paupertatem.
Quintum erit, an Christus mendicauerit.

EST igitur primum dubium, an sit nece-
ssarium ad salutem, corporaliter operari, ho-
minibus potentibus laborare? Et videtur
quod ita. Primum quia spontanea mendica-
tio videtur contra legem naturalem & diui-
nam prius institutam. Probat, Genesis. 3.
dixit Deus ad hominem postquam peccauit,
In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et
Psalm. 127. Labores manuum tuarum quia
manducabis, beatus es, & bene tibi erit.
IOB etiam. 5. habetur. Homo natus est ad
laborem, & auis ad volatum. Videtur in
super esse contra præceptum Decalogi. Non
concupisces rem proximi tui, non bouem,
non asinum, nec omnia quæ illius sunt. Con-
tra quod videtur agere huiusmodi mendicantes,
qui, cum possent sibi providere, potius
ex alienis viuere volunt.

SECVNDO. Probat, hoc præcepto Pau-
li, qui. 2. ad Thessaloni. 3. ait. Siquis non o-
peratur, non manducet. Et rursus subdit
His autem qui huiusmodi sunt denunti-
mus, & obsecramus in Domino, vt cum silen-
tione operantes suum panem manducant. Et
subiungit. Siquis non obediuerit verbo no-
stro, ne commisceamini cum illo, vt confun-
datur. Quod etiam ipse Paulus exemplo
docuit, qui, esto predicationis officium exer-
ceret, non mendicabat: sed labore manuum
sibi, & illis qui illum conuitabantur, necessa-
ria quærebant, ipse dicente Act. 20. Argen-
tum, & aurum, aut vellem, nullius concupi-
ui, quoniam ea quæ mihi opus erant, & his
qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.
Exercebat enim artem scænofactoriam.
Idem præcipit idem Apostolus Priore ad
Thessaloni. 2. & Priore ad Corinthios. 4. &
Priore ad Thessaloni. 4. Inquit enim. Ope-
ramini manibus vestris: sicut præcepimus
vobis.

TERTIO. Super illud. 2. ad Thessaloni-
enses. Siquis non operatur, nec manducet,
dicit Glossa. Quidam dicunt de operibus
spiritualibus Apostolum hoc præcepisse,
non de opere corporali in quo agricolæ vel
opifices laborant. Sed superius conatur, &
sibi, & cæteris caliginem adducere vt quod vi-
liter monet charitas, non solum facere no-
lunt, sed nec etiam intelligere. Et subdit vult
seruos Dei corporaliter operari vnde viuunt.
Omnes ergo, etiam religiosi qui possunt, te-
nentur manibus operari.

Q VARTO

Q VARTO. Spontanea paupertas &
mendicitas est contra charitatem haberi-
dam ad veros pauperes, & est in fraudem
verorum pauperum, qui priuantur eleemo-
synis eis debitis, cum eas robusti mendican-
do, præoccupent. Quod est, contra illud
Ecclesiast. 4. Eleemosynam pauperis ne de
fraudes.

Q VINTO. Pro hoc videtur esse. D. Au-
gust. Qui in libro de operibus monachorum
sic ait. Quid agant qui operari corporaliter
nolunt scire desidero. Orationibus (in-
quiunt) vacamus, & psalmis, lectionibus, &
verbo Dei. Sed August. probat quod per
ista non excusentur, Et prius de oratione
dicit. Citius exauditur vna obedientis ora-
tio, quam decem milium contemptorum.
Et intelligit illos contemptores non exau-
diri, qui manibus non operantur. Et de lau-
dibus diuinis subdit. Cantica vero diuina ca-
tare, etiam manibus laborantes facile pos-
sunt. Deinde subiungit de lectione. Quod
autem se dicunt lectioni vacare, nonne illic
inueniunt quod præcipit Apostolus. Quæ
est ergo ista peruersitas lectioni nolle ob-
temperare, dum vult ei vacare? Postea de pre-
dicatione dicit. Si autem alicui sermo erogan-
dus est, & ita occupatur, vt manibus operari
non possit: nunquid in monasterio omnes
hoc possunt? Quando ergo non omnes pos-
sunt, cur omnes sub hoc obtentu vacare vo-
lunt? Quamquam, si omnes possent, vi-
cissitudinem facere deberent: non solum
vt cæteri necessarijs operibus occuparen-
tur, sed etiam, quia sufficit vt multis audi-
entibus, vnus loquatur. Hæc August. Non
ergo religiosi debent cessare ab opere ma-
nuali propter spiritualia opera quibus va-
cant.

SEXTO. Omnia bona temporalia abdi-
care, & paupertatem extremam eligere, af-
fert secum quam plurima pericula quæ ho-
mo tenetur vitare, qui enim sic viuere eli-
gunt, exponunt se periculo extremæ indigen-
tiæ, & tandem mortis: quia potest vsu veni-
re vt nemo illis necessaria præbeat. Expo-
nunt etiam se periculo incidendi in magnas
necessitates. Deinde exponunt se periculo
furandi & blasphemandi nomen Domini,
iuxta illud Proverborum. 30. Mendicitatem,
& diuitias, ne dederis mihi, tantum tribue
victui necessaria: ne forte satiatus alliciar ad
negandum Deum, & dicam, quis est Domi-
nus? Et egestate compulsus fuerit, & periur-
tem nomen Domini.

SEPTIMO. Super illud Luc. 12. Ven-
dite quæ possidetis, &c. dicit glossa. Non tantum
cibos vestros communicate pauperibus, sed

etiam vendite possessiones vestras: vt omni-
bus vestris simul pro Domino speretis, pos-
tea labore manuum operemini vnde viuatis,
vel elemosynam faciatis. At ad religio-
sos pertinet omnia sua relinquere. Ergo eo-
rum est labore manuum suarum viuere. Te-
nentur ergo, &c.

OCTAVO. Luc. 14. Christus Redemptor
noster docuit quales debent esse pauperes
quibus debeamus elemosynas erogare, di-
cens: cum facis conuiuium, voca pauperes,
debiles, claudos, & cæcos, & eris beatus: non
enim habent retribuere tibi. Vbi in hoc
quod dicit, pauperes & debiles, videtur
excludere sanos & robustos, & in hoc quod
dicit, non habent retribuere tibi, si-
militer eosdem excludit. Nam robusti bene
habent vnde retribuunt, si operari velint.
Vnde quod dicitur, voca pauperes debiles,
non disiunctim, sed coniunctim est accipiendum.

NONO. Pro hoc videtur esse Apostolus
priore ad Timoth. 5. docens quibus viduis
sit de ecclesiæ bonis subueniendum. Et dicit
eas esse, quæ vere viduæ sunt, & illas dicit ve-
re viduas (vt Hierony. alijque sancti expo-
nunt) quæ omni humano solatio sunt destituta.
Quæ nec sibi ipsis sufficere possunt, etiam
si operari velint.

EX quibus omnibus aliqui concludunt, nec
licitum esse sanis omnia bona abdicare & de-
mendicare viuere, nec talibus esse elemo-
synas erogandas. Hoc totum significat Ioan-
nes Casianus libro. 12. cap. 14. dicens, nec
hoc dico vt humanos conatus euacuans, ab
industria & laboris intentione quenquam re-
uocare contendam. Sed plane conitanti-
me, non mea sed seniorum sententia, definitio:
perfectiōem quidem sine his omnino capi
non posse: his autem (nempe industria &
laboribus solis) sine gratia dei posse eam a
nemo consumi: vt enim dicimus conatus
humanos apprehendere eam per se ipsos,
sine adiutorio Dei non posse, ita pronun-
ciamus laborantibus tantum ac desudanti-
bus misericordiam Dei gratiamque confere-
ri: & vt verbis Apostoli loquar: volentibus &
currētibus impartiri: secundum illud quod etiam
in psalmo octogesimo octauo, ex persona Dei
cantatur: posui adiutorium in potestate: &
exaltaui electum de plebe mea. Dicimus
enim secundum saluatoris sententiam dari
quidem petentibus: & aperiri pulsatibus,
& a querentibus inueniri: sed petitionem
& inquisitionem & pulsationem nostram
non esse condignam nisi misericordiam Dei id
quod petimus dederit, vel aperuerit quod
pulsamus: vel illud quod querimus fecerit
inueniri. Præsto est namque, occasione sibi

tantum

Tantummodo à nobis bone voluntatis obla-
ta, ad hæc omnia conferenda: amplius enim
ille quàm nos, perfectionem salutemque no-
stram desiderat & spectat. Et in tantum bea-
tus Dauid prouentum sui operis ac laboris
propria tantum industria non posse, noue-
rat, obtineri: ut à domino promereri directio-
nem suorum operum, iterata prece deposce-
rit, dicens. Et opera manuum nostrarum diri-
ge, super nos, & opus manuum nostrarum diri-
ge: & rursum: confirma hoc Deus, quod ope-
ratus es in nobis. Hæc Casianus. vide ergo
quomodo sanctorum sententia, Dei gratia
ac perfectio, sine labore & Dei auxilio, asse-
qui non potest: ergo omnes debent laborare
& non aliorum bonis cum proprio ocio sustetari.
IN oppositum est ecclesie approbatio & co-
firmatio, in qua multi sint, qui, cum diuites
sint, omnia tamen abdicantes religionem in-
grediuntur, & mendicant. Quod utique
damnandum esset, si verum esset quod præ-
fata opinio prætendit. Ergo, &c.

SECUNDO. Ad illa præcepta quæ com-
muniter omnibus proponuntur, & religio-
sis, & secularibus, non magis tenentur religio-
si, quàm alij. At præceptum de operando
manibus omnibus proponitur. Si ergo argu-
menta in oppositam sententiam aliquid pro-
bant de religiosis etiam probant de nobili-
bus & diuitibus secularibus: quod tenen-
tur manibus operari. Minor patet in argu-
mentis adductis pro alia sententia. Ergo,
&c.

QVÆSTIONEM hanc more nostro
aliquibus conclusionibus absoluemus: sup-
posito prius ex S. Thom. secunda. 2. q. 187. ar.
3. & ex Metinen. cod. de eleemosyna. q. 8. &
sic ex alijs doctoribus communiter, quod
corporalis labor ad quatuor præcipue ordi-
natur. Prius ordinatur ad quærendum vic-
tum & necessaria ad hanc vitam conseruan-
dam. Secundo ordinatur ad tollendum otium
& inconuenientia quæ ex otio sequuntur.
Tertio ordinatur ad reprimendum con-
cupiscentiam carnalem, & ad exercendum
corpus & subiiciendum illud rationi. Quar-
to ordinatur ad elargiendum alijs eleemo-
synas. Quod ait Apostolus ad Ephes. 4. sub
his verbis. Qui furabatur, iam non fure-
tur, magis autem laboret manibus suis, ope-
rando quod bonum est, ut habeat unde tri-
buat necessitatem patienti.

Prior con-
clusio. HIS notatis, sit prior conclusio. Corporalis
labor cadit sub præcepto, prout est necessari-
us ad quærendum vitæ necessaria. Hæc pro-
batur. Nam quod ordinatur ad aliquem fi-
nem, ab ipso fine necessitatem habet. At sub
præcepto tenentur homines quærere sibi ne-
cessaria. Ergo sub præcepto tenentur homi-

nes manibus laborare, quando aliter non pos-
sunt vitam conseruare, cuiuscunque sint
conditionis.

SECUNDO. Confirmatur ex illo quod
ex Paulo supra adduximus. Qui non vult o-
perari, nec manducet: hoc est, ea necessitate
tenetur aliquis ad operandum manibus, qua
tenetur ad manducandum. Vnde si quis
posset vitam agere sine eo quod comedat,
non teneretur manibus operari. Nec obstat
si dicas quod ille qui non habet unde vitam
conseruet, poterit capere aliena: quia si quis
potest labore corporali sibi licite victum ac-
quirere, non potest licite aliena capere, & id
dicimur posse, quod licite possumus. Et Apo-
stolus non præcipit, aut denuntiauit esse in
præcepto laborem corporalem, nisi ad exclu-
dendum peccatum eorum qui illicitè
victum acquirebant: ut in locis citatis con-
stat.

VNDE etiam sequitur, quod qui iure hære-
ditario, aut alio iusto titulo, habet bona tem-
poralia unde viuat, non tenetur laborare cor-
poraliter.

SED, est aduertendum, quod sub labore ma-
nuali intelliguntur omnia humana officia
ex quibus homines victum lucrantur, siue
manibus, siue pedibus, siue lingua fiant. Vn-
de cursores, vigiles, causidici, consiliarij &
prædicatores, & præceptores dicuntur ma-
nuali labore viuere, si suo officio viuunt. Et
opus enim manus omnis operatio intelligit-
ur qua aliquis licite victum potest lucra-
ri, eo quia manus est organum organo-
rum.

SECUNDA conclusio. Labor corporalis
secundum quod ordinatur ad tollendum o-
tium, vel ad subiiciendum corpus rationi,
non cadit de se sub præcepto. Probat: quia
multis alijs potest, vel caro macerari, vel o-
tium tolli, quàm per opus manuale. Satis enim
maceratur caro & infirmatur, per ieiunia
& vigilias, & satis tollitur otium per me-
ditationem sacrarum literarum, orationes,
& diuinas laudes. Et hoc confirmat glos.
super illud psal. Defecerunt oculi mei in elo-
quium tuum, dicens, non est otiosus qui ver-
bo Dei tantum studet, nec plurius est qui ex-
tra operatur, quàm qui studium cognoscen-
dæ veritatis exercet.

VNDE colligitur, quod propter has cau-
sas religiosi non tenentur ad opera manua-
lia, sicut nec seculares, nisi forte ad hoc
per statuta sui ordinis astringantur. Et hoc
confirmat D. Hierony. ad rusticum mona-
chum dicens. Egiptiorum monasteria hunc
tenent morem, ut nullum absque opere aut
labore suscipiant, non tam propter victus ne-
cessitatem, quàm propter animæ salu-

Secunda
conclusio.

tem,

Tertia co-
clusio.

et. m. ne vagentur pernitiosis cogitationi-
bus.

TERTIA conclusio. Labor manualis
non cadit sub præcepto ad elargiendum e-
leemosynas communiter, sed solum in euen-
tu quo quis ex necessitate eleemosynas e-
largiri tenetur, & non posset aliunde habe-
re unde pauperibus subueniret. Quo euen-
tu etiam religiosi tenerentur manibus la-
borare.

VNDE colligitur, quod tempore quo
proximus verus pauper, est in extrema ne-
cessitate, cui subueniri non potest, nisi per
hoc quod monachi cessent à mendicitate,
& non petant, tenentur illud facere, & la-
bore manuali sibi victum quærere, vel alia
honestia via, & non mendicando: quia pau-
peres miserabiles extremam necessitatem
patientes priuarentur eleemosynis sibi de-
bitis. Et hoc factò confirmauit Paulus (ut
ipse dicit ad Corint.) quod non solum ab
eleemosynis, sed etiam à mercede sibi ra-
tione predicationis debita, abstinere, ne
fratribus offendiculum præberet.

PRO hoc est Hiero. ad Damasum, dicens
Qui bonis paternis & operibus suis suste-
tari possunt, si quod pauperum est, accipi-
unt, sacrilegium profectò committunt.

ET ad argumenta in oppositum, facile est
respondere. Et ad primum & secundum di-
co, quod illud præceptum quod ab apostolo
proponitur, & nos citauimus, est de iure na-
turali commune: & proponitur omnibus
hominibus cuiuscunque sint conditionis.
Et ad præcepta quæ sic proponuntur toti
communitati, non tenentur omnes omni
tempore. Sat enim est, quod vnusquisque
pro captu suo aliquo honesto vtatur officio
& exercitio, secundum illud priore ad Corin.
12. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Et
si totum auditus, vbi odoratus? &c.

AD TERTIVM dico, quod illa glos. lo-
quebatur contra quosdam monachos, qui di-
cebant quod non licebat monachis mani-
bus operari, moti ex illo Math. 6. Ne sollici-
ti sitis animæ vestræ quid manducetis, &c.
Et quod illa glos. non obliget omnes mona-
chos ad operandum manibus, probatur ex
illo quod subiungit: vult seruos Dei corpora-
liter operari unde viuant. Ergo expresse di-
cit seruos Dei tunc teneri ad operandum ma-
nibus quando aliàs non habent unde viuat,
sicut alij laici.

AD QVARTVM nego antecedens. Sed
solum (ut diximus) illud esset verum tempo-
re extremæ necessitatis, vel quando consta-
ret sanis & robustis, quod, si ipsi petant ele-
emosynas, non habebunt illi pauperes. Tunc
enim, ut dixi, tenerentur manibus laborare
robusti & sani, &c.

AD QVINTVM autem dico, quod
dupliciter potest quis vacare illis operatio-
nibus spiritualibus, in argumentis citatis.
Vno modo publice & communiter in com-
modum totius communitatis. Et hoc modo
vacantibus prædictis operationibus, licitum
est eleemosynas petere multis nominibus:
Tum, quia seruiunt communitati, de illa igitur
sustentationem debent accipere: Tum,
quia officia illa sunt necessaria communitati
sustentari: Vt Paulus ipse docebat, dicens.
Non est multum, ut qui spiritualia vobis se-
minauimus, carnalia vestra metamus: prio-
re ad Corint. 9. Et hoc non intendit negare
Augu. Alio modo potest quis vacare præ-
dictis operationibus priuatim, nempe, præ-
dicando, vel docendo, vel orando pro ali-
quibus particularibus, aut pro se. Et ij, so-
lum propter hoc non debent à labore ma-
nuali abstinere. Et de ijs loquitur Augu. ut
constat ex verbis illis: si sermo alicui ero-
gandus est, & similibus. Et non omnibus
communiter.

AD SEX TVM respondetur, negando
antecedens, sicut ad quartum. Sed solum
sequitur, quod tempore necessitatis teneren-
tur laborare: ut diximus.

AD SEPTIMVM eodem modo di-
co, quod glossa solum intelligit, quod tem-
pore necessitatis propriæ, vel alterius, & cum
quis tenetur eleemosynas elargiri, et non
habet unde, nisi laboret manibus: tunc tene-
tur laborare corporaliter, non aliàs.

AD OCTAVVM dico, quod in illis
locis Christus Redemptor non ter solum vo-
luit docere fideles, quod non agant eleemo-
synas intuitu retributionis alicuius, sed il-
las elargiantur propter ipsum Deum, sine
spe temporalis retributionis, & ut subueni-
ant indigentibus, siue sani sint siue infirmi
aut languidi.

AD NON VM dico, quod Paulus loque-
batur de ecclesia tempore quo aut non habe-
bat bona temporalia, aut paucissima. Ideo
docebat, quod adhuc de paucis illis ho-
nis ecclesie, non alerentur viduæ omnes,
seu quæ erant veræ viduæ, id est, priuatæ &
destitutæ omni humano alio adminiculo.
Nunc autem, quia ecclesia abundat bonis tem-
poralibus, omnibus indigentibus elargiendum
est. Et si dicas, religiosos debere imitari Apo-
stolos, in hoc quod laborabant manibus: dico,
quod Apostoli aliquando laborauerunt cor-
poraliter ex necessitate. Et sic debent illos re-
ligiosi imitari, ut diximus. Aliquando vero
laborabant Apostoli ex maiori perfectione,
& erat opus supererogationis. Et in hoc non
tenentur religiosi illos imitari: & si voluerint,
bene facient.

AD

AD TESTIMONIA autem quæ citauimus in primo argumento dicunt aliqui, quod non sunt verba præceptiua: vt illud Genesis. 3. In sudore vultus tui, &c. & illud Psalmo. Labores manuum tuarum quia manducabis, &c. sed sunt consilia. Sed melius dicit Sanctus Thom. vbi supra, quod ibi explicatur præceptum naturale, sed non currit omni tempore, sed necessitatis, nec obligat omnes omni tempore: vt nos exposuimus inter respondendum ad primum argumentum. Et hæc de priore dubio à nobis proposito.

Dubium secundum.

DVBI V M secundum erat, an liceat sanis diuitias habentibus eas relinquere, & in summa viuere paupertate. Et videtur, quod non. Prius, quia viuere de bonis fidelium, est merces deputata predicantibus euangelium pro tuo labore necessario communitati fidelium, secundum illud Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo. At non omnes qui bona temporalia relinquunt, vt in summa viuant paupertate, possunt euangelium predicare, aut spiritualia seminare: vt sunt multi religiosi qui non sunt habiles ad docendum alios, nec ex ordinario officio tenentur predicare. Ergo his non licebit bona sua relinquere, vt in summa viuant paupertate.

SECUNDO. Religiosi, & illi qui in summa viuunt paupertate, sunt in statu perfectionis, secundum illud Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. At perfectius est dare elemosynas, quam accipere, iuxta illud actuum. 20. Beatius est dare, quam accipere. Ergo potius debent homines de bonis suis, aut de operibus manuum suarum, elemosynas elargiri, quam illas accipere.

TERTIO. Ad illos qui in summa volunt propter Deum viuere paupertate pertinet, impedimenta virtutum, & occasiones peccati, vitare. At acceptio elemosynarum prebet occasionem peccati, & impedit virtutis actum. Ergo, &c. Probat minor: quia qui frequenter ad alienam mensam comedit, otio deditus, necesse est, vt aduletur pascenti se. Et Exod. 23. dicitur. Ne accipias munera, quæ excæcant prudentes, & mutant verba iustorum. Et prouerb. 22. dicitur. Qui accipit mutuum, seruus est facientis, quod est contra religionem, quia vera religio aduocat homines ad libertatem. Ergo, &c.

SED in oppositum est exemplum sanctorum qui religiones instituerunt, propter quas homines, aliæ diuites, omnia sua bona relinquunt, vt in summa viuant paupertate. Et D. Grego. refert in 2. Dialogorum, de Beato Benedicto, quod tribus annis latuit in quod

dam specu viuens de his quæ ei à Romano monacho ministrabantur, domo propria parentibusque relictis, & sanus robustus, quæ existens non quæsiuit victum labore manuum suarum. Ergo, &c.

AD dubium ergo paucis respondebimus conclusionibus, quarum prior erit. Sanctum & magnæ perfectionis opus est desere, temporalia bona propter Deum summe dilectum relinquere, & in summa viuere paupertate. Hæc probatur prius illo consilio Christi Seruatoris nostri, Si uis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Confirmatur exemplo Christi & Apostolorum, qui ab ipso Christo edocti in summa vixerunt voluntaria paupertate. Et hanc voluntariam paupertatem Christus trequenter probat & commendat in Euangelio. Ergo, &c.

SECUNDO. Probatur autoritate ecclesie: hanc enim nostram conclusionem definiuit Nicholaus. 3. in extrauag. Exijt. Vbi sic ait. Dicimus, quod abdicatio omnium rerum temporalium, in speciali & in communi propter Deum, meritoria est & sancta: quam & Christus, viam perfectionis ostendens, & verbo docuit, & exemplo firmavit. Quamque primi fundatores militantis ecclesie, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte viuere per doctrinam ac vitam ipsorum alios deriuarunt. Hæc Nichol. 3. Vnde manifesta est nostra conclusio. Et oppositum fuit error quorundam doctorum Parisiensium, olim per Alexand. 4. & Innocentiū. 4. reprobatus. Quibus itricte præcepit ille Alexander vt errorem suum retractarent: vt videre poteris in decretali sua, quæ incipit. Non sine multa &c.

TERTIO. Pro hoc est id quod habetur in libro de ecclesiasti. dogmatibus, Bonum esse scilicet de proprijs, pauperibus erogare: sed melius esse omnia relinquere, & cum Christo agere. Accedit etiam Hierony. ad Eluidiam inquitens. Si vis esse perfecta, & in primo dignitatis fatigatio stare, sequere Apostolos, da omnia quæ habes pauperibus, & nuda nudum Christum imitare. Et idem ad Rusticum monachum scribens, qui relicto sæculo omnia bona sua à se abdicauerat ait illud durum esse & difficile, nempe, omnia bona abdicare: sed magna faciens spectare præmia. Si igitur homo omnia bona quæ habet a se abdicet, non ex hypochrisi, aut ob alium in honestum finem, sed vere propter Deum, vt Christi doctrinam seruet, ipsiusque exemplum imitetur, sancta est huiusmodi abdicatio.

SECUNDA. conclusio. Omnis homo qui est in aliqua vera indigentia, potest elemosynis aliorum eam subleuare, aliorum

aliorum auxilijs vtendo, & petendo. Hæc probatur, præter ea quæ supra adduximus: quia iam habet ius ad petendum, postquam per se (vt suppono) non potest sibi subuenire, & alij possunt bonorum suorum dominiū ad illos vere egentes transferre.

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio. Religiosis & omnibus qui bona sua abdicant, & in summa viuunt paupertate, debetur stipendium sustentationis, si, vel prædicando, vel orando, aut sacramenta ministrando, aut alio quouis honesto officio vtendo, spirituales aliorum utilitatem intendunt. Hæc probatur ex Paulo prius ad Corint. 9. Qui altario seruiunt, cum altario participant. Ita & Dominus ordinauit his qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere.

SECUNDO. Confirmatur ex D. Augu: in lib. de operibus monachorum, vbi ait. Si euangelistæ sunt, fateor habent potestatem viuendi de sumptibus fidelium. Si ministri altaris, dispensatores sacramentorum, bene sibi istam, non arrogant, sed plane vendicant potestatem. Et hoc ideo, quia sacrificium altaris, vbi cunq; agatur, est commune toti populo fidelium.

VNDE colligitur, quod qui insistant studio sacre scripturæ ad communem utilitatem totius ecclesie, possunt elemosynis & communibus stipendijs viuere, & à labore manuali cessare: & eodem modo ille qui quocunq; honesto vtitur officio in commodum totius R. P. Et pro hoc est Hierony. contra vigilantium, dicens. Hæc vnde que vsque hodie perseverat consuetudo, non solum apud nos, sed etiam apud Hebræos: vt qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & patrem non habent in terra, nisi solum Deum, totius orbis foueantur ministerijs.

COLLIGITVR rursus, quod qui bona temporalia quæ habent, donant alicui monasterio, possunt postea viuere de elemosynis monasterio ministratis: vt sunt monachi, qui quando ingrediuntur religionem bona temporalia quæ habebant monasterio largiuntur. Ideo possunt postea elemosynis monasterio collatis viuere, & si non labore corporaliter. Et pro hoc est Augu: in lib. de operibus monachorum, dicens. His, qui relicta vel distributa, siue ampla, siue qualicunq; opulencia Christi pia & salubri humilitate numerari volunt, vicem sustentandæ vitæ eorum res ipsa communis & fraterna charitas debet. Qui laudabiliter agunt, si manibus operentur. Quod si nolunt, quis audeat eos cogere? Hæc Augu: Et sequitur. Nec est attendendum in quibus monasterijs, vel in quo loco, indigentibus fratribus quis quis hoc quod habebat im-

penderit: omnium enim Christianorum vna R. P. est.

Quarta conclusio.

QUARTA conclusio. Religiosi, vel alij qui bona sua abdicant, si absque necessitate, & utilitate, quam afferant, velint ociosi de elemosynis quæ pauperibus dantur, viuere, errant, & illicitum admittunt. Hæc est S. Thom. secunda. 2. q. 187. articulo. 4. & est Augu: in lib. de operibus monachorum, vbi sic ait. Plerumque ad professionem seruitutis Dei ex conditione seruilij aliqui veniunt, vt ex vita rusticana, & ex opificum exercitio, & ex plebeo labore: de quibus non apparet, vtrum ex proposito seruitutis Dei veniant, an vitam inopem & laboriosam fugientes vacui pasci, ac vestiri velint: & in super honorari à quibus contemni conteri, que consueuerunt. Tales ergo se quo minus operentur, de infirmitate corporis excusare non possunt: præteritæ quippe vitæ consuetudine conuincuntur. Et postea subdit. Si nolunt operari, nec manducant. Nec propterea ad pietatem diuites humiliantur, vt pauperes ad superbiam extollantur. Nullo enim modo decet, vt in ea vita vbi senatores fiunt laboriosi, fiant opifices ociosi, & quo veniunt relicti delitijs suis qui fuerunt prædiorum domini, ibi sint rustici delicati. Hæc Augu:.

COLLIGITVR ex hoc, quod nimium oscitantes viuunt religiosi, qui sunt dediti somno & nimie loquutioni, & tandem sine assiduo exercitio victitant. Deberent quidem confundi, cum sint in perfectionis statu, non laborare & conari semper vt perfecti inueniantur.

AD PRIMVM igitur argum. in oppositum, dicendum quod religiosi, & illi qui in summa viuunt paupertate, prædicant ex commissione prælatorum, vel orant pro alijs fidelibus, vel predicantibus & orantibus pro alijs, ministrant, aut mittunt aliquos ad predicandum: ideo possunt aliorum sumptibus, ali. Et hoc dicunt glossæ super illud Pauli. 2. ad Timot. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere, id est prædicatorem, qui in agro ecclesie ligone verbi Dei excolit corda auditorum.

AD SECUNDM dico, quod cæteris paribus, perfectius est dare, quam accipere. Sed omnia sua pro Christo dare, & modicæ accipere ad vitæ sustentationem melius est, quam aliqua priuatim aliquibus pauperibus dare: vt ex supra dictis patet.

AD TERTIVM dico, quod accipere vitæ ab aliquo sibi nullo iusto titulo debito absque utilitate & necessitate, prebet occasionem peccati, & non aliâs. Sed hoc non habet locum in religiosis, vel qui in summa propter Deum volunt viuere paupertate. Et hæc

de se-

Fuisse pauperem: sed non dicit fuisse mendicū. Et hæc est communior sententia Theologorum. Et probatur prius: quia mendicare introductum fuit in pœnam peccati. At Christus nō potuit peccare. Antecedēs patet: quia si homo nunquam peccaret, nunquam esset mendicitas.

SECVNDO. Deutero. 15. scriptū est. Omnino egenus & mendicus non erit inter vos. Ergo Iudæi propter legem non permittebāt Christum mendicare.

TERTIO. Apostoli non mendicabant ostiatim (de qua mendicatione, vt dixi, nūc loquor) non enim erat quisquam egens inter illos: vt in actibus apostolorum habetur. Ergo nec Christus sic mendicabat.

QUARTO. Si Christus mendicasset, graue offendiculum videretur ponere euangelio, eō quōd videntes Christum mendicare facile scandalizarentur, putantes id ex impotētia Christi prouenire, qui sibi ipsi de necessarijs prouidere non posset, & proinde non recte de Christi miraculis & virtutibus sensissent.

VLTIMO. Confirmo nostram conclusionem quia quidquid sit de rationibus factis, est tō non sint omnino efficaces, nusquam legitur Christum ostiatim mendicasse, etiam si de multorum oblationibus priorum, ipse & discipuli sui necessaria vitæ haberent. Ad eō, vt de his possent alijs pauperibus subuenire. Illa autem quæ Christus ab alijs accipiebat, non tam ratione suæ indigentia, quā officij publici docendi, & predicandi, & aliorum publicam vtilitatem quærendi, ei debebantur. Itaque stipendium & merces potius, quā elemosyna, dici poterat. Si enim Christus mendicasset, non est verisimile quōd non scriberetur ab aliquo Euangelista, quod tamen nusquam reperitur.

ET ad argumenta omnia in oppositum dictum est, quōd non probant, nisi quōd Christus habuit summam paupertatem. Et illud psal. 39. Ego autem mendicus sum & pauper, intelligitur, id est, sum secundum quōd homo, sicut mendicus, id est, nihil proprij habens: & non solum sum pauper, id est, pauca bona propria habens. Nec aliud probant omnia illa quæ in contrarium adduximus.

ET, si petas, an teneantur illi qui habent bona temporalia dare elemosynas illis qui volunt in paupertate summa viuere, dico, quōd si illi nihil faciunt in aliorum vtilitatem, sed solum volunt sic in paupertate viuere, vt pauperes sint, & Christum pauperem imitentur. Et quia Christus hoc consuluit, non tenentur alijs illis elemosynas facere. Probatur: quia si cut liberum est illis, illam eligere paupertatem ad quam non tenebantur, ita liberum est alijs non dare illis elemosynas: Sed ipsi eli-

gentes illam pauperem vitam prouideant sibi labore manuum suarum, vel alia via.

SECVNDO. Dico, quōd si eligentes illam pauperem vitam, vacant aliorum vtilitati, nē pe, pro alijs orando, sacrificando, sacramenta ministrando, vel predicando, tenentur alijs illos alere: vt supra probauimus. Et ita tenebantur Iudæi Christum Redemptorem alere. Et Paulus petebat elemosynas pro sanctis qui erant Hierosolymis, eō quia pro alijs orabant. Et hæc de materia elemosynarum. Et quia secundum genus operum, per quæ dicunt Theologi homines præcipue satisfacere, erat oratio, agendum nobis est de oratione. Ideo sequitur quæstio. 16. in hac secunda. 4.

Quæstio. 16.

Articul. primus.

Vtrum oratio sit actus intellectus & voluntatis?

Ex S. Tho. Th. 4. d. 15. q. 4. art. 1. & deinceps.



D PRIMVM sic proceditur. Videtur quōd oratio sit quidam affectiua partis actus. Primo per Augu. qui sic definit orationem. Oratio est purus affectus mentis in Deum directus.

PRÆTEREA. Hugo de S. Victo. dicit, quōd oratio est deuotio quæ dicitur ex cōpunctione procedēs: sed deuotio ad affectum pertinet. Ergo oratio.

PRÆTEREA. Imperium & oratio non differunt, nisi secundum relationem ad superiorem & ad inferiorem: secundum quōd imperatur inferiori: sed oratur superior. & voluntas est quæ imperat alijs viribus. Ergo ipsa est cuius est orare & petere.

PRÆTEREA. Oratio exterior interioris desiderium insinuat orantis. Sed oratio interior est quæ per exteriorem innotescit. Ergo oratio interior nihil aliud est, quā interioris desiderium: & sic ad affectiua pertinet.

SED

SED contra: super illud Psal. Exaudi Deus orationem meam, &c. dicit Glos. quōd oratio est, quando vota nostra Deo pandimus. Sed pādere, siue demonstrare, est actus rationis. Ergo orare.

PRÆTEREA. Secundum Damas. oratio est petitio decentium à Deo. Sed decentia importat ordinem alicuius ad alterum. Cum ergo ordinare sit ratio, & oratio rationis erit.

RESPONDEO. Dicendum, quōd (sicut dicit Cassianus) oratio dicitur quasi oris ratio. Vnde ex suo nomine oratio significat expressionē alicuius actus rationis per effectum oris. Habet autem ratio duos actus, etiam secundum quōd est speculatiua. Primus est, componere & diuidere. Et iste actus rationis exprimitur ore per orationem quā Philoso. Perhier. describit. Secundus actus rationis est, discurre de vno à aliud innotescendi causa. Et secundum hoc syllogismus oratio quædam dicitur. Et quia sermones rethorici, qui conciones dicuntur, continent argumentationes ad persuadendum accommodatas: inde est, quōd etiam orationes dicuntur, & Rhetores oratores. Et quia orationes istæ, præcipue quantum ad genus causarum quod iudiciale dicitur ordinantur ad hoc, quōd aliquid à iudice petamus (vnde & in iure aduocationes postulationes dicuntur) ideo traslatum est vterius hoc nomen ad significandum petitionem quam Deo aliquis facit, velut iudici qui habet curam nostrorum actuum. Et sic definiuit Damas. orationem: Oratio est petitio decentium à Deo. Sic enim loquitur hic de oratione. Et ideo cuius est actus petitio, eius actus est oratio.

SCIENDVM est ergo: quōd homo ab alijs animalibus differt quantum ad virtutem & motiuam partem in duobus. Primo quantum ad uoluntatem vel concupitum: quod quidem alijs animalibus ex natura determinatum est, homini autem non. Secundo quantum ad prosecutionem uoliti vel concupiti: quia alia animalia habent determinatas vias & instrumenta quibus sua desideria expleant. Et ideo quam cito in eis fit desiderij motus, tam cito membra ad actum applicant, nisi sit aliquid prohibēs per violentiā. Homo autē nō habet vias & instrumenta determinata: & ideo ratio homini subuenit in

his duobus quia, & inquiri propriū & de ermi natiū boni quod desiderari oporteat. & instrumenta ad opus determinat in prosecutione desiderati. Et ideo in nobis actus rationis præcedit, & sequitur actus uoluntatis. Præcedit quidē inueniēs per cōsilium quid per uoluntatem eligi oporteat: sequitur autem per imperium ordinando vnicuique instrumento, quid ei oporteat facere. Et hunc rationis actum imperatiuus modus exprimit in verbis. Instrumenta autem quæ ratio applicat per imperium ad prosecutionem vel consequutionem desiderati, non solum sunt vires animæ & membra corporis, sed etiam exteriores homines: quia quæ per amicos fiunt, aliquid per nos fiunt: vt Philoso. dicit in 2. Ethico. Sed etiam exteriores amici non sunt in potestate nostra, sicut sunt membra corporis et vires animæ. Et ideo applicatio prædicta ad consequutionem desideratorum qui extra nos sunt, aliquid dicitur imperium vel præceptum, quando illi sunt in potestate nostra: aliquid autem dicitur petitio quando non sunt in potestate nostra, quasi nobis subiecti: vel etiam deprecatio, si supra nos sunt. Vnde, sicut imperium est actus rationis, ira petitio & deprecatio. Et hoc patet per Philoso. in 1. Ethico. Qui dicit quōd ratio ad optima deprecatur. Vnde & per consequens, oratio rationis est actus applicantis desiderium uoluntatis ad eum qui non est sub potestate nostra, sed supra nos. s. Deum. Vnde definitio Damas. Oratio est petitio decentium à Deo, verissime essentialiam orationis declarat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd dirigere affectum mentis in Deum: contingit dupliciter. Vno modo sicut in obiectum. Et hoc modo affectus in Deum directus est amor Dei. Et sic non loquitur hic Augu. Alio modo affectus in Deum dirigitur, vt in illū quo affectus mentis desiderantis explendus est. Et hanc directionem affectus in Deum facit ratio prædicto modo applicando ad ipsum illud quod desiderat affectus. Et ipsa directio affectus in Deum oratio est. Vnde definitio illa materialis est, secundum quōd per rem directam significatur ipsa directio: sicut etiam quandoque per fidem significatur res credita. Et similis modus loquendi est cum dicitur, quod oratio est desiderium boni: in

glos.

1o. i. Theſſalo 5. quia ipſum deſiderium eſt rem oratam expleri.

AD SECVNDVM dicendum, quod ſicut in petitione exteriore, dicitur aliquid eſſe petitio dupliciter ſ. ſecundum veritatem, ut cum dicimus, da mihi hoc: & ſecundum interpretationem quandam, ut cum aliquis manum porrigit, vel neceſſitatem exponit: ita etiam interior oratio quæ fit ad Deum eſt quidem ſecundum rei veritatem actus rationis, ut dictum eſt, quodammodo Deum pulſantis. ſed recogitatione neceſſitatum propriarum & erectio ſpei ad Deum, ſunt quidem orationes per quandam interpretationem. Et ſic etiam deuotio oratio dicitur ab Hugo de S. Victo.

AD TERTIVM dicendum, quod ille qui petit, aut imperat, aut depræcatur, aduocat aliquid ad conſequentionem finis, vel proſequentionem intenti. Hoc autem non eſt voluntas: quia ipſa ſimpliciter & abſolute fertur in ſuum obiectum, in quod eſt finis, ſed eſt ratio, cuius eſt ordinare vnum ad aliud: & ideo proprie accipiendo, imperium non eſt voluntatis. Sed dupliciter dicitur voluntas imperare. Vno modo per quandam interpretationem, ſive æquivalentiam. Quia enim imperans per imperium ſuum mouet, ideo a ctus animæ ad quem motus ſtatim ſequitur, imperium dicitur. Et quia ad actum appetitiuæ ſi ſit completus, ſtatim ſequitur motus in corporalibus organo ideo appetitiuæ virtutes dicuntur imperantes motu. Alio modo in quantum principium imperij in voluntate eſt. Aduocare. n. aliquem ad finem ſuum, quod ad imperium pertinet, præſupponit appetitum finis, & eſt quædam proſequutio illius. Et propter hoc potentiæ, vel artes operatiuæ ſeu habitus qui ſunt circa finem, dicuntur imperare iſtis quæ ſunt circa ea quæ ſunt ad finem. Et ſecundum hoc voluntas, quæ habet finem pro obiecto, dicitur imperare in quantum imperium quod eſt actus rationis in voluntate incipit, ad quam pertinet deſiderium finis.

AD QVARTVM dicendum, quod verbum exterius prolatum eſt ſignum alicuius dupliciter. Vno modo immediate illius, ſ. ad quod ſignificandum, principaliter inſtitutum eſt: ſicut hoc nomen, ignis, ſignificat elementum quoddam. Alio modo mediate, ſ. quando ipſa res quæ primo ſignificatur, accipitur ut ſignum alterius rei, ſicut ignis ſignificat charitatem propter aptitudinem quæ habet illa res ad ſignificandam charitatem ex ſimilitudine quadam. Oratio igitur exterior vocalis ideſt hoc nomen vocale ſignificat immediate actum rationis deprecantis ſi etiam oratio exterior per modum orationis proponatur. (ut cum dicitur, da mihi ſed tuarum aſſiſtricem ſapientiam) ſed mediata ſignificatione ipſum deſiderium exprimit ſicut principium a quo procedit: ut ex dictis patet. Et ſecundum hoc intelligenda eſt prædicta deſcriptio orationis, quod oratio eſt, quando vota noſtra Deo pandimus.

HANC materiam de oratione ſcolastici Theologi tractant in. 4. Senten. d. 15. Et San. Tho. egit etiam de oratione Secunda. 1. 7. 83. Et in hoc art. 1. Di. Thom. conſtituit duas conſiſiones. Prior eſt. Oratio capitur multipliciter, nempe, pro compositione vel diuisione intellectu, quam deſinit Ariſto. 1. Perier. Secundo, capitur pro ſilloquio, vel argumentatione. Tertio, capitur pro oratione rhetorica. Et his modis non agimus de oratione hic: quia impertinentes ſunt iſtæ acceptiones ad Theologum. Quarto modo capitur oratio pro quadam petitione. Et hoc modo ſumpta oratio ſpectat ad Theologum, & in hac acceptione agemus de oratione. Secunda conſiſio Sancti Thomæ eſt. Oratio eſt actus rationis, & ſi præſupponat actum voluntatis hanc conſiſionem nos exponemus, & probabimus.

EST igitur prius dubium in hac materia quoad quid eſt orationis, an oratio ſit actus intellectus, vel immediatus ſit actus voluntatis.

AD quod dico prius, ſeparando certum ab incerto. Certum eſt ad orationem concurrere actum intellectus, & etiam voluntatis. Nam qui ſolum cognoſcit, & nihil deſiderat, non orat: & qui ſolum deſiderat in ſe & nihil apud alium proponit, non orat. Vtriuſque ergo potentiæ actus requiritur ad orationem.

SED dubium formaliter, & immediate, & quo ad ſubſtantiam & quidditatem eſt cuius potentiæ ſit actus intellectus an voluntatis?

DE QVO

DE QVO ſunt duæ opinioniones. Prior dicit orationem eſſe actum voluntatis. Hanc ſententiam tenet Metinen. Codi. de oratione quaſtione. 1. cum paucis alijs. Quam probant, prius: quia ſi oratio eſt actus intellectus non eſſet niſi cognitio quaſdam. At oratio non eſt cognitio. Ergo non eſt actus intellectus. Probatur minor: quia ois cognitio, vel eſt apprehenſiua, aut iudicatiua. Sed nulla harum eſt oratio. Ergo &c. Quod non apprehenſiua, probatur: quia alijs omnis qui aliquid apprehendit, oraret. Quod non iudicatiua, probatur: quia qui actu orat non plus cognoſcit ac iudicat, quam ſi non oraret, cæteris eodem modo ſe habentibus. Ergo &c.

SECUNDO. Ille actus quem hæc verba, Da mihi hoc, ſignificant, potius ad voluntatem pertinet quam ad intellectum: quia (inquiunt) imperare eſt volutatis cui ſubſunt hi quibus imperat.

EST enim (dicunt) voluntas velut regina aliarum potentiarum, quæ alijs potentijs non ſubeſt: ſed aliæ ipſi ſubiacent. Voluntas ergo imperat alijs, & non contra.

TERTIO. Orare ſeu petere aliquid mentaliter eſt actus mere voluntarius & exiſtens immediate in poteſtate orantis. At actus intellectus non eſt ita immediate & in ſe liber. Ergo oratio eſt actus volutatis immediatus & potius, quam intellectus.

AD quaſtionem hanc reſpondebimus aliquibus propoſitionibus dignis quæ à fidelibus memoriæ mandentur. E quibus prior eſt Oratio eſt vnam ex operibus Deo benedicto ſumme acceptis. quod opus plurimum meretur & valet apud ipſum Altiffimum, manſit que ſemper in eccleſia Dei in omni lege, tam naturæ, quam ſcriptæ, quam etiã gratiæ, tanquam quid Deo ſumme acceptum. Hæc probatur, prius exemplis ſanctorum, virorumque iuſtorum, qui aſiduè orationi vacarunt, & viuentes vacant: nec vnquam viſus aut ſcriptus aliquis fuit, qui Deo eſſet dilectus, qui nõ fuerit orationi deditus. Et pro tempore quo quis orationi non vacat, ſed, vel vitijs, vel ſollicitudinibus huius vitæ diſtractus vitam agit, parum eius opera valent apud Deum. Vnde colligitur, quod qui voluerit in vita ſpiritali proficere, totis viſceribus viribusque orationi inſiſtere debet. Quod totum graphicè docet Caſſia. collatio. 9. capitulo 2. fere vſque ad finem, & inter alia ſic dicit. Omnis monachi finis cordis que perfectio ad iugem atque indurptam orationis perſeuerantiam tendit: & quantum humanæ fragilitati conceditur, ad immobilem tranquillitatem mentis, ac perfectam nititur puritatem. Ob quam poſſidendam, omnem, tam laborem corporis, quam ſpiritus contritionem in deſeſe quaerimus, & iugiter exercemus. Et eſt in-

Prima conſiſio.

Dubium primum.

ter alterutrum reciproca quaſdam inſeparabilis que coniuñtio, inuicem ſibi mutua ratione connexa. Nam, ſicut ad rationis perfectionem, omnium tendit ſtructura virtutum ita, niſi huius culmine hæc omnia fuerint colligata atque compacta, nullo modo firma poterunt vel ſtabilia perdurare. Hæc Abbas Iſaac.

SECUNDO Chriſtus Redemptor noſter ſumma cum diligentia commendauit & docuit orationem, eandemque eius diſcipuli ſumma veneratione receperunt Nam de Diuo Bartholomeo legitur, quod centies flexis genibus orabat die, & toties in nocte. Oratio igitur opus acceptiſſimum eſt Deo.

TERTIO. Hoc ipſum commendabat dominus Oſæ. 14. dicens. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos laborum noſtrorum: qui vituli nihil aliud ſunt, quam orationes. Ergo &c.

QUARTO. Totus diuinus cultus, vel eſt oratio, aut ad orationem terminatur, & cum illa perficitur ut bene adnotauit Guilermus in principio ſuæ Rhetoricæ diuinæ, & Gabri. ſuper Canonem. Iectio. 61. Ergo &c.

QUINTO. Tota catholica Eccleſia in omni ætate, tam præterita, quam præſenti, omnes ſuos fideles exhortatur ad orationem & laborat ut noctu diuque ſemper oremus. Ergo oratio opus eſt Deo acceptiſſimum.

SEXTO. Pro hoc eſt illud Lucæ. 18. Oportet ſemper orare, & non deficere. Et Paulus ad Theſſa. 5. fratres, ſine intermiſſione orate. Pro hoc etiam facit quod D. Hiero. ad quendam monachum ſcribebat (ut habetur de cõſeeratione diſtinctione 5. capit. Nunquam.) Nunquam de manu tua Pſalterium cadat. Et ruruſus. 36. diſtinctione. Oret in eccleſia ſacerdos indefinenter. Et ad hæc accedit, quod oratio eſt opus magnæ virtutis, nempe religionis ut poſtea præſius agemus, & prædicta teſtimonia exponemus. Conſtat ergo manifeſte. orationem eſſe opus eminentiſſimum & Deo acceptiſſimum.

SECUNDA conſiſio eſt, quæ iam ex priori ſequitur. Oratio eſt res plurimum neceſſaria ad bona ſpiritalia obtinenda. Hæc probatur, prius ex ſupra dictis inter probandum primam conſiſionem: quia, cum ſit res tam anxie à iuſtis amplexata, alijsque remiſſioribus commendata, colligitur quod ſit valde neceſſaria: quia alias non tam accurate à ſanctis amplecteretur, & alijs commendaretur. Ergo &c.

SECUNDO. Qui per ſe non poteſt ire eo quod opus eſt, indiget alio quem ſuo loco mittat ad ſuas tractandum commoditates. At oratio eſt tanquam quidam diligens procurator qui vſque ad diuinum tribunal non ſiſtit pro nobis interpellans, nec inde diſce-

Secunda conſiſio.

f ij dit

dit quosque obtineat, & negocia diligenter peragat: vt dicitur. Eccle. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet nō consolabitur: & non discedet, donec Altissimus aspiciat, Ergo.

TERTIO. Pro hoc est, Serenissimus & magnus ille propheta Dauid Psal. 87. dicens, Intrat in conspectu tuo oratio mea, &c. Accedit etiam ad hoc id quod August. super eundem psalmum dicit. Mira virtus orationis, quæ ille intrat ad Deum, quo caro peruenire nequit. Vnde, dicunt viri docti & pij, oratio nimia sua vi ad Dominum appropinquat, penetrat, flagrat, & impetrat.

SED, quia de hoc, quomodo oratio sit necessaria, an ita quod sit sub præcepto, vel solum de consilio ad melius obtinendum aliquid a Deo inferius sumus tractaturi, hæc interim memoria retine: credasque, quod si orationi pura mente & totis viribus deditus non fueris, parum aut nihil apud superos & supremū illum, omnium creatorem & dominū valebis.

TERTIA conclusio, quæ iam in secunda præcedenti tangebatur, est. Oratio est res magnæ virtutis magnasque vires ad bona spiritualia obtinenda habens. Hæc probatur parabola illa quæ scribitur Lucæ. 11. Vbi Christus ipse Redemptor sic dixit. Quis vestrum habebit amicum & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice commoda mihi tres panes quoniam amicus meus venit de via ad me, & nō habeo quod ponam ante illum, & ille de intrus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens eō quod amicus eius sit propter improbitatem tamen eius surget & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis, petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Vides igitur quomodo amicus ille tepidus & frigidus calefactus & inflamatus orationibus amici constantibus & anxij concessit tres panes quos amicus petebat? Et ita concludit Christus nos apud Deum instare orationibus oportere: quia oratio tandem sua vi obtinebit.

SECVNDO. Confirmatur Matth. 6. etiam illa parabola illius iudicis qui neminem timebat, nec amabat, nec reuerbatur, nihilominus tamen victus precibus illius viduæ evangelicæ cognouit causam sententiam tulit, & tandem liti finem imposuit. Magnæ ergo sunt orationis vires.

TERTIO. Hoc ipsum docuit Christus Seruator noster Ioā. 14. 15. & 16. Matthe. 7. & 18. Marc. 11. Luc. 11. & 18. Ioā. 5. & 20. dicens. Quodcūque petieritis patrē in nomine meo dabit vobis: & siquid petieritis me in nomine meo, da-

Tertia conclusio.

bo vobis. Voluit Deus benedictus, tantas vires tribuere orationi, vt ab illa vinci dicatur. Quod D. Hiero. ait Et habetur ca. Importuna, de pœni. & remi. d. 1. Vbi sic dicitur. Deus ipse, qui nullius intra se viribus superari potest, publicani precibus vincitur. Oratio herba est saluberrima quæ spirituales omnes curat infirmitates: hac Chananea filiam a demonis potestate liberavit Matth. 15. Hac publicanus de peccatore, effectus est iustus & sanctificatus Luc. 18. hac populus Israclitus vincebat orante Moysē, & vincebatur Moysē ab oratione cessante. Exod. 17.

PRÆTEREA. Pro hoc est illud quod ex concilio Leonino defertur ca. vbi periculum lib. 6. de electione, vbi sic habetur. Fidelibus nō est tā de sollicita quārumcūque inuentione fidendum, quā de instantia orationis humilis & deuote sperandū. Accedit etiā ad hoc Bernar. in li. meditationū, sic dicens. Ex duobus vnū indubitātē sperare debem⁹, aut dabit nobis quod petimus, aut quod nouit esse vtilius.

QUARTA conclusio. Oratio, & orare, in sacris literis capiuntur tribus modis. Vno modo pro omni opere bono. Hæc est Richard. in 4. d. 15. ar. 4. q. 2. Probatur: quia hoc modo accipitur oratio Luc. 18. Vbi dicitur, Oportet semper orare, & nunquam deficere: ac si dicat oportet semper bene operari, & nunquā male agere. Et glo. ibidem sic ait. Homo nunquā desinit orare, nisi quādo desinit esse iustus: Et sequitur. Semper orat, qui semper agit bona. Secundo modo accipitur oratio pro omni actu contemplationis & meditationis & laudis, quo Deus ipse veneratur, aut sancti eius, quatenus sunt eius: & etiam pro gratiarum actione, aut petitione sanctis oblata, hoc probatur Matth. 26. Vigilate & orate, ne intretis in tentationē. Vbi illud verbum orate, non solū significat, petite sed omnia hæc petite, contemplantini, meditantini, in Deo & diuinis. Ergo &c. Secundo probatur Mar. 6. Ascendit Christus in montem solus orare, id est, ad orandū petendū, vel contemplandū. Et hoc modo interpretantur eadem verba Innocen. 3. de renūtiatione ca. Nisi. Et his videtur sensus legitimus illorum prædictorum verborum: quia Christus Redemptor noster non solum accēdebat in montem ad petendum, sed etiam ad meditandum Dei gloriam. Et confirmatur hoc ipsum Luc. 18. Vbi sic habetur. Phariseus hæc orabat, Domine, gratias ago tibi qui nō sum sicut cæteri homines raptores, &c. Et manifestū est, quod in omnibus illis nihil petebat. Ergo oratio nō capitur solum pro petitione. Confirmatur rursus cōmuni modo loquendi: quia quando aliquis diu moratur cōtemplādo, dicimus quod est in oratione, licet nō semper petat aliquid a Deo. Hoc etiā modo accipit D. Paulus orationē: priore ad Timo. 2. quando

quando iussit fieri orationes, obsecrationes, postulationes, & gratiarū actiones: quia, vt in ferius dicemus, per orationes intellexit, quod accedamus ad Deū cogitatione & amore. Sic et accepit Damas orationē quādo dixit, Oratio est ascensus mentis in Deū li. 3. ca. 24. Tertio modo accipitur oratio pro petitione Deo facta. Et hoc modo accipit hic S. Th. secundū quod vult tractare de oratione. Et sic accepit Damas vbi supra, quando dixit, oratio est petitio decentiū a Deo. Et in hac significatione sumpta oratio tractatur a Theologis in 4. d. 15. Et de eadem, maxime sumpta in hac significatione, agemus nos hic. Et has 3. acceptiones orationis scripserunt. D. Bona. & D. Antoninus. 4. p. titu. 5. ca. 5. §. 1. & si nō tā late eas fūdauerint. Et in hac 3. significatione accipitur oratio frequentius in sacris literis, iuxta illud Luc. 18. Petite, & accipietis.

SED est notandum, quod ad hoc quod sit oratio, debet esse petitio Deo facta. Nā si sit petitio facta alteri homini, nō est oratio, vt nūc loquimur de oratione. Et sic est, quod sit petitio facta Deo virtualiter & implicite, vt Martha orabat Christū redēptorē dicens. Ecce quæ amas, infirmatur Ioā. 11. Rursus adnotandū est præter distinctionē & acceptiones quas notauimus quod oratio in vniuersum sumpta capitur multis modis, prius grāmatically, secundo dialectice pro omni complexo, tertio rethorice pro ornata & longa loquutione, quarto capitur pro petitione seu prece. Et, vt supra dixi, solo hoc modo hic accipimus orationē, & de ea sic sumpta diximus ea pauca quæ iam diximus, & dicemus multa alia. Vnde colligitur quod habemus quid nominis orationis: quia hoc nomen oratio significat petitionē vel preceationem (vt a Theologis consideratur) qua a Deo aliquid petimus.

SED, quo ad quid rei dubitatur quæ res sit petitio vel preceatio. Et, cum manifestum sit quod petitio sit quidam actus, dubitatur cuius potentie est actus, nempe, voluntatis, an intellectus: Et de hoc quidam dicunt orationem esse actum voluntatis. Quam sententiā iam supra retuli cum suis fundamentis. Alia est sententia, San. Thom. hic & in secunda. 2. q. 83. ar. 1. & vbi cūque loquitur de oratione, quod oratio est actus intellectus, & hæc est sententia communis inter Theologos, hoc tenet Richard. in 4. d. 15. ar. 4. q. 1. hoc Gabri. super Cano. lectio. 61. Et probatur. Actus voluntatis non est nisi volitio vel nolitio. At oratio nec est volitio nec nolitio. Probatur minor: quia frequenter volunt homines, aut nolūt, & nō petunt, & semper prius volunt ea quæ petunt, & non statim orant.

SECVNDO. Quia stat duos velle idem, & vnus orat, & alius non. Vt si duo velint episcopatum, & vnus cū hoc quod vult petit a rege, di-

citur orare regem, & alius non orat regem.

TERTIO. Aliquādo quis rogat aliquid quod nollet obtinere: vt cum quis petit ab amico vt oret vnum alium, tertium ille sic rogatus ab amico, petit ab alio tertio, vt satisfaciatur amico hoc ab illo petenti, & nollet quod alius concedat. Ergo oratio nō est actus voluntatis. Et in hac sententia est D. Chrysost. in li. de orando Deo.

QUARTO. Orare, est loqui, & sic dicit D. Chrysost. Orare, est cum Deo loqui. At loqui non est voluntatis, sed intellectus. Oratio ergo est actus intellectus. Pro nobis est Diuus Iſido, in lib. Ethimo. in proprio cap. de oratione. Hoc etiam tenet Alexan. de Ales. 4. p. quaestione. 95. articu. vni. Cui etiam sententiæ subscribit Guillelmus Parisien. lib. de diuina rethor. Et pro argumentis alterius sententiæ aduerte, quod oratio, sicut imperium, non potest esse quin præcedat actus aliquis voluntatis, & ei subiicitur. Nam sicut imperium est iam vltima sententia post consilium, & oportet ante imperium consiliari: ita etiam oportet ante orationem consiliari, & oratio est vltima sententia post consiliū, quo inquirendum & aduertendum est, quid sit petendum, & tandem sequitur petitio. Ideo oratio subiicitur voluntati, & ei tribuitur. Et dicitur oratio esse in potestate voluntatis, & ei imputatur in peccatum, si quis cum debeat, orare omitteret. Sed cum iam constat orationem spectare ad vtranque potentiam, nempe, voluntatem & intellectum, difficultas tota est, an immediatius & formaliter sit actus intellectus. Et asserimus formaliter & substantialiter actum esse intellectus.

HIS suppositis, ad primum argu. in oppositum nego, quod in intellectu quatenus est ratio practica, nō sit alius actus quam apprehensio & iudicium: sed est vnus alius actus orare & vnus alius imperare: quibus actibus mentalibus subordinantur hæc verba imperatiui modi, Da mihi hoc, propitius esto mihi peccatori, & fac hoc. Et probatur hoc: quia cuiuslibet verbo vocali correspondet aliqua cognitio vel conceptus mentalis. Et forte, quod verbo optatiui modi respondet etiam aliquis conceptus distinctus a conceptibus quibus subordinantur alia verba aliorum modorum. Et illi actus, da mihi hoc, vel, fac hoc, nō sunt præcise notitiæ apprehensiuæ: quia sunt notitiæ motiuæ, aut causatiuæ. Et propter eandem rationem non sunt solum iudicatiuæ, Et hoc manifeste significat hic San. Th. ad. 3.

SED contra hoc est, quia sequeretur quod hoc verbum, fac hoc, esset verbum: equiuocū quia his verbis vocalibus respōdet in mente vna notitia apprehensiuæ & alia motiuæ, vt dicit, ergo &c.

AD HOC nego cōsequentiā: quia illa notitia

tię nō sunt eiusdę generis. Nā ad hoc quōd a liquod verbū sit equiuocū, oportet quōd subordinetur duabus notitijs apprehēsiuis diuersis, vel duabus motiuis, ad minus. Exēplū, hęc ppositio, Deus est trinus & vnus, nō est equiuoca, licet ei respondeat immediate duę notitię altera apprehēsiua, & altera iudicatiua eo quōd illę notitię nō sūt eiusdę generis. Si autē vt dixi, illis verbis vocalibus respōderēt duę apprehēsiuę nō ē quialētes, aut duę iudicatiuę aut duę motiū: tūc essēt verba illa vocalia equiuoca.

SECUNDO. Dico ad argu (quidquid senserit. S. Thom.) & puto quōd rationabilius oratio est actus intellectus & est apprehēsiō vel iudiciū p̄supposito actū volūtatis, quo orās intēdit mouere alium quē orat, vt det quod ab eo petitur. Ita quōd eadē apprehēsiō, si nō p̄cedit actus volūtatis nō est oratio & si actus p̄cedit volūtatis, eadē apprehēsiō, vel idē iudiciū est oratio. Et ita dicendū est de p̄cepto. Sicut hęc ppositio, Nō est Deus si dicatur cum intētiōe asserendi illud quod illa significat, est mendaciū. Et eadē nō est mendacium, si dicatur materialiter sine intētiōis asserēdi, & decipiēdi. Et hęc Deus nō est omnipotens, si dicatur cū intētiōe asserēdi, & negādi ā Deo omnipotentiā, est blasphemia, & si dicatur sine illa intētiōe materialiter, nō. Et ita dicendū est de oratione. Hęc apprehēsiua, da mihi hoc, vel iudicatiua, & alię id genus, sunt orationes si p̄cedit actus voluntatis, quo per illas apprehēsiuas & iudicatiuas ille intēdit mouere illum quem orat, vt det ei quod petit.

AD secundum nego antecedēs, & ad probationē nego quōd imperare ē sit essentialiter & formaliter actus volūtatis, Sed dicitur imperare vel orare liberū, eo quia p̄supponūt actū voluntatis, & voluntas dicitur imperare eo quia mouet intellectū vt imperet, & dicitur orare eo quia mouet intellectum ad petendum vel orandum.

AD tertium dico, quōd desyderiū dicitur oratio: quia est causa orationis, nō quia formaliter sit ipsa oratio.

EX quibus omnibus colligitur, quōd oratio est petitio quę ad Deū dirigitur, vel ad alterū ppter Deū. Et hoc modo Guiller. definit orationē theologice sumptā, vt nūc sumimus. Et hinc intelligitur illud quod nō nullę glōsę dicunt nēpe, quōd oratio est desyderiū bonū, id est, causaliter, hoc est, est causa orationis. Sic etiam intelligitur quod dicit Augu. Oratio est pius affectus in Deum directus. i. pius affectus est causa orationis. Et eodē modo intelligitur quod dicit D. Ansel. vbi supra. Oratio est ascensus mentis in Deum. Ita etiam intelligitur illud quod dicit Hugo de. S. victo. Oratio est deuotio quędam ex compun-

ctiōne procedens.

EX his ē colligitur, quōd illa orationis definitio quę ā quibusdā modernis assignatur, nēpe, oratio est erectio mētis in Deū, cū studio quidpiā ab eo impetrādi, nō est bona: tū, quia hęc definitio nō cōuenit orationi vocali sed solū mētali, & tamē oratio vocalis proprie est oratio: tū quia, vt ostēdimus, substantia & quidditas orationis nō est illa eleuatio mētis in Deū quę est Deū cogitare, aut cōtēplari, sed est ipsamet petitio quę sequitur ipsam erectionē mentis in Deum, quam petitionem animā erecta p̄sentat Deo vel alteri propter Deū. **RVRSVS** colligitur, quōd illa definitio Damasc. nēpe, oratio est petitio decētū ā Deo, nō est bona quia ē petitio rerū indecentiū est oratio, si Deo propter Deū porrigatur: vt in ar. sequēti late probat. S. Th. quicquid ē sentiat Caie. secūd. 2. q. 83. ar. 4. vbi videtur dicere op̄positū. Verū est quōd talis petitio rerū indecentiū nō est bona oratio: sed mala oratio est oratio, sicut malus homo est homo. & quod dicimus infra quōd oratio est actus religionis intelligitur de bona oratione.

COLLIGITVR rursus & vltimo ex p̄dictis cōuenientissimū esse frequēter orare. Vnde aliqui antiqui p̄sumētes se esse sapiētes turpiter errauerūt circa orationē. Nam quidā dixerūt humanas res non regi ā diuina p̄uidētia. Vnde sequebatur vacuum esse orare & Deū colere. Quod quā sit absurdum & expresse contra scripturas sacras & cōtra exempla omniū priorū cuiuscunq; ætatis, cōstat ex his quę supra adduximus, & plura ē adducemus. Et cōtra hos sic errantes dicitur Malach. 3. Dixistis, vanus est qui seruit Deo. Et reprehenduntur ibi Alij autem posuerunt omnia in rebus humanis ex necessitate contingere: siue ex immutabilitate diuinę p̄uidētię, aut ex necessitate stellarum, vel ex connexionē causarum. Secundum quos super uacanea & inutilis erat oratio. Sed etiam hic error explosus est in literis sacris manifeste. Tertius error fuit aliquorum ponentium res humanas diuina gubernari p̄uidētia: sed aiebant diuinam p̄uidētiā esse variabilem, & quōd orationibus, & alijs quę ad diuinum cultum pertinēt, dispositio diuinę p̄uidētię immutatur. Sed etiam hęc sententia intollerabilis est error: quia facit Deum mutabilem contra illud, Ego Deus, & non mutor: Malach. 3. & Num. 23. Non est Deus vt homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Hos errores adduxit, & reprobauit optime Sanct. Tho. in P. P. in materia de p̄destinatione.

VNDE sic inducenda orationis vtilitas est, vt nec rebus diuinę p̄uidētię subiectis necessitatem imponamus, nec etiam diuina dispositio mutabilis æstimerur.

VNDE

VNDE, adnotandum est, quōd ā diuina p̄uidētia nō solum disponitur, qui effectus fiunt, sed etiam quo ordine & quibus causis p̄uenire debent. At aliquorum effectuum inter alias causas, etiam ipsi actus humani sunt causa. Oportet ergo homines aliqua agere, non vt per suos actus diuinam dispositionem immutent: sed vt per sua opera impleant quosdam effectus secundum ordinem ā Deo dispositum. Et idem est in causis naturalibus. Et ita est de oratione. Nam, non oramus, vt diuinam dispositionem mutemus, sed vt impetremus quod Deus per orationes piorum & iustorum impetrandum disposuit, nempe vt homines postulando mereantur accipere quod Deus opti Max. ante secula disposuit eis sic donare. Et hoc dicit Grego. in lib. dialogorum. Considerandum tamen est quantum in hoc cōcutiant Christiani, & quanta secordia & stultitia agantur in hoc quōd non considerant, nō solum Christianos, sed omnes alios qui in effectibus naturalibus & alijs artificialibus inquirunt aliquas medias causas, vanum reputare & stultum illum qui nō applicatis causis secundis speraret effectum naturalem: vt quōd triticum vel vinum nascantur sine semine & sine cultū terrę, aut tandem sine causa secunda applicata. In orationum autem effectibus, fructibus, & vtilitatibus putant orationes, aut non esse causas, aut remotissimas esse: quod magna stultitia & fatuitas est. Nam, si triticum non speras nisi causa secunda adhibita, quare spesces orationis effectum, nisi ipsa adhibita oratione. Conuenientissimum ergo est semper orare. Vnde credo hinc p̄uenire quōd multi parum accipiunt de orationum fructibus propterea quōd non credunt orationem esse primam causam ad illud impetrandum. Crede igitur, & constanter pete, & accipies: (quia hęc est ea usa essentialis necessitatis orationis, nempe, quōd, sicut Deus disposuit genus humanum multiplicandum esse per generationem, & triticum mediante semine ac agricultura ita etiam multorum salutem disposuit, & multos alios effectus efficere, mediante oratione ac reliquo diuino cultu.


SECUNDO. Sunt alię causę orationis ex parte nostra, & si minus principales, nempe, ex parte intellectus, vt cognoscamus ipsum Deum esse authorem vitę & mortis, ad quem confugiendum sit: Ex parte autem vōluntatis, vt fiduciam habeamus recurrendi ad ipsum Deum: ex parte vero nostrę naturę, vt magnificemur in hoc quōd ā Deo petimus, cum quo loquimur & conuersamur. Vnde dicit Di. Chrisolto. Considera quanta sit tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa, orationibus cum Deo fabulari, cum Christo miscere colloquia optare quod ve-

lis, quod desideras postulare. Vnde colligitur Deum benedictum esse liberalissimum: quia multa dat nobis non petentibus, quod maxime liberalis est animi: & multa dat nobis petentibus, ordinans tamen prius, se daturum cum petamus, propter supra dictas causas. Ideoque in sacris literis tam frequēter exhortatur nos ad orationem: quia per illam vult nobis multa concedere. Non esset autem Deus liberalis simpliciter, si nihil vnquam nobis aliquid dedisset, nisi nos prius petamus licet adhuc liberalis diceretur in hoc quōd ipse ipse sua nobis non merentibus prius ordinauit se nobis daturum mediante oratione. Authores autem errorum quos memorauimus, fuerunt Ioannes Vuiclefus, Ioan. Hus, Petrus Abailardus, & Martinus Lutherus. Hi namque dicebant omnia euenire necessario, licet Lutherus in hoc non sit sibi cōstans, quia aliquando dicit quod omnia eueniunt necessario, & aliquando dicit orandum esse, vt aliqua bona nobis eueniant. Sed contra hunc errorem (vt diximus) sunt innumera testimonia scripturę. Primum illud Math. 6. quando Christus docuit nos orare dicens, Sic autem orabitis, Pater noster qui es in cœlis. &c. Secundo, Ipse Christus frequēter orauit, vt tempore p̄sionis Matth. 26. & Marc. 9. assumpsit Petrum & Iacobum, & ascendit in montem, vt oraret. Conuenies est ergo orare. Tertio Lucę. 18. Oportet semper orare & non deficere. Et priore ad Thesalo. 5. sine intermissione orate. Et Math. 6. Petite, & accipietis. Ergo &c.

PRÆTEREA. In concilio Toletano. 4. cap. 9. & in concilio Miliuitano cap. 8. contra Pelagium commendatur oratio Domini cā. Et dicitur in Miliuitano, quōd etiam viri alias iusti vere dicunt, Dimitte nobis debita nostra, & non propter humilitatem (vt dicebat Pelagius) quia facile quis delinquit in vniuersalibus quę tolluntur per ipsam orationē Dominicam. Et hęc circa primum articulum.

Articulus secundus

Vtrum oratio sit actus doni, an virtutis.



D SECUNDO sic proceditur videtur quod oratio sit actus doni, & nō virtutis: quia secundum Hugo de S. victo. oratio est cōtēplatiōis pars. Sed cōtēplatiō

§. iij. ad.

ad ſapientia pertinet: quia ea perficitur ſuperior pars rationis qua cōtemplādis æternis inheret ut Aug. dicit. Ergo oratio eſt actus ſapientie. **PRÆTEREA.** Vt dicit Damaf. oratio eſt aſcenſus intellectus in Deum. Sed aſcendere, ad donum intellectus pertinet: vnde ſexta beatitudo qua dicitur: beati mūdo corde quonia ipſi Deum videbunt, intellectus dono attribuitur vnde patet in gloſ. Math. 5. Ergo oratio eſt actus intellectus doni.

PRÆTEREA. Grego. dicit. Orare, eſt amoris gemitus in compūctione reſonare. Sed gemitus eſt actus ſcientie doni: quia tertia beatitudo qua dicitur, Beati qui lucent, ad donum ſcientie reducitur Math. 5. in gloſ. & ab Auguſti. in 2. lib. de doctrina Chriſtiana. Ergo oratio eſt actus doni.

SED CONTRA. Videtur quod ſit actus virtutis. Iaco. 1. Poſtulat autem in fide nihil hæſitans. Sed fides eſt virtus, Ergo oratio, qua eſt poſtulatō, eſt actus virtutis.

PRÆTEREA. Auguſti. dicit. Fides credit, ſpes & charitas orant, & orando impetrāt. Sed ſpes & charitas ſunt virtutes. Ergo oratio eſt actus virtutis.

RESPONDEO. Dicendum, quod oratio actus quidam eſt. Dicimus autem actum aliquem eſſe virtutis actum ſi in ſui ratione aliquid claudat quod ad ordinem virtutis pertinet, etiam ſi non omnia qua ad virtutem requiruntur, in ſui ratione contineat. Et ideo oportet, quod illius virtutis actus ponatur ad quam pertinet illa conditio qua ſibi ordinem virtutis tribuit. Oratio autem ex genere actus non importat aliquam rationem virtutis, quod genus eſt petitiō: ſed absolute actum potentie demonſtrat, nulla circumſtancia vel in bonum vel malum veſtitum. Adduntur autem à Damaf. due differentiæ qua ordinem virtutis demonſtrant ſcilicet decentium & à Deo: quod eſt petere quod oportet, & à quo oportet. Sed prima conditio non complet rationem orationis: quia ſi ab homine decentia petamus, talis petitiō oratio non dicitur: nec etiam eſt de eſſentia orationis, quia ſi etiam quis indecentia petat à Deo, orat quidem: ſed carnaliter orat. Vnde illa conditio magis pertinet ad bene eſſe orationis: quam ad ra-

tionem ſue ſpeciei. Relinquitur ergo, quod ex hoc oratio ſpeciem trahit, & ad rationem virtutis trahitur, quod eſt à Deo petitiō. Cum autem petitiō, ſive deprecatio qua ad ſuperiorem ſit reuerentiam habeat adiunctam, ex qua impetrare nititur quod intendit: conſtat quod oratio ex hoc efficaciam habet ad impetrandum illud pro quo oratur, quod Deo reuerentiam exhibet. Vnde cum Deo reuerentiam exhibere, ſit actus latria (vnde in 3. libro diſtinctione. 9. dictum eſt) oratio actus latria erit elicitiue. Nec obſtat quod latria in voluntate eſt non in ratione, cuius actus eſt oratio: quia iuſtitia, cuius pars eſt latria, materialiter videtur actibus omnium virtutum: vnde ex eis reddat cui libet quod ſuum eſt. Vnde cohibet actum concupiſcibilis, ne aliquis mechetur, & actum iraciſcibilis, ne quis occidat. Et ſimiliter videtur actus rationis, vnde ex eo Deo reuerentiam exhibeat. Et, quia latria eſt virtus, & non donum (vnde dictum eſt in 3. lib. diſtinctione. 33) ideo oratio erit actus virtutis, & non doni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod contemplatio aliquando capitur ſtrictè pro actu intellectus diuina meditantis. Et ſic contemplatio eſt ſapientie actus: alio modo communiter pro omni actu quo quis à negotijs exterioribus ſequeſtratus, ſoli Deo vacat. Quod quidem contingit dupliciter, vel in quantum homo Deum loquentem in ſcripturis audit, quod fit per lectiōem: vel in quantum Deo loquitur, quod fit per orationem. Meditatio autem ad vtrumque ſe habet quaſi medium inter ea: quia ex hoc quod nobis loquitur in ſcripturis, ei per mediationem intellectu & affectu præſentamur. Et ſic præſentari ei, vel præſentem eum habentes, ei loqui poſſumus per orationem. Et ideo poſuit Hug. tres contemplationis partes, primam lectiōem, ſecundam meditationem, tertiam orationem. Nec tamen oportet, quod ſit oratio ſapientie actus ab ea elicitus: quamuis ſapientia per meditationem viam orationi parat.

AD SECUNDVM dicendum, quod aſcenſus intellectus in Deum eſt duplex. Vnus quo aſcendit in ipſum cognoscendum. Et talis aſcenſus pertinet ad donum intellectus: ſed de hoc

non

non loquitur Damaf. Alius eſt aſcenſus in Deum, vnde in quo auxilium querit: vnde in psal. dicitur. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Et talis aſcenſus eſt oratio. Vnde non ſequitur, quod ſit actus doni intellectus: ſed poteſt ipſum præſupponere: ſicut ſecundus aſcenſus præſupponit primum.

AD TERTIVM dicendum, quod gemitus ſive ſletus non eſt oratio per eſſentiam, ſed eſt quaſi fundamentum orationis. Superflua enim videtur petitiō vbi neceſſitas deeſt. Et ideo recognitiō ſue miſerie qua indigentem ſe aliquis videt, & ſibi ſubuenire non poteſt, qua gemitum in affectu facit, quaſi oratio reputatur à Deo. Et propter hoc Aug. dicit, quod orationis negotium plus gemitibus quam verbis agit, & plus ſletu, quam aſſatu.

AD EA que in contrarium obijciuntur dicendum, quod fides, ſpes, & charitas præſupponuntur ad latriam: vnde in 3. lib. dictum eſt. d. 9. Et ſic actus orationis eis attribuitur: tamen etiam ad orationem, ſecundum propriam ſpeciem rationem, habent aliquam conuenientiam, & præ exiguntur ad eam. Petitiō enim fruſtra ad aliquem dirigitur, niſi credatur, quod petiitum præſtare poſſit, & ſperetur quod velit. Et eſt præſumptuoſa petitiō, niſi ei fiat qui aliquo modo petenti vnitus ſit. Vnde autem charitas facit.

HÆC quaſtiō huius arti. 2. mouetur etiam à S. Tho. in ſecunda. 2. q. 83. art. 3. & vbi cunq; agit de oratione. Conſtituit concluſionem hanc, nempe, orationem eſſe latriæ actum. Et hæc eſt communis Theologorum ſententia, luculenterque à Doctore in litera probatur. Et intelligitur concluſio de oratione proprie dicta, nempe de oratione ſumpta pro petitiōe qua quis à Deo petit aliquid decens, & cum debitis circumſtantijs.

SED contra. Recipere ab alio aliquid, non pertinet ad virtutem. Probatur: quia virtus conſiſtit in actione, & non in paſſione. Ergo deſiderare recipere: aut petere bonum ab alio, non eſt actus virtutis.

SECUNDO. Religio eſt in voluntate: vt Theologi recipiunt, quia eſt pars iuſtitie. At oratio (vt diximus in arti. præceden.) eſt actus intellectus. Ergo oratio non eſt actus religionis, ſed potius doni intellectus per quod mens aſcendit in Deum.

AD PRIMVM horum argumentorum dicendum eſt duobus modis. Prius dico, quod

non ſemper actus ſtudioſus conſiſtit in actione, ſed aliquando in ſolo affectu, aliquando in paſſione voluntarie tolerata. Primum patet de actu penitentiæ: qui, ſi fiat propter Deum, bonus eſt & meritorius. Secundum patet de paſſione mortis pro Chriſto, vel propria voluntarie toleratæ. Præterea, continētia virtus eſt, nec tamen conſiſtit in actione, ſed in affectu non ſe commiſcendi alicui carnaliter. Vnde colligitur virtutem moralem aliquando conſiſtere in actione, aliquando in paſſiōe, aliquando autem in nō actione, aliquando vero in ſolo affectu: vt eſt optare proximis beatam vitam, aut nobis: quod laudabile & meritorium eſt.

SECUNDO Dico, quod in oratione cōſiderantur tria, nempe, res petita; petitiō ipſa, & petens. Si conſideretur res petita, ſic in oratione non damus Deo aliquid: ſed ab ipſo nobis aliquid dari poſtulamus. Si autem conſideremus petitiōem ipſam, ſic orando aliquid offerimus Deo. Nam ipſe actus petendi actus ſubiectiōnis eſt, & profeſſionis virtutis. Qui enim ab alio petit, illo indiget ac per hoc ſe illi ſubiicit petendo. Probat hoc à ſigno: quia ſuperbi potius volunt indigentiam tollere, quam ſe, petendo ab alio, humiliare. Et rurius, qui petit profiteretur petendo, in illo à quo petit eſſe potentiam ad adiuuandum, & eſſe miſericordiam vel iuſtitiam, vel prouidentiam, vnde ſperet exaudiri. Et propter hoc oratio ponitur actus religionis, cuius eſt honorem Deo exhibere. Honoramus namque Deum petendo, & tō magis: quanto vel ex modo petendi vel re petita profitemur ipſum eſſe ſupra omnia creatorem, prouifoſorem, redemptorem, &c. Si autem conſideremus petentem: ſic, cū homo petat per mentem (vt ſupra oſtendimus) & mens ſit nobiliſſima pars hominis, ſic petendo ſubiicimus Deo nobiliſſimam partem noſtri, dum ea vtimur ad petendum à Deo, id eſt, ad honorandum Deum: vt expoſuimus. Et ita orando offerimus & ſacrificamus mentem Deo: ſicut genua ſectendo ſacrificamus Deo genua, ipſis ad Dei honorē vtendo.

AD SECUNDVM autē dico, quod oratio eſt actus elicitus à latria ſeu religione, qua eſt in voluntate: ita quod oratio elicitor ab intellectu, & à religione, qua eſt in voluntate: ſed à voluntate ſola imperatur. Ratio eſt: quia potētia elicit ſubſtantiam actus: & habitus, vt eſt religio, elicit qualitatē actus, & cū qualitas ſit accidens, actus poteſt eſſe ab extrinſeco principio, nempe, quod oratio ſit in cultū Dei, ſitque modo quo expoſuimus, à religione effectiue eliciendo, & à nulla alia virtute, ſeu dono. Sicut et videtur, quod oratio eſt à charitate, quatenus quis ex charitate orat pro proximo quem diligit: ſed

ſed

ſed quatenus ibi colitur Deus vt diximus eſt a religione.
P R A E T E R E A. Dubitatur quis actus religionis ſit præſtantior alijs?
A D hoc reſpondet. S. Tho. in ſecunda. 2. q. 83. ar. 3. ad 1. duabus propoſitionibus. Prior eſt. Deuotio eſt ſimpliciter præſtantior actus religionis. Quæ deuotio eſt actus voluntatis: quia non eſt aliud (vt poſtea videbimus) niſi prompta voluntas colendi Deum & ei ad miniſtrandi. Secunda concludio eſt. Poſt deuotionem inter alios actus lætræ oratio eſt præſtantior, &c.

Articu. tertius.

Vtrum oratio aliquādo cadat ſub præcepto.



D T E R T I V M ſic proceditur. Videtur, quod orationem quam cadat ſub præcepto.

Quod enim voluntatis eſt, nõ eſt neceſſitatis. Sed oratio maxime eſt voluntatis: quia eſt quædam voluntum petitio: ergo non neceſſitatis, & ita non cadit ſub præcepto.

P R A E T E R E A. Petitio non videtur ad aliquid aliud eſſe, niſi vt noſtrum deſyderiũ alteri innotefcat. Sed ſuperfluum eſt alicui exponere quod ipſe ſcit. Ergo, cum chriſtiana religio non contineat aliqua ſuperflua præcepta, aliàs ſuperſtitio eſſe videtur, quod non cadat ſub præcepto orare Deum cui omnia deſideria noſtra ſunt nota.

P R A E T E R E A. Deus liberaliſſime ſua dona dat. Sed liberalius datur quod ſine precibus datur: quia (ſicut Seneca dicit) nulla res carius emitur, quam quæ precibus emptæ eſt. Ergo non debet per præceptum exigere præces de eo quod vult dare: nec iterũ de eo quod nõ vult dare: quia quod Deus nõ vult nos nõ debemus velle. Vt ſic ſit conformitas noſtræ voluntatis ad Deum: & quod non debemus velle non debemus petere. Ergo nullo modo oratio cadit ſub præcepto.

S E D C O N T R A. Super illud Luc. 18. Oportet ſemper orare, &c. dicit Chriſoſ. Dicit, oportet, neceſſitatem dicit. Sed neceſſitatis non poteſt eſſe niſi ex præcepto. Ergo oratio cadit ſub præcepto.

P R A E T E R E A. Oratio contra ieiunium & eleemoſynam diuiditur. Sed vtraque illarum eſt in præcepto. Ergo & oratio.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod oratio cadit ſub præcepto, & determinate, & indeterminate. Determinate quidem ad aliquas orationes ex præcepto tenentur illi qui ex officio ſunt mediũ inter Deum & populum conſtituti: ſicut miniſter eccleſiæ. Vnde ex officio incumbit preces ad Deum in perſona totius eccleſiæ fundere. Et ideo ex ſtatuto eccleſiæ tenentur ad horas canonicas dicendas. Sed indeterminate ad orationem quilibet tenetur ex hoc ipſo quod tenetur ad bona ſpiritualia ſic procuranda, quæ non niſi diuinitus dantur: vnde alio modo procurari nõ poſſunt, niſi vt ab ipſo petatur. Et ex hoc ipſo quod charitatis præcepto tenetur proximum ſicut ſeipſum diligere, tenetur eum neceſſitate beneficis eſſe, non ſolum per corporales eleemoſynas, ſed etiam per ſpirituales, quarum vna eſt oratio: vt dictum eſt. Omnibus etiam qui eccleſiæ miniſterio nõ funguntur videtur ab eccleſiæ determinato tempore orandi ſtatutum eſſe, cum ex canonum ſtatuto tenentur diebus feſtis diuinis officijs intereſſe: vt miniſtris pro populo orantibus ſuam intentionem conforment.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod ex hoc ipſo quod aliquid eſt voluntatis excluditur neceſſitas absoluta, etiam coactionis: non autem neceſſitas ex ſuppoſitione finis: quia amor, qui maxime voluntarius eſt, neceſſarius eſt ſi quis vult ad finem peruenire. Et hoc modo etiam oratio neceſſaria eſt, & ſub præcepto cadens reſpectu eorum quorum voluntas ſub neceſſitate prædicta cadit.

A D S E C V N D V M dicendum, quod per orationem præcipimur vota noſtra Deo pandere, non vt eum doceamus quid deſideremus ſed vt affectum & intellectũ noſtrum dirigamus in illum.

AD

A D T E R T I V M dicendum, quod Deus orationem acceptat, & de eo quod dare vult, & interdum de eo quod dare non vult: vt idonei ſimus ab ipſo accipere: quod non eſſet, ſi ab eo non ſperaremus quod deſideramus. Nec eſſe durum homini debet ſe Deo per orationem ſubijcere: ſicut homini per præces: quia in hoc totum bonum noſtrum conſiſtit, quod Deo ſubdiſi ſimus: non autem in hoc quod homini ſubdamur. De eo autem quod dare non vult, quia ipſe vult pie velle quod ipſe iuſte non vult: ſicut in fine primi libri dictum eſt.

Prima con-
cluſio.

I N H O C tertio art. conſtituit. S. Thom. 3. concludiones. Quarum prior eſt. Determinate ad aliquas orationes tenentur illi ex præcepto eccleſiæ qui ſunt ex officio mediũ inter Deum & populum conſtituti: quales ſunt ſacerdotes. Probatur: quia habent hoc officium, nempe, interueniendi pro alijs hominibus. Ergo ex officio & eccleſiaſtico ſtatuto tenentur ad præces horarias. Ergo tenentur determinate ad aliquas orationes.

Secūda con-
cluſio.

S E C V N D A concludio eſt. Quilibet homo tenetur ſub præcepto ad aliquas orationes indeterminate. Probatur: quia quilibet homo tenetur ad procurandum bona ſpiritualia quæ diuinitus dantur. At hæc bona ſpiritualia non poſſunt aliquo modo procurari, niſi per orationem à Deo petendo, &c.

Tertia con-
cluſio.

S E C V N D O. Homo præcepto charitatis tenetur proximum ſicut ſe ipſum diligere. Ergo tenetur ei in neceſſitate benefacere, non ſolum per corporales eleemoſynas, ſed etiã per ſpirituales, quarum vna eſt oratio. Ergo tenetur homo pro alio orare indeterminate.
T E R T I A concludio. Omnes fideles tenentur ex præcepto eccleſiæ orare in diebus feſtis, quando tenentur ex prædicto instituto diuinis officijs intereſſe: vt orantibus miniſtris eccleſiæ pro populo ſuam intentionem conforment. Hæc. S. Tho.
P R O expoſitione horum quæ. S. Thom. dicit, prius eſt aduertendum triplicem eſſe orationem, nempe, mentalem, verbalem, & mixtam: ex verbali & mentali. Mentalis eſt, quando mente ſola formamus conceptus quibus à Deo aliquid petimus, nullam formando vocem vel ſignum exterioris. Vocalis oratio, eſt petitio voce aut ſigno exteriori expreſſa:

quæ aliquando ſine conceptu libero eſſe poſſet, vt ſi quis illam proferat dormiens, aut non aduertens. Mixta autem oratio, eſt quando petimus voce vel ſigno aliquo exteriori aliquid à Deo: & illud idem mente libere cogitamus ac reuoluimus, & contemplamur.
S E C V N D O. Orationum aliqua eſt bona, & aliqua mala. Bona, eſt petitio qua quis decenter petit aliquid à Deo: mala, eſt petitio qua quis indecenter petit aliquid à Deo: Sed communiter oratio accipitur pro bona oratione.

T E R T I O. Orationum altera eſt publica & communis, & altera eſt priuata & ſingularis. Publica & communis oratio eſt illa quæ per miniſtros eccleſiæ nomine ipſius eccleſiæ Deo pro populo porrigitur. Et hæc communis oratio ex neceſſitate debet eſſe vocalis. Priuata autem & ſingularis oratio eſt illa, quam quis pro ſe vel pro alio Deo offert, non tanquam miniſter eccleſiæ.

H I C notatis dubitatur, an quilibet homo tenetur orare mentaliter?

A D H O C reſpondet Baptiſta, ver. Oratio, q. 10. quod oratio in ſe & ratione ſui & absolute non eſt neceſſaria, nec de præcepto Dei. Ratio (inquit) eſt: quia, ſi de præcepto Dei eſſet, plura eſſent Dei præcepta quam decem. Sed, inquit, eſt neceſſaria oratio ex ſuppoſitione, nempe, ſi aliàs non poſſet ſalus acquiri, aut non aliter poteſt peccatum aliquod vitare, aut demonis tentationem ſuperare: iuxta illud Math. 17. Hoc genus demoniorum non eiicitur niſi per orationem & ieiunium. Vnde colligit, quod de oratione in ſe non eſt datum præceptum immediate, hæc ille.

H I S tamen non obſtantibus eſt communis ſententia Theologorum, quod quilibet homo tenetur aliquando mentaliter orare, dico, mentaliter, id eſt, mente, deſyderio, & attentione, ſiue etiam illud proferat voce, ſiue non. Et dico, quod tenetur omnis homo aliquando ad orandum mente, ſub peccato peccati mortalis. Hoc dicit hic. S. Thom. & ſecunda. 2. q. 83. ar. 3. ad 2. Et probatur prius ex illo Math. 7. Petite, & accipietis. Quæ verba præceptiua ſunt. Secundo, Luc. 18. Oportet ſemper orare. Quod verbum neceſſitatis eſt: vt ait D. Chriſoſt. ibidem. Tertio, Math. 28. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Super quod verbum ait Hierony. In tentationem intrat, qui orare negligit. Quarto, pro nobis eſt illud Iaco. 5. Orate pro inuicem, vt ſaluemini. Ergo, ſi debemus pro alijs orare vt ſaluemini, etiam pro nobis, quos magis ex charitate diligere debemus. Quinto, Math. 5. Orate pro perſequentibus & ca

& calumniari: ibus vos Et S. Thom. secunda secundæ vbi supra dicit formaliter, quod non solum petere quæ defyderamus: sed etiam recte aliquid defyderare, sub præcepto cadit. At defyderare cadit sub præcepto charitatis: petere autem sub præcepto religionis: quod præceptum habetur Math. 7. Vbi dicitur, Petite, & accipietis. Hæc S. Tho. Quod præceptum, cum non detur de oratione vocali vt ipse Thom. tenet in prædicta q. art. 12. datur de mentali, siue sit cum vocali, siue non. Sexto confirmatur hoc ex D. Chriofost. super Math. Vbi sic ait. Pro se orare necessitas cogit: pro altero autem charitas fraternitatis hortatur. Septimo, pro hoc est, author libri de ecclesiasticis dogmatibus dicens. Nullum credimus ad salutem venire, nisi Deo inuitante nullum inuitatum, nisi Deo auxiliante suam salutem operari: nullum, nisi orantem, auxilium sibi promereri. Igitur a primo ad vltimum nullus salutem consequitur sine oratione. Octauo, ad hoc accedit D. Grego. in dialogis (& habetur. 23. q. 4.) dicens. Obtineri nequaquam possunt quæ prædestinata non fuerint. Sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotente Deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare. Ergo, si ad perennem vitam peruenire non possumus nisi orando, necessario sub præcepto est nobis orandum. Ergo, &c. Ratione hoc ipsum confirmatur. Quilibet tenetur vt in medio licito sibi ad salutem obtinendam necessarium: At tale est oratio. Ergo, &c. Minor constat ex scripturis sacris & testimonijs ad hoc à nobis citatis. Et in lege etiam naturali, qui per se sibi subuenire non possit, & habet amicum per quem posset, teneretur illum adire, & ab eo auxilium petere. Ergo cum homines per se sibi subuenire non possint, tenentur Deum optimum amicum adire, & ab eo orando petere, vt sibi necessaria elargiatur.

SECVNDO. Omissio orationis sola sufficit ad amittendum gratiam aliquando, vel ad non obtinendum, si illam non habeas. Ergo est per se distinctum peccatum. Antecedens probatur. Dato aliquo baptizato aliquo tempore viuente, cui denuntietur necessitas orandi ad consequendum vitam perennem, & vt in gratia perseveret: & eo tempore ille nihil aliud omittat præter orationem, ille peccat omittens orationem, & gratiam Dei amittit, quam orando conseruaret. Ergo secluso alio peccato, sola omissio

orationis est mortiferum peccatum. Ergo alijs præceptis seclusis ipsa oratio erat sub præcepto. Quod si forte velis hoc præceptum reducere ad charitatis præceptum, & si non sit verum, tamen parum refert: cum (vt probauimus) concedendum sit hominem teneri sub pœna proprii & noui peccati, non solum vitam beatam & reliqua ad illam necessaria ex charitate defyderare: sed etiam ex religione petere: vt supra ex D. Thom. ostendimus.

EST igitur certa nostra conclusio, nempe, quod omnis homo in hac vita tenetur aliquando, ad minus, priuate orare & mentaliter orare. Quando autem illud occurrat tempus quo homo tenetur orare, inferius dicemus.

IDEO prius dubitatur, an omnis homo tenetur sub præcepto orare voce, aut signo exteriori orationem aliquam priuatam. Et videtur quod sic, prius ex illo Canti. 8. quod in persona sponsi dicitur ad ecclesiam sponsam suam, fac me audire vocem tuam. Et rursus. Sonet vox tua in auribus meis.

SECVNDO. Ecclesi. 39. Confitemini illi in voce labiorum vestrorum.

TERTIO. In psalmis sæpe meminit Propheta orationis vocalis dicens. Voce mea ad Dominum clamavi Et in psalm. 50. dicit Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

QUARTO. Esai. 43. Populum istum formaui mihi, & laudem meam narrabit.

QUINTO. Christus Redemptor noster docuit nos verbo orare, & ipse exemplo imauit. Nam sæpe legitur voce patrem orasse, non solum cum in cruce esset, sed ante passionem. In cruce enim voce magna clamauit dicens. In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Ante passionem autem quando Lazarum resuscitauit, voce orauit Patrem pro Lazari resuscitatione: vt colligitur ex textu Ioan. 11. Tum, quia cum Iudæi vidissent illum oculos in cœlum leuare, dixerunt. Numquid non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere vt non moreretur. Argumentum hinc est, quod à Patre Christus voce petebat quod illi putabant Christum per se facere non posse. Et apertius colligitur ex sequentibus: quia dixit Christus Redemptor. Gratias ago tibi pater: quia exaudisti me, ego sciebam quia semper me audis: sed propter populum circumstantem dixi, vt credant quia tu me misisti. Quæ omnia impertinenter dicerentur, nisi populus audisset Christum Patrem orasse, & vidisset ipsum à Patre fuisse exauditum.

Ergo

Ergo, &c. Quod autem Christus docuerit homines verbo orare. Probatur Math. 6. Vbi docuit discipulos suos sic orare. Pater noster qui es in cœlis, &c. Et quod loqueretur de vocali oratione, probatur: quia cum reprehendit multiloquium quo gentes utebantur quando vocaliter orabant, hanc breuem orandi formam discipulis tradidit, & in eorum personis omnibus alijs. Per quam formam euitarent multiloquium illud. Ergo &c. Accedit etiam ratio: quia, cum homo compositus sit ex natura spiritali & corporea, vult Deus Optim. quod ipsum confiteamur & colamus vtraque natura, spiritali, & corporali. Orandum igitur est etiam voce. Quod confirmatur ad Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

PRÆTEREA. Aliquando tenemur sub præcepto, voce confiteri laudes. Ergo etiam aliquando tenemur voce orare, maxime cum ipsa oratione, Dei misericordiam & omnipotentiam confiteamur.

PRÆTEREA. Ad Philip. 2. dicit Paulus, quod omne genu flectatur Christo cœlesti, terrestri, & inferorum: & omnis lingua confiteatur quia Dominus noster Iesus in gloria est Dei patris. Et priori. ad Chorin. 14. dicitur. Orabo spiritu, orabo & mente: quod est dicere, orabo oratione mentali, & orabo oratione vocali. Ipsi etiam Apostoli & Pontifices sequentes docuerunt ecclesiam orare, & spiritu & voce. Pro hoc etiam facit illud quod habetur Osee. Vltimo: omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Illud verbum, reddere, videtur quod sit necessitatis.

EX quibus omnibus videtur, quod aliquando tenentur homines etiam priuatam orationem voce facere. Ergo, &c.

Prima conclusio.

HIS non obstantibus, ad quæstionem respondetur duabus propositionibus. Quarum prior est. Valde conueniens & consentaneum rationi est orare voce aut signo aliquo corporeo etiam priuatam orationem. Hæc probatur scripturis & testimonijs & rationibus adductis.

SI autem petas, an sit melius orare priuatam orationem vocaliter, quam mentaliter, aut ediuersos: dico quod in hoc vnusquisque consulendus est. Nam cum oratio sit petitio qua à Deo aliquid petimus, debet esse cū deuotione & feruentissimo defyderio obtinendi quod petimus in laudem Dei: & sæpe melius ista habebis, si loquaris voce, quam si taceas. Et cum hoc videris, longe melius est orare voce quam sola, mente. Si contra orando mente sola maiorem obtineas deuotionem quam orando voce, ora sola mente priuatam

orationem: secus de communi: vt dicemus postea. Et ita faciebant sancti. Et non solum hoc, sed quo ad alios motus corporales hic canon habendus est, quod si flectendo genua obtines maiorem deuotionem in oratione priuata, flecte genua: & si stando, vel aliquo alio modo corporali maiorem consequeris deuotionem quam flectendo genua, potius sta in oratione priuata, quam genua flectas. Vnde turpiter errant in hoc, sicut in multis alijs, illi qui dicunt orandum esse sola mente & non voce: quia sequuntur vnum extremum, & non tenent medium, & multoties impediatur deuotio & reuerentia & optimum defyderium quod in Deum excitatur voce orando. Dicere etiam quod semper orandum sit priuata oratione voce in illud esset extremum inclinari: ideo medium tenere, si errare non vis.

SECVNDA conclusio. Nullus homo tenetur sub pœna noui peccati ad orandum priuata oratione vocaliter, aut signo aliquo exteriori. Hæc est S. Th. secunda 2. q. 82. ar. 12. Eandem sententiam tenet Alex. de Ales. 4. p. quæst. 9. Idem dicit Richard. in 4. dist. 15. Idem Durand. in 4. dist. 15. quæst. de oratione. Idem Gabr. super Cano. lecti. 63. Idem Angelus & Baptista in summis suis. ver. Oratio. Subscribit etiam Aug. ad Iacobam. Hij omnes & communiter alij Theologi qui hanc tractant materiam, tenent orationem priuatam vocalem non esse de præcepto absolute loquendo, nec necessariam, nisi quatenus aliquando opus est ea vt ad excitandum deuotionem, vel apponendum debitam attentionem: sicut viris imperfectis & parum exercitati accidere solet. Quod si non orant voce aut exteriori signo facile mens euagatur & perijt deuotio. Talibus namque ex suppositi one in tali euentu esset necessarium voce orare quando tenentur mente orare. Similiter etiam si opus sit orare vocaliter ad proximi ædificationem aut ad scandalum vitandum, si forte tale oriretur ex hoc quod quis nunquam videtur orare: aut ob causam aliquam vrgentem. Tunc enim necessarium esset orare voce. In se tamen & de se oratio vocalis priuata, & si sit vtilis, fructuosa, & meritoria: non tamen est necessaria, nec de præcepto aliquo. Probatur luculenter: quia nunquam repertum est tale præceptum. Ergo non est tale præceptum.

SECVNDO. Vt ex supra dictis patet, oratio est petitio qua à Deo aliquid petimus. Sed, cum Deus sit spiritus: fat est spiritus petere. Non est igitur necessarium secundum se petere voce, aut signo exteriori.

ET ad ea quæ in oppositum adduximus, facile est respondere. Et primum, illa quæ

Secunda conclusio.

ex

ex canticis citata sunt: & ex psal. & ex prophæ-
tis. nihil significant de necessitate orandi vo-
caliter, nec inde talis colligitur necessitas: sed
solum commendatur oratio quæ Deo pla-
cet, & ab eo sæpe audiatur: & quod conveni-
ens est orare voce, ut anima & corpore De-
um superiorem confiteamur, & nostras indi-
gentias cognoscamus, & profiteamur. Nec
verbū reddemus, quod in Osea ponitur, im-
portat necessitatem: quia perinde est ac si di-
ceret, retribuemus, nempe, pro beneficio à
Deo recepto: ut ex ipso tex. patet.

A D illud autem quod ex facto Christi addu-
ximus, fateor Christum Redemptorem fre-
quenter orasse vocaliter: non tamen inde se-
quitur necessarium nobis esse vocaliter oran-
dum: quia nec ipse Christus necessario ora-
vit vocaliter: nisi forte aliquando oraverit
vocaliter ad ædificationem aliorum. Nec
omnis Christi actio est nostra instructio im-
ponens nobis necessitatem: ut de multis
Christi actionibus constat: quia fuit pauper,
castus, simpliciter, fuit peregrinus, prædica-
tor, & doctor, &c. Quæ omnia non imponūt
nobis necessitatem. Nam non tenemur sim-
pliciter ad illa: sed multa huiusmodi sunt no-
bis de consilio, quibus noluit nos sub pœna
peccati astringi.

A D aliud autem quod de oratione domini
ca adducitur dico, quod Christus illic non lo-
quebatur determinate de oratione vocali,
nec tradidit illam orationem præcipiendo,
sed docendo: quod ex ipso tex. patet. Dixe-
rant. n. discipuli, Domine, doce nos orare. Cui
petitioni condescendens Christus tradidit il-
lis breuem orandi formam, intendens, ut si-
ue vocaliter siue mentaliter orarent, nō mul-
tiloquo verbali nec mentali apud Patrem
vterentur: cui brevis & copiosa, ac ardens pia
ter oratio.

A D aliud quod adduximus ex Paul. ad Ro. &
ad Phil. d. co, quod Paulus illic significat fi-
dei vocalem confessionem, pro tempore &
loco esse necessariam, non ratione sui, sed quā
do ea opus est ad proximi ædificationem, seu
proximorum in fide conservationem. Et in
simili euentu idem dicendum est de oratio-
ne: ut supra diximus

A D aliud autem quod ex epistola ad Chor.
adduximus dico, quod illic Apostolus non
intendit præcipere quod voce oremus: sed
quod si volumus uti linguis quæ ab astanti-
bus non intelliguntur: non solum spiritu vo-
cis oremus, sed mente, nempe, sensum verbo-
rum audientibus significando, ut proficiant.
Et si dicas quod modum orandi & psallendi
tradidit, dico quod illum talem modum tra-
didit ministris ecclesiæ, quorum est publice
in ecclesia orare: & non omnibus.

POST Q V A M igitur probauimus om-

nes homines teneri ad orationem priuatam
saltem mentalem, sub pœna noui peccati
mortalis: dubitatur quando tenentur homi-
nes orare oratione priuata, an mane, an ves-
peri, an die, an nocte?

A D Q V O D respondebimus aliquibus *Prima cō-*
propositionibus quarum prior est. D. Cipri- *clusso.*
dicit in quodam sermone, & habetur de con-
secra. d. i. cap. Quando: quod in veteri testa-
mento orabant homines ter in die, nempe,
hora. 3. 6. & 9. ad significandum sanctissi-
mam trinitatem in figura, quæ explicanda
erat præsius in nouo testamento. Sed non
dicit, quod id facerent ex præcepto. Et ita di-
citur Dani. 6. Daniele orasse ter in die, nem-
pe, tribus illis horis. 3. 6. & 9. De serenissimo
rege ac propheta Dauid legitur pfa. 118. quod
orabat septies in die: nam de se dicit, septies
in die laudem dixi tibi. D autem Iacobus mi-
nor, centies orabat in die & centies in nocte.
De D autem Martino legitur, quod inuictū
ab oratione spiritum non relaxabat. In qua
oratione recreabatur, fouebatur, & quiesce-
bat à laboribus aliorum negotiorum. Præter-
ea de abbate Arsenio legitur, quod in diebus
sabbatorum orabat extensis brachijs ad De-
um, ab occasu solis vsque ad eius ortum in
die sequenti. De abbate autem Bisario legi-
tur quod 16 dies continuo orauit intra cœ-
lam tuam, itans pedibus suis & brachijs ex-
tensis ad cœlum. Sed, quia hæc exempla & si
sint optima & digna quæ à quolibet homine
pro captu suo imitentur, non conuincunt
quod illis horis prædictis alijs homines tene-
antur orare. Ideo definiendum est quando
sit de necessitate præcepti orandum. Et vi-
detur, quod semper teneantur homines ora-
re. Probat ex illo Luc. 8. Oportet semper
orare, & non deficere. Ergo &c.

S E C V N D O. Confirmatur idem ex illo
Paul. prio. ad Thessa. 5. sine intermissione o-
rate.

T E R T I O. Probat hoc ratione. Homo
semper indiget gratia & Dei auxilio, vel ut
resurgat si in peccato est, vel ut stet si gratiam
Dei habet: & semper homo est in peccato
pro quo remouendo orandum est, iuxta
illud Ioan. in canonica, si dixerimus quia pec-
catum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.
Semper etiam homo est in periculo cadendi
& succumbendi demonis tentationibus, iux-
ta illud prim. Petri. 5. Vigilate, quia aduer-
sarius vester diabolus, tanquam leo rugiens
circuit, quærens quem deuoret. Ergo semper
est orandum.

H I S non obstantibus est secunda conclu- *Secunda cō-*
sio. Nullum tempus est aliquo iure determi- *clusso.*
natum ad orandum priuatam oratione: unde
nec tenentur homines semper orare. Hæc
est communis sententia omnium Theologo-
rum

rum in hac materia de oratione. Et probatur
prius: quia frequenter necessarium est homi-
nes intendere alijs rebus & operibus. Quæ-
res aliquando ad hominem priuatum, aliquan-
do ad proximum, aliquando ad R. P. pertinet,
& necessariæ sunt. Ergo non tenentur homi-
nes semper, aut determinato tempore orare.
S E C V N D O. Nusquam reperies præcep-
tum, nec lege naturæ, nec aliqua alia lege o-
bligans ad orandum hoc aut illo tempore. Ergo,
&c. Et ad exempla omnia quæ adduximus ex
illis sanctis patribus, dico quod solum probant
illos fecisse sic, nempe, frequenter ora-
uisse: sed non probant illos ad orandum ten-
neri illis temporibus, & minus probant nos
teneri aliqua lege illis orare temporibus.

A D illud autem quod ex Luc. citauimus so-
lent Theologi respondere, quod, cum Lucas
dicit, oportet semper orare: non intelligit de
oratione actu, & in se, sed de causa eius, quæ
est desyderium charitatis, ex quo procedere
debet oratio. Et interpretatur. S. Thom. quia
tale desyderium semper debet esse in homi-
ne actu vel habitu. Gerson etiam in 3. p. 77. l-
tera. p. dicit certissimum esse Christi dictū,
nempe, oportet semper orare, intellectum a-
ctualiter, vel virtualiter, vel habitualiter:
quod fit quando quis incepit orare Deum, si
postea voluntas orandi non sit per oppositā
voluntatem interrupta. Origenes vero &
quædam antiqua gl. exponunt illud semper
orandum esse. i. semper bene agendū seu be-
ne viuendū: quia sēper orat qui sēper bene agit.
Et ita homines prætendunt orationem semper de-
bere durare & continuam esse, secundum sen-
sum prædictum qui illis visus est. Veruntamē
(ut mihi videtur) Christi intentio in prædi-
cto loco citato, non est dicere quod debet esse
semper permanens & continua oratio. Et
ideo inquirere modos diuersos continuitatis,
ut hi doctores inquirent, ad saluandum
sensum authoritatis, non est cōueniens. Cre-
do Christum Redemptorem nihil aliud intē-
dere, nisi quod non simus contenti si semel
à Deo petimus quod optamus: sed quod oportet
pluries instanter id à Deo petere. Et probatur
quod hic sit legitimus sensus illius testi-
monij: prius ex textu: quia cum dixit, oportet
semper orare, statim declarat quare illud
dixerit, per parabolam de iudice qui re-
nuebat facere iustitiam viduæ petenti: quæ,
cum esset importuna & frequenter ad eum iu-
stitiam petitura veniret, dixit iudex, quia mole-
sta est mihi hæc vidua, vindicabo illam. Vnde
colligimus Christum Redemptorem velle
ut frequentaremus orationem quousque De-
us benedict. condescendat. Iam certum est,
quod vidua illa non orabat iudicem illum
continue, sed frequenter: tempus enim erat
inter orationem & orationem. Accedit eti-

am quod illud dictum, nempe, oportet sem-
per orare, in loco prædicto, non est dictum
Christi, sed Euangelistæ illud ex parabola
colligentis.

C O L L I G I T V R ergo impertinentes esse
alias expositiones, quas alij doctores assignant:
quia secundum priorem stare aliquem
manere in suo desyderio: qui tamen nunquā
à Deo peteret id quod desyderat, & tamen di-
ceretur semper orare: quod non hæret inten-
tioni parabolæ quæ loquitur de instante &
importuna petitione. Vidua namque vindi-
ctam mente semper operabatur. Nec enim iudex
ex desyderio viduæ motus fuit ad faciendū
illi iustitiā, sed ex importunis præcibus. Et eod-
em modo, stando in secunda expositione,
qui semel cepit orare, & propositum illud
nunquam per oppositum interrumpit, dicitur
semper orare. Quod non est ad propositum
parabolæ. Præterea falsum est dicere quod est
necessarium semper orare in illo sensu. Nam
qui semel cepit orare licite potest habere pro-
positum, ab oratione actuali pro tempore
desistens, propter aliquem honestum finem:
ut manifeste constat. Præterea, 3. expositio, nō
pe, semper esse orandum. 1. semper esse bene
operandum, etiam patitur difficultatem: quia
iuxta textum & mentem parabolæ, nō oportet
semper sine interruptione orare. i. bene o-
perari, (sed ut probauimus) oportet semper ora-
re. i. instanter & importune orare. Et sic saluatur
melius pprietas vocabuli, orare, quo textus ip-
se vtitur. Verū est quod ex illis prioribus in-
terpretationibus, quas atrollimus ex alijs, hæc
tertia magis accedit ad sensum Euangelij: iux-
ta illud prouerbiū, qui semper bene seruit,
satis petit. Et ideo nos diximus, quod, orare,
in duobus adductis locis, nempe, Luc. & Pau-
li, sumebatur late, ut significet bene operari.
Sed mihi magis placet sensus noster. Præter-
ea quamquam prædictæ expositiones sint in
se veræ, & non adparentur dicto Euange-
listæ Luc. magis tamen adaptari possunt dic-
to Pauli citato, nempe, sine intermissione
orate. Sed puto Paulum non fuisse loquutū
tam striete: ut, cum dixerit, sine intermissio-
ne orate, nullam prorsus volueritmittere
quietem & cessationem in orando. Quam-
quidem requiem & cessationem omnino ex-
cludunt prædictæ expositiones. Sed voluit
frequentes orationes & crebras, quibus illi
patres Aegipti vtebantur, commendare. Vo-
luitque nos commonefacere, ne per negli-
gentiam diu ab oratione cessemus. Sic nam-
que Act. 12. legitur de Petro incarcerato,
quod in Ecclesia fiebant orationes sine inter-
missione pro eo. Et tamen constat aliquam
temporis intermissionem & interualla fuisse
ad dormiendum, comedendū, & alia officia
charitatis aut naturæ agenda. Sicut etiam
de An-

de Anna, vidua legitur apud Lucā cap. 2. quod sine intermissione rogabat Deum, & a templo non recedebat die ac nocte: Et tamen constat quod ibat domum ac redibat, & non continue sine intermissione erat in templo. Nec valet dicere, quod nunquam a templo recedebat voluntate & desiderio, quia hoc, & si verum sit, non tamen sufficit ad saluandum textum, qui dicit quod die & nocte a templo non recedebat: quia textus non loquitur de voluntate, sed de reali visitatione templi. Secundo, etiam non est verum, quod semper erat in actuali desiderio non recedendi a templo: quia ille actus dormiendo & alijs rebus intendendo corrumpebatur, & non semper actualiter conseruabatur. Præterea, bene dicitur nunc, quod in Ecclesia Dei semper sine intermissione dicuntur diuina officia, quod verificatur, etiam si ad expositiones illas non recurramus, per hoc quod singulis diebus & certis horis diei infallibiliter talia officia cantantur. Itaque semper & sine intermissione orare dicitur qui mane Deum orat, & meridie, & vesperi, & in nocte: idque, quotidie, vt significat D. Ciprian. tractatu de oratione Dominica.

AD rationem autem illam qua probabamus semper esse hominem in periculo, vel indigentia, id est semper debere orare, dico quod eito ita sit quod homo semper est in periculo, non inde sequitur, quod semper & incessanter homo debet orare. Satis enim est quod non sit notabiliter segnus & oisicans, sed vigilet & pro tempore periculi oret instanter: vt supra diximus.

SED his visis postquam ostendimus non esse aliquo iure naturali, nec diuino, determinatum tempus, quando debet homo orare sub pœna noui peccati: & probauimus nihilominus, teneri diuino & naturali præcepto ad priuatam orationem orandum, dubitatur quando currit hoc præceptum.

AD HOC dico quod currit in tempore extreme vel quasi extreme necessitatis, quando, nempe, non apparet aliud remedium ad euadendum illud periculum Ratio est: quia est præceptum affirmatiuum, & talia præcepta solum obligant tempore necessitatis: vnde pro illo tempore tenetur homo orare, & currit hoc præceptum quando tenetur se ad contritionem & gratiam disponere.

SECUNDO. Videtur hoc currere præceptum, etiam quando homo vult sumere iacramentum aliquod.

TERTIO. Tunc tenetur homo orare, quando est acturus iter aut aliquod opus periculosum, quod periculum sine Dei auxilio peculiari euadere non potest.

QUARTO. Tunc occurrit præceptum orandi

quando quis est traiecturus mare periculosum: si etiam in se grauem experiatur necessitatem vel tentationem. Et hoc, si quis videat se ipsum in similibus periculis & articulis necessitatis, siue alium proximum, tenetur formaliter vel virtualiter orare pro se vel illo qui est in illis articulis necessitatis, & Dei gratiam & fauorem petere. Et vltra prædicta euenta & similia, non puto esse de necessitate salutis orandum. Et quamuis ad aliquem effectum consequendum, necessarium sit semper & sine intermissione orare ad sensum prædictum: non tamen absolute sub pœna peccati mortalis, illo modo sine intermissione orandum est. Nec omnia illa quæ Paul. ad Thef. in loco allegato scripsit accipienda sunt tanquam sint de necessitate salutis obseruanda: vt ex ipso textu constat.

EX quibus colligitur nõ esse verum id quod dicit Abulen. super Math. cap. 6. q. 32. nempe, quod tenemur orare pro proximis quos videmus indifferentem esse in necessitate, quos nostris præcibus iuuare possumus: quia (vt diximus) non tenemur sub pœna noui peccati orare, nec pro nobis nec pro alijs, nisi in articulo necessitatis extreme, qui tunc occurrit (vt diximus) quando non speratur aliud remedium ad euadendum illam indigentiam.

SECUNDO. Colligitur non esse verum id quod dicit Siluest. in summa, verb. Oratio in fine, nempe, quod quilibet Christianus diuino iure tenetur orare tempore quo audit missam, quam tenetur ex præcepto audire. Probatur: quia nusquam reperitur tale præceptum.

TERTIO colligitur, quod esto omnis homo (vt dicit S. Tho.) in primo instanti vsu rationis teneatur ad Deum conuerti: non tamen tenetur orare, si alia necessitas non superueniat: quia habet tunc alia remedia, nempe, cogitare de vita sua & de agendis & proponere bonum prosequi.

VLTIMO dico, quod etiam de præcepto ecclesie non tenentur fideles laici orare quādo ex eo iure præcepto tenentur sacrum aut aliud diuinum officium audire, Probatur: quia non reperitur tale præceptum. Sed (vt postea dicemus) satis est quando teneris audire sacra, illi actu humano assistere, & intentionem tuam sacrificis & ministris ecclesie orantibus accomodare. Et esto S. Tho. oppositum hic in vltima conclusione visus fuerit dicere, non asseruit, sed sub dubio reliquit & in summa non dixit id quod in 4. Et hoc dico itando in iure Pontificio communi: secus est, si quis ad aliud teneatur ex voto, ordinatione, vel præcepto alicuius priuati episcopi vel prælati.

Articu,

Articu, quartus.

Vtrum oratio debeat esse vocalis?

Tho. vbi supra, ar. 2. & sequen.



QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod oratio non debeat esse vocalis: sed mentalis tantum. Cratio enim debet esse occulta, & ad Deum tantum: quia est petitio decentis à Deo: vnde dicitur Math. 6. Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. Sed oratio vocalis non est occulta, nec ad Deum tantum esse videtur: quia Deus ad cor respicit, non ad voces. Ergo oratio sine voce esse debet.

PRAETEREA. Cratio est pars contemplationis. Sed contemplatio non existit in aliquo exteriori actu: sed tantum in interiori. Ergo oratio non debet voce exteriori fieri.

PRAETEREA. Per orationem debet intellectus in Deum ascendere, secundum Damas. & affectus in Deum dirigi, secundum Aug. Sed occupatio animæ circa corporales actus, retrahit ascensum intellectus & affectus ad diuina: quia anima non potest intenses circa diuersa occupari. Ergo oratio debet esse sine voce tantum in corde.

SED CONTRA est quod dicitur in psal. Voce mea ad Dominum clamaui.

PRAETEREA. Oratio est actus latriæ, vt dictum est. Sed actus latriæ non solum in interioribus actibus, sed etiam in exterioribus consistit. Ergo oratio non solum debet esse in corde, sed etiam in voce.

RESPONDEO dicendum, quod duplex est oratio. scilicet priuata quæ quis pro se facit, & publica quæ facienda incumbit ministris ecclesie, vt dictum est. Et quia hæc publica oratio non fit ab orante solum pro se, sed pro alijs: idcirco non debet esse solum mentalis, sed vocalis etiam: vt per orationem voce expressam, etiam alij ad deuotionem excitentur, & ad continuandum intentionem suam orantibus. Et propter hoc etiam cantus ab Ecclesia instituti sunt. Vnde Aug. dicit de se ipso, quod flebat vberime in hymnis & canticis suauiter sonantis ecclesie, & quod voces illæ influebant auribus eius, & eliquebatur veritas in corde eius. Cratio autem priuata est quam qui pro se ipso facit. Et hæc quidem potest & voce & sine voce fieri, secundum quod magis orantis animo suppetit. Sed tamen vox orationi adiungitur propter 4. Primo vt homo excitet se ipsum verbis ad deuote orandum. Secundo: vt intentionem custodiat ne euagetur: magis tenetur ad vnum, si verba orantis affectui coniungantur. Tercio ex vehementia orationis in orante vox sequitur: quia motus superiorum virium, si sit fortis, etiam ad inferiores redundat. Vnde & cum mens orantis per deuotionem accenditur, in fletus, & suspiria, inibilos, & voces inconsiderate prorumpit. Quarto propter debitam iustitiam: quia Deo cui reuerentia exhibetur non solum mente, sed etiam corpore seruiendum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod (sicut dicit Grego.) bonum opus sic debet agi in publico ad edificationem. scilicet vt semper intentio maneat in occulto: vnde ille qui publice orat, si exteri non gloriam hominum, sed solius Dei querit, in occulto manet intentio, & soli Deo orat per intentionem, & si etiam proximo innotescat oratio ad edificationem.

AD SECUNDM dicendum, quod actus immediate ad Deum directus, etiam si exteriores sint, ad vitam contemplatiuam pertinent, & sunt contemplationis partes secundum quod large accipitur, quāuis non sint secundum quod strictè sumitur pro ipsa meditatione sapientie: vt dictum est. Vnde, etiam lectio quæ ad meditationem diuinorum ordinatur pars contemplationis ponitur, quæ fit voce quandoque.

AD TERTIVM dicendum, quod quando duæ vires ordinatæ sunt ad idem, vna non impedit aliam in suo actu, sed magis iuuat sicut

sicut sensus imaginatio: quando ad idem ordinantur. Sed intentio expressa per vocem non impedit ascensum intellectus ad Deum, nisi nimia cura in verbis proferendis fiat: sicut illi qui verba composita in oratione proferre nituntur.

IN HOC quarto ar. D. Tho. scribit vnā distinctionem bimembrem & duas conclusiones. Distinctio est, Duplex est oratio. Altera communis, altera priuata, siue singularis. Communis est illa quę ab ecclesia est instituta, quam ministri ecclesię porrigant domino Deo pro toto populo fidei. Huiusmodi sunt orationes quę in sacro dicuntur, & preces horarię: quę quotidie à beneficiarijs, vel constitutis in aliquo ordine sacro, dicuntur. Oratio autem priuata vel singularis est illa quam quilibet homo pro se vel alijs Deo offert sponte sua: ita quod ad illam non tenebatur ex institutione alicuius superioris. Et huiusmodi sunt orationes quibus frequenter fideles Deum benedictum pro se vel alijs orant. **H**IS habitis, est prima conclusio. Oratio communis debet esse vocalis sub pœna peccati mortalis, ex ecclesię institutione.

SE C V N D A conclusio est. Oratio priuata non est necessarium quod sit vocalis, sub præcepto: sed propter aliquas necessitates aliquando laudabile est quod etiam priuata oratio sit vocalis. Quas rationes habes in litera: vide ibi. Has duas conclusiones confirmauit S. Tho. in secunda. 2. q. 83. ar. 12. & sunt certę & indubitatę in materia hac. De quibus nõ est controuersia inter fideles.

CI R C A hæc quę D. Tho. cum communi Theologorum sententia dicit, dubitatur prius an oratio vocalis communis debeat proferri alta voce, vel an sufficiat quod dicatur submisse. Et videtur, quod non sufficit quod dicatur submisse: sed quod debet dici alta voce. Et prius probõ hoc testimonio D. Tho. qui in secunda. 2. vbi supra, dicit, quod institutum est ab ecclesia, quod oratio communis sit vocalis & quod dicatur alta voce. Ergo, &c.

SE C V N D O. Oratio communis instituta est propter homines. Ergo debent homines audire illam. Debet ergo dici alta & sonora voce.

HIS autem non obstantibus dico ad propositum dubium, quod oratio communis nõ est necessarium quod dicatur alta voce: sicut est necessarium quod sit vocalis. Nam quod sit vocalis, est de necessitate præcepti: sed quod dicatur alta voce, non est de præcepto, sed est conueniens: quia conueniens est quod populus audiat orationem quę pro populo est ab

ecclesia instituta, & vt excitetur ad orandum pro se, postquam ecclesia orat pro eo. Et hoc modo intelligit Sanct. Thom. quando dicit quod oratio debet dici alta voce. Et ad secundum argu. nego priorem consequentiam quia non est necessarium, quod populus audiat orationem quę pro se est instituta: licet sit conueniens propter rationes quas Sanct. Tho. signat in ar.

VN D E colligitur male facere illos sacrificios seculares: & monachos qui sacra agunt ita submisse quod non audiuntur à circumstantibus. Agunt enim contra finem. Probatur quia agunt contra finem ab ecclesia intentum. Nam ecclesia intendit quod populus audiat illas orationes, vt excitetur ad deuotionem & oret pro se, postquam ecclesia orat pro ipso.

SE C V N D O. Colligitur ex dictis, quod qui tenentur ad preces horarias non satisfaciunt præcepto, sed peccat mortifere, si mente solum illas persoluent. Probatur prius: quia cadit sub præcepto quod dicantur voce. Cuius ratio est aperta quia ecclesia non obligat immediate ad actus mentis: nec homo satisficit præcepto ecclesię per solum actum mentis. Ergo necessarium est, vt ecclesię præcepto satisfacias de precibus horarijs dicendis, quod eas voce dicas, & non sola mente pertractes. Et hoc est expressum inter alia iura in concilio Basiliensi, sessio. 21. nempe, quod preces horarię non interdentes, nec in guttore, nec syr copatę dicantur: sed integra voce pronuntientur.

PRÆTEREA. Dubitatur vnde vocatę sunt communes orationes horę canonicę, vel preces horarię.

DI C O quod illę orationes sortitę sunt illam denominationem a tempore quo persoluntur. Vnde ab hora matutina dicitur illud officium hora vel preces matutine. Et à prima hora diei dicitur illę orationes prima hora canonicę, vel preces primarię horarię. Et ita dicendum de alijs. Et eadem preces dicuntur canonicę, quia regulares, nempe, per regulas vel canones constitutę.

SE D dubitatur, an omnes fideles teneantur ad preces horarias vel aliqui, & alij nõ

AD quod dico ex mente omnium fidelium doctorum sine aliqua controuersia quod nõ tenentur omnes fideles ad preces horarias, sed solum illi qui sunt constituti in aliquo ordine sacro, & qui sunt beneficiarij licet non sint constituti in ordine sacro. Vnde in concilio Lateran. dicitur, quod propter officium datur beneficium. Et compelluntur ibi beneficiarij restituere illos fructus beneficij quos obtinuerunt tempore quo non soluerunt has preces horarias communes. Et quod solum prædicti teneantur ad preces horarias præter hoc quod est communis consensus fi-

Dubium secundum

delium doctorum & prælatorum: est pro hoc ius pontificium extra de celebra. missarum: cap. 1. 1. & cap. Dolentes, & 91. d. cap. Eleutherius. Et hoc ipsum præcipit concilium Basiliens. Sessio. 21 vt supra citauimus. Idem præcipitur in concilio Lateranen. sub Leone. 10. sessione. 9. S. Tho. in quodlibetis, quodlib. 6. ar. 8.

Dubium tertium.

PRÆTEREA. Dubitatur, an illi qui tenentur ad preces horarias, teneantur illas exprimere ad minus tam alta voce quod se ipsos audiant?

Prima propositio.

AD HOC responderetur duabus propositionibus. Quarum prior est. Illi qui tenentur ad preces horarias non tenentur tam alta voce proferre, vt se ipsos audiant: & absolute dicendum est, quod nõ tenentur se ipsos audire. Probatur quia: si sunt infirmi illi persoluentes preces horarias aut surdi non poterunt se audire, esto vociferentur, & vsque ad sidera voces extollant. Vnde, ad hoc quod satisfaciunt præcepto, non requiritur quod ipsi orantes se audiant, ita quod quisque propriam suam vocem audiat.

Secunda propositio.

SE C V N D A propositio est. Ad satisfaciendum præcepto requiritur, quod persoluentes preces horarias proferant eas voce de articulata distincta ita quod sit vox audibilis eodem modo quo à circumstantibus simul moraliter possit audiri, aliàs peccaret mortaliter qui in palato proferat preces ad quas tenetur, ita quod non sit vox audibilis.

Dubium quartum.

PRÆTEREA. Dubitatur, an omnes qui habent aliquod beneficium teneantur ad preces horarias?

Prima propositio.

AD HOC responderetur aliquibus propositionibus: Quarum prior est. Omnes constituti in ordine aliquo sacro ex vi illius constitutionis, esto nullum beneficium aut stipendium habeant ab ecclesia, tenentur ad persoluum preces horarias. Et hæc est à deo certa & sine controuersia recepta, quod non indiget probatione: tum, quia iura quę citauimus ita præcipiunt, tum, quia ad hoc consecrantur ministri ecclesię, vt orent pro alijs. Ergo ex vi illius consecrationis tenentur ad preces illas canonicas. Dixi, ex vi illius consecrationis, id est, ex vi institutionis ecclesię: quę (vt probauimus) præcepit constitutos in aliquo ordine sacro, teneri ad preces horarias, esto nullum aliud stipendium ab ecclesia recipiant.

Secunda propositio.

SE C V N D A conclusio est. Beneficiarij sunt in triplici differentia. Nam quidam sunt qui titulum beneficij habent, & fructus percipiunt ipsius beneficij. Alij sunt qui habeant beneficium, & illius fructus non percipiunt. Alij autem percipiunt fructus beneficij: sed non habent titulum beneficij: vt sunt pensionarij, qui pensionem, vt vocant, aut pro pensionem fructus recipiunt.

TERTIA conclusio. Beneficiarij qui habent beneficium sufficiens ad alendos ipsos & eius fructus percipiunt, etiam si non sint in sacris constituti, sine controuersia tenentur sub præcepto ad preces horarias. Hęc probatur in concilio Lateranen. sub Leone. 10. sessione. 9. Vbi dicitur beneficiarios teneri ad preces horarias: quia propter officium datur beneficium. Et hæc propositio certa est.

Tertia propositio.

SE D, dubitatur quando beneficium est à deo simplex & tenue quod non est sufficiens ad alendum ipsum beneficiarium (vt si valeat solum. 4. aut. 5. aureos) an nihilominus teneatur talis ad preces horarias? Et videtur quod non. Probatur: quia Bonifacius. 8. determinauit de prebendis libro. 6. capitu. Is cui: & ibidem capitu. Si motu proprio quod quando à Summo Pontifice conceditur alicui potestas conferendi beneficium alteri idoneo, non est idoneus ad accipiendum illud beneficium ille qui iam habet beneficium sufficiens, vt alatur. Ideo alius non potest dare illi habenti sufficiens beneficium insufficientem tamen ad ipsum alendum. Ergo insufficientem beneficium reputatur non beneficium. Ergo ille qui habet insufficientem beneficium non tenetur ad preces horarias plus quam si non haberet beneficium. Secundo. Qui seruit altari de illo debet manducare. Ergo, cum ille habens insufficientem beneficium habeat tam parum de sua præbenda quod non sufficit ad sustentationem, non tenetur ad onus precum horariarum. Tertio. Recepta regula est moralis. Quod parum est, pro nihilo reputatur: & ita recipitur in iure. Ergo illi parui fructus pro nihilo sunt reputandi. At si ille penitus nihil haberet de illo suo beneficio, & non staret per illum, non teneretur ad preces horarias. Ergo non tenetur quando solum recipit illos paruos fructus.

Dubium quintum.

HIS tamen non obstantibus dico, & sit. 4. propositio, cum communi sententia doctorum, quod, quantumcumque sit paruum & insufficientem beneficium, eo quia ille iam beneficiarius est, tenetur ad preces horarias: esto non sit constitutus in ordine sacro. Hęc probatur distinctione. 91. capitu. Clericus victum & vestitum. Vbi habetur, quod Clericus, qui à beneficio suo vel ecclesia non sufficienter alitur quærat victum & vestitum artificis vel agricultura absque detrimento sui officij. Et glos. ibidem dicit, quod sicut maritus tenetur alere vxorem, quamuis non possit ex infirmitate reddere ei debitum. ita clericus tenetur ministrare ecclesię dicendo preces horarias, quamuis ecclesia non sufficienter alat illum: quia sibi imputatur postquam illam accepit & retinet. Et hoc est verum, siue in principio fuerit pingue beneficium, & postea

Quarta propositio.

Ita tenue. Siue etiam in principio quādo accepisset tenue. Ideo, vel illud dimittat, aut preces horarias persoluat.

ET ad argumenta in oppositū dico, & prius ad primum, concedendo, quōd qui habet paruum beneficium, est idoneus ad recipiendum maius: sed nihilominus est vere beneficiarius ideo tenetur ad preces horarias.

AD secundum dico, quōd tota ratio quare quis tenetur ad preces horarias, non est stipēdium sustentationis & alimentum: sed quia talis deputatur minister ecclesię, & ipse illud ministerium acceptat.

AD tertium autem nego, quōd semper parum reputetur pro nihilo, maxime in iure: Imo est maxima differentia: quia quod in se erat parum, in ordine ad illud est magnum: Ut, esto illi parui fructus in se sint quōdam parum: in ordine autem ad ministerium Ecclesię, qualis ille reputatur per hoc quōd illam acceptat, sunt magnum. Vel dico, quōd esto illi fructus sint quōdam parum, non reputantur nihil, propter rationem dictam.

Quinta propositio.

QVINTA propositio est. Beneficiarius qui habet ius ad fructus beneficii & possunt, si volunt, illos percipere, sed non percipiunt: quia permittunt quōd cōsanguinei vel amici illos percipiant, vel, quia volunt ludere vel dormire, aut propter aliquam aliam causam non eunt ad Ecclesiam: propter quod fructus distribuuntur alijs portionarijs, & ipsi non recipiunt: adhuc tenentur ad preces horarias. Hęc etiam est certa, & ab omnibus viris doctis recepta. Ratio est: quia huiusmodi vere sunt beneficiarij quo ad omnia, nempe, titulum, & fructus.

Sexta propositio.

SEXTA propositio. Beneficiarius qui vno tēpore nihil recipit de suo beneficio, sed est recepturus alio tempore, pro quo tempore referuntur hi fructus huius temporis: itaque non recipit nunc, sed est recepturus postea, tenetur ad preces horarias. Hęc etiam certa est. Ut cum fructus sunt (vt aiunt) sequestrati vel detenti: quia est his inter partes. Ille qui habet iustitiam est que postea recepturus, tenetur officium diuinum persolvere: esto non sit constitutus in ordine sacro.

SED, grauius dubium est, an beneficiarij qui solum habent titulum beneficii, & Apostolica ordinatione, fructus omnes beneficii applicentur alijs vel alijs in cōmendam vel pensionem, vel aliquo alio titulo. Ita, quōd beneficiarij nō habent ius ad illos fructus viuentē illo pensionario, vel cōmendatario, teneantur ad preces horarias.

AD HOC dico, quōd ad huc est distinguendum: quia vel talis beneficiarius seruit Ecclesię vnde, ad minus, percipit quotidianas distributiones, vel non. Et si recipit quotidianas distributiones, tenetur ad preces hora-

rias. Probat: quia iam habet aliquos fructus & si tenues, sui beneficii. Ergo tenetur: vt supra probauimus. Et hęc etiam est certa.

SED tota difficultas est quando beneficiarius nihil pœnitus recipit, nec etiam illas quotidianas distributiones sed manet cum solo titulo, an tenetur ad preces horarias?

AD QVOD dicunt communiter doctores, quōd non tenetur ille talis beneficiarius ad preces horarias. Et huius sententię est Caietanus in Summa verb. horar. Canonice. Idem tenet Paludanus in. 4. distinctione. 15. quęstione. 5. Et probant: quia iniustum est imponere alicui onus, cui omne commodum & mercēs denegatur, vt habetur de pœbendis capitu. Cum secundum Apostolum: & ex regula iuris in. 6. quę sic habet: Qui sentit onus, sent. re. debet & commodum. Ergo cum ille beneficiarius non sentiat nec minimum commodum, nec tenebitur ad aliquod onus. Altera est opinio aliorum, quę dicit, quōd beneficiarius habens solum titulum beneficii nihil inde pœnitus accipiens, ex solo titulo beneficii tenetur ad preces horarias. Hęc est sententia Ioan. Metinen. in codi. de oratione quęstione. 7. & aliorum aliorum. Et probatur prius. Ille beneficiarius cum illo onere acceptauit illud beneficium, & effectus est minister illius Ecclesię. Ergo tanquam minister illius Ecclesię tenetur ad preces horarias. Secundo: quia data alia opinione non tenetur ad soluendum officium diuinum in Ecclesia: quod ostendimus falsum ex illo capit. Clericus distinctione. 91. Antecedens patet, quia nihil ei datur. Tertio si ille beneficiarius acceptasset illud beneficium cum iure percipiendi fructus, teneretur ad preces horarias quamuis postea permittat quōd alius accipiat fructus beneficii. Ergo etiam tenetur cū ipse in principio celsit iuri percipiendi fructus reseruato sibi titulo beneficii. Quarto. Pensionarius, nempe, qui percipit fructus in pensionem non teneretur ad officium diuinum, nec ad officium illius particularis Ecclesię. Ergo tenetur ille beneficiarius, licet solum habeat titulum beneficii: quia alijs nullus teneretur ad officium diuinum in illa ecclesia quod falsum est. Opinio ergo hęc vera est: & ad minus, probabilis.

HIS autem non obstantibus, ego non responderem sic absolute, nec secundum vnam pœdictarum opinionum, nec secundum aliam: Sed distinguerem ad pœdictum dubium. Nam, vel ille beneficiarius sponte sua suscipit illum titulum beneficii cum administratione beneficii, vel non suscipit sponte sua, sed compulsus obedientia pœlati.

HIS notatis sit prima propositio. Si beneficiarius suscipit sponte sua titulum beneficii cum administratione sine fructibus etiam manualibus.

Prima propositio.

manualibus vel quotidianis administrationibus tenetur ex vi tituli ad preces horarias, esto non teneatur aliunde. Et in hoc sensu re puto veram pœdictam secundam opinionem & probant eam illę tres rationes quas in illius probationem confecimus. Et confirmatur rursus: quia Summus Pontifex quando confert illud beneficium quod alius acceptat sine fructibus, non intendit deobligare illum ab officio diuino: Imo intendit, quōd ille habeat curam officij & Ecclesię illius peculiaris: nullaque ei infertur iniuria, cum ipse voluerit illud beneficium sponte accipere & quia vere est beneficiarius illius Ecclesię sponte sua sine iniuria sibi in hoc irrogata.

Secunda propositio.

SECUNDA conclusio est. Si cogitur ille beneficiarius obedientia superioris quōd accipiat titulum beneficii sine fructibus & sine communibus distributionibus: non tenetur ex vi illius tituli ad preces horarias. Et in hoc sensu re puto priorem opinionem, quę erat Caieta. veram. Et hoc cōfirmant iura pro illa citata. Et probatur rursus: quia facta est illi iniuria, dum imponitur illi onus sine cōmodo aliquo: quod est contra ius naturale, diuinum, & humanū: vt citauimus.

Tertia propositio.

TERTIA conclusio est. Si beneficiarius sponte sua habet titulum beneficii: hac tamen lege in titulo consentit, quōd renuntias beneficio maneat cum omnibus fructibus & etiam cum administratione Ecclesię: ita, quōd beneficiarius non potest administrare illi Ecclesię sine licentia pensionarij renuntiantis: non tenetur talis beneficiarius ad preces horarias: quia non est tunc beneficiarius nisi in potentia, nempe, post mortem pensionarij.

HIS adnotatis, ad argumentum contra meam primam propositionē: quia scilicet sit beneficiarij iniuria, quōd teneantur ad onus & non habeant commodum: nego illud, quia ipse celsit sponte sua iuri percipiendi fructus beneficii: illoque modo iura sunt intelligenda.

Quarta propositio.

QVARTA conclusio est. Pensionarius qui habet redditus beneficii, sed non titulum non tenetur ad preces horarias. Probat, quia (vt probatum est) tenetur ad officium diuinum beneficiarius, Ergo non tenetur pensionarius: quia alijs duo tenerentur ad preces horarias ratione vnus beneficii: quod non videtur apprens. Secundo: quia pensiones non dantur propter officium diuinum: sed propter aliquam aliam piam causam, nempe, ad iuuandum aliquem vt discat literas, vt possit esse vtilis postea Ecclesię: vel, quia in bello vel aliquo ministerio iam ministravit vel ministrat Ecclesię.

Quinta propositio.

QVINTA propositio est. Coadiutor alterius beneficiarij ex vi solius officij coadiu-

uandi non tenetur ad preces horarias, nisi quando ob defectum principalis beneficiarij ipse ministrat Ecclesię. Probat, quia ad hoc solum datur coadiutor: non autē vt semper ex vi illius officij, teneatur ad preces horarias.

EX dictis colligitur, quōd ille cui datur aliqua Ecclesia in cōmendam, vel simpliciter, vel ad tempus, quousque detur titulus alicui tenetur ad preces horarias. Probat: quia interim quōd hic accipit Ecclesiam in cōmendam, accipit curam illius Ecclesię, & officij & illorum quę solent & debent fieri in illa Ecclesia: sicut acciperet si daretur ei titulus: Secundo: quia interim quōd titulus alteri nō datur, ille cōmendatarius habet ius ad fructus illius beneficii. Ergo tenetur ad officium diuinum.

SECUNDO colligitur, quōd qui habet facellam collatiua per pœlatos Ecclesię, quę vocant capellanas, tenentur ad preces horarias. Ratio est in promptu: quia sunt beneficia ecclesiastica. Et esto constituant alios in suo loco qui persoluant officium in illa Ecclesia vbi facellum est, non de obligantur a diuino officio: quia est onus personale, quod alteri propria authoritate subditus committere non potest.

Dubium sextum.

PRÆTEREA. Dubitatur, an illi qui sunt professi aliquam probatam religionem ex vi illius professionis teneantur ad preces horarias: & si nec beneficiarij sint, nec sacris initiati? Videtur: quōd non, quia de essentia religionis solum est volere obedientiam, paupertatem, & castitatem. Ergo ex vi huius professionis non tenentur monachi solum professi ad preces horarias. Et hoc dico ex vi professionis: scilicet si in regula quam profitentur habeatur quōd tenentur ad preces horarias. Confirmatur etiam hoc: quia monachi laici qui non induuntur habitu clericorum monachorum, sunt professi religionem ita beneficium alijs clericis: & non tenentur ad preces horarias, nisi ad certas paucas orationes. Ergo ex vi professionis nullus professus tenetur ad preces horarias.

SECUNDO. Dixi, quōd non tenentur ex vi professionis: quia ex consuetudine declarata a pœlati, quōd volunt omnes professos persolvere preces horarias sub pœcepto, tenebuntur. Quando autem nihil disponit de hoc pœlatus nec consuetudo sic declarata, dicendum est, quōd professus, solum quia professus, non tenetur ad preces horarias.

PRÆTEREA. Illi qui minoribus tantum ordinibus sunt initiati iure nullo cōmuni tenentur ad aliquid orandum vocaliter. Dico, cōmuni iure, quia forte ex consuetudine

dine vel pręcepto alicuius diocęsis tenebuntur: vt mihi de aliquibus relatum fuit.

Dubium. Septimum. **P**RÆTEREA. Dubitatur, an ordo per soluendi preces horarias cadat etiam sub pręcepto: vel, an liceat prius dicere preces quas tertiam uocant, quā dicatur alię quas primam dicunt. Et ita pone exempla de alijs.

AD HOC dico, quod ordo non cadit sub pręcepto. Probatur: quia nusquam habetur tale pręceptum: iura enim solum pręcipiunt quod dicantur preces horarię: sed non pręcipiunt quod dicantur tali ordine. **VNDĒ** colligitur, quod si quis ex causa rationabili prius soluat preces quę dicuntur sexta, quā alias quę dicuntur tertia: nō peccat, nec venialiter. Vt si Cononicus ad chorum iret, vel monachus, chorusque tunc sextam solueret, & ipse tertiam nondum persoluerat: potest sine peccato, etiam veniali, sextam cum choro simul soluere, postea non repetiturus, solamque tertiam soluturus. Hoc asserit Caieta. in sua Summa, verb. Horę Cano. Idem habet Antoninus 3. p. tit. 11. cap. 4. §. 4. Idem dicunt Siluest. & Angel. in suis summis, verb. Horę Cano.

Dubium Octauum. **P**RÆTEREA. Dubitatur, an sacrificus qui agit sacrum antequā soluat officium matutinale, peccet mortaliter.

AD HOC respondet Antoninus in suo defecerunt, verb. hora. quęstione. 4. versiculo. 4. quod ita, & idem dicit. 3. p. titu. 13. cap. 4. §. 4. Et addit, quod non solum peccat mortaliter sacrificus agens sacrum antequā dicat officium matutinale. Sed etiam si agit sacrum antequā dicat Primam. Aliqui etiam alij hoc asserunt. Probant: quia est contra consuetudinem antiquam & generalem in Ecclesia quę tenet quod sacrum non agatur antequā persoluatur officium matutinale, & preces quas Primam vocamus. Ergo oppositum agens peccat mortaliter. Sed oppositam sententiam habet Siluest. verb. Missa. 1. 4. & 6. in sua Summa: dicitque ad argumentum pro alia sententia, quod non omnis consuetudo obligat sub pœna peccati mortalis, sed sola illa quę est cum intentione pręlatorum obligat: quod de prędicta consuetudine non constat: quia nullus textus hoc dicit.

HIS non obstantibus, ego dico quod agere sacrum ante officium matutinale multum probabile est esse peccatum mortale. Ratio est quia Ecclesia nunquam promisit quod in communi agatur Missa ante officium matutinale, altem ante officium nocturnorum, vt constat: quia esto quod in nocte natalis Domini agat Ecclesia sacrum in media nocte, non tamen ante officium nocturnorum, licet ante Laudes. Ergo signum est, quod vult obligare ad mortale, si oppositum fiat: vultque Ecclesia, quod sacerdos non accedat ad

sacrum, quin prius orauerit illa die preces illas communes, saltem matutinales nocturnorum.

SECUNDO. Dico, quod agere sacrum ante preces horarias quas Primam dicunt, cum causa aliqua rationabili nullum est peccatum, nec veniale. Hoc tenet Summa Tabie. verb. Missa quęstione. 6. probatque: quia in multis locis, collegiatisque Ecclesijs consuetudo est, quod dicantur aliquot missę priuatę ante preces in communi, quas Primam vocant, & illi sacerdotes qui agunt sacrum antequam dicantur preces illę in communi in choro, si tenerentur antequam agant sacrum dicere illas, bis tenerentur illas dicere semel quidem ante sacrum, & postea in choro: tenentur namque ad chorum ire.

PRÆTEREA. Dubitatur quot sint istę preces horarię, quas horas cononicas vocant?

DICO quod communiter dicuntur. 7. quia officium matutinale & Laudes dicuntur vna hora. Et quod istę horę Canonice sunt solum. 7. Probant ex illo Dauidis. Septies in die laudem dixit. bi. Aliqui autem dicunt esse. 8. quia dicunt, quod illę preces quę Laudes dicuntur, sunt distinctę a precibus Nocturnorum. Probant hoc: quia illę preces quę Laudes dicunt, habent hymnum distinctum incipiunturque cum Deus in adiutorium &c. Ergo. &c. Tamen, quia siue dicantur. 7. horę Canonice, siue octo, parū refert satis sit ista dixisse.

PRÆTEREA. Dubitatur, an significent aliquid istę preces horarię circa passionem Christi?

AD hoc multi dicunt quod ita. Officium matutinale, dicunt, significant Christum captum. Prima Christum conpsum, Tertia Christum accusatum & morti traditum. Sexta Christum cruci ligatum, Nona Christum latere percussum: vespertinum vero officium Christum a cruce sublatum, Cōpletorij denique officium Christum sepultum. Alij dicunt Ecclesiam in die septies orare ad significandam creationem: quę septem fuit diebus completa: redemptionemque, quę septem fuit horis peracta. Quę omnia deuotione contemplationes sunt.

Articu. quintus.

Vtrum oratio debeat esse diurna?

AD QVINTVM



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod oratio nō debeat esse diurna. Vt Math. 5. habetur: Orantes autem nolite multum loqui. Sed qui diu vocaliter orat, multum loquitur. Ergo oratio, vocalis ad minus, non debet esse diurna.

PRÆTEREA. Diuinum pręceptum nō est prętergrediendum. Sed Dominus pręcepit orantes sic orare, Pater noster, &c. Ergo videtur, quod non oportet alias orationes addere.

PRÆTEREA. Oratio ad Deum fusā debet esse cum fiducia: Iaco. 1. Postulet autem cum fiducia nihil hęsitans. Sed prolixitas petitionis est signum diffidentie in petitionibusque ad homines diriguntur: vnde verba multiplicatur ad hoc quod animus eius ad quę petitio dirigitur, flectatur. Ergo oratio ad Deum non debet esse diurna.

SED CONTRA est. 1. Tim. 4. Quę vera est vidua vacet orationibus die ac nocte. Ergo oratio debet esse diurna.

PRÆTEREA. Omnis Christi actio nō strata est instructio: Sed Christus legitur diuini orasse: vt patet Luc. 22. Ergo oratio nostra debet esse diurna.

RESPONDEO. Dicendum, quod in oratione precipue attenditur orantis deuotio, & ideo tantū debet oratio protendi quātum deuotio orantis conseruari potest. Et ideo si diu possit deuotio conseruari, deberet oratio esse diurna & proluxa. Si autem prolixitas fastidium vel cadidum pariat, oratio non est diuini protrahenda. Vnde Augusti in lib. De orando Deum, Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, castamen breuissimas & raptim quodammodo iacula: as, esse vigilanter erectas: quę oranti plurimum necessaria est, ne per diuiores moras euanescat, atque habetur intentio: ac per hoc ipsi satis ostendunt, hanc intentionem: sicut non esse obtendendam si durare non potest, ita si perdurauerit, non esse rumpendam.

AD primum ergo dicendum, quod secundum Augusti. ibidem absit ab oratione multa loquutio, sed non desit multa precatio: si feruens perse-

ueret intentio. Nam multum loqui, est in orando rem necessariam verbis superfluis agere: multum autem precari, est ad eum quem precamur, diuturna & pia cordis exercitatione pulsare.

AD secundum dicendum, quod (sicut Augusti in eodem lib. dicit) liberum est alijs atque alijs verbis scilicet ab iis quę in Oratione Dominica petuntur, eadem tamen secundum rem in eodē dicere. Et ideo pręcepto dominico nō obligamur ad verba illa scilicet ad res illas petendas a Deo: quia (vt in eodem lib. dicit) quęlibet alia verba dicamus quę affectus orantis vel pręcedendo format vt clareat, vel consequendo attendit vt crescat, nihil aliud dicimus quam quod in Oratione dominica appositum est: si recte congruenter oramus.

AD tertium dicendum, quod petitio fit homini ad hoc quod desiderium petentis ei innorescat ad flectendum eum verbis: sed orationem ad Deum fundimus, vt desiderium nostrum exerceamus. Et ideo vtile est diu orare, si diurna exercitatione desiderium crescat.

IN HOC art. 5. constituit Sanct. Thomas duas conclusiones Prior est. Quādiu durat deuotio, attentio, atque desiderium bonum ad Deum, est laudabile quod duret vocalis oratio priuata. Secunda conclusio est. Quando ex vocali oratione sequitur tedium fatigatio, & fastidium quoddam, vnde tepescit & remittitur deuotio ac desiderium in Deum, relinquenda est oratio priuata. Has duas conclusiones confirmat Sanct. Thom. in secunda. 2. quęstione. 83. articulo. 14. & addit tertiam cōclusionem. Quod scilicet sicut est relinquenda proluxa oratio priuata quādo ex illa sequitur remissio deuotionis in ipso orante: ita properandum est in orationibus communibus, quando ex proluxa communi oratione sequitur quod remittatur deuotio & attentio populi. Quod debent notare sacerdotes & monachi, qui aliquando a deo morose canunt sacra & preces horarias quod protrahunt vsque ad meridiem vel plus: vnde sequitur quod populus tedio illius prolixitatis affectus, recedit & non interest diuino officio, aut manet ibi sine deuotione. Secundo aduertendum est illud testimonium quod Sanct. Thom. exponit in 2. 2. quęstione. 83. articulo. 14. ad quartum nempe oportet semper orare &c. & nos tractauit

mus supra articulo. 3. Et licet hi sensus quos probat ibidem Sanct. Thom. in se sint veri, non videntur ad intentionem & sensum literalem Euangelij, sed alius quem ibi probauimus. Vide ibi.

DUBIUM primum. **D**UBITATVR prius quo tempore. i. quibus horis, indie & in nocte preces horariæ sint dicendæ.

AD quod respondent communiter Theologi, quod si preces horariæ dicuntur in choro vel in communi cum alijs, debent dici horis & temporibus institutis a prælatis qui ipsas Ecclesias collegiatis gubernant, vel secundum antiquas & probatas consuetudines ipsarum Ecclesiarum, in quibus preces illæ sunt dicendæ. Si autem preces horariæ sunt dicendæ priuatim à personis priuatis, absque peccato mortali possunt dici à vespere vnius diei vsque ad mediam noctem sequentis diei. Hac lege, quod in vespere prioris diei solum dicatur officium matutinum: aliæ vero preces in die sequenti dicantur vsque ad mediam noctem. Si autem non dicas omnes preces horarias ante mediam noctem peccabis mortaliter.

SECUNDO. Dico, quod differre notabiliter preces istas horarias, vltra tempora consuetæ sine causa rationabili, est peccatum veniale.

TERTIO. Dico, quod laudabile est præuenire tempora consuetæ ad dicendum preces horarias cum causa rationabili. Hæc probatur ex. 1. capitu. de celebratione missarum: vbi dicitur, quod sacerdos potest mane dicere etiam vsque ad officium vespertinum inclusiue: & postea, si opus est, ire ad officium vel ministerium rurale?

DUBIUM secundum. **S**ED dubitatur quæ horæ sint illæ quæ vocantur hora prima, hora tertia, sexta & nona: vnde prædictæ preces horariæ sic denominantur.

AD quod dico, quod loquendo ad modum scripture, dies artificialis qui est ab ortu solis vsque ad occasum, distribuendus est in duo decim partes æquales, & ex illis, 3. priores vel aggregatum ex illis vocatur prima hora: quæ partes incipiunt ab ortu solis, quando communiter in Ecclesijs collegiatis cantantur preces quæ Prima dicuntur. Tres autem aliæ vel aggregatum ex sequentibus dicuntur hora. 3. & aliæ tres cõsequentes dicuntur. 6. & tres aliæ prostremæ dicuntur. 9. & ex illis, 3. posterioribus partibus diei vltima dicitur duodecima. Hæc omnia probantur: quia in hoc sensu dixit Christus Redemptor noster Ioan. 11. Nonne duodecim sunt horæ diei: quod non poterat intelligi de horis horologij quia de illis non sunt semper in toto anno duodecim horæ, nam in estate sunt. 16. & in hyeme sunt tantum. 8. Intelligitur ergo de

horis. i. de partibus diei artificialis: vt diximus. Hoc ipsum probat Sanct. Thom. super Ioan. capitu. 11. Sic etiam intelligitur illud Math. 20. de patre illo familias qui exijt primo mane. i. hora prima ad istum modum nostrum: & postea hora. 3. & 6. & 9. & tandem. 11. quæ. 11. hora est penultima pars prædictarum. 12. partium. Vnde dicitur in Euangelio quod illi qui postremo in vineam missi fuerant, sola vna hora laborauerunt, nempe, ab. 11. vsque ad. 12. Et secundum iura communia humana, & secundum consuetudinem primitiue Ecclesiæ, prædictis partibus diei erant preces horariæ dicendæ. Nunc autem apud monachos communiter hoc ad huc obseruatur: apud alios autem seculares sacrificios multa sunt mutata. ide. (vt diximus) standum est consuetudini probatæ Ecclesiarum ipsarum. Dixi diem artificialem in estate habere. 16. horas & in hyeme. 8. id intelligo in Hispania: licet aliter contingat in alijs regionibus. Notandum est etiam ratio quare dies artificialis diuiditur in. 12. partes: quia in die super nostrum Horizontem semper ascendant. 6. signa, & quodlibet signum diuiditur in duas partes: & quia in hyeme signa ascendant oblique & in vere recte. ideo illæ partes vel horæ in hyeme sunt minores quam in vere quando ascendunt recte.

Articu. sextus.

Vtrum actualis attentio sit de necessitate orationis?



DSEXTVM sic proceditur: Videtur, quod actualis attentio sit de necessitate orationis: quia (sicut dicit Greg.) illam orationem Deus non audit, cui ille qui orat non intendit. Sed ad hoc fit oratio, vti a Deo exaudiatur. Ergo superflua est oratio si fit sine attentione.

PRÆTEREA. Hug. de sanct. Vict. dicit. Si cum orationem fundimus aliud quod libet à corde versamus, etiam si illud bonum sit, à culpa liberi nõ sumus. Sed oratio quæ habet culpam adiunctam non habet suam efficaciam. Ergo requiritur ad orationem actualis attentio.

PRÆTEREA

PRÆTEREA. Oratio est ascensus intellectus ad Deum secundum Damas. Sed quædo deest attentio: intellectus non ascendit in Deum. Ergo non est oratio.

PRÆTEREA. Omne opus virtutis debet ex electione procedere. Sed oratio est opus virtutis. Ergo debet esse cum attentione, sine qua non est electio.

SED CONTRA est, quod nullus tenetur ad impossibile. Sed impossibile est mentem diu, attentam teneri ad aliquid quin ad alia subito rapiatur. Ergo non est de necessitate orationis quod semper comitetur ipsam attentionem.

PRÆTEREA. In alijs operibus meritorij non requiritur quod semper adsit actualis attentio: sicut non oportet quod ille qui peregrinatur semper de peregrinatione sua cogitet. Ergo videtur, quod nec in oratione sit necessarium.

RESPONDEO. Dicendum, quod attentio actualis requiritur ad orationem aliquo modo: vel ad euitandum transgressionem quæ est in illa oratione quæ est in precepto, vel ad meritum in illa quæ non est in precepto: sed non omnibus modis. Sicut enim dictum est, aliquis actus manet per essentiam & virtutem quandoque: sed quandoque transit actus, & manet virtute: sicut in exemplo de proiectione lapidis patuit. Et sic manere in actu in virtute, est quidam medius modus inter ipsum esse & in habitu & in actu: quia quod in habitu est neque virtute, neque per essentiam actus est. Secundum hoc ergo dico, quod attentio in oratione manere debet semper secundum virtutem: sed non requiritur quod semper maneat per essentiam actus. Manet autem secundum virtutem quando aliquis ad orationem accedit cum intentione aliquid impetrandi, vel Deo debitum obsequium reddendi, etiam si in prosecutione orationis mens ad alia rapiatur: nisi tanta fiat euagatio quod omnino deperat vis prime intentionis, & ideo oportet quod frequenter homo cor reuocet ad seipsum.

AD primum ergo dicendum, quod verbum Greg. intelligendum est quando attentio nul-

lomo coniungitur orationi.

AD secundum dicendum quod verbum Hug. intelligendum est, quando aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando: tunc enim sine culpa non est, & præcipue, si in alijs sponte se occupat quæ mentem distrahant: sicut sunt exteriora opera: & si ad contrarium mens euagetur, etiam culpa mortalis erit. Si autem sine hoc quod percipiamus mens ad alia euagetur, vel culpa caret, vel paruissima culpa est nisi præcedens cogitatio, ex qua contingit euagatio talis, in culpa esse dicatur.

AD tertium dicendum, quid ascendit intellectus in Deum, quando orationem ad Deum ordinavit, & virtus illius ascensus in tota oratione maneat.

AD quartum dicendum, quod in operibus virtutis non oportet quod semper actualis electio adsit: sicut non oportet quod ille qui elemosinam dat semper de elemosyna cogitet, sed sufficit semel cogitare se dum elemosynam dare disposuit, nisi contraria cogitatione præcedens intentio interrumpatur.

IN HOC 6. ar. D. Th. constituit duas conclusiones. Prior est, attentio debet manere in oratione semper, ad minus secundum virtutem: & nõ requiritur, quod maneat semper per essentiam actus. Secunda propositio est, attentio in oratione manet semper secundum virtutem, quando aliquis ad orationem accedit cum intentione aliquid impetrandi, vel Deo debitum obsequium reddendi esto in processu orationis mens ad alia rapiatur: nisi tanta fiat euagatio quod prorsus pereat vis prime intentionis. Hæc in ar. Et ad. 2. arg. respondens scribit. 4. propositiones. Prior est. Quando quis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando, sine culpa nõ est. Secūda. Si quis, cū orat, in alijs sponte se occupat, quæ mentem distrahant sicut sunt exteriora opera, sine culpa non est. Tertia si quis cum orat orationem ad quã tenetur ad contrarium euagetur, culpa mortalis erit. Quarta est. Si quis euagetur in oratione sine hoc quod percipiat, culpa caret, vel minima est: nisi præcedens cogitatio ex qua contingit euagatio, in culpa esse dicatur. Hæc S. Th. Quæ omnia idem confirmat in secū. 2. q. 83. ar. 12. cum aliquibus alijs.

CIRCA hæc dicta. S. Tho. dubitatur quid sit intentio.

AD quod dico, quod est conceptus vel contemplatio quam intellectus habet de re. Et hæc talis cognitio vocatur

DUBIUM primum.

atur a Dialecticis, prima intentio: & alia cogitatio vocatur, secunda intentio. Prima intentio est conceptus rei secundum ea quæ res de se habet: & secunda intentio est conceptus rei secundum ea quæ intellectus illi tribuit, ut genus vel species. Vocamus igitur hanc intentionem conceptum vel cognitionem quam orans actualiter habet, vel vocum quas profert, vel rerum significatarum per voces, vel finis orationis, nempe, illius rei quæ petitur in oratione, vel Dei ad quem petitio ipsa dirigitur. Et querere an requiratur attentio in oratione: vel an sit necessaria attentio in oratione, est querere an sit necessarium quod orans habeat conceptum vel cognitionem vocum, vel significatorum per voces, vel finis orationis, nempe Dei, ad quem ipsa dirigitur oratio.

Dubium secundum, **H**IS interpretatis dubitatur, an teneatur orans habere intentionem: ita quod si oret sine attentione, peccet & male faciat: & si oratio erat communis & in præcepto, non satisfaciat præcepto, vel, an sufficiat proferre voces tantum, & cogitare aliud quidquid velis.

AD quod communiter respondent omnes docti, quod ad orationem communem quæ fit ex præcepto requiritur attentio sub pœna peccati mortalis: ita quod sine attentione non satisfaciat præcepto. Hæc certa est, communiterque recepta: ideo non immorabimur ad probandum eam.

SED est Gabr. super Cano. lect. 62. & alij pauci, qui dicunt quod ad orationem privatam ad quam non teneris ex præcepto, non requiritur attentio, ita ut peccet orans attentionem non habens. Probant hi hoc modo: quia cum illa oratio non sit necessitatis, sed voluntatis, sicut sine peccato potest dimitti talis oratio: ita & sine peccato potest deesse attentio. Sed hæc sententia non est vera: ideo sit secunda propositio. Siue oratio dicatur ex præcepto, siue ex voluntate, tenetur orans, ad minus sub pœna peccati venialis, aliquam attentionem habere, non solum ad assequendum orationis fructum, sed ad vitandum fastidium in oratio Deum. Hæc probatur: prius quia Christus servator noster reprehendit illos qui voce tantum orant, Math. 15. dicens, Populus hic me honorat cor autem eorum longe est a me. Ergo est peccatum orare sine attentione, siue oratio sit ex præcepto, siue ex voluntate.

Secunda propositio. SECUNDO. Pro hoc est D. Cipria. tractatus de oratione sic dicens. Quæ segnitia est alienari & capi ineptis & prophanis cogitationibus dum Dominum deprecaris, quasi sit aliud quod debeas magis cogitare, quàm quod cum Deo loquaris? Quomodo te audiri a Deo postulas, cum te ipsum non audias? Et

adiungit, hoc est ab hoste in totum non cavere, hoc est cum oras Deum, maiestatem Dei offendere. Hæc Cipria. Tertio. hoc ipsum dicit Hug. de S. Viæ. loquens de oratione. Si, cum orationem fundimus, quodlibet aliud in corde versamus, etiam si illud bonum sit, à culpa liberi non sumus: Quarto confirmatur hoc ratione. Orare, est loqui cum Deo: iniuriam igitur facit Deo ille qui cum colloquitur & alia cogitat: utpote irreuerentiam committens & in comis & inurbanus existens eo nanque modo cum Deo ille se habet: sicut ille qui Regem alloqueretur, vel excellentem quemvis hominem, & faciem retrorsum auerteret. Cum ergo iam orare iuuat: cum debita reuerentia id facias oportet. Et si arguas. Ergo orans semper peccaret quoties mens ad alia distrahitur: quod esset omnes qui orant, condemnare, qui vel in tota oratione, vel in parte aliud cogitant, & attentionem non habent.

AD hoc nego consequentiam: quia illa mentis euagatio potest dupliciter fieri. nempe, voluntarie & inuoluntarie, voluntarie fit illa euagatio quando orans aduertit se orare, & volens alia diuersa & impertinentia considerat. Et hoc modo non caret culpa irreuerentiæ. Euagatio autem mentis tunc fit inuoluntarie, quando non scierit nec ex proposito orans ad alia distrahitur: sed, vel contra voluntatem, vel præter: & tunc ille orans à culpa excusatur ob nostri intellectus volubilitatem naturalem: unde non est in nostra potestate quin aliquando distrahamur.

VNDE colligitur quod nullum ius obligat orantem ut continuam habeat actualem attentionem quâdiu durat oratio. Ego vero satis esse puto, si orans habeat actualem vel virtualem attentionem. Virtualem autem dico attentionem, quando is qui orat post habitam in principio actualem attentionem perdurat in oratione absque proposito se ad alia distrahendi, etiam si visu veniat quod actu distrahat. Et confirmatur rursus intentionem vel attentionem requiri ad orationem: quia oratio vocalis est signum orationis mentalis ne ergo falsum signum sit, necessarium est ut mente oret qui voce orat. At nullus potest orare mente sine attentione: ut constat. Ergo deficiente attentione deficit mentalis oratio, maxime, si ex proposito deficiat: unde ex consequenti vocalis oratio manet si gnum falsum, ergo vitiosum. Ad omnem igitur orationem, siue ex præcepto sit, siue ex voluntate, requiritur attentio. Et hæc est sententia Sancti Thomæ in secunda. 2. quæstio. 83. arti. 13. ad. 3. etiam est communis sententia Theologorum. Et confirmatur: rursus: quia esto quod non teneatur nunc quis orare, ita quod vult orare, oportet quod oret cum debitis circumstan-

circumstantijs, & attentio est vna bona circumstantia orationis. Ergo &c.

Tertia conclusio. TERTIA conclusio est. Ad orationem quâ quis orat sponte sua sine præcepto, non requiritur attentio sub pœna peccati mortalis, quâ tum est de se. Probatur: quia non est tale præceptum, cum ille non teneretur ad eandem orationem sub mortali: ergo nec ad attentionem. Peccat tamē venialiter si oret sine attentione.

Dubium tertium. SED dubitatur, an ille qui tenetur ad aliquam orationem sub præcepto teneatur etiâ sub eodē præcepto habere aliquam ex prædictis tribus attentionibus: ita, quod si non habeat aliquam ex prædictis tribus non satisfaciat præcepto de precibus horarijs dicendis.

AD quod respondet Antoninus. 1. parte tituli. 13. cap. 4. §. 7. quod qui tenetur præcepto Ecclesiæ ad aliquam orationem, non tenetur sub eodem præcepto ad attentionem: ita quod, esto persoluant illam orationem nullam habentes attentionem, si tamen proferant orationem, satisfaciant præcepto de precibus horarijs dicendis. Idem dicit Panormita. capit. Dolentes, extr. de celebr. missarum. Eiusdem sententiæ est Adrianus in quodlib. quæstione 8. & Gerl. in suis regulis moralibus. Probant hoc modo. Ecclesia non potest obligare ad actus interiores. At attentio actus est interior. Ergo Ecclesia non obligat ad illam.

Prima propositio. SED hæc sententia est falsa: ideo oppositum tenendum est: sitque prior propositio. Quicquid tenetur sub præcepto ad aliquas orationes, tenetur etiam sub pœna peccati mortalis habere aliquam attentionem: in hunc sensum, quod, si non habeat attentionem, non satisfaciat præcepto quo ad illas orationes astringebatur. Unde omnes qui tenentur ad preces horarias, tenentur ad attentionem habendam. Hæc sententia est Caietan. in secund. 2. quæstione. 83. arti. 13. & est sententia Siluest. in Summa verb. Horæ. quæstione. 11. Eandem tenet Paluda. in. 4. distinctione. 15. quæstione. 5. Et probatur, de celebra. missa. ca. Dolentes ubi præcipitur quod qui tenentur ad preces horarias, illas soluant studiose, pariter & deuote: & tex. sic habet. Districte precipientes in virtute sancte obedientiæ, ut diuinum officium, nocturnum pariter & diuinum, quantum eis dederit Deus studiose celebrent pariter, & deuote. Sed iam antea per alia iura tenebantur ad officium diuinum. Ergo nunc præcipit Pontifex quod habeant attentionem: sine attentione igitur non satisfaciant præcepto. Hanc sententiam amplectitur Ioan. Metinen. in suo codice de oratione, in propria quæstione de hoc.

ET ad arg. in oppositum, quod Papa non potest præcipere actus interiores, distinguo: per se sine ordine ad exteriores, verum est, sed potest præcipere actus interiores in ordine ad

exteriores: illos nempe actus interiores possunt Pontifices præcipere qui requiruntur ad hoc quod decentes fiant actus exteriores. Et ideo quia Pontifex præcipit quod hi homines preces horarias exterius dicant præcipere potest, & præcipit, quod illud intendant. Probatur etiam ad huc secundo nostra sententia. Qui n. ad aliquam orationem tenetur ex præcepto, oportet quod eam dicat per actum humanum: quia si dormiens dicat, non satis facit. At, si non sit aliqua attentio, non est actus humanus. Ergo ad satisfaciendum præcepto de precibus horarijs dicendis, requiritur aliqua attentio.

Dubium quartum. SED, dubitatur ad quam attentionem tenentur illi qui tenentur ad aliquam orationem, vel ad preces horarias?

AD hoc responderetur ex S. Tho. hic, & in secund. 2. q. 83. arti. 13. quod quælibet intentio extrinsecus prædictis sufficit ad satisfaciendum præcepto: nempe, siue ad voces quas dicis attendas, siue ad significata: siue ad orationis finem, satisfacis præcepto. Probatur: quia solū dicit, quod dicas studiose & deuote, & ad hoc quælibet attentio ex prædictis sufficit. Ergo &c.

Secunda propositio. SECUNDA propositio est. Non requiritur attentio actualis per totam orationem, sed sufficit in principio, & quod postea de industria & notabili negligentia non mutetur. Hæc conclusio est expressa in S. Th. in secund. 2. q. 83. arti. 13. potestque probari quia alias essent homines in magno periculo, cum magna nanque difficultate cōseruatur semper in aliqua oratione actualis attentio. Ergo &c.

Tertia propositio. TERTIA propositio. Quando ille qui tenetur ad preces horarias, ex intentione formali vel virtuali, distrahitur ad contrarium, vel ad aliquod impossibile cum illa attentione, per tantam partem precum quâ si profus omitteret peccaret mortaliter, peccat etiâ lethaliter esto dicat ipsas preces, sine attentione tamen. Probatur: quia ille actus non est humanus quâ tū ad adimpletionem præcepti spectat: quia iam non habet attentionem formalem nec virtualem. Ergo &c.

Quarta propositio. QUARTA propositio est. Si autem ille persoluet preces ad quas tenetur, euagetur in processu orationis, non ex intentione, sed ex fragilitate aut non peccat, vel ad minus, non mortaliter. Probatur: quia tūc ad huc illa solutio precum manet actus humanus.

Quinta propositio. QUINTA propositio est. Ad satisfaciendum præcepto de precibus horarijs dicendis, sufficit quod dicatur cum actu humano, vel per actum humanum, quod ille velit dicere illas preces & ita se habeat, quod si petatur ab illo quid facit ferat dicere, dico preces meas ad quas teneor, SED contra primam conclusionem arguuntur ex S. Tho. in secund. 2. q. 83. arti. 13. dicit, quod tertia attentio vel intentio, quæ est finis

finisorationis, est maxime necessaria: videtur enim quod sentiat quod sine illa non satisfacit præcepto Ecclesiæ.

DICO, quod solum vult dicere, quod melius est quod orans habeat illam quam alias. Ratio est in promptu quia illa, magis eleuat animum in Deum quam alia, & alia ordinatur ad hanc. Unde, qui in principio orationis intendit cogitare de Deo per totam orationem, & non de vocibus, auctorum significatis, dummodo dicat distincta & dearticulata voce, illa ad quam tenetur, optime satisfacit Ecclesiæ præcepto. Contra illud tamen quod diximus scilicet attentionem ad verba non esse necessariam in oratione, arguitur hoc modo. Orans orationem vocalem ad quam tenetur ex præcepto, si non attendit ad verba, exponit se periculo dimittendi aliquod verbum. Ergo est necessaria attentio ad verba. Ad hoc dico (vt iam supra dixi) quod ad tollendum hoc periculum, satis est quod dicat verba cum actu humano, & non requiritur maior attentio ad verba.

PRÆTEREA Dubitatur, an ille qui tenetur ad audiendum sacrum, satisfaciat præceptis de missa audienda & de precibus horarijs dicendis, si simul audiens missam dicat preces horarias, ad quas etiam tenetur ex præcepto.

AD quod respondet Siluest. in sua Summa, verb. Missa 2. quæstione. 6 & dicit quod non: & si faciat quis illud, quod peccat mortaliter. Probat: quia talis tenetur ad duas attentiones quæ sunt incompatibiles: tenetur namque attendere ad Missam & ad preces horarias, & hæc attentiones non se compatiuntur simul. Ergo, &c. Altera est sententia Caieta. in propria quæstione de hoc, quæ habetur in 3. tom. suorum Opuscul. Vbi Caieta, constituit duas conclusiones. Prior est. Qui dicit preces horarias ad quas tenetur in Missa ad quam tenetur peccat. Probatur hæc conclusio ratione à Siluestro facta: sunt enim duo diuini cultus, nempe, Missæ, & precum. Ergo requiruntur duæ attentiones & duo tempora ad illos duos cultus: sicut duæ preces horariæ, quas duas horas Canonicas vocant, non possunt dici simul, vt preces quæ dicuntur. Prima, & quæ dicuntur Tertia, non possunt simul dici. Ratio est quia sunt duo cultus. Non ergo cultus Missæ, & precum, possunt simul esse.

SECUNDA conclusio Caieta. est. Qui dicit preces horarias ad quas tenetur in Missa ad quam præcepto astringitur, non peccat mortaliter. Probatur hæc conclusio prius: quia illæ duæ obligationes, nempe, Missæ & precum, sunt compatibiles. Ergo qui simul illas soluit, non peccat mortaliter. Antecedens probatur: quia ad Missam non requiritur nisi

assistentiæ voluntaria: nam si aliud requireretur, surdi & distantes à sacerdote vel à Missa priuata & non intelligentes verba, non satisfacerent obligationi qua obligantur ad audiendam Missam. Ergo assistentia præsens sufficit ad Missam. Secundo. Ille qui dicit in Missa orationes ad quas non tenetur, maxime quando sacerdos tacet aut loquitur submisse & non auditur, satisfacit Missæ præcepto. Ergo etiam satisfacit præcepto quo obligatur ad Missam, si ibidem dicat preces ad quas tenetur. Consequutio probatur: quia eadem est ratio, cum etiam ad orationes ad quas non tenetur, requiratur attentio. Quod autem alie orationes sint debite, impertinens est ad satisfaciendum præceptis: quia si attentiones & tempora ad Missam & ad preces, sunt compatibilia: esse debitum vel non debitum, per accidens habet. Antecedens probatur quia si oppositæ sunt, omnes mortaliter peccabunt: omnes enim dicunt aliquas orationes in Missa. Tertio ad satisfaciendum obligationi precum, sufficit attentio ad finem precum, nempe cogitare de Deo qui oratur: & S. Tho. dicit in secund. 2. q. 83. ar. 13. quod hæc attentio est maxime necessaria. i. est melior, eademque attentio sufficit ad satisfaciendum obligationi ad Missam. s. velle assistere Missæ ad vacandum Deo. Ergo omnia hæc sunt compatibilia. Ideo opinio Caieta. est probabilior, veraque simpliciter. Et ego addo ad sententiam Caieta. quod qui sine causa rationabili dicit in missa preces horarias ad quas tenetur, siue alias votiuas, siue in Penitentia iniunctas, peccat venialiter: qui vero cum causa rationabili hoc facit, nempe, quia est predicaturus, aut acturus iter, & non ita conuenienter dicit postea preces illas, non peccat illud faciens, vt probatum est.

ET ad arg. Siluest. nego, quod illi cultus, vel illæ intentiones, non sint compatibiles: vt exposuimus, & probauimus: secus si cultus non sunt compatibiles.

PRÆTEREA. Dubitatur, an adimplendum præceptum de precibus horarijs dicendis, vel de audienda Missa, requiratur actus bonus. Videtur quod ita: quia alias fieret malus ille homo adimplendo legem: vt constat. Secundo. Lex intendit facere subditos bonos: quod non potest fieri, si non adimpleatur cum bonis circumstantijs. Ergo tenetur quis adimplere legem per actum bonum. Tertio. Si præceptum explicaret, quod fiat id quod præcipitur per actum bonum cum bonis circumstantijs & propter bonum finem: teneretur quis sic cum bona circumstantia finis adimplere tale præceptum. Sed ita nunc legislator intendit facere subditos bonos, & quod adimpleatur lex cum bona circumstantia finis. Ergo tenetur subditi adimplere legem per actum bonum. Quarto leges & præcepta datur de actibus virtutum. Ergo tenetur homines adimplere præcepta per bonum actum: quia alias

Dubium quintum.

Dubium sextum.

alias non cōficiunt actum virtutis. Ergo &c. **IN** oppositum tamen est: quia alias qui dicit preces horarias propter inanem gloriam, peccaret mortaliter omisiue, & qui audit Missam ad quam tenetur, vel recipit sacramentum propter inanem gloriam, peccaret mortifere & omisiue: quia omnes hi omittunt præcepta ad quæ tenentur.

AD hanc. q. respondet Dionis. Carthus. in. 1. distinctione. 17. quæstio. 1. & dicit, quod nullus satisfacit alicui præcepto nisi per actum bonum. Probat, quia tenetur quis satisfacere præceptis ad intentionem præcipientis, cuius intentio est: quod fiat illa satisfactio per actum bonum. Quod si dicas non esse hanc præcipientis intentionem, sequitur, quod si sit præceptum de subueniendo proximo dando panem, satisfaceres præcepto dando victum quod illum interficias: quod absurdum apparet. Secundo. Quilibet tenetur satisfacere præcepto cum bonis circumstantijs: probatur: quia si esset præceptum quod præciperet illam vel illas bonas circumstantias, iam quilibet homo qui astringitur præcepto teneretur facere talem præceptam circumstantiam, vel cum illa. Sed ita legislator intendit quod fiat cum bona circumstantia illud quod ex præcepto debet fieri: ac si in præcepto formaliter explicaret. Ergo tenetur homo adimplere præceptum per actum bonum. Tertio. Ille qui tenetur ad vnam disunctiuam, & non licet ei facere vnâ partem, tenetur ad aliam: vt si tenetur quis dare eleemosynam de re sua vel de aliena, & non licet dare eleemosynam de re aliena, tenetur elargiri rem propriam. Eodem modo bene sequitur. Quilibet homo tenetur adimplere præceptum per actum bonum, vel per actum malum. Sed non licet adimplere per actum malum, ergo tenetur adimplere actu bono. Hanc sententiam Dionis. tenet Ioan. Maior in. 4. d. 15. q. 3. in principio quæstionis. Hæc tamen opinio est nimis dura: sequitur. n. ex ea quod qui dicit preces horarias cantando propter inanem gloriam, peccat lethaliter peccatum omisionis: quia non adimplet præceptum de precibus horarijs dicendis. Ideo alij Theologi tenent oppositam sententiam. nempe, quod lex humana adimpletur per actum malum. Et hoc tenet San. Tho. Prima. 2. q. 100. ar. 9. Cuius sententiæ sunt Duran. & Paluda. in. 4. in materia de confessione, & Martinus Parisien. in tract. de temperantia. q. 2. de ieiunio Idem dicit Alma. in. 3. d. 37. quæstio ne vni. Et probatur. Si enim quis inuitus Missam audiat, non puniretur ab Ecclesia. Hæc igitur est communis Theologorum opinio, licet difficultate non careat: quia est mirabile quod quis satisfaciat præcepto diuino per peccatum cum offerat Deo peccatum. Qui (v.g.) Eucharistiâ accipit propter inanem

gloriam, licet verum sacramentum accipiat, offert tamen Deo falsum opus & peccatum: & tandem offert Deo opus quod ipse abominatur: quod mirabilis esset obediētia illa quæ legislator detestatur. Et mihi à fide digno relatum fuit hanc sententiâ Parisi fuisse damnatam nempe, quod adimpleatur præceptum per actum malum.

SED & si quæstio dubia sit, nihilominus videtur potius tenendum quod per actum malum etiam mortifere adimpleatur præceptum. Probatur: nimis namque durum est quod si quis propter inanem gloriam sumit Eucharistiâ, peccet mortifere omisiue. i. eo, quia omittit præceptum de sumenda Eucharistiâ.

AD quæstionem igitur præssiis respondebimus aliquibus propositionibus: quarum prior est. Quicumque, per actum venialiter malum adimplet præceptum, solum peccat venialiter. Probatur: quia non agit contra præceptum: non ergo peccat mortifere. Probatur antecedens: quia non dabis contra quod agat præceptum: ille enim facit quod iubet præceptum.

SECUNDA conclusio est. Qui peccato veniali adimplet præceptum non simpliciter adimplet. **TERTIA**. Qui peccato veniali adimplet præceptum, potest dici, transgressor legis: sed solum venialiter.

QUARTA propositio est. Qui per peccatum mortale adimplet legem non simpliciter adimplet.

QUINTA propositio. Qui per peccatum mortale adimplet legem, simpliciter est transgressor legis.

SEXTA est. Qui per peccatum mortale adimplet legem, non peccat nisi vnicum peccatum. Cum enim quis ieiunat vel dat eleemosynam, quando tenetur, vel sumit Eucharistiâ propter finem malum mortaliter solum peccat commisiue propter illud malum finem: vt si Missam audias, vt ibi sceminâ sollicitas ad stuprum: solum namque peccas commisiue, & non omisiue: eo. s. quod præceptum omittas de audienda Missa: sed quia non debite & recte adimplet legem. Aliqui Theologi dicunt, quod ille qui per peccatum mortale legem adimplet, simpliciter præceptum adimplet: sed peccat contra præceptum de cultu diuino, quia non colit Deum cum tenetur colere. Sed hi non benedicunt: quia ex hac sententia sequitur, quod ille qui per peccatum mortiferum adimplet præceptum, obedit Deo peccatis mortaliter: quæ mirabilis est obediētia. Melius igitur est dicere quod talis non adimplet legem sed solum peccat vnicum peccatum nempe, quia apponit illud malum finem: & ille actus, cum medium sit bonum, non habet deformitatem nec malitiam nisi à fine: unde si finis est malus venialiter, est actus malus etiam venialiter solum: & si finis est malus mortaliter, est actus est malus mortifere. Ratio est: quia ille adimplet præceptum peccato

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Sexta conclusio.

peccato mortali, agit contra ipsum præceptū eū nō benefaciat id quod præcipitur in lege. ET ad illa argumenta in oppositā sententiā nempe. quia ille adimplens præceptum per peccatum, maxime mortiferum, agit contra intentionem præcipientis. Dico prius quod non obligat præceptum ad faciendum secundum intentionem præcipientis: sed solū ad agendum quod substantialiter & formaliter præcipitur ipso præcepto. i. quod formaliter cadit in obiecto præcepti. Secundo. Dico, quod verum est quod transgreditur præceptū simpliciter, ut dictum est, si apponatur finis malus lethaliter, vel transgreditur præceptum secundū quid si apponatur finis malus venialiter: ET ad illud arg. quod faciebamus ex illa disiunctiua, dico, quod si illud verbū, tenetur, cadat in partes disiunctiue in antecedenti, est falsa: si autem cadat in totam, & in nullā partem, est vera tota disiunctiua: sed tūc quælibet pars est falsa, nempe, teneris adimplere actu bono, vel teneris legē adimplere actu malo. Vel, si tibi placet opinio Dionis. scis que bene respondere ad argumenta in oppositam sententiā, habeto illam, & dic verum esse homines teneri ad adimplendum præcepta actu bono Sed durum est mittere homines in infernum propter hoc solū quod apposuerunt in obseruatione præcepti vnā solā circūstatiā veniale.

PRÆTEREA. Suboritur ex prædictis alia quæstio, quæ est, an aliquando teneantur illi qui obligantur ad preces horarias vel ad alias orationes, rursus repetere & dicere preces quas iam semel dixerūt. Sūt. n. hic tria dubia Primum erit, an qui dixit preces ad quas tenebatur, per actū malum lethaliter vel venialiter, ita quod oratio illa fuit mala & deprauata per malam circūstantiam, teneatur illas preces rursus repetere? Secundum dubiū erit, an ille qui persoluit preces ad quas tenebatur sine deuotione & attētionē teneatur illas repetere? Tertium dubiū erit, an ille qui dixit preces ad quas tenebatur, deuote, attente, & bene sed non habuit intentionē vel animum satisfaciendi præcepto quo astringebatur, teneatur rursus repetere.

Dubium primum,

AD primum dubium dixerunt quidā, ut Dionis. Carthus. & Maior. ut supra quod qui actu vitioso soluit preces ad quas tenebatur, nō satisfaciunt præcepto, & ideo teneatur eas repetere. Probāt: quia per illas quas dixit nō satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, Ecclesia n. in suis præceptis semper obligat ad actū bonū, & ad minus, ad actum nō malū, & nunquā actus malus cadit sub præcepto. Ergo cū illa solutio præcepti ad quas tenebaris, fuerit actus malus, nō erat de actibus qui sub præcepto cadebāt. Non ergo est satisfactum præcepto: ergo tenetur repetere illas preces quas sic dixit actu malo.

HOC nō obstante dicendū est cū cōmunio rī sentētia (vt iā diximus) quod nō tenetur ille qui dixit preces ad quas tenebatur repetere solū propter hoc, quia dixit malo actu, si alius defectus nō interueniat. Quod probatur: homo potest præceptis Dei & Naturę satisfacere per actus malos, ita vt non teneatur reiterare factū. Ergo idem dicendū est de præceptis Ecclesiæ. Cōsequētia nota est: antecedens probatur. Naturale ius & diuinum est, quod debitor soluat proximo id quod ei debet: si tamen Petrus Ioanni debet. 10. aureos, eosque illi soluat actu malo. apponens, nēpe solutioni, malā circūstantiā, ille satisfaciendo debito, vt certum est: ita, vt nō teneatur iterū illi soluere, & ita potens de debito paterno, vxorio, politico, aut alio quocūque explere. Secūdo. Iure diuino tenetur homo baptismū aut Eucharistiā suscipere, & contra, iure diuino tenetur curatus eadē sacramēta ministrare: & tamē si quis semel baptismū susceperit, & Parochus semel ministrauerit, et si ipsa susceptio, & ministratio, per aliquā deprauatā circūstantiam, vterque satisfaciunt, tā suscipiens quā ministrans: ita, vt nō oporteat factū reiterare. Ergo idē dicendū est de præceptis Ecclesiæ. Tertio. Qui ieiunat die ab Ecclesiā præcepto instituto, iuxta ritum ipsius Ecclesiæ, etiam si in hoc intendat gloriā humanā, satisfaciunt præcepto de illo ieiunio ita, vt nō teneatur iterare illud ieiunium. Ergo ita dicendū est de alijs præceptis: Falsa ergo est illa opinio quæ dicit quod non satisfaciunt homines præceptis Ecclesiæ nisi actu bono. Et ad rationē quā pro se facit, nēpe, quod Ecclesia nunquā præcipit nisi actū bonū, vel saltem nō malū: ergo cōcedo loquendo de actu bono in se & obiectiue. i. ex obiecto nā quod de se & in se malū est sub præcepto non cadit: illud tamen quod nō sic malū est, bene cadit sub præcepto, esto illud accidat per aliquā circūstantiā extraneā vitari, & tamē agendo illud quod iustum est, satisfaciunt homo, ita vt reiterare id nō teneatur De malitia tamē per eum appositā est ei penitendū. Dico igitur, quod si solutio præcepti ad quas tenebaris nihil habet vnde sit reiteranda nisi quod per aliquā circūstantiā deprauatē (siue si circūstantia loci aut tēporis, aut finis) vitata est: nō sunt de necessitate, ob id solū, preces illę reiterandę, scilicet si alia causa vel defectus cōcurrat. Et in hoc mecum est Ioa. Metinen. in suo codi. de oratione in quæstione de horis Canonis. reiter. Et hoc de primo proposito dubio.

Dubium secundum

DVBIVM secundum erat, an qui persoluit preces ad quas tenetur, sine deuotione & attētionē, teneatur rursus illas dicere. Nō. n. loquor de illa solutione præcepti cui solū defuit deuotio & attētio actualis solū: quia, si adfuit virtualis sufficit ad satisfaciendū præcepto.

præcepto. Et certum est quod solū ob hoc quod deest actualis attentio, nullus tenetur repetere preces quas semel cum attentione virtuali dixit. vt supra diximus. Sed dubium habet locum quando de est attentio actualis & virtualis. an tunc sint preces illę repetendę, cum. si ex proposito in ipsa præcum continuatione, diuerteris ad alia indeuota & v. tio sa incompatibilia, cum attentione requisita ad orationem, contemplanda.

AD hoc dubium iam nos supra diximus eū de hac attentione tractaremus quod ad satisfaciendum præcepto de precibus horarijs dicendis, satis erat attendere. i. actu humano scire quod proferis illa verba ad quę teneris, esto alias meliores attentiones, quas poteris habere, non habeas: licet non sit satis ad alios fructus orationis, nempe, deuotionis maioris, & maioris satisfactionis, & aliorum id genus: & licet melius longe esset habere alias attentiones, ad verborum. i. significata, & ad finē orationis. Vnde colligitur quod qui dicit preces ad quas tenetur, totas vel notabilem partem sine actu humano, nempe dormiendo, tenetur illas preces repetere. Secundo colligitur quod si quis postquā cum optima attentione incepit proferre preces ad quas tenetur, diuagatur ad alia formaliter vel, virtualiter quæ sunt impossibilia prædictæ requisitæ attentioni, & sic vagus dicit notabilem partem precum illarum, tenetur illas repetere: vt si postquam cum optima attentione incepit dicere preces ad quas tenetur, tēter arare, ea uare, agitare equum, scribere epistolam, vel alia id genus: quia hæc non se compatiuntur cum prædicta attentione. Et si contra inistes, quod orare proprie, est deuote & attente aliquid a Deo deceter petere: dico quod hoc est perfecte orare: & Ecclesia nō obligat illo præcepto de precibus horarijs dicendis suos ministros, vt ita perfecte preces illas dicant: sed quod dicant actu humano.

Dubium tertium.

VNDE ecclesiasticus qui dicit preces ad quas tenetur solo actu humano, absque alia meliori attentione, forte aliquoties ex negligentia peccabit venialiter eo quod cum aliqua irreuerentia dicit illas preces: non tamen mortaliter ex solo defectu attentionis atterius quā diu sic cum actu humano dicit illas preces. TERTIVM dubium erat, an qui soluit quidē preces ad quas tenetur deuote & attente, sed non cum animo soluendi officium debitum, teneatur illas iterum recitare.

AD quod dico quod ita, si ille dixit preces sine intentione soluendi officium, formali vel virtuali. Probatur prius à simili. Si debes Petro. 10. aureos: & des illi. 10. aureos, sed animo donandi & nō soluendi debitū, de rigore conscientię non deobligaris à priori debito. Rursus. Si promisisti equum, & das vnum equum

nō animo adimplendi promissum, sed vel donando sponte, vel animo inducendi eum cui das vt in aliquo alio benefaciat tibi. non manes liber à promissione complenda. Præterea si ab aliquo mercedem aliquā accepisti vt pro eo sacrum agas, & postea nō ob stipendiū, sed gratis, vel ob aliā causam. pro eo celebras, nō manes liber à debito. Ergo si preces horarias Deo sponte & ex tua deuotione porrigas, eodem modo quo porrigeres & si præceptū nō haberes, quasi illud obsequium donans Deo nō deobligaris à præcepto quo ad preces dicendas astringeris. Secundo. eo ipso quod re debita vel æquivalentē creditori das, nō cum animo soluendi, & te à debito liberandi, videris aperte velie & sponte sub priore debito manere, & ita teneris sicut prius: Ergo ita erit dicendum de precibus quas gratis dicit, & non animo soluendi officium quod debes. Vnde colligitur quod si preces dicas animo, non persoluendi debitū, sed recreationis in legendo capiendę, vel quod scriptum est intelligendi, vel aliam preces ipsas docendi, si animus nō sit tacitus vel exprefus officium tibi iniustum persoluendi. non manes liber à debito: & ex consequentione teneris preces repetere.

SED contra hoc arguo hoc modo. Ieiunans die ab Ecclesia instituto, non tamen cum animo se liberandi ab illo debito, non tenetur iterum ieiunare. Ergo nec alius qui preces soluit, non cum animo soluendi. Præterea. Curatus celebrans pro populo, non cum animo se à debito liberandi sed gratis benefaciendi: non tenetur iterum pro populo celebrare loco illius diei. Ergo qui dicit preces, non cum animo soluendi, non tenetur eas repetere.

AD hoc concessio antecedente, negatur consequentia, & dico quod partim de omnibus sumptis in argumento est idem iudicium, & partim non. Nam quando ieiunium, aut Missæ celebratio, aut precum solutio pro aliqua certa die iniūgitur, transacta die cessat obligatio ieiunandi, & Missam illam celebrandi. precesque tales persoluendi. Ratio est: quia hæc non fuerunt iniūcta, nisi determinata tali aut tali die: ideoque transacta tali die non manet obligatio ad illa agendum, siue fuerint in die instituta facta, siue non. Si tamē alicui esset iniūctū ieiunium absq; diei determinatione, & ieiunaret hac die nō cū animo se à debito liberandi, nō manet liber à debito illius ieiunij sibi imposito: quia adhuc manet tēpus idimplēdi quod illi fuerat iniūctū. Et eodem modo si sacerdos hac die, mane scilicet, dixit preces horarias totius diei ex sua deuotione & sponte, & non cum animo soluendi debitum, sed gratis, cum adhuc sit dies vt possit debitum soluere, tenebitur eadem die preces repetere: se eius autem die trāfacta. An vero curatus omittēs Missā quā tenebatur celebrare pro populo

certa die, aut si celebrat, non tamen cum animo persoluendi debitum, sed gratis donando teneatur postea alia die pro populo celebrare, vel perse, vel per alium, ne populus beneficio sibi debito defraudetur. Aliud quidem dubium hoc esset. Et mihi videtur quod tenetur vel alia die celebrare pro illo populo, vel aliquid aliud quod in populi spirituale commodum cedat, in recompensam facere. Et hoc ratione beneficii quod a populo recipit, cum beneficium detur propter officium. Ideo, vel officium compleat, vel receptum restituat. Alij autem sacerdotes qui non sunt beneficiarii si non dicant preces ad quas tenentur aliquo certo die, non tenentur illas repetere sed pœnitentiam de errato suo agere: nec hi tenentur aliquid aliud in recompensam facere Ratio est: quia aliud est teneri ad aliquid ob stipendium pro illo susceptum, & aliud ex simplici pœcepto superioris. In quo casu si omitat, satis est de inobedientia pœnitentiam agere.

EST ergo resolutio, quod preces horarie ob duas causas sunt repetendę, nempe ob conscientiam, recitantis, & ob solutionis defectum. Primum fit, si post semel dictas preces, clericus manet dubius: & dubium est probabile, an dixerit eas, vel, an integre eas dixerit, nec ne: tunc ille tenetur illas preces eadem die repetere, iuxta dubij exigentiam: si de magna nanque parte dubitatur, repetatur magna & si de parua, parua, repetatur. Vnde colligitur quod defectus attentionis, siue ex voluntate, siue pœter voluntatem euenerit, si tanta fuit euagatio quod facit clericum dubium an dixerit, vel non dixerit preces: tenetur ob dubiam conscientiam repetere, ne se exponat periculo omittendi. Secundum fit, quando pœcepto Ecclesię de recitandis precibus non est satisfactum cum priore recitatione: tunc enim sunt preces repetendę: ut si prius dixisti quidem preces, sed non animo soluendi debitum sed gratis, & ob aliam causam: ut supra diximus. Hoc videtur securius vel dicis distractus non cum actu humano.

Dubium quartum.

PRÆTERE A. Dubitatur, an ob pœcutionem sint horarie preces repetendę, nempe, quando captis aliquibus precibus, illis (v.g.) quę vocantur. Prima, & nondum completis, cessatur a recitatione, & alia loquutio, meditatio, vel aliud opus per notabile tempus interponitur, an sufficiat postea ad preces redeundo, prosequi ulterius quod captum erat vel an sit necessarium preces inceptas iterum ab initio dicere? AD quod dico, quod non potest de hoc vna certa regula tradi: eo quod multa & diuersa sunt illa quę interponi possunt. Nam si sola meditatio in rebus bonis interponatur, aut etiam aliqua loquutio ob causam necessa-

riam aut vrgentem oblatam, aut opus aliud breui finiendum, non teneretur clericus recipere de precibus, quod iam dixerat: secus, si illa interruptio est notabilis: quanquã tutius sit semper preces cœptas in illo casu reincipere. Ex quibus omnibus colligitur quod ille qui sine attentione, i. sine actu humano dicit preces horarias ad quas tenetur, vel earum notabilem partem tenetur eas repetere. Et si dixit easdem preces, sed non animo soluendi debitum, tenetur eas repetere: non autem alias. De hac autem precum obligatoriarum repetitione, multi multa dicunt. Gabr. in Canone in propria q. de hac intentione dicit, quod qui ex proposito vagatur in precum solutione, tenetur eas repetere. Citat pro se Sanct. Tho. in hoc ar. ad. 4. Sed. S. Tho. non dicit nisi quod peccant qui ex proposito vagantur: ut constat hic in corpore ar. Cier. in tract. de oratione dicit, quod qui euagantur in solutione precum, peccant vel tenentur eas repetere. Idemque Ger. in lib. de regul. moral. & libello de vita spirituali, lect. 4. dicit satisfacere pœcepto Ecclesię eum qui voce orat, quacunque mentis euagatione posita. Durand. in. 4. d. 15. in propria questione de oratione dicit, quod qui ex proposito euagatur interius, & preces dicit, satisfacit pœcepto Ecclesię: secus autem si tempore quo preces dicit in aliquo opere exteriori distractio se occupat: & non dicit an teneatur ille preces repetere. Caiet. etiam dicit quod ille vage dicens preces, peccat contra Ecclesię pœceptum, voluntarie se distrahens. Non tamen dicit quod tenetur repetere Antoninus in 3. p. dicit, quod qui voluntarie distrahitur, modo dicat preces, satisfacit licet per contemptum peccet: non tamen tenetur repetere. Paluda. dicit quod peccat in pœdicto casu contra Ecclesiam, & tenetur repetere eas, vel aliquid aliud loco precum a confessario impositum adimplere. Ego autem hac omnia sylua & caligine, quia tot dicta doctorum indigesta, potius confundunt & obnubilant intellectum quam illuminent, dico, ut iam dixi, quod ille qui preces ad quas tenetur profert voce clara dearticulata cum actu humano, i. sciens quid facit, non tenetur preces repetere licet poterit peccare, eo quod ad alia attendens distractus minus deuote preces dicit.

SED contra hoc arguitur hoc modo cap. Dolentes, extr. de celebr. Miss. pœcipitur quod qui tenentur ad preces horarias dicant illas studiose, deuote pariter & attente. At ad hoc non sufficit dicere preces cum solo actu humano. Ergo non est verum quod dicimus. **DICO** ad hoc negando minorem: nec. n. Papa ibi aliud pœcipit nisi quod dicant scientes libere quid dicunt, voce intelligibili, quia relatum fuerat Pontifici quod clerici dicebant

bant preces horarias colloquentes cum alijs & sternendo mulas, vbi nec attentio humana manebat: ideo pœcipitur quod administris maneat attentio humana. Et hoc sentit hic Sanct. Tho. quando dicit quod attentio ad verba sufficit ad satisfaciendum pœcepto Ecclesię. Quę attentio nihil aliud videtur significare, nisi quod sit actus humanus ille quo proferuntur preces. Ergo, & sed de illo capitulo dolentes latius dicemus hic paulo inferius.

P RÆ T E R E A. Quia diximus attentionem esse necessariam ad persoluendum preces horarias ad Ecclesię pœceptionem, dubitatur, an Ecclesia possit pœcipere actus internos. Nam, si Ecclesia id facere non potest, non requiritur attentio vel deuotio ad orationem: quia sunt actus interiores: ad minus non requiritur deuotio vel attentio ad orationem ex pœceptione Ecclesię, nisi dicas quod requiritur iure naturali & diuino. De hac q. sunt duę opiniones. Prior est quę tenet quod Ecclesia potest obligare ad actus interiores. Hęc sententiam tenet Adrianus in suis quodlib. q. 8. & in. 4. q. 2. de confessione. Idem dicit Summa Rosela, ver. Hęcresis: & dicit quod idem tenet Antoninus, Ioanes Andreas, & Panormi. Eandem tenet Ioan. Metinen. in suo codi. de oratione, in propria q. de hoc dubio. Et probant prius per Glosam Clement. i. de hęcresis: quę sic ait. Ecclesia in occultam hęcresim mentalem fert sententiam excommunicationis. Ergo Ecclesia potest in actus internos. Secundo. Si quis corde peccet in die festo, violat festum: quia nihil tam aduersatur celebrationi festi quam seruitus mortalis culpę. Et tamen ex solo pœcepto Ecclesię festa sunt celebranda Ergo &c. Tertio Ecclesia potest dispensare in voto mentali. Ergo potestas Summi Pontificis se extendit ad actus interiores: & eo modo potest illos immediate pœcipere & prohibere & pœna aliqua eos mulctare sicut actus externos etiam occultos. Quarto Num. 30 habetur quod pater potest irritare vota a filijs emissa ante annos pubertatis: & maritus potest irritare vota vxoris, intelligiturque, esto vota sint interna tantum, & ita recipitur lege Euangelica. Ergo Ecclesia potestatem habet in actus internos. Quinto Ecclesia potest rei suę onus & modum imponere sicut & Deus in sua lege imposuit decimas onus & modum, hac lege, ut qui erant decimas possessuri seu percepturi, non solum seruirent in templo: sed populi peccata comederent: quod Adrianus videtur referre ad actus leuitarum & sacerdotum Deo gratos, qui ad remissionem peccatorum, populi valerent. Ergo etiam Ecclesia quando decimas & beneficia confert alicui, potest illi modum imponere, nempe, ut preces studiose & deuote dicat

iuxta capitulum. Dolentes, de celebr. Miss. Sexto. In Clement. i. de statu monachorum, pœcipitur ne monachus vadat ad curiam Principum animo nocendi alteri. Ergo Papa potest in actus interiores: quia animus nocendi est actus interior. Septimo de celebra. Missa. capi. Dolentes, pœcipitur ecclesiasticis, ut deuote pariter & attente persoluant preces horarias: ut iam supra citauimus. At deuotio & attentio sunt actus interni ergo Ecclesia potest in illos. Octauo, Christus seruator nolter habebat potestatem in actus interiores, & potuit illam relinquere Ecclesię suę, ergo reliquit: vel da vnde habetur quod non reliquit illam. Nono. Per actus interiores transgreditur pœceptum Ecclesię. Ergo potest Ecclesia illos prohibere. Antecedens patet. Si quis actu interiori vellet frangere pœceptum aliquod Ecclesię, peccaret lethaliter. Ergo, &c. Decimo. Pœlati possunt sibi reseruare peccata interiora: ergo habent potestatem super ea. Undecimo. Si quis non adoraret Eucharistiam eo quod non credit ibi esse Christum, esset hęceticus propter actum illum internum, & esset excommunicatus. Ergo Ecclesia habet potestatem super actus internos. Duodecimo. Pro hac sententia sunt multa cõcilia. Primum concil. Gangren. sic habet. Si quis oblationes quę in Ecclesia sunt aspernandas esse crediderit, anathema sit. En ibi sola credulitas mentis anathematizatur. Secundo, est cõcil. Romanum, vbi sic habetur. Si quis de Patre & Filio bene sapit: de S. autem Spiritu nõ recte crediderit, hęceticus anathematizatus est. Tertio Ad hoc est concil. Tolet. i. vbi sic habetur. Si quis dixerit vel crediderit deitatem Christi passibilem, anathema sit. Id genus etiam innumera alia possem in medium proferre, at quia omnia eandem habent difficultatem, omnia soluuntur vna solutione. Hęc sunt quę pro hac sententia adduci poterant: nec timeas vnquam maiora.

HIS tamen non obstantibus est alia opinio cõmuniõ Theologorum, nempe, quod Ecclesia non habet potestatem ad pœcipiendum vel puniendum actus interiores. Hanc sententiam habet Caieta. secund. 2. q. 11. art. 3. Idem tenet Paluda. in. 4. d. 13. q. 3. conclu. 8. Idem Antoninus. 3. p. titu. 24. capit. 4. Idem dicit Sanct. Tho. Prima. 2. q. 91. arti. 4. Vbi quærunt, an pœter leges humanas sit necessaria lex diuina, & probat quod ita, (& est ibi tertia ratio) quia homines solum possunt condere legem de his quę apparent, & si homines possent statuere legem de internis quę non apparent: non esset necessaria lex diuina. Ergo sententia Sanct. Thom. est quod homines non possunt aliquid efficere in actus internos. Idem dicit Sanct. Tho. in. 4. d. 38. q. 1. ar. 5. ad. 4. Eandem opinio-

nem tenet Summa Tabie. verb. Excommu. 5. cap. 4. q. 4. Idem dicit Angel. de Clauas. ver. Hæref. quęstione. 2. Idem tenet Duran. in. 4. distinctione. 17. q. 8. Idem Alma. in. d. 17. q. 1. Hęc sententia probatur: quę probabilior est Nam, vt habetur. 1. Reg. cap. 16. homo videt so lum ea quę apparent: Deus autem intuetur cor. Et propter hoc Aposto. 1. ad Cor. 4. prohi bet iudicium de internis actibus, dicens. No lite ante tempus iudicare quoad usq; veniat Dominus: qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium, &c. Ergo homines non possunt in actus internos quousque manifestentur exterius. Secundo. Nulla lex potest præcipere actum cuius trans gressionem non potest punire. At Ecclesia non potest punire transgressionem interiorē, quia non potest ei constare: in præsentia. n. Iudicis transgredietur interius qui voluerit, & irri debet prælatum: quia non potest illud scire, & ita nec punire. Ridicula igitur est talis potestas: ergo Deus non reliquit illam in Ecclesia. Tertio probatur: quia Ecclesia nunquam hoc fecit: non potest ergo actus inter nos immediate præcipere: quia, si posset, aliquando fecisset, maxime cum Pontifices extendant suas potestates quantum possunt.

Q VARTO. Ecclesia non potest exercere potestatem per actus internos: ergo non habet super illos potestatem. Antecedens probatur: quia mutus non potest baptizare nec præ latus mutus potest per solos actus interiores excommunicare: & hoc communiter dicunt iureconsulti.

E T ad argumenta alterius sententię non est difficile respondere. Ad primū dico quod illa Cilos est alterius opinionis: sed non est piaculum illam negare: ideo non recipimus suam sententiam. Ad secundum dico, quod per solum peccatum mortale, interius vel exterius, non violatur sabbatum, nec præceptū Ecclesię de sabbato celebrando: quia illud præceptum Ecclesię de celebrando festo nõ prohibet in sabbato opera quę sunt peccata mortalia: sed solum prohibet opera exteriora seruilia quę hominum seruorum sunt. Vnde non solum non violatur sabbatum per peccatum cordis, sed nec per multa peccata exteriora, quę non sunt de numero eorum quę per Ecclesiam prohibentur. Aliqui tamen Theologi dicunt, quod qui peccat mortaliter in die festo, peccat de nouo, eo quia in die Deo dicato peccat, & est sacrilegus, sicut qui furatur in loco sacro: non quia agat contra præceptum Ecclesię, sed quia agit contra præceptum diuinum & naturale, quia irreuerenter celebrat festum. Sed melior est prior solutio. Ad tertium concedo, quod Papa potest dispensare in voto interiori sed est propter actus exteriores quos vouens vouit actu interiori, non au

tem immediate propter ipsum actum interiorē, Quod fit, quod si votum emissum sit solo actu interiorē, & adimplendum solo actu interiorē, vt si actu interiorē voueas te cõreplatum semel in die passionem Christi ad breue tempus, non posset Papa suo proprio motu dispensare in tali voto, nisi prius vouens petat dispensationem, aut actu exteriorē manifestet votum suum. Aliqui respondent cõcedendo antecedens quod papa potest dispensare in voto interiorē, & negant cõsequutionem, nempe, quod habeat potestatem in actus internos quia, inquit, aliud est tollere obligationem aliud autem illam imponere: sicut, pater potest irritare vota filiorum, n. me. 30. sed nõ potest filijs imponere illam obligationem. Sed hoc nihil est dicere quia, si semel cõcedas papam posse attingere immediate actus interiores quoad aliquos effectus, sine ratione negas illum posse eisdem attingere quo ad alios. Vnde prior solutio magis placet.

A D quartum igitur dico eodem modo quod parentes possunt irritare vota filiorum ante annos pubertatis emissa propter actus externos, non autē immediate propter interiores.

A D quintum, concessio antecedente, nego cõsequutionem. Sicut, n. Papa concedit indulgē tias cū modo, scilicet, dum modo sis cõtritus: sed non potest immediate obligare ad contritionem: sed alij, si volunt lucrari indulgē tias, tenentur habere contritionem: si autem non conterantur, non peccant contra præceptum Ecclesię, quia nullum est de contritione datum. Vnde, esto quod papa cõferat beneficia clericis cum modo illo vel onere, vt. s. deuote & attente preces persoluant, per hanc viā nulla inducitur obligatio absoluta ipsi clericis: quia nec obligatur beneficium recipere, nec deuotionem illam habere, nisi conditionaliter, nempe, si acceptet beneficiū, tunc enim ex illa acceptatione obligaretur ad deuotionem per viā contractus, & non per viā præcepti Ecclesię. Sed nec dicendum est, quod beneficia dentur a papacum illa cõditione: quia alioquin beneficium amitteretur, modo non seruato. Ideo hoc quintum arg. Adriani non est ad propositum. Ad sextū dico, quod illud iubet Ecclesia in illa clem. in ordine ad actū exteriorē: non autē immediate propter interiorē. Itaque Ecclesia nõ potest immediate obligare ad actus mētis, potest tamē quatenus respiciunt vel qualificāt actus exteriores. Ad 7. dico, quod illam attentionē & deuotionē in persoluēdis precibus horarijs præcipit Ecclesia, non absolute, & immediate: sed quatenus qualificāt actū exteriorē. Vnde, sicut Ecclesia potest prohibere ne certus actus exterior ex tali animo, nempe, odio, vel deliberatione procedat, sicut cum excommunicat inquisitorē qui ex odio procedit, aut ex amore desinit

proce-


procedere: ita potest præcipere vt actus exterior ex certo interiorē procedat (quidquid dicat. Metinen. in quo aliquo modo præcipit ipsum interiorē: sed nõ nisi quatenus exteriorē qualificat: quem exteriorē directe præcipit: Et ita Ecclesia præcipit clericis quod in dicendis precibus horarijs habeant deuotionem & attentionem: vt inde precum recitatio sit qualificata, vt Ecclesia intendit. Hoc probatur cap. Dolentes, de celebr. missa. præcipitur clericis, vt officiū diuinū diurnū pariter vbi nocturnū, deuote & studiosè persoluant: vbi Ecclesia non præcipit ipsam precum solutionem: quia hæc iam olim erat præcepta: sed, quia indecenter & in deuote per clericos id soluebatur, ideo præcipit tam stricte modum in soluendo ipsas preces tenendum, nempe, vt deuotē & studiosè fiat. Sed, quia nõ est in hominis potestate, cum preces horarias dicit, continenter actu deuotionem & attentionem habere: ideo moderatur & restringit tex. obligationem illam, dicens: quantum Deus dederit: in quo aperte prohibetur in deuotio & mentis euagatio ex proposito & sciētē habita. Vnde peccat contra Ecclesię præceptū qui scienter a deuotione & attentione taliter recedit cum preces dicit, quod nec manet actus humanus: vt supra diximus. Et ille tunc tam distractus, & si preces dicat, non satisfacit præcepto Ecclesię, & tenetur repetere illas preces, quas tam distractus dixit, eo quod modum cadentem sub præcepto, voluntarie dimisit. Verum ad cap. illud dolentes, quidā dicunt, & quidam probabiliter, quod illud cap. put, cum præcipit modum tenendum in recitando per illam deuotionem & studiositatem illa tamen deuotio & studiositas de quibus tex. loquitur, non est actus mētis interior, sed exterior modestia & recollectio, qua horarias preces persoluentes ea, vitent quę mentis attentionem & deuotionem impediūt: & quod hæc sit intentio illius ca. Dolentes, probatur ex Clemen. de celebra. miss. vbi prelati & superioribus præcipitur, vt curēt sollicitam adhibere diligentiam, vt in Ecclesijs cathedralibus & collegiatis cõterisque alijs, diuinū officium debite, reuerenter, & deuote, celebretur. Vnde apparet, quod sub deuota & debita celebratione non cadit interior mentis deuotio, aut attentio, cum de his non possent ipsi prælati esse certi quantumcunq; apponant maximam diligentiam: & ex consequenti nõ possent eos punire qui sine interiorē deuotione officium diuinum dicunt. Cum tamen in prædicta Clemen. mandetur prelati vt eos cõpescant & puniant qui non deuote & debite diuinum officium cõpleuerint, Ergo videtur quod, cum Ecclesia præcipit adhiberi deuotionem & attentionē, non de interiorē loquitur, sed de exteriorē, vt diximus, qualis est de

uens modestia & recollectio quædā, qua clerici extranea fugientes quę deuotionē & attentionem mētis impediunt, preces suas persoluant reuerenter. Vnde sequitur, vt supra diximus, quod qui tenetur ad preces horarias, & spõte occupatur in aliqua re exteriorē, cū qua occupatione nõ soluatur attentio interior humana, peccat mortaliter. Ad octauū dico quod Christus non reliquit Ecclesię suę illā potestatem super actus interiores immediate. Et hoc constat ex eo quod nõquam Ecclesia vsa fuit illa potestate: & si Christus illam reliquisset, aliquando Ecclesia ea vteretur: quia non est verosimile quod mansisset in Ecclesia otiosa illa potestas. Ad nonum cõcedo antecedens, & dico, vt iam diximus, quod Ecclesia potest præcipere actus interiores quatenus qualificant exteriores. Ad 10. concedo antecedens & nego consequutionem. Ratio est: quia prælatum reseruare peccata interiora non est agere, aut posse agere, in actus interiorē: sed est nõ dare iurisdictionē cõfessarijs inferioribus vt absoluat, sine qua absoluere nõ possunt. Secundo dico, quod reseruare peccata interiora nõ est agere, aut posse agere in actum interiorē: sed est agere in actū exteriorē cõfessarij, nempe, impedire cõfessariū ne absoluat ab illo actu interiori. Ad 11. cõcedo antecedens, & nego consequentiam: quia illud non est ratione actus interioris: sed est ratione omissionis qua omittitur actus exterior qui deberet esse, & non est. Ad 12. dico, quod omnia illa & multa alia id genus, quę passim reperies in iure, intelliguntur de actibus exterioribus, aut de interioribus quatenus qualificant exteriores: non autē quod Ecclesia puniat, nec intendat punire directē actus interiores. Et hoc nempe, dicere quod Ecclesia ratione actus exterioris possit indirectē, & ex consequenti præcipere interiores, est probabilis, quàm dicere, vt dicit Metinē. defendendo hanc sententiam, quod Ecclesia nullo modo potest in actus interiores, nec directē, nec indirectē, nec pers, nec ratione actus interioris: sed quod Ecclesia solum præcipit, vel punit actum externum: & postquam Ecclesia præcipit actus externos, de iure naturali & diuino est, quod habeas illos actus internos, sine quibus externi decēter esse non possunt. Probatur: quia postquā Ecclesia potest in actum externum, non apparet quare nõ possit in alia quę ipsum actum afficiunt, qualificant, & circumstant. Secundo cõfirmatur quia Ecclesia directe potest præcipere actū humanum externum: & non potest esse humanus, nisi ab actu interno voluntatis. Ergo ita ex cõsequenti & mediate Ecclesiastica potestas attingit actum internum.

Articulus

Artic. septimus.

Utrum attentio orationi noceat?



D SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod attentio orationi noceat quia ut dicit Hug. de S. victo. pura est oratio, quando ex abundantia deuotionis mens ita accenditur, ut cum se postulat ad Deum conuertit, etiam sua petitionis obliuiscatur, sed qui obliuiscitur petitionis suę, nō videtur attendere orationi. Ergo cū oratio maxime debeat esse pura, videtur quod impediatur oratio per attentionem.

PRÆTEREA. Sicut intentio orationem dirigit ita etiam alios exteriores actus. Sed in alijs exterioribus actibus plurimum noceret, si actualiter attentio semper adesset: quia optimus citharedus, pessimus redderetur. Ut Auicena dicit. Ergo nocet attentio si cōtinue adsit orationi. **PRÆTEREA.** Non potest mens humana ad plura simul intenta esse. Sed aliquando oportet orantem attentum esse ad finem quę intendit, vel ad cogitandum de Deo cui orationem fundit, quod omittere orationi nocet. Ergo nocuum est oranti si semper ad orationem quam facit, attentionem habeat.

SED CONTRA. Aug. dicit Psalmis & hymnis cum oratis Deum hoc versetur in corde quod profertur in ore.

PRÆTEREA. Ioa. 4. Spiritus est Deus & eos qui adorāt eum oportet in Spiritu & veritate adorare. Ergo attentio, quę facit spiritum orare, orationi non nocet.

RESPONDEO. Dicendum, quod attentio in oratione potest esse duplex. Primo, n. est attentio ad verba quibus petimus, ad petitionē ipsam, & ad ea quę petitionem ipsam circūstāt: sicut est necessitas pro qua petitur, Deus qui rogatur, & alia huiusmodi: & quęcunque harum attentionum adsit, non est reputanda inattēta oratio. Vnde etiam illi qui non intelligunt petitionis verba, ad orationem attentī esse possunt: sed tamen vltima attentio est laudabilior quam secunda,

& secunda quam prima. Et quia anima non potest vehementer intenta esse ad diuersa: ideo prima attentio potest nocere, ut minor sit orationis fructus si secundam euerat: vel secunda, si tertiam omnino tollat: sed non e contrario: Tamen attentio, communiter, accipiēdo non nocet: sed multum prodest: ut ex verbis Augusti. inductum apparet.

AD primum ergo dicendū, quod quando mēs per dilectionem in Deum rapitur, ut petitionis suę immemor sit, attentio orationi adest, ut dicitur, quāuis non secūda, vel prima, sed tertia. **AD secundum dicendum** quod ratio illa procedit de prima attentione, quę si sit nimia, in eptā interruptionem faciet scilicet si in singulis verbis homo cogitare velit qualiter formāda sunt. Quandoque etiam faciet errorem: quia sic cogitanti minus verba occurrent. Talis autem attentio sufficit ad integram verborum pronuntiationem.


AD tertium dicendum, quod ea quę habent ordinationem ad inuicem possunt simul intelligi in quantum huiusmodi: quia in quantum ad inuicem ordinata accipiuntur, sicut intellectus eorum ordinem comprehendendo, ea vnum facit & ideo simul potest intellectus fieri & ad orationem, & ad orationis finem tamē in quodcunque horum feratur, orationi debita attentio non deest.

IN HOC. 7. ar. habes lector candide, duo quę in præcedenti ar. diximus manifeste esse de mente Sancti Thom. Primum est, quod quęlibet attentio orationis, nempe, vel ad verba, vel ad sensum verborum, vel ad Deum ipsum cui oratio porrigitur, sufficit ad hoc quod oratio sit sufficienter attentā, ut Ecclesię præcepto satisfaciatur. Secundum est, quod fideliter fuimus interpretati in articulo præcedenti id quod Sancti Thom. dicit secunda. 2. quęstione. 83. articulo. 13. quod tertia intentio ex supra dictis erat maxime necessaria, id est, præstantior & laudabilior quia ita ipse Sancti Thom. expresse dicit in hoc articulo. Colligitur etiam tertio, quod illud quod diximus in præcedenti art. quod illud capitulo. doctores de celebr. miss. nō obligat nisi ad hoc quod qui tenentur ad preces horarias, dicant illas cum actu humano, & negatiue, quod nō se occupent exterius in aliquo alio exercitio quando sunt dicturi preces suas, vnde impediatur

diatur actus humanus qui requiritur ad soluendum ipsas preces: est etiam in hoc ar. expresse sententia San. Tho. Alia autem omnia quę de prædicta attentione erant dicenda, diximus in ar. præcedenti: vide ibi.

Articu. octauus

Utrum conuenienter species orationis distinguantur, ex S. Tho. tom. & d. vbi supra. arti. 3. & deinceps?



D OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter species orationis distinguantur. 1. Tim. 2. Obsecro igitur primo omnium obsecrationes fieri orationes, postulationes, gratiarum actiones obsecrationes sunt adiurationes pro rebus difficultibus. ut dicit Glos. ibidem. Adiuratio autē quęsi quandam coactionem importat: & sic reuerentiam minuit, quę orationi debetur. Ergo obsecratio non est orationis species.

PRÆTEREA. Non potest esse idem totum & pars. Sed oratio est cuius partes assignantur. Ergo non debet oratio etiam inter has partes assignari.

PRÆTEREA. Postulatio est idē quod petitio. Petitio autem est orationis genus: ut dictum est. Ergo postulatio non debet dici orationis pars.

PRÆTEREA. Oratio est petitio decretum a Deo, secundum Damas. Sed gratiarum actio non est petitio: quia est de iam acceptis. Ergo non est orationis species.

RESPONDEO. Dicendum, quod partes orationis dupliciter accipi possunt scilicet per modum partium integralium: & per modum partium subiectiuarum. Partes integrantes orationis distinguuntur per ea quę ad completam orationem requiruntur. Partes autem subiectiuę distinguuntur, vel secundum diuersitatem eorum

quę petuntur, vel secundum diuersum modum petendi. Partes ergo orationis quas Apostolus assignat, vtrunque distinctionem habent ad iunctam. Quia enim ea quę a Deo petimus nō ex nostris meritis impetrare præsumimus, & viam impetrationi claudit qui non de acceptis gratiam agit, ideo ad complementum orationis primo requiritur sacrorum commemoratio, quorum virtute difficultia quęcunque impetrantur: & hoc fit per obsecrationem: vnde dicit glossa quod de difficultibus est, sicut de cōuersione impij secundo ipsa petitio quę est vel de his quę ad quod principaliter petimus ordinantur: & sic est oratio quę dicitur respectu bonorum vię, vel de his quę principaliter petimus, sicut sunt bona patrię, & respectu horum sunt postulationes. Sequitur autem gratiarum actio, in qua oratio consummatur, ut sequenti orationi adiutus pateat. Et secundum hoc, etiam ut glos. ibidem dicit, partes Missę distinguuntur: quia ea quę ante consecrationem dicuntur, sunt quasi quedam obsecrationes, eo quod fit commemoratio Christi, & doctrinę ipsius, & sanctorum eius: ea autem quę in consecratione, dicuntur orationes: quia Sacramentum quod illis verbis conficitur, in via nos adiuvat, vnde & viaticum dicitur: quę vero postea adduntur, sunt postulationes, quia bona eterna postulantur & mortuis & viuis: quę autem post communionē dicuntur, gratiarum actiones sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut in iuramento assumitur diuina veritas quasi firmiter, in testimonium veritatis a nobis dicitur, ita in adiuratione semper assumitur potentior virtus ad impetrandum quod nos ex nostra infirmitate non possumus impetrare, vnde semper adiurans, in se defectum proficitur. Sed quandoque illud quod adiuramus assumitur ad inclinandum per violentiam, sicut cum sancti demones adiurant, ut de obsessis corporibus exeat: quandoque autem assumitur ad inclinandum per beneuolentiam, & sic Deum adiuramus per filium suum, vel per sanctos suos, qui ei accepti supra nos fuerunt, & ideo reuerentia per obsecrationem non minuitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod consuetum est, quod nomen commune ad illam speciem

ciem trahatur quę nihil addit dignitatis, vel minus quam alię species supra cōmune: sicut nomen Angeli, quod omnibus ordinibus commune est, in simo ordini attribuitur: & similiter nomen orationis ad illam speciem trahitur secundum quādam appropriationem quę habet minus de dignitate scilicet quę petitur vi bonum.

AD TERTIVM. Dicendum, quod postulatō importat quādam propensionem desyderij in id quod petitur: & quia illud quod principaliter & perse desyderatur est finis, ideo postulatō proprie addit supra petitionem communiter dictam determinatum petendum s. finem.

AD QVARTVM dicendum, quod gratiarum actio non ponitur pars orationis quasi species eius: & ideo non oportet quod definitio ei conveniat.

IN HOC ar. 8. est prius adnotandū quod omnes hę species orationis intelliguntur nomine orationis, quia oratio predicatur de qualibet harum specierum: obsecratio enim est oratio, & oratio est oratio, & postulatō est oratio, & gratiarum actio est oratio: & hoc dicit Sanct. Thom. hic ad secund. Sed vocantur illis distinctis nominibus a D. Th. 1. ad Timo. 2. propter distinctas illas rationes quas habent, & nomina illa significāt. Ita que dicit Sanct. Thom. hic, quod obsecratio est quādam oratio per modum cuiusdam adiurationis vel contestationis per sacra aliqua quę habent maiorem vim ad impetrandum. vt cum dicit, Domine propter te ipsum da mihi fœlicitatē, propter tuam crucē libera me a peccatis. Oratio dicitur illa petitio qua petimus ea quę sunt in hac vita, & ordinantur ad fœlicitatem perfectam alterius vitę. Postulatō autem, dicit Sanct. Thom. est illa petitio qua petimus vltimam fœlicitatem. Gratiarum vero actio est oratio qua pro bonis receptis gratias agimus, vt plura etiam, quamdiu sumus in hac vita recipiamus ideo est quasi petitio futuri boni vel dispositio ad illud petendum.

SECUNDO. Sanct. Thom. tractavit hanc quęstionem in secunda. 2. quęstione. 83. articulo. 17. & in ratione obsecrationis, & gratiarum actionis, conuenit cum his quę hic dicit in ratione autem orationis & postulationis, non: nam dicit quod oratio capitur pro ascensu mentis in Deum, & postulatō capitur pro petitione qua aliquid petimus a Deo, siue sit huius vitę, siue alterius. Idem dicit super Pau-

lo. 1. ad Timo. 2. Et omnes illas species orationis secundum illas rationes quas scribit in secunda. 2. vbi supra. verificat in hac oratione. Omnipotens sempiternus Deus, ecce ascensus mentis in Deum, qui est oratio, Qui dedisti Ecclesię tale beneficium, ecce gratiarum actio, Presta quęsumus, ecce postulatō, Per Dominum nostrorum Iesum Christum, ecce obsecratio. Secundo dicit Sanct. Thom. super Paul. vbi supra, quod illa. 4. etiam referuntur ad. 4. quę in oratione volumus obtinere, vt obsecratio referatur ad impetranda difficilia, vt ad impiorum conuersionem oratio, quando iam conuersis imploramus gratiam vt proficiant: postulatō, vt pręmia pro meritis retribuuntur, & pro beneficijs iam acceptis est gratiarum actio. Propter has ergo vel illas rationes, denominantur prędictę orationes illis distinctis nominibus. Hęc Sanct. Thom.

Articul. nonus.

Vtrum debeat homo aliquid determinate petere in oratione?

Sanct. Thom. vbi supra. articulo. 4. & deinceps.



DNONVM sic proceditur. Videtur, quod homo non debeat aliquid determinate petere in oratione: quia periculosum est petere, quod petere non oportet. Sed quid uremus sicut oportet, nescimus, Roma. 8. Ergo non debemus aliquid determinate petere.

PRAETEREA. In oratione homo debet spem suam iactare in Deum, sicut dicitur in Psal. Iacta super Dominum curam tuam, &c. Sed ille qui aliquid in oratione determinat, non videtur super Dominum curam suam iactare totaliter. Ergo talis oratio est reprehensibilis.

PRAETEREA. Determinatio petitio-

nis

nis non fit, nisi ad innotescendum desyderatum. Sed Deus quem oramus, melius scit desyderia nostra quam nos ipsi. Ergo non debemus in oratione aliquid determinate petere.

SED CONTRA. Dominus congruam formam orandi tribuit. Sed in Oratione Dominica determinat petitiones continentur. Ergo oportet aliquid determinate petere.

PRAETEREA. Postulatō est orationis pars: sed habet determinatam petitionem, vt Hug. dicit. Ergo determinate aliquid petendum est.

RESPONDEO. Dicendum, quod determinatio eius quod in oratione petendum est, ad tria valet. Primo, ad hoc quod attentio orantis determinetur ad aliquid: quę plurimum est in oratione necessaria. Secundo, vt nobis innotescat desyderiū nostrum, & quantum in ipso profecerimus. Tercio, vt feruentius petamus: quia bona quanto particularius inspicuntur, tanto feruentius concupiscuntur: sicut de delectabilibus corporalibus Philo. dicit 3. A Eth. 1. Vnde Augusti. in libro de orando Deum, dicit, Ideo per certa intervalla ipsum etiam verbis determinatis oramus Deum: vt illis rerum signis nos ipsos admoneamus quantum ad primum: & quantum in ipso desyderio profecerimus, nobis innotescamus quantum ad secundum: & ad hoc agendum nos ipsos acrius excitemus quantum ad tertium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod (sicut Augusti. ibidem soluit) Apostolus hoc dicit propter tribulationes temporales, quę ad profectum nostrum plerumque immittuntur: & tamen ab eis omnibus liberari petimus, quia in se male sunt, quamuis secundum quid sint bone: sed de quibusdam bene scimus quod ea petere oportet, sicut & quod desyderare.

AD SECUNDM. Dicendum, quod in dubijs debet homo quantum ad hoc curam suam iactare in Deum, vt, si aliter expediat quam petatur, diuino arbitrio relinquatur. Quam formam orandi Dominus exemplo suo tradidit, cum dicit, Non sicut ego volo, sed sicut tu. Sed in illis quę, Deus nos vult velle, o-

portet quantum ad hoc curam nostram in ipsum proicere; vt eorum impetrationem eius auxilio expectemus. Ad tertium patet soluti ex dictis.

IN HOC articulo. 9. est vnica conclusio Sanct. Thom. affirmatiua, quę sic habet: Aliqua sunt determinate petenda a Deo propter tres commoditates quas inde sumimus, prior est, quia petendo aliquid determinate, determinatur ad aliquid attentio orantis, quę est plurimum in oratione necessaria. Secunda commoditas est, vt oranti innotescat suum desyderium. Tertia autem est vt feruentius orantes petant id quod petunt: quia feruentius appetunt homines aliqua particularia determinata quam confusa & communia. Hęc Sanct. Thom. hic: & in secunda. 2. quęstione. 83. articulo. 3. scribit eandem conclusionem, nempe, aliquid esse determinate in oratione petendum.

HANC eandem quęstionem mouet D. Augusti. in epistola. 121. ad Probam de orando Deum: & dicit quod omne illud quod licet desiderare, licitum est petere in oratione. Sed prescius ac lucidius respondent aliqui, adnotates triplicia esse bona quę possunt desyderari. quędam namque sunt quibus formaliter non possunt homines male vti, vt sunt virtutes, gratia, & gloria: & hęc sunt in oratione determinate petenda. Id est, ea absolute petere, licitum est sine quacunque conditione: ita enim orat absolute Proph. David psalmo. 79. Ostende faciem tuam; & salui erimus, & psalmo 84. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & psalmo. 34. Dirige me in veritate tua. Dixi, quod virtutibus formaliter non possunt homines male vti: quia obiectiue possunt homines eis male vti incidentes ex virtutibus in superbiam aut elationem: Quędam autem iunt bona, quibus indifferenter possunt homines bene & male vti: vt sunt bona naturalia, & bona gratię gratis datę, & bona fortunę, siue temporalia. Et hęc non sunt determinate petenda in oratione: Hęc est Sanct. Thom. hic, & secunda. 2. vbi supra: Sed hęc predicta bona sunt petenda sub conditione, nempe, si voluerit Deus illa ad salutem hominum esse vtilia, vel ad honorem & Dei laudem. Hęc probatur exemplo Christi Seruatoris: qui sic orabat tempore passionis conditionaliter. Transeat a me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.

ALIA autem sunt, quibus homines non possunt bene vti: vt potentia ad opprimendum pauperes, vindicta de inimicis, victoria in bellis iniustis: & hęc nullo modo sunt petenda

v iij tendā

pendenda in oratione:

SED, arguo hoc modo contra secundam conclusionem, qua dicebatur quod non sunt petenda determinate in oratione bona indifferentia. i. quibus possunt homines bene & male uti. Ea quæ licet optare, licet petere determinate in oratione, sed licitum est optare bona quibus homines possunt bene & male uti. Ergo licitum est ea petere.

AD HOC dico, quod Sanct. Thom. intelligit, sicut simpliciter est intelligendum, quod si est apparentia vel probabilitas quod ex prædictis bonis quibus homines possunt bene vel male uti sequeretur aliquod periculum, maxime in spiritualibus. Nempe superbia, aut elatio ex diuitijs, vel vindicta ex bona valetudine corporali, aut id genus aliquid aliud: tunc nec sunt absolute petenda, nec etiam optanda, sed cum conditione. Si autem non sit aliquod periculum quod ex prædictis bonis sequatur probabiliter, tunc licitum erit illa optare & petere, determinate & absolute sine conditione formalis quia iam virtualiter ibi intelligitur.

SED contra. Solus Deus scit an illud quod petitur sit conueniens petenti, & si habebit bonum vel malum euentum: & petens petit bona fide intendens bonum finem & euentum, & illa bona de se non sunt mala. Ergo licitum est absolute optare illa & petere: & Dominus dabit, si bonus euentus est futurus, aut negabit si malus sit futurus. Propter hoc arguo constituam propositiones aliquot, quibus separabimus certa in hac materia ab incertis.

Primapropositio.

PRIMA propositio est. Sanctum & licitum est petere absolute & determinate beatitudinem, & illa quæ ad hanc consequendam sunt necessaria ut sunt virtutes, dona Spiritus Sancti, perseverantia in gratia & amicitia Dei, remissio peccati, & id genus alia. Hæc est clarior quam quod probatione indigeat: quia est impendio rationi consentanea. Et nihilominus facile potest probari ex Oratione Dominica, qua docuit Christus Seruator noster nos absolute & determinate petere, adueniat regnum tuum, &c. Confirmaturque illis testimonijs que iam supra adduximus ex scriptura, ut illud Psalmo. 79. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus: & psalm. 26. Dirige me in semitam mandatorum tuorum. Comprobatur etiam Ecclesiæ testimonio, quæ sic orat, Da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum. Conclusio ergo certa est.

Secūdapropositio.

SECUNDA propositio est. Bona quibus possunt homines bene vel male uti, ut sunt vita, salus, fama, honor, vxor, filij, reliqua que bona temporalia, licitum est petere quatenus sunt conuenientia ad vitam beatam: vel quatenus Deus scit ea hominibus expedire,

Hæc probatur Prouer. 30. exemplo Salomonis, qui sic orabat, Domine mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum vitæ meæ necessaria. Secundo. Confirmatur hoc ex Oratione Dominica, in qua quotidie petimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quod non solum intelligitur de pane spirituali, sed etiam de corporali: ut aliquæ gloriæ ibidem dicunt. Tertio confirmatur nostra conclusio ex letania Ecclesiæ, in qua Ecclesia orat Deum pro pluuia congruente, & ut fructus terre donare dignetur.

TERTIA propositio est. Illa bona quibus possunt homines bene & male uti, non licet petere absolute: sed formaliter, vel virtualiter petenda sunt cum conditione, nempe, si Deo placuerit. Hoc probatur prius, quia forte, si Deus illa det petentibus, potius nocent quam profint de quo certi esse non possumus, nam, ut habetur Rom. 8. Quid oremus sicut oportet, nescimus. Secundo probatur exemplo Christi Luc. 22. qui cum Patrem oraret ut calix passionis ab eo transiret, conditionem apposuit, dicens, Veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat. Tertio probatur ex Dominica Oratione. in qua petunt fideles, Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra. Contra quam petitionem facit ille qui ex prædictis bonis absolute à Deo aliquod petit. quia petit suam potius fieri voluntatem, quam Dei. Vnde filij Zebedei à Christo repulsi sunt propter hoc quod absolute per matrem suam à Christo petere, ut alterum poneret à dextris, alterum vero à sinistris in regno suo. Quibus respondit Christus, Nescitis quid petatis. Math. 20. Dixi in tertia conclusione, prædicta bona esse petenda cum conditione formaliter vel virtualiter, quia sufficit, quod orans aliquando proposuit illa petere cum prædicta conditione, & nunquam illam mutauit & postea absolute bona fide sic petit, & si rogaretur, sic responderet se illud quod petit velle si Deo placuerit: & in bonum spirituale: & in Dei laudem & honorem, & non alias. EX quibus colligitur prius, quod non licet absolute petere omnes virtutes morales: quia sunt multæ quæ non possunt haberi nisi cum illis bonis indifferentibus magnificentia enim non potest haberi sine magna pecunia, magnanimitas sine honoribus, fortitudo bellica sine armis & corporalibus viribus. Et cum non liceat, ut dictum est, illa bona absolute petere, nec licet illas virtutes absolute petere quæ sine illis bonis haud esse possunt.

SECUNDO colligitur, non solum esse licitum petere bona temporalia ad vitam necessaria: sed etiam licet diuitias petere, si ad bonum finem ordinentur, & cum licita conditione petantur. Probat prius quia licitum

est habere diuitias, & meritorium est eas in pias causas & gloriam Dei expendere. Ergo licitum est eas ad huiusmodi finem desiderare, & sic eas petere, omnia Dei voluntati submitiendo. Secundo, Prouer. 30. Salomon petiuit à Deo, dicens, Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, ne forte satiatus alitiar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? Tertio confirmatur psal. 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Quarto, Pro hoc facit illud Luc. 8. ubi Christus comparat diuitias spinis quæ animum pungunt, & sæpe impediunt ne quis regnum Dei ingrediatur, iuxta dictum Christi, Difficilius est hominem diuitem ingredi regnum Dei, quam camelum per foramen acus transire.

SI autem contra hoc obiicias dictum Christi Math. 6. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur vobis: & obicias D. Augustin. super hoc dicentem: bona temporalia non esse quærenda, dico quod Christus loquitur contra eos qui principaliter quærebant bona temporalia, & de crastino solliciti erant, quid nempe cras comederent, quid induerent: cum tamen hæc, ut dictum est, non sunt primo & principaliter quærenda. Non tamen negat Christus, nec Augustinus, quin secundo, & cum timore, & conditione in bonum, possent quæri, appeti, & peti.

SECUNDO. Arguo hoc modo contra dicta. In psal. enim. 61. dicitur, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Ergo in his verbis prohibetur affectus & desiderium diuitiarum, non licet ergo illas petere.

DICO, quod non damnantur ibi illi qui diuitias appetunt sed qui diuitijs cor apponunt, quales sunt illi qui eas appetunt, ut eisdem fruantur, seu quod totum aut principalem affectum illis adhibet, finem vel felicitatem in eis collocantes: qui autem diuitias possident & petunt & appetunt, ut illis, ut oportet vtantur, non apponunt illis cor suum.

TERTIO colligitur licitum esse in oratione mortem petere, vel propriam vel alienam non absolute, sed conditionaliter, nempe, si homo finaliter non sit corrigendus. Probat prius exemplo Anastasiæ, quæ orabat Deum ut suum maritum Publium de mediõ tolleretur, ut daret locum sanctis, si finaliter non erat corrigendus. Et Cyrilus in qualam epistola ad Augustin. orat Deum ut hereticum quendam respiscere nolentem occidat. Idem etiam posset iusto optari, si timeretur quod diu viuens in peccatum caderet, licitumque est viris iustis beneficium Dei optare, quale est eos de hoc sæculo nequã rapere: iuxta illud Sap. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius, aut fictio deciperet animam

eius. Pro hoc est illa oratio vel desiderium Pauli ad Phil. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et Iob 3. habetur quod ipse Iob sibi ipsi mortem desiderabat: nec in hoc vir iustus peccasse videtur, & adeo est commendatus. Pro quo etiam facit illud Ecclesiæ 30. Melior est mors quam vita amara. De duobus autem quorum alterum est eligendum licite, illud videtur præ eligendum quod est melius. At melius est mori in gratia Dei, quam esse in vita amara. Ergo licitum est sic in bonum finem mortem petere.

PRÆTEREA. Dubitatur, an Deus semper exaudiat iustum petentem aliquod bonum indifferens. i. quo homines possunt bene & male uti quod de se non est malum, ut honor & diuitiæ: Et videtur quod sic. Ratio est: quia Dominus dat Ecclesiæ secundum presentem iustitiam. Sed in oppositam partem est quod dicitur Iacob. 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. At illi, quamuis iusti, qui petunt illa indifferentia bona, male petunt. Ergo non exaudientur. Secundo. Illi solum exaudiuntur qui petunt secundum voluntatem Domini: iuxta illud. 1. Ioan. 5. Quæcunque petierimus secundum voluntatem eius exaudiet nos. Sed illi qui petunt illa indifferentia bona, non petunt secundum voluntatem Dei: ergo non exaudiet illos.

AD HOC dico prius, quod non est certum, nec potest probari quod Deus semper exaudiat iustum petentem bonum indifferens. i. quo potest bene & male uti. Secundo, dico quod probabile est quod aliquando exaudit talem iustum, esto ex illo bono sequatur malus euentus. Vnde in historia D. Petri dicitur quod D. Petrus habebat filiam Petronilam ægrotantem & iussit illi ut surgeret & ministraret eis in mensa & peracto ministerio iussit ut rediret morbus, & ipsa rediret in lectum. Vnde videtur Petrum intellexisse non esse bonum filia ad salutem spirituales habere corporalem bonam valetudinem.

EX dictis sequitur vltimo, quod licitum est cuiuscunque pro se petere bona temporalia cum conditione, ut supra diximus: licitumque est etiam cuiuscunque eadem pro alijs proximis petere. Nec valet si obiicias Deum prohibuisse Prophetæ Hier. orare pro populo, dicens Tu ergo noli orare pro populo isto: quia non exaudiat te Hier. 7. quia Dominus loquitur ibi quantum ad hoc quod in illo populo erat impedita propter quæ oratio prophetæ exaudiri non poterat, nempe, quia erat oblitinatus in peccatis & incorrigibilis, & erat in eis finalis impenitentia: & ideo volebat Dominus punire illum populum, & propterea volebat prophetam pro illo orare, non aut. volebat docere quod illud non licebat

sed

ſed contra oratio eſt bonum præſtantius bonis temporalibus ergo non licet illam porrigere pro illis dico quòd illud eſt verū quòd non licet exponere maius bonum pro minori, quando illud maius bonum deberet perdi pro minori, vt. 100. pro .10. quia illud eſt contra rectam rationem: ſed quando lucratur minus bonum: & conſeruat maius licitum eſt quia non perdimus orationem quādo petimus temporalia quia illa memur.

Articu. decimus

Vtrum ſolus Deus debeat orari.

Sanct. Thom. vbi ſupra arti.
5. & deinceps.



AD DECIMUM ſic proceditur. Videtur quòd ſolus Deus debeat orari, per definitionem orationis: quia Damas. dicit quòd oratio eſt aſcenſus intellectus in Deum.

PRAETEREA. Oratio eſt actus latriæ vt dictum eſt. Sed latria ſoli Deo debetur, ergo oratio.

PRAETEREA. Virtus orationis plus in affectu conſiſtit quam in voce, quia hoc negotium plus gemitibus, vt Auguſti. dicit, quam vocibus agit. Sed ſolius Dei eſt cogitationes cordis & affectiones percipere. Ergo ei ſoli fit oratio.

SED CONTRA eſt quòd dicitur Iob 5. Voca, ſi eſt qui tibi reſpondeat: & ad aliquem ſanctorum conuerrere. Ergo oratio poteſt fieri ad ſanctos Dei, & non ſolum ad Deum.

PRAETEREA. Orationis ſpecies eſt ſupplicatio. Sed ſupplicatio homini fieri poteſt, ergo oratio.

RESPONDEO. Dicendum quòd illud quòd orando petimus, eſt beata vita, vt Auguſtinus dicit: quia omnia alia que petimus non petimus niſi ſecundum quòd ad hanc ordinan-

tur. Beatam autem vitam dat directe ſolus Deus: ſed tamen etiam ſancti cooperantur nobis ad hoc quòd beatam vitam obtimeamus: & ideo oratio directe & proprie fit ad Deum ſicut à quo expectamus quòd orando petimus. Sed tamen orantis intentio ad ſanctos conuertitur, vt quorum auxilio à Deo impetrat quòd expectat. Et ideo dicit Caſſiodorus quòd oratio proprie fit ad Deum: ſed deprecatio ad ſanctos.

AD PRIMVM. ergo dicendum quòd in diffinitione debent poni ea que per ſe ſunt: quauis autem aliquo modo ad ſanctos oratio fieri poſſit ſicut ad interceſſores pro nobis: tamen proprie & per ſe oratio in Deum fertur.

AD SECVNDVM dicendum quòd oratio eſt actus latriæ: nec tamen cum ſancti orantur, eis latria exhibetur, ſed illi à quo petitio orantis explenda ſperatur.

AD TERTIVM dicendum quòd ſancti agnoscunt in verbo omnia que ad eorum gloriam pertinent: & quia ad eorum magnam gloriam eſt quòd alios inuare poſſunt, quaſi Dei cooperatores exiſtentes, ideo ſtatim in verbo dicunt vota eorum qui eos interpellant.

AD QVARTVM dicendum quòd ad aliquem ſanctorum nos conuertendos eſſe docet vt ad mediatorem orationis, non ad quem principaliter oratio dirigatur.

AD QVINTVM dicendum quòd oratio hic accipitur ad ſimilitudinem rethoricæ orationis (vt ex dictis patet) & ideo ſicut illa ſoli iudici fit, quauis etiam alijs ſuperioribus ſupplicationes fieri poſſent, vel aliqua petitiones ita etiam oratio ad ſolum Deum directe dirigatur: ſed ſupplicatio, etiam directa, ad alios dirigipotest.

IN HOC articulo conſtituit Sanct. Thom. vnā diſtinctionem bimembrem, & duas conſiſtentes. Diſtinctio eſt. Oratio porrigitur alicui dupliciter, vno modo tanquam per ipſum implenda, quia ille eſt qui ſolus poteſt dare, & eſt daturus ſi placuerit, id quòd petitur: alio modo porrigitur oratio alicui tanquā per ipſum impetranda. Et tunc

tunc eſt prima conſiſtens. Solus Deus eſt orandus tanquam ille qui poteſt dare & daturus eſt id quòd in oratione petitur. Probatur hæc: quia omnes hominis orationes debent ordinari ad gratiam & gloriam conſequentiam, quæ ſolus Deus dat, ſecundum illud pſal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Ergo ſolus Deus hoc modo eſt orandus. Secunda conſiſtens eſt. Secundo modo, nempe tanquam interceſſores & impetratores à Deo eius quòd petitur in oratione, etiam ſancti ſunt orandi. Probatur Apoca. 8. vbi dicitur. Aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli coram Deo. Secundo probatur ex modo orandi quem Eccleſia habet: nam à Sancta Trinitate petit vt noſtri miſereatur: ab alijs autem ſanctis quibuſcunque, petit vt orent pro nobis: dicimus nā que, Sancta Maria, ora pro nobis, &c. Hæc Sanct. Thom. hic & ſecunda. 2. queſtione. 83. articulo 4.

HIC prius nota quòd de his duabus conſiſtentijs Sanct. Thom. nullus vnquam dubitauit fidelis: Sed fuit Iouinianus hæreticus alijque eius ſequaces, qui dicebant quòd in hac vita bene poteſt vnus homo orare pro alio, vel alijs, probant, quia D. Paulus frequenter hoc petebat ab alijs vt orarent pro ipſo ſed poſtquam homines ſunt in alia vita nullus eſt orandus niſi ſolus Deus. Hunc errorem habuerunt etiam Vniceliſtæ: cumque iam eſſet ſepultus reſuscitaerunt illum Lutherani, & probant illum hoc modo prius. 1. ad Timo. 1. dicit Paulus, vnus eſt mediator noſter Chriſtus Ieſus. Ergo ſancti non intercedunt vtiliter pro nobis, nam ſi ſancti intercedunt pro nobis vtiliter, plures eſſent noſtri interceſſores vel mediatores apud Deum: ergo non ſolus Chriſtus: quòd Paulus affirmat. Secundo Ioannes in Canonica ſua. 1. ca. 2. ait. Ad uocatum habemus apud Patrem Chriſtum Ieſum qui propitiatur pro nobis. Si ergo Chriſtus pro nobis propitiatur: ſuperuacaneæ ſunt aliorum ſanctorum preces, quas pro nobis fundunt. Tertio. Ipſi ſancti proſeipſis orantes, à Deo nō exaudiuntur. Ergo nec exaudientur, ſi pro nobis orent. Antecedens probant ex illo Apocali. 6. vbi dicitur quòd martyres clamant ad Dominum dicentes: vſque quo Domine non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra? Ex hoc ergo conſtat quòd non exaudimur: alioquin non ita conquereretur de Deo. Quarto. Sancti in cælo non ſunt inſtatu merendi, aut demerendi ſibi: ergo nec nobis. Quinto. Deo ſoli eſt exhibendus latriæ cultus, ſecundum illud Pauli, Soli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum. 1. ad Timo. 1. At oratio eſt ſpecies latriæ. Solus ergo Deus eſt orandus.

HIS nō obſtantibus, certum eſt, vt ego oſtendam ſententiam horum hæreticorum eſſe hæreticā: certūque eſt eſſe de fide quòd ſancti qui ſunt in alia vita, vtiliter orantur ab exiſtentibus in hac vitamortali: quia ſancti ſuis interceſſionibus poſſunt exiſtentibus in vita mortali multa bona impetrare. Hanc igitur catholicam ſententiam probabimus teſtimonijs apertis ſacræ ſcripturæ: deinde oſtendemus eandem ſententiam Eccleſiæ definitionibus. Prius arguitur hoc modo. Angeli vtiliter ab hominibus viatoribus ſunt orandi. Ergo non ſolus Deus eſt orandus. Conſequutio eſt bona: probatur antecedens. Nam Angeli cuſtodes hominum ſunt: & pro maiori parte cuſtodiant orando pro illis hominibus quorum cura ſibi eſt cōmiſſa. Ergo ipſi homines vtiliter orant ipſos Angelos. Secundo. Beati orant pro viatoribus. Ergo ſunt etiam orandi ab ipſis viatoribus. Antecedens probatur: quia ſunt in maiori charitate quā in via. Sed in via orabant pro alijs. Ergo etiam in patria. Nec valet ſi dicas quòd orationes illorū qui ſunt in alia vita nihil valent: quia Deus exaudiebat illos ſanctos in hac vita, ergo etiam exaudiet illos in alia. Non valet etiā quòd iſti hæretici dicunt, nempe, quòd ſancti qui ſunt in alia vita non ſciunt quid agatur apud viatores, nec cognoscunt orationes que eis porriguntur: quia hoc, & ſi naturaliter loquendo eſſet verum, non tamen eſt ſimpliciter verum reuelat enim Deus eis in verbo ſuo & in eſſe ſua, & hoc in inſtanti quo eis porriguntur preces: nam hoc vt dicit Sanct. Tho. ſpectat ad ſtatum ipſorum beatorum. Ridiculum ergo eſt dicere quòd iſti hæretici dicunt, nēpe, quòd prius orans patietur ſuas calamitates quā ſanctus oret pro illo, & quā Deus ſanctis reuelet quòd alius viator eum oret vt ipſe intercedat apud Deum pro viatore. Habet enim ſe Deus cum ſanctis illis, ſicut cum viatoribus: nam in inſtanti quo viator operatur Deus adiuuat & concurrat ad illam actionem & ita in inſtanti quo viator orat Sanctū, Deus reuelat illi Sancto.

ET ad argumenta hæreticorum in oppoſitum, facile eſt reſpondere & ad prius argumentum dico, quòd Chriſtus eſt vnicus & principalis mediator intercedendo pro nobis. Sed hoc non impedit quin alij ſint mediatores intercedēdo ſimiliter pro nobis: ſed ſunt Chriſto inferiores. Vnde beatiffima virgo Maria à ſanctis mediatrix noſtra nūcupatur & in antiphona ſalue regina, ſpes noſtra vocatur ab Eccleſia quo ad hoc quia intercedit pro nobis. Cū autē Chriſtus dicitur vnicus mediator vnicus poteſt vno modo accipi pro præcipuo, ſecundo modo poteſt accipi præciſiue, ſeu excluſiue: & tunc dicitur Chriſtus vnicus mediator participatione naturæ diuinæ & huma-

nā: quia nullus alius est mediator illo modo. Et similiter vnicus est Christus mediator, quia vnicus est in opere redēptionis. Ad secū dum argumentū ex Ioanne dico, quōd nihil probat. quia, & si Christus pro nobis intercedat, nō subinde excludūtur alij intercessores: imo potius sequitur alios sctos similiter pro nobis intercedere, volētes in hoc Christo capiti se conformare: nec sunt superuacaneę orationes sctōrū quas pro nobis fundūt quia tūc similiter esset dicendū superfluas esse orationes Ecclesię quas pro nobis & pro detunctis facit. Ad tertū arg. ex Apoca. dico quōd falsum est quōd martyres in suis votis non exaudiūtur, quando quidē primā stolā & coronā triūphi illico recipiūt: vindiētā etiā, quā petunt, obtinebūt: quę eis dē etiā bidē promittunt: nā dicitur ad eos vt requiescant adhuc modicū tēpus donec cōpleatur numerus conseruorū suorū. In quo illis aperte datur spes vindiētę quā petūt. Ad quartū dico quōd quāuis scti in alia vita, non sint in statu merendi, sunt in statu liberaliter & gratis nobis aliquid a Deo impetrādi. Ad quintū dico quōd oratio quatenus dirigitur in Deū mediate vel immediate in recognitiōē omnipotētę Dei a quo omnia pendēt, pertinet ad latrā: & ita orare aliquē tanquā supremum omnium largitorē, nefas est, nisi is quē oras Deus sit. Qui autē illo modo sanctū aliquē oraret, idolatrat. Oramus igitur sanctos non tanquā bonorū largitores, sed tanquā intercessōres & aduocatos. Et licet in hoc eos aliquo modo colamus & honoremus attamē talis honor illis est conueniens & non sōli Deo debitus, sed alius prior.

SED dubitatur, an hęc veritas, nēpe quōd sancti sunt orandi a viatoribus vtiliter, possit solus sacrę scripturę testimonijs sufficiētē probari seclusa determinatione Ecclesię? **A**D quōd dico quōd ita. Probat prius quia in scriptura legitur quōd Angeli orant Deū pro nobis, vt vota nostra a Deo compleātur vt patet Tob. 12. vbi dixit Angelus ad Tobiam Quādo orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & elemosynas dabas, ego orationē tuam obruli Domino. Et quid est Angelum orationē nostrā Deo offerre, nisi supplicare illi vt eam adimplere dignetur? Nō. n. eam Domino offerebat, vt ipsa oratio Domino innotesceret: quia omnia aperta & nuda sunt oculis eius: ad hoc ergo Angelus offerebat orationē Tobię Domino, vt Dominus eā cōpleret: nec hoc aliter fieri videtur nisi ipso Angelo supplicāte, vt Dominus votis orantiū condescēdat, nec etiā Angelus ipse Tobię narraffet, nēpe quōd eius orationē Domino obtulisset nisi vt significaret modū quo ipse Tobias vota sua fuerat consequurus, nēpe, mediāte ope ipsius Angeli. Apertē igitur ex his cōstat An-

gelos pro nobis intercedere. Secūdo Psal. 138. dicitur, Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, Ergo honorādi sunt sancti a nobis viatoribus. Ergo ipsi sancti illos cognoscunt honores. Ergo &c.

TERTIO. Iob. 5. Voca si est qui respōdeat, & ad aliquem sanctorū cōuertere. Quę verba, licet sint Eliphath Themanites, tamē ex illis cōstat quōd Iob orabat sanctos: & si illos nō liceret orare, reprehēderet Iob Eliphath, quod tamen non fecit. Ergo reputabāt homines iusti illius etatis, licitā esse orare sanctos. **Q**uarto Zacha. 1. habetur quōd Angelus miseratus afflictionē populi Dei, sic Dominum rogauit, Domine exercituū, vsque quo tu nō miseraberis Hierusalē & vrbiū Iuda, quibus tu iratus es? Et tandē obtinuit a Domino clemēs & piū responsum, quod ipse annūciaret populo. In tercedūt igitur Angeli sancti pro hominibus viatoribus, & sępe exaudiuntur, vel in toto, vel in parte. **Q**uinto. 2. Macha. ca. 15. habetur quōd Hieremias, cum defunctus esset, orabat assidue Dominū pro populo Dei, & quōd dedit Iudę gladiū, dicēs, Accipe sanctū gladiū, munus a Deo, in quo deiciēs aduersarios populi Israel: sicut factū fuit. Ergo cōstat sanctos defunctos & Dei amicos pro viatoribus intercedere, & eorū orationes, quas pro nobis viatoribus ad Deū fundūt, exaudiri. Nec valet si dicas, quōd ista testimonia solū probāt quōd sancti orāt pro nobis, sed nō probāt quōd sunt orādi a viatoribus: quia, licet in prędictis testimonijs scripturę nō dicatur formaliter quōd sancti sunt orādi, sequitur manifeste illos esse orādos qui sua ope nos viatores iuuare possūt & de facto iuuare possūt, & nō solū de potētia & huiusmodi sunt sancti, vt cōstat Sexto. De multis sanctis viuis legitur aperte quōd Deū pro alijs orauerint, eoque exauditos esse: ac proinde, vt cōcludit Hiero. Hoc ipsum faciūt sancti defuncti, vt supra diximus, in patria, pro nobis orāt & exaudiūtur. **S**eptimo. Probat Hiero. 15. Si steterit Moyses & Samuel corā me nō est anima mea ad populū istum. Facit etiā pro hoc illud Eze. 14. si Noe Iob, & Daniel orassent pro eis, nō eos saluare: & tūc cōstat prophetas sanctos illos defunctos esse & tamē in de aperte colligitur sanctos illos solitos esse Deū orare, & a Deo exaudiri, alioquin, quorsum illud dixisset Deus? Vnde, ex sola scriptura aperte colligitur sanctos Dei pro nobis intercedere, & multa bona persuas intercessionēs nobis impetrare. Ergo inde cōstat quōd sunt a nobis vtiliter orandi.

PRÆTEREA Veritas hęc, nēpe, quōd sancti sunt a nobis vtiliter orādi, est tanquā de fine definita ab Ecclesia in cōcilio Gangrē ca. 20. & in cōcilio Aurelianē. ca. 23. & in Gerunden. capitulo. 3. & in Bracharen. 2. capitu. 9. & in Toletano. 6. capitulo. 2. Accedit etiam actus

actus Ecclesię quę orat sanctos in letania, **P**RÆTEREA. Dubitatur an animę quę sunt in purgatorio sint a nobis orandę? De hac q. sunt duę opinionēs: vna est Metinen. in cod. de oratione in ppria. q. quę tenet viatores vtiliter posse orare animas existentes in purgatorio. Probat. Sancti qui sunt in via possunt ab hominibus cōuenienter orari. Ergo etiam animę purgatorij: quia nō sunt minus dilectę Deo quam sancti qui in hoc seculo viuunt. **S**ecūdo. Animę purgatorij possūt suis intercessionibus nobis prodesse: nam si aliquid ne nobis profint, impediret, esset quia sunt in pœnis: sed hoc non obstat: quia etiam sancti viuentes in hac vita mortali, sępe sunt actū in pœnis & reatu, immo & peccatis venialibus: & tamen possunt nobis apud Deum prodesse. Nec obstat etiam, quōd non sunt in statu merendi: nam Sancti in cœlo non sunt in statu merendi. tamen, vt diximus, eos vtiliter oramus, & ipsi nobis sępe subueniunt. Ergo cum illos possimus conuenienter orare & vtiliter: quia verbis aut opere, nobis ad salutem prodesse possunt: animę quę purgatorij possunt orari: quia etiam verbis, aut opere nobis prodesse possunt. **T**ertio. Animę purgatorij possunt intelligere, aut verisimiliter coniectare quōd miseri viatores cupiunt suas preces vt eis in suis necessitatibus iuuentur: sicut ipse animę purgatorij per viuentes adiuuari desiderant: & hęc generalis cognitio sufficit ad hoc quod moueātur illę animę ad orandum pro illis qui se ipsis animabus commendant: sunt ergo vtiliter orandę. **Q**uarto Animę purgatorij ex relatione Angelorum custodū possunt scire in particulari quis se illis cōmendat. Ergo sunt orādę vtiliter. **Q**uinto. Multi dicunt aliquas animas in hoc seculo internos purgari, & specialiter in illis locis in quibus graua crimina cōmiserunt. Ergo istę poterunt scire & cognoscere nostras preces: vtiliter ergo sunt orandę.

ALIA est sententia S. Th. & aliorū, quōd animę purgatorij non sunt orandę. Hanc sententiā tenet S. Tho. in. 2. 2. q. 83. ar. 4. ad. 3. & in ar. sequenti. 12. ad. 2. Probat Animę purgatorij non cognoscunt nostras preces, quia non in se nec in verbo, cum non videant illud: nō igitur vtiliter a viatoribus orarentur. **S**ecundo Animę purgatorij sunt in carcere captiue & in pœnis. Ergo non conuenit eis orare pro alijs, sed solum pro se. **T**ertio. Non est eiusdem orare, & quōd pro eo oretur. Sed pro anima bus quę sunt in Purgatorio oratur & orat tota Ecclesia pro ipsis animabus purgatorij sed numquam illas orauit. Ergo non conuenit eas pro alijs orare: non ergo sunt orandę. **Q**uarto Animę quę sunt in purgatorio non sunt in statu merendi, aut satisfaciendi pro alijs, sed in statu satis patiendi. Nō ergo sunt

vtiliter orandę. Hoc tenet Alexander de Ales. 4. p. q. 92. ar. 3.

ET ad argumenta pro opposita sententiā, dico. Ad primum nego quōd Sancti qui sunt in hac vita sunt orandi, vt dicit Sanct. Thom. in ar. sequenti. 12. quia non cognoscunt nostras cogitationes, nec loquutiones, si sint distantes, sed ab illis petimus colloquendo. Ad secundum dico, quōd & si animę purgatorij, si orent pro nobis, possint prodesse, non faciūt tamen: quia non est conueniens, sicut oppositum, propter dictas rationes. Ad tertium dico quōd esto quōd animę purgatorij coniectēt quōd viatores possunt velle suas orationes, non orant: quia orant pro se, & propter rationes dictas non conuenit orare pro alijs. Ad quartum dico, quōd non constat angelos illud dicere ipsis animabus: quia non conuenit propter dictas rationes. Ad quintum similiter dico, quōd esto ita sit quōd aliquę animę sunt hic inter viatores purgantes pœnā criminum suorum, non cognoscunt de se orationes nostras: & cum sint in carcere, non cōuenit eis orare pro alijs, quia diceretur eis si pro alijs orarent plorate super vos & dimittite alios.

PRÆTEREA. Dubitatur, an pueri qui discedunt ab hac vita cum solo baptismo ante vsum rationis, sint a viatoribus orandi.

DICO quōd ita, Probat: quia ipsi sunt beati, & in verbo cognoscunt nostras preces & suis operibus, & orationibus possunt nos iuuare. Ergo vtiliter sunt orandi a viatoribus: & si non orāt illos viatores, illud est quia non oramus omnes Sanctos, sed solum illos de quibus constat quōd fuerunt & sunt Deo valde accepti, & pro quibus Deus fecit miraculum aliquod.

PRÆTEREA. Dubitatur an sancti in patria semper impetrent quando orant pro viatoribus? Et videtur quōd ita: quia beatus est qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. At beati volūt quōd Deus det nobis illud quod petunt pro nobis. Ergo semper impetrant: quia aliās paterentur aliquam tristitiam, quod repugnat beatis. Sed in oppositum est: quia si beati semper impetrāt quando orant pro viatoribus, sequeretur quōd nos semper impetraremus ea quę per ipsos sanctos petimus quod tamen non fit. **P**ræterea. sancti aliquando orant pro aliquo pręfeto qui pro aliquo tempore est in gratia, & non impetrant Ergo &c.

AD hoc dico, quōd nō semper impetrāt ea quę petūt pro viatoribus. Probat, quia Daniel. Angelus filiorū Israel orabat vt populus Israel liberaretur a captiuitate Babylonis & Angelus Persarū orabat vt nō liberaretur Ergo nō sęper impetrāt Et in prædicta oratiōe Angelorū tādē impetrauit Angelus filiorū Israel & libera-

& liberatus fuit populus ab illa captiuitate. Et ad argumentum in oppositum concedo quod beatus est qui habet quicquid vult: sed nego minorem, nempe, quod absolute beati vellent aut desyderent id quod pro viatoribus petunt: sed petunt & relinquunt & committunt diuinæ voluntati, vt Deus faciat si placuerit: si enim beati absolute desyderaret quod petūt pro viatoribus, semper obtinerēt. **S E D** contra illam principalem conclusionē qua diximus Deum benedictum esse orandū proprie tanquam datorem illius quod in oratione petitur, arguunt aliqui, & nituntur probare Deum non esse orandum: & prius probant hoc modo. Orare, est ei quem oramus nostrum desyderium pandere, vt illud efficiat. At nos nihil possumus Deo pandere, qui ab æterno omnia nouit, etiam ea quæ quis intus desyderat: vt dicitur Mat. 6. Scit enim Pater vester cœlestis quid vobis opus sit antequam petatis. Ergo superuacaneum est Deum orare: sed fat est desyderare. **Secūdo.** Omnis qui orat alium, intendit eius voluntatem flectere ad id agendum quod in oratione petitur. Sed Dei voluntatem flectere homines non possunt. Ergo, &c. **Tertio.** Superuacaneum est orare pro illo quod vel necessārio eueniet, vel impossibile est quod eueniat. At id quod à Deo petimus est huiusmodi: quia, vel Deus decreuit ab æterno illud facere quod in oratione petitur, & tunc necesse est illud euenire, nam voluntas Dei frustrari non potest, nec impediri: vel Deus ab æterno decreuit illud non facere, & tunc impossibile est illud fieri. Ergo, &c. Nec dici potest quod Deus ab æterno non decreuerit vnum nec alterū, sed suspensā volūtātē habuerit quousq; eū aliquis oret: nam, sicut Deus nihil ex tempore scit, sed omnia ab æterno sciuit: ita nihil ex tempore vult: sed omnia quæ vult ab æterno voluit, alioquin aliquid in Dei voluntate nouitatis esset: quod dicere absurdum est. **AD** hæc dico quod istæ rationes nihil probant. Et ad primum dico, quod pandere aliquid alicui, stat dupliciter: vno modo illum docendo cui aliquid panditur, & hoc modo nihil Deo pandimus, illum enim docere non possumus: alio modo aliquid alicui panditur. i. representatur vel proponitur, esto illud iam ille sciret, & hoc modo nos orantes pandimus vota nostra Deo, vt nos illi subijcētes digni efficiamur, vt quod petimus assequamur. Ad secundum dico falsum esse homines non posse aliquo modo Dei voluntatem flectere aut mutare: constat namq; Deum sententiam suam ob nostra bona vel mala opera sæpe mutare. Si enim ob peccata erant aliqui in ira Dei, & ad gehennā ordinati, si tamē illi per pœnitentiam respiciant, mutat sententiam Deus, iuxta illud Hier. 6. Noli subtra-

here verbum, si forte audiat & conuertatur vnusquisque à via sua mala, & pœniteat mali quod cogito facere eis propter malitiam studiorum suorum. Vbi Glos. Et pœnitētib; mutatis, ipse pœnitens mutat sententiam. Et ita. 22. q. 4. cap. Commutabilis, ex D. Grego. dicitur, nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris delictum corrigere. Sicut ergo per opera pœnitentiæ & virtutum sumus causa quod Deus sententiam mutet, & nos in gratiam suam admittat: ita & per orationem possumus esse causa, vt Deus ad vota nostra condescendat: quod fit absque omni immutatione reali ipsius Dei. Quod facile intelligitur posita distinctione cōmuni, nempe, quod dupliciter Deus aliquid determinat facere: vno modo simpliciter & absolute, ita, vt ad id volendum non determinetur ab operibus nostris: & talem Dei voluntatem homines mutare non possunt, nec in aliam flectere: & de hac voluntate procedit illud quod dixit Samuel. 1. Reg. 15. Porro triumphator in Israel non parcat, & pœnitūdine non flectetur, nec est vt homo vt agat pœnitentiam. Et in hoc sensu solum, procedebat quod supra in hac ratione citatum est. Alio modo vult Deus aliquid facere iuxta nostrorum operum exigentiam: nempe, si bona sint, dabit premium, & cōtra, si mala sint, supplicium. Et hanc voluntatem dicitur Deus mutare secundū nostrā mutationem: vnde secundum presentem iustitiam ordinat hodie Petrum ad gehennam, quem cras ad gloriam ordinat: & huiusmodi Dei voluntatem seu decretū magis videtur, & est, conditionatum, quam absolutum: & quando dicitur Deus propositum seu sententiam mutare, constat quod non est mutatio realis in Dei voluntate, sed in hominibus vel in tempore. Vnde bene stat quod Deus determinet non dare nobis quod optamus conditionaliter. s. si non oremus, & nobis orantibus flectatur ad modum loquendi scripturæ, & det quod petimus: idque absque omni mutatione ipsius Dei, vt cōstat: quia ab æterno sic habuit: si non orauerint homines, non dabo quod optāt: & si orauerint, dabo. Ad tertium dico quod ratio nihil probat, & si aliquid probaret, et probaret superfluum & inutile prorsus esse homini opera bona facere, aut mandata seruare, nihil homini nocere perperam viuere. Probatur: quia, vel Deus ab æterno hominē hunc saluare decreuit, vel dānare: si primum, necessāriū est eū saluari, quicquid agat. si secundū, impossibile est illū saluari quicquid agat. Ideo dico admissio quod Deus ab æterno alterum illorum decreuit, nempe vel dare hominibus quod in orationibus petunt, vel negare: nō tamē inde sequitur illud quod sic Deus ab æterno decreuit, necessāriū esse vel impossibile, quod & in oratione petimus loquendo

loquendo de necessitate & impossibilitate eo sequentis. Probatur: quia hoc quod homo petit, nempe, quod Deus illum liberet à certa tatione, in se mere contingens est in plena Dei libertate consistens: etiam si alterum ex contradictorijs Deus ab æterno decreuerit. Sicut. n. Dei presentia rebus euenientibus necessitatem non imponit: ita nec Dei decretū, secus, si loquamur de necessitate aut impossibilitate consequentiæ: nam sicut necesse est si Deus decreuit aliquid facere, quod fiat, & impossibile est, si decreuit illud nō facere, quod fiat: nam istæ propositiones faciūt sensum cōpositum. Vnde patet quod stante necessitate vel impossibilitate consequentiæ seu conditionis, remanet in seipsum consequens contingens quod homines in suis precibus à Deo petunt.

S E D contra. In omni oratione ponitur vel subintelligitur conditio, saltem hæc, Si Deus vult, vt supra diximus: quia non debemus absolute petere aliquid à Deo etiam si Deus nolit: hoc. n. esset reniti diuinæ volūtati, & contra illud exēplum quod Christus nobis reliquit cum passionis tempore orauit dicens, Pater, transeat à me calix iste, adiecitque, verū tamen non meā, sed tua voluntas fiat. At posita hac conditione in oratione, constat necessārium esse quod homines petunt, vt, Peto Domine vt des mihi gratiam suam, des mihi sanitatem si tibi placet: necessārium enim est, vt det, si vult.

AD hoc dico quod conditio illa non apponitur ex parte obiecti petiti, sed est conditio orationis seu petitionis & non rei petitiæ: ita namque vt oratio conditionalis sit, non res quā petimus. Vnde bene stat quod diximus, contingens esse id quod petimus & non necessārium, quale esset si petitio tenderet in conditionalem illam. s. Si Domine vis, fac hoc: aut dic, quod illa conditio non ponitur in oratione vt oratio fiat conditionalis, nec vt res conditionata petatur, nec ponitur illatiue, sed submissiue. ita. s. vt orans sub illa conditione, non intendat consequentiam facere seu conditionaliter loqui, sed suam voluntatem & re ipsam petitam diuinæ voluntati submittere, qualis submissio & humilitas in oratione requiritur. Hoc namque Christus significauit quando dixit, Transeat à me calix iste, verū tamen non meā sed tua volūtās fiat. Sic etiā quando virgo dicit, contraham tecum, si patri meo placuerit, illa coniunctio, si, non illatiue seu conditionaliter accipitur, sed submissiue, vt dixi. Et tunc nulla est necessitas, nec consequentis, nec consequentiæ, in re quam in oratione petimus.


S E D contra. Esto saluetur contingentia rei petitiæ, nō tamē excusatur superfluitas orationis, cum necesse sit implere quod Deus ab

æterno decreuit, & impossibile quod non decreuit.

AD hoc dico quod sicut bona opera superflua non sunt ad vitam æternam consequendam, ita nec oratio ad eundem finem superuacanea est. Sicut enim Deus ab æterno decreuit hominibus vitam æternam dare, sed non nisi mediantibus operibus bonis: ita ab æterno multa hominibus bona largiri decreuit, sed non nisi mediante oratione, quæ actus virtutis est & Deo grata. Et, sicut ab æterno præiudicium vnus cuiusque opera secundum quæ vnique retribuere decreuit, ita ab æterno præiudicium vnus cuiusque orationes & petitiones secundum quas etiam vota complere decreuit, prout sibi eas acceptare placuit. Et ita sicut seclusis bonis operibus, tollitur Deū si bi gloriā dare decreuisse: ita seclusis orationibus, tollitur Deum decreuisse hominum desideria complere. Vnde manifeste constat opera nostra, & orationes quas ad Deum fundimus, non esse superflua aut impertinentia, qualia essent, si Deus absolute alterum eorum facere decreuisset, & non secundum exigentiam nostrorum operum & orationum. Vnde colligitur Deum à nobis obnixè esse orandum. Prophetæ. n. orauerunt Deum: & Christus Deum orauit, & nos illum orare docuit: & Ecclesia Christi sponsa, quotidie frequentissime Deum orat, & has orationes sanctas ac salutare esse determinat, naturalisque insuper ratio hoc dicat, orandum nempe esse superiorem in cuius potestate est nostris subuenire miseris. Hic autē superior qui facere hoc potest, solus Deus est. Ergo vtilissime & saluberrime, frequentissime est orandum.

Art. vndecimus

Vtrum oratio ad Deum fiat ratione essentia?



D V N D E C I M V M
sic proceditur. Videtur, quod oratio non fiat ad Deum ratione essentia, sed magis ratione persona: quia hoc modo debemus orare sicut

Christus nos docuit. Sed ipse docuit nos ad personam Patris orationem dirigere, Ioan. 16. Si quid petieritis Patrem &c. Ergo oratio fit ad Deum ratione persona.

PRÆTEREA

PRÆTEREA. Illud quod attribuitur De oratione diuinae naturæ, toti Trinitati competit, & singulis personis. Sed Ecclesia non dirigit aliquam orationem ad Spiritum Sanctum. Ergo non oratur Deus ratione naturæ sed ratione personæ.

SED CONTRA. Secundum hoc aliquis oratur quod bona sua communicare potest. Sed communicare se ipsum competit Deo in quantum est bonus: cum ergo bonitas sit attributum essentiali, videtur quod oratio dirigatur ad Deum ratione naturæ.

RESPONDEO. Dicendum, quod Deus præcipue oratur in quantum est beatus & aliis beatitudinem largiens: & quia hoc conuenit ei ratione essentiali, ideo oratione essentialium attributorum oratur.

AD PRIMVM ergo dicendum quod ea quæ sunt essentialia à Patre, sunt in aliis personis: & ideo fit quædam reductio ab alijs personis in Patrem: ut patet per Hyla. & propter hoc etiam dicitur Pater principium deitatis & sic nos in patrem sicut in principium non de principio reducens Christus nos ad Patrem orationem dirigere per filium docuit.

AD SECVNDVM dicendum quod Spiritus Sanctus ex personali proprietate habet quod sit donum & ideo magis conuenit quod ipse petatur, quàm quod ab eo aliquid petatur: quoniam etiam ad Spiritum Sanctum Ecclesia orationes dirigit & hymnos qui loco orationum in Ecclesia recitantur, sicut pater. Nunc sancte nobis spiritus. & Veni creator spiritus: & huiusmodi.

IN HOC arti. 11. D. Tho. constituit vnam conclusionem, quæ sic habet. Deus ratione essentialium attributorum oratur. Probat: quia oratur Deus quatenus est beatus & alijs beatitudinem largiens: quod Deo conuenit ratione essentiali. Hæc Sanct. Tho. SED dubitatur, postquam ostendimus Deum esse orandum quia Deus est, an etiam conueniat orare singulas personas? Et, quia certum est quod licet orare Patrem & Filium, est peculiare dubium, quod Sanct. Tho. mouet hic ad. 2. arg. an sit etiam orandus Spiritus quatenus est persona ab alijs distincta. Ratio dubij est: quia antiqui & sancti doctores orationes suas ad Spiritum Sanctum non dirigebant: sed ad Patrem & ad Filium. Secundo. Pro hoc

est Hylarius, qui. 12. De Trinitate sic orat. Conserua hanc oro fidei meæ religionem: ut quod in regenerationis meæ Symbolo professus sum, semper obtineam, te Patrem, & filium tuum vnâ tecum adorem Spiritum Sanctum, qui exte per vnigenitum est, promerear. Unde significat Hyla. Spiritum Sanctum magis esse promerendum quam orandum. Quod etiam Sanct. Thom. hic ad. 2. dicere videtur. HIS non obstantibus, dico, quod Spiritus Sanctus est orandus sicut Pater & Filius. Probat: quia in letanijs Ecclesiæ immediate oratur Spiritum Sanctum, dicens. Spiritus Sancte Deus, miserere nobis. Ergo, &c. Secundo. Multæ sunt orationes in aliquibus Missis quæ ab Ecclesia celebrantur, quæ immediate ad Spiritum Sanctum diriguntur. Ergo Spiritus Sanctus est immediate orandus. Tertio. Quia ratione Pater & Filius est orandus, eadem Spiritus Sanctus orandus est: oramus enim Patrem quia largitor est bonorum, à quo similiter omnia pendent. At etiam Spiritus Sanctus largitor est bonorum, estque eiusdem potentia & essentialis eum Patre & Filio, & eiusdem bonitatis & misericordie: eadem enim est adoratione colendus: maxime cum trium personarum opera ad extra, sint indiuisa.

ET ad argumenta in oppositum dico, ad prius quod si antiquiores Sancti orationes suas solebant ad Patrem & Filium dirigere, & non ita ad Spiritum Sanctum, non ob hoc id efficiebant quod Spiritus Sanctus orandus non esset sicut aliarum personarum: sed proprietatem Spiritus Sancti attendentes, congruentiam quædam in orando seruabant. Proprium est enim Spiritui Sancto esse donum Patris & Filij: & ideo magis congruit donum à largitore doni petere quam ab ipso met dono. Et ob hanc causam sancti congruentiam hanc seruantes donum à Patre & Filio sibi elargiri petebat, & ipsum donum, quod Spiritus Sanctus est, promereri curabant. Et hoc significant verba Hylarij. Nos autem scientes, quod non solus Pater & Filius dant Spiritum Sanctum nobis, sed ipsemet Spiritus Sanctus dat semet ipsum nobis tam in se quam in suis donis: ex quo hoc quod est Spiritum Sanctum dari hominibus, sit opus ad extra, quod necesse est tribus personis commune esse: Ideo veritate sequendo, dimissa præfata congruentia: dicimus Spiritum Sanctum cum Patre & Filio adorandum & orandum esse. Hoc dicit. S. Tho. ad. 2. Vbi expresse dicit quod propter prædictam congruentiam Pater & Filius sunt orandi, sed Ecclesia etiam dirigit aliquas orationes & hymnos ad Spiritum Sanctum propter aliam, quam diximus, rationem, & propter argumenta quæ fecimus.

Articulus

Art. duodecim.

Vtrum dirigi possit oratio etiam ad sanctos non in patria existentes?



AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod possit oratio dirigi etiam ad sanctos non in patria existentes.

Non enim ad sanctos orationem fundimus nisi in quantum sunt Deo vicini: res nobis, quia Deus per ea quæ sunt sibi magis propinqua in distantia radios suæ bonitatis emit, ut Dion. dicit. Sed sancti, etiam in hoc mundo existentes, sunt nobis superiores. Ergo debemus eos orare.

PRÆTEREA. Illi qui sunt in Purgatorio, sunt certi de sua salute, ergo sunt in meliori statu quam nos sumus, ergo possumus eos orare.

PRÆTEREA. In Dialo. legitur quod Pascasius, quietiam post mortem miraculum fecit, reuelatus est beato Germano Capuano Episcopo. Ergo videtur, quod ad eos qui non sunt in Patria possit oratio dirigi.

SED CONTRA. Quia non est eiusdem orari & quod pro eo oratur. Sed pro omnibus sanctis qui sunt in mundo vel Purgatorio oratur. Ergo non debent ipsi orari.

PRÆTEREA. Sancti non orantur nisi in quantum sunt in plena diuinitatis participatione. Sed non participant plene diuinitatem, nisi in quantum participant beatitudinem, ut Boet. probat in. 3. de consolatione. Ergo sancti qui sunt in beatitudine tantum orandi sunt.

RESPONDEO. Dicendum, quod nihil petitur ab aliquo qui non habet: unde, cum beatam vitam sit quæ orando petitur, ad illos solos dirigi potest qui beatam vitam habent: non autem ad illos qui in mundo sunt, nec ad illos qui in Purgatorio sunt. quæuis illis qui in mundo sunt supplicatio aliqua vel petitio fieri possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis sancti in mundo existentes, sint nobis superiores & possint pro nobis orare: non tamen adhuc ad illum gradum superiorem superuenerunt, ut scilicet beatitudinem, quam nos non habemus, illi habeant.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis illi qui sunt in Purgatorio, sint in maiori securitate quam nos, tamen sunt in maiore afflictione, & iterum non sunt in statu mercedis: & ideo magis indigent quod pro eis oretur quam quod ipsi orent.

AD TERTIVM dicendum, quod in miraculis præcipue attenditur fides & deuotio: unde etiam Dominus mulieri quæ sanauit, dixit Math. 9. Fides tua te saluauit fecit. Et, quia ille propter excellentiam meritorum credebatur in Patria esse, ideo orabatur: & talis oratio propter fidem orantium exaudiebatur tunc. Ut vita illius approbaretur, non quod ille pro alijs in Purgatorio existens oraret.

IN HOC. 12. ar. est conclusio. S. Tho. quod sancti qui sunt in hoc seculo, non sunt orandi à viatoribus: nec etiam animæ Purgatorij. Probat: quia præcipuum quod in oratione petunt viatores, est beatitudo: sed illi qui non habent illam, non conuenienter orantur, ut pro alijs petat beatitudinem: ergo non sunt orandi sancti, qui adhuc sunt viatores: quia non habent ipsam beatitudinem. Secunda conclusio est. Sanctis qui sunt in hac vita, potest fieri aliqua supplicatio vel petitio, non tamen oratio proprie dicta: quæ est petitio decentium à Deo. Hæc. S. Tho. De secunda parte prioris propositionis, nempe, quod animæ Purgatorij non sunt orandæ, diximus supra ar. 10. vide ibi: prioris autem partem prædictæ prioris conclusionis examinabimus hic.

Dubitant etiam Theologi, an sancti qui sunt in via sint orandi à viatoribus: & communiter omnes respondent, ut hic. S. Tho. duabus propositionibus. Prior est, quod sancti in via existentes, proprie non sunt orandi. Secunda est, quod extendendo orationem ad supplicationem vel petitionem, sunt sancti in hac vita existentes orandi. i. possunt viatores illis supplicare & ab eis aliquid petere. Et probatur hæc secunda propositio. Certum est, quod sancti in via existentes possunt nos iuuare per suas intercessionem, ut constat Ioa. 12. ad preces Philippi & Andreae, gentiles quidam Christum videre cupientes, ad Christum ipsum adducti sunt: & Ioan. 2. ad preces Virginis, Christus aquam in vinum conuertit: & ad Apostolorum preces Chananae obtinuit, ut à Christo audiretur, veniamque consequeretur.

sequeretur: rogauerunt. n. Christum, dicens, dimitte illam quia clamat post nos, Math. 15. & Exod. 32. Moses veniam impetrauit sexcentum milibus armatorum. & ita possent innumera alia exempla ex scripturis sacris in hac sententiâ adduci. Rufus probatur prædicta conclusio ex illo Genes. 20. vbi dixit Dominus ad Abimelech qui Abrahæ vxorem acceperat. Nunc redde vxorem viro suo, & orbit pro te, & viues. Præterea Iob vltimo, dixit Dominus ad eos qui ipsum Iob increpauerat. Iratus est furor meus in vos &c. & infra. Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia vestra, & ibidem rursus dicitur. Dominus autē conuersus est ad pœnitentiâ Iob cū ille oraret pro amicis suis. Vndè colligitur, Domino id attestate, quod sancti viuentes, possunt alijs viatoribus prodesse coram Domino, medijs eorū intercessionibus. Cōstat secundo quod conueniēs & vtile est, huiusmodi sanctos orare, vt pro viatoribus alijs intercedant. Quod si viuere possunt, à fortiori, vt colligit Hiero. contra vigilantiū, id poterunt sancti defuncti, qui cū Christo sunt in gloria: vt alibi iam late diximus.

SED quæ differentia est inter orationē proprie dictā, & supplicationem vel petitionem qua petimus ab alijs vt orent pro nobis?

AD quod dico ex S. Tho. quod ad orationem proprie dictam, requiritur quod ille qui oratur sit sine afflictione simili illi in qua est ipse qui orat. Secundo, ad orationē proprie dictā requiritur quod ille qui oratur habeat beatitudinem: quæ semper formaliter vel virtualiter intenditur in oratione, & ad supplicationem vel petitionem non requiritur ista: sed sufficit petitio ipsa, vt, cum amico loqueris, dicisque, fac hoc pro me, &c.

Art. tertius decim.

Vtrū diuinę personę sit orare?



AD TERTIVM DECIMUM sic proceditur. Videtur quod diuina persona sit orare: Eius. n. est orare, cuius est accipere. Sed persona Dei est accipere ab alio: sicut Filij & Spiritus sancti: ergo eius est orare.

PRÆTEREA. Ioa. 16. Ego rogabo Patrem, & alium paraclētum &c. & sunt Filij verba: ergo Filij est orare.

PRÆTEREA. Ro. 8. dicitur, Spiritus pos-

tulat gemitibus inenarrabilibus, &c. Sed Spiritus est tertia in Trinitate persona. Ergo persona diuina est orare.

SED CONTRA. Orare importat defectū virtutis in orante. Sed hoc diuina persona non cōpetit. Ergo oratio nō est diuina persona.

PRÆTEREA. Oratio est actus latræ, quæ est seruitutis Dei. Sed seruire non competit diuina persona: ergo nec orare.

RESPONDEO. Dicendū, quod oratio requirit distinctionem orātis ad eū qui oratur, quia nullus à se ipso aliquid petit: oratio autē fit ad Deū ratione attributorū essentialium. in quibus persona non distinguuntur: & ideo vna persona non cōpetit aliam orare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod accipio illa qua vna persona accipit ab alia, est per naturalem fecunditatem, & non per gratuitam collationem, pro qua impetranda oratio funditur.

AD SECUNDVM dicendum quod hoc Filius dicit de se ipso, non ratione personę, sed ratione naturę assumptę.

AD TERTIVM dicendū quod Spiritus dicitur postulare in quantum nos postulare facit.

IN HOC art. 13. est conclusio vnica quæ sic habet. Vni personę diuinę non competit aliam orare. Probatur. Ad hoc quod vna possit aliam orare, deberet distingui ab illa quæ orat, secundū illa attributa, secundū quæ illam orat. At Deus oratur secundum attributa essentialia, in quibus personę diuinę conueniunt, & non distinguuntur: ergo, &c. Hæc. S. Thom. Et pro ampliori resolutione huius quæstionis, sit prior ^{primæ} propositio. Deo non potest conuenire, quem quæ orare, quatenus Deus est. Probatur: quia non est aliquis quē Deus possit orare: oratio. n. importat defectū quendam in ipso orate, cū non possit per se habere, aut facere id quod in oratione petit: quia aliās non peteret ab alio, si per se illud habere posset. Secūdo. Oratio importat in eo qui oratur, quandā superioritatem supra ipsum orantē, aut aliquā excellentiā: cū igitur in Deo nullus sit defectus aut impotentia, nec aliquē habeat superiorem, fit quod illi nō conueniat orare. Propter prædictas igitur rationes vna diuina persona nō potest alia orare: quia nulla diuina persona superiorē habet, nec defectū aliquē: sed omnes sunt æquales. Ergo, &c.

SED

SED contra hoc est: quia Christus Redemptor noster assidue pro nobis interpellat, vt dicitur ad Hebr. 8. & in prima Canonica Ioa. & tamen Christus est verus Deus.

DICO, quod Christus interpellat pro nobis quatenus homo est, nō quatenus Deus est. Secūdo. Paul. ad Ro. 8. dicit, quod Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui autē scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus: quia secundū Deū postulat pro sanctis.

AD HOC dico, quod sancti doctores exponunt quod dicitur Spiritus sanctus orare aut postulare pro nobis: quia facit nos orare & postulare: & sicut Spiritus sanctus in se non gemit: sed facit nos interius gemere: ita in se non orat, sed facit nos orare: & quia Spiritus sanctus facit in nos istos effectus, ideo ei tribuuntur tanquam auctori ipsorum.

SECUNDA propositio. Sancti Angeli & beati omnes qui cū Christo regnāt, orāt pro viatoribus: vt supra late tractauimus contra hæreticos. Et cōfirmatur: quia est articulus fidei, sanctorū cōmunio, quæ per charitatē fit: vnde. eū sancti in Patria habeāt perfectā charitatem, pro viatoribus orant: non autē pro se, quia eis omnia ad vota succedūt. Christus autē, & si pro nobis oret quatenus homo est, nō tamē oramus illū, dicentes, Christe ora pro nobis, eo quia Christus pro diuino supposito accipitur, cui orare non conuenit: vt dictum est. Angeli autē & beati & si viatoribus mereri non possunt, impetrare tamē possunt: ideo pro viatoribus orant.

TERTIA propositio. Brutis nullo modo conuenit orare: tum, quia non sunt capaces beatę vitę, quæ principaliter in oratione petitur: tum, quia nec Deum, cui oratio offertur, apprehēdūt. tum etiā, quia petere, actus rationis est, cū quandā dicat ordinationē, vt supra diximus: at in brutis non est ratio, ergo, &c.

SED contra est: quia in psal. 146. dicitur, qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorū inuocantibus eū. Ergo, &c.

AD HOC dico, quod dicuntur bruta animata Deū inuocare, quia Deus illis necessaria dat quæ appetunt naturali desiderio, sicut mandatis Dei parere, in quātū naturali instinctu ab ipso Deo mouētur. Et licet appetitus simpliciter motū importet, ideoq. brutis conueniat, non tamen eis oratio cōuenit, quæ quendam ordinē importat, qui rationis est: vt diximus.

PRÆTEREA. Dubitatur, an illi qui in Purgatorio sunt, pro viatoribus orent?

AD HOC est prima propositio certa & ab omnibus cōcessa. Existentes in Purgatorio, orant pro se, quia sunt in pœnis, & in statu solvendi quod debent. Ergo petunt veniam.

SECUNDO. Dico quod an orent pro viato-

ribus illi qui in Purgatorio sunt, sunt duæ opinioniones. Metinen. enim in suo codice de oratione & alij alij tenent partem affirmatiuā, dicentes, quod existentes in Purgatorio orāt pro viatoribus, nempe, vel pro omnibus in communi, vel pro consanguineis vel amicis vel benefactoribus suis in particulari. Probant hanc sententiam prius ex illo Iob. 5. Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere, nempe, vt eius orationibus iuueris & veniā impetres. Sed tunc nulli sancti erant beati, quia nondum Christus passus erat, nec regnum ecelorum apertum: ergo, &c. Secundo pro hoc, dicunt, est id quod legitur. Macha. 13. de Hiere. defuncto, qui assidue pro populo Dei orabat, & tamen nondum erat in cælo beatus, sed in limbo.

TERTIO. Samuel, Moses, & Daniel, soliti erant orare pro populo Dei: vt habetur Hiere. 5. & Ezech. 14. & tunc illi prophete nondum erant in cælo beati, vt certum est de fide. Ergo etiam animæ sanctę, quæ in Purgatorio sunt, esto beatę non sint, pro viatoribus orant. Quarto probant ex facto diuitis epulonis, qui cum in inferno esset, orabat pro quinque fratribus quos in seculo reliquerat, vt Abraham mitteret ad eos aliquem prophetam, qui eos doceret, ne venirent in locum illum tormentorum, Lucæ. 16. Ergo etiam animæ sanctę, quæ sunt in Purgatorio, quæ suos amicos & benefactores in seculo existētes, ex charitate diligunt, eorum salutem desiderant, & pro eis rogant. Quinto probant ex his quæ in hac vitā contingunt: nam sæpe illi qui ob delicta sua ad patibulum ducuntur vel ad supplicium, orant iudices, vt vxorem & filios suos elementer trāstent & corpus suum cito sepeliri faciant: iudices quæ preces illas acceptant, & de hoc non reprehenditur ille qui orat, esto sit in suis tormentis, nec reprehenditur iudex preces accēptans. Ergo etiam animæ purgatorij orant pro viatoribus, & à Deo exaudiuntur. Hanc sententiam tenet. Grabrie. super Canō. lectio. 58. in fine: & hæc opinio est probabilis.

ALIA est opinio Sancti Thom. negatiua, nempe, quod animę Purgatorij nō orant pro alijs sed solum pro se. Hæc sententia probatur prius: quia non est eiusdem orare, & ab alijs orari. Sed viatorū est pro orare animabus Purgatorij. Non ergo spectat ad animas Purgatorij pro viatoribus orare. Secundo. Animę Purgatorij sunt actualiter in carcere & in pœnis. Ergo non conuenit eis pro alijs orare. Tertio. Cuius non sint in statu satisfaciēdi, nec impetrandi, sed in statu patiendi, non orent pro alijs: quia si alijs aliquid impetrarent, etiam sibi impetrarent, nempe, quod essent in Purgatorio tot dies, quot alijs debent.

et debent

deberent esse: quod falsum est: nam in illo statu non satisfaciunt animæ proprie, sed patiuntur. Ergo non proprie orant, & si sint in contemplatione & laudibus Dei.

AD primum igitur, secundum, & tertium argumentum dico, quod illi Sancti patres qui erant in Lymbo, non erant in pœna sensus & erant securi, certique, de sua salute: sed solum expectabant sibi & alijs aduentum Christi Redemptoris. Ideo illis conueniebat pro se & pro alijs orare: cum autem certi non essent quando Christus venturus erat, ideo orabant ut veniret. Animæ autem quæ nunc sunt in Purgatorio, sunt certæ quod, siue orent, siue non, debent ibi manere tot dies, menses, vel annos, & quod propter suas preces non abreuiabitur illud tempus: quia ad hoc earum preces iam non recipiuntur: recipiuntur autem viatorum preces ad hoc quod citius ipsæ animæ à Purgatorio exeant. Ergo viatorum est pro eis orare, ipsarum tamen non est pro viatoribus orare. Ad quartum de diuite epuone dicunt sancti, quod non orabat bene aut bono fine, sed ne tormenta ei auerentur quoad accidētalia, ex eo quod fratres suos in similibus pœnis videret: bene namque sciunt damnati peccata sua esse irremissibilia, precesque suas Deo minime acceptas, qui non orat ex deuotione, nec Dei amore. Ad quintum dico, quod non est simile de viatoribus & de animabus Purgatorij: nam viatores, esto sint in tormentis, ad huc sunt in statu merendi & satisfaciendi proprie, animæ vero Purgatorij non: unde rationi consona satis videtur hæc opinio negatiua. Vltimo dico, quod non est omnino eadem ratio de hoc, an animæ Purgatorij sint à nobis orandæ, & an ipsæ pro viatoribus orent: quia quod à viatoribus non sint orandæ, post alia quæ supra diximus, probat illud, quia viatorum preces non cognoscunt, cum diuinam essentiam non videant, in qua sancti cognoscunt viatorum preces: ideo frustra oraretur animæ Purgatorij à viatoribus. Ad hoc autem quod ipsæ pro viatoribus orent, si alia indecentia non esset, sufficeret quod recordantur amicorum & benefactorum suorum, quos in hac vita reliquerunt, voluntque pro illis orare. Sed videtur quod non orent propter rationes supra assignatas.

PRÆTEREA Dubitatur an viatoribus omnibus, tam iustis quam peccatoribus conueniat orare.

AD HOC respondent omnes theologi sine controuersia, estque vna cōclusio certa, quod omnibus viatoribus conuenit orare: & in articulo necessitatis tenentur: vt supra diximus. Et dico quod omnibus viatoribus orare conuenit, & pro se & pro alijs. Probatur: quia omnes Dei gratia, & beatitudine indigent,

iusti, ne cadant, & iniusti, vt surgant. Nam vt dicitur. 3. Reg. 8. Non est homo qui non peccet. & 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Omnibusque viatoribus conuenit, continenter orationem Dominicam dicere, in quo petimus vt dominus dimittat nobis debita nostra.

SED contra. Peccatoribus in mortali existentibus non conuenit Deum laudare, & cōfiteri: ergo nec orare. Antecedens probatur ex illo Ecclesiasti. 15. Non est speciosa laus in ore peccatorum, & psalmo. 19. ad peccatores dicitur. Quare tu enarras iustitias meas. Ergo &c. Consequutio probatur: quia eadem de oratione & laude vel cōfessione, ratio est. Secundo Ioan. 9. dicitur, scimus quod peccatores Deus non exaudit. Ergo non debent orare. Tertio. Pro hoc est Chrysostomus super Math. dicens. Qui orat & peccat, non orat, sed Deum deludit. Est etiam pro hoc Augustinus in quodam sermone dicens. Quia fronte postulas quod promisit Deus, si non facis quod iussit Deus: prius audi monitionem & sic exige promissionem. Præterea, pro hoc est Gregorius dicens. Cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Est etiam pro hoc Ambrosius super psalmo. 118. sermo. 22. Volare orationem facit bona vita, & dat alas precibus spirituales, quibus Sanctorum ad Deum euehatur oratio. Et sequitur. Peccato graue scit oratio & longe fit à Deo: tanto autem plus grauatur, quanto deterior est vita de peccatis. Quarto. Pro hoc facit id quod habetur Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: & dat pro causa. Manus enim vestra sanguine, id est peccato, plenæ sunt. Et Thren. 3. Nos iniqua egimus, & ad iracundiam te prouocauimus, ideo tu inexorabilis es. Multaque alia similia, & in sacra Scriptura, & apud Sanctos, inuenies, & leges: ex quibus omnibus videtur quod peccatoribus in peccato existentibus non conueniat orare Deum: quia incassum orabit peccator, cum non sit audiendus.

PRO satisfactione ad hæc arg. & pro dubij dissolutione, dico, quod duplices sunt peccatores: quidam sunt in peccato obstinati, seu in proposito non recedendi à peccato: & hi digni non sunt, qui à Deo exaudiantur: imo hi, non solum non exaudiuntur, sed de nouo Deum offendunt, quem orantes deludunt, vt ait D. Chrysostomus. & de his procedunt testimonia & argumenta, quæ pro opposita parte attulimus. Alij vero sunt peccatores qui sua peccata recognoscētes pœnitēt, & humiliter ad Deum confugiunt, veniam petentes: & hi sine dubio à Deo exaudiuntur & in eius gratiam admittuntur, secundum quod in sua lege sæpe promisit, & exemplo monstrauit: imo non solum hi à Deo exaudiuntur,

sed ex lege & legis iustitia audiri debent vt habet D. Augustinus super Paul. ad Rom. 5. dicens. Si Deus confugientes ad se non reciperet, esset in eo iniquitas, aut iniustitia. Vnde constat quibus peccatoribus conueniat Deum orare, & quibus non, capiendo orationem pro oratione fructuosa ad consequendam Dei gratiam, & beatitudinem: quæ quàm, si de oratione strictè loquamur, prout est prius mentis ascensus in Deum cum debita humilitate & reuerentia, non est homo, quantūcūque peccator, viator, cui non conueniat orare: obstinatus tamen nisi ab obstinatione desistat, sic orare non poterit. Et si aliter orauerit, frustra orabit: non tamen ab oratione dehortandus est, sed potius hortandus, vt frequenter oret: quia sic ex bona consuetudine facilius disponetur vt oret sicut oportet, & propter commoditates alias quas inde consequetur: vt supra in materia de pœnitentia diximus, de bonis operibus factis in peccato mortali.

SED contra hanc resolutionem arguitur hoc modo. Nullus est magis obstinatus quam Diabolus. Sed Diabolus aliquando Deum orauit, & ab eo fuit exauditus. Ergo &c. Probatur antecedens Math. 8. Demones rogauerunt Christum, dicentes. Si eiicis nos hinc, mitte nos in porcos. Quod à Christo obtinuerunt. Similiter Diabolus petiuit à Deo vt permitteretur tentare Iob, quod & obtinuit: Vnde Glos. 2. ad Corinthios. 12. super illud, Ter Dominum rogavi, &c. Exauditur Diabolus Iob petens tentandum, & non exauditur Paulus petens stimulum amouendum. Secundo. Iudæi tempore Samuelis petierunt à Domino regem, & datus est illis à Domino, vt petierunt: & tamen impœnitentes in peccatis orant, imo in hoc ipso actu peccantes, quod regem peterent: vt habetur. 1. Reg. 8. Dixit enim Dominus ad Samuelem, qui super petitionem fuerat iratus: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi non enim te abiecerunt sed me, ne regnem super illos.

AD HÆC dico quod illorum obstinatorum non erant propriæ orationes vt iam diximus, quia non cum humilitate & animi tendendi in Deum & illi se subiicendi: nam nec diabolus Deum orauit, nec Iudæi, in casu proposito: sed petitiones erant per quas ea quæ optabant à Domino fieri cupiebant. Et, quamuis orare, proprie non conueniat obstinatis, bene tamen petere & postulare. Secundo, dico quod non inconuenit petitiones obstinatorum aliquando concedere, idque in malum eorum: vt patet de Iudæis regem petentibus, quibus Dominus regem in eorum malum concessit, a quo dure & seruiliter erant tractandi: aut ad aliquem bo-

num finem a Deo intentum, vt scilicet Christi potestas ostenderetur, sicut accidit quando Demonibus concessit vt in porcos intrarent: aut aliorum bonitas & perfectio innotesceret, sicut innotuit patientia & virtus Iob obtentionem quam Deus Demonum permisit, aut ob alium honestum finem. In bonum autem obstinati, non legitur Deum aliquid ei concessisse ob preces ipsius obstinati: & ita de omnibus damnatis quod eis orare proprie, non conueniat. Ratio est: quia in eis deuotio, humilitas, & pius in Deum mentis ascensus, reperiri non possunt, quæ sunt de ratione orationis proprie sumptæ. Orare tamen, id est, petere possunt damnati: quod patet ex his quæ adduximus de Demonibus qui aliquando a Deo aliquid petierunt quod Deus illis concessit: patet etiam de diuite epulone dānato, qui pro fratribus orabat, quos in seculo reliquerat.

PRÆTEREA Dubitatur pro quibus homines orare debeant, an pro seipsis solum an etiam pro alijs: & vt separemus certa ab incertis, sit prior propositio: Pro beatis non licet orare. Probatur: quia solum orandum est pro illis qui sunt in aliqua miseria. At beati in nulla sunt necessitate, nec culpæ, nec pœnæ. Ergo non indigent oratione viatorum iam enim cum Christo æternaliter regnant. Secundo. Confirmatur: quia iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, de celebratione missar. capitu. cum Marthæ: & non ob aliud nisi quia ab omni prorsus miseria alienus est: & omnis beatus ita alienus est à miseria. Ergo non licet pro illis orare. Præterea Beatus habet quies quid vult: non ergo indiget ope alterius.

SECVNDA conclusio est etiam certa & de fide. Pro existentibus in Purgatorio licitum est orare. Probatur prius ex communi fidelium doctrina, qui omnes tenent quod suffragia quæ viui pro defunctis faciunt, valent illis: vt citius purgentur & à Purgatorio exeant. Secundo. 2. Mach. 12. dicitur. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Tertio. Tob. 4. Panem tuum & vinum tuum pone super sepulchrum iusti dixit Tobias filio suo. Quod inutile esset & peccatum, si suffragia viatorum pro defunctis qui sunt in Purgatorio, oblata, illis non prodesse. Quæ quidem suffragia secundum Dionis. & Damas. ab Apostolis in Ecclesia fuerunt instituta: quia non est memoria quando post Apostolos inceperint, licet constet in aliquibus concilijs fuisse probata, vnde in concil. Cabilon: (quod refertur de consecratio. distinctione. 1. capitul. Visum est) præcipitur: vt quotidie in ecclesijs & sacrificijs oretur pro defunctis. Et pro hoc est D. Augustinus in libr. De cura pro mortuis

genere & in communi certa quodd tendit ad cœlum, vel Purgatorium, vel Infernum, & tunc quererem de intentione Ecclesie orantis, an intendat orare pro his qui ad cœlum conuolant? & hoc non: quia ridicula esset talis oratio attento illo quod in prædictis orationibus petitur: Aut intendit in prædictis orationibus Ecclesia orare pro illis animabus quæ in Purgatorium descendunt, & tunc est difficultas iam proposita: quia omnes illæ orationes videntur iam supponere quodd animæ pro quibus oratur, sunt in periculo eundi in æternam damnationem: alioquin, si à tali periculo illæ animæ pro quibus Ecclesia orat illis orationibus prædictis, prorsus immunes sunt, quorsum oratur pro illis eo modo quo dictum est: aut intendit Ecclesia orare pro his qui ad Infernum damnatorum descendunt, ut scilicet in die iudicij cum electis Dei suscitentur: & hoc dici non potest, cum Ecclesia certa sit quodd nulla est redemptio in Inferno, & scit Ecclesia & docet quodd orandum non sit pro descendentibus in mortifero peccato, quis hi peccant ad mortem, ut ait D. Iohan. in. 1. Canon. ca. 5. Præterea. Pro his de quorum statu dubitatur, alia particularis oratio in Ecclesia fit, quæ incipit, Omnipotens, & misericors Deus inclina, &c. In qua petitur, ut si plenam veniam anima ipsius obtinere non potest, saltem vel inter ipsa tormenta quæ forsitan patitur, refrigerium de abundantia miserationum eius sentiat. Quæ quidem oratio auget præsentis dubij difficultatem: nam significat, quodd, si anima illa plenam veniam obtinere potest, eam sibi Dominus pro sua misericordia largiatur (quodd locū habet si in Purgatorio sit) si tamen plenam veniam obtinere non potest, quodd in ipsis tormentis refrigerium patiat quodd non, nisi de damnatis in Inferno, videtur conuenienter accipi, illi enim soli sunt qui plenam veniam obtinere non possunt: vnde videtur quodd Ecclesia in prædicta oratione & similibus orat pro damnatis, non ut inde liberentur, sed, ut ibi minus torqueantur. Auget deinde dubium Theophilactus super Luc. 12. super verbum illud. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. ait enim. Non omnino igitur postquam occidit mittit in gehennam, sed potestatem habet mittendi, & addit. Ne igitur cessemus per elemosynas & intercessionem propitiū reddere eum qui habet potestatem mittendi, non semper autem potestate hac utentem: sed & valentem remittere quoddam, & præmiserat, vides quodd non dixerit, metuatis eum qui postquam occiderit, mittit in gehennam, sed habentem potestatem mittendi: non enim semper qui moriuntur peccatores mittuntur in gehennam, sed sunt in

potestate Dei ut etiam demitti possint: hoc autem dico propter oblationes & distributiones quæ sunt pro defunctis, quæ non parum conducunt, etiam his qui in grauibus peccatis decesserunt. Hæc ille. In quibus significare videtur posse viuos prodelle defunctis qui in grauibus peccatis decesserunt, nempe, mortilibus idque per suffragia & intercessionem viuorū. Et rursus addit: nō omnino igitur potestatem habet mittendi: ne igitur cessemus, perelemosynas & intercessionem propitiū reddere eum qui potestatem habet mittendi, nō semper autem potestate hac utentem, sed & valentem remittere quoddam: quoniā multi putant morietes pro veritate à deo derelictos. Ne hoc existimetis vos, inquit, nō. n. moriuntur quasi a me derelicti. Si enim nullus ex palferculis qui vedūtur in obliuione est multo maioris igitur vestra mors erit, qui amici mei estis, quasi ego nō prouideam vobis: & quidd tã vestri curã gero, ut & omnia vestra subtiliter perspecta sint: & numerati capilli vestri: quãuis igitur vos intetationē cadere permittam, suppeditabo tamen vberum sufferendi vires, sepe autem si quem infirmiore m videro nō permitto illum in tetationes incidere, nã quisum curator & omnia beneficio & numerata habeo, etiam minutissima distribuo unicuique quodd sue mensuræ congruit. Porro si obseruaueris inuenies numerantem omnia quæ ad mensurã virilis ætatis perueniunt dignaque diuina enumeratione: per caput autem vniuscuiusque fidelium Christi intelligenda vita Christo grata: per capillos vero eius particularia opera, & quibus corpus mortificatur, quæ numerantur apud deum & supputantur. Hæc & multa alia ad genus Theophilactus &c.

~~Ad vltimum autem ex Theophylacto citatum, dico in ipsius excusationem, quodd, cum ait, Potestatem habet Deus mittendi mortuos in gehennam, est verum de omnibus mortuis, sed de potetia eius absoluta, quia supra legitur, & cū ait quodd suffragia & orationes Ecclesie pro sunt defunctis qui in grauibus de-~~
 cesserunt
 quia per illas fideles exsistantur ad orandum pro defunctis, & inde nec sequitur scandalam, aut error aliquis, ideo illas tollerari Ecclesia: & videtur quodd multa talia contineantur in historijs noui testamenti, & in legendis sanctorum, & in opinionibus & scriptis doctorum: quæ omnia tollerantur in Ecclesia interim quodd super illis nulla mouetur quæstio, nullamque inurgit scandalam: & ideo mirum non est in orationibus præ-

prædictis aliquid minus aptum contineri, & ab Ecclesia tollerari, cum tales orationes factæ sint à personis priuatis, non à concilijs approbatæ: ut diximus.
 SECUNDO. Dico, quodd Ecclesia in officio defunctorum, nec orat nec orare intendit nisi pro his qui in Purgatorio continentur. Quodd si contingat aliquē defunctorum pro quo Ecclesia orat, esse in Inferno, si actu orat pro illo quem nescit esse in Inferno, tamen intentione pro illo non orat, nisi putans vel dubitans eum esse in Purgatorio. Quo supposito, sciens Ecclesia Deum potestatem habere puniendi æternaliter animas illas, per quas cum essent in hac vita, fuit mortaliter offensus: scit etiam Ecclesia quodd Deus potestatem suam non alligauit scripturis, & promissis quæ in scriptura continentur: quoniam super omnia est, & tam omnipotēs post promissa, ac si nihil promississet, quamuis fidelissimus in promissis suis: ideo Ecclesia suppliciter Deum orat, ne illa sua absoluta omnipotentia contra animas fidelium quæ in gratia decesserunt, utatur: ideo orat, ut eas ab æternis pœnis & vindicta, & iudicio condēnationis liberare, & ut eas cum suis electis resuscitare dignetur: & ad id orandum Christus in Euangelio loco citato, occasione dedit, dicens, quodd eum debemus timere qui postquam occiderit corpus ad huc habet potestatem eum mittendi in gehennam. Et ad illud quodd in oppositum adducebamur inter arguendum, nempe, quodd inutile est orare pro eo quodd de necessitate eueniet: dico quodd non ita de necessitate eueniet illorum fidelium gloriosa resuscitatio, quin Deus potestatem habeat contrarium agendi: qui, si nollet misericordia cum illis defunctis uti, à quibus grauiter fuit offensus, iuste posset de potentia absoluta, eos æternaliter punire, ex misericordia tamen, non nisi temporaliter punit. Secundo, dico quodd non est inutile sic pro illis orare, immo valde vtile: nam illa oratio facta illo modo prædicto pertinet ad religionis virtutem, quam latram dicunt, cum fiat in recognitionem diuinæ potestatis: & ita est Deo grata & accepta: ac proinde redundat in utilitatem defunctorum, qui sunt in Purgatorio, pro quibus fit, nempe, ut mitius in Purgatorio torqueantur, citiusque inde liberentur: quia Deus Benedictus vult orari etiam pro his quæ alioqui facturus esset. Deceuerat enim Deus post peccatum Adæ carnem sumere, deceuitque tempus quo venturus erat, & nihilominus gratæ illi fuerunt orationes sanctorum, pro sua incarnatione & aduentu orantium. Deceuit etiam Deus omni peccatori pœnitenti veniam dare, & tamē grata est illi oratio, quæ, vel ipse pœnitēs pro

se, vel alius pro ipso pœnitente orat, ut eius pœnitentiam Deus acceptare dignetur: Deceuit etiam Deus, & promissit Ecclesiam suam non deferere & concilijs legitime congregatis adesse, & tamen grata est Deo oratio, & hymni quibus eius præsentia & fauor & gratia ipsi concilio imploratur. Non est igitur mirum si Ecclesia pro animabus Purgatorij orans, petat aliqua quæ Deus illis concedere deceuerat, qualia sunt, ne æternaliter eas puniat, ne à Leone absorbeantur, & cum electis resuscitentur, & etiam quia animæ Purgatorij ad huc sunt capaces illarum orationum: ideo pro animabus Purgatorij sic orandum est, & non pro damnatis, nec pro beatis. Vnde, quando vltierus inter arguendum dicebamus, si ideo sic pro illis orandum est quia Deus potestatem habet agendi oppositum, ergo etiam orandum esset pro damnatis, ut saluentur, & pro beatis, ut non damnentur, cum Deus posset æque ista facere sicut opposita horum: dico, quodd non est eadem ratio, nec simile: quia (ut dixi) beati & damnati iam non sunt capaces illarum orationum sicut sunt animæ Purgatorij: nam beatis iam pœnitentis offensas condonauit Deus, & suos amicos & concius ab omni miseria alienos fecit damnatos vero tanquam obstinatos profusus à se abiecit, nec vult pro his aut illis orari: secus autem de his qui ad huc in Purgatorio actu cruciantur, & capaces, ut diximus, sunt nostrorum suffragiorum, quales non sunt damnati & beati: ideo, non solum oratur pro illis eo quodd Deus potestatem habet absolute eos mittendi in gehennam, sed quia adhuc sunt capaces nostræ opis & auxilij, qualiter non sunt beati nec damnati. Ad aliud de oratione quam Ecclesia facit pro eo de cuius statu seu qualitate dubitat, dicendum est, quodd quicquid in illa oratione petitur, pro his qui sunt in Purgatorio petitur, & non pro damnatis sicut de alijs orationibus diximus: excepto quodd sunt aliqui defuncti qui in fide decesserunt, fuerunt tamen tam perditæ vitæ quodd de illis merito dubitari possit, an per preces Ecclesie possint plenam veniam assequi: & de talibus intelligitur oratio prædicta, in qua petit Ecclesia quodd si possunt per sacrificia quæ pro illis facit, saluari, id fiat: si tamen non possunt plenam veniam consequi, petit, ut saltem mitius illic torqueantur.
 AD vltimum autem ex Theophylacto citatum, dico in ipsius excusationem, quodd, cum ait, Potestatem habet Deus mittendi mortuos in gehennam, est verum de omnibus mortuis, sed de potetia eius absoluta, quia supra legitur, & cū ait quodd suffragia & orationes Ecclesie pro sunt defunctis qui in grauibus de-

cesserunt

decesserunt peccatis, intelligitur qui in peccatis mortalibus decesserunt, iam per penitentiam quo ad culpam deletis, sed quia pro illis nō debite satisfecerūt, dicūtur in illis grauibus peccatis decedere alibi satisfacturi: & isti sunt de quibus ait quōd Deus non mittit eos in gehennam, sed potestatem habet mittendi. Nam alios qui in grauibus decesserunt peccatis quā per penitentiam non sunt quo ad culpam dimissa, illi ed in gehennam mittuntur, & pro illis non est orandum. Ex quibus omnibus colligitur Theophylactū tenuisse esse locum Purgatorij: quia dicit aliquos esse defunctos quos Deus non mittit in gehennam, & quōd pro illis est orandum. Illi igitur ubi sunt? Si dicas, in cōelo, falsum est: quia pro illis qui in cōelo sunt, non est orandum. Si dicas, in Inferno, etiā non est verum, quia non sunt missi in gehennam: ergo dicendum est quōd sunt in Purgatorio ubi indigent viuorum suffragijs. Quod adnotauimus contra illos qui Theophylactō impingunt errorem illorum qui dicunt Purgatorium non esse. Vltimo dico, quōd omnia 3. receptacula animarum, nempe, lymbus, Infernus damnatorum & Purgatorium, vocantur vna Infernus: ideoque dicit Ecclesia. Liberentur anime a pōenis Inferni, id est, Purgatorij, quōd large est Infernus: & a pōenis cōternis, id est, a pōenis grauibus & similibus illis quas in eodem loco totali patiuntur alij damnati cōternaliter, nempe, in Inferno id est, in receptaculo damnatorum.

PRÆTEREA. Dubitatur, an liceat orare pro omnibus viatoribus. Et videtur quōd non: prius, quia multi sunt qui peccant ad mortem. At pro istis non est orandum. Ergo &c. Probatur minor ex illo Ioan. in prima canonica capitu. 5. Qui scit fratrem suum peccare non ad mortem, petat, & dabitur ei, &c. & sequitur. Est peccatum ad mortem? Non dico, vt pro illo roget quis. Ergo pro illis peccantibus ad mortem non est orandum. Secundo. Pro peccantibus in Spiritum Sanctum, non est orandum. At multi peccant in Spiritum Sanctum ergo pro illis non est orandum. Probatur maiorem Math. 12. & Mare. 10. Peccatum in Spiritum Sanctum nō remittetur in hoc seculo, nec in futuro. Ergo vanum est pro illo orare, ergo, &c. Tertio. Pro p̄scitis non licet orare, quia illi sunt a Deo electi. Ergo superfluum est velle reducere, quos Deus proiecit, iuxta illud Ecclesia. 7. Nemo potest corrigere quem Deus deserit. Ergo pro reprobis non licet orare. Quarto. Pro inimicis non licet orare: non ergo est orandum pro omnibus viatoribus. Probatur antecedens: quia illis inimicis licitum est imprecari mala, vt Psalmographus, Eru-

bescant & conturbentur omnes inimici mei conuertantur & erubescant valde velociter & Apoca. 6. martyres contra ipsorum persecutores vindictam petunt, cum ad Deum clamant, dicētes, Vsq̄quo non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitāt in terra? Quinto. Pro aduersarijs nostris quos iusto bello aggredi possumus, non est orandum nec pro vita corporali nec pro spirituali, Ergo, &c. Probatur antecedens: quia cum sciamus eos in peccato mortali esse, maxime si sint infideles iuste eos in bello occidimus. Ergo ridiculum est, quōd pro illis, vt viuant, orare debeamus, quorum vitam licite auferre possumus.

HIS non obstantibus, quantum est de se, non est homo viuens in hac via, pro quo non liceat orare, & sit orandum. Probatur: quia pro omni homine orandum est cui salutem possumus optare: sed non est homo cui non in genere debeamus optare salutem. Ergo, &c. Probatur minor: quia ex p̄cepto charitatis tenemur omnem proximum sicut nos ipsos diligere: omnis autem viator est proximus noster. Ergo pro illo est orandum, & illi licet salutem optare. Secundo. Si pro aliquo orandum non esset, maxime pro homine obstinato, de quo nulla habeatur spes penitentiae. Sed, vt Augustinus ait, de nullo homine quā tum cūque obitinato desperandum est, quin possit in momento Deo inspirante conuerti. Tertio. Pro hoc est illud Iacobi. 5. Orate pro inuicem vt saluemini. Quod ad omnes vniuersaliter sine vlla exceptione dicitur, cum debeamus optare omnibus vt saluentur iuxta Dei voluntatem. De quo dicit Apostolus, quōd vult omnes homines saluos fieri. Quarto. Christus pro omnibus venit & pro omnibus passus est, quantumuis peccatores sint prout ipse dixit Luc. 5. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam: ergo omnium salutem procurauit, & pro omnium salute passus fuit ergo nos Christum imitantes debemus omnibus salutem optare, & pro omnibus orare. Quinto. Ecclesia orat pro omnibus peccatoribus, siue sint Schismatici, siue heretici, siue Iudei siue gentiles: vt patet in officio veneris sancti. Et ad argumentum in oppositum concedo quōd non est orandum pro peccantibus ad mortem quales sunt illi qui in peccato obitinati, & impenitentes decedunt, ante tamen quam decedant sciri non potest, an peccent ad mortem, cum peccatum ad mortem dicatur esse peccatum finalis impenitentiae. Vnde, ex hoc textu non sequitur, nisi quōd non est orandum pro mortuo qui peccauit ad mortem, secus autem de viuente. Ad secundum autem de peccato in Spiritum Sanctum, dico

eo, quōd secundum Aug. peccatum in Spiritum Sanctum, est finalis impenitentia, & sic, de hoc iam diximus ad primum. Secundum autem alios Sanctos peccatum in Spiritum Sanctum capitur pro peccato ex certa malitia, aut pro peccato commisso in Dei diuinitatem: & tunc nego quōd pro illis sic peccantibus non sit orandum quamdiu viuunt: quia illi possunt conuerti: nec dicitur eorum peccatum irremissibile, quia simpliciter, aut secundum legem remitti non possit, sed propter difficultatem remissionis: vt communiter à Theologis dicitur. Ad tertium dico ex Sancti Thomae secunda. 2. quæstione. 83. articulo. 7. ad. 3. & sit prima propositio. Pro p̄scitis in generali & formaliter non est orandum, Secunda propositio. Pro p̄scito in particulari scito, nempe, quōd est p̄scitus non est orandum. Probatur istæ propositiones ex illo Ioan. iam citato, Est peccatum ad mortem, non pro eo dico vt roget quis. Secundo, quia superuacaneæ essent illæ orationes, postquam certum est quod non exaudientur, & essent contra diuinā voluntatem, qui nō vult pro illis p̄scitis orari. Probatur etiā p̄dictæ propositiones ex facto Christi, qui non legitur pro reprobis orasse, sed pro electis qui in eum erant credituri: ait enim Ioan. 17. loquens de Apostolis, Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dediisti mihi, quia tui sunt: & postea. Non pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. Pro hoc etiā est ratio (vt dicebamus) quia oratio pro reprobis fusa, est omnino superflua: repugnat enim reprobos à Deo saluari in sensu composito ergo orare pro p̄scitis formaliter, omnino superfluum est, & non solum superfluum, sed temerarium, & vituperandum: quia qui orat, debet semper suam voluntatem & petitionem Dei voluntati submittere: qui vero pro p̄scitis orat vt saluentur, cum sciat voluntatem Dei oppositam esse, talis, non solum non submittit voluntatem suam Deo, sed illi videtur reniti & aduersari. Vnde colligitur, quōd si Deus reuelat alicui quōd pater eius adhuc viuens, est p̄scitus, non potest pro illo orare: similiter, si Deus reuelat alicui suam damnationem, quia p̄scitus est non debet pro se orare ne opponatur diuinæ voluntati: & aliqui theologo sic indistincte concedunt p̄dictas illationes: sed ego credo distinguendum esse euentum reuelationis in particulari de reprobatione alicuius: quia stat Deum dupliciter reprobare aliquem, scilicet simpliciter & absolute, nempe, quia Deus absolute vult illum perpetuo damnare, non ob causam tenentem se ex parte reprobati & contra hanc voluntatem eundem

non est appetendo aut orando oppositum quia, vt supra diximus, superfluum esset in contrarium niti, essetque temerarium & culpandum: quia cognito quōd sententia Dei iam fit in vnum determinata, non est orandum in contrarium. Hoc probatur ex illo Hier. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc & non obstitas mihi: quia non exaudiam te. Similis etiā sententia habetur Hier. 11. vbi ait g'os. Prophetæ p̄cipitur ne pro eis oret in quos est iam consummata sententia. Si vero obiciat cōtra hoc, quōd Christus & si sciret Patris voluntatē esse determinatam vt ipse pateretur, orauit tamen oppositum petens, & dicens, Si possibile est, transeat à me calix iste. Dico quōd Christus orabat, non quōd illud secundum rationem peteret, nec appeteret, sed vt se veram habere humilitatem mōstraret. Cuius sensitius appetitus mortem refugiebat, & vt nobis formam orandi traderet, vt in nostris necessitatibus seu petitionibus nostram voluntatem diuinæ voluntati semper subiiciamus, sicut ipsemet Christus, qui addidit. Veruntamen non mea sed tua voluntas fiat: addeque, quōd cognita Dei voluntate, non petit absolute oppositum, sed conditionaliter, scilicet, si sibi placeret. & hoc modo non est inconueniens aliquid à Deo petere conditionaliter, ad cuius oppositum Deus est determinatus. Alio modo Deus reprobatur aliquē, nō sic absolute, vt diximus, sed ob causam quæ se tenet ex parte reprobati, nempe, ob eius scelera, aut negligentiam: prout de communi lege Deus reprobatur eos quos scit in peccato decessuros. Iuxta dictum Augustini. dicentis Deus non est prius vltor, quam aliquis sit peccator: & huiusmodi reprobatio dependet quodammodo ex voluntate reprobati: quia in eius voluntate stat penitere & saluari, & contra, etiā impenitentem esse & condemnari: & pro huiusmodi reprobatis, etiā si nobis fiat particulariter reuelatio, videtur quōd licitum sit orare, non quidem, vt reprobati manentes reprobati saluentur, sed, vt illis gratia Dei & conuersionis auxilium non denegetur, vt saluentur. Et hoc non est diuinæ voluntati contraire: nec hoc petere vel orare, est petere aliquid impossibile. Quod autem Dei reuelatio de reprobatione cuiusdam secundum communem legem facta, non tollat quin contra orare possimus, probatur ex illo quod Christus p̄dixit Petro, Ter me negabis: & tamen hac tali reuelatione non obstante, Petrus potuit, immo debuit velle & petere oppositum, nempe, nō negare Christum. Vnde verum est quod dicimus & respondimus supra, absolute orandum esse pro omnibus viatoribus, vt ea quibus ad salutem indigent: illis

Prima
propositio

illis non desint, vt finaliter saluentur: Pro hoc est Gerson. 45. e. dicens quod sancti orant pro damnandis, nempe, vt conuertantur & saluentur, vel saltem, vt non tam frequenter, vel toties peccent, minusque finaliter torqueantur. Præterea Christus Redemptor noster reuelauit Iudæis suam damnationem; dicens Ioannes. 8. In peccatis vestris moriemini: & tamen adhuc tenebantur Iudæi post illam reuelationem sperare velle & orare, vt non peccarent: ergo pro illis adhuc licebat orare. Præterea. De oratione, vt supra diximus, est præceptum: & si alicui reuelatur sua damnatio, est ex culpa sua: ergo non propterea deobligatur ab illo præcepto ergo adhuc tenetur orare, pro illo igitur est orandum.

ET pro vberiore intelligentia huius nostrę sententię, dubitatur, an ille cui facta est reuelatio de sua damnatione adhuc teneatur sperare, & orare, vt cum, verbi gratia: Dominus dixit Iudæ & alijs discipulis de ipso Iuda proditore. Melius erat ei si natus non fuisset homo illę, Mathe. 26. & Iudæis Ioan. 8. In peccatis vestris moriemini, an ad huc tenerentur sperare, & orare? Et videtur quod non quia si alicui ex parte Dei dicitur. Tu damnaberis: non posset amplius sperare, nec orare pro obtinenda beatitudine, ergo deobligatur ab illis præceptis.

PRO huiusmodi dubij dissolutione, duo sunt aduertenda & tractanda. Vnum est, an sit possibile quod alicui fiat reuelatio de sua damnatione: Alterum est, an posita illa reuelatione de sua damnatione, nihilominus teneatur sperare & orare pro salute sua æterna. Et pro prioris dubij decisione, est adnotandum quod duplex est reuelatio; altera exterior quę fit per signa exteriora, vt nobis reuelata sunt mysteria fidei in sacra scriptura; & Christus Seruator noster reuelauit Petro peccatum suum; dicens ei, Antequam gallus cantet, ter me negabis. Altera reuelatio est interior: vt cum Dominus mouet nos interiorius ad assentiendum alicui propositioni: vt enim mouebat prophetas, ita potest interiorius mouere aliquem ad assentiendum huic, Ego damnabor: Rursus subdiuiditur reuelatio siue exterior, siue interior, in tria alia membra, nempe, in reuelationem absolutam, conditionatam, & mixtam. Absoluta reuelatio est illa quę fit absolute sine conditione, vt hæc, Antequam gallus erit, & damnabitur: quod, sic absolute credendum est. Reuelatio autem conditionata, est illa quę cum conditione fit, vel comminatoria est, vt est illud Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Reuelatio veromixta, est illa quę in verbis quidem, est absoluta: sed in sententiã, virtualiter conditionata & comminatoria: vt erat illud Ionæ. 3. Adhuc. 40. dies, & Ninive subuertetur: & Esa. 38. dixit Propheta Regi. Ezechie, Dispone domui tuę, moriores enim tu, & nõ viues. Quę prophetia, licet in verbis quidem, absolute sint, in sententiã erant conditionata, id est, Ninive subuertetur, nisi egeritis pœnitentiam: Morieris, & non viues, nisi egeris pœnitentiam: cum (vt constat ex scriptura) vt primũ Ninuite & Ezechias pœnitentiam egerunt, nõ fuerunt sequuta illa mala in reuelationibus illis comminata.

HIS suppositis, respondebo aliquibus propositionibus, quarum prior est. Fieri potest alicui reuelatio conditionata de sua damnatione, siue interior, siue exterior. Probatum Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis: & propter huiusmodi reuelationem non tollitur spes, nec obligatio orandi pro salute æterna obtinenda. Ratio est: quia illa reuelatio non est nisi quædam admonitio potius, vt homines viatores orent, & sperent.

SECUNDA propositio. Reuelatio de sua damnatione quę in verbis est absoluta & in sensu conditionata, potest fieri alicui. Probatum ex illo Ionæ. 3. Adhuc. 40. dies, & Ninive subuertetur: & ex illo Esa. 38. Dispone domui tuę, &c. Quę ambę reuelationes erant comminatoriæ, & in sensu conditionatę, licet in verbis essent absolute: intelligebantur enim. Nisi pœnitentiam egeritis, vt constat, quia facta pœnitentia, Dominus indulget illis. Istę duę propositiones sunt adeo certę quod sunt de fide, & hæc reuelatio mixta, non tollit spem, nec obligationem orandi pro æterna salute felicitateque consequenda.

TERTIA propositio est. Omnes doctores communiter conueniunt in hoc, nempe, quod de lege ordinata non potest fieri reuelatio interior absoluta alicui de sua damnatione. probatur: quia tunc talis non posset sperare, & de lege tenetur sperare & orare, ergo. &c. Secundo vt Sanct. Thom. dicit secunda. 2. quęstione. 20. desperatio est magnum motiuum ad multiplicandum peccatum, & hoc esset magna tentatio. Deus autem intator malorum est, Iaco. 1. Ergo de lege non potest fieri reuelatio absoluta alicui de sua damnatione.

QUARTA propositio est. Reuelatio exterior absoluta secundum legem absolutam, potest fieri alicui de sua damnatione. Probatum: quia non repugnat quod Deus reuelet alicui hoc scilicet, Tu damnaberis. Probatum illud est verum: ergo potest Deus illud reuelare. & nullum inde sequitur inconueniens. Secundo: Videtur quod hoc iam fuit factum, cum Ioan. 8. Christus dixerit Iudæis: In peccatis vestris moriemini: & Petro, Antequam,

Antequam gallus cantet, ter me negabis.

QUINTA propositio. Loquendo de lege ordinata, probabile est quod non potest fieri alicui reuelatio exterior absoluta de sua damnatione. Hęc propositio est Sanct. Thom. in 1. distinctione. 48. quęstione vnica articulo. 4. ad. 2. Vbi dicit quod propositio quę ponit alicui fieri reuelationem de sua damnatione, est quasi impossibilis: quia nulli sua damnatio reuelatur. si tamen fuerit talis reuelatio, posset credi quod sit secundum comminationem, & non secundum præsentiam. Ex quibus constat, Sanct. Tho. loquendo de reuelatione exteriori absoluta, cum dicat, quod si fiat talis reuelatio alicui, poterit ille credere quod sit comminatoria: non ergo est reuelatio interior, quia tunc ille de quo loquitur Sanct. Thom. non mouetur a Deo ad assentiendum illi, cũ dicit D. Thom. quod potest ille credere quod est comminatoria, quod non posset, si reuelatio illa esset interior Deo mouente illum hominem ad assentiendum prædictę reuelationi.

SEXTA propositio. Probabile est, quod de potentia etiam absoluta Dei, non potest fieri reuelatio absoluta interior alicui de sua damnatione. Dico, interior & absoluta, nempe necessitudo intellectum ad credendum suam damnationem. Hęc propositio est Altiſtodorensis libro. 1. capitulo. 97. & Bonauentura. 1. 1. distinctione. 48. & Richard. in. 1. distinctione. 38. Intelligiturque in via nam in inferno reuelatur damnatis, damnationem suam esse perpetuam, interior & absolute: sicut beatis reuelatur suam beatitudinem esse æternam vt Sanctus Thom. pulchre docet secunda. 2. quęstione. 18. articulo. 3. Probant isti: quia iã ille cui facta est illa reuelatio interior & absoluta, non esset viator, quia non potest facere Deum falsum. Secundo, quia est obligatio de lege nature ad sperandum & orandum, iuxta illud Paul. ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & inquerentibus se remunerator sit. Ergo non est factibile prædicta reuelatio: esset enim contra legem nature. & sicut factibile non est quod Deus dispenset in præceptis Decalogi, etiam non est factibile quod prædicto modo interior reuelet alicui suam damnationem.

SEPTIMA propositio est. Probabilis est quod de potentia absoluta Dei potest fieri alicui reuelatio interior absoluta de sua damnatione. Hoc tenent communiter doctores scolastici recentiores: vt Grego. de Arimino in. 1. distinctione. 48. & Adam in. 3. distinctione. 6. & Olhot in. 2. quęstione. 2. & Petrus de Aliaco, & Almain: alijque ex his iunioribus. Probatum sententiã hæc, prius, quia illud est verum, ex illaque reuelatione nullum sequitur inconueniens: ergo a Deo factibile

est. Et ad illud argumentum quod faciebamus pro 3. propositione, scilicet quod talis non posset sperare, concedo. Sed inconueniens non est, quia est ex culpa sua, libere enim peccauit, cum posset non peccare: & est in gratia, potest ei fieri illa reuelatio: probatur, quia posset Deus illud alteri reuelare, ergo ipsimet damnando. Hanc sententiã tenet Sanct. Thom. in. Quęstionibus de veritate. quęstione. 23. articulo. 8. ad. 2. Vbi dicit de hac reuelatione interiore quod talis reuelatio non potest fieri de potentia ordinata, sed potest de potentia absoluta. Credo igitur hanc esse veram sententiã: sed Deus hæc nus nunquam fecit, & credo, quod nec faciet.

HAC igitur 7. propositione tanquam veriore supposita, erat secundum dubium propositum, an adhuc talis teneatur sperare & orare cui fit illa interior reuelatio absoluta, vel, an licite poterit desperare & nunquam orare pro sua salute? AD quod respondeo etiam aliquibus propositionibus, quarum prior est. Posita reuelatione conditionata, siue interiore, siue exteriori, tenetur ad huc ille cui facta est illa reuelatio, sperare & orare pro sua salute æterna. Probatum: quia illa conditio erat in potestate illius, & poterat pœnitere de peccatis, & seruare mandata Dei, & ita saluari: non ergo deobligatur a præcepto al. quo, ergo adhuc tenetur sperare & orare: pro illis igitur quibus facta est prædicta reuelatio, est adhuc orandum.

SECUNDA propositio facta reuelatione absoluta exteriori alicui de sua damnatione, adhuc tenetur sperare & orare pro sua salute: & ad huc ab alijs pro illo orandum est. Et de his quibus fit prædicta reuelatio, dicit Sanct. Thom. in. 1. distinctione. 48. quęstione vnica articulo. 4. ad. 2. quod debent credere quod illa reuelatio sit comminatoria: sicut D. Petrus non credit absolute quando Christus reuelauit illi quod erat eum negaturus, & bene fecit: patet hoc quia post factam a Christo reuelationem dixit Petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Secundo. Ille cui facta est talis reuelatio, tenetur peccatum illud vitare: & potest: ergo debet credere quod sit comminatoria. Vnde facta tali reuelatione alicui, adhuc tenetur sperare & orare, & credere quod illa reuelatio est comminatoria. Probatum: quia si ita est quod est comminatoria, tenetur sperare & orare, quia potest sperare & orare, & non constat ei quod illa reuelatio sit absoluta: ergo debet credere quod est conditionata. & comminatoria.

SED contra. Illa reuelatio exterior est absoluta. Ergo tenetur ille credere quod est absoluta.

Quinta propositio.

Prima propositio.

Sexta propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Quarta propositio.

Dubium secundum.

Prima propositio.

Secunda propositio.

absoluta.

absoluta, & non comminatoria nec conditio nalis.

AD hoc nego consequentiam: quia non potest constare solis illis verbis exterioribus quod sit absoluta: vt constat ex illo Ionæ 3. ad huc. 40. dies, & Niniue subuertetur.

SED contra. Ille cui facta est illa reuelatio, tenetur credere verbis exterioribus & intentioni Dei. Sed intentio Dei est quod illa reuelatio est absoluta Ergo tenetur credere quod est absoluta.

AD HOC nego consequentiam vt iam diximus ad prius argumentum, vel concedere minorem si illud constat, non autē cum non constat.

SED contra. Si verum est quod dicis, nempe, quod facta reuelatione absoluta exteriore & etiam quod intentio Dei sit absoluta, adhuc non tenetur credere quod illa reuelatio sit absoluta, sed conditionalis, sequeretur quod nō liceret credere absolute alijs reuelationibus absolutis, de alijs rebus futuris: vt huic, Dies iudicij erit. Nam sicut Deus Opti. Max. absolute reuelauit hanc, Dies iudicij erit: ita absolute reuelauit Petro, ter me negabis. Ergo si cut Petrus non tenebatur credere huic reuelationi, Ter me negabis, nec tenebatur credere huic, Dies iudicij erit, nec huic, Tertia die resurgam.

AD HOC respondent aliqui quod duplex est reuelatio de aliquo futuro. Altera quæ est de tali futuro, quod est præceptum de opposito illius futuri quod reuelatur. Et tunc non tenentur homines credere illi tali reuelationi. Petrus namque præceptum habebat de non negando Christum, & iudas etiam de nō tradendo Christum, & ideo non tenebantur credere illi reuelationi absolute de futuro: quod est oppositum illi, præcepto.

ALTERA autem est reuelatio de aliquo futuro, de cuius opposito non est præceptum, & tunc, est credendum tali reuelationi exteriore absolute factæ. Sed contra hoc est quod filij Israel crediderūt Moyfi dicenti absolute, quod acciperent vasa à proximis Egyptijs, Exo. 12. & tamen erat præceptum de opposito, nempe, quod nullus rem proximi acciperet ipso inuito. Ergo, aut illi peccauerunt, aut data distinctio non est sufficiens. Et confirmatur: quia 3. Reg. 20. dicitur, quod egressus quidam vir de filijs prophetarum dixit alteri in sermone Domini, Percute me, & quia noluit, fuit dare punitus à Deo per leonem quendam, vt prædictus propheta prædixerat. Iste enim propheta qui percussione ab alio petebat, quia noluit me percutere, ecce exis bis à me, & interficiet te leo: & tamē erat præceptum in contrarium, de non percutiendo, Ergo prædicta distinctio est insufficientis.

AD hæc respondent Theologi, quod quan-

do fit absoluta reuelatio, esto sit præceptum in contrarium, tenetur credere ille cui fit illa reuelatio, quando ibi est aliqua ratio, vel conditio quæ explicat aliquam apparentiam, quod illa reuelatio est absoluta, & quod intentio Dei etiam est absoluta: vt cum Deus, vel eius propheta, illud dicit, videlicet, si dicat propheta, hoc simpliciter & absolute vult Deus: & in illa reuelatione qua dictum fuit filius Israel, vt acciperent vasa Egyptiorum, erat conditio, nempe, quia ipsi Egyptij debet vobis: & cum sic denuntiatur, illa reuelatio est absoluta: quia tunc idem est ac si esset reuelatio interior: & quando Deus vult sic obligare homines, ipse declarat quod est reuelatio absoluta: sicut cum præcepit Abrahamo quod immolaret filium suum.

TER TIA propositio est. Stante reuelatione interiore alicui facta de sua damnatione, non potest ille sperare, nec orare pro sua felicitate. Hæc propositio est manifesta vt iam supra diximus: maxime in sensu composito, quem illa perse facit.

Q VARTA propositio est. Ille cui facta est interior absoluta reuelatio de sua damnatione, non cogitur desperare desperatione positiua, nempe, non cogitur ad habendam uitam actum, Nolo habere beatitudinem. Probatur quia adhuc voluntas est libera: ergo poterit non habere illum actum vel aliam positiuam desperationem, nam, ad minus, poterit suspendere actus suos.

Q VINTA propositio. Ille cui facta est reuelatio interior absoluta de sua damnatione, non tenetur absolute velle suam damnationem. Hæc est Sancti. Thom. in Questione de veritate. quæstio 23. articulo 8. ad 2. Imo peccaret volendo absolute suam damnationem (sicut volens mortem suam sine magna vilitate, peccat) sed nec etiam cogitur velle peccare. Nam si Christianus Saracenis mortem desideret, peccat, & licet credat ipsos esse damnandos, non debet illis absolute damnationem desiderare. Hæc autem quinta propositio est contra Greg. qui dicit quod facta tali reuelatione, tenetur velle suam damnationem ille cui fit illa reuelatio: quia tenetur confirmare se diuine voluntati. Sed Sancti. Thom. prima. 2. quæstio. 19. articulo. 10. dicit, quod in voluto particulari non tenemur conformari voluntati diuine. Si enim Deus reuelauit mihi mortem patris mei, non tenor velle illam mortem. Probatur: quia facta illa reuelatione, Deus non mutauit præcepta: & erat præceptum quo astringebantur omnes ad sperandum, & præceptum quo astringebantur omnes ad orandum, Ergo adhuc tenor sperare & orare, absolute loquendo.

SEX TA propositio est secundum multos, quod facta

facta prædicta reuelatione interiore absolute, non tenetur ille cui fit, sperare. Ratio est, dicunt, quia absolute à præcepto spei: absolute. n. non potest sperare. Sed cōtra. Ille potest saluari, ergo potest sperare. Probatur antecedens, quia est viator, & potest mereri, & si est in gratia, potest non perdere illam & si in peccato est, potest poenitere, viator. n. est, & liber, & non cogitur nec necessatur propter illam reuelationem, ergo potest sperare. Ad hoc negant consequentiam. Sed probatur consequentia. Si. n. est in gratia, potest nō peccare, ergo potest saluari. & si est in peccato, potest poenitere, & si finaliter poeniteat, nō fieret reuelatio de sua dānatione: & in potestate cuiuscumq. est facere quod Deus sciat suam salutem aut suam dānationem, ergo potest sperare, ergo tenetur sperare. Præterea. Possibile est quod quis cogitans difficultatē seruandæ legem Dei, speret adhuc, & sic esto Deus reuelat suam dānationem, potest sperare, ergo adhuc obligatur præcepto spei, ergo tenetur sperare absolute & orare: ergo pro omnibus viatoribus est orandum. Et ex his patet quid dicendū sit ad ea quæ supra obiecta sunt: & prius ad illud quod obiectū est, Christū non pro mundo orasse, sed pro electis, & his qui in Christū erant credituri: dico quod intelligitur, quod Christū non petit aliquibus salutem æternā, nisi credentibus: quia non nisi credentes, erant finaliter saluandi: & ideo orauit pro credentibus vt saluētur. Cū quo tamen stat quod omnibus optabat vt crederent, & à peccatis cauere, vt tandem salutem consequerentur æternam. Itaq. hinc colligitur, quod nulli optanda est & petenda vita beata, nisi credenti, vnicuiq. autem optanda est & petenda fides & poenitentia, vt dignus fit cui vita beata conferatur: & ita tam pro credentibus quā pro nō credentibus, orādū est: quāuis pro credentibus, vita beata immediate fit petenda: pro his autem qui non credunt non, nisi mediate. Ad tertiu autem argumentum dico, quod pro inimicis est orandum, dicente Domino Math. 5. Orate pro persecutentibus & calumniantibus vos. Pro quo & ratio facit: quia non solum amici, sed etiam inimici sunt ex charitate diligendi: & quamquam in particulari non teneamur inimicos diligere, nisi in casibus particularibus, quando nostra ope indigent: & ita nec pro illis, nisi in simili necessitate, orare teneamur. Agenerali tamen proximorū dilectione & oratione inimicos nō possumus excludere. Quod si propheta & Sancti in scriptura deprecantur, vt pereant inimici, & id dici intelligendum est, non orando, sed prænuntiādo quod futurū in illis est: ac si expressius dixissent, ita erit quod peribunt inimici nostri. Secundo dico (vt D. Aug.) sanctos & iustos viros non

imprecari mala inimicis suis prout homines sunt, sed prout impij & inimici sunt, nempe, vt quatenus tales sunt, pereant. i. vt tales esse desinant, & amici fiant sanctorum & iustorū suorum, peccatum agnoscat. Similiter dici potest ad illud Apoca. 6. quod martyres non orant contra salutem suorum persecutorum: sed vt sic regnare desinant, & per poenitentiam & humilitatem transmutati, dicant Deo esse subiecti. Sic enim significat Aug. in quadam homilia de martyribus illud impletum esse quod scriptum est psal. 117. Vltus sum eos. Quid est, vltus sum eos? Vindicauit me de ipsis inimicis meis. Quomodo me vindicauit? Occidendo in eis errorem, suscitando fidem. Ad quartum dico, quod hæc simul coherent, quod. s. possumus iusto bello aduersarios aggredi, & si oportuerit, occidere, & ad hoc à Deo auxiliū petere, vt nobis aduersus illos victoriā concedat: & simul cū hoc quod pro illis oremus, non vt nos vincant, nec vt vitam viuant corpoream, sed vt peccati & iniustitiæ quam defendunt, poeniteant, & videntes se superari & mori, Deo se commendēt, & animam saluent: nos. n. (vt ait Christus) & si eorum corpora possimus occidere, non tamen animam. Vnde cum corpus occidit, pro anima rogare poteris & debes. Quod, si te corpus occidente, anima simul perit, mors animæ non tibi imputatur, sed ipsis met qui causam iniustam susceperunt, & poenitere noluerunt. Vnde pro omnibus viatoribus est orandū, & pro omnibus sunt bona spiritalia petenda semper: scilicet autem de bonis temporalibus, & de vita corporali: quæ in innumeris euentis, vt diximus, non solum non sunt petenda aliquibus viatoribus, immo ab eis amouenda. Est igitur vltima propositio.

PRO omnibus viatoribus est orandum eodem modo quo exposuimus supra, orationibus priuatis, siue illi sint in peccato mortali, siue sint in debiles, siue schismatici vel excommunicati, siue non. Probatur hæc: quia omnes sunt proximi, & quantum est de se, capaces precū aliorum, ergo pro illis est orandum: adhuc. n. sunt in statu merendi, & demerendi. Secūdo. Ecclesia in hebdomada sancta orat pro omnibus etiam schismaticis, ergo omnes fideles priuatis orationibus debent orare pro omnibus alijs viatoribus. Dixi, priuatis orationibus: quia communibus orationibus Ecclesie nō licet orare pro excommunicatis: vt in materia excommunicationis dicemus.

PRÆTEREA. Dubitatur, an iusti imperfectiores possint orare pro iustis perfectioribus. Et videtur quod non: quia facilius exaudiatur perfectiores pro se ipsis, quā imperfectiores.

AD HOC respondet. S. Tho. secund. 2. q. 83. ar. 7. ad 3. quod iusti imperfectiores debent orare

Orare pro perfectioribus iustis viatoribus, & existentibus in Purgatorio. Probatur, prius, quia multi simul quorum quilibet est imperfectior, fiunt perfectiores, vel fiunt quasi vna causa perfectior ad impetrandum à Deo quod petunt, & facilius exaudiuntur multi minus perfecti, i. quorum quilibet est minus perfectus, quàm vnus solus perfectior. Secundo. Facilius exauditur perfectior, si etiam imperfectior oraret pro illo, quàm si solus ipse perfectior oraret: ergo debent imperfectiores orare, etiam pro iustis viatoribus perfectioribus. Tertio. Ad Ro. 15. petebat Apostolus ab alijs fidelibus orationes, dicens, adiuuetis me in orationibus vestris: & Glor. ibidē dicit. Bene rogat Apostolus minores pro se orare: quia multi minimi dum congregantur vnanimis, fiunt magni: & multorum preces impossibile est quod nō impetrent, illud. scilicet quod est impetrabile, &c. Quarto. Debent iusti imperfectiores orare pro perfectioribus: vt à pluribus gratiæ agantur Deo pro donis iustis hominibus exhibitis. Quinto. Debent iusti imperfectiores orare pro iustis perfectioribus, vt perfectiores agnoscant suam fragilitatem, & quod viribus proprijs nō possūt à Deo obtinere bona spiritualia, sed Dei auxilio, quod dat humilibus petentibus: ne ergo incidant illi perfectiores in superbiam, debent minus perfecti orare pro eis. Ergo, &c.

PRÆTEREA. Dubitatur, an peccator exaudiatur orans pro alio peccatore. AD HOC respondet Siluest. in sua summa verb. Oratio. q. 2. quod peccator orans pro se vel pro alio peccatore desyderio quodam naturali bono, vel orationibus communibus, vt minister Ecclesiæ, vel motus ab alio bono viro, exauditur ex diuina misericordia. Probatur. i. q. 1. cap. Dicitur est. Vbi tex. sic habet. Dicitur est à Domino in numeris ad Aaron, Vos ponite nomen super filios Israel, ego Dominus benedicam eis: vt gratiam traditam per ministerium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meritum benedictionem petentis. Hæc ibi. Secunda conclusio Siluestri est. Si peccator oret pro se, vel pro alio peccatore, vel pro alio iusto, & non orat vt minister Ecclesiæ, nec desyderio bono naturali, sed libero, nec inductus ab alio, non exauditur. Probat. i. q. 1. ca. Ipsi sacerdotes, & cap. Si quis inquit, & cap. Necessē. Vbi dicitur quod peccatores non exaudiuntur: interpretatur Siluest. Nisi orent vno trium modorum prædictorum. Hæc duæ conclusiones sunt probabiles, & eas tenet ar. 1. q. 1. cap. dictum est.

PRÆTEREA. Dubitatur circa illud quod supra asseruimus, nempe, quod debemus orare pro omnibus viatoribus, etiam inimicis,

an teneamur sub pœna peccati mortalis orare pro inimicis, nempe, sub præcepto, vel solum ex quadam conuenientia? AD HOC respondetur aliquibus propositionibus ex. S. Tho. secund. 2. q. 83. ar. 8. quarū prior est.

E O modo quo tenemur inimicos diligere, tenemur pro eis orare. Probatur: quia orare pro alio, est charitatis imperatiue. Ergo cum teneamur diligere inimicos, tenemur orare pro eis.

SECUNDA conclusio est Necessitatis est vt in communibus nostris orationibus quas pro non inimicis facimus, inimicos non excludamus.

TERTIA conclusio est. Pro inimicis specialiter orare, est perfectionis, non necessitatis, nisi in aliquo casu speciali. Hæc. S. To. in prædicto loco citato.

SED pro maiore explicatione ego respondebo, vberius explicando materiam: & sit prima propositio. Conueniens est orare pro alijs etiam pro inimicis. Probatur Iacobi. 5. Orate pro inuicem vt saluemini: multum. n. valet deprecatio iusti assidua. Secundo. Matth. 5. Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

SECUNDA conclusio est. De lege naturali tenentur omnes homines orare oratione priuata, vt supra diximus, in generali: quod est dicere, Deus est orandus sub præcepto iuris naturalis. Tempus autem & modus orandi, nempe, an mentaliter. vel voce, non cadit communiter sub præcepto: vt supra diximus. Probatur: quia omnia absolute & non ex suppositione necessaria ad salutem cadunt sub præcepto. At oratio est necessaria ad salutem, ergo cadit aliquando sub præcepto. Probatur minor: quia Deus ita ordinauit quod nō dabit salutem æternam nisi petentibus. Hæc conclusio habetur in lib. de ecclesiasticis dogmatibus, eamq. concedunt scholastici Theologi communiter in. 4. d. 15 & ibidem Paludanus. q. 5. & Duran. q. 12. Vnde colligitur quod qui proponeret, nunquam orare, peccaret lethaliter contra præceptum charitatis quo attingitur ad diligendum Deum, se, & alios proximos.

TERTIA propositio est De iure diuino etiam, tenentur homines orare oratione priuata pro se & pro alijs sic etiam in communi. Probatur Matth. 6. Petite & dabitur vobis, & in multis alijs locis: vt supra citauimus. Hæc est. S. Thom. in secund. 2. q. 83. ar. 3. ad. 2.

QUARTA conclusio. Tenentur homines orare in speciali in articulo necessitatis sub præcepto iuris naturalis & diuini. Hæc est S. Tho. secund. 2. q. 83. ar. 8. & probatur: quia tenentur homines orare in generali, præcepto iuris naturalis et diuini. At affirmatiua præcepta

Prima propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Prima propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Quarta propositio.

cepta obligant pro tempore necessitatis in particulari, Ergo &c.

QUINTA conclusio est. Tempus necessitatis est, cum quis est, aut videt proximam in aliqua necessitate, cui solus Deus potest succurrere: vt si quis videat duos interficientes se, & non est alius qui possit eis subuenire, nisi Deus, vel sunt in naufragio, vel quis sentit se aliqua passione tentatum, nempe ira vel aliqua carnis concupiscentia, quam putat perse sine Dei auxilio vincere non posse: in his euentis & similibus, orare homines tenentur. Ratio est: quia tunc currit præceptum illud quod erat affirmatiuum.

SEXTA propositio. De iure humano tenentur Christiani orare in multis diebus, in diebus enim festis tenentur assistere sacro &c.

SEPTIMA propositio ex Palud. in. 4. d. 15. q. 5. Omnes tenentur orationem, Pater noster, & salutationem angelicam. scilicet. Ave Maria & symbolum scire. Et quamuis ipse non probet probatur de consecr. d. 4. ca. Vos autem. Vbi præcipitur patribus spiritualibus quos compadres vocant, vt doceant eos quos a sacro fonte suscipiunt: & hoc ipsum probat. S. Thom. in 3. p. q. 67. arti. 8. quia illi susceptores fortijuntur officium pedagogi: ergo tenentur docere suos susceptos necessaria ad salutem consequendam. Si ergo tenentur susceptores docere susceptos illas orationes, ipsi suscepti tenentur illas scire. &c.

DICO tamen, quod prædicti susceptores tenentur docere prædictas orationes susceptos vel perse, vel per alios: ideo quādo sciūt quod patres naturales habent eorum suorum filiorum & docent illos, nō tenentur ad aliud prædicti susceptores. Tertio probatur conclusio: quia prædictæ orationes sunt principia fidei catholice: sed omnes tenentur ad fidem: ergo omnes tenentur ad principia fidei, qualia sunt prædictæ orationes. Vnde colligitur quod de iure humano omnes fideles tenentur scire prædictas orationes. Vnde qui in hoc sunt negligentis prouideant sibi: prælati vero & predicatoribus deberet multoties hæc ia suggestu proponere: vt, saltem hoc modo, negligentis respiciant.

SED supposito quod est necessarium, saltē mentaliter, orare, & hoc de iure naturali & diuino, suppositoque quod de iure humano tenentur scire prædictas orationes, dubitatur an de iure diuino teneantur omnes fideles, scire orationem, Pater noster, & orare secundum formam a Christo in oratione Dominica nobis traditam? Et arguitur a parte affirmatiua, & prius, Matth. 6. ait Christus Redemptor noster. Sic autem vos orabitis, Pater noster &c. Vbi videtur Christum determinasse modum in oratione tenendum, quæ oratio est ad salutem necessaria: quia præceptum legis

Quinta propositio.

Sexta propositio.

Septima propositio.

Prima propositio.

Prima propositio.

Secunda propositio.

contineantur, non ageret contra præceptum diuinum, quia nullum tale est: vt si prius dixisset. Sed libera nos à malo, quam dixisset, Sanctificetur nomen tuum, non ageret contra diuinum præceptum: Hęc probatur prius ex communi sententia theologorum quos me videre vsu venit hanc sententiam asserentiū. **SECVNDO.** Pro nobis est Aug. in epistola 89. ad Hylarium, vbi dicit orationē dominicā omnibus esse necessariam, vt sciatur & dicatur ab illis: non tamē sic quod ordinatim sciatur & dicatur: sed satis est vnicuique scire quid à Deo petendū sit. i. ea quę in Dominica oratione cōtinētur: ita, vt si de singulis petitionibus illic contentis interrogetur, sciat illa talia esse petenda, vt, quod fiat Dei volūtas, quod remittat Deus nobis peccata, quod liberet nos à malo, &c. etiam si formalem orationis ordinem ignoret: quemadmodum de articulis fidei in symbolo contentis dici solet, non esse hominibus ad salutem necessarium symbolum, ex Dei præcepto, memoria retinere eo ordine quo dispositum est: sed satis est ad salutem si ita symbolum scias, vt ad singulos articulos, etiam sine ordine propositos, respondere scias. Hoc post alios theologos tenet Syluest. in Summa verb. scientia quęstione. 2. Et confirmatur: quia dicere oppositum, esset dānare omnes rusticos & plebeos qui communiter non sciunt articulos fidei eo ordine quo in symbolo explicantur: & sciunt alio modo sine illo ordine. Et tunc ad primū argumentum pro opposita sententia dico, quod, quamuis illam orādi formam Christus tradiderit, non præcipiendo, sed docendo, illā instituit, vt dictum est. Et, quamuis ipse alibi præceperit orare & petere sine modificatiōe, in oratione autem Dominica particularem orādi modum tradiderit, non inde colligitur vt hic particularis modus cadat sub præcepto: cum nec hunc modum, instituerit, intendens præceptum de orando aliās datum, modificare. Nam si illud intenderet, prius debuisset præceptū de orando indeterminatum dare, quam ipsam apponere determinationem cuius oppositum ex serie Euangelij constat, tā ex Math. cap. 6. & deinceps, quam ex Luca. Nec etiam exēpla quę adduximus de sabbato sanctificando & de confessione auriculari faciendā, probāt oppositum, quia modus sanctificandi sabbatum à Deo traditus, & modus confitendi ab Ecclesia cōstitutus, vt diximus, quoad tempus & personam, cui est confitendum, præceptiue statim traditi sunt: vt in suis locis manifeste constat. Ordo autem & modus orandi in Dominica oratione, non est traditus sub præcepto, vt constat ex Luca. Ad alia autem quę adduximus ex cōcilio Toletano & Remensi, & communi Ecclesię celebratione: quę omnia significant sic orandum

esse præcepisse, dico quod non loquuntur de præcepto proprie dicto, nempe, obligante ad peccatum mortiferum, sed crasso modo, vt Deus Benedictus dicitur multa mandasse, ad quę noluit nec sub pœna peccati coarctare. Quod autem hoc verum sit, probatur ex eo quod Ecclesia canit in sacro, scilicet, Præceptis salutaribus moniti, & non dicit, iussi, vel, coacti, sed moniti tantum: quod verbum præcepti rigorem temperat. Illud autem quod in concilio Remensi dicitur, quod ignorare orationem Dominicam, nulli Christiano licitum est, intelligitur de ignorantia qua non solum series & ordo petendorum ignoratur, sed qua quid à Deo petendum sit nescitur: vt supra ex D. Augusti. exposuimus. Ad vltimum autem ex D. Cypriano citatum, vbi ait quod aliter orare quā Christus docuit, nō solum ignorantia sed culpa est, dico quod hoc dicit Cyprianus, & dici potest semper, contra illos qui alias orationes per homines compositas Dominicę orationi præferunt. Et hoc culpam esse fateor. Quod autem hæc sit Cypriani intentio apparet ex causa quam ipse assignat, dicens, quia reijcitis mandatum Dei vt traditionem vestram statuatis: vbi mandata Dei, ad omnes traditiones se extendunt, etiam si non omnes obligatorię sint, vt non contemnantur. Vnde non probatur oppositum nostrę sententię. Confirmatur etiam nostra sententia ex illo Math. 6. Sic autem vos orabitis, vbi Christus non tam intendit formam orandi, secundum illum ordinem tradere quā quid orandū sit docere. Quod probatur: quia Christus præmisit, dicens, Scit enim Pater vester quid vobis opus sit: & sequitur, Sic autem vos orabitis: Pater noster, &c. Quod adiunxisse videtur vt sciamus quid nobis à Deo petendum sit, qui scit quid nobis opus sit. Vnde satisfaciunt homines, si illa petant quę Christus docuit esse petenda etiam si non eo ordine petant: vnde non est scienda ille oratio ex Dei præcepto, secundū ordinem quo est: Cum quo tamen stat quod periculose ignoratur illa oratio dominica, & si ex negligentia ignoratur, non caret culpa: vt dicit Cyprianus. Ratio est: quia cum Deus orari & rogari velit, & quid nobis desiderandum sit, & à Deo petendum Christus ipse in prædicta oratione Dominica tradiderit & docuerit, certe qui negligit ipsam scire, suam salutem videtur negligere: quanquam hoc potius arguit necessitatem petendi quid Christus petendum docuerit, quā ordinem ipsarum petitionum quę in ipsa continentur oratione. Vnde (vt supra diximus & probauimus) vt Christiani ab hoc caueant periculo, Ecclesia præcepit vt omnes sciant orationem Dominicam, Ave Maria, & Symbolum. Colligitur secundō orationem dominicam esse potiore

tiorem omnibus alijs orationibus, vbi à Christo seruatore, optimo ordine petitiones quas à Deo petimus, ordinatę sunt. Colligitur tertio orationes illas quę porriguntur Virgini sacrati simę, quas Rosarium vocant, ad hęc finem, nempe, ad petendum aliquid à Deo, esse omnibus alijs, orationibus selectiores. Probat, quia ibi solum continetur oratio Dominica à Christo Opt. Max. ordinata & nobis ad orandum tradita, & saluatio Angelica quę ex verbis Gabrielis componitur, quando dixit, Ave gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Et ex verbis beatę Elisabeth, quando dixit, Benedictus fructus vētris tui, & alijs ab Ecclesia appositis. s. Maria. Et iste modus salutandi est præstantior & elegantior alijs ab hominibus inuentis: cum ab Spiritu sancto sit, ideo sibi acceptior. Ergo istę sunt potiores orationes.

PRÆTEREA. Postquā ostēdimus quomodo Christiani omnes teneantur scire Dominicam orationem, operepretium erit illam interpretari. Pro cuius initio sit prima propositio. Oratio dicitur facta ac singularis omnibus alijs est excellentior, Probat. Illa oratio alijs est excellentior quę est dignior, breuior, & utilior. At hæc oratio Dominica est huiusmodi, ergo, &c. Dignitas autem Dominicę orationis attenditur penes authorem & speciē: author namq; fuit Christus coæternus Dei patris, vnigenitus eius filius, qui Matth. 6. sic ait, sic autem vos orabitis, ergo, &c. Nullus ergo hęc scire poterit quin oratio illa sit patri acceptior quā quęcunq; alia, cum sit à Christo nobis data, qui veritas infallibilis est, à quo & Spiritus sanctus missus est: ergo est præceteris exauditor. Sed non propter hoc putandum est quod solis verbis in Dominica oratione expressis vtendum sit in nostris orationibus: sicut aliquando fuit quorundam hæreticorum error, qui error facile repellitur scripturarū testimonijs, prius: quia Christus & Apostoli alijs verbis vsi leguntur in suis orationibus. Orat nempè Christus Matth. 26. Pater, si possibile est, transeat à me calix iste & orans pro Petro Luc. 22. dixit Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & Ioa. 17. rogat pro discipulis dicens: Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: & rursus in cruce, Luc. 23. Pater, mitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Deinde Apostoli Act. 1. in electione Mathiæ orantes dixerunt Tu Domine qui nosti corda hominum, ostende quem elegeris, &c. Apostolus quoq; Paulus orat pro Romanis, & pro Ephesijs, & flectit genua ad Dominum Deum patrem, &c. Petrus similiter alijs verbis vtitur, quā his quę in oratione Dominica continentur: vt patet per epistolarum suarum de cursum. Constat igitur ex his manifeste

Prima
propositio.

quod non est necessarium ad efficaciam orationis, vt vtamur semper ad orationem Dominicam, aut verbis in ea formaliter positis & expressis: sed alijs verbis possumus vti secundum quod vrget necessitas vel exoptulata utilitas: non licet tamen alia à Domino petere, quam ea quę compræhensa sunt in Dominica oratione: omnia namq; in ea designantur quę recte à Domino Deo petere possumus absolute: & si aliqua alia petamus, petenda erunt sub conditione, vt supra dictum est. Et hæc quę in Dominica oratione continentur, Deum benedictum dare decet: vt infra latius dicemus Non ergo alia à contentis in Dominica oratione petere fas erit, secundū rem: sed eadem alijs & alijs verbis postulare licet. Nam triplicia sunt quę ab hominibus desiderari possunt. Quędam, quibus non possumus male vti, saltem formaliter, vt supra diximus, nempe, vt sunt virtutes, gratia, & Dei dona: quę simpliciter & absolute in oratione postulari possunt. Sic n. legimus sanctos simpliciter petisse, ostende nobis, inquit David, faciem tuam, & salu erimus. Et postea. Dirige me in semitam mandatorum tuorum. Quędam verò sunt bona, quibus possumus bene & male vti: vt bona naturalia, dona gratiæ gratis data, ac bona temporalia: & hæc (vt supra diximus) non sunt determinate petenda. i. per se & absolute, sed sub conditione, nempe, si Deus præuidet illa ad salutem nostram esse utilia. Illa autem quibus bene vti non possumus, (vt vindicta de inimicis nostris, victoria in bellis iniustis, potentia opprimendi pauperes, & alia id genus quę sine peccato esse non possunt) nullo modo sunt petenda à Deo in oratione, vt hæc nobis concedantur. Relinquitur igitur omnia licite & absolute petenda, in hac Dominica oratione comprehendī: quę oratio omnia bona petenda absolute, complectitur. Et hæc de dignitate Dominicę orationis quo ad authorem. Deinde dignitas huius orationis attenditur penes speciē: quatuor siquidem (vt supra diximus) orationis species assignat Apostolus, cum. 1. ad Timo. 2. ait, obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus. Prima species est obsecratio, quę est imploratio vel petitio pro peccatis, quę vel pro præsentibus, seu pro præteritis, vnusquisq; cōpunctus, veniā per sacra deprecatur: & alias species iam supra exposuimus Itaq; secūda species est oratio, quę est ascensus mentis in Deū. Tertia species est postulatio, quę est petitio formalis quę aliquid petimus à Deo: Quarta species est gratiarū actio pro bonis receptis. Et his omnibus supplicationibus, etiā Christus seruator noster in suis petitionibus vsus est. Nā obsecra-

tionis genus videtur assūpisse, cū ait Matth. 26. Pater mi, si possibile est, trāseat à me calix iste, & psal. 21. Deus Deus meus, quare de reliquisti me. Oratione verò, cū dicit Ioa. 17. Ego te clarificauī super terrā, opus cōsumāui quod dedisti mihi vt facerē: postulatiōne autē, cū subdit ibidē, Pater, quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego, & illi sint mecū. Et rurſus Luc. 23. Pater, ignosce eis, quia nesciūt quid faciūt: Gratiarū autē actiōne, cū dixit Matth. 11. Cōfiteor tibi Pater, Domine celi & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis: ita Pater, quoniā sic placitū fuit ante te: & cū iterū ait Ioa. 11. Pater, gratias ago tibi, quoniā audisti me: ego autē sciebā quoniā semper me audis. Hæc. 4. oratiōnū genera, oratio Domini ca perfecte cōplectitur. Sed sciēdū est, quod hæc. 4. oratiōnū species etiā cōcurrūt ad vnā & eandē oratiōne. Prius. n. fit oratio, quæ est eleuatiō mētis in Deū, secūdo fit alicuius boni postulatio, tertio fit obsecratio (v.g.) per sanctā tuā crucē miserere nobis: quarto gratiarū actio pro bonis adeptis. Vnde dignior est hæc oratio Dominica alijs: quia hæc orationis species perfectius habet. Hæc quoque dignitatē Dominicæ orationis.

SECUNDO. Hæc Dominica oratio in breuitate cōmendatur, cuius breuitatis assignatur quatuor causæ. Prima est, vt Christus præberet fiduciā impetradi quod breuibus verbis postuladū demonstrauit. Secūda causa est, vt prudētia, etiā ingeniosiorū, miraret de profunditate myſteriorū, & multiplicitate secretiarū, in tāta verbōrū paucitate cōprehensurū. Tertia est, vt eo ipso possit facilius memoriarē cōmendari quo breuior, & per hoc maiore facilitate didiceretur, & retineretur, & sine fastidio frequētaretur, & cū maiore attentione ac deuotione sæpius repeteretur. Quarta causa est: quia Christus hæc orationē breuiter cōtexuit cōtra hæreticorū errorem, putatiū Deū persuasibilibus verbis mulceri, & tāquā si absens sit, vocari, aut verborū ambagibus quod nesciat, edoeri.

TERTIO. Cōmendatur Dominica oratio in frequentate, seu vtilitate. quoniam vniuersa quæ licite à Domino desiderari possunt, & postulari, his 7. petitionibus cōtinētur: & extra has, nihil licite postulatur: quod manifestū apparet, si harū petitionū ordinē attēdamus: nā in ea priō spūalia, deinde tēporalia, postulantur. Et hoc est multū ratiōnabile: homo. n. ex duabus partibus cōstituitur, nēpe, anima & corpore, anima vero nobilior & præstātior est carne: petūtur autē spūalia propter animā, & tēporalia propter carnē. Et in hoc seruat doctrina Saluatoris dicētis. Primū quærite regnū Dei & iustitiā eius, & hæc omnia adiiciētur vobis. Et ideo prius in Domi-

nica oratione petimus secūdū animā, magnificentiā creatoris, cū dicitur, sanctificetur nomē tuū. Secūdo petim⁹ gloriā vitæ cœlestis, cū in secūda petitione subditur. Adueniat regnū tuū. Tertio petim⁹ cōformitatē propriæ volūtatē cū diuina, cū subinfertur, fiat volūtas tua. Et hæc tres petitiones, sunt simpliciter ad animā pertinētēs. Deinde subditur quatuor tēporales petitiones. Primo. n. petit homo necessaria vitæ, in hoc quod dicitur, Panē nostrū quotidianū, &c. Panis quidē necessarius est: quia lōga est via eundi ad domū cœlestē, iuxta illud. 3. Reg. 19. Surge, & comede lōga. n. tibi restat via. Secūdo petimus peccatorum indulgentiā, cū dicitur, dimitte nobis debita nostra, &c. Homo namq; ad præsentia Dei quæ offēdit, securē nō accedit: deo prius de peccatis veniā petit. Tertio in tētatione petimus cōstātia in hoc quod soquitur, & ne nos inducas in tētationē. Eūti quippe ad Deū multæ præparatū insidiæ, vt dicitur psal. 139. Iuxta iter scādalum posuerūt mihi: & laqueū parauerūt pedibus meis, psal. 59. Quarto petimus ab omni malo liberationē, ibi, sed libera nos à malo. Multa. n. mala in vita ista nos circūdant, iuxta illud. psal. 87. Repleta est malis anima mea, hoc est, vita mea: & psal. 117. Circūderūt me sicut apes, & exarserūt sicut ignis in spinis. Potest etiā harū petitionū alia assignari sufficiētia, & ea est, quia omne petibile, aut est pro bonis adipiscēdis, aut p malis amouēdis, aut ad cōfirmationē vtriusq;. Omne nēpe bonū partitur in bonū gloriæ, quod est supernaturale, & in bonū gratiæ, quod est spirituale supernaturale, & in bonū naturæ, seu fortunæ, quod est tēporale. Primū omniū petimus in Dominica oratione bonū gloriæ, ibi, Adueniat regnū tuū: secūdo bonū gratiæ, ibi, fiat volūtas tua: tertio bonū naturæ, ibi Panē nostrū, &c. Liquet. n. quōd in his tribus petatur omne bonū. Secūdo. Quod peti potest esse pro malis amouēdis, quæ, aut tenēt ratiōne præteriti, & tūc petitur ibi, Dimitte nobis debita nostra: aut futuri, & tūc petitur ibi, & ne nos inducas in tētationē, aut præsentis, & tūc petitur ibi, sed libera nos à malo. Septima autē petitiō pertinet ad cōfirmationem siue cōpletiōne aliarū petitionū: quarū tres (vt visū est) sunt de bonis adipiscēdis, & tres de malis amouēdis: & hoc petitur, cū dicitur, sanctificetur nomē tuū: tūc. n. nomē Dei sanctificatur in nobis, quādo & bonū necessarium obtinetur, & omne malū pœnitens amouetur. Patet igitur graphicē ex his, vniuersa à nobis licite postulada in his Dominicæ orationis petitionibus cōtineri. Sed nec silētiō est prætereūdū quōd etiā hæc septē petitiones, in sacris literis expressæ habētur, præsertim in veteri testamento. Prior nāq; sanctificetur nomē tuum,

tuū, habetur. 2. Esdr. ultimo. Clarificare in omnibus gētibus, sicut clarificatus es in nobis. Secūda. adueniat regnū tuū. scribitur psal. 79. Ostēde nobis faciē tuā, & salui erimus: tertia, fiat volūtas tua, psal. 118. Gressus meos dirige secūdū eloquiū tuū: quarta, panē nostrū quotidianum da nobis hodie, habetur Prover. 30. Victui meo tribue necessaria quinta, dimitte nobis debita nrā, &c. reperitur psal. 7. Si reddidi retribuēt: bus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanis sexta, & ne nos inducas in tētationē: habetur Ecclesi. 27. Aufer à me cōcupiscētias vētris, &c. septima, sed libera nos à malo: scribitur in psal. 58. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgētibus in me libera me. Et, quia petitiones hæc quæ in oratiōe Dominica cōtinētur, sunt per sacrā scripturā sparſæ, & alijs nominibus, q̄ in Dominica oratione, expressæ diximus iū pra merito, quōd, & si omnis homo teneatur prædicta petere, saltē mēte, iure naturali & diuino, nō tamē secūdū illū ordinē quo in Dominica oratione collocata sūt sed illo ordine solū tenētur Christiani prædicta petere de iure humano: vt supra probauimus. His igitur prælibatis, ad ipsā Dominicā veniamus orationē. Et prius est aduertēdū elegās huic orationis exordiū. Pater noster. Solēt quippe homines impetrare cupiētēs, à laudibus ipsius quæ rogaturi sunt, suā exordiū orationē, quatenus eū reddāt attētū & beneolū: nā si quispiā vellet hominē rogare, & ita incipiēdo diceret, da mihi quod peto, nōne interrogās viderē oratorē pariter & orator? Quā obrē sapiētēs oratores hæc obseruat disciplinā, incipiētēs à iudicis laudibus, vt eū fauorabilē sibi, præsentē, ac beneolū reddāt cognitorē. Hæc quoq; fuit sanctōrū patrū in veteri testamēto cōsuetudo. Nam & amicus Dei Moses hūc modū nō ignorauit: rogatus. n. Deū vt populū Israeliticū non dereretur, sed ducatū præstaret salutarē, Dei laudes petitioni suæ præmisit, dicēs, Dominator Domine Deus misericors & clemēs patiēs & multam miserationis, & verax: & cōtinuo petitionem subiecit, si inueni gratiā in cōspectu tuo domine, obsecro vt gradiaris nobiscū, Exo. 24. Hæc etiā petēdi industriā prudēs illa Iudith. obseruauit, dū pro cōtentione hostiū Deū flagitare voluit: à laudibus nō incipiens, ita ait. Iudith. 9. Deus cælōrū, creator aquarū, & dominus totius creaturæ, exaudi me miserā deprecātē, & de tua misericordia præsumētē. Sic Esther orauit, Domine Deus rex omipotēs, in ditione tua cūda sunt posita, & nō est qui possit resistere potētiae tuæ. &c. Etiā similē oratiōnem plurimi prophetarū & patrū obseruauerūt. Ita & seruator noster Christus pro sua infinita sapiētia nos facere docuit, dū orationē instituit ipse, præmisit exordiū laudis, dicēs, Matth. 6. Sic autē orabitis, Pater nr̄ qui es

in cœlis, &c. Captamus autē hoc exordio beneuolentiā Dei, nō vt ipsum sectāmus, cū eius volūtas sit imutabilis, vt supra diximus: nec vt eius beneuolentiā præueniamus, quia ipse prior dilexit nos: sed, vt in nobis ipsi de eius benignitate & clemētia, certā fiduciā excitemus: cū præcipue sit ex quatuor quæ in hoc exordio notātur primo dicit, Pater, dilectionis magnitudinē ostēdēs: secūdo, noſter, à liberali bonitatis suæ diffusionē tertio, qui es, quod immutabilē perpetuitatem significat: quarto, in cœlis, à sublimitate potētiae. Et per hæc quatuor simul sūpta differt hoc exordiū ab exordijs veteris testamēti. Illi. n. tēporis homines Deo seruerūt, cōmuniter, magis timore quā amore (quod proprie seruorū est) vnde & lex illa, lex timoris ab Apostolo dicta est. Quā de re patres in suis deprecationibus à Dei dominatione & maiestate incipiēbāt: vt cōstat in exēplis iam positis. In nouo autē testamēto est habitudo fidelium ad Deū, vt filiorū ad patrē. Per Christi incarnationē, tātū Deus humano generi cōdescēdere dignatus est, vt eos per adoptionis gratiā filios suos cōstitueret: vnde & Christus apostolis ait, iam nō dicā vos seruos, sed amicos, & domesticos Dei: hinc Apostolus legē nouā legē libertatis & amoris appellauit. Quā obrē in hoc Dominicæ oratiōis exordio, merito dicimus, Pater noster qui es in cœlis. Pro quo sciēdū est hoc nomē, Pater, in scripturis sanctis dupliciter sumi, personaliter. f. & essētia iter: personaliter nāq; accipitur, cū attribuitur Deo respectu personæ diuinæ, & ita est prima persona in deitate, quæ nō sumit suum esse ab alia persona, sed à se immutabiliter & æternaliter subsistit: vnde dicitur in synbolo Athanasij, Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus: & ita accipit à Christo cū dicit, Ego & Pater, vnū sumus, Ioa. 20. Quotiescūq; etiā in Euāgelio nominat personā Patr̄s, seu de patre loquitur, semper accipitur, Pater, p prima persona in Trinitate, vt ipse Ioa. 12. testatur dicēs, Exiui à Patre & veni in mūdū, iterū relinquo mūdū & vado ad Patrē & Ioa. 17. Pater, venit hora, clarifica filium tuū. Et ita dicēdū est quōd hoc nomē, Pater, personaliter sumitur quoties in scriptura discernitur à persona filij aut Spiritus sancti: essētia tero accipitur, pater, quoties attribuitur Deo respectu creaturæ, quæ ab ipso depēdet in esse & cōseruari: & sic conuenit omnibus tribus personis simul, & singulis singulariter, quatenus quilibet persona atq; idē Deus est tota. n. Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vnus Pater est, sicut vnus Deus, vnus Dominus, vnus omniū creator: & singula persona Pater est sicut singula Deus est creator & Dominus: nō tres patres, sed vnus creator patr̄s. Hinc. n. Apostolus. Vnus Deus, & Pater omniū, ad Ephe. 4. Et Mo-

ad Cor. 12. inquit, An nō cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? Nisi forte reprobi sitis. Tota. n. Trinitas diuinarū personarū in sanctis & electis habitat. Nā de Patre dicitur Ioa. 14. Si quis diligit me, sermo nē meū seruabit: & pater meus diliget eū, & ad eū veniemus, & mansione apud eū faciemus: de filio vero dicitur Prover. 8. Delictū meū, esse eū filijs hominū: & de Spiritu sancto dicitur Christus seruator noster Ioa. 14. Rogabo Patrem meū, & aliū Paracletū dabit vobis: vt maneat vobiscū in æternū. Dicūtur autē viri sancti cœli methaphorice ob quasdam conditiones & proprietates ipsorū. Principio, quia cœli sunt corpora lucida sole & stellarū multitudine ornata, ab ōnis immūditie cōtagione remota: ita viri sancti & iusti sunt intellectu luminosi & clari, a vitiorū maculis & sciditate purgati: charitate quoq; ac diuersarū virtutū floribus, tāquā sole ardētissimo, & stellis fulgidissimis ornati. Secūdo, viri iusti cœli dicuntur propter cœlestis cōuersationis celsitudinē. Vndē Aposto. ad Phil. 3. Nostre cōuersatio est circa terrena, de quibus psal. 16. Oculos suos statuerūt declinare in terrā. Tertio, viri sancti appellātūr cœli, quia sicut in cœlo apparēt singularia opera Dei quibus regit inferiorē mūdū: ita in sanctis relucēt singularia opera Trinitatis, in quibus appropriata personarū apparēt. scilicet potētia, sapiētia, bonitas, &c. Per cœlos et possum bona eterna iustis pmissa nō in congrue intelligere, iuxta illud Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis: & sic Deus est in cœlis, in bonis æternis tanquā pater familias qui filijs præparat bona, in quibus dicitur habitare opere præparādo cū intentione exhibendi. Dicamus igitur, pater, vt simus imitatores Dei sicut filij charissimi: deīde, noster, vt ad fraternæ charitatis amorē dilatemur: postea, qui es in cœlis, vt mēte in summis radicata, quæ sunt vtilia quæramus. Præterea in cœlis spiritualibus: vt ad spiritualitē in qua habitat Deus, festinare discamus, & cœlestia ab eo petamus. Cōsidera igitur anima peregrina vbi est pater tuus: qui cum in cœlis sit, ne quæras habere in terris hereditatē: idēō, quasi peregrina, terrena bona non quæras, sufficiat tibi habere necessaria: & quē admodū pegrini sepe cogitāt de reditu in patriā: ita et tu ad patriā hereditādā pperes, &c.

SECVTVR prima petitiō, de qua sit caput. 4. Sanctificetur nomen tuū. Principale nomē Dei magnū & ineffabile est hoc hebraicū nomē, Tetragramaton, id est, nomē quatuor literarū: quæ quidē literæ significāt quatuor incompræhensibilia Dei. scilicet ōnipotētia, sapiētia, misericordiam, & iustitiam. Quōd, si hæ quatuor literæ recte cōbinentur cum suis punctis appositis, reddūt & sonant hoc nomē Iohesua, quod græce declinat *Iesus* & latine, Iesus. i. saluator. Quod nomē

ex illis quatuor literis cōbinatum significat verbū incarnatū: quod est nomen Dei reale. Sanctificetur igitur nomen Dei ineffabile: Quod dupliciter potest exponi. Vno modo vt sanctificatio referatur ad Deū, seu ad diuini nominis sanctificationem eo modo quo sanctificari potest in se. Secundo modo vt referatur ad nostrā sanctificationem, qua nomen Dei intelligitur sanctificari in nobis. Quantum vero ad primum modum, dico, quōd aliquid contingit dupliciter sanctificari: vno modo per adeptiōne sanctitatis: quia scilicet ipsum sanctitatem recipit: alio modo per sanctitatis ostensionē, siue declarationē: quia scilicet ipsum sanctū esse prædicatur, & declaratur: siue, quia sanctitas eius creditur, laudatur, & amatur. Primo modo sanctificantur creature rationales in via & in patria: in via per susceptionē gratiæ, siue in sacramentorū susceptionē, baptisimi, aut pœnitentiæ, quia peccatū originale vel actuale dimittitur, vel etiā sine sacramento per contritionem, aut ex priuilegio: sicut quidā in vtero legūt sanctificati: vt Hieremias, Ioānes Baptista, virgo gloriosa. Vndē sanctificari in via, nihil aliud est, quā gratificari per gratiæ susceptionē, vel eius augmentatiōne: est. n. gratia, sanctitatis via: idēō habētes huiusmodi gratiā, merito sancti dicuntur. Deo dicati, & ab alijs separati. In patria vero sanctificatur rationalis creatura per susceptionē gloriæ in clara Dei visione, & uiuione, & firmatēone, quæ est securitas de gloria nō amittēda. habētes nāq; huiusmodi gloriā vere dicūtur sancti & beati. Sed isto modo Deus sanctificari nō potest: quia nec gratiā, nec gloriā recipere potest, nec quodcūq; accidēs, sed ille solus alijs dat gratiā & gloriā. Alio modo cōtingit aliquid sanctificari per sanctitatis ostensionē, seu declarationē: quia ipsum sanctū esse prædicatur, & declaratur: siue, quia sanctitas eius creditur, laudatur, diligitur, reueretur & honoratur: & hoc modo Deus sanctificari potest a creatura quia eius sanctitas credi potest, laudari, extolli, & prædicari, &c. & hoc petimus quōdo dicimus, sanctificetur nomē tuū, secundū istā primā expositionē, sanctificetur nomē tuū. i. nota sit sanctitas tua toti mūdo: vt totus mūdus noscat, vt decet, tuā sanctitatē. Potest etiā nomē Dei a nobis in se tripliciter sanctificari, nēpe, corde, ore & opere: & corde etiā tripliciter, fide, spe, & charitate, ponēdo in Deū, seu in nominis eius virtutē, omnē nostrā fidē, spē, & charitatem: ore etiā, cum ipsum prædicamus potentissimum, iustissimum, sapientissimum, & misericordiosissimū, vnaq; cū ppheta clamamus, laudate pueri Dominū, laudate nomē Domini, sit nomē Domini benedictū ex hoc nūc & vsq; in seculū: a solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen Domini. Et hoc est cōtra crudelissimos blasphematores qui

noa

non sanctificant nomen Domini, sed potius illud blasphemant. Opere insuper potest nomen Domini in se a nobis sanctificari, cū in nomine eius omne genu flectatur, cœlestiū, terrestriū & inferorū: & cum in nomine eius multa miranda opera operamur, de quibus in Euangelio Dominus ait, In nomine meo dæmonia eiiciēt, Marc. vlti., & sequitur, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &c. Petimus etiam secūdo, sanctificetur nomen tuū, non in se, sed in nobis: & hoc tripliciter secundū triplicē statū sanctificandorū. scilicet incipientiū, proficientiū, & perfectorum. Sanctificatur in incipientibus per sanctitatis aduentum, dicente Apostolo. i. ad Thessa. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra Sanctificatur in proficientibus per sanctitatis augmentum: de quibus ait Ioa. Apoca. 22. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Sanctificatur tertio in perfectis per sanctitatis cōplementum: vt inquit Dominus per Ezech. 37. Percutiam cum eis scidus pacis, & pactū sempiternum erit illis, & dabo sanctificationem meam in medio eorū in perpetuū, &c. Sed forte petes quōd est illud nomen Dei quod sanctificari debet. Ad quod dico, quod nullum Dei nomen prout est nomen mentale, aut scriptum proprie sanctificari debet, nisi in quantum Deum, seu diuinā essentiā significat, vel representat, quod est improprie loqui: solum aut significatū cuiuslibet nominis Dei est illud quod sanctificari debet illis modis supradictis, non autem ipsa qualitas, quæ est ipsum materiale nomen secundum se, sed quatenus significat, vt dictū est. Ideo absurdum est quærere, quod sit illud nomen quod sanctificari debeat. Et, licet plura sint Dei nomina, attamē apud Hebræos decem principalia & ineffabilia nomina Dei reperiuntur, nēpe, Hel, Hely, Heloe, Helyō, Sabbaoth, Hya, Adonay, Hye, Tetragramatō, Saday. In quibus magna ac magnorū inuestigatio existit per sanctificatiōne diuini nominis, quā petimus in nobis fieri, nō solū in tēpore, sed æterne. Quorū nominiū interpretatiōne curiosioribus, ac deuotis animis remitto.

Cap. 5.

AD SECUNDA petitione cap. 5. Adueniat regnū tuū. Pro quo aduertēdū est regnū Dei septplex i Scripturis factis reperiri. Primum est regnū Dei vniuersale & æternū: quo suæ potētiae oīa in cœlo & in terra & in oībus abyissis subiecta sunt: de quo psal. 144. Regnū tuū, regnū ōniū sæculorū, & dominatio tua in ōni generatione & generationē. Et iterū psal. Regnū ipsius ōniū dñabitur. Præterea, Apostolus. i. ad Timo. 6. Solus potēs Rex Regū, & Dñs dominātium. Rursus in Apoca. 19. In fœmore eius scriptū est. Rex Regū, & dñs. dominātium. Secundū est regnū Scripturæ, de quo Christus Matth. 21. Auferetur a vobis regnū Dei: & dabitur gēti facietū fructus eius. Auferetur nēpe a vobis

carnalibus & induratis Iudæis regnū Dei. i. intelligētia spūalis Scripturæ sacræ pro eoq; Christū reprobastis: qui verū Scripturæ itellectū docuit. Vnde & excæcati sunt vsq; in præsentē diē, innitentes literæ quæ occidit, spiritui vero. i. intellectui Scripturæ, qui viuificat, abiectēs. Tertiu est regnū militatis Ecclesiæ: de quo Matth. 5. Qui soluerit vnū de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorū. i. in Ecclesia militate. De eodē est mltæ habetur parabolæ in Euangelio, sicut Matth. 13. Simile est regnū cœlorū sāgenæ missæ in mare, & ex ōni genere pisciū cōgregatæ: & rursum, Omnis scriba doctus in regno cœlorū similis est hoi patrifamilias, qui pfert de thesauro suo noua & vetera. Deinde simile est regnū cœlorū thesauro abscondito in agro, &c., & hoi negotiatori quæretī bonas margaritas, Et rursum Matth. 25. Simile est regnū cœlorū decem virginibus, &c. Quartū est regnū gratiæ, de quo Christus loquēs turbis Luc. 17. Regnū dei intra vos est. i. gratia, quæ veri regni origo est, & principium. Vnde Apostolus, gratia dei vita æterna. Quintū est regnū gloriæ, de quo Luc. 14. Beatus qui maducabit panē in regno dei. i. in beatitudine. Et Christus Matth. 25. alloquēs electos, dicit, venite benedicti Patris mei, possidete vobis paratū regnū ab origine mūdi, hoc est, beatitudinē essentialē. Sextū regnū est locus beatitudinis, de quo et Dominus Matth. 5. & 13, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnū cœlorū, & rursum, Fulgebunt iusti in regno Patris mei. i. in cœlo. Septimū regnū est persona Christi: sicut ipse de se testatur dicens Luc. 11. Si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnū Dei. i. Christus. Et rursum, Regnū Dei intra vos est. Quod, non tantū pro diuina gratia, sed etiam pro Christo exponi potest. Pro ōnibus autē his regnis petitiōne hanc exponere & intelligere possumus: & præcipue de regno gloriæ, quod est beatitudo, & singulare regnū Dei. Primum igitur adueniat regnū tuū. i. regnū Dei vniuersale, quod semper fuit, & erit, ōnibus innotescat & euidēt manifestetur: quia tu es rex regū, & dominus dominantū: & hoc erit in finali iudicio, quādo Christus dominus cum magna potestate apparebit: tunc. n. per euidentē experiētia manifestabitur vniuersale dominū super ōnia: tunc quippe ad suū imperiū cœlū & terra mouebūt, mortuiq; resurgēt, ac oēs cognoscēt vniuersale Dei regnū & ōnipotētia in punitione malorū & retributione bonorū: tūc perfecte, & manifeste ōnibus ostēdetur quod Deus regnat, regnauit, & in æternū regnabit: hoc est nāq; petere quod adueniat regnū Dei vniuersale. i. quod ab ōnibus manifeste cognoscatur. Adueniat regnū tuū. i. in intellectu ōniū. i. omnes cognoscant te regē verū vniuersorū. Secundo,

cundo,

Cap. 4.

euo, petimus regnū scripturæ aduenire nobis, dicendo, Adueniat regnū tuū scripturæ tuæ. i. vera intelligētia diuinarū eloquiorū, ne, vt Iudæi & ceteri infideles ignorantia te nebris obruamur: & veluti cæci, in foueam cæcorū præcipitemur, vtq; non audiamus illud Christi impropertū Matth. 22. Erratis ne scientes scripturas. Tertio pro regno Ecclesiæ oramus, Adueniat regnū tuū. i. regnū Ecclesiæ veniat, per sui. s. dilectionē & exaltationē. vt, & personarū numero, & merito augeatur: vt infideles Ecclesiæ mēbra efficiantur conuersi in fide & charitate proficiant: vt regnū Synagoga & Antichristi, nec nō & diaboli infirmitur & dissipetur. Vel regnū tuū quod est Ecclesia militans adueniat. i. veniat ad regnū triūphans: vt eis fiat vnum ouile & vnus pastor ouiuū. Quarto, regnū gratiæ postulamus, Adueniat regnū tuū. i. gratia tua ad nos: vt illa in nobis regnet, & destruat corpus peccati & malitiæ, vt per ipsam pareamus præceptis tuis & consilijs: vt ita, nō solum rex noſter potētia, sed in nobis regnes per gratiā gratū facientē: quippe aliud est esse regē, aliud autē regnare: De. n. naturaliter rex est omniū, nec tamen in omibus regnat: quia necōnes eius faciūt voluntatē, nepe, in impijs, non Deus, sed diabolus regnat, cuius faciunt voluntatem. Quare duo sunt regna in mundo commixta, Dei. s. & diaboli. Petimus igitur tolli de mundo regnum. s. diaboli, cū dicimus, adueniat regnū tuum, id est fac, vt iniqui, qui sunt de regno diaboli, iustificentur, & fiant membra ac ciues regni tui. Quinto pro regno gloriæ principaliter fundimus preces, adueniat regnū tuum. i. intra nos veniat æterna beatitudo, quæ est clara Dei visio post huius vitæ fidē, perfectā eius fruitio post imperfectā charitatē, firma tētio post spei noſtræ peregrinationis anchoram. Petimus igitur, vt post transitū huius vitæ intra nos veniat beatitudo hæc, quæ consistit in actibus interioribus potētiarū animæ nobilissimis respectu tummi obiecti, quos comitatur gaudiū & interminabilis exultatio, ex qua redundat corporis gloria per resurrectionem animæ reuniti, per quæ satiatur omnis humanus appetitus. Veniat igitur ad nos tuæ regnū gloriæ: vt nos hinc assumat, quo à præſenti & futura miseria liberemur: nō possumus nanq; venire ad hoc regnū tuum, nisi ipsum prius ad nos veniat. Petimus igitur vt nobis adueniat ex Dei misericordia: quia ad ipsum venire non possumus ex nostra natura, quoniam (vt inquit. Apostolus ad Tit. 3) nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suā misericordiā fauos nos fecit. Et Psalmographus ait, Gratiā & gloriam dabit Dominus, Adueniat tandē regnū tuæ gloriæ: ad quod recipiendū inuitantur bonite dicente, venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis præparatum est ab

origine mundi, Matth. 25. Sexto. Pro loco beatitudinis tuæ depræcamur clemētiām, Adueniat regnū tuū. i. ad nos veniat locus beatitudinis: non per trāſlationem localem, sed vt fiat noſtra habitatio regnum tuum, ille locus sanctorum, illa domus Patris in qua cōstituta sunt multæ māſiones lucidissimæ in quibus requiescunt sanctorum animæ in pulchritudine pacis & requie opulēta: in cuius atrijs melior est dies vna, quam alibi decem milia. Hoc siquidem regnum Propheta sibi aduenire petijt, Psal. 26. Cum orauit, vnā petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Hæc domus terra viuētiū, plena diuitijs Domini: ciuitas quæ nō eget sole nec luna, quia claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus: cuius portæ non clauduntur nocte: quia nox vltra non erit, & omne maledictum non erit amplius, sed sedes Dei & agni in illa erunt, & serui eius seruiēt ei, & videbunt faciem eius & nomina eius in frontibus eorum: vbi illuminabūtur à Deo, & regnabunt in sæcula sæculorum. Septimo regnum, quod Christus est, exoptamus. Adueniat regnum tuum. i. Christus, qui est rex regum magnus super omnem terram: & regnet in nobis per gratiam & gloriam. Cuius triplex est regnum. s. regnum potētiae, regnū sapientiæ, regnū bonitatis, & lætitiæ. Veniat igitur regnum potētiae ad nos debiles & infirmos roborandos: veniat regnum sapientiæ ad nos insensatos & insipientes illuminandos: veniat tandem regnum bonitatis & lætitiæ ad nos fiebiles & affictos consolandos. Ex quibus omibus quæ diximus in hac secūda petitione, nota quod qui sciunt, quando dicunt, adueniat regnum tuum, omnia prædicta regna deberent ob oculos mentis opponere: & ea omnia petere: vt dictū est. Qui autē non sciunt hæc sic distinguere, deberēt quando dicunt: adueniat regnum tuum, intelligere ea omnia quæ Christus intellexit quando Matth. 6. dixit, sic autē vos orabit. Et hæc de secunda petitione.

DE TERTIA petitione. Cap. 6.

Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Licet tantū vna sit Dei voluntas quatenus Deus est, quæ verè & propriè est, ipsa diuina essentia: nihilominus sacra scriptura de voluntate Dei varijs modis loqui consuevit. Vnde doctores sacri solent voluntatem Dei arbitrari distinguere in voluntatē beneplaciti & in voluntatē signi. Voluntas beneplaciti duplex est, nepe voluntas antecedens & cōsequēs: voluntas vero signi quintuplex est, nepe prohibitio, præceptū, cōſilium, opatio, & permissio. & hæc distinctiones tātū sūt: nominū quæ significāt diuinā voluntatē, quæ Deus est: ita quod hoc verbū, vult, vel velle, quoties in scriptura sacra reperitur, diuersi modè accipitur: vt cum dicitur Deus hoc velle, quandoq;

doq; valet tantum, id est, Deus hoc præcipit, vel consultit, vel operatur, vel permittit: quādoq; dicitur Deus hoc velle quod sua voluntate efficit, quod, vt fit, vel fiat, placet. His notatis, dicamus ea quæ sunt ad hæc petitionē magis necessaria. Est igitur sciendū quod iustitia & rectitudo rationalis creaturæ, consistit in cōformitate ipsius ad Dei voluntatē: obliquitas vero & iniustitia creaturæ rationalis ex difformitate voluntatis eius ad voluntatē diuinā cōſurgit: quare iustitia nra in hoc principio paliter cōsistit, vt voluntas infirma de se nō recta, cōformetur diuinæ voluntati tāquā suæ regulæ, cui cōuenit essentialiter esse recta: & quia huic voluntati Angeli quidā se difformarūt, deieci sunt à loco voluptatis, lucis, lætitiæ, & amēnitatū: ad loca pœnarū, miseriæ, & tenebrarū. Ideo, ne nobis hoc adueniat, oramus, fiat voluntas tua. i. voluntas tua impleatur in nobis. Quia verò ceteri Angeli diuinā voluntatē eiūsq; beneplacitū intuēt, se illi libere cōformarūt: ne ab illa flēti possent, sed in ipso perpetuo solidarētur, confirmati sunt & stabiliti in beatorū patria. Ideo, quia & nos in illā venire cupimus, post petitū regnorū, quod est beatorū patria, orates subiūgemus, fiat voluntas tua. Hūc orandi modū nō solum verbo Magister noster docuit, sed & facto exemplificauit, cū dixit, Pater, si fieri potest, trāſeat à me calix iste: & exemplū discipulis suis tribuēs, vt nō voluntatē suā, sed Dei, faciāt, subdit dicens. Verūtamē nō sicut ego volo, sed sicut tu: & alio loco dicit, Nō deſcēdi de cælo, vt facerē voluntatē meā, sed eius qui misit me. Si ergo Filius voluit Deo Patri obtemperare: quāto magis seruus Dei voluntatē facere tenetur? Nihil certe vtilius & fructuosius fieri potest, quā tota mēte, animo, & corde ad Patrē orare qui in cœlesti residet gloria, fiat voluntas tua: vt quicquid tu nos vis facere, faciamus: quod tu phibes caueamus: quod tu cōſulis impleamus: quod tu vis, velimus, tuq; voluntati iustissimè sepe & in omibus nos cōformemus: Sed, quoniā Deus vult principali ter nos dominū Deū noſtrū adorare & illi soli seruire, ac ipsū super omnia diligere, nec nō & sabbata sanctificare, ac parētes honorare: ideò dicimus, fiat voluntas tua. i. hæc tua voluntas præceptiua impleatur in nobis. Vult insuper Deus nos nolle blasphemare, nō occidere, nō mæchari, nō furtū facere, nō cōcupiscere rē vel vxorē proximī, nō peierare: quā obrè oramus, fiat voluntas tua, hæc. s. quæ phibet ista facere, obseruetur à nobis. Quātā autē sit necessitatis, Dei obedire voluntati, aut momēti, Diuinæ iulſioni parere: sacrarū scripturarū quā plurima indicāt testimonia. Abraham sepe in omibus fuit Deo obediēs, qui ex Dñi præcepto egressus est de terra sua & de cognatiōe sua, ad peregrinādū in terrā alienā proficiētes: qui, etiā propriū filiū inter

ficere voluit. De Iosue quoq; scribitur, Non præterit Iosue de vniuersis mādatis Dñi nec vnum quidē verbū. Iudc. 1. Proinde (vt habetur Dani. 13.) Susāna maluit in hominū manus incidere, quā præterire Dei mādātū. Plures etiā facti (vt in. 2. Mach. 6. narratur) potius ab Antiocho Rege trucidari maluerūt, quā Dei sui legē trāſgredi. De parentibus etiā Ioānis Baptistæ Luc. 1. scribit, quod erat incēdētes in omibus mādatis & iustificationibus Dñi sine querela. Præterea Act. 9. Saulus prostratus statim exclamauit, Domine, quid me vis facere? Christus insuper legi parēs (Luc. 2.) circūcidi volēs, venitq; nō soluere Dei legē, sed magis adimplere: fuitq; Patri obediēs vsq; ad mortē, etiā crucis: vt ad Phil. 2. Paulus testatur. Dicamus igitur orādo, fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. i. vt sint homines similes factis tuis, qui metaphorice cœli dicūtur, tuāq; semper faciūt voluntatē: ita etiā hi qui sūt in terris, non suæ, sed Dei obediāt voluntati: & quæ ad modū cœli eius voluntatē suā diuinæ voluntati conformāt: ita & homines faciāt in hac habitatione terrestri. De illis autē qui diuinæ legi nō paruērūt, qualiter fuerint puniti, in sacris scripturis nō desūt exēpla. Adamus & Eua, quia nō obediērūt voci diuinæ, expulsi sunt de paradiso terrestri, Gene. 3. Filij Israel quoties contra mādātū Domini agūt & peccāt, corripūtur: vt falsim legitur in Moyses, & Prophetis. Achā sumēs de anathemate cōtra præceptū Domini, lapidatur, Iosue. 7. Deinde, vir Dei quidā comedēs cōtra Dei præceptū panē in loco vetito, à leone deuoratur. 3. Reg. 13. Rursus, Saul trāſgrediēs præceptū Domini, de regno expellitur. 3. Reg. 15. Præterea, vir quidā de filijs prophetarum, quia non voluit parere iuxta vocē Domini, à leone percussus, etiam interiit. 3. Reg. 20. Præterea, Ionas à pisce deuoratur, quia cōtra Domini præceptū fugerat à facie eius, Ion. 3. Ne igitur inter istos enumeremur, dicamus cū obediētibus, fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Si p cœlos hæc corpora cœlestia, pariter & elementa cū habitatoribus, & per terrā homines in terra cōstitutos, intelligamus: tūc scūsus est. Si cut illa quæ in cælo materiali sūt, tuæ parēt voluntati: ita & homines hoc idē ostēdāt. Illa nāq; quæ ibi in cœlestibus sphericis sūt, pariter & in elementis, Dei ordinationē nequaquam trāſgrediūtur. Angeli. n. qui ate Dominū assistūt, & illi qui cōtinēter orbes mouēt, semper Dei parēt voluntati, iuxta illud Dani. 7. Milia miliū ministrabāt ei, & decies cētēna milia assistebāt ei. Sol ē iuxta dei cōstitutū cōtinēter mouetur ab Oriente in Occidentem, & ad Dei nutū contra cursum naturalem diuino obtemperat beneplacito, stādo tēpore Iosue, Iosue. 10. & retrocedendo tēpore Ezechiz, vt habetur Esa. 38. Cæteræ quoq; stellæ & sphericæ ac pla-

substantiam: non autem panis ille: sed nos conuertimur in illum per amorem & gratiam. Vel supersubstantialis: quia accidentia in nihilum cederent, nisi sustentarentur a substantia illa diuina. De hoc autem sancto pane multa diximus in prima. 4. in proprio tractatu de sacramento Eucharistię.

TERTIVS panis, quem postulamus, est diuina scriptura, doctrina Euangelica, seu verbum Dei, de quo Matth. 4. dicit Christus, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. i. scriptura sacra. Pręterea, Ecclesi. 15. dicitur. Cibavit illum Dominus pane vitę & intellectus. i. doctrina Euangelica. Quid. n. aliud sunt libri Moysi, quid prophetę, quid psalmi, & alij libri Canonici, nisi pabulum animę? De quibus Propheta in psal. 118. ait, quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mei ori meo.

QUARTVS panis, quem optamus, est iustitia pęnitentię. De quo Luc. 11. dicitur, accomoda mihi tres panes. Tropologice per hos tres panes intelligi possunt tres partes pęnitentię. nempe, contritio, confessio, satisfactio. Proinde Propheta in psalmo ait, Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Et rursus psal. 101. Sicut cinerem, panem manducabam. & poculum meum cum fletu miscēbam. Sed de hoc pane pęnitentię satis diximus iam in prima. 4. & adhuc piura dicemus in propria materia de pęnitentia.

QUINTVS panis, quem orantes petimus, est æterna beatitudo, & fęlicitas in męsa. De quo Luc. 14. dicitur, Beatus qui manducat panem in regno Dei. Et Apoca. 19. Venite inquit Christus Matth. 11. Omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos, pane nempe cęlesti. Et prouer 9. Venite, comedite panem meum & bibite vinum quod miscui vobis in æterna. s. fęlicitate. Quod agnoscens Propheta, clamauit psal. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuę. Sed de hoc æterno & perpetuo pane ad fruitionem Dei necessario, alibi agendum est.

DE QUINTA petitione cap. 8.

Cap. 8.

ET dimitte nobis debita nostra. Oramus in hac petitione nobis dimitti debita nra. Si quidhęc debita, nę sensus sūt aut pecunia: sed peccata nostra quę in te eū comisimus. Vnde Luc. 11. expressius dicitur, dimitte nobis peccata nostra. Debita peccata, dici, manifestũ est, iuxta illud quod ait Dominus Matth. 5. Amę dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimũ quadratę. i. minima peccata: quia nihil remanet impunitũ. Pręterea, dicit Christus Redęptor noster Luc. 13. Nisi pęnitentię habueritis, õnes simul peribitis: sicut

illi decę & octo super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Putatis quia ipsi debitores fuerunt pręter õnes homines habitantes in Hierusalę. Ecce qualiter peccatores dicuntur debitores. Hęc autę peccata quotidie nobis dimitti instruimur: vt nos nō quasi mũdos coram diuina maiestate existimemus, & de mũditia gloriātes, plus peccemus. Aut. n. Ioa. in. 1. Cano. ca. 1. Si dixerimus quoniã peccatũ nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si autę cõfiteamur peccata nostra fidelis est & iustus Dominus, vt remittat nobis peccata nostra & emũdet nos ab omni iniquitate. Petimus igitur prius, dimitte nobis debita nostra. i. peccata hęc venalia, & quotidiana. ad quę delęda singulariter oratio illa efficaciam habet. delet. n. oratio hęc Dominica minima & quotidiana peccata. Sed rursus oramus dimitti nobis debita nostra. i. omnia peccata nostra mortalia: quoniã seruo petēti Dominũ, vt debitũ sibi remitteretur, Luc. 18. miserus est Dominus, & õne debitũ sibi cõdonauit. Et publicanus ille percipiēs pectus suũ orās, peccatorũ suorũ remissionē obtinuit, & iustificatus abscessit. Et quę etiã peccata impedimētũ pręstāt ad introitũ regni Dei, quod super nos petimus aduenire, ideo petimus õnia peccata nobis dimitti, ne a regno beatitudinis excludamur, dicētes ex Saluatoris doctrina, O pater cęlestis, dimitte nobis debita nostra, tu qui habes potestati dimittēdi peccata: quia nisi tu dimiseris, nemo ea delere poterit. dicēte Propheta. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis iustinebit. Et Iudęi agnoscētes quod Christus paralytico dixisset, dimittuntur tibi peccata tua dixerunt, quis est qui peccata dimittit? scientes hoc opus esse solius Dei. Dimitte igitur, hoc est, parce ad nostrã petitionē & gemitũ: quoniã petentibus veniã peccatorũ suorũ cõcedere permisisti, iuxta illud Ezech. 18. Si impius egerit pęnitentiã de peccatis suis, &c. & infra. 33. Impietas impij nō nocebit ei in quacũq; die cõuersus fuerit. Et latroni perēti veniã, dixisti, hodie mecũ eris in paradyso. Ex quo apparet quod Deus, vt peccata dimittat, sęper debet rogari a nobis, iuxta parabolã de debete decę milia talęta, qui, vt a debitis liberaretur, proci-dit rogis Dominũ, dicēs quę, patiētiã habe in me, & õnia reddã tibi. Cui Dominus Omne debitũ dimisi tibi, quoniam rogasti me, &c. Sed nō iniuria forte quęres, quomodo peccata nostra dicuntur debita nostra? Cũ nullo iure nobis debeantur: Immo oppositę virtutes, & iustitia, sunt nobis debita, & peccata nobis penitus indebita: & recte, si quidē reprehēditur õnis qui pētiũ habet, imo habere iuste phibetur. Ad quod dico, quod pētiũ nostra duplici ex causa dicuntur debita nostra.

Prior

Prior est: quia peccando debitum soluere recusamus, quo Deo tenemur scilicet obediētã, amorę, timorę, pręceptorum obseruantiam prestare. &c. Peccamus enim omitendo, & committendo. s. malum, & omitendo bonũ: nempe, si fornicamur, si occidimus, committimus mala & agimus contra diuina pręcepta, & per hoc subtrahimus ei debitam obediētiam, seruitutem, ac timorem. Insuper, si Deum super omnia non diligimus, si parętes non honoramus, si bona debita omitimus, iterum Deo debitum subtrahimus, nempe, dilectionem & seruitutem: & per consequutionem de iure debitores Deo efficiamur. Et quia ex nobis satisfacere non possumus, ideo oramus, Dimitte nobis debita nostra. Secunda causa quare peccata dicantur debita nostra, est, quia nos faciunt debitores pęnitentię: ad quam sustinēdam propter peccata, iuste obligamur: quapropter clamamus, & has pęnas dimitti petimus, dum orātes dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Quasi diceremus, tu Pater noster, qui solus habes claues vitę & mortis: deducis ad inferos & reducis: dimitte. i. relaxa æternas pęnas quas meruimus: vel dimitte. i. cõmuta pęnas illas æternas in temporales tua pietate, hic in hac vita mortali soluēdas: quia nihil terribilius nostris auribus iacitur quam quod delinquentes æternis pęnis cruciantur sine spe venię in loco caliginis & in mansione tenebrarum: vbi nec torquentes fatigantur, nec qui torquentur moriuntur. Commuta igitur, & potius dolo & remitte: quoniam beati quorum remissa sunt iniquitates & tecta sunt peccata, &c. Dicuntur etiam peccata debita nostra, non sicut temporalia a nobis iuste possessa: sed sunt nostra, quia nullam aliam causam habent quam voluntatem nostram. Quod etiã Dominus ostēdit per Oseam prophetam ca. 13. dicens. Perditio tua ex te Israhel: tantummodo ex me auxiliū tuum. Quia igitur voluntate nostra libere peccamus, per quam & domini sumus nostrarum operationum, idcirco vere peccata nostra nobis & nullis alijs imputantur: ob quam causam oramus, Dimitte nobis debita nostra.

DE sexta petitione cap. 9.

SICVT & nos dimittimus debitoribus nostris. Debitoribus nostris sunt inimici nostri, qui nos odio habent, diffamant, rapiunt nostra, & offendunt verbis & factis. Debita vero quę nostris debitoribus dimittere debemus, non sunt pecunię, nea ea quę pecunia commensurantur: sed sunt iniurię, offensę & peccata. Debemus igitur, si volumus vt peccata nostra dimittantur, dimittere debitoribus nostris. i. inimicis nostris, iniurias, offensiones & peccata. Inimici nempe, debitores nostri dicuntur: qui cum deberent nos diligere corde, ore, &

opere, his tribus nos offendunt: ideo de iure remanent debitores. Non vult autem Deus dimittere debita nostra, nisi prius nos dimittamus debita debitoribus nostris. i. peccata: quod si fecerimus, absque vlla ambiguitate remittentur peccata nostra, nisi nos aliunde obicem ponamus, vt infra infallibilis veritas attestatur, dicēs, Si enim dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis Pater vester cęlestis debita vestra. Sed quęres, & merito, cũ peccatũ remittere, sit opus ipsius Dei solius: quomodo hęc exigimur peccata in nos delinquentibus indulgere? Dico, quod peccata remitti, potest tripliciter intelligi. Vno modo principaliter & pęria autoritate. Et hoc modo solus Deus remittit peccata: quia ip-sius solus est peccatũ, aut pęnam, authenticę non imputare: vnde in psal. 31. dicitur, Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum: & cum Deus peccatũ ad pęnam nō imputat semper in peccatore dimittitur: quia non est in illo peccatum, quem Deus non ordinat ad pęnã. Secũdo modo potest dimitti peccatum ministerialiter & ex cõmissione. Et hoc modo quilibet sacerdos ritę ordinatus, secundũ claues Ecclesię, remittit peccatũ suis subditis pęnitentibus, in quãtum facit aliquę actũ proterendo verba, nepe. Absoluo te a peccatis tuis: quibus regulariter assistit Deus, vt author principalis peccata cõfidentiũ relaxãdo. Tertio modo potest peccatum remitti ex fraterna charitate. Et hoc modo quilibet fidelis remittit peccata in se peccatibus, quãdo in suo corde nō tenet odiũ, vel aliquę rãcorem contra proximum ipsum offendente, volens nihilominus ipsum fieri beatũ, & æterna pęna nō dampnari: siquidē peccatũ quantum in se est, dimittit, quia nō oprat, nec vult quod propter offensione qua ipsum offendit, a regno beatitudinis & sanctorũ consortio excludatur: & hoc modo dimittit debita debitoribus suis. Quod etiã multipliciter contingit. Primũ, cũ dicit, dimitto omnibus debitoribus meis, vel alienis, dũ sunt vatores: quia nullo velim eos dånari: immo salutę eorũ dederero, te donãte & inspirante. Rursus sic dimitto omnibus debitoribus meis: quia vellem eos esse viros probos & ab omni malitia correctos per tuã ineffabilę pietatē: & sic, nec sibi ipsis nocerent, nec alijs, sed prodesserent, & nullam deinceps pęnã mererētur: vt. s. saluaretur persona, & desineret culpa. Rursus, sic dimitto debitoribus meis, quod vb. nō corrigerentur a vijs suis prauis per manus tuas remissionis, corrigatur in chamo & freno, ac flagellis, ne deteriora semper cõmittētes & alijs nocētes & euntes post prauitatę cordis sui in ad impletionibus suis, dånabilius moriãtur. Pręterea, sic dimitto debitoribus meis (inquit ille qui vult, vt sua debita remittantur) quod ille

ccr

Secūda. 4. quęst. 16. art. 13.

iusta licitū erit illū interficere, & sic optare illi mortē: quia hæc est iusta defensio, & non adgressio, adgredi. n. aliū nūq̄ licet. Ergo. Sec. DE SEPTIMA petitione cap. 10.

Cap. 10.

ET ne nos inducas in tentationem. Equidē congruē & etiā necessariō post præmissā petitionem, qua nobis peccata dimitti postulat, hęc sequens de præseruatione in tēratione ad peccatum inducente subnectitur: quando adeō vita nostra fragilitati, mutabilitatiq̄, subiecta est: vt nunquam in eodem statu permaneat, fluctuetq̄; diuersarū tentationum impulsibus, hūc illūcq̄; agitata. Sunt quippe in hoc mari magno & spatiofo reptilia quorum non est numerus, & animalia pusilla cum magnis, varia & multiplicia tentationum genera: vndiq̄; n. nobis parantur insidię, vndiq̄; tela iaciuntur: insurgit cōtra nos caro, trahit mundus, insidiatur diabolus: fugerit caro voluptatem, mundus vanitatem, diabolus iniquitatem, caro mollia, mundus inania, diabolus mortifera. Caro infestat per lasciuia desyderia, mundus per aspera & aduersa, diabolus per turpitudines & vitia. Quorsum nos vertimus, tentationum laqueos ad capiendas animas inuenimus. Insidiatur nobis hi nostri inimici, & vndiq̄; nos deicere festinant, in esu & potu, in opere & verbo, in vigilia & somno, in cogitatu & delectatione, in diuitijs & paupertate, in scientia & humilitate, in continentia & paritate, in patientia & rigore, & in omni nobis materia occurrente. Ideō optimo ordine ad potentissimum Patrem recurrimus, instanter petentes per humilem orationem, & ne nos inducas in tentationem: ne. s. purgata domo nostra a peccatorum sordibus, rursus tentatione victi, in eadem, aut maiora recidiantes, nouissima nostra fiant peiora prioribus. SED est sciendum, quōd per huiusmodi petitionem, non petimus simpliciter non tentari vt forte nonnulli inconsiderate putāt. Si. n. oramus, vt nō tētemur, vndē erit nobis virtus constantiæ; si tentationes & tribulationes non essent: Fortitudo, constantia, ac ceterę virtutes quę sunt circa difficilia, quomodo in nobis generarentur, conseruarentur, & augerentur: Sublatis itaq̄; passionibus per tentationem excitatis, sublata esset materia exercitij virtutum, nempe si tentationes & passiones omninō nullas habemus, non reſte viuimus. Ideō Apōsto. Ro. 5, ait. Gloria mur in tribulationibus, scientes quōd tribulatio patientiam operatur. Et Tobię 22. Raphael ad Tobię sic ait. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Iacobi etiam. i. sic habetur. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quōd probatio fidei vestrę patientiam operatur. Idcirco non simpliciter oramus non tentari, cum dicat Pro-

pheta, Proba me Domine, & tenta me. Nec Christus docuit nos petere vt non tētemur, sed vt in tentationem non inducamur. Ecce tentatus est Iob, nō tñ inductus est in tērationem: non. n. ad illam ad quam trahebatur, tentatoris voluptatē, ore impio blasphemus intrauit. Tentatus est Ioseph turpi illecebra, sed nō illatus in tentationem. Tentata est Sufanna, sed nō inducta in tērationem: quia nō præbuit consensum tentatori. Ita & nos petimus non induci in tentationem i. non cōsentire tentationi. Vndē aliud est tentari, & aliud in tentationem duci. Tentatur quilibet, cum in anima aut corpore, in delectatione alicuius vitij titillatur: inducitur autem in tērationem, si suę cōperit delectationi consentire. Igitur non petimus ne ducamur in tentationem, sed ne inducamur: aliud namq̄; est in tentationem duci, & aliud induci. In tentationem ducitur, qui tentatione pulsatur: in tentationē vero inducitur, qui tentationi succumbit, & ab ea superatur. Hoc namq̄; est in duci. i. intus duci & succumbere & tentationi præbere consensum. Vel aliter petimus non induci in tentationem, hoc est, non permittas, Pater cęlestis, inimicos nostros fortes nimis super nos inducere: etenim si duci nos permittas in tērationes, vt excitemur, petimus in tērationib⁹ exitū, ne nimū inuoluamur, & ipsis præbeamus assēsu. Vel tertio, petimus, ne nos inducas in tentationem, hoc est, non subtrahas a nobis auxilium tuum: donum nempe gratię tuę, quo roboramur ad fortiter tentationibus resistendum: nō. n. tantum gratia nos, operaq̄; nostra, Deo reddit acceptos: sed cum hoc fortificat ad concupiscentias malas & tentationes reprimendas. Præterea. Petimus, & ne nos inducas in tentationem. i. non permittas quōd beneficiorum alijs impensorum occasione, nos peiores efficiamur. Solent namq̄; quandoq̄; homines ex bono proximi in tentationem, velut ex illo bono, in odium & inuidiam eius cadere: specialius tamen fundimus preces ad Deum Patrem dicentes, Ne nos inducas in tentationem. s. carnis, vt nos absorbeat per voluptatem, in tentationem mundi: ne nos peruertat per cupiditatem, in tērationē diaboli: ne nos perdat per iniquitatem, &c. Sed, quoniam de omni genere tentationum satis sufficienter supra loquuti sum⁹: ideō de hac petitione hæc missa faciam⁹.

DE OCTAUA petitione cap. 11.

SED libera nos a malo. Multiplex est malum, nempe, præsens, præteritum, & futurum. Insuper est malum pœnæ, & malū culpę. Oramus nēpe ab ōni malo liberari, videlicet, presēti & futuro, culpę & pœnę, corporis & animę, seruitutis & fortunę, vel saltem ab illis præseruari, ne illi malis inuoluamur: præcipue tamen petimus liberari a malo pœ-

Cap. 11.

Secunda. 4. quęst. 16. art. 13. fo. 178.

næ futuri sæculi, nempe, æternę damnationis inferni, qui est finis omnium malorum, & consumatio in se virtualiter includens omnia mala: sicut beatitudo in se includit omnia bona. Petimus etiam secundo liberari a malo pœnæ Purgatorij, & deniq̄; nos liberari ab omni malo intus ex nobis orto. s. ab ignorantia eorum quę debemus scire, ab infirmitate eorum quę debemus agere, a pusillanimitate obseruantię tuorum mandatorū, a tarditate bonorum, a prauitate malorum, a rebellione virium inferiorum, a vana sollicitudine temporalium, a pessimis tandem radicibus vitiorum, &c. Amen. Hęc dictio, Amen, tripliciter sumitur in scripturis sanctis. Prius nominaliter, & sic tantum valet sicut verax, vel veritas, Et hoc modo accipitur Apoca. 3. vbi dicitur, hæc dicit amen testis fidelis & verus, Amen. i. veritas. Secundo, accipitur verbaliter, prout est verbum hebraicum: & tantum valet dicere, Amen, id. est, fiat: & ita communiter capitur in fine orationum, vbi exprimitur desyderiū orantis: quia optatum est respectu bonorum præcedentium: vt optatio impletionis respectu omnium petitorum. Tertio, accipitur aduerbialiter: & ita frequenter capitur in Euangelio, cum dicitur, Amen dico vobis, tantum valet sicut vere, vel fideliter, & est aduerbium affirmandi. i. ita est, vel verum est. Et hoc in loco his tribus modis potest exponi illa dictio, Amen: primum nominaliter, & sic, sensus est, Amen. i. verax fuit ille qui hanc verā composuit orationem: & cum sit verax, veritatem diligit: & ideo in veritate has veras petitiones vere petentibus concedet. Secundo, verbaliter exponitur prædicta dictio. i. fiat sicut nos rogauimus & optamus, vt impleantur hæ petitiones in nobis. Tertio, aduerbialiter, & proprius in hac Oratione Dominica exponitur prædicta dictio. i. ita est, vel verū est, quōd Dominus nobis concedet quod per prædictam orationē rogamus. Et hæc quoad literā de Dominica oratione se obtulerunt. PRÆTEREA. Dubitatur, an liceat orare, vt veniat malum inimicis? AD quod dico, quōd non licet orare quod veniat malum inimicis, vt malū est. i. vt inimici male habeant, ibi sistendo: sed licet eis malū impiæcari temporale ad bonum finem, vel ipsorum inimicorū, vel aliorum; aut totius cōmunitatis: ita quōd finis illius præcationis sit bonus. Pro excommunicatis autē & schismaticis non licet orare oratione publica, vt iam diximus, id est, in persona Ecclesię, nempe, tanquam minister Ecclesię: & in particulari annuerando excommunicatum inter membra Ecclesię: sed generaliter tantum, vt facit Ecclesia in die Parasceues: aut priuata oratione potest fieri.

PRÆTEREA Dubitatur, an tempore illo vesperino, quo in Ecclesia communiter pulsatur ad orationem, quę dicitur, Ave Maria, teneantur Christiani aliquid orare sub pœna peccati mortalis? Et videtur quōd ita: quia est communis consuetudo in Ecclesia quōd illa hora pulsatur ad orationem. Ergo, &c.

AD HOC dico, quōd illa est laudabilis consuetudo, vt homines orent in principio noctis, & de negligētis illius diei petant veniā. SECUNDO, quōd nullus tenetur ad aliquā certam orationem ex vi illius pulsationis. Probatur: quia nullibi est ab Ecclesia instituta certa oratio, illa hora dicenda. Tertio dico, quōd, esto quis nullam dicat orationem, de se non peccat: quia illa pulsatio solum videtur instituta ab Ecclesia ad excitandum fideles, vt voluntarij orent qui voluerint, & non ad compellendum homines ad orandū, etiam in communi, aliquam orationem.

PRÆTEREA. Contra illud quod dicit S. Tho. quōd diuinis personis non conuenit orare, arguo hoc modo. Oratio est actus rationis quo superior vel æqualis oratur. Sed personę diuinę sunt æquales. Ergo vna potest aliam orare.

AD HOC dico, quod quando dicitur, quōd oratio est actus rationis quo oratur superior vel æqualis, intelligitur æqualis in natura, vel statu, sed non in omnibus alijs: quia aliquid potest ille qui oratur, quod non potest ille qui orat. Et, quia hoc non datur in personis diuinis, quia quicquid potest vna potest alia, ideō non conuenit eis orare: quia non oratur nisi ille qui potest aliquid quod orās non potest, vel non potest sine labore & detrimento, & cum difficultate.

PRÆTEREA. Dubitatur, cum orare sit loqui, an diuinę personę loquantur ad inuicē? DICO, quōd ita. Probatur Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quę loquutio non erat ad Angelos: quia vel nondum erant Angeli, vel non concurrebant ad opus creationis.

PRÆTEREA. An creaturę irrationales orent, vel eis conueniat orare?

AD quod dicunt omnes cum S. Tho. secū. 2. q. 83, ar. 10 quōd non: quia orare est actus rationis, & scientis, potest. s. q̄; dirigere actiones suas in finem.

SED contra hęc conclusionē arguo hoc modo. Pueri atē vsū rationis orāt, Ergo etiā alijs creaturis irrationabilibus cōuenit orare.

AD HOC nego antecedens: quia pueri quando aliquid petūt, nō ordinant illā loquutionē per actum humanum vel liberum, quod requiruntur ad orandum.

PRÆTEREA. Dubitatur, an de facto omnes creaturę rationales orent, postquam eis

conuenit orare. i. ipse solæ sunt capaces potestatis & habilitatis ad orandum.

AD HOC dico, vt iam supra diximus, quod non: quia animæ quæ sunt in Purgatorio adminus, non orant pro viatoribus. Et hoc dicit S. Tho. secund. 2. q. 83. art. 4. ad 3. & art. 11. ad 3.

PRÆTEREA. Dubitatur, an dæmones & damnati orent de facto. Et videtur quod ita: quia Matth. 8. dæmones petierunt à Christo quod postquã eijciebat eos ab obseffo, permitteret ire ad porcos. Ergo orabant. Alius etiam dæmon petijt à Domino quod permitteret eum ire ad tentandum Iob. Luc. item. 16. diues ille epulo petijt ab Abraham quod mitteret Lazarum ad fratres suos, ne venirent in illum locum tormentorum. Ergo damnati orant.

AD HOC dico, quod iam supra multa diximus de hoc. Secundo dico, quod Angeli & homines damnati de facto non orant proprie: sed petunt solum, & male petunt. Et ratio est: quia ad orationem requiritur quod fiat cū intentione humili subiiciendi se Deo, & protestandi Deum superiorem & principium vnde prouenit omne bonum. Et, quia damnati hanc bonam mentem non habent, ideò non orant proprie.

PRÆTEREA. Dubitatur, an sit de fide quod sancti qui sunt in Patria, orant pro viatoribus.

AD HOC dico, quod ita. Et probatur. 2. Mach. ca. vltimo dicitur de Hier. Hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta Dei. Secundo, Hier. 15. de Samuele, Moyses, & Hieremia, dicitur quod orabant pro populo viatorum. Tertio, Ezech. 14. dicitur de Angelis quod orabant pro viatoribus. Quarto, Tob. 12. dicitur quod dixit Angelus ad Tobiam: Cum orabas cū lachrymis & sepeliebas mortuos & dabas elemosynam, ego obtuli preces tuas Domino. Quinto, de fide est quod sancti sunt orandi (vt supra probauimus. i. quod licet viatoribus orare sanctos, & quod est vtile eos orare. Ergo de fide est quod ipsi orant pro nobis viatoribus: quia si ipsi non orant pro viatoribus, frustra viatores orant illos.

PRÆTEREA. Dubitatur, an sancti orantes in patria illa cœlesti, semper impetrent pro viatoribus? Et videtur quod ita: quia beatus est qui habet quicquid vult, & nihil mali vult: ergo semper obtinet postquam vult id quod petit. Secundo. Si non obtinerent semper id quod petunt, tristerentur, quia de siderant aliquid quod non obtinent.

HIS non obstantibus dico, quod non semper obtinent beati id quod in oratione petunt. Hoc probatur: quia aliàs nos semper impetraremus quod petimus per sanctos, quia

videtur quod ipsi semper petant pro nobis; Secundo, Aliquando orant sancti pro præcisi to qui est in gratia secundum præsentem iustitiam, & non impetrant. Tertio probatur: quia Daniel. 10. Angeli Persarum & Angeli filiorum Israel pugnabāt: quia Angelus Persarum orabat, vt maneret populus Israeliticus in Persia captiuus: & Angelus filiorum Israel orabat vt liberaretur populus ab illa captiuitate alter. n. illorū nō exaudiebatur: quia cōtraria petebāt. Ergo de fide est quod beati orantes non semper impetrant id quod petunt.

ET ad arg. in contrarium dico, quod non semper volunt simpliciter quod petunt, sed committunt domino Deo illud determinandum. ideò non tristantur, quamuis non impetrent.

PRÆTEREA. Dubitatur quibus modis vitietur & fiat mala illa oratio quæ aliàs sancta & Deo accepta esse poterat?

PRO cuius quæstionis dissolutione, est aduertendum quod actus humani ex obiecto, fine, & alijs circumstantijs sortiuntur suas bonitates, aut malitias: vt in P. 2. q. 18. & 19. graphice tradit. D. Tho. consentientibus omnibus Theologis & philosophis. Vnde colligitur prius, quod illa oratio quæ ex gratia vel ab exiirenti in gratia procedit, & per eam quod in se decet, ob finem bonum, locoq, & tempore debitis, à Deo petatur, sancta & laudabilis est, & Deo grata & accepta. Ex diuerso vero multis modis potest deprauari: quia ad malum sufficit quicunq, defectus. Et prius deprauatur oratio ex parte obiecti: vt si quis orans aliquid iniustum aut indecens petat. Et hoc ad:ò manifestum est, quod probatione non indiget. Secundo deprauatur oratio, cum quis aliquid decens petit, sed immeritate petit & ultra iustam mensuram secundum qualitatem illius orantis. Hæc confirmatur testimonio D. Ambrosij, qui sic ait, superba & stulta petitio, dum non sua sorte contentus, pes ambit quæ oculi sunt. Et talis fuit petitio apostolorum Iacobi & Ioannis, Matth. 20. quibus Christus respondit, Nescitis quid petatis. Tertio, deprauatur oratio ex fine: vt si quis orans intendat gloriam & laudem humanam: ex quo fine, non solum oratio sed etiam martirium redditur culpabile. De quo ait Hiero. (& habetur. 1. q. 1. Cap. Vnde quantum bonum) huic operi, non tam præmium quàm pœna debetur, & perfidie magis tormenta sunt quàm corona victorie. Et talis erat phariseorum oratio: qui in plaudibus, vt ab hominibus viderentur orabant: quos Christus reprehendit Matth. 6. Quarto, vitiat oratio aliquando ex parte personæ & loci, vt si publicus concubinarijs publice in Ecclesia ecclesiasticas orationes dicat. Ratio est: quia communiter ex hoc alij fideles

fideles scandalizantur. De his videtur peculiariter dictum in psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Quinto, aliquando deprauatur oratio ex ignauia orantis: vt si quis in oratione petit à Deo aliquid bonum, & cum ipse possit apposita sua diligentia ad illud peruenire & illud obtinere, negligit & a solo Deo illud sperat: quia media congrua ad acquirendum illud quod petit prætermittit, siue gloria sit, siue scietia, vel sanitas, &c. Hic. n. magis videtur Deum tentare quàm orare. His igitur & alijs multis modis potest oratio depruari, & Deo ingrata esse, vt vnusquisq, ex his & alijs similibus facile potest agnoscere.

SED dubitatur, an oratio deprauetur ex hoc solum quod porrigitur ab existente in peccato mortali, nullo alio defectu apposito? Et videtur quod ita: quia vana & superuacua est oratio, si orans in se peccatum mortale esse cognoscit, iuxta illud psal. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Secundo confirmatur hoc ex illo quod modo citauimus ex psal. 49. vbi videtur Deus inculcare peccatorem orationes & laudes ad Deum effundentem, dicens, Quare tu enarras iustitias meas? &c. Tertio probatur hoc est id quod scribitur Prouer. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, nempe, vt eam seruet, oratio eius erit execrabilis. At talis est peccator, qui cum in mortifero sit peccato, legem non audit. Ergo, &c. Quarto probatur idem ex illo Esai. 1. vbi in persona Dei dicitur, sacrificia & solemnitates & neomenias & orationes, & alia huiusmodi quæ Iudæi faciebant in cultum & honorem ipsius, omnia hæc esse abominationes & sibi odiosa & ingrata: & ibidem assignatur causa: quia manus vestræ sanguine plene sunt, hoc est, estis in mortiferis peccatis. Quinto probatur hoc etiam est. D. Grego. in Pastoralis. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. In quo apparet, Deo ingrata esse orationem peccatoris: quia peccator est Deo inimicus, & eidem displicet. Sexto, facit ad hoc quod dicit Beda in quadam homilia tractans illud psal. 144. Voluntatem timentium se faciet, Qui preces suas Deo oblatur, prius iussa eius implere satagunt, horum cum ipsi clamauerint, orationes exaudit. Et sequitur. Sed illi male petunt, qui vocem Domini iubentis audire obtemperando contemnuunt, & nihilominus Dominum sui vocem exaudire miserando deposcunt, quos ipse repellens in Euangelio dicit, Quid vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico?

HIS non obstantibus dico, quod oratio non vitiat ex hoc solum quod orans sit in pec-

cato mortifero. Probatur: quia multæ orationes peccatorum placent Deo. At si oratio vitietur ex hoc solum quod orans est in peccato mortali, nulla oratio peccatoris placet Deo. Ergo, &c. Quod multæ orationes peccatorum placeant Deo, probatur: quia peccator orans pro remissione peccatorum, non peccat. immo sæpe à Deo exauditur: vt constat Luc. 18. de publicano orante, Domine propitius esto mihi peccatori, & veniam obtinuit. Ergo non peccauit orando. Et confirmat Ecclesi. 21. vbi dicitur. Fili, peccasti? non adicias vt pecces iterum, sed depræcare Dominum de pristinis, vt tibi dimittantur. Secundo. Ieiunium & elemosyna & multa alia virtutum opera, non inficiuntur aut deprauantur ex hoc solum quod in mortali sunt peccato, cum multa talia Deo sint grata & ab ipso remunerata. Ergo idem dicendum est de oratione. Nec contra hoc est illud quod legimus Ioa. 6. Scimus quod peccatores Deus non exaudit: quia illud non est verbum Euangelistæ, sed illius cæci quem Christus sanauit: & quædam glossa illic dicit quod ille cæcus loquitur, non vt vnctus. i. nondum à Spiritu sancto edoctus. Tertio principaliter probatur conclusio: quia peccator adhuc in peccato manens potest, sicut & debet, se ipsum diligere, ergo potest salutem animæ & corporis sibi desiderare: ergo licite potest hæc à Deo humiliter petere. Nam, vt supra ex Aug. ad probam diximus, pro omni illo licitum est orare, quod licitum est desiderare. Et ita oratio non per hoc solum vitiat quod in peccato sit. Et ita dicendum est loquendo de priuata oratione. Orent igitur peccatores humiliter, vt Deus eos conuertat, & det gratiam suam: quia facilius sic à Deo iuuabuntur & conuertentur.

ET ad testimonia & argumenta quæ adduximus, facile est respondere, vt iam declarauimus, quod omnia illa concludunt, quod quando peccator non humiliter orat, aut non cum debita circumstantia, aut cum scandalo, aut non petit aliquid decens, tunc non exauditur, & tunc non licet sic orare: secus autem, si aliquid decens petat cum debitis circumstantijs & debita humilitate & reuerentia. Hæc quoque ad priuata orationem. De oratione autem publica, qualis est illa quam personæ ecclesiasticæ dicunt, quando preces honorarias persoluunt, est maius dubium, an. s. huiusmodi orationes vitientur ex hoc solum, quod illas persoluentes sunt in peccato mortali. Ad quod dicit Adrian. quod ita, in quodlib. q. 8. & probat prius ex illo quod ait Dionysius ad Demophilum loquens de sacerdote illuminato p gratia. Audetq, scelestas blasphemias suas (nec. n. preces dixerim) sacraris inferre, casq, super signa illa diuina ad

Secūda. 4. quęst. 16. art. 13.

Christi similitudinem dicere. Ergo, &c. Secundo, probatur idem ex eo quod de hæreticis ait Hiero. Quotiescunq; congregati sunt in nomine eius, detestatur Deus fetorem eorum & claudit nares suas, i. q. 1. Cap. Odit, &c. & cap. præcedente, ait Hieroni. sic populus iste hæreticorum omnium est in conspectu meo, dicit Dominus, omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocausta, vel elemosynas, siue ieiunia, vel corporis castitatem, contaminata erunt in conspectu meo. Et sequitur. Quamuis. n. sancta videantur specie sui quæ offeruntur, tamen quia tractata sunt ab illo qui pollutus est in anima, polluuntur omnia. Tertio, probatur idem ex communi doctorum sententia dicentium, quod quicumq; in mortali peccato exequitur actum sui ordinis scienter, eo ipso mortaliter peccat, iuxta illud Deutero. 16. Quod iustum est, iuste exequere. Et nos late hoc tractauimus in P. 4. cum ageremus de sacramentis in communi. Hæc Adria. Sed hæc sententia videtur dura, ita indistincte posita. Nam, aut huiusmodi oratio polluitur seu vitatur propter irreuerentiam Dei quam videtur secum importare, quando à peccatore porrigitur, qui indignus est qui ad Deum loquatur, & à Deo aliquid petit manens ipse in peccato: aut vitatur ratione officij ipsius orantis, quia, si ipsum officium dicendi preces horarias obligat eum ut in gratia eas dicat, prout videtur sentire ex illa auctoritate Deutero. quam pro se citat. Sed primum non apparet: quia tunc non minus vitaretur oratio priuata quam illa publica & communis de qua loquitur: quod tamen nec ipse concedit, nec verum est, ut ex dictis patet. Secundum etiam non apparet nec probat, nisi præsupposito quod quicumq; tenetur ex officio aliquid agere, tenetur illud in charitate facere. Sed hoc sic vniuersaliter dictum si verum esset, quam plures officiales condemnaret irrationabiliter & sine sufficienti probatione. Probatur: quia nõ õnis iudex & causidicus, tabellio, & R. P. rector, officialis publicus & cathedraticus, præceptor omnis & publicus artifex ad id deputatus, seu stipendiatus, publicus mercator & venditor, & dispensator, & omnis alius qui ex officio sibi iniuncto tenetur ad aliquos actus, & dicere quod ratione officij peccant semper quancumq; actus sui officij in peccato faciunt, est absurdum. Patet sequela: quia ad omnes illos actus potest similiter prædicta auctoritas applicari, nempe, iuste quod iustum est, exequere. Ideo conformius ad S. Tho. & ad ea quæ diximus in P. 4. de ad ministrantibus sacramentum in peccato mortali, in materia de sacramentis in communi,

dico quod distinguendum est hoc, nempe, hominem esse in peccato: quia multis modis dicitur homo esse in peccato. Prius, potest homo esse in reatu peccati. Secundo, potest homo esse in peccato actu, seu actuali proposito offendendi Deum, sciens. Si homo est in peccato primo modo dicendum est, quod nõ per hoc sufficienter vitatur oratio, siue publica sit siue priuata quod forsans est in peccato secundum reatum. Probatur: quia in illo statu potest homo multa bona opera & Deo grata facere, & si non sint meritoria, nõ tamen sunt demeritoria: ut ex dictis patet. Si autem orans sit secundo modo in peccato, nempe, actu peccando, vel actu proponendo peccare & Deum offendere, siue oret ut minister Ecclesiæ, siue ut priuatus homo, peccat sic orando. Probatur: quia facit Deo magnam irreuerentiam, petendo beneficium & gratiam ab illo quem actu offendit & offendere intendit: talis. n. non orare, sed contemnere videtur orando, petens à Deo audiri, cui tamen ipse non vult obedire. De his peccatoribus, qui nec à peccatis desistunt nec desistere proponunt, loquitur Deus quando reprehendit peccatores qui enarrant iustitias Dei, & laudes eius in ore assumunt. De eisdem etiam loquitur per Esaiam, quando dicit esse eorum sacrificia & orationes Deo abominabiles. De eisdem loquitur Sapiens in prouerbis. De eisdem etiam accipitur quod ex Greg. & Beda, supra citauimus. De eisdem loquitur Psalmista ita dicens. Si iniquitatem aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus, psal. 65. De illo quippe loquitur qui cum orat scit se iniquum animum habere, nec ab eo proponit desistere: secus si peccator scit se Deum offendisse, proponens tamen debito tempore penitere & satisfacere: aut simul peccati penitens: sed insufficienter & humiliter aliquid à Deo petit: huius orationem certe Deus non abominatur, nec semper respuit ut prauam, & si non semper eam exaudiat.

Ad ea vero quæ pro Adriano allegata sunt, facile est respondere. Nam Diony. & Hiero. de hæreticis & prauis sacerdotibus loquuntur, qui pollutis manibus & ore, sacra Dei mysteria tractant. scilicet cum, vel celebrant, vel sacramenta conferunt, & suas ibidem orationes intermiscunt: quæ omnia Deo sunt abominabilia. Et non est dubium tales peccare iuxta Diony. dicentem, Immundis nephas est, sacra tractare. Et ratio est quæ supra fuit data. scilicet quia ita peccatis adherent, quod ab illis recedere minime proponunt, nec se ad tractandum sacra, sicut debent disponunt. Quod autem Hiero. in dicto decreto ait. scilicet taliũ sacerdotum omnia opera, ieiunium & elemosyna, & reliqua, polluta sunt, intelligendum est,

Secunda. 4. quęst. 16. art. 13. fo. 180.

de his quæ ex polluta voluntate procedunt, vel quod polluta sunt omnia: quia defectuosa, eo quod in finem vltimum, qui Deus est, non referuntur: ut dicit D. Tho. super epistolam ad Tit. cap. 1.

AD aliud, nempe, quod quicumq; in peccato mortali actum sui ordinis scienter exercet, peccat, &c. Videtur hoc vere dici de actu proprio sacri ordinis, qualis est Missam celebrare, aut aliud officium sacrum cum solemnitate exercere: dicere autem preces horarias, nõ est actus proprius ordinis sacri, ut constat. De alijs autem orationibus quas sacerdos publice vestibus sacris indutus, dicit in Missa aut choro, puto esse distinguendum, ut supra: nec video quod indutio vestium nouam afferat obligationem ad peccatum, quod seclusis vestibus non esset. Sed de his plura diximus in P. 4. cum ageremus de sacramentis in communi.

PRÆTEREA. Dubitatur, an oratio deprauetur per hoc quod homo absolute petit à Deo quod vult, non submitbens suam voluntatem diuinæ voluntati.

AD quod dico, quod si oras, nec expresse nec tacite suum votum & voluntatem Dei voluntati submittit, superba est & deprauata oratio. Probatur: quia qui sic aliquid à Deo petit, perinde est ac si petat à Deo, fiat Domine quod ego volo & non quod tu vis: quod aperte est diuinæ reniti voluntati, quod illicitum est. Secundo probatur ex communi doctrina & specialiter Aug. super illud psal. 100. Nõ adhæsit mihi cor prauum, dicentis, Cor prauum habet, qui non vult quod Deus vult. Unde colligunt nos debere nostram voluntatem conformare diuinæ. Quod etiam Christus in Oratione Dominica docuit, in qua sic orare iussit: fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Exemplo etiam ipse Christus idem docuit, quando orando dixit: Pater transfer à me calicem hunc, veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.

PRÆTEREA. Dubitatur, an deprauetur oratio ad Deum facta ob defectum intensæ deuotionis: ita ut peccet qui orat si desit intensæ deuotionis. Et videtur quod ita: probatur prius per illud quod habetur Apoca. 3. vbi ad Angelum Laodiciæ dictum est. Utinã calidus esses, aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Ex quo apparet quod qui tepide & remisse se habet in oratione aut in alijs operibus Dei, est Deo ingratus & ab eo repulsus. Pro quo etiam facit quod ait Hiero. ad Tesiphotem, Tepidus discipulũ non diligit Christus. Qui vult meus esse discipulus (ait) tollat crucem suam & sequatur me. Tertio. Pro hoc est illud quod habetur Mich. 6. vbi dicitur. Indicabo tibi, o homo, quid Dominus requirat à te, utiq; facere iudicium

& diligere misericordiam, & sollicitum ambulare coram domino Deo tuo. Sollicitudo autem tepiditatem & remissionem videtur excludere. Quarto, facit etiam pro hoc illud quod habetur Ier. 48. Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. In quo videtur notari, non satis esse homini, opera Dei facere, nisi sollicitè & diligenter ea faciat: quod remissionem etiam videtur excludere. Quinto, ad hoc etiam facit quod habetur Apoca. 2. quod dictum est ad Episcopum Ephesinum, habeo (inquit) aduersum te pauca: quia charitatem tuam primam reliquisti, mememento vnde excideris, & age penitentiam & prima opera fac. De quo Hiero. scribens ad Theophontem, ait Consideremus quantum sit casus temere contententis, cum tanta ruina dicitur de negligentia obsequentis. Vel quam damnationem credimus accepturos in deutos, cum tantam reprobationem deuotus acceperit?

HIS non obstantibus, dico quod feruor deuotionis in oratione est multum laudabilis, sed non est necessarius. i. non est necessaria deuotio gradualiter intensa, seu intensa voluntas: sufficit. n. remissa, dummodo sit efficax ad agendum quod agendum est: ita quod si huiusmodi intensio desit, nec oratio deprauatur, nec peccat ipse qui orat. Et hoc, nempe quod prædicta intensa voluntas non sit sub pena peccati debita in agendis operibus Dei, apparet prius, siue loquamur de operibus quæ sunt de consilio, siue de his quæ sunt de præcepto. Nam si de consilio sunt, non est necessaria intensio, sicut nec remissio voluntatis, sicut nec ipsum opus. Si de præcepto, cū præceptum non obliget nos, nisi ad sui obseruantiam, ad eius autem obseruantiam sufficit voluntas efficax, quantumuis gradualiter remissa sit, ut suppono, ergo intensio voluntatis, aut conatus, non est necessaria. Hæc sunt manifesta in præceptis, per quæ opera exteriora iubentur: quibus satisfacit quicumq; si ea compleat: etiam si intentus conatus aut intensa voluntas non habeatur. Secundo probatur idem de præceptis per quæ opera interna præcipiuntur. Nam præcepto de diligendo Deum super omnia, & proximum sicut se ipsum, satisfacit homo, si Deum efficaciter diligit, etiam si eius dilectio non sit notabiliter intensa: non. n. præcipitur, ut intense diligamus Deum, sed tantum, ut diligamus. Et quamuis in præcepto dicatur, ut diligamus ex toto corde, illa verba, toto corde, non important intensiõnem, sed integritatem voluntatis: quia (ut dicimus super secund. 2. in materia de charitate) ille diligit Deum ex toto corde, qui corde indiuiso eum diligit: ut si quis cum Deum amat, nihil aliud cū illo amat, quod nõ propter ipsum Deum

Deum amet. Ille. n. toto corde. i. integro & in diuiso corde amat, hoc est, tunc quis toto corde Deum amat, cum formaliter vel virtualiter, ita amat, quod quicquid opus esset pro Deo exponere vel in se, vel in suis bonis, vel in alijs, omnia propter Deum exponeret. Quod Theologi vocant amare plus apertive, vel affective, & hoc est toto corde & tota mente amare Deum super omnia: non autem intensiue: quia illud esset obligare homines ad impossibile: quia nullus posset cognoscere quantā intēssione diligat Deū. Si verō cum quis Deum diligit, cum illo aliquid aliud amat, quod nō propter ipsum Deū amat, si, si opus esset, relinqueret Dei legem propter illud aliud quod amat, talis habet cor diuisum in Deum & creaturam, & non diligit Deum toto corde, iuxta illud Osee. 12. Diuisus est cor eorum. Itaq; in præcepto illo de diligendo Deum toto corde, non cadit intēssio actus sub præcepto, sed integritas vel totalitas cordis: vt dictum est.

TERTIO. Contritionis intensio (vt supra diximus in propria materia cōtritionis) sub præcepto non cadit, quia opposito dato, statet hominem detestari peccatum suum propter Deum ex toto corde dilectum & simul eodem actu mortifere peccare ob defectum intensionis, si ipsa intentio caderet sub obligatione.

QUARTO. Pro nobis est D. Chrysost. & habetur de pœni & remi. d. 1. cap. Talis, vbi sic habetur. Quātulamcūq; pœnitentiam quātūlibet breui tempore gestam, Deus nō respuit, nec patitur sua mercede carere. Ergo bona & meritoria est pœnitētia etiā remissa, nec vitatur per defectū feruoris aut intēssionis, ergo nec vitatur oratio ex defectu feruoris vel intensionis. Et vltimo confirmatur: prædicta intensio non requiritur ad peccandum, vt suppono, & nullus vnquam negauit. Ergo nec requiritur ad merendum: cū Deus optimus pronior sit ad præmiandum quā ad puniendum.

AD illa vero quæ in oppositū adduximus, facile est respondere, supposito prius quod duplex est tæpiditas. Altera est quæ opponitur feruori & intenso conatui & illū excludit, & hanc tæpiditatem non reprehēdit nec dānat scriptura. Altera est tæpiditas, quæ dicit negligentiam quandam: negligentia autē importat omissionem debitæ diligentiz vel operis: & hæc reprehēdenda est & damnāda: & hæc est, quæ in scriptura damnatur & merito. Vndē ex his respondetur ad illud Apoca. Vtinā calidus esses aut frigidus: sed quæ tæpidus es, incipiā te euomere de ore meo, quod loquitur de illa tæpiditate negligentiz, vt iam dixi. Illū. n. dicit calidū qui ex amore casto, & Dei dilectione facit quod debet: & illi qui ex

amore potissime ad obsequendū mouentur, feruentes sunt, & faciūt, nō solū quod debet, sed superabūdant. Illum vero scriptura dicit frigidū, qui Deū timet, ex quo timore ad agendū saltem quod debet, mouetur, Et hi non repelluntur, aut remouentur à Deo. Tæpidū autem vocat Ioan. qui nec amore nec timore mouetur ad agendum quod agendum est. Et hic est qui repellitur & remouetur à Deo. Et quod hic sit verus sensus literalis illius loci, probatur: quia statim ad eūdem Episcopum dicitur, Quia dicis quod diues sum & locupletatus & nullius egeo. In quo significatur quod ille Episcopus diuitijs satiatus & cōtētus erat: & idē remisse & negligenter in operibus Dei se habebat, quasi Deo in nullo indigeret. Ergo nō dānabatur ille Episcopus ob defectū feruoris: alioqui non solū tæpidus, sed etiam frigidus esset dānandus, qui etiā nō habet feruorem, aut intensionem. Ergo prædictus textus non est contra nostram conclusionem.

AD illud autem ex Mich. citatū dico, quod ex illo non sequitur necessarium esse habere intensam conatū aut intensā voluntatem in operibus Dei: sed solū sequitur quod in illis debemus esse solliciti, loquēdo de sollicitudine quæ negligentiam seu operis omissionē excludit. Quod etiā innuit D. Paul. cū ait. Vt si mō sollicitudine non pigri, Quæ pigritia præfatam negligentiam & omissionem importat. Vnde idem habetur quod prius. Nec obstat illud quod addit, nepe, spiritu feruētes: quia illa sunt verba exhortatoria, non autem præceptiua.

AD. 3. autem quod ex Hier. citauimus, dico, quod illud verbū, negligenter, quod ibi scribitur, soluit dubium: quia (vt diximus) negligentia non importat remissionem voluntatis: non. n. vocamus negligentem illum qui opportuno tempore facit illud quod debet, quantumcūq; actu remisso in intensionem illud faciat: sed vocamus negligentem illum qui multoties omittit quod debet facere: & non (vt diximus) negligentia importat omissionem alicuius quod deberet fieri. Et est aduertendum quod in textu Hier. non dicitur negligenter, sed fraudulentē. Et notat illic Propheta eos qui in adimplendis diuinis mandatis oscitanter dissimulant, & sæpe non faciunt quod debent, aliquo quæsito colore. Vndē nihil contra nostram conclusionem.

AD aliud autem ex Apoca. 2. dico cum D. Hiero. & glosa ibidem, illum Episcopum fuisse negligentem. s. in reprehēdendo subditos, etiam si aliās deuotus: & illa negligentia omissionem importat, & non remissionē feruoris, Vndē, nihil contra dicta.

SED forte obijcies. Qui offert orationem Deo carentem feruore deuotionis, æquiparatur

ratur ei qui animal claudum, aut cæcum, aut debile, Deo offert, potens sanum & bonum offerre. Sed huius oblatio Deo grata non est sed potius despectu habita. Ergo eodem modo qui orationem sic mancā & defectuosā Deo offert, male ac perperam offert, cū possit feruentem orationē & optimā offerre. Antecedens autem cōstat ex eo quod in leg. vet. prohibitum erat animal claudū aut cæcum offerre. Et peculiariter patet hoc ex illo Malach. 1. quod in persona Dei dicitur. Si offeratis cæcum ad immolādum, nonne malum est: Et si offeratis claudum & languidū nōne malum est? Et sequitur, Offer illud Duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam: dicit Dominus In quo Dominus arguit ab inferioribus & minoribus. Si ille qui potest Regi tēporali aut Duci suo pingue animal offerre, non offerat nisi cæcum aut claudum, aut languidum, non solum non erit Regi illi grata oblatio, sed displicens, & odio habita, quia videbitur illi Regi in despectum facta, & in ipsius irreuerentiā: Et sequitur post ea. Maledictus dolosus qui habet in grege tuo masculum, & votum faciens, immolet debile Domino. Ergo cū ille qui orat potest orationem sanā & feruentem offerre, & non offert nisi remissā & parū deuotam, videtur irreuerentiam Deo facere. Ergo peccat sic orans.

AD HOC dico, quod si hæc ratio probat orationem minus intensam & minus feruentem esse deprauatam, eo qd posset alia feruentior offerri: pari forma probaretur omnem elemosynam paruum deprauatam esse, quādo pinguior posset exhiberi, & simili iter omnem dilectionem Dei & proximi remissā, prauam esse, quando potest intensior haberi & ita omne beneficium proximo impeditum, esse prauum, quando maius illi fieri potest. & tandem omnia opera bona in cultū & gloriam Dei facta deprauata esse, etiam si ex charitate fiant, si possent ex maiore charitate & feruore fieri: quæ asserere, absurdum satis esset. Ideo dico, quod in locis citatis, ad literam videtur Deū benedictus reprobare oblationem animalis claudi, & cæci, aut languidi, vbi potest masculus sanus offerri. In quo intelligimus, Deū reprobare omne obieciū aut opus in obsequium eius factum, si sit claudū cæcum, aut languidum. i. si sit aliqua prauitate aut macula infectum Aliud. n. est opus esse imperfectum negatiuē, quo. s. aliud potest perfectius fieri: aliud est imperfectū esse positiuē, quod. s. aliqua macula sit vitiō infectū sit Primum potest bonum esse & meritorium, & Deo gratum, vt parua elemosyna, ieiunium paucorum dierum, oratio facta ex remissa deuotione. Secundum vero, quod propriè per claudum, cæcum, & languidum signifi-

catur, illud est quod fit cum aliqua circumstantia deprauante: & illud non est bonum, nec à Deo acceptatum. Secundo, dico quod ideo offerre animal claudum, &c. Deo ingratum est: quia offerens præponit terrena cælestibus, & quærit potius quæ sua sunt, quā quæ Dei cum sibi pinguiā reseruet & sana: Deo aut languida offerat. Sed hoc non contingit in oratione ex parua deuotione facta: quia sic orans, non illo prædicto modo sibi meliora reseruat: ideo non est simile quod pro simili adductum est.

Articulus. xiiij.

Vtrum oratio sit satisfactoria?
S. Tho. Tomo. 4. d. 15. q. 4.
art. 7. q. 1. & deinceps.



QUARTVM decimū sic proceditur. Videtur quod oratio non sit satisfactoria: quia omnis oratio vel est vocalis vel mentalis. Sed mentalis non est satisfactoria, quia nō habet pœnā sed iocunditatem: nec iterū vocalis, quia (sicut Isido. dicit) reuoluit Deo non sonus vocalis, sed pura & simplex mentis intentio. Ergo oratio non est satisfactionis pars.

PRÆTEREA. Latria. (vt in præcedenti dist. dictum est) contra pœnitētia virtutem diuiditur: sed satisfactio est actus pœnitentiæ virtutis: oratio autem latria. Ergo oratio non est satisfactoria.

PRÆTEREA. Satisfactio fit ad reconciliandum eum qui offensus est, sed oratio reconciliationē sequitur: quia presumptuosum esse videtur petere ab eo quem offendimus. Ergo oratio non est satisfactoria.

SED CONTRA est quod Hiero. dicit Oratione sanantur pestes mentis: sicut & ieiunio pestes corporis: sed ieiunium est satisfactorium Ergo & oratio.

PRÆTEREA. Oratione petimus nobis debita relaxari, nec frustra, cum à Domino sit institutum. Sed relaxatio debitorum per pœnitentiam fit. Ergo oratio ad aliquam partem pœnitentiæ pertinet. Nō nisi ad satisfactionē.

PRÆTEREA. Oratione petimus nobis debita relaxari, nec frustra, cum à Domino sit institutum. Sed relaxatio debitorum per pœnitentiam fit. Ergo oratio ad aliquam partem pœnitentiæ pertinet. Nō nisi ad satisfactionē.

Ergo oratio est satisfactoria.

RESPONDEO. Dicendum quod satisfactio respicit eius culpam præteritam pro cuius offensa recompensationem facit, & culpam futuram, contra quam est medicina saluans. Et hæc duo orationi competunt. In initium, n. peccati & radix, superbia: & ideo per quod homo spiritum suum humiliter Deo subdit in oratione & pro superbia præcedentis offensa recompensationem facit, & aditum futurae culpae aufert, radicem ei amputans: & ideo oratio plenam habet satisfaciendi rationem.

AD PRIMUM ergo dicendum quod oratio mentalis & vocalis satisfactoria est. Si in charitate fiat. Vocalis quidem, quia habet exteriorem laborem, & sic pœnam quædam: & in quantum in ea manet virtus præcedentis intentionis, habet etiam rationem boni meritorij: quæ duo ad opus satisfactorium requiruntur. Et sic patet quomodo respondendum sit ad auctoritatem Isidori: quia sonus vocis non reconciliat Deo in quantum huiusmodi, sed in quantum immanet in ipsa pure intentionis efficacia. Similiter etiam oratio mentalis satisfactoria tantum est, quia quamuis habeat iocunditatem, habet tamen & pœnam admixtam: quia dicit Greg. Orare, est amarus gemitus in compunctione resonare, vel pro peccatis, vel pro dilatione patriæ. Et præterea ipsa mētis eleuatio est carnis afflictio, ut supra dictum est: & afflictio carnis reducat in mentem in quantum ei unita est: & etiam superbientem spiritum, cuius vulnus oratio sanat, sine pœna oratio humilis esse nō potest.

AD SECVNDVM dicendum quod nō est inconueniens actum vnius virtutis imperari à virtute quæ cōtra ipsum diuiditur: sicut actus temperantiæ interdum fortitudo imperat: & sic etiam actum latræ potest pœnitentiæ imperare, & sic erit satisfactorius, sicut etiam sacrificia pro peccatis in v. l. fiebant: & nūc fiunt.

AD TERTIVM dicendum quod ex hoc ipso quod aliquis ab homine veniā petit humiliter, animi offensi hominis placat, & multo fortius misericordis Dei.

IN HOC art. 14. constituit. S. Tho. vnam conclusionem, quæ sic habet: Oratio plenè habet satisfaciendi rationem. Probat. S. Tho. hanc conclusionem in corpo. ar. hac ratione. Oratio facit quandam recompensationem pro culpa præterita, & aditum ad futuram præcludit. Ergo est satisfactoria. Secundo, cōfirmat eandem conclusionem in argumēto cōtra, testimonio. D. Hiero. vide ibi, in hoc art.

DVBITATVR quid valeat oratio priua-
ta facta pro seipso orante. Pro cuius dubij solutione, nota quod triplex est oratio. Altera viua, quæ ex charitate fit, altera mortifera, quæ vitiosa est. alia vero mortua, quæ bona quidē est moraliter, licet sit extra charitatem facta. Secundo est notandum, quod tribus modis potest oratio valere. s. per viam meriti, per viam satisfactionis, & per viam impetrationis. Habet autem oratio, quod meritoria vel satisfactoria sit, à gratia Dei, & non ex natura sua. Gratia, n. & charitas, dat orationi, sicut & alijs bonis operibus, vitam, pondus, & valorem apud Deum. Non quod illa qualitas quæ est gratia, aut charitas creata, habeat illud à natura sua. s. facere actus ex ea procedentes meritorios de condigno, sed ex Dei acceptance, aut ordinatione: qui in lege sua promisit opera nostra bona ex charitate facta, vel ex gratia, remunerare. Nec intelligo quod sola gratia faciat ad meritum vel satisfactionem: quia etiam facit operis difficultas, magnitudo obiecti, conatus & intensio actus. Sed omnia hæc ex natura rei non merentur, nec satisfaciunt apud Deum, si non procedant ex gratia: ut supra de satisfactioe in communi diximus: & docet S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 6. Tertio, est aduertendum pro præsentis quæstione quod meritum proprie est opus cui de iustitia præmiū aut merces debetur. Illa, n. opera dicuntur apud Deum de condigno meritoria, pro quibus Deus in lege remunerationem promisit. Nam, secluse Dei promissionem, profecto non erit Deus alicui homini alicuius præmij debitor de iustitia, quæcunq; opus bonum homo faciat. Quia igitur opera humana propter Deum ipsam facta, similiter & orationem, ex amore ipsius procedentem, promisit Deus ad præmiū acceptare: ideo currit cōmunis sententia, quod oratio, sicut & reliqua opera, sunt meritoria, quia ex gratia & charitate fiunt. Attamen (ut diximus) non ex sola gratia commensurandum est meritum, seu valor operis aut orationis inde procedentis: cum ad id multum conferat voluntatis conatus, & operis difficultas, & operantis perseverantia, & aliæ aliæ huiusmodi circumstantiæ.

EX his colligitur quod malè dixit Cancellarius Parisien. in tracta. de valore orationis, cum ait, quod licet orare pro amicis, aut inimicis,

Dubium
primū;

pro paucis, aut multis, &c, valeat præmiū accidentale diuersificare: tamē præmiū essentiale quod oranti debetur, semper est æquale ob vnam gratiam & charitatem, ex qua oratio vel bonum opus procedat.

DICITVR præterea oratio satisfactoria propter hoc quod de iustitia post Dei acceptance debetur ei relaxatio aliqua, pœnæ debita pro peccatis vel in totum, vel in partē secundum exigentiam orationis. Hoc probatur: quia, sicut Dominus promisit pro bonis operibus præmiū: ita etiam pro pœnalibus, quæ sunt fructus digni pœnitentiæ, remissionem peccatorum, ad minus quoad pœnā. De quo iam supra de satisfactioe in cōmuni dictum. Oratio, n. licet nō semper affligat orantem: tamē de se est afflictiva: & ideo merito inter opera pœnalia computatur. Hoc probatur prius Ecclesi 12. Frequens meditatio, carnis est afflictio. Et Ecclesi 31. Vigilia honestatis, tabefaciet carnem, & cogitatus illius auferet somnum. Secundo probatur: quia oratio in se includit humilitatē, quia homo ea etiam quibus ad corporis & animæ salutē indiget, diuinæ voluntati per omnia cōmittit, sua propria voluntate postposita: quod in se est arduum & difficile, quia est contra omnem sensualem inclinationem: & cū oratio fiat propter Deum summè dilectum, etiam ipsa Dei dilectio est quid arduum & naturæ humanæ difficile: quæ contra omnem sensualem inclinationē facit omnia nostra, & nos ipsos pro Deo postponere & contēnere, paratos cuncta mala subire, potius quàm ipsum in minimo offendamus. Includit etiā, ut plurimum, oratio cordis compunctionem, & dolorem de offensis, cōtra Deū commissis, cuius opē scit ipse orās indigere. Et hæc cordis compunctio, etiam pœnalis est. Ergo oratio meritoria est, & satisfactoria. Dicitur præterea oratio impetratoria quia valere solet per viam gratiæ & liberalitatis ipsius Dei, ad id quod in ipsa petitur obtinendum, etiam si de iustitia illud ipsi oranti minimè debeatur. Vnde si Deus deneget petitum, non inde argui potest alicuius iniustitiæ.

SED contra hoc arguitur hoc modo. Oratio debetur de iustitia legis, id quod petitur, sicut de iustitia legis debetur præmiū merito: & fructus pœnitentiæ debetur peccati remissio. Ergo, &c. Probatur antecedens: quia sicut hæc in lege à Deo promissa sunt, ita & illud, iuxta Matth. 7. Petite & accipietis, quærite & inuenietis. Et iterum. Quocunq; petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis.

AD HOC dico prius, quod de hoc, an oratio à Deo semper exaudiat, postea dicemus latius. Secundo dico concedendum esse Deum se collaturum promississe quod ab illo fuerit in nomine Christi postulatum, concurrenti

bus tamen nonnullis cōditionibus, quibus positus, tunc debetur de iustitia quod fuerit petitum. Si tamen non omnes conditiones concurrant, auditur aliquando orans liberaliter, quem audire, de iustitia Deus minime tenetur. Et tunc erit oratio impetratoria, tantum quoad id quod petitur.

SED rogas, quæ differentia est inter mereri, & impetrare? Dico quod mereri, est acquirere ius ad illud quod meretur: itaq; iam de iustitia illud debetur ipsi merenti. Impetrare, autem est, quod ex sola misericordia, & liberalitate, & non de iustitia, Deus dat illud bonum quod dat propter orationem vel aliud bonum opus. Et hoc, nempe, quod aliud sit orationem esse impetratoriam, & aliud meritoriam, constat ex Pau. 2. Chor. 12. qui, cum Dominum instanter orasset, ut ab illo stimulum carnis auferret: meruit quidem ex charitate orando, non tamen quod petebat impetravit. Et similiter contra, stat orationem esse impetratoriā & nō meritoriam: ut sunt orationes quas sancti pro nobis fundunt: qui multa pro nobis orando, nobis impetrant, & non per viam meriti: quia Deus, non ex iustitia, sed ex gratia sua illos exaudire dignatur. Et confirmatur hoc de oratione peccatoris per quam homo sæpe impetrat quod petit: & tamen nō est oratio meritoria, cum sine charitate fiat: non stat tamen orationem esse meritoriam, quin sit satisfactoria, ex cōmuni sententia Theologorum: quia, esse opus meritorium, est de se satisfactorium. Sed specialiter oratio est satisfactoria propter causas supradictas. An autem stet, orationem esse satisfactoriam & non meritoriam: quæstio est inter Scotistas & Thomistas: Thomas nāq; & sequaces dicunt quod opera alioqui bona, facta in peccato mortali, non sunt satisfactoria apud Deum: Scotus autem & sequaces dicunt prædicta opera esse satisfactoria, & si non meritoria. Sed nos supra, cum de satisfactioe in communi ageremus, hanc q. absolvimus, dicendo cum. D. Tho. nullū esse opus satisfactorium ex parte operantis apud Deum, quin sit meritorium: quia tale opus nō est Deo acceptum, cum sit sicut falsa mōneta, ideo ab hac disputatione hic supersedendum est. Vnum autem hic silentio non pertransibo, quod sententia D. Tho. quam sequimur & profitemur, videtur Matth. 7. à Christo Redemptore probata expressè: quia (ut ibi refertur) eius discipuli aliqui multa bona opera fecerunt: tamen quia in peccato erāt à Deo non fuerunt acceptata. sed cū dixissent, Domine, domine, in nomine tuo prophetauimus, in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, respondet Dominus, se dicturum, Amen dico vobis, nescio vos: discedite à me operarij iniquitatis

Secunda. 4. quest. 16. art. 14.

quitatis. Confirmatur etiam ex eo quod dicit Esa. Omnes iustitiae nostrae, velut panus mensuratae. Ergo, nisi operum maculae & affectus per gratiam & charitatem abstergantur, non sunt talia, quibus de iustitia merces aliqua debeat. Et confirmatur rursus ex illo quod habetur Hier. 4. Nouate vobis nouale, & nolite super spinas serere. Qui n. super spinas ferit, fraudatur fructu. Exort. n. spinas simul, suffocant semen bonum, & perit fructus. Ergo: vt opera nostra fructificent, oportet prius spinas peccatorum a mente excidere: alioquin de iustitia merces nulla illis debetur. Et ratio probatur idem quod prius: quia peccator ob culpam, specialiter mortalem, manet ex iustitia Dei, poenae aeternae obnoxius. At per contritionem illa aeterna poena fuit remissa, & in temporalem commutata, non quancumque, sed quam Deus ipse per se de peccatore sumeret, vel per tortores suos infligere vellet. Quod si peccator ipse locovindictae seu poenae iudicialis cui ex iustitia erat obnoxius, velit orationem fundere, vel aliud opus extra charitatem facere, in libera potestate Dei qui iudex est, erit, illud loco poenae acceptare. Et, si non acceptet, iniustitiae alicuius argui non potest. Exemplum est clarum de iudice humano, seu legis latore: qui pro aliquo delicto in legem commissio, statuit iuste quod peccator delicti certum flagellis puniatur: faciamus autem quod praefatus delinquens ipse fecerit, vel per se, vel per alium quem ipse elegerit, sibi ipsi centum flagella imponat: manifestum tunc est quod hic iudici non, satisfacet de iustitia: quia si iudex talem flagellationem acceptare nollit, iniustus nequaquam esset: sed posset per tortores suos & iustitiae ministros illi delinquenti centum alia flagella inferre. Ergo ita de peccatoribus in ordine ad Deum dicendum est, Non. n. tenetur Deus acceptare opus peccatoris existentis in peccato mortali: & de facto non acceptat, vt ipse reuelasse videtur in adductis ad hoc testimonijs.

EX dictis colligitur manifeste ad quid valeat & quomodo vna quaeque oratio. Nam illa quae viuata est, ex charitate procedens, qua decet aliquid, vt conuenit, a Deo petitur, meritoria est: & ad augmentum gratiae & gloriae valet, sicut quodlibet aliud opus meritorium: & si non semper impetratoria petitionis sit: vt ex dictis patet. Et sicut meritoria est, ita etiam est satisfactoria. Et hoc ex legis iustitia potius, quam ex conditione & natura ipsius charitatis vnde fit. Illa namque oratio quae mortifera est, & Dei offensa, nec meritoria est, cum non ex charitate, immo contra charitatem sit: nec est ex iustitia satisfactoria, eo quod illi orationi non solum non debetur condonatio, aut retributio, sed potius supplicium, cum sit Dei

offensa. Sed neque est impetratoria, cum digna sit cui Dominus aures ocludat & talem orantem merito a se longe repellat. Illa autem oratio quae mortua quidem est, attamen aliqui, moraliter saltem, bona: nec meritoria est, nec satisfactoria: est tamen aliquando impetratoria. Quod autem huiusmodi oratio saepe sit impetratoria, probatur, prius testimonio D. Augusti super illud Ioa. 9. Scimus, quia peccatores Deus non exaudit. Vbi ait quod loquitur homo illae velut inunctus, in nondum satis a Spiritu sancto illuminatus. Nam peccatores Deum colentes, & humiliter ab ipso aliquid petentes, Deus exaudit, quod manifestum est de Maria Magdalena: & de illo publicano qui peccatum suum fitebatur, Deique misericordiam implorabat: de Zacheo: de latrone: alijsque pluribus, quos nobis Scriptura in exemplum proponit. Patet igitur ex his ad quid valeat oratio meritoria ad quid satisfactoria, ad quid demum impetratoria.

PRAETEREA. Dubitatur, cum oratio quae mortua dicitur, & non mortifera, saepe nec sit meritoria, nec satisfactoria, nec impetratoria: qualis erit, & ad quid valebit huiusmodi oratio, & eiusdem continuatio?

AD HOC respondendum est idem quod de alijs bonis operibus in peccato factis solet a doctoribus responderi. Et dico, quod valet ad multa. Primum valet ad obtinendum, saltem dispositiue, gratiam, & peccati remissionem: maxime si oratio illa in Deum summum dilectum dirigatur, & gloria ipsius potius, quam aliud temporale quaeratur. Tunc enim ipsa Dei dilectio disponit ad gratiam, immo secundum aliquorum doctrinam, illam habet concomitantem, aut si non habeat Deum pro fine, sed aliud quid bonum & honestum valebit, vt bona obtineat inspirationem, qua ad Deum confugiat, vt sic tandem gratiam adquirat. Et ita legitur de illo Publicano, quod cum Deum oraret, descendit iustificatus in domum suam. Secundum valet ad obtinendum temporalia beneficia. Et sic legitur de Nabachodonosore, quod Deus illi dedit regnum Aegypti, eo quod in bello diu cum exercitu suo seruierat, & tamen infidelis erat. Vnde intelligimus (vt ait Hiero.) Ethnicos, si quid boni fecerint, absque mercede non praeterire. Tertio valet ad euitandum peccatum vt si forte tenebatur ex praeecepto, vel voto orare, orando euitat peccatum, in quod non orando incideret, etiam si extra charitatem oret. Quarto valet ad resistendum inclinationi peccati. Per opera. n. virtutum resistitur vitijs in contrarium inclinationibus, adeo vt vitia ipsa per virtutum exercitium vires amittant & remittantur. Maxime vero oratio resistit inclinationi superbiae, ob humili-

tatem

Secunda. 4. quest. 16. art. 14. fol. 191.

tatem quam oratio habet annexam. Cuius simile legitur de elemosyna (vt supra de elemosyna diximus) Ecclesi. 1. Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccato. Quinto, pro hoc etiam est quod homo habitus bonos in mente gereret, quod non parum sibi proderit ad facilius & frequentius merendum per orationes, post superaduentum charitatis frequenter fusas, quando facile poterit ob consuetudinem propter Deum orare: qui ante aduentum charitatis non propter Deum orauerat, Sexto valet ad impetrandum preces sanctorum pro se. Sancti. n. videtes in verbo quod homo se illis commendat, ipsi excitantur ad interpellandum pro illo, & specialiter Angelus, cui illius hominis commissa cura est. Itaque, quauis non semper oratio a Deo exaudiatur, vt conferat quod oras petit, non ideo ab oratione cessandum est tanquam a re inutili: quandoquidem haec praedicta & multa commoda oratio ipsa potest oranti afferre: maxime, quia (quemadmodum ait Gers. in de valore orationis) sunt aliquae orationes quae suam vim ad aliquos salutare effectus ex opere operato habent: vt videre est de oratione Dominica, cui vim contulit ipsa Dei institutio, & de orationibus factis ab Ecclesia: quibus etiam fides formata ipsius Ecclesiae nonnullam conferat vim, Deo vti decet aprobante. Quae quidem, & si in orante meritum desit, suam vim aliunde habitam non amittunt.

PRAETEREA. Dubitatur quae requirantur ad efficaciam orationis. An illa oratio quam diximus esse viuam, semper exaudiatur a Deo? Videtur quod ita, ex illo Ioa. 16. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Et iterum. Quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

DUBITATVR. Secundum, an oratio illa quam diximus esse mortiferam, exaudiatur a Deo aliquando: vt cum quis orat, & ipsa oratio est peccatum mortale, vel veniale, an a Deo aliquando exaudiatur? Videtur quod ita. Probatur: quia Iudaei in deserto petierunt carnes vt comederent, quia nauseam eis fecerat manna a caelo eis datum, & obtinuerunt, quia datae fuerunt eis coturnices ad saturationem. Secundo, Cum ipsi Iudaei per iudices regenerentur, & gubernationem haberet Samuel, quem Dominus illis praefecerat, petierunt regem, & Dominus exaudiuit illos, deditque illis regem. At constat eos tam primo quam secundo, peccasse, carnes & regem petendo. Deus. n. aduersus eos iratus utrobique legitur. Ad haec respondens constituit hanc propositionem. Certum est Christum Redemptorem promissis se orationes nostras a Patre exaudiendas: & nobis hanc dedit certitudinem. Haec probatur prius testimonijs citatis. Secundum proba-

tur ex illo quod ait Ioa. in sua prima. Canon. cap. vlt. vbi sic dicit. Et haec est fiducia quam habemus ad Deum quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos: & sciimus quia audit nos quicquid petierimus. Ergo, &c. Sed hoc non est intelligendum de quacumque oratione, etiam a iusto facta, nisi certas habeat condiciones, & peculiariter quatuor: nempe, quod fiat pie. i. ex charitate, fide, & spe: quod fiat perseveranter: quod media congrua homini possibilis ad impetrandum operatum non negligantur: & quod id quod petitur, tale sit, quod orans pro se ipso petat quod petit. Si. n. haec omnia fiant, non dubium est quia oratio a Deo exaudiatur, & erit impetratoria, dummodo impedimentum peccati non superueniat, quo homo fiat indignus vt audiatur. Nec dico haec omnia necessaria esse vt impetretur quod petitur: quia multis ex his deficientibus, solet Dominus postulata concedere, sed ex sua gratia & liberalitate, non ex promissionis debito. Si autem omnia adsint, ex debito promissionis ad vota commodecedet orantis. Quod autem haec omnia necessaria sint, vt certa sit orationis impetratio, facile apparebit, si auctoritates Scripturae de hoc tractantes in vnum colligantur. Et quidem quauis de charitate expresse mentio non fiat, bene tamen aequiualeat, idque in multis locis. Illos. n. exaudiendos a Deo dicit, qui mandata Dei seruant, & verba eius audiunt, & qui timent Deum, qui etiam conscientiam puram a peccato mundatam habent. Hos autem certum est in charitate Dei esse. Dicitur. n. Ioa. 15. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis & fiet vobis. Et Ioa. in. i. ca. 3. ait, Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quae sunt placita coram eo facimus. Et pro hoc est illud psal. 65. Si iniquitatem aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Et iterum in psal. 144. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationes eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Loquitur autem de timore sancto qui permanet in saeculum saeculi: quo. s. quis peccare timet ne Deum offendat, & dicitur timor castus & filialis, qui sine charitate esse non potest. Ergo si orans mandata non seruet: si conscientiam a peccato non mundet: si Deum non timet, non est cui Christus promissit eius orationem audiendam. De fide autem & spe dicitur Matth. 21. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non haesitaueritis, non solum ficulneam arefcere facietis: sed si monti huc dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet: & subiungitur. Et quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et Ioa. 14. Amen dico vobis,

qui

qui credit in me opera quæ ego facio, & ipse faciet: & quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Dicitur autem ille aliquid à Deo petere in nomine Christi, qui si dem Christi habet in Christum credens. qui credit omne bonum nobis de cælo ob Christi merita euenire. Propter quod Ecclesia in omnibus orationibus in quibus aliquid à Deo petit, petit illud per Christum dominum nostrum: Et Iaco. in sua Cano. ait si quis indiget sapientia, postulet eam à Domino. Et sequitur. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Nō ergo existimet homo ille qui hæsitat quod accipiet aliquid à Domino.

EX quibus colligitur quod Dominus non promisit se quenquam in oratione exauditurum, nisi fidem, spem, & charitatem habeat. Opus est orationis affectum in Deum finaliter tendere, quod charitatis est: & credere quod potens est, si velit, quod petitur largiri: & in sua bonitate confidere, quod si verè expeuerit, ad vota condescendet orantis. De perseverantia autem in oratione, ut certa sit eius impetratio, apparet ex eo quod dicit Christus Luc. 11. ubi post traditam orandi formam, ait Dominus. Quis vestrum habet amicum & ibit ad illum media nocte, & dicit ei, Amice, comoda mihi tres panes, &c. & illo negante instanter petat: & sequitur, si ille perseverauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens quia amicus eius est, propter improbitatē tamē eius surget & dabit illi quot quot habet necessarios. In quo aperte docemur non satis esse Deum orare, etiam si amicus eius simus, nisi in oratione perseveremus, ut certa sit nostræ orationis impetratio. Præterea Luc. 18. Oportet semper orare, & non deficere, nepe. quousq; fiat quod in oratione petitur. Et statim apposuit Christus parabolam de iudice, qui viduæ iustitiam postulanti non nisi post importunas & frequentes ipsius viduæ preces facere voluit. Vnde beatus Greg. in moralibus ait. Virtutis pondus oratio non habet, quam nequaquam perseverantia cōtinui amoris tenet. Et D. Chrysost. in lib. de compunctione cordis ait, Ab oratione non recedas, donec accipias finem postulatū. Ergo ex his omnibus manifeste sequitur, quod si quis ex charitate, fide, & spe oraverit, si tamen non perseveret, non est certa impetratio petitionis, aut orationis exauditio. Vnde nō abs re dixit beatus Iaco. in sua cano. Multū valet depræcatio iusti assidua. De diligentia vero humana apponenda ad impetrandum postulatū, ut certa sit petitionis obtentio satis patet: quia qui aliquid à Deo petit, ad cuius assequutionē ipse humana remedia conveniētia habet, per quæ illud acquiri potest & solet, & ea negligens, à solo Deo sperat id obtinere, non videtur Deum

orare, sed potius tētare. Ut si à Deo peccator veniam petat, & medium ad id ordinatū dimittat, nempe pœnitentiā: aut si sanitatem petat, & medicos aut medicinam cōtemnat, indignus est profecto qui audiatur: quia vel iridet, vel tentat Deum, Vnde Dominus reprehēdit duos discipulos filios Zebedei qui, cum peterent cum Christo in regno eius sedere, & mediū ad id esset tollere Crucē & se qui Christū, tamē de medio nihil ordinabāt, nec cogitabant. Vnde non imerito Christus eos interrogavit dicens, Potestis hibernere Calicem quem ego bibiturus sum? Sine huiusmodi igitur humana diligentia, si aliquid à Deo petatur, nō erit certa petitionis impetratio. Quod autem res ipsa quæ petitur talis d. beat esse quæ ad orantis salutem & gloriam Dei pertineat, ut certa sit orationis impetratio, etiam inde apparet quod dixit Dominus Matth. 6. Quærte primum regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis. Non dixit, quærte primum regnum vestrum quo regnetis, sed regnum Dei, quo Deus regnet in vobis. Vnde in oratione Dominica à gloria Dei petitiones incipiunt, cum primū petitur, Sanctificetur nomē tuum: deinde quæ ad salutem nostram pertinent, apponuntur. Ita & Paulus docet, ut quicquid agimus in gloriam Dei agamus. Si nempe in opere illo Deo placere volumus, & quia nescimus, an quod petimus ad gloriam Dei conferat: scit autem id Deus, ideo omnia nostra vota opus est Deo committamus. Nam quid oremus si cui oportet, nescimus: ut inquit Paulus. Vnde, ut sæpe iusti oratio nō exauditur, ideo est, quia vel non principaliter in ea gloria Dei prænditur, vel id quod petitur, pro tunc ipse oranti non expedit: sicut non expediebat Paulo nec Ecclesiæ quod Deus exaudiret illum, quando, ut auferret ab eo stimulum carnis, à Domino petebat, etiam si instanter id petierit: ut ipse dicit. De ultimo, nepe. quod, ut certa sit petitionis impetratio, opus est ut pro se ipso oret. Illud colligunt doctores cōmuniter ex multis supra allegatis dictis Christi, in quibus non videtur promittere aliis quam orantibus, sed ipsi met quod petierint: Hoc. n. significare videtur, quando ait, si quid petieritis Patrem, &c. Et iterū. Quocunq; petieritis in nomine meo, accipietis. His igitur quæ dicta sunt, cōcurrentibus: certū sumus, sicut esse debemus, quod oratio erit impetratoria, immo ex debito & iustitia legis cōplenda petitio: quandoquidē Christus ad id se obligavit promissionē sua: Et, quāquam. vota orantis nō statim Deus cōpleat, nō propter hoc diffidēdū est, quin nobis perseverantibus adimplebit: Differt nanq; aliquādo vota complere, prout ipse se ad gloriam suam, & salutem nostram expedire. Et hæc

hæc sufficiant pro primo dubio. AD secundum autē dubium, nempe de orationibus mortiferis quod aliquando exaudiuntur, fateor, sed in damnum ipsorum petitionum. Quemadmodum in malum Iudæorū regem petentium, datus est illis Rex: vnde et Dominus mala quæ sub rege passuri erant, illis prædixit: ut habetur. i. Reg. 8. Similiter in malum eorum datæ sunt illis coturnices, quando carnes petierunt, siquidem in earū esu multi perierunt. Ita etiam credendum est. Deum multorum impudentium & obstinatorum orationes audire, in quibus solum bona corporis, aut fortunæ petunt sciēs hoc illis in maiorem ipsorum condemnationem cessurum. Vnde fit, ut nec hi, quorū orationes huiusmodi exaudiuntur, superbire, nec illi quos Deus non audit, diffidere aut desperare debeant. Sæpe. n. Deus iratus cōtra orationem concedit illi: quod si iratus (ad nostrum loquendi modum) nō esset, negaret. Beatus nanq; Aug. ait. Sæpe etiam fors si concederet, non illis in bonum esse cessurum. Et hæc sufficiant de oratione, quam quis pro se ad Deū fūdūt, & de valore atq; efficacia eius.

De valore orationis quæ pro alio funditur. **PRIMA** propositio est. Oratio quæ ab uno funditur pro alio, proficit illi pro quo funditur.

AD hoc dico, & sit prima propositio. Si aliquis viator oret pro beato vel beatis scienter, nihil illis valet illa oratio: imo est oratio ipsius sanctis pro quibus porrigitur, iniuriōsa, & consequenter vitiosa: quia iniuriam facit beato qui orat pro illo.

SECUNDA propositio est. Oratio facta à viatore pro beato nesciēter, nempe, quia ille orans nescit illum pro quo orat, esse beatum, valet ipsi beato ad gaudium accidentale. Probatur hæc: quia gaudent sancti videntes quod amici sui in terra agentes, ex charitatis affectu, qui Deo gratus est, opera bona pro illis faciunt: immo obligantur quodam modo ad antidota, nempe, ad intercedēdum pro ipsius orantibus, ob gratitudinem illis debitam.

TERTIA propositio est. Oratio facta pro illis qui sunt in Purgatorio, valet illis: ut vel inde totaliter liberentur, vel citius, vel saltem minus torqueantur. Hæc probatur ex illo. 2. Macha. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defūctis exorare, ut à pœtis solvantur. Et cōfirmatur ex D. Greg. dicēte. pro animæ defūctorum quatuor modis solvantur: aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum aut charorum elemosynis, aut ieiunio cogitatorum; & habetur. 13. q. 2. cap. Animæ. Pro hoc etiam est D. Aug. in Enchirid. loquēs de orationibus & suffragijs quæ pro defūctis

in Purgatorio existentibus fiunt, dicit. Quibus autē profunt, aut ad hoc profunt, ut illis plena sit remissio, aut certè ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Ex quibus patet ad quid illis valeat oratio viorum pro ipsis facta.

QUARTA propositio est. Oratio facta pro danatis scienter, seu ex proposito, deprauata est, & volūtati diuinæ contraria. Hæc probatur: quia certa est voluntas Dei, ut qui in mortali culpa vitam finiunt, ad infernum sine spe vlla redemptionis æternaliter puniēdi descendāt. Ideo non immeritō prohibitum est, pro illis, saltē ex proposito, orare: ut supra probauimus: & ultra probatur ex cap. Pro obeuntibus. 13. q. 2. ubi dicitur, quod pro impijs, etiam si Christiani fuerint, sacrificia facere, aut alia suffragia non licebit. Tertio probatur ex Conc. Bracharen. ubi iussum fuit, ut pro his qui in peccatis impœnitentes decesserunt, nulla profus fiat commemoratio: & habetur cap. Placuit. 23. q. 5. & idem habetur cap. Audiamus, de reliqui. & veneratio. sanctor. quod si Ecclesia non tolerat orare pro his qui in ebrietate decesserunt: quia (ut ait Paulus) ebrii regnum Dei non possidebūt. In quo aperte significat non esse orandum pro damnatis. Si autem orare pro illis, aliquid esset illis profuturum, certè Ecclesia non prohiberet orare pro illis.

SED contra prædictam quartam conclusionem arguo hoc modo. Est oratio facta pro existentibus in inferno, nō valeat illis ad relaxandum pœnā æternam: valet tamen ad remittendum pœnam temporalem, quā debebant damnati pro peccatis iam dimissis in hac vita.

AD hoc dico ut iam supra latè tractauimus contra Scot. quod nec ad illud valet illis illa oratio. Et nobiscum est in hoc Metinensis in suo cod. de oratione. Et probatur hoc: quia ille diues epulo, cū esset in inferno, & ab Abrahamo aliquantulū suffragiū quo mitius torqueretur, exigeret, nullum misericordie verbum audiuit: immo potius significatū ei fuit ob chaos magnum quod erat inter danatos & alios, non posse illis quicquam auxiliij cōmunicari. Secundo cōfirmatur, quia ille seruus nequam qui suo conseruo misericordiam non fecit, traditus est tortoribus sine misericordia puniendus. Cui dictum est, Non exabis inde donec soluas nouissimum quadratē. Ex quo intelligimus damnatos sine misericordia luere, quæ in hoc sæculo peccauerūt. Vnde & Iaco. in Cano. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam. Qui autem sine pœnitentia in mortali peccato decessit, misericordiam sibi ipsi denegavit. Nō igitur minus dignus est, cui misericordia in inferno denegetur, qui sibi misericordiam nō fecit.

Quarta propositio.

Secunda. 4. quest. 16. art. 14.

fecit, quam si proximo misericordiam non fecisset: Cum misericordia ex charitatis ordine à se ipso incipere debeat: itaque, aiebat Ecclesi. Misere animæ tuæ placens Deo.
PRAETEREA. Pro hoc est illud Matth. 12. de illo qui peccauit in Spiritum sanctum, ne pe qui in finali impoenitentia decessit, prout Aug. exponit, quod non remittetur ei nec in hoc sæculo, nec in alio. Quod etiam exponens Hugo & alij doctores dicunt, quod taliter peccantes in inferno sine misericordia punientur: quia soluent ad viuum quod debebant pro peccatis commissis. Si igitur ita sit, vt per hæc allegata docemur, apparet nullam orationem, nullum suffragium in hac vita pro damnatis factum illis aliquid valere, quominus soluant debitum vsq; ad nouissimum quadrantem. Præterea: nec legimus vnquam Christum pro damnatis orasse, nec etiam sanctos, nec Ecclesiam. Quod si Christus pro illis aliquando orasset, Ecclesia Christum imitans pro eisdem orare permitteret, non solum oratione priuata, sed publica: & reuera illi ob suam impoenitentiam & obstinationem digni sunt, pro quibus nec Christus, nec sancti, nec Ecclesia oret. Digni etiã sunt, vt si quis pro eis oret, eius oratio in nullo exaudiatur à Deo: immo & si quis in hoc sæculo velit aliquod opus pœnale suscipere hac intentione: vt pro illis loco pœnæ temporalis præfatæ satisfaciatur, digni sunt vt huiusmodi satisfactio à Deo non acceptetur. Et hoc ipsum colligitur etiam ex eo quod Christus ad discipulos dixit, cum eos ad prædicandum mitteret, si quam domum intraueritis, dicite Pax huic domui: & si digni fuerint, pax vestra veniet super illos, sin autem, reuertetur ad vos. Oratio igitur & alia suffragia, si quæ pro damnatis fiant, nullo modo possunt eos à pœnis nec in totum, nec in parte releuare. Vnde etiam communiter, & quidem veredicitur, quod indulgentiæ, etiam si Papa vellet eas ad damnatos per modum suffragij extendere, illis nullo modo prodesse: eo quod indulgentiæ valent ex meritis Christi & sanctorum, Christus autem & sancti, sicut nec Ecclesia, sua merita nunquã damnatis applicuerunt. Vnde & D. Aug. ait. Si scirem patrem esse in inferno non magis orare pro illo quam pro dæmone. Quod inhumanè dictum videretur, si posset sua oratione patri in inferno exilenti aliquo modo subuenire.
EX quibus omnibus colligitur quod non valet oratio pro altero facta, nec à Deo acceptatur, nisi id quod pro illo petimus possit adiutorium aut via illi esse, qua posset ad vitam peruenire beatã: si autem ille alter pro quo oratur, talis sit, cui via salutis penitus clausa est, incassum pro illo quis orat: at tales sunt damnati, ergo, &c. Sed de oratione facta pro

alio viatore dubitatur ad quid ei valeat? Et peculiariter dubitatur, an oratio facta ab vno viatore pro alio, valeat illi pro quo funditur ad gratiam vel ad eius augmentum. i. an sit illi meritoria: ita quod vnus alteri mereatur.
AD quod vt supra disputauius in P. 4. in materia de baptismo, Scot. & Caie. & alij pauci dicunt quod ita. Et probatur hæc sententia hoc modo. Quilibet homo potest dare alteri quod suum est. Sed meritum & oratio illa est huius merentis & orantis. Ergo poterit illud alteri dare. Secundò. Vnus potest pro alio satisfacere, vt supra diximus, ergo et mereri, cum eadem sit ratio. Tertiò. Confirmatur ex illo Matth. 9. Videns Iesus fidem illorum, dixi paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Super quo verbo D. Greg. sic ait. Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem tantum valet fides aliena. Ex quibus apparet aliorum preces valuisse paralytico: vt remissionem peccatorum, & per consequentiam, gratiam primam obtineret. Quartò Confirmatur ex illo Luc. 16. facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Et deficere in proposito videtur idem esse quod à charitate excidere. Ergo his qui sunt in mortali peccato, ad salutem animæ & gloriam preces pauperum valent quibus elemosynas dederunt, aut dant. Quintò pro hac sententia est illud Ambro. super illud. 1. ad Timo. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, &c. significantis quantum valleat opus misericordie indigentibus impensum: quia eorum precibus valde iuuantur ad promerendum Deum: additq; Siquis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum tamen carnis patiarit, quid fiet de illo? Vapulabit, sed non peribit: Si autem solum exercitium corporale habuerit, perenes pœnas patietur. Vnde apparet Ambro. loqui de lubrico carnis mortali, per quod quis à charitate excidit: & illum dicit vapulaturum qui dem, sed saluandum eorum precibus adiutum quibus misericordiam fecit. Sexto, facit etiã ad hoc id quod habetur. 1. Ioa. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat & dabitur ei vita, peccanti peccatum non ad mortem. Vbi peccatum non ad mortem videtur omne aliud ab eo quod est ad mortem: Peccatum autem ad mortem dicitur, in quo quis impoenitens decedit. Ergo vnus homo potest sua oratione fratri gratiam primam obtinere, per quam viuat Septimò. Pro hoc est etiam illud quod habetur Iaco. 5. Infirmitur quis in vobis, inducat presbiteros, &c. & addit, Et oratio fidei saluabit infirmum, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Hanc prædictam propositam questionem tractat Adria. de Traiecto: in suis quolib. q. 8. & fundat præ-

Secunda. 4. quest. 16. art. 14. fo. 185.

dictam opinionem in prædictis citatis testimonijs, licet ipse non teneat illam. Ego autem dico quod si prædicta opinio intelligatur hoc modo, nempe, quod oratio vnus valeat alteri ad primam gratiam secluso omni bono motu illius: ita vt ex parte illius pro quo oratur, nihil aliud sit necessarium, nisi quod non ponat obicem, est opinio erronea. Probatur prius: quia certum est vniciq; necessariã esse fidem ad salutem. Ergo illi qui fidem non habet, non potest prodesse aliena oratio ad gratiam primam. Secundò. Peccanti mortiferẽ necessaria est pœnitentia, vt viuat: quod sæpe scriptura docet, & aperte Aug. tradit dicens, omnis qui suæ voluntatis arbiter constitutus est, nisi eum veteris vitæ pœniteat, nouã vitam, nempe gratiã, inchoare non potest, à qua soli paruulij immunes sunt. Quomodo ergo peccatori sine pœnitentia suorum delictorum poterit de lege, aliena oratio prodesse, cui Christi sacramentum non prodest, nec confessio, nec baptis mus vt supra deduxi in P. 4. Potest secundo modo intelligi præfata opinio sic, quod ex parte quidẽ peccatoris necessaria sit pœnitentia cordis, vt gratiã habeat: non tamen tanta quæ per se sufficiat ad obtinendũ gratiã ob sui remissionem: & tunc hac dispositione existente in illo, poterit illi ad gratiã primã prodesse alterius oratio. Sed hic modus (& si videatur Scot. in. 4. in materia de contritione) falsus est, vt supra, cum ageremus de contritione, latè tractauimus & probauimus, non esse in contritione seu in pœnitentia cordis necessariã intensionem gradualẽ, sed satis esse, si efficiens dispositio ad gratiã, vt supra diximus arguendo contra Adria. Cũ igitur ita sit, quod sine pœnitentia cordis formalis, aut virtuali, non potest peccator gratiã primã habere: & quacumq; talis, etiam si remissa sit, sufficit ad gratiã consequens est orationem alterius ad gratiã primã directẽ, vel immediate non valere: quandoquidẽ gratia prima correspondet pœnitentiã illi, eum propriæ dispositioni ipsius pœnitentis: & secundum eius exigentiam sibi præstatur.
Sed, an oratio vnus alteri taliter ad gratiã proficit, quod ultra illam gratiã propriæ dispositioni correspondentẽ, impetret illi aliam gradũ gratiã: Scot. & Caie. videtur dicere quod ita, vbi supra. Sed ego dico quod non, vt iam supra dixi: quia non seruaretur proportio meriti ad præmiũ, & in scriptura dicitur quod vnusquisq; habebit prout gessit in corpore suo, & non prout alius agit pro illo.
His habitis, responderetur ad argumenta in oppositum: & ad primũ, nego maiorẽ: quia quãdo ex aliqua datione sequitur aliquod inconueniens, vel ipsa donatio est contra aliquã prohibitionem, non valet illa donatio:

& ita esset contra proportionem meritorum ad præmia, quæ reuelatur in sacra scriptura seruanda esse: & oppositum non probatur apparenter ex scriptura sacra.
AD SECUNDVM concessio antecedente, nego consequentiam: quia propterea quod vnus det satisfactionem suam alijs, non sequitur aliquod inconueniens, nec aliquod contra scripturam: sicut sequitur, vt dictum est ad primum, si daret suum meritum essentiale.
AD TERTIVM de illo paralytico, dico quod ex illo loco non sequitur quod sola fides astantium qui pro illo Christum precabantur, sufficeret ad remittendum peccata illi paralytico. Quod constat tum quia paralyticus qui in morbum ob peccatum incidit, sine fide propria vitam gratiã habere non poterat: tum quia dixit ei Christus, confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Vnde præmisit, confide, & subiugitur, remittuntur, &c. In quo apparet illũ paralyticũ fiduciam habuisse in Christo, ideoq; remissionem obtinisse. Et ita dicunt expositores, nempe, quando dicitur, videt Iesus fidem illorũ, &c. non solum refert fidem astantium, sed etiam ipsius paralytici. Et ad illud quod ait Greg. nempe, Quantum valet fides propria, si tantum valet aliena? fateor quod aliena fides profuit illi paralytico ad remissionem peccatorum, sed completam. i. quoad residuã pœnam, culpa prius per fidem & contritionem condonata. Ad quã remissionem completã propria fides paralytici non sufficeret. Vnde putandũ est illũ ob fidem propriã, & pœnitentiã fuisse consequutum remissionem peccatorum, quo ad culpã & pœnã æternã: fide autem aliorum adiutus consequutus fuit plenã peccatorum remissionem: & aliud est hoc quod gratiã primã per aliorum fidem eum consequutus esse, vt constat. Secundò dico quod ille paralyticus etiã pro aliorum fidem consequutus fuit remissionem culpæ, sed mediã & indirectã hoc est, illi astantes paralytico impetrauerunt vt Deus daret illi bonũ motũ propter quẽ dedit post eã gratiã & remisit culpas immediate & directe: ideo semper saluatur proportio meritorum ad præmia.
AD quartum, vt cum defeceritis, &c. Dico quod Adria. non exponit fideliter illum locum in prædicto sensu, nempe, vt cum defeceritis. i. à charitate cecideritis: quia aliter communiter exponitur ab interpretibus sacre scripturæ. i. cum defeceritis à vitã præsentem, pauperes quibus elemosynas contulistis, in æterna tabernacula vos recipiant. Aut sic. Vt eum defeceritis, id est, vt quã vos per vos ipsos regnũ Dei introire non sufficientes eritis, ex quo in hoc sæculo pro delictis non satis fecistis quoad pœnã vestris delictis debitã, illi per suas orones vos iuuantes recipiant vos. Quod non solũ
A saluatur

non obstante facto alterius. Ergo sic dicendum est apud Deum, quod si cum peccator ob culpam suam, etiam dimissa, sit Deo debitor pro pena per ipsum vel suos tortores sumenda, si alter velit opus penale pro illo subire, non est Deus astrictus de iustitia id loco debiti acceptare. Ad hoc nego minorē: quia ut supra de sanctificatione in comuni probauimus, lex est quod unus satisfaciatur pro alio, ut est illud Pauli ad Rom. 12. Alter alterius onera portate, & Orate pro inuicē, ut saluemini, &c. Non enim videtur quomodo unus melius portet alterius onera, quam pro illo satisfaciendo. Et, quomodo unus pro alio debet orare, quod in scripturis præcipitur frequenter, si Deus non audiret, et de iustitia, sed si voluerit, & non aliter. Adpositum autem exemplum non valebat: quia leges humanae disponunt quod ipsemet delinquitis puniatur, & non admittatur alius pro eo ideoque non est aliud in iudicis potestate, sicut est in potestate Dei & misericordia. Præterea, prædicta opinio Metinensis est magna occasio quod homines in hac vita non offerrent sacrificia pro existentibus in Purgatorio: potest quæ secundum opinionem, non solum certum de lege acceptetur, an non. Pro indubitato ergo tenendum est, orationem iusti pro alio iusto satisfactoriam esse de iustitia.

PRAETEREA. Dubitatur, an tantum valeat oratio pro multis iusta unicuique eorum, quantum valeret si pro vnoquoque, separatim diceretur. Ad quod respondet Præpositus, quod ita, nempe quod non minus valet vna ora per hoc quod pro illo & pro aliis multis funditur. Et id est, inquit, quia unusquisque eorum pro quibus oratur, sicut a eorum dignitate, recipit totum valorem orationis. Probat hoc prius: quia bonum spirituale proportionatur spiritui, & spiritus totus comunicatur, & non per partes. Non minus habet de anima caput per hoc quod pedis & manus comunicatur: cum tota sit in qualibet parte. Ergo & bonum spirituale oportet absque sui diuisione comunicari unicuique, comunicatur.

Ad hoc tamen ego dico quod hæc ratio non probat intentum, cum discrimen inter spiritum & bonum spirituale sit apertum. Spiritus namque indiuisibilis est: ideo non potest per partes comunicari: ut constat. Bonum autem spirituale quod per orationem alicui comunicatur, diuisibile est, & partitione admittit, siue sit collatio boni, seu de bono collato, siue sit charitas, siue virtutes theologales, siue morales, siue alia dona positiua creata: quæ omnia manifestum est diuisibilia esse, saltem intensiue. Unde colligitur posse unum gradum gratiæ aut virtutis, comunicari vni & alii alteri. Et idem constat de malo & merito, nempe de pena debita alicui pro peccatis suis: quæ quoad intentionem, & durationem partibus est. Unde, si valet oratio ad

remittendum decem gradus pænæ debitæ, nihil inconuenit, vni homini remitti unum gradum, & alii alium. Quod & si bonum spirituale proportionatur spiritui, non erit in eo quod dictum est de communicatione per indiuisibilitatem: ut patet.

SECUNDO argumentatur ad idem de candelâ coram multis accensa, quæ æquè illuminat omnia supra sentes, & vox coram multis prolata æquè ab omnibus assistantibus auditur. Sic igitur dicit orationem omnibus pro quibus sit æquè prodesse. Sed ego dico quod etiâ hæc non probat intentum, quia si probaret, eodem modo probaretur quod oratio æquè valet his pro quibus non funditur. Nam candelâ si solum accenditur ad illuminandum unum, non minus reliqui assistantes illuminantur: & vox doctrinæ si solum dicitur ad docendum unum, non minus reliqui assistantes docebantur: tum etiam dissimilitudo est nota: quia candelâ & vox a natura sua efficiunt effectum in passim, & quæ appropinquat: oratio autem non, nisi ex intentione orantis, & voluntate Dei orationem acceptantis: ideo constat quod oratio non æquè prodest multis, nec vni si pro multis dicitur, quantum si pro illo solo diceretur.

tertio arguit ad idem ex Decreto D. Hieronimi de consecr. d. 5. cap. Non mediocriter, dicitur, cum psalmus vel Missa pro cunctis animabus dicitur, non minus, quam si pro vno quoque, diceretur, accipitur. Hic tamen non sequitur quod præterea argumentum, ita in his verbis: quæ dimissis alijs glossis, in se supra hoc videtur directè significare, nempe, quod psalmus vel Missa, æquale habet valorem si pro vno solo dicitur, & si pro multis. Quod intellectum de valore psalmi vel Missæ, ex opere operato, videtur verum. Quod autem non intendat Hieronimus, dicere quod tantum valet unicuique, ex opere operato vna Missa dicta pro multis, quantum valeret si pro vno quoque, sua Missa diceretur, videtur manifestum. Clarum est, ex multis Missis plus commodam animas reportare, quam ex vna sola. Sed comparat Missam dictam pro vno, ad Missam dictam pro cunctis: & dicit quod idem est vtriusque, valor & fructus. Hoc videtur sensisse Adria. respondendo ad hæc auctoritatem D. Hieronimi. Unde, si caute & attentè legas seriem Decreti, videtur Hieronimus, intendere, eos reprehendere qui volentes multis animabus per orationes aut Missas proficere, multiplicat psalmos & Missas, idque cum lux in coluntatis detrimeto, & cum magno fastidio, cum tantum satius esset & vtilius paucos psalmos & Missas pro cunctis quibus sacerdos prodesse cupit, dicere cum cordis hilaritate & conscientie puritate, quam psalmos & Missas multiplicare cum cordis molestia & anxietate. Et ita intendit quod homo plus prodesse multis quibus prodesse cupit vna Missa pro multis dicendo, cum cordis puritate & hilaritate, quam per singulis eorum Missas cum anxietate celebrando. Et

Et intelligendum est de valore procedente ex opere operantis & non ex opere operato. Quod inde patet, quia ad valorem ex opere operato, parum refert cordis hilaritas & serenitas: tum etiâ, quia loquitur de psalmo & Missa indifferentem. Psalmus autem non ita valet, ut videtur, ex opere operato: sicut Missa. Ergo de valore ex parte operantis loquitur Hieronimus. Ex his colligitur, fundamenta huius opinionis non probare intentum: & dico quod ipsa opinio in se falsa est, si indistinctè dicitur de valore orationis quatenus valet ad remissionem pænæ, seu ad satisfaciendum, & quatenus valet ad collationem boni. Nam valor orationis per viam satisfactionis finitus est & determinatus: quia tollit de pænâ aliquid æquiualens ei, quatenus satisfactoria est. Non igitur cedit in solutum æqualiter pro multis, sicut pro vno solo cederet. Ut, si sint decem debitores, quorum quilibet debet decem, & Petrus soluat decem creditorum, profecto hoc cedit in solutum ex multis, opus est, ut per singulos solutio diuidatur: ut satis de se constat. Sic in proposito de collatione etiâ boni quod confertur eis pro quibus oratur, non videtur omnino certum. Quod si unusquisque tantum recipiat, ac si pro illo solo funderetur oratio, quæro, an bonum illud sit ex iustitia debitum pro tali oratione, & ei cui applicatur reddendum: an solum per viam gratiæ & libera hæntia donetur. Si primum, unicuique merito determinatum, suum præmiū determinatum & finitum debetur: & illud in multis diuisum nulli planè concedetur: ut patet. Sicut si pro vno solo esset oratio iusta & applicata. Si secundum, nulla est certitudo, ad quantum bonum, & pro quibus velit Deus illam orationem acceptare ut manifestum est. Non igitur est certitudo in hac opinione: sed vel falsa, vel incerta, ne dicam temeraria videtur. Præterea. Si oratio vel Missa tantum valeret unicuique, illorum pro quibus fit, sicut si pro vno solo diceretur, magna videretur incuria & negligētia sacerdotis & merito culpanda, si, cum pro vno orat, aut Missam celebrat, non id pro omnibus facit: cum per hoc quod pro omnibus id faceret, nec ille vnus quicquam fructus orationis perderet, & ceteri alij tantundem lucrarentur.

SED est aduertendum, quod secundum S. Thome omne opus meritorium habet triplicem valorem, nempe, valorem specialissimum generalissimum & medium. Specialissimus valor valet ei qui meretur: generalissimus valet toti Ecclesiæ: medius autem valor valet ei cui is qui orat vel meretur, vult huiusmodi orationem applicare. Et primum, nempe specialissimum valorem non potest ipse oras alteri a se applicare. Probatur: quia ager contra charitatem, quæ a se incipit & contra Dei institutionem, qui unicuique oranti, aut be-

ne merenti suum præmiū, quandoquidem vnusquisque sui operis fructum reportabit. Secundum autem valorem, generalissimum, est oras non potest a tota Ecclesiâ amouere, & particulariter cui vellet applicare. Eset. n. hoc est contra charitatem, quæ omnia amicorum communia facit: & omnis iustus est particeps omnium bonorum operum quæ in Ecclesiâ sunt: prout significat Psalmista, dicens, Particeps ego sum omnium timendum te, &c. Videturque, inter omnes iustos quædam charitatis contrastra societas, quibus est vnus dominus, vna fides, vnus baptisma, & vna communis dilectio qua se mutuo, ut se ipsos, diligere debent: ideo mutuo sibi sua merita comunicant, non tamen ex voluntate humana quæ de iustis illius, qui hac mutuam dilectionem eos habere præcipit: & ita, cum orare eos doceret, singularitatem amouit, & ut generaliter pro omnibus oraret docuit: ut patet in oratione ipsa Dominica, qua petitur, dimitte nobis, &c. libera nos: da nobis hodie: vbi semper in plurali ponuntur petitiones, non in singulari. Et quanquam multi iusti orationes ad Deum singulariter vel pro se, vel pro amicis expressè fundant: tamen & habitualiter omnes alios iustos includunt, nec intendunt quenquam a præfata societate excludere. Tertium autem valorem medium potest ipse oras, seu opus meritorium facies, applicare sibi aut alijs quibus velit. De quo aliam Et quæ hic tertius valor ponendus sit vltra specialissimum & generalissimum, probatur: quia, si non valeret oratio aut Missa nisi in his duobus primis modis, superflua in Ecclesiâ essent ornata Missæ pro viuis specialiter, & alia pro mortuis: & inter viuos, alia pro his, alia pro alijs, si non valeret eis nisi generalissimum. Si dicas quod quando specialiter applicantur alicui aut aliquibus, non recipiunt tantum omnes generalissimum, quantum alias recipient: & ita quod illis subtrahitur, datur alijs pro quibus specialiter dicitur. Dico quod hoc irrationabile est, & contra charitatem & sanctam præfata societatem, dicere, quod, ut his aut alijs specialiter proficiam, oportet de bonis aliorum & eisdem ex lege charitatis debitis subtrahere & ita apparere huiusmodi medium valorem nulli ex iustitia esse debitum, nisi cui ipse operans applicauerit. His præmissis, respondetur secundum aliam opinionem, de missa præpositio, quod oratio non tantum valet vni pro multis iustis, quantum valeret illi, si pro illo solo funderetur. Cuius ratio est: quia hic valor medius finitus est cum correspondeat finiti merito operantis quia de valore medio procedente ex opere operantis procedimus nunc, quanquam idem dicat de valore medio procedente ex parte Ecclesiæ, si in persona eius oratio porrigitur. Et cum ait quod non tantum valet vni pro multis iustis, &c. procedit, tamen per viam satisfactionis quæ per viam alicui boni impetrationis, quæ per meritum finitum, seu

satisfactionem finitam, finita & determinata poena remittitur: quia sit satisfactio per solutionem æquivalentis: bonum etiam quod per orationem impetratur, finitum est, cum merito finito correspondeat: & ita multis communicatum, non recipiet vnus, quantum reciperet si illi totum comunicaretur, cum partitione admittat, vt supra diximus. Hæc est opinio cū suo potissimo fundamento. Sed hæc opinio nō caret dubijs circa aliqua ei dicta, & circa illos tres valores, &c. Et prius de illo valore generalissimo videtur quod non solū iustis, sed peccatoribus fidelibus deberet comunicari: quia, cum præfata charitatis societas fūdetur in mutua dilectione, qua vnusquisq; alterū, vt seipsum diligere debet: hæc aut dilectio, non solū ad iustos, sed etiā ad peccatores se extendit (iustus, n. ones proximos tenetur ex charitate diligere, & nemine potest excludere) cum etiā videamus Ecclesiam pro peccatoribus orare, sicut & pro iustis, quæ sponsum Christū imitatur, qui pro peccatoribus venit, orauit, & passus est: sequitur quod intulimus. Præterea, ille valor generalissimus est finitus, vel infinitus? Non secundū, quia tunc vnusquisq; participantium reciperet bonū infinitum, vel ad minus, aliquis eorum immo, si omnes sint æquē dispositi, recipient æqualiter de illo honore infinito, & cū participantēs sint finiti, necesse est vnū quēq; infinitū bonū recipere. Adde quod merito finito non correspondet nisi bonum finitū: non igitur est dandū secundū. Si primum detur, nepe quod sit finitus valor: sequitur quod quāto plures iusti in Ecclesia Dei, tanto minus vnusquisq; participabit de præfato valore generalissimo: & ita noceret ex hac parte iustis, quod in Ecclesia crescerent iusti. Si autē neges sequi quia quāntū ex vna parte diminuitur iusto de prædicto valore vnus meriti, tantū & fortē plus, crescit illi ex maiori numero iustorum: qui, plura addent merita omnibus cōmuna. Sed cōtra faciamus quod numeros iustorum, qui de nouo apponitur, non sit nisi numerus paruulorum qui baptizantur: hi nō habēt merita quæ alijs communicent. Deinde: Si solis iustis in gratia existētibus comunicaretur ille valor generalissimus, & non his qui gratia carēt: sequitur quod quāto quis maiore gratiā haberet, tanto plus participaret: & ita his qui parua gratiā habent, præiudicarent alij iusti maiore gratiā habentes. Dico cōteris paribus: Præterea, illud bonum generalissimum esset dubiū quale & quid est: an sit gratia gratificans, an solumalia bona à Deo diuinitus data, an solū poenæ peccatis debite remissio? Si est gratia gratificans, sequitur quod aliquid crescit charitas in fusa & gratia i paruulis baptizatis: quia in Ecclesia assidue fiunt

opera meritoria: & ita nō staret, paruulū in sola gratia baptismali decedere. Similiter, adultis, saltē iustis, etiā cū dormiunt, augeretur semper gratia & charitas: & cū gratia & charitati sua gloria correspondeat: sequitur quod homo reportabit finaliter in iudicio gloriā essentialē ex alienis meritis prouenientem: cū tamen dicat Paulus quod vnusquisq; secundū sua opera reportabit, & non secundū aliena. Et iterum, Vnusquisq; secundū sua opera iudicabitur. Opera, n. eorū sequuntur eos: vt supra tangebatur, & sicut filius nō portabit iniquitatē patris, ita nec iustitiā: vt dicit Ezechiel. Si autē illud bonū generalissimū sit aliud citra gratiā & gloriā: quæro, vel debetur ex iustitia, vel datur ex gratia? Primum non apparet: quia nō legitur Deū se obligasse, aut promississe ob aliquorū merita, bonū dare alijs generaliter, & si promiserit se remuneraturū ipsum operantē. Si autē datur ex gratia & liberalitate ipsius Dei, sequitur incertū omnino esse quod opinio dicit de illo valore generalissimo, quod omnibus de Ecclesia determinatē comunicatur. Quamuis, n. & pelegamus, Deū ob quorundā preces & merita, alijs multa bona dedisse, à multisq; dānis alios eripuisse: ita contra, legimus iustorum merita & preces alijs pro quibus fūdebantur, minimè profuisse. Et, sicut Deus i lege Evangelica non promisit se orantē exauditurū, nisi pro se oraret: ita non promisit remunerare, nisi operantē. Quod si in casibus particularibus Deus alicui bonū, ob aliū meritum & orationem promisit, tunc illi ob illam promissionem esset de iustitia reddendum. Promisit namq; Deus, Abimelech, se bñfacturū ob orōnē Abrahami, & promisit se amicis Iob condonaturū ad præces ipsius Iob atamē q; bona tēporalia aut spūalia generaliter toti Ecclesiæ promiserit ob quodcunq; meritum viatoris, non ita apparet: esset tamen hoc amplius inquirendū. Præterea, De illo valore medio quod comunicatur ex intentione orantis, seu bene merentis, esset dubium simile priori. Vel est gratia, gratum faciens, vel aliud bonum? Si primum, sequitur quod contra charitatem agit ipse qui orat & bonum opus facit applicando valorem illum alteri, cum aliās suum esset bonū. Nam, si quis suam gratiā & gloriā correspondentem velit amittere, & in alterum transferre, contra propriam charitatem ageret. Si autem dicas quod priuare se tota gratia & gloria, vt alteri tradatur, esset contra charitatem: priuare autem se aliqua gratia & gloria, dūmodo nō omni, vt alteri tradatur, charitatis est. Cōtra, Tunc sequitur quod iustū possit ex charitate fraterna velle priuari valore specialissimo, vt fratri tradatur, dūmodo aliud ipse (vt suppono) habeat gratiā quod

quod est contra opinantem. Præterea, Vel gratia illa debetur ex iustitia, vel datur ex gratia. Si primum, certē nō debetur, nisi operanti, iuxta promissiones Dei in scriptura contentas: & ita valor medius non prodest alijs, si gratia sit. Si datur ex liberalitate, iterū falsa est opinio in eo quod de valore medio asserit: quia incertum est quid Deus velit facere, aut facturus sit ad orationem seu meritum alicuius, nisi per Scripturam, aut reuelationem Dei constet: cum ex sua sola liberalitate pendeat. Vbi igitur non habetur reuelatio, nec in Scriptura promissio, aut doctrina certa, quomodo poteit illud tanquam certū affirmari? Et eadem ratio procedit, si dicatur illum valorem medium esse aliud bonum à gratia gratum faciente. Præterea, In principali videtur etiam non satis sibi contare, dicens quod oratio aut Missa, loquendo de valore hoc medio, plus valet vni si pro illo solo fiat, quā si pro multis: & tamē dicit postea quod postquā est Missa applicata vni in primo gradu, alijs applicetur i alijs gradibus subsequentibus, & valet illis: & nisi primo præiudicatur aut detrahatur. Cōtra. Si soli primo applicaretur, & nuli alijs in alijs gradibus, totus valor medius Missæ, vel orationis comunicaretur illi. Si tñ alijs applicetur i alijs gradibus sequentibus, certē, vel illis de valore illo medio nihil comunicabitur, vel oportet illud subtrahere ab illo cui Missa primò fuit applicata nisi forte dicas quod totus valor medius qui de iustitia debetur, applicatur primo: alijs vero si bonū aliquod comunicatur, erit quia ex gratia velit Deus illis impartiri. Sed, si hoc dicas sequitur quod valor Missæ medius per viā saltē impetrationis, nō est determinatus: (vt ipse Scot. affirmat), sed poterit Deus illud dare & negare parū & multū: & ita poterit per viā impetrationis tantū dare ei cui Missa vel oratio in secundo gradu vel tertio applicatur, sicut ei cui in primo gradu applicatur immo & plus, si melius sint posterioris dispositi, quā primus.

His igitur præmissis, videtur ad quæstionē respondendum, supposito, vt cōmuniter tractant Doctores, quod oratio pro alijs fusa potest illis valere per viam satisfactionis, seu solutionis: taliter, vt ei pro quo fit remittatur de poena per æquivalentiā poenæ, seu difficultatis quæ ipsi orationi annexa est, & nō plus de alterius poena, vi orationis, quā esset remittendū ipsi oranti, si valorē orationis sibi ipsi, & non alteri applicaret: supposito etiam quod oratio valet per viā meriti, de cōgruo ad impetrandū ex gratia Dei aliquod bonū ei pro quo oratur, prout Deo placuerit oratione impartiri, vel per viā meriti decōdigno. Vnde cōstituo hanc conclusionē. Per viam satisfactionis nō tantū valet oratio alteri quādo

pro multis fit, quātū valeret ei, si pro illo solo fieret. Hæc probatur ex his quæ diximus: quia attenda qualitate orationis, finita poena erat orati remittēda: & tāta remittitur his pro quibus funditur oratio. i. pro quibus satisfacere imēdit. Ergo, &c. Præterea, Dubitatur, an oratio fusa pro multis iustis, æquē valeat eis per viam satisfactionis?

AD quod quidā respondēt quod nō: sed plus valet illi qui habet maiore gratiā. Probant hoc à simili de medicina corporali. Nā, sicut medicina, inquit, corporalis plus operatur in patiente melius disposito ad recipiendū effectus medicinae: ita oīo pius operatur per viā satisfactionis in illo qui habet maiorem gratiā: quia est magis dispositus ad recipiendū illos effectus orationis, quā alij qui nō habent tantam gratiam.

HOC tamen nō obstāte, dico quod oratio pro multis iustis fusa, poterit esse æquē satisfactoria pro omnibus: & poterit esse quod inæqualiter satisfaciat pro illis: siue illi iusti sint i æquali gratia, siue nō. Hæc probatur: quia illa satisfactio depēdet ex intentione illius operantis, orantis. & applicatis suā orationē æqualiter illis pro quibus orat, & nō ex gratia maiori vel minori ipsorum pro quibus funditur oratio. At ille oras poterit applicare plus vni qui habet minore gratiā, quā alteri qui habet maiore. Ergo, &c. Exēplū autē illud de corporali medicina, nihil probat: quia medicina corporalis agit in subiecto secundū dispositionē ipsius subiecti patientis, & nō secundū intentionē medici applicantis: oratio autem agit secundū intentionē orantis, ideo non est simile. Si vero arguas, si oratio satisfaciat pro alio secundum intentionem applicantis suam orationem pro alio, ergo, etio alius non sit in gratia, valebit ei illa oratio ad satisfactionē: ad hoc nego cōsequutionem: quia si ille pro quo funditur oratio, nō est in gratia Dei, nō acceptat Deus illā orationē pro illo: quia ponit ipse obiecm & est indignus ad hoc quod Deus acceptet pro illo illā orationē: vt supra diximus. Vnde gratia nō requiritur in illo pro quo funditur oratio, vt dispositio ad satisfactionē, sed vt non ponatur obex orationi & Dei acceptationi: & ideo sufficit quātūcunq; paruissima gratia ad hoc quod illa oratio pro illo satisfaciat. Ergo, &c. Loquendo autē de valore orationis, per viam impetrationis & quātū ad liberalitatem gratiæ Dei, stat quod oratio fusa pro multis tantum valeat vnicuique illorum, vel alicui illorum, quantum valeret si pro illo solo fusa esset. stat etiam quod non. Probatur: quia per viam impetrationis non valet, nisi prout Deus velit eam pro alijs acceptare. Regulariter aut acceptat eā potius pro iustis, quā pro peccatoribus: & pro iustiore potius, quā pro non tā iusto, eos

teris paribus. Nam, sic per viam gratiæ Dei, multum valet dispositio eius pro quo oratio funditur. Sed, quoniam Deus non est astrictus, nec ex natura orationis, vel operis, nec ex promissione qua se ad id lege aliqua atrinxerit ad acceptandum vnus orationē pro alio ad alium boni collationē, cōsequēs est incertum eē, quātū & cui, & quid valeat oratio pro alijs fusa, & cui magis, & cui min⁹ per viam liberalitatis & gratiæ Dei, nisi quia rationale est, de Deo in hac re credere, qui amicus optimus & clemētissimus est, quod in homine amico & pio laudamus: Sed in homine amico & pio laudamus quod ad vota amicorum pro amicis aliquid petentiū ad ipsorum salutem, & gloriam ipsius a quo petitur pertines, condescendat, nulli præiudicādo: imo, si nō cōdescendat, his scāibus, videtur reprehēsiōe dignus. Crededū ergo est Deū benedictum in similibus cōdescendere. Si tamen non condescendat, non poterit iniustitiæ argui, cum nihil debeat homini, sed homio illi, eū quicquid boni habet absq; dūbio a Deo acceperit. Vnde, si homo amic⁹ in casu condescendere nolens aliquando, reprehensione dignus est, ideo est: quia homo homini debere solet, & contra: ideo amicitia hominis ad hominē, tēpe exigit vt ad alterius vota condescendat: sed amicitia inter Deum & homines non est talis, nec huiusmodi mutua indigentia, nec mutuum debitum (vt constat) sed omnino liber est Deus ad acceptandum orationē vnus pro alijs in tantum & quomodo sibi placuerit, Quā Dei libertatem in re hac satis Scriptura docet. In qua legitur, Deum aliquando inuitis propter iustorum preces & merita pepercisse: aliquando vero iustis ipsis ob iniustos non pepercit. Vnde Hier. 5. dicitur, Circuitui vias Hierusalem, & aspiciate, & considerate & querite in plateis, an inueniatis virum scientem iustitiam, querentem fidem, & propitius ero ei. Hierusalem. E contra Iob. 35. Clamabunt, sicut & nō exaudiam propter superbiam malorum. Vbi Glos. Sicut aliquādo Deus suos inimicos eripit, vt illi conuertantur: ita aliquando suos nō audit propter damnationem persequentium: aliquando etiam absolūtē decreuit, malum immittere: cuius decretum per nullius orationem mutari potest. Sicut ad Hier. 11 dixit Dominus: Tu autem noti orare pro populo isto: quia non exaudiam. Aliquando verō iustos pro alijs orātes pro ipsis mer exaudit, & saluat eos, & non pro his pro quibus orant: vt habetur Ez. ch. 14. Si bestias induxero super terram, vt vastem eam, & tres viri isti Noe, Daniel, & Iob fuerint in ea, vni⁹ ego, dicit Dominus, quia nec filios nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur.

PRAETEREA. Dubitatur, quæ oratio erit magis meritoria, cæteris paribus, illa quæ pro multis funditur, vel illa quæ pro paucis, vel solum pro vno?

DICO quod, cæteris parib⁹, illa est Deo magis accepta & magis meritoria quæ pro pluribus fit. Probat: quia quanto charitas fraterna magis dilatatur & extenditur, cæteris paribus, magis grata est Deo. Tū etiam idē videtur ex oratione Dominica per quā Christus docuit nos orare eo modo quo Deo magis placeremus. Docuit autem, nō pro vno, aut pro paucis, sed pro omnibus orare: vt de se cōstat. Illa igitur gratiores oratio in qua pro multis oratur: dico, cæteris paribus: quia aliās si cætera paria non sint, vel ex parte conatus, vel deuotionis, vel difficultatis, vel boni quod alijs in oratione petimus, stabit magis meritoriam esse orationē pro paucis aut pro vno fusam, quam si pro multis fundatur. Vnde colligitur quod, cæteris paribus, gratiores est Deo oratio quæ pro amicis funditur quàm quæ pro inimicis: quia est de meliori obiecto. Est tamen notandum quod quāquā ita sit quod oratio pro multis, cæteris paribus, sit magis grata Deo & magis meritoria: non tamen inde fit quod sit magis impetratoria pro his pro quibus oratur, quam alia in qua pro paucis oratur. Et hoc ex supra dictis apertum est. Stat. n. orationem esse meritoriam & non impetratoriam: (vt patet de oratione Pauli rogantis vt Deus auferret ab illo stimulum carnis, cuius oratio meritoria fuit, sed non impetratoria): ita stat quod oratio sit multum meritoria & parum impetratoria, etiam si pro multis fiat: vt, si ex magna charitate fiat, erit multum meritoria, & si hi pro quibus oratur, apud Deum indigni sint, quibus petita Deus concedat, non erit impetratoria. Stat etiā quod sit impetratoria vni ex his pro quibus oratur, & nō omnibus: vt si ille vnus dignus sit pro quo exaudiatur oratio, & non alijs. Stat rursus orationem pro multis fusam pro omnibus audiri, & pro omnibus illis impetratoriam esse: & quod oratio ipsa vel parū vel nullo modo sit meritoria, vt si is qui orat, parū habeat charitatem, aut etiam nullam: nam, Deus aliquando orationem peccatoris audit pro alijs, sicut & profet: maximē si oratio sit publica, nempe in persona Ecclesiæ dicta, aut priuata dicta in persona alterius Deo accepti. Itaque velle arguere aliquam orationem per hoc esse magis impetratoriam, quod magis meritoria sit, est inualidum argumentum: sicut econtra, velle arguere quod magis meritoria sit per hoc quod magis exaudiatur a Deo, non est efficax arguendi modus (vt cōstat) cum aliunde habeat oratio quod meritoria sit, & aliunde quod impetratoria: vt diximus.

Ex

Ex his omnibus quæ diximus, constat quomodo oratio sit meritoria, satisfactoria, & impetratoria.

PRAETEREA. Dubitatur, an Missa dicta pro pluribus, tantum valeat cuiuslibet illorū, ac si pro vno solo diceretur?

PRO resolutione huius quæstionis, agendū nobis est de valore Missæ. Nam, si Missa esset infiniti valoris, tantum valeretur multis, sicut vni, si solum pro illo offerretur. Si autem est valoris finiti, non valet tantum pluribus, sicut valeretur vni soli. De hac quæstione sunt diuersæ & variæ doctorum sententiæ. Vna opinio in hoc est singularis, & est Caieta. in quolib. 1. q. 18. & 22. q. 79. ar. 5. de vsu spiritualium: quam etiam sequitur Siluest. in summa ver. Missa. 1. q. 9. 10. & 11. Hi doctores multa dicunt: sed ego colligo sententiam illorum aliquibus propositionibus, ne caput obrundas illos legēdo, si nolueris. Prior propositio est: Sacrificium Missæ secundum sufficientiā & secundum se, est infinitum & infiniti valoris. Probat illi doctores hanc conclusionē: quia in omnibus sacrificijs quantum maius est quod offertur, tantum magis valet & maioris satisfactionis & valoris est. Exemplū est. Veluti si quis offerat Deo cētum aureos, maioris valoris est illa oblatio, quàm si offerat decem. Ergo vbi offertur infinitum bonum, erit infinitus valor. Vnde, propter hoc dicimus quod passio Christi est infiniti valoris: quia oblatus fuit ipse Christus qui est bonū infinitum. Secunda propositio illorum est. Secundum efficaciam, hoc est, secundū quod Missa applicatur fidelibus non est sacrificiū Missæ infinitum, aut infiniti valoris: sicut nec passio Christi. Itaq; licet passio Christi de se & in se sit infiniti valoris, non applicatur infinite: ita sacrificium Missæ, licet sit in se & de se infiniti valoris, tamen non applicatur infinite. Hæc probatur ab illis: quia si infinite applicaretur, manifestum est quod totaliter liberaretur ille pro quo offertur Missa, & per vnam solam Missam expoliaretur totū Purgatorium quod nullū habet fundamentum. Tertia conclusio est. Quantum ad efficaciam & applicationem ex opere operato, seclusa deuotione offerentium, nullum valorem habet sacrificium Missæ pro ipsis pro quibus offertur, licet apud Deum sit infiniti valoris. Sed, secluso omni respectu ad operatē, nullum habet valorem. Probat Caiet. quia si quantum ad efficaciam & applicationem ex opere operato esset alicuius valoris, cum secundum se sit infiniti valoris, non est maior ratio quod sit valoris vt decem quàm vt mille: sed probatur est quod non applicatur infinite, quia aliās non esset Purgatorium, ergo ex opere operato, seclusa deuotione offerentium, & eorum pro quibus offertur, nullius

est valoris. Hæc est peculiaris propositio Caiet. Additq; quod in hoc alij doctores qui oppositum tenent, errant. Quarta propositio Caiet. est. Totus valor sacrificij Missæ est pendendus & expendendus ex deuotione eorū qui in via petunt illud sacrificium, qui etiā dicuntur offerentes. Probat Caiet hanc quia valor non potest expendi vel æstimari ex se (vt diximus, nisi ex deuotione offerentium). Sicut per elemosynam plus meruit illa vidua offerens in templo vnum denarium, quàm alij qui plura offerebant. Si autem dicas ex hac propositione sequi, quod si cum æquali deuotione sacerdos offerret candelā & Missam, esset æqualis valoris, ac si offerat solam Missam. Probat consequentio: quia tu dicis, quod totus valor sacrificij Missæ est ex deuotione offerentis, ergo &c. Ad hoc dico prius, quod Caiet. non mouet hoc dubiū. Secundo dico quod dato quod quātumcūq; cum æquali deuotione offerat sacerdos candelam cum qua offert Missam, s. mper illud quod est maius obiectum, est maioris valoris. Vnde sacrificium Missæ est maioris valoris, quàm candelā: quia obiectum est maius: & sacrificium simul cum candelā erit maius. Exemplum, sicut cum quis æquali deuotione offert argenteum & denarium. Tertio dico quod qui maiorem elemosynam offert, habet maiorem deuotionem, quia obiectum est maius: sic in sacrificio altaris est maior deuotio, quia est maius obiectum. Ex hac quarta propositione inferitur quinta quæ multū facit ad fundamentum Caiet. principale. Cū istud sacrificium Missæ sit infiniti valoris de se, si sint multi offerentes, crescit valor quo ad opus operantis ex oblatione cuiuscūq; & ex illo potest quilibet capere quantum voluerit secundum suam deuotionē. Vt si quis offerat deuotione vt vnum, & alius vt nouē, erit valor vt decem & si decem offerant & quilibet cum deuotione vt vnum, erit valor Missæ vt decem tantum. Sexta conclusio Caiet. est: Nihil perit de valore sacrificij ex hoc quod offertur ab vno & pro vno, & ex hoc quod offertur a pluribus & pro pluribus. Vt si offeras hodie istud sacrificium pro te solū, esto sint alij qui offerant hoc ipsum sacrificium pro ipsis, nihil perit tibi de valore, sed tantum habes quantum haberes, si solus tu pro te solo offerres. Probat ex fundamento iactō quia tibi solum valet ex tua deuotione, & de se valebat infinitum, assumas tu quantum volueris secundum maiorem deuotionem. Et si sint Petrus & Ioannes & offerant sibi etiam tuam Missam, & quilibet deuotione vt vnum: cuiuslibet valet sacrificium vt vnum, & non plus, nihilq; perit tibi de valore Missæ tuæ. Vnde colligitur quod si sint multi qui offerant tecum sacrificium, & quilibet offerat

Secunda. 4. quest. 16. art. 14.

offerat pro se, nihil perit tibi de sacrificio propter societatem illorum. Probatur: quia valor Missæ sumitur ex deuotione offerentium: ut diximus. Secundo probat eadem sextam conclusionem Caiet. quia, si hoc non esset verum, multi defraudarentur, pro quibus Missa offerretur, quia quantumcunq, quis det pecunias sacrificio, ut dicat Missam pro illo, sacerdos etiam offert pro Papa, Episcopo, & Rege, & pro defunctis & pro omnibus fidelibus. Eisset ergo magna fraus, si propter societatem illorum minueretur valor Missæ: tamen in canone Missæ dicitur, pro Ecclesia, Papa, Episcopo, & Rege, &c. Ergo est licitum pro illis offerre sacrificium. Propter hoc dicit Caiet. quod crescit valor sacrificij ex deuotione circumstantium: si sacerdos solum dixisset Missam pro Petro, esset, exempli gratia, valor vt. 4. & si sint ibi alij, vt qui adiuuant & qui respondent, & offerunt pro se, crescit valor sacrificij Missæ, ille qui est ex opere operantis. Septima propositio Caiet. est. Potest Missa offerri ab infinitis & pro infinitis sine alicuius detrimento quia si offerretur Missa pro vno, valet vnum gradum, si pro duobus, valebit duos, & sic consequenter secundum deuotionem illorum. Octaua propositio est, in qua respondetur ad vnum dubium quod posset occurrere ex sancto Tho. Dices. n. fortè, quod si sacerdos offerat Missam pro decem, tantum valebit illis decem, sicut si offerat pro solo vno: quod est contra. S. Tho. qui in. 4. d. 45. q. 2. dicit, quod cæteris paribus, plus valet suffragium oblatum pro vno quam pro pluribus. Ideo dicit octaua propositio, quod verum est, quod si Missa offeratur pro vno, & deuotio solum sit vt vnum, tantum valet illi, sicut si offeratur pro decem & deuotio sit vt decem: & tunc tantum valet cui libet illorum, sicut si offeratur solum pro vno: tamen cæteris paribus, Missa dicta pro vno, plus valet illi, quam si offeratur pro decem: nempe, si eadem deuotio applicetur vni, plus valet ei Missa, quam si applicaretur decem, vel pluribus. Nona propositio. Offerens Missam, non solum est sacerdos, sed omnes concurrentes ad celebrandum. Omnes. n. illi sacrificant, & vallor Missæ est ex deuotione eorum omnium: ita quod si solus sacerdos offerat Missam, esset vnus gradus valoris: si autem sint decem offerentes & habeant æqualem deuotionem cum sacerdote, Missa erit valoris vt vndecim. Quod autem omnes adstantes Missæ offerant, & omnes qui dant elemosynam vt Missa dicatur, probatur: quia in Canone habetur, Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt. Ergo etiam alij offerunt. Secundo. In Canone etiam subiungitur, Quorum tibi fides cognita est & nota deuotio. Ad quid igitur esset deuotio, nisi

quia crescit valor Missæ ex deuotione omnium fidelium? Et confirmatur: quia Ecclesia instituit quod mediate vel immediate fideles offerant: quia tota Ecclesia offert. SED contra est: quia hoc videtur contra illud quod diximus, quod si offerant duo, valebit vt duo, & si offerat quatuor & pro quatuor, valebit vt quatuor: & sic consequenter, &c. Ad hoc dicit Caiet. quod hæc est deuotio communis quæ non valet tantum, sicut deuotio particularis & in particulari, quæ maiorem valorem habet. Decima conclusio est. Si aliquis sacerdos obligatur ad dicendum Missam pro pluribus, satisfactio dicendo vnâ Missam pro omnibus illis de se, seclusis alijs promissis onibus: vt si recipias pecuniam à quatuor, vt dicas pro singulis illorum singulas missas: dicit Caiet. quod dicendo vnâ Missam pro illis quatuor, satisfactio. Probatur: quia si quis illis pro vno solo illam Missam valeret et vnum gradum vel plus secundum deuotionem eius & si dicas illam Missam pro omnibus quatuor, valebit etiam illi secundum vnum gradum, vel secundum deuotionem eius: quia nihil perit illi propter societatem: crescit namq, valor Missæ. Si autem sacerdos ex deuotione sua dicat Missam pro quatuor, non valerit omnibus tantum sicut vni soli, si pro illo solo diceret sacerdos Missam ex sua deuotione. Probatur: quia ibi non est nisi valor secundum deuotionem solius sacerdotis: sed, si alij moueant sacerdotem, quilibet offert Missam, & crescit valor. Sequitur etiam quod Missa quæ dicitur in magna parochia, tantum valet, sicut Missa quæ dicitur in minima parochia, loquendo quoad satisfactionem: quia omnes sunt ibi offerentes & in primitiua Ecclesia erat consuetudo quod omnes cantarent Missam, & administrarent in aliquo. Hoc corrolariū patet: quia vbi sunt mille offerentes, cui libet, ad minus, erit vnus gradus valoris, & etiam vbi sunt pauci. Nam aliàs sequeretur quod esset melioris conditionis ille qui est in parua parochia, quam qui est in magna: essetq, magnum detrimentum quod essent extranei parochiani in mea parochia, quia tunc non haberem ego tantum de valore Missæ, quantum si illi extranei non essent in mea parochia. Vitima propositio est. Si aliquis sacerdos haberet tantam deuotionem dicendo vnâ Missam sicut in triginta, tantum valet illa sicut alia triginta. Probatur: quia ex deuotione crescit valor Missæ, & hoc ex parte sacrificij. Et hæc est sententia D. Caiet. quam nos examinabimus. Sed antequam illam adgrediamur, oportet notare quod in Missa tria sunt. Primum est sacrificium: & secundum quod in Missa est, sunt orationes quæ ibi dicuntur: & 3. ipsæ res. Tunc dico quod valor Missæ consideratur ex duobus, nempe ex

sacrificio

Secūda. 4. quest. 16. art. 14. fo. 190.

sacrificio & ex orationibus. Hæc probatur: quia orationes sunt satisfactoriæ, licet sacrificium Missæ per se sine comparatione valeat plus quam orationes: & secundum Caiet. eodem modo sicut sacrificium crescit ex deuotione offerentium: sic etiam crescunt orationes, vel earum valor ex deuotione offerentium. Dico igitur quod prima propositio & secunda Caiet. sunt veræ: quia certum est quod sacrificium Missæ non applicatur infinitè. Et confirmantur prædictæ duæ propositiones testimonio S. Tho. qui in. 3. p. q. 79. ar. 5. & in. 4. d. 45. q. 2. ar. 4. dicit quod valor Missæ quantum ad applicationem, est finitus. Tertia propositio Caiet. erat, sacrificium, ex opere operato, seclusa deuotione operantis, nullum habere valorem. Hanc nititur Caiet. probare ex S. Tho. 3. p. q. 79. ar. 5. vbi quærit S. Tho. an per sacramentum Eucharistiæ remittatur tota pœna debita pro peccatis: & respondet quod dupliciter potest considerari: vno modo in quantum est sacrificium: & sic dicit quod in quantum sacramentum Eucharistiæ est sacrificium, habet vim satisfaciendi, sed in satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quam quantitas oblationis: vnde Dominus dicit Luc. 21. de vidua quæ obtulit denarium solum, quod plus omnibus misit. Ergo quauis oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna: tamen fit satisfactoria illis pro quibus offertur, vel pro offerentibus secundum quantitatem suæ deuotionis. Ergo si tollatur quantitas deuotionis, sacrificium non habebit valorem de se nec offerentibus, nec pro quibus offertur. Et confirmatur: quia si esset infinitum, & applicaretur, esset infiniti valoris. Hoc colligit Caiet. ex illis verbis S. Tho. Sed omnes alij Theologi communiter, & ipse S. Tho. in. 4. d. 45. dicunt quod ex opere operato sacramentum Eucharistiæ, etiam qua sacrificium est, habet certum valorem, seclusa omni deuotione offerentis: etiam, si omnes fideles essent in peccato mortifero: Sicut baptismus in quantum sacramentum, habet certum valorem ex opere operato: sic etiam Eucharistia. Et certe S. Tho. videtur esse huius sententiæ, quantumcunq, Caiet. dicat quod non, sed potius quod est suæ opinionis: quia S. Tho. in. 4. d. 45. q. 2. ar. 1. q. 3. petit an suffragia per peccatores facta pro defunctis: & respondet quod in suffragijs quæ fiunt per malos, duo possunt considerari: primum, ipsum opus operatum, sicut sacramentum altaris: & quia sacramenta nostra ex se ipsis habent efficaciam per quoscunq, fiunt, quantum ad hoc, suffragia per malos facta profunt defunctis. Alio modo possunt considerari quantum ad opus operatum, & hoc modo dupliciter, vno modo vt est eius, nempe peccatoris, & sic non potest esse

meritorium sibi nec alijs, nec satisfactorium apud Deum: (vt supra sæpe diximus) alio modo potest considerari in quantum est alterius, & hoc dupliciter, vno modo in quantum gerit per onam totius Ecclesiæ: & tunc suffragia facta per peccatores profunt defunctis: alio modo in quantum agit vt instrumentum alterius principalis agentis: vnde ille qui agit vt instrumentum alterius principalis agentis, esto non sit in gratia vt possit mereri, actio tamen eius potest esse meritoria ratione principalis agentis: veluti si seruus in peccato mortali existens faceret opus misericordie ad præceptum domini sui existens in gratia: tale opus est meritorium: & sic qui discessit in gratia, & præcepit vt fierent suffragia pro illo, esto exequutor sit in peccato, profunt illi illa suffragia. Manifeste igitur S. Tho. dicit, sacrificium Missæ habere valorem de se. Quod aiunt, ex opere operato, quantumvis hi qui sunt obstinati, gloriatur sicut eis placet pro libito suo: & in ar. 4. in eadem. d. & q. idem dicit, & ponit differentiam inter alia suffragia & sacrificium Missæ: quia suffragia profunt ex deuotione offerentium, sed sacrificium Missæ prodest ex se defunctis, & dicit S. Tho. ibidem quod alia suffragia quæ fiunt per malos sunt duplicia: quædam quæ fiunt a malo, suo proprio motu, alia quæ fiunt a malo motu alterius, &c. Sed secundum Caiet. nulla est differentia. Ergo sententia S. Tho. non est opinio Caiet. Ideo dico cum S. Tho. & communi sententia Theologorum, quod securius & probabilius est, quod sacrificium Missæ habet aliquem valorem ex opere operato. n. ex Christi institutione: hoc namq, est dicere, ex opere operato. Itaq, Christus instituit quod, etiam si omnes essent in peccato mortali, sacrificium Missæ haberet aliquem valorem. Nec valet, si dicas quod valet sacrificium existentium in peccato ex deuotione offerentium: quia aliquando obulerunt sancti: quia si omnes post Christum vsq, ad nostram ætatem, essent in peccato, sacrificium Missæ habet valorem ex institutione Christi: deuotio. n. antiquorum nihil facit ad valorem sacrificij Missæ, nec ad nos. Probatur hoc: quia sicut sacramentum Eucharistiæ fuit institutum ad dandum gratiam: ita sacrificium Missæ ad satisfaciendum pro peccatis nostris. At Eucharistia fuit instituta ad dandum gratiam sine opere operantis. Ergo etiam sacrificium Missæ fuit institutum ad satisfaciendum pro peccatis nostris, etiam sine opere operantis. Ergo Missa est satisfactoria ex opere operato. Et confirmatur, quia omnia sacramenta sunt instituta vt saltem mediantur aliquam gratiam ex opere operato. Ergo etiam ex opere operato, saltem mediate remittent aliquam pœnam. Ergo etiam sacrificium

cium

Secunda. 4. quest. 16. art. 14.

cium Missæ, postquam fuit à Christo institutum sicut sacramenta. Dico, saltem mediate: quia aliqua sacramenta, ut pœnitentia & baptismus, sunt immediate ad dandum gratiam & remouendum peccatum: alia autem sacramenta ad alios effectus immediate, sed ad gratiam, vel eius augmentum, mediate. Sine apparentia igitur excipitur sacrificium Missæ, & sine aliquo fundamento scripturarum sacrarum.

PRÆTEREA. Opinio Caiet. est contraria ritui à quo Ecclesiæ, qui fuit ut vna Missa pro vno offeratur, quando ille sic petit Missam & pro illa dat eleemosynam.

SECUNDO. Hæc opinio retrahit homines à dâdis eleemosynis pro missis celebrandis quia nullus velle Missam si Missa de se nullum habeat valorem.

TERTIO. Sacramentum Eucharistiæ habet aliquem valorem ex opere operato (ut aiunt) etiam de se, quia est instrumentum passionis Christi: sed etiam qua est sacrificium est instrumentum passionis Christi: ergo etiam de se habet valorem.

QUARTO. Esto omnes fideles essent in peccato mortali, sacrificium Missæ haberet aliquem valorem, & cum non applicaretur illis propter impedimentum peccati, seruaretur in thesauro Ecclesiæ, quia ita intendit Ecclesiæ & suus minister qui offert, ergo, &c. vnde vna Missa dicta pro pluribus non valet tantum cuiuslibet illorum sicut si pro vno diceretur: & nec crescit semper valor Missæ equaliter secundum deuotionem offerentium. Et quando quis petit Missam petit valorem illi quem Missa habet de se, & etiam valorem deuotionis sacerdotis: valeat igitur Caiet. cum sua opinione. Et ad argumentum Caiet. nempe, quod ex opere operato non est maior ratio quod sacrificium Missæ habeat istum valorem quam illum: non est difficile respondere: & ego quaererem à Caiet. quia ipse dicit quod Eucharistia dat gratiam pueris eam recipientibus, & non ex opere operantis. nec deuotione Ecclesiæ: & non est maior ratio de isto sacramento quam de sacrificio. Ergo etiam sacrificium Missæ satisfacit ex opere operato: pro aliqua certa pœna. Si dicas quod datur ex institutione & beneplacito Christi: eodem modo retorquebo argumentum contra Caiet. Quia ratione Eucharistia non confert pueris infinitam gratiam: sed in aliquo gradu, ex opere operato, eadem ratione dicendum est, sacrificium Missæ non satisfacere in infinitum, sed in certo gradu ex opere operato. Et S. Tho. vbi supra facit argumentum, quod sacrificium Missæ habeat efficaciam ex opere operato: quia est sacramentum. Ergo ita est dicendum sacrificium Missæ habere efficaciam & aliquem valorem ex opere opera-

to. Et hoc est dicendum circa illam propositionem Caiet. quod sacrificium Missæ sine respectu ad deuotionem offerentium, habet aliquam efficaciam: Et opinio Caiet. est singularis, & aliena à veritate: in tantum, quod cum ego Salmanticæ hoc disputarem, erant aliqui viri docti, qui non poterant credere quod Caiet. dicebat illud: sed dicebant, me illi imponere sententiam illam: sed qui mihi fidem non adhibuerit, legat ipse Caiet. & videbit. Idemq. dicit Syluest. vbi supra, cum Caiet. Alia propositio Caiet. erat quod totus valor huius sacrificij est expendendus ex deuotione offerentium. Sed iam ex his quæ nos diximus constat quid in hoc est dicendum: & id diximus quod primus valor sacrificij Missæ est ex Christi institutione.

SED dubitatur an sacrificium Missæ habeat aliquem valorem eo quod offertur nomine Ecclesiæ: Et videtur quod non: quia hæc deuotio Ecclesiæ non concurrat actualiter ad sacrificium nisi duntaxat habitualiter, quia deuotio Ecclesiæ, est congregatio fidelium: & ita quod sacerdos dicat Missam quando omnes alij fideles dormiunt. Ergo, &c. **PRÆTEREA.** Sicut istud sacrificium datur nomine Ecclesiæ: ita alia sacramenta dantur nomine Ecclesiæ. Sed baptismus non habet maiorem valorem ex eo quod datur nomine Ecclesiæ: sed ex institutione & passione Christi habet efficaciam, etiam si omnes Christiani essent in peccato mortali. & si infidelis baptizaret, nomine Ecclesiæ, baptismus haberet valorem ex institutione Christi. Idemq. est baptizans in nomine Ecclesiæ & nomine Christi, & eiusdem valoris. Sequitur ergo quod eadem ratio est, & idem valor in nomine Ecclesiæ, & ex Christi institutione: Ergo sacrificium Missæ non habet aliquam particularem efficaciam, eo quia offertur in nomine Ecclesiæ.

AD HOC dico, quod licet probabile sit dicere quod idem sit valor quod offertur nomine Ecclesiæ, & institutione Christi: sed probabilius est quod est aliquis valor ex deuotione offerentium. Hoc probatur ex S. Tho. qui in 4. in loco quem citauimus, petit, an sacrificium factum à malo ministro proficiat defunctis: & dicit quod possunt suffragia dupliciter considerari. Vno modo, ex opere operantis, alio modo ex opere operato: & hoc modo prodeit. Ex opere operantis potest dupliciter considerari sacrificium. Vno modo, ut offertur nomine Ecclesiæ: & hoc modo prodeit defunctis. Alio modo potest considerari, ut offertur ab isto peccatore: & sic non prodeit defunctis. Et idem dicit. S. Tho. 3. p. q. 82. ar. 3. Sic ergo duo sunt in sacrificio valores, vnus ex opere operato, & nomine Ecclesiæ. Ex quo Gabriel super Canonem lect. 26. infert corollarium, quod sacrificium Missæ vno tempore est ma-

Secūda. 4. quest. 16. art. 14. fo. 191.

est maioris efficaciam & valoris, quam alio tempore, quando est maior sanctitas in Ecclesia, licet Ecclesia sit semper immaculata: tamen vno tempore in Ecclesia sunt plures boni iuā alio tempore: & ego non dubito de hoc: quia si omnes in Ecclesia essent sancti, impetraret à Deo multa alia beneficia, quæ non impetrant, etiam de condigno. Et quantum ad impetrationem & quantum ad satisfactionem, esset maior valor Missæ, Et hoc etiam Scot. dicit in quolib. q. 2.

TERTIO dubitatur an ex persona sacerdotis accrescat aliquis valor sacrificij?

DICO quod ita. Et hoc dicit S. Tho. 3. p. q. 82. ar. 6. Vbi dicit quod cæteris paribus, quanto sacerdos est sanctior, tanto Missa erit maioris valoris. Probatur: quia omnes quaerunt sacerdotes sanctiores, quando volunt dicere aliquas Missas, & idem refert S. Tho. in 4. vbi tu pra. Ego credo quod hæc omnia sunt vera, maximè secundum & tertium. An vero alij qui concurrunt ad Missam faciant aliquid ad sacrificium, nempe canentes in choro, adiuuantes & dantes eleemosynam, ut fiat illud sacrificium? an. si sacerdos dicat Missam rogatus ab alio, quia dat illi pecuniam, sit magis satisfactoria illa Missa, quam si sacerdos proprio motu dixisset? Videtur quod non: quia in omnibus alijs bonis operibus opera non sunt magis satisfactoria propter hoc quod ille qui facit illud bonum opus sit motus ab alio: ut si Petrus heri proprio motu dedit eleemosynam vnus aurei, & hodie rogatus ab alio dat eleemosynam vnus aurei, cæteris paribus, non magis satisfactoria erit eleemosyna quam dat rogatus, quam alia quam proprio motu dedit. Probatur, Dano qua dat rogatus, non est magis meritoria, quam si daret motu proprio: immò magis laudatur ille qui dat motu proprio. Confirmatur Si quis rogatus ieiunat pro suis peccatis, & alius motu proprio ieiunat pro peccatis suis etiam: magis satisfacit qui motu proprio ieiunat, quam alius qui rogatus illud facit. Ergo, &c. Et si dicas quod sacrificium Missæ magis acceptum est Deo quando quis motus ab alio illud offert: quia est ibi Christus, dico quod verum est quod ibi est Christus, sed etiam est in eodem sacrificio Christus quando quis motu proprio offert idem sacrificium. Et si vnus motu proprio accipiat Eucharistiam & alius rogatus accipiat eandem, cæteris paribus, recipient æqualem gratiam: & tamen vtrubiq. est Christus. Ergo, &c. Vnde igitur habetur illud priuilegium quod Missa sit opus magis satisfactorium propterea quod sacerdos dicat illam rogatus ab alio quam si dicat motu proprio?

HIS non obstantibus, dicit S. Tho. in 2. p. q. 83. ar. 4. ad 3. argu. quod magis acceptum est

sacrificium Missæ oblatum à sacerdote moto ab alio vel alijs quam moto à seipso. Exponit S. Tho. illa verba Canonis. Accepta habere, sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Abrahæ, & Melchisedech, & argumentatus est illo argumento. Sacrificium nouæ legis longe est excellentius quam sacrificium antiquorum patrum. Ergo inconuenienter sacerdos petit quod hoc sacrificium habeat sicut habitum est sacrificium Abel, Abrahæ, & Melchisedech. Respondet Tho. quod rogatus, non pro valore sacrificij ex opere operato, sed propter sacerdos ut sic hoc sacrificium acceptetur à Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerunt Deo. Idemq. D. Thom. in corpore eiusdem ar. & in eadem 3. p. q. 79. art. 5. dicit, Quamuis ergo oblatio sacrificij Missæ ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna: tamen sit satisfactoria illis pro quibus offertur vel offerentibus, secundum quantitatem suam deuotionis, & non pro tota pœna: & in 4. d. 45. q. 2. ar. 2. q. 2. expresse dicit quod sacrificium & suffragia habent efficaciam, non solum quatenus offerantur in nomine Ecclesiæ, sed ex eo quod mandatur sacrificium offerri ab alio: & si sacerdos sit in peccato mortali, ratione tamen principalis agētis & mouentis sacerdotem, est satisfactorium, & prodeit defunctis: & idem rursus reperit ibidem in solutione argumentorum. Idem dicit S. Tho. quod est probabile quod non solum valor Missæ sit ex opere operato, & ex eo quod offertur nomine Ecclesiæ: sed etiam conflat ex deuotione offerentium, & assuetudine sacrificio Missæ. Et probatur: quia dicimus quod Missa habet valorem ex nomine Ecclesiæ. Et si Ecclesia sit magis deuota, efficit maior valor Missæ. Sic ergo deuotio vniuersalis istorum dat valorem Missæ: quare non dabit etiam particularis. Et ad argumentum in oppositum respondetur dupliciter prius videtur quod sit falsum, quod si quis legauit in testamento vt largiatur eleemosynam pauperibus, & postea illi qui implent testamentum sunt in peccato mortali, quando dant illam eleemosynam, quod tunc illud opus sit satisfactorium & prodeit defuncto. Idemq. dicendum est de illo qui per seruam peccatorem eleemosynam dat. Sed bonus actus detentus facit illi satisfactorius: sicut etiam bonus actus domini. Secundo dico, quod esto ita sit quod prædicta eleemosyna sit satisfactoria etiam facta ab exultate in peccato mortali, cōcesso antecedente, ne go consequentiam: quia non dicimus h. c. q. sacrificium habet maiorem valorem eo quia præcipitur ab alio: sed quia alij offerunt etiam illud sacrificium. Et ita dico quod si duo offerant vnā eleemosynam efficit magis satisfactoria & meritoria quam si solus vnus daret.

Secunda. 4. quest. 16. art. 14.

daret. Vnde non probatur hoc quod sacrificium oblatum à sacerdote rogato ab alio, sit maioris valoris: sed quia omnes sacrificant. Vnde Missa communis, quam vocant maiorem, est maioris valoris, quam Missa priuata: quia ibi assistant plures sacrificantes. Sicut, si plures sacerdotes dicerent vnam Missam, esset magis accepta, quam si vnus solus diceret. Nec dico quod sit maior valor deuotionis in alijs qui sacrificant, quam in sacerdote, maiorem. n. valorem dat sacerdos sacrificio, quam quilibet Ecclesia particularis: non, quam tota: quia sacerdos sacrificat immediate, & alij mediate. Omnes tamen, vt dictum est, dant valorem sacrificio. Et hæc quantum ad illam propositionem Caiet.

SED dubitatur an illi pro quibus offertur, & non offerunt sacrificium, dent etiam valorem sacrificio: veluti si sacerdos offerat Missam pro Petro qui habet magnam deuotionem, & offerat aliam Missam pro Ioanne, qui non habet tantam deuotionem, & sacerdos in vtraque Missa est æqualiter deuotus, an plus proficit illa Missa Petro, quam Ioanni, vel an æqualiter? AD HOC respondet Caiet. in Cōmentarijs suis super. 3. p. S. Tho. q. 79. ar. 5. vbi S. Tho. dicit, quod, quamuis istud sacrificium sufficiat ex se ad satisfaciendum, tamen non applicatur, nisi secundum quantitatem deuotionis. Caiet. autem dicit (& in hoc bene) quod valor sacrificij non constat ex deuotione illius pro quo offertur. Vt si dicat sacerdos septem psalmos pro vno qui est deuotus, & alios pro alio in deuoto. æqualis valoris est vtriusque, illa oratio, si sacerdos omnes psalmos illos dicat cum æquali deuotione. Non apparet ratio quod deuotio illius pro quo offertur sacrificium, faciat melius ipsum sacrificium. Probatur: quia offerre pro vno, vel alio, non est nisi quod ille qui offert applicet pro hoc, vel illo. Sed post sacrificium dictum, potest applicari ab Ecclesia Petro, vel Ioanni. Non ergo dat valorem Missæ iam dictæ deuotio illius pro quo offertur. Et hæc sunt dicenda de valore sacrificij. Vnde constat quod valor Missæ crescit ex quatuor capitibus, nempe ex institutione Christi, ex Ecclesia vniuersali, ex deuotione sacerdotis offerentis, & ex deuotione aliorum offerentium.

SEQ VITVR alia propositio Caiet. quæ sic habet. Missa dicta à sacerdote rogato à duobus, vel pluribus, tantum valet cuiuslibet illorum, ac si pro vno solo diceretur: & consequenter, si sacerdos debet dicere 30. Missas pro multis, ab eis rogatus, satisfacit dicendo vnâ Missam. Syluesterq; vbi supra, ait, quod sine quocunq; scrupulo potest sacerdos dicere vnam Missam pro mille. Ratio Caiet. est: quia multiplicatur valor: & sacerdos dat tantum cuiuslibet illorum, pro quibus dicit illam Missam,

sicut si pro illo solo dixisset Missam: & melius est, magisq; proderit cuiuslibet illorum si habeant sic illam societatem, quam si vnus sit solus, & non habeat illam societatem. Vnde si sacerdos dicat Missam pro Petro qui non habet deuotionem, melius erit Petro & magis proderit ei, quam si pro illo solo dixisset Missam sacerdos.

HIS non obstantibus, credo quod sententia Caiet. in hac parte est falsa, & nullo modo tenenda. Probo hoc, & arguo contra Caiet. Sacrificium Missæ habet valorem finitum ex opere operato: vt sacerdos offerat Missam pro duobus: faciamus q; hæc Missa habeat quatuor gradus valoris ex opere operato, & quilibet, tam sacerdos, quam alij offerentes, det alios quatuor gradus valoris: tunc quilibet habebit sex gradus, nempe, duos ex opere operato & 4. ex sua deuotione, & si Missa esset pro vno solo haberet ille octo gradus valoris. Ergo illa Missa non tantum prodest vni, quando offertur pro pluribus, sicut si offerretur pro vno tantum. Vides igitur nocentiam manifestam. Et præsuppono quod Missa habet alium valorem ex opere operato (vt probauimus) quia, cum omne sacramentum à Christo institutum habeat aliquem valorem ex opere operato, sine fundamento & oratione excipitur sacrificium Missæ à Christo etiam institutum. Tunc conficio sic argumentationem: Sacrificium Missæ ex persona Ecclesiæ, habet aliquem valorem ex opere operato. At illi valor est finitus. Ergo non tantum valet vni si offeratur pro duobus, vel pro pluribus, quantum valeret si offerretur solum pro vno: quia si celebraretur Missa pro Petro solum, haberet octo gradus satisfactionis: & si celebraretur pro duobus, vel pluribus, non habebit Petrus octo gradus: quia multiplicatur & diuiditur ille valor qui est ex parte Ecclesiæ, & non habebit tunc ille Petrus nisi sex gradus valoris. Ergo, &c. Puto quod huic argumento non potest cum aliqua apparentia & probabilitate, quæ fundetur in scriptura, responderi, nisi forte fingendo aliquid ex proprio intellectu sine apparentia desumpta ex scriptura, aut concilio, aut sanctis. Secundo arguitur hoc modo. Missa ex deuotione sacerdotis habet aliquem valorem finitum, & ipse Caiet. concedit quod applicatio est propria sacerdotis, sed deuotio ex vtriusque, idemq; dicit. S. Tho. Si prædicta Missa dicatur pro Petro & pro Ioanne, quilibet habebit sex gradus, & si dicatur pro vno illorum tantum, habebit octo gradus satisfactionis: quia sacerdos habet deuotionem vt quatuor & quilibet illorum pro quibus offertur etiam habet deuotionem vt quatuor. Ergo, &c. Ad hoc dicit Caiet. quod concedit totum argumentum, & dicit quod sacerdos non tenetur applicare illis pro quibus ce-

Secūda. 4. quest. 16. art. 14. fo. 192.

quibus celebrat, valorem qui est ex parte sua, quia satisfacit dicendo Missam pro illis: quia ipsi non petunt deuotionem sacerdotis, sed quod sacerdos celebret pro illis i. quod applicet illos ad sacrificium, vt ipsi sumant secundum suas deuotiones. Syluester etiam respondet latius ad idem argumentum, & dicit quod ille affectus ex parte sacerdotis, est depræcatus: & ideo tantum prodest multis sicut vni. Secundo dicit, quod est etiam applicatiuus: sed Ecclesia applicat omnibus illum valorem Ecclesiæ: & sacerdos non applicat nec offert illum valorem comunem pro arbitrato suo. Tertio dicit Syluester quod esto ita sit quod ille prædictus valor diuideretur, sacerdos plene satisfacit: quia facit quod quilibet habeat secundum suam deuotionem: quia non quærebant illi qui petebant Missam, principaliter affectum sacerdotis. Hæc Syluester. Sed falsum est hoc quod dicit: quia quilibet quærit bonum sacerdotem. Ergo quilibet petit & intendit habere illum valorem qui est ex parte sacerdotis. Secundo, Maior est valor ex parte sacerdotis & maiorem valorem dat sacerdos sacrificio, quam illi qui petunt Missam. Ergo illi qui petunt, hoc intendunt: & non est dabit, nisi quod illi qui petunt Missam à sacerdote, intendunt quod sacerdos det illis quantum potest dare in illo sacrificio, & cum celebrat pro multis, non facit: ergo notabilem fraudem committit, & mortaliter peccat, cum sit in grauissima materia. Et si dicas, si sacerdos sit in peccato mortali quando dicit Missam, satisfacit cum illis petentibus & non dat valorem suæ deuotionis, quia non habet illum, concedo: quia non tenetur ad dandum illis pro quibus celebrat nisi quod tunc habet. Præterea. Probatur quod non debet sacerdos offerre vnam Missam pro decem quorum quilibet petit vnam Missam: quia contra rectam rationem facit qui recipit stipendium non proportionatum suo operi & labori. At sacerdos qui recipit decem argenteos vel vigenos pro vna missa, recipit magnum & improporcionatum stipendium. Ergo male facit. Ergo debet dicere ille sacerdos decem Missas: & pro sint quantum potuerint, & quantum Deus scit illas prodesse. Et tunc ad argumentum principale per Caiet. quod dicit, valor Missæ multiplicatur ex deuotione offerentium, &c. nego antecedens: sed potius diuiditur in partes aliquot secundum numerum eorum pro quibus offertur sacrificium. Secundo. Esto ita esset q; multiplicaretur valor sacrificij ex deuotione offerentium & sacrificantium, non tamen potest ipse sacerdos applicare illos valores: sed ille qui offert, applicabit, cui voluerit postquam dependet ex sua deuotione. Ideo dico quod quilibet petens Missam, applicat sibi vel alteri pro quo vult Missam, suæ deuotio-

nis valorem: & petit alium valorem, quem sacerdos potest dare. Sacerdos namq; non potest dare valorem prouenientem à deuotione petentis Missam.

SED ad explicandum hoc amplius, dubitatur, ad quem spectet applicare totum valorem Missæ? An spectet hoc ad solum sacerdotem? AD HOC respondet Scot. in quolibet 2. ar. 2. & dicit, quod sacrificium in triplici gradu potest alicui prodesse, vt iam supra ex parte diximus, nempe specialissime, & generalissime, & medio modo. Specialissime, plus valet celebranti, etiam quantum ad satisfactionem & meritum quam alijs. Et iste valor specialissimus non est in potestate sacerdotis, vt possit eum alijs applicare: quia esset contra ordinem charitatis, applicare illum valorem alijs. Secundo dicit Scot. quod sacrificium valet generalissime: Et hic est valor quem habet sacrificium ex parte Ecclesiæ: & in persona Ecclesiæ applicatur omnibus fidelibus viuus & defunctis: & non est in potestate sacerdotis applicare illum valorem. Tertio modo capitur ille valor medio modo: & istum valorem medium potest sacerdos applicare pro se, vel alio, cui voluerit illum communicare. Sed, quoniam nos diximus quod tantum quadruplex est valor in sacrificio Missæ: primus ex Christi institutione: secundus ex deuotione Ecclesiæ: tertius ex deuotione sacerdotis: quartus ex deuotione offerentis, vel offerentium, & totus iste valor est finitus, quantum ad satisfactionem: dubitatur quid est illud quod applicatur omnibus fidelibus, quantum ad satisfactionem? in Canone n. Missæ dicitur, Quorum tibi fideles cognita est, & nota deuotio. AD hoc dico prius, quod ex prædicto valore aliquid applicatur omnibus fidelibus indigentibus: Probatur, quia dicitur in Canone Missæ, Pro redemptione animarum suarum. Secundo dico, quod quis aut quantus sit ille valor qui applicatur omnibus fidelibus indigentibus, solus Deus scit: & quomodo diuidatur, & quomodo distribuatur in omnes fideles. Tertio dico quod potest dici quod valor ille qui est ex deuotione Ecclesiæ applicatur omnibus fidelibus. Probatur: quia dicitur in sacrificio, Pro Ecclesia, pro Papa, pro Antistite, pro Rege: illaq; institutio est ab Ecclesia. Ergo Ecclesia applicat omnibus illud quod prouenit ex sua deuotione. Quarto Probabile est, quod valor ille ex opere operato applicatur ab Ecclesia omnibus fidelibus. Sed si hoc est verum, sequeretur quod quando sacerdos est in peccato mortali, & applicat sacrificium pro existente in Purgatorio, non prodest illi pro quo celebrat, ex opere operato: quia non suum valorem, cum non habeat: nec alium, cum iam sit applicatus, ergo, &c. quod est contra doctores com-

communiter, & contra. S. Tho. Ideo videtur dicendum probabilius, quod Ecclesia non intendit auferre totum valorem, vnde cumq; veniat talis valor: nec intendit auferre a sacerdote quod non applicet suum sacrificium specialiter pro illo pro quo offertur. Probat hoc: quia in Canone nominantur illi pro quibus offertur sacrificium: dicitur. n. Memento, Domine, famulorum, famularumq; tuarum, &c. Vnde dico, quod ex intentione Ecclesie applicatur viuus & defunctis fidelibus: non tamen in totum, sed in qua proportione applicatur, nos ignoramus, postquam totus valor est finitus: nec ipsi Pontifices sciunt, credo, hoc explicare.

SED dubitatur an ille valor generalissimus æqualiter applicetur omnibus fidelibus, vel inæqualiter? Si inæqualiter, vnde provenit ista inæqualitas? Quod autem sacrificium applicetur ab Ecclesia pro illis fidelibus, etiam defunctis, patet: quia dicitur in Canone, ut locum refrigerij obtineant, &c.

AD hoc dico quod non applicatur sacrificium omnibus fidelibus æqualiter, nec viuus, nec defunctis. Et hoc est dicendum secundum communem sententiam Theologorum. Sed an illa inæqualitas proveniat ex hoc quod aliqui fideles indigent plus quam alij? Dico quod non: quia non sunt peioris conditionis illi qui minus peccauerunt, & plus meruerunt, ut eis applicetur suffragia minus, quam alijs qui plus peccauerunt. Vnde nulla est ratio quod inæqualitas proveniat ex parte indigentiae maioris vel minoris. Sed, an plus applicet habetibus maiorem charitatem, & proportionabiliter ad charitatem? Dico quod non, sed ex parte deuotionis hoc provenit: ita quod cuiuslibet fidei valet secundum suam deuotionem, siue viuus sit, siue defunctus. Et hoc dicit S. Tho. in locis iam citatis. Et eodem modo Missa applicatur omnibus circumstantibus secundum deuotionem cuiuscumq;: & ideo sacerdos dicit, Quorum tibi fides cognita est, &c. Et ex illis qui sunt in Purgatorio plus adiuuantur qui maiorem deuotionem habuerunt ad suffragia Ecclesie, & qui cum maiori deuotione audierunt Missam: & eodem modo, Missa plus prodebat illis astantibus qui habent particularem deuotionem, quam alijs fidelibus non audientibus Missam, vel non cum tanta deuotione. Et hæc de hac applicatione generalissima. Sed an sit in potestate sacerdotis, non facere istam applicationem generalissimam: vel an sacerdos poterit applicare omnem valorem Missæ pro se, vel pro alio cui voluerit? Et videtur quod ita: quia illud est sacrificium sacerdotis. Ergo, &c. Ad hoc dicit Caiet. quod deuotio est ex omnibus fidelibus, sed applicatio est solius sacerdotis. Ego autem dico ad hoc cum Scoto, vbi supra, quod non est in po-

testate sacerdotis aliter applicare illam generalissimam deuotionem Ecclesie, nisi secundum ipsius Ecclesie ordinationem. Et si aliter applicaret, nihil faceret. Ratio manifesta est: quia Ecclesia habet maiorem potestatem quam sacerdos: & ipse sacerdos offert illud sacrificium in nomine Ecclesie, illaq; est intentio Ecclesie, & Christi. Et hæc de valore generalissimo. De alio autem valore specialissimo est distinguendum: quia est quidam valor specialissimus, qui est meritum: & hic valor plus prodest sacerdoti, quam cuiuslibet alteri: & hunc valorem non potest sacerdos applicare alteri, quia non potest immediate (ut supra diximus) dare gratiam suam alteri: gratia. n. non datur, nisi pro actu proprio: & de hoc non est dubium. Sed alter est valor specialissimus quoad satisfactionem. Et de hoc etiam dicit Scotus quod non potest sacerdos illum alteri applicare. Sed hoc non videtur verum: quia in alijs oblationibus, & elemosynis, applicat satisfactio vni alteri: ergo et in Missa. Secundo. Scotus fatetur, si quis non indiget sua satisfactione, potest illam alteri applicare. Ergo, si sacerdos non indigeat & alius indiget, quia cruciatur in Purgatorio vehementer, poterit sacerdos illi applicare suam satisfactionem: hic. n. est charitatis ordo. Ideo dico probabilius esse, sacerdotem posse applicare Missæ satisfactionem suam alteri, sicut satisfactionem bonorum aliorum operum. Secundo dico, quod ex valore generalissimo semper valet multum quoad satisfactionem, sacrificium ipsi sacerdoti: cum ipse sacerdos sit fidelis, habeatq; maiorem deuotionem, quam alij. De valore autem speciali, & merito, dubitatur, an sit in potestate sacerdotis, applicare illum cuiuscumq; voluerit? Ad quod Scotus referens sententiam quorundam aliorum, dicit quod quidam dicebant quod solum potest sacerdos applicare illum prædictum valorem, quando applicat ex beneplacito Dei, & quando Deus acceptat. Si autem non applicet sacerdos ex beneplacito Dei, nihil proderit: Sed contra hoc arguit Scotus, quia sequeretur quod nullam potestatem haberet in sacrificio: quia siue sacerdos applicet sacrificij prædictum valorem, siue non, semper ille valor valet illis quibus valere Deus instituit. Si forte concedas totum argumentum: contra, Non est ratio quare sacerdos non habeat potestatem super hoc sacrificium, sicut super alia bona opera sua. Secundo arguit Scotus. Quia cum ista acceptatio non potest sciri nisi per reuelationem, peccaret, saltem venialiter, sacerdos, applicando alteri, de quo rationabiliter dubitat, an Deus acceptaret, an non. Dicendum est igitur quod est in potestate sacerdotis, applicare illum medium valorem prædictum. Sed, an possit sacerdos applicare illum medi-

est igitur, quod est in potestate sacerdotis, applicare illum medium valorem prædictum. Sed, an possit sacerdos applicare illum medium valorem pro libito suo? Dico prius, quod aliquando est sacerdos in tali statu quod tenetur applicare alteri: aliquando autem est in tali statu quod poterit applicare cui voluerit. Secundo dico quod quando sacerdos non habet stipendium, vel non accepit elemosynam, ut applicet alicui, vel aliquibus, poterit ipse applicare cui voluerit. Tertio dico quod quando sacerdos recepit stipendium vel elemosynam, ut agat sacrum pro aliquo, non potest applicare prædictum valorem pro alio, nisi pro illo pro quo recepit, illud stipendium. Probat hoc: quia implicat quod teneatur agere sacrum pro hoc, & quod liceat ei applicare illum valorem alteri: ut si sacerdos habeat curam animarum a quibus recipit stipendium sustentationis, & esto non recipiat, sed suscipiat sponte & acceptet curam animarum, tenetur illis applicare prædictum valorem, nec potest alijs applicare.

SED dubitatur, si sacerdos, cum teneatur huic, applicet istum valorem alij vel alijs, & si male faciat, an tenebit factum?

AD quod Scotus dicit quod est dubium, & quod forte non potest sacerdos applicare, nisi illis quibus tenetur, dicit, est: quia non permittit Deus quod faciat iniuriam alteri in sacrificio: & Deus applicabit illi vel illis, quibus tenebatur sacerdos. Sed in oppositum est: quia sacerdos est dominus sacrificij, quia quilibet est dominus actuum suorum. Ideo dico quod est distinguendum, ut ad prædictum dubium respondeatur: sacerdos. n. vel tenebatur applicare sacrificium huic vel alteri, ex publica obligatione (ut si est parochus & habet curam animarum, qui ad hoc deputatur, ut offerat sacrificium pro parochianis) tunc dico quod si talis parochus in die festo vel alio, in quo ex officio suo & ex Ecclesie consuetudine debet sacrum agere pro aliquo vel aliquibus, si applicat alij vel alijs quibus non tenetur, non tenet applicatio. Hæc probatur: quia hæc est voluntas Ecclesie: & sicut sacerdos non potest non applicare sacrificium pro circumstantibus quo ad aliquam partem valoris. s. quia Ecclesia iam sic applicauit: ita, cum ex institutione Ecclesie iste teneatur applicare pro parochianis suis, non valet applicatio, quamuis ipse pro alijs applicet. Et hoc est probabilius & securius. Vnde sequitur quod si prælatus in aliqua Ecclesiastica communitate vel conventu, applicet sacrificium subditi alicui, non poterit ipse subditus alteri applicare, propter prædictas rationes: quia ab Ecclesia sic ordinatum est, quod ille prælatus applicet spiritualia bo-

na talis communitatis. Colligitur secundo quod sacerdos qui contra illam applicationem Ecclesie applicat alteri, non tenetur postea dicere aliam Missam illo cui Ecclesia applicauit, & sua applicatio pro alio non valet. Altera erit priuata obligatio qua sacerdos astringitur ad agendum sacrum pro isto vel illo: & nihilominus sacerdos applicat sacrificium pro alio vel alijs, probabilius est quod tenet applicatio, licet sacerdos male faciat sic applicando pro alio. Et intelligo semper de illo valore medio, qui est in manu sacerdotis. Et probatur hoc a simili: quia sacerdos est aliquo modo dominus huius sacrificij. Ergo habebit se sicut in alijs rebus. Sed in alijs rebus si sacerdos obligaretur dare aliquid alicui, & daret alteri, teneret dario, sed male faceret. Ergo sic erit in sacrificio Missæ. Et hoc est probabilius. Scotus autem dicit, quod post istas applicationes spirituales & principales, possunt poni alij gradus, nempe, sacerdos potest dicere, Commendo tibi, Domine, animam patris mei: & postea dicat, Et offero sacrificium pro Petro. Dicitq; Scotus, quod illa applicatio nullo modo nocet illi pro quo offertur illud sacrificium: quia nihil perit de applicatione generalissima, nec specialissima, nec speciali. Et addit Scotus, quod potest sacerdos in tertio gradu commendare Iacobum, & in quarto Andream, & sic consequenter. Ego dico quod hoc est ingeniose dictum, sed non tam certum: quia non caret difficultate. Nam, si valor Missæ est finitus, quomodo est possibile quod applicetur alijs, & quod non tollatur aliquid alijs pro quibus offertur. Ideo dico quod quanto plures commendantur in Missa particulariter, tanto minus valet sacrificium illis pro quibus offertur. Ergo nocuum est inferri illis pro quibus Missa offertur, si alij ibi priuatum commendentur. Sed Scotus negat hanc consequentiam, & dicit quod contractus debet bene intelligi: ut si sacerdos Missam offerat pro Petro, si dixisset illi, tu non vis ut in Missa commendem animam patris mei, & animas Purgatorij, non est apparentia quod ipse non dixisset, commenda. Ergo non facit ei iniuriam sacerdos, cum sit communis Ecclesie consuetudo, ut ita fiat, & ita communiter sacerdotes orant pro fidelibus in suis sacrificijs. Ideoq; probabile est hoc quod dicit Scotus.

SED dubitatur, quomodo debet applicari Missa?

AD quod Scotus & alij alij dicunt quod nos nescimus quid magis placeat Deo, & cui magis teneamur: ideo optima applicatio erit, Applico, Domine, eo modo quo tu scis me magis teneri, ut plus tibi sit acceptum. Nam

B si appli

si applicas Missam patri tuo, fortassis erit in gloria, & non indiget. Sed quia iste modus tollit aliquid de deuotione sacerdotis: nam plus mouetur sacerdos ad deuotionem quando particulariter applicat suam sacrificium, nempe, quando orat pro patre, & quando dicit Missam pro illo quem probabiliter putat esse in Purgatorio, vel pro suo amico. Secundo etiam dico quod optima est consuetudo in Ecclesia, quae est in contrarium illius quod dicit Scot. Ideo dico quod optimum est facere secundum consuetudinem Ecclesiae: & cum hoc etiam facere illud quod dicit Scot. & alij. Vltimo dico, quod excepto Caiet. & Syluestro, communiter omnes Theologi in. 4. d. 45. dicunt quod non valet tantum Missa dicta pro pluribus, cuiuslibet illorum, quantum valeret si diceretur pro vno illorum. Et contra Caiet. cum communi sententia Theologorum, tenet Turrecremata, de consecr. d. 5. cap. Non mediocriter dictum. Sententia autem Caiet. est ficta, sine fundamento scripturarum, nec Ecclesiae, nec sanctorum. Et cum hoc non possit probari rationibus naturalibus, excipere hoc solum sacrificium à lege omnium sacramentorum sine sufficienti fundamento ex reuelatis habito, periculosum est. Nec excusat sacerdotes Caiet. sententiam sequentes, dicere quod petentes Missam non praebent elemosynam sufficientem ut sustentantur: non enim acceptent ipsi, nec astringantur ad agendum sacrum, nisi detur stipendium sustentationis competens & moderatum. Verum est quod Episcopi & praelati & Pontifices, quibus commissa est cura Ecclesiae, vel in totum, vel in partem, deberent instituere elemosynam & stipendium sustentationis pro sacerdotibus pro alijs celebraturis, decens & moderatum, secundum temporum varietatem: & non haberent tunc sacerdotes occasionem dicendi vnam Missam pro multis, cum omnes petant illam Missam: Nam tunc, quando multi petunt, dicit Caiet. quod sufficit vna Missa pro omnibus illis. Et haec opinio Caiet. praebet occasionem sacerdotibus ut sumant maius stipendium pro vna Missa, quam par sit: quia secundum Caiet. poterit accipere duos aureos à viginti duobus petentibus vnam Missam, & celebrare semel solum pro illis: quod irrationabile est. Verum est tamen, quod etiam Caiet. fatetur quod quando vnus petit multas Missas, non sufficit pro illo dicere vnam Missam, sed quoties Missam petit, toties pro illo celebrandum est. Sed secundum Caiet. fat est toties celebrare pro illo, quoties Missam petit, & etiam simul pro alijs qui etiam petierunt. Quod nos falsum reputamus: vt probaui mus.

Postquam egimus de oratione, agendum nobis est de ieiunio, quod est tertium personale opus satisfactorium. I. deo sequitur quaestio. 17. in ordine huius secundae. 4.

Articu. primus.

Vtrum ieiunium sit actus virtutis?
S. Tho. 2. 2. q. 15. q. 3. ar. 1. q. 2. & deinceps.



PRIMUM sic proceditur. Videtur quod ieiunium non sit actus virtutis. Virtus enim sicut abundantia, ita diminutione corrumpitur. Sed ieiunium importat diminutionem à cibo, in quo conseruari non potest medium virtutis. Ergo ieiunium non est virtutis actus.

PRAETEREA. Omnis virtutis actus est in aliquid operando. Sed ieiunium dicitur cessatio à cibo. Ergo non est virtutis actus.

PRAETEREA. Ieiunium consistit non solum in abstinendo à superfluis cibis: quia hoc est de necessitate virtutis, sed etiam de necessarijs. Sed qui subtrahit necessarium cibum, dat sibi occasionem mortis. Non autem (vt Hiero. dicit) differt, vtrum magno vel paruo tempore te interimas. Ergo, cum nulli liceat seipsum occidere, videtur quod nulli liceat ieiunare: & sic ieiunium non erit actus virtutis.

PRAETEREA. Sicut dicit Aug. in. 10. Confessionum, alimentum sic sumi debet vt famis medicamentum. Sed magis infirmo minus est medicina subtrahenda. Cum ergo in primo statu

statu Adam peccasset, si à cibo abstinuisset donec preoccuparetur fame (vt in. 2. lib. d. 20. dictum est) videtur quod etiam nunc ieiunando peccat homo, cum natura humana sit infirrior: & sic ieiunium non erit virtutis actus.

SED CONTRA est quod Hiero. dicit. Ieiunium est perfecta virtus, & ceterarum virtutum fundamentum.

PRAETEREA. Isido. dicit ieiunium esse abstinenciam: vt ex definitione praemissa apparet. Sed abstinencia est virtus. Ergo ieiunium est actus virtutis.

RESPONDEO. Dicendum quod (sicut supra dictum est) omnis actus qui in sua ratione includit aliquid quod ad modum virtutis pertinet, actus virtutis dici potest quantum est de se, quamuis possit & bene & male fieri, ob hoc quod forte non includit in sua ratione omne illud quod ad virtutem exigitur. Quia autem virtus infirmitati naturae subuenit, quae ad malum de facili inclinatur: ideo omnium virtutum circa delectationes corporales existentium, & quarum superabundantia praecipue peccatum contingit, propter connaturalitatem nostri ad eas, modus est in retrahendo ab eis: sicut patet in temperantia, & in omnibus partibus eius signatis. Quia ergo nomine ieiunij actus nobis quidam exprimitur quo quis à delectationibus tactus, scilicet, se abstrahit, constat quod in ratione sua modum virtutis importat: & ideo actus virtutis dici debet.

AD PRIMUM ergo dicendum quod medium virtutis non est medium secundum equidistantiam ab extremis, sed accipitur secundum rationem rectam: & ideo contingit idem quod est parum vni, esse satis alteri: sicut quod est parum sano, in cibis, est satis infirmo qui per abstinenciam curari debet. Curatio autem spiritalis morbi affinior est virtuti quam curatio morbi corporalis: vnde & illud quod alias esset modicum vel minus debitum, tamen volenti vulnus peccati curare, satis est. Et sic ieiunium medium virtutis non corrumpit. Tamen sciendum quod

medium virtutis non consistit in indiuisibili: sed habet aliquam latitudinem in qua virtus saluatur: quamuis termini illius latitudinis, quos praetergredi, salua virtute, non licet, non possunt sermone determinari: & ideo qui dimittit aliquid quod licite posset vti, non oportet quod statim à medio virtutis discedat.

AD SECVNDVM dicendum, quod ieiunium à quo quis ieiunus dicitur, non nominat aliquem actum, sed priuationem praecedentis cibi: & ideo secundum ipsum non dicitur aliquis ieiunare: sed ieiunium Ecclesiae nominat actum quemdam secundum quem in cibis sumendis se regulat aliquis secundum Ecclesiae statutum. Et secundum hoc ieiunium dicitur aliquis ieiunare. Et ideo hoc ieiunium potest esse actus virtutis.

AD TERTIVM dicendum quod necessarium dupliciter accipitur in cibis. Primo ad conseruationem vitae: & tale necessarium non licet subtrahere per ieiunium: sicut nec interimere se ipsum. Sed hoc necessarium est valde modicum: quia modicis natura contenta est. Alio modo dicitur necessarium ad conseruandum valetudinem corporis: qui quidem accipitur in duplici statu. Primo secundum sufficientiam, habito respectu ad ea quae incumbunt ex officio vel ex societate rectorum ad quos conuiuunt, necessario agenda. Et talia etiam necessarium subtrahi non debet. Hoc non esset de rapina hostiam ieiunij offerre, si aliquis propter ieiunium impediretur ab alijs operibus ad quae alias obligatur. Vnde Hiero. dicit, De rapina holocaustum offert qui vel ciborum nimia egestate, vel manducandi, vel somni penuria immoderate corpus affligit. Si etiam sit tanta abstinencia quod homo ab operibus utilioribus impediatur, quamuis ad ea de necessitate non teneatur, indiscretum est ieiunium, & si non sit illicitum. Vnde Hiero. dicit. Rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias sensus integritati praefert. Secundo accipitur valetudo corporis secundum optimam corporis dispositionem. Et quia

caro in suo robore consistens difficilius spiritui subditur: ideo necessarium ad valetudinem sic acceptam, & si licite accipi potest, tam laudabiliter subtrahi potest: & talis subtractio non multum mortem accelerat, cum corpus humanum inueniatur frequentius ex superfluitate quam ex defectu, mortales egritudines incurere. Unde etiam Galenus dicit quod summa medicina est abstinentia. Inueniuntur etiam ad sensum abstinentes ut frequentius, diutius vivere. Et ideo predicta subtractio non potest dici mortis occasio, cum se habeat ad virtutem, scilicet ad prolongandum & breuiandum vitam. Subtractio autem eius quod non est necessarium nec hoc nec illo modo, est de necessitate virtutis temperantia.

AD QVARTVM dicitur quod quantumvis homo post statum peccati magis infirmetur quantum ad possibilitatem corporis ex qua fames causatur, cui per alimentum subuenitur: tamen ex altera parte est grauior infirmitas & periculosior, cui ieiunium subuenit, scilicet concupiscentie morbus qui in statu innocentie non erat. Et ideo ad hunc morbum extirpandam magis intendere oportet: sicut etiam medicis periculosiori morbo maiori sollicitudine subueniunt.

IN HOC articulo constituit S. Thomas unicam conclusionem quae sic habet. Ieiunium est actus virtutis. Quam etiam scribit secundum 2. q. 147. art. 1. & probat eam prius testimonijs D. Hiero. & Isido. quae refert in arg. in contra. Secundo probat eandem conclusionem ratione, hoc modo. Omnis actus qui de se dicit aliquid ad virtutem pertinens, potest esse actus virtutis. At ieiunium in sua ratione includit aliquid ad virtutem pertinens. Ergo, &c. Probat minor: quia ad temperantiam & abstinentiam spectat subtrahere delectationes superfluas, & quae sunt occasio quod corpus non subijciatur spiritui, ut oportet. Hanc autem subtractionem & abstinentiam dicit de se ieiunium, Ergo ieiunium dicit aliquid spectans ad virtutem. Tertio, Omnis actus qui per rectam rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum, est actus virtutis. At ieiunium est huiusmodi. Ergo, &c. Probat minor: quia ordinatur ieiunium ad rectam rationem, ad concupiscentias carnis reprimendas.

Secundo ordinatur ad hoc, ut mens liberius eleuetur ad contemplandum spiritualia. Tertio ordinatur ad satisfaciendum pro peccatis. Ergo ordinatur ad bonum honestum, ergo est actus virtutis. Quarto, Id quod laudatur & commendatur in sacris literis, est studiosum & virtutis actus. At ieiunium laudatur in sacris literis. Ergo, &c. Probat minor. 2. Corin. 6. In ieiunijs multis, in scientia & castitate. Praeterea. Ioelis. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & plactu, &c. Et in numeris alijs locis in scriptura comedatur ieiunium. Ergo est actus virtutis. Ultimo confirmatur: quia sancti ope & sermone frequenter & anxie commendat ieiunium. Ergo ieiunium est actus virtutis.

SED dubitatur, quid sit ieiunium sic sumptum in vniuersum & in commune?

DICO quod nihil aliud est quam quaedam abstinentia a cibo & potu secundum regulam super hoc traditam. Haec assignata descriptio facile intelligetur, si nominis ieiunij multipliciter explicauerimus. Est. n. triplex ieiunium, nempe, naturae, virtutis, & Ecclesiae. Primum, quod naturae est dicitur abstinentia ab omni cibo & potu, omniq; gustabili seu comestibili, atq; potabili: tandem, est abstinentia ab omni illo quod potest sumi per modum cibi aut potus. Et hoc ieiunium est necessarium ad sumendum dignum sanctum Eucharistiae sacramentum: ut supra in P. 4. diximus. Ieiunium autem virtutis est abstinentia a cibo & potu secundum regulam temperantiae, quae in medio consistit: non quoad rem, sed quoad rationem rectam, prout vir prudens & probus distauerit. Ita. scilicet, ut homo in comedendo & bibendo, nec ab eo quod naturae est necessarium, deficiat, nec notabiliter excedat: sed id tantum sumat quod ad vitam & debitam corporis valetudinem conuenit. Habet tamen, ut hic dicit S. Thom. ad 1. hoc medium rationis, suam latitudinem: non. n. in indiuisibili consistit. Respectu etiam diuersorum hominum, varia est huiusmodi latitudo, secundum variam hominum complexionem, statum, atq; conditionem. Quae omnia arbitrio probi viri pensanda sunt. Nam, quod sano honestum & moderatum est, languido & debili immoderatum & nimium esset. Ieiunium autem Ecclesiae dicitur abstinentia a cibo secundum regulam ab Ecclesia traditam, vel approbatam. Haec autem regula est, ut in ieiunio Ecclesiastico tria seruentur: nempe, abstinentia a numero refectionum, abstinentia a certo ciborum genere, certaue refectionis hora. Primum, abstinentia. scilicet, a numero refectionum, intelligitur ita, ut in die ieiunij non, nisi semel in die comedatur. Et licet hoc non inueniatur in

iure formaliter & manifeste praecipitur, virtualiter tamen & aequaliter significatur aliquibus locis in iure. Prius significatur cap. Quadragesima, de consecra. d. 5. Vbi sic habetur. In quadragesima summa obseruantia ieiunandum est, exceptis diebus dominicis. Secundo. Idem habetur ex concilio Agathensi, de consecra. d. 3. cap. Placuit. Quae exceptio, cum locum non habeat quantum ad qualitatem ciborum, postquam ab eisdem cibis abstinentum est in diebus Dominicis quadragesimae, a quibus in ceteris diebus abstinentum est, ex eo saltem tempore quo huiusmodi abstinentiam in diebus Dominicis a fidelibus fuit admissa: superest ut praefata exceptio ponit differentiam inter Dominicos dies quadragesimae, quantum ad numerum refectionum, ita ut licitum sit Dominicis diebus quadragesimae pluries comedere: quod in ceteris diebus illicitum esse dignoscitur. Adde quod vniuersalis consuetudo Ecclesiae, & communis sententia doctorum virorum & voluntas praetorum sic hanc ieiunij conditionem interpretantur: ut non, nisi semel, liceat comedere in die ieiunij. Secundum, nempe abstinentia a certis cibis, manifeste traditur cap. Deniq; d. 4. & procedit de quadragesima, in qua a carnibus est abstinentum, simul & ab his quae ex carne originem trahunt: ut sunt adipēs, larda, caseus, lac, & oua. Nam in alijs Ecclesiae ieiunijs non ita vniuersaliter videntur haec esse prohibita, sed solus vsus carniū. Sed quicquid sit de iure Canonico, iam est consuetudo & declaratio praetorum ad minus in tota Hispania, quod in nullo die ieiunij Ecclesiastici licet vti cibo, quo non licet vti etiam in quadragesima, nisi sit dispensatio Pontificis. Tertium, nempe seruanda esse refectionis hora: ita ut cibis ante horam vespertinam non sumatur: & ita praecipitur cap. solet, de consecra. d. 4. Hoc tamen (ut latius inferius dicemus) ex communiconuetudine ad horam sextam, hoc est, iuxta meridiem, est limitatum: siue vespertinum officium sit celebratum, siue non. Et in his standum est patriae receptae consuetudini: ut habetur extra, de obseruatione ieiuniorum, cap. Consilium: & est Innocentij. 3. ad Episcopum Bracharen. & in multis alijs locis. PRAETEREA dubitatur, quomodo capitur hic ieiunium a S. Tho?

AD quod dico (ut ipse dicit secū. 2. q. 147. art. 1. ad 1.) quod capitur pro ieiunio virtutis. scilicet, pro omni abstinentia qua quis actu positio vult abstinere & abstinere a cibo & potu secundum debitas circumstantias, etiam quando alius liceret comedere. Et ieiunium naturae dicitur ieiunium ieiunij: & ieiunium virtutis dicitur ieiunium ieiunantis, eo quia ieiunans ex proposito aliquid agit. Sed, quia Ecclesia statuit iam certam formam ieiunandi, ideo communiter inter Christianos non vocatur ieiunium, nisi quando semel tantum comedit quis in die, cum alijs circumstantijs debitis ab Ecclesia institutis.

SED contra conclusionem principalem qua diximus ieiunium esse actum virtutis, sunt aliqui haeretici, ut Lutherus & alij qui iurant se non esse haereticos: qui dicunt superstitiosum & iudaicum esse ieiunium quo ieiunant Christiani. Sed hij pessime loquuntur: & multi viri doctissimi & pijsimi scripserunt contra eos: ut Vualdensis, Rosenfis, & Clithoueus in suo propugnaculo fidei. Be da etiam accurate ieiunium commendat super epistolam ad Roma. & ostendit autoritatibus scripturae quod est opus virtutis. Pri mo adducit ad hoc illud dictum Christi Matth. 11. Venit Ioannes nec manducans, nec bibens, & dicunt, daemones habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis, Ecce vorator carniū, & potator vini, &c. Huiusmodi sunt isti haeretici. Aliqui dicunt, Non debent Ecclesiastici habere possessiones, ut Vuicletus, qui dicebat quod Ecclesiastici non debebat habere aliud, nisi quod populus vellet eis dare. Et veniunt Lutherani, & contra mendicantes & nihil habentes vehementer insurgunt, dicentes quod habeant sibi & non mendicent. Quid faciendum erit eis: si ieiunamus, dicunt non esse ieiunandum, si comedimus, dicunt esse ieiunandum. Superbi sunt, & ne cum alijs hominibus conueniant, sed habeant suas peculiare electiones id dicunt sine aliqua, etiam minima, apparentia. In praedicto autem testimonio, ecce Christus Ioannis ieiunium laudat. Ieiunium ergo virtutis actus est. Praeterea. Luc. 6. dicitur, Beati qui aunc esuritis, &c. Ergo laudabile est esurire & ieiunare. Praeterea, Pro nobis est Augustinus lib. de fide ad Petrum, cap. 3. vbi ait, Quanto magis potius cibis corpus, &c. propterea humiles serui Christi coniugia omnino non appetunt, & a carne vnoq; abstinent in quantum valetudo permittit. Et in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, licet liber ille Augustini esse dicatur, maioris tamen est autoritatis, ibiq; sunt illa quae in Ecclesia habentur certa. Probat hoc: quia D. Hiero. allegat illum librum. Non ergo est D. Aug. sed est antiquior. In praedicto igitur libro, cap. 8. dicitur, sacratae virginitati nuptias coequari, non hoc Christiani, sed Iouinianus est dicere, quod non accrescat illorum meritum qui abstinere a carne & vino. Idem dicit D. Hieronim. in lib. contra Iouinianum, a cap. 33. vsq; ad 41. Rursus D. August. in lib. de haeresibus, Inter omnia Iouinianus, inquit nihil prodesse tradidit ieiunia, vel a

cibus abstinere. Vbi vides Augustinum ponere illud inter haereses, nempe, dicere quod ieiunium est inutile. Ergo dicendum est quod ieiunium laudabile sit virtutis actus. Rursusq; Aug. in epistola ad Casulanum. Vnde in Evangelio praecipitur esse ieiunium, quibus autem diebus, non inuenio a Domino vel ab Apostolis esse definitum. Pleni etiam sunt sanctorum libri laudibus ieiunij. Ergo ieiunium est honestum & multum laudabile.

PRAETEREA. Circa solutionem ad 3. argu. dubitatur, an liceat ieiunij, inedia, & vigilijs abbreviare vitam? Quod dubium mouet etiam S. Th. Sec. 2. q. 147. ar. 1. ad. 2. Et videtur quod non: quia D. Tho. hic ad. 3. & in Sec. 2. loco proximo citato dicit, quod peccat qui hoc facit. Secundum. Regula temperantiae, (vt dicit. S. Tho. Sec. 2. q. 141. ar. 6.) est necessitas seruandae vitae & bonae valetudinis. Ergo qui hanc non seruatur regulam, excedit virtutis regulam: ergo peccat. Tertio. Pro hoc est Hier. Nihil interest, inquit, an paruo vel longo tempore te interimas.

SED in oppositum est quod legimus de multis sanctis quod fecerunt magnas abstinencias: & nunc actualiter sunt multi religiosi qui magnas faciunt abstinencias, longasq; ducunt vigilijs, & non iudicantur homicidiae, immo laudantur, licet ergo sic vitam abbreviare.

AD hoc dubium respondet Caiet. in commentarijs suis super Sec. 2. q. 147. ar. 1. sitq; prima propositio. Quicumq; & in quocunq; casu, nimium abstineat aut vigilet, hac intentione vt se interficiat, aut citius moriatur, vel vt in habilis reddatur ad officium ad quod alias tenetur, peccat mortaliter. Hac propositio certa est, & videtur. S. Thom. in praedictis duobus locis citatis. Probatur: quia ille talis disponit de re non sua, nempe de vita & officio, quorum non est absolutum Dominus: vt manifestum est. Secundo, Talis agit contra praecipitum, Non occides, & contra fidem virtutem moralem: quia non fideliter agit suum officium. Secunda propositio Caiet. est. Si ille qui abstinere aut vigilat, sic agit propter poenitentiam peccatorum suorum, & aduertit quod illa abstinencia, aut vigilia, nocet notabiliter, peccat mortifere. Si autem non aduertit, sed ieiunat bona fide propter poenitentiam, aut alium bonum finem, non peccat, nec venialiter. Si autem aduertit quod illa abstinencia, vel vigilia, nocet, sed parum: peccat quidem, sed venialiter tantum. Hac Caiet. Ego autem, vt praesius ista tractemus, dico quod triplex est ieiunij finis & abstinenciae, alter est bona valetudo corporalis, alter subijcere corpus spiritui, alius autem est poenitentia, aut bonum alterius virtutis. His suppositis, sit prima propositio. Si finis abstinenciae esset solum bona valetudo corporalis, qui ab-

stineret contra illam valetudinem, peccaret. Hac probatur: quia ille talis actus non haberet debitum finem, ergo esset malus. Secunda propositio est. Qui abstinere aut vigilat propter finem aut fines spirituales, de se non peccat. Probatur ex illo dicto Christi Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. i. si intentio est recta, opus autem de bono obiecto, erit bonum. Sed ista secunda propositio non videtur adeo certa: ideo dubitatur an propter poenitentiam vel aliquem spirituale finem, liceat pati aliquod paruum detrimentum in valetudine corporali? Et videtur quod non: quia id quod de se est malum, in nullo euentu & nulla circumstantia potest bene fieri. At nocere valetudini est de se malum. Ergo nunquam licet. Probatur minor: quia nullus est dominus vitae & valetudinis suae.

AD dissoluendum dubium hoc, est aduertendum quod triplices sunt cibi. Quidam sunt nocui lethaliter, vt eibi venenosi: alij sunt communes, vt carnes bouinae, arietinae, lacticia, & aquatilia: alij sunt cibi delicati & lauti, in magnoq; precio habiti, vt perdes, gallinae, & multa fercula alia, quae hominum gula inuenit. His notatis, sit prima propositio. Ex intentione nunquam licet abbreviare vitam, nec licet alicui se inhabilitare ad officium ad quod alij tenetur: nec licet alicui se inhabilitare, ita quod postea non maneat vtilis ad aliquod humanum & honestum exercitium. Hac propositio adeo est certa quod nunquam vir doctus de illa dubitauit, & consentanea satis est rectae rationi. Tertio probatur illis rationibus quas supra fecimus in principio quaestionis: quia esset contra temperantiae regulam, quae est necessitas vitae seruandae & bonae valetudinis. Secunda propositio est. Qui comederet cibos de se nocuos notabiliter, peccaret mortaliter. Probatur: quia voluntarie nocet sibi ipsi notabiliter: sicut si voluntarie pro libito sibi manum amputaret. Tertia propositio est. Nullus tenetur quare, & vti illis cibis lautis & preciosis. Probatur: quia satis est vti cibis communibus, illis nempe, quibus communiter vtuntur, & curantur homines. Quarta propositio est. Non tenetur quis prolongare vitam. Unde, esto quis posset semper comedere cibos preciosos, & sic vixisset longiori tempore, non tenetur ad illud. Probatur: quia illud esset prolongare vitam, ad quod non tenetur: & nullo modo est abbreviare vitam. Quinta propositio est. Credo quod bene facit ille qui propter poenitentiam vel aliquem finem spirituale honestum, a cibis abstinere, esto inde sequatur aliquod paruum detrimentum in valetudine corporali. Hac probatur: quia bonum spirituale est longe praestantius quam corporale. Ergo

Ergo consentaneum est rationi rectae ferre aliquem laborem ac iacturam in temporalibus bonis pro illo spirituali. Et confirmatur sanctorum exemplo & virorum iustorum qui ita faciunt: vigilanti. n. & laborant pro bono poenitentiae & virtutis, cum aliqua moderata iactura temporalis valetudinis.

EX praedictis colligitur quod coniux qui abstinencia immoderata se inhabilitaret tantum quod non posset moderate debitum reddere alteri coniugi, peccaret mortaliter. Dixi moderate, quia non tenetur coniux satisfacere immoderate concupiscentiae alterius.

PRAETEREA. Postquam constituimus ieiunium Ecclesiasticum esse virtutis actum, & illud est ieiunium proprie dictum: quia, & si in sacra scriptura vocetur abstinencia a peccatis, vt Esa. 58. Hoc est ieiunium quod elegi, dissolue colligationes impietatis, &c. non capitur ibi ieiunium proprie, sed secundum similitudinem: dubitatur quando incepit ieiunium Ecclesiasticum, aut quis eum instituit?

AD cuius dubij dissolutionem, dico aliud esse de ieiunio quatuor temporum, & de vigilijs, vel profectis sanctorum & solemnitatibus Christi seruatoris, aliud autem de quadragesima. Et ideo de ieiunio quatuor temporum anni, dico quod incepit & fuit institutum a Calixto, Papa sexto decimo a D. Petro. Probatur: quia ita tradit Platina, & alij hystoriciographi: & ita habetur. 76. d. cap. Quibus temporibus: & ita extat epistola eiusdem Calixti ad Benedictum Episcopum, ubi illud inducit ieiunium. Sed quoad dies certos non celebrantur illa ieiunia quatuor temporum, sicut nunc: sed postea eadem ieiunia mandata sunt celebrari & obseruari ab Urbano Papa, huic temporibus quibus hac nostra tempestate celebrantur, nempe, post cineres, a quarta feria vetera immediate post Pentecosten, post festum sanctae crucis in mensis Septembris, & immediate quarta feria post D. Lucia, vnde solent hae tempora hoc versiculo, contineri: vult Crux, Lucia, cinis, & charismata diuina: vt ieiunetur quarta sequens feria, &c. Alia etiam ieiunia quae in profectis sanctorum obseruantur, & solemnitatibus, sic in processu Ecclesiae a varijs inceperunt Pontificibus & praelatis. De quadragesima autem est grauius dubium quando incepit abstinencia illa quadragesimalis. Ad quod aliqui inter doctos dicunt quadragesimale ieiunium esse de iure diuino a Deo institutum.

QUOD sic probare nituntur. Prius: quia si esset de iure humano, reperiretur eius institutio inter iura humana, nempe quando, & a quo fuerit institutum. Sed non reperitur talis institutio. Ergo, &c. Probatur minor: quia iura omnia in quibus fit mentio de huiusmodi ieiunio, non inducunt ipsum ieiuni-

um de nouo, sed iam praesupponunt praedictum quadragesimale ieiunium fuisse institutum: & iubent & manifestant qualiter sit a fidelibus obseruandum: vt constat in Decretis. d. 4. cap. statuimus: & de consecr. d. 5. cap. quadragesima. Quod sumitur ex Homilia D. Grego. in prima dominica in quadragesima. Verum est (vt ibi Diuus dicit Gego.) quod ante ipsum quadragesima incipiebat a prima dominica in quadragesima: & ita quadragesimalis abstinencia non durabat, nisi sex hebdomadibus, a quibus abstrahendo dies dominicos, relinquebantur solum triginta & sex dies ieiunij. Et hodie Mediolanenses non ieiunant praedictos quatuor dies, quartam nempe feriam cinerum, quintam, sextam, & sabbatum: sed incipiunt a prima dominica in quadragesima: sicut in tota Ecclesia fiebat ante D. Grego. Sed D. Grego. praecipit, quod ieiunarent fideles etiam illos praedictos quatuor dies, vt essent quadragesima dies abstinenciae ad Christi imitationem. Mediolanenses autem non receperunt: sicut propter auctoritatem D. Ambrosij etiam non receperunt alias caeremonias quas Ecclesia Romana habet.

SE contra hoc arguitur hoc modo. Telesphorus Papa, qui fuit nonus a D. Petro, instituit quadragesimam: vt habetur in suis decretis, & d. 4. cap. statuimus. Ergo habetur in iure humano quando & a quo incepit quadragesima.

AD hoc dico quod Telesphorus non loquitur de ieiunio quadragesimali, sed de quadam abstinencia a carnibus, quam voluit in clericis esse maiorem, quam in laicis. Quod autem Telesphorus non fuisset institutor quadragesimae, probatur, & constat ex illo cap. quadragesima, de consecr. d. 5. Vbi dicitur quod quadragesima habet sex hebdomadas, & Telesphorus addidit septimam. Secundo confirmatur idem: quia quadragesima omnibus tam laicis quam clericis iniuncta est. Telesphori autem institutio non se extendit ad laicos, sed ad clericos precise: & solum illis loquitur Telesphorus. Tertio. D. Ignatius apostolis contemporaneus, & Ioannis Evangelistae discipulus, praecessit tempore notabili Telesphorum: qui tamen Ignatius in suis epistolis, maxime in epistola. 8. ad Philipenses quadragesimalis ieiunij meminit, & Christi fideles ad eius obseruantiam exhortatur. Ergo ieiunium quadragesimale a Deo, & non ab hominibus, fuit institutum. Secundo, principaliter idem probant ex facto Christi: qui ante omnem Ecclesiae institutionem, quadragesima dies ieiunauit. Ergo debent omnes fideles capiti suo conformari, totidem diebus absque, Ecclesiae praecipione ieiunantes: quia omnis Christi actio, nostra est instructio.

Tertio probatur idem sanctorum testimonijs: quia facti videntur dicere I quadragesimā à Christo fuisse institutam. Et prius, hoc videtur dicere Aug. in sermone quadragesimali, qui legitur prima Dominica quadragesimę. Secūdo, apertius dicit hoc D. Ambro. in quadam sermone, vbi ait. Qui huiusmodi ieiunium quadragesimale soluunt, legem diuinā scindunt, & diuinę legis præuicatores sūt. Et in alio sermone dicit huiusmodi ieiunium quadragesimale non cogitatione humana adinuentum, sed diuina Maiestate præceptum esse. Tertio. Idem dicit Beda in quadam Homilia quę recitatur tempore Ascensionis. Quarto. Beatus Maximinus ait, hoc quadragesimum ieiunium, non tam ab hominibus institutum esse quā à Deo consecratum, & cęlesti Maiestate præceptum. Ideo qui hoc spernit, nō tā sacerdotes q̄ Deū spernit. Hęc sunt argumenta, nec inuenies maiora, quibus nonnulli volunt probare quadragesimale ieiunium à Christo fuisse institutum eo modo quo illud obseruant Christiani.

SED his non obstantibus, ego dico, & sit prima propositio, quod prædicta argumenta nō probant quod intendunt. Et prius dico q̄ prima ratio si probaret q̄ prædictū ieiunium non est de iure humano, etiā probaret quod nec est etiam de iure diuino. Nam, sicut inter iura humana, eius prima institutio non inuenitur, ita nec reperitur inter iura diuina Evangelica, vel Apostolica. Secūda ratio minus probat: quia multa alia fecit Christus, quę non tradidit nobis sub præcepto faciendā, vt constat: quia si propter Christi imitationem deberemus ieiunare quadragesimam, deberemus nihil cibi aut potus sumere in toto illo spacio quadraginta dierum & noctium: & deberemus abstinere etiam in diebus dominicis, sicut ipse fecit. Quod manifeste falsū est. Ergo illa ratio non probat. Ad. 3. etiam dico quod illa dicta sanctorum non probant prædictum ieiunium esse à Christo institutum: Augustinus. n. non ait huiusmodi ieiunium esse à Christo iustum, sed quod ab ipso sit consecratum: quia opere ieiunando, sacrum fecit quadragesimum ieiunium, & apud Deum commendabile & acceptum. Ex quo illud videtur Deo dedicasse, tanquam aliquid eidem gratum & acceptum. Quę omnia contra præceptum facta sunt. Quemadmodum virginitatem & paupertatem, eximiamq; patientiam in se ipso tenuit & exercuit, in quibus voluit etiā nos ipsū imitari, sicut etiam in ieiunio: tamen sine aliquo præcepto & iussione. Quod ait Beda, Maximus, Ambrosius, & alij antiqui, huc solum tendunt, & hoc solum probant: vt intelligamus quadragesimum ieiunium non esse ab homini-

bus adinuentum, sed in lege gratiæ à Christo prius institutum & obseruatum, & Deo dicatum, & à Christo nobis in exemplum relictum, ac proinde à nobis in magna reuerentia habendum & obseruandum, ac si à Christo fuisset vere præceptum & iustum. Et hoc magis quā alia ieiunia à posteris Pontificibus instituta. Et quod aiunt esse huiusmodi ieiunium diuina Maiestate præceptum, intelligo ego præceptum, id est, institutum, probatum, & traditum, & in exemplum ad imitandum relictum. Probatur hoc, quia maiorum traditiones vocantur præcepta: quia ita à posteris seruandę sunt ac si essent præcepta. Non tamen inde sequitur prædictum ieiunium esse iure diuino iustum sub præcepto obligante ad mortiferum peccatum. Quemadmodum etiam consilia Euāgelica vocat Christus sæpe mandata, Matth. 5. & Ioan. 12. Sed non ideo sunt sub pœna mortiferi peccati seruanda. Ordinis & matrimonij sacramenta Christus instituit: nullatenus de iure diuino iniunctum est, vt vel ordinem sacrum, vel vxorem accipiat. Ideo sit secunda conclusio. Quadragesimale ieiunium eo modo quo hodie in Ecclesia Christi obseruatur, nec à Christo fuit institutum, nec sub præcepto iustum. Vnde non de iure diuino sed humano dicendum est esse. Hęc probatur, vltra hoc quod communis sit Theologorum sententia, prius. Christus in lege Euāgelica non induxit discretionem ciborum qualis in quadragesima obseruari solet: sed omnibus liberum omnium ciborum vsum indistincte concessit, vt patet Luc. 10. quando ad discipulos, quos ad prædicandum mittebat, dixit, In quacunq; ciuitate introieritis, quacunq; apposta fuerint vobis, comedite. Secundo. Idem manifeste docet Paulus priore ad Timo. 4. vbi dicit. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cū gratiarū actione suscipitur. Et reprehendit ibi aliquos qui errantes docebant abstinendum esse ab aliquibus cibis. Ideo non apparet Christum instituisse aut iussisse hoc Ecclesiasticum ieiunium quale hodie est in Ecclesia. Tertio. Quotidie dispensant Pontifices in ieiunio hoc quadragesimali, & etiam dispensant in qualitate ciborum, nempe, quod liceat dispensatis comedere oua & lacticia, & quod comedendo carnes semel in die, ieiunent homines: vt facit Papa quotidie cum nobilibus. At hęc Papa non posset facere, si ieiunium quadragesimale esset de iure diuino. Ergo dicendum est quod est de iure humano. Et illud ieiunium quadragesimum quod Christus instituit, erat quædam abstinentia, & non hoc quod nunc est in Ecclesia. Ideo constituo hęc propositionē. Quadragesima eo modo quo hodie seruatur in Ecclesia Dei, fuit ab apostolis

ab apostolis instituta. Hęc probatur prius testimonio D. Ignatij, in epistolis suis, maxime in. 8. vt iam supra citauimus, qui hanc asserit nostram conclusionem. Secūdo. Hoc ipsum dicit D. Hiero. ad Marcellam: ait. n. Nos vnā Quadragesimam secundum traditionem apostolorum, omni anno, tempore congruo ieiunamus. Tertio. Pro hoc est Theophilus Alexandrinus, dicens, habemus Quadragesimam ab Apostolis institutam & ordinatā. Quarto. Probatur idē hac ratione. Vbi cūq; in aliquo concilio, aut in iure Canonico, de Quadragesima fit mentio, fit mentio sicut de re quę antea erat, & nō tanquā de re quę ibi incipiebat. Ergo incipit ab apostolis: postquam probauimus quod non incipit à Christo, ita vt nunc est in Ecclesia. Quinto. Si aliquis alius Pōtifex aut concilium institueret Quadragesimale hoc ieiunium, scriberetur & sciretur vbi & quando, postquā erat res tā notabilis, cū multa alia leuiora accurate seruantur, & commendentur à tempore inceptionis & ab authore, &c. Vnde colligitur quod Christus redemptor noster obseruauit quādam abstinentiam quadragesimam: apostoli autem ad Christi imitationem tanquā Pōtifex Ecclesię, via humana, Ecclesiasticū ieiunium instituerunt, vt hodie est in Ecclesia, & sub præcepto tradiderunt, decernentes quando & quomodo esset Quadragesima ieiunanda. Nam Christus seruator noster nec tempus talis ieiunij instituit, nec modū, nec cibos. Ipse. n. post baptismum (vt habetur Matth. 4.) e vestigio in desertum secessit, & illic ieiunauit. Ecclesiastica autem Quadragesima non statim post baptismū fidelibus imponitur, sed ante Pascha. Christus etiam nullum diem à ieiunio excepit in illo quadragesimo numero. Ecclesia vero dies dominicos excipit. Christus rursus in illa abstinentia quadragesima nec semel, nec pluries comedit, nec bibit: in Ecclesiastica autē quadragesima vnica refectio solum est concessa, & in potu nulla constituitur limitatio. Christus in illo suo ieiunio nullam inter cibos discretionem fecit: in ieiunio autem nostro quadragesimali, discretio ciborum fit: vt constat. Grandis igitur differentia est inter ieiunium Ecclesiasticū ieiunium nō à Christo, sed ab apostolis fuit institutum & sub præcepto iustum.

SED postquam ostendimus cum S. Tho. ieiunium esse actum virtutis: dubitatur cuius virtutis sit actus, an temperantię?

AD quod ex consensu omnium respōdetur quod ieiunium imperatiuē potest esse à charitate: quia fit propter Deum, & à multis alijs virtutibus: sed elicitiuē est à temperantia, secundum illam partem quę abstinentia di-

citur. Sed quis actus est ieiunium? Dico quod est: velle abstinere, & abstinere, est comedere seruato tempore, & alijs circumstantijs ieiunij. Sed cōtra Hiero. dicit sup illud Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum nō eiicitur, nisi in ieiunio, &c. Ieiunium non solum est ab escis, sed à cunctis illecebris abstinentia. At hoc pertinet ad omnem virtutem. Ergo ieiunium non est actus solius abstinentię. Ad hoc dico quod ieiunium propriē dictum est actus abstinentię: impropriē autem, dicitur abstinentia ab omnibus illecebris: quia ieiunium est actus virtutis, & per quodlibet vitium adiunctum definit esse actus virtutis. Ideo requiritur quod nullum vitium sibi adiungatur tanquam finis aut circumstantia actus, licet de essentia ieiunij non sit carētia vitiorum.

SED occasione huius determinationis dubitatur, an ad satisfaciendum præcepto de ieiunio & cuiuslibet alteri legi præcepti, requiratur quod adimpleatur præceptum per actum bonū formaliter, vel an sufficiat quod fiat substantia actus, esto sit malus actus: vt si quis ieiunet die quo tenetur, propter inanē gloriam: vel audiat Missam quando tenetur, vt alloquatur ibi mulierem, &c. an satisfacit præceptis de ieiunio, & de Missa audienda, vel an requiratur quod illi actus sint boni? AD hoc respondet Dioni. Cisterciensis in. 2. sententia. d. 17. q. 1. & in primo sententiarum. d. 17. q. 2. quod nullus satisfacit præcepto alicui nisi per actum bonum, & qui ieiunat die quo tenetur, propter inanē gloriam, peccat mortaliter cōtra præceptum de ieiunio. Idem dicit Ioa. Maior in. 4. d. 15. q. 3. in principio. Probatur hęc sententia, & si ipsi qui dicunt non probent, prius: quia aliās fieret quis malus adimplendo leges & præcepta: quod absurdum videtur. Secundo. Lex intendit facere subditos bonos, & in prima sec. late tra. & auimus. At hoc fieri non potest, si non adimpleantur leges bonis actibus & cum circumstantijs debitis. Ergo tenentur subditi ad implere per bonas operationes. Tertio. Si præceptum explicaret quod fiat illud quod præcipitur, per actū bonū, & cū debitis circumstantijs & bono fine, tenerentur subditi ita cū bona circumstantia finis adimplere tale præceptum. At ita nunc legis lator intendit facere bonos subditos, & quod lex impleatur cū debitis circumstantijs & bono fine. Ergo tenentur subditi sic implere præceptum per actū bonum. Quarto. Leges & præcepta sunt de actibus virtutum. Ergo tenetur quis adimplere illa præcepta per bonum actum: quia aliās nō faciet actum virtutis. Quinto. Subditi tenentur implere præceptum ad intentionem præcipientis, sed præcipientis intentio est quod impleatur lex per actum bonū.

Sexto arguit hoc modo Cellia. Bene sequitur, omnis homo qui tenetur ad vnam disiunctiuam, & nō licet ei facere vnam partē disiunctiuæ, tenetur ad aliam: vt si quis tenetur dare elemosinam de suo vel de alieno, & non licet ei dare de alieno, tenetur ad dandum de suo. Sic igitur quicumq; subditus tenetur adimplere præceptum vel per actum bonum vel per actum malum, sed non licet adimplere per actum malum, ergo tenetur adimplere per actum bonum.

HIS tamen non obstantibus, dico quod hæc opinio est nimis dura, & arguo hoc modo contra eā. Sequitur ex prædicta opinione quod qui persoluit preces horarias ad quas tenetur, propter inanem gloriam, aut audit Missam ad quam tenetur etiam cum circumstantia mala solum venialiter, peccat mortifere peccato omissionis quia secundum prædictam opinionem, non adimpleret præceptum de audienda Missa, aut de præcibus soluendis. Ideo alij doctores dicunt quod lex humana adimpleretur per actum malum. Hoc videtur dicere. S. Tho. P. Sec. q. 100. ar. 9. & hoc dicit Petrus Paludanus, & Durandus, in. 4. in materia de confessione. Idem dicit Martinus Parisiensis in materia de temperantia. q. 2. de ieiunio: & probat, quia si quis inuitus audiat Missam, non puniretur ab Ecclesia. Idem dicit Alma. in. 3. d. 37. Ideo hæc est communis opinio, sed non caret difficultate: quia mirabile valde est quod quis diuino præcepto satisfaciat, vel humano, per peccatum: quia qui accipit Eucharistiam ob inanem gloriam, offert Deo peccatum, licet accipiat verum sacramentum: & mihi fuit dictum quod Parisiensis fuit hoc à Doctorebus disputatum, fuitq; dānatum dicere quod subditi adimplerent præcepta superiorum per peccatum vel per actum malum. Ideo dico quod quæstio est dubia: sed nihilominus verior videtur hæc communis opinio, nempe quod per actum malum, etiam lethaliter, adimpleretur lex à subditis: quia dānam est dicere quod si quis dicat preces horarias vel audiat Missam ad quam tenetur, propter inanem gloriam, peccet mortaliter. Resoluendo tamen dubium, respondeo aliquibus propositionibus, quorum prima est. Quicumq; per actum malum venialiter, adimpleret præceptum, solum peccat venialiter. Probat: quia non agit contra præceptum: agit. n. quod in præcepto iubetur. Secunda conclusio. Ille qui actu malo venialiter, adimpleret præceptum, non simpliciter apimplet præceptum, vel legē. Tertia conclusio. Ille qui sic adimpleret legē per actum malum venialiter, potest dici transgressor legis, sed solum venialiter. Quarta conclusio. Qui adimpleret legem per peccatum mortiferum, non implet legem simpliciter. Quinta conclusio est. Qui adimpleret legem

per peccatum mortale transgreditur legem simpliciter. Sexta conclusio. Qui adimpleret legem per peccatum mortale, nō peccat, nisi vnicum peccatum. Vt cū quis ieiunat vel sumit Eucharistiam propter finem aliquem malum mortaliter, solum peccat commissiue, & non omisiue. Alij Doctores comuniter, dicunt vt citauimus, quod tales per peccatum mortale simpliciter adimplerent præceptum, sed peccant contra aliud præceptum de cultu diuino quia non colunt Deum, cum teneantur colere. Sed hi Doctores non bene loquuntur: quia ex isto suo modo loquendi sequitur quod debent concedere quod ille qui implet legē per peccatum mortale, obedit Deo per peccatum mortale, vel peccando mortaliter: quæ obedientia est mirabilis, quam Deus detestatur. Ideo melius dicitur quod ille talis nō adimpleret legem: sed solum peccat vnum peccatum, nempe, quia apponit illi malum finem: & ille actus, cum medium esset bonum, non habebat malitiam, nisi à fine. Ideo si finis malus sit venialiter, est actus venialiter malus, & si finis sit malus lethaliter, etiam actus est malus lethaliter: quia ille qui propter finem lethaliter malum, adimpleret præceptum, facit contra generale præceptum, postquam non bene facit illud quod in lege præcipitur. Et tunc ad illud quod dicebat Dionysius, quia talis agit contra intentionem præcipientis, dico prius quod non tenetur subditi agere ad intentionem præcipientis: sed solum tenentur agere quod essentialiter præcipitur in lege. Secundò dico quod dānam est dicere quod transgreditur præceptum simpliciter, si apponatur finis malus mortaliter, vel secundū quid, si apponatur finis malus venialiter. Ad illā autē disiunctiuā Celayæ, dico quod si illud verbū, tenetur, cadat in partes disiunctiuæ in antecedente, est tota falsa: si autem cadat in totam disiunctiuam, est vera: sed tunc quælibet pars est falsa, nempe, tenetur adimplere actu bono, vel tenetur adimplere actu malo: & licet ad meā opinionem ille qui nititur adimplere præceptum per actum malum mortifere transgrediatur præceptum, non tamen omittit aut peccat omisiue, quia facit substantiam actus licet non faciat debito modo.

Artic. secundus.

Vtrum ieiunium cadat in præcepto?

AD



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod ieiunium non cadat in præcepto. Super illud psal. Omnis gloria eius filia Regum, dicit glosa quod gloria Ecclesie in interioribus virtutibus consistit: sicut fides, spes, charitas. Sed omne præceptum Ecclesie ad gloriam Ecclesie ordinatur: Ergo de ieiunio exteriori non potest esse præceptum.

PRÆTERTEREA. Ea que sunt supererogationis, ad consilium pertinent, ad quod nullus obligatur nisi ex voto. Sed ieiunium est huiusmodi. Ergo non obligatur ad ipsum aliquis ex præcepto.

PRÆTERTEREA. Quicumq; transgreditur præceptum, peccat mortaliter. Si ergo ieiunium institutum ab ecclesia, cadat sub præcepto: tunc si aliquis vnum diem tantum frangeret quadragesimæ, mortaliter peccaret: quod videtur graue dicere.

SED contra: Statutum Ecclesie obligat per modum præcepti, sicut præceptum Dei, quia Dominus discipulis suis dixit: Qui vos audit me audit. Sed ad illud ieiunium obligamur ex statuto Ecclesie. Ergo cadit in præcepto.

PRÆTERTEREA. Maioris perfectionis est lex noua quæ vetus, et magis à carnalibus desiderijs abstracta. Sed in lege veteri erat ieiunium in præcepto. Ergo multò fortius in lege noua.

RESPONDEO. Dicendum quod duplex est præceptum, scilicet iuris naturalis & iuris positivi. Præcepto iuris naturalis prohibentur ea que sunt secundum se mala: sed præceptis iuris positivi prohibentur ea que possunt esse occasiones malorum, vel præcipiuntur aliqua ordinantia ad virtutem, quam legis positor inducere intendit. Et propter hoc ius positiuum vt dicit Tullius, est à naturali deriuatum. Vnde ad legem positiuam pertinet, vt dicit Philosophus in. 10. A Ethic. ordinare nutritiones iuuenum & adinventiones virorum. i. opera & studia, vt arceantur à malis, & perducantur ad bona: In ieiunio ergo est aliquid quod ad præceptum iuris naturalis pertinet, scilicet tantam abstinentiam carni adhibere, ne spiritui rebellet. Temperantia. n. (vt dicit Philosophus

in. 3. A Ethico.) mensuram accipit ex conseruatione salutis corporalis: vnde multò magis ex conseruatione salutis spiritualis. Medium autem temperantia non excedere, ad ius naturale pertinet: sed determinatio talis abstinentia, secundum determinatum tempus & determinata cibaria, ad ius positiuum pertinet, quod moderatur hominum actus. Et hoc modo ieiunium sub præcepto Ecclesie cadit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod decor Ecclesie principaliter in interioribus consistit: sed etiam exteriores actus ad eundem decorum pertinent, in quantum ab interiori progrediuntur, & in quantum interiorum decorum conseruant. Et sic ieiunium ad decorum Ecclesie ordinatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod duplex est genus supererogationis. Quoddam quod totaliter excedit necessitatem salutis. Et hoc non potest cadere sub præcepto, sed sub consilio. i. Cor. 7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do. Aliud genus supererogationis est quod aliquomodo ad necessitatem salutis pertinet, quamuis non secundum hunc vel illum modum: sicut de ieiunio ex dictis patet. Et ideo determinatio modi in talibus, potest cadere sub præcepto Ecclesie, vel cuiuscumq; legislatoris.

AD TERTIVM dicendum quod præcepta iuris positivi magis obligant ex intentione legislatoris, quam ex ipsis verbis. Et ideo transgressor talis præcepti magis est reputandus qui obuiat intentioni legislatoris, quam qui deuiat in aliquo à legis ordinatione. Intentioni autem legislatoris obuiat qui ex contemptu, vel sine aliqua rationabili causa, ordinationem non seruat. In illo autem euentu in quo probabiliter credi potest, quod si legislator ad esset, eum obligare non vellet, talis non est reputandus præcepti transgressor. Et ideo non est necessarium quod quicumq; aliquem diem ab Ecclesia institutum ieiunare omittit, quod mortaliter peccet. Potest. n. hoc aliquando omnino sine peccato contingere, aliquando sine mortali cum veniali, aliquando etiam cum mortali. Et hoc secundum diuersas occasiones quibus homo inducitur ad ieiunium frangendum. In hoc

IN hoc articulo secundo diuus Tho. constituit duas conclusiones, quarum prior est Ieiunium in communi cadit sub præcepto legis naturæ. Secunda conclusio est: Determinatio temporis, & modi ieiunandi, secundum conuenientiam & utilitatem populi christiani, cadit sub præcepto iuris positiui, quod est a prælati ecclesiæ institutum. Prius ieiunium vocatur ieiunium naturæ. Secundum autem vocatur ieiunium ecclesiæ. Hæc S. Tho. quod autem sit ieiunium naturæ, & quod ieiunium ecclesiæ, diximus supra in articulo præcedenti. Præterea ieiunium naturæ est sub præcepto iuris naturæ & iuris diuini, quia cum non sit nisi abstinentiæ a cibo & potu secundum regulam rationis rectæ & in sacris literis assidue commendatur: & recta ratio dicat temperantiam esse seruandam, cuius actus est naturæ ieiunium. Ieiunium autem Ecclesiæ est sub præcepto iuris positiui humani tantum vt in præcedenti articulo diximus & exposuimus multa dicta sanctorum, quæ videbatur dicere quod erat de iure diuino. Sed si est præceptum iuris humani, præceptum hoc de ieiunio Ecclesiastico, quando incipit?

Primum
dubium.

AD hoc dico quod ieiunium quadragesimale incipit ab apostolis, cum illis conditionibus & circumstantiis cum quibus nunc est in Ecclesia: vt diximus & probauimus in præcedenti articulo. Secundo dico quod est probabile quod & si apostoli instituerunt ieiunium quadragesimale, quale nunc est in Ecclesia, non tamen constituerunt illud sub præcepto neque ferrent illi qui ad fidem Christi conuertebantur, sed suauius traherent eos ad Christianitatem: & quia tunc simplici verbo parebant Christiani, & postea paulatim ex consuetudine a Pontificibus probata, cepit esse sub præcepto. Tertio dico quod probabilius est quod ieiunium quadragesimale eo modo quo nunc est in Ecclesia, incipit ab Apostolis, sic sub præcepto, vel statim quando Apostoli inceperunt prædicare, post aduentum Spiritu sancti, vel currente tempore suæ prædicationis ante eorum mortem. Et hoc tertium dictum probauerunt testimonia sanctorum, quæ adduximus in præcedenti articulo: & confirmatur quia non inuenitur quando incipit ieiunium quadragesimale sic sub præcepto: ergo incipit ab Apostolis. Sed contra est quod diuus August. in epistola ad Casulanum dicit, video in Euangelio præceptum esse ieiunium, quibus autem diebus non inuenio à Dño vel ab Apostolis esse definitum. Ergo ieiunium quadragesimale, non incipit ab Apostolis sub præcepto. Ad hoc nego consequentiam, quia August. solus dicit, quod in Euangelio, aut in nouo testamento non reperitur quando ieiunium quadragesimale incipit esse sub præcepto, quod verum est: sed inde

non sequitur quod non inceperit ab Apostolis. Et quod tempore Apostolorum essent ieiunia, non potest negari: cum diuus Ignatius in Epistola octaua illud dicat, vt supra diximus: & diuus Ignatius fuit discipulus Ioannis Euangelistæ. Et diuus Clemens in suis recognitionibus ad Iacobum fratrem Domini dicit, quod cum pater ipsius beati Clemētis deberet baptizari, petebat ipse Clemens a diuo Petro, vt baptizaretur cum lætitia: at diuus Petrus respondit, quod non deberet baptizari nisi prius ieiunaret vna die: & persistentibus aliquibus & orantibus Petrum, vt cum lætitia baptizaretur pater Clemētis, cum indignatione respondit Petrus, nolite Spiritui sancto resistere: & tandem pater Clementis ieiunauit prius: deinde baptizatus est, ergo tempore Apostolorum erant ieiunia.

Secundum
dubium.

PRAETEREA Dubitatur circa priorem conclusionem. S. Tho. quomodo intelligitur, quod ieiunium in communi cadit sub præcepto iuris naturæ? Ad quod dico quod est dicere quod ieiunium in communi est de iure naturali: de iure naturali quilibet homo tenetur detrahere de cibo & potu quantum fuerit necessarium vt se defendat a passionibus, & tentationibus: & vt caro non rebellet contra spiritum, & vt conseruet vitam in bona valetudine corporali: ratio est, quia hi sunt fines ieiunij & abstinentiæ, & ad hoc ieiunium quod cadit sub præcepto iuris naturæ, impertinens est comedere tantum semel, sed est necessarium sumere cibum & potum in parua quantitate (& si pluries indie) vt fines prædicti consequantur & obseruentur.

Tertium
dubium.

PRAETEREA Dubitatur an ille qui non eget ieiunio, ad aliquem finem illorum, quos statim in præcedenti dubio constituimus, teneatur nihilominus ieiunare? Nèpe si quis habet iam passiones moderatas aut penitus extinctas, & corpus satis subiectum spiritui: & tandem bonam valetudinem corporalem, an nihilominus teneatur ieiunare? & videtur, quod non ex. S. Tho. 2. Sec. q. 147. ar. 3. ad primum & secundum argumentum. Vbi dicit, ieiunium esse de necessitate præcepti vni cuique tali remedio indigenti, nempe ad reprimendum passiones. Et ibidem ad secundum argumentum dicit quod præcepta quæ per modum statuti proponuntur non eodem modo obligant omnes, sed secundum quod requiruntur ad finem quem legislator intendit: ergo illi qui non indigent illo remedio non tenentur ieiunare. Secundo confirmo hoc ratione, in hunc modum: actus qui de se est otiosus, esto ab aliquo superiore præcipiatur, non est bonus, si non intendatur & procuretur aliquis alius finis honestus: quia prius actus debet esse bonus quam quod superior præcipiat, aut possit præcipere: quia quæ-

diu actus est malus non potest præcipi. Tunc conficio sic argumentationem: ieiunium de se non habet aliquam bonitatem. Ergo Papa non potest illud præcipere: ergo non tenetur ieiunare prædictus homo qui iam non patitur aliquam passionem, nisi quando ieiunium fuerit utile ad aliquem bonum finem.

TERCIO. Si quis faceret actum de se indifferenter, qui non est utilis ad aliquem bonum finem, sine præcepto, peccaret: ergo etiam peccat Papa præcipiendo illum actum qui iam non est utilis ad aliquem finem honestum. IN oppositum tamen est: quia cum ecclesia præcipit aliquid propter aliquem honestum finem, tenentur christiani illud seruare, esto quod non possint consequi illum finem. Vt constat de præcepto obseruationis festi, quia & si aliquis non possit requiescere spiritualiter in die festo, non potest vacare Deo contemplando, aut deuote laudando creatorem: tenetur tamen abstinere ab operibus seruilibus. Ergo ita dicendum est de ieiunio: ita quod siue quis consequatur finem ieiunij siue non tenetur tamē ieiunare. Secundo probatur hoc quia dato opposito, nullus tenebitur ieiunare, probatur quia quilibet homo posset alijs medijs consequi illum finem ieiunij.

IDEO ad propositum dubium, dico ex communi consensu Theologorum, quod omnes Christiani qui possunt tenentur ieiunare, siue consequantur finem illius præcepti siue non: hæc conclusio probatur: quia dato opposito, sequeretur quod nullus teneretur parere Ecclesiæ, & ita omnia confunderentur. Assumptum probatur: quia nullus homo aut rarissimus potest assequi finem præcepti, ita sicut Ecclesia intendit, aut alijs medijs assequeretur illum finem: ergo. &c. Probatur antecedens, quia Ecclesia intendit quod omnes homines veniant ad perfectam charitatem: ergo error est intollerabilis dicere, quod nullus tenetur ad præceptum, nisi ille qui potest consequi finem præcepti, & nondum est illi affectus.

SECUNDA conclusio est, nullus est viator qui non indigeat ieiunio, vel ad satisfaciendum pro peccatis præteritis, vel ad cauendum a peccatis in futurum, vel ad satisfaciendum pro alijs proximis, aut pro communitate: vnde nunquam dabitur aliquis in hac vita, qui nullo modo indigeat ieiunio ad aliquod ex prædictis.

TERTIA conclusio est, esto quod quis non indigeat hoc remedio in specie, nempe ieiunio, indiget tamen quilibet homo communiter aliquo remedio, cuius determinatio pertinet ad Ecclesiam. Hæc probatur, quia lex quæ inducitur in communem utilitatem non respicit particulares causas: vnde finis præcepti de ieiunio, non est bonum priuatum

huius vel illius hominis singularis, sed est bonum commune populi Christiani: vnde si omnes homines essent vel fierent impeccabiles, cessaret præceptum ieiunij.

QUARTA conclusio est, esto quod quis in aliquo euentu non indigeat ieiunio, adhuc tamē tenetur ieiunare si potest: ratio est, quia adhuc est in statu, in quo facile poterit indigere. Sicut communiter homines, in hac vita facile indigent, a die in diem.

His habitis facile est respondere ad argumenta in oppositum: & prius ad verba S. Tho. dico quod diuus Thomas intendit, quod si non esset utilitas in ieiunio, nec particularis nec communis, non esset ieiunium in præcepto: sed quia tota communitas Christianorum indiget ieiunio, ideo præcipitur ieiunium: & omnes tenentur ad ieiunium, siue habeant adhuc passiones siue non.

AD secundum autem argumentum de actu indifferenti, dico quod verum est, quod actus indifferens: vt sic nempe quia indifferens non potest præcipi: nec subditus teneretur in illo tali obedire: sed ieiunium, vt dictum est, habet bonum finem, & ideo non est actus indifferens. Vnde quæuis ratio legis cesset in aliquo homine particulari, si tamen non cessat communiter in omnibus, adhuc lex obligat omnes: vt si lex præcipiat, quod nullus deferat arma, propter hoc, quia ex hoc quod deferuntur arma sequuntur multa homicidia: licet quis sciat, quod nihil sequitur ex hoc quod ipse portet arma: si tamē portat peccat, quia adhuc obligat illa lex & frangit illam: ratio est, quia lex est iusta & habet iustam causam prohibendi omnibus simpliciter ne portent arma: vnde quicumque portauerit arma contra illam legem, male facit, nisi totaliter apud omnes cessauerit causa legis: & sic intelligitur quod cessante causa vel fine legis totaliter, scilicet apud omnes, cessat lex: non autem, si solum cesset in aliquo particulari: vnde si totaliter cessaret causa præcepti de ieiunio, cessaret ipsa lex de ieiunio, non autem si cesset in vno particulari tantum. Et si cessaret tota ratio causa & finis ieiunij apud omnes, non posset Papa obligare aliquem ad ieiunium. Sed quædiu durat ratio ieiunij, sicut semper durat, vt diximus, iuste Ecclesia potest omnes obligare ad ieiunium. Vnde si Galli indigent ieiunio, possunt Hispani obligari ab Ecclesia, vt ieiunent pro Gallis, etiam Hispani non indigent ieiunio. Et licet in iure canonico non inueniatur proprie verba præcepti quibus præcipiatur ieiunium Ecclesiastico, satis est quod prædicatores, Confessarij, & Doctores omnes fideles, illud dicunt: & Pontifices sciunt & approbant, & cum causa rationabili in illo præcepto dispensant: & in corpore iuris non ponitur, quia præceptum de ieiunio

Secunda. 4. quest. 17. art. 2.

Ieiunio est antiquius ipso iure canonico, quia, ut supra diximus, incepit ab Apostolis: & præter illa quæ supra adduximus, ad probandum hoc, adducam adhuc vnum antiquum & manifestum testimonium. Rabanus qui fuit antiquus, præcessit nostram hanc ætatem octingentis annis, tempore Pij Cæsaris: collegit quasdam constitutiones, ex multis concilijs: vbi scribit formam quam Episcopi debent seruare in suis visitationibus, & dicit tibi quod debent subditi rogati ab Episcopo, dicere ei si aliquis non seruat præceptum de ieiunio. Ergo præceptum hoc de ieiunio est antiquissimum.

*Quartū
dubium.*

QUARTO dubitatur, an sit necessarium sub pænâ peccati mortalis obseruare ieiunia Ecclesiastica: ita quod non solum peccet mortaliter qui ex cōceptu frangit ieiunium Ecclesiasticum: sed etiam ille qui sine rationabili causa vera, vel sine fraude apparenti, transgreditur præceptum de ieiunio. Et hæc quæstio pendet ex hac, an Ecclesia scilicet, possit ad sua statuta, fideles, sub pænâ peccati mortalis obligare: ad quam quæstionem aliqui turpiter cum errantes, respondent quod non. & hi sunt hæretici dicentes, quod demandatis Ecclesiæ non est curandum, sed solum de diuinis: quem errorem nituntur probare, prius ex illo quod habetur Deute. 4. non additis ad verbum quod vobis loquor: & in eode. li. cap. 12. dicitur, quod præcipio tibi hoc tantum facito, nec quidquam addas: vnde colligunt sola diuina mandata seruanda, nec his alia humana superaddenda esse. Deinde legem eam gerunt dicunt hominibus ad salutem sufficere: ac proinde non esse necessarium hominum mandata seruare: vnde dicunt, quod cum Christus dixit Matth. 19. si uis ad vitam ingredi serua mandata: & Lucæ. 10. cum de mandatis sermo etiam esset dixit Christus, hæc fac & viues: significauit, sufficere hominibus si dei mandata seruent, ad vitam consequendam æternam: ergo non est necessarium seruare, mandata hominum. Præterea videtur dominus conqueri per Esaiam 29. quod homines humanas traditiones seruent, ait. n. sine causa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum: quod etiam refert Christus seruator noster Matth. 15. Hæc & alia id genus solent hæretici citare, intendentes non esse hominibus necessarium seruare mandata humana.

HIS tamen non obstantibus est quæstio, quæ reputo de fide: Ecclesia potest autoritate sibi a Christo seruatore relicta, suis præceptionibus ad peccatum mortale obligare: & oppositum est hæresis perniciosissima. Hæc quæstio quia ab omnibus fidelibus Doctoribus sine aliquo dubio recepta est, paucis probatur: prius probatur ex illo Lucæ. 10. vbi de prælati,

qui etiam sunt prædicatores, dicitur, qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Secundo Matth. 10. ait Christus ad Apostolos: amen dico vobis quicumque non susceperit vos, nec audierit sermones vestros, tollerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorreorum in die iudicii, ergo. Secundo Tertio Matth. 8. dicitur, si Ecclesia non audierit, sit tibi sicut ethnicus & Publicanus: & rursus Matth. 23. super cathedram Moysi, sederunt principes & sacerdotes, quæcumque dixerint vobis, facite & seruate. Ex quibus patet prælatos Ecclesiæ habere a Christo autoritatem, qua possint aliqua instituere & præcipere, quæ a fidelibus sub pænâ peccati mortalis sunt obseruanda. Et confirmatur rursus, hoc ipsum ex illo Deuter. 17. qui autem noluerit obedire sacerdoti imperio, qui eo tempore ministrat Domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. At mortem illa ætate nemo merebatur, nisi pro peccato mortali. Quod si hanc potestatem habuerunt sacerdotes veteris legis, cur non habebunt eandem sacerdotes & Pontifices legis nouæ: dicendum igitur quod habuerunt.

PRÆTEREA confirmatur prædicta sententia ex Paulo ad Roman. 13. omnis potestas a domino Deo est: & rursus ibidem, omnis a potestatis sublimioribus subdita sit, & qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Et sequitur: quia propter, oportet subditos esse non solum propter iram, sed propter conscientiam. Vnde aperte docemur, nos teneri ad obediendum superioribus, etiam laicis, nec dum prælati, sub pænâ iudicii & damnationis. Vnde qui in hac re contrarium asserunt non sunt tollerandi. Et confirmatur hoc ipsum ad Hebræ. 13. Obedite præpositis vestris & subiaccete eis, ipsi enim perurgunt quasi ratione de animabus vestris reddituri, &c. Ad testimonia autem ab hæreticis in oppositum adducta, facile est respondere, dicendo quod Deus mandat, quod ad sacram scripturam nihil apponatur tanquam de sacra scriptura: non autem, quod non disponant prælati etiam sub præcepto, ea quæ expediunt ad bonam gubernationem Ecclesiæ, & ad utilitatem animarum. **O**MISISSI igitur his hæreticis cum suo errore dubitatur an ille qui frangit præceptum de ieiunio propter fragilitatem & non ex contemptu peccet mortifere: vel an solum ille peccet lethaliter qui frangit prædictum præceptum ex contemptu. Ad quod respondent aliqui Doctores, catholici quidem sed parum in hac re differentes a prædicto errore, in præcedenti dubio quarto reprobato: qui dicunt ecclesiam posse obligare sub pænâ peccati mortalis: sed cum quodam modo ramine, nempe tunc quando prælati aliqua præcipiunt

*Quintū
dubium.*

Secunda. 4. quest. 17. art. 2. fo. 200

præcipiunt secundum legem diuinam, scilicet, vel eam declarando, vel eam ad tempus restringendo: & talis lex humana, non erit in casu pure humana, sed erit mixta cum diuina: quod si aliqua talis lex pure humana sit, illa dicitur non posse quæquam sub æternâ pænâ obligare: hi probant hanc suam sententiam, quia solus ille potest legem constituere: sub aliqua pænâ obligantem, qui potest pænâ illam transgressoribus infligere. Sed pænâ æternâ solus Deus potest peccatoribus infligere. Ergo sequitur solum Deum suis legibus posse homines sub pænâ æternâ obligare. Ergo colligitur, quod lex pure humana, aut pure naturalis, sub pænâ huiusmodi quæquam obligare non potest. Hanc tamen sententiam luculenter reprobauimus in prima secundæ. q. 96. ar. 4. & 5. & nunc sub paucis ostendam eam esse erroneam. Prius quia tributa & vectigalia iusta, sub pænâ peccati mortalis, sunt Dominis quibus debentur, soluenda: ut docet diuus Paulus ad Roman. 13. dicens, reddite igitur omnibus quæ sua sunt, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal: esto quæ alias illa tributa non essent secundum legem diuinam soluenda. Secundo pro nobis est quod Angelus, Gene. 19. præcepit vxori Loth, cum tugebat incendium illarum ciuitatum, ne aspiceret retro, quæ respiciens contra mandatum Angeli, conuersa est in statuam salis. Quod tamen fuit illi non secundum legem Dei sed præter legem mandatum. Tertio. i. regum. 14. præcepit Saul, ne quis comederet quidquam, vique ad vesperam: & Ionathas filius suus, gustauit parum mellis, & Deus iratus est: tamē mandatum Saulis non erat secundum legem Dei, sed præteream fuit impositum. Ergo superiores possunt suis præceptis subditos obligare. Quarto diuus Paulus ad Roman. 1. inter eos qui digni sunt morte, annumerat filios parentibus inobedientes. Et Deuter. 21. dicitur, Si genuerit homo filium contumacem aut superbum, & non audierit patris aut matris imperium, lapidibus eum obruet populus. Ergo constat erroneum esse, dicere non teneri subditos suis maioribus sub pænâ peccati mortalis obedire, secundum legis aut præcepti qualitatem vel dispositionem. Quinto confirmatur nostra sententia omnibus testimonijs quæ adduximus in præcedenti dubio, quæ nostra conclusionem manifeste probant, ut est illud ad Hebræ. 13. obedite præpositis vestris. &c. Sexto confirmatur hoc, ratione, quia Ecclesia semper sic intellexit testimonia scripturarum, nempe, quod sibi a Christo fuit relicta potestas obligandi subditos ad mortale, etiam præter diuinam legem: ideo relicto Gersono, qui oppositam dicit sententiam, ad rationem pro illa factam facile

est respondere: quod, non dictum est, nemo potest legem facere sub aliqua obligantem pænâ, nisi qui illam pænâ potest transgressoribus infligere. Habet veritatem solum de his, qui propria seu humana, & non potius diuina autoritate, leges condunt. At prælati, & etiam Principes seculares, ex quo legitime sunt ad dignitatem promoti, a Deo habent autoritatem, qua leges, sic vel aliter obligantes, possint instituere. Ut iam late probauimus, pro quo etiam sunt exempla, nam Papa habet potestatem instituendi, quod qui hoc aut illud opus fecerit, veniam suorum peccatorum consequatur: & tamen non Papa Sed Dei est veniam huiusmodi præstare. Secundo prælati potestatem habent a Christo aliquid statuendi, sub pænâ excommunicationis. Et tamen effectum excommunicationis, (qui inter alios est) multis spiritualibus bonis hominem priuari, non ad Papam, sed ad Deum spectat efficere. Ita igitur Dei autoritate fit, ut possit Ecclesia statuta facere obligantia sub pænâ æternâ, etiam si Ecclesia per se talem pænâ infligere non possit, nec de hoc quis dubitare licite potest. Et ultra testimonia quæ pro catholica citauimus sententia, est etiam pro nobis, diuus Augustinus, ad Bonifacium comitem dicens, qui legibus Imperatorum quæ pro dei voluntate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium: & idem ad Casulanum presbiterum. Et habetur. d. n. cap. in his, vbi dicitur, in his rebus de quibus nil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei & instituta maiorum, pro lege tenenda sunt: & sequitur. Si cur præuaricatores diuinarum legum, ita cōtemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Accedit etiam ad hæc veram sententiam Leo Papa. d. n. cap. hoc vltra, dicens, multum post hæc esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit esse negligendas.

PRÆTEREA dubitatur, quæ statuta Ecclesiastica obligant sub pænâ peccati mortalis: ad quæ sit prior conclusio. non omnia statuta Ecclesiæ obligant sub pænâ peccati mortalis. Hæc notior est quam quæ probatione indigeat, tum quia notum est Pontifices non intendere omnibus suis institutis obligare ad mortale peccatum: tum etiam quia non omnes leges naturales, nec omnes leges diuine obligant ad mortiferum peccatum: ut constat quia lex de non metiendo iocose, & lex de non dicendo verbo ocioso, sunt naturales, & diuine: & non obligant ad mortale. Ergo non est rationale, quod omnia prælatorum instituta obligent ad mortale. Tertio multa humana instituta sunt de re leui. Ergo esset irrationabile, in leuibus obligare ad mortale. Secundo dico, quod ad cognoscendum quæ

*Secundū
dubium.*

do

Secunda. 4. quest. 17. art. 2.

do vel quæ humana instituta obligant ad mortale, & quæ non: deferuier hoc documētum, nempe, recurrendum est ad intentionē legislatoris, & ad materiam legis, & ad verba ipsius legis, si sint præceptiua necne. Quod documētum desumitur ex clementina, Exiui de paradiso, de verborum significatione: ubi Clemens quintus, exponens regulā fratrum minorū, quando scilicet, & ad quæ sub pænā peccati mortalis obligat, vtitur præmissō hoc documento: si. n. constat de intentione legislatoris, ad quid scilicet & quomodo obligare intendit, tunc facile habebis quod queris: cuius ratio manifesta est, quia leges humanæ, ex legislatoris intentione vim obtinent. Si. n. legislator ferens legem, intentionem obligandi non habeat, lex ipsa non erit obligatoria: vt si prælatus aliquid iubeat sub pænā excommunicationis, animū tamen ligandi non habēs, non erit subditus ligatus, & si id quod sibi iussum est omittat: & ad hunc modum dicendum est de alijs. Si autem de legislatoris animo non constat, ad verba legis recurratur, quæ possunt esse præceptiua. Vt si lex vtatur aliquo horum verborum præcipimus iubemus, sub pænā inobedientiæ iniungimus, aut alijs huiusmodi verbis. Et tunc dicunt multi quod obligat talis lex, sub pænā peccati mortalis. Ego autē dico, quod si in lege non est aliud verbum explicans præceptum, nisi aliquod horū, mādāmus, iubemus: aut præcipimus. Non est sufficiens signū, quod illa lex sit præceptiua obligans ad peccatum mortale, sed oportet adhuc consulere intentionē superiorum: quando autem dicitur in lege mādāmus. aut præcipimus sub pænā excommunicationis, vel præcipimus in virtute Spiritus sancti, vel obedientiæ, vel sub præcepto, tūc forma est de se sufficiens ad præceptum nisi oppositum constet de mente legislatoris. Possunt etiam verba legis esse non formaliter præceptiua, sed equipollentia præceptiuis. Vt si sonet lex debet, oportet, non licet, aut alijs verbis vtatur quæ necessitatem denotent. Et tunc lex obligat secundum aliquos, ac si formaliter esset præceptiua. Sed melius est dicere quod illud verbum prædictum solum, de se nō est sufficiens signum ad præceptum: possunt deinde verba legis esse communia, vt si lex dicat, statuimus, volumus, ordinamus, &c. & tunc videndum est quæ pænā apponitur transgressoribus, nempe si leuis aut notabilis, vt si illud statuatur sub pænā mortis, aut perpetui carceris, aut exilij, excommunicatiōnis, irregularitatis, suspensionis, degradationis, aut priuationis Ecclesiasticæ sepulture, &c. & tunc cum huiusmodi pænæ non nisi pro mortalibus peccatis infligantur, satis notū erit, tales leges esse præceptiuas, & sub

pænā peccati mortalis obligare: quod si nec de intentione legislatoris sufficiēter cōtinet, nec ex verbis legis, nec ex pænā apposita, quæ forte nulla pænā apponitur sed lex tantū verbis cōmunibus vtitur, ita vt dubitetur an obliget sub pænā peccati mortalis, tunc recurrēdū est ad materiā legis, quia potest esse tūc iporantia, id facere, quod huiusmodi lege statutum est, vt ommissio ipsius sit valde periculosa. Et tunc putandum est tale decretum, seu statutum obligare sub pænā peccati mortalis. Potest cōtra adeo leuis esse materia legis, vt nullum sit periculum id quod statutum est prætermittere: & tunc illud statutum nō erit præceptiuum, & ita nō obligabit sub pænā peccati mortalis: quando tamen dubium fuerit, an lex sit præceptiua necne? ne facile quis sententiam præcipitet: quia difficile est de singulis in particulari iudicare: quod si quis, post hæc omnia perspecta, maneat ad huc de vigore ipsius legis dubius, an scilicet obliget sub pænā peccati mortalis, an non? Tunc ipsa conscientia dubia, quæ temere deponi non debet, faciet ipsi dubitanti legem, & quid sit agendum ostendet, nam tunc id agat ille dubitans, si nec per se nec per doctiorem potest vincere illud dubium, quod tutius esse bona fide iudicauerit, ne conscientie propriæ cōtraueniēdo, edificet ad gehennā. His omnibus sic disputatis. Iam ad id quod in quinto dubio proposuimus, nempe an qui frangit ieiunium Ecclesiæ ex fragilitate, scilicet quia esurit, & nō ex cōtēptu, peccet mortaliter: dicunt aliqui Doctores, quod nō seruare ieiunia Ecclesiastica non est mortale, nisi ex contemptu ea omittantur: e quibus dicunt esse Caietanum in sūma sua, verbo ieiunium, & in. 22. q. 147. art. 3. Qui ad dicēdum hoc inde mouetur, quia vt ait, in iure canonico nullum ponitur verbum præceptiuū respectu ieiunij Ecclesiastici: quam sententiam aliqui alij post ipsum Caietanum defendere conati sunt, & Conimbricæ aliqui docti hoc dicebant mea ætate: sed & si docti. erant tamen iuuenes paruz cōsiderationis. Et ideo cōtra illos omnes constituo hanc conclusiōnem: quicumq; potens ieiunare, ex illis qui non excipiuntur a lege ieiunij, si frangit ieiunium Ecclesiæ, peccat mortaliter, esto nullo modo faciat ex cōtēptu, sed ex fragilitate, nepe quia esurit, aut est fessus: hæc est cōmunis sententia Theologorum: & hæc est sententia Caietani. 22. q. 147. art. 3. Vt statim notabo ex loco prædicto: ubi ipse se exponit. Dixi in conclusiōne: ex his qui non excipiuntur à præcepto de ieiunio, propter pueros ante 21. annum, qui non compræhenduntur sub illo præcepto, vt postea dicemus. Hæc cōclusiō probatur, quia Ecclesia pōt Christianos obligare sub pænā peccati mortalis, etiam si

Secūda. 4. quest. 17. art. 2. fo. 201.

ne cōtēptu, vt supra ostēdimus cōtra hereticoſ. Et defacto facit in præcepto de ieiunio quia in illo suo ieiunio intēdit Ecclesia quod Christiani affligant corpora sua illis diebus quibus præcipitur ieiunium: & hoc bene notat Caietanus ubi supra, q. ieiunium Ecclesiæ spectat, ad obedientiam & ad abstinentiam: ideo pōt quis peccare frangēdo ieiunium, & contra obedientiam, & contra abstinentiam: vt si quis vult cenare hac intētionē vt nō obediat Papæ, peccat mortaliter contra obedientiam: si aut vult cenare ex fragilitate, volens alias obedire, peccat peccatū gulæ, contra abstinentiam: sed quia illa cēna esset cōtra abstinentiam & esset intēperantia, fecit Ecclesia per suā legē. Vides quomodo Caietanus vir doctus nobiscū sit & fatetur q. frangere ieiunium Ecclesiæ non solū ex cōtēptu, sed ex fragilitate est peccatū mortale. Secūdo probatur prædicta cōclusiō quia si frangēs præceptū de ieiunio solū peccat mortaliter quando ex cōtēptu frangit: ergo nulla est differentia inter præceptū, & statutū: quia etiā qui frangit statutū ex cōtēptu peccat mortaliter. Propterea Caietanus dicit q. in iure canonico non inueniuntur verba præceptiua de ieiunio ecclesiastico, sed instituta multa: sed esto ita sit, est præceptū de ieiunio, quia ad præceptū sufficit voluntas & intētio exterior expressa Pontificum, qui sic exponūt verba iuris, q. tenemur ieiunare sub præcepto, & ita dispensant in ieiunio tanquā in præcepto, ergo &c. Tertio, probatur cōclusiō ex dictis scōtōrū vt supra adduxim, nam Ambrosius dixit, de ieiunio quadragesima loquens: quod qui illud soluit, legē dei soluit, & scindit. Idem dixit Theophilus Alexandrinus, & sanctus Maximus, nempe quod ieiunium quadragesimale, non est ab hominibus adinuentum, sed diuina maiestate præceptum: & iterum qui quadragesimam soluunt, non tam sacerdotes, quā deum cōtēnunt: at Deum cōtēnere peccatū mortale est. Dixit Augustinus, in alijs tēporibus aī, ieiunare meritū est, in quadragesima tūc non ieiunare graue peccatū est. Quarto probatur idē ratione, ex eo quod habetur leui. 23. vīs aīa quæ se nō affixerit die hac, peribit de populo suo, & loquitur de ieiunio seu de afflictiōe quæ fit per ieiunium: Si igitur ieiunium legale obligabat ad obseruantiam, sub pænā peccati mortalis, ergo ēt ieiunium nouæ legis obligat sub eadē pænā, cū nec minoris vtilitatis, aut necessitatis, aut authoritatis sit, quā illud erat. Quinto, decreta Ecclesiæ de ieiunij seruandis, & si formaliter verbis præceptiuis nō vtantur, vtuntur tamē verbis eisdē æquipollentibus. Constat hoc, de consec. d. 3. cap. non licet, & cap. non oportet: ubi dicitur, quod non licet soluere ieiunium quintę ferię hebdomadę sanctę, sed totā quadragesimā ieiuna-

re oportet: & infra ait, oportet totos dies ieiunare, & aridioribus cibis vtū: verba autē hæc scilicet, nō licet, & oportet, necessitatē importāt, vt videtur: & cap. quadragesimā, de consec. d. 5. idē innuitur: immo illic vtitur decretū verbo præceptiuo seu impariuo, ait. n. q. quadragesima, sūma obseruatione seruāda est: & addit, q. nullatenus soluator, nisi necessitas infirmitatis cōpellat. Ecce verbū quod videtur præceptiuū. & infra dicitur, ieiunia a sacerdotibus instituta nō soluantur, nisi per necessitatē rationabilē. In quibus omnibus sufficenter significatur, præceptū esse de ieiunio seruādo. Hoc ipsum dicit Clemens quintus, in Clementina, Exiui de paradiso ubi querit an religiosi deobligentur a cæteris ieiunijs, si ieiunia regulā seruent? & respondet, q. non inde liberantur a ieiunijs ecclesiasticis, quæ cæteri christiani seruare obligātur. Vbi declarat, fideles obligari ad obseruantiam ieiunij: & hoc ait, loquēs, de his quæ obligāt sub pænā peccati mortalis. Sexto hoc idem colligitur ex cōcilijs, quia in quodā concilio Bracharensi anathematizantur, qui in feria quinta hebdomadę sanctę veniūt ad Ecclesiā, soluto ieiunio: cū tamen maior occasio esset illa feria ieiunium soluendi, quā alijs diebus, eo quod Christus illa die cenā fecit cum discipulis suis. Similiter in concilio Gangrensi, Anathematizantur, qui dunt ieiunia Ecclesiæ non esse de necessitate seruanda. Similiter in Clementina, de hæreticis, ad nostrū inter alios errores Beginarum, & Begardorū hic est vnus, quod ieiunia Ecclesiæ non sit de necessitate a viris perfectis seruanda. Si igitur merentur Anathematizari qui ieiunia Ecclesiastica non seruant, eaq; non esse seruāda asserunt, consequēs est mortale peccatū esse ea non seruare, vbi causa legitima ipsam violatē non excusat.

PRAETEREA. Dubitatur: an sint aliquæ causę rationabiles excusantes a ieiunio Ecclesiæ? ad quod respondet Caietanus. 22. q. 147. ar. 3. & communiter omnes alij Theologi quod i: a: & sit prima ppositio. Aliquæ sūt causę quæ ex natura rei excusant a ieiunio, vt labor assiduus & magnus, nempe artifex Colonus aut quicumq; alius qui non potest se aut familiam sustentare, nisi quotidie vehementer laboret: nec potest filias dotare, aut filiam in studio alere, non tenetur ieiunare, si ad hæc faciendum oportet eum semper laborare: & per hæc iudicabis de multis alijs similibus. Secundo. Excusat etiam a ieiunio Ecclesiæ labor cum quo non se cōpatiatur ieiunium, proueniens ex necessitate spūali, vt si quis ad aliquē fructum spūalem debeat breui tēpore agere longū iter, aut ex officio vel obedientia debeat prædicare, legere, vel scribere aut confessiones audire: cū quo labo

Septimū
d. b. um.

re non potest ieiunare, aut nō potest sine no-
tabili detrimento & afflictione, excusatur a
ieiunio: & eadē ratio est de ōnibus alijs quæ
quis tenetur adimplere, quia Ecclesia præci-
piens tenetur, non absoluit hominē ab alijs,
ad quæ alias tenetur, vt prætermis illis ieu-
net. Tertio aliqua aliæ sunt causæ honestæ
excusantes a ieiunio ex rationabili cōsuetu-
dine: vt si vxor cognoscat se a viro legitimo
despici, aut minus amari, eo quōd ex ieiunio
pallida facta est, excusatur a ieiunio: ratio est
quia ipsa tenetur se cōseruare gratā viro suo.
Pincernæ, & Coqui etiam nobiliū mane co-
medentiū, excusantur prælibates aliqua an-
te horam prandij, quo ad illos actūs quibus
præsumunt aliqua ad securitatē dominorū
suorum, quoniam ad hoc alias tenebantur:
& Coqui excusantur quo ad illas prælibati-
ones quæ sunt necessariæ ad suū officium per-
agēdū, nec spectat ad prædictos iudicari, an
dñi sui excusentur a ieiunio an nō: sed iuxta
Apostoli sententiā, qui non manducat mādu-
cantem non iudicat, sed præsumat ipsum vel
dispensatū a superiore, vel ab aliqua conditio-
ne occulta sibi. Quarto ob eadē rationem,
excusantur prædicti, a necessarijs prælibati-
onibus quas faciunt pro huiusmodi securi-
tate dominorum infirmorū aut dispensato-
rum, quando oportet eos facere consuetam
credentiā, in cibis prohibitis. scilicet ouis & carni-
bus: sed esto prædicti in prælibationibus sic
necessarijs non peccent, non tamen absoluū-
tur a vinculo ieiunij, sed prædictæ sumptio-
nes debent cōputari ac si non fuissent, ob ne-
cessitatē officiorū, vt dictum est, & quia non
fiunt gratia manducandi, sed ex seruitij ne-
cessitate. Quinto dico, quōd etiā pietas excu-
sat, quoties ieiunium inuenitur maioris bo-
ni impeditiū. Vt dicitur in cap. non medio-
criter, de consecratione, di. 5. & ratio est, quia
ieiunium est præceptū vt medium promoti-
uū, ad spirituale bonum. Constat autē quōd
si obseruaretur quando est impeditiū maio-
ris boni, contra intentionem legis ageretur,
quæ ieiunium, vt promotiuū, & non vt impedi-
tiuū boni præcepit: & impedimētū maioris
boni est contra intentionem promouendi
ad bonū: nec obstat quōd de consecratione
di. 5. cap. Ieiunia, Gelasius Papa dicit: Ieiunia
sine rationabili necessitate non soluat, quo-
niam extra rationabilem necessitatem non
est pietas, quoniam magis necessaria est quā
corporalis ieiunij exercitatio. Hinc fit quōd
excusantur a ieiunio, qui ex pietate sponte
vacant operibus misericordiz, tam corpora-
lis quā spiritualis, si ieiunium eos ab huius-
modi operibus impediret. Qui autem istis
operibus vacant propter lucrū, vt mercena-
rij, ex hoc capite non excusantur, sed forte
ex alio superius dicto, nempe ex necessitate,

quia non pietatis sed mercedis gratia ope-
rantur: & propter hoc illi qui prædicant, aut
confessiones sponte sua audiunt vt lucrētur
pecunias, si non possunt simul ieiunare, non
excusantur propterea a ieiunio, & quia ieiu-
nium impedire maius bonum contingit nō
solum quasi per se hoc est, ex parte ieiunantis
sed per accidens, hoc est, ex parte alterius cuius
personæ tenetur conuiuere: ideo si prop-
ter improbiteriam, vxor potēs ieiunare cōpel-
litur ad nō ieiunandū, potest ex dispensatione
ieiunium soluere, quoniam casus est talis in quo
si legislator adesset mallet pacē domus quæ
ieiunium vxoris, quoniam compatiendū est se-
xui: deberet tñ per alia pia opera, vxor ieiu-
nium suū redimere, saltem autoritate Epif-
copi: in utroque, tamen casu, nempe necessita-
tis vel pietatis casu, quidquid excusaret a iei-
todia diei festi, excusat a ieiunio, si est illi in-
compossibile: quoniam præceptū ieiunij mi-
nus est, & minus artū. Præterea, dico quōd
in omnibus euentibus in quibus rationabi-
lis est causa soluendi ieiunium, si aliquid am-
biguitatis habet, superioris arbitrium causa
cognita, vel cōmutatio, licitam tute reddit so-
lutionem ieiunij, quoniam superioris iudicij
supplet huiusmodi defectum.

PRAETEREA Dubitatur, an requiratur qd
in re ipsa vere sit causa ratiōabilis ad frāgēdū
ieiunium, vel an sufficiat, qd sit causa rationa-
bilis secundū imaginationē ipsius qui vult
cōnare: vt si quis credat qd nimium indiget cæ-
na, esto non sit ita in rei veritate, an liceat ei
cenare: Ad hoc respōdet Caie. vbi supra: vt iā
ex parte vidimus, qd si fiat sine fraude, nepe
quia ille putat bona fide se habere causam ve-
ram, excusatur ad minus a peccato mortali,
quia forte peccat venialiter nimium sibi indul-
gendo. Et maxime excusatur quis a ieiunio,
quando non solū secundū suā sententiā: sed
etiā secundū sententiā aliorū eget, licet nō ve-
re egeat cæna. Sed si maneat dubiū nepe pu-
tat quis quōd habet necessitatē, & aliqui alij
dicūt ei qd habet necessitatē & indiget cæna:
sed adhuc dubitat, & nō assentit huic parti-
nepe egeo cæna, tunc dico, vt hic parū antea
dixi, qd cōsulendus est suus prælatus imedia-
tus saltē, siue Episcopus aut eius Vicarius, in
ter seculares: siue alios prælatos inter mona-
chos: & si alij prælati defuerint, ad minus cōsu-
latur parochus vel eius Vicarius, & de consi-
lio alicuius illorū poterit ille qui erat dubius
deponere dubium & cōnare, aut carnibus
velci.

Ostendit
dubium.

Articulus tertius

Vtrum

Vtrum omnes ad ieiunia Ec-
clesiæ teneantur? Sanctus Tho-
mas vbi supra ar. 2.



AD TERTIUM sic procedi-
tur: videtur quōd ad ieiunium
ab Ecclesia institutum omnes
teneantur absq; dispensatio-
ne, præcepta enim Ecclesiæ obli-
gant sicut præcepta dei, unde Apostolus dicitur,
qui vos audit me audit: sed ad præcepta dei
oēs tenentur absq; dispensatione: ergo & ad
præcepta Ecclesiæ.

PRAETEREA Illud quōd vtiliter statutū
est, nō potest sine nocumēto relaxari: sed nō sine
vtilitate statutū est Ecclesiæ ieiunium, ergo nō
potest per dispensationē sine nocumēto relaxari.

PRAETEREA secundū Ber. in li. de dispensatione
et præcepto, in præcepto superioris nō
potest inferior dispensare, sed qualibet singularis
persona est inferior quā Ecclesiæ, quæ ieiunium
sub præcepto statuit, nisi forte ille qui est caput
totius Ecclesiæ, vel lococapitis. scilicet Papa. Ergo
nullus alius potest in ieiunio dispensare, nisi Papa.

SED contra, Innocentius quartus in quadā
decretali loquens de materia ista dicit, quōd
nō subiacet legi necessitas: ergo necessitate im-
minente potest aliquis sine peccato ieiunium ab Ecce-
lesia institutum prætermittere, per dispensationē.

RESPONDEO dicēdū, quōd per præcepta iu-
ris positiuū, vt dictum est, remouentur aliqua
quæ nō sūt de se mala, et sepe: vnde in aliquo
casu possunt eē bona et necessaria, quæ talibus
prohibentur præceptis: & ideo nō fuit intentio
legislatoris, vt semper obseruaretur præceptū
suum, nisi in illis casibus, in quibus bonū virtutis
potest cōseruari: et ideo dicēdū de iure naturali
et positiuo, quōd ius positiuū a iure naturali
pcedere dicitur, inquit, per ius positiuū modus ob-
seruandi ius naturale determinatur, quia intē-
tio cuiuslibet legislatoris est inducere hoīes ad
ius naturale: modus autē obseruandi ea quæ sunt
de lege naturali, nō potest eē vniuersalis in oībus
propter diuersitates quæ in singularibus cōm-
gunt: sicut nec idē modus curationis potest adhiberi
omnibus laborantibus eadē ægitudine: &

ideo legislator non potest aliquod præceptū pone-
re, quod nō oporteat in casu aliquo prætermitti,
tamē considerans quod frequētib; accidit,
legē ponit in illis casibus in quibus modus de-
terminatus per legē non cōperit, iudiciū reser-
uās aliquibus qui hoc habeāt diffinire: et hæc
est dispensatio prælati cōmissa in ieiunio ab
Ecclesia instituto, & in alijs huiusmodi Ecce-
siæ præceptis. Ad primū ergo dicēdū quōd
præcepta dei sunt de eo quōd est de necessitate
salutis, secundū se, et in quolibet casu obseruari
illa oportet: sed præcepta Ecclesiæ, quæ uis vim
obligandi habeāt ex actū præcipientis, nō ta-
mē semper obligāt propter materiam, in qua
proponuntur. Ad secundū dicēdū, quōd secū-
dum vtilitatē quæ vt frequētius accidit, vtili-
ter huiusmodi præcepta instituta sunt, sed pro-
pter necessitatē in aliquo casu emergentē, etiā
vtiliter dimittuntur. Ad tertiu dicēdum
quōd inferior, potest dispensare, in præcepto
superioris, quando dispensatio sibi a superiore
relinquitur.

IN hoc tertio articulo cōstituit S. Tho-
duas cōclusionēs, quarū prior est: Oēs
cōmuniter obligantur ad ieiunia Ec-
clesiastica, nisi in eis fuerit aliquod speci-
ale impedimētū. hæc potest probari: quia il-
lo præcepto de ieiunio aliqui obligantur & nō
est maior ratio de vno quā de alio: ergo oēs
obligantur. Secūdo illud præceptū de ieiunio
est cōmune oībus impositū ergo, &c. Secūda
cōclusio est. Superiores & prælati quib; cōmis-
sū est a suprāmo legislatore, possūt eū causa
rationabili in hoc præcepto de ieiunio dispē-
sare. Et eadē cōclusiōes cōfirmat. S. Tho. in
2. 2. q. 147. ar. 4. Circa priorē cōclusionem. S.
Tho. nota qd cū dicimus oēs cōmuniter tene-
ri ad ieiunia Ecclesiæ, intelligimus fideles: nā
in fideles nō ligantur præceptis ecclesiasticis
humanis dñi tñ in cōclusionē: exceptis his q
habent iustā excusationē. &c. Istæ autē causæ
iustæ excusantes reducuntur ad duas, nepe
ad necessitatē et pietatē: ob necessitatē autē ex-
cusantur infirmi, pueri æt. 21. annū, senes, &
pauperes: qui in hora prandij non habēt id quod
eis ad vnicā sufficientē refectionē requiritur
eadē ratione excusantur a ieiunio prægnantes
& lactantes, & corporaliter laborantes, quibus
est necessariū laborare (vt supra diximus in
præcedēti articulo) vt sibi & familiæ suæ cō-
uenienter ad suū statum subuenire possint:
& alij huiusmodi excipiūtur a ieiunio Ecce-
siæ, de quibus vnica videtur esse ratio, quia his
C ij omni-

omnibus prædictis necessariū est pluries in die comedere, vt debitū corpori alimētū præbeant: pueri aut, senes, & infirmi, ob caloris, aut roboris debilitatē indigent pluries comedere, quibus vnica refectio in die, aut nō sufficeret aut noceret, vt constat. Idē cōstat de pauperibus in casu dicto, & deprægnantibus, atq; lactantibus, quæ cibo pro se & foetu, seu paruulo quem lactant indigent. Pueros tamen ante. 21. annū, aliqui Doctores obligant ad ieiuniū Ecclesiasticū, propter aliquas rationes: prior est quia in illa ætate pos sunt & solent multa carnalia vitia cōmittere quorum ratione debent pænitere & flere, & deo pro peccatis satisfacere: & carnē spiritui subijcere, sicut etiā alijs maioris ætatis, id opus est: vnde debent sicut alij ieiunare.

SECUNDO quia & si ieiunium quadragesimale, integrū seruare non possunt, possunt tamen certis diebus ieiunare sine corporis aut sanitatis detrimento: alioqui Doctores non consulerent, aut docerent, pueros esse assuefaciendos, vt saltē aliquibus paucis diebus ieiuent. Quæquidē doctrina sana & vera est, ergo possunt conueniēter aliquando ieiunare: & ita quibuscūq; visum est quōd tenentur saltē ad ieiunia quatuor tēporum, aut alia infra annū, & ad aliqua & si pauca, in quadragesima: etiā si totam quadragesimā ieiunare non teneantur. Præterea senibus etiā non est determinatum tempus, quo incipiant a ieiuniō ecclesiastico deobligari, sed pēlanda est cōplexio & corporis robur: & quamdiu hæc permiserint senem sine detrimento ieiunare tenetur talis senex ieiunare, & hoc cōmuniter dicunt Theologi: ergo videtur quōd nec etiā pueris est determinandū tempus post quōd incipiant ad ieiuniū Ecclesiæ obligari. HIS tamen nō obstantibus. S. Tho. 22. q. 147. ar. 4. ad secundū: & in. 4. d. 15. ar. 2. quæsti. 3. absolute dicit, pueros nō teneri ad ieiuniū Ecclesiæ: & Doctores cōmuniter, præceptū ieiunij ita interpretantur, vt Ecclesia per illud non intendat, animæ aut corpori detrimentum inferre: nec intendat obligare, ad ea quæ communē hominum facultatem excēduat: cōmunē autem puerorum facultatem excēderet, ieiunia Ecclesiastica obseruare, saltem ante 21. annum: tūm quia vt medici, dicunt augmentum quantitatis debitæ puerorū, plurimum trino indiget septenio: q̄ augmentum per Ecclesiastica ieiunia verisimiliter impediretur, ideo putandum est huiusmodi pueros ad huiusmodi ieiunia obligare non intendisse: & non solum non obligauit Ecclesia prædictos pueros ad ieiuniū quadragesimale, sed nec ad alia ieiunia intra annum, etiā si contingat aliquos, absq; dāno posse aliquibus diebus ieiunare: verū est, quōd vt etiā cōsultat. S. Tho. in. 4. vbi supra

laudabile valde est pueros, qui sine detrimento notabili, secundum discretionem eorum qui ipsorum puerorum curam gerunt, possunt ieiunare, aliquibus diebus ieiunare, vt pro peccatis satisfaciāt: & vt bene assuefiant: laudabile etiā est imminente magna tribulatione, insignū arctioris pænitetiæ, vt etiā pueris ieiunia indicantur: sicut etiā de iumētis, dicitur Ione. 3. homines, & iumēta nō guttēt qui quām nec aquam bibant. &c.

PRAETEREA. De pueris, vel iuuenibus ante. 21. annum, dubitatur an huiusmodi pueri qui sunt in aliqua religione, vel professi, vel nouitij, teneantur seruare ieiunia ad quæ se obligauerunt ex voto, & quando ieiuniū cadit etiā sub præcepto Ecclesiæ. Ad hoc dico quōd professi vel habentes votū spōtaneum et simplex tenentur ad illa ieiunia ad quæ ipse se obligauerunt, non ex vi præcepti Ecclesiæ, quia illo, vt diximus non obligatur: sed ex vi voti. Secundo dico, q̄ prælati possunt cum illis dispensare in hoc: & beneficient non cogendo illos ad omnia ieiunia propter rationes, quas diximus ex sanct. Tho. & alijs Doctoribus, vt conseruatis viribus potētia melius seruet religionē. Et dixi quōd prælati debent dispensare cū illis iuuenibus in religione ante. 21. annū, maxime quando illa ieiunia non cadunt sub voto, sed sunt tāquā ceremonialia in religione. Sed contra illā rationem, qua in locis supra citatis dixit. S. Tho. quōd pueri ante. 21. annū non tenentur ieiunare, quia natura ipsa sūt debiles, & quia augmentatur, & crescunt quotidie, indigent pluries vti cibo in die: arguitur hoc modo quia esto in quadragesima pueri huiusmodi ieiunēt bis in hebdomada, nō incurrūt illud detrimentum, ergo nō excusantur a toto ieiunio. Ad hoc concessio antecedēte, nego cōsequentiā: quia satis est vt nō obligentur ad ieiunium q̄ de se naturaliter pueri sunt in illa necessitate: licet semel aut bis ieiunando non se quatur illud inconueniens. Secus autē est de senibus: quia natura nō determinauit illis tempus defectus, quemadmodum determinauit pueris tempus profectus atq; augmenti. Ad argumēta in oppositū iā diximus.

PRAETEREA. Dubitatur: an artifices, peregrinantes aut iter agentes, teneantur ieiunare: ad quod respondet sanct. Tho. vbi supra: & Baptista verbo ieiunij. §. 19. & Rosella & alij summissæ quōd non: & constituunt hanc conclusionem. Quicumq; laborat, aut peregrinatur, aut agit longum iter ex necessitate ad vitā corporalē, vel spūalē conseruandā, non tenetur ieiunare: ratio est quia nō est intentio Ecclesiæ illos obligare, ob prædictū laborem: sed tota difficultas est si ille laborans est diues, qui poterit non laborare, aut paruū q̄ cū illo paruo labore bene poterit ieiunare.

*Non
dubium.*

nare: an teneatur ieiunare & dimittere laborem, vel minuere ita quōd possit ieiunare & ieiunet.

AD q̄ respōdeo aliquibus propositionibus. quarū prior est: quicumq; assumeret iter, vel aliū laborem in fraudē ieiunij, peccat mortaliter, intendēs per talē laborem nō ieiunare, quia agit contra præceptū ieiunij: hæc propositio est certa, & facile probatur, quia qui vult frangere præceptum, quocunq; medio frangat, peccat mortaliter. Sed talis assumit laborem ad non ieiunandū, ergo peccat mortaliter.

SECUNDA propositio est: omnes laborantes & peregrinantes corporaliter: siue sint diuites, siue pauperes, siue laborent ex necessitate, siue ex voluntate, aut assumant peregrinationem ex voluntate, & laborent propter lucrum, vel vadant ad venationem, & nō in fraudem ieiunij non tenentur ieiunare hæc probatur ex S. Tho. Vbi supra in. 22. ar. 4. Et ad tertiū: vbi dicit quōd iudicandum est de huiusmodi secundū consuetudinē, & consuetudo est q̄ prædicti non ieiunant, & nec ob id reprehendūtur ab Episcopis: ergo non tenentur ieiunare. Secūdo probatur quia sic declarauit Eugenius quartus, vt refert baptista in sūma, verbo ieiunij. §. 19. & Rosella, & alij alij. Vnde videtur q̄ factores tonsores & alij artifices qui laborant corporaliter, esto laborent sedentes & labor non sit tā improbus, q̄ non tenentur ad ieiuniū p̄p̄ cōsuetudinē, & p̄pter declarationem Eugenij Tertio si quis accipiat vel incipiat voluntariā peregrinationē cū intentione ieiunandi, nō peccat mortaliter, esto cener postea cū inuenit se fessum & fatigatū ex itinere, ergo nec laborans vel assumēs voluntariū laborem, ad lucrū honestū vel ad recreationē, sine fraude ieiunij, peccat cenans, & ita intelligēdus est Sanct. Tho. in. 4. d. 15. q. 3. ar. 2. quæ. 4. ad. 4. vbi cū maiori rigore loquebatur. Præterea ex consensu omniū Theologorū pauperes, qui nō possunt semel habere sufficientē quātitatē cibi ad ieiunandū, nō tenentur ieiunare, sed debent seruare regulā Ecclesiæ in his in quibus possunt, nepe vt esto pluries comedāt nō tamen carnes: & contra si sunt aliqui laquidi, qui semel in die ieiunij possunt comedere carnes, & sine aliquo notabili detrimento ieiunare, non possunt licite pluries comedere in die. Vnde male faciunt medici qui statim oibus infirmis sine delectu cōsulant, q̄ cenent & q̄ comedant carnes. Sed secundū indigentiam infirmitatis, deberent cōsulere alteri, q̄ cenet, sed non carnes comedat: & alteri q̄ cenet, vel comedat pluries: sed nō carnes. Alij tamen dicunt q̄ infirmi non solū propter necessitatem sed etiā quia infirmi excusantur a ieiunio, quia vt plurimum infirmi

nō possunt semel tantū, sine detrimento notabili sumere cibū in tanta quantitate, quōd sufficiat ad ieiuniū: aut raro hoc cōstaret, & cōmuniter indigent cenare: & quia afflictio nō est danda afflictio, ideo nō tenentur infirmi ieiunare, & propter dictas rationes videtur quōd Ecclesia non intendat eos obligare.

PRAETEREA. In hoc articulo ad primū, & in. 22. q. 147. ar. 4. ad primū, dicit. S. Tho. quōd præcepta dei sunt de iure naturali, & q̄ sūt de necessitate salutis, secundū se: q̄ videtur falsū, quia præcepta de sacramētis recipiēdis sunt præcepta dei, & nō sunt de iure naturali: nec de eo q̄ est necessariū ad salutē secundū se, ergo. &c. Ad hoc dico q̄ diuus Thom. loquitur de præceptis dei simpliciter. i. quæ Deus dedit vt Deus, & nō vt homo vel factus hō, sicut sunt præcepta de sacramētis recipiēdis. Secūdo & melius dico q̄. S. Tho. se exponit & vocat oīa præcepta dei de iure naturali: quia sunt de necessitate salutis simpliciter ex dei ordinatione. Ita q̄ prælati in illis nō possunt dispensare, & in suis præceptis possunt dispensare, quia sunt de nō neecessarijs ad salutē simpliciter. Præterea diximus supra, q̄ ob causam necessitatis excusabantur a ieiunio multi qui illam patiuntur, ad quā causā necessitatis, reducitur euetus, quo quis non pōt cōmode debitū sine fractione ieiunij persoluere: siue sit debitū reale, siue personale. siue cōiugale. cuius ratio æque nota est, quia Ecclesia ieiunia instituēs, non ita obligare intendit, cū dāno notabili proximi, quale fieret in tali euentu creditor vt, patet: & valet hoc pro filijs & parentibus: viris & vxoribus. Dominis & seruis: ceterisq; officii alibus aut hominibus reipublicæ obligatis. Valet et hæc ratio pro Cathedralicis, & lectoribus cōductis vel obligatis. Et ad eandem necessitatē reducitur, si maritus præcipiat vxori, vt non ieiunet, debat quidē obedire si ieiuniū est voluntarium, vt marito placeat: si autē sit ieiunium Ecclesiasticum, parere non tenetur nisi ob causam: si forte inde timetur scādalum mariti, aut odiū contra vxorem aut aliud huiusmodi, quia tunc erit necessitas differendi ieiunium.

SECUNDA causa soluendi ieiunium diximus quōd erat pietas. Vt si quis aliquid faciat ob publicam vtilitatem, vt est prædicare, etiam voluntate, aut peregrinari pro publica pace procuranda, aut inimicis reconciliandis, aut pro alio bono notabili procurando. &c. Tunc enim licitum est ieiunium soluere, præsupposito quōd bona illa, non poterunt per alium æque bene procurari. Quodq; opus, ad id appositum tale sit, quōd secum ieiunium non compaciatur: & ad id reducitur peregrinatio, etiam voluntaria

Secunda. 4. quest. 17. art. 3

ria in cultū & honorē alicuius diui assumpta quæ se cum ieiunium non compatitur, causa est soluendi ieiunium: modo illa peregrinatio, sine ieiunij solutione fieri non possit, aut si d. ferri cōmode non possit, dummodo, vt diximus. in fraudem ieiunij non fiat huius cause ratio etiam nota est, quia Ecclesia nō intendit cum ieiunia præcipit, impedire homines ab alijs pijs operibus, melioribus & vtilioribus. ideo causa pietatis possunt ieiunia solui. Et hæc omnia probantur, quia vt habetur cap. conuastus de ferijs: prædictæ duæ causæ, necessestas & pietas, sufficiunt ad fr. ngendum humana præcepta.

PRAETEREA dubitatur: an aliqua ex prædictis causis existente, possit homo sine superioris licētia aut dispensatione, ieiunium soluere: ad quod dico, quod in hoc tenenda est communis regula, a Doctoribus communiter probata. Nempe si causa præfata est homini euidentis, aut certa. Certumq. sit eam esse vnā d. his quæ a debito ieiunandi excusant: non opus est alterius licētia aut dispensatione, ad recedendum a ieiunio. Si autem causam sufficientem subiliter certum non sit, satis est homini sic dubitari viros peritos adire, atq. fide dignos: & si re illis exposita dixerint causam sufficere: poterunt sine superiorum dispensatione, iudicio illorum se conformare. Si autem huiusmodi diligentia facta, res maneat adhuc dubia vt prius, tunc oportet adire superiorem, & ab eodem dispensationem obtinere. Et in tali euentu poterit ille homo se conformare illi dispensationi. Circa prælatum autem, viri siue digni, quorum iudicio poterit homo se in casu conformare, sunt proprius sacerdos, si sit doctus aut medicus, si causa morbi sit, aut vir doctus & in huiusmodi casibus instructus: & in his non est multum insistendum, sed modo morali cum bona fide est agendum.

PRAETEREA Dubitatur, an illi qui indies ieiunij ipsum obseruantes, ad luxuriam vel seminis fluxum procliuiores se sentiunt siue ex eorum naturali conditione, siue ex vino: excusentur ob hanc causam a ieiunij obligatione: & itidem dubitatur, an illi qui vel ex natura aut vitio a cōsuetudine, adeo inclinati sunt ad comedendum, vt magnā, & notabilem patiantur in ieiunando difficultatem, ita vt facile redeant ad consueta refectioes. sint ob hanc causam a ieiunio obligati: & hæc dubia quesierunt a me aliqui discipuli: & prius videtur quod ra. Et de prioribus probatur, quia quod pro charitate institutum est quale est ieiunium, contra charitatem militare non debet: sicut militaret, si eorum ieiunium in illo euentu cederet eis contra Ecclesie intentionem, ieiunia insequentis. De posterioribus autem probatur,

quia Ecclesie intentio, ieiunia statuētis, nō est homines ad ea quæ communem hominum facultatem excedunt, obligare: si autē omnes homines tam vehementem difficultatem in ieiunando sentirent, vt in casu positum est, nūquam Ecclesia ieiunium sub præcepto hominibus iniunxisset, cum id potius in laqueum quàm in salutem cederet animarum: ergo in prædicto euentu excusantur præfati homines. His tamen non obstantibus dico, quod præfata causæ non sufficiunt ad excusandum prædictos homines a ieiunio, sufficiunt tamen vt cum illis dispensetur in ieiunio, hoc probatur, quia ieiunium de se nec priores homines ad malum inducit, immo potius cohibet, cum per se ad carnē subiiciendam ordinetur: nec per se tantam ingerit difficultatem quàm si homo vellet euadere non possit, cum Deus benedictus non patitur quēquam tentari ultra quàm possit: accidit igitur ieiunanti has inclinationes ad malum, & difficultates ad bonum pati: ob illa autem quæ accidunt non opus est, ab his quæ sunt per se recedere: maxime in dubijs huiusmodi, quæ sunt dubia illa hic statim proposita: alias nec clerici, nec religiosi, nec alij castitatem vouentes, tenerentur continere, cum vsu veniat eos vehementes carnis indignationes atq. difficultates in continendo sentire: cum prædictis tamen expediret dispensare, & eos paulatim ad ieiunij abstinētiā assuefacere, vt sedatis carnis passionibus, facilius possint regulā Ecclesie custodire.

PRAETEREA Dubitatur, in ppterca quod aliqui sunt iusti & perfecti, a ieiunio Ecclesie excusentur: ad quod iam supra diximus quod non: quia est finis legis de ieiunio cesset in aliquo viro perfecto, non cessat in omnibus, & adhuc ieiunium est bonū opus, ideo potest præcipi a superioribus Pontificibus. Et ad illud Apostoli, iustis non est lex posita: & ad illud, vbi spiritus Domini ibi libertas: priore ad Cor. 3. dico quod intelligitur quod lex non ponitur propter iustos, qui sine lege faciunt virtutis opus quod lex præcipit: sed iam quod lex ponitur omnibus, comprehendit omnes, & libertas quam spiritu Dei induit, est libertas iustitiæ quæ opponitur seruituti peccati, sed coniungitur seruituti Dei: & ita ad obedientiam mandatorum eius, & eorum qui vicem Dei in terris gerūt, omnes subditi obligantur: & oppositū est dātātū, clemētina ad nostrū, de hæreticis, & in alijs locis.

PRAETEREA Dubitatur quo tempore est ieiunandum de necessitate præcepti: Ad quod dico prius, manifestū esse oēs christianos potētes ieiunare, post .21. annū, eo modo quo iuperius declarātū est, teneri ad ieiunium eo die & tpe quo præceptū Ecclesie occurrit: vt in quadragesima & in quatuor temporibus an-

Secūda. 4. quest. 17. art. 3. fo. 204.

ni. &c. Secundo dico, quod cum consuetudo habeat vim legis, tenentur omnes incolæ ieiunare, secundum consuetudinem generalē & communiter in sua prouincia & patria probatam.

TERTIO dico, quod aduenz & peregrini transeuntes, & reliqui, qui in illum locum conueniunt non animo illic habitandi: Sicut alijs legibus loci non adstringuntur, ita nec consuetudinibus loci: nisi forte ad uitandum scandalum, vel ob aliam vrgentem necessitatem vel rationem. Vnde colligitur vniuersitatem non teneri stare loci consuetudini: sicut nec eiusdem legibus, nec contra cum diuersæ sint communitates, & diuersis legibus gubernantur. Quemadmodum nec religiosi tenentur seruare consuetudines loci, nec alij incolæ seculares tenentur seruare consuetudines monachorum, cum sint distinctæ & monaci tenentur ad multa ieiunia, ad quæ alij non tenentur: ideo non erat rationabile quod monachi obligentur etiam ad consueta ieiunia laicorum.

PRAETEREA Quia S. Tho. in hoc art. & in .22. q. 147. ar. 4. dicit quod Papa et alij prælati ex commissione Papæ, possunt dispensare in præcepto de ieiunio: dubitatur, an hoc sit verum: quia vt diximus, præceptum de ieiunio fuit ab Apostolis institutum, ergo Papa non potest in illo dispensare. Probatur cōsecutio, quia si illud præceptum de ieiunio quadragesimali esset a Christo seruatore inmediate & personaliter institutum, non posset Papa in illo dispensare: ergo nec in præceptis Apostolorum. Ideo dubitatur prius an summus Pontifex possit in Apostolicis statutis & præceptis dispensare: & videtur quod non: prius ex cap. sunt quidam .25. q. 1. Vbi dicit Urbanus Papa, quod Romanus Pontifex in his quæ tradiderunt Prophetae & Apostoli, & sancti patres diffinierunt, non nouam legem dare, sed potius quod prædicatum est, vsq. ad animam & sanguinem cōfirmare debet. Secundo facit ad hoc: quod habetur extra de bigamis, cap. super eo, cap. nuper & ca. a nobis: vbi Lucius Papa, & Innocentius dicunt quod contra Apostolum non licet dispensare: & loquuntur ad propositū de bigamis, qui ex Pauli statuto non sunt ad ordines sacros promouendi. Tertio Apostoli in his specialiter quæ prædicabant, & scripturis mandabant spiritu dei ducebantur, Pro vt scriptum est Mathei. 10. non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: secundum promissionem Christi Apostolis Ioanis 16. factam, de Spiritu sancto paraclete illis euenturo, qui eos omnem veritatem doceret. Quemadmodum, & Paulus de seipso testabatur, dicens, cum ad Corinthios scriberet, se spiritum dei habere: ex quibus colligi-

tur statuta Apostolorum, non tam hominum, quàm dei esse. At in dei statutis & præceptis Papa dispensare non potest: cui non est data potestas, ad destruendum, sed ad edificandum. His tamen non obstantibus, constituto hanc conclusionem: summus Pontifex potest dispensare in præceptis Apostolorum: probatur factis Pontificum qui dispensant frequenter in institutis & præceptis Apostolorum. Et ita dispensauit Martinus Papa cū quodam bigamo, 34. distinct. cap. Lector: & bigamia fuit a diuo Paulo in initiandis ordinibus sacris interdicta. Secundo cum Episcopo Panormitano fuit dispensatum, cum esset bigamus, vt refert glosa capit. super eo, extra de bigamis. Tertio in concilio Gangrē si dispensatum fuit in statuto Apostolorum: quo Apostoli statuerūt, presbyterum ob crimen fornicationis debere deponi. 82. distinct. cap. presbyter. Cuius oppositum fuit in dicto concilio definitum, eadem distinctione cap. presbyter.

PRAETEREA Potest Papa dispensare in statutis concilij generalis: ergo etiam in Apostolicis: consecutio probatur quia etiam generale concilium non est minoris autoritatis, quàm fuerint Apostoli, nec minus regitur, a Spiritu sancto, quàm regebantur Apostoli, nec minorem potestatem habet conciliū supra Papam, quàm habuerit aliquis Apostolus supra Petrum. Antecedens autem cōstat ex cap. significasti. Extra de electionibus: probatur etiam quia Innocentius in concilio Lateranensi reuocauit quædam statuta conciliorum, prohibentia coniugium, in certis gradibus consanguinitatis et affinitatis, vt habetur extra de consanguinitate, cap. non debet.

PRAETEREA Apostolus potuit in statutis per eum factis dispensare, ex quo statuta per Apostolos facta, erant humana & non diuina. at non minorem potestatem habet nunc Papa quàm tunc habuerit diuus Petrus, cui Papa in potestate ecclesiastica plenissime succedit: sequitur Papam in statutis & præceptis Petri, & in omnibus præceptis Apostolicis posse dispensare. Sed est aduertendum, quod Apostoli dupliciter scripserunt: nam quædam scripserunt tanquam præcones & promulgatores veritatis, & diuinæ voluntatis, quæ dixerunt & scripserunt ex peculiari assistentia Spiritus sancti: qualia sunt quæ ad fidē, & sacramenta pertinent: & in his certū est Papam dispensare aut mutationem aliquam facere non posse, quia ea quæ a Deo instituta sunt per homines dissolui non possunt, alia verō sunt quæ Apostoli scripserunt & ordinauerunt veluti homines, & Pontifices gubernationem Ecclesie habentes, & in his sicut illi dispensare aut mutare aliquid potuerunt: ita & Papa prout necessitas aut vtilitas

litas publica postulauerit, poterit Papa dispensare. His habitis dico, quod in precepto de ieiunio quadragesimali potest Papa cum aliquibus dispensare: habita tamen rationabili causa, nam sine causa rationabili male faceret Papa dispensas in ieiunio quadragesimali, propter reuerentiam quae Apostolis, per quos fuit Ecclesia fundata, debetur. Si tamen pro sua voluntate Papa sine rationabili causa dispensaret, peccaret ipse dispensas, & dispensatus non esset tutus: non quia iam ageret contra preceptum de ieiunio, sed quia sic sine causa dispensans & dispensatus faciunt iniuriam alijs cum quibus non dispensatur: quia sine causa eximitur hic ab illo onere, cum alij in Christiana republica maneant illo onere grauari. Et quod Papa possit in preceptis & statutis Apostolicis dispensare, tenet Sanctus Theologus in 4. d. 27. q. 3. vt infra videbimus de bigamia, & Durandus, & Paludanus, & Antoninus in 3. p. de bigamia, & communiter alij Theologi.

ET ad primum argumentum in oppositum ex Urbano citatum, dico quod procedit de fide & doctrina euangelica, quam Apostoli promulgarunt, vt praecones Spiritus sancti, & vt dicta & mandata Dei, & non de humanis legibus, aut ordinationibus, quas ipsi statuerunt tanquam Pontifices Ecclesiae. Secundo dico, quod praedictum decretum intelligitur, etiam de statutis & praecipis Apostolicis: sed vult dicere, quod non potest Papa ea mutare pro suo arbitrio & voluntate, sed potest ea mutare, aut de eis dispensare pro necessitate aut utilitate spirituali, aut pro notabili aliqua causa rationabili. Vnde colligo Papam non posse tollere totam quadragesimam, cum sit ab Apostolis praecpta, vt supra diximus: & sit adeo necessaria & utilis populo Christiano quod nunquam sit dabilis causa sufficiens ad tollendum totaliter quadragesimam, potest tamen in ea dispensare cum aliquibus indigentibus, quia ad hoc datur satis rationabilis causa in multis euentibus.

AD secundum dico, quod quae dicitur quod non licet cum bigamo, aut contra Apostolum dispensare: non posse aut non licere intelligitur & accipitur, non vt dicat impossibilitatem, sed difficultatem, i. quod non debet fieri sine magna causa rationabili & urgente: aut dic, quod cum textus dicant non licere contra Apostolum dispensare, intelligitur non licere Episcopis inferioribus, qui Papam consulebant an possent ipsi bigamos promouere: cum quo bene stat quod liceat Papae. &c.

AD tertium dico si ratio illa aliquid probaret, etiam probaret quod Papa non posset dispensare in statutis Pontificum, aut conciliorum, seu Ecclesiae, quam supponimus etiam a Spiritu sancto in suis statutis motam fuisse

se, quod manifeste falsum est. igitur non obstante quod Apostoli tam in his quae praedicebant, quam in his quae statuebant, spiritu Dei ducerentur, non sequitur omnia per eos statuta, esse de iure diuino, quandoquidem Papa in suis ordinationibus sepe spiritu dei ducitur, nec ideo suae ordinationes sunt de iure diuino, aut indispenabiles, vt constat.

PRAETEREA. Dubitatur, an praelati inferiores summo Pontifice possint dispensare in precepto de ieiunio: & videtur quod non, quia est praecipuum commune toti Ecclesiae, & in huiusmodi praecipis non possunt inferiores dispensare: Ergo. &c.

IN oppositum autem est: quia si inferiores praelati non possunt dispensare, esset lex intollerabilis, quia non possunt Christiani adire Romam in omni casu in quo indigent dispensatione, ideo ad dubium propositum, dico cum Caietano 22. q. 147. art. 4. quod est distinguendum. Quia si dispensatio debeat esse ad longum tempus aut pro tota vita, praelati inferiores non possunt dispensare in precepto de ieiunio, sed solus Papa: si autem dispensatio sit aut esse debeat, ad horam appareret necessitatis, aut pro vno die, vel pro vna quadragesima cum apparenti causa, quamuis dubia, inferiores praelati possunt dispensare cum suis subditis: quia alias esset lex intollerabilis, cum non possit esse recursus ad Papam in omni casu occurrenti in vita humana, & hoc ex commissione Papae saltem virtualiter: quia oppositum esset intollerabile, cum frequenter eueniant necessitates in vita humana, ob quas homines ieiunare non possunt. Et hoc quod inferiores praelati possint dispensare in lege de ieiunio & in alijs, quarum dispensatione frequenter homines indigent, dicit diuus Theologus prima secundae q. 97. ar. 4. Colligitur ergo ex dictis quod Papa solus potest dispensare in precepto de ieiunio, ad totam vitam, vel ad longum tempus, cum causa rationabili: inferiores autem praelati possunt dispensare ad horam apparentis necessitatis vel ad breue tempus. Sed est difficultas: si Papa dispenset sine causa rationabili, sed pro suo arbitratu & voluntate, an dispensatus sit tutus in conscientia, & ipse Papa bene faciat: ad quod dico aliquibus propositionibus, quarum prior est. Si Papa dispenset cum aliquo, absoluedo eum a ieiunio sine causa rationabili non peccaret postea ille dispensatus non ieiunando, eo quod agat contra praecipuum de ieiunio, quia iam non agit contra illud praecipuum, cum ab illo sit absolutus, cum esset humanum praecipuum. Secunda conclusio est: Papa dispensans cum aliquo in precepto de ieiunio sine rationabili causa, peccat, vt supra diximus: & vtens tali dispensatione peccat: non propterea vt dictum est, quod Papa non possit dispensare

in illo praecipuo, sed peccat sic dispensans sine rationabili causa, quia facit iniuriam de lege naturali alijs quos obligat, astringendo illos, & absoluedo alios ab illo onere, qui sunt etiam de re publica Christiana: & hic vtes illa libertate, facit iniuriam alijs manentibus obligatis. Sed contra hoc arguitur hoc modo: si in principio Papa obligaret alios & non istum, non teneretur iste ieiunare, nec vno, nec alio modo: ergo nec nunc. Probatur antecedens, quia esto quod Papa faciat iniuriam alijs, non tenetur hic qui non obligatur ex potestate sua ieiunare, aut facere illud ad quod alij obligantur, & quod summus pontifex exigit ab alijs, & non ab illo: vt si summus pontifex aut rex petat pecuniam ab alijs, & non ab isto vel istis paucis, non tenetur isti a quibus ille superior nihil petit, soluere similem pecuniam. Ad hoc concessio antecedente nego consequentiam: quia aliud est absoluedo illum qui iam tenebatur cum alijs, aliud autem est non obligare de nouo illum qui nunquam fuit obligatus.

TERTIA conclusio est. Si Papa etiam sine causa tolleret praecipuum de ieiunio respectu omnium, nullus postea peccaret non ieiunando, eo modo quo nunc ieiunamus. Probatur quia iam non esset lex obligans aliquem, & ita nulli sit iniuria. Secundo antequam esset praecipuum nullus peccabat non ieiunans eo modo quo ieiunant Christiani: ergo nec nunc si tolleretur praecipuum respectu omnium, sed Papa sine causa tollens praecipuum de ieiunio peccaret: ideo dixi supra quod Papa non potest tollere quadragesimam, quia nunquam erit rationabilis causa ad eam tollendum imperpetuum, respectu omnium.

PRAETEREA. Dubitatur an serui peccent parando cenam domino non ieiunanti? & videtur quod ita quia communicant in peccato domini: ad quod dico quod non peccant, probatur prius: quia quantum est de se dant operam rei licite. Secundo quia si Ecclesia obligaret famulos ad hoc quod non parent cenam dominis in die ieiunij, valde grauarentur & magnam tentationem exponerentur: quia si sunt serui flagellarentur a dominis, & si sunt liberi, oporteret eos quotidie querere dominum: ideo non communicant cum dominis in peccato. Sed contra hoc arguitur, non licet alijis portare literas domini ad amicam vel foeminam, quam herus ad concupiscentiam amat: ergo nec licet parare cenam in die ieiunij ipsi heri. Ad hoc concessio antecedente nego consequentiam: quia parare cenam per se est bonum, & non malum, & portare literas ad amicam de se est malum, & ideo nunquam potest bene aut licite fieri: & ita dicendum est de vendentibus cibos, & vinum in die ieiunij omni hora diei quod non peccant,

quia dant operam rei licite de se, ideo non intendit Ecclesia obligare Christianos, vt in die ieiunij non vendant cibos, nisi hora prandij, & quod habeant curam aliorum non ieiunantium, vt ieiunent. Secundo quia cum inter Christianos sunt multi agentes iter, & alij infirmi & debiles qui ieiunare non possunt, quorum alij vna hora, alij alia indigent cibo, & ob suas necessitates ieiunare non tenentur, esset onus intolerabile obligare sic vendentes, vt in die ieiunij non vendant nisi hora prandij: ideo Ecclesia non prohibet vendentes cibos in die ieiunij, immo concedit eos vendere sicut in alijs diebus sine examine, si tenetur emens aut debet ieiunare: oppositum namque esset graue iugum. PRAETEREA. Dubitatur, an inuitas ad cenam in die ieiunij peccet? Ad hoc distinguendum est: si inuitas, mouet ad cenam alium non paratum, & alias non cenaturum, peccat: haec probatur, quia scandalizat eum: si autem inuitatus, alias esset cenaturus, esto ab isto non inuitaretur, non peccat inuitas, quia non cooperatur peccato alterius, cum inuitare de se non est malum, quia si inuitato ex aliqua causa rationali liceret cenare, esset charitas illum inuitare.

PRAETEREA. Dubitatur, an domini teneantur compellere famulos ad ieiunandum, quando occurrit, praecipuum ieiunij? Ad hoc dico quod non tenentur. Probatur quia non sunt Episcopi seruorum suorum, nec Ecclesia ad hoc eos adstringit.

SECVNDO dico, quod bene facerent domini, si compellerent seruos & alijos suos ad ieiunandum, vsque ad hoc, quod si non ieiunent cum possent, expellerent eos de domo sua.

TERTIO dico, quod domini tenentur admonere famulos suos, si sperant suam admonitionem pro futuram, & tenentur etiam non impedire eos: ita quod non possint adimplere praecipua Ecclesiae, si illud in quo occupatur non est necessarium, aut vtile, sine fraude ieiunij.

QUARTO dico, quod domini tenentur fauere famulis suis in ieiunio: ita quod exhortentur illos ad ieiunium, & praebeant illis alimentum sufficiens, vt ita semel reficiantur vt possint ieiunare.

EST vltimus aduertendum, quod quando diximus quod Papa non potest dispensare in precepto de ieiunio sine causa rationabili, quod per causam rationabilem non intelligitur sola causa intrinseca, ex parte illius cum quo dispensatur, nempe infirmitas aut labor ipsius dispensati, sed sufficit & causa extrinseca vt eleemosyna aut contributio alicuius pecuniae in subsidium belli contra hostes Ecclesiae, vel in aliquod pium opus, vel alia huiusmodi.

Artic. quartus.

An conuenienter ab Ecclesia de-
terminentur tempora ieiunij?

Sanctus Tho. vbi supra art. 3.

q. 1.



QUARTVM sic pro-
ceditur, videtur quod huius-
modi tempora non debeant ef-
se ad ieiunium determinata
sicut Ecclesia instituit: quia

sicut ieiunium est satisfactionis pars, ita cle-
mosyna, sed elemosynarum tempus non est
determinatum: ergo nec ieiunij.

PRÆTEREA Christus statim post bap-
tismum, legitur Math. 3. ieiunium in
deserto inchoasse: si ergo nos, in actibus nos-
tris, Christo cōformare debemus: statim post
epiphaniam, quando baptismus Christi cele-
bratur, debemus quadragesimali ieiunium in-
choare.

PRÆTEREA. Homines in veteri testa-
mento habebant ieiunium quarti mensis, &
quinti, & septimi, & decimi, quæ non erant
distincta per quatuor anni tempora. Ergo vi-
detur quod nec nos, per quatuor anni tempora,
nostra ieiunia distinguere debeamus.

PRÆTEREA. In temporibus leuitiæ ieiuni-
um non competit. Vnde & tempore pascha-
li intermittitur ieiunium vigiliæ Apo-
tolorum Philippi & Iacobi, & tempore natiuita-
tis ieiunium vigiliæ beati Ioannis Euangeli-
stæ: sed infra octauas Pentecostes, adhuc du-
rat gaudium paschalis festiuitatis. Ergo tunc
ieiunium non erit obseruandum.

PRÆTEREA. In sanctorum solemnijis,
eorum gloriam recolimus ad quam translati
sunt: sed ieiunium gloriæ statui non competit:
quia beati non esuriēt nec sitient amplius: ergo
in vigilijs solemnitarum ieiunium non
competit.

RESPONDEO dicendum quod ad legulato-
rem pertinent ea quæ sunt ad vitam humanā

necessaria, lege ordinare, qualiter congruen-
tius fieri possunt: & idēo cum aliquod tem-
pus sit alio magis ieiunio congruum, conueni-
enter ab Ecclesia determinatum tempus, est
ad ieiunia institutum.

AD PRIMVM ergo dicendum quod e-
lemosynæ ordinantur ad subueniendum de-
fectibus aliorum, & idēo non potest elemosy-
nis tempus determinari, sicut nec defectibus
quibus subuenire oportet: sed ieiunium est insti-
tutum ad comprimendum concupiscentiam
carnis, & satifaciendum pro peccatis præter-
itis, & quia ieiunium concupiscentiam com-
primit, etiam postquam factū est, secundum
quod defectus manet in ieiunante: idēo potest
ieiunio tempus præfigi.

AD SECVNDVM dicendum, quod Chri-
stus non ieiunauit, quasi ipse ieiunio indige-
ret: sed ut ad gratiam eius suscipiendam, ex-
emio sui ieiunij, nos prepararet, & idēo post
baptismum suum, in plenitudo gratiæ ip-
sius declarata est, testimonio patris & Spiri-
tus sancti, & etiam Ioannis: decebat ut exem-
plum ieiunij sui, nobis proponeret. Nobis autē
competit ieiunium, ut prepareremur ad suscipi-
endam gratiam ipsius, quia sacramenta gra-
tiæ eius, præcipue proponuntur circa festum
Paschæ, idēo immediate ante solēnitatem pas-
chalem quadragesimali ieiunium impletur:
& etiam quia tempus veris, quod tunc incipit
maxime est concupiscentiæ aptum: & quia
significatur quod ad gloriam resurrectionis,
per tribulationes præsentis vitæ peruenimus,
sicut & Christus per passionem.

AD TERTIVM dicendum quod secundū
Hieronymum. Iudei habebant speciales causas qua-
re illa ieiunia obseruabant, in Iulio n. qui est
quartus mensis ab Aprili, quem ipsi primum
habent, ieiunabant, quia illo mense .7. die mensis,
Moyses descendens de monte, legis tabulas
confregit, propter peccatum vituli conflatilis,
& eodem mēse muri Hierusalem, à Nabuc,
destruēti sunt. In quinto autem mēse, i. in
Augusto, propter peccatum murmuris ex ver-
bis exploratorum orti, illo mēse templum in-
cēsum est, à Nabuc: & postea etiam à Tito
in septima

In septimo autem mense, propter interfe-
ctionem Godoliam, sub quo reliquæ populi
conseruabantur, ut patet Hieremia. 39.
In .10. autē mense, in memoriam mortu-
orum quos dominus in deserto percusserat.
Nos autem præter ieiunium quadragesi-
male, in quo omnium dierum quasi decimum
soluimus, in singulis quadris anni, tres dies iei-
unij instituti sunt, qui quasi in primitias cō-
putentur, & ad expiandum peccata singula-
rum quartarum.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut
dicit Leo Papa, post sancti aletii dies, quos in
honorem domini resurgētis, & in cælum as-
cendentis exegimus, & post acceptum Spiritus
sancti donum, salubriter & necessario consue-
tudo ordinata est ieiunij, ut si quis forte inter
ipsa festiuitatis gaudia, negligēs libertate &
licentia immoderata aliqua præsumpsit, hoc
abstinentiæ censura castiget. Tunc etiam est ie-
iunium exultationis, quod in illis qui Spiritū
sanctum acceperunt competit: cum gaudio. n.
spirituali, etiam afflictio corporalis se compa-
tiatur. Vnde non fit genuflexio: & alleluia
cantatur, quod in alijs ieiunijis non obseruatur.

AD QVINTVM dicendū, quod in solem-
nitatibus præcipuis vigiliæ ieiunamus, ut pa-
rationes ad deuotionē festi simus, & ut gau-
dium æternum, quod per solēnitates temporales
significatur, ad tribulationes præsentis vitæ,
quas sancti passi sunt, nos subsequi demonstretur.



IN HOC articulo. 4. scribit S. Tho. v-
nam conclusionem quæ sic habet. Cō-
uenienter ieiunia instituta sunt ab Ec-
clesia ante resurrectionē domini, & in
vigilijs solemnitarum, & in alijs quatuor an-
ni temporibus. Et eandem cōclusionem scri-
bit in. 22. q. 147. ar. 5. & hic ad argumenta red-
dit rationes prædictæ cōclusionis congruen-
tes, quibus moti fuerunt Apostoli, & alij sum-
mi pontifices, ad instituendum ieiunia tem-
poribus quibus instituerunt, vide ibi.

PRÆTEREA. Nota, quod (vt refert Hiero. su-
per Math. cap. 9. super illud verbum, non pos-
sunt filij sponsi ieiunare, cum sponsus fuerit
cum eis, &c.) fuerunt Montanus & prisci hæ-
retici qui ieiunabant, & dicebant esse ieiunan-
dum post pentecosten, postquam dominus
ascendit in cælum: probabant hoc prædicto
citato testimonio. Sed hi hæretici male intelli-

gebant Euangelium, nam illo loco solum vo-
lebat Christus seruator, secundum Christof-
quod discipuli, qui filij sponsi dicuntur, adhuc
erant imbecilles & imperfecti: & idēo in præ-
sentia corporali Christi, erant potius fouendi
& recreandi in quadam dulcedine, quàm in
austeritate ieiunij exercendi: & ita conueni-
entius est quod dispensetur cum imperfectis
& de nouo ad fidem venientibus, in ieiunijis,
quàm cum antiquioribus & perfectis. Vnde
merito cum insularis qui conuertuntur ad
fidem, dispensandum erat facile in ieiunijis: &
ita dicit g. osa super illud psalmi: sicut ablacta-
tus super matre sua, &c. Secundo dicit Hiero.
quod dominus in prædicto loco loquitur de
ieiunio veterum obseruantiarum. Vnde per
hoc significat dominus, quod Apostoli non
erant in veteribus obseruantijs detinendi,
quos oportebat nouitate gratiæ perficere. Ter-
tio dicit diuus Augustinus quod duplex est
ieiunium, quorum alterum pertinet ad humi-
litate tribulationis, & hoc non competit vi-
ris perfectis qui dicuntur filij sponsi. Vnde
vbi Lucas dicit, non possunt filij sponsi ieiunare,
dicit Matheus, non possunt filij sponsi
lugere. Alterum autem est quod pertinet ad
gaudium mentis suspensæ in spiritualia, &
hoc ieiunium conuenit perfectis.

PRÆTEREA. Dubitatur, quid facit ad ieiunij
diuersitas temporis? i. quare potius ieiunamus
feria sexta, quàm feria quinta? Ad
quod dico prius, quod vna ratio est: quia Ec-
clesia sic instituit. Secundo dico quod Eccle-
sia non fecit sine causa, quia conuenientius
ieiunamus die veneris, quàm die iouis, prop-
ter reuerentiam passionis Christi: quia illa
die passus fuit dominus. & illa dies, nempe ve-
neris, potius significat Christi passionē quàm
alia dies: idēo conueniens est quod illa die af-
fligamur, postquā illa die dominus fuit afflic-
tus: de alijs autem diebus non est maior ra-
tio quare potius in vno, quàm in alio sit ieiunandum:
& quantum est de se, licitum est ieiunare in quocūq;
die infra hebdomadam.

SED dubitatur, an liceat ieiunare in die Do-
minica? siue in quadragesima, siue extra. Ad
quod aliqui dicunt, quod non: & hoc videtur
dicere S. Tho. in. 22. vbi supra ad tertium.
Et probatur hæc sententia, prius ex decreto
Melchisedæ Papæ, quod habetur de consecra-
tione. d. 3. quod incipit, ieiunium Dominici diei:
vbi expresse prohibetur in diebus Domini-
cis ieiunare: & ibidem cap. ne quis ieiunet die
Dominica, idem prohibetur, & est concilij
Cæsaragitan. Tertio idem (nempe quod
in die Dominica nullus ieiunet) prohibetur
in concilio Gangrensi. Vbi dicitur: si quis ti-
quam continentia conuenire iudicans, in die
Dominica ieiunauerit, anathema sit: ergo nō
est licitum ieiunare in die Dominica, nec in
contem

Secunda.4.queſt.17.art. 4.

In contemptum diei, vt dicit Melchiades: nec propter timorem, vt ait concilium Cæsaragustanum: nec propter continentiam, vt ait concilium Gangrenſe: igitur, &c.

SECUNDO beatus Gregorius, in 2. libro dia logorū refert, sacerdotem quendam, ad beatū Benedictum frequenter ieiunantem, fuīſſe à Deo miſſum, & die quadam Dominica eidē dixiſſe: hodie die reſurrectionis Dominicæ eſt, non licet tibi abſtinere, aut ieiunare. Vnde etiam Iſidorus ait, quōd ſancti patres in deſerto tempore paſchali ieiunabant, excepta die Dominicæ reſurrectionis: & ſanctus Tho. in 4. vbi ſupra, queſt. 2. dicit id minime conuenire Chriſtianis, & aſſignat rationem ex Auguſt. quia turpe eſt parti, quæ ſuo totū non conuenit: at tota Eccleſia in diebus Dominicis ob memoriam reſurrectionis, quam dies Dominica repræſentat, ieiunia non admittit. Ergo, &c.

TERTIO tertij Eſdr. 9. cap. dicitur, ſanctus dies domini eſt, nolite contriſtari, ſed comedite pingua: ſi igitur tunc cum eſſet tempus vmbrae in diebus, qui dies domini vocabantur, non erat licitum ieiunare: ergo nec erit hoc licitum in lege veritatis, nempe in diebus Dominicis ieiunare.

HIS tamen non obſtantibus, reſpondeo duabus propoſitionibus, quarum prior eſt: ieiunare de ſe in diebus Dominicis non eſt illicitum, nec ſecundum ſe prohibitum, etiam ſi aliquando ob aliquam cauſam prohibitum fuerit, & nunc etiam ob eandem cauſam redderetur huiusmodi ieiunium illicitum: hæc probatur, quia ieiunare de ſe bonum eſt: ergo, &c. Sed eſt notandum quōd olim fuerat hæretici quidam non credentes Dominicam reſurrectionem: & hi videntes quōd Chriſtiani venerantur diem Dominicam, ob Dominicam reſurrectionem, ipſi contra ex odio reſurrectionis, & in contemptum Dominicæ diei, diebus Dominicis ieiunabant: Eccleſia autem volēs occurrere prædicto errori ſtatur, vt catholici huiusmodi diebus non ieiunarent, vt eſſet differentia inter ieiunia catholicorum, & hæreticorum: & hæc cauſa manifeſte datur in præfato decreto Melchiades Papæ: & idem inſinuat concilium Cæsaragustanum vbi ſupra: & cum addit, ob cauſam timoris, inſinuat quod ſanctius erat, & obligat catholicos, vt potius illa die patiantur non ieiunando, quàm quōd ieiunando, ob timorem hæreticorum, contra Eccleſiaſticam libertatem hæreticis conſentire: quia Eccleſia poteſt obligare & obligat ſubditos, etiā cum circumſtantia mortis quando ille timor incutitur in contemptū legis: itaq; vigente illa hæreſi, habuit vim Eccleſiæ decretum. Hodie etiam ob eandem cauſam ieiunare in die Dominica eſſet illicitum: quia ſuperſticioſum & Hæ-

reticum: at tamen ſi ex deuotione vellet quis in Dominica die ieiunare, ſentiens in ſe carnem contra ſpiritum rebellare, & ieiunat etiam aliquibus alijs diebus, non eſt illicitū ſed bonum ieiunare, dūmodo non ſequatur aliquod ſcandalum. Vnde ſit ſecunda concluſio **Q**ui ieiunat alijs diebus in hebdomada, & etiā die Dominica, ſic bona fide vt diximus, non peccat. Hoc probatur prius, quia nullus teneatur carnare aliqua die, niſi aliās notabiliter digeat. Secundo confirmatur hoc ex decreto Hiero. quod habetur. d. 76. cap. vtinam. Vbi dicitur, vtinam omni tempore ieiunare poſſemus, ſicut Apoſtolos ieiunaſſe etiam in diebus Dominicis, in actibus Apoſtolorum legimus, &c. Ergo vera eſt noſtra concluſio.

TERTIO dico, quōd ieiunare in die Dominica, & non in alia die eſt peccatum, probatur: quia eſt contra conſuetudinem Eccleſiæ, vt dicit. S. Tho. 22. q. 147. ar. 5. ad 3. & eſſet ſcandalum, quia videretur ſuperſticioſū. Et ad argumenta in oppoſitum facile eſt reſpondere: quia quod ex Melchiade citatum eſt, procedit quādo quis in contemptum diei Dominicæ ieiunat admodum hæreticorum, quos diximus illis peccatum eſſe tunc ieiunare: & eodem modo dicendum eſt ad concilium Gangrenſe: quōd etiam ob hanc cauſam tantum videtur damnare ieiunium huiusmodi, ſi ſcilicet fiat in contemptum diei Dominicæ, etiam ſi prætextu continentiæ quis illa die ieiunet: modo in contemptum faciat, peccat. Nec valet replica: quia tunc non ſolum in Dominica ieiunare eſſet peccatum, ſed in quacunq; die quis ieiunet in contemptum diei peccabit, quia eſto id verum ſit, Eccleſia tamen ſpecialiter loquitur de die Dominica: quia tunc hæretici non ita alios dies contēnebant ſicut diem Dominicam ob prædictam cauſam: & ſi decretum Melchiadis concluderet q̄ nō ſit licitum vſo modo in Dominica ieiunare: inde eodem modo concluderetur, quōd non ſit vſo modo licitum feria quinta ieiunare, cum Melchiades, æque de feria quinta, & de Dominica loquatur.

AD SECUNDVM dico, quōd illud non fit dictum ad beatum Benedictum per modū præcepti, ſed per modum conſolationis, quia voluit dominus vt ſanctus ille aliquam acciperet recreationem, obmittendo ieiunium ſaltem Dominicis diebus. Nec ſanctus Tho. ait eſſe neceſſarium non ieiunare in diebus Dominicis, ſed id eſſe conueniens propter reuerentiam diei. Nec dictum Auguſt. contrarium probat, turpe eſt parti, quæ ſuo toti non conuenit, quando ex pertinacia, vel inobedientia, vel ſuperbia, vel errore à ſuo toto vult diſcrepare, ſecus ſi cauſa ſubſit.

AD TERTIVM dico, quōd illud dictum Eſdræ. non præcepti, ſed indulgentiæ eſſe videtur,

Secunda.4.queſt.17.art. 4. fo. 207

detur: ſicut aliud quod ad beatum Benedictū diximus eſſe dictum. Secundo nego conſecutionem, quia in veteri lege illud erat legale vel cæremoniale quæ proſus ceſſauerunt.

PRÆTEREA. Dubitatur, an ſit reſectio differenda in die ieiunij quouſq; homo per eſuriam & inedia, aut alium naturæ defectum affligatur: aut oporteat in die ieiunij hominem ita paruū cibum ſumere, vt per inedia afflictionem ſentire ſit neceſſarium? Et videtur quōd ita: prius, quia ſtrictior eſt abſtinentia tempore ieiunij Eccleſiaſtici ſeruanda, quàm ſit ea, quæ in ieiunio virtutis ſeruanda eſt reſectio: at in ieiunio virtutis ſumenda eſt reſectio, qua corpus indiget. Hoc autē ſine corporis afflictione aut eſurie fieri non poteſt. Ergo, &c.

SECUNDO idem apparet ex leuitico. 16. & ex alijs ſcripturæ locis, vbi iubebat Dominus populo ſuo, vt in diebus quibus erat eis ieiunandum, affligerent animas ſuas nec videtur per quid niſi per notabilem famem & inedia quam diebus illis minuēdo reſectionem, vel differendo, ſuſtinere debebant.

TERTIO pro hoc eſt diuus Gregorius qui ſuper illud Job. 39. clamorem exactoris nō exaudiuit, ait in ſententia: exactor qui a vobis non eſt exaudiendus, venter eſuriens eſt: quæ ſancti ieiunantes non audiunt, ſed eum amplius eſurire, & affligi permittunt. Accedit ad hoc etiam Bernardus in epistoia ad Carthuſienſes dicens, quōd magnum eſt ſi eſuriat venter vſq; ad rugitum, qui ſape repletus eſt vſq; ad vomitum.

Q VARTO curandum eſt ieiunantibus hoſtem contra ſpiritum inſurgentem perimere, hic autem non perimitur, ſi non eſurire & affligi permittatur, vt conſtat: aſſumptum autem figurarum eſt in eo, quōd redarguti ſunt filij Iſrael Iosue. 23. quōd Gabaonitis propercerunt, ad quos dictum eſt, quōd ob id Gabaonitæ futuri eſſent eis, ſicut lanceæ in lateribus & ſubdes in oculis.

Q VINTO ad hoc etiam accedit ratio: quia præcepta & leges ſunt ſecundum intentionem, potius quàm ſecundum verborum formam ſeruanda: iuxta illam regulam iuris, nō dubium eſt in legem impingere, qui verba legis amplexus, contra legis niritur voluntatem: de regulis iuris li. 6. at intentio Eccleſiæ ieiunia inſtituentis, eſt, vt fideles corpora & ſenſualitatem ſubmittant rationi: quatenus ieiunium ſit Deo ſatiſfactorium, hoc autem ſine eſuriæ fieri poſſe non videtur: ergo oportet in die ieiunij ita parce comedere, aut in tantum reſectionem differre, vt inedia & eſurie ventris homo affligatur.

HIS non obſtantibus ad propoſitum dubiū dico quōd nullus tenetur in die ieiunij in tantum reſectionem differre, aut tam parco cibo

vti, vt eſurie & inedia affligatur. Hæc concluſio probatur prius conſilio Caſiani, qui ait quicū venit hora reſectionis ſumatur reſectio & non differatur, etiam ſi homo non eſuriat, per quem modum ait, melius & cōmodiſus paſimoniam victus ſeruari, quàm reſectio nem vſq; ad eſuriam differēdo: ratio inquit eſt quia in magna eſurie audius, ac minus tēperate reſectio ſumitur.

SECUNDO quia nullus fidelis obligatur ad aliquam circumſtantiam non expreſſam in Eccleſiæ præcepto, niſi forte talis circumſtantia ſit omni præcepto Eccleſiæ communis: at differre reſectionem, vſq; ad notabilem eſuriam, aut eam tam parce ſumere, vt eſuries ſentiat, non eſt circumſtantia in præcepto de ieiunio expreſſa, nec eſt circumſtantia omnibus Eccleſiæ præceptis communis, vt conſtat. Ergo, &c.

TERTIO dato oppoſito nſæ concluſionis, ſequeretur quōd vnus teneretur differre reſectionem vſq; ad nonam, alius vſq; ad veſperam, alius vſq; ad occaſum, & alius teneretur nihil in tota die comedere. Hæc ſunt manifeſta, attenta hominum diſpoſitione, & completionē diuerſa, quorum aliqui citius & alij tardius eſuriunt, alij verò tota die ſine eſurie trāſeunt, ſed conſequens manifeſte falſum eſt. Ergo, &c.

Q VARTO ſi attendamus, ea quæ de præcepto ieiunij ſeruanda ſunt, quæ ſunt tria, vt ſupra diximus, nempe non comedere niſi ſemel in die, à cibus prohibitis abſtinere, & horam reſectioſis non notabiliter præuenire: quæ omnia conſtat ſeruari poſſe abſq; eſurie, & naturæ defectu. Ergo, &c.

ET ad primum argumentum in oppoſitum dico, quōd admiſſo hoc quōd arctior ſit abſtinentia ieiunij Eccleſiaſtici quàm ieiunij virtutis, non inde ſequitur quod ratio præterdit, quia hæc arctior abſtinentia, non conſiſtit in paruitate, aut dilatione reſectionis, ſed in tribus. quæ diximus, nempe in numero reſectionum, in qualitate ciborum, & hora: quorum tamē nullū eſt neceſſariū in ieiunio virtutis.

AD SECUNDVM dico, quōd afflictio aliquid accipitur pro paſſione formaliter hominem affligente, qualis eſt triftitia ſeu dolor: aliquando accipitur cauſaliter, pro eo nēpe quod formalem infert afflictionem, vel eā inferre actum eſt: prima afflictio, cum actus voluntatis elicitus aut imperatus non ſit, ſed paſſio quædam actum naturaliter ſequens: ideo per ſe nec ſub præcepto, nec ſub prohibitione cadit: bene tamen afflictio ſumpta ſecundo modo: Itaq; quando Deus præcipit dicens, affligetis animas veſtras, id præcipit, vnde plurimum ſolet hominibus, afflictio formalis fieri, & talis eſt abſtinentia à cibus maxime aſſuetis & delicatis, quorum vſus ſicut

solet sensum recreare, ita & eorumdem priuatio, sensum affligit. Accidit tamen, ad prædicationem priuationem seu abstinentiam, subsequi aut non subsequi esuriam.

AD TERTIVM intentum Gregorij, & Bernardi, hoc est, non semper esse ventri exhibendum quod postulat, sed sæpe esurire est permittendus, maxime quando non solum quod necessarium est petit, sed aliud ad carnis voluntatem exigit. Quando. n. quod necessarium est vitæ, et corporis in columitati, exigit, audiendus est, secus aliàs. Quod si extra tempora ieiunij id obseruandum est, a fortiore in diebus ieiunij, in quibus si venter esuriat aliquid indebitum, aut ante horam debitam exigendum, non exaudiatur improbus exactor, ex quibus tamé nullo modo sequitur esse necessarium in die ieiunij esurire, vt constat.

AD QVARTVM dico, sequendo mysticū sensum, vt ibi totum est, quod hostes spirituales animarum sunt duplices. Quidam sunt intranei & coæui, sine quibus humana natura non subsistit, vt fames seu carnis concupiscentia aliq̄, qualitates connaturales, quæ ad ea quæ sunt carnis inclinare solent, & tales hostes non tenemur perimere, cum perimi sine natura non possunt: sed tenemur eos cohibere & pro posse nostro rationabili extenuare, atq̄, rationi subiicere. Alij sunt animarum hostes extranei seu aduentitij, quales sūt peruersæ consuetudines, atq̄, vitiosi habitus ex prauis moribus acquisiti, & hos debemus eradicare & pro posse nostro perimere. Hi sunt qui per Gabonitas intelligi possunt, qui non erant filij Israel connaturales, sed illis extranei.

AD QVINTVM dico, quod intentio præcipientis est duplex, altera est obiectiua: altera verò est finalis. Prima respicit id ad quod obligare intendit. Secunda autem respicit finem, seu effectum quæ solet ex obedientia provenire: ratio autem cum regula iuris allegata procedit de intentione obiectiua, secundum quam præcepta sunt obseruanda, non autem de finali vt sæpe tactum est: quod si Ecclesia per ieiunia ab ipsa instituta intendit corporis afflictionem, & pro peccatis satisfactionem, deiq̄, placationem. Hæc tamen omnia ad finale intentionem pertinent, quæ sub præcepto non cadit.

PRÆTEREA. Dubitatur, qua hora comedendum sit in die ieiunij: Ad quod dico, quod secundum antiqua iura, & consuetudinē, & prælatorum declarationem, comedendum est hora. 9. quæ erat hora. 3. post meridiem, parum antea, aut parum postea: & hoc significatur cap. solent, de consecra. d. 1. vbi dicitur non ante soluendum esse ieiunium, quam horæ vespertinæ sint celebratæ: & tunc ves-

perlinæ horæ post horam tertiam, post meridiem celebrabantur: quam horam cum multis esset difficile expectare vt cœnam sumerent, postea vsu. inductum est, vt ante vel iuxta meridiem celebrentur, vt illis finitis, competens ad comedendum tempus fidelibus relinquatur. Hodie tamen sine scrupulo poterit seruari patriæ probata per pontifices, & religiosos consuetudo: vadē hodie communiter Christiani in diebus ieiunij Ecclesiastici comedunt hora vndecima cum dimidia: nec est necessarium quod præces horaræ vespertinæ celebrentur ante prandium, vt piorum consuetudo probat. Præuenire autem notabiliter prædictam horam, est contra præceptū de ieiunio, et ideo peccatum mortiferum.

Articul. quintus

An requiratur ad ieiuniū quod homo tantum semel comedat?

Sanctus Tho. vbi supra ar. 4.

q. 1.



AD QVINTVM sic proceditur, videtur quod per binam comestionem ieiunium non soluitur: quia ieiunium est detrimens: sed non solum nutrimur cibo, sed etiam potu, cum ergo potus assumptus præter comestionem, statutum ab Ecclesia ieiunium non soluat: videtur quod nec etiam cibi binæ assumptione.

PRÆTEREA. Aqua potata impedit summptionem Eucharistiæ: sicut etiam sumptio alterius cibi: quia soluit ieiunium nature, quod requiritur in Eucharistiæ sumentibus, sicut & alijs cibi: si ergo aqua potata non soluit ieiunium Ecclesiæ, videtur quod nec alius cibum assumptus.

PRÆTEREA. Electuaria etiam cibi quidam sunt, sed eorum assumptione ieiunium non soluit: quod patet ex communi consuetudine multorum, qui etiam diebus ieiunij absq̄ conscientia fractionis ieiunij, electuaria in magna

na quantitate manducant: ergo nec ciborum aliorum iterata assumptione ieiunium soluit.

SED contra est quia in hoc distinguuntur ieiunantes à non ieiuantibus quia semel manducant: si ergo bina comestio ieiunium non solueret, non esset differentia inter ieiunantes, & non ieiunantes.

RESPONDEO dicendum, quod ieiunium dupliciter soluitur, vno modo quantum ad meritum: ita quod homo vel non meretur, vel minus meretur. Et de hac solutione ieiunij non intendimus ad præsens: quia conditiones quæ meritum alicuius actus augent vel minuunt indeterminatæ sunt: eo quod quandoq̄, accidentaliter se habent ad actum meritorium. Alio modo soluitur ieiunium secundum quod est ab Ecclesia institutum, ex qua solutione homo efficitur transgressor statuti Ecclesiæ, de ieiunio seruando, vel saltem non obseruando, si ex dispensatione vel causa legitima dimittat: & de hac solutione ieiunij nunc querimus. Ad hoc autem præcipue valet considerare intentiones statuentis: intendit autem Ecclesia certum modum statuere manducandi, vt. s. semel in die ieiunans manducet: & ideo si aliquorū sumptio secundum quæ manducatio solet compleri, iteretur ieiunium prædicto modo acceptum soluitur: si autem aliqua sumantur quæ ad manducandum de se ordinata non sunt, sed ad alium vsus, qui vsus communiter manducatio non vocatur, talis cibi vel potus sumptio, præter manducationem vnam, ante vel post, non facit esse binam manducationem: & ideo talis sumptio ieiunium non soluit.

AD PRIMVM Merito dicendum, quod quauis aliquis potus aliquo modo nutriat, tamen de se non ordinatur ad nutriendum, sed magis ad dispositionem bonam eorum quæ nutriunt, vt. s. per membra deducitur, & in stomacho non comburantur: vnde sumptio potus manducatio non dicitur: & ideo ille qui potat extra horam vnicæ comestionis non dicitur bis manducare: & propter hoc nec statutum Ecclesiæ frangit, nisi fraudem faciat: quia lege violat qui in fraudem legis aliquid facit.

AD SECVNDVM quod aqua, & si soluat ieiunium nature, quia aliquo modo nutriat, non tamen soluit ieiunium Ecclesiæ: quia Ecclesia non attendit in statuendo id quod quocunq̄ modo nutrire potest. Sed id quod principaliter ad nutriendum ordinatum est.

AD TERTIVM dicendum, quod quidam dicunt quod si electuaria comedantur ad delectationem, solunt ieiunium: si autem causa medicine sumantur non soluitur ieiunium: sed statutum positua lege non attendit intentionem obseruantis, sed ipsam actum, eo quod modus virtutis non cadit in præcepto, sed est finis præcepti: sed ex intentione potest aliquis mereri vel demereri, & ideo dicendum, quod electuaria, & si aliquo modo nutriant, non tamen hic est principalis vsus eorum. Vnde nec loco manducationis sumi consueuerunt: & ideo talis sumptio ieiunium Ecclesiæ non soluit, quam vis homo possit totaliter vel in parte ex hoc meritum ieiunij perdere, vel etiam mortaliter peccare, si sit immoderata libido: non tamen est transgressor præcepti Ecclesiæ, nisi in fraudem sumeret, aut si eis quasi alijs cibis vteretur ad famem extinguendam.

IN HOC articulo quinto. Sanctus Tho. constituit tres conclusiones supposita vna bimembre distinctione, quæ distinctio sic habet: dupliciter soluitur ieiunium, vno modo quo ad meritum, i. quod ieiunans, aut non meretur, aut minus quàm mereretur. Alio modo soluitur ieiunium secundum quod est ab Ecclesia institutum, ex qua solutione homo efficitur transgressor instituti Ecclesiæ. De priori solutione ieiunij non intendimus agere, sed de secunda. Prior conclusio est, Quicunq̄ comedit aut sumit aliquid in die ieiunij, eorum quæ solent sumi ad complendum manducationem, pluries quàm semel tantum, soluit ieiunium Ecclesiæ: hæc probatur: quia hæc est intentio Ecclesiæ ieiunium instituentis, nempe quod Christiani solū comedat semel in die ieiunij. Secunda conclusio, si aliqua sumantur, quæ ad manducandum de se ordinata non sunt, sed ad alium vsus, qui vsus communiter manducatio non vocatur, talis cibi vel potus sumptio, præter manducationem vnam, ante vel post, non facit esse binam manducationem. Vnde talis sumptio ieiunium non soluit. Ex hac secunda conclusione sequitur tertia notanda conclusio, Quod esto

quis accipiat in die ieiunij quātitatē aliquā ali cuius electuarij ante horam prandij, nisi sit in fraudem ieiunij non soluit ieiunium : & ideo ad minus mortifere non peccat : istæ omnes conclusiones in litera non probatur, nisi iam perfecta ratione, nempe, quia hæc est intentio Ecclesie, nempe quod de his rebus quibus homines vtuntur in cibum, & quæ sumunt ad comedendum, non sumantur in die ieiunij nisi semel in die. Et omnia hæc confirmat. Sanctus Tho. in. 22. q. 147. ar. 6. in corpore articuli, & ad tertium argumentum.

SECUNDO est hic notandum, quod ieiunium de se non dicit positium aliquod, nempe comedere, aut cibo uti, sed de se solum dicit abstinere. Hoc probatur, Math. 4. dicitur quod Christus ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ob id quod nec semel comedit in illo tempore toto. Secundo Danielis. 2. & 3. dicitur, quod tres illi pueri, nempe, Abdenago, Sidrach, Misfach, tribus illis diebus quibus fuerunt in fornace, ieiunauerunt. i. nullum cibum sumpserunt vel non comederunt, nec semel. Tertio, cap. solent, de consecratione. d. 1. dicitur quod non soluatur ieiuniū in diebus quibus est ieiuniū vsq; ad horā nonam : ergo ieiunium de se solum accipitur pro abstinentia & non pro refectione vel comestione, tamen iam nunc ex consuetudine Ecclesie etiam vnam refectionem cum alijs cæremonijs, & cum tota alia abstinentia vocant ieiunium.

PRÆTEREA. De parua illa quantitate cibi quam communiter Christiani sumunt die ieiunij in nocte, quam collationem vocant, dico prius, & sit prima conclusio. De collationibus quibus vtuntur Christiani in die ieiunij nihil habetur in iure communi : solum. q. dicitur in iure quod in die ieiunij semel tantum reficiantur Christiani. Secunda propositio. S. Tho. in hoc articulo dicit quod omnia quorum vsus est māducare & quæ sic ad māducandum sumuntur, frangunt ieiunium Ecclesie, si sumantur vltra vnicam comestionem. Et idem dicit Durādus in. 4. d. 15. q. 11. & communiter atiqui. Tertia propositio: Licetū est in die ieiunij sumere electuaria vel fructus, aut aliqua quæ communiter ab hominibus non ordinantur ad cibum vel comestionem, sed potius ad medicinam, & ne potus noceat, aut stomachū lauet. Hæc est S. Tho. hic, & in. 22. q. 147. ar. 6. ad. 3. & omnes Theologi tam antiqui quàm recentiores recipiunt hanc tertiam conclusionem.

QVARTA propositio est. Hodie in prouincia vbi est consuetudo, licitum est in die ieiunij nocte comedere parum panis, etiam illa intētionē, vt non lauetur stomachus, vel in medicinam: & hæc conclusio est Caiet. 22. q. 147. ar. 6. ita quod quo ad quantitatem, sit par

ua quantitas solum. s. quanta sufficiat ad hoc quod potus non noceat, aut ad medicinam, si habeat ieiunans aliquam debilitatem: & hoc esto ieiunans vtatur etiam aliquibus fructibus, licebit secundum consuetudinem cum illis fructibus sumere parum panis, ob causam iam dictas.

QVINTA conclusio est. Eo fine, vt natura sustentetur, non licet vti his quæ Christiani & communiter homines ordinat ad comedendum, in die ieiunij, nec ante nec post horam vnicæ refectionis, potentibus ieiunare. Hæc probatur: quia illud est contra præceptum Ecclesie, quæ intendit vt homines solum semel reficiantur in die ieiunij, eo fine vt naturam sustentent: quia vna refectio in die sufficit ad hoc, vt natura sufficiēter sustentetur: dixi potentibus ieiunare, quia si sint aliqui qui nō possunt aliter ieiunare, nisi statim mane aliquid cibi degustent, & etiam in nocte tenentur sic ieiunare & abstinere: quia hoc intendit Ecclesia, vt saltem illo modo qui non potest aliter, affligatur.

SEXTA conclusio est: Per modum medicine & ne stomachus debilitetur, licitum est sumere mane, illam partem cibi aut electuarij quam collationem vocat: qua nocte liceret ex consuetudine patriæ vti, (vt diximus) & postea refici semel in nocte, sicut refici debent huiusmodi homines in meridie: itaq; licitum est postponere aut differre horam refectionis in die ieiunij, sed non licet præuenire. Hæc probatur consensu doctorum, & quia sic optime saluatur intentio Ecclesie, quæ est quod Christiani se affligant in die ieiunij, & hoc modo se affligunt sufficienter, secus si illud quod mane sumitur sumeretur in sustentationem naturæ: quia hoc non liceret: & sic intelligendus est Caiet. qui oppositum videtur dicere in sua summa, verbo ieiunium: & ita ipse se declarat in. 22. vbi supra art. 6.

SEPTIMA conclusio. Nō est necessarium quod quis actualiter, quando sumit id quod collatio vocatur, siue sumat ante, siue post refectionem licitam, ordinet illud ad medicinam vel conseruationem bone valetudinis, sed satis est quod bona fide, sine fraude ieiunij vtatur illa parua cibi quantitate, quam collationem vocant, iuxta patriæ consuetudinem. Hæc satis est consona rationi: quia non tenentur homines dirigere omnia sua opera actualiter, in certum aliquem finem: satis est quod virtualiter bona opera dirigantur in suos rectos fines, nisi forte pro aliquo tempore occurreret aliquod præceptum, quod ad sic dirigendum eos abstringeret: & ita ille qui sic bona fide vtitur illa prædicta consueta parua quantitate cibi, virtualiter ordinat in medicinam, & non in sustentationem naturæ: Ergo id licitum est.

OCTAVA

OCTAVA conclusio, sumere pluries in die collationem per modum medicine ne noceat potus quando affligit sitis credo quod non est peccatum mortiferum, licet non sit laudabile: & ideo nec ampliandum sed potius restringendum. Hæc probatur, prius, quia multi viri pij aliās faciunt illud, qui non sunt facile condēnandi. Secundo quia adhuc ibi durat ratio propter quam licet accipere semel illam paruum quantitatem cibi ergo etiam licebit accipere secundo & tertio: dum modo non sit aliqua fraus ieiunij, nempe ne toties quis sumat illam paruum quantitatem cibi quod ex illis resultet magna, & ita sufficiat ad refectionem.

PRÆTEREA. Dubitatur, an qui pluries in die ieiunij comedunt, toties peccent mortifere, & præceptum ieiunij frangant, quoties vltra semel comedunt: & intelligo quæstionem de illis alijs refectionibus à prima, quarum quælibet per se sufficeret ieiunium frangere: non intendo de collatione, electuarijs, medicinis, & potu, quæ in die ieiunij solent vltra cœnam sumi, de quibus iam diximus. De hac quæstione sunt duæ opiniones altera est affirmatiua, nempe quod toties quoties quis comedit in die ieiunij vltra semel, peccat mortifere, frangens præceptum Ecclesie de ieiunio. Hæc est sententia Ioannis Metinensis in codice de ieiunio q. 5. & idem tenet Ioannes de Neapoli in suis quolibetis. Hi probant hoc, prius, quia præceptū de ieiunio est negatiuum, in eo quod continet, scilicet non esse vltra semel comedendum: at contra huiusmodi præceptum negatiuum est omnis comestio alia à prima, ex quo omnis alia resectio præter primam prohibetur.

SECUNDO idem probatur à simili. Si quis vouit castitatem perpetuam, toties peccat, quoties ad fornicationem volens accedit, vt communiter dicunt doctores: nisi forte debitum reddat vxori petenti, quia tunc non peccat contra votum, cum non voluntate sed necessitate reddat, quia debitum reddere creditori postulanti necessitatis est: peccabit autem quoties petierit, quia id voluntatis est non necessitatis: ergo etiam peccabit homo in die ieiunij toties, quoties vltra semel comederit, cum id voluntatis sit. Consecutio patet, quia non minus obligat Ecclesie præceptum quàm votum, &c.

TERTIO præceptum est sacerdotibus, ne vltra semel in die (extra casus exceptos) celebrent, & ideo toties sacerdos peccat, quoties vltra semel celebrat: ergo eadem ratione quoties quis vltra semel comedit in die ieiunij peccat.

QVARTO prohibitiua intentio Eccle-

sia quæ refectionem secundam prohibet in die ieiunij, etiam prohibet tertiam, & omnes alias refectiones à prima: ergo, &c. Probatur antecedens: quia Ecclesia in præcepto de ieiunio intendit quod homines per certam & præfinitam abstinentiam affligantur in die ieiunij, & corpus spiritui subijciatur, & mens ad diuinarum rerum contemplationes aptior reddatur, & Deo pro peccatis debita fiat satisfactio: ad hos fines ieiunia Ecclesiastica videntur instituta plurimum: Quia communiter non sunt ieiunia exultationis Ecclesiastica ieiunia, quæ ieiunia exultationis sunt instituta in gratiarum actionem: Nunc autem loquimur de ieiunijs penitentiae & mæroris. Sed ad prædictos fines non minus confert, immo magis, quod homo in die ieiunij abstineat à tertia & quarta & ab alijs sequentibus refectionibus, quàm à secunda: Quia magis finis ab Ecclesia intētus impeditur per plures refectiones, quàm per solam secundam refectionem, vt satis constat. Nec est verò simile quod Ecclesia præfatos fines intendens, velit secundam comestionem prohibere, per quam minus præfati fines impediuntur, & non alias.

QVINTO regula est communiter approbata (vt supra diximus) nempe quod quando alicui fideli ob causam aliquam permittitur, in die ieiunij ab Ecclesiastica regula in aliquo recedere, in tantum illi permittitur, in quantum se extendit ipsius causæ indigentia: ita vt si quis habet iustam causam comedendi pluries, absq; hoc quod carnes comedat, abstineat à carnibus: & si etiam habet causam sufficientem ad comedendum carnes, & non ad comedendum pluries, abstineat à pluralitate refectionum: ergo etiam si quis habet iustam causam ad bis comedendum, & non ad comedendum ter vel quater, videtur quod cum bis comederit teneri à reliquis comestionibus abstinere. Hæc sunt argumenta quæ hi doctores qui hanc affirmatiuam sententiam defendunt, pro se habent: nec inuenies vnamquam maiora.

ALIA est sententia negatiua, nempe quod solum peccat mortifere & frangit præceptum Ecclesie, ille qui in die ieiunij bis comedit, & tunc quando secundo comedit. Et hoc dico quantum est ex vi huius secundæ comestionis, nam alijs titulis poterit pluries peccare, ita quod tertio vel quarto comedit in die ieiunij, non frangit præceptum Ecclesie: & ita non peccat mortifere propter hoc quod tertio aut quarto comedit solum. Hæc est sententia Durandi in. 4. d. 15. q. 11. Idem dicit Syluest-

D ter in

ter in summa sua, verbo ieiunium. q. 8.
IDEM dicit Tabiena verbo ieiunium. q. 9. idem Paludanus in. 4. d. 15. q. 4. Idem dicit Caietanus. 22. q. 147. ar. 8. & in summa verb. ieiunium: & reddit ratione, quia non comedere nisi semel non cadit sub precepto nisi pro ut est conditio ieiunij, quod non est postquam quis bis comedit: & haec est communior sententia Theologorum, & est vera: & probatur prius, quia non sunt multiplicanda peccata quando non constat esse contra preceptum nec contra charitatem: at comedere tertio aut quarto in die ieiunij, non constat esse contra preceptum, cum doctores Theologi pro maiori parte dicant non esse contra preceptum. Et constat quod non est contra charitatem: ergo non est peccatum in die ieiunij comedere ultra secundam comestionem. Et haec sententia negatiua est sententia Antonini in secunda. p. titulo. 6. cap. 2. §. 9.
SECUNDO solum peccat quis contra preceptum de ieiunio quando ieiunium frangit, at solum frangitur ieiunium per secundam comestionem: nam quando quis tertio aut pluries comedit, iam ieiunium est fractum: ergo iam non peccat de nouo: peccat tamen grauius tertio aut pluries comedendo, quam peccaret si solum comederet bis aut semel post primam comestionem.
TERTIO si sumendo tertiam aut quartam refectioem, post secundam, peccaret homo nouum peccatum contra ieiunium, maxime quia committit aliquid, ad cuius oppositum obligatur: at in casu non tenetur homo a tertia & quarta refectioem abstinere, quia si ad id teneretur maxime ob preceptum de ieiunio: sed post secundam refectioem non manet preceptum de ieiunando illa die, quia iam est illi impossibile ieiunare illa die, postquam iam soluit ieiunium per secundam refectioem, & nec potest reintegrari.
QUARTO si imponatur homini preceptum de non transgrediendo aliquem limite signatum, & transgrediatur, non solum vno sed multis passibus ultra limite progrediendo, talis non peccat toties quoties passum passui addit ultra limite praedictum, sed in primo passu, quo limite transit: ergo ita est de ieiunio, cum Ecclesia limite in reficiendo posuerit, ita ut non liceat ultra vnicam refectioem progredi, peccabit quam primum ab vna refectioem progreditur, & non toties quoties ultra comederit: aut si imponatur preceptum de non frangendo vas aliquod, & homo semel percutit & frangit, peccat tunc cum primum frangit, non tamen postea si pluries rursus vas ipsum

percutiat:
QUINTO preceptum de ieiunio est preceptum affirmatiuum: ergo non obligat pro omni comestione, sed pro aliqua tantum, quae est secunda: nempe quod non vtatur homo illa secunda refectioem, quia sola illa refectioem soluitur ieiunium, &c. Sexto preceptum de ieiunio est preceptum humanum, & pontifices sciunt quod Theologi vt plurimum interpretantur illud illo modo, nempe quod solum transgreditur in secunda refectioem, & tacent: ergo illud est tenendum, quia praedictum preceptum obligat secundum intentionem ipsorum pontificum: & ex hoc quod pontifices sciunt Theologos dicere quod illud preceptum non frangitur nisi in secunda comestione, & tacent: constat solum hanc esse suam intentionem, & quod non intendunt obligare aut prohibere tertiam vel aliquam aliam refectioem ultra secundam: ergo haec sententia negatiua est vera.

AD PRIMVM argumentum in oppositum nego antecedens, quia vt iam dixi preceptum de ieiunio est affirmatiuum, solum dicunt pontifices, ieiunare omnes tali die: & includit negatiuum solum quantum ad hoc, si non solvatis ieiunium, & solum soluitur per secundam comestioem.

AD SECUNDM concessio antecedente nego consecutionem: ratio est manifesta, quia vouens castitatem per votum, intendit se obligare ad semper, & pro semper. i. quod nunquam nec. 2. nec. 3. experietur venera delectationem: & Ecclesia per preceptum de ieiunio non intendit hoc vt dictum est.

AD TERTIVM eodem modo concessio antecedente nego consecutionem, quia in precepto de non celebrando in die nisi semel intendit Ecclesia quod nec tertio nec quarto celebratur, quia multoties in die celebrando, fieret irreuerentia sancto sacramento, vt diximus in. p. 4. de Eucharistia: non tamen intendit hoc in precepto de ieiunio.

AD QVARTVM nego antecedens: & ad probationem nego consecutionem, quia fines precepti non cadunt sub precepto, & Ecclesia non intendit nisi quod non solvatur ieiunium, & postquam solutum est ieiunium, ia Ecclesia nihil praecipit circa ipsum ieiunium.

AD QVINTVM concessio praedicta regula, nego quod sit idem de precepto ieiunij, propter dictas rationes, &c. Sed contra, si quis comodat decies carnes in die prohibito, peccat decies: ergo si quis comedat, licet non carnes, in die ieiunij decies, peccabit decies: ad hoc dico quod non est simile, quia preceptum de non comedendis carnibus est negatiuum, preceptum autem de ieiunio est affirmatiuum, vt diximus, & non obligat pro semper:
PRÆ-

PRÆTEREA Dubitatur, an ille qui in principio quadragesimae proponit se non ieiunaturum aliquo die in tota quadragesima, & ita nulla die ieiunat, peccet nouum peccatum in qualibet die quadragesimae? Ad quod dico quod hoc potest contingere duobus modis: vno modo ita quod in initio quadragesimae non habuit generalem intentionem non ieiunandi in tota quadragesima aliquo die, sed habuit se negatiue, vel quia non aduertit, vel si aduertit suspendit actum, vel proposuit in genere ieiunare, sed postea in qualibet die in particulari, habet intentionem non ieiunandi, & non ieiunat: & hoc modo non est dubium nisi quod quotidie peccat mortifere: probatur, quia illi nolitiones sic habet quod vna non depedit aut sequitur ex alia: ergo quolibet est distinctum peccatum mortale ab alio: quia quolibet die ille omittit preceptum quo adstringebatur ad ieiunandum, distincta omissione.

SECUNDO modo potest hoc contingere ita, quod in principio quadragesimae habeat quis intentionem communem, non ieiunandi aliquo die in tota quadragesima, & postea singulis diebus habet particularem intentionem non ieiunandi illa die. Et hoc modo dicit magister Martinus Parisiensis in suo codice de temperantia, quod solum peccat ille quando in communi voluit non ieiunare aliquo die in tota quadragesima: & probat, quia alia volitiones quae postea sequuntur ad non ieiunandum in hac vel in illa die particulari, sequuntur imperatiue ex praecedenti generali, sicut actus externi ex internis: ergo non habet nouam malitiam a prima communi intentione quam habuit: & conformiter ad istum modum esset etiam dicendum, quod si quis in principio diei ieiunij, in communi proponeret, non ieiunare illa die sed pluries comedere, & postea comedit, & habet plures volitiones particulares comedendi, non peccat de nouo in illis particularibus volitionibus comedendi, sed solum peccauit in priori illa communi intentione. Et eodem modo diceret hic modus, quod si quis proposuit semel in communi occidere decem homines, & postea occidit quemlibet illorum seorsum, & habuit sic distinctam volitionem occidendi nunc hunc & nunc alium, non peccat in illis particularibus volitionibus & occisionibus, sed solum peccauit in communi, illa intentione occidendi illos decem homines. His tamen non obstantibus oppositum dicunt Syluester & Tabiena & Caietanus vbi supra, & communiter alij Theologi, quibus & ego subscribo. Et Martinus Parisiensis fallitur tam in conclusione quam in eius fundamento: & probatur, prius, quia in casu posito, homo ille

de nouo peccat per singulas illas volitiones non ieiunandi singulis diebus illicitas: probatur. Omnis actus humanus libere & scienter contra preceptum elicitus, est peccatum, & ad propriam poenam imputabile, quandoquidem Deus poenam comminatur his qui mandata Dei vel praetorum contemnunt: talis est volitio illa particularis sequens priorem generalem. Nam non obstante priore volitione generali, de violando totius quadragesimae ieiunio, adhuc manet homo obligatus ad quadragesimam ieiunandum: & ad recedendum ab illo modo proposito: ergo si post illud proposuit generale, eliciat volitionem singularem, qua nolit hac die quadragesimae ieiunare, precepto contra venit volens & libere: ergo peccat.

SILCVNDO actus hominis qui ob suam malitiam sufficit gratiam praehabita demeritorie corrumpere, est peccatum ad propriam poenam aeternam imputabile: At talis est illa volitio particularis, de non ieiunando hac vel illa die occurrente: maior est nota, probo minorem. Si homo ille post communi praedictum proposuit desistat, & penitentia ductus quod agere debet, firmiter proponat. & si opus sit de commissis doleat, & confiteatur, & in Dei gratiam redeat: deinde adueniente die ieiunij, eliciat volitionem non ieiunandi in die illa, manifestum est per huiusmodi volitionem, illum hominem peccare, & gratiam in qua erat amittere: ergo per illam talem volitionem de nouo peccat mortifere, & noua poena dignus constituitur: ergo etiam si a priori proposito communi homo ille non recederet, & adueniente die ieiunij volitionem particularem eliciat, qua nolit illa die ieiunare, absque dubio ultra culpam prioris communis volitionis, nouam in illa volitione particulari incidit, cum huiusmodi particularis volitio eiusdem rationis sit, nec essentia mutet per hoc quod hominem penituerit prioris propositi, vel non penituerit.

TERTIO si per hoc quod illae volitiones particulares fiunt in virtute prioris communis propositi, propriam malitiam aut imputabilitatem non haberent, sequitur quod si quis proposuit vnquam se velle diuina praecpta in omnibus & semper seruare, aut contra proposuit se in nullo velle euangelice legi parere, quod quidquid postea homo agat, siue secundum legem Dei, siue contra eandem, nec mereri nec demereri etiam si homicida sit, & adulter & mendax & latro & infidelis, Christianos persequens: sed solum meritum vel demeritum erit in illo generali proposito in initio habito. Et ita si quis adultus baptizetur, cum in baptismo si



Articul. sextus

An vsus carniū soluat ieiunium?

Sanctus Tho. vbi supra art. 4. quæst. 2.



AD SEXTVM sic proceditur, videtur quod vsus carniū ieiunium non soluat, quia ieiunium est institutum, ad cōprimendum concupiscentiā,

sed vinum magis inflamat concupiscentiam quam carnes, cum ergo potus vini nō soluat ieiunium, nec esus carniū soluet.

PRÆTEREA sicut in diebus quadragesimalibus abstinetur à carnibus, ita ab ouis & lactinijs: sed in diebus ieiunii quidam lactinijs & ouis vtuntur: ergo & carnibus vti possunt sine hoc quod ieiuniū soluetur.

SED contra est generalis consuetudo Ecclesie quæ ieiunantibus vsum carniū interdicit.

RESPONDEO dicendum quod ille dicitur ieiunium Ecclesie soluere, qui statutū modū abstinendi ab Ecclesia non seruat: cum autē ieiunium Ecclesia instituerit ad satisfaciendum, & concupiscentiam reprimendum, sicut determinauit abstinentiam ieiunii quantum ad numerum, vt. s. semel tantum ieiunās comederet, ad afflictionem carnis propter satisfactionē: ita taxauit vt à carnibus abstineret, quia hoc genere cibi præcipue concupiscentia fouetur & roboratur. Vnde comestio carniū ieiunium soluit ab Ecclesia institutum.

AD PRIMVM ergo dicēdū quod vinū cōcupiscentiā incitat inflāmādo per modū alterationis. & quia tales alterationes nō diu manēt: ideo potus vini non adeo efficaciter operatur ad cōcupiscentiā fomētū sicut esus carniū, quo præcipue materia cōcupiscentiæ ministratur. & calor naturalis cōfuriatur radicius magis & ex alia parte subtractio vini inijs debilitaret naturam, propter digestiois impedimentum.

AD

dem & legē euāgelicā profiteatur, promittēs aut proponēs in lege Christi viuere, quod quidquid boni post fecerit, aut pro Christo passus fuerit, etiā mortē, in nullo tali aliquod nouū præmiū merebitur. Pōtiffices etiā Iudæorū & Iudæi, qui proposuerant Christū occidere non peccassent de nouo, hoc suū pessimū propositum ad effectum deducendo, nouas volitiones executionis imperatiuas eliciendo: vnde aperta sunt inconuenientia & errores qui ex præfato modo sequuntur: ergo non est verum id quod ille doctor dicit.

Q VARTO decipitur ille prædictus doctor in hoc quod æquiparat præfatas volitiones particulares, actibus exteriorib⁹ imperatis, quoad rationē bonitatis vel malitiæ. Nā exterior actus in se nullā habet libertatem, ideo non mirum si nullā habeat propriam bonitatem aut maliciam, cū naturali quadā necessitate sequatur ad actū elicītū imperantem. Volitiones autem particulares præfate & in se liberę sunt, & nulla necessitate naturali consequuntur ad propositū antiquum commune præfatum, etiā si quodāmodo eius virtute prædictæ fiant volitiones: itaq; propositum illud generale præcedens, non tollit ab actib⁹ voluntatis sequētib⁹ bonitatē aut malitiā, quam illo non præcedente haberent.

SED forte aliquis volens præfata opinio nem defendere, diceret illam non esse intelligendam, quando inter propositum cōmune ab initio habitum, & volitionem particularem illius executiuam, mediat tempus, secundū quod procedūt positæ impugnationes, sed intelligitur in casu quo permanēte generali proposito efficaci, & oblata materia, elicitur volitio particularis illius propositi executiua. Nam his stantibus, illa volitio particularis, necessitate quadā sequitur ad propositum commune: & ita huiusmodi particularis volitio in se nec bona est, nec mala, sed eius bonitas, aut malitia quam alioqui haberet, includitur in illo proposito generali, vnde necessario consequitur. Hoc etiam falsum est: quia illa volitio particularis quæ sequitur illam generalem etiam libera adhuc est adminus in sua causa, quia potest homo & tenetur tollere illam volitionem generalem ex qua sequitur particularis, & hoc potest pro tempore pro quo sequitur illa particularis: ergo etiam tūc est libera qua vult agere oppolitum ad præceptum, ergo est peccatum per se.

IN cōfessione autem sufficit dicere, accuso me pater quod non ieiunauī aliquem diem in hac quadragesima: quia ibi explicantur omnia illa peccata.

AD SECVNDVM dicendum, quod quadragesimale ieiunium arctius obseruatur quam alia ieiunia: quia eo Christi ieiunium secundum modum nostrum imitamur, & ideo quamuis vsus casei & ouorum in quadragesima sit generaliter interdictus, tūc in alijs ieiunijs apud diuersos, in his est diuersus abstinentiæ modus.

IN HOC articulo. 6. Respondet doctor vnica cōclusiōe, quæ sic habet. Per esum carniū soluitur ieiunium Ecclesie, quia sic Ecclesia instituit sub præcepto vt ieiunantes abstinere à carnibus: ergo & hæc sanctus Tho. Ex multis quæ iam supra diximus & ex hoc articulo colligitur, tria cadere sub præcepto ieiunii: vnū est hora certa prandij secundū consuetudinem patriæ, per pontiffices & pios Christianos probatam. Alterū est vnica sola comestio eo modo quo superius exposuimus. Tertium est abstinentia à carnibus simpliciter, in omni ieiunio Ecclesiastico: & in ieiunio quadragesimali et ab ouis & lactinijs, & in alijs ieiunijs ab ouis & lactinijs abstinentum est, secundum laudabilem consuetudinem.

DUBIUM PRIMUM. **D**VBITATVR prius, an recte Ecclesia prohibuerit esum carniū & aliorum ciborum? Ad quod aliq; fuerunt & sunt, damnantes huiusmodi ciborum delectum tanquam sacris literis repugnantem, sed hi sunt & fuerunt hæretici dicentes quod huiusmodi ieiunium, quo humanū corpus per abstinentiam à certis cibis affligitur, nō est Deo gratum, nec acceptum: Probant hoc, prius per illud Esaiæ. 58. Nunquid tale est ieiunium, quod elegi per diem affligere hominē animā suā? Et sequitur, nonne hoc est ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes: vbi propheta docet illud ieiunium Deo esse gratū, quo homo à peccatis continens, opera charitatis in fratres exercet.

SECVNDO Luce. 10. dicit Christus seruator noster, in quacunq; ciuitatem introieritis, quæcunq; apponentur vobis comedite. Et Math. 15. ait dominus. Nō quod intrat in os coquinat hominem. Ex quibus docentur Christiani ad libertatem euāgelicā pertinere, posse hominem omnibus cibis indifferenter vt, concessumq; esse à Christo hominibus, vt omnibus cibis indistincte vescerētur. Ac proinde Ecclesia ieiunium iactans, cum prædicta ciborum discretionē videtur euāgelicæ veritati repugnare.

TERTIO ad Ro. 14. videtur Paulus reproba-

re huiusmodi ciborum delectū, dicens, non est regnū Dei esca & potus. Et priore, ad Cor. 8. Esca nos non commendat Deo. Nec. n. si manducauerimus abundabimus, nec si non manducauerimus deficiemus. Et ad Colo. 2. ait, nēo vos iudicet ī cibo aut potu: significās fidelem in cibis discretionem facere non debere.

Q VARTO priore, ad Timo. 4. inquit Paulus, in nouissimis temporibus decedent quidā à fide, loquentes mendacium, prohibētē nubere, & abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cū gratiarū actione, fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem: ergo contra fidē est prohibere, ne cibis nobis à Deo concessis fruamur.

HIS tamen non obstātibus, ad dubium respondetur vnica cōclusiōe affirmatiua sic habens: Ecclesia sanctē & optime instituit ieiunia etiā cū delectu ciborū. Hæc probatur, quia constat ieiunia esse approbata, tā in veteri quam in nouo testamento, legitur. n. Zacha. 8. Deum instituisse ieiunium quarti, quinti, septimi, & decimi mensis: cui in lege euāgelica correspondet ieiunium quatuor temporū, quāquā nec ob eādē causam, nec in eisdē mēlibus Ecclesia huiusmodi ieiunium quatuor tēporū obseruet, quibus Iudei præfata quatuor ieiunia obseruabant. Illi. n. in Iulij, Augusti, Octobris, & Ianuarij mensibus sua celebrabant ieiunia: Iulius siquidem erat secundū eorū cōputationē quartus mensis: Ecclesia vero ieiunia quatuor tēporum in Martij, Iunij, Septēbris, & Decēbris mensibus celebrat, de quibus quilibet videre poterit. d. 76. cap. de ieiunio. & cap. ieiunium.

SECVNDO probatur Ioelis. 2. cōuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu, &c. Alia etiā ieiunia ante Ioelis tempus, quādo Deus p̄ se populū suū regebat, legitur Iudeis iniūxisse, vt ex Leuitico patet. Thobias etiā cap. 12. ait: bona est oratio cum ieiunio: vnde patet ieiunia in veteri testamento esse approbata.

TERTIO quod etiā in nouo testamento sint cōmendata & approbata ieiunia. Probatur & prius exēplo Christi, quæ constat quadragesima diebus ieiunasse, qui etiā de ieiunio loquēs ait Mat. 6. Tu autē cū ieiunas vnge caput tuum. Et Mat. 9. inquit, veniēt dies quando auferetur ab eis sp̄olus, & tūc ieiunabūt. Quod ab Apostolis legitur adimpletū. Actū. 13. & 14. Intolerabiliter ergo errāt hæretici dicētes ieiunia Ecclesiastica male esse instituta. Quorū error sæpe ab Ecclesia est reprobatus; & hic fuit error vegardorū, & Ioānis Hus, & aliorū multorū, atē illos ī cōcilio Gāgrēsi, Cōstātiēsi, & alijs aperte dānatus.

SED quia forte hi hæretici dicent ieiunia per eos non damnari, nisi ea quæ sunt

eum delectu ciborum, quia discretionem ciborum ipsi damnare videntur, & non ieiunia quæ dicunt sine delectu ciborum seruanda esse: quia in scripturis non commendatur ciborum delectus, sed ipsum solum ieiunium commendatur. Ideo dico quod etiam ciborum delectus approbatur & commendatur in sacris literis.

ET probatur prius: quia Deus benedictus ex cibis naturæ humanæ conuenientibus quosdam hominibus cōcessit, quosdā autē prohibuit aliquo tēpore, vt constat Gene. 2. prioribus illis hominibus quos cōdidit, cōcessit vt de omni fructu paradisi comederent, excepit tamen statim lignum sciencæ boni & mali. Deinde post diluuium Gene. 9. cōstat dominū concessisse hominibus, vt carnibus animalium vescerentur, à sanguine tamen abstineret: post modum etiā Leui. 14. notū est Deum in lege Iudæis prohibuisse ne carnes immundas comederet, quas nō natura, sed lex & prohibitio immundas fecit: ergo ciborum delectus in veteri instrumento approbatur.

SECUNDO cōmēdat etiam Danielis. ipse Daniel & socij ei⁹ qui cū sub regis Ethnici potestate essent, à cibus regis abstinuerunt. Et Ionadab à vino, Hiere. 35. Et Ioannes Baptista à carnibus, Math. 3. cui cibum præbebant locustæ. Apostoli rursus actū 15. post inductā legē euangelicā, homines à suffocato & sanguine abstinere sanxerūt: Ex quibus omnibus constat nō modo literis sacris, non ouiare ciborum discretionē, sed per easdē in multis locis esse comprobatā. Vndē non mirū est si Ecclesia cum ciborum delectu instituerit: & oppositū dicere est hæresis sæpe dānata. Vndē diuus August. in lib. de si dei orthodoxæ definitionibus, ait, temperare esum carnium proprie Christianorū est: & post, æquare nuptias virginitati & nihil meriti putare esse in abstinentia à carnibus & vino, non Christiani, sed loquutiani est. Sunt etiam pro hac veritate catholica exēpla & mores sanctorū, qui, vt suæ referunt historiæ, omnes à multis cibus abstinuerunt in vno tempore potius quā in alio: & idē semper in Ecclesia Dei fecerūt viri pij & religiosi, & in hoc maximā laudē sibi conciliauerunt. Verū velle rē tam certā & toties ab Ecclesia declaratā & probatā, latius probare est mittere aquā in mare, idē superuacaneū est diutius ibi immorari.

AD PRIMVM ergo argumentū in oppositā partem dico, quod Deus illic apud Esayā non reprobatur ieiunium cum delectu ciborum factum, sed eius inutilitatē declarat, quando aliter quā debetur fit, hoc est quādo exterius ieiunando à cibus quis abstinet, cum tamē à peccatis non cesset aut desistat, fiduciā præcipuam in ipsa exteriorē cæremonia collocās. Tale n. ieiunium cui peccata committuntur

nec in gloriā Dei fit, nec dignū est quā Deo acceptetur. Quod n. ieiunium si quæadmodum debet fiat, Deo gratū fit, declarat scriptura, per quam docemur Deū ob ieiunia à peccato ribus assumpta, sæpissime placatum esse.

AD SECVNDVM autē ex Luca, & Math, adductum, dico quod illud dixit Christus redemptor ad extirpandū cæremōnias legis, ex quibus vna erat vt cibos aliquos veluti immundos reputarent, & ab eisdē velut talibus abstineret, specialiter ab his quæ essent immolata seu oblata: quos cibos comedendos esse cum gratiarū actione, his qui illesam habent conscientiam, docet Paulus ad Ro. 14. & priore ad Cor. 8. quæ autem secundū legē immunda erant, iam non immunda, sed purificata esse, ex actibus Apostolorum, cap. 10. constat, ex illa visione quæ Petro apparuit in somnis qui cū de animalibus immundis ederet dubitaret, tanquam adhuc immunda essent, vocem diuinitus audiuit dicentē: quod Deus purificauit tu ne cōmune esse dixeris, id est impurū: cum quibus stat, posse hominem Christiānū à certis cibus ob causam aliquā abstinere, Ecclesiamq̄ id ipsum instituere, in nullo veritatem aut euangelicā libertati contraueniens, qua libertate, à iudaicis cæremōnijs nos liberauit.

ET si obijciat Ecclesiam huiusmodi ieiunia instituentē, tollere à Christianis libertatē ac licentiā cibus indifferēter vtendi, quam tamē Christus illis concessisse videtur: ergo contra libertatē euangelicā est, hominem ad abstinentiam à certis cibus adstringere.

AD hoc dico, quod libertas hæc euangelica in ciborum vsu ea est, qua Christus legem veterem cibos aliquos verantem, cui Iudæi obnoxij erant, reuocauit, liberum vnicuiq; relinquens atq; permittens, vt cibus omnibus, si velit vtatur: ita vt non amplius cibos aliquos quos lex immundos esse dicebat veluti immundos abijciat: qua libertate existente liberum est homini se ipsum per votū, aut iuramentū adstringere ad quorundam ciborum nō vsū quamuis non ob legalē causam. Liberū est etiam Ecclesie ob causam Christi fidelibus præfatā licentiā in aliquo restringere, secundum quod Christi fidelibus expedire iudicauerit.

EXEMPLO hoc constat: quia in initio mundi, licitum erat vnicuiq; ex Dei ordinatione rebus omnibus temporalibus ad sui vtilitatē vt, quando omnia omnibus erant cōmunia: & cum postea huiusmodi licentiā per leges humanas est coarctata, facta rerum diuisione atq; appropriation. Similiter stādo infra terminos iuris diuini & naturalis, vnicuiq; licitum erat in. 3. & 4. gradu, consanguinitatis vxorē ducere: & tamen Ecclesia huic licentiæ ob causam rationabilem terminū

posuit: ergo sic potest Ecclesia, non obstante licentiā ac libertate euangelica cibus indifferēter vtendi, huiusmodi licentiā limitare: quæadmodum stādo solum intra limites euangelij liberum est vnicuiq; pluries in die comedere, sed hanc licentiā cōstat per Ecclesiam posse coarctari. Additur etiam quod & si Christus omnibus concesserit libertatē cibus indifferēte vtendi, idq; in communi: quando autē & quomodo ipse particulariter non instituit, reliquit tamen suo vicario instituendū, sicut & multa alia.

AD TERTIVM ex diuo Paulo sumptū dico quod diuus Paulus frequenter in epistolis suis eos qui ad fidē cōuertebantur, nitebatā iudaicis cæremōnijs reuocare. Putabant n. in hoc, ipsorum salutem consistere, quod iuxta legem à cibus vitetis abstinerent, quasi in hoc & nō potius in operibus charitatis & fide salutē humana consisteret. His igitur qui ad eodē legis cæremōnijs confidebant, docet Apostolus inutilem esse delectum ciborum, nō ita alijs qui ita à certis cibus abstinere, vt officijs charitatis intendentes nil ieiunia prætent, nisi deo satisfacere, & sētialitatē ratiōi subijcere.

AD QUARTVM dico, quod loquitur contra hæreticos qui nuptias damnāt, & cibos multos adhuc post euangelicā libertatē immundos esse reputāt, quasi diuino iure illicitū sit illis vt, Tales fuerunt Manichei & alij quorū error in cōcilio Gangrensi damnatus est, vt habetur. 30. d. in principio.

PRÆTEREA. Dubitatur an illi qui non teneantur ieiunare in die ieiunij, teneantur abstinere à carnibus & lacticijs, & videtur quod non, quia communiter parentes dāt pueris suis tempore ieiunij oua & lacticia, ergo, &c. Ad hoc respondet Caiet. 22. q. 147. ar. 8. quod adultis non licet vesci carnibus nec alijs ahibitis cibus in die ieiunij. Probat quia consuetudo Christianorū & voluntas prælatorū sic declarat præceptū ieiunij, nempe quod esto quis ex defectu ætatis aut ex alia rationabili causa non teneatur ieiunare, non idē comedat carnes aut lacticia in die ieiunij. Vndē agricolæ & alij qui ob laborem excusantur à ieiunio, vt supra diximus, non possunt licite in die ieiunij vesci carnibus & lacticijs sine noua dispensatione: & ad argumentum in oppositum de pueris, dico quod quando sunt paruuli ante vsum rationis vel parum post, videtur quod sit consuetudo & quod pontifices rationabiliter illud permittant, nempe quod paruuli in die ieiunij vescantur ouis & lacticijs: idē in hoc stāndum est consuetudini.

PRÆTEREA. Dubitatur, an illi qui vendūt cœnas in die ieiunij, scientes moraliter quod qui emunt, emunt ad cœnandum, peccant mortifere: & videtur quod ita, quia consenti-

unt peccato aliorum: quia dant illis occasionem peccandi. Ad hoc dico quod illi vendentes cibos ex officio et in die ieiunij nō peccant, esto sciant quod ementes emunt ad cœnandum. Probat, quia vendere cibos in republica est actus de se licitus: ergo non est dimittendus propter aliorum malitiam.

SECUNDO illi vendentes cibos in die ieiunij non inducunt alios ad cœnandum, nec dant illis occasionem ad cœnandum, quia alij de se mouentur & volunt cœnare, quam volitionem illi vendentes impedire non possunt nec tenentur.

TERTIO probatur quia in tota Ecclesia vendentes cibos, ita bene vendunt in die ieiunij sicut in alio die, & ita in vespere diei & nocte sicut mane & meridie, & in hoc non reprehenduntur à pontificibus: ergo non peccant quia si peccant omnes ipsi vendentes, peccaret etiam pōtifices prædicatores & rei publicæ gubernatos qui vident & sciunt & nō corrigunt. Ergo, &c.

AD ARGUMENTUM in oppositum, nego quod illi vendentes communicent peccato ementium, nec illis dent occasionem peccandi.

PRÆTEREA. Dubitatur an domini peccando cœnam seruis suis, cum sciant eos teneantur ad ieiunium: Et videtur quod ita quia cōsentiant peccato ipsorum seruorum, & mouent eos ad cœnandum, & vocant eos ad illū finem vt cœnent, immō non darent eis cœnā ad alios fines nisi vt cœnent, quia non darent eis cœnam vt venderent. Ad hoc dico & sit prima propositio, certum est quod domini teneantur admonendum suos seruos & famulos, sicut alios proximos: probatur, quia si quis suorum & maxime domesticorum curam nō habet, infidelis est & infideli deterior, ergo male faciunt domini non admonentes famulos suos etiam minis si opus fuerint vt ieiunent, debent domini inducere famulos suos dicentes, si ieiunaueritis dabo vobis bonum prandium, & si nō, habebitis malū prandium & peiorē cœnā, & tenentur eos corrigere per modū correptionis fraternæ.

SECUNDO dico, quod si nō possunt domini eos adducere vt ieiunent, possunt suis famulis dare cœnā. Probat: quia non tenentur domini dimittere seruos aut alūnos si nō ieiunāt, quia Ecclesia nō adstringet eos ad hoc, & quia esset grauissimū & magna tētatō obligare dominos ad expellendū suos alūnos si nō ieiunēt quādo Ecclesia præcipit Christianos ieiunare, quia nō inuenirēt domini famulos si nō dant eis cœnā etiam in die ieiunij.

ET ad argumentū in oppositā partem nego quod cooperentur domini famulis in peccato, sed solum præsentant obiectum: sicut scæmina pulchra se repræsentant videntibus bonæ fide & bono fine exiens à do-

*Dubium
quartum*

*Dubium
secundū.*

*Dubium
tertium.*

Secunda. 4. quæst. 17. art. 6.

mo, & esto videntes eam concupiscant non communicat peccato illorum, quia solum representavit obiectum, non vtantur alij male eo, & suo visu: sic domini nollent quod famuli cœnarent, sed ita quod non possunt illos adducere, solum representat eis obiectum, non abutuntur illo ipsi alij, quod si faciant sibi imputabitur & non dominis qui non potuerunt illos ad ieiunium adducere.

EX quibus etiam colligitur, quod non tenetur domini expellere à domo seruum vel famulum concubinarium si non possunt eum à suo concubinato reuocare: hoc probatur quia nullo præcepto ad hoc obligantur, sed solum obligantur domini ad corrigendū suos famulos sicut alios & plus, ex præcepto correctionis fraternæ.

SECUNDO probatur: quia non tenetur domini expellere à sua domo seruum aut famulum infidelem, vt sarracenum: ergo nec concubinarium: consecutio probatur, quia grauius peccatum est infidelitas quam concubinitas: assis est notum, quia Christiani alias pij habent seruos infideles, & non reprehenduntur, nec de illo continentur in sua confessione: ergo. Nec comunicant propterea peccato illorum seruorum, sed vtuntur iure suo in suas licitas utilitates, sicut etiam vtuntur Christianus licite in suas utilitates iuramento infidelis per suum idolum aut falsum Deum.

Dubium quintum
P R Æ T E R E A. Dubitatur an sit licitum & laudabile abstinere perpetuo ab aliquo certo genere alimentorum, et in extrema necessitate?

ET videtur quod non: prius, quia homo tenetur conseruare propriam vitam per alimentum: ergo vbi non est aliud alimentum nisi illud à quo perpetuo volebas abstinere, et eris vti illo. SECUNDO arguitur: quia si licet ab aliquo alimento perpetuo abstinere, maxime ratione voti vel iuramenti, quale Cartusienfes dicuntur habere, sed hoc non, ergo: probatur minor: quia votum debet esse de meliori bono, vt ait. S. Tho. 22. q. 88. & Theologi communiter in. 4. d. 38. & ad minus illud quod sine voto est malum, ratione voti non fit bonum: vt si malum est hominem se inebriari, ratione voti non fit bonum, sed abstinere à cibo possibili in extrema necessitate secluso voto, est peccatum mortiferum: ergo etiam posito voto. Inmò tunc egregie procedit illa regula iuris, In malis promissis rescinde fidem.

TERTIO arguitur, si quis emitteret votum abstinendi à carnibus aliquo tempore, & non esset votum vitæ regularis, aut non esset imperpetuum sicut vouent Cartusienfes, sed esset solum pro aliquo tempore, & in illo tempore occurrit extrema necessitas, & sic emittitur votum, non obitate extrema necessitate. profecto votum illud esset stultum & illicitum: at non redditur melius votum, quatum

est de se eo quod emittatur imperpetuum & in extrema necessitate: ergo, &c. Et confirmatur, quia plus obligat lex diuina quam votum, at iudeus in extrema necessitate tenebatur comedere carnes suillas alias phibitas: ergo etiam Cartusienfis qui habet votum perpetuum abstinendi à carnibus.

Q VARTO Cartusienfi vel alio habenti sic votum abstinendi à carnibus imperpetuum, liceret in extrema necessitate comedere carnes, ergo tenetur: probatur consecutio, omnis qui habet medium licitum ad conseruandam vitam sine detrimento alicuius alterius tenetur illo medio vti, & vitam conseruare, Ergo, &c. Antecedens videtur notum, quia de iure naturali tenetur quis vitam conseruare, sed votum non tollit legem naturalem, ergo in extrema necessitate licitum erit habenti votum de non comedendis carnibus, comedere: Ergo, &c.

Q VINTO nulla lex humana deobligat à diuina, sed votum est peculiaris lex quæ nascitur ex voluntate humana: ergo non deobligat à naturali & diuina quæ præcipit conseruare vitam, ergo, &c. In oppositum est authoritas & consuetudo religiosissimi ordinis Cartusienfium, vbi pro nulla necessitate violatur abstinencia à carnibus: nec valet dicere quod nunquam accidit necessitas extrema, quia credendum est quod aliqui obierunt, eo quia non comederunt carnes.

PRO dissolutione huius quæstionis respondet Gerson in proprio tractatu de abstinencia Cartusienfium, duabus conclusionibus in sententia, quarum prior est: Cartusienfis in extrema necessitate constitutus, secluso scandalo, tenetur comedere carnes. Secunda conclusio est, si ex tali esu carniū sequitur scandalum, nempe dissolutio ordinis & religionis: tunc tenetur Cartusienfis non comedere carnes: & eadem conclusiones constituit Maior, in. 4. d. 38. q. 24. & Martinus Parisiensis in. q. de abstinencia: & hi probant priorem conclusionem. Prius, quia ille qui in extrema necessitate moritur propter hoc quod noluit vesci carnibus cum possit, occideret se ipsum non comedendo, iuxta illud diui Ambrosij dictum, pace famem morientem: si non paupis occidisti.

SECUNDO nulla lex humana potest deobligare à diuina & naturali, sed hic qui est in extrema necessitate, tenetur lege diuina & naturali in tali necessitate comedere etiam carnes vt conseruet vitam: ergo vera est prior conclusio.

TERTIO nulla constitutio contra charitatem habet locum: at tale votum prædictum & constitutio est contra charitatem: ergo non habet locum, &c. SED CONTRA primam conclusionem arguitur: 2. Machabeorum. 6. Machabei, cum circumstantia mortis abstinuerunt à carni-

Secunda. 4. quæst. 17. art. 6. fo. 213.

caribus suillis. Ergo licet etiam Carthusienfi in quacunque necessitate abstinere a carnibus.

AD hoc respondet Gerson, quod Machabei tenebantur abstinere, quia obligabantur lege diuina, & non est transgredienda lex diuina pro corporalis vitæ salute, & quod David (infert Gerson) comedendo panes propositionis peccasset nisi habuisset reuelationem. Maior autem aliter respondet dicens, quod Machabei tenebantur ratione scandali alias debuissent comedere: vnde illo secluso in extrema necessitate liceret comedere illas carnes quæ alias erant prohibitæ, quia maior est obligatio quam habet quis ad seruandum vitam suam, quæ obligatio alterius legis de non comedendo carnes suillas. Et ita Almain in moralibus cap. 3. dicit: quod non solum licet prædictis hominibus in extrema necessitate comedere carnes, sed tenentur eas comedere quantumcunque habeant votum abstinencia a carnibus.

EX quibus omnibus colligit Gerson, quod si constitutio Cartusienfis diceret quod non comederet carnes etiam in extrema necessitate, sub pena peccati mortalis, non esset excusanda ab iniquitate.

AD præpositam quæstionem ego dico duabus propositionibus: quarum prior est, opinio Gersonis & Maioris est probabilis, maxime declarando illam, vt ipsimet doctores declarant: nempe quod ratione scandali potest abstinere in extrema necessitate Cartusienfis, vel habens votum abstinendi a carnibus: late capiendum scandalum. i. quod si ex hoc quod Cartusienfis illa occasione vesceretur carnibus inciperet dispensatio in casibus periculosis quidem, sed paulatim traheretur ad multos casus, & omnes graues morbi essent occasio soluendi abstinencia illam a carnibus, & cum medici augeant opinionem, & timorem mortis in egritudine, passim & facile in infirmitatis Cartusienfium infirmi vescerentur carnibus, & periret illa religiosa obseruantia & abstinencia a carnibus: vnde tateatur Gerson quod ne hoc malum eueniat, licite & laudabiliter Cartusienfes abstinent a carnibus perpetuo: sed si in euentu occulto vbi non posset nasci occasio talis destruendi obseruantiam religiosam, Cartusienfis indigeret carnibus sic extremelice comederet ait Gerson.

SECUNDA conclusio mea est, etsi opinio Gersonis sit valde probabilis, probabilius est quod Cartusienfes & habentes votum vitæ regularis abstinendi a carnibus, licite & meritorie ab illarum carniū esu abstinent etiam in extrema necessitate, & scandalo secluso. i. esto, non sequatur scandalum si comedant illi prædicti vouentes ipsas carnes.

HÆC probatur, & prius, si comedere carnes in extrema necessitate est præceptum iuris diuini, vt Gerson & alij dicunt, esset scandalum Phariseorum illud quod sequeretur ex illo esu carniū, de quo non est curandum nec reddenda ratio, iuxta illud dictum Christi seruatoris: sinite illos qui ceci sunt & ducet cæcorum, Mat. 15. Et tunc etiam habet locum dictum diui Gregorij, nempe, facilius scandalum nasci permittitur, quam quod veritas relinquatur.

SECUNDO, secundum hos doctores ille prædictus vouens qui in tali casu abstineret a carnibus, faceret contra præceptum negatiuum, nempe contra illud non occides: sed certum est quod contra præceptum negatiuum nunquam licet agere etiam ratione scandali, ergo quod liceat Cartusiensem abstinere in prædicto euentu, non est ratione scandali.

TERTIO sequeretur ex opinione Gersonis, quod quotiescunque esset periculum moriendi ex abstinencia a carnibus, tenerentur illi vouentes comedere: consequens est falsum, ergo: sequela probatur, quia extrema necessitas in moralibus vocatur, quado est probabile quod sequeretur mors nisi ille indigens vesceretur carnibus: falsitas consequentis probatur ex ipso ritu & consuetudine Cartusienfium, qui nunquam de hoc disputant, an indigeant carnibus nec ne, sed sine carnibus curantur quantumcunque infirmitur: & esto medicus dicat infirmum illum alias moriturum, non curant an sequatur scandalum an non, sed simpliciter negant se duros carnes illi infirmo. Nec valet responsio Arnoldi de Villa Noua, qui dicit quod quicquid potest fieri per esum carniū potest fieri per oua fertilia: nam vt dicit Maior clarum est quod potest ex assuetudine in fastidium ouorum venire, & ita omnino non posset comedere.

Q VARTO non tenetur quis semper per omne medium licitum vitam conseruare, vt patet in multis euentis vbi homopossit defendere propriam vitam, & tamen ad conseruationem virtutis patientiæ quis potest permittere se occidi.

ET confirmatur, quia vxor cum periculo vitæ propriæ potest asidere & asistere viro suo peste laboranti, etiam vbi non esset necessarium, sed solum ad conseruationem fidei maritalis.

Q VINTO non tenetur quis mutare solum ad conseruationem vitæ, nempe etiam de consilio medicorum non tenetur quis relinquere patriam quia frigida est, & ad aliam migrare prouinciam, ergo nec tenetur comedere carnes, esto moriatur, si non comedat.

SEXTO pro defensione patriæ, posset quis licite procedere ad bellum, cum probabili periculo mortis, etiam vbi non esset necessarium,

Secunda. 4. quest. 17. art. 6.

cessarium. ergo pro cōseruatione & augmen-
to religionis & virtutis, & abstinentiæ, licitū
est non comedere carnes in extrema necessi-
tate.

S E P T I M O probo quòd illis prædictis vo-
uentibus non plus liceat comedere carnes in
extrema necessitate, occulte quàm publice,
quìa dato quòd illud factum sit secretum, ta-
men doctrina est publica: et si hoc liceret, non
debet oppositum doceri, & si factum scanda-
lizaret etiam doctrina, non enim minorem
occasionem præbet doctrina quàm factum.
O C T A V O non solum ad cōseruandum,
sed ad augendum virtutem & religionem, li-
citum est subire mortem: sed per hoc quòd
Cartusienfes abstinent in vnuerfū auge-
tur illa abstinentia, & virtus: ergo &c.

N O N O nullus tenetur ducere vxorem, si
habeat votum castitatis, etiam vbi certo in-
staret periculum mortis ex castitate: ergo
nec tenetur comedere carnes, propter au-
gmentum virtutis abstinentiæ.

A D hoc argumentum aliqui negant conse-
cutionem, ratio est (dicunt) quia hoc nō est
ordinatum ad cōseruandam vitam, nempe
ducere vxorem, & comedere carnes ita.

S E D hoc non sufficit, nam maritus si indige-
ret extreme accedere ad vxorem, videtur
tenetur accedere, ergo quod alius non te-
neatur ducere vxorem, est pro bono casti-
tatis, & non quia ordinatur per se ad vitam
cōseruandam, aut non cōseruandam.

V L T I M O pro solutione argumentorum,
quæ fecit Gerson pro sua opinione, est no-
tandum, quòd aliud est non prolongare, aut
protelare vitam, & aliud est abrumperē vel
abbreviare: nam ad primum non semper te-
netur homo, & satis est quòd det operam, &
apponet illam diligentiam ad cōseruandā
vitam, quā communiter & regulariter homi-
nes solent apponere. Nec puto, quòd si eger
non potest habere pharmacum, nisi dedit to-
tam pinguem substantiā quā habet, quòd te-
neatur illud facere.

T E R T I A conclusio in casu extremæ ne-
cessitatis, puto quod liceret Cartusienfibus
carnes comedere. Hæc probatur argumentis
Gersonis: & confirmatur, quia alias videtur
quòd esset illa constitutio Cartusienfium, lex
intollerabilis.

Possit aliter ad quæstionem responderi, di-
stinguendo de extrema necessitate, aut enim
est extrema necessitas ex fame tali, quia ille
qui est in illa necessitate, nihil habet quod
comedat nisi carnes, vt facile potest contin-
gere: & in tali euentu, multum probabilis &
apparens est opinio Gersonis, nempe quòd il-
le sic indigens tenetur comedere. Hoc proba-
tur, quia tunc ille talis moritur fame, quæ est
mors violenta, & videtur imputari illi pacien-

ti illam necessitatem, si non comedat.

A L I A potest esse necessitas extrema ex egri-
tudine, & tunc carnes se habent tanquam me-
dicinæ: & tunc est multum probabile, quod
in tali euentu non teneretur ille patiens come-
dere carnes. Ratio est, quia tunc moritur ex
infirmate, cuius ipse patiens non est causa,
& ita mors non imputaretur ei. Hoc enim nō
est interficere, sed est non protelare vitam
quantum potest, sicut supra diximus de alijs
medicinis: & ita manet salua cōsuetudo Car-
tusienfium, qui pro nullo periculo infirmita-
tis comedunt carnes.

E T confirmatur prior conclusio, quia licet
abbreviare vitam per abstinentiam carniū
in vita regulari & religiosa, vt statim dice-
mus, etiam ad decem aut plures annos, dum
modo non fiat ex intentione, sed intendatur
obseruatio vitæ regularis, cum consueta ab-
stinentia in tali statu: ergo etiā licet seni. 80.
annorum, abbreviare vitam per vnum an-
num, non ex intentione abbreviandi vitam,
sed seruandi abstinentiam regularem, & nō
comedere carnes.

A D argumenta autem in oppositum in prin-
cipio quæstionis, a Gerson adducta dico
q̄ ad primū constat quid est dicendum,
quia concedo quòd quilibet tenetur simpli-
citer cōseruare vitam, modo regulari & cō-
suetō in suo statu, sed propter hoc non tolli-
tur, quin excipiantur casus extraordinarij,
qui non cadunt sub obligatione.

V N D E vt diximus & probauimus, in mul-
tis euentis propter causas rationabiles, maxi-
me pro bono virtutis, non tenetur homo cō-
seruare, aut protelare vitam.

A D secundū dico, quòd emittere votum so-
lum, de hoc quòd in extrema necessitate non
comedant carnes, nihil bonitatis habet: & ita
non est illud sufficiens materia voti, & tale
votum nullum esset: sed perpetuo absolute
abstinere a carnibus, est multum laudabile,
quia est bonum notabile.

E T eodem modo dissoluitur tertium argu-
mentum, quia non est eadem ratio de voto
ad tempus, & de voto in perpetuum: quia ab-
stinere in perpetuum, est grande bonum, &
abstinere ad tempus a carnibus, aut nullum
erit bonum, vt abstinere solum tempore ne-
cessitatis, vt diximus, nullum est bonum, &
abstinere aliquo alio breui tempore, est par-
uum bonum.

A D confirmationem nego minorem, quia il-
la lex diuina non obligabat Iudæos in extre-
ma necessitate, vel cum circūstātia mortis,
vt docet Diuus Thomas. 22. q. 122. art. 4. ad 3.
A D quartum nego cōsequentiā: & ad pro-
bationem dico, quòd nō tenetur comedere
carnes ille vouens modo prædicto, in illa ex-
trema necessitate, quia est cum detrimento,
abstinentiæ

Secūda. 4. quest. 17. art. 6. fo. 214.

abstinentiæ & vitæ regularis.

A D quintum, concessa maiore, minore, & cō-
sequentia, nego quòd sit contra legem diui-
nam, aut naturalem: immò videtur, quòd se-
cluso voto, si quis proposuisset nunquam co-
medere carnes, posset abstinere etiam in ex-
trema necessitate, propter bonum religio-
nis & abstinentiæ, vt diximus: & propter hoc
bonum sic abstinere, non est contra legem
diuinam, nec naturalem.

C O N F I T E O R tamē, quòd si regulari-
ter, & plurimum cōtingeret, aut saltem sepe,
quòd morerentur ægrotantes ex abstin-
entia carniū, quòd tunc non deberet seruari il-
la abstinentia: sicut si plurimum nauigantes
perirent in mari, non esset licitum nauigare,
nisi forte pro aliquo maiori bono quā sit vita
corporalis. Sed quia hoc non ita frequenter
contingit, ferenda est hæc iactura, pro maio-
ri commodo quod sequitur ex nauigatione. Et
ita dicendum est ad dubium nostrum, quòd
licet sit aliqua iactura, quia aliquando moriun-
turaliqui Cartusienfes, eò quia abstinent a
carnibus, tamen merito feruntur istæ iacturæ
pro maiori bono, nempe virtutis abstinentiæ.
E T ex hac ratione, potest formari aliud ar-
gumentum pro nostra sententia: quia hic ho-
mo patiens, nunc est pars communitatis, &
ideo pro bono communi spiritali, bene facit
subbeundo periculum mortis, cum iactura
proprie vitæ, & semper pro maiori bono li-
cet ponere vitam.

R V R S V S pro illa confirmatione quā feci-
mus ad tertium argumentū de Machabæis,
dico, quod Machabæi abstinerunt a carni-
bus suillis, quia sic tunc abstinere teneban-
tur, quia erat magnum scandalum: quia An-
tiochus, & alij, exigebant a Machabæis, quod
comederent carnes in contemptum legis.

S E D si ponas quòd fame perirent Macha-
bæi, aut alij Iudæi, in solitudine, aut in loco
vnde non sequerentur scandala, an tunc lice-
ret eis abstinere a carnibus: sunt de hoc varię
opiniones, & opinio Gersonis est multū pro-
babilis: nempe quòd in tali euentu non lice-
ret Iudæis comedere carnes suillas, contra le-
gem Dei.

E T probatur, quia tantæ authoritatis est lex
diuina, præceptiua, positiua, sicut præceptum
naturale. Sed si ex iure naturali esset illicitū
comedere carnes suillas, non liceret eas co-
medere etiā in extrema necessitate: ergo &
nunc stante illa lege Dei positiua, non licet
eas comedere etiam in extrema necessitate.
S E D licet hoc sit probabile, videtur quòd
in prædicto euentu vtrunque liceret, & co-
medere propter necessitatē illam extremā,
& non comedere propter reuerentiam legis:
& ita Dauid excusatur a peccato, quando co-
medit panes propositionis, propter necessi-

tatem: & discipuli vellentes spicas in die festo
Matth. 12. & hoc dicit S. Tho. vbi supra. & 3.
p. q. 4. art. 4. ad tertium. Et ita Machabæi be-
ne fecerunt se inel non propulsando, sed mor-
tem oppetendo, ne violarent sabbatum, ob
reuerentiam legis: & bene fecerunt postea
pugnantes die sabbati propter necessitatem,
ne omnes perirent, vt habetur. 1. Mach. ca. 2.
& hoc etiam dicit S. Tho. 12. q. 100. artic. 8. ad
quartum. Et rursus S. Tho. 22. q. 40. ar. 4. di-
cit, quòd esset tentare Deum, si quis non pu-
gnaret in die sabbati in extrema necessitate.
I D E O ex omnibus his locis Sancti Thomæ
colligo, quòd lex diuina pure positiua, et si
poterat obligare ad sui obseruantiam, etiam
cum circūstātia mortis de facto, ex diuina
misericordia non faciebat, nisi forte fractio le-
gis peteretur in contemptū legis, vel ad fran-
gendam aut destruendum aliquid aliud ma-
ius bonum, quia tunc obseruanda erat lex,
esto, inde sequeretur mors a tyranno com-
munita.

P R A E T E R E A dubitatur an liceat abbre-
uiare vitam per abstinentiam: & videtur q̄
non, ex illo dicto Hieronymi, parum interest
quod breui aut longo tempore te interimas.
S E C V N D O non liceret seni. 100. annorū,
tollere etiam vnum annum ab vltima parte
vitæ, simul ergo non liceret successiue perde-
re 10. annos.

A D hoc dico, quod latius dicam hic inferius.
S E C V N D O dico, quòd ex solutione pro-
ximę cōclusionis iam solutæ, facile constat quid
ad hanc sit respondendum: vnde paucis ab-
soluam quæstionē hanc aliquibus propositio-
nibus, quarum prior est, non licet ex intenti-
one abbreviare vitam per abstinentiā. Hæc
probatur, quia est contra dilectionem sui,
quia est nocium vitæ.

S E C V N D O, non liceret ex intētionē bre-
uiare vitam alterius, cuius quis haberet cu-
ram, vt filiorum & seruorum, ergo &c.

T E R T I O, non licet breuiare vitam alijs
medijs: ergo nec abstinentia.

V L T I M O, confirmatur hoc autoritate
Augustini, in regula vbi sic dicit, carnem ve-
stram domate ieiunijs, & abstinentia escę &
potus quantum valetudo permittit: ergo ex
his constat, q̄ abstinere contra valetudinem
est peccatum mortale, cum sit contra pro-
priam charitatem.

S E C V N D A conclusio est, nullus tenetur
per alimenta protelare vitam, quantum po-
test, probatur, quia non tenetur vti cibis deli-
catis & optimis, etiam si sint saluberrimi illi
cibi: immo hoc est reprehensibile, ergo &c.

S E C V N D O, nullus tenetur viuere in lo-
co saluberrimo, ergo nec vti cibo salubriori.
T E R T I O, oppositū dicere, esset damnare
oīa ieiūia ecclesiastica & monastica, ergo &c.

QUARTO

QUARTO, nullus tenetur abstinere a vino vt diutius uiuat: ergo nec vt breuietur vita. TERTIA conclusio est, si quis vtatur alimentis, quibus homines communiter vtuntur, & in quantitate quæ solet sufficere ad cõseruandam valetudinem bonam, esto, & ex hoc abbrevietur vita etiã notabiliter, & hoc percipiatur, non peccat ille talis.

HÆC probatur ex secũda cõclusionẽ, quia nullus tenetur prolongare vitã, nec tenetur mutare solũ transiẽdo ad alium salubriorem locum, ergo nec tenetur mutare cibum communem.

VND E colligitur, qd̄ non tenetur quis vt i medicinis ad prolongandam vitam, etiã vbi esset probabile periculũ mortis, nẽpe quotiãnis sumere pharmacum ad euitãdum febrẽ, vel aliquid huiusmodi.

QUARTA conclusio est, si quis singulari in edia, vel cibo ita nociuo vteretur, vel sciens, vel ex propria opinione, contra virorum proborum & sapientum sententiam, vt notabiliter abbreviaretur vita, non potest excusari a peccato mortali. Hæc patet ex prima cõclusionẽ, & ex determinatione primæ quæstionis, nisi fortẽ ille talis illud faceret ex aliquo peculiari consilio, & dñi reuelatione.

PRÆTEREA dubitatur, an necessitas ieiunandi tollatur per contrariam consuetudinem? Et videtur q̄ non: quia talis consuetudo inducta contra consuetudinem ecclesiæ, est irrationabilis, & vitiosa, & a vitiosis & vètri deditis hominibus inducta, quæ potius est corruptela quã consuetudo: ergo non habet vim contra ius, sicut nec lex aliqua haberet vim, nisi esset iusta & rationabilis: ergo consuetudo non debet habere maius priuilegium quã lex. Hoc constat ex cap. ex parte: & cap. cum quanto, extra de consuetudine: vbi dicitur, q̄ nulla consuetudo nisi iusta & rationabilis sit, potest iuri positio præiudicare.

ID E M etiã videtur ex d. 11. cap. consequens, vbi sic habetur, non potest in statutis pontificum consuetudo cuiusquam refragari. Et ibidem cap. consuetudinis, summarie dicitur. Non potest vsus & consuetudo legẽ & rationem vincere. Vnde videtur, q̄ soluentes ieiunia ecclesiæ, non possunt excusari per contrariam consuetudinem.

SECUNDO, pro hac sententia facit cap. in his rebus, d. 1. vbi dicitur: sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum cõsuetudinũ coercendi sunt. Et in cap. sic omnes, d. 19. habetur: omnes sanctiones apostolicæ accipiendæ sunt, tanquã ipsius Petri diuina voce firmatæ. Ex quibus oĩbus apparet ecclesiasticas sanctiões, ita ab omnibus debere obseruari, sicut diuinẽ leges. Ergo sicut qui diuinas leges violant per contrariam consuetudinem & vitiosã, non excusantur: ita nec qui ecclesiasticas sanctiones præuaricatur. Vnde, 25. q. 2. ca. decernitur generali decreto, vt execrandũ anathema sit, & velut præuaricator fidei catholicæ, apud Deũ reus existat, quicumq; regũ vel episcoporum seu potentum, deinceps Romani Pontificis decretorum censuram in quocunq; crediderit, vel permiserit violandam.

TERTIO arguitur hoc modo ratione: nam demus consuetudinem illam contra legem de ieiunio, paulatim introductam esse. Et qd̄ ab initio fuerit vitiosa, eo q̄ fuit contra legem iustam: sequitur, qd̄ si primi actus per quos lex violatur sunt vitiosi, & secundi actus erũt vitiosi, & etiã tertij, & sic consequenter: hoc probatur, quia posteriores actus sunt similes prioribus, vt suppono. Sunt æquẽ contra legem ieiunij: ergo sunt æquẽ vitiosi sicut priores, cum eadem sit in vtrisque malitiæ ratio.

QUARTO, non est rationabile dicere, q̄ homo cum primum contra legem peccat nõ excusetur: & q̄ perseverans in eodem peccato excusetur, quia perseverantia in peccato auget contemptum & culpam: ergo si homines in initio ieiunium ecclesiasticum violantes peccant, longe plus peccabunt, si in eadẽ violatione perseverant diutius, ergo consuetudo illa nõ excusat ab obligatione ieiunandi.

HIS non obstantibus dico, q̄ consuetudo sapissimẽ legem inuadat, & homines ab obseruatiã legis excusat: hæc probatur, prius, quia ex hoc doctores excusant communiter fideles, qui iuxta morem & consuetudinẽ patriæ in die ieiunij longiores collationes faciunt, siue sumant olera, siue electuaria, siue etiã aliquos fructus, aut etiã panem, vel solum vel simul eũ aliquo fructu alicuius arboris: ergo consuetudo deobligat sæpe a legis obligatione.

ET cõfirmatur, quia propterea Mediolanenses excusantur a peccato: esto, non ieiunent in prioribus quatuor diebus quadragesimæ, eo quia non habent consuetudinem ieiunandi: quia vt supra diximus, in primitiua ecclesia incipiebat quadragesima in die dominica prima in quadragesima, & non in quarta feria, vt nunc incipit, quod Diuus Gregorius instituit. Et ex eodem capite, præualuit consuetudo, q̄ in diebus rogationum non teneatur Christiani ieiunare, cum olim statutum fuerit, vt illis diebus homines ieiunarent, de consecratione d. 3. cap. Rogationes. Inde etiã excusantur multi a solutione decimarum aliarum rerum, secundum quod in diuersis prouincijs sua viget consuetudo. Quemadmodum ob eandem consuetudinem alicubi homines ab obseruatiã multorum festoꝝ excusantur, & in alia prouincia non excusantur: Propter consuetudinem etiã excusantur homines, refectionem ante horam vespertinam

torum sumentes. Adhuc non sunt trecenti anni, ex quo hora prandij in ieiunio, erat hora tertia post meridiem: & hæc consuetudo adhuc durabat tempore sancti Thomæ, & sic fuerat in iure antiquo ordinatũ. Nunc autem, etiã viri religiosi comedunt in die ieiunij hora vndecima cum dimidia. Ex eodem capite excusantur Britones, qui in quadragesima vtuntur butyro, vbi talis viget consuetudo, aut quis, alijsq; ex carne originẽ trahentibus, cum tamen oppositum sit iure statutũ d. 4. cap. denique. Ex eodem capite etiã clerici excusantur a ieiunio septem hebdomadarum. (addidit enim Thelephorus quadragesimẽ hebdomadã septimã, vt habetur. d. 4.) Inde etiã in nonnullis locis, homines in die sabbati carnes comedentes excusantur: & propter istam consuetudinẽ excusantur Castellani, qui in die sabbati comedunt capita, pedes, & intestina, sanguinem, & farcimina animalium: cum tamen olim Gregorius ab illis abstinendum instituerit, de consecra. d. 5. cap. Quia dies: sicut & Leo quartus instituerat a carnibus abstinere in feria sexta, & quarta. Et tamen in oppositum valet consuetudo, de consecratione d. 3. cap. de esu carnium. In quibus omnibus, & in multis alijs, præsentẽ nostram disputationem & materiam concernentibus, non tam rigorem legis aut constitutionum, quã patriæ morem & consuetudinem seruare oportet.

Pro hac nostra sententia facit, q̄ vt ait Aug. & habetur in decretis d. 4. leges non obligant, nisi sint vtentium moribus approbatæ: verba sunt. Leges instituuntur cum promulgantur, firmiter cum moribus vtentium approbantur: & sequitur ad nostrum intentum. Sicut enim moribus vtentium in contrarium non nullæ leges hodie abrogatæ sunt: ita moribus vtentium, ipsæ leges firmiter. Inde ieiuniũ septem hebdomadarum, obligatorium non fuit: quia vt ibidem dicitur, non fuit vtentium moribus approbatum. Eodẽ etiã titulo statutum de abstinendo a carnibus in dominicis diebus quadragesimæ olim obligatorium non fuit, quia non fuit vtentium moribus approbatũ: vt ait Gregorius in epistola ad episcopum Anglorum. Et habetur d. 4. cap. Denique. Cum ergo cõsuetudo populi non minorem vim habeat ad legem positam abrogãdum, quã ad eius vigorem impediendum: sequitur legem de ieiunio vim amittere posse, per contrariam cõsuetudinem: ergo vera est nostra conclusio.

PRÆTEREA pro nobis etiã est ratio, quia humanæ leges accipiunt virtutem & robur ex intentione legislatorum: ergo si legislator cum legem constituit, animum obligandi non habet, non obligat lex: ita post legem institutam, si legislator animũ obligandi de-

ponat, eodem modo non obligabit amplius lex illa. Cum igitur inducta consuetudine legi contraria sciente legislatore & non contradicente, nec inobedientes puniente, iuste præsumatur legislatorem legis rigorem relaxare, quia idem est ac si dispensaret, aut legem abrogaret: & ita fit vt per huiusmodi consuetudinem homines ab humanis legibus excusentur.

IAM ad argumenta in partem oppositam facile est respondere. Ad primum ergo, in quo quæritur de vitiosa cõsuetudine, quã scilicet vim habeat &c. Dico q̄ consuetudo duplicẽ vim habet, nempe habet vim inducendi nouam obligationem: & habet vim remouendi priorem obligationem legis: & ad hoc quod obligationem inducat, oportet qd̄ sit rationalis & præscripta, & tunc talis cõsuetudo æquiparatur legi, quæ nisi iusta sit, lex esse non potest: & hæc est consuetudo quæ solet dici, ius quoddam esse in vsu, non in literis contentum. De qua consuetudine sæpe loquuntur iura, & sancti, vt est illud Augustini: & habetur. 11. d. vbi sic ait. Ecclesiasticorum institutionũ quasdam in scriptis, quasdam vero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam vero consuetudine roboratas approbavit vsus. Et sequitur ad hoc nostrum propositum, quibus par ritus, & idem vtrisque pietatis debetur affectus. Ad hoc autem, q̄ cõsuetudo priorẽ legis obligationem tollat, non opus est quod sit rationalis & præscripta: satis est, q̄ per tantum tempus sit huiusmodi consuetudo inducta & obseruata, vt ad notitiã maiorum peruenerit, qui cum eam minime contradicunt, cum si vellent, commode contradicere possent, & præuaricatores punire: quod quia nõ faciunt, iuste præsumitur eos legis rigorem velle amouere.

VND E colligitur, q̄ ad remouendam legẽ humanam, vel eius vim, impertinens est consuetudinem contrariã vitiosã esse aut irrationabilem, quia qd̄ per se facit ad legis amotionem, non tam consuetudo contraria est, quã animus & intentio legislatoris consuetudini consentientis. Quod autem iura dicunt, nempe quod consuetudo, nisi rationalis & præscripta sit, legem vincere non potest, nec statutis pontificum præiudicare, &c. procedit de consuetudine inducta & seruata, nesciente superiore, cuius est legem ferre, & reuocare. Nam eò id nesciente, necessarium est cõsuetudinem contrariã iustam esse & rationabilem, & per maius tempus præscriptam, vt legem vincat, secus de consuetudine maioribus scientibus inducta & obseruata: sic etiã accipiendum videtur quod dicit Diuus Thomas. 1. 2. q. 97. art. 3. nempe, quod si eadem legis ratio permanet, quæ prius, nõ vincitur,

Secunda. 4. quest. 17. art. 6.

citur per contrariam consuetudinem superuenientem. Sed non obstante huiusmodi consuetudine, manet lex in suo vigore, intelligitur, si legislatore ignorante sit talis consuetudo introducta: nam si eo sciente & consentiente, etiam si eadem legis ratio permaneat, lex ipsa vim suam amittit.

AD secundum dicendum illa omnia quæ ibi retulimus, procedere humanis legibus aut constitutionibus in suo robore permanentibus: quod fit, quando legislatoris intentio eadem obligandi manet simul & ratio legis: tunc enim tenemur obedire, ac si diuina esset lex, vt supra deduximus: in nostro autem casu secus est, quia per consuetudinem a prælato scitam, tollitur vis ipsius legis.

AD tertium dicendum quod ratio procedit, si durante viciosa consuetudine permaneret eadem ratio legis, simul & legislatoris intentio: tunc enim quo diutior esset consuetudo, eo peior esset, & per consequens non excusaret culpam, sed aggrauaret. Attamen in casu cum non maneat eadem superioris intentio obligatoria, vt ex dictis apparet, ideo non mirum si in consuetudinis initio homines non excusentur a culpa inobediendi, excusentur autem postquam fuerit consuetudo sufficienter continuata.

PRÆTEREA dubitatur quibus modis soluitur ieiunium ecclesiasticum: ad quod dico, quod multis, nempe voluntate & opere, & opere tripliciter, vel quoad meritum, vel quoad intentionem præcipientis, vel quoad substantiam præcepti: & hoc tripliciter, vel comedendo pluries in die, vel cibis vetitis vtendo, vel horam notabiliter præueniendo. VOLUNTATE dicitur quis ieiunium solvere, qui etsi cætera in re ipsa seruet quæ sunt de ratione ieiunij, comederet tamen pluries si haberet, aut carnibus vteretur si posset, & hoc potest euenire scienter, vel cum ignorantia vincibili. Opere autem quo ad meritum frangit quis ieiunium, quando etsi omnia seruet, quæ iuxta sunt in ieiunio seruari, ieiunat tamen vt videatur ab hominibus, aut in ipsa vnica refectioe regulam temperantiae excedit. Quoad intentionem vero præcipientis dicitur quis ieiunium frangere, quando etsi cætera quæ de ratione ieiunij sunt seruet, comedit tamen pisces exquisitos, ad hoc quod magis ad carnis incendium exciteretur, aut in collatione electuaria calida quærît ad idem conductantia.

QUOAD substantiam vero præcepti, is dicitur ieiunium frangere, qui aliquid ex tribus supradictis, quæ de ratione ecclesiastici ieiunij sunt, non seruat, vt si carnem comedat, aut si horam notabiliter præueniat &c. Notandum tamen, quod sicut intentio Dei aliqua præcipientis non cadit sub præcepto, ita intentio hu-

lis ipsius ecclesiæ in præcepto de ieiunio sub obligatione non cadit. Ac proinde si quis contra ecclesiæ intentionem, aliqua in die ieiunij sumat alioqui licita, non peccat contra præceptum ecclesiæ, quæuis posset alia via peccare contra legem diuinam aut naturalem, quæ omnes turpes circumstantiæ in opere prohibentur.

Ex quibus colligitur, quod si quis in die ieiunij licet præter intentum, i. non intendens ieiunare, illa tria opere seruet, ille quidem ieiunat opere, sed non voluntate & si sciens, & aduersus id faciat, dicitur etiam peccare voluntate, & non opere, eo quia intendit illa exteriora facere, & non intendit ieiunare, immo si haberet opportunitatem non ieiunaret.

COLLIGITUR secundo, quod si quis in die ieiunij, illa prædicta tria ex intentione seruet, intendens ieiunare, sed in vnica refectioe quæ sumit, regulam temperantiae per gulam excedit, satisfacit præcepto de ieiunio, i. non peccat communi sine contra præceptum de ieiunio. Ratio est, quia sub illo præcepto non cadit quæritas refectiois, sed cadit semel tantum comedere, & ille peccat per gulam, excedens regulam temperantiae.

TERTIO sequitur, quod sumere aquam aut vinum, ante aut post refectioem, aut electuaria per viam medicine, vt supra diximus, non est soluere ieiunium quoad substantiam præcepti, siue in magna siue in parua quantitate sumantur. Ratio est, quia sub præcepto ecclesiæ de ieiunio, non cadit, nisi illa tria quæ dicta sunt: ergo seruando illa, per reliqua præceptum de ieiunio non soluitur.

QUARTO etiam colligitur, quod sumere parum panis per modum medicine, ne scilicet potus sumendus, aut sumptus noceat, aut stomachum lauet, idque, ante vel post prædium, ieiunium non soluitur. Ratio est, quia quod per viam medicine sumitur, non pertinet ad refectioem, nec refectioem multiplicat.

VNDE si vigeat alicubi consuetudo sumendi panem solum, in ientaculo vespertino (quod collationem vocant) aut panem eum fructibus, seu lactucis, aut alijs oleribus, aut etiam alia quæcunque electuaria, siue in eis maneat cibus admixtus, manens in propria specie, siue in alia, per huiusmodi non soluitur ieiunium, quoad præceptum vel obligationem. Ratio est, quia licitum est in his cuiusque consuetudini suæ provinciae aut loci, se conformare.

SECUNDO, non est putandum ecclesiasticam rigorosam esse, vt post vnica refectioem, cuiuscunque comestibilis, sumptionem intendat prohibere, quia hoc esset multis hominibus in se nimium onerosum. Vnde putandum est ecclesiam in hoc ad hominum fragilitatem condescendere velle, & voluisse semper,

Secunda. 4. quest. 17. art. 6. fo. 216.

per & per regulam moralem, quod parum est: pro nihilo reputatur, & rationabiliter reputandum est.

QUINTO colligitur, quod per vsum butiri, aut lacticiuij, seu ouorum, vbi vigeat consuetudo comedendi ea in quadragesima, non soluitur quadragesimale ieiunium quoad obligationem: ex quo ecclesia huiusmodi consuetudinem non reprobatur, sed admittit: secus vbi non esset talis consuetudo, nam tunc frangeretur ieiunium.

SED contra: ieiunia quatuor temporum, & alia quæ intra annum seruanda sunt, non soluntur per vsum lacticiuiorum & ouorum: ergo nec ieiunium quadragesimale, cum huiusmodi ieiunia videantur esse eiusdem rationis: ad hoc nego sequelam cum fundamento suo. Ratio est, quia alterius rationis est ieiunium quadragesimale, & alia ecclesiastica ieiunia, quia alia est horum & illius instructio, & regula ecclesiastica vt constat, ac proinde sicut hoc nomen castitas, genus est quod sub se continet multas species, ita hoc nomen ieiunium ecclesiasticum, est genus & non species.

IN his omnibus illud est aduertendum, quod non solum contra præceptum de ieiunio peccat, qui illa tria supraposita in die ieiunij non seruat: sed qui alia, quæ vel ex lege, vel ex consuetudine cõcessa sunt, in fraudem legis sumptur: & in fraudem ieiunij dicitur quis, electuaria, aut medicinas, aut vinum, aut fructus aliquos extra refectioem sumere, qui illa per modum refectiois seu comestionis sumit, nempe vt inde corpus nutritionem sumat, & fames expellatur: tunc enim nomine refectiois venit huiusmodi sumptio intelligenda. Qui enim in fraudem legis aliquid facit, non minus quàm si contra legem faceret, peccat. Est enim differentia inter facere contra legem, & facere in fraudem legis: nam facere contra legem, est facere quod lex prohibet: facere autem in fraudem legis, est cum quis saluis verbis legis eius sententiam circumuenit. ff. de legi. le. contra legem: & ibidem lege sequenti: fraus enim legi fit, cum fit id quod lex fieri noluit, fieri autem non vetuit. Exemplum huius, si monachus habitum suæ religionis non dimittat, sed superius habitum clericalem vel alium gerit & ita incedit, non minus est apostata quàm si habitum ex toto dimitteret: vt doctores concludunt, iuxta regulam iuris supra citatam. Non dubium est in legem impingere, &c. Aut si tutor, cui prohibitum est rem pupilli emere, aliam personam submittit vt emat, agit in fraudem legis. Ac proinde, qui vltra vnica refectioem, alia comestibilis alioqui licita sumit, per viam comestionis aut refectiois, vt diximus, in fraudem legis de ieiunio id sumere videtur. Et

de his hæc sufficiunt.

PRÆTEREA dubitatur, an patresfamilias, & hospites, & rerum comestibilem venditores, peccent mortifere, cibos vetitos in die ieiunij indifferenter sanis & robustis ministrantes: aut post vnica refectioem, cibos per quos ieiunium soluitur, illis indistincte exhibendo: ad hoc respondetur aliquibus propositionibus: prior est, Cibos exhibere laicis, infirmis, aut indigentibus notabiliter, & omnibus qui ieiunare non tenentur licitum est, quia constat eos causam sufficientem ad non ieiunandum habere, modo absit scandalum.

SECUNDA propositio est, si cibi per quos soluitur ieiunium exhibentur sanis, qui tenentur ad ieiunandum, videndum est a quo vel quibus exhibentur, (vt supra diximus) quia si exhibentur a dominis, seruis & famulis suis, facta prius correptione & exhortatione quod ieiunet, & quod dabitur eis bonum prandium, &c. Non est peccatum propter rationes quas ibi formaui, si est ille qui exhibet sanis cibos prædictos communis venditor, etiam poterit omnibus vendere, quia non tenetur examinare conscientias & statum ementium. Et si constat ei quod est sanus, & quod potest & deberet ieiunare, teneretur ille venditor corrigere illum fraternaliter: & si per hoc quod ille venditor non vendit illi qui vult cenare cibos, liberaret illum a peccato, teneretur sub pena peccati mortalis non vendere: tamen ille qui vult cenare, iam paratus est in sua intentione ad cenandum, & iam est in peccato: videtur quod venditor facta correptione, quod licite vendit illos cibos. Nec per hoc communitur peccato illius, quia ipse dat operam relicte de se, & quia alius si hic non videret ei cenam emere ab alio. Tertio, quia per hoc quod hic venditor vendit illi illos cibos, non incidit emptor in peccatum, quia iam erat in illo. Quarto, de his iam diximus supra, vide ibi: Ex multis quæ iam diximus in hac materia de ieiunio, constat magnam esse ieiunij ecclesiastici utilitatem. quod cum, vt supra diximus, virtus aut virtutis actus sit, plures effectus spirituales operatur: Et prius ait Leopapa sermone. 4. de ieiunio: curandis igitur lesionibus, in quas sæpe incidunt, qui cum inuisibili hoste confligunt, trium maxime remedium est adhibenda medicina, in orationis instantia, in castigatione ieiunij, in eleemosynæ largitate: quæ cum pariter exercetur, Deus propiciatur, culpa deletur, tentator eliditur. Et post in omni tempore, in omniumque vita huius sæculi ieiunia nos contra vitia faciunt fortiores, ieiunia concupiscentias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis effectus ad maturitatem totius virtutis enutrient.

triant. Et sermone 8. ad abstinentiam exhortans, ait: ut a corporibus cupiditatibus sepius liberati in aula mentis possit diuina vacare sapientia, ubi omni strepitu silente curarum in meditationibus sanctis, & in delitijs lætetur æternis. &c. Cuius obseruantia utilitas, in ecclesiasticis est præcipue constituta ieiunijs: hæc ille. Gregorius etiam in præfatione quadragesimæ ait, qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia. Est igitur ieiunium castigatio corporis, & repressio carnalis concupiscentia: habet etiam sanctum ieiunium quod sit satisfactorium pro reliquijs peccatorum. Habet rursus, quod plerumque auertit a nobis iram Dei: & si recta ratione & charitate fiat, multum apud Deum mercedis promeretur. Ea enim ratione qua pænalis afflictio est, satisfactoria esse potest, ut omnes sancti passim prædicant. Ea verò parte qua virtus est, & cum charitate fit, apud Deum meritoria est: quæ omnia scriptura & sanctorum patrum consensu aperte satis confirmantur. Ezechias enim rex, hostis Assirij duritia & potentia cognita, vestem secidit, sacco induit, & ad abstinentiam se conuertit. Deliquerat Israel contra dominum in Masphat, sed ieiunio statim a Samuele præscripto, peccatum suum diluit. 1. Regum. ca. 7. Audierat rex Achab sententiam a domino qua nunciabantur multa mala ei superuentura, ipse verò sciens vestimenta operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco. propter quod meritis est rigorem sententiæ in se non experiri, dicente domino de eo ad Heliam. Non vidisti humilitatem Achab coram me? quia igitur humiliatus est a facie mea, non inducā malum in diebus eius. Secundo, 3. Re. ca. 21. Anna sterilis vxor Alcanæ per ieiunium meruit sibi dari Samuelem propheta filium electum a domino. Tertio, 1. Regum. ca. 1. Sanctus Daniel per ieiunium intellexit Mesiæ mysteria, & Monarchiarum conuassationes. Quarto Anna vidua filia Phanuelis laudatur a diuo Luca cap. 2. sui euangelij eo quod non discederet de templo, ieiunijs & obseruationibus seruiens nocte ac die, propter quæ meruit videre desideratum Mesiam recens natum. Quinto Ioannes Baptista de natiuitate abstinentia & ieiunio laudatur ab Euangelistis: ut Marc. 1. Mat. 3. Sexto, Christus seruator noster auspicator Euangelij prædicationem, a ieiunio exorditur: suis membris relinquens exemplum, ut nihil arduum, nihil sanctum sine ieiunio & oratione tentetur a christiano: secundum quod sancti apostoli post eius corporalem absentiam re ipsa perfecterunt: Nullum ergo ieiunare pigeat, postquam tot ex eo consequitur utilitates: & propter prædictas ieiunij utilitates licet ieiunare & abstinere etiam cum aliquali vitæ abbreviatione

dummodo paulatim & insensibiliter sequatur illa abbreviatio: hæc est nota, quia viri sancti ita fecerunt, & omnes Christiani ita faciunt propter utilitates corporales, ergo longe plus hoc est licitum propter utilitates spirituales: antecedens patet, quia laborant Christiani corpore, arant, vigilat laborantes, agunt frequenter iter, nauigant diu per mare ut consequantur aliquas utilitates corporales: & sepe ita est, quod si non tantum laborarent diutius viverent: ergo licet etiam cum illo paruo periculo & moderata iactura vitæ, frequenter ieiunare & abstinere, ut iam latius supra diximus. Secundo, multi student assidue nocte ac die ut sciant, & euenit quod si non tantum studerent diutius viverent, & non solum vituperantur, sed laudantur, & optime faciunt: ergo licet etiam diu & frequenter ieiunare, esto inde sequatur aliqua vitæ abbreviatio, dum tamen non ex intentione abbreviandi vitam prædictum ieiunium fiat. Secunda conclusio est, non licet tantum ieiunare aut abstinere, ut inde in breui tempore sequatur notabile detrimentum salutis aut vitæ: probatur, quia hoc esset se occidere, quod non licet cum sit contra præceptum. scilicet non occides. Sed tunc dubitatur si ad vitandum corporis notabilem infirmitatem aut vitæ abbreviationem, omnem rigorem abstinentiæ relinquere, an ob eandem causam liceret & oporteret clericos & religiosos, aliosque homines continentiam quam vouerunt deserere: quandoquidem per longam continentiam non minus contingit viros & feminas in egritudines notabiles incidere, quæ per assiduam abstinentiam: & ita liceret clericis & monachis vxores ducere, ut per usum legitimæ coniugis possint prædictos morbos euadere. Et consecutio patet, quia sicut a cibis abstinere fidelibus, ita a coniugio cauere clericis & religiosis ab ecclesia iniunctum est, & sicut alterum eorum non est de numero eorum quæ per se bona sunt, sed propter aliud, ita nec alterum: & sicut ab altero potest homo sine vitio recedere, ita & ab alio.

AD quæstionem igitur dico, quod non licet illis qui voto vel alia obligatione tenentur ad continentiam illam, deserere propter quascunque infirmitates aut pericula inde emergentia: nec est simile de continentia, & de abstinentia a cibo vel a carnibus: ratio est, quia non potest homo per media illicita vitam aut incolumitatem procurare, clericis autem in sacris, & religiosis illicitum est vxores ducere, postquam sunt adstricti ad continentiam seruandam, & accessus ad feminam non est medium ordinatum ad seruandam salutem per illud. Ideo licet relinquere continentiam, secus de comestione cibi aut carnis, quæ non est de se illicitum medium ad seruandam

seruandam & quærendam salutem. Secundo dico quod non est simile de continentia & abstinentia a cibis, tunc quia continentia non inducit egritudinem de se sicut abstinentia a cibis: immo quanto diuturnior est continentia, tanto magis ad corporis animique salutem confert. Tum etiam, quia etsi accidat hominem egrotare ob continentiam, cum illa egritudo eueniat ex humore intus genito, quem natura nititur expellere, non desunt alia remedia, aut alia corporalia exercitia, per quæ humor ille vel consumatur, vel per alias corporis partes expellatur: & tandem ut dixi, accessus ad feminam non est de se ordinatus ad seruandam salutem & vitam sicut vsus ciborum, ideo non est eadem ratio de continentia & de abstinentia. Hactenus de ieiunio.

Quæst. 18. art. 1.

An restitutio sit pars satisfactionis?

Tho. 4. d. 15. quæst. 1. arti. 5.



AD PRIMVM sic proceditur, videtur quod restitutio sit satisfactionis pars, quia satisfactio reconciliat Deo & proximo: sed per restitutionem homo reconciliatur proximo: ergo restitutio est satisfactionis pars. Præterea satisfactio fit per contrarium peccati, sicut per ieiunium satisfactio de gula sed contrarium peccati male ablationis est restitutio, ergo restitutio est quedam satisfactio pars. Præterea Ambro. dicit, quod vera poenitentia est a peccato cessare, sed qui restituit a peccato cessat, quia quoad quædam alium domino inuito detinet peccat, ergo restitutio est pars poenitentia, sed non nisi ratione satisfactionis, ergo est pars satisfactionis. Sed contra, satisfactio fit Deo: ut patet per definitionem Anselmi supra positam, sed restitutio fit proximo, ergo restitutio non est satisfactio pars. Præterea satisfactio ponitur in arbitrio sacerdotis poenitentiam iniungentis, non autem restitutio, ergo restitutio non est

satisfactionis pars.

Respondeo dicendum quod inæqualitas iniustitiæ opposita, duobus modis contingit. Vno modo in rebus exterioribus, ut quædam vnus rem alienam detinet: alio modo in actionibus & passionibus, sicut cum quis alium per violentiam verberat: & hæc duo aliquando separata sunt, ut per se patet, aliquando autem coniunguntur, ut cum quis per violentiam accipit, in quo ea quo accepit iniuriam & contumeliam infert, & secundum hoc reparatio inæqualitatis iniustitiæ dupliciter significatur: reparatio enim inæqualitatis existentis in rebus, est restitutio dicitur. Reparatio autem inæqualitatis existentis in actionibus & passionibus satisfactio nominatur: & ideo quandoque est satisfactio sine restitutione aliqua, ut cum quis se proximo humiliat de aliquibus contumeliis ei dictis. Aliquando autem restitutio sine satisfactione, ut cum quis mutuum reddidit: aliquando autem vtrunque exigitur, ut cum quis alicui per violentiam rem suam subtrahit. & sic loquimur hic de restitutione rei male ablatæ, in quo homo proximum & Deum offendit. Quidam ergo dicunt quod talis restitutio non est pars satisfactionis, quia non debetur Deo tantum, nec est ad arbitrium sacerdotis, sed ad satisfactionem præambulium. Sed hoc nihil est, quia omne peccatum quod in proximum committitur, etiam in Deum commissum est, sicut in dilectione proximi dilectio Dei includitur, unde & satisfactio proximi coniunctam habet satisfactionem Dei. Nec obstat quod non est ad arbitrium sacerdotis, quia sacerdos non est ibi vicarius proximi, sicut est vicarius Dei: ideo satisfactio quæ est Deo facienda, dependet ex arbitrio eius, sed satisfactio quæ est proximo & Deo simul facienda non. Et ideo alij dicunt quod est satisfactionis pars, sed hoc verum non est, quia satisfactio offensam remouet & a pœna liberat: nullus autem ex hoc ipso quod offendere desistit consequitur hoc quod de offensa præcedenti reconciliationem inueniat, vel pœnam pro illa debitam euadat: sed hoc solum consequitur

E quod

quod maiorem offensam & poenam non cumulat, & sic cessare ab offensa, nulla pars satisfactionis est, sed est praeambulum ad satisfactionem. Cum ergo restitutio nihil aliud sit quam ab offensa cessare, quia ex hoc ipso quod re alienam detinet eo inuito, offendit: constat quod non est pars satisfactionis propria accepta, sed est praeambulum ad satisfactionem, non tamen propter rationem prius assignatam quia bene concedimus quod satisfactio proximo facta, est pars satisfactiois Deo facta, sed restitutio non est pars satisfactiois nec Deo nec proximo facta.

AD primum ergo dicendum, quod de offensa homo proximo non reconciliatur per hoc quod sua ei restituit, sed per hoc quod supra hoc aliquid humilitatis ei exhibet, & ita non sequitur quod restitutio sit satisfactio pars.

AD secundum dicendum quod restitutio non est contrarium ad acceptionem vel detentionem iniustam, sed magis est negatio vel priuatio ipsius, & ideo non oportet quod hoc sufficiat ad satisfactionem sicut nec est satisfactorium pro gula, ut qui non immoderate comedit, sed ut etiam a moderatis abstineat.

AD tertium dicendum quod cessare a peccato dicitur esse pars poenitentiae, non quidem desistendo a peccato praeterito, sicut praeambulum ad poenitentiam, sed praecidendo causas futurorum peccatorum, ut dictum est prius.

HIC tractatus de restituitio est perquam necessarius oibus maxime confessarijs, ut sciat qui ad absolutionem sacramentali sunt admittendi, vel qui ab eadem expellendi: & nos ex doctoribus oibus granacolligimus paleis excussis, ita ut qui hunc librum habuerit & intellexerit, omnes habeat & intelligat, nec dubium suboriri possit ad quod non facile quilibet ingeniosus respondeat, perspectis his quae in hoc codice legentur. Est materia ampla nimis & diffusa, eam tamen nos certo ordine complectemur ut facile memoria retineatur.

PRÆTEREA est aduertendum quod restitutio capitur dupliciter, vno modo improprie & late pro omni recompensatione alicui exhibenda loco damni illati. Sed hæc potius dicitur satisfactio ut S. Tho. dicit hic in littera sua, & habetur extra, de iniurijs & damno dato, cap. si culpa, vbi sic habetur, si culpa tua datum illatum est, iure super his satisfacere oportet. ut si quis alium diffamauit satisfacere to-

netur. Secundo modo capitur restitutio pro rehibitione rei realis distinctæ alicui debita, & sic accipit D. Tho. restitutio in. 2. 2. q. 62. ar. 1. vbi eam sic describit: restitutio est iterato aliquem statuere in possessionem aut dominium suæ rei: at in præsentia nos agemus de restituitioe ut se extendit ad vtrâque, nempe ad propriam & ad improprie restitutioem. 1. ad satisfactionem. Præterea hæc materia tractatur a doctoribus in. 4. senten. d. 15. in materia de satisfactione Quarto est aduertendum quod ante quam descendamus ad particularia, opere præcipuum est aliqua fundamenta iacere, necessaria quidem ad intelligendam hanc materiã. Et cum ut diximus restituere sit iterato aliquem statuere in possessionem aut dominium rei suæ, quamuis proprie capieno dominium, nempe pro superioritate, aut pro proprietate, distinguatur a possessione & vsu rei: in materia tamē restitutiois pro eodē reputantur, quia qui alteri iniuriam facit in possessione vel vsu, tenetur restituere, sicut qui facit iniuriam in proprietate & dominio rei. Ideo primum fundamentum & praeambulum erit scire quid est dominium.

DYBITATVR ergo quid est dominium, an sit idem dominium quod ius & facultas rerum: & videtur quod ita, quia ius est facultas disponendi de rebus, & libere illis vtendi, at hoc ipsum est dominium, ergo &c. Pro dissolutione huius questionis nota quod hoc nomen dominium non est in vsu apud Ciceronem, & alios antiquos latinos, sed apud illos reperitur frequenter dominatus ac dominatio, & hæc duæ voces apud illos frequētius in malum vsurpantur quam in bonum. Vnde Ci. li. 5. Tus quest de Dionysio dicit, duo & viginti natus annos dominatum occupauit &c. vbi dominatus accipitur pro quadã specie tyrānidis &c. & rursus lib. 2. de Oratore. Brutus populum Romanum dominatum regio liberabit &c. illa namque quorum hoies sunt domini, dicuntur latine, facultates ac substantiæ, & possessiones: sed esto hæc vox dominium apud antiquos latinos non reperiatur, iuriscōsulti eam inuenerunt, & ea vtuntur, ad significandum id quod pariter vocatur proprietate rerum, quæ ab earum possessione distinguitur, atque ab vsu, & vsufructu. Et eadē vocē receperunt theologi, & iam recepta etiã est ab illustribus latinis, ideo tanquam latina & non barbara ea vtentur, cū Var. de re rust. li. 2. vbi sic ait: in mercatō & in emptiōib⁹ & traditiōib⁹ dominium mutatur: & ita habetur in litteris sacris ut Thob. 8. fecit hanc scripturam ut pars dimidia quæ supererat, Thobias dominio deueniret. Secundo patet Mach. 11. Rex Ptolomeus obtinuit dominium ciuitatū. Tertio in iure verbū dñium est vsurpatissimū, nã in digestis, extra, tituli de acquirendo rerum dominio. & de acquirenda vel amittenda rerum possessione.

HIS suppositis ad propositam questionem respondet Conradus codice de contractibus tracta. 1. dominium est potestas vel facultas propinqua assumendi res aliquas in vsu licitum, secundum iura vel leges rationabiliter institutas. Eandem finitionem dominij constituit Gerson, tract. de potestate ecclesie consideratione. 13. & in tractatu de vita spiritali lectione. 3. eam etiam acceptant aliqui alij in. 4. d. 15. Pro intellectu prædictæ finitionis, est aduertendum quod idem est dominium quod ius, sed ius a doctoribus vsurpatur dupliciter vno modo pro lege, quia viri docti vocant leges diuinas, ecclesiasticas, ac Cæsareas, iura: dicunt enim ius diuinum ius canonicum &c. Secundo accipitur ius pro facultate vel potestate vtendi re, quia ita dicimus, habeo ius faciendi hoc, aut accipiendi hoc. i. habeo facultatem & licentiam ad hoc: & sic pater dicitur habere ius in filios, & rex in subditos. Et prædicta distinctio probatur. 1. ad Co. 7. mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir: vnde colligitur quod accipiendo ius hoc secundo modo, idem est dominium quod ius. Sed hoc quod hi doctores dicunt, nempe quod dominium & ius accipiatur pro eodē, non est omnino verum: quia ut dicit Irido. in. 5. li. ethimolo & S. Tho. 2. 2. q. 57. ius idem est quod iustum, quia est obiectum iustitiæ, nempe æquitas vel equalitas quæ iustitia inter homines constituit, dominium autem est facultas domini (ut nomen ipsum significat) in seruos vel in res aliquas, quibus libere in suas vtitur commoditates: ergo ius non conuertitur cum dominio, sed est illi superius & latius patens, quia vxor habet ius in maritum. 1. ad Cor. 7. vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier: & filij in parentes qui curam suorum filiorum habere tenentur: & serui in dominos a quibus sustentari debent: & eadem ratione subditus, ius habet in prælatum a quo est dirigendus, & gubernandus, & tamē nullus horum dominus est respectu sui superioris. Sed dices ad minus ius superioris in inferiorem dominium ceteri debet, quia dominium ultra ius non addit nisi rationem superioris. Dico quod nec hoc simpliciter & proprie verum est, quia pater ius habet in filios, dominium autem nullo modo, si proprie capiatur dominium: quod autē pater habeat ius in filios probatur, quia est æquum & iustum, atque adeo ius vt pater filijs imperet ob suum ipsorum bonum, quos propter ipsos diligit, instituit & educat. At dominium proprie dictum non significat quodcunque ius & potestatem quamcunque: sed illam tantum potestatem, & illud tantum ius significat, quæ est in rem qua vti pro nostro arbitratu possumus in nostram propriam utilitatem, quamque propter nos diligimus.

Et hoc probatur prius ex ipsa nominis significatione, nam domini relatiuum est seruus, qui seruus quidquid est totum est domini, veluti pecunia aut pecus, excepto quod seruus a domino occidi non potest, quia solus Deus est vix dominus. Secundo confirmatur hoc ex Arist. 1. Poli. cap. 3. vbi distinguit inter imperium ciuile seu regium, & despoticum, quod est imperium dominicum, seu dominandi, & dicit animam habere in corpus dominicum principatum, mentem autem in appetitum non nisi ciuile, & regium, quod non est dominium. Tertio Arist. in. 5. Ethi. ca. 6. distinguit inter ius herile & paternum: pater enim possidet filium ante legitimam ætatem, non sicut dominus possidet seruum, sed sicut partem sui, & ideo ius illud non est dominicum: hærus autem possidet seruum tanquam instrumentum quo vtitur. Sed contra hoc arguo ad hunc modum, qui aut filium patri, aut marito vxorem raperet, est fur, at furtum non committitur nisi domino inuito: ergo pater filij dominus est, & maritus vxoris: ad hoc dico prius quod raptus filiorum, aut vxoris non est proprie furtum, sed alia species iniuriæ, vt captiuitas aut alia similis, sed seruū aut pecuniã surripere proprie est furtum. Secundo & melius dico raptum filij vel vxoris esse proprie furtum, quia ad rationem furti sufficit, quod fiat vel inuito domino, vel inuito eo ad quem res iure aliquo pertinet, etiam si non sit proprie dominus, sed alio iure possideat. Et confirmatur hoc, quia institutis, de iure personarum, distinguuntur homines in liberos & seruos, quoniam ius in liberos non proprie est dominium, sed ius in seruos proprie est dominium. Rex enim licet dominus dicatur vrbium ac possessionum multarum (licet non omnium quæ sunt in republica) ciuium tamē non est dicendus nisi rex, aut dux, immo verò cū dominatu agit in subditos vtendo illis ad suam propriam utilitatem, tyrannus est. Vnde colligitur quod nec iudex, nec prælatus est proprie dominus subditorum, esto in eos ius habeat aliquod: & hoc videtur docuisse Christum redemptorem Matth. 20. cum dixit, principes gentium dominantur eorum &c. non ita inter vos. Vnde colligitur dominium proprie dictum, solum esse ius quo quis vtitur pro suo arbitrio, & ad suum proprium commodum: at ius absolute sumptum, non significat solum illud, sed amplectitur etiam ius quo superior ac præfectus in subditorum rem & bonum ipsis vtitur: vnde ius tanquam genus superioris ponendum est in definitione dominij: ergo ius & dominium non conuertuntur. Sed videtur quod vir proprie sit dominus vxoris, iuxta illud Genes. tertio. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

Secunda. 4. quest. 18. art. 1.

Dico quod non habet vir proprie dominiū super uxorem: & illud testimoniū citatū non est referendum ad dominium ciuile, imo Arist. ubi supra illud ius viri in uxorem innotatum esse ait: sed dicitur vir dominari in uxorem primum quantū ad vsum coniugalem, quā cū natura integra fuisset sine vlla turpitudine molestiaq; laboris, post peccatū autem, quia in dolore paritura erat mulier, dicta est esse sub viri potestate. Secundo quia innocētia durante & perseverante nullus esset ignorantia locus, quā peccatum sequuta est, ideo quantum ad regimen dominari dicitur vir uxori quam debet docere: sicut etiam homines prudentiores rudibus dominari dicuntur, non quidem legali dominio, in bonum proprium dominorum, sed vrbano, in rem ipsorum qui disciplina indigent. Ex quibus omnibus colligitur, quod proprie loquendo & ad rigorem, definitio Conradi & aliorum aliquorum de dominio, nō est bona ideo si proprie diffiniatur dominium sic diffiniendum est: Dominium est propria cuiusq; facultas, & ius in rem quā in suum proprium commodum vsurpare potest, quocunq; vsu lege permisso. In prædicta finitione positum est facultas loco generis potius quā potestas: non propter illud quod dicit Gerson cap. 7. de vita spiritali, nempe quia facultas dicitur a fas: & ideo potestas latronis vtēdi aliena re non est facultas, quia facultas non a fas sed a facile trahitur, vt facultas sit quædam facilitas, quia facultas & difficultas sunt cōtraria: ideo potestas est genus plura comprehendēs quā facultas. Potest quidem latro abuti alienis rebus, non tamen habet facultatem. i. facilitatem, quia id sine licētia & facultate domini non potest. Quare non est opus addere in prædicta finitione propinqua, quia facultas absolute hoc ipsum sonat. Potestas siquidem remota vtēdi aliena re non est facultas. Ad dicitur in illa finitione, propria, vt dominium distinguatur a possessione, vsu, & vsufructu: nam qui solū habet vsu, aut vsufructū, non habet propriam facultatem, sed dependentem a vero domino, vel a iudice hoc permittente. Adiecit tamen in prædicta finitione quod dominium sit facultas ad propriū vtentis commodum, quo differat ab alijs iuris speciebus, quibus superior inferiores gubernat ob ipsorum inferiorum bonum. Deinde diximus vniuersaliter, in quocunq; vsu, vt distinguatur dominium ab vsu, & vsu fructu. Addidimus tandē modum illum, vt vsus ille sit lege permisso, ad dissoluendam obiectionem, quia quis tentaret infirmare definitionem, quia pupillus ante ætatem legitimā, dominium habet rerum suarum, non tamen habet liberam facultatem vtēdi illis ad omnes vsus alias licitos & honestos, quia nō po-

test illa bona donare nec alio titulo illa alienare, quoniam lege humana prohibetur ea dilapidare: ratio est, quia cum dominium fundetur in libertate, licet ante vsu rationis vere sit dominus, quia vere est liber & non seruus, vsus tamen dominij ei ob bonum suum interdicitur, quousq; vsu habeat liberi arbitrij. Et pro hoc facit illud Pauli quod quādiu hæres paruulus est nihil differt a seruo, ad Galat. 4. non quidem quantū ad dominium, sed quantum ad vsu, & ideo est sub tutore. Et simile sit argumentum de illo cuius bona ligata sunt iure primogenituræ, qui cum sit vere eorum dominus, illa tamen non potest ratione aliqua alienare, quia est legibus prohibitus: quod autem ille primogenitus vere sit dominus, probatur, prius, quia alias illa bona carerent domino. Secundo cum rex ad instantiam alicuius, bona eius vinculo primogenituræ alligat, quæ prius libera erant, nullum ei adimit dominium, nec postmodū quādo possessori facultatem concedit alienandi, nouam illi confert proprietatem, aut dominium: ergo semper est dominus prohibitus tū vt diximus de pupillo. Quæ autem res sit dominium dico quod non est ipse possidens rem, nec res possessa, sed est habitudo inter possessorem & rem possessam, quæ habitudo vocatur facultas possidentis in rem possessam: nā licet illa prædicta habitudo non sit entitas distincta a possidente vel re possessa, est tamē relatio quæ in vera philosophia non prædicatur de fundamento nec de termino, Adnotant etiam aliqui doctores non esse idē dominium & titulū dominij, nam dominium est facultas vtēdi re, &c. vt diximus, titulus autem dominij est radix illa vnde prouenit dominium, nempe natura, lex, contractus, & electio. Natura quidē quia a natura habes dominium, vt in extrema necessitate vtaris bonis tibi necessarijs, esto alius possideat ista bona: & ita poteris signare exempla de lege, & alijs vnde dominium dimanat. Ex dictis colligitur differētia inter dominium, vsu, & vsufructū: nā dominium est facultas in substantiā rei, vsus fructus nō nisi in eius qualitatē, & accidētia, in substantiā in quā rei, quia si est vsu cōsumptibilis, vt cibus & vestis, potest eā dominus consumere, si autem non est res vsu cōsumptibilis potest dñs illā donare & vendere, vt fundum, & etiam aliquādo occidere vt bouem. Vnde vsufructus a iureconsultis sic definitur, vsufructus est ius vtēdi ac fruendi alienis rebus salua earum substantia. ff. de vsufructu, & eodem titulo in institutis: qui enim habet vsu fructum agri vel fundi, potest & fructibus vti, & eos vendere, & fundum ipsum alteri locare, vsus autem solus, est ius rebus alienis vtēdi salua earum substantia, non tamen fruendi, vnde

Secunda. 4. quest. 18. art. 1. fo. 219.

vnde minus iuris est in vsu, quā in vsu fructu. Dicitur enim ille frui re, qui in eius fructibus habet plenam potestatem, quos nempe non solum edere, verum, vendere & multis alijs titulis alienare potest. Dicitur autē ille vti fructibus rei cui tantum illis vesci licet, vel suos alere greges: sed non licet illi eisdem fructus aliter distrahere: vt qui habet nudum vsu agri potest in eum intrare, comedere poma, & feno iumenta sua & pecudes pascere, sed fructus aut agrum ipsum locare non licet. Vnde vsuarius aut vsufructuarius verus dominus non est, & ideo in vtraque finitione dicitur, alienis rebus. Emphiteuta dicitur habere dominium vtile, ad differentiam dominij directi, quod simpliciter dominium est, sed hæc vide apud Summistas & iureconsultos. At licet proprie loquendo, de dominio ita sit dicendum, potest tamen definitio Conradi de dominio teneri, dicendo quod quando in ea dicitur dominium esse ius non accipitur ibi proprie dominium, nempe vt dicat superioritatem, aut prælationē, aut facultatem propriā &c. (vt supra diximus) quia hoc modo non sunt idem conuertibiliter dominium & ius, vt probauimus: & hæc est mēs Conradi & Gersonis qui constituit prædictam finitionem dominij. Secundo dico quod secundum Conradum non accipitur dominium pro proprietate rei solū, vt distinguitur a possessione & vsu rei: sed vt idē sit cōuertibiliter dominium & ius, accipitur hæc vox dominium latius vt se extendat ad proprietatem, possessionem & vsu. Sed dices hæc acceptio dominij est impropria & ficta: dico quod verum est vt supra probauimus, quod non est tam propria vt nos sumpsimus & probauimus, quod debebat sumi dominium. Secundo dico quod pro tractatu restitutionis sic etiam latius debet sumi dominium vt sumpsit Conradus, ne sit opus multoties distinguere ad respondendum ad euenta in particulari. Et quod sic debeat extendi dominium, probo, quia si quis surripiat alicui rem aliquam cuius ille non habet nisi possessionem vel vsu fructum, aut solum vsu, esset vere fur, & faceret iniuriam & iniustitiam illi habenti vsu rei, quia accipit rem alienam inuito domino: ergo ille habens vsu rei, erat dicendus dominus illius rei, ergo habebat dominium, ergo ad minus in tractatu de restitutione oportet sic latius accipere dominium, vt se extendat ad possessionem & vsu rei: vnde definitum illius finitionis Conradi & Gersonis est dominium sumptum late & non restricte, vt nos supra constitutum. Et hæc omnia erant necessaria ad intelligendum D. Tho. hic & 2. 2. q. 62. a. 1. vbi dicit restituere esse aliquem iterato statuere in dominium rei suæ. Manifestum est

quod ibi dominium nō accipitur solum pro facultate propria, vtēdi re in propriam commoditatem, &c. vt supra diximus: sed etiam pro vsu & possessione rei, &c. Vnde etiam particulas definitionis Conradi explicabimus, quarum prior est potestas seu facultas. Et quamuis ipsi. f. Gerson & Conradus accipiant potestatem etiam pro facultate, melius tamē dicunt ipsimet, vt nos supra notauimus, dominium dici facultatem quā potestatem, ob rationes quas supra constituumus, & melius est quod facultas trahatur a facile quā a fas. Secunda particula est propinqua ad excludendum omnem potestatem aut facultatem femotam, quia nullus est dominus rei propter hoc quod potest illam emere & tunc illa vti, quia non licet ei vti illa, nisi facta prius mutatione quæ sit ipsa emptio & venditio, & facultas propinqua est quando nulla facta mutatione a parte rei & nullo modo iure adquisito, potest ille homo vti illa re, ideo dicitur facultas propinqua. Alia particula est secundū iura & leges iustas, per quam excluditur omnis tyrannica & illegitima potestas aut facultas, qualis est omnis illa quæ nō est secundū iura legitima. In hoc igitur consistit dominium rei, vt ad materiam restitutionis spectat, nempe vt habeas propinquam potestatem vtēdi re secundū legitima iura, & qui prædicta caret potestate non potest licite vti re illa: & hoc est primum fundamentum in hac materia, & qui vtitur re contra dominium alterius tenetur eam restituere. Prædictæ finitiones dominij probari possunt præter probationes supra adductas, & hoc modo: quia ea quæ sunt propter finem, optime diffiniuntur per ipsum finem, eo quod quandam necessitate habeant ex ipso fine, vt tradit Arist. 2. phis. at dominium est propter vsu rerum, nam si homines non deberent vti rebus, frustra Deus eis dedisset dominium: ergo dominium est propter rerum vsu, ergo merito definitur dominium per vsu, & dicitur dominium esse facultatē vtēdi re. Secundo relatio definiti habet per suum fundamentū: at dominium dicit relationē ad res subditas, vt author est etiā S. T. p. p. q. 13. a. 7. sed fundamentū illius relationis dominij est potestas, vt ibidē dicit D. Th. ad. 1. ergo bene definitur dominium per prædictas particulas.

P R Æ T E R E A quia supra diximus dominium differre ab vsu rei, & hic proxime diximus vtrum rei esse finem dominij, dubitatur an in rebus vsu cōsumptibilibus possit vsus a dominio distinguere? Pro cuius dubij explicatione, est notandū alias esse res nō cōsumptibiles vsu, alias autē esse cōsumptibiles: res vsu nō cōsumptibiles sunt illæ quarū vsus nō est cōsumptio, veluti fundus & oliuetum.

Secundū
dubium.

Secunda. 4. quest. 18. art. 1.

Res verò vñ consumptibiles sunt illæ, quarum vsus non est nisi consumptio rei, veluti pecunia cuius vsus est illam in alienum dominium per aliquam commutationem trans ferre: & panis, cuius vsus est ipsum comedendo consumere: & ita dic de alijs rebus id genus. Ideo dubium est de his rebus peculiari ter quæ vnico actu consumuntur, quia in alijs quæ non consumuntur vnico actu, vt vestis, calceus, &c. esto longo vsu consumantur, adhuc dominium apparet ab vsu distingui. Et de hoc dubio non solum a theologis aut doctoribus alijs, sed etiam a summis pontificibus variæ sunt prolata sententiæ. Et prius Nicolaus, 3. cap. exijt qui seminat: de verborum significatione lib. 6. vbi luculenter affirmat fratres Sancti Francisci nullum habere dominium, nec in communi nec in particulari, vtensilium aut victualium, sed tantum esse simplices vsuarios. Et quòd dominium pecuniæ semper manet apud ipsos elargientes: cibariorum verò & vtensilium apud summum pontificem: & eadem extat sententiæ Clementis V. in Clementina. Exiit de paradiso. Eodẽ titulo: hæc hi pontifices. Sed oppositam sententiam tenet Ioannes. 22. in extra vagantibus, ad conditorem, & cum inter nonnullos: & quia quorundam: de verborum signific. vbi asserit, in rebus vsu consumptilibus vsum minime distingui a dominio, nec vllò pacto posse ab illo separari. Ideo res est difficilis, & prius q̄ vsus in rebus vsu consumpti bilibus non distingatur a dominio, probatur, quia cum vsus huiusmodi rerum nihil aliud sit quàm earum cõsumptio, nemo potest re vti nisi tãquam verus dominus: verus autem dominus (vt supra diximus) in hoc cõsistit, quòd in omnem licitum vsum res possit assumere: at postquam res cõsumitur nullus relinquitur eius vsus. Et cõfirmatur hoc testimonio D. Tho. in. 2. q. 78. ar. 1. vbi dicit, in vino, & in pecunia, & in rebus huiusmodi non potest computari seorsum vsus præter rem ipsam, sed cuicumque conceditur vsus, eidem conceditur res, atque adeo eius dominium. At si vsus rerum huius generis a domino separaretur, fieret inde manifeste posse locari vsum distincto præcio, ab illo quo res æstimatur: vt quis tibi daret pro esu caponis aut vini potatione tantum, & rursus pro eapone aut vino quantum valet. Secundo ff. de vsu fru. earum rerum quæ vsu consumuntur. l. 2. cautio fit, pecuniæ vsu fructu non posse legari absq; ipsa pecunia, nec aliarum rerum, nempe vini & olei quæ vsu cõsumuntur. Ratio est, quia nemo potest his vti nisi cõsumendo: vnde quantum ex illo titulo colligitur, vsus fructus harum rerum, ad quoddã genus mutuatõis spectat: ille enim cui vsus fructus vini vel frumenti legatur, tenetur

cautionem dare, quòd totam rem restituet legitimo hæredi. Et rursus ff. de vsu fruct. & quemadmodum quis vtatur, l. e. omnium, §. constituitur, prohibetur vsus fructum perpetuum esse, ne inutilia sint dominia, quia frustra esset rei dominium qua nunquam liceret vti. Ex his conficio sic argumentationem, si panis & vini mendicantiũ vsus apud ipsos est, & talis vsus vt nunquam rem illam teneantur restituere, certum est dominium etiam penes eosdem esse. Ad hoc tamen respondent qui oppositũ dicunt, vt habetur in dicto cap. exijt, duplicem esse rerum vsum, alterum iuris, alterum autem facti: vsus iuris est legis concessio: & hic in præfatis rebus non separatur a dominio, & dicunt mendicantes carere illo vsu & dominio: vsus autẽ facti est actio ipsa comedendi & bibendi, & hic vsus tantum mendicantibus concessus est. Hoc asserit Nicolaus pontifex in illo cap. exijt. Sed hæc distinctio non facile intelligitur, quia vsus iuris non est aliud quàm quod ius ex voluntate domini permittit, nam inde fit tibi vsus legitimus, quia quis legauit tibi vsum fructum pecuniæ: si igitur vsus fructus pecuniæ tibi legitimus est, ergo iure est concessus. Præterea si mendicanti elargiaris panem, vsus ille mendicantiũ turidicus erit. Et confirmatur quia in eodem cap. exijt, ait Papa, ita mendicantibus concedere vsum cõsumptibilium rerum ac si essent vere domini. Præterea Ioannes. 22. ingenue fatetur nullum se habere dominium rerum mendicantium, etsi quod habet, quòd libentissime renuntiat. His tamen non obstantibus dico, q̄ hæc quæstio videtur de nomine: sed vt more scholastico respondeamus sit. 1. conclusio vsus rerum vsu consumptibilium, & vtensilium distinguitur quodam pacto a dominio, ita vt mendicantes absque vlla proprietate illis vtantur. Probatur, quia ad verum dominium non sufficit vt alicui liceat rem consumere, sed requiritur vltra vt possit ipsam (vt in diffinitione domini diximus) in omnem vsum alias licitum assumere, nempe alienare, in iudicio repetere, legare, negligere, &c. At fratres S. Francisci non possunt hoc efficere etiam conuentualiter iuncti, nempe talibus modis rebus suis vti: immo verò qui pecunias illis erogant, possunt prohibito amouere quoties libuerit tanquam veri domini. Aliorum verò vtensilium atque alimentorum Papa se dominum pronuntiat: exemplum, vt cum quis amicos inuitat non facit eos dominos esculentorum & poculentorum quibus mensa extruitur, quia nec illis facit facultatem illa subripiendi, vt in proprias domos inportent, sed tantum vt eis vescantur ad mensam sedentes. Eodem modo Papa frequenter inuitat fratres

Secunda. 4. quest. 18. art. 1. fo. 220

res quibus solum facit facultatem edendi ac bibendi, aut vestiendi. Quare etsi rursus ea illis auferat non faceret eis iniuriam. Nec esset habendus tanquam fur & latro, aut iniustus, sed tanquam dominus qui sua repetit. Et confirmatur præfata conclusio ex illo Act. 2. vbi habetur, omnes credentes habuisse omnia communia: quod intelligendum est de illis solum qui Hierosolymis agebant. Omnia ergo vsque ad alimenta erant illis communia, & gerebant se veluti conuiuẽ ad mensam inuitantis.

SECUNDO, impugnatores huiusmodi paupertatis fatetur posse monachos habere proprium in communi, licet nemo illud habeat in particulari. Potes ergo tu monachus particularis vesci communibus quamuis nõ sis particularis eorum dominus: ergo pari modo potest totus conuentus & totus ordo eisdem vti tametsi omni careat dominio. Nec multum mouere debet verbum Ioan. 22. dicentis se abdicasse tale dominium a se primũ, quia id non fecit legitime: sed videtur quòd fecit in odium Occham, & aliorum sui ordinis qui fuerunt ei infestissimi. Deinde quia suam renunciationem successores eius in eadem sede nondum probarunt, sed exemplo suorum antecessorũ, idem retinent dominium.

TERTIO probatur prædicta conclusio ex illo Deuter. 23. vbi ingredientibus vineam proximi permittebatur vsus vuarum absq; dominio, ait enim: ingressus vineam proximi tui comede vvas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum. Non ergo faciebat vuarum dominium vt posset pro alia recãbere, sed tantũ vt tãquã cõiua pasceretur. **QUARTO** in institutis de vsu & habita. ei qui fundi nondum habet vsum, nihil vltorius conceditur quã vt oleribus, pomis, floribus, &c. ad vsum quotidianam vtatur: ergo vsus ibi distinguitur a dominio. Ad hoc etiã accedit. 5. quòd qui extrema laborat necessitate potest pane alieno sibi subuenire, non tamen vt illum vendat, quare non transferatur illic dominium, sed ille extremẽ indigens vtatur alieno legitime, etiam si vbi quis laboraret inopia panis, posset rem aliam capere quã cum pane permutaret. Et quòd non trãferatur dominium in extrema necessitate, probatur rursus ex eo quòd alias ille qui sub illo articulo misero non succurrerit, maneret restitutioni obnoxius, nam si tenebatur transferre dominium in alterum, perinde habuit ac si retineret rem alienam.

HÆC reddunt rem multum probabilem, ex quibus aliquo modo constat id quòd ait Nicolaus Papa, nempe quòd minores habent vsu facti & non iuris, scilicet vsu in actu & nõ in habitu: nam vsus iuris seu in factum est quãdo talis vsus non potest a domino im

pediri, qualiter non est apud mendicantes, sed tantum dum actu vescuntur. Aliud autẽ est in pecunia, nam cum talis vsus sit illam alienare, assumitur in omnem vsu. Vnde nemo ea legitime vtitur nisi verus dominus. Et ad argumenta in contrarium dico, ad primum, quòd etsi post consumptionem harũ rerum nullus alius relinquatur vsus, non tamen continuo sequitur vt assumantur in omnem vsu quod ratio domini desiderat. Sed contra si mendicantes non possunt illas alienare, illud est quia sunt lege prohibiti sicut pupilli & primogeniti: ergo non obstat quo minus sint veri domini sicuti illi. Ad hoc nego antecedens, quoniam nulla ciuili lege prohibetur illa vendere vel donare: sed quia verus dominus eiusmodi facultatem eis nõ permittit. Ad illa iura quæ superius adduximus, & ad S. Tho. negantem in prædictis rebus posse seorsum computari vsu & dominium: dico quòd illis iuribus solum constituitur quòd non possit seorsum præcium sumi pro vsu, aliud a precio rei. haud tamen negat quo minus dominus possit vsu restringere, vt alter illo duntaxat modo vtatur, & non omnibus modis qui requiruntur ad verum dominium.

POSTQVAM vidimus quid sit dominium, dubitatur quis habet illud prædictum dominium, an solus Deus & creaturæ rationales & intellectuales: Vel an etiam habeant dominium creaturæ irrationales & insensibiles? Ad quæstionem hanc responderet Conradus codice de contractibus. tract. 1. q. 3. & 6. Et Gerson (vbi supra dubio primo citauimus) & alij ex neotericis, & dicunt non solum Deum & creaturas rationales habere dominium, sed etiam creaturas irrationales & insensibiles habere aliquarum rerum dominium: quod probant prius, quia creaturæ irrationales habent facultatem vtendi aliquibus rebus ex lege diuina: vt celũ habet potestatem super oĩa inferiora, quia agit in hæc inferiora, illuminando & calefaciendo ea, & sic alia astra omnia hoc habent dominium.

SECUNDO Genes. 1. dicitur, creauit Deus luminaria magna vt præessent diei & nocti. Tertio elementa habent ius & dominium occupandi certa loca, ergo habent dominium. Quarto bruta animalia habent ius & facultatem sumendi escam & vtendi herbis, ergo habent dominium: antecedens probatur Gen. 1. Ecce dedi vobis omnẽ herbam, & omnibus animabus terræ, ergo &c. Quinto Aquila est rex alitiũ & volatiliũ, & Leo præest animalibus terrestribus, & apes habent regẽ nempe vnam illarum quæ alias dirigit, vt dicit D. Hiero. ad Rusticum monachum. & habetur in Decr. 7. quæst. 1. cap. in apibus.

*Tertium
dubium.*

HIS non obstantibus respondetur ad questionem aliquibus propositionibus, quarum prior est. Deus super benedictus est dominus omnium: hæc facile probatur, quia Deus omnia creauit, vt Gen. 1. & in multis alijs locis expresse est in sacris literis reuelatum. Secundo, psal. 23. dicitur, Domini est terra & plenitudo eius. &c. Tertio, Act. 17. cœli & terræ cū sit dominus: &c. 2. Mach. 14. dominus vniuersorum tu es: ergo, &c. Vnde potest Deus pro suo arbitratu omnibus rebus vti, postquam omnium est dominus, nempe creando, annihilando, & ad quosuis vsus applicando, cum sit dominus vitæ & mortis. &c.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio. Angeli non habent dominium creaturarum aliarum a se, sed solum sunt domini suarum actionum: prior pars conclusionis probatur, quia mundus hic corporeus non est creatus propter ipsos angelos eum ipsi nec corpore nec re corporea indigeant, sed propter solos homines, quorum ipsi angeli sunt spiritus administratorij, vt dicitur ad Heb. 1. Secundum membrum conclusionis probatur, quia angeli sunt liberi, ergo habent dominium suarum actionum, & inter se habent quoddam hierarchias, ergo &c. Sed hoc parum facit ad nostrum institutum, ideo est tertia conclusio.

Tertia conclusio.

Nulla creatura irrationalis habet dominium alicuius alterius rei. hæc est contra Conradum de contractibus. tract. 1. q. 3. & 6. & contra aliquos alios ex recentioribus qui oppositum tenent, vt iam retulimus: & probatur nostra conclusio, & prius testimonio Ari. in 6. Ethi. & S. Th. 1. 2. q. 1. ar. 1. & 2. & q. 6. ar. 2. in eodē codice, quibus locis dicunt solam creaturam rationalem esse dominam: & probant quia solus ille est dominus qui operatur libere volens & ex electione, & etiam hic respectu illius quod necessario vult non est dominus. At creaturæ irrationales necessario agunt quidquid agunt, vt pote ex instinctu naturali: ergo domini esse non possunt, aut dominium habere: nam qui sui aut suarum actionum dominus non est, aliarum rerum exterarum dominium habere nullo modo potest, cum secundum ex priore deriuetur, aut illud necessario supponit: quod fit vt mente captus homo dominium habere non possit, ergo &c. Secundo qui prohiberet equum a pastu, non magis faceret illi iniuriam quam si ramum scinderet a planta agresti, quæ nulli hominum fuit applicata, ergo equus non habet dominium herbæ vel alterius rei.

TERCIO, S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 1. dicit, quod licitum est pro arbitratu proprio occidere bruta animantia, si non sint appropriata alicui homini, nec sit illis brutis maior iniuria quam Soli claudendo fenestram ne ingrediantur domum: si autem hæc creaturæ irrationales haberent dominium alicuius rei, priuare

illas illo dominio aut iure, peccatum profecto esset, ergo &c.

QUARTO, Gene. 1. solis hominibus datum est a Deo rerum omnium sublunariarum dominium: faciamus (inquit) hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, &c. hoc est, in hoc faciamus hominem ad nostram imaginem, vt reliquæ creaturarum vniuersitati, quæ nostra caret imagine dominus constituatur, nempe hominem fieri ad imaginem & similitudinem Dei, est fieri intellectu & voluntate liberum: hæc enim est facies Dei, nam in reliquis creaturis solum est vestigium Dei, veluti pedis humani relinquitur in puluere, per quod eiusdem hominis facies nequit agnosci. Dicitur ergo homo conditus ad imaginem Dei, quia duæ istæ potentie, nempe intellectus & voluntas communicatæ sunt ei, & ex hoc sortitus est homo ius dominandi in cæteras creaturas rationis expertes.

QUINTO, habere dominium rei, est ipsa licite posse vti: at vt tradit Diuus Tho. 1. 2. q. 16. ex Aug. li. 83. q. creaturæ irrationales re aliqua vti non possunt, quia vti re est rem in finem ordinare, quia voluntas est finis, vsus autem est mediorum ad finem: irrationales autem creaturæ nihil agunt propter finem quia eum non cognoscunt, sed potius instinctu aguntur naturæ.

SEXTO, Domini est imperare, at creaturæ irrationales imperare non possunt, quia (vt tradit S. Th. 1. 2. q. 17.) imperare est rem in alium finem ordinare, quod bruta facere non possunt, vt diximus de vsu, ergo nec habere dominium possunt. Ex his omnibus colligitur, quod solus Deus & homo habent dominium harum rerum sublunariarum, Deus supremum nempe quoad vsum & rerum naturas, homo autem quoad vsum in hunc sensum, quia non potest rerum naturas mutare. **HIS** habitis ad primum argumentum pro opinione opposita, constat antecedens esse falsum, quia si cœlum operatur in hæc inferiora, illud est ex instinctu naturæ, non ex dominio, vt diximus & probauimus: & idem dicendum est ad 2. & 3. Ad quartum autem nego antecedens, & illud citatum testimonium ex Gene. potius est pro nobis, quia illud dominium herbarum potius datum est hominibus cum quibus loquitur Deus, quam brutis: & idem est cum dicit, ecce dedi vobis omnem herbam, &c. ac si dixisset vobis de herbis ad pascendum armenta, iumenta, ac pecudes vestras.

AD quintum dicendum sicut ad primum, quia illud nempe quod aliqua animantia habeant aliquam excellentiam super alia, est ex instinctu naturali, & non ex dominio: vnde metapho-

metaphorice Aquila dicitur rex altitium, & Leo terrestrium animalium, & vna apex rex aliarum, quia non possunt alia dirigere, sed res quæ in aliqua virtute aliam excedit, dicitur aliæ dominari sic per similitudinem, & ita dicitur vna qualitas alteri prædominari. &c.

Quartum dubium.

QUARTO dubitatur quod duplex est dominium. Ad quod respondet Conradus de contractibus tract. 1. q. 6. & dicit quod sunt 23. distinctiones dominij & diuisiones, & sic erit dominium bene diuisum: sed quia illæ diuisiones sunt prorsus inutiles & fictitiæ, & iam supra luculenter exposuimus quid erat dominium: vnde sequitur quod vnusquisque facile intelliget quod duplex sit dominium, constitutum ego solum duas diuisiones dominij, quibus communiter viri docti vtuntur, & quæ amplius explicant naturam dominij formas loquendi doctorum: harum duarum diuisionum prior est dominiorum: Vnum est dominium diuinum, nempe illud quod conuenit homini iure diuino: alterum autem est humanum, illud nempe quod conuenit homini iure humano: exemplum, dominium quod homo habet super liberos suos, maritus super uxorem est diuinum, quia explicatur in iure diuino. Dominium verò agri, fundi, & aliarum rerum exterarum est dominium humanum, eo quia iure habetur humano.

SECUNDA diuisio dominij est, dominium diuinum est duplex, alterum diuinum naturale, quia etiam esset illud dominium, esto non esset scriptum in lege diuina, dicitur etiam dominium diuinum, quia declaratur & formaliter scribitur in iure diuino. Alterum est dominium diuinum pure positiuum. Dominium diuinum naturale, est ius quod quis habet super se & membra sua, pater super liberos, maritus super uxorem: Dominium pure positum diuinum, est illud quod ex solo beneplacito Christi hominibus concessum est, vt ius quod habebat populus Israeliticus ad circumcisionem, & quod habent Christiani ad sacramenta legis gratiæ & hæc duæ distinctiones dominij sufficiunt ad materiam restitutionis adamussim intelligendam. Quia licet dominium humanum diuidatur communiter in dominium Pontificium & Cæsareum, eadē tamen est ratio de vtroque, quatum ad materiam restitutionis attinet: ideo superuacanea est illa distinctio in hac materia & tractatu dominij, quia omne dominium quod conuenit alicui iure pontificio, conuenit iure humano & Cæsareo, ambo enim iura debent conuenire, alias alterum illorum esset iniquum. Alij etiam iuniores theologi diuidunt dominium diuinum in originale. i. illud quod habebat Adamus ad lignum vitæ: euangelicum & beatificum &c. Sed quia, vt dixi, omnia illa sunt ficta & ad restitutionem prorsus im-

pertinentia & inutilia, ideo ea duximus releganda a nostro instituto.

SED est notandum, quod cum dominium sit alicuius boni vt ex dictis constat, tria sunt bona quibus conuenit restitutio: Vnum est spirituale, alterum naturale, tertium verò corporale & temporale: bonum spirituale est bonum animæ, vt virtutes, gratia, sciētia, & alia id genus. Bonum naturale est, vita, membra, & bona valetudo corporalis. Bonum autem temporale est, diuitiæ, fama, & omnia bona externa &c. quæ dicuntur bona fortunæ. Et hanc triplicem acceptionem bonorum notat S. Th. 2. 2. q. 73. ar. 3. & super Pau. ad Rom. 12. lectione prima, & ea nos vtremur in hac materia restitutionis vt distinctius procedamus.

Quintum dubium.

QUINTO dubitatur. An homines iure naturali sint domini aliquarum rerum? & videtur quod non, prius quia dominium (si homines aliquid habent) concessum fuit eis a Deo optimo in eorum creatione, ergo non est illud dominium naturale. Secundo, homo non est dominus cœlorum & elementorum iure naturali, ergo nec aliarum rerum. Sed in oppositum est, quia omnia quæ sunt in hoc orbe sub lunare sunt creata propter homines, vt expressit David psal. 8. dicens. Omnia subiecisti sub pedibus eius, nempe hominis: & Arist. ipse agnouit. i. politicorum.

PRO huius dubij solutione est aduertendum, vt docet S. Th. p. 1. q. 13. & tradunt communiter theologi in 2. sententiarum, cum agunt de creatione, quod dominium non fuit ab æterno, sed ex tempore incepit, etiam in Deo: nam cum dominus sit relatiuum, inueniri non potest nisi in ordine ad seruos, si dominium proprie sumatur, aut in ordine ad subditos, si improprie vt supra diximus. At cum ab æterno non fuerint subditi, nec dominium esse potuit, sed cepit Deus dominus esse cum omnia creauit, vnde omne dominium ab ipso emanauit, nec aliquod dominium esse potest nisi diuina autoritate introductum, cum ipse omnia creauerit & disposuerit ex nihilo.

SECUNDO etiam notandum est legem naturalem a Deo esse, & diuinam etiam dici, vt constat psal. 4. signatum est super nos lumen vultus tui domine: & hanc legem naturalem Pau. ad Rom. 1. vocat reuelationem, dicens, gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, Deus enim illis reuelat. His sic animaduersis respondebo ad præfatum dubium aliquibus propositionibus, quarum prior est. De iure naturali quilibet homo habet dominium sui corporis & suorum membrorum ac vitæ suæ, ad aliquos vsus: dico ad aliquos vsus, quia homo se dilapidare non potest: sed ad dominium illud sufficit etiam capiatur late vt supra diximus. Et licet, quidam dicant hominem non habere dominium vitæ

Secunda. 4. quest. 18. art. 1.

vitz suæ, eo quod non potest se occidere: melius est dicere vt nos dicimus quod habet dominium ad aliquos vsus, quia potest vti vita sua ad multas proprias suas utilitates.

Prima conclusio.

HÆC probatur, & prius ex diffinitione dominij, quia quilibet homo licite potest vti se & membris suis ad multos vsus, & potest se religioni adstringere, in seruitutem redigere, & matrimonio alteri dominium sui corporis tradere, ergo &c. Secundo pro nobis est illud quod dicit S. Tho. in. 4. d. 26. q. vnica: nepe, necessariū fuit Deū approbasse matrimonium, vt fecit Gen. 2. quando Euam Adamo propriam dicauit: at non propter hoc quod homo non sit dominus corporis sui, ad illū vsum nempe, vt tradat dominium corporis sui vxori: & addit S. quod Deus dedit homini dominium corporis sui ad omnes vsus qui non sunt expresse prohibiti. Sed dicit quod ratio propter quā oportebat quod Deus approbaret matrimonium est, vt homines distinctius cognoscant vinculum matrimonij quod indissolubile est, & vt melius obediunt, quia facilius homines obediunt Deo imperati manifeste, quā legi naturæ si in diuina non explicetur.

TERTIO, si homo non haberet dominium vitæ suæ & membrorum suorum, si vnus vellet alium occidere, vel membrū eius aliquid mutilare, percussus non posset se defendere, magis quā si alius vellet decerpere ramum plantæ quæ nullius est: consequens manifeste falsum est, ergo &c. Vnde colligitur patrem habere naturale vel de iure naturali dominium super liberos suos, eo quia sunt aliquid eius, & virum in vxorem propter eandem rationem. Secundo colligitur grauius peccare cæteris paribus, occidens Petrum habentem patrem, quā si eum non haberet ratio est, quia non solum fit iniuria Petro, sed etiam patri ipso iure naturali. Et hoc totum confirmat D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 4. Et prædicta conclusio est clarior quā quæ multis indigeat probationibus.

Secunda conclusio. SECUNDA conclusio. Iure naturali tota res publica habet dominium supra suos ciues ad multos vsus, accipiendo dominium proprie vel improprie vt supra diximus. Hæc probatur quia pars est propter totum, ergo totum habet dominium supra partem, & ad certos vsus maius dominium habet totū supra partem quā pars supra seipsam: antecedens patet quia totus homo potest abscindere brachiū propter sanitatem totius: ergo etiam respublica potest exponere priuatum hominem propter salutē totius rei publicæ. Et hoc probat frequenter Aristot. in politicis suis: ergo respub. habet dominium supra suos ciues ad aliquos vsus, quod asserbat conclusio: ergo &c. Dixi ad aliquos vsus, quia nō potest respub.

ciues suos sine culpa occidere, nec matrimonio coniungere, aut in seruitutem tradere.

TERTIA conclusio, homo simpliciter sumptus. i. hominum communitas habet dominium de iure naturæ super omnes creaturas etiam super cælum & elementa. Hæc probatur prius psal. 8. omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Et hæc conclusio est S. T. 2. 2. q. 66. a. 1. Secundo illud est de iure naturali quod a principio creationis Deus tradidit homini. At a principio Deus subiecit omnia hominibus, vt constat in psal. 8. iam citato, omnia subiecisti sub pedibus eius. Et Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, & præsit piscibus maris & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Et S. Th. 2. 2. q. 66. a. 1. dicit quod ratio quare omnia sunt subiecta homini, est quia homo factus est ad similitudinem Dei, vt supra diximus.

TERTIO imperfecta sunt propter perfecta, sed homines sunt perfectiores cunctis alijs rebus. ergo alia omnia creata entia sublunaria propter homines sunt facta, ergo homines super alia creata habent dominium naturaliter. Quarto homo potest stando solū in iure naturali vti omnibus alijs sublunarijs: ergo iure naturali est dominus omnium aliorum sublunariū. Quinto pro nobis est Aristot. dicens in. 1. politico. quod possessio rerum est homini naturalis, quia omnia facta sunt propter homines. Sexto, si quis prohiberet aliū ne calefiat radijs solaribus peccaret: ergo homo habet dominium naturaliter vt vtatur radijs solis, & ita super alias res creatas dominium habet.

QUARTA conclusio est, stando in iure naturali non solum communitas hominū, sed quilibet homo priuatus habet dominium super omnia alia bona quæ dicuntur bona fortunæ & super creaturas irracionales. Hæc conclusio probatur, quia diuisio & appropriatio rerum non est de iure naturali: ergo stando in tali iure, quilibet homo poterat vti omnibus rebus alijs a se: vnde colligitur quod illud communiter celebratum dictum, nempe quod de lege naturali omnia sunt cōmunia, intelligendum est. i. de iure naturali non sunt applicata alicui, sed quilibet potest vti quilibet alia re sub cælo creata ad vsus rationabiles. HOC in loco querunt aliqui doctores, si per seuerasset status innocentie, an esset diuisio & appropriatio rerum: & multi multa dicunt, sed iam hodie illa sunt inutilia, atque penitus nullius momenti, cum ille status iam transierit nullo modo vnquam rediturus: ideo nil nostra interest, quod ibi certum est, hoc est, quod Deus etiam in illo statu innocentie nō diuisit nec applicauit res sublunares alicui: & certum est quod si in illo statu res diuide-

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Secūda. 4. quest. 18. art. 1. fo. 222.

rentur & applicarentur, iure aliquo humano applicarentur, sicut nunc in statu naturæ lapsæ.

IDEO his omnis, est aduertendum quod inter bona exteriora sunt, fama, laus, gloria & honor: & quando dixi in illis propositio-nibus nempe tertia & quarta, quod de iure naturali omnia sunt communia, intelligo de alijs creaturis irrationabilibus & de bonis vtilibus separatis ab ipsis hominibus, & non de his, quia hæc ab ipsa natura sunt appropriata: vnde colligitur quod nec communitati nec priuatæ personæ, licet vnquam accipere tamam, gloriam, aut honorem alterius.

Quinta conclusio.

QUINTA conclusio: de iure naturali quilibet homo habet dominium rerum etiam iā iure humano appropriatarum, si contingat ipsum hominem in extrema esse necessitate. HÆC probatur, quia ius posituum non potest derogari iure naturali, maxime quando illud naturale ius est præceptiuum, at de iure naturali præceptiuo, quilibet homo tenetur conseruare propriam vitam, & omnes res naturales sunt factæ ad subueniendum necessitatibus hominis: ergo quando est talis necessitas quilibet homo tenetur illis rebus vt vt vitam conseruet: ergo habet facultatē ad vtendum illis rebus in suas commoditates: ergo habet dominium illarum rerū omnium quibus indiget ad sibi subueniendum in illa necessitate.

Sexta conclusio.

SEXTA conclusio, nulla est diuisio vel appropriatio rerum de iure diuino positiuo. HÆC probatur, prius quia nusquam reperitur illud tale ius diuinum. Secundo hæc conclusio est diu. August. super Ioannem cap. 2. Et habetur in decretis d. 8. cap. quo iure villas Ecclesiæ defendis: ergo nec iure diuino nec naturali est facta appropriatio, & diuisio rerum.

Septima conclusio.

EX duabus proximis propositionibus, nempe quinta & sexta, colligitur septima conclusio. Solo iure positiuo humano, nempe vel iure gentium, vel ciuili, diuisio & appropriatio rerum est facta. HÆC vltra hoc quod sequitur ex duabus proximæ præcedentibus, probatur illo capite, quo iure, &c. d. 8. Et. 12. q. 1. ca. dilectissimis vbi à Clemēte exhortatur clerus Hierosolymitanus vt vitam communem seruent sine proprio viuentes. Rationemq; reddit, quia ita vixerunt Apostoli & sic viuendum esse tradiderūt: ergo solo iure humano positiuo introducta est diuisio & appropriatio rerū: & hæc conclusio est de fide vt dicit diuus Aug. in li. de heresib. heresi. 40. Vnde in hoc errauerunt Philosophi, vt Socrates & Plato qui dialogo. 5. de republica dicebat omnia debere esse cōmunia, etiam vxores & natos. OCTAUA conclusio, hæc diuisio & rerū appa-

Octaua conclusio.

priatio facta fuit ab Adamo vel filijs suis ante diluuium, & à Noe & filijs suis post diluuiū. Nam cum tunc omnia essent communia, vt detur quod ille qui prius aliquid occupabat dominus illius rei fiebat.

NONA propositio: facta diuisione, & rerū appropriatione, quilibet iure naturali potest transferre rem suam ad alium propria voluntate, ita quod ipse desinat esse dominus & alius incipiat esse dominus illius rei, si ius aliquod humanum hoc non prohibeat.

HÆC probatur, prius, quia ille cui applicata fuit res erat verus dominus illius: ergo poterit alteri illam donare vel alia via iusta ad alium transferre. Secundo dominium est facultas vtendi re ad omnes vsus non prohibitos (vt ex supra dictis constat) at hoc nempe quod vnus verus dominus rei, transferat ad alium dominium rei suæ, non est iure aliquo prohibitū: ergo id efficere potest, siue per donationem siue venditionem aut pactum quodcunq; lege non prohibitum.

DECIMA conclusio: Si adhuc nostro isto seculo est res aliqua quæ nondum est applicata alicui per legem aliquam humanā, quilibet homo libere & licite poterit eam occupare & in suos vsus proprios vertere.

HÆC probatur, quia cum diuisio rerum facta sit iure humano, secluso iure humano omnia sunt communia: ergo res quæ nō est appropriata alicui iure humano, potest à quo cunq; occupari. Vnde colligitur quod feræ & pisces qui non sunt appropriati, possunt à quolibet homine capi: & hæc conclusio habetur in institutis, de rerum diuisione. s. feræ igitur bestiarum: vbi dicitur, quod n. nullius est id naturali ratione priori occupanti conceditur.

SED est aduertendum quod dupliciter res potest conuerti in proprios vsus. Vno modo ita quod ille homo licite vtatur illa re ad tempus, aut si est vsu consumptibilis consumat illam rem nondum applicatam, & hoc est licitum iure naturali vt iam supra diximus. Alio modo potest prædicta res conuerti in proprios vsus, ita quod ille homo in cuius vsus conuertitur, efficiatur dominus propriarius illius rei: & hoc est licitum & efficitur iure humano. Si. n. fundus desertus est, nempe derelictus aut nunquam applicatus, poteris illum occupare & tibi retinere: at si rursus illum dimittas, alius poterit occupare, & postquā fecerit tu repetere non poteris.

VNDECIMA conclusio. Post rerum diuisionem & appropriationem solum sunt duæ viæ quibus quis potest fieri dominus propriarius, rei semel alteri appropriatæ: Vna est lex humana. Altera est voluntas prioris domini: dixi legem humanam accipiendo legem humanam late vt se extendat etiam ad

Nonā conclusio.

Decima conclusio.

Vndecima conclusio.

am ad sententiam iudicis, ad præscriptionem, commutationem, emptionem, & venditionem, & recompensationem: ut si quis debeat tibi, decem, & aliter ab illo obtinere non poteris nisi accipiendo aliquid illius quod tantundem valeat, etiam tunc lege humana adquire dominium illius rei quam sic per te ipsum accipis: quia antea etiam lege humana habebas dominium reituz quam ipse tibi debet vel aliam æquivalentem. His sic constitutis arguo hoc modo contra septimam conclusionem: Iure naturali omnia erant communia ergo lex humana non potuit dividere & applicare res huic vel illi: antecedens est notum & probo consecutionem: quia ius inferioris non potest contra ius superioris, sed lex humana est ius inferioris, & lex naturalis est ius superioris. ergo lex humana non potest dividere & appropriare res. Ad hoc respondet Scotus in. 4. d. 15. q. 2. conclusi. 2. & alij cum Scoto, quod illa lex naturalis nempe quæ res sublunares non essent appropriata, fuit data solum pro statu innocentie, & post peccatum fuit reuocata, & fuit concessum humane potestati ut dividat & appropriet res, cui iudicauerit conuenire. Et ideo lex illa humana non est contra ius naturale. Sed contra est quia ius naturale est immutabile, ut dicitur in Decretis. d. 6. cap. non est peccatum, & est desumptum ex Isidoro lib. 1. sententiarum suarum: ergo prædictum ius non est reuocatum sed immobile permanet id quod ius naturale intendebat. Et quod ius naturale sit immutabile etiam confirmatur. d. 5. cap. 1. vbi dicitur, ius naturale non variari tempore sed inuariatum semper permanere: ergo non est reuocatum.

SECUNDO lex naturalis solum præcipit recte rationi conuenientia: at nec est nec vnquam fuit conueniens, quod omnia bona fortunæ essent communia, maxime inter peccatores: quia sequerentur multa & graua inconuenientia, quorum vnum esset quod non esset pax inter homines, quia quilibet vellet habere quod in republica melius est. Secundum grauisimum inconueniens sequeretur quod agri non colerentur: quia nullus vellet colere fundum cuius dominus non est. Tertium inconueniens esset, quod potentiores usurparent omnia quæ vellent, alijs miseris nudis remanentibus, ergo nunquam lex naturalis intedit res communes esse. Minor probatur exemplo, quia lex est generalis naturalis quod detur potus sitienti, sed excipiuntur febricitantes quibus licet potum non demus, non ideo contra ius agimus naturale, nec prædictam infringimus regulam: quia non est rationi recte consentaneum, ut potus detur febricitanti: ergo ita non est conueniens, quod bona fortunæ sint peccatoribus

hominibus communia. Verus igitur intellectus illius dicti quod lege naturali omnia sunt communia est. i. stando in solo iure naturali, cui libet homini licebat & licet uti quacumque re vellet. i. lex naturalis non diuisit nec appropriauit res, huic potius quam illi. Vnde ad argumentum in oppositum, nego quod diuisio & appropriatio rerum sit contra ius naturale, & ex consequenti nec lex humana quæ res appropriauit.

SECUNDO principaliter ad idem arguitur hoc modo: diuisio & appropriatio rerum facta est iure naturali: ergo minus bene diximus prædictam diuisio rerum, factam esse solum iure humano. Probo antecedens: quia ratio naturalis dicitur quod fiat diuisio & appropriatio rerum, quæ alia si omnia bona fortunæ essent communia, sequerentur multa inconuenientia, ut diximus, quia non esset pacificus conuietus inter homines & potentiores, & peiores essent ditiores. Deinde agri in culti remanerent: quia nullus curat ea quæ propria non sunt. Ad hoc dico quod dupliciter aliqua dicuntur esse de iure naturali: vno modo de iure naturali. i. dictata à iure naturali, ut pote eidem conformia & consentanea. Et hoc modo diuisio & appropriatio rerum est de iure naturali, & hoc solum probabat argumentum. Alio modo dicuntur aliqua esse de iure naturali. i. mandata à iure naturali, & hoc modo diuisio & appropriatio rerum non est de iure naturali: quia ius naturale, nec præcepit, nec mandauit executioni diuisio rerum & appropriationem rerum, sed solum ius humanum civile mandauit illam diuisio rerum & appropriationem executioni. Tertio Clemens in epistola quarta quæ refertur. 12. q. 1. cap. dilectissimis, sic ait: communis usus omnium quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, & alius istud, & sic inter mortales facta est diuisio: at iniquitas contraria est iuris æquitati: ergo non deberet esse, aut non est iusta rerum diuisio. Ad hoc dico quod intelligitur per iniquitatem. i. per peccatum originis: quo solum humana libertas pacem non haberet, nisi facta rerum appropriatione.

PRÆTEREA Quæritur quomodo potuit fieri ista diuisio & appropriatio rerum? Et ratio dubitandi est: quia homines etiã post peccatum priorum parentum erant æquales, ita ut nullus alij vel alijs præciparetur: ergo non potuit fieri hæc rerum diuisio: quia non erat autoritas ad faciendum illam diuisio rerum. Pro dissolutione huius dubij est aduertendum ex Arist. 1. politi, quod duplex est potestas, altera naturalis, ut potestas patris supra liberos suos: altera autem est potestas humana quæ surgit ex consensu hominum quæ etiam dicitur civilis, ut est illa potestas quam hodie habent reges

Sextum
dubium.

reges, & illa quam habet respublica supra ciues suos quæ ad multos usus. His notatis dico quod tribus modis potest & olim potuit fieri hæc diuisio: prius potuit fieri potestate & autoritate paterna. Vnde verosimile est, Adamum fecisse diuisio rerum illam & appropriationem rerum filijs suis ante diluuium, & Noe suis post diluuium. Et hoc probatur quia ante diluuium omnia erant in potestate Adami, & post diluuium fuerunt omnia in potestate Noe, & ad hos patres spectabat corrigere filios & inter illos pacem componere, quod non fieret nisi eis diuidendo temporales hereditates & substantias. Secundo modo potuit fieri rerum diuisio & appropriatio, per electionem vnus principis. Nam multiplicato genere humano, ipsi homines elegerunt principem vel aliquem superiorem qui potuit leges de rerum diuisio condere. Tertio modo potuit fieri rerum diuisio, per communem consensum hominum, veluti Abrahamus, & Loht fecerunt, ut Gene. 13. dicitur. Nam cum esset iurgium inter pastores vtriusque, dedit abrahamus ad optionem Loht, ut eligeret vel dexteram vel sinistram partem, & eam quam eligeret sibi retineret. Vnde quocumque horum modorum potuit fieri rerum diuisio & appropriatio:

Dubium
septimum.

SED quæritur quædo facta fuit hæc diuisio & appropriatio rerum, an fuerit facta statim post egressum Adami à paradiso, vel an permanserunt res sublunares communes longo tempore: ad quod dico quod non exacte constat. Secundo dico multum probabile esse, diuisio rerum illam factam fuisse illico post egressum Adami à paradiso. Probat, quia Gene. 4. dicitur Abel fuisse pastorem, Caimum autem agricolam, & Dominus respexit ad munera Abel, & non ad munera Caimi. & huiusmodi redditur, quia Abel quæ crassum & melius erat obtulit. Vnde apparet quia quilibet illorum habebat curam peculiarem rei familiaris, & quia iam illi habebant propria, quia si omnia erant communia, quid obstat quod Abel offerret optima? quia etiam valeret Caimo si res etiam essent Caimi, cum tantum haberet Caimus super illa bona quantum Abel. Secundo in eodem cap. dicitur quod edificauit Caim civitatem & vocauit eam Inoh: ergo iam habebat proprium postquam edificauit civitatem suam & vocabat eam suo nomine. Tertio confirmatur: quia alias fuisset lis & turbatio inter filios Adami: ergo facta fuit rerum diuisio & appropriatio illico post egressum à paradiso, cum filios habuit Adamus. Et propter eandem rationem verosimile est quod Noe Gene. 10. diuisit res suis filijs illico post diluuium, ut in pacifico conuietu agerent. Ex quibus omnibus sequitur, paganos ac gentes, verum habere dominium terrarum, quas

à Christianis, aut alijs veris dominis violenter non usurpauerunt, & tam verum sicut Christiani habent suorum bonorum, quantum de se est: & licet oppositum dicat Armachanus li. 10. de quæstionibus armerorum cap. 4. non est verum ut hic iam iam probauimus. Corollarium hoc probatur, quia Deus & natura ut supra probauimus, omnia reliquere communia diuidenda & approprianda per ipsos homines, ut diximus: ergo pagani & gentes non possunt priuari suo dominio, & fidei intuitu hac ratione scilicet ut sint Christiani: quia cum iam habuerint dominium rerum, & Deus non priuat illos illo dominio, non possunt prædicto dominio priuari, nisi, vel propria voluntate, vel lege humana. At nullo horum modorum pagani perdunt dominium rerum suarum, quia ipsi nolunt abdicare à se dominium illarum rerum, & principibus Christianorum parere non tenentur, cum ipsi habeant suos veros principes, & nunquam voluerunt se subicere principibus Christianis: & principes Christiani non possunt habere dominium super illos paganos, nisi per hoc quod ipsi vellent se illis subicere, quod nunquam voluerunt nec fecerunt: ergo, &c. Et hoc dicit. S. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 10.

PRÆTEREA Si barbari perderent dominium rerum eo quia non sunt Christiani, diuisio & appropriatio rerum esset de iure diuino, quod est falsum, ut supra ostendimus: ergo non possunt barbari priuari dominio rerum suarum solum propter fidem, quod in 2. 2. q. 10. ar. 10. præsius tractauimus.

PRÆTEREA Quæritur an post factam primam diuisio rerum iure humano, possunt rursus transferri bona fortunæ ab vno possessore ad alterum per leges humanas? hoc est an leges humane dent verum ius & dominium in foro conscientie? Ut si quis est hæreticus, vel proditor patriæ, aut Regis, ob quæ vitia leges humane priuant talem delinquentem dominio bonorum suorum: & ea bona alteri appropriant. Et si frater tuus moriatur sine liberis & sine testamento qui dicitur mortuus ab intestato, secundum leges succedat tui frater eius, frater tamen tuus nolebat te succedere in suis bonis, sed vnum alium extraneum eius amicū: tu tamen eo inuito succedis secundum leges, an tu & illi quibus leges humane applicant illa bona efficiantur veri domini, & sint tuti in conscientia tanquam legitimi possessores? Et simile exemplum est de illis qui abscondunt merces ne soluant vectigalia: & de his qui incidunt in commissum, qui secundum leges priuantur dominio rerum suarum: & vel res confiscantur, vel alijs applicantur, an omnes illi possessores secundum leges sint veri domini & tuti in conscientia? Ad hoc dico & sit prima conclusio. Certum est le

Dubium
octauum.

Prima
conclusio.

ges humanas dare verum dominium in foro animæ sicut & in foro exteriori. Hæc probatur, Paulus ad Ro 13. sic ait, omnis potestas à domino Deo est, & qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, & sibi damnationem adquiret: sed Deus est supremus dominus qui potest dare dominium rerum: ergo etiam lex humana à Rege, vel republica facta, q̄ à Deo habent potestatem.

ET confirmatur prouerbiorum. S. per me reges regnant, & legum cōditores iusta decernunt. Et primæ Petri. 2. subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter dominum siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia sic est voluntas Dei: ergo standum & parèdum est determinationi & applicationi rerum factæ per leges regis.

SECUNDO dominium rerum potest transferri ab vno ad aliū, consensu omnium qui sunt in republica, sed illum cōsensum habet rex qui est electus à republica: ergo leges suæ dant verum dominium rerum, sicut daret iudex arbiter ex consensu partium electus ad iudicandum in re dubia, nempe quis sit dominus illius rei.

ET quòd leges ciuiles obligent in foro animæ ultra hoc: quòd omnes Theologi cōmuniter recipiunt luculenter probat. S. Tho. 2. q. 96. art. 4.

TERTIO prædictam nostram conclusionem probat Sanctus Th. in. 4. d. 15. q. 2. quia bene sequitur, lege humana facta est prima distinctio & rerum appropriatio, sed facta illa priore diuisione non est minor potestas in lege humana ad diuidendum rursus, secūdo aut tertio si opus fuerit, & ad appropriandū & ad transferendū dominium in nouos dominos: ergo facta illa priore diuisione adhuc potest lex humana, cum rationabili causa iterum transferre dominium ab vno ad aliū. VNDE colligitur apprimè esse notādū, hæc esse regulam generalem cauonemq̄; vniuersalem ad sciendum quis habeat verum dominium rei. Nempe, videre, an talis res ab illo possideatur lege humana, vel voluntate prioris domini: dico, lege humana iusta: & omnes leges sunt sine scrupulo putandæ iustæ, nisi oppositum in particulari manifeste appareat. Tunc, n. ille solus est verus dominus rei qui eam, vel lege humana vel voluntate prioris domini per legem non impedita talem rem possidet aut retinet: exemplum est, quādo dubitatur de aliqua re an debeat restitui nec ne: oportet videre an illa res habuit aliquando dominum vel non: si non habuit vltimam dominum, fit ipsius occupantis secundum leges humanas, vt constat in institutis de rerum diuisione. s. feræ beltæ, quod nulli

us est, prius occupanti conceditur: vel si forte secundum leges alicui peculiariter applicatur, illius erit: si autem res illa habuit dominum, oportet videre an hic qui nunc possidet habuerit illam ex voluntate prioris domini vel non: & si habet voluntate prioris domini, hic nunc possidēs est verus dominus illius rei, nisi leges prohibeant. Vt si pupillus donauerit aliquid suorum bonorum, non tenet donatio & accipiens non efficitur dominus illius rei, ipsis legibus irritantibus illam alienationem. Si autem prior dominus & non impeditus non dedit rem illam: oportet videre, si aliqua lex humana huic concejat, vt in exemplo posito de illo qui moritur sine testamento, nolens tamen dare bona sua fratri suo: tunc etiam si ipse non dedit, frater ille est verus dominus illorum bonorum secundum leges, si non sint alij hæredes proximiores: ratio est, quia leges humanæ quæ prædicta bona possunt applicare, aut illi fratri alterius defuncti illorum bonorum dominium. Si autem quis habeat rem, quæ a iudice habuit dominum & non habet illam voluntate prioris domini, aut lege aliqua humana, tenetur illam restituere.

VT qui inuenit pecuniam quæ habuit dominum tenetur illam restituere. Si autem esset lex humana quæ disponderet, quòd quicūq; inueniret rem aliquam, cuius dominus diligentia morali præmissa, non potest inueniri, retineat sibi: sine scrupulo tunc eam possidebit. Ratio est, quia effectus est dominus illius per legem humanam sed nulla reperitur talis lex communis, aut omnibus inposita Christianis.

VERVM est q̄ in regno Castellæ est lex quæ appropriat pecudes, vt arietes, oves, capras, & alia id genus perdita, quorum non inueniuntur domini bono communi. Et pecudes illæ sic perditæ, vocantur Mostrencos lingua castellanica, & lex illa vocatur lex delos Mostrencos, in prædicta lingua. Sed vt dixi nulla talis est lex communis.

SED est aduertendum quòd sicut quando diximus quòd lex humana dat ius, & dominium rei, intelligitur dummodo sit lex iusta: ita quando dicimus quòd voluntas prioris domini transfert dominium rei ad aliū, intelligitur dummodo illa voluntas prioris domini sit iusta i. quòd non sit coacta, ignoranter, aut cum fraude, dolo, vel iniuria extorta: aut contra legis prohibitionem.

HACTENVS egimus de modis quibus acquiritur dominium: agendum est rursus de modis quibus perditur aut amittitur dominium: Et quia iam diximus, quòd voluntate prioris domini, & lege humana amittitur dominium & transfertur ab vno ad alterum: non agemus de modis, quibus manifestum est rerum

Dubium
monum.

rerum dominium amitti, aut ab vno ad alterum transferri. Sed tractabimus dubia aliqua p̄nes hoc. Quorum primum est, an peccator eo ipso quòd est, vel incidit in peccatum mortale amittat suarum rerum dominium? Et arguitur à parte affirmatiua: quia Deus gratis dedit hominibus dominium rerum, & ex pura misericordia: ergo non facit hanc misericordiam cum amicis suis.

AD hoc dubium respondet Armachanus libro de quæstionibus Armenorum cap. 4. & in dialogo defensorio, dicens, quòd omnis peccans mortaliter ipso facto amittit dominium suarum rerum, & nunquā est dominus quādiu ē in mortali peccato. Vnde colligit quia infideles sunt in peccato mortali, idèd nō habent dominium suorum bonorum. Et probat hæc sententiam, prius, quia tale dominium non approbatur à Deo immò reprobat, ergo non est verum dominium. Antecedens probatur Osee. 8. ipsi nempe principes infideles & peccatores regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognouit: & reddidit ibi causa, argentum & aurum suum fecerunt sibi idola: ergo, &c.

SECUNDO probat quia Deus priuauit Saul regno, propter sua delicta, vt habetur. 1. Reg. cap. 5. ergo, &c.

TERTIO probat idem ratione: quia causa est fundamentum illius iusti dominij est eo quòd homo factus est ad imaginem & similitudinem Dei (vt nos supra diximus), at existens in mortali peccato non habet illam imaginem Dei & similitudinem: ergo nec dominium: quia illa imago Dei non intelligitur quoad naturalia, sed etiam quoad spiritualia, nempe quoad gratiam: ergo illa amota non manet dominium. Vnde colligit Regem qui est in peccato mortali non esse regem: & ita qui aliās erant subditi ei non tenentur eidem obedire. Sed hæc sententia non est opinio, sed error & hæresis intollerabilis, & fuit error Vualdensiū, & Vuicelistarum, & Ioannis Hus. & hic error fuit condemnatus contra Vuicelsum & Ioannē Hus. in cōcilio Constantiensi, sessione. 8. & 49. Vnde cōtra prædictos tenentes illum errorem, constituo hanc conclusionem. Quantum est de se nullus amittit dominium rerum suarum ob peccatū mortale: Hæc probatur prius, quia dato opposito peccator existens in extrema necessitate, esset perplexus & necessario peccaret mortifere: quia si comedit peccat, quia vititur re aliena: quia res non fit sua per oppositam sententiam cum sit in peccato mortifero. Si autem non comedit etiam peccat, quia occidit se cum potius de lege naturæ teneatur se conseruare. Ad hæc respondet ipse Armachanus negando antecedēs: quia potest ille peccare de peccato, & tunc licebit ei come-

Primaco
clusio.

dere, idèd non est perplexus quia tunc iam esset dominus illius rei & sufficienter respōdebat Armachanus ad hoc argumentum si aliud non esset.

IDEO secundo arguo hoc modo: sicut dominium prius corporis & membrorum est à Deo, ita etiam dominium super res aliās externas: sed dominium super corpus & membra propria non amittitur propter peccatum mortale: ergo nec dominium super res externas. Antecedens pro maiori iam supra probauimus, & pro minori probatur: quia peccator potest se defendere ab alio qui sine ordine iuris vult illum occidere: & potest matrimonio contrahere, & in seruitutem se redigere: ergo dominium super corpus & membra propria non amittitur propter peccatum: ergo nec aliud super alias res & bona fortunæ.

TERTIO Deus super benedictus dat hæc bona temporalia bonis & malis, vt Math. 5. dicitur, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: ergo non amittunt mali dominium propter peccatum mortiferum.

QUARTO si prædicta sententia Armachani esset vera, sequeretur quòd Deus insufficienter valde prouisit hominibus, quia non possemus emere merces aliquas ab aliquo, quia nesciremus illas esse suas, cū non possemus scire illum esse in peccato mortali: nesciremus etiam cui esset alienū restituendū: quia nesciremus si alius est in peccato mortali an non: nesciremus præterea quis esset Rex, cui esset parendum: quia nesciremus si est in peccato mortali. Vnde nullè modo possent res humanæ administrari, & Christianorum vita esset quidam tumultus & quædam turbatio & magna confusio.

QUINTO scriptura sacra vocat Reges illos qui erant in peccato mortali, vt Salomon post sua peccata vocat Rex, & scriptura non mentitur: ergo adhuc in peccato existens erat Rex.

ET ad argumenta Armachani, dico ad primum, quòd antecedēs est falsum, vt iam probauimus: & ad probationem dico quòd illud verbum Osee. 8. &c. intelligitur de Roboam & de alijs regibus qui illi successerunt, qui fuerunt electi à populo Israel inconsulto domino, immò contra voluntatem domini, quia Deus volebat quòd totus populus Israel nō recederet à domo Dauid. Et esto pmiserit postea (vt dicit Nicolaus de lira) propter peccata Salomonis, quòd populus diuideretur, nō tamen deberet ipse populus eligere Regem nisi prius consuleret dominum: & hunc intellectum illius loci probat Hiero.

AD SECUNDO dico quòd non valet cōsequentia. Deus priuauit Saul regno: ergo eo ipso quo peccauit erat priuatus. Nec valet rursus

rurfus si dicas quod diuus Augustinus dicit, peccatorē non esse dignū pane quo vescitur: ergo ipso facto quod incidit in peccatum, perdit dominium rerum suarum: quia vt diximus & probauimus, etiam indignis cōcedit Deus bona temporalia.

SE D pro sententia Armachani arguitur rursus hoc modo, leges humanæ priuant homines dominio rerum suarū propter aliqua crimina, vt propter crimen lesæ maiestatis, aut si incidat in cōmissum vel heresim: aut si vectigalia non soluas. At leges humanæ debent esse conformes legibus Dei: ergo ob peccatum mortale quod est crimen lesæ diuinæ maiestatis priuatur peccator ipso facto. Ad hoc concessio antecedente negatur coniectura: quia leges Dei de facto non priuant peccatorem dominio rerum suarum & humanæ efficiunt hoc ipso facto, & argumentum solū probat quod leges Dei possent etiam priuare aliquem propter crimen, sed de facto hactenus non fecerunt: efficiūt autem leges humanæ.

PRÆTEREA. Dubium est an iure humano quis amittat dominium rerum suarū, ob aliquod crimen ipso facto quo tale crimen admittit: ita vt non maneat verus dominus in foro animæ, sed teneatur statim bona sua ab se abdicare, & fisco, vel illi cui ius adiudicat applicare: Ad quod respōdetur aliquibus propositionibus sub paucis: (quia solutio huius dubij pendet ex illius solutione, an lex pœnalis obliget in conscientia: quod nos absoluiimus. 1. 2. in. q. 96.) Prior propositio est loquendo de possibili: Lex humana propter crimen posset priuare homines dominio rerum suarum, ita quod amplius non essent domini in conscientia, sed tenerentur statim dare illa bona fisco vel illis quibus lex applicaret. Hæc probatur iam ex supra dictis, prius, quia hoc posset fieri ex consensu omnium hominum illius reipublicæ, at ille talis consensus resideret in principe: ergo, &c.

SECUNDO hoc ipsum posset fieri in prima diuisione rerum, nēpe quod quicumq; committat tale crimen ipso facto teneatur in conscientia dare bona sua fisco vel hospitali: ergo etiam nunc: cum tanta potestas sit nunc in lege humana sicut & tunc: ergo, &c. Antecedens probatur: quia sicut cum causa rationabili potuit fieri quod hæc bona essent propria huius & illa illius, ita potuit fieri vt pro tali crimine perderet hic statim dominium suorum bonorum, cum etiam sit causa rationalis. Ergo prior nostra propositio est certa.

SECUNDA conclusio est de facto nunc, ob nullum crimen quis perdit dominium suorum bonorum, quorum prius fuit legitimus dominus, ante sententiam iudicis in par-

ticulari, quamuis lex dicat, quod talis delinquens ipso facto perdat dominium suorum bonorum, sed prædictus delictor poterit licite retinere bona sua & eis vti quousq; per sententiam iudicis sit damnatus in particulari: vt si quis sit hæreticus, ipso facto confiscantur bona sua, sed ante declarationem iudicis poterit licite illa retinere & eis vti. Alienare autem immobilia non poterit, nempe donare aut vendere aut alia commutatione à se abdicare. Et si faciat factum don tenet, sed confiscantur à tempore hæresis, & emptor tenetur bona illa restituere: quia non acquirit dominium illorum bonorum per talem transactionem. Et idem dicendum est de illo, qui admittit crimen lesæ maiestatis, quia eodem modo confiscantur eius bona, sicut illius qui hæresim cōmisit: & eodem modo dic de illo qui occultauit merces quarum vectigal erat soluendum: quia ipso facto rerum illarum dominium perdunt, secundum quod leges disponunt. Dixi in conclusione, quorum bonorum erat dominus legitimus, quia multoties leges impediunt ne acquiratur dominium rerum quæ ipso crimine acquiruntur, vt symoniacus qui recipit pecuniam pro beneficio, aut iudex pro iniusta aut falsa sententia, non acquirunt dominium illarum rerum, quia prohibent leges. Hæc conclusio est Ioannis Metinensis codice de restitutione. q. 1. ar. 2. Et probatur ex cap. cum secundum leges, de hæreticis libro. 6. vbi dicitur quod bona hæreticorum ipso facto confiscantur, sed confiscatio non mandatur executioni quousq; condemnentur in particulari ipsi hæretici. Et idem dicendum est de illo qui cadit in commissum: & de eo qui contraxit nefarias & incastuosas nuptias, quia per leges ciuiles ipso facto priuantur bonorum suorum dominio. Vnde esto quis clam committat aliquod simile crimen, deinde post longum tempus scitur illud crimen, confiscantur bona sua à tempore commissi criminis, esto alienauerit iam illa bona: quia illa alienatio nullius valoris erat, quia erat irrita per leges: Ratione autem probatur conclusio: quia est valde cōueniens quod nullus condemnatur non auditus. Secundo quia aliàs esset occasio quod ille cui illa bona applicantur acciperet statim, esto non esset certum alium illud admisisse crimen: & etiam acciperet occulte dicens quod illa res est sua. Præterea Iudex vel alius habens officium in republica quo priuatur ob crimen aliquod, etiam non tenetur resignare illud vsq; ad sententiam iudicis, nisi forte expræsse Rex explicaret ei quando illi dedit tale officium, quod illa conditione dabat vt si incideret in illud crimen, etiam non spectata alia sententia, statim illud dimitteret & Iudex ea lege acceptauit, &c. Præterea symoniacus

moniacus ipso facto priuatur administratione bonorum exteriorum beneficij, quod alias licite adquisiuit: nō tamē inuenio q. priuatur beneficio alias licite adquisito, ipso facto ante iudicis sententiā: vt si quis sacerdos incidit in symoniā, nō potest administrare bona illius beneficij etiā ante condemnationē: præterea clericus non persoluens officium diuinū ad quod ex officio tenetur, ad restitutionē fructuum beneficij, p. rata temporis quo officium omisit adstringitur, etiā ante quācūq; condemnationē. VNDECIMO debatur, an homo possit alio iure alteri seruis: & a parte negativa arguitur hoc modo: iure naturali omnes homines nascuntur liberi, vt habetur in institutis de iure perso. & ff. de sta. hom. l. libertas, vbi dicitur seruitutē esse quæ quis dominio alieno contra naturā subiicitur: at iuri naturali nullum ius derogare potest: ergo nullo iure homo potest homini esse dñs. Secundo, homo videtur ratione & libero arbitrio, & ideo cæteris præstat animatib. ergo nullo iure seruis esse potest. Tertio, non debet, vt quos CHRISTVS in filios Dei adoptauit, & libertate donauit, serui esse permittantur. nā vt dicitur Mat. 17. liberi sunt filij: ergo ad minus Christianus seruis alterius etiam Christiani esse non debet. Oppositum autem determinat iura utulis citatis: & Arist. 1. poli. & probat Christianorum consuetudo.

PRIMA IDEO respondebimus quæstioni aliquibus propositionibus, quarū prior est: Tā iure naturali quā gentium vnus homo potest esse alterius hoīs dñs. Hæc conclusio probatur ex Arist. 1. poli. vbi ait duplicē esse seruitutē: alteram naturalem, alterā autē legalem: naturalis seruitus est, qua homines elegantioris ingenij hebetibus & rudibus dominantur: nam hominis natura est vt viuat secundū rationē, & p. eidem obtemperet: ergo sicut perfectio appetitus sensitiui est parere rationi, ita vt inter homines perfectio agrestium hominum scientiarumq; inhabilitū, est sapientū gubernationi subijci. ALTERA (inquit Arist. in hoc ab omnibus receptus) est seruitus legalis, quæ duplex est, vt in institutis de iure personarum refertur: alij namq; sunt serui, qui cum vicefimam excesserint annū libere se vendunt vt præciū participant, cuius seruitutis vnus fuit in vet. leg. Nam Exod. 21. dicitur. Si emeris Hebræum sex annis seruiet tibi, in septimo autem egredietur liber. Et Leuit. 25. dicitur: si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non opprimas eum seruitute famulorum: Et rursus: seruus & ancilla qui in circuitu vestro sunt, hoc est, ex Gentilibus, hos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum: fratres autem vestros filios Israel non opprima-

ti per potentiam: vnde constat quod serui ex gentibus poterant esse perpetui: Hebræi vero minime, sed temporarij.

HIS sic explicatis est secunda cōclusio. Hæc seruitus legalis est licita: Hæc conclusio probat prius, homines tenentur seruare vitam, & ad vitam seruandam naturaliter inclinantur: ergo possunt propter vitam libertatem vendere, & in seruitutē se adigere. Et licet non bene libertas, p. toto vedatur auro, licite tamen vedatur pro vita quæ præstantior est omni auro: immo parentes compulsi ægestate, liberos suos antiquo iure vendere solēbant, vt Leuit. 25. memoriæ proditum est: & Cod. de patribus, qui filios suos distraxerunt, l. 2. & institutis de patria potestate, in glos. quāuis intra Christianos iam huiusmodi leges nō sint in vsu dicunt tamen apud Æthiopes adhuc hanc vigere consuetudinem, & quod Lusitani adnauigant ad eorum mercatum: & si sic est quod Æthiopes libere veniunt, non est illicitum eos emere & retinere: tamen si verū est quod multi dicunt, nempe quod Lusitani fraude & dolo homines ipsos nigros seducunt, inescantq; quibusdam localibus, & verus portum pelliciunt, & aliquando compellunt, & ita nescientes quid de illis fiat ad nos transmittunt & vendunt: quod si verum est, illi qui eos capiunt, & qui scientes hoc, vel dubitantes illos à captoribus emunt vel retinent, in damnabili sunt statu quousq; illos manumittant, esto nunquā præcium recuperent: hoc probatur, quia qui rem alienā possidet quantumcūque mercatu, vel alio de se iusto titulo eam adquisierit, cum primum alienam esse sciuerit, tenetur etiam cū dispendio præcij vero domino reddere: ergo etiam liberum natum hominem per iniuriam manu captum adstringitur in suam restituere libertatem: nec valet si dicas licitū esse Æthiopes capere, & in seruitutem redigere, vt fidē doceantur, quia fides summa libertate est docenda ac persuadenda, ideo talem modum tradendi fidei Deus non acceptat.

ALIA est seruitus legalis, in quā rediguntur homines in bello capti, quos capientes nō occidunt nec vendunt, sed seruant, ideo huiusmodi capti vocantur mancipia, & hæc seruitus licita est: probatur, homo vt iā probauimus, potest gratia sustinendæ vitæ libertatē vendere: ergo victores in bello qui captos poterāt occidere, licite in seruitute retinebūt eos. Est tamen aduertendū circa priorē propositionē, q. est dñs natura nō potest vti seruis naturæ veluti rebus possessis in suū ipsius cōmodū, sed tanq; liberis, suiq; iuris hoīb. in re ac bonum ipsorum, eos nempe docendo, moribusq; instituendo: vnde nec illi tenentur veluti mancipia eis seruire, sed æquitate quadam & honestate naturali, nisi fortē vbi essent

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Dubium decimum.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

essent mercede cōducti: vnde ex his colligitur secundo, q̄ propter hoc q̄ aliquæ nationes sunt rudes & hebetes, non licet eis bellū indocere, aut earū terras occupare: ratio est, quia seruitus illa libertatē nō tollit, sicut cōtingit illis qui se vendunt, aut in bello capiuntur, aut secundū leges rationabiliter in seruitutē rediguntur. Sed contra hoc est illud quod dicit Arist. in 1. poli. cap. 3. nempe quōd sicut bestias venari, ita cōtra eos homines qui ad parandum nati sunt possumus bellū moliri: ergo nō est verū quod nos dicebamus. Ad hoc dico quōd Arist. intelligēdus est solū de illis qui ferarum more palantur, nulla seruantes gentiū fœdera, sed aliena petentes quocunq; grassantur: tales enim possumus vi abigere & subigere, & in ordinē aliquē cogere, nō autem omnes rudes & agrestes homines.

Quarta conclusio. Secundum ius diuinum vnus homo est verus alterius seruus, & alius verus illius dominus, ita q̄ ille seruus potest vendi & emi. Hęc probatur prius, quia vt iā diximus in veteri lege sunt multæ leges probantes ipsam seruitutē, vt videre poteris in locis citatis: ergo &c. Secundo lege euangelica etiam probatur seruitus: ergo &c. Antecedens probatur. 1. Cor. 7. seruus vocatus est non sit tibi curæ, sed si potest fieri liber magis vtere: & in epi. ad Phile. Paul. commendat Onesimū seruū dño suo.

Quinta conclusio. QUINTA conclusio est, duobus tantū modis potest quis fieri seruus iuste & tute in foro animæ, nempe propria volūtate, & per leges humanas (quia de Deo cū sit dominus vitæ & mortis, libertatis & seruitutis, nō dubitatur) quia possit in seruitutem redigere quos voluerit, vt diximus de dominio aliarum rerū, ita quōd homo potest licite quantum est de se redigere se in seruitutē, vel ad tempus, vel semper propria volūtate: dixi quantum est de se, quia si homo ille esset iā alligatus uxori aut alteri, non liceret tunc fieri alterius seruus, quia fieret iniuria uxori, vel alteri cui sic obligatus est: & forrē q̄ ita est de magna parte istorū Insulanorū & Æthiopū, q̄ ipsi volunt aut voluerūt redigere se in seruitutem. Secundo lege humana propter aliquod crimen, rationabiliter potest quis redigi in seruitutē: vnde sic secundū leges humanas, qui nascitur ex serua manet seruus, & captus in bello iusto, nisi sit Christianus, est seruus, lege etiam humana: vnde dicūt iurisperiti, quōd seruus dicitur à seruando, quia seruantur in bello ne occidantur: dicuntur etiā mancipia, quia manu tenentur ne fugiant, & ne occidantur. Tertio dico, quōd cessante propria volūtate vel lege superioris, nullus potest esse alterius seruus. Et ad argumentum primum in oppositum dico, quod per seruitutem non derogatur, aut contrariatur naturali iuri, quia ius naturæ non prohibet serui-

tutem tanquā peccatum, quia sic nunquam esset licita. Sed vt dicit S. Tho. in 4. d. 36. b. fariam aliquid est intentum à natura: vno modo primaria intentione, veluti natura per generationē intendit corruptibilis naturæ conseruationem: altero modo intendit natura aliquid secundaria intentione, & hoc modo natura intendit corruptionē vnus, vt generet aliud. Vnde Arist. 2. cœli. tex. 37, senium dicit esse præter naturā: & hoc modo iura dicunt seruitutem esse contra naturā, & intelligunt seruitutem esse contra naturæ intentionem primariā seu primariā, qua cupit oēs hoīes secundum rationem esse studiosos, sed secundaria intentione etiā natura intendit, q̄ delinquentes, & qui in culpa vel defectu sunt puniuntur, & pœna mulcentur: & hæc intentio est conformis naturæ corruptæ, Et inter pœnarum genera vnum est seruitus legalis: nā ex peccato originali sequuta est egestas & bellorum turba, quæ homines in seruitutem addigunt: vnde nec Christianis eiusmodi seruitus repugnat, nā CHRISTVS redemptor fecit nos liberos à lege peccati & mortis tantū, vt ad Ro. 8. asserit aposto. nulli tamen iuri gentium nos exemit: immo ad Tit. 3. admonet seruos obedire dominis. & Petrus addit etiā dyscolis, nepe infidelibus, qui extra ecclesiā errant: & 1 ad Co. 7. monet, vt qui seruus vocatus est, seruus maneat, vt supra diximus. Verum est tamen q̄ propter decetiam Christianæ libertatis iura & consuetudo iam pridem obtinuerunt, ne Christiani bello capti more mancipiorū seruiant: vt Bart. adnotauit, le. hostes. ff. de capt. & postl. reuer. seruit. autē naturalis non incidisset in statum innocentie, vti modo existit, quia nulli illic essent rudes & ignari: tamen si infantes & pueri non omnia scirent quæ adulti, nec essent omnes ingenio pares. Ingressa igitur fuit seruitus per idem peccatum, per quod ingressa etiam fuit mors. His sic adnotatis ad formā argumenti dico, quōd antecedens est verū de primaria intentione naturæ & absolute loquendo, sed secundaria intentione supposita culpa etiam natura intendit seruitutē & pœnā. Sed contra D. Ambr. (vt refertur. d. 35. cap. sexto die) dicit per ebrietatē obrepisse seruitutē in orbem. ergo nō est licita. Ad hoc dico quōd D. Ambr. intelligit seruitutē ingressam fuisse per ebrietatē. i. ratioe culpæ quæ ebrietatis vocari merito potest, cū sit contra rectam rationem, & cum aliqua rationis turbatione committatur. Et ita videtur dicere glo. dist. 1. cap. ius gentium, in quo capite dicitur seruitutem fuisse introductam iure gentium. Secundo arguitur: iura vidētur in hoc varia, nā in ca. illo citato ius gentiū dicitur, seruitutem esse introductam iure gentium: & idem dicit D. Grego. 12. q. 2. cap. cum redemptor: alibi

alibi autem in iure inuenies seruitutē esse introductam Imperatorum sanctione: ergo nō videntur habere verum post quā sic sunt varia: ad quod dicendum nullam in hoc esse varietatē, immo verum esse seruitutē iure gentium fuisse introductam, quia vt diximus, id conforme est rationi naturali, & quia imperatores hoc probauerunt, & suis legibus executioni mandauerunt: dicitur etiam seruitutem sua sanctione introductam fuisse.

Dubium duodecimum. PRÆTEREA iam duodecimo in ordine dubitatur, postquā diximus quōd voluntas prioris domini potest dare dominium, & etiam humana lex, an per contractū qui iure civili nullus est, vere ac legitime trāsferatur dominium in foro conscientie, aut animæ iudicio? Exemplum est, testator qui legat Titio bona sua, vel partem suorum bonorum, & in ipso testamento non seruauit iuris solennitates, & conditiones, tale testamentum iure est nullum: & ille testator habet fratrem legitimum, qui secundum leges succedit in bonis illius testatoris defuncti, cui in foro exteriori adiudicabitur hæreditas? an in foro & iudicio conscientie succedat Titius, cui testator volebat legare bona sua, & quantum in se est legauit? vel an in foro conscientie succedat frater defuncti, qui succedit ab intestato secundum leges? eo quia testamentū non habet iuris solennitates, nempe non habet septem testes, aut non subscripsit testator vt leges præcipiunt? & ideo testamentum est nullum. Denique dubitatur, an contractus qui iure est nullus, in conscientia fiat etiā nullus, ita vt veri domini translationem impediat? Et ad vtranque partem sunt rationes, & prius à parte negatiua arguitur hoc modo, nempe quōd contractus qui est nullus in foro exteriori & iure civili, non sit nullus in conscientia: quia verus dominus iure naturali potest transferre dominium rei suæ in quem voluerit propria volūtate: sed ille testator erat verus dominus, & volebat & voluit Titium succedere in suis bonis, & nō fratrem eius, quia frater suus non habebat filios, aut ob aliā causam: ergo de iure naturali trāsferatur Titio dominium, & fit verus dominus bonorum defuncti. In oppositum tamen est, quia leges humanæ dant ius & dominium in iudicio animæ, & leges humanæ præcipiunt quōd quando testamentum est nullum succedat propinquior consanguineus: ergo talis adquisit dominium, & non Titius vel nominatus hæres in illo testamento nullo. PRO huius quæstionis solutione est aduertendum, quōd aliqua actio, vel translatio, seu contractus potest esse à iure prohibitus bifariam: vno modo ita q̄ ipso facto est irritus talis contractus aut talis actio: est exemplū, pupillis qui sunt sub tutore prohibetur absolu-

te ne bona sua alienent, & hac lege, quōd si alienet alienatio nō teneat, quia ipso iure est nulla, & ipsis pupillis conceditur repetitio in foro exteriori: & propter eandem rationem accipiens illam rem tenetur ad restitutionē, quia non adquisit dominium illius. Simile aliud exemplum est: prohibent leges ciuiles ne patres habentes filios, dent extraneis bona sua vltra quintam partem: si cōtra talem prohibitionē dent tertiam partem, nō tenentur, quia ipso iure erat irrita. Est tertium exemplū, prohibitū est ne quis alienet bona ecclesiastica: vnde si oppositum fiat, alienatio nō tenet, quia ipso iure est irrita, & nō solū prohibita. HIC habitus est vna conclusio ab oībus viris doctis sine controuersia recepta, quæ sic habet. De his translationibus, & alijs id genus, quæ ipso facto irritæ sunt ciuili iure, certū est quōd in nullo foro transferunt dominium, & qui per huiusmodi cōtractus aliquid acquireret, tenetur in conscientia ad restitutionem. Hęc vt dico est nota cōmuni consensu theologorū & iurisperitorū: & secundo probatur, quia ille qui sic per contractus nullos adquisit rem, non acquirit dominium, cū nec legitima prioris domini volūtate, nec legis aliqui virtute illud adquisit: ergo &c. minor probatur, quia lex impedit volūtate prioris dñi rationabiliter, ne possit sua bona sic alienare. Alia est datio & alienatio, quæ nō videtur esse irrita ipso facto licet sit prohibita, defuit tamen illi solennitas iuris, nepe quia non sunt septem testes, vt secundū leges exigitur in testamento nūcupatio: puta, vbi sine tabellionis subscriptione, verbo nūcupatur hæres & testes, vt habetur in institutis de testa. §. fin. aut nō sunt quinque testes, sicut vult ius in testamento scripto: vel testator aut alienans tali contractu bona sua nō subscripsit, aut nō nominauit hæredē, vel alius similis defectus committitur. Et de huiusmodi cōtractibus est graue dubiū, an nō obstante illo defectu iuris in illo contractu, datio illa vel alienatio valeat, & det dominium in foro conscientie, vel an sit nulla sicut in foro contēioso est nulla? Et ita an illud testamentū sit nullū in foro conscientie, cui deest iuris solennitas, sicut est nullū in foro exteriori secundū leges ciuiles? Ad quod respōdet Adria. in quoli. suis. conclu. 6. q. 2. quæ sic habet: lex iusta superioris laici vel ecclesiastici ligat in foro conscientie, sed solū ad limites & metas rationis, siue causæ finalis, quæ præteditur in lege illa. Et hæc conclusio habet duas partes, prior est q̄ leges humanæ obligant in foro conscientie & hæc pars est vera, & à theologis communiter recepta, ideo de hac non disputabimus. Secunda pars est: leges humanæ obligant ad metas causæ finalis intentæ à lege. Et hanc partem probat & exponit Adrianus.

Prius lex diuina quæ plus obligat quàm humana, non obligat nisi secundum rationem & causam finalem, propter quàm causam condita est: ergo nec humana. Cõsecutio dicitur patet, à maiori vi obligandi ad minorem. Antecedens probatur ex illa lege diuina Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, &c. Finis illius legis est emendatio fratris: & tamen si non est spes quod emendabitur, non tenetur quis pro tunc ad illam correctionem: ergo eodem modo quãdo lex humana cõstitutã est propter finem aliquem, cessante illo fine, cessat lex: & hanc constituit regulam generalem, nempe quod quotiescũque cessat finis legis, cessat ipsa lex: vnde colligit, quod non obstante nullitate cõtractus propter defectum solennitatis iuris, secundum ipsum ius humanum, talis contractus & donatio est valida in foro conscientie, nisi fraus vel dolus interueniat: Est exemplum, testamentũ factum sine solennitate iuris, nempe quia non habet 7 testes, quando secundũ iura deberet habere: aut quinque, quando 5 sufficiunt: aut testator, vel pars donans illa bona non subscripsit, aut detulit alia iuris solennitas, ipso iure est nullum, tamen tenet in foro conscientie, & ille cui testator dedit sua bona, & quẽ instituit hæredem iuste succedit in iudicio anime: etiã si testator haberet fratres qui secundũ iura humana deberent succedere in foro exteriori, fratribus daretur hæreditas. Probat Adrianus, quia hæ solennitates iuris solum sunt inuentæ ad vitandum fraudes & dolos: ergo si cessat fraus & dolus, non obligat illa lex in iudicio conscientie. Secundo citat pro sua sententia Innocentiũ quartũ, de electione, cap. quod sicut: & cap. quia propter, qui expresse dicit, quod si electio est facta à maiori parte eligentium, esto deficiat aliqua conditio iuris humani, propter quã sit irrita secundum ius, nempe quia non fuit vocatus vnus elector, vel aliquod simile vsu venit, nihilominus tenet electio in foro conscientie, licet in foro exteriori sit irrita, & nullius momenti. Ratio (inquit Adrianus) est quia non interuenit fraus nec dolus. Et tandem constituit Adrianus canonẽ generalem, nempe quod contractus qui irritatur iure humano, si manet legitimus intra limites iuris naturalis, tenet & obligat in iudicio conscientie. Tertio Panor. extra de immunitate ecclesiarum, cap. quia pleriq, sequitur Innocentiũ & dicit quod dictum Innocenciũ est valde notandum: ex quo dicto motus Panor. dicit: quod si in testamento quod iure nullum est, sit aliquod legatum etiã amicitie causa, quod hæres proprius tenetur restituere illud illi tali legatario in iudicio conscientie: exemplum, pater tuus legauit alicui amico extraneo tamen, centum aureos, & te-

stamentum est nullum, propter defectum solennitatis iuris: dicit Panor. quod tu qui succedis in hæreditatem patris tui, teneris in foro conscientie soluere illi legatario illos centum aureos. Quarto, idem tenet Syluester verbo alienatio, q. 13. & allegat in hanc sententiam Antonium de Barrio, sup. cap. quia plerique, extra de immunitate ecclesiarum, qui idem dicit: & hic Antonius de Butrio, ponit aliud exemplum: nempe est cautum in iure quod ecclesia non alienet bona immobilia, nisi tribus præcedentibus tractatibus: & nõ obstante defectu illius solennitatis, si cessauit fraus & dolus, etiam si non præcedant illi tres tractatus, si alias illa transactio erat legitima cum illis tribus tractatibus etiam est legitima & valida in conscientia sine triplici tractatu: & illi ecclesiastici qui sic alienauerunt illa bona immobilia, non possent repetere postea cum conscientia tuta in foro exteriori. Et addit quod in foro conscientie ad uertendum est ad limites & metas legis naturalis, & iuris gentium: & ad hoc quod in iure naturali aut gentium, ille contractus sit licitus in conscientia, sufficit consensus partium sine fraude & dolo. Quinto, pro hac sententia est etiam Panor. cap. requisitum, extra de integritate, & ut iam citauimus, idem dicit Innocentiũ extra de electione, ca. quia propter: & tandem infert Syluester quod est notandum in hoc dictum Innocenciũ, quia ualeat in omni actu, in quo seruatur ius naturale, esto non seruatur solennitas iuris positiuæ, quia tunc semper tenet in foro conscientie. Et eandem opinionem confirmat Syluester, verbo restitutio pri. q. 5. ubi dicit, quod secundum veritatem, si quis sanus aut infirmus sanus tamen mentis existens, libere disponit de bonis suis, simpliciter etiam verbo, sine tabellione & testibus, tenet illa alienatio & dispositio in foro conscientie, ex illo cap. vltima voluntas. 13. q. 2. ubi text. sic habet, vltima voluntas defuncti modis omnibus seruanda est. Et addit Syluester, quod hæres qui secundũ leges succedit, eo quia non seruatur solennitas iuris, tenetur restituere illa bona legatario & heredi nominato & vocato in testamento, quẽ defunctus volebat succedere. In hac sententia est Bartolus in tractatu de fratribus minoribus, &c. ubi dicit, quod si quis in testamento suo instituit hæredes fratres minores, qui nõ sunt capaces ad habendum hæreditatẽ, licet secundũ ius humanũ, tale testamentũ sit nullũ, nihilominus quod succedunt ab intestato, tenentur reddere illa bona fratribus minoribus. Probat Bart. quia ille errauit per ignorantiam, & si sciret quod testamentũ nõ ualere, dedisset testator bona sua eidẽ fratribus alia via. Præterea, idẽ dicit Ioannes Metinensis in suo codice de contract. q. 23. in fine, propter fundamentum aliorum,

aliorum, nempe quod standũ est infra limites legis naturæ & diuinæ: & ita dolo ac fraude deficiente, legatarius vel hæres à defuncto institutus, licite retinet illa bona in conscientia: & si alius hæres succedat defuncto ab intestato, tenetur restituere legatarijs & heredi à defuncto nominato illa bona, nec aliam affert probationem. Et hæc est cõmunis sententia iuriconsultorum, & est aliquorum theologorum ut citauit: non tamen probant melioribus argumentis quã probauit Adrianus. Contra prædictam tamen opinionem sunt multa argumenta apparentia. Et prius, arguo hoc modo: lex humana potuit irritare in conscientia tale testamentũ aut talẽ contractũ iure nullum, nempe carentẽ illis iuris solennitatibus, ergo fecit: autecedens non potest negari, quia illud est rationabile, in pænã negligentię testatoris, sicut lex irritat dationẽ & acceptationẽ simoniacã, in pænã illius vitij: & lex irritat dationẽ pupilli propter defectũ vsus rationis: ergo potuit illud prædictũ testamentũ in fauorem veri & legitimi heredis, potest lex humana irritare modũ alienandi talẽ, ergo fecit. Cõsecutio autẽ probatur, quia iã quod lex humana uellet irritare illos modos prædictos alienandi, nõ potest meliori modo facere quã fecit, nempe mandando quod succedant in illa hæreditate defuncti veri & legitimi hæredes, qui alias secundũ iura cõmunia deberent succedere: & quod testamentum sine solennitate sit nullum, & ita in illo nominatus hæres non succedat, ergo &c. Nec ualet si dicas, quod leges non dicunt quod tale testamentũ sit nullũ etiã in foro conscientie, quia nunquã hoc dicunt leges ciuiles, etiã in alijs quæ irritant in conscientia, sicut dationẽ pupilli: & illam qua quis dat aliquid iudici, ut obtineat sententiã iniustam ab illo, sed fat est dicere testamentũ sine solennitate iuris, aut dubiũ, nõ esse testamentum. Secundo in foro conscientie potest legitimus hæres, nempe frater defuncti, succedere in hæreditatẽ fratris defuncti sine testamento. i. quod nullo modo fecit testamentum nec validũ nec inualidũ, esto quod ille defunctus haberet odio fratrem suũ, & nollet quod ille suus frater succederet, sed quod succederet Titius extraneus: sed qui non fecit testamentũ cum solennitatibus iuris, non fecit testamentũ, quia illud testamentũ sine iuris solennitate, est nullũ, ut constat in institutis quibus modis testat. s. ex eo autẽ: & in eidẽ institutis. s. eadẽ oratiõẽ, &c. ubi dicitur, imperfectum testamentũ sine dubio est nullũ: & in prædicto. s. eadẽ oratiõẽ dicitur, nec ex nuda uoce heredis, nec ex aliqua scriptura cui iuris authoritas desit aliquid adepturum, ergo &c. Præterea le. ex imperfecto. cod. de testament. sic habetur: ex imperfecto testamento nec Imperatorem hæreditatem vindicare.

Tertio sententia iudicis semper tenet in foro conscientie, nisi fundetur in falsa præsumptione, nempe quia probatur contrariũ ueritatis per falsos testes: sed amicus defuncti probatur quod cõstitutus est hæres à defuncto, & frater defuncti hoc ipsum confitetur, & propter hoc iudex dat hæreditatẽ fratri defuncti, secundũ leges: ergo obligat in foro conscientie, quia est sententia iusta, cũ sit secundum leges iustas. Quarto, dato opposito sequeretur quod iura irritantia talia testamenta esset iniusta, quia illa lex nullomodo posset seruari sine peccato mortali, ergo est iniusta. Antecedens probatur, quia in quocunq; euentu testamentum est nullum propter defectum solennitatis iuris, non posset seruari talis lex sine peccato mortali, quia secundum illam opinionem non potest ille qui succedit ab intestato retinere res quas adquisiuit sine peccato mortali, quia tenetur restituere illi extraneo, vel remoto consanguineo, qui fuit institutus hæres à defuncto: ergo lex est iniusta, & per cõsecutionem est nulla, quia rex non habet talem potestatem condendi leges iniquas. Et confirmatur quia ca. vlti. extra de præscrip. dicitur, quod omni constitutioni & consuetudini est derogandũ, quæ non potest obseruari absq; mortali peccato: ergo illæ leges sunt iniquæ & nullæ, cum non possent seruari absque peccato mortali. Quinto sequeretur dato opposito, quod leges iniustas prouident rebus, negotijs, & inconuenientibus quibus uoluerunt & debuerunt prouidere. Probat cõsecutio, quia pontifices ordinauerunt quod ecclesia nõ posset alienare bona sua sine triplici tractatu, ne bona ecclesie dilapidarentur. Si igitur aliqua ecclesia fecit alienationẽ aliquorum bonorum simplici tractatu, & per oppositam opinionem ualeat illa alienatio, quomodo adhibuit ecclesia remediũ, quia non potest postea repetere, cũ secundũ aliam opinionem peccet mortaliter illi ecclesiastici repetetes illa bona, & si repetant & retineant, tenentur eis ad restitutionem: Et eodẽ modo, si donatio facta à pupillo ualet in foro conscientie, licet nõ in foro cõtentionis, nullo modo prouideretur stultitię pupillorum quod iura intendebant, cũ pupillus non posset repetere (ut dicit opposita opinio) cũ tuta cõscientia. Et tamen quotidie monasteria & ecclesie collegiatæ repetunt ea bona quæ alienauerunt. Sexto, fundamentum horum doctorum nihil ualet, nempe quod contractus qui est licitus infra limites iuris naturalis, licet deficiat in aliquo iure humano, tenet in foro conscientie. Probo prius: donatio facta à pupillo habenti vsus rationis tenet de iure naturali, & tamẽ secundũ illos doctores, & secundũ oēs theologos & iuriconsultos nunc nõ tenet etiã in

foro conscientie, solū propter ius humanū. Quia opposito dato, ius humanū non prouideret imprudentie pupillorū (vt diximus) ergo illud quod est licitū infra limites iuris nature, si deficiat in iure humano, nihil valet: ergo fundamentū illorū doctorū erat nullū. Secundo aliquis cōtractus est inualidus iure naturali, & iure positiuo est validus in conscientia: ergo illud fundamentū est impertinens ad iudicandū hoc quod tractamus, nēpe an cōtractus iure nullus, in conscientia etiā sit nullus. Antecedēs probatur de conditione iniusta appositā in testamēto aut matrimonio: vt si Titius legat Marię mille aureos si nō intret monasteriū, vel dūmodo nō fiat monialis: est nihilominus illa pecunia dāda Marię, esto fiat monialis, quia facta est sua, & ei debetur in vtroq; foro: & si intret monasteriū, aut fiat sanctimonialis, in solo iure naturali stando, nō teneret illa legatio aut alienatio: Et eodē modo si quis ducat vxorē cū conditione impossibili: nēpe dūco te in vxorē si pugno percutias cōlū, est nūc secundū iura canonica firmū & ratū matrimoniū, quod in iure solo naturali nō esset, nō posita conditione: ergo fundamentum est impertinens.

SEPTIMO arguit: si quis bona fide possidet fundū alteri. 20. ānis sit luus in cōscientia, solū propter leges humanas quę sic disponunt, & tñ secundū legē naturālē nunquā esset illius: esto possideret prędictū fundū alterius centū annis, sed quā primū sciret quod est alienus ille fundus, teneretur ad restitutionem. Nunc autē si quis bona fide possidet fundū alteri: 20. annis, ita illius acquirit dominiū etiā in conscientia, quod quantūcūq; postea sciat qd nō erat suus ille fundus, nō tenetur illū restituere: ergo ita dicendū est qd testamētū nullū in foro exteriori, secundū iustas leges, nullū est etiā in iudicio cōscientie. Ideo ob prędicta argumētā quę non infirma sed neruosa profecto sunt, respondebo aliquibus propositionibus, quarū prior est. Vtraq; opinio habet probabilitatē. Hęc probatur, quia vtraq; habet pro se graues authores, & apparentes rationes: verū est qd secundā (nempe quod cōtractus nullus in foro exteriori, sit etiā nullus in iudicio animę) nunquā potui reperire scriptā apud aliquē antiquū doctorem, nec credo reperies, sed iā nūc aliqui qui scripserūt hoc nostro euo (vt inferius citabo) illā tanquā verā tenent & probāt: & ego viua voce disputauī eā, cum aliquibus viris doctis quibus hęc secunda opinio placebat, propter hoc quod habet pro se leges aliquas & argumenta quę iā nos fecimus.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

SECUNDA cōclusio est: probabilior & securior videtur illa secunda opinio, nempe qd cōtractus nullus iure humano in foro exteriori, etiā est nullus in conscientia: vnde si

testamētū est imperfectū, & ideo nullū ob defectū solennitatis iuris, debet succedere legitimus ille hęres qui succederet in bonis defuncti, si defunctus mortuū fuisset pœnitē in testatus, nullo celebrato testamēto, nec profecto nec imperfecto. Nec placet illud attēperamētū quod quidā apponit, nēpe qd si extraneus ille nominatus in testamento inualido secundū iura, aut Legatarius in tali testamēto, iā habeant possessionē legati & illorū bonorū defuncti, non tenentur statim restituere vero hęredi, quousq; in iudicio condēnentur. Non inquā hoc placet, sed dico quod statim nullo iudicio spectato tenentur restituere oīa illa bona vero hęredi, siue iā habuerit illorū possessionem siue nō: & hoc probatur prius, quia ratio illius doctoris quā hoc probat nihil valet, quā dicit qd sic mitius sunt leges interpretandę, & nō in nostro rigore: nēpe quod iura humana nihil aliud volūt, nisi quod huiusmodi cōtractus in iudicio habeantur nulli. Hoc inquā nō valet, quia illud ex ipsis legibus non constat, ideo est propria imaginatio non fundata in lege. Secundo & neruosius. Legatarius & hęres vocatus in testamento inualido, nullū ius habebāt ad retinendū illa bona quousq; iudicārētur in iudicio, nisi virtute illius testamēti inualidi: at illud testamētū nullā habet virtutē: ergo retinere illa bona prędicti non possunt. Tertio si defunctus mortuus fuisset penitus intestatus, prędictus vocatus hęres & legatarius in testamēto inualido nō possent retinere prędicta bona, sed tenerentur statim restituere: ergo & nūc: quia cū factū testamētū sit nullū, idē est ac si nullū fuerit testamētū: ideo verior & securior est nostra sententia, nēpe qd statim tenentur restituere, legatarius & hęres vocatus in testamento inualido, alteri legitimo hęredi qui succedit ab intestato. Et hanc nostrā sententiā tenet Didacus de Couaruias, in suo cod. de test. fol. 55. nu. 4. idē dicit Fr. Domi. de Soto. li. 4. de iusti & iure. q. 5. ar. 3. licet apponat prędictū attēperamentum quod iā reprobauim⁹, in oībus alijs nobiscū est. Et probatur rursus prędicta sētētia, quia testiū solēnitās & numerus est forma substantialis act⁹, & cōtract⁹, quia sine illa cōtractus nihil valet & cōtractus nō est: ergo sine testiū solēnitāte & numero, cōtract⁹ tanquā in formis nihil valet: qd autē testiū solēnitās sit substantialis & nō solū probatoria, dicit & concedit Bart. cū multis alijs iurisconsultis, in l. nemo potest. ff. de lega. 1. & in alijs locis, ergo &c. Pręterea rursus pro hac nra sentētia est aduertendū, qd inter laicas potestates & ecclesiasticas sic interest: quia habēs potestātē ecclesiasticā, potest immediate & directē obligare ad peccatū mortale vel veniale: ita qd in sua potestate est obligare ad mortale aut ad ve-

ad veniale: sed ille qui tantū habet secularē potestātē non potest immediate obligare & directē, in foro cōscientie: ad mortale aut veniale peccatū. Sed ipsa lex cū a principe lata fuerit, ex natura rei obligat: & non posset rex facere qd sua lex non obliget ad hoc vel hoc peccatū mortale vel veniale, si semel illā cōstituat absolute nihil explicans: sed lex obligat ad mortale vel veniale ratione materie: si est de materia graui, obligabit ad mortale, & si est de leui, obligabit ad veniale. His sic adnotatis quę vera & ab oībus sunt recepta, cōfirmo prędictā nostrā secūdā cōclusionē: princeps in suo regno potest facere, qd testamētū carēs cōditionib⁹ iuris sit nullū, & potest dare dominiū bonorū defuncti succedēti ab intestato: nec debet dicere in tali lege, valeat in foro conscientie, quia (vt diximus) nō potest directē illud facere, nēpe obligare in iudicio cōscientie, quia si lex est iusta, obligat in cōscientia ex natura rei. Secūdo, si quis daret potestātē alteri condēdi testamētū, & nominandi hęredē, putans id licere & valere, & qui recipit illā potestātē, nominat aliquem hęredē extraneū, & condit testamētum, & sit ita qd totū illud est de voluntate defuncti, nihilominus ille nominatus hęres, nō acquirit dominiū illorū bonorū (nisi forte iura sic id disponant.) sed illa bona sunt alterius qui succedit secundū leges: ergo nō sufficit volūtas testatoris: ergo quotiescūq; illud quod fecit testator in foro contentioso est nullū, etiā est nullū in foro conscientie. Tertio, ex opposita sententia sequeretur qd aliquādo aliquis esset sic perplexus qd vel teneretur perdere bona sua, aut peccaret mortifere: assumptū probatur, habeat tutor pupillū qui succedat in aliquā hęreditatē, propter nullitatē alicuius testamenti succedēs sic ab intestato, in quo testamēto defunctus nominauit aliū hęredē extraneū, & quia testamētū defecit in vna conditione iuris, succedit iste pupillus in illa bona defuncti contra voluntatē testatoris, quia ipse testator alteri legabat bona sua. Tunc in tali euentu arguitur hoc modo, vel tutor pupilli debet petere illa bona pro suo pupillo, vel nō: si petat peccat mortaliter secundū aliā sententiā oppositam, quia secundū illos qui oppositū dicunt, illa hęreditas non est illius pupilli in foro conscientie, sed hęredis nominati in testamento: ergo peccat tutor mortaliter si illa petat bona pro suo pupillo: si autē nō petat, pupillus postea poterit agere cōtra tutorē de interesse & toto dāno, quia amisit illā hęreditatem propter hoc qd tutor fuit negligēs, & nō petiuit illā hęreditatē: ergo assumptū meū erat verū, vnde difficilis esset hic articulus tutorib⁹. Et cōfirmatur, quia si ita est qd illud quod obligat in foro contentioso, non est validū,

nec obligat in foro conscientie: sequeretur quod aduocatus, causidicus, & oēs qui cooperantur ad suscipiendā illā hęreditatē secundū leges in foro exteriori, peccarēt mortaliter, & tenerentur ad restitutionē: quia faciamus qd sciāt aduocatus & oēs cooperatores, qd est hęres extraneus vocatus & institutus in illo testamēto nullo secundū leges. Et ad argumenta, pro opinione opposita, respōdetur, & ad primū concedo antecedens: sed nec lex diuina nec humana cessat cessante fine solū in vno particulari: sed vt lex cesset, requiritur quod eius finis cesset cōmuniter in oībus, qd non fit in casu argumenti: nā esto cesset fraus & dolus, hic in hoc testamēto, nō cessat in oībus, quia possūt esse adhuc in alijs: Et ad illud exemplū quod adducit Adrianus de correptione fraterna, quę est lex diuina & cessat quādo nō speratur correctio fratris, dico quod sic intelligitur illa lex apud oēs, qd cessante correptione fratris non corrigatur, quia est perdere opus: sed non est simile de alia lege humana, quę intendit irritare cōtractū, qui nō habet iuris solēnitates, ne contingant fraudes quę in vita humana contingere possunt: & esto in hoc vel illo defectu ius testamēto nō sit dol⁹, potest adhuc esse in alijs: ideo merito irritatur & annullatur hoc testamētū. Itaq; finis illius pręcepti de fraterna correptione, nō est cōmune aliquod bonū in repub. sed est particularis emendatio proximi, & ideo quādo ille finis particularis cessat, superuacanea esset correptio fratris: leges autē irritates prędictos cōtractus habēt pro fine cōmune bonū. Secundū discrimen est, qd pręceptū correptionis fraternę est affirmatiuū, & nō obligat nisi quādo, & vbi oportet: alię autē leges sunt generales, & irritantes prędictos cōtractus. Nec est incōueniens, sed multū rationale, qd in multis euentis nō possit homo disponere de suis bonis pro suo arbitratu, propterea vt tollantur mala quę possunt in repub. euenire, (vt supra dictū est. Ad secundū quod afferebat Adrianus ex Innocentio, &c. Dico quod nō fideliter citat Adrian⁹ nec Panor. illā regulā Innocentij, & ita nec rectē illā interpretatur: nam Innocentius nō loquitur, vbi electio est nulla iure positiuo, sed loquitur quando electio infirmaret vel cassaretur, si in iudiciū deferretur, vt tex. ibi ait. Subdit ipse Innocentius exemplum, vt si quis electorū ex cōtēptu nō fuisset vocatus, tūc si electio fit a maiori parte illo cōnumerato, valida est illa electio, tā iure humano quā naturali, quāuis ille cōtēptus posset agere ad infirmandā electionē: in tali euentu dicit Inno. electū esse tutū in conscientia, quousq; cassetur electio: & hęc sentētia pot⁹ est pro nobis quā cōtra nos: nā licet iure nature fateatur Inno. electionē valere,

dicit tamē, quod potest iure humano cassari & infirmari, non igitur est credendū. Innocentium sibi ipsi contradixisse. cū alijs autē doctoribus, qui tenent sententiam Adriani nō cōsentimus, quia nō exacte probāt quod dicunt. Sed contra nostrā sententiā vehemēter vrget, cap. cū esses, extra de testamentis, vbi Alexander. 3. videtur contrarium discernere, quia cum esset consultus de consuetudine quæ erat in episcopatu Hostiēsi, vbi nulum testamentū admittebatur, nisi esset subscriptum secundum leges ciuiles. 5. aut. 7. testibus, & respondit tales leges a diuina lege & sanctorum patrū institutis, & a generali ecclesiæ consuetudine esse alienas, & ideo standū esse contra illas iuri naturali, secundum quod in ore duorū vel triū stat omne verbum: & ideo vbi quis parācianorū corā presbytero suo, & tribus vel duobus alijs testibus testamentū ediderit valere decreuit. Ad prædictum text. dico, q̄ licet ius naturæ sit, vt duo vel tres testes sufficiant, quia si homines naturali, synceritate viuerent, ille testium numerus sufficeret. Negari tamē non potest, quin vbi humanæ fraudulentæ rem publicam turbarent, & nec tuta esset hominum fidelitas, honestissimum & necessarium sit numerum testium lege augeri. Nam prædictum ius naturæ non est prohibitiuū, ne non dicit ne plures exigantur testes, sed duo vel tres. Sed est expressiuum humanæ synceritatis, nempe quod stando in hac synceritate tres testes sufficiant: qui numerus licet plurimum in causis tam ciuilibus quàm ecclesiasticis sufficiat, tamē merito in aliquibus requiruntur plures. Vult enim eadē ipsa ecclesia, vt constat 2. q. 5. ea. præsul, in nonnullis causis plures testes esse necessarios, vt ad condemnandū personas in signes curiæ, vt cardinales, episcopos, & presbyteros, &c. ergo eadem sancta ecclesia, quæ ob personarum dignitatem, quorum crimina non sunt facile credenda, voluit augeri testium numerum non est cur leges repellat ad cōfirmationem defuncti voluntatem, cui si contradicatur, non poterit se defendere: ampliorē quoque numerum requirit testium, præcipue vbi testamenta, aut non sunt subscripta, aut sunt occlula & sigillata, nam in apertis ius naturæ seruatur trium testium, cum tabellione, in aliquibus locis. Quare in citato text. non est credendum, summum pontificem leges ciuiles voluisse abrogare, maxime cum summus pontifex nō habeat auctoritatem in leges principum, nisi in ordine ad finem spiritualem, & quatenus sunt contra ius diuinū, vt ipse pontifex summus fatetur, cap. cū ad verum, & cap. duo sunt. 96. d. nec abrogationis verbo illic vtitur, nec talis abrogatio recepta vnquam fuit a principibus, & hoc to-

tum tangit glosa, super prædictum cap. cum esses, & addit quod papa in illo textu loquebatur de legatis pijs, in testamentis, vel de legatis quæ ecclesiæ a testatoribus relinquebatur: nam ad ista cum sint pia, minor solennitas requiritur. Secundo dicit glosa, quod prædictus textus intelligitur solum in terris ecclesiæ, in quibus papa etiam habet temporalem iurisdictionem, & quia ille episcopatus Hostiensis est in territorio ecclesiæ, ideo ibi potuit papa præcipere, vt non seruarentur alie leges imperatorum: & hoc videtur melius, quia nec in pijs causis admittitur semper & vbiq̄ gentium legatum iure il legitimi testamenti: verum est tamen quod semper erit honestum, hæredes prædicta pia legata implere.

PRÆTEREA dubium est. 13. an quis per solam voluntatem, sine quocunq̄ actu exteriori possit transferre dominium rei suæ in alterum: & an possit sola mente homini aliquid promittere, ita quod tali promissione maneat obligatus. Ad quod respondet Almayn. in 4. d. 15. q. 2. quod non: sed adhuc ille, qui sic solo actu interiore dat rem suā, manet dominus illius rei: & si sic solo actu interiore homini aliquid promittat, non tantum promittit, sed etiam datio, quousque actu exteriori explicat illam dationem, & alius acceptet libere: probat, prius quia matrimonium nō valet, esto vnus coniugū vel ambo interius consentiant, si non explicent signo exteriori illum consensum, ita quod per tale matrimonium non expressum exteriori, nullus coniugum transfert dominium corporis sui ad alterum: ergo nec per talem donationem solam interiore, poterit transferre dominium rei suæ ad alterum. Secundo hæc donationes dependent a legibus ciuilibus: itaq̄ leges ciuiles disponunt, q̄ quilibet possit donare rem suam, exceptis casibus in lege prohibitis: sed leges respiciunt exteriora & sensibilia: ergo intendūt, quod donationes nō fiant nisi per sensibilia, ergo &c. Et hæc videretur sententia S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. vbi sic dicit: promissio quæ ab homine fit homini non potest fieri nisi per verba, vel quæcunq̄ exteriora signa: ergo nec promissio nec datio inferior sola sine exteriori sufficit, vt dominium rei in alium transferat, aut ille dans maneat in conscientia obligatus: & idem dicit S. Tho. in 4. d. 38. q. 1. ar. 1. quest. 1. vbi expresse dicit, quod homo per solam voluntatem interiore non potest obligari, nisi solum illi qui voluntatis est cognitor. Et confirmatur, si nullus poterit transferre dominium suę personæ in alium, solo actu interiore, nec etiam dominium serui sui, quia etiā est persona. Tertio confirmatur, quia obligatio est inter duos, sed homo non loquitur homini nisi verbis, aut signis

Dubium
decimū
tertium.

externis: ergo nō potest alter alteri alio modo se adstringere.

Prima
cōclusio.

HIS non obstantibus respondendo ad dubium sit prima propositio. In foro exteriori manifestum est, nec mentalem solam obligationem, nec eam quæ absenti fit, aliquem ligare.

Secunda
cōclusio.

SECUNDA conclusio est, probabilius & securius est pars affirmatiua, nempe quod datio facta, sicut & promissio solo actu interiore tenet & obligat dantem & promittentem in conscientia vt satisfaciatur. Hæc probatur prius, quia voces sunt signa conceptuū: si ergo vox obligat, non est nisi ex vi conceptus: & cum mentalis datio, locutio vere sit, non potest si non impleatur carere mandato, quod ratione intrinseca peccatum est, ergo &c. Secundo cum quis solum mēte de re aliqua deliberat, illamq̄, facere proponit, nondum obligatus est: ergo si his mente loquendo adhibeat, do tali indigenti talem pecuniam, aliquid obligationis ad præcedentia adiecit, ergo &c. Tertio, qui talem dationem mentalem, etiam in ipsa mente iureiurando firmaret, vincetus mansisset ad soluendum, & tamen iuramentum promissoriū nō obligat nisi virtute præcedentis dationis, aut promissionis: ergo illa datio aut mentalis promissio obligat. Quarto, si postquā sic sola mente aliquid donasti, nullam aliam cōcepisses mente donationem, sed præteritam amico postea significares, dicens. Nichil tibi nunc do, sed tamen hæc tibi apud me hoc de di, vide an acceptes, & ratā habeas donationem meā: alius dicit, accepto, iam obligatus manes, & nō nisi prioris donationis virtute: ergo iam prius obligaberis &c. Quinto, si surdo nihil audienti aliquid des verbo exteriori, & si in præsentia vnus dicas, ego tali absenti amico hoc do, datio illa in cōscientia teneat: ergo etiam si fiat sola mente, quæ est datio in absentia. Nec valet si dicas donationē pendere ex alterius acceptatione, & ideo antequam ipse nouerit, non tenet illa datio: quia esto ita sit, quod datio pendet ex alterius acceptatione, contēdimus probare, quod ille qui alteri sola mente aliquid donat aut promittit, tenetur id ei significare, & si voluerit acceptare, tenetur ei dare: stando igitur in iure naturali, tenet in foro conscientiæ, datio pure mentalis absoluta sine quacunq̄ exteriori: vt si Petrus solo actu interiore donet Paulo centum aureos, tenetur in conscientia dare illos: si Paulus postquam sciuerit voluerit accipere, ita quod Petrus tenetur referare Paulo donationem illam. Et confirmatur, quia promissio pure mentalis tenet in conscientia: ergo etiam datio: consecutio patet, quia eadem est ratio: antecedit probatur, votum emissum solo

actu interiore, est validum sine aliquo signo exteriori: ergo etiam promissio facta homini, ergo &c. Nec valet si dicas q̄ votū valet, eo quod fit Deo, qui videt actus interiores, non autem donatio interior, quæ fit homini qui non cognoscit actus interiores. Nō inquit valet hoc, quia si quis promittat actu interiore centum alicui hospitali valet: ergo etiam donatio de præsentia tenet, quia efficacior est volitio de præsentia, ego do, quā de futuro ego dabo. Et cōfirmatur, quia datio exterior non valet nisi quatenus est voluntaria, (vt supra diximus) & quatenus dependet ab interiore: ergo interior sola valet, cum ad hoc q̄ te obliges sufficit sola tua voluntas, & nihil requiritur ex parte alterius. Et tunc ad primum argumentum in oppositum concedo antecedens, nempe quod per solum actū interiore non tenet matrimonium, sed ne go consecutionem, & ratio est, quia matrimonium est contractus vbi est mutua obligatio, & ideo vnus solus non se potest obligare, nec actu interiore, nec exteriori: & ita erit in quocunq̄ alio contractu, quia in contractibus requiritur mutua obligatio: secus autem de absoluta donatione aut promissione, vbi non requiritur mutua obligatio, sed qui libet potest seipsum obligare solus. Ad secundum nego consecutionem, quia leges solum disponunt, quod quilibet possit donare rem suam citra casus in lege exceptos: sed non dicunt q̄ datio fiat necessario signo exteriori. Secundo dico, quod nō omnis donatio, pendet a lege ciuili vel humana, sed a naturali, quia si res essent applicatæ, & appropriatæ, & nullæ aliæ essent leges humanæ, quæ disponerent quomodo res alienari possunt lege naturali, dominus rei posset eam alteri donare. Et ad S. Tho. dico quod intelligit, q̄ homo non potest compelli ab alio homine, aut cum alio conuenire aut conueniri, nisi voce aut alio signo exteriori: non tamē negat, quod absolute vnus solus posset donare rem suam, alias non prohibitam per aliquā legem. Et ad confirmationes dico, quod quādo est donatio aut promissio absoluta, quæ non indiget contractu, nec requirit signum externum, nec requiritur quod ambe partes sciant aut consentiant: sed hoc modo obligatio est inter duos ad minus, quia qui absolute actu interiore donat vel promittit aliquid alteri, tenetur alteri referare, & si alius acceptat, tenetur illi dare quod sic promissit vel donauit. Vltimo dico, quod si ius disponeret quod qui aliquid donat actu interiore, solum posset reuocare suam donationē, antequam alius acceptet, standum esset illi iuri, sine serupulo, & ita posset reuocare donationem siue promissionem illam interiore, & non tenetur alteri referare, si vellet eam reuocare alias

Secunda. 4. quest. 18. art. i.

Dubium
decimū-
uartū.

alias si non sit talis lex, vt hodie non est, obligatur ille donans interiore donatione, & tenetur donatario referare.

PRÆTEREA dubitatur, an præscriptio & vsucapio dominium ab inuito domino auferant, & dent possessori in iudicio conscientia: vt sunt leges quæ disponunt, quod si quis bona fide patans. s. domum vel fundum esse suum quem possidet. 20. annis, quauis re vera non erat suus, efficitur dominus in foro exteriori, ita quod quantumcunque post illud tempus sciatur quod ille fundus non erat suus, sed alterius, illi possessori adiudicatur in foro exteriori: an in conscientia sit etiam verus dominus, vel an teneatur relinquere fundum priori domino? & videtur quod non efficitur ille possessor verus dominus, sed quod teneatur restituere priori domino. Prius, res publica aut Rex, neminem civium potest spoliare inuitum sua substantia, nisi ratione delicti, aut quando ipsa respublica indigerit, pro bono communitatis: sed vsu venit, vt abique, vlla prorsus domini culpa aut negligencia, quispiam triginta annis possideat alienum: ergo tunc huiusmodi possessor, nullum dominum illius rei alienæ quam possidet adquiret: esto eam possideat centum annis, quia nulla est causa, quare alius prior dominus priuetur re sua. **SECUNDO** si præscriptio dat verum dominium in foro conscientia, sequeretur vt possessor malæ fidei præscriberet, probatur assumptum, quia si causa legis fuit, dominum ob negligenciam punire, non est dignum minori pena, dum possessor mala fide possidet, quam dum possidet bona.

TERTIO si mala fides intra tempus præscriptionis ad restitutionem obligat, sequitur quod etiam quando possessor dubitat, an res quam possidet sit aliena, ius præscriptiois impediatur: contra sequens tamen videtur contra D. Aug. 34. q. 1. ca. si virgo, vbi sic ait: tam diu quemque possessorem bonæ fidei rectissime dici, quoadiu se possidere ignorat alienum.

SED contra est, quia Gelasius. 16. q. 1. ca. presulum, & cap. quicumque, & cap. placuit, decernit, præscriptionem triginta annorum etiam inter episcopos & ecclesias vim obtinere: ergo præscriptio in foro animæ dat rerum dominium. **PRO** solutione huius dubij est prius aduertendum, quod idem est præscriptio & vsucapio, quantum ad alia omnia, hoc solo excepto, quod præscriptio est de rebus immobilibus, & vsucapio de rebus mobilibus: & differunt etiam ratione temporis, quia breuiori tempore vsucapitur res quam præscribitur, nempe vsucapitur res tribus annis, & non præscribitur tam facile: vt habet in institutis de vsucapione, & cod. de sacr. eccle. in authent. quas actiones. His suppositis dico, quod duplex est præscriptio, quedam quæ fit bona fide, altera autem quæ fit mala fide. Bona autem fides dicitur, cum quis manet in possessione per totum tempus constitutum

a lege, sine conscientia aut dubio quod est alterius: sed putas quod est sua sine aliqua hæsitacione, nempe quia successit patri, aut aliquo alio iusto titulo habuit illam possessionem. Mala autem fides describitur opposito modo: nempe quando quis possidet fundum aliquem cum conscientia quod est alterius, aut cum dubio. Rursus præscriptio est duplex, altera longi temporis, altera autem longissimi: præscriptio longi temporis, per decennium inter præsetes, & per viginti annos fit inter absentes, vt in prædictis institutis subsequitur, & in prædicta authent. & C. de præscriptioe longi temporis, authent. malæ fidei: consentaneum enim est rationi vt presentium negligentia, nempe qui in eadem prouincia, vel vrbe commorantur, breuiori tempore puniatur quam absentium, ad quos non potuit tam cito rerum notitia peruenire. Præscriptio autem longissimi temporis, est triginta annorum inter præsetes, & quadraginta inter absentes, quæ in rebus ecclesiasticis est necessaria. De qua præscriptione plura extant capitula. 16. q. 3. & authent. supra citata, quas actiones. Hæc omnia rursus distinguuntur, quia præscriptio decennalis & vicennalis, sufficit in rebus secularibus: tricennalis autem, & quadragennalis competit rebus ecclesiasticis: vsucapio vero triennio fit inter præsetes, & quadriennio inter absentes: contra Romanam vero ecclesiam non præscribitur aliquid, nisi centum annis: vt. 16. q. 3. dicitur cap. nemo: & licet secundum antiquas Imperatoris leges, omnibus ecclesiis erat concessum illud tempus centum annorum, ita vt minus non sufficeret ad præscribendum contra aliquam ecclesiam, hodie tamen sola Romana ecclesia habet illud privilegium de iure, & pontifices communicant illud alicui alteri, per indultum peculiare, vt obtinuit in signe Cænobium sanctæ crucis Conimbricense.

HIS sic prænotatis, dubium nostrum est: an qui præscriptis temporibus rem possidet, quauis postea sciat eam non esse suam, sed alienam, tutus in conscientia illam possideat & retineat, & vere facta sit sua? Et de hoc dubio sunt tres opiniones. prior est, quod semper est iudicandum secundum leges concedentes præscriptionem cum mala fide. Hæc sententia est gloriæ cap. finalis de præscrip. Altera vero opinio est, quod quauis bona fide toto tempore legis quis rem possideat, nihilominus quotiescunque scierit eam esse alienam, & si in foro exteriori, res sic possessa sibi adiudicatur, tamen nunquam in conscientia tutus poterit illam retinere, sed semper ad restitutionem tenebitur. Hæc sententia est summæ Rosellæ, in verbo præscriptio: hinc non probat ea que dicunt, ideo nos respondebimus aliquibus propositionibus. **PRIMA** est: princeps reipublicæ, tam ecclesiasticæ quam ciuilibus, potest ratione subueniendi reipublicæ ab inuitis ciuibus bona auferre, & alteri

Secunda. 4. quest. 18. art. i. fo. 230.

Secunda
conclusio.

Tertia
conclusio.

& alteri dare. Hæc probat, quia omnes ciues in re publica sunt membra vnius corporis, vt ait Paul. ad Ro. 12. ergo omnes tenent succurrere corpori suo: potest igitur princeps compellere ciues, vt contribuant quantum opus est reipublicæ. **SECUNDA** conclusio est, Princeps reipublicæ potest ratione delicti malefactores multare suis bonis. Hæc probat, quia princeps potest punire perturbatores reipublicæ. ergo si opus fuerit potest eos bonis suis priuare.

TERTIA conclusio: nemo tutus in conscientia, præscribit beneficio humane legis, nisi toto præscriptionis tempore bona fide possideat rem quam habet alteri. Hæc conclusio est expresse asserta in illa regula iuris, possessor malæ fidei non præscribit: & est S. Th. in quolib. 12. ar. 25. & est Scoti in 4. d. 15. q. 2. art. 2. idem dicit Palud. in 4. d. 15. q. 2. conc. 4. & idem dicit Adri. in 4. in propria quaest. de præscrip. idem etiam tenet Conrad. cod. de contract. q. 15. idem asserit Syluest. in summa, verbo præscriptio. Maior etiam in 4. d. 15. q. 11. itaque, secundum istos omnes theologos præscriptio dat ius & dominium in foro conscientia, non voluntate prioris domini, sed potentia & beneficio legis: & iuriscōsulti communiter asserunt eandem conclusionem in proprijs titulis de præscrip. & vsucapio. Verum tamen est quod olim secundum ciuiles leges, possessoribus etiam malæ fidei res possessa adiudicabatur in foro contentioso, vt adnotauit Gratian. 16. q. 3. ca. dilectio. 8. potest. Et expresse habet in ca. vigilati, extra de præscrip. vbi refert Ephesinum legiūtorē, propter vitandam miserorum segnitiam, & longi temporis errorem & confusionem primum omnium tricennalem, vel quadragennalem præscriptionem lege sanxisse. Alexander vero tertius, eodem ca. eandem legem, vel cofutat, vel ad minus moderatur quantum ad hoc quod possessoribus malæ fidei non faueant: & eandem reuocationem seu moderationem Inno. 3. in concilio Latera. confirmauit, eodem tit. ca. finali: ergo conclusio nostra que hodie est communis, est vera: Ratio probatur nostra conclusio, quia possessor malæ fidei (vt supra diximus) dicitur ille qui conscius est aut dubius, rem quam possidet non esse suam: quia hic accipitur fides pro conscientia, secundum illud Pauli, quod non est ex fide. i. conscientia concors peccatum est, ad Ro. 14. qui autem contra conscientiam rem alienam possidet, in peccato manet, & qui dubitat, vincere dubium si possit tenetur, at peccatum nemini suffragatur. ergo illi possessori nullum ius patrociniatur ciuile: Et hanc rationem huius conclusionis assignat Inno. in eodem cap. vnde gloriæ quæ dicit: non credere Papam potuisse leges illas reuocare, nullius roboris aut momenti est: quia etsi potestas imperialis distincta sit a pontificia, nec sit (vt illa gloriæ ait) simpliciter & absolute in omnibus subiecta illi, tamen sine spirituali, nempe quo ad regimen animarum, potestas laica subiecta est spirituali. Ideo potest summus Pontifex

leges ciuiles delictorum fauores de medio tollere, qualis certe esset que possessoribus malæ fidei faueret. **SECUNDO**, vel gloriæ prædicta vult dicere, quod leges ciuiles possessoribus malæ fidei, in conscientia dat rem possessam: & hoc esset error intollerabilis, quia est contra legem naturalem, quod latro, aut qui mutuū accepit, propterea quod decem aut viginti annos more culpabiliter, & non soluat quod debet, rei dominium adquirat. Aut solū vult id quod etiam dicit S. Th.: leges voluisse, vt supra retulimus quolib. 12. ar. 25. nempe quod negligenti domino, post illud tempus non detur petendi ratio, quemadmodum decepto citra dimidium iusti precij, denegatur in iudicio actio, licet alter decipiens teneatur in conscientia, excessum illud iusti precij restituere: sed nec hic sensus sustineri potest, quia non consonat rationi rectæ, quia in emptionibus & venditionibus, præsumptio legis est, quod cum prætia rerum non sint plane oibus coperta, posset quis ignoranter & bona fide, maiori prætio notabiliter vendere merces quam valeat, & ideo denegatur alteri actio, ad rescindendas lites: quod aut latro aut vsurarius, aut qui mutuū accepit, per manifestum & diuturnum peccatum ius adquirat, vt legum beneficio protegi ne soluere cogatur, nulla est ratio, etiam si alterius negligentia id commemoratur. Sed dices, quot requirunt ad bonam fidem, vt quis bona fide possidens rem alterius, dominus illius efficiat? Ad quod dico requisita esse quatuor: primum est (vt supra diximus) substantia ipsa fidei, hoc est scientia vel credulitas sine dubitatione, quod res illa sit tua, quia vbi hoc fundamentum non adest, tota vis præscriptionis infringitur. **SECUNDO** requiritur possessio, nam vt habet regula iuris, sine possessione non præscribitur nec vsucapitur, vt ff. de vsuca. l. sine possessione: vnde colligitur, quod cum ius spirituale laicis non copetatur, licet laicus alleget, nempe quod possidet ius exigendi decimas quadraginta annis nunquam præscribit, eo quod non est capax illius possessionis, nec res illa est a laico præscriptibilis: potest laicus decimas aliquo iusto titulo recipere ex ecclesie concessione, non tamen quod penes ipsum sit ius exigendi, nempe imperandi earum solutionem: sicut nec seruus, nec mendicantiū religiosus possidere potest, & ideo nec præscribere. **TERTIO** requiritur titulus, vel naturalis, vel iure legitimus, vel præsumptus: vnde fur & vsurarius, & alij id genus, res quas furto, aut per vsuras adquisiuit, nunquam præscribit, quia possidet per vim sine honesto aliquo titulo. Et eadem ratio, nec mutuatarius potest præscribere: nam licet titulo mutuationis adquisiuit dominium, fuit cum pacto reddendi mutuantum. **QUARTO** requiritur quod prædicta bona fides, toto tempore absque interruptione continetur: vt expresse habetur cap. finali de præscriptionibus. Nam si interrupta fuerit, nempe, quia do-

Prima

conclusio.

minus petijt, aut alia via, tunc tempora illa non sic interrupta, non constituit unum legitimum tempus prescriptionis. Habemus igitur certam & indubitatam esse conclusionem nostram, quae est communis sententia theologorum (ut citavi) nempe quod quae tempore lege praediffinito, sic bona fide realiter possedit, dominium illius adquisit in iudicio conscientiae, quidquid dicat Rossella, verbo praescriptio: & Antonius de Butrio, in ca. vigilanti, extra de praescriptionibus, quia non credunt leges posse priuare legitimos dominos dominio rerum suarum, eo quod sint in culpa alicuius leuae negligentiae, quae dicitur quod esset contra ius naturale, sed solum negat eas actionem petitionis: diciturque, isti hanc esse theologorum sententiam, sed non est verum (ut nos supra citauimus) & ipsi non legerunt theologos. Praeterea dubium est, quia principes & superiores, quorum est condere leges, constituerunt leges de praescriptionibus, in poenam prioris domini negligentis res suas, ut constat cap. vigilanti, extra de praescri. si alicui praescribenti constat quod prior dominus non fuit negligens, sed ex mera ignorantia inuincibili non petiuit res suas, infra tempus praescriptionis, an teneatur illi vero domino priori restituere sua bona, quae praescribit bona fide secundum leges praescriptionis: Et videtur quod ita, quia legis ratio est negligentia prioris domini, quia leges noluerunt punire illum non negligentem, & sic cessat causa & finis legis, quia ille non fuit negligens. Ad hoc respondet Adria. vbi supra: & dicit, quod praedictus possessor, quantumcumque possideat bona fide, non praescribit in foro conscientiae, sed teneatur restituere quantumcumque, sciat rem illam non fuisse suam, nisi prior dominus fuerit negligens mortaliter: & idem dicit Maior in 4. vbi supra. Et dicit Adria. quod ita intelligendus est S. Tho. & ratio Adriani est, quia ut ipse tenet, cessante causa legis, cessat lex. Cum ergo lex praescriptionis, in culpa negligentis rem suam, fuerit lata, illa cessante cessat etiam praescriptionis causa. His non obstantibus, absolute asserimus conclusionem praedictam, quod qui bona fide praescripserit, siue dominus negligens fuerit, siue non, tutus deinde manens in iudicio conscientiae, retinet rem quae alterius erat, eius dominium vere adquisit: quauis transacto praescriptionis tempore, sciat alienam esse rem quam possidet. Hanc conclusionem praeterquam quod iam supra eam probauimus testimonio S. Th. & theologorum communiter, probat hoc modo: Iura etiam pontificia 16. q. 3. per multos textus Gelasij, & concilij Tolera. & Aug. 34. cap. si virgo. q. vnica: & de praescrip. ca. sanctorum, & multa alia absolute, & sine limitatione aliqua loquuntur, & dant dominium rei, possidendi bona fide, tempore in lege signato rem illam: ergo etiam intendunt dare illud dominium in foro conscientiae. Et quod leges civiles non solum approbentur a pontificibus in foro exteriori, sed etiam conscientiae, probat ex ca. vigilanti, & ca. finali, extra de praescrip. Nam postquam illic pontifices solum irritauerunt praescriptionem

mae fidei, a contrario sensu praescriptionem bonae fidei probauerunt, maxime cum dedita opera de hoc tractabatur, an praescriptio a legibus civilibus concessa, esset licita an non in conscientia: Et secunda ratione arguo hoc modo, etsi communiter non alia praescriptionis causa circumferatur, quam culpabilis negligentia domini, tamen non illa est potissima, sed bonum publicum, ut certa sint dominia rerum, & ut error longi temporis tollatur, & tranquilla sit rerum possessio: hoc significatur in lege pri. ff. de vsucap. vbi sic dicitur: Bono publico introducta est vsucapio, ne scilicet quarundam rerum diu, & ferre semper incerta dominia essent, cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium: & ca. vigilanti, extra de praescrip. dicitur, Ephesin. legumator, solum propter vitandam miserorum segnitiam, & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali, & quadragenali praescriptioni vigorem legis imposuit: ergo non fuit lex punitiua alienae culpae, sed consultiua boni communis: & ideo non ille quem dicit Adria. sed hic fuit potissima legis finis: quae propter illo cessante quem dicit Adria. lex non cessat, sed ius tribuit in conscientia. Tertio si culpa domini fuisset finis legis, profecto vel iniqua fuisset, vel quam rarissime suum consequeretur effectum: nam culpa negligentis bona sua perquam rarissime est peccatum mortale, quia prodigalitas ut omnes fatetur genere suo non est peccatum mortale: ergo nec ille qui sua negligit bona mortaliter unquam peccat, nisi aliquo in casu grauis necessitas familiae suae, aut pauperum, quos alere sibi incumbit ex officio, vel aliqua alia obligatio: ergo propter illam culpam raro aut nunquam contingeret iustitia praescriptionis: ergo non fuit illa legis causa, & caet. Quarto, esto esset finis legis ille, quem dicit Adria. nihilominus (ut supra diximus in dubio. 12. praecedenti) illo sine cessante: non inueniatur saliter in omnibus, sed in aliquo euentu particulari, non statim cessat vis ac potestas legis, nisi in omnibus communiter ille finis cessasset: est igitur verus dominus rei in conscientia, qui legitime praescribit, etiam si postea illi innotuerit rem possidisse alienam. Vnde ex his rationibus facile respondet ad argumentum Adriani, dicens quod finis legis de praescriptione, non est solum culpabilis negligentia prioris domini, sed bonum commune, & pacium, ne scilicet lites intendantur & crescant in immensum & securitas conscientiarum. Et nobiscum est Ioannes Andreas, & communiter iurisculti, ca. vigilanti, extra de praescrip. sed quia supra dimimus, ad bonam fidem exigere, ut nec possessor dubitet rem esse suam, sed id certo credat, alias esset possessor male fidei, dubitabis forsan, quia glosa cap. finali, extra de praescrip. aliter dicit, nempe quod dubitas etiam si iustitiam habeat dubitandi causam, nihilominus est in bona fide, & citat per se leg. qui scit. ff. de vsur. s. bonae fidei: & idem dicit Panor. & probat ca. si virgo. 34. q. vnica:

q. vnica: vbi ait Aug. tadium bonae fidei possessore rectissime quem quae dicitur, quamdiu possidere se ignorat alienum: cum vero sciverit tunc esse male fidei, sed qui dubitat ut iudicat Panor. ignorat, ergo & c. Secundo quod dubitat rem quam possidet esse suam, potest illam bona conscientia in iudicio defendere, donec vincat illud dubium, vel iudicio subtrahatur: ergo semper manebat in bona fide. Tertio regulam iuris. In dubijs melior est conditio possidentis, sed ille possidet: ergo ille potest semper bona fide retinere, & c. His non obstantibus dico, quod tempus, quo quis non solum leui scrupulo, sed probabiliter coniectura dubitat rem esse suam, non annumerat praescriptionis, sed potest legitimum tempus praescriptionis interrumpit, & tali tempore non praescribit: ratio est, quia iam fides illa non est bona, nam bona fides idem est quod quiesca & sana. Vnde ille iam non ignorat rem esse alienam, ut volebat Aug. quod Panor. & glosa praedicta non animaduertit, quia non erat dialectici: quia ignorantia altera est pure negationis, i. carere scientia, quae est cum dubio: altera vero est prae dispositio, quae est contrarium iudicium. Aug. non loquitur de hac posteriori, ut putat Panor. sed de priori: non enim vult Aug. possessorem in bona fide manere, quamdiu ignorat, hoc est, quamdiu non certe iudicat aut opinatur rem esse alienam, sed quamdiu ignorat, i. nullam habet, vel probabilitatem vel coniecturam, sed certo credit rem esse suam: hoc enim significat bona fides, i. non lesa conscientia: Nec ille, sicut citatus ff. de vsuris, contrarium significat, quia illic solum dicitur, si quis fundum bona fide ab usurario emit sed ante quam fructus perciperet cognouerit esse alienum, i. probabiles habuerit coniecturas, potest equidem fructus percipere, quoad usque fundus eius sit, hoc est, publico iudicio sublatum. Non autem dicitur quod illa conscientia tempus praescriptionis legitime continet: Ad secundum argumentum quod ego adieci, dicit Adria. nemini esse licitum rem illam possidere quam dubitat esse suam, nisi quantum temporis sibi conceditur ad inquirendam veritatem: & paulo inferi constituit regulam, videlicet quod sicut iniuste quis capit rem de qua dubitat an sit sua, ita & iniuste tenet & possidet. Sed haec regula est falsa, & iuri contraria: & probatur quia in dubijs melior est conditio possidentis: ergo non requiritur tanta scientia ad retinendum id quod quis possidet, quanta ad capiendum priuata auctoritate, id quod non possidet: & ideo iterum dubitas tueri potes possessionem rei quam habes, quam sic sub eodem dubio, non possides de nouo ab alio suscipere. Quando ergo quis rem aliquam habet de qua dubitat, i. sub formidine iudicari esse alienam, esto nullus petat teneat diligentiam apponere ut veritatem exploret, quam si assequi non potest, non ideo tenet illam rem ad minus totam dimittere, sed per rationem dubij vel cum illo cuius sic sub dubio putat rem illam esse diuidere, vel si dubitat rem esse suam, & nullo modo etiam sub dubio iudicat esse alicuius alterius, quia illud penitus ignorat in particulari, det aliquam partem pauperibus. Ratio ergo qua

re dubium tollit bonam fidem, non est eo quod sub illo dubio non possis rem illam in iudicio defendere, vel illa re uti, sed est quia ut diximus lesa tunc conscientia, non potest nomen bonae fidei obtinere ad praescribendum. Ex dictis supra ab Adria. inferit ipse opinionem hanc, nempe uxori quae hesitat, an vir cui coniungitur vere ac legitime suus sit, non solum non licere debitum conjugale ab illo exigere, verum nec illi tali viro exactum reddere: & ad ca. dominus, extra de secundis nuptijs, vbi praecipitur reddere: respondet id intelligendum esse in foro exteriori, quia cogit habitare cum illo, tamen ei non licet cum ipso se maritali amplexu commiseri: non plus ac si post priores nuptias clauicularias viuente priore viro cogere & habitare cum secundo: ratio eius est, quia putat quod sicut dubius de re sua non potest illam possidere, ita dubia illa mulier non potest ad virum accedere. Sed haec conclusio Adriani falsa est, cum sua ratio: & prius est contraria illi cap. dominus, quia in illo cap. non dubitatur de foro exteriori, sed de conscientia: ob idque ponitur discrimen inter debitum reddere, & exigere. Secundo maritus ille legitimam habet possessionem uxoris, quia vxor ideo non potest eum expoliare, per hoc quod habeat dubium quousque sit certa, sicuti tu non potes furtiui ab alio bona sua, per hoc quod dubites esse tua. Et ideo illa legitima possessio excusat illam uxorem a fornicatione, dum debitum reddit: & hoc expresse habetur cap. laudabile, extra ne lite pendente: & longe apertius cap. inquisitioni, extra de sententia excommunicationis: a quibus capitulis Adrianus expedire se & extricare nullo modo potest: quod enim in cap. inquisitioni, de conscientijs sedandis sit sermo, ex hoc constat quia sit diuisio trimestris, nempe ut qui coniugum certus est coniugium non esse legitimum, potius sententiam excommunicationis humiliter sustineat, quam ut reddat vel debitum petat: quod vero leui temerariaque credulitate id credit, confessorio suo parum deposito scrupulo, & reddat, & petat: qui vero probabiliter credulitate laborat, non petat, sed reddat. Vnde colligitur, quod si vterque coniugum dubitat, nullus potest exigere debitum: hoc probatur, quia incap. dominus, & ca. inquisitioni, dicitur, quod dubius coniugum de legitimo matrimonio non potest debitum petere. Sed contra si quis dubitat an coniugium sit legitimum, & adhibuit debitam diligentiam ad inueniendam veritatem, nec illam potuit assequi, non est cur arceatur a petendo, quia alias abique sua culpa semper mansisset ligatus, ut nec praesente coniuge uti posset, nec ad alterum matrimonium transire, quod durum videtur. Secundo, esset semper ille dubius coniugum sine culpa sua in magno periculo peccandi mortaliter, quia cum cohabitaret cum altero coniuge graue est periculum adstringere, ut si ambo sint dubij nullus petat, & si vnus sit dubius, grauissimum est spectare semper ut alius petat: Ideo videtur, quod praedicta capitula sic debeant intelligi, nempe quod ille qui probabiliter dubitat, inter se non facit dissentientem

in purgatorio retineri, quousq; restitutiones quas hic suis comendarunt, aut debita quæ debebant executioni mandati: est enim hoc ridiculum, tū quæ contra rectam esset rationem, quæ quis pro ea culpa patitur quæ in nullo modo est in sua potestate & libertate: tū quæ si hæredes nunquam restituerent, nunquam defuncti illi exiret illas purgatorias pœnas, & ita purgatoriu in infernum converteretur: unde videat quisq; quomodo in hoc seculo restituere mādauerit: nā si negligens fuerit, & pœnā pro peccatis debeat, etiā si culpa remittatur, tunc in purgatorio pœnas, quāuis post eius obitū illico fiat restitutio, & illis pœnis p̄solutis etiā si nunquam restitutio fiat, liberabit: unde in peccatis in cōtra ratiō adducitur illud Aug. non dimittit peccatū nisi restitua ablatū, quæ illud solū de remissione culpæ intelligit in hoc seculo, quia quod non restituit, sepe est reus culpæ. En quā multis differunt restitutio & satisfactio: & pro hæc patet responsio ad primū argumentū in principio dubij, pro alia parte factū. Et ad secundū respondet S. T. 2. 2. q. 62. ar. 1. ad tertiu: quod restitutio illi quod pro iustitiā distributiō conferri omisum est, ad iustitiā spectat cōmutatiuā: nā quāuis illud nunquam fuerat ab illo cui dandū erat possessū, fuit tamen ei debitū, & ideo quodā modo sublatū: ergo iustitiæ cōmutatiuæ est idē rependere: unde nō valet hæc cōsecutio, in iustitiā distributiua cōtingit iniuriā, & iniustitiā: ergo restitutio illius iniuriæ, erit actus iustitiæ distributiue: ratio est, quia (vt diximus) in distributiōne rerū, cōsiderat æqualitas & dignitas personarū, prius, & secūdo æqualitas rerū: sed facta distributiōe & iniuria, tū nō cōsiderat dignitas personarū sed æqualitas rerū, in quibus quæ læsus fuit & defraudatus: unde si miles strenuus fuit defraudatus in 10. milio postea fiat ignarus & vecors, ille qui defraudauit tenet illi restituere decē, quia illa decē fuerat iā sibi debita & applicanda, quāuis antea nō fuissent applicata. Est hic vltimo notandū illud quod scite notat Caieta. in his cōmentarijs suis, nepe quod quādiu bona manent ipsius cōmunitatis, & nodū sunt applicata alicui, si quis in eis faciat iniuriā tenet restituere cōmunitati, & non priuatis hoibus. Secūdo dicit Caieta, quod postquam bona illa erāt applicata alicui pro superiores, si distribuēs facit alicui iniuriā in prædictis bonis, tenetur restituere illi, vel hæredibus eius: vt si quis accipiat iniuste aliquid de bonis cōmunitatis, aut de præda antequam esset pro superiores definitū quod illa bona distribuēnt, tenet restituere cōmunitati: sed si iā erat definitū quod illa bona distribuēntur, & dispensator aliquē defraudauit, tenet restituere illi vel eius hæredibus, & non cōmunitati. Unde si sunt aliqua bona cōmunia determinata pro rectoribus & senatoribus cōmunitatis, talis anni nepe. 1556. quod in illis committit iniuriā, tenet restituere illis senatoribus illius anni, & nō alijs, nec cōmuni-

tati. Et ita dicendū est de bonis ecclesiæ, quæ erāt iā determinata pro ministrantibus ecclesiæ anno. 56. si quis in illis bonis committat iniustitiam, tenet illis qui illo anno seruiēbant canonicis, aut alijs portionarijs, vel suis hæredibus restituere, & non ecclesiæ nec alijs. PRÆTEREA dubiū est. 16. in ordine, an quis quæ valeat propria voluntate iure naturæ bona sua alteri quomodo voluerit donare? & arguit a parte negatiua, prius, si iure naturali quisq; possit propria voluntate res suas in alterū transferre, sequeretur quod nullus posset cohiberi, aut prohiberi, ciuili aut aliqua humana lege in hoc, quia humanæ leges nullum obtinent contra ius naturæ vigorem: consequens autem manifeste falsum est, quia multi prohibentur secundū leges humanas sua alienare bona aliquo tempore, aut hoc vel illo modo. Ita prohibentur minores viginti quinque annorum ætate sua alienare bona, vt constat. ff. de rerum alienatione. l. 1. Nec bona ecclesiæ alienari possunt, nec a prælatis, nec a capitulis, nisi certis de causis: & primogenituræ dirahi nō possunt a suis possessorijs pro suo arbitratu, absque principis licētia: ergo &c. Secundo si vnusquisq; pro suo arbitratu rem suam alienare posset, etiam posset bona sua pro re turpi in alterum transferre: consequens autem falsum est, nam qui iudici vt iniustam ferat sententiā, aut assassino vt hominem occidat, aut per viuram vel symoniam aliquid confert, etiam si vltro id efficiat, talis translatio nullus momenti est, vt iura decernunt, & inferius videbimus: ergo iure naturali non potest quis bona sua donare. Tertio iura quædam particularia in aliquibus regnis prohibent, ne parentes præcipue sacerdotes, filijs suis spurijs aliquid suorum bonorum impartiantur: ergo iure naturali non potest quis possessiones suas propria voluntate cui voluerit donare, quia alias iniuste essent prædictæ humanæ leges, vt potest iure naturali non conformes. A parte autem affirmatiua arguitur hoc modo, in iustit. de rerum diuisio. §. per traditionem: & ff. de acquirend. rer. domi. leg. qua ratione. §. literæ, habetur, nihil esse tam conueniens naturali æquitati, quā voluntatem domini volentis rem suā in aliu transferre, ratam haberi. Pro solutione huius dubij est notandum (vt supra diximus du. 5. concl. 11.) quod lex etiā humana duplicem vim habet in translatione dominiorū, prius potest impedire translationem, cohibendo dñi voluntatē, ne rem suam alteri donet. Secūdo potest adimere alteri potestatem & facultatem recipiendi. Tertio potest lex humana facere translationem rei inuito dño. tā in pœnā criminis, quā in bonū publicū reipub. & cōformiter ad hæc tria mēbra, nepe ad voluntariā translationem prioris dñi, & ad legale translationem.

Respon-

Prima conclusio.

RESPONDEBIMVS duabus conclusionibus, quarū prior est: Quilibet mortaliū habet ius naturale quomodocunq; alienandi res quarum legitime est dominus: hæc conclusio constat ex his quæ diximus supra dubio. 5. nam fundamentum naturale dominij rerum est humana ratio ac libertas, quia Deus hominem creauit rationalem ac liberum, per quam libertatem habet dominij suarum operationum: inde est etiam quod factus sit rerum dominus, quod significauit Deus Gene. 1. dicens faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, &c. Ergo si homo per voluntatem constituitur dominus, per eadem potest dominium a se quodcunq; abdicare. Secundo vniuersæ res propter hominem conditæ sunt, & pro arbitratu potest vti illis rebus quas possidet: ergo potest earū dominium in quos voluerit transferre.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio est: iure naturali non obstante, lex humana potest tunc voluntatem domini cohibere, tum etiam ipso inuito suorum bonorum dominio priuare. Hæc probatur: quia homo est pars rei publicæ: ergo parere tenetur legibus quæ in bonū reipublicæ vel à republica vel à principe feruntur: sed in multis euentis necessarium est rei publicæ bono, vt non quilibet modo sibi beneplacito res suas alienet: ergo conclusio est vera. Secundo necessarium est sumptus reipublicæ necessarios, à ciuibus colligere, quia iure naturali partes sunt propter totum: ergo ad tantam reipublicam vel principem spectat maleficos pœna multare, & sicuti vita ita & bonis potest quemlibet ciuim spoliare. VNDE colligitur quod sicut iure naturali quilibet potest, si recta vtatur ratione, dominium rerum suarum in alium transferre: ita eodem iure leges possunt hominem ipsum impedire quando causæ sunt rationabiles, ne substantiā suam alienet: vel eo inuito possessionem ipsam alienare.

ET ad primū argumentum pro parte negatiua nego antecedens: & iam in secunda conclusione reddidimus rationem, cur expedit ne in ætate pupillari committeretur pueris suorum bonorum dispensatio, nepe quia ad maiores & gubernatores reipublicæ spectat prouidere imprudentiæ pupillorum in ipsorum bonum: de maioratibus etiam ratio est naturalis quare sic sint ligati ne possint dispendi: quia primogenituræ sunt in decorē reipublicæ: pulchra namq; & magnifica est reipublica in qua sunt multi viri nobiles & dictissimi. Secundo primogenituræ sunt in magnum firmamentum & emolumentum reipublicæ: nō enim maioratus instituti sunt in causā & vtilitatē nobilium, nempe vt eorum profapies perpetuo duraret, sed in bo-

num reipublicæ, expedit namq; vt eius commune corpus ossa firma habeat & nervos quibus fulciatur. Ob idq; institutum est à principibus vt aliquæ sint illustres domus, tãquā reipublicæ robora, tum vt à cōsilijs sint principum, tum etiam vt tempore belli, & quoties externi reipublicam perturbāt eius sint sustentacula: & propter has rationes visum est regibus vt horum maioratum domus in primogenitum descenderet: reliqua vero proles suis esset contenta alimentis. Et hoc ipsum videtur natura agricolos docuisse, qui arbori & viti, minores & infirmiores ramusculos circunquaq; amputant, vt præcipuum germen in truncum excrescat. Unde colligitur, vt tam primogeniti, quā illi qui legitimam non sunt ætatem adepti, sic iure & merito cohibeantur bona sua alienare, vt alienatio nulla sit, nempe per quam nullum transferatur dominium. De bonis Ecclesiæ aliæ sunt rationes, vna est, quia cum ministerium Ecclesiasticum, non minus sit necessarium quā religio sum, sine bonis temporalibus quæ hominum pietas huic muneri mādicipauit, perdurare nequeat: & communiter sic vsu venire solet, quod ex vna parte capitulum & prælatus non tantam illorum curam gerant, quā si essent propria: & ex altera secularium cupiditas, qui omnia sibi adquirere vellent, consultissimum fuit, arctissime cauere, ne eiusmodi facultates Ecclesiasticæ nisi iustissimis causis consultissimiq; modis alienarentur.

AD SECUNDVM autem dico, quod princeps quia iustitiæ iudex, & reipublicæ custos est, potest & propter crimina, tum dominos bonis suis priuare (vt diximus supra) tū alios ne recipiant inhabiles efficiere. Et hac ratione qui iudici, vt iniustam ferat sententiā, vel testi vt falsum deponat testimonium, aut assassino pecuniā offert, eadem multa puniunt, & illi quibus offertur merito inhabiles fiunt, ne illius pecuniæ dominium adquirant. Et idem dicendum est de symoniacis, itaq; qui prædictis scelerosis pecuniam dat, illam amittit, & ipsi scelerosi eam retinere nō possunt: quæ omnia inferius cum agemus cui est ablatum restituendum, præcisius limabimus: vbi etiam de lucro agemus meretricio.

AD TERTIVM autem dicendum, pro solutione argumenti, quod quatuor sunt genera spuriorum, vel eorum qui non ex legitimo nascuntur matrimonio, quæ scribuntur cap. nisi cum pridem, extra de renunciatione, nam sunt manseres, qui ex ignoto scorto, nepe ex vaga meretricæ, quæ omnes communiter admittit, nascuntur: spurij autem dicuntur illi qui ex concubina peculiari sustolluntur, & hæc etiam dicuntur naturales: quāuis si Etymologiam grecam sequaris, spurij idē

G est

est quod sine certo patre natus, atq; ideo melius conueniret illis qui vago concubitu generantur: nothi vero, vt Quintilianus li. 3. ait illi sunt q nati sūt ex vxore. i. ex illa que virū qdē habet, sed legitima nō est illi ex quo cōcepit, nempe ex adulterio, nam quia nos latinum nomen non habemus, vt imur peregrino. Greci namq; quidquid illegitimum est. i. legē non seruat, nothum appellant, vt febrē illam dicunt notham, quæ legitimum ac certum terminum non seruat: in præsentia autē Manseres, & spurij eodem gradu æstimantur quantum ad successionem hæreditatis eiusmodi. n spurij non succedunt in hæreditatē nec patris nec matris, si habeant alios filios legitimos, potest tamen illos mater ex quinta parte alsis hæredes instituere. Si autē mater legitima careat prole succedunt illi ab intestato: non tamen patri, quia nō est certus. Si vero sint ex dānabili cōcubitu nati ex parte matris nempe ex incestu, aut stupro, & potissimum ex adulterio, non succedunt nec ex testamento, nec ab intestato: non tamen prohibetur quin tam mater pater possit illis quintam partem legare: & hæc sunt certa, & in legibus particularibus alicuius regni vt in regno Castellæ expressa. Sed dubiū est an pater vel mater extra testamentum possit filijs spurij aliquid in conscientia relinquere contra legis prohibitionem: vel fidei amici committere, qui spurij postea tradat?

ET de vtroq; prius videndum est, nempe an sit peccatum mortale, tam patri, quàm amico, quàm etiam filio recipienti. Et an huiusmodi bona sint restituenda, & cui?

ET ad hæc respondetur distinguendo. Si n. ad merum ius naturale spectemus, dubium non est quin pater possit suam substantiā notho filio sicuti cuiuscunq; donare citra culpā, & filius ipse nothus possit absq; vlla culpa bona illa possidere, nisi alios haberet liberos quos illa causa in paupertatem conieceret. SED tota difficultas est an ius civile sic fecerit inhabiles eiusmodi nothos ad fruendum paternis bonis, vt nullo modo possint dominium acquirere: vel vtrum solum per modum pœnæ eiusmodi bonis illos priuet: nam si fiunt inhabiles quemadmodum pupilli ad dandum bona sua, & symoniacus ad suscipiendum, nulla spectata sententia tenentur illa restituere. Si autem lex tantum est pœnalis, tunc ante condemnationem iudicis, potest ea bona filius cum bona conscientia possidere. Ad dubium igitur respondetur distinguendo de filijs nothis secularium, & de filijs clericorum aut religiosorum: & dico prius quod de iure communi nihil reperitur ex prællum quo prohibeantur parentes extra testamentum aliquid illis, aut viuentes do-

nare aut morientes relinquere. Sed leges particulares regni Castellæ sunt quæ dubium in hoc faciunt. In legibus autem regni Castellæ, nihil inuenitur strictius decretum à principibus contra filios nothos secularium, quàm quod le. 3. definitur, titu. 15. par. 4. nempe quod iure hæditario non possunt succedere in patrum hæreditatem: & le. 1. fori titu. de hæredi. success. etiam prohibentur ne poisint in hæreditatem succedere, quod le. 9. tauri confirmatur. De his igitur asserendum videtur, quod si pater aliquid fidei amici committit, quod post eius mortem det suo filio ex adulterio suscepto, amicus ille tenetur ius naturale seruare. i. dare illi filio, & filius potest recipere veluti si esset extraneus. Vndē omnia sua bona potest illi pater sic per amicum dare, si filios non habeat legitimos: si autem legitimos habet, nō potest illos ex hæredare nisi vsq; ad quintam partem, & ita puto quod in hoc nullum interuenit peccatum, quia vt dicemus statim, hoc non est contra leges: si autem fiscus petierit tunc standum est iuri & iudici exteriori. Hæc conclusionem probo hoc modo, leges prædictæ cum sint in odium illorum filiorum non sunt amplius extendendæ quàm sonant, ac prædictæ leges non prohibent nisi esse hæredes: ergo pater extra testamentum bona sua donans prædictis filijs, non facit contra rigorem legis, neque in eius fraudem: quia lex pœnalis tantum obligat ad id quod formaliter sonat: ergo, &c.

SED grauius dubium est de filijs clericorū. i. sacris initiatorum, & de filijs religiosorum: & de his dico quod licet non in iure communi, tamen in legibus particularibus Castellæ verba habentur longe strictiora, extat. n. lex. 3. li. 1. regalium ordinati, quæ sic habet. Vt nulla offeratur occasio quod aliqua mulier clericorum concubinatui addicetur, si clericorū filij in eorum bona hæditario iure succederent, constituimus & præcipimus, vt eiusmodi clericorum filij (& lege. 9. tauri extenditur etiam ad filios religiosorum) nec habeant, nec hæreditent, neq; hæreditare possint bona suorum parentum, nec aliorum consanguineorum: & sequitur nec suscipiant, nec potiri possint quocunq; legato, aut donatione aut alia collatione quæ illis fuerit facta. Quæ verba non solum excludunt, ne hæredes esse possint, verum etiam videntur eos facere inhabiles & incapaces vt nullo pacto possint parentum bona possidere, nisi cum illis peculiariter à Rege dispensatum fuerit. Vndē credo prædictas leges non solum esse pœnales, verum impeditiuas translationis dominij, sicut si vel pupillus donaret, vel symoniacus vel assassinus, vel iudex vt iniustam ferat sententiam, susciperet. Nihilominus pater tenetur

ter tenetur enim alere quādiu viuit de iure naturali, & educare, quia ius illud naturæ reuocari non potest: & poterit pater viuens filio notho donare vnde vitam sustēteret: & credo quod si filia sit, poterit ei dotem etiam post mortem relinquere, quia fœminæ non sunt sufficientes vt victum sibi quærant.

HIS sic habitis dico prius, quod cum clericus sacris initiatus, bona sua fidei amici commisit, vt postea det suo filio, quātum ad culpam timendum est quod peccat mortaliter, eo quod in graui materia agit contra legem obligantem cum tanto rigore.

SECVNDO probabile est, illum fidei commissarium nullatenus teneri, eadem bona filio clerici dare, etiā si pollicitus id facere fuerit: hoc probatur quia fidem contra ius civile impignoratam, ius naturæ seruare nō adstringit. Si vero quo ad restitutionem quæras quid de illis bonis agendum sit? Dico de hoc distinguendum esse: nam si clericus amico det non sub conditione vt reddat filio, sed absolute, nec amicus sub illa recepit conditione loco filij, sed tanquam sua, etiam si clericus spei & fiduciam suo iudicio certam cōceperit, quod amicus esset traditurus filio, & si clericus talem fiduciam non haberet nō illi amico relinqueret, nihilominus ille amicus poterit tuto in conscientia bona illa possidere tanquam sua, quousq; fiscus eum condemnet. Hæc sententia probatur quia quāuis lex filium clericici inhabilem fecerit ad suscipiendum illa quæ nondum possidebat: priuare tamen clericum suis bonis non potuit nisi in pœnā, quæ ante iudicis sententiam cōdē natuā nō obligat: & ideo donatio facta amico tenet quoad vsq; per cōdēnationē priuati.

ET si ille amicus postquam sic absolute recepit illa bona, voluerit dare illa clericici filio, tenebit donatio, nec fiscus possit tūc contra illum amicum qui bona clericici prædicto modo suscepit, agere: quia cū non suscepit cū pacto aut cōdēnatione dandi postea filio clericici non egit in aliquo contra legem: ergo nihil habet fiscus contra illum, sed solum clericus frustratus erit fiducia & spe sua. Quod autem hæc sententia sit vera, nempe quod ille prædictus amicus qui sic sine pacto vel conditione aliqua, suscepit absolute bona clericici, possit sibi in iudicio conscientie retinere, & si voluerit filio clericici dare valeat donatio. Probatur, quia ita intelligitur, seruatur & in practica executioni mādatur leges Ecclesiæ quæ præcipiunt quod nullus clericus mediate vel immediate succedat in beneficio patris sui etiam clericici, nepe quod si vnus clericus dat simpliciter sine aliqua cōdēnatione suum beneficium alteri, etiam motus hac spe & fiducia vt ille postea det filio suo, iudicant & declarant iudices Ecclesiastici

& pontifices, quod ille qui sic absolute obtinuit prædictum beneficium, possit sibi retinere: aut illud filio clericici dātis sibi beneficium rursus relinquere: ratio est, quia iam filius clericici non succedit in beneficio patris, sed in beneficio alterius, nec egit contra canonicas sanctiones: quia absolute accepit beneficium & non cum conditione dandi postea filio clericici quod leges prohibebant: ergo ita intelligendæ etiam sunt leges ciuiles, &c.

SECVNDO dicit prædicta opinio, quod si clericus dedit amico bona sua non absolute sed sub conditione vt daret filio, nec ille suscepit nisi sub illa conditione: tunc nec donatio facta amico tenuit, vndē ipse sibi retinere nō potest, nec filio clericici dare: ratio est quia omnes tunc dans & recipiens agunt contra legis prohibitionem: merito igitur omnes puniendi sunt. Et quia fiscus non habet ius ante iudicis condemnationem, dicit hæc opinio prædicta bona eroganda esse in pios vsus, si tamen ille fidei commissarius tutus esset, quod nunquam hoc in notitiam fiscalis perueniret, nam aliās si aliquando fiscalis scire posset, consultius esset ei patefacere prius quàm in alios pios vsus consumatur illa bona. Et quod hoc sit iuri consonantius, nempe hæredem qui præstitit huiusmodi tacitā fidem sibi prædicta bona non posse retinere. Probatur amplius, tum quia ab initio titulus ipse hæditarius iniustus est, prædonēq; constituit hæredem le. prædonis loco. ff. de peti. hæred. vbi fulg. adnotauit, ac proinde male fidei possessor statim censetur, ad restitutionemq; fructuum, etiam ante motam coram iudice controuersiam tenetur, le. eum qui, in prin. ff. de his quibus vt indign. Vndē quia lex inficit titulum & in mala fide constituit accomodantem fidem, consequitur nihil iuris obtinere in eisdem bonis etiam ante latam sententiam priuatoriam seu declaratoriam, nam inabilitas & reliqua pœna quæ secū trahunt executionē sine ministerio hominis statim ligant in foro animæ, ex Caie. in summa, verbo pœnā subire, & 2. 2. q. 62. ar. 3. & in hac nostra sententia est Bartolus, in lege fin. nu. 9. ff. de his quibus vt indign. in hoc etiam receptus à Segura, in le. cohæredi. s. cū filia. fol. 24. ff. de vulg. & summa Pisana, verbo filius, & Bernardus de luco in pract.

CONSEQUENTER ex proxima resolutione sequitur quod hæres post tacitam fidem præstitam, sicut non potest sibi retinere prædicta bona, ita nec potest restituere ea prædicto spurio vel incapaci: quia cum ipse nil iuris habeat non potest quidquam in alium transferre, cap. nuper extra de donationibus inter virum & vxorem: cap. quod autem de iure patronatus.

SED oppositam sententiam, tenet Couar. G ij ruuias

Secunda.4.quesit.18.art.1.

ruuias in epithome super. 4. p.2. ca. 8. §. 5. nota. 8. vbi asserit absolute hæredem licite retinere sibi posse prædicta bona, & spurio restituere si vellet, esto (addit) ille hæres fidē præstitisset testatori se daturum illa bona filio suo spurio. Et probatur hæc sententia: quia ille hæres, & si præstiterit fidem adire potest hæreditatem, & ad eundem hæres efficitur: quæuis in pœnam eidem auferatur hæreditas & fisco applicetur. I. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg. coniuncta. le. ita fidei. in prin. ff. de iure fisci. Vnde accedit resolutio Theologorum, vt S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 3. nempe pœnam non deberi in iudicio animæ ante iudicis cõdemnationem, quod etiam docuit glosa (vt dicunt iurisperiti) singularis, postrema in cap. frater. 12. q. 2. etiam si pœna incussa sit ipso iure: ita Felinus in cap. audiuimus col. 2. de simo. Syluest. verbo pœna. q. 25. & verbo hæresis. q. 8. Caie. vbi supra & communiter alij Theologi: ergo verum est quod dicit Couarruias, & falsum est quod nos prius dixeramus. Ad hoc respondetur, hæredem illum effici tantum nomine quo ad effectum succedendi ex substitutione pupillari, vt in legibus citatis dicitur Secundo hæres ille efficitur quo ad effectum confirmandi relicta in testamento: & ita sentit ibidem Ioannes de Imola, notabili. 35. & Castrensis. no. 3. quod satis suadet ex le. non intelligitur. §. si quis palam, vers. cū ex causa. ff. de iure fisci. impeditur tamen bonorum acquisitio, & propterea hoc nomine statim dicitur possessor male fidei in dicta le. eum qui, in prin. & prædo nuncupatur, dicta lege prædonis loco: quamuis ibidem Angere. falso opinetur bonorum dominium querere: ex quibus colligitur. 3. cū prædictus hæres nec sibi retinere, nec filio spurio restituere possit, cū tacitā fidē accomodauit, probabilius est teneri ad restituendū successuris cõsanguineis ab intestato ipsi testatori, tū quia tacite ab intestato censentur vocati à lege, l. si quis cum testamento, & l. conficiuntur. ff. de iure condicil. tum etiam quia in fraudem ipsorum videtur accomodata fides: ac proinde illis est restituendum, quibus est illata iniuria, & hoc probat cap. de hoc autem, extra de simonia: & ita speciatim firmiter Cepol Veronensis, cautela. 19. vers. 11. & ante ipsum decreuit Ludode Sardis tractatu de natura libere in charta finali vers. 12. & in. 5. volu. tracta. quidquid in hoc inuoluat Syluest. verbo filij. q. 4. §. 6. & videtur hoc etiam sensisse Cardi. cons. 35. no. 1. vbi consuluit legatarium cui est iniunctum fideicommissum restituendum spurio iuramento adhibito, teneri ad reuelandum in utilitatem hæredis instituti. Ex quo inferatur signanda limitatio ad proxime dicta, nempe vt quo ad restitutionem faciendam successuris ab intestato, seruetur illud in hærede inf

tituto: at in legatario restitutio fiat hæredivniuersali. Nec in hoc recipiendus est Bartolus in le. finali, vbi supra, dicens oportere restitutionem fieri fisco: quod etiam sequitur Pifana, & Bernardus de Luco vbi supra probauit: nam huiusmodi applicatio æque fit fisco in pœnam accomodantis fidem iure decreta. est le. ita fidei. in prin. l. in tacitis, & l. Lucius. §. fina. ff. de leg. 1. Ac proinde ante sententiā non debetur, vt resoluimus iam in proxima conclusione: detecta autem fraude, sunt bona per sententiā applicanda fisco seculari, vbi laicus accomodans fidem fuit institutus à clerico. Ex Baldo in le. si quis præbiter, vers. 2. inducitur cod. de episcopis & clericis: pbato ab alijs quibus alijs iurisperitis: sicut contra si clericus fuerit institutus hæreditas applicatur fisco Ecclesiastico. Hæc adnotarunt etiam Couarru. & Bernardus de Luco vbi supra in fine, quod antea expressit Baldus in dicta le. si quis præbiter.

DVBITAS forte an hæres interficiens testatorem veneno vel alia via, & filius patrem, quo celerius succedat, possit in iudicio animæ bona sibi delata retinere, ante iudicis cõdemnationem?

AD quod tribus respondebimus conclusionibus, quarum prior est, Qui occidit testatorem, vel patrem, aut alium cui erat successurus alias, non fit ipso iure, ante iudicis cõdemnationem inhabilis & incapax, sed hæreditatem adire potest: quamuis per sententiā possit & merito secundum leges est priuandus bonis fisco applicandis. Hæc probatur le. cum ratio, ad fin. ff. de bon. damnator: & hanc nostram conclusionem speciatim firmiter Baldus in le. hæreditas, ad fin. cod. de his quibus vt indignis: nec ab alijs etiam coherentibus, potest opponi exceptio indignitatis vel inhabilitatis, ante latā sententiā. Pro nobis est etiam glosa iuncta textui in le. his consequenter. §. 1. vers. non pertinere. ff. familiæ hercis. hoc Angelus in le. prædonis. ff. de petiti. hærediv. & Corne. in dicta. l. hæreditas, nu. 2. resoluit Alexander post alios in le. si ab hostibus, nu. 16. ff. solu. matri. quo fit vt ante latam sententiā non teneatur prædictus hæres huiusmodi bona restituere fisco, cum ad pœnam nondum impostam per iudicem: nemo obligatur iuxta resoluta in præcedenti dubio in secunda conclusione: Nec obstat titulum hæreditarium posse irritari per sententiā, & bona fisco applicari, iuxta tex. in dicta le. cum ratio, & in le. Lucius in fine. ff. de iure fisci. nam vbi quis interim dominus est, & titulum habet, fructus facit suos: vt definit Corne. in l. 1. nu. 1. cod. de his quibus vt indignis: resoluit Felin. in cap. de quarta, nu. 3. de prescriptionibus: speciatim inferens priuandam bonis applicandis fisco, interim facere fructus

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Secunda.4.quesit.18.art.1. fo.235.

fructus suos: quia vbi titulus non est nullus ipso iure, iustè interim colliguntur fructus: glosa singularis in authentico de incest. nupti. in principio, verb. imminere, colla. 2. Nec obstat eiusmodi bona esse scelere conquesta, le. Lucius in fin. ff. de iure fisci: ac proinde obnoxia restitutioni ex titulo de conditionibus obturpem causam: nam licet causa obquam, citius adquisierit, nempe homicidii turpis fuerit, tamè ipsa successio iam quod hæres est vel successurus ab intestato, non est turpis nec vitiosa: iuxta id quod in simili de meretricibus dicunt Theologi: & discernit iurisperitus in le. 4. §. sed quod meretrici. ff. de conditionibus ob turpem causam, & nos inferius præsius tractauimus, nempe vbi acceptio vel adquisitio non est prohibita quamuis modus acquirendi ob aliquā circūstantiam fuerit illicitus, posse quæsitum iustè retineri. Nec obstat verisimiliter testatis voluntatem cessare propter atrocitatem facti emergentem, & ob id reddi indignum, iuxta le. indignum. ff. de his quibus vt indignis: quia receptum est hæredis institutionem non reuocari, ex aperta inimicitia grauissima & capitali: le. ex parte. ff. de adimen. lega. à fortiori ergo nec ex occulta: & sic resoluit Alexander in le. sororem. 3. no. 3. cod. de his quibus vt indignis: quare sacrificijs & eleemosynis esset iniungendum hærediv, vt satisfaceret testatori defuncto ab ipso hærediv occiso. Restitutio autem bonorum non est necessario illi imponenda ante iudicis cõdemnationem.

SECUNDA conclusio est, Nō est iure eadem ratio de hærediv & de legatario, nam vbi legatarius furtim propinato veneno, vel alio modo interfecit testatorem, tunc ex coniecta voluntate censetur reuocatum legatum, l. 3. §. finali. ff. de adimen. leg. facit ad hoc quod adnotauit glosa in dicta le. fidei commissum, nempe ex tacita voluntate testatoris legatum reuocari, legatario clam occidente ipsius uxorem: nec obstat in conscientia, pœnam non esse debitam absq; iudicis pronuntiatione: quia vbi ex voluntate testantis incurritur, plane debetur absq; alia iudicis executione: ita definit Abbas in cap. Ramaldus, nu. 25. extra de testamentis: & probatur ratione: quia testator non transtulit dominium illarum rerum ad illum legatarium absolute, sed virtuali conditione, nempe lego tibi hoc nisi occideris me. Vnde colligitur eum cui bona vnita singulatim relinquuntur quæ bona capellam Lusitani vocant, si paret insidias testatori, nullo modo posse retinere eiusmodi bona, etiam non sequata sententiā: quare tunc vel substituto vel cõiuncto vel ipsedem deficientibus hærediv vniuersali debet fieri restitutio.

VBI bona sunt vnita iure maioratus, quæ

ex ipsa institutione debentur descendenti- bus l. 3. ff. de interdict. & releg. nec ex delicto publicantur. l. Statius Florus. §. Cornelio Foscili. ff. de iure fisci: tunc si successurus interficiat possessorem, statim ipso iure priuatur redditurq; inhabilis, frq; locus sequenti argu. glo. cap. 1. §. similiter verbo. fratrem, quibus modis feudum amittit in vrb. feud. & in hoc sensu accepit Aretius in le. si ab hostibus. §. si vir no. 2. ad fin. ff. solu. matrimo. vbi ad huc sensum reducit textum ibidem: & singulariter probat Palatius Rub. in relecti. foli. 53. §. 70. no. 6.

IN Regno autem Lusitaniæ circa illud quod supra dicebamus de spurij filijs, sic disponit ordinatio. 71. l. 4. si filius spurius est naturalis ex patre non nobilis, succedit in tota substantia patri si non habeat alium legitimum: & si habeat alios legitimos succedit in æqua portione cum alijs legitimis, ac si esset etiam legitimus. Si vero pater sit nobilis, quando filius est natus, nunquam ei succedit ab intestato: si tamen ipse pater illius spurij, nullum habeat ascendentem nec descendantem, poterit nominare illum filium naturalem hærediv, vel extraneum alium quem voluerit: si vero habeat aliquos vel aliquem ascendentem vel descendantem non potest legare aliquid illi filio naturali.

DECIMO septimo dubitatur, an aliquis homo sit aut vnquam fuerit orbis dominus? Et à parte affirmatiua arguitur in hunc modum, Apocalyp. 9. dicitur, vidi in vestimento & in femore iedentis super equum album, (hoc est super candidissimam Christi seruatoris humanitatem, cuius virtute veluti femoris filios progenit celestis regni hæredes) scriptum rex regum, & dominus dominantium: ergo &c. Et idem videtur dicendum de summo pontifice quem Christus vicarium in terris sibi substituit: ergo &c.

HIC prius poterat tractari: quæstio illa grauis de Christo redemptore, an fuit rex iure hæreditario populi Israelitici: sed quia hoc exposuimus in tertia. p. S. Thomæ in materia incarnationis, & infra cum agamus de clauibus equè sumus dicturi, non immorabimur hic, sed vnica conclusione respondebimus quæ sic habet: Christus redemptor non fuit rex Israel iure hæreditario: quæ luculenter ostenditur (quidquid dicat Armachanus libro. 4. cap. 15. de quæstionibus Armenorū, & Burgenfis additione. 3. super cap. 1. Mathei & Ioannes Faber super lege cunctos populos cod. de summa trinitate.) Prius quia virgo Maria non erat regina: quia sceminæ non succedebant in linea regali: ergo nec filius eius iure hæreditario erat rex. Secundo quia regnum Israel quod per profapiam Davidis descendebat, iam cessauerat tempore Christi G iij serua-

Dubium septimum.

Vnica conclusio.

seruatoris: quia vt habetur Hiere. 22. in Iechonia cessauit, ita quod deinceps non in regibus, sed in sacerdotibus, & Machabeis peritit ceptu Iuda vsq; ad Christum; atq; hac ratione impleta est propheta Jacob, non auferetur ceptum de Iuda & dux &c. (Ecce dux dicit & non rex) donec veniat qui mittendus est: ergo &c.

SED subdubitas, esto Christus non fuerit rex Israel iure hæreditario, an fuerit rex totius orbis?

Prima conclusio. AD quod tribus respondimus propositionibus, quarum prior est: Christus seruator noster qua Deus erat, rex & dominus est omnium, sicut omnia ex nihilo creauit. Hæc clarior est quam quod probatione egeat.

Secunda conclusio. SECUNDA conclusio. CHRISTVS mundi redemptor qua homo, sine spiritali nempe in ordine ad salutem æternam, rex & dominus erat omnium dono patris. Hæc probatur psal. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mentem sanctum eius prædicans præceptum eius. i. ad prædicandum legem eius: ergo &c.

Tertia conclusio. TERTIA conclusio est: Christus d. s. qua homo nõ fuit rex sine laico. i. ad gubernatione laicæ etiam dono patris. Probatur, quia nunquam vsus fuit tali potestate: ergo superuacanea ibi esset: ergo &c. Secundo in scripturis sacris hoc explicatur, vt Ioannis. 18. regnum meum non est de hoc mundo: hoc est ad finem laicum sicut alia regna aliorum regu: ergo &c. Et vt dictum est de Christo, dicendum est de summo pontifice vicario eius quod est dominus omnium sine spiritali, hoc est, potest vti omnibus temporalibus necessarijs ad salutem animarum: & ita reges hæreticos aut Ecclesiæ Christi destructores amouere: non tamen est rex aut dominus omnium sine temporalibus immediate. Sed hæc tractabimus præsius in locis supra citatis, & per hæc patet quid dicendū ad argumenta in oppositum: quia Christus est rex regum qua Deus, & qua homo dono patris, & sine spiritali, non autem iure hæreditario nec sine laico.

Dubium decimum octauum. DECIMO octauo, dubitatur an imperator sit dominus totius orbis: Et videtur quod ita, prius q. cap. solitè, extra de maioritate & obedientia, dicit. Sumus pōtēx & imperator duosunt in orbe luminaria magna. Sumus autem pontifex vnus est totius orbis in spiritalibus dominus, quia decens erat vnum esse caput totius Ecclesiæ: ergo eadem ratione cōgruens est vnum esse caput totius orbis in temporalibus quod non potest aliud fingi quam imperator.

SECUNDO. 7. q. 1. cap. in apibus, dicitur, quod sicut in apibus vnus est princeps, & inter grues dux vna, sic imperator vnus: & eod.

de bonis quæ lib &c. l. cum multa, dicitur imperialis fortuna, omnes supereminet alias. Et ad I. Rhodiam de iactu. l. depræcatio, ait Antoninus, ego mundi dominus &c. Et extrauagans ad reprimendum, quomodo in lasma iest. &c. Dicit Henricus Cæsar, in tranquillitate Romani imperij totius orbis regularitatem requiescere: quibus colligitur imperatorem totius orbis fore dominum.

SED in oppositum est lex cunctos populos cod. de summa Tri. & fide catho. Vbi Iustinianus inquit: cunctos populos quos clementiæ nostræ regit imperium: ergo non subsunt imperatori omnes populi totius orbis, sed aliqui: quia hoc significat imperator illis verbis, cunctos populos quos clementiæ nostræ regit imperium &c.

AD præfatum dubium aliquibus respondimus propositionibus, quarum prior est. Potestas imperatoris donum Dei est, a spiritali potestate distinctum. Hæc probatur prius, quia Deus per naturam dedit inclinationem hominibus se tuendi & in bonum & conueniens dirigendi, sicut cunctis alijs rebus ergo possunt homines vnum monarcham vel principem eligere, cuius iudicio & prudentia malefactores & communitati hominū no ciui expellatur, & ciues sui cōseruetur. Consequētia probatur, quia cū homines talis sint naturæ quod indigeant mutuis obsequijs humanis, non possent dispersi cōseruari: ideo contulit eis dominus instinctum viuendi gregatim: vnde indigent aliquo, vel aliquibus qui habeant curam communitatis, cui vel quibus suam cōmittunt potestatem: quare quidam eligunt vnum regem, alij proconsules, vt Veneti, & quōdam faciebant Romani, & hoc modo creatus est imperator: ergo eius potestas hoc modo prædicto à Deo optimo est: quia esto respublica creauerit imperatorem & principem, id fecit à Deo per naturam eruditam.

SECUNDO sapientiæ. 14. dicitur, tua pater prouidentia, ab initio cuncta gubernat: quod per leges naturales mediate intelligendum est: ergo imperatoria potestas à Deo est.

TERTIO ad Ro. 13. omnis potestas a domino Deo est, & quæ sunt, à Deo ordinatæ sunt, itaq; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: & ad Titum. 3. ad mone illos, principibus & potestatibus subditos esse: & Ioannis. 19. Christus ad Pilatum, non haberes potestatem in me vllam nisi tibi datum esset desuper: Et non solum Christiani habent sic veros principes, sed etiam infideles, vnde præcipit diuus Petrus Christianis. 1. Petri. 2. vt subiecti essent omni humanæ creaturæ propter dominum, siue regi (dicit) quasi præcellenti &c. Vnde colligitur quod licet potestas ciui-

Prima conclusio.

lis sit à Deo, non tamen eo modo quo spiritalis: quia spiritalis fuit immediate collata à Christo Petro vicario suo: ciuilis autem est à Deo mediate per naturalem inclinationem, vt dictum est.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio est: Imperator nõ habet iurisdictionis dominium in toto orbe, nempe in toto globo ex terra & mare confecto. Hæc probatur: quia si imperator hæc haberet in toto orbe iurisdictionem, aut eam haberet iure diuino, aut naturali, vel humano: at non diuino, quia præter Dauidem atque Saulem non legimus Deum instituisse regem aliquem Christianis per se ipsum immediate: Nec naturali: quia natura omnes homines nascuntur liberi, & nulli natura dedit potestatem aut iurisdictionem vt cogere & obligare posset alios: Nec iure humano: quia nullus magistratus aut Monarcha habet iurisdictionem super alios, nisi per electionem reipublicæ: at ad talem electionem nunq; conuenerunt omnes totius orbis: ergo imperator non habet dominium iurisdictionis in toto mundi globo.

SECUNDO potestas est propter vsu, sed non potest vnus vti potestate in toto vniuerso, quia non potest cognoscere nec per se nec per suos ministros idoneos, errata & facta cuiuscunq; in toto vniuerso, vt errantem corrigeret, & bene meritum præmiaret & omnia sic requisita ad bonam gubernationem administraret: ergo superuacanea esset illa potestas totius orbis in vno imperatore: ergo esto vel literis vel præsentia possent omnes totius orbis conuenire, non expediebat, quod vnus eligeretur totius orbis Monarcha: quod etiam confirmat Arist. 7. Politic. cap. 4. & diuus August. lib. 4. de ciuitate Dei cap. 15. vbi dicit: iniquitas ampliora fecit regna, & perdomitis gentibus dilatate regnum, malis videtur felicitas bonis necessitas, nempe quod hostium iniquitas cogit vt bello supprimantur, nostraq; adhibeantur imperio: ergo &c. Nec valet si dicas, Christus instituit vnum vicarium in spiritalibus totius orbis: ergo ita deberet esse vnus Monarcha in temporalibus totius orbis. Quia sunt multa discrimina, primum est quia Christus fuit vniuersalis Redemptor, & ita vnus rex celorum regni quod toto orbe est diffusum: & CHRISTVS habet infinitam virtutem & cognitionem quibus cuncta disponit, ideo potest per vnum vicarium totum gubernare mundum sublunarem, eo maxime quod sub isto vicario constituit ordinarios, pontifices, patriarchas & alios episcopos ac sacerdotes qui spiritalia administrant afflatu Spiritus sancti: Imperator autem esto à toto orbe eligeretur, non habet

istam sufficientiam nec immediatam dependentiam à Deo, sicut Christi vicarius: nec est necessarium quod reges dependeant ab vno alio imperatore, sicut episcopi & inferiores pontifices ab vno vicario Christi, postquam reges eliguntur à republica, & non instituti fuerunt immediate à Deo: & etiam quia spiritalia sunt immutabilia, vt sacramenta & fides in quibus debent omnes totius orbis conuenire: mores autem temporales hominum sunt varij & indigent præsentia talis Monarchæ.

TERTIO probatur conclusio nostra quia si est vnus totius orbis Monarcha in temporalibus, vel hoc fuit introductum aliquo legitimo iure ante aduentum Christi, vel postea per Christum: non primum, quia ante Christum natum, solum fuerunt tres illæ Monarchiæ nempe, Chaldeorum, Persarum, & Græcorum, quibus successit quarta Romanorum, qua durante venit CHRISTVS, quas Monarchias Daniel in sepegerat, in illa statua quæ Danielis. 2. refertur, at nulla illarum fuit totius orbis domina, sed solum aliquarum nationum quæ certis erant limitibus diuisæ, & inclusæ: Nec secundum, quia non habetur in euangelio quod CHRISTVS aliquid disposuerit de Monarchijs temporalibus, nec quod aliquid mutauerit, nec vicario suo hoc commisit sine temporalibus & laico, sed solum in quantum spiritalium finis id exigerit.

QUARTO probatur idem ex cap. per venerabilem, extra qui filij sint legit. vbi Innocentius fatetur. Regem in temporalibus superiorem minime recognoscere: & Innocentius loquitur absolute de rege qua rex est, & non solum de rege Franciæ, vt quidam volunt, vt constat caute legenti. text. quia absolute loquitur de rege, & intelligitur de iure, & non solum de facto vt ibi voluit glosa: quia oppositum non probatur: ergo &c.

TERTIA conclusio est imperator in causis fidei est Christianis regibus superior. Hæc probatur, quia est protector ac propugnator fidei, ad hoc per summum pontificem coronatus: ergo in causis fidei, nempe ad inimicos Christi coercendos, & ad extinguenda schismata, potest imperator christianos reges conuocare: in alijs autem causis ordinarijs, solum fit prouocatio ad imperatorem in prouincijs imperialibus & ciuitatibus tantum.

SED argumentantur aliqui contra prædicta, intendentes probare imperatorem esse mundi dominum de iure diuino, ex Augustino li. 5. de ciuitate Dei cap. 12. & 15. vbi dicitur, quod cum diu fuissent regna Orientis illustra, voluit Deus & occiditiale fieri, quod

Tertia conclusio.

tempore esset posterius, sed imperij latitudine, & magnitudine illustrius: idq; Romanis contulit, qui pro suo modo boni erant: ergo Deus illis dedit imperium: quod etiam fatetur S. Tho. libro. 3. de regimine principum: Ob suas, ait S. Tho. morales virtutes, & si illis non meruerunt æternam felicitatem, & potissime propter amorem patriæ & zelum iustitiæ, ac ciuilem beneuolentiam: & confirmant hoc, quia nec Syluest. admonuit Constantinū, nec Ambro. Theodosiū. ut imperiū abdicarēt & dimitterēt, quod fecissent si non haberent imperiū a Deo: ergo iure diuino imperator est dominus totius orbis quo ad iurisdictionem. Ad hoc argumentum duobus respondetur modis, prius dico quod nunquam diuus August. cogitauit asserere, quod Deus quasi præmium suarum virtutum Romanis dederit imperium tale quale illud fuerit imperium, siue totius orbis siue aliquarum prouinciarum: sed vult August. Deum dedisse imperium Romanis permissiue & non dono gratuito ratione meriti alicuius, quod constat, quia in ambobus citatis capitulis intendit Augustinus ostendere, quod ea quæ Romani faciebant, omnia intuitu gloriæ mundanæ faciebāt, & gratia ampliandi sui nominis, at talis appetitus peccatum est saltem veniale.

VND E dicit August. licet Catonis virtus propinquior esset veræ virtuti quàm virtus Cæsaris, neutra tamen fuit propriæ virtus, at ob peccatum Deus non dat alicui præmium: Sed dicit Deum illud iusto iudicio permisisse, eo modo quo ait CHRISTVS eos qui iustitiam suam faciunt coram hominibus recepisse mercedem suam, nempe ab hominibus ipso permittente, & disponente res cursu naturali: si ergo pro vitio Deus contulit Romanis regnum & imperium, non aliter potest intelligi id fecisse quàm permittendo: ergo &c. Et ad hunc sensum concludit cap. 15. dicens, non est quod de summi & veri Dei iustitia conquerantur, quia perceperunt mercedem suam. Ad euangelium nimirum alludens de his qui ob inanem gloriam operantur: non ergo Deus fecit Romanos imperatores dominos, ut Saulem aut Dauidem reges, sed vel iure belli respectu alicuius prouinciæ contra quam ob aliquem titulum forte haberent iustum bellum, vel per suam tyrānidem id Deo permittente.

SECUNDO dico ad argumentum, quod esto prauè in hoc intelligeretur Augustinus, quod vellet dicere quod Deus Romanis ob merita sua contulerit imperium, non potest intelligi Augustinus de imperio totius orbis, sed de imperio quod erat antea Orientale in Chaldaeis. s. Persis, & Græcis, quod

ut dictū est, nunquā fuit vniuersale totius orbis, sed quædam regionum, quod probatur: quia subdit August. Romanorum imperium fuisse extensius priore, non tamen totius vniuersi.

SECUNDO arguit Bart. in tractatu super extraua. ad reprimendū, ex Daniele cap. 2. vbi dicitur de Nabuchodonosor. Tu rex regum es, Deus cæli regnum, & fortitudinem & imperium, & gloriam dedit tibi: ergo Nabuchodonosor erat rex totius orbis: & illi succedit imperator: ergo imperator est rex totius orbis: & ita tenet ipse Bart. propter factum argumentum. Ad hoc dico negando consequentiā, & illud quod habetur in Daniele, hoc solum significat quod Nabuchodonosor erat maximus regum, tunc cognitorum: & ita interpretatur Nicolaus de Lyra, non tamen quod dominum & imperium in totum haberet orbem.

VND E colligo Christianum imperatorem legitimum esse: non quia innitatur vi imperij Orientalium, aut Romanorum quia hi Ethnici imperatores armis & iniuria occupauerunt prouincias omnes vel multas illarū quas regebant, non autem iusto titulo: quia nullū talē habuerunt super remotissimas prouincias, nec super prouincias iudæorū quas dñs dederat iudæis & prohibuit ne eligerent regem alienigenam Deu. 17. sed quia electus est Christianus imperator consensu prouinciarum quas regit: qui imperator quondam à Græcis eligebatur, postea autem anno domini septingentesimo sexto, à pontifice summo Stephano. 2. translata est electio ad Germanos, ut habetur cap. venerabilem, extra de electione. Ex dictis omnibus colligo iure optimo vnum esse Christianorum imperatorem, non tamen totius orbis dominum, sed illius tantum partis quæ in talem consensit imperatorem: vnde cum pars illa quæ in electionem consensit imperatoris, minor erat, non potuit alijs remotissimis partibus, atq; maioribus imperatorem præficere: nec Papa id efficere potuit cum non sit rex in temporalibus nisi quatenus necessaria ad spiritualia sunt temporalia, ut in dubio. 17. diximus.

SED adducit Bart. pro sua sententia contra nostram, illud Lucæ. 2. editum à Cæsare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis: ergo Cæsar erat dominus totius orbis. Ad quod dicendum, quod non poterat Cæsar intelligere de toto orbe: quia bene sciebat editum suum non posse peruenire ad Antipodes & alias remotissimas partes, sed vocabatur vniuersus orbis vniuersa ditio Cæsaris quæ latissime patebat: eo modo quo nos insulas & partes orbis vastissimis spacijs iacentes

iacentes, nouum orbem nouumq; mundum appellamus: sic namq; latini sequenter orbis portionem orbem appellabant, ut Lucanus in 3. ignotum vobis, Arabes, venistis in orbem. Secundo dico quod Euangelista solum retulit factum à Cæsare Augusto, sed non dixit iusto iudicio esse factum: sicut propheta Dauid ait, dixit insipiens in corde suo non est Deus, sed propheta non dicit insipientem dixisse verum. Immò potius Euangelista videtur condemnare superbiam Cæsaris, qui se orbis dominum dicebat, cum non ipse, sed ille qui nascebatur esset verus orbis dominus.


AD illud cap. solitæ concedo quod sunt in Ecclesia duo luminaria, nempe Papa Sol est in Ecclesia, qui à Christo immediate accipit potestatem in omnibus in ordine ad spiritualia, ut diximus: & imperator Luna qui à Deo mediante lege naturali per electionem reipublicæ habet suam potestatem.

AD illud cap. in apibus dico, quod hoc solum docet quod est conueniens vnius reipublicæ vnum esse imperatorem, non autem asserit totius orbis in temporalibus vnum esse imperatorem, quia nec vnus est imperator omnium apum quæ sunt in mundo, sed cuiuslibet aluearij vnus: verum est quod in toto Christianismo est vnus, ad quem etiam imperia Turcarum, & Sarracenorum regna, quæ Christiani iuris fuerunt attinent. Ad illud autem quod ex lege, vnum multas, citatur dico verum imperialem fortunam cæteris antecellere, quia est omnium præstantissima, non tamen inde sequitur vnicum totius orbis esse imperatorem: est. n. regalis dignitas excellentior Ducatibus Marchionatibus &c. non tamen vnus rex cunctis præest ducibus orbis, sed solum illis qui in suo regno vitam viuunt. Ad legem autem, depræcatio, dico quod Antoninus in illo dicto, ego mundi dominus &c. fuit arrogans, quia de solo Deo optimo id dici potest, ideò nullum inde sumitur argumentum: Prudentius loquitur Iustinianus, cunctos populos quos clementiæ nostræ regit imperium, qui quidquid interpretæ comminiscantur, syncærus tamen sensus est, quod voluerit suum imperium de iure & de facto limitibus circumscribere, & l. in nomine domini, cod. de officio præf. præf. Afri. terminos nominat regionum suarum: & Insti. qui. mo. ius pat. potes. solu. s. si ab hostibus, ponitur lumen imperij, vnde deriuatur nomen postliminium: & l. mercatores cod. de commer. distinguit inter suos & regis Persarum subiectos: & Clementina pastoralis de sententia & re iudicata, videtur Papa præscribere terminos imperij: vnde colligitur quod

non est verum quod aliqui dicunt, nempe quod omnes qui modo imperatori non subijciuntur, particulari iure sunt exempti, nempe aut præscriptione aut priuilegio aliquo. Ad extraua. ad reprimendum, dico quod etiam intelligendus est ibi totus orbis, eo modo quo supra dictum est, scilicet amplitudo portionis illius orbis illa tempestate notæ quæ Romano imperio obtemperabat.

Articu. secundus

Thomas vbi supra quæst. 2.
Vtrum sit necessarium ad salutem restituere quod ablatum est?



D SECUNDO sic proceditur, videtur quod ablatum non semper debeat restitui, fama enim restitui non potest, sed fama auferitur: ergo non de omni ablato potest fieri restitutio.

PRÆTEREA damna in personam sunt maxima, sed huiusmodi damna non possunt restitui, ut ablatio virginitatis, abscisio membri alicuius: ergo non omne ablatum potest restitui.

PRÆTEREA qui impedit aliquem à consecutione alicuius videtur hoc sibi auferre: sed hoc non debet ei restituere vel recompensare: sicut si quis impedit aliquem ne præbendam consequatur: ergo videtur quod non omne ablatum debeat restitui.

PRÆTEREA qui occasionem damni dat damnatum dedisse videtur: sed ille qui subuertit semina in campo proiecta dat occasionem damni in toto fructu qui inde sequi posset. Et similiter de illo qui detinet

nec pecuniam creditoris ultra terminum præfixum, & qua ille poterat lucrari, dicatur, quia totius lucri quod accidere potuisset, dat damni occasionem: nec tamen videtur quod teneatur ad restitutionem totius lucri quod accidere potuisset, ut fructus qui percipiendus esset: ergo non oportet quod semper fiat ablatorum restitutio.

SED CONTRA, videtur quod homo debet plus restituere quam abstulerit: quia præceptum legis veteris est, ut patet in Exo. quod omnis reddatur in quadruplum, & bos in quintuplum: & hoc præceptum cum sit de moribus videtur esse morale: ergo adhuc manet: ergo tenetur homo in quintuplum restituere.

PRÆTEREA ea que in scriptura ponuntur nobis in exemplum dantur, sed Lucas, 10. dicitur, quod Zacheus se obtulit ad restitutionem in quadruplum eorum que acceperat per fraudem: ergo & talis debet esse apud nos restitutionis modus.

RESPONDEO dicendum, quod per satisfactionem oportet quod homo sicut Deo ita proximo reconcilietur: reconciliatio autem nihil aliud est quam amicitia reparatio, manente autem causa dissolutionis amicitia, amicitia reparari non potest, quia quidem causa fuit inæqualitas ex iniusta acceptance vel detractione causata, ideo ille satisfacere non potest, nec Deo reconciliari qui rem male ablatam vel detentam male, non restituit.

SED sciendum quod amicitia (ut Philosophus dicit in 8. Ethi) non requirit semper æquale, sed quod possibile est: ideo si aliqua sunt ablata que omnino restitui non possunt, sufficit voluntas restituendi cum tanta restitutione quanta possibilis est secundum conditionem utriusque, ad arbitrium bonorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ille qui malitiam alicuius manifestat, et qui habet corrigere, vel etiam sit incorrigibilis, in conspectu Ecclesie, ut confusus à peccato desistat, vel saltem ut alij ab eius consortio

corruptio discedant, seruato ordine charitatis fraternelis, non iniuste famam auferat, unde non tenetur ad famam restitutionem. Si autem in mentione diffamandi hoc fecerit, iniuste auferat, etiam si verum sit quod dicit, & tunc tenetur ad famam restitutionem, vel dicendo se falsum dixisse si falsum dixit, vel quocumque alio modo non mentiendo si verum dixit, sine hoc tamen quod se verum dixisset dicat, quia non debet alterius famam cum mendacitate restituere.

AD SECVNDVM dicendum quod restitutio principaliter inuenta est in damnis que inferuntur in rebus fortunæ que restitui possunt. in his autem que obiectio tangit que non possunt ad simile bonum restitui, debet fieri restitutio qualis possibilis est, scilicet ad arbitrium bonorum.

AD TERTIVM dicendum, quod ille qui impedit aliquem in præbendam consequatur, si hoc faciat quia indignus est, vel de de alio melius provideatur, non iniuste facit, unde non tenetur ad restitutionem: si autem animo ledendi ipsum, tenetur ad restitutionem, non quidem tanti quantum valebat præbenda, quia ipse eam non bene erat consecutus, sed pensatis conditionibus utriusque secundum arbitrium bonorum.

AD QVARTVM dicendum, quod ille qui sufficit semina non tenetur ad tantum quantum agri fructus valituri erant, sed quantum ager sic seminatus valere consuevit: quia multis de causis impediri potest a gronum fructus: & similiter est dicendum de eo cui debitum non restituitur suo tempore, quia non tenetur restituere tantum, quantum lucrari potuisset, sed secundum estimationem lucri quod accidere consuevit pensato labore, & infortunijs etiam que in lucro accidere alijs possent, quia lucrum non causatur tantum ex pecunia sed ex industria & labore.

AD QVINTVM dicendum quod illud præceptum legis quamuis sit de moribus, non tamen est morale sed iudiciale, talia enim præcepta pro loco & tempore populis illi dabantur,

li dabantur, unde nunc non obligant nisi de nouo statuerentur ab aliquo qui statueri haberet potestatem, nihilominus tamen in quantum habebant aliquid significationis, per Christum impleta sunt huiusmodi præcepta, sicut & ceremonialia.

AD SEXTVM dicendum quod Zacheus non dixit hoc quasi necessarium: sed ex abundanti.

IN HOC articulo est conclusio diu Thomæ. Ablatorum restitutio ita est ad salutem necessaria ut absq. illa homo nec salutem consequi, nec gratiam Dei habere possit. Hæc conclusio est omnium doctorum: & ego addo quod est de fide, quam etiam scribit S. Tho. in 2. 2. q. 62. ar. 2. **ET** probatur prius testimonio diu aug. ad Mace. & habetur. 14. q. 6. cap. si res aliena propter quam peccatum est reddi possit & non redditur: pœnitentia non agitur sed simulatur. Si autem veraciter agitur non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum: ergo &c.

SECVNDO probatur eadem conclusio hoc modo. Seruare iustitiam est de necessitate salutis, sed restitutio est actus iustitiæ: ergo restituere ablatum est necessarium ad salutem, & sub præcepto continetur: quia non restituere quod iniuste ablatum est, vel quod iniuste retinetur, est contra iustitiam & contra charitatem proximi.

ET quod conclusio prædicta sit de fide, probatur prius, quia est præceptum decalogi, non furari: & idem est retinere alienum iniusto domino quod furari de nouo: ergo de fide est quod tenetur ad salutem consequendam restituere qui iniusto domino retinet alienum.

SECVNDO Paulus ad Ro. 13. ait: reddite ergo omnibus debitum cui tributum tributum, & cui vestigal vestigal, cui timorem timorem, & cui honorem honorem: nemini quidquam debeatis nisi ut inuicem diligatis: qui autem alienum retinet, debet, ergo de fide est quod tenetur restituere: & illius voculæ, nisi, non est sensus exceptiuus sed potius expositiuus: quia cum usurpare rem alienam, proximi dilectioni opponatur, admonet Apostolus omnes ut nihil debeant, ut sic sincere diligant: verum est quod Chrysostomus & Augustinus prædictam voculam intelligunt in sensu exceptorio, quasi admonuisset Paulus ut dilectionememper deberemus. quippe cuius debitum, quantumcumque soluatur nunquam cessat.

TERTIO Thobiaz. 2. dicitur, quod cum

Thobias laboraret magna inopia. Anna uxor eius attulit hedum ut comederent. Et cum Thobias audiret vocem balantis hædi, dixit: videte ne forte furuius sit, reddite dominis quia non licet nobis, aut habere aliquid furtiuum aut contingere: ergo est de fide restituere iniuste ablatum aut detentum.

QVARTO Christus seruator dicit Math. 22. Reddite quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari: ergo &c. Et Deus Ezechielis. 33. Nemini pœnitentium veniam pollicetur, nisi prius pignus rapinamque reddiderit. Præterea Zacheus Lucæ. 19. dixit, si ego aliquem defraudaui, reddo quadruplum: ergo &c. Et Hiero. super illud prouer. 29. (qui cum fure participat: & habetur dictum Hiero. extra de furtis, cap. qui cum fure) dicit non solus fur, sed ille reus tenetur qui furti conscius, quærente possessore non indicat: haud tamen tenetur occultum furem prodere, sed furtum pandere.

SED contra hanc definitionem arguo ad hunc modum. Ad consequendam spirituales salutem sufficit seruare Dei præcepta, nempe decalogi, iuxta illud Math. 19. si vis ad vitam ingredi serua mandata: at restituere non est præceptum decalogi: ergo non est necessarium. Ad hoc dico quod distinguenda est minor, nam verum est quod formaliter non est præceptum decalogi restituas &c. Sed reductiue nego minorem: quia reducit ad septimum præceptum decalogi, nempe non furaberis: quia idem pollet retinere rem alienam iniusto domino, & capere de nouo.

SECVNDO creditor tenetur relaxare debitum debitori: ergo debens non tenetur ad restitutionem. Probatur consecutio: quia si alius relaxat, iam deobligatur debitor. Antecedens autem probatur: quia ex ordine charitatis, plus tenetur homo velle bonum spirituale alterius quam temporale suum proprium: ergo si debitor non vult soluere debitum, ne peccet & amittat bonum spirituale, tenetur creditor relaxare temporale bonum. Ad hoc nego antecedens: & ad probationem dico quod in particulari non tenetur homo plus diligere spirituale bonum alterius quam suum temporale, nisi quando temporale est necessarium ad spirituale.

SED subdubitas, an restitutio importet solum redditionem illius rei quæ iniuste ablatam est, vel etiam dicat redditionem cuiuscumque rei alienæ quam tenes. Et videtur quod solum dicat redditionem illius rei quæ iniuste ablatam est, quia ita dicit S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. ergo &c.

AD HOC dico quod restitutio importat redditionem cuiuscumque rei alienæ quæ iniuste

quæ iniuste detinetur, siue iniuste fuerit ablata, siue iusto titulo fuerit obtenta ut mutuo, vel quia apud ipsum habentem deposita.

ET ad S. Tho. respondet ibidem Caie, quod diuus Thomas loquitur restricte de restitutione, nempe de restitutione illius quod ablatum est tantum.

SED contra: quia ad salutem non solum est necessarium restituere ablatum, sed etiã quocunq; alio titulo adquisitum, si res manet alterius & non fit adquirentis. Ideo dico quod S. Th. intelligit quod restitutio importat red ditionem omnis rei quæ iniuste detinetur, siue iuste siue iniuste adquisita fuerit: quia nõ tenetur quis ad restitutionem illius quod iusto titulo adquisiuit durante tempore pro quo a domino concessa est illi res, nempe durante tempore mutui, depositi, vel emptionis ad tempus &c. sed tunc incipit ad restitutionem teneri, quando iam inuito domino rationabiliter rem suam detinet.

PRÆTEREA dubitari hic solet, an sint distincta præcepta, quo furtum prohibetur, & quo restitutio præcipitur. Et videtur quod est vnum & idem præceptum: quia idem est non furtum facies, & non retineas alienum: & sic negatiue dicit Apostolus ad Ro. 13. nemini quidquam debeatis: & S. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 3. dicit: detinere id quod alteri debetur eandem rationem nocuenti habet cum acceptione iniusta: vnde sub iniusta acceptione intelligitur etiam iniusta detentio.

SECUNDO si præceptum restitutionis esset distinctum a præcepto furti, non posset esse nisi affirmatiuum: at præceptum affirmatiuum non obligat pro semper: ergo præceptum restitutionis non distinguitur a præcepto furti: quia sicut qui accipit rem alienã, fur est, ita qui retinet re alterius dño inuito, quasi fur reputatur: ergo semper, & pro semper tenetur restituere ille qui inuito domino re habet alterius. His tamen non obstantibus dico quod præceptum restitutionis est distinctum a præcepto furti: quia præceptum furti est simpliciter negatiuum, præceptum autem restitutionis est affirmatiuum, implicat tamen in se negationem, quo prohibetur rem alterius retinere: & hoc dicit S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 3. Et probatur, quia actiones malæ prohibentur negatiuis præceptis, actiones autem bonæ præcipimus præceptis affirmatiuis: at furari est malum, & restituere est bonum: ergo &c. Secundo Mat. 22. & Mar. 12. dixit Christus, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari: ergo præceptum restitutionis est affirmatiuum, licet includat negationem: & ita Paulus vtrūq; coniunxit ad Ro. 13. dicens. Reddite omnibus debitum, & nemini quidquam debeatis: non igitur est idem obiectum vel præceptum

restitutionis & furti.

ET ad argumentum in oppositum dico, quod non est idem non furari & restituere formaliter & proprie, sed reductiue: quia reddere debitum reducitur ad non furandum: Et ideò licet præceptum restitutionis sit affirmatiuum, quia tamen includit negationem, obligat pro semper, & non omnino habet circumstantiam temporis determinatam, sicut alia præcepta pure affirmatiua. Sed quicunq; scit se habere rem alienam, tenetur sub mortali proponere se eam redditurum quã primũ nactus fuerit moralem oportunitatem: quia non tenetur statim surgere a lecto vel a mensa, aut si est in sacro illud relinquere & ire ad restituendum, sed poterit spectare moralem comoditatem.

PRIVS dubitatur, an omnia quæ quis vel ab alio abstulit vel iniuste detinet teneatur restituere?

AD quod respondetur vnica conclusione. Quilibet homo tenetur restituere omnia quæ iniuste accepit, & omnia quæ iniuste retinet & hoc sub mortali si sunt alicuius momenti. Hæc probatur testimonijs iam hic parum antea adductis.

ET confirmatur: quia tam late patet hoc præceptum, restituas alienum, sicut hoc non furaberis: at hoc non furaberis extendit se ad omnia bona aliena fortunæ: ergo etiam hoc, red dite omnibus debitum.

SED contra prædictam conclusionem arguitur in hunc modum. Nõ tenetur quis restituere spiritualia bona quæ iniuste accepit: ergo non tenetur restituere omnia iniuste accepta. Antecedens probatur: quia qui alterum ad peccandum induxit, non tenetur illi ad restitutionem gratiæ quam amisit, tum quia libere peccauit ille inductus, tum quia ipse potest a peccato resurgere.

PRO huius argumenti dissolutione est notandum etiam cum Arist. 7. politi. cap. 1. quod bona hominis sunt in triplici differentia, scilicet spiritualia quæ periciunt animam, vt scientia, gratia & virtutes: alia corporalia, vt vita & corporea membra: & alia sunt bona fortunæ, vt diuitiæ, & bona singula exteriora. Et de his omnibus agendum est in particulari. Et prius dicemus de spiritualibus quia digniora sunt: & sunt de hoc duo dubia, primum est. An grauius peccat qui proximo nocet in spiritualibus quã qui in corporalibus?

AD quod sit secunda conclusio: Qui ex intentione facit quod proximus cadat a gratia Dei & in eius incidat inimicitiam, longe nocet pernitiosius, quã si noceret in corpore: quia anima pretiosior est corpore, & gratia Dei orbe vniverso. Et confirmat ex diuo Gregorio quod habetur. 6. q. 1. cap. ex merito. Deteriores, inquit, sunt qui

Dubium primum

Vna conclusio

qui vitam, moresq; bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum, prædiãq; diripiunt: ergo &c.

Tertia conclusio

TERTIA conclusio: Qui ex intentione nocet proximo in spiritualibus, longe plus peccat quã si noceret in temporalibus: secus aut si nõ noceat ex intentione, sed ex utilitate vel libidine: prior pars conclusionis, probatur, quia longe maius malũ intendit inferre proximo quã si eum vellet corporaliter occidere: ergo &c. Secundũ membrũ conclusionis, probatur, quia qui precio vel prece sine dolo sollicitat liberã mulierẽ solũ voluptatis grã, non tantũ peccat ac si multa ipsius bona externa depredaret. Vnde colligitur, quod non sequitur plus nocet: ergo grauius peccat: quia nõ sunt cetera paria: quia qui furripit aliena bona id facit inuito domino, vnde culpa & iniuria augetur. Ille autẽ qui aliũ allicit ad malũ nullã infert vim, ideò nec iniuriã facit.

SED est secundũ dubiũ quo ad restitutionem. An qui nocuit in spiritualibus teneatur ad restitutionem? vt qui malo cõsilio vel exẽplo induxit aliũ ad peccatũ mortiferũ vel reuocauit aliquẽ a bono opere, nempe ab ingressu religionis: vel fecit quod nõ daret eleemosynam aut quidpiã aliud bonũ operaretur, propter quod fuit causa quod alius amitteret gratiam quã habebat, vel quod nõ haberet maiorẽ, an huiusmodi teneantur ad restitutionem? PRO solutione huius quæstionis & multarũ aliarũ in materia morali est notandum cũ Arist. in 1. Ethic. & politi, quod non possumus in omni materia habere certitudinẽ eui identitã, omnium quæ ibidẽ tractantur: & addit Arist. quod est pertinacis & habet ingenio, non esse contentũ cũ his quæ in tali materia scripsi posuit: & hoc maxime habet locũ in materia morali in qua imprudẽtes & demẽtes sũt, qui non sunt contenti cũ coniecturis & rationibus probabilibus & authoritatibus virorum doctorũ & prudentũ.

SECUNDO est aduertendũ, quod ignorãtia inuincibilis in materia morali facit conscientiam tutã. Vnde esto aliqua opinio sit falsa, si tamen est probabilis, & aliqui graues doctores eam tenet, cũ bona conscientia quis illicõsentit. Et contra, esto opinio in rei veritate sit vera, & illud quod asserit de se sit licitũ, sed nõ est euidentis. Si tamen cõmuniter & frequẽter doctores omnes dicunt oppositũ quod videtur probabilius licet falsum (quia vt ait Arist. in thopicis, quædã falsa sunt probabiliora quibusdã veris) nõ liceret in conscientia sequi illã opinionem, esto quod in rei veritate vera sit. Ratio est, quia in moralibus hoc est scire, sequi scilicet ea quæ apparent probabiliora: & hoc est magis rationi consentaneum.

TERTIO est notandũ cũ S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 6 quod duabus causis & rationibus vel vnã il-

larũ potest quis esse obnoxius restitutioni, itã quod non datur tertia. Et prius tenetur quis ad restitutionem ratione rei acceptæ: secundo ratione iniustæ acceptionis, esto non habeat rem aliquam acceptam: exemplum prioris, Petrus qui non fuit furatus rem alterius, habet illam apud se, vel quia emit illam ab eo qui furatus fuerat, vel quia fur dedit ei gratis, tenetur illã restituere ratione rei acceptæ, & apud se detentẽ exemplũ secundũ, Paulus qui furatus fuit re alterius, esto quod postea perdat illã vel alius furetur ab illo, tenetur Paulus nihilominus restituere eam non ratione rei acceptæ, quia iam eã non habet, sed ratione iniustæ acceptionis: & ita qui cõbussit domum alterius vel depopulatus est messes, tenetur restituere ratione iniustæ acceptionis. HIS notatis sit prima propositio. Qui nocuit alicui in spiritualibus bonis, certum est non teneri eum ad restitutionem, ratione rei acceptæ, quia non habet gratiã aut virtutes alterius in quibus nocuit. Sed dubium est an teneatur ille qui nocuit in spiritualibus restituere ratione iniustæ acceptionis? Dico quod de hoc sunt duæ opiniones: prior est affirmatiua quod ita & dicit hæc opinio: quod ille qui nocuit in spiritualibus tenetur vel rogando, vel hortando, aut orando Deum propitiũ, aut quacunq; alia via potuerit dare operam, vt ille emedeatur & redeat in gratiam Dei. Et hæc est opinio Adriani in quarto, in propria quæstione de hoc quam mouet in materia restitutionis: & huius sententiæ est etiam S. Tho. in 4. d. 15. q. 3 ar. 1. Richardi in 4. d. 15 ar. 4. q. 2 Paludani in 4. d. 15. q. 2. ar. 2. conclusi. 1. Maioris in 4. d. 15. q. 7. dubio ultimo, Antonini. 2. p. titulo. 2. cap. 2. Angelus verbo. restitutio. 1 in principio, & omnes prædicti doctores ponũt exemplum de eo qui reuocauit aliquem ab ingressu religionis, nempe quod reuocans tenetur restituere, & ipsi reuocato, & religioni a qua ipsum reuocauit, itaq; tenetur admonere illum vt vadat ad religionem illã a qua eum reuocauit, & si noluerit tenetur quærere alium qui intret illã religionẽ loco illius reuocati, & si nõ inuenit alium tenetur ipse qui alium reuocauit fieri monachus in eadem religione, pro illo quem reuocauit: & adducit exemplum de Raimundo qui venit ad religionem sancti Dominici, eo quia reuocauerat alium ab ingressu eiusdẽ religionis, & postea non potuit facere quod rediret ad religionem, nec inuenit alium qui pro illo intraret eandem religionem. Sed in hoc dubio aliqua sunt certã, & aliqua incerta. Ideo respondebimus aliquibus propositionibus quarum prior est, Certum reputatur secundũ prædictos doctores omnes, quod quicunq; efficaciter suo cõsilio vel auxilio facit, quod aliquis monachus professus aut nouitius qui habebat

habebat propositū perseveradi, exeat à religione, tenetur eū restituere religioni, aut alium æquivalentem: vel intrare ipse religionē eandem pro illo quē abstulit. Hæc probatur: quia talis nocuit illi religioni auferēdo rē religiōis. **SECUNDO** ille qui facit quod seruus fuget à suo domino tenetur ad restitutionē: ergo etiam tenetur si facit prædictum monachum apostatare. Antecedēs probatur à præfatis doctoribus cap. si seruus. 1. d. 54. ubi iubetur episcopo ordinanti seruum nesciente domino duplum eidē reddere: ergo eadē ratione & fortiore, restituere tenetur qui monachū religioni subduxit. Adrianus tamē temperat hoc, dicens esse verū quādo quis odio religionis aut alia mala mēte à religione monachum ademit.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio prædictorū doctorū est, si quis reuocet aliquē ab ingressu religionis dolo & mala mēte, nepe vt noceat religioni, tenetur restituere in bonis temporalibus, aut querere alium qui sit monachus in præfata religionē: ipse autē non tenetur fieri monachus pro illo quē ab ingressu religionis ademit. Hæc conclusio est Ioannis Maioris ubi supra, & probat ipse eā hoc modo, prius quod ipse reuocās non teneatur intrare religionē pro reuocato quia adire religionē est opus supererogationis & arduū: & alius nō dū intrauerat religionē, adhuc erat potestate & poterat reuocare propositū: ergo reuocās non tenetur ad religionis ingressum. Quod autem teneatur ad aliquā satisfactionē, probatur, quia nocuit religioni: ergo tenetur ad refarcendum illud nocuum.

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio præfatorū doctorum est. Si quis reuocet aliquē ab ingressu religionis bona fide, nepe propter bonum illius qui volebat ingredi religionē: quia cognoscebat mores eius, qui non expedit religioni: quia est mutabilis, leuis, aut iracundus, &c. non tenetur ad restitutionem. Probatur quia tunc nulli nocet nec reuocato nec religiōi, immō vtiliter egit rem vtriusq.

Quarta conclusio.

QUARTA conclusio illorū est, si quis reuocet aliquē ab ingressu religionis propter suā propriā vtilitatē, nepe ipsius reuocantis nō tenetur ad restituēdū aliquid religioni. Hæc probatur quia ille nō intendebat alicui nocere, sed sibi prodesse in re sibi licita: ergo &c. Et hæc propositio est Scoti in 4. d. 15. q. 3. ad secundum principale.

Quinta conclusio.

QUINTA conclusio est, si quis reuocet aliquē ab ingressu religionis etiā ob vtilitatē ipsius reuocatis, vel quacūq; alia causa, hoc solū dēpto si reuocaret eo quia cognoscit quod mores ipsius reuocatis nō expediunt religioni, tenetur restituere illi reuocato illud bonū spirituale quod propter illud perdidit, quod nō intravit religionē. Hæc probatur, quia nocuit

illi in illis bonis: ergo, &c. & hæc conclusio est omnium prædictorum doctorum.

SED licet hæc opinio habeat apparentiam & sit segura, credo quod non est tam certa, vt ipsi putant. Ideo nos cum aliquibus alijs doctoribus respondēbimus aliquibus propositionibus quārū prior est. Qui bona intētionē impedit, volētē ingredi religionē, nō tenetur ad restituēdū aliquid religioni. Probatur: quia non facit iniuriā religioni, cū nondū adquisit erat aliquod ius ad hominē illū qui volebat monasticū capeffere institutum. Secūdo licet professio monachatus in genere sit euangelicū consiliū, & ideo nō sit opus alio consilio particulari, tamen quod hic & nunc & cū alijs circumstātijs hoc aut illud institutū monasticū suscipias, licite in cōsultationē adducitur, & deliberātes cū bona fide poterunt innegatiam partē declinare, & sententiam ferre ne capeffas monasticam vitam. Et hæc conclusio est Adriani ubi supra.

Prima conclusio.

SECUNDA conclusio est, qui iniquo animo, quacūq; ratione alteri volētī religionem vel monachatum capeffere disuaserit, absq; fraude & iniuria, nō tenetur de rigore iustitiæ ad aliquā restitutionē vel eidē faciendam vel conuētui, licet peccet, & lege charitatis tenetur illi rursus bonū cōsulare. Hæc conclusio probatur illis rationibus quibus probauimus priorem conclusionem.

Secunda conclusio.

SECUNDO probatur, quia illi qui à religione sic fuit retractus nulla facta fuit vis nec iniuria, nec fraude fuit seductus, nec iniustitiam passus: ergo nulla restitutio ei debetur, antecedens probatur: quia ubi non inuenitur inuoluntarium, sed concessio spontanea, non iubet iustitia aliquā fieri restitutionē, cū nulla fuerit iniustitia, potest tamen esse peccatū contra charitatē, & lege charitatis tenetur ille retrahēs ad fraternā correptionē.

TERTIO nullus debet alicui alteri, quod ille alter habet in sua potestate & libertate quod tunc voluerit: at prædictus retractus à religione, quouscūq; voluerit in sua libertate habet potestate, exequi suū prius propositū: ergo si non vult, deobligatus manet ille qui eū abduxit, ab onere restitutionis.

QUARTO pernitio sus est hominē in peccatū cōtra legē adducere, quā à consilio religionis retrahere: sed qui adducit hominē contra Dei præceptū in peccatū, sine fraude & iniuria, nō tenetur ad restitutionē illi, vt statim ostēdemus: ergo nec tenetur ille qui aliū à religionis ingressu abduxit. Quod autem nec restitutio sit necessario faciēda religioni probatur prius: quia religio nullum ius habebat ad illum hominem nec proximum: ergo nullus tenetur restituere aliquid religioni. Antecedens probatur: quia illud quod religio tūc habebat semper pendebat à voluntate illius volentis

volentis religionem, qui poterat à proposito retrocedere: ergo si sua sponte mutauit, nulla restat obligatio restituendi.

ET idem videtur de illo qui reuocauit neophytum iam habitu religionis indutū, quod ad nullam tenetur restitutionem si nullam fecit iniuriam aut fraudem, licet graue commiserit peccatum contra charitatem. Nam si hunc iam disponentem intrare istam religionem, ad aliam saltem æquivalentem diuertas, non es debitor priori conuentui aut religioni: ergo nullum habebat ius quod te obligaret ad restitutionem etiam si simpliciter extraxisses.

SECUNDO dicendum etiam videtur quod ille qui pessimo etiam animo, monacho professio persuaserit exire à religione, ex hoc solum si aliud non intulit nocuum non tenetur ad restitutionem religioni, nec monacho, vt iam probauimus. Hoc probatur rursus: quia si ipse monachus sua sponte exiret non tenetur ad aliquam restitutionem religioni, licet teneretur redire ratione obedientiæ & voti quo erat adstrictus: ergo nec alius persuadens tenebitur. Secundo probatur idem: quia oppositum non probatur. ergo non est asserendum. Quod autem oppositum non probetur, constat, quia argumentū quod à serui similitudine adducitur, non conuincit, quia non est eadem ratio de monacho et de seruo, seruum enim dominus possidet veluti equum in suam propriam vtilitatem, non autem sic de monacho. Quia qui se ipsos diuino obsequio manciparunt, & si obligati sint religionis voto, non tamē possident vt serui, ad prælatorum temporale commodum, sed ob suam ipsorum spirituales commoditatem: ergo seruus illa libertate plena est: & licet monachus abutatur illa libertate exiendo à religione pro suo arbitratu, solum obligatur voto obedientiæ redire, vt dignus efficiatur regno caelorum. Unde cum ad persuasionem alterius sua sponte exijt à religione, nulla nascitur inde civilis obligatio ad restitutionem.

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio est: si quis fraude, vi, aut minis, aliū retraxerit, aut extraxerit à monastica vita, tenetur detecta fraude contrariam dicere veritatē, & vim amouere, vt libere possit redire: & tenetur propter illatam iniuriam procurare vt iterum in conuentum recipiatur, si tamen redire noluerit nulla manet restitutio obligatio. Hæc conclusio cōstat iā ex dictis: quia tunc in sua libera potestate est redire.

Quarta conclusio.

QUARTA conclusio est: qui aliū vel impulerit, vel spōte abduxerit, vel vi à monasterio expulerit, etiā illū qui iā professus erat non tenetur ipse intrare religionē, nec aliū loco illius subrogare. Hæc potest probari rationibus iā factis. Secūdo probatur, quia nullus

obligatur ad sequēdū consiliū religionis nisi cum ōni libertate, quia cū religio qua homo à se abdicat propriā libertatem sit per difficilis, sanctē datus est ānus probationis: ergo nullo metu, aut delicti cōmissione potest quā in religionē intrudi, etiā si plures monachos peruerteret vt exiret. Tertio probatur: quia nullo euentu potest mutari illud verbū seruatoris Mat. 19. Si vis perfectus esse vade vende omnia quæ habes & sequere me, &c. ergo vniuersim relinquēdū est hoc libero arbitrio cui iuscunq;: & confirmatur, quia nemo admittitur ad fidem nisi spōtaneus: ergo nulla lege potest quis ad opera consilij cōpelli. Et confirmatur per leges canonicas, quæ licet vel adulteras, vel hæresiarchas, vel alios delinquentes intra monasteria aut arctissimas cellas occludat, neminē tamen cogūt ad professionē religionis: ergo quantūcunq; quis aliū à monasterio expellat, nō tenetur ipse intrare eadē religionē. Accedit etiā ad hoc quod nō sēper retrahēs aliū, erit aptus ad religionē, nec cōuentui expedit illū recipere: ergo nō tenetur ipse intrare religionē, nisi alio quē abduxit. Præterea ex opposita sententia sequitur quod qui ademit profectū monasterio, cogēdus sit profiteri: at cōsequēs est cōtra ius quod cōcedit ānū probationis, quo qui expertus fuerit nō sibi illū statū conuenire, libere recedat. Præterea nō semper est personarū paritas. Nam vir illustris aut egregiē doctus, nō tenetur religioni se mancipare, ob id quod religioni vel parū vtilē vel prorsus inutilē extraxerit.

PRÆTEREA. Restitutio in iudicio animæ nō obligat, nisi in illis euentibus quibus si veritas cōstaret, in foro exteriori obligatio oneretur secūdū leges. At nullus iudex civilis, nec Ecclesiasticus cōpelleret abducētē alium religioni, illo pacto restituere, nempe quod ille profiteretur religionem pro alio abducto: ergo nulla est etiam in cōscientiā obligatio.

QUINTA conclusio: qui à cōuētū vel religionē, aliū abduxit qui religioni erat frugi, tenetur restituere dānū illatū, non integrū, sed ad arbitriū prudētū: vt qui monachū regētē cathedrā vel fraude decipet, vel vi exire cōpulerit, teneretur de dāno prouētū cessantiū. Et hoc est securius licet non sit ōnino certū, sed potius quātū ad rigorem iustitiæ, stādū est foro exteriori: & ad illud tenetur prædictus quod in foro exteriori secūdū leges iudicandū vel iudicatū fuerit: quia vt iā supra dixim⁹ non est eadē ratio de seruo & de monacho.

Quinta conclusio.

SED licet prædictæ quinq; propositiones, loquēdo de iustitia, veræ videatur, vt probauimus: de consilio tamen melius esset restituere querendo aliū qui præteatur illā religionē: vel ipse qui aliū à religione amouit pro ipso amoto profiteatur. Et hoc de abducētibus vel retrahētibus monachos à religione.

SEID

SED quid dicendum de alijs qui nocent proximis in spiritualibus, nempe inducēdo eos ad peccatum, an teneantur ad restitutionem illius gratiæ & bonorum spiritualium quæ alij suafu suo amiserunt?

Primæ conclusio. AD quod sit prima propositio: qui absq; vi & fraude alium induxit in peccatum, etiam si malo animo dedita opa id fecerit, licet mortifere peccet, non tenetur ad restitutionem: Prius membrum prædictæ cōclusionis probatur, quia omnis qui alium scādalizat mortifere peccat, ut scite docet S. Th. 2. 2. q. 43. sed inducens alium in peccatum scandalizat, & expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris Mat. 18. ergo pessime peccat. Vnde præcepto correctionis fraternæ tenetur potius illi corripere quàm alium quem nō induxit: Secundū autē membrum cōclusionis est. S. Thomæ, & Sylvestri in summa, verbo restitutionis. 3. q. 1. & quod sit. S. Tho. sic ostendo, quia nunquam dixit oppositum: & cum accurate valde tractaret. S. Tho. materiam restitutionis hic & 2. 2. q. 62. nō est verosimile quod nō significasset ledentes alium in spiritualibus, ad restitutionem teneri, si id vellet, sicut distinguit & explicat omnia alia.

SECUNDO volenti & consentienti non fit iniuria, ut si roges aliquem quod comburat domum suam, vel quod det tibi pecuniā & rogatus sponte facit, non teneris ad restitutionem. At ille cui in spiritualibus nocet, vult & consentit: ergo non fit iniuria illi, cū non possit quis pat. iniustum volens.

TERTIO confirmat hoc Sylvester, ille cui debet fieri restitutio potest remittere illam iniuriam, ita quod alius amplius non teneatur: sed omnis ille cui factum est nocentū in spiritualibus remittit illam iniuriam: quia ipse non vult gratiam recuperare & bonos mores, cum in sua potestate libera sit ad Dei gratiam redire, & malos mores relinquere, & non vult: ergo non tenetur ad aliquam restitutionem: ut si quis debeat mille aureos, & illos offert creditori rogans ut accipiat, & creditor non vult, iam debitor manet deobligatus: ergo etiam deobligatus est ille qui nocuit alteri in spiritualibus, postquam dicit alteri quod relinquat malos mores & redeat ad Dei gratiam, & ipse non vult.

QUARTO nullus tenetur ad restitutionem quæ fieri non potest, sed ille qui indaxit alium ad peccatum non potest eum reducere ad gratiam cum ipse ad eam redire nolit: ergo deobligatus est ad restitutionem.

VI) si opposita opinio esset vera omnes scandalizantes tenerentur ad restitutionem, quod nullus concedit: quia omnes absoluuntur sine restitutione: ergo, &c.

SED contra, plus nocet qui nocentū in-

tulit in spiritualibus quàm si furaretur magnam quantitatem pecuniæ, sed si sumeret alterius pecuniā teneretur ad restitutionem: ergo etiam tenetur si noceat in spiritualibus. Ad hoc concessio antecedente nego consequentiam. Ratio est, quia nocentū in spiritualibus consentit alius volens postquam ad gratiam redire non vult, & in nocentū pecuniæ nullo modo consentit. Secunda ratio est, quia in nocentū in spiritualibus potest læsus facile exire, à nocentū autem temporali non, esto vellet, ideo non est simile. Tertia ratio est, quia ille nocens non agit contra iustitiam, sed solum ut diximus contra charitatem: ergo, &c. præterea ille qui alium induxit ad peccandum, nihil ab illo accepit: ergo non tenetur restituere: consecutio est bona: antecedens probatur, quia nullus tenetur restituere alteri, nisi quod ab invito accepit: sed ille rogans alium ut consentiat in malum, nihil accepit ab invito, quia nolens & sciens vult esse in peccato: & si simili libertate et ad tuas preces dedisset tibi pecuniā, aut aliud bonū temporale, nō teneris ad restitutionem, eo quia nihil ab invito accepisti: ergo nec si illū volētē in malū inducas spirituale, &c. Præterea. Si ille qui nocuit in spiritualibus, tenetur ad restitutionem gratiæ & aliorum bonorum spiritualium, sequeretur quod cū non posset illum quem ad peccatum traxit reducere in gratiam, teneretur pecunia recompensare ad arbitrium prudentis, ut dicit Theologus de fama & vita, qui in propria specie eas reddere non potest, tenetur pecunia vel alijs bonis pro posse suo ad arbitrium prudentis recompensare: consequens autem nunquā quis dixit, nec aliquis confessarius ad hoc penitentem adstrinxit: ergo, &c.

SECUNDA cōclusio est: Præcepto charitatis, & præcepto correctionis fraternæ tenetur ille qui nocuit in spiritualibus, procurare, ut delinquens corrigatur, si sit spes correctionis. Et si non faciat, plus peccabit quàm alius qui posset corrigere & nō facit, propter illam circumstantiam, quia ille fuit causa mali illius. Hanc iam probauimus.

TERTIA conclusio est, si quis suo consilio vel auxilio decepit aliquem, vel fuit causa quod peccaret mortifere, inferendo vim vel ignorantiam, & perseverat semper illa causa, tenetur revocare talem causam: ut si quis decepit alium, dicens ei, quod licebat facere aliquem contractum, qui in rei veritate erat illicitus, tenetur tollere illam ignorantiam. Et si intulit aliquam vim, tenetur illam removere & alium in suam libertatem constituere: & ita dic de quacūq; alia violentia iniuste alteri illata, &c.

SED contra hoc arguitur: qui violavit virginem, tenetur ad restitutionem, & non nisi quia nocuit in spiritualibus: ergo talis tenetur ad restituti-

Primæ conclusio.

ad restitutionem. Ad hoc dico conformiter ad Sanct. Thom. in. 2. 2. quæst. 59. articul. 3. & sit prima conclusio, Qui defloravit virginem, non tenetur ad restitutionem, ratione nocentū in spiritualibus, ut iam probauimus.

Secundæ conclusio.

SECUNDA conclusio est, Qui deflorat virginem vi aut fraude aliqua, tenetur ad restitutionem ratione damni in bonis temporalibus: nempe, quia recepit claustra virginalia, propter quod femina illa aut non nubet, aut non tam bene, ideo tenetur ad totum nocentū quod intulit: probatur, quia iniuste nocuit in prædictis bonis.

Tertiæ conclusio.

TERTIA conclusio est, Qui defloravit virginem, promittens aliquid ut consentiat in carnali copula, tenetur illud soluere. Probatur, quia alias deciperet eam, & faceret iniuriam: Et si promisit se illam ducturum in uxorem tenetur illam ducere, nisi forte esset tanta disparitas quod non esset honestum illam ducere, & tunc tenetur prædictam puellam dotare secundum qualitatem virginis, ad arbitrium prudentis viri, quia intulit nocentū, ideo tenetur illud refarcire.

Quartæ conclusio.

QUARTA conclusio est, Qui defloravit virginem rogatam, aut seipsam invitantem, aut volentem, vel consentientem, non tenetur in conscientia illi ad aliquam restitutionem: Hæc probatur quia non fecit illi iniuriam, cum volenti & consentienti non fiat iniuria: ergo &c. Dixi in conscientia, quia secundum leges punietur ille prædictus in foro iudiciali.

PRÆTEREA est sedulo perpendendum quod duplicia sunt bona spiritualia: nam quædam sunt quæ immediate spectant ad animam, nempe ad consequendam felicitatem, ut gratia, virtutes & id genus alia: Et de huiusmodi bonis spiritualibus intelliguntur omnes supra constitutæ conclusiones: nempe, quod nullus tenetur ad restitutionem prædictorum bonorum: Alia autem sunt bona spiritualia, quæ non immediate ordinantur ad salutem spiritualem animæ: ut scientia, ars, & alia similia quæ ordinantur ad perfectionem intellectus: & de his eadem est ratio, sicut de alijs bonis corporalibus. Vnde colligitur quod qui ex officio vel stipendio tenetur docere, tenetur restituere omnia incommoda quæ ob suam negligentiam notabilem sequuntur in proximo vel proximis: Secundo colligitur quod qui in scientia vel arte decipit alium ex malitia vel sciens, ita quod sciens docet falsitatem etiam in speculabilibus, tenetur ad restitutionem: Tenetur nempe reuocare illam falsam doctrinam & docere veritatem, & si non

potest iam reuocare falsam illam doctrinam quam docuit, tenetur satisfacere pecunia vel alijs bonis, sicut in nocentū in corporalibus, ad arbitrium prudentis viri secundum qualitatem & quantitatem nocentū: ratio est in promptu, quia in his spiritualibus non perfitit ipse deceptus voluntarius, sed facta fuit illi iniuria & iniustitia contra suam voluntatem: ergo &c. Et hæc de bonis spiritualibus.

SED veniendo ad bona temporalia est advertendum, quod bona temporalia sunt triplici differentia. Alia namque sunt corporis, alia verò facultates exteriores, cætera verò sunt veluti media, nempe honor & fama: quod Divus Ioannes in sua canonica cap. secundo dixit. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Inter hæc autem, illa sunt potiora quæ ad corpus attinent: in quibus præcipuum est vita, quæ per homicidium tollitur: deinde sunt membra ipsa corporis. De quibus bonis corporis constituit Sanctus Thomas quæstionem communem ex consensu omnium theologorum in. 2. 2. quæst. 62. articul. 2. ad primum, quæ sic habet: Quicumque occidit alterum, aut mutilavit, vel aliud intulit nocentū quod in propria specie ad æqualitatem restituere non potest, tenetur restituere in pecunia vel in alia specie, ad arbitrium prudentis viri, eo modo quo potuerit. Ut sicut Deo & parentibus reddere ad iustum non valemus, utpote à quibus suscepimus vitam, sufficit eis reddere quantum moraliter possumus. Nec ab hac restitutione deobligamur propterea quod ad iustum non possumus: Ita licet non possis occiso à te reddere vitam quam abstulisti, teneris tamen facere quod potueris modo morali (ut dictum est.) Sed dices, quis est ille prudens vir ad cuius arbitrium est tunc restituendum modo prædicto? Ad hoc respondet Adrianus in ultima quæstione de restitutione, quod est ipse læsus si rationaliter expendat damnum sibi illatum. Itaque qui fregerit alteri oculum aut manum, tenetur restituere quantum ipse læsus rationaliter existimabat integritatem corporis sui: Et si quis furatus est equum alterius, quem non potest restituere, debet tamen restituere tantum quantum proprius dominus equi, rationaliter existimaverit suum equum: Itaque si alius expendit membrum suum mille aureis, tenetur alius soluere mille aureos: Hæc Adrianus. Sed contra hoc est, quia nunquā posset restitui manus, aut brachij damnum alicui illatum, eo quia manus aut brachium amputatum est illi ab alio,

H probatur

Secundæ conclusio.

Tertiæ conclusio.

Secunda. 4. quest. 18. art. 2.

probat, quia rationabiliter ille læsus existimaret plus manum suam quam omnem pecuniam mundi, & quam omnia alia bona temporalia.

SECUNDO, quia semper proprius dominus inclinatur plus ad sua propria bona quam oporteret, & ideo non est æquus iudex, quia sic semper iudicat plus quam debet. Ideo existimo longe melius dicendum cum Sancto Thoma 2. 2. quest. 62. art. 2. ad pri. Nempe quod oportet considerare qualitates utriusque læsi. & lædentis & quantitatem nocimenti. Secundo oportet videre quantitatem culpæ, nempe an illud nocimentum sit illatum ioco an serio, ut notant communiter theologo, & Marfil. in 4. q. 11. ex quibus sequitur, quod ille est prudens vir, qui absque passione & affectione his qualitatibus pensatis rationabiliter iudicat plus vel minus esse restituendum pro manu aut membro alterius. Sed est advertendum, quod hoc quod diximus quod qui nocuit in bonis corporis, tenetur restituere ad arbitrium boni viri, intelligitur quantum ad solam læsionem corporalem, esto inde in alijs bonis fortunæ nihil nocimenti sequeretur: nam nocimentum sequitur in alijs bonis fortunæ, tenetur nocens restituere ad æqualitatem rei: nec tunc est opus alio arbitrio prudentis viri. Ut si quis amputavit manum alicui artificio qua lucrabatur victum sibi & familiæ suæ, tenetur ille lædens ad totum illud damnum quod inde fuit secutum, quia totum illud intulit, & totius fuit causa. Sed opere præcium est, hoc expressius explicare.

Secundum dubium. IDEO sit secundum dubium principale, quando quis nocet alteri in bonis corporis, & ex illo nocimento sequitur aliud in bonis fortunæ, An satis sit in conscientia restituere illud nocimentum quod sequitur in bonis fortunæ, vel an requiratur ultra satisfactio de iniuria: ut si quis occidit aliquem, aut amputavit manum alicui artificio, qui cum amissione manus perdidit quotannis mille aureos, quos lucrabatur manu sua, an sufficiat in conscientia restituere illi læso illos mille aureos, vel an teneatur ille lædens restituere ultra illos mille aureos etiam aliquid aliud pro læsione corporis, esto non secutum fuisset illud aliud nocimentum in bonis fortunæ? Ad quod respondet Ioannes Maior in quarto sententiarum. d. 17. q. 19. quod non tenetur lædens nisi ad illa damna quæ incurrit læsus in bonis fortunæ: unde dicit, quod si læsus sit ita læsus quod potest recuperare sanitatem, tenetur lædens curare eum suis expensis, & ultra tenetur restituere illud quod læsus illo tempore lucraretur, & non plus. Secundo dicit Maior, quod si est læsus irremediabiliter, tenetur lædens illum alere & resti-

tuere alia nocimenta quæ læsus incurrit deductis laboribus, quia non debet tantum dare ei quantum si laboraret postquam quievit. Sed hoc quod dicit Maior non est consentaneum rationi, probatur prius, quia læsus vellet laborare, & laboraret nisi alius fecisset quod non laboraret.

SECUNDO, si quis detineret artificem inuitum ne laboraret, & erat lucraturus duos aureos illo tempore quo violenter fuit detentus, teneretur detinens restituere ei duos aureos, quia nocuit in illis bonis: & ita si detineret mercatorem ne iret ad nundinas, teneretur restituere totum quod mercator propter illud amisit.

TERTIO, qui furatur à mercatore centum, quibus ille mercator deberet lucrari decem, tenetur ultra centum etiam ad illa decem: ergo etiam ille qui alteri amputavit manum tenetur ad totum damnum quod propter hoc incurrit, & ultra tenetur ad satisfaciendum pro damno corporali, nempe pro nocimento corporis, esto quod ex illo non incurrat damnum aliud temporale: ut si quis amputavit manum alicui nobili, qui bene habebat alias unde viveret, & non erat lucraturus manu sua, & propterea non incurrit aliud nocimentum temporale in bonis fortunæ, nihilominus nocens tenetur ad restitutionem illius nocimenti corporalis: & si ex nocimento corporali sequatur nocimentum temporale in bonis fortunæ, tenetur lædens ad utrumque. Et hoc expressè dicit Scotus in quart. d. 15. quest. 3. & Palu. ibidem quest. 2. articul. 2. Adrianus in quarto. quest. penult. de restitutione: Marfilius in quart. quest. 11. & probatur, quia ille nocens nocet in omnibus illis bonis: ergo ad omnia illa nocimenta tenetur &c.

SECUNDO probatur ex cap. finali, de iniuria & damno dato, ubi dicitur, si tua culpa datum est damnum, iure super his satisfacere te oportet. Est tamen notandum, quod cum illa restitutio nocimenti corporalis debeat fieri ad arbitrium boni viri, convenienter & tute in conscientia fiet si fiat de consensu partium, tamen si læsus non vult consentire in rationabili restitutione, securus erit lædens in conscientia, si restituat ad arbitrium boni viri, ut dictum est. Sed quia hi sermones uniuersales etsi sint minus utiles. Ideo descendemus amplius ad particularia: & quia diximus quod homicida tenetur restituere nocimenta quæ sequuntur ex homicidio, opus est respondere, an quicumque sit ille homicida, & quantacunque fuerit defuncti familia debeat illa perpetuo sustentare. Ad quod dicunt theologo quos statim citauimus, quod ille prædictus homicida tenetur alere semper uxorem, filios, & totam familiam defuncti

Secunda. 4. quest. 18. art. 2. fo. 242

functi, & omnes quos ille defunctus alebat: & Adrianus citat in hac sententiam speculatorem & Panor. dicentes quod quisque hæredum potest agere pro operis defuncti, quas posset exercere toto suæ vitæ tempore. Sed hoc est durum, quia sequeretur quod si vnus artifex occideret alium artificem, & occidens lucratur sua arte tantum solum quantum de functus lucrabatur, quod totum teneretur dare hæredibus defuncti, quod durum est.

SECUNDO sequeretur, quod si mercator occidit mercatorem, & occidens lucratur solum tantum quantum defunctus, teneretur totum illud lucrum dare hæredibus defuncti, & non posset sibi aliquid reseruare, quod graue est. Ideo ego dico quod certissima quæ hic potest stabiliri conclusio est (ut iam diximus cum S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. ad primum) In his quæ secundum speciem reparari non possunt, restitutio est ad arbitrium prudentium faciendâ, expensis qualitatibus ut diximus personarum & hæredum defuncti, & in his plus conducit prudentum sententia quam theologorum scientia, vel iuris consultorum, nec particularis ad hoc potest responderi. Quando enim homicida est diuitijs plenus, maior est ei restitutio iniungenda quam si egeret: & si occisus erat inutilis suis, minor quam si erat frugi. Est etiam in his iniurijs considerandum, quod qualitas defuncti, præter ea quæ diximus, est existimanda ex valore & dignitate personæ: nam qui virum ingenuum, literisve aut alia ratione insignem occidit, ad maiorem longè restitutionem tenetur, quam si alium inferioris fortis interficeret. Considerandus etiam est interficiendi modus, si per insidias aut fraudem, aut per aliam crudelitatem homicidium sit perpetratum. Omnia hæc expendenda sunt, ut restitutio legitime fiat, si tamen iniurijs hæc omnia possit soluere etiam cum magno detrimento bonorum suorum, dummodo non conijciatur ille lædens in extremam necessitatem propter restitutionem in foro conscientie. Est rursus in huiusmodi casibus considerandum, id quod tantum est in spe, non equipollere ei quod iam est actu in re, quia poterat defunctus cito mori, aut in morbum vel læsionem incidere, ita ut non posset familiam sustentare. Et idem dicendum est, quod qui manum alterius scidit tenetur operas medici, & damna quæ inde fuere secuta, in integrum ad arbitrium sapientis & prudentis viri recompensare. Sed contra hoc est illud Exo. 21. quod pro lege habetur, extra de iniurijs & damno dato, cap. si rixati: Nempe quod si percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ille qui percusserit opera eius, & impensas in medicos restituat, cæterum innocens erit. Ad hoc dicendum quod

erit innocens respectu homicidij: & si ille qui læsus est, plene conualuit, erit percussor proprius liber ab homicidio. Est etiam advertendum quod inter illustres non petuntur istæ restitutiones, quia damna facile condonant, iniurias autem nunquam obliuioni tradunt. Interrogabis tamè an homicida teneatur ad aliquam restitutionem pro iniuria & damno corporali? & videtur quod non, quia non est cui debeat restituere, quia mortuus iam non est, & filij non succedunt in vita patris, nec alij consanguinei, nec hæredes, sed his tantum tenetur restituere damna temporalia quæ secuta fuere illis ex morte occisi: at nos agimus de damno corporali & non de temporali: Sed in oppositum est, quia qui mutilauit manum, tenetur ad restitutionem ratione illius nocimenti corporalis, ergo etiam qui occidit. Ad hoc respondet Scot. in 4. di. 15. q. 3. & communiter alij theologo, quod homicida tenetur restituere ipsi defuncto: Et Scotus reprehendit confessarios qui tam facile absolunt homicidas sicut si absoluerent bovicidas. Quomodo autem debet fieri illa restitutio? dicit Scotus quod fiet in spiritualibus bonis, nempe offerendo præces & sacrificia domino Deo pro illo: & videtur hoc voluisse etiam S. Tho. 2. 2. quest. 62. articul. 2. ad prim. ubi generaliter dicit, quod qui non potest satisfacere ad æqualitatem rei, tenetur satisfacere eo modo quo potuerit: ideo verum videtur quod dicit Scotus, quod homicida nunquam potest bene restituere occiso, & dicit quod expediret animæ homicidæ exponere etiam vitam propriam cundo ad bellum iustum, vel expectando, vel ad eundem iudicem ut occidat illum. Sed hoc est durissimum: Ideo dico quod non tenetur ad hoc, nec esset prudentia quod homicida offerat se iudici, & pænæ satis est quod patienter se habeat quando à iudice fuerit punitus. Dixi quod ad minus erat bonum consilium, sic restituere in spiritualibus, quia fortè quod non tenetur homicida ad hanc restitutionem in spiritualibus, quia in foro exteriori secundum leges non obligaretur ad illam restitutionem: ergo nec in conscientia, sed securus est restituere, ut dictum est: qui autem interficit pagano non tenetur ad hoc damnum corporale, sed solum ad temporale, quia cum orationes non profint pagano, postquam restituit damna temporalia, non potest aliud facere.

RESTAT autem dubitatio, qui namque sint illi hæredes, quibus necessario faciendâ est restitutio loco defuncti? Et Scotus dicit, quod si ille defunctus alebat parètes & alios cognatos & propinquos oēs tenetur occisor sustentare. Et Scot. sequitur Adri. & alij theologo. Nihilominus hæc sententia est tæperada,

quia aliqui sunt hæredes necessarij: nempe qui tale ius habent vt nequeant in totum ab hæreditate excludi, sicut sunt vxor & maritus, parentes & filij, hos enim tenebitur pater sustentare si egerent: vnde hi hæredes succedunt in ius defuncti, propter quod illis facienda est restitutio de iustitia: hoc probatur, quia homo est bonum vxoris, prolis & parætorum. Et ideo qui hominem gladio sustulit, his prædictis sustulit: Alij autem sunt hæredes solum ab intestato, qui non sunt hæredes necessarij, vt fratres & inferiores cognati, & his de iustitia non tenetur homicida in conscientia aliquid restituere: ratio est, quia licet defunctus sua liberalitate illos aleret, non tamen transit illa obligatio in homicidam, alias etiam teneretur alere amicos & etiam paganos quos defunctus sua liberalitate alebat: verum est tamen quod in foro exteriori fratribus & reliquis agnatis, solet pecunia repedi, eo quod habent ius agendi de iniuria, vt eam remittant & non accusent delinquentem, non tamen quod pro damno dato illis quidquam debeatur. Dubitabis rursus, an hæredes homicidæ si ipse viuens nõ satisfecit teneantur de damno in cõscientia? dico quod tenentur, si defunctus bona reliquit in quibus ipsi hæredes successerunt, alias non tenentur: iniuriam autem compensare non tenentur, nisi homicida viuens cõdemnatus esset, & transfret in rem iudicatam, vt pro iniuria tantum in alijs bonis fortunæ solueret, & de hoc latius hic inferius dicemus. Postquã diximus quomodo nocu menta corporalia sunt restituenda, dicendum nobis est quomodo damna illata in bonis fortunæ sint compensanda: & quia inter bona fortunæ & externa maiora sunt fama & honor, ideo prius agemus de restitutione famæ & honoris, deinde de restitutione aliorum bonorum fortunæ.

Tertium dubium. EST igitur tertium dubium in ordine præcipuum, An qui nocuit in fama, alteri teneatur ad restitutionem? vt detractores: & videtur quod non, quia vt arguit S. Th. 2.2. q. 62. ar. 2. argumento secundo, multoties non potest fama restitui: ergo non tenetur restituere famam ille detractor qui non potest eam restituere.

Conclusio cõmunis. Ad hanc quæstionem respondetur communis sententia omnium doctorum fidelium, & qui læsit proximũ in fama, tenetur illam restituere: & de hac conclusione nunquã ab aliquo docto viro fuit dubitatum, & probatur quia nocuit in maximo bono inter temporalia: ergo tenetur ad restitutionem. Et ad argumentum in oppositam sententiam nego quod nullo modo possit detractor restituere famam, quia ad minus poterit in pecunia vel in alijs bonis fortunæ, ad iudiciũ prudẽtis viri.

Prima conclusio. SED est aduertendum quod D. Tho. in prædicto secundo argumẽto constituit tres con-

clusiones, prior est. Quãdo quis nocet alteri in fama iuste, non tenetur ad restitutionem, vt si quis præmissio processu correptionis fraternæ, denunciat aliquem prælato, aut si læsus accusat delinquentem.

Secunda conclusio. SECUNDA conclusio est, qui nocet alicui in fama, imponendo falsum crimen, tenetur ad restitutionem, dicendo se falsum dixisse.

Tertia conclusio. TERTIA conclusio est, si quis nocuit in fama, dicendo verum crimen occultum tamẽ, & ideo iniuste quia non seruauit ordinem iuris, tenetur ad restitutionem, sine mendatio tamen. Circa primam propositionem est notandum, quod non solum licet iudici & testibus, & accusatori diffamare procedendo iuridice, sed etiam quãdocunq; alicuius fama est alijs perniciofa, in bonis spiritualibus vel temporalibus, licitum est illum diffamare, & sæpe non solum hoc licebit alicui, sed tenebitur denigrare famam: vt si quis sit occultus hæreticus, qui cõmuniter reputatur probus vir, & clam subuertit alios, qui hoc scit tenetur illum denunciare statim prælatis vel iudicibus, si non habeat certam spem quod ad suam correptionem emendabitur: Et si quis scit quod alius vult compilare bona alterius, & non habet aliud medium ad defendendum, licite potest & sæpe tenebitur clamare vel admonere alios vt caueant ab illo quia est fur.

PRÆTEREA est aduertendum quod tunc solum quis tenetur restituere famam alterius quando in rei veritate nocuit: nam qui etiam animo diffamandi referauit crimen alterius, sed audientes non crediderunt licet mortifere peccauit, non tamen tenetur ad restitutionem, quia non accepit alterius famam: Similiter dicendum est quod qui iam est infamis non potest diffamari: vnde qui de muliere adultera famosa dixisset publice alicui nescienti quod est adultera, non tenetur ad restitutionem, quia non accipit famam illius, cum illa iam non habet famam, & ille qui nesciebat illam esse adulteram, facile sciret: nec sequitur si dicas quod ille qui sic dicit nescienti illam esse meretricem, facit quod illa perdit famam apud istum nescientem, ergo tenetur ad restitutionem, quia antecedens est falsum, quia non facit ille qui illud dicit quod illa perdat famam, sed ipsamet illud efficit cum ita exposuit suam famam facile alius sciret mores illius foeminae: Ad hæc requiritur, ad hoc quod quis teneatur ad restitutionem famæ quam denigravit, quod læsus non alia via famam recuperauerit: nam tunc immunis fit ille qui infamauit à restitutione, eo quia iam alter habet quod perdiderat: vt si ille quem de concubinato traduxisti, a teo se compurgauit, vt amplius non adhibeatur tibi fides, exoneratus es opere restitutionis.

Sunt

Sunt igitur tres conditiones quibus colligitur obligatio ad restitutionem, nempe vt auferas famam, & contra iustitiam, & quod læsus non iterum in integrum reparauerit.

SED dices S. Tho. vbi supra dicit inter alia quod ille tenetur ad restitutionem qui dicit contra alium falsum crimen & iniuste, quid opus erat dicere iniuste? postquam omnis qui dicit falsum contra alium iniuste dicit & c. dico quod erat vocula illa necessaria, quia iudex qui condemnat aliquem probatum nocentem, quem scit esse innocentem, facto affirmat falsum crimen illius, iuste tamẽ, quia tenetur iudicare secundum allegata processus; & ideo ad nullam compellitur restitutionem.

CIRCA secundam proximam quæstionem dicit D. Tho. quod qui lædit alterũ in fama falsum dicendo & iniuste, tenetur ad restitutionem, est dubium si quis indirecte infamat alium, an teneatur ad restitutionem? Vt si quis accusatus apud iudicem alicuius criminis veri quidem sed occulti, negat se illud admisisse, vnde accusans quia non potest plene probare diffamatur, quia reputatur falsarius, an accusatus teneatur ad restitutionem ipsi accusanti? Ad quod respondetur distinguendo, quia vel ille reus accusatus iuste vel iniuste, si accusatur iuste, nempe quia accusatus vere illud admisit crimen, & accusans habet testes sufficientes, & procedit ordine iuris: tunc si accusatus diffamat accusantem, tenetur restituere illam famam. Dixi si infamat, quia si non creditur reo dicenti, quod accusans dicit falsum, aut (vt supra diximus) ipse accusans tandem recuperat suam famam quia sufficienter probat suam intentionem, non tenetur accusatus aliquid restituere. Probatur hoc, quia tunc ille accusatus tenebitur fateri veritatem: ergo tenebitur ad damnum quod inde sua sequitur culpa. Et hæc conclusio est omni nemine excepte. Si autem ille accusatus, aut nõ commisit illud crimen, aut commisit quidem occulte, & accusans iniuste procedit quia non habet testes, tunc dicit Syluest. in summa verbo restitutio. 3. q. 3. quod non tenetur accusatus restituere aliquid accusanti: idem dicit Dominicus Soto, li. 4. de iustitia & iure q. 6. ar. 3. Scotus autem in. 4. d. 15. q. 4. ar. 3. dicit duo, primum est, ille reus qui ita in iudicio negat crimẽ cuius est iniuste accusatus, aliquo prædictorum modorum, nempe quia vel accusans non habet testes, aut falso impingit alteri illud scelus, non tenetur reuocare dictum suum, etiam si fuerit mentitus. Ratio inquit est, quia non tenetur confiteri crimen cum non sit legitime accusatus. Secunda propositio Scoti est, quod si alia via ille accusatus potuerit restituere accusanti suam famam tenetur, nempe dicendo, accusans forte fecit bona intentione, deceptus ab alijs, vel aliud si-

mile. Tertio dicit Scotus quod ille accusatus negans suum occultum crimen non peccat mortifere, quia nõ tenebitur illud fateri: idẽ dicit Ricard. in. 4. d. 15. ar. 5. q. 3. Maior autem in. 4. d. 15. q. 16. dicit absolute, præfatum accusatum non teneri restituere accusanti illam faciam famam, quia ipse vtitur iure suo, quia non tenebitur confiteri illud crimen, & accusans nocuit sibi ipsi, cum accusaret sine testibus sufficientibus: & ita absolute loquebatur Syluest. idem dicit Adria. in. 4. in propria quæst. de resurrectione famæ, ad quartum argumentum principale: & omnes hi qui dicunt quod prædictus accusatus non tenetur aliquid restituere accusanti, probant hac ratione, quia ille reus non tenebatur fateri illud crimen. Alia autem est opinio Caieta. in. 2.2. q. 62. ar. 2. & in summa verbo restitutio, quod præfatus accusatus etiam iniuste, siue de crimine vero, siue de falso, tenetur restituere famam quam faciauit accusantis: & probat prius, quia quotiescunq; quis patitur iniuriam ab alio & se defendit, tenetur se defendere sine iniuria alterius si potest, quia tenetur se defendere cum moderamine inculpatae tutelæ: Vt si quis vult alterum occidere, & inuasus potest se defendere, non occidendo vel non vulnerando inuasorem, non potest occidere aut vulnera infligere, & si occidat tunc aut vulneret, tenetur ad restitutionem, quia excedit modum defensionis: ergo ita accusatus iniuste potest quidem se defendere, sed cum moderamine inculpatae tutelæ, hoc est sine iniuria alterius, nempe dicendo, ego nego proposita eo modo quo proponuntur. Et iurisperiti dicunt quod ita debet respondere: aut dicat, probet ipse, & ego peto expensas: & nõ mentiatur, quia mendacium nunquam est medium ordinatum ad se defendendum: & hoc argumentum Caieta. est apprens. Sed ego nec cum Caieta. nec cum Syluest. omnino consentio, sed media via puto esse incedendum.

IDEO constituam duas conclusiones, prior est. Quãdo prædictus accusatus iniuste, moraliter esset certus quod in illo euentu posset se defendere sine eo quod sequatur infamia ipsi accusanti, tenetur illum modum seruare, & si excederet, teneretur ad restitutionem: vt si est certus moraliter quod defendetur, dicendo, probet ipse alias peto expensas, & nihilominus excedit, dicens, accusans mentitur, & est falsarius, quia ego nunquam tale feci: & maxime si hoc faciat ex malitia tenebitur ad restitutionem. Hæc probatur argumento Caieta. quia si inuasus ab hoste esset certus quod se defenderet recipiendo ictus in clypeo, & non vult nisi occidere hostem, aut vulnera infligere, tenetur ad restitutionem, quia facit iniuriam hosti excedens

H iij mode-

Sententia doctoris.

Prima conclusio.

moderamen inculpatæ tutelæ: & quantum ad hoc consentio Caie. quia iam illud non esset defensio, sed potius aggressio.

Secunda conclusio. SECUNDA conclusio est, si ille iniuste accusatus, putat bona fide aut dubitat, quod non defenderetur nisi simpliciter neget, quia si non negat simpliciter iudicabit iudex, & omnes qui sciunt illum non negare simpliciter, quod fecit illud crimen, & ita ipse accusatus manebit infamatus, tunc poterit negare simpliciter. Et esto accusans diffametur, non tenebitur ad restitutionem. Probatur ratione aliorum doctorum pro alia parte, quia vitur iure suo, quia etiam illud erat medium licitum ad se defendendum, & erat medium securius ad suam defensionem: & non solum licebat ei uti medio communi, sed cum esset in dubio licebat ei uti medio tutiori, licito tamen. Secundo probatur à simili, si Petrus inuasus ab hoste putat bona fide, aut dubitat, (quia non debet exponere se periculo propter alium) quod non defenderetur recipiendo ictus in clypeo, poterit occidere aggressorem, aut vulnerare, quia illud inter media licita est medium tutius: & in tali euentu licitum est ei uti medio tutiori: ergo etiam licet accusato iniuste, negare simpliciter, quando bona fide dubitat aut putat quod alia via non defenderetur.

Quartū dubium. QUARTVM dubium principale est, an si quis laceravit alterius tamam, quam reficere non potest, sine magno suo detrimento, teneatur ad restitutionem? ut si ipse qui denigravit famam alterius eam restituat, incurreret in infamiam propriam: ut si dicat, ego dixi hoc de Ioanne & non erat verum, aut occiditur aut accusabitur apud iudicem: Et videtur quod non, quia si quis deberet alteri decem aureos, & non posset illos restituere, nisi veniat in extremam necessitatem, aut in infamiam, non tenetur interim illa decem restituere: ergo nec tenebitur restituere alterius famam cum detrimento suæ propriæ. Secundo vnusquisque debet propriæ famæ potius consulere quam alienæ: ergo cum iactura propriæ famæ, non tenetur alienam restituere. Tertio fama quam alteri abstulisti, non tibi accreuit: ergo non teneris eam reddere. Probatur conseq. quia propterea teneris reddere quos deprædatus es nummos, quod tibi accreuerunt: at ob id quod famam alterius obscurasti, tua non fuit facta clarior: ergo non teneris illam cum iactura tuæ restituere.

Prima conclusio. AD dubium autem propositum respondebimus aliquibus propositionibus, quarum prior est: In his compensationibus famæ non potest dari regula tam certa & tam generalis quin patiatur exceptionem. Hæc est manifesta, cum multæ varientur circumstantiæ in

hac morali materia, quarum variatio rem ipsam mutat.

Secunda conclusio. SECUNDA conclusio est, certissimus canon & generalis est, quod quicumque infamavit tenetur ad restitutionem illius famæ quam obscuravit, eo modo quo potuerit. Hæc conclusio est S. Tho. 22. q. 62. ar. 2. ad primum: & est omnium sapientum nullo excepto.

Tertia conclusio. TERTIA conclusio est, si ille qui diffamavit ex restitutione famæ incurrit tantum damnum solum quantum intulit, aut minus, non obstante illo damno tenetur restituere illam famam: Ut si quis imponat alicui crimine latrocinij falso, tenetur restituere, est ipse incurrat vitium falsarij, cum sit æquale aut minus detrimentum. Hæc conclusio est Scoti in 4. d. 15. quest. 4. Et probatur quia alias nullus teneatur restituere, quia nunquam quis restituit quin incurrat aliquod detrimentum: ergo &c. Secundo recta dicitur ratio, ut patiaris tantum quantum intulisti malum: ergo &c. Et per hoc facile dices ad primum in oppositum concedendo antecedens, quia tunc incurrit longe maius malum. Et ad secundum & tertium dico, quod licet nostræ propriæ & alienæ famæ, accuratius debeamus prospicere: haud tamen alicui licet cum alterius iniuria sibi consulere: & simile est in alijs bonis temporalibus. Nam si alienum agrum depopulatus es, aut alterum compulisti sua bona dare latroni, licet nihil tibi accreuerit, teneris nihilominus restituere. Vnde Arist. 5. Ethic. docuit in huiusmodi iniurijs, licet non proprium tamen metaphoricum esse lucrum, nempe quod tuam explens voluntatem alium deiecit, ideo ita teneris restituere, ac si quod abstulisti tibi esset appositum. Sed est considerandum leges & conclusiones has morales non esse intelligendas cum tanto rigore, sed ut prudens & sapiens vir, ponderata personarum qualitate censeret: & ideo personæ illustri satis est, si quæ obtenebrauit alterius famam, pecunia, vel illum læsum honorando, aut alia ratione compenset. Quod si diffamatus noluerit, non tenebitur infamator amplius facere: nam etiam si debes decem in pecunijs, quæ soluere non posses nisi cum detrimento ducetorum, differre poteris solutionem. Ratio huius attemperamenti in promptu est, quia fama illustris personæ plus valet quam fama alterius inferioris classis, & nullus tenetur restituere aliquid, cum notabili maiori iactura quam intulit.

Quarta conclusio. QUARTA conclusio est, si quis restituendo famam alterius quam sauciavit exponit se periculo perdendi vitam, non tenetur semper cum tanto periculo eam resarcire. Hæc probatur, quia vita est longe præstantius bonum corporale, quam fama quæ est bonum temporale: ergo non tenetur infamator exponere

ponere illud maius bonum pro alio minori. Secundo, alius diffamatus tenetur exponere illud temporale, si esset necessarium, pro vita alterius: ergo cum hoc periculo non tenetur ille restituere illam famam. Dixi in prædicta. 4. conclu. non semper, quia (saluo meliori iudicio) crediderim singularem posse euentum contingere, quo quis cum periculo propriæ vitæ teneatur restituere famam alterius quam læsit, & aliquando etiam rem pecuniariam: ut si quis illustrem familiam de hæresi, aut de crimine læsæ maiestatis mentiendo diffamavit, quæ nota & infamia semper perseveraret nisi ille suum retractet mendacium, tenetur retractare etiam cum periculo vitæ suæ, si adhibita diligentia non potest sine tali periculo famam illam restituere: seculus autem si infamia illa & nocumentum ita transiit, quod iam nec si ille cum prædicto periculo reuocet suum mendacium, poterit recuperari: Aliud exemplum, si quis falso accusavit alium alicuius criminis, ob quod occiditur à iudice, tenetur accusans etiam cum periculo vitæ suæ reuocare dictum suum: seculus autem si quis crimen commisit, ob quod alius falso condemnatur, quia si delinquens non imposuit innocenti condénato crimen, non tenetur seipsum perdere. Probatur quod falso imponens alteri crimen propter quod occiditur, teneatur reuocare suum dictum, quia tenetur ille nocens subire tantum damnum quantum intulit alteri: sed alius est occidendus, ergo cum morte propria teneris dictum tuum reuocare.

Quinta conclusio. QUINTA conclu. est, si detur quod fama vnus valeat plus quam vita alterius, nepe quia diffamatus est Rex aut pōtifex: infamans autem est homo infimæ classis, tunc etiam cum periculo vitæ restituere teneretur, ut constat ex iam dictis.

SEXTA conclu. illud quod asserui in tertia conclu. nempe quod cum æquali infamia tenetur quis restituere, quæ denigravit alterius famam, est intelligendum (ut iam ex parte supra diximus) pensatis conditionibus & qualitibus vtriusque partis, & considerata quantitate nocumentorum quæ inde sequuntur: nam si infamans erat Episcopus, vel alius prælatus aut vir illustris, & diffamatus est plebeus, & si ille prælatus aut illustris suum reuocet dictum sequentur magna scandala, non teneretur tunc talis infamans suum reuocare dictum.

Quintū dubium. QUINTVM dubium est, utrum cadat compensatio in restitutione famæ: ut si quis infamavit Petrum de furto, & Petrus diffamavit suum detractorem de adulterio, ita tamen quod infamæ sint æquales: an possit tunc vna infamia pro alia compensari, ita quod ambo sint in conscientia deobligati, vel adhuc

teneantur ad aliquam restitutionem? AD hoc dubium respondet Caieta. 2. 2. q. 73. ar. 2. & in summa sua verbo detractio, quod non cadit in fama compensatio: & idem dicit. 2. 2. q. 62. artic. 2. signat Caiet. exemplum: si Petrus accusat Paulum alicuius criminis, veri quidem, sed occulto, quod non potest probare, & Paulus negat dicens Petrum esse falsarium, vel aliquid huiusmodi, propter quod ambo manent infamati: dicit Caiet. quod hi ambo tenentur sibi inuicem restituere famam: & esto diffamationes sint æquales, non poterunt tacere, sed debent mutuo restituere. Et hæc est etiam sententia Maioris in quart. d. 15. q. 16. Et Maior probat hoc modo: illi prædicti non solum peccant in se, sed etiam in rem publicam, cum quilibet illorum sit pars reipublicæ, & non recompenatur iniuria nisi restituatur mutuo illa fama quæ fuit læsa.

Oppositam sententiam defendit Adria. in quarto, in propria quæst. de restitutione famæ: nempe quod in restitutione famæ cadit compensatio: & probatur, quia in omnibus alijs iniurijs cadit compensatio: ergo etiam in iniuria famæ, cum fama etiam sit bonum temporale & non corporale: unde si duo æqualiter se diffamauerunt, non tenentur ad restitutionem, sed poterunt tacere.

Secundo illi sunt æqualiter sibi inuicem debitores, & restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ quæ reddit inæqualia ad æqualitatem, per hoc quod tantum accepit vnus alteri, quantum alter alio. ergo &c.

TERTIO in iniuria facta in honore cadit compensatio: ut si quis dicat alteri contumeliam aliquam, & qui contumeliam recepit rursus sit iniurius priori contumeliam dicenti æqualiter, nullus tenetur ad restitutionem: ergo etiam nullus tenebitur ad restitutionem si mutuo æqualiter se lædant in fama. Ideo credo hanc sententiam Adriani esse veram.

SED non desunt contra eam apparentes rationes: & prius arguo contra eam in hunc modum: Non licet priuatæ personæ vindicare, & nulli licet reddere malum pro malo, at non restituere famam quam denigrasti, est te vindicare, & est reddere malum pro malo: ergo non cadit compensatio in famæ restitutione: consecutio est bona: maior est nota: minor probatur, quia non restituere famam, sed potius tacere, & permittere famam maneat infamatus, est quidam modus diffamandi, & est infamare: ut si quis detrahit alicui tertio coram Paulo, de quo Paulo scitur à cæteris communiter quod scit veritatem: tunc si ille Paulus tacet peccat mortaliter, quia est causa quod alius cui detractum est, maneat infamatus, quia ille Paulus qui audiuit detractorem sciebat alterum esse innocentem & detractorem metiri, & adstātes non crederent dicenti

si Paulus ille non taceret: ergo ita in nostro casu, accusans manet infamatus, quia accusatus tacet & contra: ergo tenentur sibi iniuriam restituere famam, & sibi iniuriam sunt causam infamiam tacendo: ergo reddunt malum pro malo, & sumunt sibi vindictam: ergo non licet eis tacere: ergo non cadit compensatio infama.

SECUNDO si Paulus est infamatus ab alio de aliquo falso crimine vel occulto, & Petrus posset sua assertionem, unico vel paucis verbis sine suo periculo recuperare famam illius Pauli, teneretur recuperare illam sub pena peccati mortiferi: quod probatur ex precepto charitatis, quia ille Paulus est tunc in grandi necessitate: ergo Petrus tenetur illi subuenire longè plus quàm si pateretur aliam grandem necessitatem in bonis fortunæ, licet ille infamatus Paulus fecerit Petro alias aliquam grandem iniuriam, nempe quia Paulus occidit patrem Petri: ergo non est compensatio in famæ restitutione.

TERTIO, si Petrus obscuravit famam Pauli, & Paulus debet Petro pecuniam, non poterit retinere illam pecuniam Petri, esto, tantundem debeat Petrus in fama quàm denigravit: ergo nec potest retinere famam: probatur antecedens, quia alias posset Paulus diffamatus de nouo accipere pecuniam Petri, quàm per te licet retinere quousque recuperaret famam, quod non videtur concedendum.

QUARTO, non potest læsio famæ recopari per bona temporalia: ergo nec cum alia læsione famæ. Hæc tamen argumenta non sunt multum neuosa, etsi prima fronte videantur habere apparentiam. Propter rationes tamen pro utraque parte, dico, utranque opinionem esse probabilem. Sed probabilior est opinio Adriani cui subscribo: & puto eam esse de mente S. Tho. in 2. 2. q. 62. ar. 2. ad secundum. ubi inquit, quod quando fama non potest restitui, si in propria specie, aliter recompenari debet, sicut & in alijs dictum est.

PRO solutione tamen argumentorum quæ obicimus contra sententiam Adriani, quam veram reputauimus, est considerandum quod dupliciter potest quis teneri ad restituendam famam quàm obscuravit: vno modo de iustitia ratione factæ iniuriæ. Et hoc modo sine scrupulo tenendum est cadere compensationem in famæ restitutione: vt si Petrus infamavit Paulum, & Paulus æqualiter diffamavit Petrum, ratione illarum iniuriarum nullus tenetur alteri ad restitutionem: ratio est, quia tantum nocuentum intulit Petrus Paulo, quantum Paulus Petro: ergo nullus tenetur alteri ad aliquam restitutionem: sicut si mutuo sibi amputarent singulos digitos. **SECUNDO** modo quis tenetur ad restitutionem famæ quam læsit, ex precepto charita-

tis, & non precepto iustitiæ. Probatur, quia quilibet tenetur ex charitate succurrere patienti necessitatem, si potest sine suo notabili detrimento: Et hoc modo illi qui se mutuo diffamauerunt, & quicunque aliquem alium diffamavit, tenetur restituere alteri famam quàm obtenebrauit: & hoc, nempe quando mutuo duo se æqualiter diffamauerunt, tenentur sibi restituere famam, eo modo & in solo illo euentu quo tenerentur etiam si non infamassent: sed eo quia proximus est in necessitate, nempe in infamia, à qua per se non potest exire, tunc ex charitate tenentur sibi subuenire sicut si essent in alia necessitate, à qua mutuo possent se releuare. Vnde si Petrus (vt diximus) poterat sua assertionem defendere famam alterius vno tempore, & in alio non: tempore illo quo non potest defendere, nõ tenetur ad aliquam aliam recompensationem, quia ad illam defensionem solum tenebatur ex charitate: teneretur tamè ad aliam recompensationem si de iustitia teneretur ad restitutionem vel ad defensionem famæ: vnde cum ille qui non diffamavit, tenetur ex charitate defendere famam alterius, vel dare operam, vt diffamatus recuperet suam famam: magis tenebitur ille qui diffamavit, ex eadem charitate restituere ralem famam. Et fortè quod hoc volebat dicere Caieta. sed hoc non est proprie restitutio: quia restitutio est actus iustitiæ, & hoc est actus charitatis.

TERTIO dico, quod qui tenentur ad restitutionem vel defensionem famæ alterius solù ex charitate, & non de iustitia, non tenentur ad talem restitutionem vel defensionem cum suo notabili detrimento. Hoc probatur, quia etiam in alijs bonis non tenetur quis defendere proximum, vel à morte vel ab alijs nocuentis cum periculo probabili vitæ suæ: ergo nec tenetur ratione famæ.

QUARTO dico, quod qui tenentur restituere famam alterius de iustitia, tenentur etiã cum simili proprio detrimento, vt supra diximus.

QUINTO dico, quod in casu in quo duo æqualiter se diffamauerunt, non tenentur ad restitutionem de iustitia, ratione iniuriæ. Sed non est tibi quiescendum, sed vterius aduertendum ad regulas charitatis: quia multoties etsi non tenearis ad restitutionem famæ de iustitia, teneberis ratione charitatis, nempe quando proximus est in necessitate, quia manet infamatus, & non est qui illum defendat ab illa infamia præter te, qui facile poteris defendere sine tuo detrimento.

SEXTO dico, quod quando duo æqualiter se diffamauerunt, debent dare operam vt restituant sibi mutuo illas famas, quia hoc est melius: sed si nolent, non peccant ratione iniuriæ, quia æqualiter sibi sunt debitorum: ideo absoluendi

Sententia
authoris.

Dubitatio.

Sententia
doctoris.

absoluendi sunt, nisi ex charitate ad aliquid teneantur vt diximus. Manet ergo ostensum quod datur compensatio in famæ restitutione. Sed dubitabis an etiam cadat compensatio famæ cum bonis fortunæ? vt si Petrus debeat Paulo centum aureos, Paulus verò infamavit Petrum, ita quod illa fama Petri quàm Paulus obscuravit, valet etiam centum aureos, & Paulus non vult restituere Petro illam famam: an Petrus poterit retinere illam pecuniam in recompensationem suæ famæ? Ad hoc dico prius, quod non inuenio hoc dubium motum ab aliquo alio doctore sic in particulari. Secundo dico probabile esse dari etiam compensationem in restitutione famæ cum bonis fortunæ: & in prædicto euentu Petrus potest retinere illam pecuniam quousque Paulus satisfaciat famam. Hoc probatur, quia Paulus debet Petro tantum quantum Petrus Paulo, ergo licet Petro retinere illam pecuniam in recompensationem suæ famæ. Et confirmatur, quia si Paulus combussisset domum Petri, non teneretur Petrus restituere prædictam pecuniam Paulo: ergo etiam licebit ei retinere eandem pecuniam pro fama quam Paulus debet Petro.

SECUNDO si Paulus infamavit Petrum & non potest restituere famam in propria specie, quia crediderunt audientes mentienti, & nolunt credere postea vera dicentiam debet Paulus Petro pecuniam & non famam: ergo in hoc euentu Petrus potest retinere pecuniam: ergo etiam quando Paulus debet famam quàm posset restituere in propria specie & non vult. Ratio est in promptu quia tantum nocet Petro quando potest restituere famam in propria specie & non vult, sicut quando non potest restituere famam in propria specie: sed quando non potest restituere, potest Petrus retinere prædictam pecuniam: ergo etiã potest quando Paulus non vult restituere. Sed contra est, quia si in prædicto casu Petro licet retinere illam pecuniam, liceret etiam de nouo accipere: probatur assumptum, quia in materia restitutionis idem est retinere alienum, & de nouo accipere, ergo nec retinere. Ad hoc argumentum nego minorem. Quia vt iam probauimus, si Paulus non posset restituere famam Petro in propria specie, posset Petrus accipere pecuniam Pauli: ergo etiam si non vult restituere famam. Et confirmatur nostra sententia, quia restitutio famæ compensatur cum alijs bonis corporalibus, vt cum mutilatione alicuius membri, ergo etiam compensatur cum bonis fortunæ: quoties tamen ille qui debet famam eam restituerit tenebitur alius reddere illi suam pecuniam.

SVB dubitabis tamen an in restitutione famæ cadat remissio seu relaxatio: vt si Petrus infametur à Paulo, an poterit remittere, ita vt Paulus maneat tutus in conscientia, & non teneatur ad aliquam aliam restitutionem? Veluti si Paulus deberet pecuniam Petro, & Petrus condonaret Paulo, manifestet Paulus deobligatus à debito soluendi illam pecuniam, ita dubitatur an similis condemnatio possit fieri in restitutione? Ad quod respondens dico, quod hic inuoluuntur duo dubia: alterum est, an infamatus licite possit remittere restitutionem suæ famæ: alterum verò est, an si infamatus remittat restitutionem suæ famæ siue licite siue illicite, infamans maneat absolutus à debito restituendi illam famam?

AD primum horum dubiorum respondet Caiet. in 2. 2. q. 73. ar. 2. & in summa, verbo de tractatio: quod non licet infamato remittere restitutionem suæ famæ. Et idem dicit Maior vbi supra, & aliqui alij ex recentioribus. **PROBAT** Caiet. suam sententiam prius hoc modo: nunquàm alicui licet seipsum occidere, nec alteri ad hoc facultatem facere: ergo nec licet restitutionem famæ relaxare: antecedens est manifestum: consequentia probatur, quia sicut nullus homo est dominus vitæ suæ, ita nec famæ & honoris: ergo &c. & hoc est fundamentum Caietani.

SECUNDO Ecclesiast. 41. curam habe de bono nomine. Et Prouerb. 22. Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ.

TERTIO. 11. q. 3. cap. non sunt audiendi, dicitur quod est habenda cura de fama, quia nobis est necessaria studiosa vita nostra, alijs autem fama nostra: & hæc sunt verba Augustini. Et eadem sententia habetur. 12. q. 1. cap. nolo: quod etiam desumptum est ex D. August. ex quodam sermone, de communi vita clericorum: ergo &c.

QUARTO Aristot. in prim. Ethic. cap. 5. dicit famam & honorem partem esse felicitatis humanæ: & non licet homini perdere felicitatem, ergo nec licet prodigere famam.

HIS tamen non obstantibus, ego respondebo aliquibus propositionibus: prius tamen est aduertendum famam posse considerari duobus modis: prius potest fama considerari pro vt est coniuncta cum bonis spiritualibus, vel proprijs vel alienis: veluti est fama Episcoporum, prælatorum ecclesiasticorum, fratrum & monachorum: quorum infamia multum scandalizat. Et propria vita spiritualis multoties pendet à fama, quia multi sunt qui vt non diffamentur, sed habeantur in honore & bona opinione, cauent à vicij: à quibus si semel amittant famam non absterent.

SECUNDO, potest considerari fama pro vt

Dubitatio.

Opinio
Caietani.

Sententia
doctoris.



Prima
conclusio.

non est coniuncta bonis spiritualibus, vt de facto est in priuatis personis: vt si est homo priuatus in solitudine agens, non nocet illi sua infamia, sed potius conseruat illum in humilitate: tunc sit prima conclusio. Remittere famæ restitutionem atque honoris, genere suo non est peccatum mortale, nisi circumstantia personæ, ratione cuius illa fama est coniuncta, cum aliquo spirituali, nempe quia talis persona est in dignitate vel magistratu constituta, aut alia ratione mortiferum efficiatur illud peccatum: itaque sicut pater non tenetur magnis laboribus acquirere bona temporalia filiis, ita nullus tenetur genere suo, multis laboribus & magna diligentia conseruare famam, quando non est necessaria ad bonum spirituale, vt diximus: Vnde colligitur, quod si infamatus remittat infamiam, tutus in conscientia manet infamans quantum est de se (vt diximus) & non tenetur ad aliquam restitutionem ratione iniuriæ illatæ, nisi alias teneatur ratione charitatis fraternæ vel ratione scandali, sicut tenetur subuenire proximo patienti grauem aut extremam necessitatem.

Secundo dico, quod esto quod infamatus remittens infamiam peccet, nempe quia est prodigus suæ famæ, infamans nihilominus erit tutus in conscientia: sicut si quis dat pecuniam suam quam potest alienare, accipiens est tutus in conscientia, esto dans peccet prodige elargiendo sua bona.

TERTIO Diuus Thomas dicit. 2.2. qu. 26. artic. 4. ad 2. quod detrimenta corporalia debet homo sustinere propter amicum: & in hoc ipso seipsum magis diligit secundum spirituales mentem: quia hoc pertinet ad perfectionem virtutis, quæ est bonum mentis: sed in spiritualibus non debet homo pati detrimentum peccando, vt proximum liberet à peccato: hæc Sanct. Tho. Ergo idem dicendum est de fama, quia si licet exponere vitam & manum pro proximo, licebit etiam exponere famam quæ est minus bonum temporale quam manus, cum manus magis spectet ad integritatem vitæ quam fama. Vnde qui habet propositum exponendi famam propriam potius quam amicus diffametur, opus exercet magnæ perfectionis quantum est de se, secundum Diuum Thomam, vt statim altius probabo.

Secunda
conclusio.

VNDE sequitur secunda conclusio principalis. Si quis aliqua bona & honesta causa, ei qui se infamauit parcat sine aliqua restitutione: nempe vt illius qui alias probus est, honori consulat, aut propter aliquam aliam piam rationem officium præstat charitatis: loquendo semper quantum est ex parte famæ læsæ, secus si interueniat scandalum, aut iactura alicuius boni spiritualis.

EX prædicta conclusione colligitur, quod genere suo quilibet potest licite cum patientia sustinere infamiam, & non defendere famam propter humilitatem vel aliquam aliam virtutem, licet facile posset recuperare illam famam.

PRÆDICTA secunda conclusio cum sua appendice est D. Tho. 2.2. quæst. 64. artic. 5. vbi dicit hominem esse constitutum dominum sui ipsius per liberum arbitrium, & ideo licite de seipso disponere posse, quantum ad ea quæ pertinent ad hanc vitam. Vides Thomam collocasse omnia hominis in arbitrio suo, præter transitum huius vitæ ad aliam, vbi etiam excipiuntur membra quorum abusus generat mortem quantum est de se.

SECUNDO expressius dicit hoc ipsum Sanctus Thom. 2.2. quæst. 73. artic. 4. ad primum, sub his verbis: In arbitrio hominis positum est pati detrimentum suæ famæ, nisi hoc vergat in periculum aliorum: vt potest si quis persona sit publica: secundum illud Grego. homilia nona, super Ezechi. linguas detrahentium, sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant: ita per suam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat.

EST etiam prædicta secunda conclusio Adriani in quarto, quæstione penultima, de restitutione. Est etiam pro nobis Sanctus Thomas. 2.2. quæst. 26. artic. 4. ad secundum, vt supra proximè citauimus. Et probatur prius: CHRISTVS Seruator in Euangelio non tantam honoris & famæ curam nobis commendauit, vt exponeret non habere nos illorum dominium. Immo Matth. quinto, & sæpe alijs locis in Euangelio, omnes honores cum splendoribus huius mundi: sedulo admonet nos vt abijciamus.

Secundo Marci duodecimo, & Lucæ vndecimo admonet nos ne optemus primas cathedras.

TERTIO de fama expressè dicit Paulus prioris ad Corinthios. 4. mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer: non ait pro nihilo, sed pro minimo: quia fama aliquod bonum est, sed non est de primoribus & precipuis bonis.

QUARTO confirmatur exemplo Ambro. August. & Ansel. qui in suis scriptis causa humilitatis se diffamauerunt, quod non est credendum eos fecisse nisi intra limites virtutum id eis licuisset. Legitur etiam de Diuo Petro martyre, quod cum infamatus fuisset quod haberet mulieres in cella, cum esset monachus Sancti Dominici, siluit & nunquam se defendit. De Diua etiam Marina, legitur in vitis patrum, quod cum diffamata fuisset quod oppressisset

set quandam fœminam, tacuit & non se defendit vsque in diem mortis quando inuenta fuit fœmina, quæ antea reputabatur vir.

QVINTO licitum est propter bonum finem non defendere honorem: ergo nec famam: cum eadem sit ratio. Antecedens probatur, quia communiter omnes doctores sancti, & scholastici, & prædicatores dicunt, quod est perfectionis pati iniurias. Et est consilium CHRISTI Matthæi. 5. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram: ergo &c.

SEXTO Paulus ad Romanos. 12. dicit, non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ: ergo nullus tenetur recuperare famam si non sit necessaria ad bonum spirituale.

EX prædictis sequitur quod quantum est de se potest homo seipsum infamare: Vt si tu admixisti crimen & imponitur ab alijs alteri innocenti, potes tu qui peccasti dicere, ego deliqui & non alius.

SECUNDO colligitur quod aliquando tenetur quis se diffamare: vt si dixisti contra alium falsum testimonium, teneris illud reuocare esto diffameris, quia teneris pati simile detrimentum illi quod intulisti, vt restituas.

TERTIO colligitur, quod cum quilibet sit dominus suæ famæ, vt diximus, ad certos vsus, esto fama sit utilis multis alijs: & contra, infamia illius viri noceat multis, si eam remittat deobligatus manet infamans à restitutione talis iniuriæ. licet fortè infamatus male faciat sic prodigendo suam famam sic alijs vtili, & tunc fortè quod ex charitate tenebitur recuperare illam famam, cum sint illi proximi quibus illa fama est utilis in necessitate.

PROBATVR hoc tertium illatum, quia illa remissio non est actus scandalizans, & de se est bonus, vt probatum est: ergo &c. At verò quando infamia esset hæresis aut apostasiæ, quæ contra fidem & religionem ex diametro militant, talis infamia non est ferenda, sed omnibus viribus repellenda, & quam fieri maximè potest abstergenda, vt fecit CHRISTVS, qui vt legitur Matthæi. 4. cum alias sibi illatas à dæmone iniurias æquanimiter tulisset, vbi tamen de idolatria eum tentauit, acerbitate vsus in eum est. Et confirmatur hoc, quia infamia hæresis & apostasiæ non potest esse sine scandalo, & inuoluitur ibi semper aliqua diuina irreuerentia & inhonoratio, quæ nullo modo ferri debet: ergo &c.

Ad argu
mēta pro
opinionē
Caietani.

TUNC ad argumenta facta pro opinione Caietani dico ad primum, concessio antecedente, quod consequentia nihil valet, quia

vt iam probauimus contra fundamentum Caieta. homo est dominus suæ famæ, & nullo modo vitæ. Ad secundum, quod asciscitur ex sapiente, dico quod illa cura habenda est de bono nomine quæ est necessaria ad virtutem, quia bonum nomen est præmium virtutis, ideo habenda est cura de bono nomine eo modo quo est vtile ad virtutem: & quia bonum nomen aliquando vel non est vtile virtuti vel parum, & vtilius est ad virtutem non habere bonum nomen, vt probauimus, licet condonare iniuriam in fama receptam, & non defendere famam.

AD tertium dico, quod Diuus Augustinus in prædictis verbis non insinuat dominium nostræ famæ non esse penes nos ipsos: sed solum ait quod licet fama sit res propria nostra sicut nostra pecunia: vbi tamen opus illa fuerit reipublica, debemus per bonam nostram famam ei seruire: veluti qui diues est, suis pecunijs: attamen inde hoc solum sequitur, quod homo in dignitate constitutus, aut reipublicæ necessarius, non potest famam suam negligere: quia vt supra diximus, est necessaria alijs qui semper manent in necessitate: ideo tenetur illis cum propria fama subuenire, sine qua eos subditos gubernare uequit. Haud iam inde fit consequens quod priuatus homo teneatur suam seruare famam, sicut nec alia bona temporalia: Secundo dico quod Augustinus loquebatur quibusdam mulieribus, quæ consulto humilitatem venditantes infamabant sese, admittentes ad se viros, quod certe non licebat.

AD quartum dico sicut diximus ad secundum, quod Aristoteles intelligit honorem & famam esse partem humanæ felicitatis, prout honor & fama sunt necessarij ad virtutem & eam sequuntur, non autem de se absolute: &c.

EX prædictis rursus colligitur prius, Præla *Prælati* *negligens* *famæ pec-* *cat mortu-* *liter.*
ret quamdiu prælatus est, mortifere peccat contra iustitiam, si in re alicuius notabilis momenti suam negligeret famam: probatur, quia habet illam officio suo mancipatam, & ideo non potest illam negligere sine damno aliorum & sine scandalo. Si tamen vellent magistratum abdicare, & non est persona multum utilis reipublicæ, non magis teneretur seruare famam quam periona priuata: secus si vult in dignitate perseuerare. Ex his etiam colligunt nonnulli, eum qui prælati famam dilacerat, non obligari solum illi ad restitutionem, sed etiam subditorum congregationi. Nam fama inquit, non sua est tantum, sed etiam collegij subditorum. Sed hoc non credo verum: nam fama prælati sua est propria ac si esset priuata periona, licet ea indigeat ad suam functionem.

non est coniuncta bonis spiritualibus, vt de facto est in priuatis personis: vt si est homo priuatus in solitudine agens, non nocet illi sua infamia, sed potius conseruat illum in humilitate: tunc sit prima conclusio. Remittere famæ restitutionem atque honoris, genere suo non est peccatum mortale, nisi circumstantia personæ, ratione cuius illa fama est coniuncta, cum aliquo spirituali, nempe quia talis persona est in dignitate vel magistratu constituta, aut alia ratione mortiferum efficiatur illud peccatum: itaque sicut pater non tenetur magnis laboribus acquirere bona temporalia filijs, ita nullus tenetur genere suo, multis laboribus & magna diligentia conseruare famam, quando non est necessaria ad bonum spirituale, vt diximus: Vnde colligitur, quod si infamatus remittat infamiam, tutus in conscientia manet infamans quantum est de se (vt diximus) & non tenetur ad aliquam restitutionem ratione iniuriæ illatæ, nisi alias teneatur ratione charitatis fraternæ vel ratione scandali, sicut tenetur subuenire proximo patienti grauem aut extremam necessitatem.

Secundo dico, quod esto quod infamatus remittens infamiam peccet, nempe quia est prodigus suæ famæ, infamans nihilominus erit tutus in conscientia: sicut si quis dat pecuniam suam quam potest alienare, accipiens est tutus in conscientia, esto dans peccet prodige elargiendo sua bona.

TERTIO Diuus Thomas dicit. 2. 2. qu. 26. artic. 4. ad 2. quod detrimenta corporalia debet homo sustinere propter amicum: & in hoc ipso seipsum magis diligit secundum spiritualem mentem: quia hoc pertinet ad perfectionem virtutis, quæ est bonum mentis: sed in spiritualibus non debet homo pati detrimentum peccando, vt proximum liberet à peccato: hæc Sanct. Tho. Ergo idem dicendum est de fama, quia si licet exponere vitam & manum pro proximo, licebit etiam exponere famam quæ est minus bonum temporale quam manus, cum manus magis spectet ad integritatem vitæ quam fama. Vnde qui habet propositum exponendi famam propriam potius quam amicus diffametur, opus exercet magnæ perfectionis quantum est de se, secundum Diuum Thomam, vt statim altius probabo.

Vnde sequitur secunda conclusio principalis. Si quis aliqua bona & honesta causa, ei qui se infamauit parcat sine aliqua restitutione: nempe vt illius qui alias probus est, honori consulat, aut propter aliquam aliam piam rationem officium præstat charitatis: loquendo semper quantum est ex parte famæ læsæ, secus si interueniat scandalum, aut iactura alicuius boni spiritualis.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

EX prædicta conclusione colligitur, quod genere suo quilibet potest licite cum patientia sustinere infamiam, & non defendere famam propter humilitatem vel aliquam aliam virtutem, licet facile posset recuperare illam famam.

PRÆdicta secunda conclusio cum sua appendice est D. Tho. 2. 2. quest. 64. artic. 5. vbi dicit hominem esse constitutum dominum sui ipsius per liberum arbitrium, & ideo licite de seipso disponere posse, quantum ad ea quæ pertinent ad hanc vitam. Vides Thomam collocasse omnia hominis in arbitrio suo, præter transitum huius vitæ ad aliam, vbi etiam excipiuntur membra quorum abusus generat mortem quantum est de se.

SECUNDO expressius dicit hoc ipsum Sanctus Thom. 2. 2. quest. 73. artic. 4. ad primum, sub his verbis: In arbitrio hominis positum est pati detrimentum suæ famæ, nisi hoc vergat in periculum aliorum: vt potest si quis persona sit publica: secundum illud Grego. homilia nona, super Ezechi. linguas detrahentium, sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant: ita per suam malitiam excitas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat.

EST etiam prædicta secunda conclusio Adriani in quarto, quæstione penultima, de restitutione. Est etiam pro nobis Sanctus Thomas. 2. 2. quest. 26. artic. 4. ad secundum, vt supra proximè citauimus. Et probatur prius: CHRISTVS Seruator in Euangelio non tantam honoris & famæ curam nobis commendauit, vt exponeret non habere nos illorum dominium. Immo Matth. quinto, & sæpe alijs locis in Euangelio, omnes honores cum splendoribus huius mundi: sedulo admonet nos vt abiciamus.

Secundo Marci duodecimo, & Lucæ vndecimo admonet nos ne optemus primas cathedras.

TERTIO de fama expressè dicit Paulus prioris ad Corinthios. 4. mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer: non ait pro nihilo, sed pro minimo: quia fama aliquod bonum est, sed non est de primoribus & precipuis bonis.

QUARTO confirmatur exemplo Ambro. August. & Ansel. qui in suis scriptis causa humilitatis se diffamauerunt, quod non est credendum eos fecisse nisi intra limites virtutum id eis licuisset. Legitur etiam de Diuo Petro martyre, quod cum infamatus fuisset quod haberet mulieres in cella, cum esset monachus Sancti Dominici, siluit & nunquam se defendit. De Diua etiam Marina, legitur in vitis patrum, quod cum diffamata fuisset quod oppressisset

set quandam fœminam, tacuit & non se defendit vsque in diem mortis quando inuenta fuit fœmina, quæ antea reputabatur vir.

QVINTO licitum est propter bonum finem non defendere honorem: ergo nec famam: cum eadem sit ratio. Antecedens probatur, quia communiter omnes doctores sancti, & scholastici, & prædicatores dicunt, quod est perfectionis pati iniurias. Et est consilium CHRISTI Matthæi. 5. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram: ergo &c.

SEXTO Paulus ad Romanos. 12. dicit, non vosmetipsos defendentes charissimè, sed date locum iræ: ergo nullus tenetur recuperare famam si non sit necessaria ad bonum spirituale.

EX prædictis sequitur quod quantum est de se potest homo seipsum infamare: Vt si tu admisti crimen & imponitur ab alijs alteri innocenti, potes tu qui peccasti dicere, ego deliqui & non alius.

SECUNDO colligitur quod aliquando tenetur quis se diffamare: vt si dixisti contra alium falsum testimonium, teneris illud reuocare esto diffameris, quia teneris pati simile detrimentum illi quod intulisti, vt restituas.

TERTIO colligitur, quod cum quilibet sit dominus suæ famæ, vt diximus, ad certos vsus, esto fama sit utilis multis alijs: & contra, infamia illius viri noceat multis, si eam remittat deobligatus manet infamans à restitutione talis iniuriæ. licet fortè infamatus male faciat sic prodigendo suam famam sic alijs vtilis, & tunc fortè quod ex charitate tenebitur recuperare illam famam, cum sint illi proximi quibus illa fama est utilis in necessitate.

PROBATVR hoc tertium illatum, quia illa remissio non est actus scandalizans, & de se est bonus, vt probatum est: ergo &c. At verò quando infamia esset hæresis aut apostasiæ, quæ contra fidem & religionem ex diametro militant, talis infamia non est ferenda, sed omnibus viribus repellenda, & quam fieri maximè potest abstergenda, vt fecit CHRISTVS, qui vt legitur Matthæi. 4. cum alias sibi illatas à dæmone iniurias æquanimiter tulisset, vbi tamen de idolatria eum tentauit, acerbitate vsus in eum est. Et confirmatur hoc, quia infamia hæresis & apostasiæ non potest esse sine scandalo, & inuoluitur ibi semper aliqua diuina irreuerentia & inhonoratio, quæ nullo modo ferri debet: ergo &c.

TUNC ad argumenta facta pro opinione Caietani dico ad primum, concessio antecedente, quod consequentia nihil valet, quia

Ad argumta pro opinione Caietani.

vt iam probauimus contra fundamentum Caieta. homo est dominus suæ famæ, & nullo modo vitæ. Ad secundum, quod asciscitur ex sapiente, dico quod illa cura habenda est de bono nomine quæ est necessaria ad virtutem, quia bonum nomen est præmium virtutis, ideo habenda est cura de bono nomine eo modo quo est vtile ad virtutem: & quia bonum nomen aliquando vel non est vtile virtuti vel parum, & vtilius est ad virtutem non habere bonum nomen, vt probauimus, licet condonare iniuriam in fama receptam, & non defendere famam.

AD tertium dico, quod Diuus Augustinus in prædictis verbis non insinuat dominium nostræ famæ non esse penes nos ipsos: sed solum ait quod licet fama sit res propria nostra sicut nostra pecunia: vbi tamen opus illa fuerit reipublicæ, debemus per bonam nostram famam ei seruire: veluti qui diues est, suis pecunijs: attamen inde hoc solum sequitur, quod homo in dignitate constitutus, aut reipublicæ necessarius, non potest famam suam negligere: quia vt supra diximus, est necessaria alijs qui semper manent in necessitate: ideo tenetur illis cum propria fama subuenire, sine qua eos subditos gubernare uequit. Haud iam inde fit consequens quod priuatus homo teneatur suam seruare famam, sicut nec alia bona temporalia: Secundo dico quod Augustinus loquebatur quibusdam mulieribus, quæ consultò humilitatem venditantes infamabant sese, admittentes ad se viros, quod certe non licebat.

AD quartum dico sicut diximus ad secundum, quod Aristoteles intelligit honorem & famam esse partem humanæ felicitatis, prout honor & fama sunt necessarij ad virtutem & eam sequuntur, non autem de se absolute: &c.

EX prædictis rursus colligitur prius, Præla Prælati negligens famæ peccat mortali ter. Et quædam prælati sunt, qui mortifere peccant contra iustitiam, si in re alicuius notabilis momenti suam negligeret famam: probatur, quia habet illam officio suo mancipatam, & ideo non potest illam negligere sine damno aliorum & sine scandalo. Si tamen vellent magistratum abdicare, & non est persona multum utilis reipublicæ, non magis teneretur seruare famam quam persona priuata: secus si vult in dignitate perseuerare. Ex his etiam colligunt nonnulli, eum qui prælati famam dilacerat, non obligari solum illi ad restitutionem, sed etiam subditorum congregationi. Nam fama inquit, non sua est tantum, sed etiam collegij subditorum. Sed hoc non credo verum: nam fama prælati sua est propria ac si esset priuata persona, licet ea indigeat ad suam functionem.

nem. Ideo ego dico cum hac distinctione, nempe quod quando infamia de Prælato tantum est dispersa, nempe quod sit concubinaris, vel aliud crimen habeat in quo subditi non participant, satis est illi restitutionem fieri, licet maior sit tunc obligatio restituendi quam si persona esset priuata: Si tamen (vt supra diximus) ipse restitutionem suæ famæ remittat, tutius erit infamator in conscientia, & nihil aliud debet collegio: sicut si suam prodigeret pecuniam, qua egebat vt erogaret in pauperes, licet forte ipse prælatus peccaret sic remittendo suam famam: ratio est quia ipse est dominus suæ famæ licet male eam dispenset. Quod autem infamans non teneatur ad aliam restitutionem collegio, probatur, quia non fecit collegio iniuriam nisi quatenus fecit Prælato in re prælati: ergo si prælatus remittat, aut infamans ei restituat, nihil amplius debet subditorum conuentui. Si tamen diffamans totum collegium subnotaret alicuius criminis nota, nempe simoniæ, aut hæresis, vnde subditi contraherent infamiam participij, subditis etiam restituendum esset: quia etiam ipsi in propria fama læduntur. Sed subdubitas an ille qui seipsum infamat teneatur ad restitutionem? Vt si Petrus dixit de seipso coram alijs aliquod scelus falsum: aut positus Paulus ad quæstiones & torturam à iudice, confitetur coram adstantibus crimen quod non fecit, an huiusmodi teneatur ad restitutionem sibi metipsum? vsu sæpe hoc euenit in tormentis. Ad hoc respondet Caietan. 2.2. quæst. 73. articul. 2. & in summa, verbo detractio: & dicit duo, primum est quod ille qui vi tormentorum infamat se, peccat mortifere: probat quia si infamaret alium etiam vi tormentorum peccaret mortifere: ergo etiam infamando se, quia plus tenetur se diligere quam alium: ergo & cæt. Secundo qui se infamat facit iniuriam communitati cuius est pars: ergo peccat mortifere. Tertio, aliquem se diffamare genere suo est peccatum mortiferum: ergo esto infamet se vi tormentorum est malum mortale. Quarto quicunque se occideret peccaret mortifere: ergo etiam quicunque se diffamat: quia sicut nullus est dominus vitæ, ita nec famæ. **SECUNDVM** quod dicit Caietan. est, quod ille qui seipsum diffamat tenetur ad restitutionem sibi ipsi, vt eo modo restituat rei publicæ. Idem dicit Syluest. quo ad omnia hæc quæ dicit Caietan. si quis se infamat citra tormenta vel pericula mortis, nempe quod se infamans citra pericula mortis & tormenta peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem sibi ipsi, secus autem si in tormentis se diffamet. Et addit, quod si quis se

diffamat in tormentis, tenetur ad minus postea in fine vitæ reuocare dictum suum: verum est quod hoc asserit Syluester ex Panor. extra de sepulturis, cap. ex parte, secundo, & non ex propria sententia. Et idem dicit Sontinus in sua relectione super cap. ad audientiam, extra de homicidio. Cum Caietan. etiam tenet Antoninus parte secunda titulo secundo. 3. Et si contra hos Iuriconsultos arguas, si ille reus postquam semel confessus est se admisisse prædictum erratum reuocet dictum suum, iterum reuocabitur ad tormenta: Respondent quod tunc ne reuocetur ad tormenta poterit differre vsque ad tempus mortis, vel quousque iam sit securus quod non reuocabitur ad tormenta, & tunc postquam est bene flagellatus dicat, scitote quod facta est mihi iniuria. **Oppositam sententiam tenet Angelus Declausio in summa, verbo detractio, quæstione sexta, vbi expressè ait, quod si quis seipsum infamet propter tormenta vitanda, sicut faciunt (inquit) illi qui ad torturam ponuntur, non peccat mortaliter, sed licite fieri potest: probat, quia talis confessio facta tali metu, non valet, nec etiam si fiat contra alium: sed si non fiat ex tali metu, peccat mortaliter, & tenetur retractare. Et addit, quod si ille qui vt euaderet tormenta, falsum crimen de se confessus est, si propter dolorem tormentorum quem timeret iterum sibi infligi, potius præligeret mori quam ipsum pati, credo quod non teneatur de necessitate retractare. Hæc Angelus. Et idem debet dicere Adrianus, qui in quarto, in propria quæstione de restitutione famæ: & in quolib. quæst. 9. dicit, quod datur relaxatio & remissio, & compensatio in remissione famæ. Et hanc credo esse sententiam Sancti Thomæ. **ET** ego constituo hanc conclusionem cum prædictis doctoribus: Qui seipsum infamat etiam imponendo sibi falsum crimen genere suo non peccat mortifere, nec tenetur ad restitutionem aliquam ex vi illius infamæ. Secus si propter illam infamiam debeat occidi, aut inde sequantur alia graua incommoda vel scandala: & tormenta vel rationes propter quas se diffamat sunt leues. Sed si nihilominus debeat occidi, & nihil aliud incommodi inde sequitur, siue confiteatur crimen etiam quod non commisit, siue non: non peccat mortaliter, nec tenetur ad aliquam restitutionem. Hæc conclusio probatur iprius, quia iam illa tormenta æquivalent famæ, cum tantum & etiam maius malum sit tibi perpeti illa tormenta quam sit perdere famam: ergo potes dare tuam famam vt euites tormenta quæ sunt tibi maiora mala.**

Sententia
author.

Prima
conclusio
doctoru.

SECUNDO

SECUNDO licite potest homo propter bonum finem permittere se manere infamatum, & potest quis sine mendatio propter humilitatem vel aliam virtutem seipsum diffamare, vt supra probauimus: ergo vera est nostra conclusio. **TERTIO**, fama est bonum temporale & non corporale huius hominis, sed qui sine iniuria aliorum prodigeret pecuniam suam, vel aliud bonum temporale non peccaret mortaliter: ergo nec qui negligit suam famam: consecutio constat à simili: antecedens præter hoc quod supra probatum fuit à nobis, communiter conceditur: ergo & cætera. **QUARTO** fama, secundum omnes, quando non potest restitui in propria specie est compensabilis pecunia, & (vt probauimus) in restitutione famæ cadit remissio & relaxatio: at qui remitteret vel relaxaret pecuniam sibi debitam non peccaret mortifere: ergo nec peccat mortaliter qui dat aut negligit famam. **SECUNDA** conclusio est. Esto quis deberet damnari ad mortem propter suam confessionem, si confitetur vt euitet tormenta quæ sunt graua & diuturna, probabile est quod non peccat mortifere: probatur quia ipse in hoc non se occidit, sed commutat longa tormenta quæ causant mortem, immo sunt prolixa mors, pro ipsa breui morte quod licitum est: ergo & cæt. Dixi in secunda conclusione, si confitetur vt euitet graua & diuturna tormenta & cæte. quia si propter suam confessionem deberet occidi, & tormenta quæ intendit vitare essent leuia & breuia, peccaret mortaliter imponendo sibi falsum crimen, aut confitendo illud quod iuridicè confiteri non tenebatur. **TERTIA** conclusio est, siue quis se diffamans peccet siue non, ex vi illius infamæ non tenetur ad restitutionem: dico ex vi illius infamæ, quia si inde sequantur scandala vel alia nocumenta maxime in spiritualibus, teneretur ad restitutionem ratione illorum nocumentorum. Et istæ omnes conclusiones sunt de mente Sancti Thomæ. in illis tribus locis quæ hic supra citauimus, nempe. 2.2. quæst. 73. articul. 4. ad primum, & 2.2. quæst. 26. artic. 4. ad secundum, & 2.2. quæst. 64. ar. 5. **SED** subdubitas rursus, iam concessio (postquam probatum est) quod qui infamat se vt euitet tormenta non peccat mortifere, etiam si infamet se propter humilitatem vel aliquam aliam piam causam, vel etiam propter leuitatem, sine tamen alio scandalo vel nocumento nec suo nec alieno, sed solum sequitur illa infamia propria? Ad

Secunda
conclusio.

Tertia
conclusio

Dubita-
tio.

quod respondet Adrianus, vbi supra quod hic prædictus infamans se sine scandalo alio, & sine alio nocumento, non peccat mortaliter: & ego illi consentio. Et probatur, quia non est præceptum aliquod de conseruatione famæ, & homo est dominus illius sicut pecuniæ, licet fama sit præstantius bonum quam pecunia: ergo esto ex leuitate eam amittat aut exponat sine alio nocumento vel scandalo, non peccabit mortifere, sicut nec peccaret mortifere si ex leuitate prodigeret pecuniam suam. Et ad illa quæ adduximus ex scriptura, nempe quod curandum est de bono nomine & cæt. præter illud quod iam supra diximus, dico etiam quod non sunt verba præceptiua, sed commendat scriptura famam tanquam quid magnum conducens ad virtutem & ad bonum spirituale, & vt non sequatur scandalum quod ex infamia communiter solet sequi: & non commendatur fama tanquam homo non sit dominus eius, & quasi sit intrinsece malum famam exponere aut prodigere, vt supra iam ostendimus. **ET** ad argumenta Caietani iam dixi quod ipse imaginatur vnum falsum quod nec probare potest, scilicet, quod homo non sit magis dominus suæ famæ quam vitæ, quia de vita datur præceptum, quod nullus occidat nec se nec alium, & non datur ita præceptum de fama conseruanda, ideo quilibet est dominus suæ famæ sicut pecuniæ: verum est quod fama est maius bonum in se & vtilius ad vitam spiritualem quam pecunia, vt iam probauimus. Et ad primam rationem Caiet. quod quilibet tenetur se diligere plus quam alium, fateor in ordine ad spiritualia, sed in bonis temporalibus potest quilibet cedere iuri suo. Ad secundum dico, quod homo se diffamando non facit iniuriam reipublicæ, ex vi illius infamæ, plus quam si comburat domum suam, aut occidat suum equum: vnde sequitur ad tertium, quod hominem se infamare non est peccatum mortale ex suo genere. Ad quartum nego consecutionem, quia non est homo dominus vitæ sicut fama. Considerandum est tamen quod infamatus non potest per modum vindictæ suum infamatorem etiam in fama lædere, potest tamen vim vi repellere, prodendo aliquod verum crimen illius, quod fuerit necessarium ad infringendum illius testimonium. Secundo est aduertendum, quod vt dicit S. Thom. 2.2. quæst. 62. articul. 2. ad secundum, qui non potest restituere famam in propria specie, tenetur pecunia vel alio modo recompensationem facere: idem Scot. in. 4. d. 15. & idem glosa, super cap. ecclesiam, extra vt litte pendente nihil innouetur, sub his verbis, cum res restitui non potest, in alio æquiuale

Ad argu-
menta Cai-
etani.

Infaman-
do vim vi
repellere
licet.

Subdubi-
tatio.

Opinio Syluest.

uolenti fieri debet restitutio: & hæc est communis opinio. Oppositam sententiam tenet Syluest. in summa verbo detractio, qu. 4. & probatur, debitor pecuniæ dum non est soluendo, non tenetur honorem aut famam exhibendo pro pecunia recompenfare: ergo nec qui famam restituere nequit tenebitur pecuniam pro fama exhibere. Secundo sequeretur ex nostra & communi sententia, quod qui nec per pecuniam potest restituere famam, deberet eam orationibus vel alia via repensare. His non obstantibus dico quod non est recedendum à sententia communi quam recepimus. Et ad primum horum dico consequentiam illam non valere: ratio est, quia cum pecunia sit præcium omnium rerum, illa æstimatur & honor, & fama. Et ideo per illam aut per aliud pecunia æstimabile facienda est horum restitutio, quando in propria specie fieri non potest: quando verò pecunia deest, non est cur per orationes vel per honores illa fama restituatur, quia hæc non sunt rerum prætia: Et ex his constat etiam ad secundum, illationem ibi factam non valere. Secundo dico quod probabile est quod ille qui alteri debet pecuniam & non est soluendo, tenetur domino pecuniæ aliquam commoditatem si potest afferre, vt dicunt doctores illum qui alterum occidit teneri ad minus ad orandum pro illo, & tunc ad primum argumentum Syluestri nega antecedens.

Dubitatio.

HESITARI tamen licet, An non impediens detrahentem cum facile posset, dicendo hic non dicit verum, & ita defenderet famam proximi, teneatur restitutioni?

Prima conclusio.

AD quod respondetur ex communi sententia theologorum, & Sancti Thom. 2. 2. quæst. 73. articul. 4. & sit prima conclusio. Quicumque volens audit detrahentem coram aliquibus, quando sine suo notabili detrimento poterat impedire, peccat mortifere: Probatur, quia ille sic audiens & non impediens, est causa sine qua absens proximus cui detrahitur non diffamaretur, & non incurreret illud incommodum: ergo peccat contra charitatem quam debet proximo.

SECUNDO quicumque potest defendere domum vel pecuniam proximi, ne capiatur aut perfodiatur à fure sine suo detrimento, peccat mortifere: ergo etiam peccat mortifere qui potest defendere famam & non facit.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio, Audiens volens detractionem absentis coram alijs, & potens impedire sine suo notabili detrimento, non impediens, si non tenebitur ex officio impedire, non tenetur ad restitutionem, & si peccet mortaliter. Hæc conclusio est Adri. in quolib. quæst. 11. & est Caieta. in 22. quæst.

73. articul. 2. vbi expressè dicit quod solus assertor illius infamiæ tenetur ad restitutionem, Alias oporteret plorare dolores alienos. Est etiam conclusio Sancti Thom. in 4. dist. 15. quæst. 1. articul. 5. ad tertiam quæstiunculam. Et probatur, qui posset clamando aut detinendo, sine suo nocumento, impedire latronem quod non furetur pecuniam alterius, & non facit, & si peccet mortaliter non tenetur ad restitutionem, secundum theologos, nisi ex officio teneatur prædictam defendere pecuniam: ergo si non defendat famam quam poterat, sed non tenebatur ex officio defendere, non tenebitur ad restitutionem. Secundo, omnis qui tenetur ad restitutionem, tenetur vel ratione rei acceptæ, vel ratione iniuriæ acceptionis: at ille qui cum ex officio non teneretur non defendit famam proximi, nec habet rem acceptam, nec fuit causa influens ætinue, iniuriæ acceptionis, ergo non tenetur ad restitutionem, maxime cum non teneretur custodire, sicut iudices qui ex officio tenentur inuigilare & defendere reipublicam & partes eius &c.

TERTIA conclusio est, Audiens detractio nem alterius nolens, quam quidem non potest impedire sine suo notabili damno, nec ad restitutionem tenetur, nec mortaliter peccat, probatur, quia ille solum obligabatur ad defendendam illam famam proximi, debito charitatis, sed illud debitum non obligat cum proprio notabili detrimento: ergo &c. secus autem si teneretur debito iustitiæ, vt tenentur iudices &c.

SED an qui ex dubio vel audito & non asserendo detrahit de proximo, teneatur restitutioni? Vt si quis dicat audiuisti nescio si est verum, quod Ioanna habet pellicem, aut quod fuit fornicata, an hic teneatur ad restitutionem? Ad quod respondet Caieta. 2. 2. quæst. 73. articul. 2. quod non, esto aliquando peccet mortaliter: ratio est, quia illa dubia aut leuis assertio ex audito non erat de se sufficiens causa illius infamiæ, sed secuta fuit infamia ex leuitate audientis & credentis, qui non deberet credere tam leui dicto: Vnde infert Caieta. quod solus ille qui asserit absolute crimen de absente, vel qui est causa ætina infamiæ, tenetur restitutioni. Et idem dicit Adrianus in 4. in propria quæstione de restitutione famæ, & citat Scotum in 4. di. 15. quæst. 4. Ideo hac occasione

communis hæsitabis, An quotiescunq. quis reuelat crimen alterius quodcumque verum vel falsum, sed tamen occultum, peccat mortifere, diffamet, & teneatur restitutioni? Ad quod dico (quidquid dixerint Caietan. & Adrianus) quod fama non est in ipso cuius est fama, sed in alijs: quia fama est bona opinio

Tertia conclusio.

Dubitatio.

Communior hæsitatio.

habita de alio, utilis ei ad aliquid.

SECVND O colligitur ex hoc, quod quando quis dicit aliquid de alio, propter quod non tollitur in audientibus vel alijs illa bona opinio quam habebant de illo de quo hic nunc referat crimen, nec illud intendebat: immò potius cautè ne sequeretur infamia locutus fuit, non peccat mortifere, nec infamat, & ideo nec ad restitutionem tenetur: vt si inter iuvenes quis dicat de aliquo iuvene quod amat puellam, vel quod fornicatus est, vel quod indixit alteri duellium, & strenue egit in illo: non infamat nec tenetur ad aliquam restitutionem. Probatur, quia non nocet in fama, cum ipsi iuvenes loquuntur & æstimant fornicationem & duellium ac si esset bona cæna, & inter iuvenes communitè non sequitur detrimentum aliquod in fama propter aliquod tale dictum: secus si id dicatur inter graues etiam de iuuenibus, vel si diceretur de ecclesiasticis, vel de monialibus, aut de puellis nubilibus, quia his detraheretur in fama & cæ. HÆC est sententia Caietani. 2. 2. quæst. 73. articul. 2. Secus autem esset si ille sic reuelans intenderet nocere notabiliter in fama, aut si se exponeret tali periculo, quia tunc peccabit mortifere, & si non teneatur ad restitutionem quia non nocuit, si noceret autem teneretur.

TERTIO dico, quod aduertens quod auditores sunt fragiles & pusilli, & credent dicenti crimen alterius, esto dicat ex dubio vel ex audito, sicut hodie sunt multi, credo quod tenetur ad restitutionem & peccat mortaliter, quia apud istos rusticos & fragiles, ille modus dicendi est sufficiens causa mouens illos ad credendum, ideo apud illos denigrat famam alterius: ergo tenetur ad restitutionem.

Dubitium sextum.

SEXTO, est in hac materia de restitutione famæ dubium præcipuum, An aliquando teneatur quis se diffamare propter bona aliqua fortunæ alterius, quæ retinet, vel est causa quod proprius dominus non habeat, quæ sine ipsius infamia reddi vero domino non poterunt: veluti in euentu illo communi de muliere quæ sibi falso supposuit partum alterius, aut ex adulterio concepit, & maritus putat quod est suus filius: & ponamus quod tam mulier quàm maritus sint nobiles, & quod maritus habet optimum maioratum, aut optimam primogenituram, & filius ex adulterio conceptus est primogenitus: Dubium igitur est an talis mulier teneatur se infamare vt non succedat ille filius spurius? quia ille non est hæ-

res mariti, sed alius secundus legitimus qui est primus filius mariti: & etiam quia maritus aluit & educauit illum spurium, putans quod esset suus, & mulier tenetur restituere viro postquam sic decepit illum. Ad hoc dubium iuxta ea quæ iam diximus de hac restitutione famæ distinguendum est: quia vel prædicta mulier detegendo adulterium poterit adhibere remedium, ita quod credetur ei, vel probauit quod dicit, vnde expelletur spurius ab hæreditate & succedet legitimus hæres: aut per hoc quod referet adulterium suum, non adhibebitur remedium, quia non potest illud probare, & non credetur ei dicenti, & ita semper manebit illegitimus cum hæreditate.

HIS habitis respondebimus aliquibus propositionibus quarum prior est. Si per hoc quod præfata mulier detegat suum erratum, non potest adhiberi remedium vt succedat legitimus hæres, & maritus habeat expensas quas consumpsit cum illo quem putabat suum filium, non tenetur se diffamare, sat erit tunc dolere de peccato suo, & esse corde parata quod si aliquando potuerit restituere: Et tenetur laborare quantum potuerit quod alius filius legitimus habeat plus de bonis in quibus, si constaret veritas, debebat succedere, quàm alius spurius: Et tenetur suadere viro vt det quantum potuerit plus de bonis suis illi legitimo quàm alio illegitimo, etsi non referet causam: Et debet dare operam quod ille non legitimus intret religionem: & tandem tenetur querere quodcumque potuerit remedium, vt ille spurius non succedat in bonis alterius legitimi hæredis: tenetur etiam si ipsa habeat bona paraphernalia, vel aliunde propria, ex illis restituere & repensare quod potuerit: quod si nullum habet remedium, sat est quo ad Deum de peccato dolere, & proponere satisfacere si aliquando potuerit. Hæc conclusio manifestior est quàm quod probatione indigeat, cum nullus obligari possit ad impossibile, & illa mulier in prædicto euentu nullo modo potest restituere: quia non habet vnde restituat, & reuelare crimen suum nihil prodest vt dictum est: ergo &c.

SECUNDA conclusio, Si autem probabiliter sciat præfata mulier, quod si referet erratum suum, adhibebitur ei fides & expelletur spurius ab hæreditate, tunc distinguendum est: quia vel præfata mulier potest detegere crimen suum sine periculo mortis suæ vel spurij, vel non, quia si reuelet suum scelus occidetur à viro, vel occidetur spurius.

Secunda conclusio.

Tertia

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio, Si est probabile periculum mortis, quæ sequetur ex hoc quod illa mulier reuelat suum scelus, tunc dicunt communiter theologi quod non tenetur reuelare crimen suum: quod plurimum verum est: dico plurimum, quia fortè quod in aliquo casu tenebitur etiam cum periculo mortis, vt inferius explicabimus. Et probatur hæc tertia conclusio prius, nullus tenetur restituere aliquid alteri cum notabili maiori detrimento quàm intulit: at maius notabiliter detrimentum pateretur illa mulier, si cum periculo mortis teneretur illam repensam facere, & suum crimen referre, quàm intulit: ergo non tenetur illam restitutionem facere cum illa infamia.

Secundo in illo euentu, nempe ad salvandam vitam, licet præfata mulieri de nouo accipere bona temporalia alterius: ergo poterit retinere aut tacere vt vitam conseruet.

TERTIO in prædicto euentu, nempe quod illa mulier esset in extrema necessitate, teneretur maritus & filius legitimus qui deberet succedere in bonis patris, dare prædicta omnia illa bona (si omnibus indigebat, ad releuandam suam extremam miseriam) ergo ipsa mulier si illi non darent posset de nouo accipere: ergo vt vitam conseruet potest licite tacere, & suum scelus non manifestare.

QUARTO posset, si prædicta mulier esset in extrema necessitate, extraneus alius, accipere à marito præfata bona, & dare mulieri ad releuandam suam extremam miseriam, ergo ipsa posset accipere: ergo etiam potest nunc post factum tacere ne similem incurrat iacturam & detrimentum: Immo non solum in præfata extrema necessitate liceret extraneis capere prædicta bona à marito, & dare mulieri, vt euadat incolumis ab illo periculo, immo tenerentur illud facere quando maritus nollet illi consulere.

QUINTO, si maritus vel alius illam occideret, tenerentur alij eam liberare & defendere, si maritus vel ille alius non procederet via iuridica, ergo etiam ipsa potest licite sibi consulere & tacere in prædicto euentu: nam res temporales sunt à natura ordinatæ ad conseruationem vitæ & non econuerso: Vnde est notandum quod, vt latius alibi tractauimus, vita est in primo gradu bonorum habenda si recte bona ordinaueris, & honor aut fama in secundo, & bona fortunæ in tertio: Vnde quando opus fuerit, fama &

bona fortunæ exponenda sunt pro vita seruanda, & non contra: vnde perperam agunt qui pluris faciunt honorem & famam quàm vitam, dicentes quod pro honore & fama exponenda est vita, quia melius est mori quàm pati infamiam & iniuriam: errant hi quidem, quia cuncta quæ possidet homo dare debet pro pelle & anima sua. i. vita, & hoc est consonantius scripturis sacris quàm oppositum: ergo illa mulier cum præfato periculo non tenetur referre suum scelus &c.

S E D punctus difficultatis est, si non sit periculum mortis, nepe quia iam maritus est mortuus, aut patiens senex, sed solū sequitur infamia sua: & tamen nullum aliud est remedium ad restituendum nisi detegere crimen, & detegendo credetur ei, & expelletur spurius, & succedet hæres legitimus, &cætera.

HANC quæstionem mouet Caietanus in opusculo. 17. responsionum, responsione 14. & eandem mouent iurisperiti extra de pœnitentia & remissione cap. officij. Et Caietan. respondet quod illa præfata mulier non tenetur se detegere cum infamia sua. Et constituit Caietanus regulam & fundamentum quod nullus tenetur ad restitutionem bonorum inferioris ordinis cum detrimento bonorum superioris: Vnde imaginatur Caietanus, quod infima bona sunt diuitiæ, & in secundo gradu ascendendo est honor, in tertio verò fama, in quarto autem vita. Si ergo debes decem aureos non debes perdere famam vt soluas illos, quia si non potes illos restituere nisi cum amissione famæ, dominus est inuitus irrationabiliter si vult quod etiam cum periculo famæ tuæ restituas illam pecuniam. Et ita dicit de præfata muliere quod non tenetur se infamare vt restituat illa bona fortunæ: Et hæredes qui volunt quod etiam cum infamia sua restituant, irrationabiliter id volunt: Hæc Caietanus. Idem dicit Ioannes Metinensis in codice de contractibus, quæstione tertia causa quarta. Et probatur hæc sententia prius ex cap. officij, extra de pœnitentia & remissione: Vbi quæstio mouetur, de ea quæ filium suscepit ex adulterio, aut partum alterius falso sibi supposuit, & id marito reuelare non audeat, an sit ad pœnitentiam admittenda? & dicit textus quod ita: ergo existente in ea iusto timore non peccat si factum marito non reuellet: nam si in hoc peccaret, non posset Papa dicere quod ad pœnitentiam admittatur. Si dicas, vt nonnulli iurisperiti videntur dicere, quod non intelligitur textus de pœnitentia sacramentali quæ

punctus difficultatis.

quæ est absolutio à peccatis, sed de pœnitentia iniuncta per ipsum pœnitentem adimplenda, quæ existentibus in peccato potest iniungi: hæc non videtur vera expositio textus. Tum quia dicitur textus quod in prædicto euentu non est illi pœnitentia deneganda sed potius exhibenda: in quo significatur quod pœnitentia est illi debita, quod de pœnitentia iniuncta dici non potest, cum hæc nec sit necessaria nec debita, vt nonnulli dicunt, sed voluntaria, tam ex parte pœnitentis, quia liberum est ei eam petere, quàm ex parte confessorij, cui liberum est eam iniungere: ergo textus intelligendus est de pœnitentia sacramentali: Tum etiam quia si mulier in peccato permaneret, ratione cuius pœnitentia sacramentalis esset illi deneganda, nil illi prodesset pœnitentiam satisfactoriam pro peccatis iniungere: quia hæc locum habere non potest, antequam culpa sit quo ad Deum remissa. Ergo esto quod pœnitentia hæc satisfactoria & iniuncta, non esset illi deneganda, adhuc sequitur illam non permanere in peccato mortali, quo ad Deum, non reuelando crimen suum marito. Tum etiam quia textus subiungit, quod sacerdos illi mulieri discretam imponat satisfactionem, idque postquam fuerit ad pœnitentiam admittit. Iam quæritur de qua satisfactione discreta loquitur textus: an de satisfactione pro peccato commisso, vel de satisfactione defraudatis agenda: si primò, ergo pœnitentia quæ illi non est deneganda, non est pœnitentia iniuncta pro peccatis, quandoquidem textus de pœnitentia non deneganda & de satisfactione discreta imponenda, tanquam de diuersis loquitur, vt constat: cum dicat textus, prius debere pœnitentiam exhiberi, deinde discretam satisfactionem imponi. Ac proinde si de satisfactione pro peccatis loquatur, necesse est pœnitentiam non denegandam, absolutionem sacramentalem esse. Et ita illa mulier non erat in peccato mortali, non reuelando crimen suum marito. Si autem de satisfactione discreta defraudatis facienda loquatur textus, sequitur idem. scilicet non teneri mulierem illam in casu factum marito prodere. Nam si ad id teneretur ad finem satisfaciendi defraudatis, certe hoc illi esset necessario per confessorè & Papam iniungendum & præcipiendum: ergo textus intendit excusare prædictam mulierem à debito reuelandi crimen suum marito, ob iustum timorem quem habet. Secundo restitutionis obligatio cessat quando ille cui agenda est consentit actui illicito seu debito: aut quando non est rationabiliter inuitus in rei sibi debitæ retentione: sed quando restitutio fieri non potest sine maiori dispendio & damno, quàm sit rei restituendæ iactura, non est rationabiliter inuitus is cui res de-

betur, si sibi non fiat restitutio. Hoc autem accidit in casu præsentis, nam si vxor suum erratum marito referret, est periculum animæ mariti, qui inde scandalizabitur: est periculum vitæ ipsius vxoris, quia forte maritus eam occidet: est etiam iactura famæ prædictæ vxoris. Tacendo autem solum est iactura rei temporalis, puta hæreditatis integræ, in qua manebunt hæredes defraudati. Si autem cum his omnibus damnis vellèt hæredes sibi satisfieri, contra ordinem charitatis hoc velle viderentur, qui exigunt, vt temporalia pro vita spirituali proximi & corporali amittantur seu postponantur: Et ita in tali euentu non est hæres rationabiliter inuitus, si illo modo ipsi non satisfiat.

TERTIO citant ad hoc, qui prædictam sententiam defendunt, cap. duo mala, & cap. Neri testiculorum. d. 13. vbi in sententia dicitur, quod de duobus malis, quorum alterum necesse est eligere, quod minus est esse eligendum: Modo minus malum est hæredem re temporali defraudari, quàm mulierem famam & vitam pritari: ergo mulier in casu non peccat tacendo. Et dicunt quod non valet solutio Adriani, dicentis, textum procedere in casu quo necesse sit alterum ex duobus malis facere: cum in præsentis casu alterum sit malum facere, quod sit non restituendo: alterum vero sit, malum aliorum permittere: Nō valet inquam, quia sicut tacendo permittit hæredes defraudari, ita loquendo seu prodendo permittit mala grauiora à marito euenire, etiam si ipsa ea non faciat. Et sicut tacendo efficit vt illi defraudentur, ita reuelando rem efficit vt maritus indignetur, & indignatus maiora inferat mala: adde quod peius est malum positue causare, quàm malum permittere. In casu autem, factum reuelando positue causat malum infamæ & mortis inde sequentis: tacendo autem, solum permittit hæredum defraudationem.

QUARTO pro vitanda proximi morte, aut etiam propria, siue sit mors famis, siue gladij, licitum est panem alienum, aut arma aliena, aut rem aliam quamcunq; alienam qua in casu opus est, arripere, quando alia via tali necessitati succurrendi non apparet. Similiter res taliter captas licitum est retinere quamdiu durat præfata necessitas extrema, qua durante obligatio rem illam restituendi cessat: Igitur eodem modo mulier in casu est à restitutione deobligata, quando ex restitutione mors illi sequeretur, qualiter sequeretur in casu proposito: nam tacendo perinde est, ac si ablata retineat ad propriam infamiam & mortem euadendum. Hæc sunt argumenta Metinensis ad confirmandam suam sententiam. Alia est opinio Adriani in .4. in propria quæstione

de restitutione famæ: Et in quolibet q.ii. difficultate. 5. vbi dicit in vniuersum quod quilibet tenetur detegere crimen suum vel alterius quando aliter præcepto restitutionis satisfacere non potest: & idem dicit Maior in. 4. d. 15. q. 17. vbi dicit exprælle de prædicta muliere, quod si ei creditur tenetur referare crimen suum, si non sequatur mors vel aliud inconueniens vel scandalum, nisi quod ipsa mulier infamabitur: Idem dicit Panormi. ex Innocen. super prædictum cap. officij. Et probatur, quia quicumq; falso accusauit proximum alicuius criminis vnde proximus infamatur, tenetur reuocare dictum, etiam cum sua infamia simili ad illam quam intulit: ergo etiam præfata mulier esto diffametur tenetur crimen suum referare, si eo modo sine alio detrimento, bona illa ad legitimos hæres deuenire poterunt, quia iniustum est quod feruet suam famam cum aliorum iniuria & tanto detrimento: Hæc Adria. & illi qui cum eo tenent. Ego autem dico quod quælibet harum opinionum est probabilis: quia quælibet habet pro se graues authores & rationes. Secundo dico quod ad dissoluendum prædictum dubium est considerandum, vt superius diximus, quod fama est quoddam bonum temporale, præstantius de se quam sint bona fortunæ: Et fama est compensabilis alijs bonis temporalibus, & remitti & relaxari potest, vt supra deduximus ex principijs S. Th. & simpliciter probauimus.

TERTIO est considerandum quod magna bona fortunæ & maxime cõmunia præferuntur famæ vnius priuatæ personæ: & tanta poterunt esse illa bona fortunæ quod præferantur famæ etiam regis & cuiuscunq; alterius: probatur hoc, quia rex potest compellere ciues vt exponant non solum famam, verum etiam vitam pro bonis communibus: ergo tanta & talia possunt esse bona fortunæ quod sunt præferenda famæ. Vndè sicut genere suo præstantius est aurum quam argentum, tamen excellentius est habere mille libras argenti quam vnam solam auri: Ita dicendum est de fama in ordine ad bona fortunæ. Nempe quod licet genere suo fama sit præstantius bonum bonis fortunæ, tanta tamen poterit esse pecunia quod excedat famam: Vndè pensanda sunt ista ad arbitrium boni viri, quia non omnis fama est æqualis, nec omnia bona fortunæ sunt æqualia.

HIS notatis respondebo aliquibus propositionibus, quarum prior est. Si vt diximus statim, ad arbitrium boni viri bona sunt maiora quam fama, tenetur præfata mulier referare crimen suum, vt legitimi hæres sua suscipiant bona, si inde nihil mali sequatur nisi infamia mulieris: vt si sit magna primogenitura, & fama mulieris parua aut mediocris.

Serentia
authoris.

Prima
cõclusio.
authoris.

HÆC conclusio probatur, quia maius noeu mentum intulit illa & infert, cum sit causa quod legitimus hæres priuetur suis bonis, quam ipsa patiat in fama sua, factum suum detegendo, quia illa bona fortunæ sunt longe maiora quam fama sua.

SECUNDA conclusio est. Si bona fortunæ sunt parua vel mediocria, & secundum iudicium prudentis viri, fama est magna, quia mulier est prædita magna nobilitate & sanctitate iam tunc quando agitur de restitutione faciendâ, & si antea errauerit, non tenetur tunc cum sua infamia referare crimen suum: Hæc probatur, quia non tenetur quis pati; notabiliter maius detrimentum quam intulit, vt restituat quod alteri debet: ergo nec illa mulier tenebitur pati tantam iacturam in fama sua pro illis paruis bonis fortunæ.

TERTIA conclusio quando bona temporalia fortunæ sunt multa & magna, esto quod fama talis mulieris esset maior aliquantulum, teneretur adhuc detegere crimen suum cum infamia sua, si nec mors nec aliud graue malum inde sequatur nisi infamia mulieris: Hæc conclusio probatur, prius, omnis qui cum iniuria notabili alterius, retinet famam, tenetur etiam cum iactura famæ propriæ satisfacere illi iniuriæ: sed prædicta mulier cum iniuria hæredum illorum bonorum, conseruat famam suam: ergo tenetur restituere etiam se infamando. Secundo testes qui in iudicio ferunt falsum testimonium, propter quod accusatus manet infamatus, aut perdidit magna & multa bona temporalia, tenentur etiam cum infamia sua reuocare testimonia sua: ergo etiam prædicta mulier. Antecedens probatur, quia oppositum videtur error intolerabilis, cum sit contra totam rectam rationem quod tu conserues famam tuam cum iactura meâ. Tertio si tabellio scripsit falsum instrumentum quo verus dominus priuatur bonis suis magnis & notabilibus, tenetur etiam cum sua infamia reuocare talem scripturam, ergo etiam præfata adultera, cum par omnino sit ratio. Quarto si Petrus non est filius Pauli, & sunt testes. 10. qui testantur esse filium Pauli, & propterea succedit in hæreditatem Pauli, tenentur reuocare sua testimonia etiam cum infamia sua: ergo etiam tenetur referare suum crimen prædicta adultera: & illa quæ falso supposuit sibi alterius partem, cum pœnitus eadem sit ratio, quia etiam illa adultera dicit illum esse filium viri & mentitur. Quinto creditor vel legitimi illi hæreses læsi, possunt bona sua in iudicio petere, non obstante quod ex huiusmodi repetitione sit infamia vel mors delinquentibus sequutura: ergo illa adultera tenetur suum crimen prodere, vt satisfaciat læsis, non

Secunda
cõclusio.

Tertia
cõclusio.

non obstante infamæ periculo. Et per ista quæ statim notabimus & per nostras conclusiones, facile est respondere ad argumenta facta pro opinione Caiet. & prius ad cap. officij, dico quod intelligitur de pœnitentia. i. de absolutione sacramentali, sed tunc hæc pœnitentia non est ei deneganda quando vel sua fama est maior quam illa bona fortunæ notabiliter, vel quando non potest referare crimine suum quin sequatur mors vel aliud scandalum vel detrimentum graue, & non solum infamia sua: deneganda tamen est quando ex hoc quod restituat solum sequitur sua infamia, & bona illa fortunæ sunt longe præstantiora & maiora quam sua fama.

AD secundum nego itidem antecedens, nempe quod hæreses defraudati consentiant quod adultera non referet crimen suum etiam æc actu debito, si illa cum sola sua infamia possit restituere maiora illa bona quam fama sua sit: & oppositum nunquam probabitur.

AD tertium nego quod semper sit minus malum quod defraudati potius maneat priuati suis bonis quam adultera diffametur: sed sæpe vt diximus minus malum est quod adultera infametur quam quod legitimi hæreses amittant tanta bona fortunæ, quando sunt maiora quam fama adulteræ, vt diximus. Quartum argumentum non est contra nos, quia loquitur quando sequitur mors vel aliud scandalum ex illa manifestatione criminis: nos autem loquimur quando solum sequitur infamia prædictæ adulteræ, & bona sunt maiora quam sua fama, aut fama excedit parum illa bona fortunæ, vt iam latè etiam ex principijs S. Tho. probauimus.

SEPTIMUM dubium non vulgare est, an infamatus publice in vno loco, possit etiam in quocunq; alio infamari: ita quod infamans in alio loco nec mortifere peccet, nec ad restitutionem teneatur? vt si quis sit Conimbricæ infamatus propter factum infame quod publice commisit: vel quia damnatus fuit in iudicio, & publice flagellatus ibidem, an poterit quicumq; alius eum Vlyssippone vel Rome, & in India, & vbiq; terrarum diffamare & referre factum infame illius? Ad quod respondet Adria. in. 4. in propria questione de restitutione famæ, & dicit quod qui diffamat in vno loco diffamatum in alio, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem: & probat prius. Quia nõ est dada afflictio afflictio.

SECUNDO quia præceptum charitatis semper obligat tempore quo proximus est in necessitate: At ille diffamatus in vno loco tantum, adhuc est proximus, & est in necessitate suæ famæ, quia indiget illa in alio loco vbi non est infamatus: ergo ex charitate tenetur alius subuenire potius, & non diffamare: hæc Adrianus.

Septimum
Dubium

Adria-
nus.

ALIA est opinio quod ille diffamatus publice in vno loco, licite potest diffamari in quolibet alio, ita quod ille infamans nec peccat mortaliter nec ad restitutionem tenetur. Hæc est opinio Caiet. in opusculo. 17. responsionum, responsione. 9. & probat, quia iam ille non habet ius ad propriam famam etiam in alijs locis vbi non est diffamatus: ergo potest alius ibidem dicere crimen vel factum infame illius diffamati in aliquo loco, sine iniuria illius: & huius sententiæ est Gerson. in hac materia de restitutione famæ. Secundo probatur, quia si adessent omnes quotquot sunt in orbe in illo loco vbi iudex publice cõdemnavit illum diffamatum in vno loco, nihilominus coram omnibus illis iudex infamaret illum iuste: ergo iam nullo modo ille infamatus in aliquo loco ius ad illam famam etiam in aliquo alio loco vbi non est diffamatus, habet. Et propter has rationes dico quod est probabilis opinio Caiet. Et confirmatur tertio: I quod est publicum coram. 20. hominibus potest vnus illorum facere magis publicum accusando illum qui fecit illud factum publicum, apud iudicem & alios qui non scribant illud factum: & si ille reus fugeret ad aliam ciuitatem, posset pars læsa ire & accusare illum apud illos: ergo etiam potest qui voluerit, narrare in vno loco factum infame alterius qui diffamatus fuit in alio loco. Et ad argumentum Adria. dico quod adhuc manet proximus & nullus potest nocere ei in his in quibus habet ius, sed in illa fama iam non habet ius, ideo non facit illi iniuriam qui eum diffamat in alio loco.

HIS non obstantibus dico quod opinio Caiet. & Gersonis non videtur satis tuta, ideo ego distinguo ad respondendum ad propositum dubium: Quia vel ille qui est diffamatus in vno loco, ita est publice diffamatus quod ex natura rei non potest cæleri, ad minus in proximis alijs locis: vt si fiat infamis in curia regis facile deriuatur ad alia loca regni, & qui illum sic diffamatum in tali loco denunciat in alio, non peccat mortaliter, nec ad restitutionem tenetur, quia non nocet illi: quia quamuis ipse non dicat, facile dicent alij qui ex toto regno assiduè reperuntur in curia regis.

SECUNDO dico quod quando factum non est ita publicum, aut non in tali loco quod facile deriuatur ad alium: ita quod licet sit ille diffamatus in hoc loco, non est apparentia quod alius diffamet eum alibi vbi nunc iam est, vel propter distantiam locorum vel propter aliquam aliam causam, tunc dico cum Adria. quod est peccatum mortale illum diffamare in alio loco, vbi non est diffamatus, & ad restitutionem tenetur. Et hanc conclusionem probauerunt rationes Adria.

Caietanus

Gerson.

Serentia
authoris.

TERTIO dico quòd infamare aliquem solum apud aliquem priuatum & infimum hominem non videtur peccatum mortale, cum parum noceat illi diffamato apud solum illum hominem illius conditionis.

S V B D V B I T A B I S tamen an liceat detrahere mortuis & videtur quòd non, quia est nocere eis. Sed in oppositum est, quia historici scribunt omnia facta hominum bona & mala, vnde sequitur infamia defunctorum, & in hoc non reprehenduntur: ergo licet detrahere mortuis. Secundo detrahens mortuis non nocet illis, quia vel sunt in paradiso, vel in inferno, vel in purgatorio: At in nullo illorum locorum infertur illis nocumentum aliquod ratione infamiae: ergo licitum est detrahere mortuis.

Prima conclusio.

DICENDVM nihilominus ad dubium duabus propositionibus, prior est. Si fama defuncti sit coniuncta cum fama aliquorum viuorum, nempe quia infamando defunctum simul infamantur aliqui viui, puta filij aut alij cognati, tunc infamans defunctum peccat mortaliter & tenetur ad restitutionem. Hæc est nota quia ille detrahens defuncto infert simul notabile nocumentum viuus, ergo &c.

Secunda conclusio.

S E C V N D A conclusio est, esto illa infamia defuncti non redundet ad alios viuos, est peccatum diffamare mortuos: ratio est, quia adhuc ille detrahens nocet defunctis quia si defuncti sunt in gloria, est ei gloria accidentalis quòd honorentur in hac vita: & licet beati non tristentur, tamen diffamans tollit eis illud gaudium accidentale, quod non potest licite fieri, ergo &c. qui autem est in inferno tristatur cum illa infamia huius vitæ. Et hæc dicit Maior in 4. d. 15. q. 17. verum est quòd detrahens defuncto non tantum nocet ac si diffamasset viuum: idè detrahens defunctis nõ semper peccat mortaliter, aut nunquam si bonum intendat finem. Et ad illud argumentum de historicis dico quòd illi non narrant nisi facta publica, quæ defuncti publice fecerunt: idè licet quia defuncti ipsi se diffamauerunt. Secundo dico quòd illud licet propter bonum publicum, quia sunt exempla, vt caueant homines à periculis.

E S T vltimo notandum in hac materia de restitutione famæ quòd qui imposuit falsum crimen alicui non satisfacit reuocans dictum suum. Quia forte auditores crediderunt falsum dicenti, & non credent postea illud reuocanti: idè ille diffamans tenetur pluries reuocare dictum & alia remedia adhibere quousque satisfaciatur. i. quousque auditor es redeant ad bonam illam opinionem illius diffamati, quam ante infamiam de eo habebant.

Octauum Dubium

D V B I V M est octauum, de restitutione honoris, quomodo. i. refarcienda est læsio quæ

fit in honore: quam materiam sub paucis tetigit S. Tho. 22. q. 62. ar. 2. ad 3. pro huius dubij dissolutione est consideranda differentia inter famam & honorem: Quia bona fama est bona opinio habita de aliquo utilis illi ad aliquid. Honor autem est exhibitio reuerentiæ, vel ipsa reuerentia quæ alteri exhibetur propter aliquam excellentiam generis aut virtutis, magistratus vel doctrinæ: qui quidè honor denigratur vel aufertur per conuitia vel contumeliam. ob idq. facilius restitui potest quam fama, nempe per contrariam reuerentiam. Et hæc duo, nempe fama & honor conueniunt in hoc quòd non sunt in honorato nec in eo cuius est fama, sed in honorante & in alijs habentibus bonam opinionem alteris. His notatis arguit S. Tho. vbi supra, argumento. 3. Nõ potest fieri postquam quis fuit inhonoratus quòd non fuerit passus illam iniuriam, ergo ille qui fecit iniuriam, conuictum, vel contumeliam dicendo, non potest illam recompensare: Ad quod respondet S. Tho. verum esse, non posse esse quin iniuria præterita fuerit facta, sed potest eius effectus recuperari, nempe diminutio vel sublatio honoris alterius, per hoc quòd rursus exhibeas reuerentiam illi cui intulisti contumeliam. Sed quæ est ista exhibitio reuerentiæ quæ requiritur ad refarciendam læsionem illatam in honore? Ad quod communiter solent respondere Theologi quòd qui læsit in honore tenetur petere veniam ab inhonorato: Et hoc videtur dicere Augustinus in regula sua, vbi inquit. Quicumq. maledicto vel conuictio aliquem læserit, meminerit satisfactione quam citius curare quod fecit: Et sequitur, Qui autem non vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio etiam si inde non proyiciatur: ac si dicat, est in malo statu ergo qui fecit contumeliam alicui tenetur ab eodem petere veniam. Et confirmatur ex illo Mat. 5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius & reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum: ergo qui alteri fecit contumeliam tenetur petere veniam.

A D hoc his non obstantibus respondet Caiet. 22. q. 72. ar. 3. & dicit quòd contumeliosus. i. ille qui fecit contumeliam non tenetur petere veniam ab inhonorato, sed tenetur satisfacere quomodocunque potuerit, & satis est satisfacere quocunque modo potuerit, & læsus non potest aliud exigere nisi integræ restitutionem: Vnde colligitur quòd quicumque nocuit alicui in honore, ex præcepto tenetur illi satisfacere, sed modus non est in præcepto, ergo inhonorans non tenetur petere veniam sed potest alia via satisfacere: Hæc Caiet.

Caiet. Sed postea magister Conradus Coloniensis instet apud Caiet. dicens, quòd non sufficit quomodocunq. restituere, vt dicit Caiet. Quia in nocumentis inuoluntarijs non sufficit reddere æquale, quia si quis accipit pecuniam alterius vi, non sufficit reddere pecuniam, sed vltra aliquid aliud pro iniuria: vt si quis combustrit domum Petri, non satisfacit dando valorem domus, sed aliquid aliud pro iniuria: ergo cum illa contumelia vel in honoratio sit inuoluntaria non sufficit restituere honorem integrum sed oportet quòd aliud faciat, nempe petere veniam, vel aliquid aliud. Ad quod respondet Caiet. in opusculo. 17. responsionum, responsione. 13. dubio. 5. & dicit quòd petitio veniæ dupliciter potest intelligi, vno modo quòd exigatur tanquam pars restitutionis, & tunc si petitio veniæ est necessaria ad restitutionem honoris, tenetur ille qui fecit contumeliam petere veniam ab inhonorato. Secundo modo petitio veniæ potest vsu euenire quòd non est necessaria ad restitutionem, quia potest ille honor restitui inhonorato, esto non petatur venia, & tunc petere veniam erit quidem conueniens sed non est necessarium.

Sententia authoris.

Prima conclusio.

H I S non obstantibus ego respondebo aliquibus propositionibus, quarum prior est. Sicut remissio cadit in fama vt supra diximus, ita in honore: vnde inhonoratus si voluerit poterit remittere læsionem in honore, ita quòd lædens non teneatur ad aliquam restitutionem, sed tutus maneat in conscientia: Vnde colligitur quòd si læsus remittit sine petitione veniæ, lædens non tenebitur petere veniam. Et probatur, quia si esset ille læsus in pecunia, & condonaret pecuniam illam, alius lædens esset tutus: ergo etiam in honore, cum vtrumq. sit bonum temporale.

Secunda conclusio.

S E C V N D A conclusio si læsus in honore non vult remittere nisi lædens petat veniam, & non potest alio modo restitui ille honor, tunc qui fecit contumeliam tenetur petere veniam plurimum: probatur, quia lædens tenetur satisfacere, & non est aliud medium ad satisfaciendum nisi petere veniam, & maxime illi qui non habent vnde restituant, sicut monachi & pauperes homines inferioris gradus, & priuati: dixi plurimum, quia saepe lædens non tenetur petere veniam, vt cum alia via potest restituere honorem læsum & iniuriam: vt si Episcopus inhonorauit clericum, non est necessarium quòd petat veniam ad restituendum: & ita dicit August in regula quam supra citauimus, potest enim honorare eum in multis alijs, nempe inuitando eum ad prandium, & faciendo illum federe apud Episcopum, & laudando eum, & multis alijs modis.

T E R T I A conclusio est, petere veniam in hominibus communiter, decentissimus est modus, & rei accommodatissimus honoris restituendi: cum restitutio debeat fieri per contrarium: vnde cum contumelia sit signum contemptus, quia contumeliosior gerit se vt superiorem alterum subigens: proprium antidotum est contraria humiliatio: etiam corporis inflexio.

Tertia conclusio.

Q U A R T A conclusio est. Petitio veniæ nõ semper sufficit ad restituendum honorem læsum, quia saepe contumelia est tanta quòd ad restituendum vltra petitionem veniæ requiritur aliqua alia compensatio ad arbitrium prudentis viri: vt si percussisti alium alapa &c.

Quarta conclusio.

Q U I N T A conclusio est, dixi in tertia conclusione (in hominibus communiter) quia esto non posset aliquis lædens honorem alterius restituere exacte nisi petat veniam, si est prælatus non tenetur petere veniam: Hæc probatur ex duo August. in regula, vbi de prælatis sic ait. Quando autem necessitas disciplinæ in moribus coercendis dicere vos dura verba compellit, fietiam ipsi vos modum excessisse sentitis: non à vobis exigitur vt à vobis subditis veniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subiectos dum nimium seruetur humilitas, regendi frangatur auctoritas: & quia (vt diximus) semper maiores habent alios modos honorandi, & idè propter rationem diu August. & propter hoc quòd habent alios modos honorandi, non oportet quòd maiores petant veniam à suis subditis, maxime quando ex hoc sequeretur notabile detrimentum in gubernatione: Sed

Quinta conclusio.

Dubitatio.

dubitabis, si lædens non vult petere veniam, sed vult restituere alio modo nempe pecunia quantum læsus voluerit, læsus tamen exigit à lædente quòd petat veniam, & non vult recipere aliam satisfactionem, an talis lædens sit absoluendus, vel an teneatur nihilominus petere veniam: Et videtur quòd nõ tenetur petere veniam, quia restituit plus quàm debet, quia dat centum aureos pro honore qui non valebat octoginta: ergo non tenetur ad petendam veniam. Ad hoc dicam duabus propositionibus quarum prior est: quando ille qui alteri dixit conuictum vel contumeliam, non potest restituere illum honorem læsum, esto det maiorem pecuniam quàm honor valebat, nisi petat veniam, tenetur petere veniam. Hæc est manifesta, quia adhuc retinet honorem alterius: ergo non sufficit tunc dare aliam rem. Secundo qui habet equum vel fialam argenteam alterius, non satisfacit dando pecuniam æquiualem, & etiam maiorem, nisi det rem propriam vero domino: ergo qui retinet honorem alterius non satisfacit dans maiorem pecuniam, sed tenetur

Prima conclusio.

tur reddere illum honorem si potest, & alias est in malo statu & non potest absolui: & pecunia aut alia res æquiualens tunc datur pro fama vel honore, quando in propria specie reddi non possunt alia via.

Secunda conclusio.

SECVNDA conclusio est, si lædens alteri us honorem potest illum restituere alia via non petendo veniam, & læsus non vult nisi quod petat veniam, tunc bene dicebat Caiet. quod non tenetur petere veniam: probatur quia nullus obligatur admodum satisfaciendi sed tantum ad satisfaciendum in integrum, & ille iam satisfecit aut satisfacit, ergo non tenetur ad aliud: vt si lædens in honore est nobilis & læsus est agricola, non tenetur nobilis petere veniam, quia multis alijs modis satisfacere potest agricolæ: & plebeus homo, iusta ratione, non petit à viro illustri tantam humiliationem, immò cum non sit mos inter nobiles & illustres huiusmodi venias petere, non sunt à confessorijs ad illas cogendi, sed suis modis alijs euangelio conformibus prædictas restitutiones facere tenentur. Est tamen in hac materia notandum, quod non est idem quod læsus reconcilietur lædenti, & quod remittat illi iniuriam, sed discrimen est quia aliquando læsus sit amicus lædenti quia vult esse in pace cum lædente: vnde non sequitur quod lædens satisfecit iniuriam sed adhuc tenetur, nisi constet quod læsus remisit iniuriam: vt si ille quem Petrus inhonorauit, vult manere in charitate & esse Christianus, & non vult petere aliquid à Petro lædenti, sed nec remittit iniuriam sed solum vindictam (vt quilibet læsus facere tenetur, nempe non appetere vindictam) & non habet odio lædentem, tenetur adhuc lædens restituere: nisi læsus libere, gratis, & non coactus remittat illam iniuriam &c. Aduertant tamen illi qui sunt contumelias passi, quod tenentur non habere animum vindicandi se priuata autoritate: nam vt habetur, Deute. 32. & ad Roma. 12. mihi vindictam & ego retribuam. Non tenentur tamen aut damnum acceptum aut iniuriam remittere, dum tamen neminem odio habeant, & more & ordine per publicam potestatem eam exequantur. Hæc de restitutione iniuriæ factæ in honore.

Nonum dubium.

RESTAT vt agamus de restitutione eorum quæ spectant ad iustitiam distributiuam, erit igitur nonum dubium: An ille qui est obitaculum alteri, ne beneficium adipiscatur tenetur ad restitutionem?

primum dictum.

AD quod respondet sanctus Thomas. 2.2. q. 62. articulo 2. ad 4. tribus dictis, quorum prius est. Qui iuste impedit alium à consecutione alicuius magistratus, Episcopatus, beneficij, aut cuiuscunq; honoris, nempe intendens honorem Dei, vel commodum Eccle-

sia, vel quod illam præbendam habeat alius dignior, non tenetur ad restitutionem: & hoc confirmat alius idem sanctus Tho. 2.2. q. 63. ar. 2. Ratio est in promptu, quia ille impeditus qui volebat illam præbendam non est dignus ea, respectu alterius cui datur, vel non est dignior: ergo alius non facit illi iniuriam, impediendo, ergo non tenetur ad aliquam restitutionem.

Secundum dictum.

SECVNDVM dictum est, si quis impedit dignum mala intentione, à consecutione beneficij. s. consilio vel alia via, sed antequam prælatus aut præsentatores vel electores firmatum habeant animum ei conferendi, tenetur ei compensationem aliquam facere, per pensis conditionibus personarum, & propinquitate in qua erat ad obtinendum, secundum sapientis arbitrium: non tenetur tamen in totum, quia prouisio illa adhuc poterat multis modis impediri.

Tertium dictum.

TERTIVM dictum est, si quis impedit dignum à consecutione beneficij & erat firmatum apud Episcopum vel electores quod ille haberet, & impediens fecit mala fide, tenetur restituere totum ad æqualitatem pro possessuo. Antequam hæc examinentur quo ad impediens, explorabimus de conferente, an si non conferat digniori, aut saltem digno, ad restitutionem teneatur: & cui sit illa faciendæ. Ideò videndum est an prælatus ecclesiasticus teneatur conferre præbendam & honorem ecclesiasticum digno, vel an licite possit dare indigno? Ad quod dicendum ex consensu omnium Theologorum: Iure naturali adstringuntur prælati ad dandum beneficium digno, quod probatur. Quia iustitia distributiva adstringitur prælatus ad conferendum beneficium secundum dignitates personarum, ergo tenetur conferre digno. Secundo si prælatus potest dare indigno licite, indignus posset accipere etiam licite, ergo iam esset dignus quia non posset esse indignus, & quod liceat ei accipere: ergo de iure etiam naturali est quod sacerdotium detur digno. Vnde si præbenda detur indigno collatio non tenet, & accipiens indignus tenetur illam resignare. Sed punctum difficultatis stat in hoc an prælatus teneatur conferre sacerdotium digniori: vt si sint duo præbiteri boni quidem sed vnus illorum est doctior & prædicat bene, & alius non, an prælatus teneatur dare illi doctiori? Antequam hoc dubium dissoluamus, est considerandum quod bonus vir dicitur omnis ille de quo habetur communiter opinio quod plurimum & regulariter non est in mortali peccato.

De iure naturali.

SECVNDO est magnopere considerandum quod Thomas & alij Theologi commendare solent, quod stat bene quod vnus sit absolute melior in moribus altero: nempe quia

maiori

maiori præditus gratia & charitate, & nihilominus alter minus sanctus, sit dignior minister ad talem præbendam: Quia. s. est doctior, maioris autoritatis, vel prudentior ad finem illius sacerdotij: vel quia est diligentior alio simpliciter sanctiori, vel quia seruiuit Ecclesie plus quam ille sanctior: vnde colligitur, quod si vnus est doctior & sanctior, sed non ministrabit Ecclesie quia non residebit, & alius indoctior & minus sanctus, residebit & seruiet Ecclesie sedulo. hic indoctior est dignior minister: Immo hic est dignus minister & non alius qui absolute doctior & sanctior est, quia tunc illius doctrina & sanctitas nihil proderit huic Ecclesie postquam ille non est eam visurus. Dixerim quod in prædicto euentu ille minus doctior est dignior minister, dummodo bonus sit vir, vt exposuimus. Et si dicas, vnde cognoscuntur hæc qualitates & circumstantiæ personarum? dico quod omnia hæc æstimanda sunt arbitrio prudentis viri.

TERTIO est considerandum quod ad hæc bonitatem vel dignitatem ministri requiritur bonitas in moribus & scientia, valetudine & prudentia, ad administrandum Ecclesie sibi commissæ.

HIS notatis est vna opinio affirmatiua quæ dicit prælatos adstringi, patronos & electores, qui habent præsentationem ad sacerdotia, ad conferendum præfecturas Ecclesiasticas dignioribus, ita quod si oppositum faciant peccant. Et hæc est sententia S. Tho. 2.2. q. 63. ar. 2. ad tertium: & in quoli. 6. ar. 9. & quoli. 8. ar. 6. & semper mansit in hac sententia: Idem dicit Syluest. in summa verbo. electio. q. 16. Idem asseritur. 8. q. 1. cap. licet ergo: & 63. d. cap. Metropolitanis: Et doctores antiquiores ita dicunt. Et probatur, quia hæc sacerdotia sunt distribuenda secundum utilitatem Ecclesiarum, quia illi prouentus sicut & decimæ sunt instituti propter Ecclesias & non propter conditiones ministrorum: at minister dignior est utilior Ecclesie, ergo contra rectam rationem est illo postposito indigno eligere.

PROBATVR secundo ex illo prioris ad Thimo. 5. qui bene præsentant præbiteri duplici honore digni habeantur: sed dignior præest longe melius alio indigniori: ergo ille est eligendus indigniori prætermisso. Vnde colligitur quod Ecclesia habet maius ius ad digniorem quam ad minus dignum. Hæc tamen argumenta probant quod qui impedit aliquem digniorem à consecutione alicuius præbendæ, peccat, sed non videntur probare quod teneatur ad restitutionem: & diuus Tho. dicit quod si impedit quis alium digniorem à consecutione beneficij iuste, non tenetur ad restitutionem, si autem impedit mala inten-

tionem tenetur ad restitutionem: Hanc tamen distinctionem repræhendit Adria. in 4. in propria quæstione de distributione præbendarum, dicens eam esse nullam: probat, quia in omnibus a ijs nocumentis nihil interest quo sine inferas nocumentum: Si a. combustisti domum alterius, teneris ad restitutionem, esto feceris bono fine, nempe quia dominus illius domus erat superbus & elatus cum sua domo, qua combusta factus est humilis, quod bonus finis est: sed quia iniuste combustisti rem alterius teneris ad restitutionem. Et contra si habes ius ad inferendum illud nocumentum, esto facias malo fine nempe in odium vel in vindictam, & si pecces ratione illius mali finis non tamen teneris ad restitutionem: vt si iudex malo fine occidat homicidam, non adstringitur ad aliquam restitutionem, ergo distinctio illa diu Tho. nulla est. Hoc non obstant, dico distinctionem diu Tho. esse necessariam & ea vtuntur alij Theologi præter S. Tho. vt Scotus in 4. d. 5. q. 2. art. 2. conciu. 4. & Syluest. verbo restitutio. 3. q. 1. Ratio est, quia bona fides multum facit ad excusandum hominem à peccato & etiam à restitutione: vt qui cum inuitante comedit caponem alienum, putans bona fide quod erat inuitantis, si non sit factus ditor non tenetur ad restitutionem, esto postea sciat caponem illum fuisse alienum & non inuitantis &c. Et ad argumentum quod faciebat Adria concedo quod ille finis nihil facit: sed intentio S. Tho. & aliorum qui constituunt illam distinctionem, est quod ad restitutionem multum facit bona aut mala fides, sicut ad præscriptionem multum facit bona vel mala fides, licet nihil faciat finis: Quia cum quis non habet alienum nec ex illo factus est ditor, & ablatio fuit cum bona fide nempe cum ignorantia inuincibili, non tenetur ille ad restitutionem, esto postea sciat rem illam non fuisse suam, quando eam accepit: ita impediens Petrum digniorem putans bona fide inuincibiliter quod Paulus est dignior non adstringitur ad aliquam restitutionem, quamuis notitia: Secus autem si mala fide fecisset: Ratio est, quia tunc actio est iniuriosa, & scit quod facit iniuriam, ideò restitutioni obligatur. Et hoc volebat S. Tho. in illa distinctione, nempe si impediens bono fine vel bona intentione. i. bona fide putans inuincibiliter bene agere, non teneris ad restitutionem, si autem mala fide facias teneris: Et hac distinctione sic intellecta etiam ipse Adrianus vtitur in prædicta quæstione dicens, quod si quis reuocauit aliquem à religione bono animo, non adstringitur ad restitutionem: Si autem reuocauit malo animo tenetur restituere.

HIS notatis, antequam descendamus ad ea quæ spectant ad restitutionem in particulari, indigemus examinare, an decimæ & alij, pro uentus Ecclesiasticum sint bona instituta in utilitatem ipsarum Ecclesiarum, vel in utilitatem administratorum, secundum eorum bonitatem, merita, & dignitates: Ad quod dico quod pro uentus Ecclesiasticus non sunt instituti pro ministris secundum sua merita sed in utilitatem Ecclesiarum, & ut Ecclesiæ habeant quæ det illis ministris pro suo ministerio, nempe quia prædicant & dispensant sacramenta. Unde colligitur quod de Ecclesiasticis beneficiis ac dignitatibus, quæ ad Ecclesiarum obsequia pertinent, per regulas iustitiæ commutatiue iudicandum est. Hæc probatur, prius quia decimæ quas populus Christianus persoluit, non persoluit ut sint præmia meritorum personarum, sed ad hoc maxime ut sint stipendia ministrorum Ecclesiæ, nam christiana religio nisi Ecclesias haberet necessarias nunquam fideles cogere decimas præstare: Nam ideo electores tenentur secundum merita personarum sacerdotia distribuere, non quia præmia sunt meritorum ipsorum, sed quia & electores tales ministros debent Ecclesiis, & ministri talia eisdem obsequia, pro stipendio sibi repenso. Secundo in lege. v. leuitis simili ratione conferebantur decimæ, ut habetur nume. 18. filijs leui dedi omnes decimas in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Et sic paulo inferius subditur, quia præcium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij. Et Lucæ. 10. cum CHRISTVS dimississet in orbem Apostolos tanquam operarios & meliores, dixit illis, in eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua: at merces per iustitiam commutatiuam redditur, ergo munera Ecclesiastica sic sunt per commutatiuam iustitiam censenda. Et pro nobis est Aposto. 1. ad Cor. cap. 9. dicens, neminem suis stipendijs militasse unquam: citans illud Deut. 25. non alligabis os boui trituranti: Et dicit quod propter nos illud fuit scriptum: & subdit, si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si carnalia vestra metamus: Et. 1. ad Tim. 5. ait Apostolus, qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt: Non enim dicit qui boni sunt, ne quis fallatur quod personis ipsis ob sua merita per iustitiam solum distributiua debeantur honores ac præbendæ, sed qui bene præsunt, ut scias beneficium dari propter officium ad regulas commutatiuæ iustitiæ. Tertio accedit ad hoc quod ius canonicum semper idem in hoc significat quod & sacra scriptura, ut cap. secundum Apostolum, extra de præbendis: & in eodem iure in multis locis dicitur quod propter officium

Prima conclusio.

datur beneficium, ut in concilio Lateranensi sub Leone decimo sessione. 9. cap. de reformationibus curiæ: & extra de rescrip. cap. final: ergo bona Ecclesiæ non intuitu personarum, ut ipsis tanquam præmia suarum virtutum ac literarum sint instituta, tanquam per solas regulas iustitiæ distributiua illis deputanda, sed tanquam ministrorum merces, pro obsequio Ecclesiis impenso. His notatis, hæsitabis an Episcopus aut prouisor qui confert præfecturam Ecclesiasticam, vel ad eam præsentat indignum postposito digno, teneatur digno illi ad restitutionem: & eadem est difficultas de impediendo, an qui impedit dignum propter indignum teneatur restituere digno: Ad quod respondetur duabus conclusionibus, prior est. Episcopus vel quicumque, habet curam præficiendi Ecclesiæ ministrum, tenetur (per iustitiam commutatiuam) de ministro digno Ecclesiæ providere: ita quod si non fecerit sed digno repulso præferat indignum, tenetur restituere, non illi indigno quæ prætermisit sed Ecclesiæ. Hæc conclusio est Adria. vbi supra, quoad omnes suas partes itaque, si prouisor præficiat Ecclesiæ ministrum idiotam & nescientem cantare, tenetur suis expensis providere de alio docto qui sciat canere: probatur, prius, quia præfatus prouisor non peccat contra iustitiam commutatiuam nisi in Ecclesiam quæ stipendium soluit, ut supra diximus. Quia dignus non habet ius adquisitum, nec ut diximus præcipue eius causa Ecclesiastici prouentus fuerunt instituti, ergo illi non est restituendum. Secundo diuus Hiero. super Micheam, & habet. 1. q. 1. cap. hi quoscunq; sic ait: hi quoscunq; de affectis suis ordinantes, & vitam eorum in scandalum populi exponentes, rei sunt infidelitatis eorum qui scandalizantur: & non dixit rei sunt infidelitatis illius digni prætermissi, ergo. Tertio Theologi communiter dicunt quod si prætor qui tenetur seruare ciuitatem, sciens & potens defendere, res alicuius cuius non defendit, tenetur ad restitutionem, eo quod ex officio tenebatur custodire res ciuium: At ita tenetur prouisor ex officio seruare Ecclesiam indemnem, ergo cum nocuit præficiendo indignum ministrum digno omisso, tenetur restituere totum danum Ecclesiæ. Quarto qui ex ordinatione principis tenetur conducere peritum & sufficientem latinum ad docendum eius filium, & prætermisso sufficienti conducit idiotam, non tenetur restituere sufficienti & perito, sed principi vel eius filio qui erat docendus quia his fecit iniuriam & intulit nocumentum, & non perito latino, qui non habebat ius ad illud stipendium: ergo sic dicendum est de prouisore respectu Ecclesiæ cui nocet præficiendo indignum.

SECUNDA conclusio est, prouisor confert

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

rens sacerdotium digno, prætermisso digniore, & si grauiter peccet non tenetur ad aliquam restitutionem nec Ecclesiæ nec digniori omisso. Hæc etiam est Adria. vbi supra, & probatur prior pars conclusionis, prius, quia quicumque infideliter tractat res quas ex officio tenetur administrare, peccat: sed ille prouisor qui præficiat Ecclesiæ dignum omisso digniore, infideliter tractat res Ecclesiæ, ergo peccat. Secundo prælati tenentur gratis conferre Ecclesiastica sacerdotia, at ille qui prætermittit digniorem propter dignum, iam aliquam habet causam humanam propter quam illud facit, ergo ibi interuenit acceptio personarum, ergo peccat, & ex suo genere peccatum est mortiferum. Tertio probatur, ex cap. licet ergo. 8. q. 1. & 63. d. cap. Metropolitano: & sententiam hanc habet glosa. 8. q. 1. cap. licet & 16. q. vltima cap. monasteria. Secunda pars ex eo constat quod tunc non peccat contra iustitiam commutatiuam. Quia si Ecclesiæ aliquis minister applicatur dignus pro quantitate sui stipendij non fit ei iniuria contra iustitiam commutatiuam, ut debeatur ei restitutio: dixi contra iustitiam commutatiuam, quia semper quod dignior prætermittitur fit Ecclesiæ aliqua iniuria contra fidelitatem, cum alius dignior poterat ei præfici. Secundo qui præficiatur alicui rei, non tenetur adhibere summam diligentiam ut bene habeat illa res: ut Iconomus alicuius domini non tenetur adhibere summam diligentiam ad custodiendum res domini, sed est quod diligenter custodiat: sed prouisor conferens beneficium idoneo, prætermisso digniori, diligenter & utiliter tractat rem Ecclesiæ, & bene ei prouidit: ergo non fecit ei proprie iniuriam, ergo non tenetur ad restitutionem. SED contra præfatus prouisor conferendo præfecturam digno relicto digniore, peccat contra iustitiam distributiua, ergo tenetur restituere: Ad hoc nego antecedens proprie capiendo iustitiam distributiua, & concedo quod qui peccat proprie contra iustitiam distributiua tenetur ad restitutionem, illis tamen solis faciendam quibus male distribuitur: dixi proprie, quia tunc proprie quis agit contra iustitiam distributiua quando male distribuit bona quæ instituta sunt illis quibus distribuuntur, ob suam ipsorum causam & merita vel conditionem: at hæc iustitia non est in nostra materia, ut supra probauimus: Quia & si sacerdotia & beneficia debeantur dignis, & ditiora beneficia dignioribus: hoc tamen non est propter ipsos, sed propter Ecclesias quibus ministeria debentur: verum est tamen quod propter hoc quod ibi fuit violata aliqua ratio iustitiæ distributiue, debet prælatus in alia electione, habere aliquam accuratiorem rationem illius

dignioris prætermissi. ET idem dicendum est, de magistratibus secularibus qui deseruiunt iustitiæ administrandæ, debentur quidem dignioribus per iustitiam distributiua, sed non proprie, quia non sunt instituti propter merita ipsorum, nec in suam utilitatem, sed in bonum populi: ideo si ipsi digniores prætermittantur, restitutio non est facienda prætermisissis, sed populo qui stipendia contribuit, & iniuria afficitur, & incommodum patitur. SED contra hæc prædicta arguam in hunc modum: Si hæc vera sunt, sequeretur quod nec qui alterum a consuetudine beneficii cum iniuria impediuit, tenetur impedito aliquid restituere: cuius oppositum Theologi communiter docent, & S. Tho. in locis hic citatis, ideo ad argumentum nego consequentiam: ratio est, quia & si qui male eligit, commutatiua iustitiam aduersus Ecclesiam violat: nihilominus qui capax est sacerdotij, & ad illud idoneus, habet ius peculiare petendi & procurandi, & si ei conferatur possidendi: ob idque, qui contra hoc ius illum obtinere conante impedit, iniustitiam ei facit, propter quod restituere debet. VNDE fallæ est illa regula Geraldii Oldonis quem recitat Adria. vbi supra, quæ sic habet, Impediens aliquem ab eo quod nondum erat sui iuris, sed dependebat ab alterius mera voluntate, non adstringitur ad aliquam restitutionem illi impedito: dico regulam hanc esse fallam, quia & si in arbitrio prouisoris sit dare huic vel alteri, nihilominus alter dignus qui volebat petere spoliatur iure particulari, quod habebat petendi: veluti qui pauperem per vim aut fraudem impederet elemosynam petere, tenetur illi ad restitutionem, quia licet alij gratis conferant, pauper tamen ius habet petendi, cui iniuria fit si illo suo spoliatur iure. Hanc sententiam Adriani quæ prædictis duabus conclusionibus continetur, credo esse veram, & illi consentio propter probationes quas fecimus. Nihilominus alia est opinio affirmatiua, nempe quod prælatus qui prætermisso digniori confert beneficium indigno vel minus digno, tenetur restituere: æquiualens digniori prætermisso. Hæc est sententia Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad. 4. Pauladani in. 4. d. 15. q. 2. ar. 2. conclu. 4. Syluestri verbo restitutio. 3. q. vltima: unde secundum istos, si Episcopus præbet beneficium indigno prætermisso digno, tenetur restituere illi digno: & si confert digno repulso digniori, tenetur restituere illi digniori: probat Caiet. prius, quia hæc bona Ecclesiastica non sunt bona Episcopi, sed sunt bona communia. id est digniorum ministrorum, quibus debentur: itaque beneficium quod vacat debetur digniori. Et si dicas, si hæc bona Ecclesiastica sunt digniorum

Opinio Caiet.

Secunda.4.quesit.18.art.2.

digniorum ministrorum, ergo postea quando per Episcopum eis applicatur non fiunt sua, quia per te iam erant sua. Respondet Caiet. quod alio modo beneficium est dignioris antequam applicetur, & alio modo postquam applicatur. Nam ante applicationem est dignioris ut commune, sed postquam est collatum est iam factum proprium: sed quia ante applicationem debebatur digniori, tenetur Episcopus qui dat minus digno restituere totum digniori. Et si arguas quod ad minus non tenetur ad totum, quia maioris valoris est bonum postquam applicatur alicui quam quando est commune, ergo Episcopus qui non applicauit illud beneficium digniori non tenetur ad totum. Respondet Caiet. quod Episcopus non tenetur restituere digniori, eo quod acceperit aliquid eius, sed quia tenebatur facere eius, quia tenebatur dare digniori: & ideo tantum nocet digniori ac si auferret ab eo quod suum proprium erat: Hoc est totum fundamentum Caiet. sed est falsum, ut iam nos ostendimus, quia illi prouentus sunt Ecclesiarum & non digniorum ministrorum, ut diximus, ideo non sufficienter probatur opinio Caiet. Et quod prouentus Ecclesiastici sint ecclesiarum & non sint ministrorum digniorum, licet sint ad alium finem conducendi digniores ad ministrum, ultra hoc quod iam supra probauimus, confirmatur: quia Leonomus temporalis domini recipit eius mille aureos ad educendum ministros qui ministrant domino: Si relictis diligentibus, conducit desides ac recorderes, tenetur quidem ad restitutionem, non autem illis diligentibus sed domino: ergo ita Episcopus qui confert praeendam indigno relicto digno, non tenetur restituere digno relicto sed Ecclesiae. Secundo si publica dat regi aut duci pinguem pecuniam ut conducat milites ad bellum, & dux conduit ignauos praetermissis fortibus, clarum est regem vel ducem illum iniuriam facere, & ad restitutionem teneri, non quidem strenuis militibus praetermissis, sed reipublica: ergo ita est in re publica Ecclesiastica: Papa constituit Episcopos duces Ecclesiae, Episcopi autem eligunt ministros, si non eligunt idoneos tenentur quidem ad restitutionem, non autem strenuis militibus sed Ecclesiae: ergo praedicta bona ecclesiastica sunt bona ecclesiarum & nemini sunt debita, licet sint (ut diximus) ad illum finem conducendi ministros qui seruiant Ecclesiae. Tertio bona ecclesiastica non sunt nisi stipendium pro illis qui ei seruiunt, at hi ministri quantumcumque digni nondum administrauerunt Ecclesiae, ergo nihil illis debetur. Quarto Episcopus qui dedit indigno relicto digno, tenetur restituere Ecclesiae, ergo non tenetur digno: Antecedens est notum, quia Ecclesiae intulit nocentum: Et

Confirmatur opinio authoris.

Syluest. qui oppositam sententiam tenet, in summa, verbo acceptio personarum. q. 5. dicit quod ille Episcopus tenetur ad restitutionem Ecclesiae, ergo bona est etiam consequentia, quia non videtur rationale obligare illum ut restituat Ecclesiae & etiam digno: Ideo sententia nostra quam duabus praedictis conclusionibus astruximus, vera est.

S E D arguitur pro opinione Caiet. & aliorum, & prius. Si praeda belli quae ex pacto aliquo vel lege applicata est militibus, a duce daretur non militibus: vel si esset applicata equitibus & daretur peditibus, teneretur ille distributor ad restitutionem militibus, & equitibus, quibus praeda erat applicata. At bona Ecclesiae sunt ita applicata dignioribus ministris lege diuina, ergo prouisor qui dat minus dignis ministris tenetur restituere dignioribus. Ad hoc facile responderetur ex dictis negando maiorem, concessa maiore: quia prouentus Ecclesiastici sunt applicati ecclesijs, & non ministris ut diximus, & praeda erat applicata militibus.

S E C V N D O si quis distributor bonorum proleuchae, quae pauperibus sunt applicata, elargiretur illa non pauperibus, teneretur restituere pauperibus. Et simile est de bonis monasterij, quae sunt applicata monachis: sed ita sacerdotia sunt applicata dignioribus ministris, ergo eligens indignum vel minus dignum tenetur restituere dignioribus praetermissis. Ad hoc responde sicut ad primum concessa maiore negando maiorem, quia bona Ecclesiae non sunt applicata ministris sicut alia pauperibus vel monachis.

T E R T I O si aliqua lege humana esset definitum, quibus danda essent praebendae, prouisor qui contra legem alijs conferret, teneretur ad restituendum illis quibus secundum legem erant beneficia conferenda: at determinatum est lege diuina quod sacerdotia conferantur dignioribus, & prouisor oppositum faciens secundum omnes Theologos peccat, ergo qui eligit minus dignum tenetur restituere magis digno. Ad hoc concessa maiore nego maiorem in hoc sensu nempe quod per legem diuinam sacerdotia applicentur ministris, sed ecclesijs ut iam diximus, & qui dat praebendam minus digno praetermissis magis digno, non peccat contra iustitiam commutauam sed contra fidelitatem sui officij, ut supra ostendimus.

Q V A R T O si esset praebenda determinata pro doctoribus Theologis, prouisor qui conferret eam non doctori aut non Theologo, teneretur ad restitutionem doctori Theologo: At beneficium est determinatum pro ministris dignioribus, ergo dans minus digno tenetur restituere digniori relicto: ad hoc nego maiorem.

QVIN.

Secunda.4.quesit.18.art.2.fo.254.

Q V I N T O si quis conferat praebendam quae est determinata pro ciuibus alicuius ciuitatis, sicut sunt beneficia patrimonialia, ut in Hispania sunt Burgis, alicui non tali ciui, teneretur ad restituendum praedictis ciuibus, & vni si solum esset vnus ciuis: sed ita lege diuina est determinatum quod beneficium ecclesiasticum detur digniori: ergo qui non dat tenetur ad restitutionem illi digniori relicto: ad hoc etiam nego maiorem quia falsa est ut vidimus.

S E X T O prouisor dans beneficium minus digno facit iniuriam digniori, ergo tenetur ad restitutionem illi: consecutio bona est, & abatur antecedens, quia ille dignior habebat ius ad beneficium, ergo qui dat minus digno facit illi iniuriam: Ad hoc nego antecedens & ad probationem dico quod solum habebat ius ad petendum beneficium quo non fuit priuatus ab eo qui contulit praebendam minus digno, ideo non proprie fecit illi iniuriam, ut diximus.

S E P T I M O quicumque fraude obtineret praebendam, quae secundum aliquam legem est definita alteri, teneretur ad restitutionem illi cui praebenda erat determinata: ergo etiam prouisor qui dedit praebendam digno relicto digniori, tenetur restituere digniori: consecutio est bona, cum eadem sit ratio: antecedens probatur, quia si praebenda est secundum leges danda doctori Theologo, & qui petit praebendam dicit se doctorem Theologum cum non sit, & tali mendatio obtinet praebendam, & impedimento est alijs qui vere erant doctor Theologus, tenetur resignare & restituere illi doctori Theologo: ergo etiam Episcopus qui contulit praebendam digno relicto digniori, tenetur digniori restituere, quia praebenda erat instituta pro dignioribus. Ad hoc concessa antecedente nego consequentiam. Quia ut diximus omnia haec argumenta fundantur in falso illo fundamento, nempe, quod praebendae sunt institutae & applicatae ministris dignioribus, quae non sunt nisi Ecclesiarum, licet ad illum finem ut conducantur digniores ministri, ideo non conuincunt. Et haec de electoribus vel conferentibus praebendas Ecclesiae. Sed subdubitabis rursus de impediens alios dignos vel digniores a consecutione sacerdotiorum, an sit de eis eadem ratio quae de conferentibus: vel an teneantur restituere digno vel digniori impedito: Et videtur quod sit eadem ratio de impediens quae de conferentibus: Et ita quod impediens non teneatur ad restitutionem ipsis impeditis: probatur, quia ut diximus, beneficia ecclesiastica non sunt debita ministris, nec in suam utilitatem praecipue instituta: sed propter ecclesias: ergo impediens alium a consecutione praeben-

Subdubitatio.

dae non tenetur ei ad aliquam restitutionem: probatur consecutio, quia nec tenetur restituere ratione rei alienae acceptae, quia nullam talem habet: nec ratione iniustae acceptionis, cum non impeditur alterum in re sua, ergo &c. Hoc non obstante respondendo constituo hanc conclusionem. Omnis impediens alium dignum a consecutione praebendae iniuste, tenetur ad restitutionem illi digno impedito: dixi dignum, quia qui impeditur indignum ad nullam restitutionem tenetur, quia indignus non habet ius ad petendum beneficium, nec illud retinere potest, & iure est priuatus: Dixi iniuste, nempe fraude, dolo, vi, aut timore: quia si iuste, nempe ut detur digniori & propter maiorem utilitatem Ecclesiae, non tenetur ad restituendum impedito nec alteri sed optime fecit: Probo conclusionem, prius, si vacat beneficium, & Petrus dignus vult ire ad petendum, & moraliter est probabile quod obtinebit, & Ioannes motus odio illius Petri violenter detinet illum, tenetur restituere Petro sic detento, cum manifeste fecerit illi iniuriam eum detinendo, quia priuauit Petrum iure suo quod habebat ad petendum beneficium: ergo tenetur ad totum nocentum inde proueniens: sed inde prouenit quod Petrus amisit beneficium: ergo tenetur restituere illi illud beneficium. **S E C V N D O** qui iniuste amputauit manum artificis, aut detinuit vi ne laboraret, tenetur ad totum damnum certum, quod inde prouenit ipsi artifice: ergo etiam ille qui iniuste impediendo fuit alteri ne consequeretur praebendam: retinere autem aliquem dignum iniuste ne consequatur beneficium, manifestum est quod est iniuria, quia habebat ius ad petendum beneficium ad minus: ut si Rex gratis daret aliqua munera in die natalis domini, & quis detineret alium ne intraret domum regiam ad accipiendum munus institutum, teneretur illi detento ad restitutionem, quia fecit illi iniuriam, ex qua secutum fuit illud nocentum illi volenti intrare domum regiam: ergo etiam impediens dignum a consecutione beneficij cum iniuria, tenetur ad restitutionem: Sicut etiam impediens iniuste mercatorem euntem ad nundinas, tenetur ad restitutionem illi: ergo etiam impediens dignum iniuste a consecutione praebendae, tenetur ei ad restitutionem. Et confirmatur, si esset editum Conimbricæ quod vacat praebenda Eborae, ideo qui voluerint se opponere vadant, & quis tolleret editum antequam ab alijs videretur, ut alij qui erant digni & irent si videretur editum, non vadant, sed solus ipse: & interroganti digniore qui probabiliter moraliter haberet illam praebendam si iret Eboram, respondet quod non vacat talis praebenda, & hoc cum dolo & fraude, ob quod dignior amisit beneficium.

Secunda.4.quesit.18.art.2.

beneficium, tenetur ad restitutionem, quia infert nocumentum iniuste, nempe errorem & ignorantiam quæ notabiliter nocent, ergo etiam alij impediens iniuste dignum à consecutione beneficij, tenentur ad restitutionem illi impedito. Et confirmatur, si Petrus dignus sit ad petendum beneficium quod probabiliter obtineret, & Ioannes dolo dicit ei, non eas, quia iam est collatum, propter quod dignior amisit beneficium, tenetur Ioannes qui eum decepit ad restitutionem: ergo etiam qui iniuste impedit.

ULTIMO qui vi, metu, vel quacumq; alia iniuria cogeret collatorem vt det præbendam indigno, & relinquat dignum cui collator volebat dare, tenetur ad restitutionem: ergo etiam tenetur quicumq; iniuste impediens.

SE D est considerandum, quod dicit S. Tho: vbi supra, quod antequam sit firmatum, & beneficium dabitur huic, multis modis potest impediari consecutio beneficij, nempe quia poterit Episcopus mutare propositum, & alia possunt euenire vnde non detur sacerdotium huic: Ideo qui impedit illum antequam sit firmatum, non tenetur restituere ad æqualitatem, sed secundum iudicium prudentis viri faciendum est talis restitutio: Si autem iam firmatum est quod hic habeat, qui quidem est dignus, & alius dolo aliquo impedit, tenetur restituere totum.

SE D quid intelligit Diuus Tho. per firmatum esse: Respondet Syluester in summa, verbo restitutio. 3. q. vltima, quod intelligitur quando iam quis habet collationem beneficij licet nondum sit mandata scripturæ, sed prouisor iam viva voce contulit præbendam huic, & si tunc alius animo nocendi decepit prouisorem, & fecit quod daret beneficium alteri, tenetur ad restituendum digno ad æqualitatem: Hoc Siluest. quod quidem verum est in se: Sed diuus Tho. nō solum intellexit hoc per firmatum esse, sed etiam quocumq; erat iam prouisor in tali statu, quod erat tutum & certum quod ille dignus erat habiturus: probatur hoc, quia S. Thom. dicit quod quando erat firmatum quod dignus habeat præbendam, idem est ac si iam haberet, & habitum alius auferret. Si autem præfectura iam esset data, non dixisset idem est ac si iam habitum auferret, sed dixisset, auferit suum: & ita interpretatur Caiet. 22. q. 62. ar. 2. ergo non solum intelligitur quocumq; habet iam possessionem præbendæ sine scriptura, sed etiam quando moraliter erat certum quod ille dignus erat habiturus, quia prouisor sic erat determinatus ad conferendum huic, licet nondum vacauerat eum &c. Sed quia diuus Tho. dixit in suo priori dicto ex illis tribus quæ supra retulimus, quod qui impedit dignum ea

mente vt detur digniori, non tenetur ad restitutionem: dubitare quis poterit, an qui impedit dignum vt detur sacerdotium alio quæque digno, teneatur ad restitutionem? Ad quod dico quod non: quia cum ambo habeant ius petendi, poteris fauere cui volueris, eo quod tunc non violatur iustitia distributiva, sed semper hoc ob oculos habeto, vt in his omnibus non interueniat vis aut fraus aliqua. Si enim vim aut fraudem digno intuleris ne sacerdotium obtineat, iniuriam absq; dubio illi irrogasti, atq; adeo ad restitutionem illi teneris: Itaq; si absq; iniuria digni ipsum impediens à consecutione præbendæ, vt tibi etiam digno vel alteri digno quidem detur, nempe rogando prouisorem vt det tibi vel alteri digno, non teneris ad restituendum digno impedito: si autem cum sua iniuria id feceris, nempe detinendo vel decipiendo ne petat, vel malū de eo prouisor dicendo vt ostendas illum nō esse dignum: vt si dixisses, est idiota, est concubiniarius: cum non sit nisi doctus & studiosus, ad restituendum illi teneris. Sed hæsitabis an ad hoc quod quis teneatur ad restitutionem quæ digno impedito fieri debet, sufficiat quod impediatur dignum qui poterat habere beneficium, vel an requiratur propositum in prouisor ad dandum præbendam huic digno? Veluti si elector nunquam cogitauit de Petro digno, nec eum cognoscit, sed est moraliter probabile quod si hic dignus petat, Episcopus dabit illi, & hoc sic stante hic dignus sit ad petendum, & alius vel vi detinet, vel dolo persuadet ne vadat, dicens iam beneficium esse datum, an hic sic impediens teneatur ad restitutionem? Ad quod respondet Caiet. 22. q. 62. ar. 2. ad 3. dubium, quod ad hoc quod impediens dignum teneatur vinculo restitutionis requiritur propositum prouisoris: dicit namq; quod requiritur quod talis impediens violet iustum distributum, & propositum prouisoris quo volebat conferre præbendam digniori: & quod si adsit vnū illorum sine alio, non tenetur ad restitutionem ille impediens: Ratio Caiet. est, quia si deest alterutrum illorum impediens non auferit alienum: Quia si non est propositum collatoris non est beneficium dignioris proprium, sed solum vt commune, & ille impediens non tenebatur applicare sed prouisor, ergo tunc impediens non tenetur ad restitutionem, quando autem iam incipit fieri dignioris per propositum collatoris, tunc impediens illud propositum distributoris, tenetur restituere digniori vel digno impedito: Hæc Caiet. Sed ego dico quod quomodocumq; impeditur dignus iniuste, siue quando iam est firmum propositum collatoris, siue ante illud, cum erat probabile quod ille dignus erat habiturus præfecturam, tenetur ille impediens

Secunda.4.quesit.18.art.2. fo.255.

ad restitutionem: verum est tamē quod propositum collatoris iuuat ad cognoscendum vtrum dignus esset habiturus an non? probatur tamen nostra sententia, quia qui deciperet mercatorem vt emat falsas merces, tenetur ad restitutionem, quia nocet ei: ergo etiam impediens dignum à consecutione beneficij quod probabiliter haberet, licet Episcopus nondum de illo cogitauerat, tamen moraliter sciebatur quod si iret & peteret obtineret beneficium. Sed hæsitatio est alia: Si quis sibi vel alteri digno præbendam procurans, sit alteri etiam digno impedimento ne obtineat, an teneatur ad aliquam restitutionem? Ad quod respondet Scotus in 4. d. 15. q. 2. & ibidem Richar. quod si ille impediens facit non vt alteri noceat, sed vt sibi vel amico profit, ad nullam tenetur restitutionem: si vero facit alteri us procurans nocumentum, tenetur ad restituendum digno impedito: cui sententiæ subscribit Caiet. vbi supra. Et in huius sententiæ fundamentum citant le. 2. de noui oper. nun. ci. quæ tamen non est in illo titulo, sed est le. 2. ff. de aqua pluuiarum arcend. s. idem Labeo. 2: vbi habetur, quod qui non animo nocendi aquæ ductum qui per suum fundum ad vicini possessionem deriuatur, rumpit, nemini iniuriam facit: Si vero id faciat non vt sibi profit, sed vt obsit vicino, iniurius est illi, & restitutioni tenetur. Sed hæc sententia eget interpretatione, & illa lex citata non videtur ab eis interpretari: Quia animus nocendi proximo potest esse peccatum, quia contra charitatem: sed tamen obligare ad restitutionem, vt supra diximus, non potest, nisi vbi fuerit contra iustitiam: vnde quantum ad restitutionem res attinet, considerandum apprimè est, non quo animo facias, sed quo iure: & hoc modo est intelligenda prædicta lex: nam qui non vt sibi profit aquam vicini prohibet, videtur non facere proprio iure, vnde potest in iudicio exteriori prohiberi. Si autem vult fundamentum muri ducere per aquæ ductum, qui per suum transit fundum, ob idq; venas aquæ rumpit, licet ex odio faciat vicini, & idedò charitatem rumpat, nihil ei restituere tenetur. Sic igitur qui suo iure vtens præfecturam absq; vi & fraude sibi digno vel amico procurat, etiam si ex odio alterius digni id faciat, restitutioni non adstringitur. Et ex his constat ratio secundi dicti S. Tho. supra citati, nempe quod qui impedit eum qui erat in via ad obtinendam præbendam, si iniuste id faciat, tenetur ad restitutionem: nempe quia intendit eius nocumentum propter odium aut vindictam: facere. n. ex odio aut vindicta solum, neminem ad restitutionem adstringit, sed facere iniuste, nempe nullo tuo iure sed alienum violando: facere tamen ex odio, est signum aliquod te nullo iure tuo vti. In 3. di-

Alia hæsitatio.

cto diuus Tho. intendit, quod qui re vera dānum dedit in re quæ parum abest vt sit, tenetur ad restitutionem: vt si est vinea aut sunt fata quorum fructus iam incipiunt maturescere, si parum abfuit vt venator cum suo comitatu circum currens illa pessundaret, sed re vera non fecit, ad nullam tenetur restitutionem, quia nullum dedit damnum: at si trāsfiens in rei veritate illa pessundedit, tenetur ad totum nocumentum quod intulit, quia damnum dedit in fructu qui parum aberat vt esset: Sic igitur si parum abfuisset vt hominem dignum impediens à præfectura, sed re vera non fecisti, non teneris restituere, quia nullum damnum dedisti: Si tamen vere impediisti quare ille non est affectus, damnum intulisti in re quæ parum aberat vt ipse haberet. atq; ideo secundum tuam facultatē teneris ad totum, & diuus Tho. scite addidit hoc verbum, secundum tuam facultatē: quia in huiusmodi impeditiouis vix potest contingere vt fieri possit in integrum restitutio. Sed adhuc potest dubitari, si quis dolo, fraude, animo nocendi & non vt profit Ecclesiæ, impedit indignum qui alias haberet præbendam, an teneatur ad restitutionem? Et videtur quod ita, quia facit illi iniuriam, nempe detinendo illum vi, & peccauit mortaliter: ergo tenetur de toto damno, **SEC VNDO** quia si semel ille indignus, acceperit sacerdotium, habet verum dominium, & potest fieri dignus, quia poterit studere & studiosus esse. **TERTIO** si quis detineret iniuste aliquem ne vadat ad Regem, qui quidem Rex sine dubio erat ei daturus certum donatiuum, licet esset indignus quia non erat amicus regis, tenetur ad restitutionem: ergo etiam hic qui vi detineret indignum tenetur ad restitutionem. Ad hoc respondet Adri. in 4. q. 10. de restitutione ad quartum argumentum, quod præfatus impediens indignum non tenetur ad aliquam restitutionem illi indigno impedito: quod probatur, quia indignus non habet ius ad beneficium, ergo impediens non peccauit contra iustitiam eum impediendo: ergo non tenetur ad restitutionem. Secundo ille impediens habet ius defendendi Ecclesiam ab illa iniuria, licet non illo medio, nempe detinendo vi: sed posset licite dicere electori, non des illi præbendam quia est indignus: Sed quamuis vtatur malo medio & propterea peccet, non tamen tenetur ad restitutionem, quia non agit contra iustitiam: quia nō priuauit indignum re aliqua sua, nec iure quod haberet ad petendum, quia nullum tale habebat. Et hoc videtur de mente S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad 4. vbi dicit si quis impedit iniuste ne præbenda detur digno, tenetur ad restitutionem. sequi ex hoc videtur quod si quis impedit

Dubitatio.

diat

Secunda.4.quesit.18.art.2.

diat ne detur indigno quòd non tenetur ad restitutionem: Ideò dico quòd impediens indignum qui nunquam erat futurus dignus, non tenetur ad restitutionem: Quia ille indignus non poterat petere beneficium, & secundum iura, esto semel habeat, est priuandus beneficio. Et ad primum argumentum in oppositum nego quòd fiat illi indigno iniuria quia non habebat ius ad illud petendum, esto fiat ei iniuria quia tali modo impeditur quia priuatur sua libertate, & propter hoc tenetur ad aliquam restitutionem pròdictus impediens, & non ratione beneficij. Ad secundum dico quòd si indignus nunc in presenti potest fieri dignus, & actu laborat ad hoc fiat dignus, quia dat operam literis & virtutibus, iam reputatur dignus: & impediens hunc iniuste tenetur illi restituere, vt supra diximus, quia impedit iam dignum. Ad tertium nego consecutionem, ratio est, quia rex erat absolutus dominus sui donatiui, & poterat transferre dominium etiam ad aliàs indignus: Episcopus autem non est dominus beneficij sed solum dispensator. Secundo quia in beneficio, si detur indigno, fit iniuria Ecclesie, & indignus petens & accipiens pròbendam, est causa quòd fiat illa iniuria Ecclesie: sed in donatiuo regis nemini fit iniuria cuiusque detur. Scrupulus tamen adhuc est, an quis sciens impedit magis dignum, non tamen odio, nec fraude nec malo animo, sed solum propter suam propriam utilitatem vel amicorum suorum, quia vult pro se vel amico digno quidem, sed non est tam dignus quam ille impeditus, & precipue & importunitate obtinet sibi minus digno, teneatur ad restitutionem? Ad quod Caie. & Adrianus, vbi supra, dicunt quòd talis sic impediens magis dignum tenetur restitutionem: Ratio dicunt est, quia facit illi iniuriam. Et his consentit Paludanus vbi supra: Scotus tamen in loco quem citauimus in dubio pròcedenti, dicit quòd non tenetur ille pròdictus impediens ad restituendum aliquid illi impedito: Probat, quia quilibet potest procurare suam utilitatem medio licito, i. sine iniuria alterius, & in hoc nemini facit iniuriam nisi forte Ecclesie: ergo non tenetur restituere digniori impedito. Et idem dicit Richar. in. 4. d. 15. & huic consentio sententia: Et probatur, quia vnusquisque, habet ius petendi pro se illa vnusquisque est dignus, ergo non tenetur restituere digniori sine iniuria impedito. Et ad argumentum in partem oppositam, nego quòd ille dignus impediens digniorem sine fraude, vi, & odio, faciat illi iniuriam, quia petendo beneficium iure vtitur suo quòd habet ad petendum: licet forte peccat contra charitatem, quia impedimento est Ecclesie ne habeat tam bonum ministrum

quam haberet si ille non impediret: Et confirmatur: quia vt supra diximus Episcopus conferens pròbendam digno, relicto digniore, non tenetur ad restitutionem: ergo nec impediens digniorem pro digno, si non faciat iniuriam digniori, tenetur restitutionem. Quicunque autem iniuste impedimento est ne dignus consequatur sacerdotium, etiam Ecclesie tenetur restituere: probatur, quia Ecclesia patitur nocuumtum & iacturam propter iniuriam quam impediens fecit digno ministro impedito. Secundo qui impedimento est set pupillo iniuste ne haberet bonum tutorem, tenetur illi restituere damnum quòd pupillus inde incurrit: ergo qui impedit Ecclesiam ne habeat bonum administrum, tenetur illi restituere incommodum quòd inde sequitur.

HESITARI subinde solet, an impediens alium à bono consequendo quocunque, etiam temporali quòd gratis illi conferebatur, tenetur restituere: vt si quis non habens hères necessarios vult instituere Petrum hères, vel alios legatarios creare, & Ioannes impedit dicens quòd talis Petrus est mortuus, vel aliqua alia fraude, an teneatur Ioannes ad restitutionem? Aliud exemplum, Petrus scit patrum suum egrotare, & vult eum inuisere, & si it scitur probabiliter quòd patruus legabit illi multa bona, aut constituet eum hères: Et Ioannes impedit eum ne eat, an huiusmodi impeditores teneantur ad restitutionem? Et videtur quòd non, quia non aufert alienum sed vult sibi vel alteri illa bona que nondum sunt illius hères aut legatarij instituendi: Ad respondendum ad hoc & ad alia id genus, est aduertendum vnus quòd dicit S. Tho. 2. q. 63. ar. 1. ad. 3. nempe, quòd duplex est datio, altera debita, & altera voluntaria: debita ea est que pertinet ad iustitiam qua. f. datur alicui quòd sibi debetur, & circa tales dationes attenditur personarum acceptio: Altera autem est datio pertinet ad liberalitatem, qua. f. gratis datur alicui quòd ei non debetur: & circa has non cadit acceptio personarum, quia quilibet absque iniustitia potest de re sua dare quantum & cui vult: secundum illud Math. 20. aut non licet mihi quòd volo facere: tolle quòd tuum est & vade. Vnde qui legaret fratri centum aureos, & instituit hères alium extraneum, non est acceptor personarum: Ex his verbis S. Tho. Caie. ibidem super diuum Tho. Syluest. in summa: Palu. Adria. & alij in. 4. dicunt, quòd qui impediunt aliquem à consecutione rei que gratis dabatur, non tenentur restituere: Vnde si Petrus volebat dare Ioanni centum gratis, & tu sciens illud petuisti tibi, & Petrus ad tuam instantiam mutauit sententiam, & dedit tibi, nò teneris ad restitutionem. Similiter si quis volebat

Secunda.4.quesit.18.art.2.fo.256.

volebat legare mille aureos Petro, & persuasisti homini vt potius eam pecuniam elargiretur pauperibus, aut quòd daret tibi quingentos, non teneris ad restitutionem. Similiter si quis volebat legare alicui canobio bona aliqua, & tu obtines precibus & importunitatibus vt leget illa bona alteri monasterio vel alijs monachis, vel alicui profuechæ, non teneris restituere: probant hi doctores hanc sententiam hoc modo, quia illa bona non erant illius cui dominus gratis volebat legare: nec dominus bonorum aliquo titulo illi debebat: ergo tu petens tibi vel alteri non facis alicui iniuriam, ergo non es adstrictus restitutioni. Ego autem consentio huic sententia cum hoc attemperamento: Si ille qui impedit aliquem à consecutione rei que gratis dabatur, faciat sine iniuria impediti, nempe precibus & diligentia alia, sine fraude, deceptione, aut vi, non tenetur ad restitutionem: Si vero faciat cum iniuria impediti, nempe vi aut fraude aliqua, tenetur restituere: Ratio est in promptu, quia tunc talis impediens vi aut fraude facit iniuriam impedito, ergo tenetur ad incommodum quòd inde illi sequitur, & ad iniuriam ex qua sequitur, etiam de iure naturali: vt si quis vi detineret fratrem ne visit fratrem, & eum hèresdem instituere si ad ipsum egrotantem perueniret, qui quidem certe veniret nisi alius sic iniuste eum detineret facit illi iniuriam, ex qua secutum fuit illud nocuumtum: ergo tenetur ad totam illam restitutionem, & iniuriam & nocuumtum inde secuti. **SED** quia diximus quòd electores tenentur sub pena peccati dare sacerdotia dignioribus: hèresitare quis poterit, an qui de nouo de suis bonis instituit aliquas pròbendas, possit dare potestatem & facultatem Episcopis & patronis successuris qui habent pròsentare, vt còferat cui digno voluerint illa sacerdotia, relicto digniore? dico digno, & a indigno nūquā licet dare pròbendam: vt si pater instituit sacerdotium, & ad securitatem còscientiæ filij & nepotis quos relinquit patronos, dicit, date cui digno volueritis, & esto sit alius dignior non sit adstricti ad eligendum illum in conscientia: Et videtur quòd ita, quia multi instituunt aliqua sacerdotia que relinquunt pro suis còsanguineis, qui non semper sunt meliores: & aliquando instituunt beneficia pro nobilibus qui non semper sunt meliores, & tamen non reprehenduntur illi institutores: ergo licitum est. Pròterea, aliqua beneficia constituuntur pro graduatis in Theologia vel in iure canonico, qui non semper sunt meliores, ergo &c.

PRÒTEREA ille qui de suis bonis instituit pròbendam, possit non instituere: ergo potest instituere cum conditione qua voluerit. Pròterea in multis locis sunt beneficia pa-

trimonialia pro ciuibus alicuius ciuitatis, quibus sæpe alij alterius ciuitatis sunt meliores, Propter has rationes dico ad dubium, cum Maiore in. 4. d. 24. q. 8. quòd non possunt illi institutores còcedere pròdictam facultatem, prius, quia est contra legem diuinam & humanam, & contra rationem iustitiæ distributiue, quia huiusmodi beneficia danda sunt dignioribus, vt supra diximus. Et licet possent fundatores non instituere, iam quòd instituent debent instituere conformiter ad leges. Et ad alia omnia argumenta in partem affirmatiuam dico quòd illæ leges, nempe quòd hæc beneficia sint pro ciuibus aut còsanguineis, vel Theologis, sunt iuste: Quia plurimū illi qui sciunt quòd sunt beneficia pro illis, student & sunt digniores, & plurimum melius prouidetur illo modo ecclesijs quam si absolute relinquatur in potestate collatorum vel patroni, quamuis in aliquo casu inueniatur aliquis dignior ex alijs non còsanguineis aut non ciuibus illius ciuitatis. Sed quæres rursus, si vacant duo beneficia, alterum habet curam animarum, sed est tenue in prouentibus, quia non valet nisi centum aureos: Alterum autem est simplex sed valet mille aureos singulis annis, & sunt solum sacerdotes duo, Petrus nempe qui quidem dignus est, & Paulus qui est longe dignior, quomodo sunt illæ pròbendæ tunc conferendæ? Ad quòd dico quòd probabilius est quòd digniori detur pinguius beneficium: probatur ex illo Pauli priore ad Timo. 5. qui bene pròsunt pròsbyteri, duplici honore digni habeantur: ergo maior honor dandus est digniori. Secundo est contra iustitiam distributiuiam eo modo quo supra diximus, quòd pinguius beneficium detur digniori: Sed contra dices, quia male illo modo prouidetur Ecclesie, & fieret ei iniuria si vbi magis indiget, vt est in cura animarum, pròficatur minus dignus: & vbi minus indiget, sicut in simplici beneficio, pròficatur dignior: Ad hoc nego antecedens, quia ille dignior qui pròficatur Ecclesie simplici, est etiam minister Ecclesie vniuersalis, & ei administrat, ad quòd habenda est ratio, & ideò magis pròmiandus, quia laborat in vniuersali Ecclesia, verbo, doctrina, & vitæ sanctorum: & si non laboraret & alius minus dignus laborat, non fieret iniuria magis digno, esto non detur ei pinguius beneficium. Quid autem fiet si vacat pròbenda & non sunt nisi duo ministri, dignior & minus dignus, sed dignior non residet in Ecclesia, dignus tamen residet: dicendum dandam esse pròbendam illi qui pròsunt sacerdotio: Et probatur, quia non est habenda ratio quid poterit ille facere sed quid facturus est: & quia tunc ille dignior nihil est facturus in illa Ecclesia aut parù, respectu illius digni qui pròsedit, & bene

Secunda. 4. quest. 18. art. 3.

significabat, à qua se liberos putabāt tanq̄ filios Abrahæ: Vnde Ioan. 8. dicebant, nos filij Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquā &c. Principes aut̄ Christiani raro aut nunq̄ petunt istū censum, eo q̄ non sit necessarius ad sumptus publicos & status conseruationem, sed potius significat in principe illum exigente elationē quandam imperandi, & superfluam pecuniæ cupiditatē: satis quidē se ciues subditos confitentur, cū alia Principū iussa implent. Et ob hanc causam, nempe vt ciues se subditos proteſtarentur, & principes superiores cōſiterentur, Cæsares describi orbem iubebant: Vnde Dauid (vt. 2. Reg. 24. legitur) ob hanc superbiam tā duras tulit penas numerati populi: Et hoc ipsum significasse videtur CHRISTVS quando Mat. 22. quæsiuit, cuius est imago hæc? nēpe numismatis, quasi solū in signū subiectionis & adorationis Cæsaris illud solueret. TRIBUTŪ aut̄ à cōtribuendo dicitur, eo q̄ quisq; stipē tribuat. Et quia antiquitas illa stipū cōtributio non fiebat nisi ad sustentationē publicorū militum: inde etiā tributū hoc stipendiū vocatum est, & ita vtrunq; nomē habetur in lege ager. ff. de verborū & rerū significatione. Tributū igitur est illud quod de nascentibus è terra in subsidium Regis vel reipub. contribuitur: census verò illud est quod de capite ad profitēdam subiectionē penditur, & in his census differt à tributo. VECTIGAL etiā à duobus prædictis differt sine & materia: materia quidē, q̄a soluitur de mercimonijs, quæ afferuntur gratia negotiatiōis, & de his oibus quæ pecunia distrahuntur, ad pontiū murorū aliorumq; id genus publicorū bonorū refectionē: vnde à vehendo dicitur vectigal. & à portu dicitur portorium, eo quia portitori soluitur: vnde Castellani vocant portazgo, Lusitani autē portagem. PEDAGIUM autē in materia idē est qd̄ vectigal, quia ex mercib; & euectis soluitur, sine differt, quia dedicatū & impositū est custodiæ viarū, quæ ne tutus sit transitus à latronibus impediuntur. His præmeditatis respondēbimus ad propositū dubiū, quo quærebamus an oia hæc tributa sint licita quæ subditi solvere teneantur? & præcipue dubitatur de gabella, aut vectigali, quod Lusitani vulgariter vocant sisa, Castellani verò alcauala: an subditi teneantur illud solvere tributum, & ad restitutionē si cælauerint? Ad quod respondendo constituo primā conclusionem. Omnia prædicta tributa si ob iustas causas imponent iusta sunt, & subditi ea in conscientia debent suis principibus: Hæc fuit iā à nobis satis probata ex D. Pau. ergo vera est

Prima conclusio

Secunda conclusio

anorum prouincijs cōmune: Primum membrum huius conclusionis: nempe quod hoc genus pensionis, quod sisa vel alcauala Hispani vocant, nō sit multū antiquū, probatur, quia vt historiarū tradūt in regno Castellæ incepit à Rege Alphonso iusta de causa, cū regnū Granatæ bello peteret, à centū pauloue pluribus hinc annis: Et in Lusitania incepit à Ioanne primo huius nominis Rege inuictissimo, cum Atricanis Sarracenis bellū indiceret, & Zeytam expugnaret: bella aut̄ illa iusta erant causa imponendi illud tributum: post verò non solū durantibus, verū crescentibus bellorū malis, factum est perpetuū. Et conuenit hoc tributum cum vectigali, quia etiā ex mercimonijs soluitur: differt autem proprie loquendo à vectigali in materia latiori, quia non solum ex illis quæ à loco in locum transfuehuntur (sicut vectigal) sed ex rebus quibusq; venditis penditur, à cuius solutione nec nobiles eximuntur. Differt etiam sine à vectigali, quia non solū reficiendis muris ac pontib; ascribitur (sicut vectigal) sed publicis Regis sumptibus. Secūdo princeps debet habere honestā ac decentē pensionē vnde viuat cōformiter ad suum statū: Et vt possit suā augere & defendere rempublicā, quæ sine hoc tributo vel alio simili facere nullo modo posset: ergo cū habeat has iustas causas, iustū est: dixi, eo modo quo soluitur, quia nulli soluit nisi petatur à publicano, & plurimū minus soluunt ciues q̄ ex venditis debeant, exactoribus sic cum ciuib; conuenientibus, ideo modus ipse soluendi leuius reddit tributū q̄ esset alias: Nec tamen propterea iniquitatis arguendū est quod nouū sit, quia dū tributa alia facultatibus ciuiū & negotiationibus imposita Regi alēdo, reipublicæq; sustentandæ non sufficiunt, necessarium est quod alio modo id prouideatur: Et quod oēs etiā nobiles hoc soluant tributum iustū quidē est, cū reliqua plebs non sit potis ad sumptus tā immodicos. VNVM hic silentio nō præteribo quod licet in Lusitania fiat, iniustū videtur, & contra legē, vniuersis C. de vectigal. nempe quod emētes res suis vfiibus necessarias, ad soluendū medietatem huius tributū cōpelluntur: quia quod coemptores qui vt reuendant cōemunt, quotā venditionis exoluāt, rationi consentaneū est, quia illis idem est lucrū, quod agricolis fructus: sed q̄ qui vt ppriæ necessitati succurrat rem aliquā emit, tributū pendat, & lex illa & ratio reclamare vident: & etiā si rē propriā ob suas vendat necessitates non ad lucrū: nam tunc nō q̄ plus habet aut pl; lucratur, sed q̄ pluris eget amplius soluet: vnde vt lex citata vult soli illi hoc tributū pēdere deberet, q̄ merces aut res aliquas ratione lucrī vendunt: patet igit̄ et̄ secūdū mēbrū secūdæ nræ cōclusionis.

Tertium

Secūda. 4. quest. 18. art. 3. fo. 259.

Dubitatio

Tertium autem membrum experientia constat, nempe quod hodie in omnibus Christianorum prouincijs, prædictum tributū genus sit impositum. Sed hæsitabis, an quilibet vendens aliquid vel quacunq; ratione, teneatur ad hoc tributum, adstringatur etiam in conscientia iudicio ad deferendum ad exactorē antequā exactor petat? Vt cum quis occulte aliquid vendit, an teneatur soluere illam gabellam esto exactores nunquā illud sciunt: & eadem difficultas est de agalonibus & mercatoribus qui noctu transeunt cū mercimonijs suis ne pedagium soluant, an teneantur in conscientia querere exactorem & soluere pedagium? Et videtur q̄ non, quia dato opposito fere omnes Christiani condemnarētur: quia omnes qui possunt merces suas abscondunt vt non soluant hæc tributa, & arbutantur se obsequiū præstare Deo si gabellas defraudent, & vocant ipsos exactores & publicanos latrones.

Prima conclusio

PRO huius dubij solutione est considerandū, quod ad hoc q̄ lex obliget, oportet q̄ sit iusta æqua & communiter tolerabilis, & qd̄ populus rationabiliter non resistat illi legi, quia eo ipso quod populus reclamatur, eximitur lex illa iniusta: Et quia licet omnis potestas sit à Deo, ad Ro. 13. non tamen eodem modo, quia potestas Ecclesiastica est à Deo immediate (vt inferius cum agemus de clauibus sumus dicturi) potestas tamen civilis immediate est à Deo & natura in ipsa reipub. & reipublica dedit huic principi, ideo secularis potestas immediate est in Rege ab ipsa reipublica: ergo quod populi multitudo non recipit, videtur quod non sit lex, & quod ad illud præcipiendum non tradidit reipublica talem potestatem. HIS animaduertis, erit hæc prior conclusio. Si aliquid tributū imponitur à Rege, quod cum causis habeat iustas, honestum quoq; est, æquum & tolerabile, tenentur subditi illud soluere, esto non exigatur à publicano, si lex hoc præcipiat: Hoc probatur, & prius, quia leges obligant in foro conscientia: ergo esto non exigatur à publicano hoc tributum, tenentur subditi seruare legem. Secundo, decimas quæ debentur ecclesiasticis tenentur debitores soluere, esto non exigantur, sola lege humana Ecclesiastica obligante, quia est iusta & in Ecclesia recepta, & nullus de hoc vnquā dubitauit: ergo etiam vectigalia iusta tenentur subditi soluere antequā exigantur, si lex illud intendat, quia etiam est lex iusta & recepta, vel recipi debet, quia ita debetur principi decens pensio & sustentatio sicut Ecclesiasticis. Tertio probatur, quod dato opposito fieret iniuria publicanis, qui dant Regi pingues pecunias pro his tributis: si igitur subditi non soluant notabiliter defraudarentur, quod magna est

set iniustitia, cū hæc lex non sit pœnalis sed directiua & præceptiua illius facti.

Secunda conclusio

SECUNDA conclusio, quando constat tributū aliquod notabiliter esse graue, licite stabitur consuetudini: Vt si est consuetudo quod non soluitur vectigal nisi petatur, quia grauisimum esset ad rigorem soluere decimam quotam, omnium quæ ex emptione & venditione bonorū tuorum habuisti, tunc non tenebitur quis soluere illud tributū antequā petatur à publicano: ratio est, quia tūc illo modo recipitur à reipublica & non alias: dum modo tamen ementes & vendētes non faciant aliquas fraudes, abscondēdo merces vel huiusmodi.

Tertia conclusio

TERTIA conclusio, est gabella vt nunc soluitur communiter, nempe petita à publicano & non alias, est tributum honestū & moderatum: probatur, quia non petitur ad rigorem, immo Rex vix vnquā percipit nec vigesimam quotam: Et quidem Rex sancte animaduertens quod ad rigorem soluere decimam quotam, erat tributū grauisimū, licet decima quota sibi sit signata, solet per suos publicanos cum ciuib; pacisci, vt remissior fiat pensio ac tolerabilior: & abscondētes huiusmodi tributū non tanquā fures suspendit aut flagellat, sed si postea depræhendantur, vt soluant in duplo solū condemnantur: Vnde colligitur quod oēs tenentur hoc tributum soluere, & qui quæstorē vel publicanū petentē decipit, dicens se vendidisse 50. cū vendiderit centū: vel si dedita opera abscondit merces ne sciat exactores, & ita defraudat eos in re notabili, tenetur ad restitutionē, quia non soluit secundum consuetudinē. Et simili modo, quando est consuetudo quod vendēs in tanta quantitate soluat solū centū, esto lex dicat quod soluat mille, non tenentur nisi ad id quod secundum consuetudinē soluitur: Omnia hæc iam ex prædictis sunt manifesta.

Quarta conclusio

QUARTA conclusio est, vbi est consuetudo quod vectigalia non soluatur nisi petita, quicunq; tranſijt palam via recta cū suis mercibus, sine fraude, & vedit res suas, & nullus comparuit publicanus, non tenetur ad restitutionem, esto prædictū tributū non soluat: probatur, quia nō tenebatur soluere nisi exactus à publicano: sed si veniat quæstor & quærat ab illo si vendidit, debet dicere verū & non celare. Ex quibus colligitur, quod si tributū est iustū. i. tolerabile, æquum & honestum, eo modo quo soluitur secundū consuetudinē, tenetur quilibet soluere de se, sine fraude, secundū quod communiter alij soluant: & qui contra hoc fraudē cōmiserit, ad restitutionē tenetur. Et si esset cōsuetudo q̄ tributū soluit, esto nō exigatur, tunc quilibet subdit; tñ in cōsciētia sic soluere: quia cū illa sit consuetudo, magnū est argumentum quod

Secunda. 4. quest. 18. art. 3.

tributum est iustum: si autē constaret q̄ tributum est iniustū & nunq̄ a republica receptum, non tenerentur ciues illud soluere. **E**T ad primū argumentū aliorum, nego q̄ lex de soluendo vectigali, sit pure pœnalis, sed præcipit quòd soluantur vectigalia, & apponit pœnā dupli si non soluantur vectigalia: Nec illa lex est pure pœnalis positua, sed includit legem naturalem, quæ est debitum soluere. Ad secundum dico quòd non est simile de domino respectu sui administri, & de Rege respectu subditorū, quia dominus & minister libere componūt inter se: & rex est dominus & potest (vt dictū est) obligare subditos. Honestatur etiam hoc tributi genus, quia est via paratissima sustentandi regni & eius ærarium, quia cum rex habet, totum regnum habet: vnde colligitur quòd in perniciem notabilem reipublice est quòd vendantur ista tributa quæ Regi in commune bonū penduntur, quia grauius ciues præmuntur. Nam quantū venditur, tantum ipsi supplere coguntur: quia cum necessitas indies magis ac magis Regi crescat, necesse est populū mutuis & multis alijs nominibus indies magis ac molestius vexari: quare caueāt Reges ne vectigalia hæc, nisi maximis de causis, & in magnam vtilitatem reipublice vendant. Concludimus igitur quòd ad soluendum iusta tributa, secundū iustas leges quilibet tenetur, non autem ad pœnam contra transgressores impositam quousq; condēnentur, quia hoc solum ibi est pœnale. **E**T pari figura qui in nemoribus vel pascuis aliorū ligna cædunt furtim, aut sua pecora pascunt, ad restitutionem tenentur rei acceptæ statim in conscientia, licet non ad pœnam vsq; ad condemnationem iudicis: Sed hac vt reor distinctione vtendum est, quia vel illa sylua totius est vr̄bis, aut caltri vel oppidi, cui⁹ qui ligna cædunt sunt incolæ, & tunc nisi quis in signe inferat nocuentū, vnde malum alijs incolis notabile proueniat, non tenetur ad aliquā restitutionē nec pœnæ nec præcij rei acceptæ, nisi capiantur: de pœna enim res est certa: de præcio autē rei inde probo, quia oppidum videtur suis oppidanis illa consuetudine ligna distribuere, vt qui capiatur pœnam luat, qui verò euaserit, gratis sibi partē illam habeat: & quia communiter omnes ciues sic sibi cædunt illa ligna, nulli sit iniuria. Et idē dic, si mutuo duo aut plura oppida communem habeant syluā, quia tūc videntur etiam sibi mutuo illa lege ligna condonare: Si autem hi capiantur, tenentur subire pœnam: si autem non, ad nullam aliam tenentur restitutionem. Si verò nemus alicuius priuati hominis sit, aut alterius oppidi non tui, nec communis tui & alterius, tunc qui ligna furantur tenentur præcium rei acceptæ resti-

tuere statim in conscientia, ad pœnā autem non tenentur ante cōdemnationem. Et hoc intelligo nisi fortē qui cæsiōnem syluæ prohibet, hac conditione prohibeat quòd vult condonare ligna, illa lege quòd si cæsores capiantur perdant securim & iumentum, vel alia mulctentur pœna, sin minus sibi habeat: quod tamen hæctenus nō constat. Quòd autem huiusmodi cæsores teneantur statim in conscientia ad restituendum præcium rei acceptæ patet, quia est res aliena inuito domino accepta: ergo quantum est de se tenentur qui in pascuis alienis pascunt pecora sua, aut ligna in nemore alterius cædunt, restituere. **NONN**VLLA autem sunt hic aduertenda & magnopere memoriæ commendanda, primum est. In bonum reipublice licitum est syluas custodiri, nempe ne in eius perniciem dissipentur. Secundum est quòd domini quibus Rex oppida cum nemoribus tribuit, nō possunt alia ratione illa custodire quā Rex fecisset, quia non concedit illis rex aliud ius q̄ habeat: Et ideo si nemora ad hoc sunt sufficientia, nō sunt oppidanis vetanda ad vsus necessarios. Tertium est, quòd esto nemora sint propria alicuius domini, non sunt eo rigore vetanda, vt corporalis infligatur pœna, nec etiam grandis pecuniaria: ratio est, quia arbores & ligna quæ absq; cultura terra gignit, iure gentium communia esse deberent, cum vita humana nequeat transigi sine quotidiana vsu lignorum: ideo eorū furtum non est æstimadum sicut illud quo quis ab area tua, aut de domo alterius nummos aut alia bona furaretur: ob idq; qui ligna cædunt, nullibi infamia latronū aut furū notantur: sat igitur est moderatas exigere pœnas. Quartū memoriæ commendandū est, quòd vbi domini tam dura animaduersione miseros subditos a nemoribus arcerēt, vt grauiusimā paterentur inopiā, forsan sine mortali culpa possent illa capere ligna, quæ vsibus quotidianis focis sibi essent necessaria.

VNDEcimum dubiū quod pro quarto articulo erit, est, an teneatur aliquis restituere id quod non accepit: ad, quod respondet D. Th. in. 2. 2. q. 62. ar. 4. tribus conclusionibus, quarum prior, est. Quilibet tenetur damnū quod alteri intulit ad integrū restituere: probat D. Th. Damnum quod p̄ia alteri dare, idem est quòd quidpiam ab ipso auferre, siue pecunia sit siue aliud bonū pecunia æstimabile: nam quempiam damnū accipere (vt author est Arist. 5. Eth. ca. 4.) nihil aliud est quā minus habere q̄ debuit habere: sed qui alteri quidquā abstulit iustitia cogitur illud reddere: ergo &c. Sed bifariam contingit vt quis alteri aliquid auferat: nempe illud quod actu habebat, aut quod ille in potentia habebat, tunc est secunda conclusio.

Omnis

Secūda. 4. quest. 18. art. 4. fo. 260.

Secunda conclusio. **O**MNIS qui alteri adimit quod ille actu habebat, tenetur ad æqualitatem idem restituere: si enim equum abstulisti, teneris eundem repensare. Hæc iam ex supra dictis manifestior est quā quòd probatione indigeat.

Tertia conclusio. **T**ERTIA conclusio, quicunque alteri dat damnum in eo quod non actu sed potentia solum habebat, non tenetur id ad æqualitatem restituere ac si illud actu habuisset, sed ad æqualitatem illius potentie: pensata nempe quā esset actu proxima, & cōsideratis personarum & negotiorum conditionibus: Vt si effudisti semina sulcis mandata, pensanda est potentia vsque ad mensem. Si autem iam segetes albescentes dissipasti, tanto plus debes quāto iam fruges propinquiores erant: probatur, quia id quod nondum actu est, sed in via & in potentia, non valet tantum quantum si esset in actu: ergo si sic ablaturum reddendum esset secundum valorem actus, non simplum, sed præter iustitiā auctum restitueretur, ad quod nullus obligatur: Hæc S. Thom. Circa duas priores conclusiones nihil est quod indubiū vocari possit: sed contra tertiam conclusionē arguo in hunc modū: Si ille qui rem habet in spe, non vult illam in sola spe vendere, sed vult expectare pericula omnia vsque ad rem: tunc ille qui contra eius voluntatem rem illam diriperet, non solum teneretur restituere quantum in spe valebat, sed quantum res ad humanam apparentiam erat valitura: ergo conclusio S. Thom. est falsa. Vt si habes pullum equinum valentem nunc decem aureos, sed promittit in futurum se valiturum centum aureos, & dominus vult alere suum equum & seruare in futurum, qui eum occideret non solum teneretur restituere decem quæ nunc in veritate valet, sed etiam centum quæ valiturus erat in tempore futuro, in quod dominus suum seruabat equum. Et si omnia fata vnus oppidi pessundedisti, non solum teneris ad id quod fata in potentia valebant, sed ad magnum illud nocuentum quod toti populo dedisti. **A**D hoc dico quòd conclusio S. Th. est intel ligenda, prius, quando damnum infertur casu, & non dedita opera per iniuriam reuente domino, tunc enim prius deducendæ sunt impensæ quas facturus erat dominus, quia illæ non sunt ei sublatae sed penes ipsum manent: deinde pericula sunt pensanda ad arbitrium prudentis viri: quando verò reuente domino damnum per iniuriam datur, longe maior erit æstimatio faciendæ, & maxime quando damnum est graue: vt si vastissimū segetum campū destrueres, ita vt oppidum aut prouincia grande detrimentū pateretur. **S**ECVNDO contra eandem tertiam cōclusionem argumentor ad hunc modum: qui pecuniam creditoris detinet vltra præfixum

tempus, non solum tenetur restituere illam pecuniam, sed etiam lucrum totū quod creditor propter illam moram amisit: sed illud lucrum nondum erat in actu, sed tantum in veritate: ergo etiam tenetur ad totum quod est in potentia, sicut ad id quod erat in actu: Vt si mercator mutuauit tibi mille aureos hac lege vt redderes ad festum Diui Ioannis proxime venturum, & non reddis vsque ad natalem domini: & si reddidisses tempore præfixo lucratus fuisset mercator cum sua pecunia centum aureos illo tempore intermedio, & tu fuisti causa quòd ille amitteret illud lucrum: ergo teneris ad totum, nempe & ad pecuniam mutuatam & ad illos centū aureos quos tua culpa ille amisit. Ad hoc respondet S. Thom. 2. 2. q. 62. ar. 4. ad secundū, iuxta prædictā tertiam conclusio. q̄ nō soluit pecuniā quā debet, tempore a creditore præfixo, t̄ soluere & pecuniā quā debet, & damnū illud cētum aureorū quod sua negligētia creditoris dedit, pro illo solo tempore quo alterius retinuit pecuniā ipso inuito: nō t̄ ad integrū, quia nondū lucrū illud erat certū, sed ad arbitriū prudentis viri, pensatis & quātitate pecuniæ & negotiorū conditionibus ac circūstantijs. Et hæc conclusio est cōmuniter recepta ab omnibus doctoribus: Vnde pessimē faciunt nobiles & domini qui multis annis detinent pecuniam mercatoribus inuitis, qua lucrarentur multa alia bona: peccat igitur domini sic detinentes pecuniā alienā, & tenentur restituere ad arbitriū prudentis viri, lucrū quod amittūt prædicti mercatores: Ratio in proprio est, quia inferunt damnū, & sunt causa q̄ alij mercatores nō habeant suam pecuniā, quod idē est ac si auferret: ideo restitutioni adstrin gūtur, quod si nō fecerint absoluēdi nō sunt. **S**E D hæsitabis, si mercator mutuauit mille aureos, hac conditione, vt mutuataris redderet infra annū, & sic soluit in secūda medietate anni, sed ille mutuās incidit in notabile nocuentū in prima parte anni, ob id q̄ nō habuit suā pecuniā, an mutuataris teneatur restituere illud quod mercator sic amisit ex defectu suæ pecuniæ? Et videtur q̄ ita, quia fuit causa q̄ alij perderet illud bonū. Nihilominus dico q̄ ille mutuataris ad nullā restitutionē tenetur, quia nullā iniuriā fecit mutuanti, cū gratis volēs mutuauit pro toto anno, ideo de iustitia nihil debet mutuati. Secūdo quia nec mutuataris acciperet prædictū mutuū cū illo onere. Et quod diximus inter respondendum ad secundum argumentum, nempe quòd debitor qui non soluit debitum tenetur etiam ad illud quod creditor amisit ex defectu suæ pecuniæ, intelligitur quando differtur tempus vltra voluntatem mutuantis, non autem quando durat tempus solutionis secundam mutuantis voluntatem.

K iij Sed

Secunda. 4. quest. 18. art. 2.

Sed scrupulus relinquatur, si debebas creditore tuo mille aureos quos infra annū soluere tenebaris, ex iusta tamē causa non soluisti, ne pe quia non potuisti, an tenearis restituere damnū quod tuus creditor incurrit ob solutionis dilationem? Et ex dictis videtur quod ita, quia detinuisti alterius pecuniam ultra terminum præfixum domino inuito. In oppositum tamen est, quod nunquā quis incurrit aliquam obligationem restitutionis sine culpa, at tu non soluens tempore præfixo non fecisti iniustum, quia non potuisti aliud efficere: ergo non teneris ad aliquam restitutionem ultra debitam pecuniam. Ad hoc dico quod bifariam potest contingere prædicta iusta causa, prius quia ille debens illam pecuniam simpliciter non potest restituere illo præfixo tempore, quia nec habet nec potest habere unde soluat, & tunc non tenetur de damno quod inde sequitur, nempe ex eo quod non soluit, quia fecit totum quod potuit: Et esset contra rectam rationem quod ille qui facit totum quod potest ut seruet ea ad quæ tenetur, ad aliud obligetur, cum non commiserit culpam aliquam nec committit. Secundo potest vsu euenire, quod debens pecuniam non reddidit eam tempore præfixo, non eo quia nullo modo posset, sed quia non potuit reddere sine aliquo suo magno detrimento, nempe non potuit præfixo tempore reddere nisi vendat domum & omnia bona quæ habet, & post aliquot menses transacto tempore præfixo, poterit soluere sine illo damno totum quod debet, tunc ille tenetur de damno quod sequitur creditori, eo quia non soluit tempore præfixo: probatur, quia nullus potest seruare se indemnem cum nocumento alterius, & si vult retinere domum & alia sua bona soluat nocumentum quod propter hoc intulit alteri.

AD HVC arguo ad hunc modum contra prædictam tertiam conclusionem. Deo debemus plus quam ab illo accepimus, ergo etiam homini: antecedens constat ex illo Matth. 25. de ore tuo te iudico serue nequam, sciebas quod meto ubi non semino, & congregi non sparfi &c. Consecutio probatur, quia iustitia humana à diuina deriuatur, ergo soluere debemus homini plus quam accepimus. Ad hoc argumentum Sanct. Tho. ubi supra ad tertium, negat antecedens, dicens, quod Deus nihil exigit à nobis nisi bonum quod ipse in nobis seminavit. Et locus ex D. Matth. adductus duplicem habet expositionem. Altera est, quia cum fides catholica hoc nos doceat, nempe quod tota radix meritorum nostrorum est Dei gratia, per quam illi sunt accepta, quidquid illi meriti offerimus ipse prius in nos seminavit: propter quod Matth. 13. seminanti se comparauit, dicens

exijt qui seminat feminare semen suum &c. Et ideo verbum Christi non intelligitur secundum veritatem ad rigorem verborum, sed secundum existimationem illius serui nequam qui ex odio arbitrabatur Deum petere quod non seminauerat: & ideo dicit Christus eum iudicare ex eius ore, quasi dicat non ex rei veritate, sed ex tua falsa existimatione, quia existimas Deum petere quod non seminavit, & te habere aliquid quod ab alio non acceperis. Altera expositio est, quod Deus exigit à nobis fructus donorum qui sunt ab eo & à nobis, licet dona ipsa spiritualia sunt à Deo sine nobis: itaque exigit Deus à nobis aliquid aliud præter gratiam quam ipse nobis confert, nempe requirit à nobis assensum, ut consentiamus nos ab illo moueri: & vsu eiusdem gratiæ, quo vsu per incrementa meritum ipsa magis augetur. Consonatior litteræ apparet prior interpretatio, quia ipse Deus nos mouet ad assentiendum, & merita nostra ipse in nobis seminavit per gratiam, & ad merendum ipse nos peculiariter mouet: ideo nihil à nobis requirit quod nobis non dederit saltem in radice: Et licet quodam modo à nobis exigit quod solus non dedit formaliter, nempe actum, nihil à nobis requirit quod non dederit saltem virtute. Et ex hoc loco conuincitur pessime errasse Lutheranos dicentes quod opera meritoria non sunt merita nostra, sed Deū per nos mereri, quia ad meritum nostrū liberū arbit. concurrunt, & non est meritum nisi vnus ad alterum: cum igitur mereri non sit nisi erga Deum, non potest ipse mereri: Vnde igitur opera nostra bona, Dei quidem sunt dona sed sunt nostra merita, & ideo requirit illa Deus à nobis quia sua sunt dona saltem in radice. i. in gratia ut diximus, & in concursu quo nobiscum concurrunt &c.

PRO quinto articulo est dubium duodecimum, an semper restitutio facienda sit ei à quo res sublata est: Ad quod respondet S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 5. vna conclusio. vniuersali quæ sic habet, necessarium vbiq; & semper est eidem fieri restitutionem à quo sublata est res, nisi iura aliud disponant: probatur. Restitutio est actus commutatiuæ iustitiæ, per quam æqualitas constituitur inter personas quæ in æqualia habent: hæc autem rerum ad æquationem legitime constitui non potest, nisi eidem ipsi reddas quod ei abstulisti. siquidē ille est qui propter tuam ablationem minus habet: ergo vero domino semper restitutio fieri debet. Concludimus igitur restitutionem semper debere fieri vero domino: Vnde si rem ab eo sustuleris qui eius non erat dominus, veluti à latrone non est ei reddenda, sed domino cui latro surripuerit: & si à monacho rem accepisti, non est sed prælato restituere teneris: hoc probatur

Secūda. 4. quest. 18. art. 5. fo. 261

tur, quia ut supra diximus duplici ex cap. ori tur restitutionis obligatio, nempe ratione acceptiōis & ratioe rei acceptæ: vnde in prædictis euentis etsi nihil ab huiusmodi dominis acceperis, quia tamen eorum res apud te retines eis reddere compelleris. Obseruanda tamen sunt tria in hisce restitutionibus: Primum est ut citra vllam dubietatem constet illi qui rem tenet alienam, quis dominus illius rei sit ut illi restituat: Ratio huius est, quia dum res tibi est dubia, cum melior sit conditio possidētis, illi à quo abstulisti reddere debes, ut ipse videat cuius est: Et quia in foro exteriori nisi plane probes re non esse illius compelleris restituere illi à quo abstulisti: illud quod dixi quod non debes restituere illi à quo accepisti, si non erat verus dominus illius, intelligitur. i. si nullo modo habebat legitimum dominium illius rei: quia si ille à quo sustulisti ratione mutui, vel alio legitimo contractu rem illam habet, illi reddenda est, quia nullus priuatus homo potest illum tunc priuare propria autoritate illo domino quod super illā rem habet: Secundū quod est obseruandum, est quod ut tenearis dare rem quam habes alienam, domino, requiritur quod id possis efficere absq; tuo notabili detrimento, alias latroni à quo accepisti reddere poteris. Tertium est, quod quādo restituis vero domino, teneris eum & latronē admonere, ne fortē latro penitentia ductus rursum restituat, & ne dominus alia via à latrone rursus exigit quod semel restitutum est. SED forte argues cōtra illud secundū, quod diximus quod non tenetur quis restituere vero domino cum suo notabili detrimento rem quā accepit a latrone, quia ille qui habet rem alienam tenetur eam restituere, non solū ex charitate sed de iustitia: ergo etiam cum notabili detrimento tenetur eam reddere vero domino: Ad hoc nego consecutionem, concessio antecedere, quia quādo quis non accepit rem alienam iniuste a vero domino, non tenetur eam restituere cum notabili detrimento suo. SED dubitabis merito, an aliquando sit restituendum aliquid illi a quo nihil est acceptum, nec illi immediate facta fuerit iniuria? veluti S. Tho. dicit in. 2. 2. q. 65. ar. 4. quod iniuria tanto est grauius peccatum quanto persona cui fit est pluribus cōiuncta personis: ut iniuria facta vxori habenti maritum, filios, consanguineos, & multos amicos, longe est grauior quā si solum haberet maritū: & qui facit iniuriam ciui Olisipponēsi grauius peccat quā si illam faciat ciui Conimbricensi, ceteris paribus, quia non solum facit iniuriam illi homini sed reipublicæ & alijs suis ciuib; & quia plures sunt ciues Olisipponēses quā Conimbricenses, grauior est illa iniuria facta Olisipponēsi quā facta Conimbricensi,

An igitur qui facit iniuriam alicui pluribus coniuncto tenetur restituere omnibus illis, vel solum ipsi qui iniuriam recepit? Et loquimur de sola iniuria, ita quod illi alij quibus fit iniuria, eo solum quia fit huic mulieri nihil temporale propterea perdidit: ut si quis occidit vxorem alterius, esto quod maritus ob id nihil temporale perdidit nisi ipsam solam vxorem, an nihilominus occidens teneatur restituere marito mortem vxoris? & eodem modo si quis occidat filium alterius propter quod nihil amisit pater temporale, an teneatur restituere patri mortem filij? videtur quod teneatur, prius, quia facit illis magnam iniuriam. Secundo si ille occideret bouem alterius teneretur restituere, quia nocuit in bonis temporalibus: ergo tenetur restituere mortem filij quia nocuit in maiori bono quale est filius, qui est maius bonū patris quā bos, & propter eandem rationem hæc restitutio videtur extendenda ad amicos. Ad dubium igitur respondebimus cum hac distinctione bifariā, vna persona est alteri cōiuncta vel coniunctione gratuita, ut amicus cōiunctus amico: vel cōiunctioe necessaria, ut fili; patri, marit; vxori, & cōsanguine; cōsanguineo. HIS præmeditatis est prima conclusio, Qui facit iniuriam alicui non tenetur restituere personæ, vel personis illi coniunctis coniunctione gratuita, ut si quis interficiat amicum optimum Ioannis non tenetur restituere aliquid Ioanni, esto quod Ioannes vellet potius perdere omnia bona sua temporalia quā illum amicum. Hæc conclusio probatur, quia Ioannes nihil habet in illo suo amico, quod de iustitia sit sibi debitum, sed si aliquid habebat erat gratuitum & non debitum: ergo nihil est Ioanni restituendum.

SECUNDA conclusio est, qui facit iniuriam alicui probabile est quod non tenetur restituere alijs personis coniunctis etiam cōiunctione necessaria distinctione restitutione, pro sola illa iniuria si nullum aliud intulit incommodum in temporalibus bonis: ut qui fecit iniuriam vxori non tenetur marito ad distinctam restitutionem ab illa qua obligatur vxori: Et qui fecit iniuriam patri non tenetur filio, vel contra, ad distinctam satisfactionem ab illa qua tenetur filio: Hæc probatur, quia ille non fecit iniuriam coniunctis, nisi quatenus facit illi personæ & per illam, nempe qui fecit iniuriā vxori non fecit viro nisi per vxorem, & eo solum quia fecit vxori: & qui occidit filium alterius non fecit patri iniuriā nisi quia occidit filium suum: si ergo ille satisfaciat vxori orando pro illa, aut filio simul satisfaciat marito & patri: probatur quia sicut sunt coniuncti in malis ita etiam sunt in bonis: & sicut illa iniuria facta filio redundat ad patrem, ita restitutio facta filio redundat ad pa-

Prima conclusio

Secunda conclusio

Dubitatio.

Dubium duodecimum.

Secunda. 4. quest. 18. art. 5.

ad patrem: Vt si quis dat Petro ad arbitrium prudentis viri centum aureos, pro manu quam ei amputavit iam per hoc quod satisfacit illi Petro satisfacit alijs coniunctis, sicut per hoc quod fecit iniuriam Petro fecit & coniunctis. Et ad illa duo argumenta quae fecimus in oppositum, dico ad primum quod ille qui facit alteri iniuriam, illam eandem facit coniunctis & non aliam distinctam, unde restituendo illi qui immediate recepit iniuriam, restituit alijs & ab omni alia deobligatur restitutione. Ad secundum autem argumentum concessio antecedente, nego consequentiam: ratio est, quia homini cui facta est iniuria potest fieri restitutio, & non equo sed eius domino.

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio defendi etiam potest, quod qui facit iniuriam alicui, tenetur etiam restituere distincta restitutione, alijs coniunctis coniunctione necessaria, ultra eam qua restituit illi cui fecit iniuriam. Haec probatur, quia uxorem carere viro est ei distinctum malum, sicut etiam patrem carere filio, & non est sola iniuria facta marito aut filio, ideo hoc est securum. Tenendo tamen oppositam sententiam negandum est esse distinctum malum ab illata iniuria uxorem carere viro, vel patrem carere filio: si in temporalibus nil nocumenti sequatur uxori, patri, vel alijs coniunctis, nempe si coniunctus nil perdit temporale, & tam honoratus manet post illam iniuriam sicut antea, tunc facta est restitutio illi soli qui accepit iniuriam, & per hoc quod illi restituitur satisfactio coniunctis, ut probauimus.

Dubitatio.

HESITABIS tamen, an qui alicui incommodum aliquod intulit, teneatur restituere haeredibus si damnificatus mortuus sit ante eam factam restitutionem? Ad hoc respondetur ex communi sententia theologorum, quod quicumque nocuit alteri in temporalibus bonis, tenetur restituere legitimis eius haeredibus, si mortuus sit damnificatus ante eam satisfactionem factam: Ratio in promptu est, quia haeres secundum iura rationabiliter succedunt in bonis temporalibus defuncti, Et de hac propositione nullus dubitavit: Sed difficultatis punctum in hoc consistit, an scilicet qui alium laesit in fama, honore, vita, aut membrorum amputatione, teneatur restituere haeredibus, si laesus moriatur antequam recipiat satisfactionem nocenti ei illatam? Et probatur quod praedictus laedens teneatur restituere haeredibus defuncti illius, quia illa erant bona defuncti, at haeres succedunt in bonis defuncti: ergo haeredibus tunc restituendum est: ut si quis alteri manum mutilauit, pro qua ad arbitrium prudentis viri mutilator debet mutilato centum aureos, moritur mutilatus antequam illi restituatur illa pecunia: ergo tenetur restituere haeredibus qui succedunt in bonis defuncti: Et illa iam sunt bona fortunae, ergo ea

debet praedictis haeredibus. Respondendo tamen ad hoc constituo hanc propositionem, Qui alteri nocumentum intulit in fama, honore, vita, aut bonis corporis, nempe amputauit aliquod membrum, non tenetur de iustitia restituere haeredibus illius laesi defuncti, si modo infamia illa, aut illud detrimentum ad ipsos haeres non redundauit: Pro qua conclusione considerandum est dupliciter esse bona, quaedam sunt quae transeunt ad haeres secundum leges, ut sunt bona fortunae, quae laedens tenetur haeredibus defuncti restituere, ut iam in conclusione diximus. Alia sunt bona quae secundum leges non transeunt ad haeres, ut manus, vita, fama, & honor, & haec non tenetur laedens restituere haeredibus defuncti: ratio in promptu est, quia sicut illa bona non transeunt ad haeres, ita nec eorum restitutio. His suppositis probatur conclusio, quia haeres non fuerunt damnificati in aliquo propter hoc quod alius fuerit diffamatus aut occisus: quoniam etsi amplius vixisset, vel si ille cum fama mortuus fuisset, vel cum alio ex his bonis corporeis, non plus haberent haeres quam nunc habent: ergo nullum nocumentum fuit eis illatum, propter hoc quod defunctus fuerit diffamatus, occisus, aut mutilatus in bonis in quibus possunt succedere: ergo nihil debet illis laedens pro sola infamia, mutilatione, aut morte: secus si ob hoc haeres incurreret aliquod detrimentum in bonis fortunae aut in sua propria fama, nempe si ille diffamauit defunctum dicens illum esse Iudaeum, & ex hoc sequitur quod haeres qui sunt filij etiam sunt infames quia etiam reputantur Iudaei, tunc diffamatus defunctum tenetur restituere haeredibus non famam defuncti sed propria ipsorum haereditum. Et tunc ad argumentum in contrarium concedo antecedens, nempe praedicta bona corporalia esse bona quidem defuncti, sed non sunt bona utilia haeredibus in quibus solis ipsi succedunt. Et ad probationem, quia ille qui amputauit manum alteri, iudicio prudentis viri iam tenetur restituere illi centum aureos, confiteor, sed illud est propter hoc quod ille amputans manum non poterat alio modo restituere illam, sicut nec famam, aut vitam, sed post mortem alterius non tenetur ad illam manum, ideo nec ad illam pecuniam. **S E D** argues contra praedictam conclusionem: ille laedens defunctum fecit iniuriam haeredibus, ergo tenetur illis restituere: Ad hoc nego consequentiam concessio antecedente: ratio est, quia non fecit iniuriam haeredibus in bonis ipsorum sed in bonis defuncti, nec fecit iniuriam ipsis haeredibus immediate, sed mediate qua tenus fecit iniuriam defuncto: Ideo solum tenetur restituere defuncto: Verum est quod si laedens composuisset iam cum laeso antequam

morere-

Secunda. 4. quest. 18. art. 5. fo. 262.

moreretur, quod daret illi centum aureos pro sua manu, & illa ratione laesus pepercit ledenti, iam illi aurei transirent ad haeres, & dando illam pecuniam haeredibus satisfacit laeso defuncto.

Dubitatio.

V T tamen expressius explicemus vnum quod inter exponendum praecipua conclusionem huius articuli libauimus, nempe quod qui rem vnius accepit ab alio qui iniuste eam detinebat, non illi detinenti sed vero domino restituere tenetur: dubium est, an qui furatur a fure furtum quod fur ab alio accepit, teneatur ipsi furi an vero domino restituere? Et videtur quod teneatur furi & non vero domino, quoniam hic secundus latro priori latroni facit iniuriam, cum ille prior fur habeat ius restituendi vero domino: ergo si alius rapiat ab illo, etiam ut restituat vero domino facit illi iniuriam: & maiore afficiet eum iniuria si rapiat ut sibi habeat: ergo priori tenetur repensare furi: In oppositum est, quia illa est res aliena quam secundus fur retinet domino iniusto: ergo tenetur restituere domino & non priorifuri. **A D** hoc dicunt theologici communiter, quod ille secundus fur tenetur restituere vero domino: probatur prius, ratione immediate facta in oppositum. Secundo, restitutio est ad hoc, ut qui minus habet reducatur ad aequalitatem, & cum dominus illius rei habeat minus quam debet habere, debet illi repensari res sua: Et ad argumentum in aliam partem concedo, quod etsi facta fuerit priori furi iniuria, non valet consequentia, quia per hoc quod res datur vero domino, restituitur iniuria priori latroni, quia iam deobligatur a debito quo tenebatur vero domino: Si autem secundus fur non restituat vero domino, facit iniuriam priori, & teneatur ei restituere eam. Dixi, etsi facta fuit priori furi iniuria: quia vsu euenire potest quod quis auferat rem illam a priore latroni & nullam illi iniuriam faciat: veluti si filius videat rem patris in potestate latronis, possit capere cum filius sit procurator rei patris. Ex his proxime dictis colligitur, quod qui habet pecuniam vel aliquod aliud bonum ab eo qui non potuit alienare, quia non erat adhuc dominus illius pecuniae vel boni, tenetur restituere vero domino, & non illi qui dedit: Ut si quis lucretur pecuniam ludo a pupillo qui non potest alienare, vel a moracho vel a muliere, tenetur totum quod sic lucretur restituere vero domino, nempe patri, marito, vel abbati aut monasterio: si tamen ille pupillus vel religiosus, aut mulier quae dedit vel lusit pecuniam, habeant administrationem illorum bonorum: Nempe religiosus est procurator monasterij possit illis fieri restitutio. Ratio est, quia habent aliquod dominium illarum rerum, licet non ad donandum, sed ad dispensandum, vel

alio modo administrandum. Et hoc intelligo si sit probabilitas quod fideles erunt dispensatores secundum dominorum voluntatem, aliter non licebit restituere illis sed veris dominis: omnium horum ratio est in proprio, quia alias non fieret aequalitas quae fieri debet, quoniam semper verus dominus habebit minus quam debet habere. Sed contra hoc arguitur ex cap. ex literis tuis, extra de restitutione spoliatorum, ubi dicitur quod spoliatus prius est restituendus quam agatur de institutione an fuerit canonica, (& sequitur in text.) sicut latro semper restituendus est: ergo priori latroni & non vero domino tenetur secundus latro restituere: Ad hoc nego consequentiam, quia lex loquitur de latrone dubio: vult igitur text. quod quamdiu dubitatur an ille qui rem habebat, furatus fuerit an non, vel quamdiu non constat quis est verus dominus illius rei, prior latro est restituendus: secus de latrone manifesto, quia hic potius est suspendendus quam restituendus: Si autem ille a quo res est ablata non erat quidem dominus, sed tamen illa iusto titulo detinebat vel obtinuit, nempe mutuo vel deposito, vel in pignoratione, esto tempus mutui vel accommodationis transferit, illi res restitui debet: ratio est, quia cum illam haberet iusto titulo, habebat ius ad utendum tali re: Et quia ad ipsum spectat suo domino rationem illius rei reddere: Et etiam quia in iudicio exteriori licite ille spoliatus potest rem illam repetere, & ei adiudicabitur. Ex his sequitur, quod si ille a quo res est accepta non erat quidem dominus, erat tamen dispensator, ut tutor pupilli, thesaurarius, vel frumentarius, illi est res reddenda & non domino: Sed adhuc probatur quod non semper sit restituendum vero domino: Nunquam enim licet restituere cum nocumento illius cui fit restitutio vel alterius: at si restituendum esset semper vero domino nocumentum inferres vel ei vel alteri, ut si furioso petenti gladium quem apud te deposuit, ad se vel alium occidendum reddas, illi vel alteri noceres: ergo non semper est restituendum vero domino. Ad hoc argumentum respondet S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 5. ad prim. Quod quando res restituenda nocua est domino petenti vel alteri, non est tunc restituenda, sed fideliter seruanda in aliud tempus, quando iam ex restitutione nullum sequetur incommodum, sed potius commodum domini rei: Et ratio est, quia restitutio fit in utilitatem domini rei ablatam, vel detentam, & non in eiusdem perniciem: Ex his sequitur prius quod non est reddendus gladius depositus domino in furia petenti, ad inferendum sibi vel alteri nocumentum. Colligitur secundo, quod non est restituenda pecunia deposita vero domino petenti, ad inferendum sibi vel alteri incom-

Secunda. 4. quest. 18. art. 5.

incommodum aliquod, veluti si vellet illam ad inferendum bellum iniustum: Et hoc etiam fateatur Caiet. ibid. sup. Di. Thomae: probatur, quia eadem ratio est de pecunia quae de gladio vel de aliqua alia re. Colligitur tertio, quod cum quis petit rem suam ab alio habenti (siue habeat iusto siue iniusto titulo) ad occidendum se vel alium, vel ad inferendum sibi vel alijs in commodum aliquod in bonis corporis: ut si petit gladium ad amputandum sibi vel alteri manum, aut petit ad nocendum notabiliter alijs in bonis etiam fortunae, non est sibi dandus ille gladius: Probatur, quia quilibet potens liberare proximum a tanto malo, a quo ille proximus cum sit in tanta vehementi passione, non potest se liberare nisi cum magna difficultate tenetur: sed in praefatis euentis, ille qui habet rem alterius petentis, potest illum liberare a malo a quo ipse rei dominus nisi cum magna difficultate seipsum eripere non potest: ergo tenetur. 2. Eccl. 17. vnicuique, Deus mandauit de proximo suo: ergo tenetur iste qui habet rem alienam consulere domino rei qui tunc est in illa passione, & laborare ut cõseruetur in oculis. Tertio, si furiosus iam haberet suum gladium in manu ad occidendum se vel alium, teneretur alius qui sine proprio notabili detrimento posset arripere a manu illius: ergo etiam tenetur non dare cum habeat in sua potestate: & non obstat quod dominus sit iniustus, eo quod suum detineas gladium, quia est irrationabiliter iniustus: Et haec communiter a theologis probantur & recipiuntur.

Dubitatio.

SEd haesitare quis poterit, quo iure depositarius in praedictis euentis teneatur non reddere rem vero domino petenti ad faciendum sibi vel alteri iniuriam: Ad quod dico esse distinguendum, quia vel dominus rei a depositario exposcit rem suam ut sibi vel alteri iniuriam faciat: nempe se vel alium occidendo vel mutilando aut percutiendo, vel alijs etiam in bonis fortunae nocendo, vel petit rem suam in aliquem alium ab usum qui non habet annexam iniuriam: ut si pecuniam quam illi debes, ad sortandum, vel ludendum, aut ad ipsam prodigendum ex te reposcat: si petit ad talem ab usum qui iniuriam inuoluit, tenetur depositarius de iustitia non dare: probatur, tum quia reddendo causam dat iniuriam, tum quod si reddat condemnabitur in iudicio: Unde colligitur, quod si tunc reddat cum sit causa iniuriam, tenebitur ad restitutionem nocumeti quod inde sequitur: Si vero reposcat rem suam ad alium ab usum qui iniustitiam non includit, non tenetur de iustitia non reddere: tenetur tamen ex charitate rei proximi consulere, atque adeo si potuerit cum consensu domini in aliud tempus restitutionem differre. Sed difficultas est, si dominus rei eam petit, non ut noceat sibi nec alteri in bonis corpo-

Dubitatio.

ralibus, nec etiam ut alteri notabiliter noceat in bonis fortunae: sed vult pecuniam suam ad ludendum, ad dandum sorto, vel ad prodigendum, ita quod inde nulli inferat nocumetum nisi sibi ipsi in illis bonis fortunae, an non obstat hoc sit ei danda res sua? Et videtur quod non sit tunc illi danda res sua, quia tunc ille dans nocet vero domino, quia si ille non dedisset, alius non prodigeret rem suam. Secundo, ut statim diximus, vnicuique mandauit Deus de proximo suo: ergo depositarius debet consulere rei alterius seruando eam. Tertio tunc et si dominus rei sit iniustus, est irrationabiliter iniustus. Ad hoc dubium respondet Adria. in quolib. q. 2. ad primum argumentum ante oppositum. Et communiter omnes Theologi reddendam esse tunc rem vero domino, etiam si habens illam pecuniam sciat quod dominus vult illam ad expendendum cum sortis & viris sceleratis: quod constat prius illo testimonio Pauli ad Rom. 3. Non sunt facienda mala ut inde veniat bona, sed malum est retinere pecuniam alterius, quando ex concessione non sequitur maius malum nisi quod dominus prodiget illam: ergo non licet eam tunc retinere. Secundo, non licet alicui retinere alium vi ne intret ad sortum: ergo nec licet retinere suam pecuniam quam vult dare sorto. Tertio, principium est morale, quod quotiescunq; occurrunt duo mala in se, ita quod illorum vnum debet fieri, minus est eligendum. At minus malum est quod ille prodigat pecuniam aut rem suam, quam quod tu detineas: ergo danda tunc est ei res sua. Et hoc approbat S. Thom. in 4. d. 32. quest. vnicuique, ar. 2. quest. 3. ad tertium argumentum, ubi dicit quod detinens gladium, & non reddens furioso, bene facit nisi inde sequantur maiora mala: nempe quia si retinens non reddit, furiosus occidet ipsum detinentem aut duos alios, & si depositarius reddat gladium non occidet nisi vnum tantum, tunc namque detinens debet reddere ad evitandum maiora illa mala: Sic ergo, quia maius malum est detinere rem alienam, quam quod dominus prodigat eam, reddenda est ei res sua. Et confirmatur, quia si tunc detineas rem alienam prius illum sua libertate quod iniustum est: Et tunc ad primum argumentum in contrarium, nego quod ille rem alterius reddens noceat domino rei, sed ipse dominus sibi ipsi nocumetum infert. Ad secundum dico quod Ecclesiasticus intelligit, quod debemus consulere proximis quando id sine maiori nocumeto fieri potest, at si depositarius non reddat depositum domino petenti ad prodigendum, priuat illum sua libertate quod peius est ei quam prodigere rem suam, secus autem quando dominus depositi illud petit ad inferendum sibi ipsi nocumetum.

Secunda. 4. quest. 18. art. 5. fo. 263.

mentum in corporalibus, quia nocumetum corporale est longe maius malum, quam quod priuetur ad tempus vel semper sua libertate, vel quando vult nocere alijs, quos depositarius tenetur defendere si potest sine suo notabili detrimento, & sine notabili nocumeto inuasoris. Ex his omnibus colligo primum, quod qui habet rem quam non potest retinere: sed habet, quia dominus rei absolute donauit illi sine conditione & libere, sed donatio est irrita iure, donanti debet eam reddere: ut si pupillus aliquid donauit ei debet restitui, quoniam cum donatio non valeat, idem est ac si non esset facta, nec habet alium titulum quo liceat ei rem illam retinere. Secundo colligo, quod si donans confert rem alteri sub conditione apponenda a donatario quam non apposuit cum esset possibilis conditio, reddenda est res donanti, quia non transtulit dominium nisi cum illa conditione quae non extat: sed contra hoc est cap. verum, de conditionibus appositis, ubi dicitur quod professio legata Ecclesiae sub conditione est Ecclesiae, licet non ponatur conditio, ergo &c. Ad hoc dico cum glosa ibidem quod textus loquitur de modo & non de propria conditione: ut si quis dicat dono tibi hoc ut singulis annis hoc facias, & non dicit dono tibi hoc si tu hoc aliud feceris. Tertio colligo, quod si quis dedit rem suam non libere absolute, sed ob causam aliquam honestam: nempe das diuiti ut postea tibi mutuet, iudici ut tibi seruet iustitiam, tamen recipientes non possunt retinere eo quia iniuste accipiunt, quia contra leges, tenentur restituere danti, quia ipsi non possunt retinere, dans vero iuste dedit, sed non absolute libere: Ideo esto ponantur conditiones vel causae: nempe diues muruat, iudex iuste iudicat, tenentur reddere rem illam danti, quia illa debebant iudex & diues danti de iustitia vel de charitate. Quarto colligo, quod si quis det rem suam alicui ob causam turpem: nempe ut aliquid agat indebitum. scilicet ut iniustam ferat sententiam, aut testimonium falsum deponat, aut occidat, vel aliquod flagitium committat, tunc dicunt multi quod res illa non est restituenda danti: ratio est, quia obstat illi sua turpitudine. Et ita refert Syluest. verbo restitutio. 2. §. 1. Sed contra est, quia leges quae disponunt in odium turpitudinis, quod res datae ob turpem causam non restituatur danti, sunt poenales: ergo non obligant in conscientia ante sententiam latam. 12. q. 2. ca. fraternitas, & ibi glosa communiter recepta: ergo turpitudine danti non obstat, quin ante sententiam ei restituatur res sua, distinguendum potius est, quia vel causa ob quam data est res, est subsecuta vel non. Si primum

non est restituendum danti: ratio est in promptu, quia cum illa causa abdicauit a se dominium rei suae: Si vero causa illa turpis non fuit subsecuta, tunc restituendum est danti, quia non donauit nisi ob illam causam: ergo cum illa causa non ponatur non abdicauit a se dominium rerum suarum: ergo illi est in conscientia reddenda, cum leges, ut in prima. 2. dicimus, non priuant illum dominio rei suae ante condemnationem: Et quauis ille ob suam turpitudinem sit dignus ut re sua priuetur, non tamen priuatur de facto per leges ante sententiam. Quinto colligitur, quod si res data est symoniacae, tunc si illa symonia commissa est cum iniuria alicuius Ecclesiae, restituendum est illi Ecclesiae, & non danti. Et si omnes Ecclesiae illius sacerdotes fuerunt in culpa, debet pecunia praedicta pauperibus, vel in aliquos alios pios vsus erogari: probatur hoc ex cap. de hoc autem, extra de symonia. Si autem symonia non committitur cum iniuria Ecclesiae, sed cum deceptione alicuius tunc illi decepto danti est restituendum, sic definitur cap. veniens, extra de symonia, de quodam qui dedit pecuniam pro ingressu religionis, quia praesupponitur quod fuit deceptus a monachis qui dicebant illi illud esse consuetum in religione. Et ideo praecipit ibi summus pontifex quod restituatur illi sua pecunia, & quod vadat ad aliud cenobium: sed de hoc latius agendum est in materia de symonia. Sexto colligitur, quod si res data est fisco aut alicui applicatur per legem vel per sententiam, fisco aut illi cui applicatur debet restitui. Septimo colligitur, quod quando non potest haberi dominus rei, cui debet fieri restitutio, est elargienda illa pecunia pauperibus.

SEd arguitur contra illud quod supra diximus, nempe reddendum esse depositum domino petenti etiam ad prodigendum, quia nemo habet ius peccandi: ergo quomodo cumque ille petat ad peccandum, etiam citra suam corporalem & aliorum iniuriam, denegandum est illi depositum de iustitia, ut si petat pecuniam depositam ad committendum symoniam, videtur de iustitia esse ei denegandam. Ad hoc respondet Caieta. 22. q. 62. ar. 5. quod tunc etiam non licet reddere depositum domino petenti sic ad peccandum. Dicit namque non licere pecuniam depositam domino reddere ut Cardinalatum emat: Et longe minus illi pecuniam in talem vsus mutuari: at quidquid sit de mutuatione, in quo maior videtur esse ratio culpae, quia cum minus obligetur mutuans, magis videtur esse causa, tamen depositum tunc reddere nullam videtur iniustitiam afferre, quia dominus depositi petit quod suum est, non ad irrogandam iniuriam alicui tercio, nec

Argumentum contra tertiam partem distinctionis.

Secunda. 4. quæst. 18. art. 5.

nec sibi sed solum ad peccandum: veluti si pereret vt malo sine daret alicui: Ideo alij responderent negando hanc consequentiam: Nemo habet ius peccandi, & hic petit pecuniam suam ad peccandum: ergo non petit vt utatur iure suo, quia petit ad dandum ad quod habet ius, licet non ad culpam quæ rationi adiungitur: dicunt enim hi quod committitur in prædicta consequentia vitium appellationis: Sed nec hoc videtur verum cum eo modo quo non habet ius ad peccandum, nec habet ius ad dandum si datio peccatum sit. Secus autem de mercede meretricia, quia dare non est peccatum, licet ipsa fornicatio sit peccatum: Ideo his relictis duobus modis respondetur, prius quidquid sit de illo sine ad quem suam à te pecuniam petit, tamen petendo utatur iure suo, quia petit quod suum est: Et si dicas, petit tamen vt ea abutatur ad quod non habet ius: dico quod quemquæ vt iure suo bifariam intelligitur quia si ius accipiatur pro lege, nemo habet ius peccandi quoniam nemo lex peccare permittit probando peccatum: Si autem ius vnus cuiusq; accipiatur pro eo quod est suum, scilicet quo citra iniuriã utitur: tunc ille qui dat pecuniam symoniace vel ad aliam nequitiam utitur iure suo i. dat quod suum est, atque adeo nemini iniuriam facit, sed legi: quam iniuriam quæ sit legi, depositarius non tenetur vitare.

PRÆTEREA, Secundo præcipue, arguo quod non semper sit restituendum ei à quo aliquid ablatum est, quia ille qui inique atque malo sine aliquid dat, meretur illud non recuperare: at sæpe homines aliquid dant malo animo, nempe symoniace, vel ad occidendum alium, aut vt iudex non seruet iustitiam: ergo non est illis restituendum. Ad hoc respondet S. Tho. vbi supra ad secundum argumentum, dicens, bifariam quis dat aliquid illicite, prius ita quod ipsa datio est contra legem, vt cum quis symoniace aliquid dedit aut iudici vt iniustam ferat sententiam, & tunc non est illi restitutio facienda illorum quæ sic dedit. Secundo dicit quod etiam ille qui sic accepit non potest sibi retinere, quia contra legem accepit, sed debet illud sic acceptum in pios vsus erogare. Alio modo quis illicite dat, quia propter rem illicitam dat, licet ipsa datio non sit illicita, vt qui dat meretrici propter fornicationem, & tunc mulier potest licite sibi datum retinere, dum modo datum sit moderatum: nam si superflue ad fraudem vel dolum extorsisset, teneretur danti restituere. Hæc S. Tho.

SED vt hoc expressius disputemus, dubium est, an sit restitutioni obnoxium id quod datur & accipitur pro opere quod est peccatum mortiferum: veluti si quis dat pecuni-

Dubitatio.

am pro sacerdotio symoniace, vel assasino vt hominem occidat, aut meretrici pro suo concubitu, an illi qui recipiunt teneantur ad restitutionem? Sunt de hoc duæ opiniones, altera est affirmatiua, & non tractamus nunc cui debeat fieri restitutio, sed solum an debeat fieri: inquiremus autem postea cui fiet. Quod autem illud sic pro aliquo peccato acceptum sit restituendum: Dicit Innocentius cap. quia plerique, extra de immunitate Ecclesiæ: Panor. ibid. q. 10. conclus. 3. Hostiensis cap. cum sit, extra de Iudeis. Et probatur hæc sententia, prius, quia præcium acceptum pro iniusta sententia ferenda, falso testimonio deponendo, aut pro iniusto patrocinio, est necessario restituendum: ergo omne aliud præcium pro omni alio peccato datum: antecedens est August. in epistola ad Macedonium, & habetur. 14. quæst. 5. cap non sane.

SECUNDO pro hac sententia est lex Lucius Titius. ff. de iure fisci, vbi sic habetur, mortua rea crimine extincto persecutionem eorum, quæ scelere adquisita probari possunt, fisco competere. Propter quam legem tenent communiter doctores, meretricem non publicam teneri in foro animæ turpiter adquisita restituere: ergo omne illud quod pro peccato est acquisitum, restituendum est.

TERTIO, ad hoc etiam adducitur lex afflictionis, de donationibus: vbi dicitur quod non valet donatio facta meretrici à milite: ergo nec valebit aliqua alia donatio facta pro aliquo alio peccato, cum eadem sit ratio.

QUARTO, ad hoc accedit cap. cum sit, extra de Iudeis, vbi habetur quod Iudæi secundum prouidentiam diocæsanorum in elemosynas pauperum Christianorum conuertant quidquid ratione publici officij inter Christianos fuerunt assecuti: ratio est, quia Iudæi illa officia exercere non poterant: ergo idem dicendum est de omni alio pro peccato aliquo accepto.

ALIA opinio est, quod ad præfatum dubium non potest satisfieri nisi cum distinctione, vt fecit D. Thom. Ideo ego respondebo aliquibus propositionibus: prior est, si esse-mus in lege naturali, hoc modo quod res quidem essent appropriatæ, sed nullæ essent leges quæ puniant huiusmodi dantes & accipientes aliquid pro opere illicito, possit accipiens quantumcunque pro iniquo accepit opere, sibi retinere, posito malo opere pro quo alius dedit. Probatur, quia si leges non prohiberent, ille dans poterat illa conditione sponte sua transferre dominium, & alius acquirere, licet peccarent.

SED quia sunt leges punientes hos dantes & accipientes aliquid pro peccato, sit se-

Prima conclusio

Secunda conclusio

Secunda. 4. quæst. 18. art. 5. fo. 264.

cunda conclusio. Si opus illud malum pro quo tuum dedisti donari est de se malum, ita quod ipsa datio est mala, & de se recipiens ad restitutionem tenetur: hæc est S. Tho. vbi supra: Et probatur, quia cum illa acceptio sit prohibita per leges formaliter vel virtualiter non acquirit ille dominium: ergo non potest rem illam retinere.

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio est. Si opus illud pro quo datur præcium non est per se peccatum, nec datio ex obiecto est mala, sed ex circumstantia. s. loci, temporis, scandali, voti, aut iuramenti, licite accipiens retinet præcium quod sic pro tali opere accepit: Vt qui mercatur aut vendit in die festo, aut loco sacro, non tenetur ad restitutionem, quia illa emptio vel venditio de se non est illicita nec prohibita, sed solum ratione circumstantiæ: Vnde qui vendit hæreticis, aut Sarracenis res prohibitas, non tenetur restitutioni: ratio est, quia nõ recipit pecuniam pro emptione aut venditione quæ erant prohibita, sed pro mercibus quæ sine fraude illud valebat præcium: Et tunc ad argumenta quæ fecimus ex legibus adductis pro alia affirmatiua opinione dico, quod probabatur solum quando datio & acceptio erant de se mala & non ex circumstantia. Sed contra hanc tertiam conclusionem argues ex cap. ad liberandam, extra de Iudeis: vbi dicitur quod non sunt ab excommunicatione absoluendi, hi qui arma & alia vetita vendunt Sarracenis, nisi ea quæ lucrati sunt, in subsidium terræ sanctæ expendunt. Ad quod dico quod illud est pœnale, & nõ est iniunctum in vim restitutionis: vnde si ille obtineat facultatem vt absoluaetur nihil dicens de illa pœna, non tenebitur ad restitutionem, licet stando in illo canone sine alia facultate Papæ, nullus poterit illum absolvere, nisi iniungendo illam pœnam &c. **EST** vltius notandum quod triplex potest esse datio illicita, vno modo solum ex parte recipientis: vt si cuiusdam donum porrigas ne peccatum committat, & tunc si illud peccatum à quo vis alium reuocare, iniuriam alterius annexam habet, datur tibi repetitio, vt habetur le. vt puta. ff. de condi. ob turpem caus. Sed si tu non repetis, ille qui accepit ad nullam tenebitur restitutionem: quia esto ille gratis teneretur abstinere, nihilominus quia in gratiam tui abstinet, alioqui illud facturus malum, potest pro sua voluntate iure naturæ præcium ex te recipere: Vnde lex translationem dominij non prohibet sed repetitionem tibi concedit in odium illius criminis, ne homines præcio venderent iniurias quas in alios meditantur. Si autem vicium à quo aliud tuo donatio reuocare intendis, iniustitiã annexam non habeat: Vt si amico tuo quidpiam dares ne scortaretur, pro-

fecto non solum ille recipere potest, nec ad restitutionem tenetur: verum nec daretur tibi repetitio, quia prædicta lex non loquitur nisi in vicij habentibus iniustitiã annexam, vt in suo constat exemplo. Secundo modo datio est iniusta ex parte vtriusque, nempe dantis & accipientis, non ob id quod actio pro qua munus datur, non sit natura sua præcio æstimabilis, sed quia habet annexam iniuriam contra iustitiam: vt si quis iudici, vt iniustam ferat sententiam, vel assasino vt hominem occidat, munus offerat: tunc enim eodem præcio vterq; iure mulctatur, quia vterque deliquit, & datio fisco applicatur, vt constat leg. mulctarũ. C. de mod. mulctæ. eo quod præcium das pro actionibus iniuriosis: Ideo indignus sis iure, vt dominium adquiras eius quod pro illis recepisti. Et hoc est quod dicit lex illa. ff. de verb. oblig. Generaliter nouimus turpes stipulationes nullius esse momenti, quando. s. vtriusque iniustæ sunt. Vnde colligitur, quod quicumque pro huiusmodi iniuriosis actionibus pecuniam, vel aliquid quod recipit commodum, ante condemnationem, tenetur illud restituere: ratio est, quia lex fecit illum inhabilem ad recipiendum in odium delicti, quod est contra iustitiam: ideo nullum adquisiuit dominium: Cum igitur res non sit facta sua, tenetur illam restituere statim etiam ante condemnationem, non fisco sed danti, quia dans non priuatur ipso iure re sua, nisi per sententiam iudicis, licet ipso iure accipiens inhabilis sit ad acquirendum dominium illo condemnato & irritato pacto.

COLLIGITUR secundo, quod non licet dare quidpiam iudici vel iustitiæ ministro ad redimendam vexationem: tum quia iusto medio exequendum est quod iustum est: At cū lex vetuit huiusmodi largitiones, cohibuit etiam illa via vexationem redimere. tum etiam quia illo fucato & palliato modo redimendi vexationem innumeræ fierent corruptiones: nam cum quisque in propria causa iniquus sit iudex, cuique apparet ius habere certum, atque adeo suam redimere vexationem, quod quidem in litibus magna pernicietas est: quia si alter litigantium redimit suam vexationem muneribus iudici datis, alter etiam suam redimet cum etiam vexerit muneribus alterius: ergo non licet illo modo suam redimere vexationem. Tertio modo vsu venit, dationem illicitam esse etiam ex parte vtriusque, dantis. s. & recipientis: sed tamen actio quæ emitur non est iniuriosa, sicut erat in secunda acceptione, sed quia non est præcio æstimabilis, qualis est datio symoniaca: quod enim tibi detur præcio sacerdotium si tu es dignus, non est iniuria alterius: veruntamen quia res illa quæ emit-

tur,

Secunda. 4. quest. 18. art. 5.

tur, nō est pretio aestimabilis, ppter ea quōd antistes gratis acceperunt vt gratis dispensent, fit vt qui pretium pro re spirituali recipit nullum adipiscatur dominium: Ideo statim ante condemnationem tenetur illud restituere, non p̄is vsibus sicut in can. de hoc autem, de symonia, & in can. qui habetis. 14. q. 5. dici videtur, sed illi qui dedit: ratio est, quia nullus priuatur re sua ante sententiam iudicis, nec ipse dans abdicauit à se dominium rei suae, nisi illa lege vt alius haberet, cū igitur alius non potuit habere, manet ipsius dantis. Et ad iura dico quōd intelliguntur, quōd illud pretium sit dādum pauperibus, aut vsibus applicandum post iudicis sententiam.

Dubitatio.

CIRCA secundum membrum distinctionis S. Tho. quo dixit meretricem posse licite accipere pretium moderatum pro vsu corporis sui, dubitant aliqui theologi, an illud pretium sit licitum contractu locationis, quia locauit corpus suum vel non sit ei debitum, sed liceat meretrici accipere, eo solum quia qui suo vitur concubitu gratis dat: Ad quod respondet Ioannes à Medina de contractib. q. 20. meretricem non posse accipere illud stipendium tanquam debitum, sed tanquam gratis datum à fornicario: & si in pretium reciperet, restituere teneretur. & probat, quia sicut spiritualia non sunt aestimabilia pretio quia omne excedunt pretiū, ita opera quae sunt peccata nullo sunt digna pretio propter ipsorum vitiositatem: ergo meretrix pro concubitu suo nullum potest pretiū exigere: Sed vtrūque membrum antecedentis est falsum, prius quia spiritualia nō ob id non sunt aestimabilia pretio quōd omne pretiū excedat, quia quātumcūq; sint supernaturalia, ement illa homines quoad humanos vsus pretio quo possunt: quia vita omne pretiū excedit, nihilominus homicida condēnatur, vt vltam quā abstulit ad arbitriū prudētis viri restituat: ratio ergo quare spiritualia non sunt venalia, est, quia sunt à Deo gratis collata, gratis inquit accepistis gratis date, vnde sciētia quā quis proprie acquirit vendibilis est, peccata verō licet ratione culpae vilia, abhorrenda, execrandaq; sint, ratione tamen consensus illius, qui suas locat operas, rationeq; voluntatis illius qui conducit, secundū quōd ad humanos vsus accommodantur, possunt pretio redimi: vnde cōmunis theologorum sententia est, foeminam licite ratione locationis, & non solum quia gratis datur, pretium accipere pro vsu corporis sui: hoc exprēsse Caieta. 22. q. 62. ar. 5. & videtur quōd hoc intendebat S. Tho. vbi supra. Et probatur, quia reipublica permittens illas miseras meretrices pretium eis taxat. vnde meretrix dicitur à merendo: & qui illis statim pretium non

persolueret, cogeretur in foro iudiciali, quōd non contingeret si esset donatio. Et hoc ipsum adstruit lex, idē si ob stuprum. ff. de conditi. ob turpem caus. quae ait meretricem iuste accipere id quod pro iniusto actu accipit. Et confirmatur quia propterea Iudas soluit Thamar Gene. 38. stipendium pro eius concubitu, & non reprehenditur, & si Thamar peccaret accipiendo illud quod Iudas misit, etiam ipse peccaret mittendo, quod non apparet, sed potius videtur quōd misit, eo quia debebat. Nec contra nos quidpiam facit, le. syncera C. de donatio. inter virū & vxorem, vbi miles donare prohibetur quidpiam meretrici, quia illic non iustum pretium prohibetur: sed ampla donatio, & hoc in fauorem militis: nam alij donare meretricibus possunt, vt cōstat le. affectionis. ff. de donat. Dico igitur ex cōmuni sententia theologorum cum S. Tho. vbi supra, quōd publica meretrices pretium pro vsu suorum corporum accipere possunt ex vi locationis & debiti, nec tenentur ad aliquam restitutionem: Sed an alia quae non sunt publicitus exposita, sed occulte copiam sui faciunt, possint pretium recipere ex vi debiti? dico eas longe iustius posse pretium recipere, quidquid nonnulli alij dicant, quia ob maiorem honestatem plures sunt aestimandae: & non solum hae quae frequenter copiam sui faciunt, sed etiam illae quae raro collabuntur in fornicationem, siue maritalae sint siue solutae stipendium pro vsu corporis accipere possunt, nec restitutioni tenentur: tenebiturq; in foro cōsciētiae qui illis aliquid promisit soluere dum modo secundum conditionem personae moderatum sit. Et probatur, quia licet flagitia illa sint lege vetita, datio tamē prohibita non est. Et ideo in hoc iuri naturali standum est, quo concessio illa corporum aestimabilis est pecunia, ita quōd propterea quae supra diximus, si foemina aliqua peteret à viro vt suis fruatur amplexibus, vir à foemina pretium moderatum accipere poterit, quia ille concubitus est pretio aestimabilis, vt iam diximus. Et ita dicitur Amazones praee & pretio quærere viros qui ad illas accedat gratia prolis suscipiendae. Et pro his omnibus facit lex, idem. ff. de condi. ob turp. caus. vbi ei qui aliquid ob stuprum obtulit, repetitio denegatur. Quo ad forum externum est differentia inter has mulierum species, quōd publicis meretricibus datur in iudicio actio, petendi pretium: Eis autem quae non sunt publico loco expositae, denegatur, quia publicis solum lege decreta sunt pretia: maritalae autem & virgines non solum à iudicio arcentur ne petant, verum in poenam sui criminis priuabuntur pretio adquisito: sed ante condemnationem iure naturae illis debetur: Et si contra

Secunda. 4. quest. 18. art. 5. fo. 265.

Si cōtra hoc arguas ex lege Luti Titius. ff. de iure fisci, vbi mulier quae marito venenum propinauerat, condemnatur, vt quae turpiter in adulterio receperat fisco applicentur, ergo non potest ipsa retinere. Nego consequentiam, tum quia ante condemnationem iure naturae poterat id recipere, tum quia condemnata est, non solum in odium adulterij, sed homicidij. Et si haesites an vxores teneantur viris reddere quae per adulteria lucrantur, & virgines parentibus suis. Respondetur idem esse iudicium atque de alijs quae lino & lana adquirunt: qui autem puellam viciauit si ipsa sponte consensit non tenetur de rigore iustitiae ad aliam restitutionem nisi ad id quod pollicitus est: quia scienti & volenti non fit iniuria, æquum tamen est vt ei aliquid elargiatur vt nuptui tradi possit, secus autem si rapuit inuitam. Si autem (inquit Sanct. Tho.) mulier superfluum per fraudem & dolum extorserit, tenetur amasio restituere: vbi considerandum est, quōd etiam si superfluum recipiat, si tamen fraus non adsit nec dolus non erit illi necessaria restitutio, fraus autem est si dixisset se viro incognitam, tunc quod sic fraude extorquet restituere tenetur, si autem falso dicat se illum de amare perditae, aut faceijs & illectamentis quidpiam extorserit, ad restitutionem non tenetur, quia omnibus compertum est illas esse meretricum technas, & ideo non decipiuntur viri: qui autem superfluum aliquid meretricibus promittit soluere tenetur, nisi tantus sit excessus quōd ad prodigalitatē perueniat, tunc. n. quia viciū est prodigere bona non tenetur illud reddere.

TERTIO praecipue arguitur contra praedictam conclusionem. Nullus tenetur ad impossibile, sed in multis euentis non est possibile restituere ei à quo quid ablatum est: vt si est mortuus, si abiens, si ignotus, ergo non semper est restituendum ei à quo ablatum est.

AD hoc respondet Sanct. Tho. tribus propositionibus, prior est, quando non inuenitur rei dominus facta prius diligentia ad inuestigandum eum. elargiatur res pauperibus aut in pios conuertatur vsus.

SECUNDA conclusio est. Si rei dominus mortuus est restituendum est legitimis haeredibus.

TERTIA conclusio est. Si rei dominus est absens, mittatur ad illum res sua, vel in tuto referuetur & domino significetur. Ex prima conclusione colligitur quōd quando dominus rei omnino est ignotus, in quoscūq; pios vsus res potest conuerti, licet communiter melius erit quōd elargiatur pauperibus, quia elemosyna cum sit actus misericordiae, maxime est accepta, & ideo dicitur communi

ter quōd porrigatur pauperibus, sufficit etiam quōd praedicta res domini ignoti in bonos pios vsus conuertatur, nec requiritur qd ad optimos applicetur. Sed haesitari solet, an qui haeredibus inuestigatis, nulloq; inuento, bona illa in pios vsus confert: postea reperto haerede, qui antea inuentus non fuerat, ei rursus debeat restituere? videtur quōd ita, quia nullus debet inscius & inuitus priuari suo iure. Dico quōd quando restitutio est alieuius momenti, & haeres non inuenitur, coram publica potestate, debet fieri diligentia: & penes ipsam deponendum est debitum. Et si eius autoritate, in pauperes vel in pios vsus distribuat, tunc tutus manet restitutor, tam in conscientia quam in foro iudiciali. Sed iam quōd dominus rei non inuenitur, sciscitaberis an debitor ipse priuatum, possit id quod debet in pauperes diffundere? vel an debeat fieri Episcopi autoritate aut confessoris? Ad quod respondet Hostiensis, de vsuris, capite cum tu, & aliqui alij iurisconsulti, quōd illud debitum ignoti domini debet diffundi ad pauperes aut in pios vsus Episcopi autoritate. Sed non aliter probant nisi quia Episcopus est pater pauperum: ergo suo consilio distribuenda est illud debitum incertum vel ignoti domini. Et hoc dixit Sanct. Thom. in 4. d. 15. art. 5. quaest. 4. ad. 3. vbi dicit praefatam restitutionem debere fieri, secundum arbitrium Episcopi, vel illorum ad quos pertinet cura ciuitatis. Et in opusculo ad Ducissam Brauantiae dicit quōd illa res ignoti domini debet distribui consilio Diocæsani, vel consilio aliorum proborum. Alia sententia est communior quae mihi magis placet. Nempe praedictam rem ignoti domini elargiendam esse pauperibus etiam priuatum per ipsum debitorem vel consilio confessorij aut viri prudentis: Et haec videtur mens Sanct. Tho. tum quia in opusculo statim citato dicit quōd debet fieri illa restitutio autoritate Diocæsani vel consilio virorum proborum: ergo non est necessarium quōd fiat autoritate Episcopi, tū etiam quia Sanct. Thom. in summa non dixit illud quod in. 4. sed simpliciter dicit quōd detur illud debitum ignoti domini pauperibus: Hanc sententiam, nempe quōd ipse debitor potest propria autoritate elargiri rem ignoti domini pauperibus, tenet Syluest. in summa verbo restitutio. 8. 5. 5. idem Scot. in. 4. d. 15. q. 2. ad quartum dubium. Richar. in. 4. d. 15. art. 5. q. 4. Ego autem respondebo aliquibus propositionibus, prior est, Quicūq; dedit pauperibus praedictum debitum ignoti domini, deobligatur debitor à restitutione: ratio est, quia nulla lege est determinatum quōd praedicta restitutio fiat per Episcopum: ergo &c.

SECUNDA conclusio: Prudētē fiet praedicta restitutio,

restitutio, sicut consilio prudentis viri, siue sit Episcopus ille prudens vir, siue sit confessorius, siue quicumque alius: Probatur quia melius fiet consilio prudentioris quam proprio ipsius debitoris, quia ille qui retinet facilius errabit adductus cupiditate illius pecunie.

TERTIA conclusio est, Non est necessarium quod distribuat illa pecunia ignoti domini consilio alterius, sed ipse debitor potest eam in pios usus diffundere proprio consilio: Probatur quia ut diximus, oppositum non potest probari. Et ad argumenta aliorum quando dicunt Episcopum esse patrem pauperum, dico quod intelligitur ut ipse det pauperibus de suis bonis, non autem ut accipiat illa bona ignoti domini, que sunt pauperibus eroganda.

QUARTA propositio. Summus pontifex & Episcopus cum causa rationabili possent applicare illa incerta debita vel ignoti domini, ad hos vel ad illos pios usus, ut in expeditione turcarum, quia illi habent curam reipublice: ergo possunt applicare debita incerta ad illud quod magis expedit reipublice, & principes possunt idem agere si pontifices non praeueniant aut oppositum praecipiant.

SED utile est dubium, an ille qui habet ignoti domini pecuniam possit sibi retinere si pauper sit, ut si Petrus habeat centum aureos ignoti domini, & est pauper, an possit sibi retinere? Ad quod respondet Caiet 22. q. 62. art. 5. quod potest, & ita communiter respondet Theologi. Ego autem dico attemperamentum aliquod esse necessarium: quia si hoc ita absolute concedatur, illico quilibet sibi finget paupertatem pro ratione sui status. Ideo dico quasi non est certum illum debitorem praedictum habere maiores necessitates quam alij, non debet propria autoritate sibi retinere, aut suis consanguineis, sed autoritate Episcopi, aut curati paratiani, aut confessorij si prudens est. Et si semel sibi aut suis consanguineis aliqua praedicta autoritate pecunia illa applicata fuerit, non tenebitur amplius ad restitutionem, etiam si postea ad pinguiorem venerit fortuna: Et quod liceat debitorem praefatum sibi retinere aliquo praedicto modo praefatum debitum probatur, quia si alius deberet restituere, esset pium dare huic qui nunc habet: ergo ipse poterit sibi retinere: sed argues, illa pecunia non est pauperum, sed ideo dicitur quod debeat conuerti in pios usus ut satisfiat pro alio vero domino, sed si hic pauper iam habes retineat, nihil prodest vero domino: ergo non potest sibi retinere: Cosecutio patet quia alius verus dominus non perdidit dominium rei suae: Antecedens autem inde constat, quia si prodesset solum esset ad satisfaciendum pro peccatis, sed retentio qua ille retinet pecuniam alterius, non est opus satisfactorium, sicut nec prodesset alter pe-

cunia propria huius quam non vult erogare pro alio, eo quia ipse dominus indiget. Nec ipsi vero domino valebit propria pecunia ad satisfactionem, quam pauperibus elargiri non vult sed sibi retinere, ergo illa retentio qua retinet pecuniam ignoti domini non est satisfactoria pro vero domino. Respondetur, quod melius est quod nullus retineat debitum ignoti domini propria autoritate sed autoritate alterius, nempe Episcopi aut confessorij: unde dicat hic habes bona: & ego sum pauper, ad iudicium illa mihi: & cum confessorius applicauerit, illa applicatio erit opus pium & pro alio satisfactorium. Secundo dico quod ad hoc quod illa retentio qua hic habes ignoti domini pecuniam sibi retinet, sit pro alio satisfactoria sufficit quod intendat sibi retinere hac intentione quia pauper est, & postea oret amplius pro vero domino, & ita satisfiat pro eo. Admonet autem aliqui doctores confessarios, quod non accipiat illa debita ab his qui ea retinent, eo pretextu quod ipsi dispensabunt pauperibus, quia sequetur ex hoc scandalum, quia alij putabunt quod velut confessorij sibi retinere. Admonendi etiam sunt confessorij ne imponant penitentibus quod dicat missas pro peccatis suis, & quod ipsi confessorij dicat, recepta pecunia a poenitentibus, quia hoc est scandalosum, cum ostendant magnam cupiditatem. Et si aliquando oporteat quod ipsi confessorij diffundant illam pecuniam, oportet quod accipiant chirographa ab illis quibus conferunt pecuniam, & ostendant illis qui dederunt pecuniam, ut intelligant fideliter esse dispensatam praedictam pecuniam. Percontaris autem an compositiones quae fiunt in regno Castellae: ut cruciatae forma habet, nempe ut qui incerta debita habet, soluens certam portionem liber fiat a reliqua parte debiti autoritate Papae: pro huius dubij resolutione, illud semper ob oculos habendum est ne scilicet quis arbitretur debitum aliquod incertum esse antequam diligens peragatur indagatio, ad componendum verum dominum. Hoc supposito, nulla est ambigendi ratio, quin si legitima sit causa possit summus pontifex eiusmodi compositiones facere: quandoquidem iure naturae illa bona sunt reipublicae, quae tunc indiget illis in tales usus. Secundo dico, quod quando reipublicae necessitas est manifesta Rex posset id ipsum efficere: sed quia summus pontifex iustior est eleemosynarum iudex, & causa non ita semper est euidens, ille consulendus est, & eius autoritate id fiet. Et si dicas ignotos creditores non consentire, nego, tum quia illa bona habentur pro derelictis & liberius quisque contribuet centum quae pro amicis ducit quam quatuor quae habet in te, tum quia esto creditores non consentiant, respu-

Dubita-
tio.

republica id potest efficere, & Papa habet auctoritatem remittendi illam partem quam remittit illi debitori, tanquam legitimus bonorum iam tunc administrator, propter ingruentem publicam necessitatem, ut expeditius fiat collectio, poterit partem condonare ut reliquum soluat: & secundum ius sic dicendum est. Sed aduertant pontifices ne sine causa sufficienti remittant ducenta regalia pro duobus, quia hoc iniustum est, & pauperes quibus elargienda erat illa pecunia defraudat: Aduertant etiam debitores illorum bonorum incertorum, quod non expectent indulgentiam: quia habita restituendi opportunitate per nullum tempus licet alienum retinere.

HAESITABIS praeterea, quid debeat fieri de rebus inuentis? Respondetur quod si quis inuenit aliquid quod nec habet nec habuit dominum, est inuentoris: quia sic iura dicunt. Si autem illud inuentum habuit dominum sed iam a multo tempore, ut thesaurus, secundum ius commune medietas est inuentoris, & altera medietas est domini agrum. Et in his standum est iuris dispositioni: aliqua autem particularia iura dicunt quintam partem thesauri dandam esse Regi, & ita secundum iustas leges diuidendus est thesaurus. Doctores autem communiter dicunt res inuentas quae habuerunt quidem dominum sed non constat an a longo vel breui tempore, & facta diligentia non inuenitur dominus dandas esse pauperibus. Probabile tamen est quod inuenta de quibus constat alias habuisse dominum, sed iam a longo tempore, ita quod iam videtur derelicta sunt inuentoris, ex quadam naturali aequitate: facta tamen prius diligentia ad reperendum dominum: & leges possunt praedicta reperta applicare inuentori. Quid tamen faciet ille qui spoliavit paganum quem non cognoscit nec scit quis sit, & ideo non potest illi restituere, nec potest debitum illud pro eius anima pauperibus erogare, quia peccatum esset cum conitet illum esse extra Ecclesiam. Dico quod securius est adhuc praedictum debitum diffundere ad pauperes, quia iam debitor ex sua parte facit quod potest siue pro sit pagano ignoto siue no. De rebus autem captis in bello iniusto, aduertendum est quod ibi aliquid est certum & aliud incertum, certum namque est quod sunt illa bona capta in tali prouincia aut ciuitate, incerta autem sunt quantum ad hoc quod non scitur verus dominus: ideo restituenda sunt gubernatoribus illius prouinciae vel ciuitatis a qua sunt accepta, ut diffundantur in utilitatem ciuium praedictae prouinciae aut ciuitatis.

Dubium

CIRCA tertiam conclusionem S. Tho. superius adductam est dubium ubi est restituendum, an in loco ubi res capta fuit, an in loco

ubi est creditor? Aliquibus propositionibus satisfaciam huic dubio, prior est, Communiter restituendum est in loco ubi res fuit accepta. *Prima conclusio.* Haec conclusio habetur cap. Episcopi & cap. conclusio. reintegranda 3. q. 1.

SECUNDA conclusio. Si debitor & creditor sunt in eodem loco ubi res fuit capta ibi est restituendum. Haec est manifestior quam quod probatione indigeat. *Secunda conclusio.*

TERTIA conclusio. Si creditor & debitor non sunt in eodem loco, sed tamen debitor erat bonae fidei possessor, ita quod existimabat rem suam esse, & nemini eam debere, tunc satisfacit restituendo in eodem loco in quo est quando scit se esse debitorem, & non tenetur suis expensis remittere ad creditorem, sat namque est ei significare illic esse rem suam: Probatur, quia antequam sciret rem illam esse alienam nullam commisit culpam, ergo non est puniendus, quod fieret si suis expensis teneretur mittere debitum ad creditorem. *Tertia conclusio.*

QUARTA conclusio. Si debitor mala fide possidebat, nempe quia sciebat se debitorem esse, quia furto vel aliquo alio iniusto titulo rem alienam accepit & detinet, & non est in loco creditoris, tunc dicunt aliqui Theologi, ut Caietanus 22. q. 62. art. 5. quod tenetur debitor mittere ad creditorem suis expensis & non expensis creditoris. Panor. autem & alij alij iurisperiti, cap. cum tu, extra de usu ris, distinguunt, quia vel creditor recessit a loco ubi res fuit ablata, vel debitor: si recessit debitor tenetur rem ablatam mittere ad creditorem expensis ipsius debitoris: si vero recessit creditor tunc res debet illi mitti expensis ipsius creditoris, & non debitoris. Mihi autem non placet haec quarta conclusio, ideo sit quinta conclusio. Si debitor qui mala fide possidebat recessit a loco ubi res fuerat ablatam, & non creditor, tunc suis expensis & non creditoris est creditori mittendum debitum. Probatur, quia culpa furis aut morosi debitoris non debet nocere creditori, noceret autem si in recuperandis suis rebus, cogeretur expensas facere: ergo &c. *Quinta conclusio.*

SEXTA conclusio est. Si creditor recessit a loco praedicto, vide an erat secum portaturus an non. Et si erat secum portaturus vide si erat facturum expensas in rei portatione vel non: & si creditor erat rem debitam portaturus absque expensis, & alibi distrahitur. Tunc debitor tenetur rem debitam proprijs expensis ad creditorem mittere & non expensis creditoris: ratio est in promptu, quia ut diximus non debet creditor grauari culpa debitoris, quod fieret nisi seruetur quod in conclusione astruimus, quia cogeretur creditor alias expensas facere quas non erat facturum si apud se rem suam retineret. *Sexta conclusio.*

SEPTIMA conclusio. Si creditor erat secum portaturus, vide an in loco ubi res capta fuit, an in loco

L ij porta- conclusio.

Secunda.4.quesit.18.art.5.

portaturus rem sibi debitam cum expensis, tunc debitor tenetur mittere rem debitam cum expensis creditoris & non proprijs, probatur quia sicut creditor in restitutione illa facienda non debet grauari, ita nec ab expensis quas alioqui esset factururus, est per debitorem de necessitate releuandus, quia alioqui lucrum haberet ex restitutione quod iniustum est. Et si creditor non vult soluere expensas poterit debitor restituere in loco ubi rem accepit.

IDEM dicendum est de debito ex contractu licito, ut si quis mutuauit pecuniam alicui Conimbricæ, & mutuarius non reddidit in tempore statuto, & mutuas abijt Olyssiponem, tenetur mutuarius mittere rem debitam deductis expensis quas mutans debet facere, si rem illam erat secum portaturus, & si erat portaturus sine expensis tenetur debitor mittere proprijs expensis: unde colligo regulam generalem, nempe rem debitam ita debere restitui, quod creditor non incurrat aliquam iacturam ex tali restitutione, nec etiam lucrum inde adquirat, sed teneatur indemnus & iterum restituatur in possessionem rei suæ. Sed dices in illis duobus capitulis, nempe Episcopi, & reintegranda. 3. q. 1. dicitur quod restituantur spoliata in illo loco ubi fuerunt ablata: ergo non sunt vera ea quæ nos diximus: dico consequentiam nihil valere, quia illa capita loquuntur solum de spoliatis ipsis Episcopis, qui non erant portaturi illa bona ad alium locum, sed in loco in quo fuerunt spoliata erant consumenda. Aduertendum etiam est cum Ioanne Metinensi codice de restitutione. q. 2. ar. 3. & cum Panor. capite significante, extra de pignoribus, quod si debitor mittit ad creditorem absentem rem debitam, considerandum est an illa res debita eadem numero sit creditoris, vel an eadem numero & in particulari est debitoris, licet in æquialentia & in specie erat creditoris: rursus considerare oportet an nuntius per quem mittitur illud debitum sit in communi opinione hominum qui illum cognoscunt, & probabiliter moraliter fidelis & probus, an non. Et tunc si debitor mittit rem debitam quæ eadem numero est creditoris, per nuntium fidelem, de obligatur à restitutione esto nuntius fuerit tunc infidelis & non dederit vero domino rem illam: quia iam debitor fecit quod potuit & debuit facere ad restituendum illud debitum: & cum res erat creditoris illi perit sine culpa debitoris. Si autem in singulari res illa erat debitoris, licet in specie vel æquialentia esset creditoris, & nuntius quantumcumque fidelis probabiliter moraliter (vt diximus) commisit tamen infidelitatem & non dedit creditori vero domino, tenetur nihilominus debitor ad restitutionem, quia cum res erat sua ipsi

perit & non creditori. Si autem debitor mittit illud debitum creditori absenti per nuntium infidelem, siue res esset creditoris in particulari siue non, tunc non deobligatur debitor à restitutione, cum non fecerit quod debuit, nempe non quæsiuit nuntium fidelem, & nouam culpam commisit mittendo per nuntium infidelem.

QVARTO principaliter arguitur contra prædictam conclusionem: Plus debet homo parenti aut optimo amico quam semel ei mutuanti, ergo potius debet parenti subuenire quam reddere mutuum mutuanti, si eos contingat esse in necessitate. Ad hoc respondet S. Tho. vbi supra, quod de proprijs debet homo potius subuenire parentibus, vel his à quibus accepit maiora beneficia quam creditoribus. Sed de alieno nullus debet recompenfare suo benefactori, quod contingeret, si quod debes vni dares alteri: in casu autem extremæ necessitatis potius debet quis subuenire parenti quam restituere quod debet. Sed offert se statim dubium si debitor & creditor sunt in grauibus necessitatibus, nullo tamen illorum existente in extrema, an possit debitor sibi retinere, & differre restitutionem, quando res debita fuit habitata à debitore iusto titulo. s. mutuo?

AD hoc tres satisfaciunt conclusiones, prior est. Si debitor & creditor sunt in equali necessitate & non extrema, tenetur debitor restituere creditori. Ratio statim se offert, quia non potest debitor cum creditoris detrimento suas releuare necessitates.

SECUNDA conclusio. Si autem ambo sunt in extrema necessitate, & res debita solum sufficit vni illorum & alius debet perire, dicit Scotus in 4. d. 15. q. 2. ad 5. argumentum principale, distinguendum esse, nam vel creditor incidit prius in extremam necessitatem quam debitor, vel contra: si prius debitor extrema præmatur necessitate quam debitor, tenetur debitor creditori restituere, quæ esto nihil illi deberet teneretur illi subuenire ex proprijs: Et ob eandem rationem, si debitor prius incidit in extremam necessitatem potest sibi retinere & non reddere creditori, quia in illo euentu debitor tenebatur ex proprijs subuenire debitori. Si autem extrema necessitas simul ambo præmatur, tunc ait Scotus tenetur debitor dare creditori, quantumcumque, ipse in extrema maneat necessitate & moriatur. Et in hanc sententiam subscribit Richardus: probat Scotus quia tunc debitor habet maius ius ad illud bonum quam debitor, quia in illo euentu ius naturale æquale est ambobus, debitor autem habet etiam ius ciuile, quia res illa semper mansit sua, cum nunquam perdidit dominium illius rei, ergo illi reddenda est. Secundo

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Secunda.4.quesit.18.art.5.fo.267

do posset sic fulciri opinio Scoti, quia in illa necessitate neuter poterat ab altero quod ei necessarium erat eripere: ergo nec debitor potest tunc retinere quod alterius est, quia idem videtur esse ac si de nouo eriperet. His non obstantibus verior est opposita sententia quam astruit Caiet. 22. q. 62. art. 5. & videtur etiam esse S. Tho. ibidem ad quartum, vbi licet non id expresse asserat insinuare tamen illam videtur: cum absque vlla exceptione ait quod casu extremæ necessitatis, citius debitor deberet subuenire parentibus: & à fortiori sibi: Ratio autem ea est, diuersa à ratione Scoti, ambo nempe debitor & creditor sunt pares necessitate: & debitor est melioris conditionis cum possideat, quia cæteris paribus melior est conditio possidentis semper, ergo sibi potius debitor consulere poterit quam creditori. Secundo ex naturali inclinatione insitum est homini desiderium seruandi sese plusquam alium, ergo licitum est illud desiderium, ergo licitum est illud executioni mandare, & ex consequenti licebit debitori panem sibi retinere. Et ad argumentum Scoti, nego quod in illo casu extremæ necessitatis maius ius habeat creditor quam debitor, quia tunc ius ciuile & omnia alia debita & iura cessant, solum currit tunc ius naturale quod magis fauet debitori possidenti. Unde siue per contractum licitum id debitor ab altero acceperit, siue per illicitum nempe furtum aut rapinam: siue in mora fuerit solvendi siue non: & in summa quomodocumque illud alteri debeat, ius sibi retinendi in extrema necessitate natura ipsa concedit, & tunc vniuersa alia debita cessant. Unde etiam si iure iurando te adstrinxisses soluere illa die, iure naturali intelligebatur facta exceptio extremæ necessitatis. Et confirmatur hæc sententia, quia iure naturali omnia sunt communia: at iure gentium rerum dominia diuisa sunt: ius autem gentium non potest præiudicium afferre extremæ necessitati: ergo illa præsentem, quantum ad usum, cessat omnis vis peculiarium dominiorum, ac subinde debitorum. Ex quibus respondere poteris ad aliud argumentum quod faciebamus, diuersam esse rationem an tu possideas quando extremè pateris, an alter qui simile patitur: si. n. dominus rei possidet cum extremè patitur, & si tu simile patiaris, non poteris illi surripere, eo quod tunc surripere esset occidere: quia esset vera actio, qua vitam alteri adimis, ac si hominem ingulares: quando vero tu rem quomodocumque habes penes te, non agis sed tantum cessas succurrere cum possis. At vero non succurrere cum possis non est occidere: nec directe vt constat, nec per accidens, nisi cum teneris succurrere: & in illo euentu non teneris. Unde illud Ambrosij

quem pascere potuisti, si non pauisti, occidisti, intelligitur quando non te excusabat ius aliud.

HÆ sitabis tamen cui teneris potius, parenti existenti in extrema necessitate, an creditori existenti in eadem? dico quod creditori potius quia habet maius ius ad rem suam quam pater tuus qui non possidet rem alienam.

SECUNDO quia ius quod vnusquisque habet se ipsum seruandi, solum vendicat usum alienæ rei in extrema necessitate ipsi debitori possidenti, non autem parenti eius qui non possidet. Percontaris adhuc, an qui extrema pressus egestate, rem consumit quam alteri vel antea debebat, vel tunc eripit, à debito absoluitur: an vero postea dicitur soluere adstrigatur? Et videtur quod prorsus absoluitur, quia si tunc ab altero eriperet qui non esset etiam in extrema necessitate, non teneretur: ergo &c.

AD hoc scite Scotus vbi supra per hanc distinctionem respondet. Si ille virtute alterius contractus rem illam ante extremam necessitatem debebat, tenetur restituere: sed si tunc accipiat, non est restitutioni obnoxius: Ratio in promptu est: quia cum in extrema necessitate omnia sint communia, tunc qui capit nullum contrahit debitum. Si autem debitor erat contractum, non dissoluitur vinculum præcedens: ergo manebit. Adria. autem in 4. in materia de restitutione non admittit prædictam distinctionem: sed absolute tenet, illum qui compulsus extrema necessitate aliena capit, pinguiori adueniente fortuna ad restitutionem teneri: & probat, in extrema necessitate non omnia sunt communia, quantum ad dominium: nam alias qui tunc indigenti non succurreret, ad restitutionem postea teneretur: quod non est credendum, eo quod succurrerendi præceptum non est iustitiæ, sed charitatis. Sunt ergo non aliter communia quam ad usum: Unde transacto usu, teneberis ad rei restitutionem.

SECUNDO extreme indigenti, sufficienter subuenitur per rem mutuam: nemo ergo tenetur simpliciter donare: ergo qui rem consumit adstrictus manet restitutioni.

TERTIO extreme indigenti non tenetur medicus suas gratis impendere operas, nec pharmacopola tenetur sua donare pharmaca, sed sufficit vendere & expectare solutionem.

QVARTO ad hoc etiam citatur cap. si quis, de furtis, vbi habetur quod qui propter necessitatem famis, aut nuditatis, aliena occupauerit, si postea ablatum reddiderit non cogatur ieiunare. Unde à contrario sensu colligitur quod si non reddiderit, ieiunare cogatur.

HIS tamen nihil obstantibus tenenda est opinio L. iij. Scoti

Scoti cui subscribo: si tamen recte intelligatur. Et prius quando res est parui momenti, omnes fatentur nullam restare restituendi obligationem: Sed si res qua extreme indiges maioris est estimationis, considerare oportet, an ille indigens simpliciter indigeat: nempe qui nullibi habeat unde soluere possit: an vero licet hic non habeat unde soluere possit, habet alibi, vel ei debetur, vel habet amicos aut consanguineos qui ei sunt dari certo moraliter, hic. n. non est simpliciter dicendus indigens: Unde fat est si quis ei credito mutuet unde sibi subueniat. Ratio est, quia sola absoluta necessitas ius in tali casu accipiendi alienum facit: Si autem sit simpliciter indigens citra controuersiam esse debet, quod ille nulli manet obnoxius restitutioni, si rem qua indigebat solam insumpsit: quia licet ita sit quod in extrema necessitate omnia sint communia quantum ad usum tantum, tamen quia in rebus vii consumptibilibus, ad usum iure naturae sequitur dominium: veluti si sit cibus, aut potus, aut pecunia, qui accipit haec fit dominus, & in hoc contraria opinio fallitur. Nam omnia esse communia, quo ad usum est, quod tunc possit indigens res alienas consumere ac si suae propriae essent, & ideo non tenetur credito recipere, sed potius alter tenetur gratis dare. Si vero res est quae non usu consumitur, tunc cessante necessitate tenetur illum reddere: veluti si quis equo alieno vteretur ut mortem euadat: aut si lecto indigeat tempore infirmitatis, cessantibus periculis equum & lectum dominis suis reddere tenebitur. His praemeditatis ad argumentum de medico & pharmacopola facile respondet, medicum suam operam, & alium suam medicinam, sub vinculo mortalis peccati teneri donare, existenti proprie & simpliciter in extrema necessitate. Verum est quod circumstantes tenerentur sub eodem vinculo contribuere si res esset adeo preciosa: verum etiam est quod in his medicinis subtrahendis & in opera medici adhibenda vel subtrahenda, non contingit culpa adeo frequens sicut in cibi aliarumque rerum administratione, quia non sunt tam necessariae medicinae: nec charitas obligat ut morti pauperis admodum excellenti medicina consulatur aut tanta medici solertia, sed ad arbitrium prudentis. Ad praallegatum, cap. si quis: dico quod nihil ad rem pertinet: quia ibi nulla mentio fit extremae necessitatis, ut ibidem bene inquit glossa, sed leuioris, sic inquit tex. Si quis propter necessitatem occupauerit &c. Peniteat tres hebdomadas. Et liquidum est quod cum in extrema necessitate alienum occupare nullum sit piaculum, nulla etiam imponenda erat multa: ergo &c.

S E D dubitas, si debitor est in magna necessitate citra extremam tamen, nempe non po-

Dubium

test restituere debitum nisi vendat substantiam suam vel eius magnam partem, & creditor aut non est in necessitate aut est in parua, an teneatur nihilominus restituere. Ad quod respondet Adrianus vbi supra, & aliqui alij, quod tenetur restituere ille debitor esto maneat spoliatus omnibus suis bonis: dum tamen non veniat in extremam necessitatem. Et probat, quia leges obligant in iudicio conscientiae, at secundum leges ille debitor condemnaretur ad restitutionem etiam si venderet omnia bona sua: ergo tenetur restituere.

S E C V N D O non posset ille debitor, qui alias habet aliqua fortunae bona, eripere nisi rem alterius esto sit in praedicta non extrema necessitate, ergo nec licet retinere. Oppositum tamen videtur dicere Scotus in. 4. d. 15. q. 2. ad argumenta principalia.

I D E O ego respondebo duabus propositionibus, quarum prior est. Si est spes moralis & si debitor differat solutionem, sine suo detrimento & sine incommodo creditoris poterit restituere ad breue aut moderatum tempus, licebit differre.

S E C V N D A conclusio. Si autem non est spes moralis quod ad moderatum tempus habebit plus, sed forte minus, tunc tenetur statim restituere, esto vendat omnia bona sua: Ratio in promptu est, quia non licet conferre te indemnam cum nocumento alterius. Nec haec nostra sententia est contra leges quia etiam leges concedunt tempus aliquod in quo debitor soluat postquam vocatur in iudicium: & sic sunt interpretandae, quia leges humanae debent esse conformes legi naturali, & ratio naturalis hoc quod diximus dicere videtur. Sed contra, leges permittunt facientibus cessionem honorum quod retineant sibi aliqua ne egeant: & supposito quod extant huiusmodi leges, arguo adhuc modum: Leges obligant in foro conscientiae: ergo ille poterit qui cessit bonis retinere illa bona quae leges permittunt, ne egeat. Ad hoc respondet Adria. quod secundum leges qui cedit bonis potest ea quae leges permittunt retinere ne egeat: sed hoc dicit intelligitur in foro exteriori, quia in conscientia non licet uti illa lege & iuris beneficio: idem dicit Martinensis in codice de restitutione quaest. 5. art. 2.

S E D contra est, quia Augustinus dicit ut habetur. 23. q. 4. cap. qui peccat non peccat legis autoritate, id est illud quod lex praecipit non est peccatum: ergo ille qui cedit bonis, autoritate legis poterit sibi retinere aliqua etiam in iudicio conscientiae.

A D hoc respondet Adria. duobus modis, primum quod Aug loquitur de lege diuina: ita & vult dicere, qui peccat non peccat autoritate

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

ritate diuinae legis.

S E C V N D O dicit legem humanam non dare auctoritatem peccandi, nec praecipit quod ille cedens bonis sibi retineat, sed soludat ei licentiam, vel permittit, & alius non potest uti illa licentia aut permissione: sed hoc non satisfacit quia peccarent iudices qui iudicant secundum illas leges, quod qui cedunt bonis possunt retinere id quod leges permittunt, & quod sic retineant si id non liceret in conscientia. Ideo dico probabile esse cedentem bonis posse retinere illa quae leges disponunt, in iudicio conscientiae, nempe instrumenta artis si est artifex, equum si est miles. Et hoc intelligitur quando ille debitor qui cedit bonis debebat illud aliquo honesto titulo, nam si iniusto titulo id debebat, potius est praenotandum, quam ei beneficio legis consulatur: tenebitur autem semper ille cedens bonis ditior effectus restituere. Et si objicias ergo non tenebitur ille debitor vendere, aut dare omnia bona sua, ut satisfaciatur, cuius oppositum asseruimus supra, dico quod si cedit bonis verum est, quia utitur remedio legis, si autem non cedit bonis tenetur omnia vendere & satisfacere. Sed contra non potest lex priuare aliquem re sua sine culpa: ergo hic cedens bonis non licite retinet rem alterius etiam illo beneficio legis. Dico quod leges possunt priuare priorem dominum re sua cum causa rationabili, & cum illa conditione dant dominium rerum, nempe quod intelligatur, quod debitor teneatur satisfacere creditoribus nisi cesserit bonis, & non habuerit aliud nisi illa quae leges permittunt: & hoc ordinatur ad bonum creditoris, quia artifex instrumentis lucratur, unde possit satisfacere, & miles equo. adquiret unde soluat debitum. Sed ex dictis oritur aliud dubium, an semper quod debitor non possit soluere sine detrimento suae fame vel honoris, possit differre solutionem in aliud tempus quando cessat illud detrimentum, & si nunquam cesset an deobligetur a restitutione: Ad hoc iam supra diximus quando tractabamus de restitutione fame, quod saepe debitor etiam cum periculo & detrimento boni superioris ordinis tenetur restituere bonum inferioris ordinis, est notabile: Probatur quia si quis est in periculo perdendi famam, & non possit euadere nisi furando, non possit nihilominus furari, ad conseruandum suam famam, ergo nec potest retinere alienum, ut seruet famam: ergo tenetur restituere etiam cum detrimento fame.

S E C V N D O si quis furatus est equum Petri, quamuis fur ab alijs qui ignorant furtum reputetur probus: posset Petrus petere in iudicio exteriori equum, esto quod fur diffametur, ergo ipse fur tenetur restituere etiam cum sua infamia, cum non possit esse bellum ius-

tum ex vtraque parte: ergo si dominus rei bene facit petendo equum etiam cum infamia furis, ipse fur male facit non dando etiam cum sua infamia: ergo tenetur reddere equum etiam cum sua infamia.

T E R T I O potest quis clamare contra illos qui bona illius compilare volunt, esto inde sequatur infamia compilantium: ergo non obstante infamia fur tenetur restituere.

Q V A R T O potest quis occidere latronem furantem, ergo etiam infamare: ergo ipse fur tenetur restituere etiam cum infamia propria: ideo ego dico quod haec sunt expensenda arbitrio prudentis viri. Et si res debita est parui valoris non infametur debitor propter illam, si autem est magni pretij, ut optima primogenitura, & fama est parui momenti, tunc etiam cum sua infamia debet debitor illam restituere. Haesitabis rursus an vinculo restitutionis adstringatur ille qui non potest restituere nisi cum iactura sui honoris: nempe cum amissione status? Ad quod respondedo sit prima propositio. Si quis possidet illum statum quem habet iniuste, nempe quia adquisiuit statum illum ex rapina aut furtis, tenetur restituere id quod rapuit, aut furatus est, etiam si perdat statum: quia non habet ad illum statum ius, & iniustum est quod illum seruet cum damno aliorum. Si vero quis iuste habuit honorem & statum, & pauperior redactus iam non potest restituere quin perdat illum honorem & statum, poterit differre restitutionem, si creditor non est in simili vel maiori necessitate, & si est spes quod in conuenienti tempore poterit restituere sine illo incommodo. Et probatur ex illo Math. 18. patientiam habete in me & omnia reddam tibi, & reprehenditur conseruus qui noluit dare locum ad tempus, ut debitor posset satisfacere. Et hoc dicit Caiet. 22. q. 62. ar. 5. Si vero non sit spes quod postea poterit restituere sine illo detrimento, vel creditor est in simili necessitate, tenetur statim restituere: quia non debet conseruare suum honorem cum substantia aliena. Secundo quia leges Caesareae quae obligant in foro conscientiae, hoc praecipunt: & si creditor petat in iudicio, iudex compellet debitorem illum ut soluat, quamuis perdat statum. Tertio probatur ex illo Pauli ad Ro. 13. Reddite ergo omnibus debitum: ergo &c.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

T E R T I A conclusio: Probabile est sicut diximus de fama, quod considerare oportet, an honor & status est magnus, & debitum est paruum ad arbitrium prudentis viri, & si honor vel status fuerit longe maior quam debitum, poterit non restituere: si vero debitum est notabiliter maius quam honor, restituere tenetur, esto illum honorem vel statum amittat. Syluest. in summa verbo restitutio. 5. 6. 3. 4. & 5. loquitur latius, & videtur concedere

Secunda. 4. quest. 18. art. 5.

quod potest debitor differre restitutionem quam diu non potest restituere nisi perdat statum. Est etiam advertendum quod si quis debeat aliquid Ecclesie quod est applicatum eius fabricae, & illa Ecclesia habet Episcopum vel beneficiarium dissipatorem bonorum Ecclesiae, etiam illorum quae deputantur fabricae non est pro tunc restituendum, sed seruandum tale debitum aut deponendum apud alium ubi tunc conferretur quousque, possit venire in Ecclesia utilitatem: unde colligitur quod si quis debeat aliquid pupillo qui habet tutorem dilapidatorem bonorum pupilli, non est interim restituendum, sed seruanda est illa res quousque, pupillus emancipetur: quia oportet quod debitor utiliter tractet rem proximi.

Dubium EST praeterea dubium, an clerici expendentes prodige bona quae habent ab ecclesiis suis, quae dicuntur bona ecclesiarum, teneantur ad restitutionem, an scilicet teneantur restituere ea quae consumunt in uenatione, in ludo, & dan do meretricibus?

*H*AE C quaestio mouetur propter multa dicta sanctorum, & decreta conciliorum, quae dure loquuntur contra hos clericos qui prodige consumunt bona suorum beneficiorum, & de hoc sunt duae opiniones: Prior est, quod clerici peccant mortaliter prodige expendentes bona ecclesiastica, & tenentur restituere pauperibus. Unde secundum hanc opinionem beneficiarius solum possunt accipere de bonis ecclesiasticis, quantum opus fuerit ad sustentationem decentem, & quae omnia alia pauperibus elargire teneantur: hoc Panormi. cap. cum esses extra de testamentis, & 12 q. 3. cap. 1. ubi dicitur in sententia quod si Episcopus de bonis Ecclesiae emit agros quod restituat Ecclesiae, & ille textus est desumptus ex concilio Cartaginensi 3. & confirmatur in concilio Agathensi, quod refertur 12. q. 1. cap. Episcopi: & tandem innumera sunt iura quae clamant bona clericorum bona esse pauperum, & quod clerici non sunt domini illorum bonorum, sed solum dispensatores tantum, & haec est sententia multorum iuris consultorum.

*A*LIA est opinio dicens clericos esse dominos bonorum beneficiorum suorum, & ex consequenti quod non tenentur restituere, quauis male ea expendant, Et loquuntur hi de bonis quae sunt applicata ipsis clericis: quia notum est quod si clerici usurpent sibi bona Ecclesiae, quae sunt deputata fabricae uel sibus Ecclesiae, peccant mortaliter & tenentur ad restitutionem. Priorem autem opinionem praeter hoc (ut dixi) quod eam tenent aliqui iurisculti, defendunt etiam aliqui graues Theologi, nempe quod clerici non sunt domini bonorum suorum beneficiorum, sed dispensatores: unde si male expendant peccant mortali-

ter & tenentur ad restitutionem, ut Alex. de Alex. 3. p. q. 36. membro 5. ar. 2. Richar. in 4. d. 45. ar. 3. q. 1. ad primum. Haec tamen sententia est dura, & si est vera, paucissimi beneficiarii saluantur, quia dilapidant beneficiorum fructus & nunquam restituunt. Ideo melius videtur esse distinguendum, nam quidam sunt clerici qui sunt proprie praelati qui habent curam populi sibi subiecti, ut Episcopi, & Abbates. Alij sunt qui non habent proprie curam subditorum, nec sunt proprie pastores, ut curati & alij simplices beneficiarii, tunc sit prima conclusio,

OMNES clerici generaliter sunt veri domini fructuum suorum beneficiorum. *Prima conclusio.* Probatur, quia post diuisionem rerum omnia sunt aliquorum verorum dominorum qui sunt proprietarii, sed bona clericorum sunt alicuius & non nisi ipsorum clericorum, ergo sunt veri proprietarii illorum fructuum. Et haec est sententia Adria. in 4. in materia restitutionis. q. 9. art. 3. conclusio. 2. corola. 1. Caic. 22. q. 62. ar. 5. S. Tho. quolib. 6. ar. 12. ad 3.

SECUNDA conclusio est, clericos qui fructus beneficiorum expendant prodige ultra decentiam status, nempe cum canibus, meretricibus, aut ludis & alijs id genus, peccant mortaliter. hoc S. Tho. in quolibeto iam citato, & communiter alij doctores: Et textus qui dicunt quod bona clericorum sunt bona pauperum: & sancti qui dicunt saepe, quod clerici qui dilapidant bona Ecclesiae usurpant a pauperibus, intelligunt quod peccant sed non teneantur ad restitutionem: intelligo tamen clericos esse dominos bonorum suorum beneficiorum, nempe eorum quae eis applicantur in stipendium sui laboris, & secundum decentiam sui status. Sed dubitas an liceat huiusmodi clericis ditare consanguineos de illis bonis Ecclesiae: dico cum Adria. ubi supra, et cum alijs Theologis, quod licet huiusmodi clericis subuenire suis consanguineis, sed non ditare: probatur quia alias fieret iniuria laicis a quibus exiguntur decimae & alia ad sustentationem ministrorum, si hic clericus velit etiam ex illis se & suos consanguineos diuites efficere, quia Ecclesia non debet exigere a laicis nisi decentem sustentationem ministrorum, veluti si rex daret triplicia & superflua stipendia militibus, iniuriam faceret populo, populus enim non tenetur ditare consanguineos clericorum, debet igitur clerici potius dare pauperibus quam ditare consanguineos, quia in hoc exonerant populum qui tenentur alere pauperes: nec deberent clerici habere familiam nisi secundum decentiam sui status: Unde colligo quod beneficiarius qui improprie sunt praelati, & si peccant prodige expendentes sua bona ecclesiastica, non tamen tenentur

Secunda. 4. quest. 18. art. 6. fo. 269

tenentur ad restitutionem, eo quia illa bona sunt illis applicata & sunt pauca aut moderata: De Episcopis autem & Abbatibus qui habent pingues redditus, probabile est quod non solum peccant mortaliter prodige expedites bona sua ecclesiastica, sed quod etiam tenentur ad restitutionem, quia cum habeant maiorem partem bonorum temporalium tenentur alere pauperes: sed de hoc latius alibi.

Articul. sextus,

Dubium *decimum* *tertium.* **D**VBIVM decimum tertium. In hac materia praecipuum locum habet, est, an qui accepit rem alienam teneatur semper restituere: Ad quod quatuor propositionibus respondet S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 6. supposita hac distinctione, nempe in accipiente potest considerari ipsa rei acceptio aut ipsa res accepta, tunc est prima conclusio. Quicumque retinet rem alienam, ratione ipsius rei acceptae tenetur eadem vero domino reddere: Probatur, quia quicumque habet ultra id quod suum est, debet reddere illi cuius est, cum hoc exigat iustitiae commutativae ratio: cum suum officium sit aequalitatem constituere inter eum qui minus habet quam debet habere, & eum qui plus habet quam debet.

Prima conclusio. **S**ED est considerandum, quod rei acceptio potest esse triplex, altera est iniuriosa: ea scilicet quae fit domino invito, qualis est rapina: & de hoc sit secunda conclusio. Quicumque rem per iniuriam accepit, tenetur eam reddere ratione iniustitiae acceptio: esto illam iam apud se non habeat, sed vel consumpsit vel furto forte sibi sublata est. Haec constat quia quicumque alteri iniuriam intulit, tenetur eam refarcire: etiam si nihil inde lucri habuerit: cum in re illa damnum dederit, ergo merito iure restituere cogitur.

Secunda conclusio. **S**ED VNO actio illa potest esse iusta esto non sit donatio, ut cum rem suscipis mutuo, vel credito emptam: de quo subjicitur conclusio tertia. Quicumque hoc modo rem accipit, tenetur eam vel praecium eius restituere: non solum ratione rei acceptae si forte adhuc apud ipsum perseveret, verum & ratione acceptio, etiam si illam modo aliquo amiserit. Haec non aliter probatur quam quod qui alienam rem iuste citra donationem in proprium usum accepit, de iustitia obligatur datum indemnem seruare, ergo &c.

Tertia conclusio. **T**ERTIO modo accipit etiam ex domini voluntate iusta esse potest, quae tamen non est in utilitatem recipientis: sed in rem & commodum dantis. Et tunc est quarta conclusio. Nemo qui veluti depositarius rem alienam

seruat, tenetur ratione acceptio eandem restituere: sed ratione rei acceptae quam habet. Unde colligitur quod si ille depositarius sine culpa sua rem amiserit ad nullam tenetur restitutionem, secus si sua notabili culpa illam amiserit. Probatur conclusio, quia qui accipit rem illo modo, nisi praecium custodiam suscipiat, vel aliter se seruare constringerit, non fit eiusdem rei custos, ratione iustitiae: sed ex gratia, ergo si absque sua culpa res perdat non ipsi sed domino perit. Illatum autem probatur, quia iure naturali, qui causam damni dat, datum dedisse videtur: ergo si tua notabilis culpa in causa fuit ut res periret, repensare damnum teneris. Ex duabus prioribus conclusionibus, regula haec colligitur solet. Omnis restitutionis obligatio enascitur solum ex uno duorum capitum: nempe ratione acceptio & si rem iam non habeas: & ratione rei acceptae quam habes, & si illam non acceperis, aut ratione utriusque. Nomine acceptio omnis illa actio intelligitur per quam damnum dedisti, aut iniuriam irrogasti: etiam si nihil inde lucri habueris: ut si agrum alterius depopulatus es, vel contumeliam feceris, unde quicumque habet rem alienam quam primum scit se habere illam tenetur restituere iustitiae rigore, quocumque ante habuerit titulo, ut si ab illegitimo possessore: nempe latrone, furto, vel dono, vel mutuo, vel in depositum receperis, vel praecio emeris, domino reperto teneris illi reddere, nisi forte tanto tempore bona fide possideris quod iam praescriperis. Probatur illatum prius, quia nullus potest dominium alicuius rei acquirere nisi beneficio aut rigore legis, vel prioris domini beneplacito, at quando rem ab iniusto possessore accepisti neutro horum modorum retines, quia nec verus dominus annuit, nec lex concessit: ergo nullo modo nactus es dominium: reddere igitur vero domino cogeris, quod si illegitimo possessori dederis cum sine tuo magno detrimento vero domino reddere posses a restitutione non deobligaris vero domino, cum de iustitia tenebaris. Sed cum non teneatur quicumque plebeius has iuris subtilitates scire, qui id quod a latrone receperit ignorans, & bona fide eidem reddiderit, non videtur in conscientia restituere cogendus, quia cum per talem ignorantiam excusetur a culpa reddendo latroni, excusatur etiam a restitutione. Sed dubitas quid sit hic intelligendum rei nomine, an praecise rem ipsam acceptam, an etiam ipsius fructus: ut si praedium a latrone emeris quod tibi fructus tulit, an tenearis etiam fructus restituere quando rem alienam esse noscis: Ad quod respondetur quod quicumque solum ratione rei acceptae restitutioni subjicitur, tenetur rem vel id quod illius habet, & quidquid quo per ipsam factus est ditior, restitu-

Dubita-
tio.

Secunda.4.quesit.18.art.6.

fitnere: non autem illud quod bona fide insumpsit, per quod locupletior factus non est, regula est iuris. ff. de peti. hered. l. item veniunt. §. præter hæc, qua regula, dicit glosa, nullam esse veriore: & L. sed & si le. eodem titulo: atq; teneris restituere fructus arui alieni, non solum quos habes, sed quos illis visibus insumpsisti: in quibus nisi illos haberes fructus alia bona tua consumeres, deductis tamen expensis & laboribus. Si tamen illos ideo consumpsisti quod amplius fundus, exempli gratia, tibi donatus est, cuius donatione ductus statum mutasti, & splendidius vixisti: tunc non teneris nisi in eo quod aliis consumpturus eras. si donatio illa tibi non fieret, & non ad totum quod in superiori statu consumis: pari forma si vestem sericam paruo pretio à latrone emisti, qua ratione illam vsu attriuiti, cum aliis non esses serico vsurus: nõ teneris nisi ratione vestis quã indui solebas. Similiter si donato tibi equo à latrone vsus es non in necessarijs casibus ad quos equum vel emisses vel conduxisses, nihil pro vsu teneris restituere, eo quia locupletior factus nõ es: secus autem si eius operas locasti, quibus factus es ditior: tunc. n. deductis sumptibus in reliquum teneris. Parimodo si furtiuas escas inuitatus à latrone bona fide insumpsisti, in nihilum postea teneris, nisi domi eras aliquid insumpturus. Ex quo fit quod si rem illam quam ab illegitimo possessore bona fide accepisti citra magnam culpam amisisti nulli restitutioni teneris. Vice versa si rem furtiuam quam dono receperas precio vendideris, teneris postea idem prærium restituere: quia in toto illo factus es ditior: intelligo tamen si factus es locupletior ex ipsa re: quia si ex tua induitria id tibi accreuerit non adstringeris id restituere, vt si negotiando pecunia aliena tuam auxisti substantiam, de solo capitali teneris. Et per hæc exempla de cæteris alijs conijcto. Ille autem qui per iniuriam rem retinet alienam, tenetur de damno emergente, & de lucro cessante, atq; de omnibus fructibus quomodocunq; illos cõsumat: nõ autem de illo lucro quod per suam induitriam per furtiuam pecuniam adquisierit.

SED contra hoc est, quia nullus obligatur ad restitutionem ratione rei acceptæ, cū suo magno detrimento: ergo nemo tenetur absq; sua culpa, iudicio conscientie dispendium pati prærij quod expendit emendo rem alienam bona fide à latrone: quod si furto, vel mutuo, vel dono accepit bene quidem: Sed de èptore alia est ratio, ob hoc solent qui emunt à latronibus arguere, licere ipsis emptoribus re latroni reddere, vt quod pro ea dedit præcij recuperet: sed hoc ipsum falsum est: licitum quidem est tali ementi à latrone si fieri potest latronem conuenire & capere, à quo prærium

extorqueat, tamen periculo rem exponere, vt in manus domini non veniat, licitum nõ est. Res. n. ipsa in cuiuscunq; potestate sit, reu eum facit reddendi legitimo domino: quod si non faciat ad restitutionem obligatur: vt supra diximus. Et confirmatur, nam si latro disparuisset, vt comparere amplius non posset, tunc qui rem emit debitor esset vero domino, eiq; in foro iudiciali compelleretur re cum iactura prærij exhibere: quod vt supra diximus, signum est illum de iustitia teneri: ob id autem quod reperiri latro possit idem dominus nullum ius amisit: ergo etiam tunc tenetur domino. Et confirmatur quia si in foro iudiciali compertum esset illum emptorẽ posquam certo sciuit rem esse alteris domini tradidisse latroni, compelleretur domino soluere. Vnde quando supra dixi non teneri possessorem rei alienæ, ratione solum rei acceptæ restituere cum notabili suo detrimento, intelligitur de illo detrimento quod ab alio timeret, scilicet quo impeditur ipsa actio restituendi: non autem de iactura quam ipse fecit emendo: vnde quicumq; dum emit sibi consulat, sciens illo emere periculo, vt si res sit aliena prærium amittat. Hæsitabis tamen si ille qui à latrone rem mercatus est bona fide putans esse latronis, & ita bona fide vendit alteri: an sciens postea esse alienam, emptionem teneatur rescindere, & reddere prærium suo emptori & rem vero domino? Et apparet quod non tenetur, cum nec teneatur ratione acceptationis nec ratione rei acceptæ: non ratione acceptationis quia ipse non accepit sed latro dedit: nec ratione rei acceptæ cum eam non habeat, nec per eam factus est ditior: quia supponimus eum tanti vendidisse quanti fuerat mercatus, ex sententia omnium tenetur restituere illud prærij excessum, quia partem illam prænes se habet in qua locupletior est factus. Argumentum est apparens, quoniam si res illa vt supra diximus, primo emptori citra suam culpam fuisset furto sublata, vel bona fide consumpta, ita vt non esset factus locupletior, ad nihilum tenetur: cum ergo bona fide vendidit, idem videtur iudicium. Hoc nõ obstante dico, quod & si domino eiusdem rei prædictus emens à latrone, non maneat obligatus, vt argumentum factum conuincere videtur: tenetur tamen suum emptorem indemnem sequare: & ideo cum sciat nullum in eum transfuisse dominium, sed iure restituendi periclitari, ratione ipsa recta atq; iure compellitur suum ei restituere prærium: Perinde ac si à latrone auricalcum pro vero auro emeret magno, & eodem prærio bona fide rursus venderet. sciens postea rei falsitatem teneretur contractũ rescindere. Vnde colligitur qd si emptor ille secundus non comparet, nec vllus sit metus quod sit ab illo exigenda res illa: tunc

Secunda.4.quesit.18.art.6.fo.270

tunc ille qui bona fide illi vendiderat, esto tunc sciat fuisse alienam, ad nullam restitutionem tenetur, quoniam à proprio domino rei liber est, postquam nec rem habet, nec factus est per eam ditior, & alteri nullum dedit damnum. Idem est iudicium de illo qui in bello iniusto, bona aliqua deprædatus est: id tamen bona fecit fide, quia putabat illud esse iustum: tunc. n. sciens postea non fuisse iustũ, tenetur illa restituere quibus factus est ditior: non autem alia, nempe domos quas combussit, aut homines vel animalia quæ occidit. De mercatoribus autem qui crebros fecerunt contractus, quos legitimos esse iudicabant, successu autem temporis illos intelligunt esse vsurarios, an satis eis sit, illam solam pecuniam restituere quam per vsuram lucrati sunt: an etiam illam quam rursus negociatione eiusdem pecuniam acquisuerunt? Aliqui dubitant eo quod apparet eis pecuniam vsurariam cum lucris etiam esse restituendam: adducti illo simili quod res aliena cum fructibus est restituenda: Nihilominus absq; scrupulo dicendum est satis esse si simplicem vsurariam pecuniam restituat. Et hoc docet S. Tho. 2.2. q. 78. ar. 4. Ratio est, quia cum pecunia de se non sit fructifera sed per industriam negotiantis, non potest aliqua à rebus adduci similitudo quæ per se fructificent. DVBitabis adhuc de tertia conclusione, vbi designauimus secundam acceptationum speciem, nempe quando quis iuste quidpiam recipit in suam propriam vtilitatem & vsu, vt mutuum: & diximus tunc ratione acceptationis, etiam si res citra culpam perditur, teneri mutuatarium ad restitutionem: Contra hoc est cap. vnicum, extra de comodato, vbi habetur quod qui sine sua culpa commodatũ perdidit, ad nihilum tenetur: ergo &c. Pro huius solutione considera, quod commodatum & mutuum differunt si ad nomina spectes, quia comodatum restituendum est in propria specie & numero: vt si equum vel vas commodato receperis quæ vsu non consumuntur: mutuum autem non est necesse in eadem specie restitui: vt si pecuniam, vinum, aut granum, mutuo receperis, quæ vsu consumuntur, sat est præcium æquiualens reddere. Differunt. 2. in re ipsa, quia rei commodatæ non transferatur dominium ad commodatarium, sicuti ad mutuatarium transfertur dominium rei mutuatæ: Vnde ad prædictum cap. dicendum qd rem commodatam non debes, ratione acceptationis, quandoquidem non es eius constitutus dominus: quare cum sine culpa tua perit, non tibi sed domino perit, veluti si penes ipsum deperisset: iure autem commodationis teneris etiam de leui culpa, vt tex. ipse ait, nõ in totum sed in partem pro ratione culpæ. Et quod dicimus de accommodato intelligen-

dum est etiam de locato. Nam si alteri domũ vel equum locasti, & si cesserit in vtriusq; vtilitatem, si tamen res sine culpa perit conducens, nihil debet, quia res mansit locatoris qui se periculo subiecit: tenetur tamen conducens etiam de leui culpa in partem, & de graui tenetur in totum. Quando vero rem alteri mutuasti quia mutuatarium eius dominus constituitur, ratione acceptationis efficitur restituendus debitor: quare licet citra culpam pereat mutuatarij, ipsi quia dominus est perijt, & ideo onere restitutionis non exoneratur. Ex dictis etiam colligitur quod depositarius non tenetur rem restituere, si citra suam notabilem culpam illam amiserit: itaq; inter accommodatum & depositum, est differentia, quod commodatarius tenetur de leui culpa, eo quod in suum commodum rem perierat, atq; adeo de iustitia tenebatur eam custodire. Depositarius vero non tenetur nisi de magna culpa: quia non in suam vtilitatem illam custodiebat: Et ideo solum charitatis beneficio tenetur eam conseruare. Intelligendus ergo est depositarius, vt supra diximus, qui mere est depositarius, hoc est, qui non prærio se obligauit custodire. nam huiusmodi custos etiam si citra suam culpam rem perdat, de iustitia tenetur: veluti qui contractũ asecurationis periculum mertium subit: Quod autem magna culpa eum obliget probatur, quia dat causam damni: & ideo iuris consulti appellant eam culpam latam, & aiunt talem teneri de dolo.

SED dubitas quæ nam culpa dicatur leuis, quæ vero grauis? Et prima fronte videtur culpa leuis illa censeri, quæ apud Deum venialis dicitur. atq; illa grauis quæ apud ipsum mortalitatis est, sed nõ est hæc differentia more Theologo pensanda sed iuridico, secundum arbitrium humanum: ideo credo in foro comodatum leuem culpam commodatarij non obligare eum ad restitutionem, nisi sit mortifera apud Deum: cum à venialibus homo moraliter loquendo liberari non possit: ergo propter illas non est homo tanta pœna plectendus: sed dicitur arbitrato humano & iuridico leuis, respectu alterius quæ in depositario cum mulatio requiritur, vt condemnetur. Vnde omnia hæc secundum forum iudiciale estimanda sunt: cuius sententiæ in conscientia est standum.

VT tamen distinctius materia dubij principalis huius articuli absoluat, dubitari quis poterit, an consumens rem alienam putans bona fide inuincibiliter esse suam, teneatur ad restitutionem: vt si quis combussit domũ aut occidit equum quem suum existimabat. quia alius dedit ei aut vendidit qui vir probus putabatur, & putauit inuincibiliter quod erat donantis, an teneatur ille restituere prædictam rem, quando postea scit rem illam non fuisse illius

Secunda.4.quesit.18.art.6.

illius qui dedit sed alterius. Ad quod respondet Adria. in illa materia de restitutione in.4. q.15. quod tenetur restituere in vtroq; foro: probat, quia secundum iura tenetur quis restituere etiam quando est leuis culpa & leuissima. Et addit quod leuis culpa apud iuriconsultos potest esse sine peccato, nempe quando quis fecit quod poterat si vellet non facere, vt ille qui combussit domum poterat non comburere. Ideo inquit in iure est culpa licet non fuerit peccatum quo ad animam, vnde in foro exteriori compelleretur restituere.

P R O huius dubij solutione est considerandum, quod culpa apud iuriconsultos est deuiatio ab eo quod bonum est, quod per hominis diligentiam potuit prouideri, cuius culpę quinque sunt species, nempe latissima, latior, lata, leuis, & leuissima: latissima culpa est manifestus dolus ad decipiendum alterum. Lata culpa est deuiatio incircumspecta i. cum negligentia opposita diligentia quam communiter habent homines eiusdem conditionis & professionis: vt si medicus non adhibeat diligentiam ad curandum infirmum quā alij in tali casu solent adhibere. Latior culpa est dolus pręsumptus ad decipiendum. Leuis culpa est cum quis apponit diligentiam quę communiter solet apponi ne malum agat. Leuissima autem est quando apponitur diligentia quę a diligentissimis solet apponi, sed nihilominus fecit aliquid quod poterat non facere. Nihilominus alia est opinio, vt iam supra dixi, quam credo veram: quod cum quis bona fide consumit rem alterius quam inuincibiliter putat esse suam, non tenetur restituere, si ex illa non sit factus locupletior, quando postea scit quod non erat sua. Vt si bona fide habebas rem alterius quam pręscriberes, sed ante tempus pręscriptionis cōsumpsisti, & inde non fuisti factus locupletior nulli teneris restitutioni: hæc est sententia Caiet. 22. q. 62. ar. 6. & Syluest. in summa verbo restitutio. 3. §. 6. Et probatur ex diuo August. cōtra Faustum, & desertur. 15. q. 1. cap. inebriauerunt, vbi habetur quod Loth. est culpandus de ebrietate, non autem de incestu, quia nesciens illum commisit.

S E C V N D O quia communiter dicunt doctores quod si quis inuitatur ad conuiuium, & acceptat bona fide & comedit de cibis furto habitis, si ex hoc non fiat ditior non tenetur ad restitutionem, & si postea sciat quod erant tibi gallinæ furto habitę, & quamuis poterat non ire: ergo ita dicendum est in nostro dubio nempe quod quomodocūq; quis rem consumat alterius putans inuincibiliter esse suam, si inde non fiat ditior nō tenetur ad restitutionem.

T E R T I O probatur, quia ille q sic consūpsit rem alienam bona fide nec inde factus ditior

non tenetur restituere ratione rei acceptę cum nihil illius habeat: nec ratione iniusteceptionis quia non accepit iniuste: ergo &c. Sed contra est quia in foro exteriori condemnabitur ille ad restitutionem, vt habetur extra de iniurijs & damno dato, cap. finali, vbi habetur, si tua culpa datum sit damnum, aut imperitia tua vel negligentia euenerit, iure super his satisfacere te oportet: ergo etiam in foro conscientię. Ad hoc nego confessionem quia iura procedunt ex pręsumptione, quia pręsumitur quod negligenter & culpabiliter ille intulit illud damnum.

Artic. septimus.

An illi qui non acceperunt alienum restituere teneantur?

R E S P O N D E T V R ad quęstionem quatuor propositionibus, prior est quicūq; est causa iniusteceptionis, ad restitutionem tenetur, rationeceptionis eiusdem: licet nullatenus fuerit particeps acceptę rei: conclusio iam ex supra dictis est manifesta, quia qui est causaceptionis sit reus eiusdem.

S E C V N D A conclusio est. Nouem modis potest accidere vt quis sit causaceptionis: qui hoc versu explicari solent: Iussio, consiliu, consensus, palporecurfus: Participans, mutus, non obstitans, non manifestans: prędictus numerus, his distinctionibus colligitur, bifariam potest esse quis causa vt alter quid agat, vel accipiat, scilicet directe & indirecte: & directe tripliciter. s. aut ex parteceptionis: mouendo scilicet ad ipsam vno quatuor modorum nempe pręcipiendo, consulendo, consentiendo, & factum laudando. Secundo modo ex parte accipientis: nempe quia ipsum quis ad se recurrentem receptat, vel alio modo protegit aut fouet, quod recursus nomine significatur. Tertio modo id contingit ex parte rei acceptę nempe dum eiusdem furti, vel rapinę particeps sit, aut malefictij socius: & hoc significatur hac voce participans: indirecte vero quis dicitur esse causa cum illū quę impedire potest ac debet, nō impedit. Et hoc potest contingere tripliciter, nempe quia cessat pręcipere, aut consulere ne faciat, vel qui auxilium quo obistere posset subtrahit, vel factum occultat.

T E R T I A conclusio est: Ex his nouem modis quinque ex genere suo ad restitutionem obligat: potissimus & primus est iussio, nam qui iubet pręcipua causa est, vnde pręcipue restitutioni adstringitur. Secundo loco est consen-

Dubium
decimū
quartū.

Prima
conclusio.

Secunda
conclusio.

Tertie
conclusio.

Secunda.4.quesit.18.art.7.fo.271.

consensus illius sine quo nihil fieret, vt si in domum suam quis furem admittat. Tertio recursus, qui. n. latronum receptator fautor: q. est atq; protector, magni dāni causam dat: cui latrones confisi suam nutriunt audati- am. Quarto qui in crimine vel in pręda participat. Quinto, ille qui cum obstare deberet non obstat: vt princeps aut iudex qui ex officio tenentur rempublicam malefactoribus expurgare. Et conclusio nostra vnica ratione probatur, quia prędictiones vere sunt causę actionis.

Q U A R T A conclusio est, ex alijs quatuor recentis casibus non semper restitutionis vinculum emergit: eo quod non semper sūt actionis causa. Quia qui pręstat consiliu nō semper est causa actionis: sicut nec ille q adulator, & laudat: idē quando non sunt vere causa, non sunt restituendi debitores. Idem est iudicium de muto, qui dum res fit non clamat: & de non manifestante postquam factum est, quia non semper manifestare tenentur. Sed vt pręsuis prędictas conclusiones examine mus, dubitatur quis nam censendus est actionis causa: & q id dupliciter cōtingit nēpe directe & indirecte, de abobus dicem⁹ modis: Et prius Adria. in illa quęstione de concurrentibus cum fure, & Syluest. in summa, verbo restitutio. 3. & quidam Iuriconsulti super cap. si cut dignum, extra de homicidio. hęc sibi habent regulam persuasam, quod ille solus sit actionis causa sine quo acceptio ipsa non fieret. Vnde colligunt quod si fur nihilominus sine vllō sotiō factur⁹ erat furtum, ille qui sibi adiunctus fuit non tenetur in solidū, sed tantum pro parte quę sibi obuenerit: quia non fuit alteri causa furti: & addit Adria. quod si alter non erat nisi cum aliquo socio factur⁹, licet absq; hoc fecisset cum alio: nihilominus hic comes tenetur in solidum ad totum, quia vere est causa. Sed vt hoc distinctus examinetur, dubium est quando multi concurrunt ad furtum vel rapinam simul, ita tamen quod nullus mouet alium sed casu conueniunt & quilibet abstulit partem, an quilibet teneatur in solidum ad totum furtum, quamuis non accepit nisi partem?

A D quod respondendo fit prima conclusio quicūq; fuit efficax causa totius furti ita q mouit alios vel alium ad furtum, & alij non furarentur sine illo, tenetur in solidum ad totum, quamuis nulla pars inde sibi obuenerit illius rei furatę. Hęc est certa & ab omnibus recepta. Et probatur quia efficaciter nocuit vero domino in toto illo nocumento, ergo ad totum tenetur: sed difficultas est, quando nullus mouet alium ad illam actionem, sed quilibet erat de se motus & casu concurrerūt simul, licet quilibet fecisset esto alius non fecisset, an tunc quilibet teneatur in solidum?

Respondet Adria. vbi supra in illa. 1. q. de restitutione in. 4. quod tunc nullus illorum tenetur restituere in solidum sed tenetur pręcise ad partem quam accepit: cui sententię subscribit Metinentis, codice de restitutione. q. 8. Et aliqui alij vt citauimus. Probat quia illi solum intulerunt damnum suarum partium, & non totius, quia nullus fuit causa quod alius acciperet partem quam accepit, quia esto hic non accepit suam partem, alius acciperet illud quod accepit. Secundo hic non habet rem quam alius furatus est, nec fuit causa iniusteceptionis illius rei quam alius furatus est: ergo non tenetur restituere illam partem: in hanc subscribit sententiam Syluest. vt supra diximus, in summa, verbo restitutio. 3. §. 6. Alia est sententia Caiet. 22. q. 62. ar. 7. nempe quod quando quilibet de se concurrat & concurreret sine alijs ad illam partem quam accepit, quilibet tenetur in solidum ad totum furtum: probat quia totum illud damnum factum est a quolibet illorum, ergo quilibet tenetur in solidum. Nam si duo raperent calicē vel rem vnam, & illorum vnus accepit & postea ambo diuiserunt, nihilominus quilibet tenetur ad totam rem in solidum: ratio est, quia quilibet fuit causa totius rapinę, vnde licet postea vnus excluderet alterum a parte illius rei retinens sibi totam rem, adhuc ille qui nō accepit partem furti, tenetur restituere vero priori domino, eo solum quia fuit causa iniusteceptionis. Secundo si duo incenderent domum alterius, quilibet illorum combussit totam domum, ergo quilibet tenetur in solidum ad totam domum. Probat consequentia, quia quilibet tenetur ad aliquam restitutionem & non ad partem domus ergo ad totā. Et quod non ad partem patet, quia non dabis ad quam partem teneatur. Tertio si duo interficiunt hominem, licet vnus interficeret sine alio & neuter mouet alium ad interficiendū, quilibet tenetur in solidum ad integram restitutionem: ergo etiam in furto quilibet tenetur in solidum, cum omnes concurrant ad totum quilibet accipiens partem furti. Vnde in euentis huiusmodi moralibus non requiritur, illum qui ad restitutionem tenetur fuisse causam sine qua res non fieret: vnde nulla regula ab huiusmodi negationibus sumenda est, nempe quod sine illo vel sine sotiō fecisset: sed perspiciendum est tantum ad affirmationem, nempe quod quicūq; veluti causa efficax cum altero concurrat, vt vnam efficiat causam, censenda est causa vt teneatur in solidum. Et ratione naturali hoc probatur: quia dum duo ignes eidem admouentur passo, licet vterq; per se illud combureret, nihilominus dum simul conueniunt vterq; est causa. Et confirmatur, quia in foro exteriori nulla recipitur huiusmodi exceptio, nempe si alter esset

Opinio
authoris.

esset facturus nec ne: sed vterq; in solidum condemnatur: ergo cum leges obligent in foro conscientie, secundum illas iudicandum est quid in conscientia securum sit. Præterea pro nobis est illud Math. 18. necesse est ut veniant scandala: ve autem illi per quem scandala veniunt, hoc est, quamuis scandalum per alium venturum esset, ille tamen solus per quem venit in culpa est: Præterea conditionales nihil attinent ad mores, quia esto comburas domum alterius quæ statim deberet ruere, restituere teneris: sicut si agrum depopulatus es quem alius esset etiam cito conculcaturus, aut si hominem occidisti quem alius cito erat necaturus: Propter hæc argumenta puto opinionem Caiet. veram, in quam subscribo: Videtur tamen quod sit sententia hæc sic temperanda, nempe quod quando plures sponte sua non trahuntur aut sollicitati ab alio sed casu concurrunt ad totum furtum, ita quod quilibet formaliter vel virtualiter intendit totum furtum sic parcialiter, nempe quod quilibet intendit accipere partem quam habet, & quod alius accipiat aliam quam accipit: tunc quilibet tenetur in solidum ad totum furtum. Si tamen illi plures sic sponte concurrentes ad furtum ita veniunt quod vnus intendit accipere decem, exempli gratia, & nullo modo acciperet aliam partem quam alius accipit nec vult quod alius accipiat, videtur quod hic solus teneatur ad suam partem, quia nullo modo est causa quod alius sumat aliam partem. Et tunc ad primum argumentum aliorum pro alia opinione, nego quod non nocuit quilibet illorum nisi in parte quam accepit, sed etiam fuit causa totius furti, quia totum intendebat formaliter vel virtualiter, & ad totum concurrat. Ad secundum dico quod quilibet fuit causa iniustæ acceptionis respectu partis quam alius accepit: nec obstat illa probatio non fuit causa sine qua non: ergo non tenetur ad restituendum partem quam non accepit: non inquam obstat hæc probatio, quia ut diximus sufficit quod fuit causa vere influens in totam acceptionem: sicut si duo homines mouent paruum lapidem, quod quilibet solus poterat mouere, & licet nullus ibi sit causa sine qua non: quia quilibet solus moueret, est tamen vere causa influens. Unde colligit Caiet. & bene quod omnes pugnales in bello iniusto tenentur in solidum ad totam prædam vel nocumentum illatum iuste se defendentibus. Ratio est quia quilibet fuit causa influens, quamuis non fuit causa sine qua non, cum sine illo fieret illa pugna, & esto nihil inde adquisierit, quia tenetur ratione iniustæ acceptionis. Verum est quod Adrianus & alij qui oppositam tenent sententiam dicent ad nostra argumenta, quod quilibet ex concurrentibus prædictis, agat cocurrens

cum alijs, sed alij non recipiunt illam actionem vel influxum illum. Sicut dicendum est de consulente cuius non recipitur consilium, quod esto quod ipse influat tamen quia non recipitur eius influxum non tenetur restituere. Nec similitudines adductæ in naturalibus probant, quia ibi recipitur influxus causæ & non in prædictis euentis moralibus. Dubitabis tamen an pugnales in bello iniusto, sed putantes bona fide illud esse iustum, & durante hac bona fide cum ignorantia inuincibili, capiunt magnas prædas plurimasque efficiunt strages, deinde sciunt bellum fuisse iniustum, an teneantur ad restitutionem in solidum?

AD hoc sit prima propositio: Prædicti milites si postquam constat de iniustitia belli, ad huc procedunt in pugna, & ab habentibus bellum iustum aliquid accipiunt, aut eis aliquid nocumentum inferunt, tenentur in solidum ad totum illud. Ratio est quia quilibet est causa iniustæ acceptionis.

SECUNDA propositio est, prædicti milites de acceptis in illo bello durante illa bona fide de iustitia belli, non tenentur restituere nisi ratione rei acceptæ, etiam si quilibet fuerit causa totius acceptionis & accepti ipsius. Ratio est quia fecerunt bona fide. Et sicut diximus superius quicumque, cum ignorantia excusante & bona fide, detrimentum intulit rei alienæ, non tenetur ad restitutionem, etiam postquam constat re illa fuisse alienam nisi ad huc re vel eius partem retineret, vel ex ea aut per eam factus fuisset ditior.

TERCIA conclusio est. Si præfati milites nihil habent nec facti sunt ditiores ex his que acceperunt durante illa bona fide, quando postea sciunt bellum fuisse iniustum ad nihil tenentur. Probatur quia cum omnia que fecerunt essent eis licita, non tenentur ratione iniustæ acceptionis, nec ratione rei acceptæ. Difficultas adhuc est an consulens alicui quod furetur etiam cum fur erat paratus ut furaretur esto alius non consulere, teneatur ad restitutionem? Ad quod communiter dicunt Theologi quod consulens alteri furtum non tenetur ad restitutionem, nisi quando est causa sine qua non. i. quando mouet alium ad furtum, qui non erat motus. Ego autem dico quod consulens alteri furtum mouens ad furtum esto quod alius de se moueretur aut esset motus tenetur ad restitutionem: Probatur quia est causa influens & mouens ad furtum, & cooperatur & alius recipit illum motum, ergo tenetur. Secundo concedunt Theologi communiter pro qui comitatur latronem animo defraudandi vel iuuandi si opus fuerit, esto quod alias latro furaretur, quia paruum erat periculum, tenetur ad restitutionem esto nihil capiat, ergo etiam prædictus consulens. Tertio si duo consulant Petro quod furetur ita quod ambo moue-

mouerunt latronem ad furtum, ita tamen quod quilibet moueret & nullus est causa sine qua non, quilibet tamen est causa mouens & influens, quilibet tenetur ad totum, quia si vnus non tenetur, nec alius, & sic nullus teneretur quod falsum est: ergo etiam tenetur ille qui solus consulit ita quod mouet, licet alias fur esset morus aut moueretur: quando autem multi concurrunt ad vnum furtum, si vnus illorum restituat totum creditori, tenentur alij pro rata portione quas habuerunt refundere illi sic soluenti, nempe si furati fuerunt tres trecentos aureos, & vnus illorum soluit omnes creditori, quilibet aliorum tenetur soluere illi restituenti totum, centum aureos: Ratio est, quia hic restituens succedit in iure creditoris, postquam soluit totum creditori, hoc dicit S. Tho. 2.2. q. 62. ar. 6. ad. 3. & ar. 7. ad. 2. Est verum quando omnes acceperunt aliquid. Sed quid iuris quando non omnes acceperunt intrulerunt tamen nocumentum, ut si combusserunt domum & vnus restituit totum, an alij teneantur restituere? Ad quod dicit Caiet. quod non, si restituens induxit alios, vel si omnes simul iuerunt ita quod quilibet fecit quod fecit sine alio, & nullus fuit causa quod alius in ferret damnum quod intulit, hoc Caiet. & videtur probabile. Sed si tres furati sunt trecentum aureos, & vnus soluit totum & postea ex illis duobus remanentibus vnus vult soluere, non autem alius, an ille qui vult soluere teneatur ad soluendum ducentos aureos vel solum centum quos accepit? Et videtur quod teneatur dare ducentos aureos: quia alius non vult dare centum quos habuit in illo casu. Ad hoc dico quod est probabile quod ille ex duobus qui vult dare restituenti in solidum, tenetur in prædicto euentu soluere ipsi restituenti totum, centum & quinquaginta aureos, vel medietatem totius furti: Probatur quia si alius tertius fuisset mortuus antequam fieret restitutum teneretur ille secundus reddere medietatem furti, ergo cum idem sit esse mortuum & nolle restituere tenetur alij duo de toto damno: ergo postquam vnus soluit totum, tenetur alius ad medietatem. Ex his su prædictis colligitur quod qui detinet latronem vel debitorem volentem restituere tenetur ad restitutionem: Ratio est, quia est causa iniustæ detentionis, & ne verus dominus suam obtineat rem.

AD quæstionem vnica respondetur conclusio: Vnusquisque tenetur quamprimum sibi fuerit possibile, restituere, aut a rei domino facultatem retinendi deponere. Conclusio facile probatur, nam quæ admodum rem alienam furripere peccatum est contra iustitiam, ita & eam inuito domino detinere, cum eodem modo eius vsus impeditur qui est dominij finis, at in peccato remanere nec minimo licet tempore: vnde Ecclesi. 21. quasi a facie colubri fuge peccatum: ergo res aliena quam primum adsit possibilitas restituenda est. Sed est considerandum quod prædicta conclusio, quæ omnium est, intelligi potest duobus modis, vnus sensus est quod non restituens statim, manet semper interim quod non restituit in suo peccato, iuxta canonem illum, non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Alius sensus est quod si non restituat peccet de nouo, toties quoties potest restituere & non facit: an conclusio intelligatur in his duobus sensibus vel in vno illorum? Ad quod respondet Caiet. in quoli. de contritione. q. 3. quod non intelligitur conclusio in secundo sensu. i. quod si non restituas quam primum potes pecces nouum peccatum, sed in primo, nempe quod interim quod non restituis non dimittitur tibi peccatum, dat exemplum de contritione, quia non peccat quis nouum peccatum quoties non conteritur postquam mortifere peccauit. Sed non remittitur peccatum primum nisi conteratur, non inquam peccat nouum peccatum quoties non conteritur, dummodo non ponatur actus interior vel exterior quo non vult contereri, quia illud semper esset nouum peccatum: sicut esset etiam si positue nollet restituere, secus autem cum negatiue se habet. Tertio (ait Caiet.) quod quando dicunt doctores quod qui non restituit cum possit semper peccat, intelligitur habitualiter. i. semper manet in peccato prior: Et idem dicit ipse Caiet. 22. q. 66. ar. 3. & hæc est sententia probabilior, cum illo tamen attemperamento quod quando debitor ille retinet rem alienam habet se negatiue, ita quod nec complacet de nouo in retentione, vel acceptione rei alienæ, tunc non semper peccat ex vi illius detentionis, nisi forte ex illa detentione sequeretur aliud nocumentum vel malum proximi. Quarto dicit Caiet. quod præceptum negatiuum de statu, nempe quod nullus sit in statu retinendi rem alienam vel in statu peccati, sed quod conteratur non obligat ad semper quantum ad actum aliquem habendum, sed quantum ad rationem mali. i. si peccator non exeat ab illo statu semper manebit in peccato. Alterum autem est præceptum negatiuum, negans actum, ut non furaberis & illud obligat pro omni instanti ita quod quotiescunq; ponitur ille actus est peccatum mortale.

Articu. octauus.

An debitor statim restituere teneatur?

Secunda.4.quesit.18.art.8.

mortale. Probatur quia qui negatiue se habet in contritione & non conteritur, non peccat nouum peccatum: ergo &c. Quia alias in quolibet instanti retentionis peccaret & ita essent innumera peccata, quod falsum est, quia nunquam fideles illa consentunt. Sed dubitabis esto non restituere non semper sit nouum peccatum, negatiue se habendo, an quando utitur fur re aliena peccet nouum peccatum, sicut cum coplacet in rei acceptione aliena: ad hoc communiter respondent Theologi affirmatiue, & probatur quia est quedam commissio in rem alienam domino inuito: vt qui equitat equum per rapinam habitum: vel bibit cum calice furto obtento, peccat nouum peccatum, vt qui negat rem alienam cum dominus petit, peccat nouum peccatum: intelligitur tamen hoc quando latro utitur aliena re quam iniuste detinet in propriam utilitatem, secus si utatur illa in utilitatem domini. Sed an ille qui semel insumpsit rem alienam, & longo tempore habet se negatiue, & non restituit peccet de nouo mortifere, probabile est quod non, vt constat per factas rationes. Et ad argumentum illud, quia est preceptum negatiuum quod nullus retineat rem alienam, concedo antecedens. Sed est de non permanendo in statu peccati, sed sub pena quae manebit in priori peccato: vt diximus de contritione. Et haec videtur sententia Caiet. vbi supra. Ex his colligitur conclusionem sancti Thome sic intelligi, nempe quod statim restituas si potes, alias manebis in peccato priori. Sed quomodo intelligitur illud statim, an debeat debitor surgere a lecto & a mensa si memor sit se debere & ire ad creditorem vt soluat? Ad quod dicendum quod statim intelligitur modo morali: vnde non intelligitur quod fiat illa restitutio in instanti, sed sit est debitorem proponere se satisfacturum in priore tempore oportuno quod habuerit: vnde non tenetur surgere a lecto vel mensa statim si recordatur media nocte, sed sufficit proponere se facturum cras, aut quod dabit opera quod oportune restituet. Illi autem qui in articulo mortis possunt restituere & nolunt sed relinquunt in testamento suis haeredibus vt restituant, damnantur, quia tunc est tempus opportunum, & possunt restituere & non volunt: ergo non remittitur eis peccatum: & puto quod isti huiusmodi peccant nouum peccatum, quia aduertunt se debere, & positius nec restitunt nec volunt restituere, ergo peccant de nouo. Et perperam faciunt hoc multi qui cum possent in vita restituere nolunt nisi relinquere in testamentis vt haeredes faciant, & ipsi recta via in infernum descendunt. Si autem illi differrent cum causa rationabili, nempe quia non est ibi creditor, tunc abique vitio relinquerent sua debita in testamentis vt haeredes satisfaciunt.

Et hoc quod dicimus quod non retineatur res aliena sed statim restituatur vero domino intelligitur regulariter: quia in aliquo euentu liceret procrastinare restitutionem: vt si habes depositum & dominus petit ad occidendum alterum vel se. Sed quares an quoriam creditor dimittit debitorem & non exigit debitum maneat debitor securus in conscientia etiam si possit restituere? Ad quod summi communiter dicunt: quod debitor debet afferre debitum ad creditorem, & si tunc dimittat, erit tutus, non alias: vt si oret aut mittit aliquem ad creditorem qui pro eo intercedat, non est securus in conscientia iudicio, quia esto tunc creditor dimittat non libere dimittit: Nihilominus melius est dicere cum Caiet. 2. 2. q. 62. art. 8. & alijs, quod si creditor libere abique iniuria dimittit, debitor securus manet, dum modo creditor sit in vsu rationis & non sit pupillus. Dico etiam quod si debitor sperat quod creditor relaxabit libere ad praeces alterius, prudenter agat non offerendo debitum, sed mittat illum qui roget creditorem & obtineat remissionem, quia praesentia pecunie nimium allicit. Si autem creditor non condonat omnino libere, sed metu vel verecundia aut quocumque alio modo cum iniuria, non est debitor tutus in conscientia. Et ista quae dicimus intelliguntur, si iura aliud non disponant, quia si iudex recipit aliquid pro sententia ferenda non liberatur a restitutione debito, etiam si pars sponte remittat, sed tenetur dare pauperibus vel in pro vsus consumere, de rescriptis Can. statum libro. 6. Si autem creditor remittat debitum libere sine aliqua iniuria, deobligatus est debitor a restitutione, esto haberet propositum non restituendi quamuis creditor non remitteret, sed debet de mala illa intentione dolere: vnde colligitur quod si quis communiter remittit debita omnibus suis debitoribus omnes sunt tuti in conscientia, si remissionem illam sciunt factam, & si non sciunt tenentur propter conscientiam, quia putant se adhuc debere, non tamen quia rem retineant alienam. Sed dubium est an sit absoluendus poenitens qui non vult restituere statim, aut non vult restituere totum sed partem? Ad quod quidam dicunt quod ille poenitens est exhortandus vt quam citius potuerit satisfaciat, & si responderit quod infra annum restituet vel totum simul vel parcialiter, quod est absoluendus: Ratio horum est quia vtiliter gerit rem creditoris. Et si non absoluatur forsitan nusquam restituet, vel post longius tempus. Secundo probant idem hoc modo quia ille poenitens intendit sic restituere, & si non absoluatur forte nunquam restituet. Sed ego dico quod ille poenitens si potest statim restituere totum & non vult, nullo modo

Secunda.4.quesit.18.art.8.fo. 273.

modo potest absolui, quia manet semper in peccato, cum possit restituere statim & non vult: & quia non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum: cum igitur hic non restituat potens restituere in peccato manet, ergo absoluendus non est, posset tamen absolui si dixisset, ego restituam hodie aut cras, vel in aliqua breui mora temporis. Dubitabis tamen an possit absolui ille qui multoties promisit redere quod debet & non fecit, & modo venit ad confessionem & dicit confessario, ego restituam cras, & vere intendit facere quod dicit? Ad quod dico quod quantum est de se ille est absoluendus, etiam si miles hoc proposuit & nunquam fecit: Probatur, quia ad poenitentiam solum est necessarium quod non sit in peccato mortali poenitens: at ille non est in mortali, ergo potest absolui. Et confirmatur, quia ad absolutionem non requiritur aliud nisi quod proponat cauere in futurum, & quod doleat de praeteritis propter Deum, at hic hoc facit: ergo est absoluendus. Secundo dico quod est conueniens in tali casu quod confessarius non absoluat eum nisi prius restituat si potest, aut det cautionem, & quod compellatur poenitens ad hoc, quia illa poenitentia est in remedium poenitentem: & posset etiam confessarius compellere poenitentem quod non intraret certam domum: sed absolute & de rigore iustitiae posset eum absolui. Tertio dico quod probabile est quod praedictus poenitens non debet absolui: Ratio est, quia confessarius debet cauere periculum futurum, & talis est in periculo illius negligentiae. Rursus est considerandum, quod sicut in supra dictis debet fieri restitutio: vbi semper interuenit aliqua acceptio rei alienae cum iniuria domini, ita etiam in multis acceptionibus, etiam cum voluntate domini tenetur accipiens restituere, vt in vsura & simonia, esto accipiat vsurarius & simoniacus ex voluntate domini tenetur restituere, vt in suis locis dicemus. Sed haesitabis an ille qui compellit aliquem metu ad dandum aliquid, alicui teneatur ad restitutionem illius? Et videtur quod non, quia illud quod metu fit est simpliciter voluntarium. 3. Ethic. veluti qui proicit merces in mare, simpliciter est voluntarius: Ad quod dico duplicem esse timorem: alter est cadens in constantem virum, vt metus mortis, carceris, flagellorum, & huiusmodi: Alter metus est non cadens in constantem virum, vt timor leuis mali, tunc sit prima propositio. Quicumque timore cadenti in constantem virum cogit aliquem, vt det aliquid alteri tenetur ad restitutionem: Probatur prius autoritate omnium, quia communiter recipitur ab omnibus. Secundo probatur, quia talis metus cadens in constantem virum infringit contractum, vt constat in matrimonio: metus autem non ca-

dens in constantem virum, videtur quod non infringat contractum, aut donationem: nec tollat voluntarium: ergo ille qui tali metu compellit alium ad dandum aliquid non tenetur restitutioni: probatur antecedens, quia leges humanae obligant in foro conscientiae, at leges non infringunt talem donationem: ergo non est valida: probatur antecedens, per leg. si cum exceptione. ff. quod metus causa. §. 1. 2. & 3. ergo etiam tenet in conscientia. Ad hoc dico quod probabilius est, quod quicumque metu etiam non cadenti in constantem virum cogit alium (ita quod facit illi iniuriam) vt det aliquid alicui, tenetur restitutioni: & illa donatio est irrita in conscientia: probatur prius, ille incutiens metum facit iniuriam: ergo tenetur de toto damno. Secundo ille qui dat rem suam metu, non dat libere omnino: ergo &c. Tertio illa distinctio de metu cadenti in constantem virum aut non cadenti, est de iure humano: ergo de iure naturali & diuino idem erat in conscientia de utroque metu. Et ad argumentum quod leges in foro exteriori approbant donationem factam metu leui, dico quod procedunt ex praesumptione, quia praesumitur quod qui mouetur timori leui, gratis dat rem suam: intelligo tamen hoc quando ille metus est incussus cum iniuria, vt si quis dicat alteri, da mihi equum alias non dabo tibi pecuniam quam debeo, secus autem si timor incutiatur sine iniuria, vt si dicas alicui da mihi equum alias non ero tuus amicus quia tunc non tenetur ad restitutionem. Sed dubitabis an quis teneatur ad restitutionem ratione iniuriae venialis, vt si quis accipit pomum vel vuarum racemum? Ad quod respondendo constituiam priorem propositionem, quicumque fecit iniuriam venialem tenetur ad restitutionem ad minus sub pena peccati venialis: probatur, quia restitutio est actus iustitiae commutatiue, quo reducitur inaequalitas ad aequalitatem, sed ibi est inaequalitas, cum ille faciens iniuriam habet plusquam deberet habere: ergo tenetur restituere. Praeterea generalis regula iuris est, non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum: ergo etiam intelligitur de venialibus. Sed haesitabis quando iniuria est venialis, an aliquando detentio sit mortalis? Ad quod dicendum est, quod non, si non habet forte conscientiam erroneam: Ratio est, quia si libere de nouo committeret illam iniuriam leuem, esset solum peccatum veniale, ergo etiam illud idem retinere, non potest esse nisi culpa venialis. Secundo dico, quod cum ignorantia, nempe quando prius fit illa iniuria cum ignorantia, & ratione ignorantiae excusatur a mortali, & fit venialis culpa, postea adueniente scientia potest esse detentio mortalis, esto commissio iniuriae fuerit venialis: (vt diximus) ratione ignorantiae: vt cum tempore

quo commissa fuit iniuria non cognoscebat detrimentum esse notabile, & postea cognoscitur: veluti si Petrus habebat vineam quam multi seorsum intrant, & quilibet accipit vnum racemum, & tandem spoliauerunt totam vineam, quilibet accipiens vnum racemum peccat peccatum veniale: sed si postea omnes aduertunt quod nocuerunt. i. fuerunt causa iniustae acceptationis totius, nempe quia probabiliter vnus sciebat, quod alij etiam illas vvas furabantur, licet putaret quod omnes non peruenirent ad tantam quantitatem, & postea sciunt: vel quia omnes simul concurrerunt, sed existimabant quod non inferebant notabile damnum & postea sciunt quod intulerunt graue malum sic partialiter, tenentur sub poena peccati mortalis restituere: simile exemplum est de seruo furante a domino vel alio multoties, sed semper in leui materia: esto quod semper peccauit venialiter, postea quando aduertit quod nocuit sic paulatim notabiliter, tenetur restituere, sub poena peccati mortalis: vnde quando pronuntiantur excommunicationes generales, & restituat qui copilauerunt alterius vvas, fructus, vel aliquid aliud, a vinea vel horto Ticij, tenetur aduertere et ille qui semel parum accepit, quia forte cum alijs nocuit notabiliter: vnde tenebitur ille ad restitutionem sub poena peccati mortalis, & erit excommunicatus. Sed dubium est, an id quod ludo est adquisitum sit obnoxium restitutioni? Ad quod respondet S. Tho. 2.2. q. 32. ar. 7. ad. 2. quod est distinguendum, quia quaestio potest tractari stando in iure diuino solum, aut stando in iure humano positiuo. Ideo prius tractabimus quaestionem stando tantum in iure diuino: vnde inuenio de hoc duas esse opiniones: altera est Paludani in. 4. d. 15. q. 3. ar. 5. quod quicumque aliquid lucratur tenetur iure naturali restituere vel dare pauperibus: probat quia illa acceptio est turpis, & contra rectam rationem, quia medium ad accipiendum est illicitum, & pro tali ludo non debetur merces. Secundo illa translatio non est simpliciter voluntaria, sed habet admixtum multum de inuoluntario: Ideo qui lucratur non est verus dominus, & tenetur restituere. Secundo ait Paludanus quod stando in iure naturali, praedictus lucrans tenetur restituere pauperibus. ratio est, quia ille qui perdidit amisit dominium propter culpam. Tertio dicit quod si aliqui longo tempore ludunt: quidquid vterque lucratur debetur pauperibus, vt si quis lucratus est mille aureos, sed perdidit duo milia aureorum, nihilominus debet restituere pauperibus mille aureos quos lucratus est: Ratio est, quia quando lucratus fuit illos mille aureos iam erant pauperum, & non potuit illos alienare: & alius qui lucratus fuit duo milia aure-

orum tenetur illos dare pauperibus, propter eandem rationem. Quarto dicit quod vbi sunt leges non abrogatae quae disponunt quod lucrum in ludo habitum, restituatur perdeti, seruandae sunt & restituendum est perdeti. Quinto dicit quod praedictum quartum dictum intelligitur dummodo sit condonatus, ante condonationem vero tenetur dare pauperibus. Et arguit contra se, quod si postquam dedit pauperibus alius petat, & condonetur, vt restituat perdeti, dicit quod si probet se iam dedisse pauperibus non potest iudex illi condonare quod iterum restituat priori domino: si vero non probat sibi imputetur si cogatur iterum restituere. Sed haec opinio est dura & ab alijs non recepta, & probando aliam veram impugnabimus eam. Ideo aliter dico cum S. Tho. vbi supra, & cum ceteris sententia Theologorum, stando in solo iure naturali & diuino, nullus qui aliquid lucratur in quocumque ludo, ab alio qui potest alienare rem illam lucrata tenetur ad restitutionem cessante dolo, fraude, & iniuria: probatur, contra Paludanum, ubi est lex et pactum inter hos quod illo modo intendunt transferre dominium: & ita transferunt quod hoc modo transferre possunt: ergo factum tenet, ergo ille qui lucratur acquirit dominium, ergo non tenetur ad restitutionem: dixi ab eo qui potest alienare, quia qui lucratur a pupillo, vel a mencepto, tenetur restituere, quia non poterant alienare bona sua: dixi cessante dolo & fraude, quia si ille qui lucratur, decipit alium dicens se nescire ludere, & scit, aut dicit quod habet viginti calculos, vel lineas & non est ita, tenetur restituere, aut si dicit se habere primam aut punctum in quo est finis ludi, & re vera non habet: dixi sine iniuria, quia si trahit alium colludentem cum aliqua iniuria, nempe quia dicit illi coram alijs, tu ex miseria non vis ludere aut postquam est in ludo, & vult surgere, dicit illi, non surges quia teneris sustentare ludum: vnde alius ex verecundia & confusione perseverat: vt si dicat ecce miser paro iam decem aureos ad vnum, & alias non perseveraret, vnde sequitur illi confusio, tunc tenetur ad restitutionem: alias non vt dictum est. Et hoc est verum stando in iure diuino aut naturali, vt diximus. Sed quod dicendum stando in iure positiuo humano? nam leges Caesarum prohibent ludos maxime illos qui consistunt in fortuna, vt ludos alearum, taxillorum aut tessalarum, & leges definiunt quod totum lucrum restituatur perdeti: An ille igitur qui hodie lucratur secundum leges humanas tenetur restituere? Ad quod respondet S. Tho. 2.2. q. 32. ar. 7. ad. 2: quod in locis in quibus seruatur leges illae, subditi illis legibus, tenentur restituere illi qui lucrantur, & eadem sententiam defendunt multi alij Theologi. Sed hoc potest intelligi dupliciter, vno modo quod teneatur statim non expectata condonatione iudicis: alio modo quod non statim, sed post iudicis sententiam: an igitur qui lucratur aliquid in ludo prohibito secundum leges: tenetur statim

ad restitutionem, etiam ante iudicis condemnationem? Ad quod respondet Syluester verbo ludus. q. 12. quod si leges sunt abrogatae per contrariam consuetudinem, non tenetur ille qui lucratur restituere. Et videtur sentire quod si non sunt abrogatae quod tenetur statim restituere, etiam ante iudicis sententiam. Ego autem dico quod qui aliquid lucratur ludo fortunae, non tenetur statim restituere quousque, condemnatur a iudice, sed poterit sibi retinere. Haec est Adria. in. 4. de restitutione. q. 11. Paludani in. 4. d. 15. q. 3. ar. 5. Ricardi in. 4. d. 15. ar. 5. q. 8. Scoti in. 4. d. 15. q. 13. omnes hi doctores dicunt quod leges quae prohibent ludos fortunae non irritant illum contractum, sed dant perdeti repetitionem, sicut dant in alijs contractibus quos non irritant ipso facto: probatur conclusio, quia nullo alio modo melius transferatur dominium rei, & ab alio acquiritur quam voluntate propria prioris domini: Sed ita fit inter ludentes quod illa conditione intendunt quod qui lucratus fuerit, habeat sibi, ergo etiam hoc tenebit vbi leges non sunt abrogatae. Si autem leges sunt abrogatae per contrariam consuetudinem, sicut videtur esse in Hispania, standum tunc esset in iure naturali: vnde credo quod qui lucraretur aliquid ludo fortunae non tenetur restituere nisi condemnatur: secluso dolo & fraude. Tertio dico, quod nullus tenetur restituere lucrum habitum ludo non prohibito, vt si ludas pila aut schachis: probatur quia vt iam diximus, illi ludentes sunt liberi in vsu rationis, & domini illius lucris: ergo possunt illam rem alienare: ergo lucrans illo modo acquirit dominium. Sed sciscitatis, an sit licitum ludere, & lucrari aliquid? videtur quod non, quia est inferre damnum proximo. Ad quod respondebo aliquibus propositionibus de mente S. Tho. 2.2. q. 168. per totam quaestionem, & praecipue ex art. 3. Prior est, ludere absolute loquendo non est peccatum: Immo aliquando est honestum, quia quicumque ludus est honestus si moderatus sit, & sub virtute cadit. SECUNDA conclusio est, si ludus sit immoderatus est peccatum: Probatur quia excedit finem ludi, qui est recreatio & releuatio animi: est ergo peccatum et turpe. Et confirmatur quia ludentes immoderate faciunt negotiationem ex ludo: ergo est rationi dissonum. TERTIA conclusio est, ludens etiam appetitu & intentione lucrandi, si principaliter intendat honestam recreationem non peccat: esto non luderet nisi speraret se lucraturum: probatur quia non est peccatum velle vincere in ludo, & velle lucrari: Immo in hoc consistit recreatio, & delectatio. QUARTA conclusio est, ludere immodera-

te est ex avaritia & cupiditate non est de se peccatum mortiferum, si tamen fiat sine fraude & dolo: probatur, nam avaritia opponitur duabus virtutibus, nempe iustitiae & liberalitati: illa quae opponitur iustitiae, est mortalis: non autem alia quae opponitur liberalitati. At velle lucrari & esse ditiosem non est contra iustitiam sed contra liberalitatem. His praemeditatis dico ad argumentum in oppositum, quo dicebamus quod lucrans inferre detrimentum proximo, distinguo, cum iniuria & contra iustitiam nego: cum voluntate & consensu illius concedo: sed ex hoc non habes quod peccat mortali. Sicut si aliquis pauper daret tibi centum aureos qui es diues, etiam si illum roges non est peccatum mortale: Vltimo dico, quod forte si tantum quis lucraretur, quod perdens incurreret graues necessitates, peccaret mortaliter non autem de se. Sed dubium est, an ille qui perdidit in ludo teneatur soluere? Ad quod distinguendum est, quia vel sumus in lege naturae & euangelio tantum, vel sunt aliae ciuiles leges: si tantum sumus in lege naturae & euangelij, tenetur perdens restituere, quia est peccatum non seruare fidem & pactum, cum aliud legis beneficium non faueat ipsi perdeti. Si autem sint leges quae obseruantur disponentes quod lucrum restituatur perdeti, dicit Adria. in. 4. in materia restitutionis. q. 12. quod perdes poterit licite non soluere iuxta legis dispositionem: probatur quia perdes habet actionem contra lucrantem: ergo potest sibi retinere & legis beneficio se defendere, nihilominus si semel soluat lucrans potest retinere lucrum vsque, ad condemnationem iudicis: ille autem qui amplam perdidit pecuniam, & veretur in iudicio illam repetere, dicit Adria. vbi supra, quod potest alia via occulte subfurari, aut aliam recompensationem facere: sed probabilius videtur oppositum, ratio est, quia cum translatio dominij facta fuerit non potest lucrum illud perdens recuperare nisi legis beneficio. Et haec de restitutione.

Sequitur quael.

19. De potestate clauium.

CONsequenter considerandum est de potestate ministrorum huius sacramenti quae ad claves pertinet. Circa quod primum videndum est de clauibus. SECUNDO. De excommunicatione. TERTIO. De indulgentia: Haec. n. duo sunt annexa potestati clauium: circa primum consideranda sunt quatuor.

PRIMUM De entitate & quidditate clauium.

SECUNDUM De effectu earum.

TERTIUM De ministris clauium:

QUARTUM De his in quibus potest exerceri usus clauium. Circa primum quaruntur tria.

PRIMUM Vtrum clauis in Ecclesia esse debeant?

SECUNDUM Vtrum clauis sit potestas ligandi, atq; soluendi?

TERTIUM An sint duae clauis vel vna?

Articu. primus

Vtrum clauis in Ecclesia esse debeant.

Tho. 4. dist. 18. q. 1. ar. 1. q. 1. & sequentibus.



D PRIMUM sic proceditur. Videtur quod clauis in Ecclesia esse non debeant. Non enim requiruntur clauis ad intrandum domum, cuius ostium est apertum: sed Apo. 4. dicitur, vidi, et ecce in caelo ostium apertum quod Christus est, quide se ipso dicit: ego sum ostium: ergo ad introitum caeli Ecclesia clauibus non indiget. Praeterea clauis est ad aperiendum & claudendum: sed hoc solius Christi est, qui aperit & nemo claudit Apoc. 3. ergo Ecclesia in ministris suis clauis non habet. Praeterea cuiuslibet clauditur caelum, aperitur infernus, & e contrario, ergo quicumque habet clauis caeli, habet clauis inferni: sed Ecclesia non dicitur habere clauis inferni, ergo nec clauis caeli habet.

SED contra est, quod dicitur Math. 16. tibi dabo clauis regni caelorum. Praeterea omnis

dispensator debet habere clauis eorum quae dispensat: sed ministri Ecclesiae sunt dispensatores diuinorum, ut patet prima ad Cor. 4. ergo debent habere clauis.

RESPONDEO dicendum, quod in corporalibus dicitur clauis instrumentum quo ostium aperitur: regni autem ostium nobis per peccatum clauditur, & quantum ad maculam, & quantum ad reatum poenae. Et ideo potestas quae tale obstaculum remouetur, dicitur clauis.

Hae autem potestas est in diuina trinitate per auctoritatem. Et ideo dicitur a quibusdam quod habet clauis auctoritatis: sed in Christo homines fuit haec potestas ad remouendum praedictum obstaculum per meritum passionis, quae etiam dicitur ianuam aperire, & ideo dicitur habere secundum quosdam clauis excellentiae: sed quia ex latere dormientis in cruce sacramenta fluxerunt quibus Ecclesia fabricatur: ideo in sacramentis Ecclesiae, efficacia passionis manet, & propter hoc etiam ministris Ecclesiae quae sunt dispensatores sacramentorum, potestas aliqua ad praedictum obstaculum remouendum est collata, non propria sed virtute diuina & passionis Christi: Et haec potestas metaphorice clauis Ecclesiae dicitur, quae est clauis ministerij.

AD primum ergo dicendum, quod ostium caeli quantum est de se semper est apertum: sed alicui clausum dicitur propter impedimentum intrandi in caelum, quod in ipso est: impedimentum autem totius humanae naturae ex peccato primi hominis consecutum, per passionem Christi amotum est: & ideo post passionem videtur in caelo ostium apertum: sed adhuc quotidie alicui manet clausum propter peccatum originale quod contraxit, vel actuale quod committit, & propter hoc indigemus sacramentis & clauibus Ecclesiae.

AD secundum dicendum quod hoc intelligitur de clausione quae limbum clausit, ne alius ultra illum descendat, & de apertione quae paradisum aperuit remoto impedimento naturae per suam passionem.

AD tertium dicendum, quod clauis inferni quae aperitur & clauditur, est potestas grati-

am conferendi: per quam homini aperitur infernus, ut de peccato educatur, quod est inferni porta: & clauditur ut ne ultra hominum peccato tolatur: gratia autem conferendi solius Dei est, & ideo clauis inferni sibi soli retinuit: sed clauis regni est potestas etiam dimittendi reatum poenae per quam homo a regno prohibetur: & ideo magis potest dari clauis regni quam clauis inferni, non enim idem sunt, ut ex dictis patet. Aliquis enim de inferno educitur per remissionem aeternae poenae qui non statim in regnum introduitur propter reatum temporalis poenae, qui manet: vel dicitur est, quod eadem est clauis inferni & caeli: quia ex hoc ipso quod alicui apperitur unum, clauditur alterum, sed denominatur a digniori.

IN hoc articulo .1. est considerandum, quod haec materia de clauibus Ecclesiae tractatur a scholasticis Theologis cum magistro sententiarum in 4. d. 18. in qua magister incipit tractare de ministro sacramenti poenitentiae, & de potestate quam habet minister eiusdem sacramenti, postquam in superioribus. fa. d. 14. vsq; ad 18. exclusiue tractauerat de sacramento poenitentiae quantum ad omnes partes eius: & prius agit de potestate & de eius obiecto: acturus postea in d. 20. de subiecto potestatis, nempe in quo est haec potestas. Et Magister in hac. 18. d. prius mouet quaestionem grauem, an scilicet per huiusmodi potestatem remittatur culpa, vel poena, postquam quis contritus est et est ei remissum peccatum per contritionem. Secundo constituit tres conclusiones: prior est, Clauis iste non sunt corporales sed spirituales.

SECUNDA conclusio est, solus CHRISTVS remittit peccata.

TERTIA conclusio est, quod nihilominus sacerdos per clauis Ecclesiae remittit peccata in aliquo bono sensu, nempe quia ostendit sacerdos peccata esse dimissa per Christum. HIS praemeditatis, prius nobis dicendum est, quid significat hoc nomen clauis: & San. Thom. in 4. d. 18. & omnes alij scholastici dicunt: hoc nomen clauis dici de spiritualibus potestatibus traditis Ecclesiae, per quamdam scilicet metaphoram, & similitudinem ad clauis corporales, quia sicut clauis corporales tollunt impedimentum ad aperiendum vel intrandum per ianuam vel domum, quia referant seram: ita spirituales potestates Eccle-

siae traditae dicuntur clauis, quia tollunt impedimenta peccatorum ad intrandum in gloriam: & illud quod aufert peccatum vocatur clauis, & quia in Ecclesia est aliqua potestas super peccata vocatur clauis. Secundo est considerandum quod hoc nomen clauis sumptum in praedicta significatione scilicet pro potestate spirituali, non est fictum aut inuentum a puro aliquo homine: sed a Christo seruatore quando Math. 16. dixit, tibi dabo clauis regni caelorum, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum in caelis. Et haec de nomine clauis &c.

SED dubitabit forte aliquis an apostoli habuerunt clauis, i. potestates ecclesiasticas eodem modo quo exposuimus: Ad quod dicendum est eos habuisse clauis, nec de hoc quis dubitare potest, cum dominus dixerit Math. 16. tibi dabo clauis regni caelorum. Unde intolerabiliter errant, Viclefus & Lutherani qui dicunt quod rusticus quicumque habet totam auctoritatem quam beatus Petrus habuit: Ratio in promptu est, quia iste clauis promissae fuerunt Petro & non omnibus. Secundo Paulus priore ad Cor. 5. vsus est clauibus eodem modo quo nunquam rusticus aliquis fuit vsus ubi excommunicauit illum incestuosum, qui in uxorem duxerat nouercam, ubi textus sic habet, ego absens corpore praesens autem spiritu iam iudicavi tradere eum sathanae: omnes communiter exponunt quod puniuit eum excommunicationis sententia. Praeterea 2. ad Cor. 2. absolvens Paulus eundem incestuosum, & exhortans alios vt remittat illi noxam illam, ait, cui autem aliquid donastis & ego: nam & ego quod donavi si quid donauit propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur a sathana: Ex quo constat quod Paulus absoluit illum incestuosum: ergo habebat clauis alio peculiari modo quam alij haberent plebei. Et quia Theologi scholastici tractant hanc materiam de potestate Ecclesiae super magistrum in 4. d. 18. Et San. Thom. non tractauit illam materiam amplius in summa: agemus etiam nos hic vberius de clauibus, quia non est aptior locus in San. Thom. ubi praedicta materia disputetur.

ET est primum dubium circa titulum articuli, pro quo accipitur Ecclesia quando quaeritur an clauis sint in Ecclesia: pro cuius dubij decisione, considerare oportet, quod haec nomina, nempe Ecclesia, & Synagoga, sunt nomina Graeca & significant vnam & eandem rem. s. conuentum plurium ad inuicem, concilium, vel contionem, quod notat Beda exponens illud prouerborum, s. pene fui in omni malo in medio Ecclesiae & Synagogae. Sed esto ita sit quod communiter praedicta duo nomina idem significant, vt dicit Beda, tamen differentia est inter illa stando in ri-

Secunda.4.quesit.19.art.1.

gore & in proprijs significationibus illorum: nam hæc uocula Ecclesia proprie significat conuocationem, & synagoga significat congregationem: Ratio est, quia vox & conuocatio solum est creaturæ rationalis proprie loquendo, congregatio autem potest esse creaturarum irrationalium: ut Gene.1. congregentur aquæ, quæ sub celo sunt. Et Math.23. dicitur gallina congregare pullos suos sub alis: Et inter homines soli fideles censendi sunt proprie rationales: eo quod uerum rationale fidei audiunt, & mente percipiunt: uetus autem ille hæbreorum populus quamdiu in uerbi ueri Dei fide & cultu permanfit, utroque nomine Ecclesia scilicet & synagoga uocatus legitur in scripturis, quod constat prius, numeri. 16. uocatur synagoga, ubi textus sic habet, insurrexerunt contra Moysen ducenti quinquaginta uiri proceres synagoge. Et numeri. 22. nominatur idem populus Ecclesia, ubi dicunt Moysi, cur eduxisti Ecclesiam Dei in solitudinem? Post aduentum autem saluatoris nostri populus Iudeorum qui non crediderunt in Christum tanquam irracionales, qui rationale uerbum fidei recipere noluerunt, uocatus est semper synagoga idest congregatio, & non Ecclesia, quæ est conuocatio: nisi forte Ecclesia malignantium uocetur, ut in psal. 25. odiui Ecclesiam malignantium. Populus autem omnium illorum qui ex Iudeis & ex gentibus receperunt, & retinent fidem Christi, uocatus fuit & est semper post aduentum Christi Ecclesia, idest conuocatio, & nunquam synagoga, idest congregatio: probatur prius testimonio diuini Augustini. super psal. 81. ubi tractans illud, Deus iterit in synagoga deorum. i. populorum Israel: inquit, ipsorum proprie synagoga dicitur: quamuis etiam & Ecclesia dicta sit, sed noltram apostoli synagogam nunquam dixerunt, sed semper Ecclesiam: siue discernendi causa: siue quod inter congregationem unde synagoga: & conuocationem unde Ecclesia nomen accepit, aliquid distet: quod scilicet congregari & pecora solent, ac ipsa proprie quorum & greges dicimus proprie: conuocari est magis utentium ratione sicut sunt homines: hæc Augustini. Secundo probatur ex Isidoro lib. 8. Ethic. cap. 8. ubi sic dicit, ut notetur Iudeorum infidelitas uicta est eorum synagoga. i. congregatio quasi pecorum & infidelitatorum: & ut fidelitas nostra ipso uocabulo inueneretur nostra dicta est Ecclesia. i. conuocatio quasi rationalium & discretorum.

TERTIO hic populus qui proprie dicitur Ecclesia uocatur populus grauis, & Ecclesia magna in psal. 34. ubi dicitur confitebor tibi in Ecclesia magna, & in populo graui lauda-

bo te: ubi Albertus magnus dicit quod Ecclesia dicitur populus grauis maturitate uirtutis, & illi soli sunt qui rationem colunt, & rationabiles Dei uoces intelligunt: & uocationem Christi audiunt. Ex quibus omnibus manifeste habemus quod Ecclesia est collectio uel conuocatio fidelium. Et ita dicitur de consecratione. d. 1. cap. Ecclesia, Ecclesia est uniuersitas fidelium qui uerbi ueri Dei cultu, & uerbi ueri fidei professione conueniunt: idem dicit glossa super illud. 1. ad Thimot. 2. ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari quæ est Ecclesia Dei uerbi. Et quia Ecclesia est conuocatio uel congregatio fidelium, inde est quod locus ubi ad audiendam fidem Christi & ad colendum Deum & sacrificandum ei conueniunt fideles, uocatur Ecclesia: accipitur igitur hoc nomen Ecclesia pro congregatione fidelium: Ideo quando querimus an clauis debeant esse in Ecclesia: intelligimus, idest an potestas spiritualis debeat esse in cetu fidelium? & respondetur affirmatiue, nempe potestatem spiritualement esse in ecclesia.

HIS præmeditatis, præsertim aliquibus propositionibus colligemus multa de potestate ecclesiæ quæ ad fidem & christianam religionem spectant, quarum prior est, Prælati & principes & præstantiores alij inter Christianos congregati sunt ecclesia representatiue: probatur quia tertij regum. 8. legitur de Samuele: conuertitque Rex faciem suam & benedixit omni ecclesiæ Israel, omnis enim ecclesia Israel stabat &c. sed illic solum erant sacerdotes, prælati & maiores illius populi, quia dicitur ibi, tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum: & duces familiarum filiorum Israel, ad regem Salomonem in Hierusalem. Secundo primi Paralip. 29. dicitur, loquutusque est Dauid rex ad omnem ecclesiam ubi non erant nisi maiores congregati. Tertio ad Ephe. 3. inquit Paulus: ut innotescat principibus & potestatibus cælestibus per ecclesiam, Glossa. i. per apostolos in ecclesia prædicantes. Quarto quia si prælati & maiores non sunt ecclesia representatiue, nunquam ecclesia posset congregari si omnes plebei deberent congregari. Et frustra congregarentur cum nec eruditionem habeant nec clarum iudicium quo iudicare possent quid agendum est in dubijs, quæ in ecclesia oriuntur. Quinto stultum esset dicere quod uabulci & pastores debeant determinare res arduas atque subtiles & in fide difficiles. Sexto confirmatur, quia oppositum esset contra modum gubernandi ecclesiam etiam à principio mundi, quia semper gubernata fuit ecclesia sic per maiores & non per minores: ergo &c.

SECUNDA

Secunda.4.quesit.19.art.1.fo.276

Secunda
conclusio.

SECUNDA conclusio, non solum prælati simul & potiores seculares sed soli prælati, nempe Papa & alij Episcopi sunt ecclesia representatiue: probatur prius, quia de illis dictum est Mathe. 18. si te non audierit frater tuus correptus à te, etiam coram uo uel duobus die ecclesiæ: glosat Chrysostomus. i. proceribus ecclesiæ, idest præsentibus ecclesiæ. Secundo illis commissa est cura omnium aliorum in spiritualibus etiam principum, ut constat Ioan. ultimo, pascite oues meas: & Mathe. ultimo, euntes docete omnes gentes baptizantes eos. Et Ioan. 20. accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & Mathe. 16. & 18. his præcipue promittitur & datur potestas ligandi & soluendi, quæ omnia non fuere data apostolis pro ipsis tantum sed pro alijs prælati: probatur, quia Ecclesia in gradibus à Christo instituta, est mansura uique ad consumationem seculi, dicente Christo, ego autem uobiscum sum usque ad consumationem seculi, Mathe. 28.

Tertia
conclusio.

TERTIA conclusio: De fide est quod sint duo infallibilia principia in ecclesia: nempe scriptura & concilium autoritate Papæ legitime congregatum: Et hoc in spectantibus ad fidem & bonos mores. HÆC propositio est & fuit semper omnium fidelium absque ullo dubio: quo ad utranque partem. Et hæretici semper etiam admiserunt, & admittunt eadem conclusionem quoad primam partem, nempe sacram scripturam infallibile esse principium: sed negant secundam nempe concilium esse principium infallibile. Ideo probo secundam illam partem: Prius quia ecclesia non potest errare, & concilium est ecclesia, ut probatum est in prioribus duabus conclusionibus: ergo concilium est principium infallibile: probatur antecedens pro maiori, nempe quod ecclesia non possit errare, prius quia illi patres sic congregati sunt iudices aliorum inferiorum Mathe. 18. die ecclesiæ. i. præsentibus ecclesiæ ut scite docet Chrysostomus. SECUNDO probatur. 1. ad Cor. 12. dicitur, & quosdam quidem posuit Deus in ecclesia apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem pastores & doctores &c. TERTIO ad Ephe. 4. & ipse scilicet Deus dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios euangelistas, alios autem pastores & doctores. QUARTO actuum. 13. apostoli creauerunt doctores, ubi litera sic habet: erant autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ prophetæ & doctores: Et non poteris dicere quod erant solum pro illo tempore cum ecclesia

debeat semper durare.

QUINTO pro hoc est illud quod CHRISTVS dixit Ioannis. 14. ego rogabo patrem meum, & alium paraclitum dabit uobis, & rursus cum uenerit ille docebit uos omnia.

SEXTO Ioan. 17. dixit seruator: pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, non autem pro his tantum rogo, sed pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me.

SEPTIMO. 1. ad Thi. 3. Ecclesia Dei uerbi columna est & firmamentum ueritatis, at ut probatum fuit, concilium est ecclesia representatiue: ergo est principium infallibile.

OCTAuo. 1. Ioannis. 2. uerbo eius. s. Spiriti, facti, docebit uos de omnibus: & Math. 28. ecce ego uobiscum sum usque ad consumationem seculi, dixit CHRISTVS ad ecclesiæ prælatos: si autem prælati errant, aut possunt errare, quomodo uel ad quid est CHRISTVS cum eis?

NONO cum ecclesia habeat Spiritum sanctum doctorem non est uerisimile quod errauerit, etiam à tempore apostolorum, à quo tempore regitur sic per concilia, & conciliorum definitiones: ut constat actuum. 15. ubi legitur primum concilium fuisse ab apostolis celebratum ad declarandum si cessauerant iam legalia.

DECIMO aliquod principium est dandum in ecclesia infallibile ad decidenda dubia quæ oriuntur circa fidem. Et nullum potest signari potius quam concilium: ergo &c. Antecedens patet pro minori, quia scriptura in multis locis est obscura: probatur 2. Petri. 3. ubi Petrus dicit, in epistolis Pauli sunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauant: ergo ultra scripturam requiritur aliud principium infallibile etiam ad declarandum ipsam scripturam, & hoc principium non potest esse quilibet doctor: ergo potius principium tale erit concilium. Et probatur quod non potest esse tale principium quilibet doctor, nec quilibet Episcopus, quia si unicuique liceret diuinam scripturam interpretari, nihil esset confusius & mutabilius ipsa ecclesia. Et necessario essent errores intolerabiles, quia hic uno modo, alio alio interpretaretur, quod nec de homine insipienti similia instituentem dici potest, ne dum de Deo benedicto qui sua infinita sapientia ecclesiam ordinauit & instituit: quis ergo tam arrogans, ut putet omnes alios errare, & ipse solus in ecclesia uerum dicere? omnes pontifices, doctores, & sanctos errare, & male interpretari scripturam, & ipse solus bene.

M iij Præto

Secunda. 4. quest. 19. art. 1.

Præterea quod hæc scriptura quam sacram reputamus sit infallibilis, & intelligente Spiritu sancto scripta: Et quod hæc scriptura sit Mathei & non Bartolomei, non habemus: nisi quia ecclesia dixit, & ceteris omnium sanctorum semper sic habuit, & Spiritus sanctus mouet nos ad credendum hoc: ergo ita est tenendum in omnibus alijs quæ ad fidem pertinent, & ecclesia proponit credenda, & non poteris supradictis satisfacere si oppositum nostræ conclusionis dicas: Recipe ergo veritatem hanc, nempe quod ecclesia, id est concilium autoritate Papæ congregatum, in determinando, ea esse de fide, aut ad bonos mores spectare, non possit errare, sed infallibile esse principium.

Quarta conclusio. **Q**UARTA conclusio: Probabile est (licet non adeo certum ut est tertia conclusio) esse de fide quod in ecclesia est tertium principium infallibile, cuius standum est in determinationibus fidei, quod scilicet est Papa. id est quod Papa determinando aliquid circa fidem & bonos mores, & proponendo ecclesiæ communiter tenendum, non potest errare. Hæc conclusio est sancti Thomæ 2. 2. q. 1. artic. 10. & in 4. d. 18. & 4. contra gentiles, cap. 76. & in opusculo de regimine principum lib. 3. cap. 9. & in opusculo contra errores Græcorum, cap. 65. ubi dicit quod oppositum est error. Et hæc fuit sententia sanctorum omnium qui fuerunt ante sanctum Thomam. Est et sententia multorum recentiorum, ut Caiet. in proprio tractatu de potestate Papæ: & Ioannis de Turrecremata in summa de ecclesia. Et licet aliqui ex recentioribus dicant oppositum, ego tamē cum sancto Thoma & cum sanctis dico, quod Papa habet hanc clauem scientiæ, quod in his quæ sunt fidei & ad bonos mores necessaria non potest errare, proponendo & determinando ecclesiæ quid tenendum sit in materia fidei: Hoc cōstat prius Luce 22. ubi dixit CHRISTVS seruator noster Petro, & in Petro successoribus suis: Simon ecce satanas expetuit vos ut cribraret sicut triticum, ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: quod est ponderandum, quia dicit tu confirma fratres: Nec obstat si dicas quod illud intelligitur de tota ecclesia, quia Petrus errauit in fide quando negauit Christum, quia etiam omnes Episcopi possunt per se errare in fide, & possunt esse hæretici. Sed sicut Episcopi congregati legitime in concilijs, diligentibus factis nempe consulta scriptura, & traditionibus patrum, & præmissis orationibus, nunquam errauerunt, nec possunt errare determinando & proponendo ecclesiæ quid sit de fide tenendum: ita

nec diuus Petrus, nec Papa alius hæc faciens, vnquam errauit nec errare potest: quod explicatur in illo verbo Christi, tu confirma fratres: ergo de ipso Papa vicario Christi intelligitur quod in confirmandis fratribus non potest errare, quod est determinare & proponere quid in fide tenendum: hoc namque est confirmare: & ita intelligit Theophilactus illum locum, ubi ait: Planus huius intellectus is est: quia te habeo ut principem discipulorum, postquam negato me fleueris, & ad poenitentiam veneris, confirma ceteros, hoc enim te decet, qui post me ecclesiæ petra es & fundamentum: intellexerit autē hoc quis non solum de apostolis dictum quod confirmati fuerint à Petro, sed de omnibus qui vsq; ad consumationem seculi futuri sunt fideles. Hæc Theophilactus. **S**ECUNDO Ioan. ultimo dixit CHRISTVS Petro, pascue oues meas: sed ad pasturam illam requiritur quod non erret in necessarijs ad salutem, qualia sunt fidei: ergo & cæt.

TERTIO Mathe. 16. super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi. hæreses, non præualebunt aduersus eam: quæ omnia non videntur vera si Papa determinando ea quæ sunt fidei errare possit. **Q**UARTO hæc nostra sententia habetur in concilio Lateranensi sub Leone. 10. sessione. 11. & in concilio Florentino sub Eugenio. 4. nempe Papam non posse errare.

QUINTO, CHRISTVS seruator noster tribuit aliquas prærogatiuas Petro quas non concessit alijs apostolis, ad significandum eum futurum esse pastorem vniuersalem ecclesiæ suæ. Et vna prærogatiua fuit quod mutauit illi nomē, Ioannis. 1. dices tu es Simo filius Iona, tu vocaberis Cephias, quod interpretatur Petrus, & Math. 16. apposuit illi cognomentum, beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Et propter hoc etiam inter nominandum apostolos semper priori loco CHRISTVS nominauit & constituit Petrum, ut Mathe 10. Marci. 3. Luce. 6.

NEC poteris dicere quod constituit CHRISTVS Petrum in primo loco eo quod prius esset vocatus ad apostolatam, quia prius fuit vocatus diuus Andreas, ut habetur Ioannis primo: ergo dicendum Christum constituere Petrum in primo loco nominando alios propter dignitatem, quia futurus erat vicarius Christi in sua ecclesia. Et propter hoc ipsum Mathe. 16. super ipsum ædificandam ecclesiam pollicetur, & ei clauis regni cælorum promittit. Et propter hoc in soluendo Didrachmate Math. 17. solum Petrum sibi adiunxit dicens: ne autem scandalize-

Secunda. 4. quest. 19. art. 1. fo. 277.

malizemus eos, vade ad Mare & in primo pisce quem apprehēderis inuenies staterem, da pro me & pro te, & non dixit pro alijs: propter hoc etiam Ioannis. 22. pro solo Petro ne in fide deficeret orauit, & ut ipse conuersus confirmaret fratres dixit: Propter hoc etiam soli Petro peculiariter & prius quàm alijs tempore resurrectionis apparuit, Marci. 16. Propter idem etiam simili mortis genere, hoc est in cruce mortem subire voluit Petrum: nunquam enim tot insignia Petro præceteris contulisset CHRISTVS nisi quia vicarius eius esset futurus, & toti ecclesiæ ceu princeps & caput præficiendus.

SEXTO arguitur hoc modo: acta apostolorum hoc ipsum significant, nam vbicumque congregati fuerunt apostoli cum Petro ad aliquid discernendum, semper Petrus tanquam vniuersalis pastor, loquebatur primus proponebatq; tractanda, tanquam caput & aliorum præses: probatur actuum primo, quando conuenit primitiua ecclesia ad eligendum vnum apostolum loco Iudæ, Petrus proposuit electionem futuram & modum. Et licet ipse solus poterat eligere voluit omnibus satisfacere, ut dicit Roensis artic. 25. in suo antiluthero. quia omnes inclinabantur, vel ad Mathiam vel ad Ioseph iustum. Et idem fecit Petrus actuum. 2. quando Iudei dicebant apostolos maledere musto, tanquam eorum prælatus pro omnibus respondit. Et idem confirmatur actuum. 15. ubi prius Petrus proposuit tractanda in illo concilio, dicens: vni fratres vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum euangelij & credere: ubi considerat quod dicit per os meum, quod non poterat intelligi nisi quia erat futurus vicarius Christi, & in fide & necessarijs ad salutem errare non poterat.

PRÆTEREA pro nobis est Leo sanctus ille pontifex in sermone. 2. de pontifice & assumptionis suæ anniuersario: de toto inquit mundo vnus Petrus eligitur qui & vniuersarum gentium vocanti, & omnibus apostolis cunctisq; ecclesiæ patribus præponatur: ut quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multiq; pastores, omnes tamen ipse regat: ergo si potest errare non posset regere. In eadem sententia est diuus Gregorius in lib. 4. epistola. 32. dicens. Cunctis euangelium scientibus liquet, quod voce dominica sancto & omnium apostolorum Petro principi apostolo, totius ecclesiæ cura commissa est: Et idem repetit Gregorius Homelia. 21. & diuus Ciprianus in 3. tractatu de simplicitate prælatorum: & diuus Augustinus in sermone. 124. de tempore.

In eadem sententia est diuus Hierony. in epistola ad Damasum Papam quæ habetur in secundo tomo epistolarum, folio. 132. ubi sic ait: quoniam vetusto oriens inter se populorum furore collisus: indiscissam domini tunicam: & desuper testam minutatim per frustra discerpit: & Christi vineam exterminant vulpes. Ideo mihi cathedram Petri & fidē apostolico ore laudatam censui consulendam, inde nunc meæ antimæ postulans cibum. Et rursus: ego nulum nisi Christum sequens beatitudinē tuā, id est cathedræ Petri communionē confortior.

ET sequitur: quicumq; tecum non colligit spargit, id est qui Christi non est, Antichristi est. Et in fine prædictæ epistolæ sic ait. Quamobrem obtestor beatitudinē tuam per crucifixum, mundi salutem, per homouersam trinitatem, ut mihi epistolis tuis, siu tacendarum siue dicendarum hypotheson detur autoritas. Et ne forte obscuritas loci in quo dego te fallat, per barulos literarum ad Euagrium presbyterum, quem optime nosti, dignare scripta transmittere: simul etiam an cum Antiochia debeam communicare, significes.

PRÆTEREA Marcellus Papa in epistola ad ecclesiam Antiochenam sic inquit, Antiochena ecclesia celsit Romanæ, cuius ditioni omnis alia subiecta est ecclesia: ad quam qui voluerint aut quibus necesse fuerit confugere & applicare debent.

PRÆTEREA Felix Papa huius nominis primus, in 3. epistola ad Benignum Episcopum sic ait: semper enim dubia & maiora negotia terminum ab hac sancta sede, à tempore apostolorum qui eam suis documentis intruxerunt accipere consueverunt.

PRÆTEREA in concilio Florentino folio. 7. columna. 2. sic dicitur: definimus sanctā apostolicam sedem, & Romanum pontificem in vniuerso orbe tenere primatum, & ipsum pontificem Romanū successorē esse beati Petri principis apostolorū, & verū Christi vicarium, totiusq; ecclesiæ caput: In eadem sententia est diuus August. in sermone. 124. de tempore, ubi sic dicit: & ideo beatum Petrum paululum dominus subdeseruit, ut in illo totum humanum genus posset agnoscere, nil se sine Dei gratia præualere: & ut ecclesiæ rectori futuro, ignoscendi peccantibus quædam regula poneretur: credendæ enim erant Petro apostolo clauis ecclesiæ: immo credatæ sunt ei clauis regni cælorum: credenda quoque ei erat populorum innumera multitudo, quæ esset pro suæ naturæ vitijs, passionibus, culpis,

in omnibus culpis inuoluta atque peccatis. Hæc Augusti. bene sequitur, ex Augusti. Petrus erat futurus rector ecclesie & ei commissa est populorum multitudo: ergo non potest in fide errare iudicialiter & finaliter definiendo, quia si posset errare sic finaliter definiendo ea quæ sunt fidei, pessime regeret ecclesiam. Et eandem sententiam confirmat Augustinus in sermone. 49. de verbis domini dicens: Dixit CHRISTVS Petro, in quo vno fundat ecclesiam suam, Petre amas me pasce oves meas. Et in. 2. tomo folio. 140. littera. 1. contra Episcopos donatistarum dicit quod in Romana ecclesia semper apostolicæ cathedræ viguit principatus: quod etiam repetit in epistola ad Gloriam & Felicem: & in libro de unico baptismo. Non igitur dubitari potest quin diuus Augustinus fuerit nobiscum: ergo tenendum est Papam non posse errare definiendo ea quæ fidei sunt. Deinde Damasus Papa in epistola ad Stephanum Archiepiscopum, & ad Episcopos Africanos dicit, quod non est catholicum dicere quod valet concilium absque Papæ autoritate. Et Melchiodorus Papa tomo primo conciliorum in suis decretis, sic ait, beato Petro concessum est ut alijs præmineret, eorumque quæ ad quærelam venirent causas & interrogationes prudenter disponeret. Et diuus Paulus ad Galatas. 2. inquit post annos. 14. iterum ascendi Hierosolimam cum Barnaba assumpto & Tito: ascendi autem secundum reuelationem, & conruli cum illis euangelium quod prædico in gentibus: seorsum autem in his qui videbantur aliquid esse, ne forte inuacuum currerem aut cucurrissem. Hæc Paulus: & Hiero. tractans istum locum in epistola. 11. ad Augusti dicit, ostendit apostolus se non habuisse securitatem euangelij prædicandi, nisi Petri & eorum qui cum eo erant fuisset sententia roboratum. Et in concilio Lateranensi sub Leone. 10. sessione. 11. sic dicitur: Papa est supra concilium & concilia omnia, & habet auctoritatem congregandi & mutandi concilium: & quia concilium Basiliense non erat auctoritate Papæ congregatum, errauit oppositum dicens sine auctoritate papæ: Immo Schismaticæ procedens contra Eugenium quartum indubitatum pontificem: Ideo conciliabulum & non concilium censetur appellandum. Et ibidem subiungitur quod idem fecit Leo primus, qui annullauit aliqua temere facta in secunda synodo Ephesina. Et confirmatur hoc ratione quia semper sic fuit & est in ecclesia quod facta conciliorum sine consensu Papæ nullius fuerunt roboris vel momenti: & relicta illis à Papa non approbata, manet semper ecclesia in pace &

tranquillitate cum Papa. Deinde non est verosimile quod CHRISTVS non eligeret in ecclesia sua optimum modum regendi, qualis est per vnum monarcham, ut tradit Aristoteli. & alij philosophi morales: ergo &cæt. Et confirmatur, si Papa posset errare determinando & definiendo quid sit de fide tenendum, quando esset dubium inter doctores fideles circa materiam fidei, nunquam esset hæreticus qui habet oppositam sententiam contra determinationem Papæ quousque concilium declararet: nec posset ille talis puniri, ante determinationem vel declarationem concilij, quod manifeste est falsum, quia inter doctores fideles dubitabatur & erant opiniones an confessio erat de iure diuino: & Sixtus quartus declarauit contra Petrum de Osma hæreticum quod erat de iure diuino antequam concilium aliquod declarauerit, & condemnauit illum Petrum de Osma: & in multis alijs hoc fecerunt pontifices, ut Nicolaus. 3. ad consulta Bulgarorum declarauit antequam concilium aliquod declarasset, quod baptismus est validum sacramentum esto conferatur à Iudeo vel pagano: ut habetur de consecratione dist. 4. cap. à quodam Iudeo. Et si Papa posset errare in his, non erant hæc recipienda: nec qui oppositum dixissent essent condemnandi, quousque concilium condemnaret, quia pro te potest errare sicut alij Episcopi: ergo tenetur tota vniuersalis ecclesia recipere definitiones fidei à Papa ei propositæ. Et essent omnes Christiani in magno periculo si Papa posset errare: & quod omnes teneamur recipere determinationes fidei, à Papa propositæ ecclesie, dicitur in cap. maiores, de baptismo & eius effectu: Et ignis experientia probat: si quis oppositum dicat aut non recipiat quod Papa sic diffinit. Rursus concilia communiter petunt à summis pontificibus quod confirmant acta per ipsa, quod frustra esset si Papa in rebus fidei potest errare: & diuus Bernardus in epistola ad Innocentium Papam, inquit, hoc insigne apostolicæ sedis priuilegium, ex eodem saluatoris verbo attestatur, his verbis: oportet ad vestrum referre apostolatam, pericula quæque, & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim quæ de fide contingunt, dignum namque arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, vbi fides defectum habere non posset. Hæc quippe prærogatiua est huius sedis: cui enim alteri dictum est, ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua? Hæc Bernardus. Pro nobis etiam est extrauagans, vnam sanctam, quæ est Bonifacij. 8. Et rursus diuus Bernardus in sermone Ioannis Baptistæ qui incipit, hodie dilecti-

dilectissimi &c. ait: decimus honor est assertio matris Ecclesie: textitur ora clamidis, vnguentumque profusum in capite, extremamque vestimenti simbriam inundanter effundit: illa enim magistra & regina omnium Ecclesiarum Romana Ecclesia cui dictum, ego pro te rogavi ut non deficiat fides tua: Et hoc ipsum ostendit Leo Papa nonus, ex præfata promissione Christi in lib. quem contra Michaellem Constantinopolitanum edidit, cap. 7. & omnes sancti nullo excepto, qui exposuerint illam prædictam Christi promissionem, ego rogavi pro te &cæt. nostram asserunt sententiam à quibus accepit Sancti Thomæ. ergo ad minus evidens est securius confiteri cum hac cetera sanctorum patrum quam cum Oram autem Iacobo Almayno: euidensque est, sententiam hanc nempe Papam non posse errare in his quæ sunt fidei, longe magis esse consentaneam literæ euangelij quam oppositam: verum igitur est Papam non posse errare definiendo vltimo, & proponendo Ecclesie finaliter, ea quæ de fide sunt tenenda: quod etiam asseritur in concilio Tridentino, vbi communiter in omnibus sessionibus patres committunt suas definitiones summo pontifici, consentientes ingenue, diffinimus hoc, nisi aliud videatur sanctissimo domino nostro: quod vanum esset si Papa posset errare in his quæ sunt fidei: ergo veritas est quod errare non potest. Cerilius rursus, est in hac sententia in lib. thesaurorum sic dicens: ut membra maneamus in capite, in nostro Apostolico throno Romanorum pontifice maneamus: à quo nostrum est querere quid credere, quid tenere, & quid querere debeamus. Et Maximus in epistola missa Orientalibus dicit, omnes fines orbis terræ, qui dominum sincere receperunt: et vbiq; terrarum catholici veram fidem consentientes in pontifice Romanorum tanquam in solem respiciunt, ex ipso lumine catholicæ & apostolicæ fidei recipiunt veritatem, nec immerito: quia Petrus legitur primus perfectam fidem esse confessus, domino reuelante, cum dixit Math. 10. tu es CHRISTVS filius Dei viui &cæt. ergo Papa non potest errare in his quæ de fide definiunt & finaliter tenendum Ecclesie proponunt. Sed contra insurgunt aduersarij & prius notantur infirmare potissimum illud elogium, quod attulimus ex Luca. 22. vbi legitur Christum dixisse Petro, Simon ecce sathanas expetiuit vos ut cribaret sicut triticum, ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Dicunt enim quod hoc testimonium non potest intelligi de fide personali Petri: quia statim illa in ipso defecit cum Petrus negauit Christum. Et si dicas

quod intelligitur quod non deficeret fides personalis Petri finaliter, licet deficeret ad horam: contra dicunt: quia dubium est quod talis perseverantia finalis in fide competat semper alijs summis pontificibus: ergo auctoritas illa dicunt intelligenda est de fide totius Ecclesie vniuersalis quæ nunquam defecit & non de fide personali Petri: ergo falso fundatur in loco præfato aliqua infalibilitas iudicij sedis aut alicuius Ecclesie Petri: ergo &cæt.

SECVNDO auctoritas illa non potest intelligi de fide Ecclesie Romanæ: ergo præfata conclusio non habet firmitatem veritatis, consecutio est bona: Probatur antecedens, quoniam quando CHRISTVS dixit illa verba Petro, Petrus non erat magis caput Ecclesie Romanæ quam Antiochiæ, sed tunc habiturus erat prius sedem in Antiochia & postea Romæ, at in prædictis verbis non plus fit mentio de Roma quam de Antiochia, quia verba generalia æque se habent ad omnia particularia, sed verba prædicta non debent intelligi de Antiochia, quia fides illius Ecclesie iam prorsus defecit: ergo nec debent intelligi de Romana Ecclesia.

TERTIO doctores exponentes verba illa scripturæ non exponunt ea de Ecclesia Romana, qua Ecclesia Romana est pars distincta contra alias Ecclesias, sed exponunt verba scripturæ de illa materia, loquentia de Ecclesia catholica & apostolica quæ comprehendit omnem Ecclesiam tenentem fidem apostolorum, siue sit Romæ siue in Hispania siue in Gallia: vnde non dicunt doctores, inquit aduersarij, quod Romana Ecclesia errare non possit vel quod nunquam errabit contra fidem: licet aliquando asserant quod nunquam inuenitur errasse secundum se totam, quamuis aliquando pro maiori parte errauerit: sicut tempore Liberij primi huius nominis, postquam consensit perfidie Arrianorum: ut referunt historiae, & Platina in vitis pontificum.

QUARTO id quod promittitur toti & non parti non debet attribui alicui parti, etiam principali: sed nunquam errare contra fidem fuit promissum toti congregationi fidelium à Christo, & nulli parti: ergo non debet hoc alicui Ecclesie particulari catholicorum attribui, at Romana Ecclesia est pars Ecclesie & non tota, ergo non posse errare contra fidem non est attribuendum Romanæ Ecclesie.

QUINTO quando dicitur quod Romana Ecclesia non potest deficere in fide, quid intelligis per Ecclesiam Romanam? aut enim intelligis Papam, seu multitudinem Romanorum, siue clericorum siue laico

ue laicorum in partibus Romanis degentium. Et hoc modo non est verum, quia omnes Romani habentes domicilia Romæ possunt contra fidem errare sicut omnes Hierosolimitani errauerunt: aut vocas Ecclesiam Romanam clericos habentes titulos in Roma, & nec hoc modo est verum quod Ecclesia Romana non possit errare in fide, quia illi clerici habentes titulos Romæ non sunt magis electi à Deo quam qui habuerunt titulos Hierosolimis, sed omnes isti errauerunt: ergo &c. aut vocas Ecclesiam Romanam Papam cum Cardinalibus, vel Papam solum, vel collegium solum Cardinalium. Et nec hoc videtur verum, nempe quod Ecclesia Romana non deficiat in fide: immò videtur temerarium dicere quod Papa cum duobus Cardinalibus, si non essent plures, non possit contra fidem errare: aut vocas Ecclesiam Romanam illos qui tenent fidem quam apostoli fundauerunt & prædicauerunt Romæ: & tunc videtur verum quod Ecclesia Romana hoc modo sumpta quæ est Ecclesia vniuersalis errare non potest. Sed hoc cum non plus comprehendat Romanos quam Hispanos, non est ad propositum.

Sexto, Papa potest errare in fide, & nota hæresis inuri. Et hoc manifestum est & omnes defensores vtriusque sententiæ admittunt: & probatur, quia Papa cum sit viator, & per papatum non sit in fide confirmatus, potest errare. Secundo probatur ex cap. si Papa. 40. d. Tertio probatur exemplis vt patet de Marcellino & Anastasio secundo qui inciderunt in hæreses: ergo etiam potest in iudicio errare, ergo.

Septimo possibile est quod Romanus pontifex incidat in hæresim damnatam, & quod talem hæresim definiat in iudicio cum suis complicitibus: ergo Apostolicæ sedis iudicium errabit in fide in prædicto euentu.

Octavo duo summi pontifices determinauerunt contraria in his quæ sunt fidei: ergo alter eorum errauit errore iudiciali in fide. Antecedens probatur de Ioanne. 22. & Nicolao. 4. quorum vnus determinauit iudicialiter Christum & apostolos nihil habuisse, nec in communi, nec in particulari, vt Nicolaus. 4. in extrauaganti, exijt qui seminat lib. 6. de verborum significat. alter autem determinauit oppositum, nempe Ioannes. 22. in extrauaganti cum inter nonnullos.

Nono Innocentius. 3. & Celestinus. 3. determinauerunt contraria super illa propositione: vno coniugium ad hæresim trahente, alter qui remanet in fide potest ad secunda vota transire: nam Celestinus determinauit quod altero coniuge lapso in hæresim licebat altero remanenti in fide transire ad secunda vota, cap. laudabilem de conuersione infidelium, licet

iam hodie sit à textu rafa illa determinatio, sed habetur in aliquibus codicibus antiquis: & ita dicit glosa super cap. quanto, de diuortijs, & Innocentius. 3. in illo cap. quanto, de diuortijs, dicit oppositum, quod verum est & pro indubitato habendum.

Decimo aliqui summi pontifices instituerunt aliqua contra euangelium, vt Pelagius qui constituit vt subdiaconi Ciciæ à suis vxoribus abstinerent, quas in minoribus constituti duxerant, aut ab officio cessarent: quæ constitutionem quia erat impia & contra euangelium, retractauit Diuus Gregorius primus, successor Pelagij, vt constat in d. 31. cap. ante triennium, in textu & glosa: sicut enim potuit iudicialiter instituire contra euangelium, ita etiam diffinire: ergo Papa non est principium infallibile.

Vnde decimo arguitur hoc modo: si summus pontifex non potest errare in his quæ sunt fidei, non posset esse hæreticus, ad minus circa propositiones nondum determinatas: vt erat articulus de processione Spiritus sancti à patre & filio, probatur consequentia, quia non potest esse pertinax contra sui ipsius determinationem: sequeretur deinde quod determinatio etiam solius summi pontificis ligaret iuum successorem. Sequeretur tertio quod Papa vere hæreticus male posset iudicari: quia ipse decideret obiecta contra eum esse intelligenda in aliquo sensu suæ assertioni consono.

Duo decimo frustra fuissent congregata quatuor concilia generalia contra quatuor hæresiarchas: nempe; Nicænum, Constantinopolitanum, Ephætinum, & Calcedonense: Probatur consequentia, quia per se sufficit solus Papa Decimo: immò apud te tantæ est potestatis solus Papa & autoritatis in diffiniendo sicut aggregatum ex ipso pontifice & ex alijs fidelibus.

Decimo tertio arguit oram, Innocentius. 3. vt habetur in cap. per venerabile, qui filij sint legitimi, dicit: cum Deuteronomium interpretatur secunda lex, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari: quæ verba si vniuersaliter secundum literalem sensum intelligantur, hæresim sapiunt, quia cæremonialia & legalia veteris legis, non sunt seruanda, vt in. 1. 4. late probauimus. Si vero mystice intelligantur nihil speciale de Deuteronomio dicunt, quia in sensu mystico licet omnia seruare, nisi scandalum sequatur.

Decimo quarto nonnulli summi pontifices inueniuntur definiuisse, se in temporalibus habere supremam potestatem, cæteri vero oppositum determinauerunt: ergo aliqui errant. **Decimo** quinto non est verosimile quod homini potenti in his quæ sunt

sunt fidei errare, commiserit Deus vltimam fidei definitionem. 16. Grego. 3. in decretis suis, & habetur. 32. quæst. 7. cap. quod proposuisti. Si mulier infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere: quid eius faciet iugalis? bonum esset si sic permaneret, vt abstinentiæ vacaret, sed quia hoc magnum est, ille qui non poterit continere nubat magis: non tamen ei subsidij opem subtrahat &c. Hæc Grego. at hoc est cõtra euangelium, ergo errauit ille pontifex: ergo potest errare. 17. diuus Hierony. ad Euagrium Episcopum, & habetur. d. 93. cap. legimus, dicit, si auctoritas queritur, orbis maior est vrbe. Præterea citant Augustinum in hanc sententiam super Ioannem, vt habetur. 24. q. 1. cap. quodcunque, vbi concluditur quod Petrus quando clauas accepit, Ecclesiam sanctam significauit: & rursus sermone. 10. super Ioan. loquens de potestate ligandi & soluendi dicit. Hoc Petrus cum omnibus tanquam personam gerens ipsius vnitatis accepit: ergo concilium ex mente Augustini, & Hierony. est supra Papam.

Ad hæc omnia argumenta & si quæ alia sint non est difficile respondere, supposito prius, quod non asserimus, Papam non posse errare villo modo, quia omnis homo mendax. Et secundum omnes Papa vt priuatus homo, & vt particularis doctor potest errare & potest esse hæreticus. Secundo etiam ex sententia omnium concedo quod Papa potest errare in alijs quæ non sunt de fide, vt puniendo aliquem plus iusto aut minus iusto. Et eodem modo omnes Episcopi in concilio possunt esse hæretici, & errare in his quæ non sunt de fide qua sunt priuati homines. Sed sicut Episcopi in concilio quatenus proponunt Ecclesiæ & iudicant aliquid esse de fide tenendum, non possunt errare præmissis debitis diligentijs, nempe consulta scriptura sacra, & dictis sanctorum, & antiquorum patrum traditionibus, & præmissis orationibus. Nam si per impossibile Episcopi in concilio congregati, temere procederent & determinarēt aliquid esse de fide tenendum, non factis illis diligentijs, etiam errare possent: sed non admitto quod permittat Spiritus sanctus quod in concilio congregati definiant aliquid de fide quin faciant illas diligentias, ita etiam summus pontifex factis illis diligentijs iudicans & proponens Ecclesiæ aliquid esse de fide tenendum, non potest errare in hac materia fidei.

His præmeditatis ad primum argumentum nego antecedens (nempe quod illud testimonium Luce. 22. ego rogavi pro te &c. non intelligatur de propria personali fide Petri, quod constat tum ex verbis domini, vt supra probauimus, quia dominus separauit Petrum ab

alijs discipulis, cum dixit Simõn ecce Sathanas expetiuit vos vt cribaret &c. Et postea dixit, ego rogavi p te, vt nõ deficiat fides tua: & nõ dixit, ego rogavi p vobis vt nõ deficiat fides vestra &c. Deinde dixit, tu aliquando cõuersus confirma fratres tuos. Dic rogo si CHR I S T V S vellet loqui de fide Petri particulari, non posset clarioribus verbis dicere: ergo antecedens est falsum, quia clarum est quod pro illius fide personali rogabatur, qui post lapsum conuersus confirmare iubetur fratres suos: autem Petrus erat & non alius: nec hic erat congregatio vniuersalis Ecclesiæ quia verba illa non possunt adaptari illi congregationi vniuersali, tum quia fides illius Ecclesiæ vniuersalis non defecit, tum quia ipsa vniuersalis Ecclesia non dicitur aliquando conuersa, tum etiam quia ipsa non dicitur proprie fideles habere in fratres, sed potius in filios. Et confirmatur hoc, quia vt citauit sic sancti intelligunt semper illum locum de fide personali Petri: & ad illud quod aduersarij dicunt quod fides Petri statim defecit: respondetur quod & si ad horam defecit non tamen finaliter. Et hoc est quod CHR I S T V S petiuit in oratione, nempe quod finaliter non deficeret fides Petri, quia hoc est deficere propriè. finaliter, non autem proprie deficit ille qui statim post lapsum refurgit. Vnde non dixit CHR I S T V S Petro, ego pro te rogavi, vt non neges seu non cadas: sed dixit, pro te rogavi vt non deficiat fides tua, nempe finaliter quod erat proprie deficere. Vnde Beda in glosa ibidem dicit: non dicit non tenteris sed non deficiat fides tua, vt post lapsum negationis ad pristinum statum pœnitendo resurgas. Hæc ille: Hoc etiam manifeste significatur in verbis sequentibus, cum saluator ait: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos in quo verbo manifeste significat CHR I S T V S quod aliquando Petrus erat casurus aut negaturus fidem, & quod debebat resurgere: non ergo rogat ne caderet, sed rogat ne maneret in casu: quod ipsius oratione adimpletum est, & quod ita resurgeret nunquam amplius casurus. Vnde ex iplo euangelij textu & saluatoris verbo constat, quod ad literam loquitur dominus de fide personali Petri: constat etiam hoc ex sanctorum patrum expositionibus quas supra induximus. Et ita dicit Leo Papa exponens textum hunc in. 2. sermone suæ consecrationis: vbi inquit: specialis cura Petri à domino suscipitur: & pro fide Petri proprie supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit: in Petro ergo omnium fortitudo munitatur. En igitur clarissimum testimonium huius quod diximus Christum rogasse pro fide personali Petri. Quod vero cõsequenter di-

ter dicunt aduersarij, quod expositio data de fide personali finali petri non valeat: quia vt aiunt fides personalis in alijs pontificibus successoribus Petri non semper habuit aut habet finalem perseuerantiam, est dictum incassum & non ad propositum: quonia textus præfatus de personali fide Petri loquitur, & non de fide personali aliorum pontificum: pro quo est considerandum quod Romanus pontifex succedit beato Petro non in gratijs & prerogatijs personalibus, sed in sede & officio pontificatus, & per consecutionem in priuilegijs sedis & officij. Habuit autem Petrus priuilegium pro sua persona, & pro sua sede, post resurrectionem Christi, vt in fide finaliter non deficeret seu erraret: & non solum ipse hoc habuit, sed etiam ceteri Apostoli qui cum Christo manserunt, habuerunt pro se quod non errarent sed non pro sedibus suis: Petrus autem solus habuit etiam quod non posset errare post Christi resurrectionem pro sede sua. Vnde dicit diuus Christus quod pro omnibus etiam rogauit CHRISTVS cum ait. Ioannis. 17. Pater sancte serua eos in nomine meo. Vnde communis doctrina sanctorum est quod omnes apostoli confirmati fuerint post resurrectionem vt amplius non possent in fide errare, & in hoc priuilegio personali Romanus pontifex non succedit Petro, sicut nec alij Episcopi alijs apostolis: Et ideo quod aduersarij inducunt de fide, aut oratione personali Romanorum pontificum, non est ad propositum, quia habuit amplius singulariter Petrus super omnes alios apostolos, vt priuilegium non errandi in fide se extenderet ad sedem siue cathedram eius: ita quod in cathedra sua semper catholica vigeret doctrina, & in sede sua iudicium in his quæ fidei sunt ab omni macula erroris esset alienum, prout superius multis sanctorum patrum sententijs firmauimus. Hæc autem prerogatiua non est data sedibus aliorum apostolorum: quoniam omnes alie sedes aliorum apostolorum, (vt patet de Achaia, vbi prædicauit beatus Andreas, de Asia vbi prædicauit diuus Ioannes Euangelista, de India vbi Thomas, de Æthiopia vbi prædicauit sanctus Matheus, de alia India vbi prædicauit diuus Bartolomeus, de Hierosolima vbi prædicauit beatus Iacobus,) quasi funditus defecerunt à fide, sola Romana Ecclesia immaculata permanet, & opulante Deo semper permanebit. Ad secundam autem obiectionem cum dicitur quod præfata autoritas non potest intelligi de Ecclesia Romana &c. nego assumptum: & ad probationem cum dicitur quod quando CHRISTVS dixit illa verba Petro: Petrus non erat magis caput Romæ quam Hierosolimæ, dico quod illa probatio nulla est, quoni-

am licet Petrus tunc nullius Ecclesiæ particularis caput actu esset, sed esset futurus caput, nihilominus quando CHRISTVS orauit pro fide Petri, orauit pro fide Ecclesiæ Petri quæcunq; futura esset cui Petrus tanquam princeps & caput præesse deberet. Vnde cum Petrus præsidebat Ecclesiæ Antiochenæ, Ecclesia Antiochena habebat illam prerogatiuam, quod non poterat errare: cum vero Petrus inde transtulit sedem suam, translata est illa prerogatiua in Ecclesiam Romanam, quæ sedem ipsam Petri diuina prouidentia disponente, interuenientibus ipsius beati Petri meritis, inseparabiliter sequitur & concomitatur: Vnde beatus Leo in sermone. 2. suæ consecrationis inquit, manet ergo dispositio veritatis: & beatus Petrus in accepta fortitudine perseuerans suscepta Ecclesiæ gubernacula non relinquit: sic enim est ordinatus vt ante petra dicatur dum fundamentum pronuntiatur, dum Regni cælorum ianitor constituitur, dum ligandorum soluendorumq; arbiter ad mensuram, etiam in cælis iudiciorum suorum diffinitionem præficatur, qualis ipsa mihi esset societas, per ipsa appellationum eius misteria nosceremus. Et infra: si quid itaq; à nobis recte agit, recteq; discernitur, si quid à misericordia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur, illius est operum, atq; meritum, cuius in sede viuit potestas & excellit autoritas: hoc. n. obtinuit, dilectissimi, illa confessio quæ à Deo patre apostolico inspirata cordi, omnium humanarum operationum in terra transcendit, et firmitatem quæ nullis impulsibus quateretur recepit. Hæc ille.

PRÆTEREA. Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem sic scribit. Petrus confirmatæ petreæ quæ CHRISTVS est, struc turam vniuersalis Ecclesiæ in concussam & fide clare solidatam ita præcibus suis munire non cessat, vt errantium vesaniam redæ fidei norma reformare festinet, vt non intrepide eam consolidantes, remunerare procuret: quatenus portæ inferi malignorum spirituum subiectiones atque hereticorum impetus non præualeant, eiusdem Ecclesiæ vnitatem infringere: Nil ergo concludebat. secunda obiectione contra nos. Ad tertiam autem obiectionem cum dicitur quod doctores exponentes verba illa Christi, non exponunt ea de Ecclesia Romana &c. Respondetur negando assumptum, non solum tanquam falsum, sed etiam tanquam impium, quod constat ex testimonijs superius inductis pro veritate nostræ conclusionis, sanctorum patrum, nempe Cirilli, Chrysostomi, Hieronymi, Leonis, Agatonis, Augustini, Bernardi, Anselmi, Alberti magni, Sancti Thomæ, & aliorum plurium doctorum, ques

quos sub paucis colligemus in fine huius disputationis, omnes enim hi loquuntur de Ecclesia Romana, prout est pars distincta tanquam caput & magistra contra alias Ecclesias. Ad quartam autem obiectionem cum dicitur, illud quod promittitur toti, & non parti &c. Respondetur negando quod non errare contra fidem nõ sit promissum Ecclesiæ Romanæ, quia hoc falsum est, vt iam ostendimus in responsione ad secundam obiectionem: vnde beatus Cirillus, vt supra induximus inquit: secundum hanc domini promissionem Ecclesia apostolica Petri ab omni seductione, & hæretica circūuentione immaculata manet super omnes postpositas &c. vt supra retulimus. Ad quintam obiectionem cum quæritur quid vocetur Ecclesia Romana, cum dicitur quod in fide errare non possit: Respondet prius quod non accipitur hic Ecclesia Romana ita extenso vocabulo pro fidelium illorum congregatione, qui tenent fidem quam apostoli Romæ prædicauerunt, iste. n. modus vocandi Ecclesiam Romanam est improprius, tum quia alibi quàm Romæ apostoli prædicauerunt fidem quam fideles per orbem dispersi tenent & obseruant, tum quia confessio etiam ipsa fidei, qua Petrus Christum Deum & hominem confessus ait, tu es CHRISTVS filius Dei viui &c. Super quam dicitur CHRISTVS Ecclesiam suam edificasse non primo Romæ, sed in Cæsarea Philippi facta est, vt dicitur Matthei. 16. Secundo dico, quod Ecclesia Romana in qua religio Christiana à tempore apostolorum, Petri & Pauli semper immaculata dicitur persistisse: & vsq; in finem seculi debere persistere, vocatur congregatio populi fidelis Romani cum suo pastore. Quando vero dicitur ex aduerso quod omnes Romani possunt errare sicut omnes Hierosolimitani: respondetur quod est falsum, quia hæc gratia data est Ecclesiæ Romanæ quæ non fuit data Hierosolimitanæ, de qua gratia Agato Papa in subiectione quam Conitantino Imperatori scripsit ita dicit: Hæc Apostolica Christi Ecclesia per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse perhibetur, vt supra induximus. Ad sextam obiectionem in qua probabatur Papam posse errare in fide, habendo malam opinionem circa ea quæ fidei sunt, & per consecutionem posse etiam errare in iudicio male sententiando de fide, respondetur negando consequentiam: ratio est, quia licet primum sit possibile, non tamen secundum, & hoc de lege Christi: Ratio diuersitatis est, quia ad assistentiam Spiritus sancti promissa à Christo non respicit personam Papæ, sed officium siue sedem: & ideo cum opinari sit personæ, iudicare autem sit officij, & sedis, licet sit possibile Papam male opina-

ri: errare tamen ferendo sententiam in iudicio, de his quæ sunt fidei non est possibile, stante diuina prouisione & lege: pro quo est considerandum cum Sancto Thom. quoli. 9. art. vltimo. Vbi quærens an omnes canonizati per Ecclesiam sint in beatitudine, vel an aliqui illorum sint in inferno: dicit quod aliquid potest iudicari secundum se consideratum, quod relatum ad aliquid extrinsecum impossibile inuenitur: dico ergo quod iudicium eorum qui præsent Ecclesiæ potest errare in quibuslibet si personæ eorum tantum respiciantur, si vero consideretur diuina prouidentia quæ Ecclesiam suam spiritu sancto dirigit sicut ipse CHRISTVS promisit Ioannis. 14. docebit vos omnem veritatem: s. necessariam ad salutem: certum est quod iudicium Ecclesiæ vniuersalis in his quæ ad fidem pertinent errare est impossibile de lege: Vnde magis standum est sententiæ Papæ quam de fide in iudicio profert, quàm quorumcumque hominum sapientum in scripturarum opinionibus: Nam & Caiphas cum esset pontifex licet nequam, prophetauit: Ioannis. 11. Hæc Sanct. Thom. Enimvero huiusmodi dignitates in Ecclesia sicut multum tributum est eis honoris & reuerentiæ, ita plurimum virtutis sortitæ sunt & gratiæ singularis: vnde Chrysostomus super illud prædictum verbum Ioannis. 11. scite dicit, vide quanta pontificalis potestatis sit virtus, quia. n. qualitercumq; dignus effectus est pontificari, & si indignus existens ore prophetauit nesciens quid dicebat, ore. n. illius solum vsa est gratia Spiritus sancti, contaminatum autem cor non tetigit. Et infra vides quanta Spiritus sancti virtus à mente perniciosa voluit verba profertur prophetiæ plena magnæ & mirabilis.

PRÆTEREA diuus Augustinus tractans prædictum locum, in li. quæstionum veteris & noui testamenti: & refertur in cap. dictum est à domino. 1. q. 1. ita ad propositum loquitur. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis ordinis hinc aduertamus: dictum est autem de nequissimo Caipha interfectore, inter cetera, hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex sacerdotum illius anni prophetauit, per quod ostenditur Spiritum sanctum gratiarum datorem non personam sequi aut digni aut indigni, sed ordinem traditionis. Vnde considerandum est quod non dicitur hoc in loco quod Papa errare non posset aut male sentire aut iudicare in his quæ fidei sunt: cum error, vt dicit Augustinus, nihil aliud sit quàm pro vero falsum approbare: Sed dicitur quod sententia quam in iudicio Romanus pontifex profert, in his quæ fidei sunt errare non possit: aut quod se his apostolicæ iudiciū, quod id est, errare nõ possit.

Et ita loquitur Hiero. in cap. Hęc est fides. 24. q. 1. cum ait quod si apostolatus tui iudicio hęc nostrā confessio comprobatur, quicumque me culpāre voluerit se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum sed hęreticum comprobabit. Hęc Hierony. & eodem modo loquitur S. Thom. in p̄fato quolib. cū dicit quod magis standum est sententię Papę quam de fide. in iudicio profert: quā quorūcūq; hominum sapientum &c. Vndē etiam Agato Papa in cap. sic. d. 19. inquit: sic ōnis apostolicę sedis sanctiones accipiendę sunt tanquam ipsius diuina voce Petri formatę: super quo dicit Archidiaconus caute apostolicę sedis, & non dicit apostolici. Sedis autē apostolicę sanctiones siue sentētia in iudicio prolata, a Romano pontifice intelligitur non quę occultē, maliciose, aut inconsulte per solum Romanum pontificem aut etiam quę per ipsum cum paucis sibi fauentibus, alijs in fraudem contemptis siue non vocatis ad partem profertur. Sed quę a Romano pontifice qui maturo & graui virorum sapientum & maxime dominorum Cardinaliū primo concilio digesta & maturata, sancitur & profertur. Nam vt ait Albertus magnus in quęstione de iustitia & legibus: habentibus auctoritatem secundum consulta sapientum est determinare, & interpretari vel exponere: Et quod ita sit in rebus arduis dicitur ab apostolica sede emanare, secundum illud quod beatus Gregorius ait, in cap. apostolice sedis. 35. q. 9. Apostolicę sedis sententia tanta semper consilij moderatione concipitur: tanta patientię maturitate decoquitur, tantaque deliberationis grauitate profertur, vt nec mutari necessarium ducat nisi forte sic prolata sit vt retractari possit &c. Quibus ōnibus consideratis, videlicet infallibilitate diuinę promissionis: efficacitā orationis Christi: meritorum affluentię beatissimi apostoli Petri, & maturitate consilij quod in huiusmodi arduis materijs quę fidem tangunt, cum dominis Cardinalibus, & alijs doctis patribus, Romanus p̄tiffex semper habet: Et sine dubio tenēdū est: hoc quod de apostolico iudicio dictū est, videlicet quod in his quę fidei sunt deficere non possit. Ad septimam autem obiectionem cum arguitur de Papa hęretico facto, & de finiente pro hęresi sua, dupliciter respondetur: quidam. n. volunt dicere & bene quod casus nō est possibilis, quo ad hoc nempe quod Papa possit definire suam hęresim aut aliqd contra fidem, sed prohiberet eum aut per mortē, aut p̄ aliorū fidelīū resistētiā, aut per aliorū instructionē: aut per internā inspirationem: aut per alios modos secundum quos Deus Ecclesię sanctę etiam fidei veritati multipliciter providere potest. Et ad hoc inducūt aliqua exempla: prius est de Balaham pro-

pheta malo: cum non minoris curę sit Christo de vitanda maledictione infidelitatis, quā de maledictione verbali prophetę talis a populo iudeorum, sed Deus sic prouidit illi populo, vt patet numeri. 22. quod malus propheta veniens ad maledicendum populo Iudeorum prohibitus est a Deo: sic quod non potuit maledicere populo quem Deus benedixerat: ergo longe fortius, si Papa esset hęreticus propter immutabilem veritatem fidei datam a Deo toti Ecclesię, non permetteret eum dominus determinare hęresim aut errorem contra fidem: sed prohiberet aliquo dictorum modorum.

SECUNDVM exemplum adducitur de Caipha, qui quid diceret nesciens prophetauit ob dignitatem pontificalem, multo magis credendum est Romanum pontificem vetari, ne errorem determinare possit illum Ecclesię proponendo, tum propter dignitatem pontificalem, tum propter honorem & salutem Christiani populi.

TERTIVM inducitur exemplum de Anastasio, qui licet voluerit reuocare Achatium non tamen potuit, quia diuino nutu fuit percussus, vt dicitur in cap. Anastasius, & in glosa. d. 19. voluit. n. vti hac calliditate, vt Ecclesię ei post mortem communicaret pro eo orando eleemosynasq; faciendo sicut pro alijs fidelibus, & ex consequenti non haberet ab Ecclesiā pro hęretico, & ita voluit inducere q̄ Achatius non fuisset hęreticus: nec hęresim fuisse id quo damnatus erat. Et quia hoc publice p̄dicabat, tanquam hęreticus merito notatus est a clericis: & tandem a Deo percussus, quia vt dicitur dum asselaret emisit intestina, ne falsam doctrinam in Ecclesiā seminaret. Alijs autem aliter videtur esse dicendum: nempe quod ratio illa non sit ad propositum nostrum, quia si Romanus p̄tiffex efficitur hęreticus, ipso facto quo cadit a sede Petri, cadit a cathedra Petri: & ex consequenti iudicium quod faceret talis hęreticus non est iudicium sedis Apostolicę: Immo nec est iudicium alicuius auctoritatis, quia cum per hęresim cecidisset a p̄lacione: simul auctoritate iudicandi est priuatus, vt in cap. Nouatianus. 7. q. 1. & cap. factus. 7. q. 1. & de officio vicarij, cap. nos, in textu & in glosa. P̄lacio autem, vt ait Archidiaconus in cap. quamuis. d. 21. consistit in tribus: in iudicijs, vt in cap. inferior, in p̄ceptis, vt in cap. nunc autem, in sententijs, vt in cap. deniq; eadem distinctione: vndē illa obiectio nulla est, mihi autem magis placet prior solutio, quia vt ait Caiet. Papa non eo ipso quod est hęreticus iure ipso est depositus a Papatu, sed est deponendus ab Ecclesiā, & hoc de iure diuino, iuxta illud Pauli, hęreticum hominem post primā & secundam monitionem deuita.

AD

AD octauum dico, q̄ falsum assumitur, nepe q̄ vnus Papa. s. Nicolaus. 4. determinauerit iudicialiter Christum & Apostolos nihil habuisse in communi: nam manifeste vt cōstat Nicolaus in. 6. de verborum significatione, cap. exijt. inquit, egit namq; Christus & docuit perfectiōis opera: egit etiam & infirma, vt patet in fuga & loculis, sed vtrunque perfecte perfectus existens, vt perfectis & imperfectis se viam salutis ostenderet, hęc ille: Vnde manifeste patet, q̄ Nicolaus asserit Christum habuisse loculos, & habuisse aliquid vt imperfectis se viam salutis ostenderet. ergo asserit Christū habuisse aliquid: Vnde cum Ioan. 22. determinauit hęreticum esse tenere, quod Christus & Apostoli nihil habuerunt in communi, quia contradicit sacrę scripturę, fidei veritatem definiuit, cuius contrariū non determinauerat Nicolaus. Sed rogabis quid voluit Nicolaus. 4. dico q̄ voluit dicere, quod Christus pro aliquo tempore nō habuit aliquid proprium, nec in communi nec in particulari ad probandum perfectam paupertatem & pro alio tempore habuit aliquid in cōmuni cū discipulis suis: pro quo est notandum, quod in Euangelio legimus Christum ordinasse duas paupertates congruentes diuersis exercitijs perfectiorum: priorem perfectissimam pro illis, qui ad p̄dicandū erant mittendi in Iudęam, ad enunciantium domini aduentum, quę est nihil proprium habere sub celo, nec in communi, nec in particulari, de qua dominus mittens discipulos ad p̄dicandū, Mat. 10. sic ait: Nolite possidere aurum nec argentum nec pecuniam in zonis vestris, nec peram, nec duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam: & reddit Christus rationem, quia dignus est operarius cibo suo. Hęc autem p̄cepit Christus, vt ait D. Hiero in glosa, ne causa lacri, & nō ratione salutis spiritualis p̄dicare viderentur. Secunda paupertas fuit probata a Christo, pro illis qui simul erant mansuri in aliqua cōgregatiōe, vt hodie sunt religiosi cōnobij: Et hęc paupertas consistit in hoc q̄ nihil habuit in particulari, sed tantū in cōmuni: de qua paupertate in Act. Apost. cap. 4. sic dicitur: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquā eorum quę possidebat suum esse dicebat, sed erant eis omnia cōmunia: Hanc etiā paupertatem probauit Christus Luc. 22. quando dixit Apostolis: Quando misi vos sine sacculo & pera, & calcia mentis, nunquid aliquid defuit vobis: at illi dixerunt, nihil: sed nunc qui habet sacculū, tollat similiter & perā. Vnde manifestum est q̄ iam Christus dispensabat in alio p̄cepto Mat. 10. & iam concedebat eos habere sacculum & peram propter causam passionis instantem. Hanc etiā paupertatem pro-

bavit Christus Ioan. 13. quādo dixit Iudę, q̄ facis fac citius: & sequitur in litera) Hoc aut nemo sciuit discumbentiū ad quid dixerat. & quidā putabant quia loculos habebat Iudas, q̄ dixisset ei Iesus, eme ea quę opus sunt vobis ad diē festum, aut vt egenis aliquid daret. En quomodo Christus in cōmuni aliquid habuit, Et hoc astruūt cōmuniter glosę fidelīū, ex quibus innumerascitat Turre cremata in summa Ecclesię li. 2. cap. 112. Ex quibus omnibus constat Christum in aliquo tempore nihil penitus habuisse, sed a sanctis mulieribus fuisse alium: In alio autem tempore constat in communi aliquid habuisse, ad probandum p̄dictas duas paupertates, quę ambę ad perfectiōem plurimum faciunt & hoc volebat Nicolaus: contra quod non dixit Ioan. 22. sed absolute dixit, quod erat de fide Christum habuisse aliquid in communi: Nicolaus verō volebat asserere & asseruit, quod pro aliquo tempore nihil habuit Seruator etiam in communi. AD nonum dico, quod neuter illorum pontificum diffinitiuē determinauit: nam cum litera Cęlestini non habeatur nunc in codicibus decretalium, qui communiter nunc circumferuntur apud nos, vt patet in illo cap. laudabilem, de conuersione infidelium, vbi illa litera deberet esse, & non est: sed habetur in aliquibus paucis codicibus antiquis. Et ad videndum si ille Cęlestinus errauerit definiendo finaliter illud esse de fide tenendum vel non, oportet videre quomodo, aut quib; verbis illud dicit. Et ideo quia illa originalis litera nō habetur, standum est verbis Inno. tertij, in cap. quanto de divoritijs, vbi Innocencius dicit de Cęlestino. hęc verba: licet quidā p̄decessor noster sensisse aliter videatur: quę verba nō erant definitiuis, & iudicantis finaliter aliquid de fide vltimo esse tenendum. Et rursus Inno. tertius de seipso dicit: nos autem non credimus quod in hoc casu is qui relinquitur in fide, viuentē altero, possit ad secundas nuptias conuolare: vbi verba ipsa. s. videtur aliter sensisse, & non credimus, ostendunt quod non diffiniendo in materia fidei loquuti sunt, sed quod vnusquisque dixit opinionem quam veram putabat vt particularis persona, & non vt iudicialiter tractarent tanquā habentes illam p̄rogatiuam, quod non possent in fide errare. Secundo confirmatur hoc, quia quando Pontifices volunt aliquid iudicare quod sit de fide tenendum, prius faciunt illas diligentias, nempe consulunt scripturas, sanctorū sentētijs, & orāt, quę p̄fati p̄tiffices in illo facto non seruauerūt: ergo nullus illorū voluit illud determinare tanq̄ de fide. Ad decimum autem dico, quod Pelagius in illo facto nil fecit contra Euangelium, sed su-

N pra

pra Euangelium statuit: quod manifeste patet, ex hoc quod statutum illud suos obseruatores, aut in bono supererogationis locabat si continent, aut in nullo malo, si non continent se ab officio suspendebant, ut quidam subdiaconus fecit: ut refertur. 17. q. 2. cap. multorum. Est tamen hic considerandum quantum accrescat infamia per diuersa ora paulatim: nam D. Gregorius ubi sup. de hoc statuto loquens, dicit: quod diaconus auctoritate Papae fecit praedictam prohibitionem: ut patet. 27. q. 2. cap. multorum: & q. sibi durum atq; incompetens videtur: ut patet in cap. ante triennium. 31. d. Glosa autem ibidem auget dicens, q. Pelagius hoc fecit, & q. illa constitutio fuit iniqua: Arguetes autem amplius auget dicentes, quod Romanus pontifex statuit contra Euangelium. En qua varie & inconsiderate isti loquuntur: AD vndecimum respondetur, negando primam sequelam: nempe quod Papa non possit esse in non decisus haereticus: nam si Papa teneret pertinaciter, spiritum sanctum non procedere a filio, etiam si ab ecclesia sic determinaretur, fuisset haereticus: per accidens enim est, q. ab ipso vel ab alio determinatio ecclesiae fieret. Standum enim est in formalibus, & per se locutionibus, & non est veniendum ad ea quae sunt per accidens in quacunque scientia. Et ex hoc constat quid dicendum ad secundam sequelam: Nam determinatio vnus Papae, in materia fidei ligat omnes personas ecclesiae per se, quarum sunt actus credendi: & ita personam propriam & personam successoris ligat, ad tenendam determinationem semel factam de fide: vnde etiam vnum concilium, ligat omnia sequentia concilia. Ad tertiam autem sequelam dicitur, q. cum id quod imputaretur Papae pro haeresi, non esset decisum adhuc per Ecclesiam, & ipse non teneret hoc pertinaciter, sed defenderet hoc esse consonum sacrae scripturae & fidei Ecclesiae, non esset haereticus formaliter, etiam si materialiter erraret, in his quae sunt fidei: Et propterea non sequitur quod Papa male posset iudicari de haeresi, in casu quo iudicandum est de haeresi formaliter, quia in his non habet locum interpretationem, ad hunc vel ad illum sensum: secus autem si teneret illud cum pertinacia, quia concilium potest de iure diuino contra illum determinare in causa haeresis. AD duodecimum autem, quod frustra fuissent congregata concilia principalia in materia fidei, nego assumptum: quia concilia non propter potestatem intensiuam, sed extensiuam, & propter discussionem, & collationem, cum multitudine vniuersali sapientum in fide. Et propter indubitabiles & acceptatos ab omnibus, iudices omni exceptione maiores. Congregantur in materia fidei multi Pontifices & viri docti: probatio autem sequelae

procedit, ac si propter solam auctoritatem habendam intensiuam, concilium esset congregandum, quod falsum est: nam licet Papa solus intensiue tate sit auctoritatis, quantum ipse cum residuo, non tamen tantum est extensiuus: nec est tantum sapientiae & eruditionis, nec tantum acceptationis indubitatae, & gratiae omnibus, ut constat de his qui oppositum sentiunt, qui pacati quietantur cum concilio & non cum Papa, qui solus non determinaret ea quae sunt fidei cum tanta solennitate, quam concilium, quae humanos animos multum afficit communiter, nec tantum bonitatis & gratiae coram Deo, quae apud multitudinem hominum multum valet ad persuadendum quod a spiritu sancto regitur, & errare non potest Papa, sicut nec concilium. Oportet enim ea quae totam ecclesiam tangunt in singulis sic fieri, ut facile ab omnibus acceptentur, recipiantur, & obseruentur: ideo ad hoc sunt necessaria concilia, vniuersalia praecipue, a probis praelatis celebrata. Ad decimum tertium respondetur, quod quia duae sunt leges diuinae, vetus. s. & noua: noua autem est secunda ordine generationis: ideo vox ista. s. secunda lex, ipsa nouae legi conuenire ex vi vocabuli dicitur: Et argumentum ex conuenientia vocabuli sumpsit Innocencius, & hoc expressit ne intelligeretur q. absolute concluderet. sed quantum est ex vi vocabuli, & hoc diminuit argumentum & non auget, ut constat, quia in voce vna latent multa: Vnde ex hac conuenientia quantum persuasionem intendebat Pontifex, quam mandata in Deutero. non ad literam, sed proportionaliter, secundum conuenientiam ad tempus gratiae seruanda erant, quando, ubi, & quomodo expediret: vnde ipse mandatum vnum iudiciale ex Deut. assumens & tractans, non ad literam, sed iuxta conuenientiam ad sacerdotium Petri exposuit, quod mandatum erat: quod si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepra & lepram, & iudicium intra portas videris variari, veniens ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: Vnde dicit Innocencius: Sane cum Deuteronomium lex secunda interpretatur, ex vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi discernitur, scilicet conueniens, nempe quod est conueniens in nouo testamento, in ipso nouo testamento debet obseruari, quale est illud, q. in magnis causis recurratur ad summum sacerdotem: non quia caerimoniale, aut legale veteris legis, sed quia conueniens est in nouo testamento debet obseruari: Locus enim quem elegit Dominus, Apostolica sedes esse cognoscitur, &c. Hec Innocencius. Nec obstat si dicas, quod omnia veteris testamenti

menti hoc nostro modo seruari possunt: conceditur enim, quod nihil speciale de Deo teronomio intendebat Innocencius, nisi persuasionem quandam ex conuenientia nominis: Ad. 14. dico, quod quia potestas Papae directe est respectu spiritualium, ad supremum sine simpliciter humani generis: ideo suae potestati duo conueniunt: primum, quod non est directe respectu temporalium, & immediate sine laico, ut infra praestus explicabimus: secundum est, quod est respectu temporalium, non sine laico, sed sine spirituali. i. in ordine ad spiritualia: ut dicit Innocencius tertius, cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi: quod habet ex eo quod ad supremum finem omnia ordinari debent, etiam temporalia, ab eo profecto cuius interest ad illum finem omnes dirigere, ut est Christi vicarij. Primum namq; consequitur ex natura suae potestatis: Ex his autem sequitur, q. vtrunq; vere potest determinari de Papa, & quod habet supremam potestatem in temporalibus, & quod non habet supremam potestatem in temporalibus, quoniam vtrunque verum est ad diuersos fines relatum, & ad sanum intellectum. Assertio namque est vera in ordine ad spiritualia. i. quatenus temporalia, sunt necessaria ad spiritualia (quod dicebamus sine spirituali) habet Papa potestatem supra temporalia. Negatio autem vera etiam est sine laico, nempe directe, & secundum ipsa temporalia, vnde nihil erroris sequitur ex vna aut altera decisione: Est tamen considerandum cum doctissimo domino Caetano, quod aliud est determinare de fide formaliter, & aliud de eo quod est fidei materialiter: nam primum importat determinare quid credendum vel non credendum est: Secundum autem importat determinare de quaestionibus quae in rebus creditis accidunt: Et constat, quod cum determinatur quaestio aliqua secundo modo, non dicitur determinari de fide, sed de tali vel tali materia. Ideo cum dicitur quod Papa non potest errare in iudicio fidei, non intelligo dictum esse nisi de iudicio fidei formaliter, quando. s. determinatur quid credendum vel non credendum: contra quod nulla harum obiectionum procedebat nisi octaua: Sed ne videretur alicui quod fugiebam argumenta, volui ad singula peculiariter in particulari respondere. Ad decimum quintum dico, quod non solum verosimile, sed simpliciter verum & humanae diuinaeque, rationi & auctoritati consentaneum est: ut homini potenti errare secundum seipsum, non autem ut directo a spiritu sancto Deus ultimam fidei decisionem sub sacra scriptura commiserit: Cum enim non sit differentia apud Deum in vno & in multis saluare: Et omnes in concilio praesen-

tes secundum se & proprias vires considerati, potest errare, male determinando de fide ob ignorantiam, vel aliquem alium defectum, ac per hoc ad assistentiam spiritus sancti recurratur, magis attestatur assistentiae spiritus sancti, & eius virtuti, salus fidei per vnum quam per totum concilium: Hoc enim videtur esse opus humanae sapientiae propter omnium patrum concursum, illud aliud solus Dei opus est, & apparet. vnitas quoque fidei vnitatem quoque iudicis qui praestit toti Ecclesiae exposcit, ut in. 2. 2. q. 1. art. vltim. Diuus Thomas affert. Ad decimum sextum respondet glosa in loco citato: & prius dicit, quod hic Gregorius tertius male concessit hoc Anglicis, motus ex hoc, quia erant noui in fide: sed quia non erat dicendum hoc, quia hoc dicere, erat condemnare Papam in facto suo: Ideo secundo dicit glosa, quod loquitur de sponsa, quando non erat matrimonium, sed solum erant sponsalia, quia tunc possent cessare sponsalia. Tertio dicit quod intelligitur de muliere arcta, quae non est apta viro, & illud ut postea videbimus, est impedimentum dirimens matrimonium. Quarto dicit, quod Papa in praefato loco non approbat, sed permittit, ut cum ille cuius coniunx non potest reddere debitum est iuuenis, permittitur ei vna ne pluribus abutatur, quauis peccet abutendo illa: Hec glosa. Sed quidquid sit de his interpretationibus praedictae glosae: Ego dico quod Papa illic loquebatur de matrimonio infidelium, qui de nouo conuertebantur ad fidem: quod matrimonium secundum Paulum, i. ad Cor. 7 est dissolubile. En quomodo nunquam pontifex Romanus errauit, determinando & definiendo ea quae sunt fidei ad salutem necessaria. Ad decimum septimum dico verum esse quo ad multa, auctoritatem orbis esse maiorem vrbe, nempe merita, virtutes, scientiam, & ad mentem Hieronimi secundum vigorem consuetudinis, & non potestatis. i. consuetudo orbis praeualet consuetudini vrbe: sed potestas vrbe est supra potestatem orbis: & quod haec sit intentio Hieronimi ex contextu patet: quia de consuetudine Ecclesiarum, qua diaconi sub praesbyteris sedent loquitur. Ad Augustinum autem dicendum est, q. per illa omnia in argumento adducta, intelligendum est hoc, nepe, q. non solum Petri, sed officio perpetuo duraturo haec collata sunt: & quia officium Petri est officium capituli, quod debet influere in corpus reliquum: ideo officio capitali data, toti corpori data dicuntur, & sunt: nam si caput suum exerceret officium, non potest corpus expers remanere: Vnde. Leo Papa. d. 19. cap. ita dominus, ipsi domino attribuit quod a Petro in corpus omne potestas deriuaretur. Quia ergo vnitas officij communicatiui te-

ti Ecclesie claves accepit in persona Petri, ideo dicitur quod Petrus personam Ecclesie gerebat, & quod vnitas non vnus accepit claves, & quod ad omnes dicitur amas me, pasce oues meas, & similia: Et non propterea dicitur quasi communitas popularis aut senatoria potestatem acceperit. Nam hic sensus contra ipsum Augustinum & Iesum Christum est, vt ostendimus. Et ipse Augustinus in quaestionibus veteris & noui testamenti, aperit dicens: Saluator cum pro se & Petro dari iubet didrachma, pro omnibus soluisse videtur: quia sicut in Salvatore erant omnes cause magisterij, ita post saluatorem in Petro omnes continentur: ipsum enim constituit caput eorum, vt esset pastor gregis dominici: in quibus verbis aperte docet, quod in officio capitali Petri, omnes subintelliguntur. Hic est legitimus sensus ab Augustino intentus: In nostra igitur sententia sunt sancti omnes, nempe Papam nunquam errasse definiendo finaliter ea que sunt fidei, nec errare posse. Vnde constat Romanum pontificem principium esse infallibile, ad distinguenda ea que sunt fidei, ex sententia omnium sanctorum: nam hac est sententia Diui Hieronymi ad Damasum Papam, que habetur. 24. quest. prima, cap. Hec est fides: Cirili, Chrylostomi, Leonis. Agatonis, Augustini, Bernardi, Gregorij, Anselmi, Alberti magni, Sancti Thomae: Nec obstat, quod qui oppositam defendunt sententiam, dicunt quod authoritas Sancti Thomae nullus est momenti, cum Ecclesia habeat Diuum Thomam in magna auctoritate & precepto, vt constat in actis concilij Tridentini: Prædicta etiam sententia, nempe quod Papa est principium infallibile circa ea que sunt fidei, probatur in concilio Florentino, & in Lateranensi sub Leone decimo: & in Lateranensi sub Innocentio tertio, quod refertur de baptismo & eius effectu, cap. maiores causas, & c. & in extrauaganti Sancta Romana Ecclesia, que est Benedicti. 11. Et in hac sententia est Pigijs Campensis, in lib. de Ecclesiastica Hierarchia: fol. 136. subscribit etiam Rosensis, artic. 25. Inter doctores scholasticos, hoc dicit Augustinus de Ancona. quest. 10. arti. primo. Alexander de Alex. 3. p. quest. 4. membro. 5. in solutione ad decimum argumentum: & in. 4. p. quest. 103. membro. 4. articulo tertio. Paludanus in. 4. d. 24. quest. 6. Durandus in. 4. d. 24. quest. 5. dicens, quod tota potestas iurisdictionis immediate fuit data Petro, & in illo successoribus suis subscribit Ricardus in. 4. d. 24. quest. vltima. Longe igitur melius & tutius est cum hac caterua sanctorum & doctorum habere, quam cum vno Oram vel altero Almayno.

QVINTA principalis propositio est: Petrus accepit hanc infallibilitatem, non solum pro se, sed pro omnibus Episcopis Romanis sibi successoribus. Hæc fuit iam vtrunque probata aliquibus iam adductis testimonijs inter probandum quartam conclusionem principalem. Et præsius probo illam, prius CHRISTVS instituit Ecclesiam, que esset duratura in finem vsque: vt patet Esaiæ cap. 9. Super solum David, & super regnum eius sedebit, vt corroboret in iudicio & iustitia, a modo & vsque in sempiternum: & Matth. vltim. ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Et ad hoc propositum adducit Sanctus Thomas, in opusculo de regimine Principum, lib. 3. cap. 6. illud Dan. 2. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli, regnum quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradatur: que omnia non essent vera, si potestas Petri non esset mansura vsque in finem: nec Ecclesia iam diceretur Christi, si esset mutata, aut si mutaretur: Et quod Petro succedant alij Episcopi Romani probatur, quia in illa Ecclesia præfuit Petrus, & per illum succedunt alij, vt probauimus supra, ergo & c. Et confirmatur, quia potestas data Petro, data est ad ædificationem Ecclesie. 1. Corinth. 10. sed Ecclesia indiget ædificatione vsque ad finem sæculi ergo durabit prædicta potestas vsque ad finem, & non in alio, nisi in illo qui succedit in sede Petri: ergo & c. Tertio, si potestas illa data Petro non succedit, & conseruatur in ipsius Petri successoribus, esset etiam dicendum quod non succedunt alij Episcopi alijs Apostolis, quod nullus quantumcunque hæreticus, hætenus ausus est dicere: ergo Episcopi Romani succedunt Petro. Et confirmatur ex Paulo ad Hebræ. septimo. Christi sacerdotium est duraturum in perpetuum: quod non esset nisi sic maneat Pontifices Romani in Ecclesia, vt ipse Christus instituit, ergo & c. Præterea quod Episcopus Romanus sit successor Petri probatur, quia in Romana Ecclesia fuit sedes Petri, que vltimo ab ipso fuit spiritu sancto spirata: & super ipsum Petrum Ecclesia erat fundata, Mat. 16. ergo Episcopus Romanus est successor Petri. Et hæc omnia nobiscum probat diffuse Ioan. de Turre cremata lib. 2. suæ summæ: Et Rosensis. art. 25. & Vvaldensis. tomo. 1. li. 2. art. 2.

SEXTA propositio est, summus Pontifex est pastor vniuersalis totius Ecclesie, ita omnes Ecclesie eius subiiciuntur dictioni. Et hæc propositio ex supradictis constat, & potissime ex illo Mat. 16. tibi dabo claves regni cælorum & c. Et ex illo Ioan. vlti. pasce agnos meos, pasce oues meas: Et rursus Ioannis. 10.

Quinta conclusio.

Septima conclusio.

Octava conclusio.

Et alias: oues habeo que non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnus ouile, & vnus pastor.

SEPTIMA conclusio est, que sequitur ex dictis, nempe, Romanum Pontificem Christi esse vicarium: probatur ex illo Ioan. vltim. pasce oues meas: Et Matth. 16. super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

OCTAVA propositio est: In Ecclesia est potestas spiritualis à potestate laica distincta. Hæc probatur per adducta testimonia: & probabo eam rationibus: Sed prius est notandum ex Sanct. Thom. in. 4. d. 24. quest. 1. art. 1. quest. 2. ad tertium, quod est differentia inter potentiam & potestatem, nam potentia solum dicit virtutem seu principium ad agendum vel paciendum: sed potestas dicit potentiam actiuam tantum cum aliqua præminentia: Et ad hunc sensum dicit Paulus ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: quo supposito probabo quod in Ecclesia sit potestas spiritualis à potestate laica distincta, prius in Ecclesia sunt variae & distincte actiones que non pertinent ad laicam potestatem: ergo ponenda est alia potestas spiritualis, ad quam pertineant illæ actiones: antecedens probatur Psal. 44. Altitit regina à dextris tuis circumamicta varietate, quod interpretatur de Ecclesia, quo ad varietatem actionum. Secundo, probat hoc Durandus in tractatu de origine iuris: hoc modo potestas constituitur in re publica, vt homines prouocentur ad bonum, & arceantur à malo iuxta illud 1. Petri. 2. Potestas est ad vindictam malorum, laudem verò bonorum: Et ad Rom. 13. Vis non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex ipsa: quod si bona quidem ad que homines promoueri deberent & mala à quibus deterreri oportet, spectarent solum ad vitam politicam præsentem, sufficeret certe temporalis & laica potestas: sed cum vita fidelium non solum tendat in finem & statum ciuilem, immò multo impensius & principalius in bona perpetua, querendo prius iuxta domini consilium regnum Dei, Matth. 7. & eam felicitatem quam oculus non vidit, nec auris audiuit: Timeat præterea potius mala, & penas alterius vitæ quam præsentis: nec tantum timeat eos qui occidunt corpus solum, quam eum qui postquam occiderit corpus, habet potestatem perderi corpus & animam, & mittendi eam in gehennam ignis, Matth. 10. & Luc. 12. Ideo vt homines dirigantur, & prouehantur in finem illum supernaturalem: & si forte aberrauerint, reuocentur in rectam viam, laude, vel premio, timore, vel pena: necessarium fuit vt esset

aliqua potestas spiritualis præter ciuilem: Hanc rationem eleganter reddit Hugo de sancto Victore, in lib. de sacramentis. p. 2. dicens, duæ sunt vitæ, vna terrena, alia autem spiritualis: Vt autem vtraque in iustitia seruetur, & utilitas proueniat: primum vtrique distributi sunt qui vtriusque bona secundum necessitatem, adquirant, deinde alij qui eas secundum æquitatem dispensent. Si ergo non potest humana societas sine vtraque vita manere, necessaria est duplex potestas ad conseruationem iustitiæ, vna que præsit terrenis ad ordinandum vitam terrenam: altera que præsit spiritualibus, ad componendam vitam spiritualem. Tertio probatur, in Ecclesia sunt claves regni cælorum, Matth. 16. & 18. Sed hæc potestas clauium est alia à potestate ciuili, que certe non habet huiusmodi claves: ergo est alia potestas: Et confirmatur, in Ecclesia est potestas remittendi peccata Ioannis vigesimo: Accipite spiritum sanctum, sed illa non est in Rege nec in alio magistratu ciuili: ergo & c. Quarto, in Ecclesia est potestas excommunicandi Matth. 18. & 1. ad Corint. 5. & est potestas consecrandi corpus Christi, Ioannis vigesimo: Et 1. ad Corint. 11. At istæ potestates non sunt in magistratibus secularibus: ergo & c. Quinto, principaliter Apostoli domini habuerunt potestatem & auctoritatem in Ecclesia, vt constat ex locis iam dictis & ex multis alijs: ea autem non fuit ciuilis, cum regnum eorum nec potestas fuerit de hoc mundo: ergo & c. Sexto, apud paganos est potestas temporalis & ciuilis, vt constat ex Diuo Paulo ad Roman. 13. vbi iubet esse subiectos principibus etiam paganis, & apud eos non est potestas Ecclesiastica: ergo hæc potestas distincta est ab illa. Et confirmatur, quia sacerdotes debent scire scripturas per quas debent gubernare: principes autem non tenentur illas scire: ergo & c. Maior probatur, quia est ars artium vt ait D. Gregorius, & regimen animarum. Præterea de vtraque potestate sic ait Pelagius Papa. 96. d. cap. duo sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter hic regitur mundus: auctoritas sacra pontificum, & regalis potestas: Distinguitur igitur spiritualis potestas à laica. Et confirmatur, quia etiam apud gentiles erant sacerdotes, ad quos spectabat administratio sacramentorum, & non ad ciuiles magistratus. Et rursus in cap. si imperator: eadem distinctione, sic habetur. Si imperator catholicus est, filius est, non præsul Ecclesie, quod ad religionem competit, discere ei conuenit non docere: habet priuilegia sue potestatis, que administrandis legibus publicis diuinitus consequutus est.

Et rursus cap. solite, de maiori & obedientia sic habetur: fecit Deus duo luminaria magna in firmamento cœli, hoc est vniuersalis Ecclesiæ duas instituit dignitates: etiã in vet. testamento de vtraq; aperta sunt exēpla: vt Exod. 27. Moyses de cuncto populo Israēl constituit principes populi, tribunos, & centuriones. Num. autem. 3. ponuntur gradus summi sacerdotis Aaron & minorum sacerdotum: In nouo autem instrumento, ad Ro. 12. & 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c. Et Petrus in pri. canon. cap. 2. inquit, subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquã à Deo missis ad vindictam malorum, laudem verò bonorũ. Et tandem quòd sit spiritualis potestas in ecclesia plura sunt testimonia, & quidem manifesta, vt Mat. 16. tibi dabo clauas &c. Ioan. 20. accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c. Et Mat. 18. quodcunque solueritis &c. Ioan. vltim. pascite oues meas: & de ratione constituendi presbyteros atque diaconos late habetur. 1. ad Titam. 3. Sed contra prædictam. 8. conclusio arguitur hoc modo: Multitudo principatum est mala, ex Aristot. 12. Meta. & in libro Polit. Ergo non expedit in Ecclesia varias & distinctas esse potestates, præcipue cū ecclesia sit vnũ corpus. Ad Rom. 12. multivnum corpus sumus in Christo: Et. 1. ad Corint. 12. Vnde habere multos principes & prælatos, est habere multa capita idem corpus, quod monstruosum est: ergo non ponendum in Ecclesia. Secundo finis civilis potestatis, est reddere hoies bonos & studiosos, ac virtutibus præditos, 2. Ethic. Sed hoc sufficit ad cõsequendã vltimã felicitatẽ sup. naturalẽ: ergo vna potestas sufficit. Tertio, Mat. 17. dixit dominus, ergo liberi sunt filij, vbi glosa inquit, in quolibet regno filij Regis liberi sunt. Christiani autem sunt filij Dei, quia dedit illis potestatem filios Dei fieri, Ioan. 1. ergo liberi. Et Ioan. 8. Si ergo filius vos liberauit, vere libereritis. Et. 1. ad Cor. 7. Prætio empti estis, nolite fieri secundum hominem. Ex quibus locis videtur Christianos exemptos esse ab omni potestate & subiectione, & omnes esse æquales nec alios dominari, alios verò seruire, & ita nulla erit authoritas vel potestas, saltem iurisdictionis. Quarto in statu innocentie non fuisset aliqua potestas, ergo nec nunc, quia Christus redemit nos. Ad dissoluendum omnia hæc, est prius considerandum, quòd etsi Deus per se omnia facere posset, non ramen ita suauiter sicut nũc, cum per causas secundas disponat omnia, vt Sapient. 8. dicitur. Attingit à fine vsque ad finem fort. ter, & disponit omnia suauiter: Tunc ad primum fateor quòd esset inconueniens

si essent plures principatus ad eundem finem, & ex æquo quod in proposito non datur. quia vt supra dixi, Ecclesiastica potestas est ad finem spiritualem immediate, & civilis ad pacificum conuictum immediate, licet mediate ad bonum virtutis. Ad secundum etiam ex superioribus patet, quòd potestas civilis non est sufficiens ad perducendum homines in statum salutis æternæ, nec sufficit moralis virtus & bonitas ad vitam æternam, cum vt reliqua omittamus, necessaria est fides: vt Mar. vltimo, qui verò non crediderit condemnabitur: Et ad Hæbr. 11. sine fide impossibile est placere Deo. Præterea sunt necessaria sacramenta, Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non poterit introire in regnum Dei, quæ omnia non possunt per civile potestatem administrari. Ad tertium dico cum Sancto. Tho. in fine. 2. sententiarum, quòd Christus illic loquebatur de se & de discipulis suis, qui omnino erant liberi, vel ratione officij quod exercebant, etiam authoritate spiritualis potestatis, ratione cuius stipendia illis debebantur: iuxta illud, Si spiritualia vobis seminamus, non est multum vt carnalia vestra metamus. 1. ad Corinth. 9. Vel quia nihil habentes hac ratione se liberos reddiderant ab omni exactione: Nec enim tributum debetur ratione personæ, sed ratione bonorum, nec per subiectionem ad potestatem spiritualem, aliquid deperit de libertate, cum ea tota sit non ad vtilitatem potestatis aut præsidentis, sed subditorum. Ad quartum nego assumptum, quamuis enim non fuissent magistratus, nec principes ad cogendum homines timore pœnarum, fuisset tamen potestas directiua & gubernatiua, vt potestas paterna cui tenentur filij parere: immò multiplicato humano genere verisimilius est futuros aliquos qui sacris præessent, vnde fuisset etiam aliqua ratio potestatis spiritualis. Ex his dictis sequitur, quòd esto quòd hæc potestas ecclesiastica non haberet effectum aliquem pure spiritualem adhuc distingueretur à laica potestate ex fine, quia vt dictum est. hæc est immediate in finem spiritualem, & alia in temporalem.

¶ Postquã egimus de quidditate potestatis spiritualis, agendum relinquitur de ortu potestatis ipsius Ecclesiasticæ.

DE

De ortu potestatis Ecclesiasticæ.

Prima conclusio.

PRIMUM dubium quod se offert est, quo iure sit introducta ista potestas Ecclesiastica? Ad quod respondebimus aliquibus conclusionibus, quarum prior est, tota hæc potestas secundum suam amplitudinem, non potuit habere ortum à iure positiuo: hæc probatur. Potestas hæc Ecclesiastica habet plures effectus spirituales qui excedunt humanam potestatem, vt est remissio peccatorum, consecratio diuinissimæ eucharistiæ, conferre gratiam, & id genus alia omnino totam humanam facultatem excedentia: ergo non potuit habere originem à iure humano, iuxta illud Mar. 2. quis potest remittere peccata nisi solus Deus? & nisi CHRISTVS ipse Deus esset, bene dicebant eum blasphemare, cum dicebat se habere potestatem ad remittendum peccata: Idem dicitur Luc. 5. & 7. nempe, quis est hic quia etiam peccata dimittit? Et confirmatur, quia (vt dictum est) hæc potestas distinguitur à civili potestate: Ius autem Ecclesiasticum præsupponit iam potestatem constitutam: ergo non potuit Ecclesiastica potestas habere ortum à iure civili, nec pontificio humano. Et confirmatur secundo, quia CHRISTVS verus Deus primus dedit potestatem & clauas Mat. 16. vel saltem promisit dicens Petro, tibi dabo clauas &c. Ergo non habet potestas Ecclesiastica ortum ab humano iure.

Secunda conclusio.

SECUNDA propositio est, Tota hæc potestas non potuit habere ortum à iure naturali: Probatur, quia etiam hæc potestas habet effectum supra totam naturam: ergo nec ius naturale potuit instituere hanc potestatem: vnde differentia est inter potestatem civilem & Ecclesiasticam, quia potestas civilis habet ortum à republica, quia est in finem naturalem reipublicæ, vt alias sup. in. 1. 2. à me disputatum fuit: Hęc autem potestas excellit, non solum priuatam singulorum authoritatem, sed etiam totius mundi: & cum ius naturale sit ius diminutum, non se extendit vltra limites naturæ, & ita non potest se extendere vsque ad terminum & finem huius potestatis spiritualis: & confirmatur, quia cognitio naturalis non se extendit ad effectus huius potestatis: ergo nec ius naturale, nec potestas naturalis. Præterea cum per hanc potestatem homo constituatur in esse gratiæ, si hæc potestas esset naturalis, homo ex naturalibus posset consequi gratiam, quod error est damnatus ab ecclesia, contra Pelagianos & contra D. Paul. ad Rom. 3. 4. & 5. iustificati ex

de per gratiam &c. TERTIA propositio est. Hęc potestas Ecclesiastica potuit habere ortum à republica vel civili potestate, quātum ad aliquos effectus, nempe, quantū ad hoc quod est reddere Deo cultum, & administrare signa aliqua sacramentalia quæ ipsi instituerint, in quibus fides exterius protestaretur, & hæc potestas esset ab alia distincta ex fine, sicut diximus. QUARTA propositio. Tota potestas ecclesiastica quæ nunc residet in Ecclesia, est de iure diuino positiuo mediate vel immediate: Probatur & declaratur hæc conclusio: Nam vt inferius probabo, tota potestas ecclesiastica deriuata fuit ab Apostolis, sed Apostoli habuerunt potestatem à Christo vero domino & Deo: ergo tota potestas Ecclesiastica est de iure diuino positiuo. Dixi autem mediate vel immediate, non solum quia prius habuerunt Apostoli, & inde deriuata est in successores: sed quia non nego quin in ecclesia sit aliqua potestas ecclesiastica solum de iure positiuo, sed illa ortū habuit à potestate ecclesiastica, quæ est de iure diuino, qualis est potestas minorū ordinū. Et cõfirmatur ad Ephe. 4. vnicuique nostrū data est gratia secundū mensuram donationis Christi, & ipse dedit quosdã Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad cõsumationem sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi: sed ois potestas Ecclesiastica, vel est aliqua illarū ab apostolo enumeratarū, vel p̄det ab illis, ergo &c. QUINTA propositio, Tota potestas quæ fuit in veteri lege, à tempore libertatis de potestate Pharaonis, fuit de iure diuino positiuo, probatur in ipsa lege in multis locis: & in noua lege ad Galat. 3. Lex data est per Angelos in manu mediatoris, ergo &c. SEXTA conclusio, totam potestatem institutam in vet. leg. iure diuino, potuit populus Israeliticus sua authoritate instituere etiã si à Deo instituta non fuisset. Hęc probatur ex tertia propositione: nam cognito Deo & maiestate diuina, vel naturali lumine vel fidei, potuit populus constituere aliquos homines pontifices, sacerdotes, sacrificia, cæremonias ad cultū diuinū, quia illa non habebant virtutem spirituale ad sanctificandū, vel ad aliquem effectū spirituale, nec illi sacerdotes remittebāt peccata, aut dabant gratiã: sed forte non possent tot figuras & symbola futurarū rerū instituere, cū nec potuissent futura ita distincte cognoscere: ita etiam nec conuenientes figuras ad ea portendendū instituere: facit ad hoc illud ad Hæb. 9. Si enim sanguis hircorum aut taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis CHRISTI: ex quibus verbis constat veterem legem non

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Sexta conclusio.

mundare nisi carnem, & non dare nisi legalem sanctitatem. i. habitabat homines irregulares & inhabiles secundum legem, ad hoc quod ministrarent vel ingrederentur templum: ergo poterat illa potestas a populo institui. SED hæsitabis quando incepit hæc potestas ecclesiastica? Responderetur aliquibus propositionibus, quarum prior est: In statu innocentie potuit esse aliqua potestas spiritualis: probatur, non est dubitandum quin in statu innocentie fuisset cultus diuinus, non solum interior sed exterior: quia cum homo componatur ex anima & corpore, consentaneum est, ut non solum anima & intellectu colatur Deus, sed etiam corporis actionibus externis: Verum est quod pro illo statu innocentie non fuisset aliquod dominium, vel prelatio coerciua: in quo sensu, ad maledictionem dictum est mulieri, sub potestate viri eris, Gene. 3. Fuisset tamen potestas directiua aut gubernatiua sicut fuissent etiam preceptores ad instituendum adolescentes, ita etiam prepositi ad dirigendum in agendis: alias fuisset rerum confusio deformis in ordinatione, si quilibet pro arbitrio suo diuersis viueret moribus, etiam si omnes recte viuerent: & eadem ratione non fuisset respublica decora, si quilibet suo ritu distincto Deum coleret, & non esset consensus & conformitas in diuino cultu. Nullo igitur modo est dubitandum, quin si status innocentie perseuerasset fuissent constitutiones & ordinationes, tum ad vitam civilem, tum maxime ad vitam spiritualem & cultum diuinum, & fuissent etiam prepositi qui haberent curam rerum ordinandarum: & hæc potestas esset spiritualis, cum (vt dictum est) esset ad finem spiritualem. scilicet ad cultum Dei: nec est imaginandum quod essent in ocio sine aliquo exercitio, & opere exteriori.

SECUNDA propositio, statim post peccatum fuit in lege nature potestas spiritualis: probatur, quia vt dicit S. Tho. 2. 2. in materia de fide, sicut pro omni tempore & ætate fuit necessaria fides supernaturalis, ita fuit necessaria prouidentia ad finem supernaturalem: & opus fuit vt homines actiones suas dirigerent, non solum in finem supernaturalem & politicum, sed etiam in finem supernaturalem & spiritualem: & per consequens vt etiam sit aliquis cultus Dei, qui est actus & dominus a quo beatitudinem sperare possumus: Sed si cut humana opera non possunt comode ordinari in finem humanum, nisi in republica sint aliqui qui præsideant, & aliqui qui pareant, ita etiam non possent opera hominum conuenienter ordinari in illum finem supernaturalem, nisi ad hanc rem aliqui præficerentur qui curam gererent deducendi homines in talem finem, & hæc est spiritualis po-

testas, ergo ea fuit statim a principio creationis. Et confirmatur, semper fuit ecclesia. i. convocatio fidelium, & communitas spiritualis, ordinata in finem spirituale, sed non est perfecta respublica sine magistratu & autoritate: ergo semper fuit talis potestas. SECUNDO principaliter probatur hoc, quia Abel videtur fuisse sacerdos, cum legatur eum obtulisse sacrificium, & quidem Deo acceptum, Gene. 4. & ad Hæbre. 11. vnde August. li. 5. ad Orosiu, dicit, tria maxime iustitie præconia in Abel fuisse comprobantur, virginitas, sacerdotium, & martyrium, in quibus Christi figuram gessit. Tertio probatur, quod fuerit in lege nature vera potestas spiritualis, quia Melchisedech erat Dei sacerdos Gene. 14. quem doctores dicunt fuisse Sem filium Noë: vnde etiam graues authores dicunt, in lege nature primogenitos fuisse sacerdotes: quod autem fuerit verum sacerdotium non solum inde constat quod Abrahamus benedictionem ab eo accepit, sed magis ex eo quod CHRISTVS dominus dicitur fuisse sacerdos & pontifex secundum ordinem Melchisedech, Psal. 109. & ad Hæbre. 6.

TERTIA propositio, licet omnis potestas spiritualis quæ fuit in lege nature, potuerit esse solum autoritate humana: verisimile tamen est, quod speciali reuelatione diuina, vel instinctu, vel motione spiritus sancti, fuit instituta aliqua autoritas & potestas spiritualis, & aliqua sacrificia, & sacramenta, & alia cæremonia spectantes ad cultum diuinum & ad salutem spiritualem animarum, licet (vt in 1. 4. q. 2. ar. 3. diximus) ad illa sacramenta non tenebantur sub præcepto diuino. Prior pars huius propositionis patet ex supradictis, quia vt statim declarabam, ante aduentum domini nullus fuit effectus alicuius potestas qui excederet humanam facultatem: ergo tota illa potestas spiritualis potuit humana autoritate constitui: & si aliquid erat sacramentum ad deletionem peccati originis, illud non indigebat autoritate diuina. Et quia nullam efficaciam habebat nisi in quantum erat testimonium fidei, per quam sanctificabantur. Et quia nullum certum signum erat de iure diuino contra originale in lege nature: sed quæcunque pro testatio fidei sufficiebat. Sed credendum est in humano statuto vel consuetudine fuisse certum aliquem ritum ad purgationem peccati originalis. SECUNDA pars præfatæ conclusionis probatur, quia si fides semper fuit necessaria, & nunquam defuit in quacunque ætate (vt dictum est) maxime videtur reuelationem factam esse de ratione colendi deum, quæ potissima pars est veræ religionis & vitæ fidelis. Et confirmatur, quia cum dominus ita diligenter in veteri lege ratione di-

Dubium
Prima
conclusio

Secunda
conclusio

Tertia
conclusio

uini cultus instituerit tot sacerdotia, ministeria, tot solemnitates, cæremonias, non est credendum cessasse omnino ante legem quin cultores suos, vel reuelatione, vel interiori aliquo motu influxerit, quomodo pie & religiose ipsum colerent: licet non sit dubitandum quin fuerit multo simplicior cultus, quam fuerit in lege scripta.

Quarta
conclusio

QUARTA propositio est, certum est in lege scripta fuisse aliquam potestatem spiritualem: Et hæc propositio constat autoritate ipsius legis, vbi tam multa tradita sunt de sacerdotio, & ministerio spirituali: Sed quod fuerit proprie & vere potestas spiritualis probatur, prius ex illo Paul. ad Hæbre. 7. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat vbi Paulus ex professo intendit probare sacerdotium Christi fuisse præstantius sacerdotio veteris legis, frustra autem infunderet operam illam si sacerdotium non fuisset verum sacerdotium. i. autoritas, & potestas spiritualis. Præterea post institutionem Regum perseuerauerunt sacerdotes, vt patet de Samuele. 1. Reg. 10. ergo sacerdotium erat potestas distincta a potestate civili: ergo erat spiritualis. Præterea de Caipha, dicitur Ioan. 11. quod cum esset pontifex anni illius prophetauit: ex quo videtur quod pontificatus ille esset vera dignitas, & autoritas spiritualis.

Quinta
conclusio

QUINTA propositio est, autoritas & clausus verè & proprie spiritualis, quæ est in lege Evangelica, nunquam fuit in lege nature aut scripturæ ante aduentum dñi Iesu Christi seruato ris: probatur, quia regnum cælorum post peccatum protoparentum semper fuit clausum ante aduentum Christi: ergo ante aduentum Christi non fuerunt clausus: vnde ipse solus dicitur habere clausus David qui aperit & nemo claudit, Apoca. 3. SECUNDO, totum sacerdotium veteris legis cum omnibus suis sacrificijs, oblationibus, sacramentis, non poterant dare gratiam, quia non iustificabant, vt dicitur ad Rom. 3. & ad Galat. 2. ex operibus legis non iustificabatur omnis caro coram illo: & ita id ad Galat. 2. si ex lege est iustitia: ergo Christus gratis mortuus est. Et ad Hæbre. 9. sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vituli aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: & in alijs varijs locis non solum testatur sed probat: ergo nec illi sacerdotes habebant clausus, nec erat in eis vera potestas spiritualis: Vnde dico, quod nullum esse & pure spirituale poterant conferre, sed omnia erant temporalia & materialia, & signum duntaxat, ac figura rerum spiritualium, & sacerdotes Leuitici habebant solum clausus & curam templi materialis: vnde nec remittebant peccata, nec aliquam potestatem pure spiritualem habebant, sed omnia quæ gerebantur erant media ordinata ad gra-

iam nouæ legis, ideo illa potestas erat spiritualis, sed longe aliter quàm hæc quæ nunc in lege Evangelica est in Ecclesia.

SED est dubium an in vet. le. sacerdotes haberent potestatem ferendi leges, & faciendi præcepta obligantia in foro animæ ad peccatum mortale vel veniale: & videtur quod non, quia cum in vet. le. præter moralia præcepta dominus tot iudicialia & cæremonialia instituerit præcepta, vbi cum omnia circa cultum diuinum tam distincte & speciatim cuncta disponderet, non erat opus alijs præceptis, aut potestate ad præcepta ferenda, alias cresceret obligatio in immensum, vnde non solum grauis sed intollerabilis esset lex: in lege autem Evangelica quàm dominus paucissimis præceptis generalibus in libertate reliquit, necessariū tuit vt apud pontifices maneret autoritas ferendi leges vtilis, & accommodas ad gubernationem rerum spiritualium: Sed cum non obstantibus iudicialibus præceptis ipsius legis, nihilominus apud Reges maneret potestas condendi leges. Et idem videtur dicendum de sacerdotibus vet. leg. quod habebant autoritatem ferendi leges & præcepta, vel saltem vim coactiuam ad instituendum ministros, & leuitas, & pro tempore cogendi ad sacrificia & oblationes, & reliqua quæ erant legis & diuini cultus: Hoc enim est habere autoritatem, & esse pontificem, vnde præcepta eius obligarent non minus quàm præcepta Regis: Et quod essent aliqua præcepta, & instituta eorum, videtur assertum Mat. 15. irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras: vbi videtur Christus dicere quod erant vera mandata. Et Deu. 17. de sacerdote Leuitici generis dicitur: qui autem superbia: nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum ex Israel: Vnde videtur quod tenerentur ei obedire etiã sub peccato mortali, quia pœna mortis non inferebatur pro veniali. Et quod essent præcepta humana, constat ex illo Mat. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisei, quæcunque dixerint vobis facite & seruate, secundum verò opera eorum nolite facere, alligant enim onera grauiã & importabilia, & imponunt in humeris hominum, digito autem suo nolunt tangere: præcepta autem legis cum essent a sapientissimo Deo non dicerentur importabilia, ergo erant præcepta ipsorum sacerdotum.

SEXTA conclusio, tota potestas veteris legis cessauit, probatur ad Hæbre. 7. quia sacerdotium Christi non est secundum Aaron: sed secundum Melchisedech: & tota potestas quæ nunc est in noua lege, deriuata est a sacerdotio Christi: ergo alia cessauit. Et confirmatur

Dubium

Sexta
conclusio

Dan. 9. In dimidio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificium, & erit in templo desolatio, quod adimpletum fuit in aduentu Christi: et ergo & cetera.

Septima conclusio.

SEPTIMA conclusio, tota potestas spiritualis proprie sumpta quæ nunc est in lege Evangelica, incepit à Christo seruatore, qui habebat potestatem remittendi peccata, Mat. 2. & Luc. 7. & illam potestatem licet non eodem modo, sed aliquo modo alligatam sacramentis, reliquit in Ecclesia sua Mat. 16. tibi dabo claves, dictum fuit Petro: & Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & Ioan. vlti. pasce oves meas: & 1. ad Cor. 5. & 2. ad Cor. 2. & ad Heb. 13. obedite præpositis vestris: Et Luc. 22. hoc facite in meam commemorationem.

Dubium.

SED dabitur, postquã in tot locis scripturæ sacræ fit mentio de his clauibus, & probauimus quòd CHRISTVS dedit has claves, in quo loco dedit in sacra scriptura? Ad quod Armachanus in l. 11. quest. armeno. cap. 14. & 15. dicit quòd nõ est data potestas Ioan. 20. quando dictum fuit, accipite potestatem & cetera. Probat, quia in act. Apost. cap. 1. dixit Petrus Apostolis de Iuda, qui connumeratus erat in vobis, & sortitus est sortem ministerij huius & cetera. Et inducit prophetiã, fiat commemoratio eius deserta & non sit qui habitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter: & statim errantes dixerunt: Tu domine qui nosti corda filiorum hominum, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius de quo præuaricatus est Iudas, ex quo inquit, videtur constare quòd Matthias non habuit nisi id quod amisit Iudas: ergo tota potestas fuit data ante resurrectionem. Præterea Ioan. 22. dicitur, quòd Thomas vnus de duodecim nõ erat cum alijs apostolis quando venit Iesus, & dixit: quorum remiseritis peccata remittentur eis: ergo Thomas non habuisset illam potestatem si tunc eis daretur, ergo in alio loco fuit eis data potestas spiritualis. Præterea Mar. 6. dicitur, quòd Apostoli vngebant ægros oleo, hoc autem spectat ad presbyteros, vt patet Iacob. 5. ergo ante resurrectionem fuerunt presbyteri: immò ex eodem habetur quòd ante cenam dominicam fuerunt presbyteri. Præterea probat Armachanus, quòd nec Mat. 16. nec 18. fuit data hæc potestas Ecclesiastica Apostolis, quia potestas inquit ordinis datur tota simul, alias ordo non esset vnum sacramentum, sed plura: sed in cena acceperunt potestatem secundum aliorum sententiam, quo ad consecrationem corporis Christi: ergo ante non habebant claves, quia ista dantur simul: Vnde infer Armachanus, quòd tota potestas data est Mar. 3. quando vocauit Christus discipulos suos & instituit eos Apo-

stolos. Vnde textus sic habet: Ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum, & fecit quòd essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare, & dedit eis potestatem curandi infirmos & eijciendi dæmonia: sed ad auctoritatem apostolatus spectant claves tam ordinis quã iurisdictionis ergo tunc acceperunt totam potestatem. Et confirmatur hoc, quia non legitur Paulum accepisse aliam potestatem nisi apostolatus, quia à Christo domino non legitur nisi solum quòd missus est ad prædicandum & portandum nomen domini coram gentibus, Act. 9. & ipse solum vocat se electum apostolum: ab Apostolis autem nihil accepit (vt ipse testatur) dicens, qui videbatur esse aliquid nihil mihi contulerunt, ad Galat. 2. Et rursus ibid. qui operatus est Petro in apostolatum circucisionis operatus est mihi inter gentes: at Paulus habuit omnem potestatem: ergo quando facti sunt apostoli receperunt totam potestatem spiritualem. Alexander autem de Alex. in. 4. p. q. 79. membro. 6. ar. 3. §. 2. dicit, quòd Petro principaliter fuerunt datæ claves Mat. 16. cū Christus dixit, tibi dabo claves & cetera. Sed hoc non videtur verum, quia ibi solū promittit Christus se daturum claves, & non dat statim: Respondet tamen Alexander, quòd ibi accipitur futurum pro præsentem propter certitudinem scripturæ. Ideo his opinionibus ommissis dico ad propositum dubium, prius, quòd non magni refert scire quãdo Apostoli acceperunt claves seu potestatem, an ante passionem vel post passionem, postquã certum est eos accepisse has Ecclesiasticas claves. Secundo dico quòd probabile est eos accepisse prædictas claves seu potestatem non simul, sed per partes: itaque videntur accepisse potestatem iurisdictionis in foro exteriori, Mat. 18. quando dixit Christus Apostolis, quæcunq; solueritis super terram erunt soluta in cælis: potestatem autem ordinis quantum ad consecrationem corporis Christi, Luc. 22. quando dixit seruator CHRISTVS, hoc facite in meam commemorationem: claves autem in foro exteriori acceperunt Apostoli Ioan. 20. quando dictum fuit, accipite spiritum sanctum & cetera. Petrus verò videtur accepisse plenitudinem potestatis Ioan. 21. quando ei dictum est pasce oves meas: Et quod Armachanus ait: Si non simul acceperunt totam potestatem, non esset vnum sacramentum ordinis, non est necessarium, quia quamuis Christus potestatem clauium nõ simul totam, nec in vno loco dederit, non ideo sequitur quòd non sit vnum sacramentum, quia etiam pontifices possunt eam diuidere, nempe, referuando iurisdictionem: sed tamen totã simul tribuunt in vno ordinis sacramento, quia quantum ad essen-

ad essentiam nõ possunt illam diuidere: nempe quo ad characterem, in quo fundatur tota potestas Ecclesiastica. TERTIO dico & melius, quòd quidquid à Christo ante resurrectionem vel factum vel dictum legatur de hac potestate, totum debet intelligi in futurum. i. post resurrectionem: sicut enim Mat. 16. fuit tantum promissio clauium: inquit enim Christus, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum: ita videtur institutio facta in futurum Mat. 18. & ita Apostolos nullas claves habuisse ante illa verba Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata & cetera. Et ita videtur quòd ante resurrectionem non potuerunt Apostoli exercere potestatem iurisdictionis, etiam in foro conscientiarum: & fortè quòd nec potuerunt ante resurrectionem consecrare corpus Christi, licet probabilius sit quod potuerunt, quod ego verè credo, nepe quod ante resurrectionem potuerunt Apostoli consecrare Eucharistiã. Vltimo dico, quod nõ habetur certum in quo loco claves fuere tradite nisi Ioan. vlti. pasce oves meas: an tradite essent antea, non constat, manifestum tamen est quòd habuerunt claves Apostoli à Christo, quod Christiano sat esse debet. Optimo autem Armachani est extranea, & videtur contra Euangelium: quia Mat. 16. Christus promittit se fundaturum ecclesiam super Petrum, & quòd eidem Petro daturus erat claves: Si iam dederat vt dicit Armachanus, non promitteret se daturum, maxime cum illud promittat Petro ratione confessionis eius in testimonium Petri de fide Christi: quid ergo promittebat si iam dederat? Marc. 3. quando misit eos ad prædicandum, (vt dicit Armachanus:) Ioannes autem de turre cremata, in lib. 2. de summa Ecclesiæ, cap. 77. constituit. 6. conclusiones. PRIOR est, Mat. 16. nulla potestas data fuit beato Petro, probatur ex verbis Euangelij, quia loquitur de futuro, quia nullus dabit quod semel dat: Si ergo tunc dabat, quomodo postea daturus erat? & in his bene dicit Ioannes de turre cremata. Secundo Chrysol. super illum locum Mat. 16. dicit, hæc promissio se daturum quæ sunt propria Dei solius. s. absolue re à peccatis: en dicit quod promissio Christus. Præterea Hiero. super Mat. 16. expressius dicit: considerent qui hæc querunt, illam benedictionem in futurum promissam, & non in præsentem datam: non potest Hiero. glosari. SECUNDA conclusio est, promissio illa facta Petro fuit de omni potestate: Christus enim habuit potestatem ordinis, & absoluedi in foro penitentiario, & in foro Ecclesiæ exteriori, probatur, quia ibi promissio se ædificaturum Ecclesiam super eum: hoc autem totum pertinet ad ædificationem Ecclesiæ.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

.sexcommunicare & absolue: & dicit quòd hæc conclusio videtur de intentione Sancti Thom. 4. d. 18. & Alexan. in. 4. p. & bonæ venturæ, & Alberti magni.

TERTIA conclusio de qua est maius dubium, est, quòd Mat. 18. quando dominus dixit si Ecclesiam non audierit sit tibi tanquã ethnicus & publicanus, nullam potestatem dedit eis: Et, præsupponit quòd in illo loco non fit mentio nisi de clauibus in foro exteriori, & illam potestatem non dedit, probat, quia Ioan. 20. post illud quod fuit dictum Mat. 18. fuit contentio inter Apostolos, quis debebat esse maior inter illos, & accessit mater filiorum Zebedæi ad Christum dicens, domine fac vt isti filij mei sedeant vnus ad dexteram & alius ad sinistram tuam: Si Christus prius constituit ordinem hierarchicum, iam constaret eis quòd Petrus erat primus: ergo non fuit prius constitutus ille ordo. Præterea Mat. 16. facta fuit promissio de tota potestate: & in cap. 18. non fuit mentio de foro interiori: ergo alibi fuit impleta. Præterea probatur, quòd ibi non fuerit ei data potestas etiam in foro exteriori, quia illa potestas pertinet ad sacerdotes: sed tunc non erant sacerdotes, quia nondum facta erat cæna vltima, in qua Christus constituit & fecit discipulos suos sacerdotes: ergo & cetera. Et hoc est bonum argumentum. Et arguit contra se, quia Hieronymus dicit in illo loco, nempe Matth. 18. quòd Christus ibi tribuit Apostolis potestatem: sed ad hoc respondet turre cremata, quod intelligit D. Hiero. quando dicit, Christus tribuit Apostolis potestatem in insinuat & designat quòd tradet eis potestatem: sed hæc glosa nihil valet, quia verba Hiero. non recipiunt illam glosam: ideo dicendum est Hiero. fuisse alterius opinionis.

QUARTA conclusio eius est: Potestas tota iurisdictionis vel clavis ordinis, quæ sunt claves in foro interiori, fuerunt datæ Ioan. 20. & non antea. s. quando dominus dixit, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittentur eis & cetera. Probat ex ipsis verbis accipite, quia non dat quòd prius haberent, quia non habebat spiritum sanctum ad illum effectum vt dicit Augustinus, nempe ad remittendum peccata: & Gregorius dicit quòd ibi Apostoli primatum diuinum forciuntur.

QUINTA conclusio est, potestas iurisdictionis plena in vtroque foro data fuit Petro Ioan. vltim. quando Christus dixit ei, pasce oves meas. Et ibid. dicit Chryso. negatione deleta committit Petro præsentiam fratrum, & ab illo deriuatur in alios.

SEXTA propositio. Illa potestas iurisdictionis data Petro Ioan. vltim. descendit ad alios Apostolos, & ad omnes qui nunc habent claves:

Sexta conclusio.

Sexta conclusio.

Secunda. 4. quest. 19. art. 1.

ues: hæc turre cremata: Ego autem dico, ut iam supra diximus, quod non constat exacte in quo loco data est potestas ecclesiastica. Secundo dico, quod dicere quod Mat. 18. nihil dedit Christus, non videtur verosimile: & Hiero. dicit adeo aperte quod illic dedit Christus potestatem, quod non potest gloriari: Sed pro alia parte est, quia non est verosimile, quod ante vitam illam Christi cœnam fuerint sacerdotes: ergo non poterant habere claves. Et Sanct. Tho. in. 4. d. 18. & 19. in argumentis dicit, quod Mat. 16. Christus dedit claves: & Mat. 18. etiam dedit claves & idem dicit Alex. ubi sup. & Sanct. Tho. peculiariter in. 4. d. 19. q. 1. art. 3. ad primum, dicit, quod ad absolendum à peccato requiruntur duæ potestates. nempe, ordinis & iurisdictionis. Prima potestas est æqualis omnibus Apostolis & sacerdotibus, quia omnibus fuit data, Ioan. 20. Potestas autem iurisdictionis non est æqualis omnibus, & fuit data Petro Mat. 16. perfectius quâ alijs: alijs autem Apostolis fuit data illa potestas iurisdictionis Ioan. 20. Et in d. 24. q. 3. ar. 2. q. 3. ad pri. & q. 2. ar. 3. ad secund. dicit quod Christus dedit discipulis suis potestatem sacerdotalem ante passionem in cœna, quando dixit: accipite, & comedite ex eo omnes: sed post resurrectionem dedit eis potestatem quantum ad actum secundarium: potestas autem in foro interiori fuit data, Ioan. 20. & in foro exteriori, Mat. 18. Hæc Sanct. Tho. Sed quæres merito quæ istarum opinionum est verosimilior? Ad quod dico illam esse verosimiliorem quæ dicit, quod in vltima cœna Christus creavit discipulos suos sacerdotes, & ibi data est eis potestas consecrandi, & quod ibi solum data fuit eis potestas consecrandi: & quod Ioan. 20. data fuit omnis potestas ligandi & soluendi in foro interiori: Ego autem credo quod in vtroque foro, & quod Mat. 18. data fuit potestas in foro exteriori: Et hæc est sententia Sanct. Tho. ut constat ex his quæ ex illo adduximus. Secundo est considerandum, pro solutione argumentorum, quod omnis potestas data Apostolis, licet esset data ante resurrectionem, non tamen data fuit pro illo tempore, sed pro alio tempore post resurrectionem: Vnde licet Mat. 3. fecerit Christus discipulos suos apostolos, & fuerunt ordinati ad illud ministerium, credo quod non habuerunt pro illo tempore quo ad exercitium, quia tunc Christus per seipsum regebat Ecclesiam: Secundo, quia nondum erat abrogata lex vetus: ideo videtur quod Apostoli ante resurrectionem domini nullam habuerunt iurisdictionem pro illo tempore exercendam, sed habuerunt tunc pro alio tempore exercendam, nempe, post resurrectionem, ubi incepit quantum ad exercitium. Et forte quod

Apostoli ante resurrectionem domini non possent consecrare, licet essent sacerdotes: sed erat potestas illa suspensa pro tempore futuro: probabilius tamen est oppositum. quod ante resurrectionem domini possent consecrare. Tertio dico, quod non videtur posse negari id quod Armachanus negat, nempe, quod Ioan. 20. non fuerit data aliqua potestas, cum omnes sancti potissime allegant istum locum, ad probandum esse claves, quia Christus dicit ibi accipite &c. ergo aliquid acceperunt. Præterea, pro solutione argumentorum Armachani est aduertendum quod Christus redemptor noster habuit potestatem excellentiæ, hoc est, habuit ad suum arbitrium, ita quod pro arbitrio suo potuit dare effectum sacramenti, sine sacramento, & potuit dare potestatem quæ nobis confertur per sacramentum ordinis, sine sacramento: & potuit dare vnam potestatem sine alia, quia habuit potestatem excellentiæ: Episcopus autem non potest illas potestates separare: non enim potest dare vnam sine alia. secus autem de Christo. Vnde licet ita sit sicut Armachanus dicit in suo argumento, quod tamen non concedo. scilicet quod Deus vnam potestatem in vno loco dedit, & aliam in alio, & in vno loco dedit potestatem ligandi atque soluendi in foro interiori, & in alio in foro exteriori, & in alio consecrandi, nihil contra nos. id est non sequitur quod sacramentum ordinis sit plura sacramenta, quia ipse potuit dare quæ voluit. Et ordinavit Apostolos sine aliquo sacramento, & contulit eis potestatem ordinis: Vnde nihil habet Armachanus per hoc quod intendebat probare, Apostolos habuisse decem sacramenta. Ex dictis igitur colligo, quod Mat. 16. Christus solum promisit claves & non dedit. Mat. autem 18. dedit potestatem in foro exteriori. Ioan. autem 20. dedit potestatem in foro interiori: & Ioan. vltim. dedit Petro exercitium plenæ potestatis in toto orbe, & in cœna vltima creauit illos sacerdotes. Sed cum ex scriptura solum videatur probari Apostolos habuisse potestatem clauium: videndum restat vnde habemus nos, Ecclesiam habere nunc hanc potestatem clauium: quia posset hæreticus dicere: ego concedo quod Apostoli habuerunt claves, nego autem quod nunc habeant Episcopi, nec Papa: vnde igitur habes Papam & Episcopos hodie habere hanc clauium potestatem: sicut nos concedimus quod Christus non dedit potestatem illam omnibus Christianis. (contra Lutherum & alios hæreticos) sed solis Apostolis, & hoc verum est: ergo eodem modo posset quis dicere quod solis apostolis data fuit illa potestas, & non Episcopis qui nunc sunt, nec Papæ qui nunc est: ergo non sunt relictæ claves in ecclesia, quia Christus non

Secūda. 4. quest. 19. art. 2. fol. 287.

non dixit quod successores apostolorum haberent claves. Et potest confirmari, quia apostoli habuerunt potestatem faciendi miracula, quæ non est relicta Episcopis, nec Papæ: ergo vel talis potestas relicta est in Ecclesia, faciendi miracula, vel potestas clauium non est relicta Ecclesie, quia non est maior ratio de vna quàm de alia. Præterea, Apostoli habuerunt quantum ad aliquid aliquam potestatem excellentiæ, quæ non est relicta Ecclesie: Antecedens patet, quia Apostoli baptizauerunt in nomine Christi, ex peculiari dispensatione spiritus sancti, quod constat nobis per hoc quod ipsi fecerunt. Sed quando cessauit hæc dispensatio? quia nunc tenet S. Tho. & aliqui alij, quod sub illa forma in nomine Christi non tenet baptismus. Vnde tenentes hoc dicunt, quod illud habebat Apostoli ex plenitudine potestatis, quâ habebant circa Ecclesiam: & quia illud conueniebat propter amorem nominis Christi, ideo habebant potestatem baptizandi illo modo & forma, sine alia particulari dispensatione: & hanc potestatem non habet Papa secundum eos. Præterea omnes Apostoli habuerunt potestatem per totum orbem, ut est communior sententia theologorum, ut bene dicit Caiet. contra turre crematam: nunc autem non habent hoc Episcopi: Vnde ergo habemus magis quod descendit potestas ligandi & soluendi ab Apostolis in successores quâ alia? Nec etiam, quæ Papa facit sunt scriptura sacra: quæ autem Apostoli scribebant circa fidem & mores erant sacra scriptura, quia eis assistebat spiritus sanctus, & habebant Apostoli auctoritatem ad scribendum sacram scripturam. Ad hoc respondetur, quod nunquâ aliquis hucusque dubitauit, quod si Apostoli habuerunt potestatem clauium, quod alij Episcopi successores non habeant: nec vnquâ fuit hæreticus qui fecerit difficultatem in illo: nempe quod hæc potestas maneat in successoribus Petri, & aliorum Apostolorum. Non enim hoc magis potest probari, quàm quod habeamus potestatem baptizandi, quâ nemo vnquâ dubitauit sacerdotes & Christianos habere: Si ergo vnam habemus & aliam. Præterea constat nobis in Euangelio, quod non solum Apostoli habuerunt potestatem, sed etiam alij. Probatur ad Hæb. 13. Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis: clarum est quod ibi non loquitur de solis Apostolis, sed etiam de alijs præpositis: ergo alij præter Apostolos habuerunt potestatem: & ad Timoth. 4. dicit Apostolus: Noli negligere gratiam quæ data est tibi, per impositionem manuum mearum: Et constat etiam ex vsu Ecclesie, & serie, quod semper sunt & fuerunt Episcopi habentes potestatem: & ideo non torquebimur vltra ad probandum hoc.

Præterea CHRISTVS constituit Ecclesiam suam duraturam vsque in finem, ergo &c. Ad argumenta in oppositam partem ex dictis facile est respondere.

Artic. secundus.

Virum clavis sit potestas ligandi & soluendi?



Ad secundum sic proceditur: Videtur quod clavis non sit potestas ligandi & soluendi, quia ecclesiasticus indiget dignos recipere, et indignos excludere debet à regno: ut ex littera habetur, et ex glos. Hiero. Mat. 16. Potestas enim spiritualis in sacramento collata, est idem quod character: sed clavis & character non videntur idem esse, quia per characterem homo Deo comparatur, per claves autem ad subditos: ergo clavis non est potestas. Præterea index Ecclesiasticus non dicitur nisi ille qui habet iurisdictionem, quæ simul cum ordine non datur, sed claves in ordinis susceptione conferuntur: ergo non debuit de Ecclesiastico iudice in definitione clauum mentio fieri.

Præterea ad id quod aliquis habet ex seipso, non indiget aliqua potestate actiua per quâ inducatur ad actum, sed eo ipso quod aliquis est dignus ad regnum admittitur: ergo non pertinet ad potestatem clauium dignos ad regnummittere.

Præterea peccatores indigni sunt regno, sed Ecclesia pro peccatoribus orat, ut ad regnum perueniant: ergo non excludit indignos, sed magis admittit quantum in se est.

Præterea, in omnibus ordinatis agentibus vltimus finis pertinet ad principalem agentem, non ad agens instrumentale: sed principalem agens ad salutem hominis est Deus: ergo ad eum pertinet ad regnummittere, quod est vltimus finis, & non ad habentem claves, qui est sicut instrumentum vel minister.

Respondeo

Secunda. 4. quest. 19. art. 2.

Respondeo dicendum, quod secundum philosophum in secundo de anima potentia per actus definitur: unde cum clavis sit potentia quædam, oportet quod per actum, vel per usum suum definitur, & quod in actu obiectum exprimat, a quo speciem recipit actus & modus agendi, ex quo apparet potentia ordinata: actus autem potestatis spiritualis non est ut cælum aperiat absolute, quia iam apertum est (ut dictum est) sed quantum ad hoc ut aperiat tali, quod quidem ordinate fieri non potest, nisi ex idoneitate eius, cui aperiendum est cælum pensata: Et ideo in prædicta definitione clavis ponitur genus s. potestas, et subiectum potestatis, s. iudex Ecclesiasticus, & actus s. excludere & recipere, secundum duos actus materialium clauium, aperire & claudere: cuius obiectum tangit in hoc quod dicit a regno: modum autem in hoc quod dicit, dignitas & in dignitas in illis in quos actus exercetur, pensatur.

Ad primum ergo dicendum, quod ad duo quorum vnum est causa alterius, vna potestas ordinatur, sicut in igne ad calefaciendum, & dissoluendum: Et quia omnis gratia & remissio in corpore mystico ex capite suo prouenit: ideo vna potestas eadem esse videtur per essentiam qua sacerdos consecrare potest, & qua potest soluere & ligare, si iurisdictio adsit: nec differt nisi ratione, secundum quod ad diuersos effectus comparatur, sicut etiam ignis dicitur secundum aliam rationem calefactiuus & liquefactiuus: & quia nihil est aliud character ordinis sacerdotalis, quæ potestas exercendi illud ad quod principaliter ordo sacerdotum ordinatur, sustinendo quod sit idem quod spiritualis potestas: ideo character & potestas cõficiendi, & potestas clauium est vnum & idem per essentiam, sed differt ratione.

Ad secundum dicendum, quod omnis potestas spiritualis datur cum aliqua consecratione & ideo clavis cum ordine datur: sed executio clavis indiget materia debita, quæ est plebs subdita per iurisdictionem: et ideo an-

tequæ iurisdictionem habeat iudex Ecclesiasticus, habet claves, sed non habet actum clauium: & quia clavis per actum definitur, ideo in definitione clavis, ponitur aliquid ad iurisdictionem pertinet.

Ad tertium dicendum, quod aliquis potest esse dignus aliquo dupliciter: aut ita quod ipsum habendi ius habeat, & ita quilibet dignus iam habet cælum apertum: aut ita quod insit ei congruitas ad hoc quod eidatur, & sic dignos quibus nondum apertum est cælum, potestas clauium recipit.

Ad quartum dicendum, quod sicut Deus non obdurat impariendo malitiam, sed non conferendo gratiam, ita sacerdos dicitur excludere non quod impedimentum ad intrandum ponat, sed quia impedimentum positum non amoueat, quia ipse amouere non potest, nisi prius Deus amouerit: & ideo rogatur Deus ut ipse absoluat, ut sic sacerdotis absolutio locum habeat.

Ad quintum dicendum, quod actus sacerdotis non est immediatus super regnum, sed super sacramenta, quibus homo ad regnum peruenit.

In hoc articulo merito quæres, quæ res sit ista clavis spiritualis, an sit aliqua qualitas in anima, vel an sit aliqua relatio? Ad quod respondet Sanctus Thomas, hic ad primum: clauem ecclesiasticam nihil aliud esse quæ characterem sacerdotalis, qui imprimitur in anima in sacramento ordinis: Et à Magistris sententiarum in principio distinctionis, sic definitur clavis: Clavis est auctoritas ligandi & soluendi, qua iudex ecclesiasticus dignos recipere, & indignos expellere debet à regno: Et hanc definitionem sumpsit Magister ex glossa Mat. 16. Alij autem scholastici communiter definiunt clauem ecclesiasticam, hoc modo: Clavis est potestas remittendi peccata quo ad culpam & poenam: & accipitur pro characterem quidquid sit character, qui tamen secundum communem opinionem, est quedam qualitas positua distincta ab omnibus alijs donis Dei & virtutibus. Sanctus Thomas autem dicit quod clavis accipitur pro characterem: vel quod in idem redit. Character est fundamentum clauium: Sed contra hoc dicit Scotus in 4. d. 19. q. 1. quod character sacerdotalis nec est clavis, nec fundamentum clauium est potestas ligandi & soluendi: probat, quia

Secunda. 4. quest. 19. art. 2. fol. 288.

quia alia est potestas consecrandi, & alia ligandi & soluendi: at character est potestas consecrandi corpus & sanguinem Christi: ergo non est eadem potestas ligandi & soluendi, & character quæ est potestas consecrandi. Secundo, potestas consecrandi potest esse sine potestate absoluendi, & ligandi: ergo non est eadem potestas: ergo character non est potestas ligandi & soluendi. Antecedens patet, quia reuera Christus dedit Apostolis in cæna potestatem cõficiendi corpus Christi, & potestatem clauium dedit post resurrectionem: ergo fuerunt separatæ hæ potestates. Tertio, in cõsecratione sacerdotum Episcopus non dat simul totam potestatem: prius enim dat potestatem consecrandi, & post multa verba dat potestatem ligandi & soluendi, ergo est alia potestas. Hæc Scotus: Marsilius verò in 4. q. 12. art. 2. dicit, quod character nec est potestas, nec clavis, nec fundamentum potestatis. Itaque secundum Marsilius. Character non solum non est potestas ligandi & soluendi, sed nec consecrandi, sed solum est signum potestatis: clavis autem inquit, est ipsa anima sacerdotis, taliter se habens: Et idem dicit de potestate consecrandi: Vnde character non est potestas consecrandi, nec ligandi, secundum Marsilius. Sed omnia hæc sunt falsa, & sine fundamento facta: Ideo his non obstantibus dico cum Sancto Thomæ, quod in sacerdote non est alia potestas vel fundamentum clauium nisi character: volo dicere, quod sacerdos ratione characteris habet potestatem consecrandi, & potestatem soluendi & ligandi: Et si dicas quod hoc fundatur in hoc dubio, an sit ponendus character, dico, quod etsi aliquando fuerit dubium, an sit character ponendus, iam hodie non est dubium, cum sit definitum in concilio Tridentino, tanquam de fide esse tenendum characterem, imprimis in anima, in sacramento baptismi, confirmationis, & ordinis, ut latius disputauimus in 1. 4. in tractatu de baptismo. Secundo dico, quod siue debeat poni character siue non: impertinens est ad id quod dicimus, quia voco hic characterem illud per quod quis habet quod sit sacerdos: Et in hoc consistit opinio Sancti Thomæ. Ex hoc enim quod quis est presbyter habet potestatem consecrandi, & ex hoc etiam habet quod possit remittere & absoluere à peccatis, si habeat materiam circa quæ exerceat illam potestatem. Et ad argumenta in oppositum, quæ probabāt potestates illas esse distinctas: nego illud assumptum. Et Sanctus Thomas, vbi supra, dicit, quod non est nisi vna potestas, quæ se extendit ad diuersos effectus: sicut potestas Regis est vna, licet possit punire & constituere iudices, & constituere leges: illa enim quæ in inferioribus sunt diuersa in superioribus, sunt vnum & idem, & ita sacerdos non habet nisi vnam potestatem, nempe illam quæ est sacerdos: Et hæc extendit se ad plures effectus, & ad illam probationem qua dicebatur, vna potestas potest esse sine alia: nego illud, loquendo de lege Christi, quidquid esset de potentia absoluta, de qua posset Deus dare dimidiam potestatem illius quæ habet Rex vni, & aliam partem alteri, & tunc essent duæ potestates: licet in Rege sit vna, quia ei conuenit ex hoc solū quod est Rex: Et ita dicendum de sacerdote, quod habet solum vnam potestatem qua est sacerdos, nec de lege potest aliquis habere vnam potestatem sine alia. Et ad aliam probationem qua probatur Christum separasse illas potestates, quia in cæna dedit potestatem cõsecrandi. Et Ioan. 20. Dedit potestatem ligandi & soluendi. Dico antecedens esse verum, sed consequentia nihil valet, quia non sequitur, quod si Christus fecit quod nunc posset fieri: quia ut supra diximus in 1. 4. Christus habet potestatem excellentiæ, quæ nunc non habent Episcopi, nec summus Pontifex. Secundo dico, quod Christus in cæna totum tradidit: nempe totam potestatem, & consecrandi & ligandi: sed non dedit usum: sicut simplex sacerdos non potest uti sua potestate, nisi detur ei materia, quæ potestas data est eis, Ioan. 20. Et ad aliud argumentum quo probabatur quod Episcopi in sacramento ordinis prius dicunt, accipite potestatem consecrandi: & post multa verba dicunt, quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Dico prius quod de hoc latius dicemus infra in materia de sacramento ordinis. Secundo dico, quod pro certo tenendum est, quod quando Episcopus dat potestatem cõsecrandi, dat etiam claves, & potestatem ligandi: & Episcopus postea declarat potestatem quæ habet sacerdotes quos cõsecrauit: Vnde Marsilius, vbi supra, art. 2. dicit, quod si tunc moreretur Episcopus, antequam dicerentur illa verba, quorum remiseritis &c. t. Iam sacerdos habet potestatem ligandi & soluendi, probatur, quia ad actus subordinatos non requiritur diuersa potestas: sed isti actus sunt subordinati: quia quicumque habet potestatem supra corpus Christi mysticum, habet etiam super corpus Christi verum, & e converso. Scotus tamen dicit, quod est probabile quod sunt duo characteres, alter ad consecrandum, alter autem ad ligandum & soluendum: & si hoc non placet (inquit) datur potestas sine characterem. Nos autem his ommissis dicimus cum Sancto Thomæ, quod ex hoc quod aliquis est sacerdos habet claves. & si quæras, quare igitur simplex sacerdos non possit illis uti: dico ob id esse, quia non habet materiam circa quæ exerceat illam potestatem, quia non habet subditos: quod sub alijs ver-

bis

bis dicitur, quia non habet iurisdictionem, quod est non habere subditos. Et ad vnum aliud quod dicit Marsilius, quod character est signum & non potestas, iam supra in materia de characterē disputauimus: Sed Marsilius conuenit nobiscum dicēs: quod ex hoc quod quis est sacerdos habet potestatem ligandi: Et huius sententię est etiam Durandus in. 4. d. 18. q. 1. vbi dicit, quod est vna potestas in sacerdote quę est character, vel fundatur in characterē. Et hæc est communior opinio.

Articu. tertius.

Vtrum sint duę clauē vel vna tantum?



*D*tertium sic proceditur. Videtur quod non sint duę clauē, sed tantum vna. Ad vnam enim sciam non requiritur nisi vna clauē, sed sera ad quam amouendam ordinantur ecclesie clauē, est peccatum: ergo contra vnum peccatum non indiget Ecclesia duabus clauibus.

*P*raterea clauē in collatione ordini conferuntur, sed scientia non est ex infusione simpliciter, sed quandoque ex aduisione, nec ab omnibus ordinatis habetur, sed a quibusdam non ordinatis: ergo scientia non est clauē, & sic est vna tantum clauē, scilicet potestas iudicandi.

*P*raterea ea quam habet sacerdos super corpus mysticum, dependet ex potestate quę habet super corpus Christi verum, sed potestas ad conficiendum corpus Christi verum, est vna tantum: ergo clauē quę est potestas recipiens corpus Christi mysticum, est vna tantum.

*S*ED contra videtur quod sunt plures quę duę, quia sicut ad actum hominis requiritur scientia & potentia, ita & voluntas: sed scientia discernendi ponitur clauē, & si maius potestas iudicandi: ergo & voluntas absoluendi debet dici clauē.

*P*raterea tota trinitas peccatum remittit, sed sacerdos per clauē est minister remissionis.

*n*is peccatorum: ergo debet habere tres clauē, vt trinitati configuretur.

*R*ESPOND. o dicendum, quod in omni actu qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, dicitur esse necessaria ei qui debet actum illum exercere, scilicet iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus: & ideo etiam in actu iustitię per quod redditur alicui hoc quod dignius est, oportet esse iudicium quo discernatur an iste sit dignus, & ipsa redditio: & ad vtrumque horum auctoritas siue potestas quędam exigitur. Non enim dare possumus, nisi quod in potestate nostra habemus: unde iudicium dicitur potestati eo quod vim coactiuam habet: eo quod iudicium ad vnum iam determinatur, quę iudicium determinatio in speculatiuis, fit per virtutem priorum principiorum, quibus resisti non potest, & in practiciis rebus per vim imperatiuam in iudicante existentem: & quia actus clauē requirit idoneitatem in eo in quem exercetur, quia recipit per clauē iudex Ecclesiasticus dignos, et excludit indignos, vt ex predicta definitione patet: ideo indiget iudicio discretionis, quo idoneitatem iudicat ex ipso receptionis actu: & ad vtrumque potestas quędam siue auctoritas requiritur: & secunda in hoc sunt duę clauē, quarum vna pertinet ad iudicium de idoneitate eius qui absoluendus est, & alia ad ipsam absoluionem, & hæc duę clauē non distinguuntur in essentia auctoritatis quę vtrumque ad officium sibi competit, sed ex comparatione ad actus quorum vnus alium presupponit.

*A*D primum ergo dicendum quod ad vnam seram aperiendam vna clauē, immediate ordinatur, sed non est inconueniens quod vna ad actum alterius ordinetur, et sic est in proposito secunda enim clauē quę dicitur potestas ligandi & soluendi, est quę immediate seram aperit peccati: sed clauē quę dicitur scientia, ostendit cui aperienda sit sera illa.

*A*D secundum dicendum, quod circa clauē scientię duplex est opinio. Quidam enim dixerunt quod scientia secundum quod est habitus acquisitus, vel infusus, dicitur hæc

*h*ęc clauē: & quod non est principalis clauē, sed in ordine ad aliam clauē dicitur: & ideo quando est sine alia clauē non dicitur clauē, sicut in viro literato qui non est sacerdos. Et similiter etiam quandoque hæc clauē aliqui sacerdotes carent, quia non habent scientiam adquisitam nec infusam, quę absolueret & ligare possint: sed quandoque industria naturalis ad hoc vtuntur, quę secundum eos clauē uiola dicitur. & sic clauē scientię, quamuis cum ordine non tradatur, traditur tamen cum ordine quod sit clauē, quod prius non erat. Et hæc videtur fuisse opinio Magistri. Sed hoc non videtur verbis Evangelij concordare, quę clauē Petro dantias promittunt: & ita non solum vna, sed duę in ordine dantur. Et propter hoc alia opinio est quod scientia quę est habitus non est clauē, sed auctoritas scientię actum exercendi, quę quandoque sine scientia est, quandoque autem scientia sine ipsa, sicut patet etiam in iudicijs secularibus. Aliquis enim iudex secularis habet auctoritatem iudicandi, qui non habet iuris scientiam: & aliquis e contrario habet iuris scientiam, qui non habet auctoritatem iudicandi: Et quia actus iudicij ad quod quis ex auctoritate suscepta ordinatur, non autem ex scientia habita, sine vtroque beneficiari non potest, ideo auctoritas iudicandi, quę clauē est, sine scientia non potest sine peccato accipi, sed scientia sine auctoritate sine peccato haberi potest.

*A*D tertium dicendum, quod potestas conficiendi est ad vnum tantum actum alterius generis, & ideo non connumeratur clauibus, nec multiplicatur sicut potestas clauē, quę est ad diuersos actus, quamuis secundum auctoritatis essentiam sit vna, vt dictum est. *A*D quartum dicendum, quod velle vnicuique est liberum, & ideo ad volendum non exigitur auctoritas, & propter hoc voluntas non ponitur clauē.

*A*D quintum dicendum, quod tota trinitas eodem modo remittit peccata, sicut vna per sona. & ideo non oportet quod sacerdos qui minister est trinitatis tres clauē habeat, &

precipue cum voluntas quę spiritui sancto appropriatur, clauē non requirat, vt dictum est.

*I*N hoc tertio articulo intendit S. Th. enodare quot & quę sunt clauē in Ecclesia, cum fideles comuniter dicant Ecclesiam habere clauē: & Mat. 16. dixit Christus Petro: tibi dabo clauē &c. Ad quod omnes theologii scriptores dicunt quod sunt duę clauē: altera scientię, altera autem iudicij vel iurisdictionis. Prima clauē, scilicet scientię non vocatur ipsa scientia, cum multi sint sacerdotes qui non habent scientiam, i. habitum scientificum infusum vel acquisitum: sed clauē scientię accipitur pro auctoritate cognoscendi peccata, ita quod illa potestas quam habet sacerdos ad cognoscendum, & iudicandum de peccatis, dicitur clauē scientię: Habet enim iudex sacerdos auctoritatem discernendi peccata, sicut iudex laicus habet auctoritatem ad discernendum causas. Altera autem est clauē ligandi & soluendi, quę est potestas ferendi sententiam. Sed argues, diximus supra quod non est nisi vna potestas, ergo non est nisi vna clauē. Respondet S. Th. quod non est nisi vna potestas essentialiter & vna clauē: sed dicuntur duę clauē, quia habent duos effectus, quia illa potestas extendit se ad diuersos effectus: sicut in iudice seculari non est nisi vna potestas quę se extendit ad illos duos effectus: Et doctores vocant clauē propter illa verba Christi, Mat. 16. tibi dabo clauē &c. Nec Christus habuit respectum vt diceret clauē, quia noluit aliud dicere, nisi quod daret instrumenta ad aperiendum regnum cęlorum: Et hoc ipsum dicit Marsilius & Durandus. Sed arguitur hoc modo: potestas conficiendi corpus Christi est clauē, quia clauē non est aliud quę potestas ad aliquos effectus spirituales: at potestas conficiendi corpus Christi, est potestas spiritualis, ergo est clauē. Ad hoc dico, quod non omnis potestas spiritualis est clauē, aut vocatur clauē, sed solum illa quę tollit impedimentum perueniendi ad cęlum, & per consecrationem non tollitur impedimentum culpę aut pęnę, ad perueniendum in regnum cęlorum: ergo non est clauē, quia per hanc metaphoram solum dicitur potestas illa clauē. Præterea consecratio non habet ordinem ad peccatum: ergo non est dicenda clauē illa potestas ad consecrandum. Sed hæc tibiis quomodo vocabuntur istę clauē, an sint vocandę clauē ordinis an clauē iurisdictionis? Dico, quod licet aliqui diuersimode nominent istas clauē, Sanct. Thom. & Petrus Paludanus in. 4. d. 19. quest. 1. & 2. Et Ioannes de

Turre cremata in li. 3. cap. 77. in summa Ecclesie in multis locis vocant ipsas claves, claves ordinis: & ita vocari debent, & non debent vocari claves iurisdictionis: probatur, quia quicumque sacerdos habet has claves, habet claves ordinis, & non habet claves iurisdictionis, licet claves istae non possint exerceri sine iurisdictione, & ideo aliquando vocantur claves iurisdictionis. Sed dubium adhuc restat: nonne potestas quae est in Episcopo qui non est sacerdos ad excommunicandum, & etiam in Archidiacono, vocatur clavis? sunt ergo plures claves: Dico quod illa potestas in foro exteriori, non proprie vocatur clavis, quia non clauditur nec aperitur regnum caelorum per illam, sed potest vocari clavis propter similitudinem, & vocatur clavis iurisdictionis: Et quando dicimus quod sunt duae claves, non intelligimus de hac iurisdictione: sed ut diximus de auctoritate inquirendi & examinandi peccata, & de auctoritate ferendi sententiam: verum est quod ab illa iurisdictione pendent istae claves, quia non possunt exerceri sine iurisdictione.

Quaestio. 20.

De effectu clauium.

DEINDE considerandum est de effectu clauium: circa quod quaeruntur quatuor.

PRIMO, Vtrum potestas clauium se extendat ad remissionem culpae?

SECUNDO, Vtrum sacerdos possit remittere peccatum quo ad poenam?

TERTIO, Vtrum sacerdos per potestatem clauium ligare possit?

QUARTO, Vtrum possit etiam soluere & ligare secundum proprium arbitrium?

Artic. primus.

Vtrum potestas clauium se extendat ad remissionem culpae?

Tho. in. 4. d. 18. q. 1. ar. 3. & deinceps.



AD PRIMVM sic proceditur: videtur quod potestas clauium se extendat ad remissionem culpae. nam Io. 20. dicitur discipulis: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: sed hoc non dicitur quantum ad manifestationem, ut Magister in litera dicit: quia sic sacerdos noui test. non haberet maiorem potestatem quam sacerdos veteris: ergo exercet potestatem in culpa remissionem.

PRATEREA, in poenitentia datur gratia ad remissionem peccati, sed huius sacramenti dispensat: et est sacerdos, ex vi clauium: ergo cum gratia non opponatur peccato ex parte poenae, sed ex parte culpae, videtur quod sacerdos ad remissionem culpae operetur ex vi clauium.

PRATEREA, maiorem virtutem recipit sacerdos ex illa consecratione quam aqua baptismi ex sua sanctificatione, sed aqua baptismi vim accipit ut corpus tangat & cor abluat, secundum Aug. Ergo multo fortius sacerdos in sui consecratione hanc potestatem accipit, ut cor a culpa macula ablucere possit.

SED contra: supra Magister dixit, quod Deus hanc potestatem non contulit ministro, quod ad interiorum mundationem cooperetur: sed si peccata quo ad culpam remittat, cooperaretur ei in mundatione interiori: ergo potestas clauium non extendit se ad culpam dimissionem.

PRATEREA, peccatum non remittitur nisi per spiritum sanctum: sed dare spiritum sanctum non est alicuius hominis, ut in li. pri. Magister dixit: ergo nec peccata remittere quo ad culpam.

RESPONDEO dicendum, quod sacramenta (secundum Hugonem) ex sanctificatione inuisibilem gratiam continent: sed haec sanctificatio quandoque ad necessitatem sacramenti requiritur, tam in materia quam in ministro, sicut patet in confirmatione, & tunc vis sacramentalis est in utroque coniunctum: quandoque autem ex necessitate sacramenti non requiritur.

requiritur nisi sanctificatio materiae, sicut est in baptismo, quia non habet ministrum determinatum quantum ad sui necessitatem, & tunc tota vis sacramentalis consistit in materia: quandoque vero de necessitate sacramenti requiritur consecratio vel sanctificatio ministri, sine aliqua sanctificatione materiae, & tunc tota vis sacramentalis consistit in ministro, sicut est in poenitentia: unde eodem modo se habet potestas clauium, quae est in sacerdote ad effectum sacramenti poenitentiae, sicut se habet virtus quae est in aqua baptismi, ad effectum baptismi: Baptismus autem & sacramentum poenitentiae conveniunt quodam modo in effectu, quia utrumque contra culpam ordinatur directe, quod non est de alijs sacramentis: Sed in hoc differunt, quia sacramentum poenitentiae eo quod habet actus suscipientis quasi materiales, non potest dari nisi adultis, in quibus requiritur preparatio ad suscipiendum effectum sacramentorum. Sed baptismus quandoque datur adultis, & quandoque pueris, & alijs carerebus usu rationis: Et ideo per baptismum datur gratia & remissio peccatorum puris sine aliqua sui preparatione precedente, non autem adultis in quibus praerigitur preparatio remouens fictionem, quae quidem preparatio quandoque praecedit sufficiens ad gratiae susceptionem, antequam baptismus actu percipiatur, licet non ante votum baptismi, post tempus propositae veritatis: Quando autem talis preparatio tempore non praecedit, sed est simul cum baptismi susceptione, & tunc per baptismi susceptionem gratia remissionis culpae confertur, sed per poenitentiae sacramentum nunquam datur gratia nisi preparatio adsit, vel prius fuerit: unde virtus clauium operatur ad culpae remissionem, vel in toto existens, vel in actu se exercens, sicut & aqua baptismi: sed sicut baptismus non agit sicut principale agens, sed sicut instrumentum, non quidem pertingens ad ipsam gratiae susceptionem creandam, etiam instrumentaliter, sed dispones ad gratiam per quam fit remissio culpae: ita est de potesta-

te clauium: Vnde solus Deus remittit per se culpam, & in virtute eius agit instrumentaliter baptismus, ut instrumentum inanimatum, & sacerdos ut instrumentum animatum, quod dicitur seruus secundum Philosophum. S. Eth. Et ideo sacerdos agit ut minister: et sic patet quod potestas clauium ordinatur aliquo modo ad remissionem culpae, non sicut causans, sed sicut dispensans ad eam: Vnde si ante absolutionem aliquis non fuisset perfecte dispositus ad gratiam suscipiendam in ipsa confessione & absolutione sacramentali, gratia consequeretur, si obice non poneret. Si enim clavis nullo modo ad culpae remissionem ordinaretur, sed ad dimissionem poenae tantum, ut quidam dicunt, non exigeretur votum recipiendi effectum clauium, ad culpae remissionem, sicut non exigitur votum suscipiendi alia sacramenta, quae non ordinantur ad culpae dimissionem, sed contra poenam: Sed hoc facit videri quod ordinatur ad culpae dimissionem, quia semper usus clauium ut ad hoc effectum habeat, requirit preparationem ex parte recipientis sacramentum: & similiter videtur de baptismo, si nunquam daretur nisi adultis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut Magister dicit in litera: sacerdotibus commissa est potestas remittendi peccata, non ut propria virtute remittant, quia hoc Dei est, sed ut operationem Dei remittentis ostendant tanquam ministri. Sed hoc contingit tribus modis: vno modo, ut ostendant eam non presentem, sed promittant eam futuram, sine hoc quod aliquid operentur ad ipsam, & sic sacramenta veteris legis operationem Dei significabant, & sacerdos veteris legis ostendebat tantum, & nihil operabatur: alio modo, ut significant presentem, & nihil ad eam operentur, & sic quidam dicunt quod sacramenta nouae legis significant collationem gratiae, quam Deus in ipsa sacramentorum collatione dat, sine hoc quod in sacramentis sit aliqua virtus operans ad gratiam: tertio modo, ut significant diuinam operationem in remissionem culpae presentem, & ad ipsam aliquo

quid dispositiue, & instrumentaliter operetur: Sic secundum aliam opinionem, que sustinetur communius, sacramenta noue legis emundationem ostendunt diuinitus factam: hoc etiam sacerdos noui testamenti ostendit absolutos a culpa, quia proportionaliter debet loqui de sacramentis & potestate ministrorum. Nec obstat quia clauis Ecclesie ad remissionem culpae disponunt, quia culpa iam est remissa: sicut nec quod baptismus disponat quantum in se est, in eo qui iam sanctificatus est.

AD secundum dicendum, quod nec sacramentum poenitentiae, nec sacramentum baptismi operando perungit directe ad gratiam, nec ad culpae remissionem, sed dispositiue: Vnde etiam patet responsio ad tertium: aliae rationes ostendunt, quod ad remissionem culpae directe clauium potestas non operetur, quod concedendum est.

POST ea quae diximus de clauibus Ecclesiasticis, videndum est de earum effectibus: Et ante omnia dubitatur an per clauis Ecclesie possit sacerdos absolueret a peccatis mortalibus: an sacerdos remittat culpam peccati mortalis? & videtur quod non, quia si quis est contritus ante absolutionem sacerdotis, est remissa culpa: si autem non est contritus, non remittitur culpa, immo peccat ille nouum peccatum sic ad sacramentum accedens: ergo &c. Sed in oppositum sunt verba Christi Ioan. 20. & Matth. 18. quorum remisistis peccata remittuntur eis, &c. ergo potestas clauium se extendit ad remissionem culpae.

EST igitur dubium, an virtute absolutionis sacramentalis remittantur peccata? & ratione illius absolutionis? Ad quod dico, quod fuerunt de hoc dubio diuersae sententiae: nam Magister sententiarum in 4. d. 18. post multa verba concludit quod sacerdos non absoluit, sed solum ostendit & declarat poenitentem illum esse absolutum: & exponit illud, quod in Ecclesia est potestas ligandi & soluendi: ostendendi homines ligatos & absolutos: Et adducit analogiam de Lazaro Ioan. 11. & de leproso Luc. 5. & Matth. 8. cui praecipit CHRISTVS vt ostenderet se sacerdotibus, no vt tollerent lepram, sed vt ostenderent eum esse vel leprosum, vel a lepra mundum. Et idem dicit de Lazaro, quia praecipit CHRISTVS vt alij soluerent

eum. i. quod ostenderent quod iam erat resuscitatus & ambularet. Et haec videtur esse sententia Alexandri in 4. p. quest. 80. vbi dicit, quod illud, quorum remisistis &c. aliter, vel est intelligendum quoad diminutionem poenae, quia virtute clauium remittitur aliqua pars poenae: & si intelligatur de culpa, debet intelligi quoad ostensionem remissionis culpae. Et Sanctus Thomas hic ad primum dicit, quod suo tempore illa opinio erat communior: Hanc opinionem tenet Oram, quem sequitur Gabriel in 4. d. 14. q. 2. dicens, quod nunquam solum virtute clauium remittitur culpa: sed si quis incipit habere contritionem quando absoluitur, tunc absoluitur: quia antea non erat absolutus, sed absoluitur ratione contritionis. Huic opinioni subscribunt aliqui moderni, vt Alma. in 4. dist. 18. quest. 1. Maior. in 4. dist. 14. & in dist. 18. &c. Sed oppositum huius defendit Sanctus Thomas hic, & vbiunque de hoc loquitur, dicit quod in sacramento poenitentiae poenitens de attrito fit contritus, ita quod stat quod aliquis absoluitur cum tali dolore quod non sufficeret ad remissionem peccatorum, & virtute absolutionis remittitur culpa cum tali dolore. Et haec est sententia Bonauenturae, Ricardi, in dist. 18. Scoti in 4. dist. 14. & 18. Paludani in 4. dist. 19. q. 1. Duran dist. 18. Adria. in 4. quest. 2. de clauibus: Et in quoli. quest. 5. & addit quod nunc est communior opinio. Huius sententiae est Rosensis super articulum quintum contra Lutherum: Vvaldensis in libro de sacramentis, cap. 143. Omnes hi constanter asserunt quod sacerdos in sacramento poenitentiae non solum ostendit absolutum poenitentem, sed quod vere absoluit, remittit & tollit peccata. Et ego puto ita necessario esse dicendum: nempe quod sacerdotes vere absoluunt aut remittunt peccata: Vnde constituo hanc conclusionem: Potestas Ecclesiastica quae dicitur clauis, vere efficit effectum spirituales qui est remittere peccata mortalia: & si clauis Ecclesie non habent aliud quam hoc quod alij dicunt, scilicet ostendere absolutum, nullius essent momenti: Probo praedictam conclusionem ex Euangelio, & ex significatione clauium: prius, quia clauis haec Ecclesiastica tollit impedimentum, & non solum ostendit sublatum ad ingrediendum regnum caelorum: & pro magna re, & tanquam dans quid magnum, dixit CHRISTUS Petro, Mat. 16. Tibi dabo clauis, quodcumque solueris &c. Et Ioannis vigesimo: Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata &c. Si ergo CHRISTVS non dabat aliud nisi ostendere absolutum, non erat opus spiritu sancto.

SE-

SECUNDO, sacerdos absoluens aliquem non ostendit illum absolutum Deo, quia Deus iam scit illum esse absolutum, nec ostendit Ecclesiae, quia post illam absolutionem sacerdotis non constat Ecclesiae euidentius quod ille sit absolutus quam antea: tum quia frustra fit illa ostensio, cum non ordinetur ad aliquem effectum: tum quia absolutio fit occulte in foro Ecclesiae, non apparet nec praetatis Ecclesiae, nec alijs, quod ille poenitens sit absolutus, nec praetatus quaerit a sacerdote vtrum absoluerit, quod deberet facere, si sacerdos solum ostendit illum poenitentem absolutum.

TERCIO, sacramenta conferunt gratiam etiam primam ex opere operato: ergo non est verum quod dicunt isti: nempe, quod si peccator accedit in peccato ad sacramentum, peccat de nouo, & nocet ei clauis. Nec obstat si dicas, quod ratione sacramenti dantur aliqui gradus gratiae, quia Sancti non vocant gratiam absolute nisi primam, & postea secundam vocant gradus gratiae, vel augmentum gratiae: sicut nec bonus Christianus quando recipit sacramentum, dicitur recipere fidem absolute, sed recipit augmentum fidei, quia fides augetur sicut virtutes infusae. Si ergo sacramenta non dant primam gratiam, nunquam darent gratiam: Vnde credo quod error istorum emanauit, ex hoc quia crediderunt quod Deus de potestate absoluta non potest remittere peccata mortalia sine contritione, vel quod non potuit dare gratiam aut gloriam, de potestate absoluta sine meritis, quod falsum est: vel quod contritio ex natura sua habet remittere peccata, quod non est verum, sed oportet imaginari, & constanter pro indubitato habere, quod contritio de se nihil valet hoc effectum de peccatis de se non plus valet in viatoribus quam nunc in damnatis: sed Deus ex misericordia gratis dat gratiam, etiam illis qui habent contritionem, & poterit non dare salua sua misericordia, & clementia: Cum igitur hoc sit verum, vnde habent praedicti doctores hanc reuelationem, quod clauis non remittunt peccata, nec sacerdotes, sed solum ostendunt remissa: Praeterea contritio, secundum illos & secundum omnes theologos, remittit peccata: sed in sacris scripturis plus tribuitur remissio peccatorum clauibus quam contritioni: ergo clauis vere remittunt peccata: Probat minor Mat. 16. tibi dabo clauis, quodcumque solueris, &c. Et ibidem dicitur Matth. 18. & Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum quorum remisistis peccata, remittuntur eis: Ergo sicut Deus acceptauit contritionem in remissionem peccatorum, potuit acceptare sacramentum quod ipsemet instituit & dedit in

remissionem peccatorum, sicut dedit etiam contritionem:

PRÆTEREA, peccata remitti, est tolli peccata, quibus aliquis prius tenebatur: nec peccata remitti, significat ostendi aut declarari prius remissa: sicut remittere debium est vere remittere & tollere debitum, & non est ostendere debitum esse remissum: ergo &c.

PRÆTEREA CHRISTVS habuit potestatem remittendi peccata, etiam secundum quod homo proprie ad sensum conclusionis, & potuit eam dimittere Apostolis, quia dicere quod non potuit illam Apostolis dimittere est impium, quia acceptat contritionem pro peccatis: ergo etiam potest dare Apostolis, vt absoluant peccata: ergo dimisit, quia illud explicuit. Et non potuit expressius dicere, quod dimittebat illam potestatem Apostolis & Ecclesiae, quam verbis illis quibus dixit Matth. 16. tibi dabo clauis, & quodcumque solueris &c. Et Matth. 18. Accipite potestatem, quorum remisistis peccata, remittuntur eis: Et Ioannis vigesimo: quorum remisistis peccata, &c. Ergo vere remittunt sacerdotes peccata. Quod autem CHRISTVS etiam secundum quod homo habuerit potestatem remittendi peccata vere ad sententiam conclusionis: probatur Marci & Matth. 9. & Luca. 5. Vt autem sciatis quod filius hominis in terra habet potestatem dimittendi peccata, ait paralytico, fili dimittantur tibi peccata tua. Et Matth. 18. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra & non solum habuit potestatem declarandi remissionem peccatorum. Et quando dixit paralytico, remittuntur tibi peccata tua, non intelligebat. ostendo peccata tua esse remissa, sed prius effectiue remisit. Et idem intellexit cum Luca. 7. dixit, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Nec CHRISTVS voluit ostendere ac disputare, aut defendere se habere potestatem declarandi peccata esse dimissa, sed ostendebat id quod faciebat. Nec obstat dicere, quod non est decens quod CHRISTVS reliquerit illam potestatem sacerdotibus, eo quod non sit decens quod sacerdotes absoluant, quia minoris dignitatis est contritio quam absolutio, quia contritio est dispositio proueniens ab homine, & absolutio habet virtutem ab extrinseco, nempe a Deo solo. Et haec fuit sententia sanctorum, quos colligit Vvaldensis, in lib. de sacramentis, cap. 14. & cap. 143. Et confirmatur, quod CHRISTVS commiserit potestatem Apostolis, quam ipse habuit absoluendi: quia Ioannis vigesimo dicitur: Sicut misit me viuens pater & ego mitto vos. Et sequitur: accipite spiritum sanctum

O iij ctum

Secunda. 4. quest. 20. art. 1.

Etum, quorum remiseritis &c. Ergo ad absol-
uendum talem potestatem dedit eis, qualem
ipse habebat CHRISTVS. Nec Apostoli per
illa verba aliud intelligere poterat, nisi quod
dabat autoritatem faciendi, & non solum
ostendendi. Præterea, si sacerdotes nunquã
debent aperire cœlum primo, quomodo cla-
ues sunt eis datæ? quia claves sunt ad ape-
riendum. si non debent vnquã aperire, fru-
stra datæ sunt eis illæ claves: nec est intelli-
gibile quomodo dabantur, si non debent
aperire. Præterea, si claves deberent ligare
& non soluere, non deberent numerari inter
privilegia, & gratias Ecclesiæ, sed potius in-
te: onera, & graua: Nam quid beneficij acce-
pinus, si ratione clauium obnoxij quidem
sumus ad peccatum confitendum, quod per-
molestum quidem est: & si cum peccato ad
remissionem non consequeris, sed (quod præ-
fati doctores non dāsitentur) nouo peccato
grauaris: Quid igitur tantopere hanc pote-
statem sancti super sydera efferunt, ac præ-
conio tollunt? quid tandem tantum præmi-
um illius insignis confessionis & fides prin-
cipis Apostolorum? pro cuius remuneratio-
ne, dominus ei pollicitus est, tibi dabo claves
regni cœlorum: vinculum potius catenæ,
aut quidvis aliud quàm claves sunt, si qui-
dem clauibus tenemur, & illis nõ soluimur:
deterior multo in hac parte esset conditio le-
gis Euangelicæ, quàm naturæ aut Mosaycæ.
Præterea, si sensus illorum verborum, ego
absoluo te, esset, ostendo te absolutum, ergo
illa forma esset legitima in sacramento con-
fessionis, ego declaro te absolutum, qua nec
illi qui illud dicunt audent vt: ergo &cæt.
Præterea, in baptismo proprie remittuntur
peccata, ergo etiam in pœnitentia. Rursus, si
claves non remittunt peccata, nullum argu-
mentum habemus ex scriptura quod sit sa-
cramentum aliquod pœnitentiæ, quia in scri-
ptura non habemus aliud, nisi quod per cla-
ues remittuntur peccata: sed si ad hoc per te
non requiritur collatio gratiæ, quia non est
nisi declaratio, ad quid & vnde habem? quod
ponamus sacramentum pœnitentiæ? quia
propter hoc solum ponimus, quia ex scriptu-
ra habetur quod per claves remittuntur pec-
cata, & hoc non potest fieri sine gratia: ergo
claves conferunt gratiam: Vnde veritas est,
quod ad remissionem peccatorum post ba-
ptismum commissorum, Deus in Ecclesia
duo remedia reliquit efficacia: nempe, pœni-
tentiam interiorem, & claves Ecclesiæ: & ita
aperte scriptum est, quod per claves Eccle-
siæ remittuntur peccata, sicut per pœniten-
tiam interiorem: satis est enim, quod quis nõ
ponat obicem clauibus. i. satis est quod do-
leat de peccato præterito, ita quod illi non

afficiatur, & proponat cauere in futurum,
etiam si hoc ita faciat, vt non sufficiat ad re-
missionem peccatorum, sed remaneat in pec-
cato: Et esto ipse peccator sciat quod dolet
dolore attritionis, & quod adhuc quando ve-
nit ad sacramentum pœnitentiæ manet in
peccato, quia sacramentum pœnitentiæ &
baptismi, sunt directe contra peccatum. se-
cus de alijs sacramentis. Hæc enim disposi-
tio non requiritur ad remissionem peccati,
nisi solum vt non ponat obicem clauibus:
hoc ergo est summum beneficium & priui-
legium, quo CHRISTVS seruatur Eccle-
siam suam in nouo testamento singulariter
ordinauit, hoc est, quod tantum celebratur à
vetustissimis & sanctissimis patribus: nem-
pe, quod claves Ecclesiæ sufficiunt ad ape-
riendum regnum cœlorum, vbi nulla alia
via apertum esset, sed solæ sufficiunt ad salu-
tem, nec de hoc est dubitandum. Et in con-
cilio Florentino dicitur: effectus sacramenti
pœnitentiæ est absolutio à peccatis: Et hæc
fuit sententia sanctorum. Et prius diuus Am-
brosius, in libro de pœnitentia post medi-
um, contra Nouatianos dicit, quod magnam
irreuerentiam faciunt Deo, qui negant hanc
potestatem, & sunt verba eius: Nam & vos
indignamini, & contra Ecclesiam congrega-
tis concilium, quia videtis mortuos in Ec-
clesia reuiuiscere, & peccatorum indulta ve-
nia resuscitari, &cæt. Et Augustinus, libro
de vera & falsa pœnitentia, cap. 10. dicit: quo-
rum remiseritis, non dixit quos putatis liga-
re & soluere, sed in quos exercetis opus iu-
stitiæ, aut misericordiæ: sensus autem Ma-
gistrum non potest tollerari, quia non est dan-
da æquiocatio in Euangelio, quia ipse dicit,
quorum remiseritis peccata, &cæt: r. i. quæ
ostenderitis: ergo si verba capiuntur vnivo-
cè, erit sensus, quodcunque solueritis, &cæt.
i. quodcunque ostenderitis solum super
terram, erit ostensum solum in cœlo: At
ipsi in secundo loco, scilicet, erit solum in
cœlis, accipiunt proprie, & nõ pro esse osten-
sum solum: ergo datur æquiocatio in
eadem propositione, in eodem verbo: Nam
in primo loco accipiunt absoluere pro osten-
dere, & in secundo accipiunt absoluere pro-
priè, & dicunt quod reuera soluitur in cœ-
lo: ergo &cæt. Et diuus Augustinus, super
psal. 101. sermone secundo, super illum ver-
siculum, vt audiret gemitum, &cæt. in prin-
cipio loquens de resurrectione Lazari, in-
quit, solutio Lazari est peccatorum remis-
sio: quia quid prodesset Lazaro procedere
de monumento, nisi diceretur soluite eum,
& finite abire? Ipse quidem CHRISTVS
voce de sepulchro suscitauit, ipse clamando
animam reddidit, ipse terrenã molem, terre-
no sepulchro impositam, vicit, & processit
ille

Secūda. 4. quest. 20. art. 1. fol. 292.

ille vincit, non ergo pedibus proprijs, sed
virtute producentis: sit enim hoc in corde
pœnitentis, cum audis hominem pœnitere
peccatorum suorum, iam reuixit: cum au-
dis hominem confitendo proferre conscien-
tiam, iam de sepulchro eductus est, sed non-
dum solutus est: quando soluitur, à quibus
soluitur? quæ solueritis, inquit, super ter-
ram, erunt soluta & in cœlo: merito autem
per Ecclesiam dari solutio peccatorum po-
test, &cæt. Hæc Augustinus: Et rursus Au-
gustinus in sermone octauo, de verbis domi-
ni, repetit illud de Lazaro, dicens: quid au-
tẽm est foras prodere? qui confitetur foras
prodit: foras prodire non posset nisi viue-
ret, viuere non posset nisi suscitatus esset: er-
go in confessione fuit accusatio, Dei est lau-
datio: Dicit aliquis, quid prodest Ecclesia
confitenti? cui ait dominus, quæ solueritis
in terra, soluta erunt in cœlo: ipsum Laza-
rum attende, &cæt. Et Bernardus in sermo-
ne de Apostolis Petro & Paulo, qui incipit,
gloriosa vobis: Dicit, quid illo potentius,
cui & terra obediuit cum mortuos reddidit,
& mare sub pedibus eius se calcabile præ-
buit: qui Simonem Magum in spiritu oris
sui in aere attigit: qui claves regni cœlo-
rum tam singulariter accepit, vt præcedat
sententiam cœli sententia Petri: denique,
quicunque ligaueris, &cæt. Hæc Bernardus.
Præterea Ambrosius, in primo libro de pœ-
nitentia post medium, arguit contra Noua-
rianos & Donatistas: Et ait, cur baptizatis
si per hominem peccata non possunt dimit-
ti? in baptismo enim est remissio omnium
peccatorum: sed dices, quia in lauacro ope-
ratur ministeriorum gratia: quid in pœni-
tentia, nonne Dei nomen operatur? quid er-
go, vbi vultis vendicatis vobis Dei gratiam,
& vbi vultis repudiatis? Præterea Hugo
de sancto Victore, libro secundo de sacra-
mentis, parte. 14. cap. 8. dicit, Dicunt quidam
quod quando sacerdos dicitur soluere, non
est aliud quàm solum ostendere: Sed hæc
authoritates sic debent intelligi, vt non au-
feramus potestatem quàm Deus tribuit ho-
minibus: dicit namque ipsa veritas, quo-
rum remiseritis peccata, remittuntur eis.
Præterea Chrysostomus, libro secundo dia-
logorum, cap. 5. sic ait: Et quidem sacerdo-
tes in veteri lege habebant potestatem cu-
randi corporis lepram, immò non curandi
sed ostendendi eos tantum, quos constat fuis-
se mundatos: & nostri quantus ibi immine-
bat labor, & hi non corporis lepram, sed im-
munditiam mentium, non ex parte proban-
di, sed omnifariam mundandi obtinent po-
testatem: propter quod, qui despiciunt ma-
gis mihi rei, quàm Dathan & Abiron vi-
dentur, dignique maiori supplicio, quoniam

illi et si indebitum honorem vsurpare volue-
runt, tamen magnam habebant ministerij
ipsius æstimationem, &cæt. Et sequitur:
Nec solum quando nos regenerant, sed de-
inceps potestatem indulgendi habent. Præ-
terea diuus Augustinus in sermone. 112. in
tertia parte sermonum, qui incipit: Fortis
& humilis est sermo, dicit de Petro & Pau-
lo: quis plebeium piscatorem Apostolorum
facile crediderit principem, Reges sanctifi-
care, Regibus obistere, regnis omnibus im-
perare, frenare legibus, dæmones calcare
sub pedibus, & iubere virtutibus cœlum ho-
minibus aperire cum vellet, claudere cum
placeret: immortale regnum conuertere do-
nare, negare peruersis: mundi cognoscere
culpas, & crimina hominibus relaxare? O
inæstimabilis & immensa potestas! homi-
nem in terra positum tenere cœlum: ecce
nunc ad nutum Petri diuini regni claustra
patescunt, accepit enim à CHRISTO cla-
ues regni cœlorum, vt solatis vinculis deli-
ctorum, aperiret credentibus cœlum: Vn-
dè indubitatum est, quod sacerdos in lege
Euangelica absoluit vere & proprie à pec-
cato mortali, quia sancti hoc dicunt, & non
potest aliter intelligi Euangelium: Nec Apo-
stolis illis verbis poterant aliud intelligere,
quàm id quod illa verba significabant, quæ
quidem verba non significabant potesta-
tem ostendendi, sed absoluendi & remitten-
di. Et rursus, pro nobis est definitio Marti-
ni. 5. in concilio Constantiensi, sessione. 45.
nempe, sacerdotem vere absoluere, & verè
dare gratiam.

Et redditur firmior hæc nostra sententia
ex hoc quod aliqui ex illis qui oppositum
tenent sunt inconstantes: Nam Alexander
in. 4. p. quæst. 46. membro tertio, articulo se-
cundo, concedit, quod si aliquis accedat ad
Eucharistiam cum peccato mortali, sine con-
scientia tamen peccati mortalis, quia existi-
mat se non esse in peccato mortali, quod vir-
tute sacramenti Eucharistiæ, remittitur pec-
catum mortale. Cum igitur hoc sit verum
d: Eucharistia quare nõ datur hoc clauibus?
cum ita expresse sit in Euangelio, & longe
plus, claves remittere peccata, sicut quod
Eucharistia remittat peccata: si dicas esse dif-
ferentiam, quia in Eucharistia est CHRIS-
TVS, & non in clauibus: contra, quia et-
iam est autoritas & virtus CHRISTI
in clauibus Ecclesiæ, & in sacramento pœ-
nitentiæ: & si semel des, quod sine contri-
tione remittitur peccatum, etiam debes
concedere hoc ipsum de sacramento pœni-
tentis. Et Gabriel, in. 4. dist. 9. quæst. 2. con-
clu. prima: & super canonem, lect. 80. con-
cedit quod potest quis accedere ad Eucharis-
tiam cum peccato mortali, cum ignorantia
O iij tia

etiam ipsius peccati, quia fecit diligentiam, tamen manet adhuc in peccato mortali, & non peccat de nouo, & credo quod non negaret quod ille recipiet gratiam. Sed ipse Gabriel, in 4. d. 14. q. 2. conclu. 1. non solum vult probare quod qui accedit ad sacramentum penitentiae cum peccato mortali, quod non solum non recipiat gratiam primam, sed quod peccat de nouo: Et argumentum eius sic habet: quia qui accedit ad hoc sacramentum, vel fecit diligentiam vel non, si non est sacrilegus, si fecit diligentiam, vel fecit sufficientem vel non si sufficientem, iam est ei remissum peccatum: si autem non fecit sufficientem diligentiam, peccat de nouo, eo quia non fecit sufficientem diligentiam. Iacobus Almaynus etiam in 4. d. 14. q. vltima, adducit opiniones de hoc, si an clauis remittant peccata: Et ipse ibidem dicit cum Scoto, quod penitentia aliquando confert primam gratiam: & addit opinionem Magistri non esse multum probabilem: Et in d. 18. dicit, quod clauis non remittunt culpam, sed ostendunt eam esse remissam: cum igitur hi inconstantes sint sibiipsis, signum est quod non dicunt verum.

SE D contra sententiam Sancti Thomae licet vera sit, arguo hoc modo, & prius: Esa. 43. dicitur: ego sum qui deleo iniquitates propter me, & non dixit propter clauis, aut per clauis: ergo ipse Deus solus remittit.

SECVNDO Aug. contra Iulianum, inquit, nemo tollit peccata mundi nisi solus Deus, quia ille est agnus qui tollit peccata mundi. Tertio, Beda super illud Luc. 5. quis est hic qui peccata dimittit? inquit, quod illi perfidi verum dicebant, nempe, quod solus Deus remittit peccata, & propter hoc ipsi non erant caeci. Deinde arguitur ratione, accedens ad sacramentum penitentiae in peccato mortali, non consequitur remissionem peccatorum, immo peccat nouum peccatum: ergo clauis Ecclesiae non remittunt peccata mortalia: Et data vera opinione S. Thomae liceret accedere ad sacramentum penitentiae in peccato mortali.

TERTIO, principali argumento arguitur hoc modo: quando quis accedit ad sacramentum penitentiae cum contritione, tunc sacerdos non absoluit, cum iam esset per contritionem absolutus: ergo nec absoluit quando peccator accedit sine contritione: probatur consequentia, quia forma semper capitur vniuocae: ergo sacerdos solum ostendit absolutum.

QUARTO, ad recipiendam gratiam, & tollendum, vel sufficit quicumque dolor vel non: & si dicas quod non sufficit quicumque dolor, non videtur quis dolor sufficiat, nisi

sola contritio, cum eadem sit ratio de quocumque alio dolore: ergo requiritur contritio: Si autem des quemlibet dolorem sufficere, non est verum, quia dolor de peccatis solum propter poenas aut motuum humanum non sufficit: ergo &c.

QVINTO, clauis eodem modo habent potestatem retinendi peccata, sicut remittendi: at clauis non possunt retinere peccata, nisi forte declarando non remissa esse a Deo, nec possunt retinere nisi ea quae Deo retinet: ergo nec possunt remittere, nisi ostendendo remissa esse a Deo: Antecedens pro minore patet, quia si peccator dolet de peccatis suis propter Deum, sacerdos non potest retinere.

SEXTO arguitur argumento, quod est corypheus omnium, & omnes doctores communiter commouit: constituas aliquem accedentem ad sacramentum penitentiae, vel ille scit se non esse contritum vel non scit si des primum, secundum sententiam omnium non absoluitur: si autem ignorat se esse contritum, vel illa ignorantia est vincibilis, vel inuincibilis: si vincibilis, non excusat a toto, & ita etiam peccabit mortaliter: Nam haec est regula moralis & generalis, quod quodocumque quis faciendo aliquid sciens peccat mortaliter, etiam peccat si faciat cum ignorantia vincibili, licet non peccet tantum sicut si fecisset cum scientia: vt occidere hominem scienter, est peccatum mortale: etiam est mortale, licet non tam graue si quis occidat cum ignorantia vincibili: si autem accedit ad penitentiam cum ignorantia inuincibili an sit in peccato, iam habet gratiam: ergo antequam absoluitur habet gratiam, quia alias ille esset extra statum salutis, cum faciat totum quod potest & debet, quia non potest aliud facere, nisi adhibere diligentiam moralem, quam potest adhibere: & si illa adhibita adhuc ignorat, inuincibiliter quidem ignorat, & sic non peccat. Haec sunt argumenta horum modernorum, & cetera. Ad dissoluendum haec argumenta, considerandum est prius, illud quod dicit Scotus, in 4. d. 14. q. vltima, art. 3. quod non requiritur alia dispositio, vt quis per hoc sacramentum penitentiae, recipiat gratiam, nisi solum vt velit recipere & subijcere se clauibus Ecclesiae. Et idem dicit de sacramento baptismi: Et quantum ad sacramentum baptismi, idem dicit Caietan. 3. p. q. 86. art. 2. ad primum: nempe quod sola voluntas recipiendi baptismum in remissionem peccatorum, sufficit ad gratiam: & idem deberet dici de sacramento penitentiae, cum eadem sit ratio, cum ita manifeste datum sit in remissionem peccatorum sicut baptismus, quamuis Caietanus neget hoc de penitentia, sine ratione tamen, postquam

postquam concedit de baptismo, quare non videtur in hoc sibi constare. Tertio, S. Thom. in 3. p. quest. 79. articul. 3. ad secundum, dicit, quod baptismus datur per modum ablutionis, & est generatio, id est, mutatio de non esse spirituali ad esse spirituale: ideo non inconuenit accedere ad baptismum cum conscientia peccati mortalis: non est autem licitum accedere ad Eucharistiam cum tali conscientia, quia Eucharistia non debet dari nisi uiuenti, quia datur per modum alimentis: Et hac ratione videtur consequenter dicendum idem de sacramento penitentiae, quia etiam est institutum ad mortuos spiritualiter suscitandum. Vnde nec erit inconueniens accedere ad clauis Ecclesiae cum conscientia peccati mortalis. Et posset probabiliter dici, quod si quis sine complacencia peccatorum, etiam sine aliquo dolore, sed solum cum proposito cauendi in futurum a peccatis, accedat ad sacramentum penitentiae animo recipiendi remissionem peccatorum, quod recipiet gratiam: sed esto, hoc non posset exacte expugnari, credo quod non est verum, & ideo nolo in hoc tantum a communi via theologorum discedere. Ideo dicendum est secundo, quod si quis accederet ad sacramentum penitentiae cum conscientia peccati mortalis, & tunc quocumque dolore, non consequeretur remissionem peccatorum.

TERTIO dico, quod si quis accedit ad sacramentum penitentiae cum conscientia peccati mortalis, sed cum dolore attritionis, esto sciat quod est solum attritus & non contritus, recipiet per sacramentum gratiam & remissionem peccatorum: pro quo est notandum, quod contritio non importat aliud nisi dolorem de peccatis propter Deum. id est, eo quod sunt offensiuum Deum, cum proposito cauendi in futurum, nec quidquam aliud est de ratione contritionis, reiectis anxietate & subtilibus disputationibus scholasticis, quas iam supra habuimus in materia contritionis, parum in hanc rem conferentibus, & phisicis potius quam theologis. Nec apud me dubium vnquam erit, quin quicumque dolet de omnibus peccatis suis absolute, eo quia sunt offensiuum Dei, & proponit in futurum seruare omnia praeccepta Dei, talis consequitur remissionem peccatorum, si tamen nihil aliud sit quod impediatur: potest tamen esse talis dolor qui non sit contritio, quia aliunde impeditur, nempe, quia cum tali dolore ex ignorantia perseuerat in peccato aliquo, vt quia retinet alienum, vel manet in aliquo errore, vt haeretici aut infideles qui dolent quidem de peccatis suis, & propter Deum, & proponunt in futu-

rum cauere: sed ille talis dolor in eis, nec est contritio, nec sufficit ad remissionem peccatorum, non quia requiratur maior, nec alius quam ille, sed quia tenentur ad aliud quod non implent: Itaque, ab extrinseco impeditur, ne ille dolor sufficiat qui de se sufficeret, vnde in nullum mutato dolore, sed solum si hic alienum restituat, aut dimittat errorem, ille idem dolor esset contritio quod in hac materia est vnice commendandum, ne in rebus ad salutem necessarijs descendamus ad dicendum, vel incredibilia, vel non intelligibilia. His igitur praesuppositis dico, ad argumenta in oppositum, quod ad primum respondet Hugo de Sancto Victore, in secundo libro, parte. 14. cap. 8. quod omnia illa quae allegantur, siue ex scriptura, siue ex sanctis, quae videntur dicere quod solus Deus remittit peccata, intelliguntur authoritative, & tanquam causa principalis: non tamen negatur quin sacerdos remittat peccata tanquam causa instrumentalis, signat exemplum, sicut dicitur in scriptura quod solus Deus est bonus, & nec ob id negatur quin sancti & iusti sint boni, sed intelligitur quod solus Deus habet a seipso quod bonus sit, quia ipse solus habet in seipso & a seipso bonitatem, ita intelligitur illud quod solus Deus peccata dimittit, quia solus Deus virtute propria peccata remittit, alij autem virtute Dei remittunt peccata. Aliud exemplum est in Psal. 85. & Ecclesiast. 11. vbi dicitur: magnus es tu & faciens mirabilia: & tamen de puro homine & iusto dicitur etiam quod facit mirabilia, fecit enim mirabilia in vita sua, Ecclesiast. 31.

Ad illud quod Magister adducit de Lazaro qui prius fuit suscitatus a domino, deinde iussit dominus vt solueretur ab Apostolis: & dicit Magister quod Lazarus est exemplum & typus penitentis: Et etiam leprosus Luc. 5. & Matth. 8. Vnde dicunt quod sicut CHRISTVS prius resuscitauit lazarus, & postea iussit quod solueretur: Et sicut prius sanauit leprosum, & postea praecipit quod se praesentaret sacerdotibus, ita Deus remittit peccata penitenti, deinde vult quod coniteatur & ostendatur absolutus a sacerdote. Et hoc adstruit Hugo, vbi supra, & fingit vnum modum nouum dicendi & extraneum, nempe, quod duae sunt ligationes in peccatore: altera est durities mentis, & indignitas ad Deum: altera autem est obligatio ad poenam aeternam: Tunc imaginatur Hugo, quod per contritionem tollitur prima ligatio: Et dicit, quod nihilominus, esto non absoluitur a sacerdote, etiam si sit contritus manet

Secunda. 4. quæst. 2n. art. 1.

manet obligatus ad æternam pœnam. Et si quæras unde provenit hoc? dicit quod provenit ex hoc quod **CHRISTVS** hoc exigit à nobis, scilicet, & contritionem & confessionem, & ita erit damnatus ille qui non confessus fuerit: Adducit exemplum de illis qui erant in limbo, qui nihilominus erant privati gloria, & propter passionem suam abstulit eorum peccata: & tamen qui erant in limbo erant in gratia, erant nihilominus rei æternæ pœnæ, quousque **CHRISTVS** eos soluisset: & ita dicit de peccatoribus in hac vita. Et si arguas contra eum, si quis moriatur sine confessione ille damnaretur cum contritione peccatorum, quod absurdum apparet. Respondet, quod summus sacerdos supplet & recipit voluntatem pro factò: sed hoc non est verum, quia si aliquis est in gratia, est acceptus ad vitam æternam, ergo non ad pœnam æternam. Ideo hoc omisso, aliter dicendum puto, ad exemplum de Lazaro, & leproso, nempe, quod ad hoc quod per sacramentum pœnitentiæ, vel per claves detur gratia, requiritur aliquid quod est à Deo specialiter, concurrente atque iuvante, scilicet motus interior, per quem dicitur peccator vivere, nempe, vel motus fidei, quæ est donum Dei, vel quod velit relinquere peccata, & servare mandata Dei, ad quos motus concurrat ipse Deus, cum solo peccatore, sine sacerdote, vel sine clauibus, & hos motus non potest dare sacerdos. Et hoc significatur in illa resurrectione Lazari, & in illa mundatione leprosi, nempe, quod Deus debet facere aliquid peculiare circa pœnitentem, quod sacerdos non potest facere, nempe disponere illum, ita quod ad minus per sacramentum sanctificetur.

AD secundum dico prius, quod si is qui accedit ad sacramentum pœnitentiæ, scit & advertit se nullum habere dolorem præteritorum peccatorum, quamvis habeat propositum in futurum cauendi à peccatis, non consequetur remissionem peccatorum, sed potius peccat mortaliter, & tenetur reiterare confessionem.

SECUNDO dico, si præfatus peccator dolet quidè, sed intelligit se non dolere eo quod peccata sunt offensæ Dei, sed ob aliam quamcumque causam, nempe, aut propter pœnas inferni, aut aliud motuum humanum, non est ille dolor: sufficiens ad consequendam gratiam & remissionem peccatorum sine sacramento, quia ille non dolet se offendisse Deum, idè idem est, ac si nullo modo doleret ad gratiam consequendam sine sacramento.

FERTIO dico, quod quomodocumque doleat peccator, si putat se adhuc esse in mor-

tali, & non esse contritum, probabile esse quod non sufficit ad reponendum hominem in gratiam, etiam cum sacramento: & posset defendi, quod hic peccator accedens sic ad sacramentum pœnitentiæ, peccat mortaliter de nouo, eo quia ponat obicem effectui sacramenti, & ipsi sacramento irreverentiam committat, non quia claves non sufficiant, sed quia virtualiter complacet in peccato, quia nec dolet nec vult dolere se offendisse Deum.

QUARTO dico, quod si peccator putat se doluisse propter Deum, & proponit cauere in futurum, esto in rei veritate non doleat propter Deum, semper per claves Ecclesiæ in sacramento, consequitur gratiam, nisi aliunde ponat obicem ad sensum quem iam dixi, nempe, quia perseverat in aliquo peccato, & non defectu doloris illius quem contritionem esse putat. Et si dicas, si fuit contritio, iam ille peccator ante sacramentum fuit absolutus: Dico, & sit quintum in ordine, quod stat bene quod quis putet se dolere de peccatis, quia ea sunt offensæ Dei, & tamen non propterea, sed ob aliam causam dolet humanam: quia quamvis possit quis experiri quod dolet de peccatis, non tamen est evidens quod doleat propter Deum, eo quia peccata sint offensæ Dei, quia, ut ait Augustinus, præuolat intellectus, sed sequitur tardus affectus, aut nullus, & ita contingit ut aliquis putet se dolere propter Deum, & non doleat propter Deum, & tunc illi pœnitenti remittuntur peccata virtute clauium, quæ prius non erant remissa per dolorem, quia non fuit vera contritio.

SEXTO dico, quod omnis ille dolor cum sacramento sufficit ad remissionem peccatorum, quem peccator bona fide existimat esse contritionem, id est, sufficientem ad remissionem peccatorum, si nullum sit aliud impedimentum extrinsecum, vel sit tanta negligentia examinandi conscientiam, quod rediret in naturam omissionis. Si enim quis nullam adhiberet advertentiam ad examinandum statum conscientie sue, sed temere & oscitanter existimaret se sufficienter pœnituisse, idem esset iudicium ac si non pœnituisset, sed si bona fide facta probabili examinatione putat se sufficienter pœnituisse, quamvis decipiatur, cum sacramento pœnitentiæ consequitur remissionem peccatorum.

SEPTIMO dico, quod etiam quando peccator dolet de peccatis suis dolore attritionis, & proponit cauere in futurum, esto scias se dolere tantum dolore attritionis, potest licite venire ad sacramentum pœnitentiæ, vel baptismi, & per claves tunc consequitur remissionem peccatorum, vel per baptismum ratio est,

Secūda. 4. quæst. 20. art. 1. fo. 294.

est, quia ista sacramenta sunt mortuorum, & sunt directè instituta contra peccatum: scilicet autem de alijs sacramentis quæ sunt sacramenta viuorum, & non sunt immediate contra peccata: & ideo si quis accedat ad Eucharistiam, vel aliud sacramentum præter illa duo, cum conscientia peccati mortalis, peccat mortaliter. His præsuppositis ad secundum argumentum nego antecedens, quia iam diximus, in multis casibus potest peccator accedere ad sacramentum pœnitentiæ cum peccato mortali, & cor sequi primùm per claves veniã peccatorum: Ad tertium argumentum nego antecedens, nempe quod sacerdos nõ absoluat pœnitentem, qui accedit ad sacramentum pœnitentiæ cum contritione, & iam absolutus à contritione, quia ad hoc quod sacerdos absoluat, satis est quod ferat sententiam sufficientem ad ponendum hominem in gratia, esto prius non fuisset in gratia. Secundo, & melius dico, quod sacerdos semper absoluit, si absolendus non ponat obicem, quia apponit vnum quod dat gratiam, nempe formam, quæ gratia expelleret peccatū si inueniret illud. Et quatum in se est, sacerdos semper dat illam gratiam, quæ est forma quæ expellit contrarias dispositiones de se. Ad quartum autem iam patet ex dictis, quis dolor sufficiat cum clauibus ad remissionem peccatorum, quia etiã dolor attritionis, esto sit cum scientia quod est ille dolor attritio, & nõ contritio, sufficit cum sacramento, ut diximus ad secundum argumentum. Ad quintum autem concessa maiore nego minorem, nempe quod sacerdotes non possunt retinere peccata: Et si petas quomodo possunt retinere peccata? Respondet Adria. ubi sup. & bene, quod sacerdotes retinent peccata non remittendo. i. per hoc quod non absoluunt, quia hoc est proprie retinere. s. non remittere, cum possit ipse sacerdos in multis euentis remittere, antequam peccata per contritionem, aut alio modo sint remissa. Et si petas, sit peccator ante contritus, & non absoluat à sacerdote, an erunt peccata retenta? Dico quod non, sed debet intelligi pariformiter: quia quando Christus dixit, quorum remisistis, non abstulit aliud remedium cõtritionis, sed tamen sine contritione per claves potest sacerdos absolueret, & ita etiam potest retinere, quado .s. peccator habet solam attritionem, & non contritionis remedium, & si sacerdos nõ absoluit retinet, & damnabitur si sic moriatur sine absolutione à sacerdote. Secundo dicit Sanct. Tho. & Adria. quod nunquã remittitur peccatum mortale, nisi virtute clauium: Vnde in lege Euangelica, contritio non remittit peccata nisi virtute clauium, quia claves sunt vnicum remedium remittendi: unde contritio tollit culpam, non virtute sua,

sed virtute clauium: Quare cõsiderare oportet, quod si Christus tolleret omnia remedia præter claves, quæ solæ mansissent: tunc si quis veniret & vellet subijcere se clauibus, remitterentur peccata virtute illius statuti Dei: ita dicendum est quod Christus posuit claves ut vnicum remedium, & quod contritio remittat peccata, non est virtute propria, sed virtute clauium, propter hoc quia peccator vult subijci clauibus: Dat Adria. exemplum, Ioan. 3. dicitur: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum, &c. ita nisi quis re vel voto subiectus fuerit clauibus, non introibit in regnum cœlorum. Sed dices, nõne catholicus potest introire in regnum Dei, esto moriatur sine baptismo? dico quod saluabitur, & ita dicunt communiter theologi, quia sufficit fuisse renatus in voto, & ita saluatur virtute baptismi. Aliud exemplum afferri potest ex illo Ioan. 6. nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Si tamen quis petit Eucharistiam & non datur illi, saluabitur, quia apud Deum voluntas pro factò reputatur: unde remissio peccatorum semper fit virtute clauium, formaliter aut virtualiter. Alij autem soluunt hoc argumentum cum Scoto, iuxta priorem solutionem, qui ponunt duo remedia, nempe, contritionem & absolutionem: Vnde dicunt quod sacerdos multoties potest primum absolueret, & si non faciat, retinet peccata quæ poterat remittere. Et si arguas, peccator debet habere contritionem antequam veniat ad sacramentum pœnitentiæ ex præcepto: ergo semper est iam absolutus antequam sacerdos absoluat, aut peccat mortaliter accedens ad pœnitentiæ sacramentum ante contritionem. Ad hoc nego antecedens, & patet ex his quæ diximus ad secundum argumentum, quia **CHRISTVS** reliquit duo remedia, nempe, contritionem & claves: Ergo esto confessor sciret pœnitentem non esse contritum, posset illum absolueret si est attritus, & proponit cauere in futurum: & per hoc quod pœnitens est attritus, & proponit cauere, non manet fictus, sed tollit omnem fictionem, quia per hoc est sufficienter dispositus ad illud remedium, quod est claves: & per hoc quod cum illo dolore vult se subijcere clauibus, tollit omnem fictionem, & per claves remittuntur eius peccata. Ad sextum argumentum, dico prius, quod quando accedit ad sacramentum pœnitentiæ cum ignorantia, quia putat quod est contritus, & non est, tunc remittuntur peccata per claves: & ad probationem, quia vel ignorat vincibiliter, vel inuincibiliter: Dico duobus modis, ut iam supra dixi, in simili quæstione, in materia Eucharistiæ. Et

Secunda. 4. quest. 20. art. 1.

Et prius dico, quod aliquando ignorantia potest esse vincibilis ad vnum effectum, & inuincibilis ad alium, quia requiritur maior diligentia ad vnum quam ad alterum: exemplum, In Ecclesia est prohibitum quicunque concubitus, etiam alias legitimus, qualis est inter veros coniuges: & contingit quod maritus in aliquo itinere velit accedere ad vxorē suam, & dubitat an sit templū domus in qua recipitur, vel non? & habet apparentias pro vtraque parte, & facit diligentiam, & tandem putat quod non est templum, & manet ibi tota nocte cum vxore, tunc dico quod illa ignorantia est inuincibilis respectu illius effectus. scilicet illius concubitus. Si autem velit celebrare, & esset præceptum quod nullus celebraret extra Ecclesiam, illa ignorantia quæ alium excusabat, & erat inuincibilis, non excusabit istum, quia est ignorantia vincibilis respectu huius, cum requiratur maior diligentia ad sciendum si est Ecclesia ad celebrandum quam ad manendum ibi cum vxore.

ALIUD exemplum est: calix quem putas non consecratum, & facis aliquam diligentiam ad id sciendum, cum illa diligentia mediocri quam fecisti ad illud sciendum, potes licite uti illo ad vsus profanos, & dare potum alicui cum illo: si autem velis consecrare, & putares illum esse consecratum, sed sub dubio: facta tanta diligentia quantam fecisti ad sciendum an esset consecratum, ad dandum potum cum illo, & non maiore, non sufficeret ad celebrandum cum illo, sed esset ignorantia vincibilis quæ respectu alterius effectus erat inuincibilis: quia ad consecrandum oportet facere maiorem diligentiam quam ad dandum potum alicui seculari. Sic in hac nostra materia examinatio conscientie ad duo requiritur: prius ad hoc ut deleantur peccata & detur gratia: secundo, ad accedendum ad sacramentum reuenter: & ad primum requiritur maior diligentia quam ad secundum, quia ad secundum satis est facere crassam diligentiam modo morali, nempe, quia peccator habet aliquas apparentias quod facit quod debet ad hoc quod veniat ad sacramentum: Et hæc ignorantia est inuincibilis ad istum effectum: sed non est inuincibilis ad hoc quod dimittantur peccata sine clauibus: & ita ille ignorat inuincibiliter respectu præcepti, quo tenetur accedere ad sacramentum non fictus, sed vincibiliter respectu præcepti contritionis. SECUNDO, potest dici ad argumentum quo arguebatur, ignorat inuincibiliter absolute, ergo est in gratia: quod non valet consequentia, quia gratia nunquam datur per notitiam quam habet aliquis de contritione, sed propter dolorem: sic ergo Petrus qui

doluit de peccatis suis sed insufficienter, non est remissum peccatum, & tamen si postea recogitet an habuit dolorem sufficientem vel non, & putat inuincibiliter quod doluit sufficienter: dico quod adhuc est in peccato licet habeat ignorantiam inuincibilem. Vnde dico, quod aliquis accedens in peccato mortali credens esse contritum virtute clauium consequitur remissionem peccatorum. Et pro hac conclusione fecimus multa argumenta. in. 1. 4. quest. 20. articul. 3. cum tractarem de Eucharistia. Et qui concedunt hoc quod nos dicimus de baptismo, concedere etiam debent de penitentia, cum etiam de ea dicatur, quorum remiseritis peccata.

SECUNDO dico, ut iam diximus ad secundum argumentum, quod non peccat veniens ad sacramentum penitentiae, & ad baptismum cum dolore attritionis, etiam sciens quod solum est attritus & manet in peccato, quia illa est dispositio sufficiens cum proposito cauendi in futurum, & tunc per clauas remittuntur peccata. Et ad argumentum scholastice dico quod utroque modo, & cum scientia, & cum ignorantia vincibili peccati, potest peccator accedere ad sacramentum penitentiae, & consequi per clauas veniam peccatorum. Sed hæsitabis, cum culpa possit remitti per clauas, ut diximus, an semper hoc faciant clauas. i. an sicut clauas remittunt peccata quando peccator est contritus, vel ad minus attritus, ita remittunt peccata sine quocunque dolore? vel an requiratur dolor, vel aliqua dispositio ad hoc quod clauas possint remittere peccata? Ad quod respondetur, quod quando peccator accedit ad sacramentum penitentiae, vel accedit in peccato mortali, sciens se esse in peccato mortali, vel ignorat se esse in mortali: Si primum, tunc est vna opinio Scoti in. 4. distinct. 14. quest. vltima, articul. 3. qui dicit, quod ad hoc quod quis digne accedat ad sacramentum penitentiae, non requiritur aliquis dolor nec quidquam aliud, nisi quod peccator velit recipere sacramentum eo modo quo administratur in Ecclesia, ita quod non requiritur alius motus interior, nisi solum vellet suscipere sacramentum quod administrat Ecclesia in remissionem peccatorum, sine complacentia formali aut virtuali, peccati mortalis. Et dicit Scotus, quod hoc ordinauit CHRISTVS ex magna misericordia, relinquens duo remedia ad remittendum peccata mortalia. Et hoc modo Almayn intelligit Scotus: Verum est quod Gabriel in. 4. distinct. 4. quest. 2. conclusione quarta, arguit contra Scotum, qui dist. 4. quest. 5. dicit quod baptismus non remittit peccata sine dolore peccatorum: Vnde arguit Gabriel, baptismus est perfectius sacramentum quam

Secunda. 4. quest. 20. art. 1. fol. 295.

quam penitentia: ergo etiam requiritur contritio vel dolor ad penitentiam: Et ita dicit ipse Scotus, in. 4. d. 14. vbi supra, quod nec etiam ante baptismum requiritur dolor. Et hæc opinio prima facie videtur multum probabilis: quia si clauas sufficiunt ad remittenda peccata, quia sunt duo remedia sufficientia, alterum absolute: ergo si non ponat obicem, consequitur remissionem peccatorum, quia Christus non dixit totum hoc quorum remiseritis &c. & fuerint dispositi per dolorem: sed solum dixit absolute, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. ergo non requiritur dolor. Hæc tamen sententia repugnat dictis August. quia August. in lib. de vera & falsa penitentia: Et refertur de consecra. d. 4. cap. omnis qui, dicit, Omnis qui peruenit ad vsum rationis, non potest nouam vitam inchoare, nisi prius eum peniteat vitæ præteritæ & ab hoc, ait, paruulos solos excusari. Et quia ad probandum, quod ad hoc quod baptismus & penitentia habeant suos effectus, prærequiratur dolor, nos fecimus in. 1. 4. in materia de baptismo multa argumenta: & in eadem. 1. 4. q. 25. ar. 5. & q. 27. ar. 2. superfedebimus hic. Et ideo Scotus, vel quicumque alius teneri non potest in illo, nempe, quod ante baptismum aut penitentiam, non requiratur dolor: Verum tamen est quod ipse Scotus in. 4. d. 19. in. 2. p. distinct. dicit quod clauis facit de attrito contritum, & dato quod non sit tantus dolor quod detur gratia de se, virtute tamē clauium datur gratia, & allegat se d. 14. & videtur quod retractet illud quod dixerat in d. 14. Ideo dico cum communi sententia theologorum, quod clauas non possunt remittere peccata, nisi sit aliqua displicentia. i. aliquis dolor, licet non sit vera contritio. Et ad argumentum in oppositum: nempe clauas remittunt peccata, ergo non requiritur dolor: Respondetur quod ille dolor non exigitur ad hoc ut aliquid faciat ad remissionem peccatorum, nec concurrat ad illud ut causa partialis, nec etiam ut dispositio, sed solum requiritur ad tollendum obicem, quia ille qui peccauit & non displicet de peccato, virtualiter complacet, quia illud non displicere de peccato quod commisit, reputatur complacentia virtualis: & in materia de baptismo diximus: quod si quis aliquando voluit baptizari, etiam si dormiens baptizaretur, esset vere baptizatus, quia antea voluit baptizari, & non reuocauit illam opinionem vel volitionem, nec propositum: & idem est iudicium si habet volitionem alicuius mali, quia admisit illud, & non reuocauit talem volitionem, videtur complacere: & ita quousque displiceant semper dicuntur complacere.

ALIA est opinio Adria. in. 4. in propria quæ-

stione de clauibus, vbi disputat an clauas remittant peccatum mortale: Et dicit quod quicumque actus doloris quantumcunque remissus, si sit bene circumstantiatus. scilicet propter Deum, qui secundum se non sufficeret ad remissionem peccatorum, ille sufficit ad remittendum peccata cum sacramento. Et intelligit Adrianus, quod ille actus qui prius erat remissus virtute sacramenti intenditur & crescit, & fit contritio. Et hoc modo dicit quod de attrito fit contritus cum sacramento, quia præsupponit Adria cum Scoto, quod ad contritionem requiritur certa intensio actus, licet neget quod requiratur certa continuatio: Sed hæc opinio non est probabilis, quamuis fuerit opinio aliquorum Thomistarum, qui intelligebant quod de attrito fit contritus cum sacramento, intelligebant, inquam, quod ratione sacramenti datur actus contritionis. Dico ergo quod non est probabilis prædicta opinio, quia præsupponit falsum, nempe, quod requiratur certa intensio: Hoc probatur eisdem argumentis, quibus Adrianus putat se concludere Scotum dicentem, ad contritionem requiri certam intensioem actus, quia secundum hoc nullus esset certus quando impleteret tale præceptum, quia nescit quanta intensio requiratur ad contritionem, ut latius diximus in materia contritionis: SECUNDO est, quia ille actus qui ante sacramentum est remissus, & post absolutionem augetur vel libere intenditur, vel non? Si non augetur libere, non videtur quod sit magis meritorius, nec de congruo, nec de condigno quam antea, quia non est magis voluntarius. Præterea non videtur credibile quod per clauas cogatur voluntas ad intendendum illum actum: mirabile quoque est dicere, quod intendatur ille actus, & quod ipse penitens non percipiat: si autem libere augetur, ponamus quod non augeatur, & quod voluntas non intendat illum actum postquam est in libertate sua: Et tunc redibit difficultas an clauas remittant peccata? Ad quod dicit Adrianus, quod clauas non remitterent peccata, nisi augeatur talis actus: quod sine fundamento apparenti dicitur. Ego tamen credo, quod si aliquis subijcit se clauibus suppliciter, propter illam humilitatem & subiectionem Deus specialiter concurrat regulariter cum illo, & mouet illum ad hoc quod perfectius doleat: & credo quod penitens ita experitur, & loquor de illis qui bona fide accedunt ad sacramentum, & sunt bene affecti Ecclesie. SECUNDO dico, quod hoc non est virtute clauium, quia clauas dant gratiam ex opere operato, & non intendunt actum: ideo opinio Adria. non potest commode sustineri. Et si dicas: quomodo ergo S. Tho. & alij dicunt

cunt quod sacramentum facit ex attrito contritum: quia si sacramentum facit de attrito contritum, ex attritione fieret contritio, quod falsum est, ut supra diximus, cum tractaremus de contritione, quia unus actus non fit alius: Dico, quod hoc quod Sanct. Tho. dicit & Scot. nempe, quod de attrito fiat contritus cum sacramento, non debet intelligi quod fiat nouus actus voluntatis: sed vel quod talis attritio cum sacramento virtualiter est contritio quoad effectum vel in effectu: quia illa attritio cum sacramento, tantum valet quantum contritio.

Secundo dico, quod omnis dolor de peccatis inexistente in gratia, vocatur contritio, propter hoc quod ibi recipit gratiam, vel augmentum eius ipse attritus.

ALIA opinio est Caietani, in duabus questionibus, in additionibus ad 3. p. S. Thom. quarum vna est, an attritio possit fieri contritio: altera est, an confessio informis sit iteranda. Et ipse scribit ibi duas attritiones: altera quae est dolor perfectus ex parte nostri, ita quod non possamus habere perfectiorem, quia est propter Deum, & est cum dilectione Dei super omnia: & dicit quod ille dolor non est contritio, quia stante illo dolore Deus non dat gratiam aliquando, quia quando dat meritis gratis dat: & ultra illum dolorem, dicit quod requiritur alia motio Dei ad gratiam: & rursus inquit, quod accedens cum tali dolore ad sacramentum poenitentiae, recipit gratiam virtute clauium, & remissionem peccatorum, quae alias non erant remissa, quamuis fecisset totum quod in se erat: & haec est imaginatio Caietani.

Secundo dicit, quod est alia attritio, qua aliquis dolet de omnibus peccatis suis propter Deum, & vult vitare peccata, non tamen super omne vitabile: & putat quod illud sufficit ad habendam gratiam, & in rei veritate non sufficit. Et dicit Caiet. quod timet ne poenitentes regulariter habeant illum dolorem, & qui cum tali dolore accedit ad sacramentum poenitentiae, non quidem peccat de nouo, sed manet in peccatis suis praeteritis, & absoluitur, licet non habeat gratiam pro tunc. Et addit quod de his intellexit Sanct. Thom. illud quod dixit: nempe, quod qui ficto accedit ad sacramentum poenitentiae potest consequi effectum confessionis & absolutionis recedente postea fictione. Resoluendo igitur questionem hanc, dico prius Caietanum non sibi in hoc constare, quia 3. p. q. 86. ar. 2. super primum argumentum S. Thom. dicit, quod baptismus est poenitentia, & quod ita Paulus ad Hebraeos 6. vocat baptismum poenitentiam: Unde inquit Caieta. peccata non remittuntur sine poenitentia: Et consequenter dicit, quod ad hoc quod in baptis-

mo remittatur peccata, non requiritur quicunque dolor, sed sufficit velle recipere baptismum: ut si sit infidelis qui habet multa peccata, & credit in Christum, & vult baptizari, non cogitando de peccatis, nec de proposito in futurum, consequetur remissionem peccatorum. Haec Caieta. Et in alijs locis quae supra citauimus dicit, quod requiritur ad remissionem peccatorum dolor qui sit cum gratia: ergo non constat sibi Caieta. Ideo ego dico secundo quidquid sit de illo quod dicit Caieta. nempe quod solus baptismus sufficit ad remissionem peccatorum sine alio dolore: quia ego credo id esse falsum, & est contra August. ut in 1. 4. late tractauimus. Nulla tamen est ratio quare Caietanus tantum tribuat baptismum, & tam parum poenitentiae: cum tam expresse tribuatur in Euangelio remissio peccatorum poenitentiae quam baptismum: ideo quod dicit Caietanus non videtur rationabile. Secundo, nos etiam luculenter supra refutauimus illam opinionem Caieta. qua dicebat, quod postquam quis fecit totum quod in se est, diligendo Deum super omnia & dolendo de peccatis super omne dolibile, stat quod non recipiat gratiam: Reiecit enim illam tanquam duram & parum fauorabilem Christianis, & sine sufficienti fundamento. Et arguo hoc modo contra eum, & contra Scotum, qui dicit, quod ante poenitentiam non requiritur dolor aliquis: quia sequeretur, quod si infidelis baptizaretur volens baptizari, sed non credens nec cogitans de fide, pro tunc quando baptizatur, quod reciperet gratiam per baptismum, quia non complacet in aliquo peccato & vult baptizari, ergo secundum Caieta. & Scotum habebit gratiam.

Praeterea Caiet. ipse in hoc non bene intelligit. S. Th. (in hoc inquam) quod dicit quod illi qui habent secundam attritionem, secundum S. Th. de attritis, sicut contriti quando doluerint de fictione, & tunc consequentur effectum remissionem peccatorum. Et proba quod S. Th. non intelligat quod illi qui accedunt ad sacramentum poenitentiae, cum ignorantia peccati mortalis, consequantur remissionem peccatorum, quando doluerint postea de fictione, & illa contineantur: quia vel ille accedit cum ignorantia peccati, vel sciens quod habet peccatum, si primum nunquam postea poterit scire se fuisse fictum: ut si Petrus habuit dolorem imperfectum, quem tamen putauit esse perfectum, non poterit postea scire se esse fictum, quia putat se non esse fictum: ergo nunquam poterit dolere de fictione. Cum ergo Caietanus dicat quod ille debet dolere de fictione, & illa confiteri, non potest intelligi de illo qui ignorabat, sed de illo qui sciebat se esse fictum: ergo de hoc scienti intelligit Sanct. Tho.

Quarta

QUARTA opinio est, quod aliquis dolor quantum est de se, est insufficientis ad remissionem peccatorum, tamen est sufficiens cum clauibus, & in illo casu clauibus remittuntur peccata. Sed haesitabis tunc quomodo ille dolor potest esse imperfectus cum non doleat propter Deum, sed propter poenas, vel propter aliud motiuum humanum: Et talis dolor etiam cum clauibus non sufficit ad remissionem peccatorum: nec etiam est imperfectus eo quia remissus, quia stat quod sit multum remissus, & sit contritio. Ideo dico quod ad contritionem requiritur dolor de peccatis propter Deum, & quod sit super omne dolibile appreciatiue, & quod proponat cauere a peccatis super omnia in omni euentu: & tunc dico, quod stat quod quis putet se habere haec omnia, & quod non habeat, quia iudicat intellectus quod dolor est in toto homine, & non est nisi in voluntate: & intellectus iudicat quod ille dolor est propter Deum, & non est ita sicut intellectus iudicat: Potest ergo esse dolor imperfectus peccatorum ignorante: Unde dico, quod vndeunque proueniat ille defectus peccatorum ignorante, putante quod doluit sufficienter & diligenter, ut dicit S. Th. in 4. d. 9. q. 1. ar. 3. q. 2. & 3. p. q. 79. ar. 3. Nempe quod stat est diligenter examinare conscientiam, licet non fuerit sufficiens examinatio ad assequendam gratiam. Dicit enim S. Th. quod si quis cum reuerentia & diligentia examinauerit conscientiam licet non sufficienter, & sic examinatus diligenter accedit ad Eucharistiam, consequitur remissionem peccatorum per sacramentum. Et eodem modo dicendum est de sacramento poenitentiae, nempe, quod cum illa diligenti examinatione, licet non sufficienti, dat gratiam & remittit peccata: hoc tamen non intelligas quando fuerit ignorantia crassa, nempe cum tunc procedit peccator, & non vult facere aliam diligentiam, aut facit tantum paruum quod non reputatur diligentia, sed credit actus in naturam omissionis. Sed quando peccator examinat conscientiam suam, & petit veniam, & proponit nunquam amplius peccare, tunc consequitur remissionem peccatorum per clauibus, et tunc dolor de se non sufficiebat. Et in hoc casu non intelligit S. Th. quod postea habebit remissionem peccatorum recedente fictione, quia tunc non est fictio, sed statim remittuntur peccata. Sed dubitabis an hoc sit semper verum: nempe quod dolor praefatus imperfectus cum ignorantia sufficiat ad remissionem peccatorum cum sacramento, quantumcumque dolor sit paruus: Ad hoc dico, quod communis opinio Thomistica est, quod aliqua attritio est quae sufficit ad remissionem peccatorum cum sacramento, & aliqua est quae non sufficit: hoc inquit Capreolus in 4. d. 9. q. vnica: & in d. 17. q. 2. Paludanus ibid. Gabri. in 4. d. 19: Sed argui-

tur hoc modo contra hos: attritio & contritio non differunt penes intensionem & remissionem, sed per circumstantias alias, nempe quia contritio est dolor de peccatis propter Deum: attritio autem est dolor de peccatis propter poenas, & non propter Deum: tunc si sit Petrus & Ioannes, & alter habeat attritionem, de qua ipsi dicunt quod sufficit cum sacramento, & alter habeat attritionem de qua ipsi dicunt quod non sufficit: rogo per quid differunt illae attritiones: quia non per circumstantias, quia iam altera illarum esset contritio, nec per intensionem & remissionem, quia hoc nihil facit: Si ergo vna sufficit, & alia, postquam nulla est differentia, nec vna habet plus quam alia.

Praeterea, attritio non requiritur ad remissionem peccatorum, ut causa partialis, quia clauibus sufficiunt: sed requiritur solum ad tollendum obicem, & impedimentum, & ad hoc sufficit quaecumque attritio cum ignorantia, ad minus ipsius imperfectionis, quia fecit diligentem examinationem, licet non sufficientem ad gratiam. Ideo dico, & sit alia conclusio: Omnis attritio diligens modo dicto, nempe quando fit diligentia moralis bono modo, sufficit cum sacramento ad remissionem peccatorum, & gratiae consecutionem, quantumcumque sit parua: probatur, quia omnis talis tollit obicem & impedimentum, ut recipiant poenitentes effectum sacramenti poenitentiae. Et Caiet. dicit in quolib. paruis. q. 10. quod quidquid senserit Magister sententiarum, & alii alij, nempe quod clauibus nunquam dant gratiam, nec remittunt peccata, sed ostendunt remissa: & dato quod aliquando hoc fuerit sub opinione, tamen hodie videtur ab Ecclesia contrarium determinatum, quia in concilio Florentino dicitur, quod effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis: Et concilium non potest gloriari sicut Euangelium gloriatur in illo loco, ubi dicitur: quorum remisistis, in quorum ostenderitis esse remissa, quia concilium non poterat sic confuse & equiuoce loqui, cum illud positum fuit in instructione armenorum, qui non poterant aliud intelligere, nisi quod sacramentum poenitentiae vere absoluit a peccatis.

ET rursus in symbolo legimus: confiteor vnum baptismum in remissionem peccatorum, non solum originalium, sed etiam actualium. Et ad Hebraeos 6. etiam dicitur baptismus ordinari contra omnia peccata: dices ne i. ordinatur ad ostendendum peccata remissa: non certe, nec vnquam aliquis hoc dixit. Cum igitur ita aperte legatur de clauibus in Euangelio quod remittunt peccata, sicut de baptismum, non potest negari clauibus etiam peccata remittere.

Sed

SED argues contra hoc, quando quis nullo modo dolet de peccatis, sed potius complacet, & confitetur, & sacerdos illum absoluit, manet adhuc in peccato: ergo claves non absoluunt à peccatis, maxime quia potestas debet esse æqualis in omnibus: ergo si in vno euentu potest remittere peccata, etiam in alio cum sacerdos vere vtatur clauibus. Ad hoc, dicendum, quod si ille pœnitens nullo modo dolet, non est sacramentum. Et quando dicimus quod claves remittunt peccata, intelligitur quando applicatur in sacramento, vel per sacramentum: & sic intelligo, quod quando applicantur in sacramento habent effectum suum, quia non debent applicari pro arbitratu hominis. Sed quia nos supra diximus, quod stat esse verum sacramentum etiam sine gratia & pœnitentia interiori: si accedat quis ad sacramentum sine quocunque dolore, & confiteatur etiam de fictione, putans quod illud sufficit, & absoluitur, est verum sacramentum. Respondet aliter Hugo de Sancto Victore, vbi sup. lib. 2. de sacramentis, parte. 4. cap. 8. quod licet per verba illa, quorum remiseritis peccata &c. ostendatur potestas, non tamen euētus. Sed ostenditur potestas & sufficientia clauium, licet possit impediri: sicut Sol habet potestatem illuminandi aulam, si tamen claudantur fenestrate non illuminabit, sed nec obest potestati Solis: sic dicendum est de clauibus. Sed melius est dicere (vt supra diximus) quod si peccator nullo modo dolet, non est sacramentum: Hæsitabis rursus, an ille qui iam vere est contritus, absoluitur à sacerdote à culpa: & appareat quod non, quia iam est immunis à peccato. Dico tamen hoc non obstante, quod ille pœnitens qui iam est contritus, absoluitur à sacerdote in sacramento, eo quia datur ei sufficiens remedium ad remittendum peccata: & cum sacerdos det ei tam sufficiens remedium sicut si nunquam fuisset absolutus, non obstat quod iam per contritionem, aut per aliud sacramentum fuerit absolutus. Secundo dico, quod illi prædicto peccatori remittuntur peccata ratione huius absolutionis, ac si pro eodem instanti concurreret contritio ipsa & absolutio, & ratione vtriusque remitterentur peccata. Tertio dico, sacerdotem semper remittere peccata, quia semper dat vnum remedium, quod dat gratiam vel eius augmentum, quæ gratia est forma quæ expellit peccatum si id inueniat.

Artic. secundus.

Vtrum sacerdos possit remittere peccata quoad pœnam?



D secundum sic proceditur, videtur quod sacerdos non possit remittere peccatum quoad pœnam: Peccato enim debetur pœna æterna & temporalis, sed adhuc post absolutionem sacerdotis manet pœnitens obligatus ad pœnam temporalem in purgatorio, vel in hoc mundo faciendam: ergo non dimittit aliquo modo pœnam. **P**reterea sacerdos non potest præiudicare iustitiæ diuinæ, sed ex diuina iustitia taxata est pœnitentibus pœna quam debent subire: ergo sacerdos non potest de ea aliquid remittere.

Pretere aille qui paruum peccatum commisit non est minus susceptiuus clauium, quàm ille qui commisit maius peccatum. Sed si aliquid de pœna per officium sacerdotis, de maiori peccato dimittitur, possibile est esse ad hoc paruum peccatum, cui non debeat plus de pœna, quam illud quod de maiori peccato dimissum est: ergo poterit tota pœnam illius peccati parui dimittere, quod falsum est. **P**retere a tota pœna temporalis peccato debita, est vnius rationis: Si ergo per primam absolutionem dimittatur aliquid de pœna, & per secundam ab eodem peccato absolutionem poterit aliquid remitti, & sic tatum poterit multiplicari absolutio, quod vi clauium tota pœna tollitur, cum secunda absolutio non sit minoris efficaciam quàm prima, & sic peccatum remanebit omnino impunitum, quod est inconueniens.

SE D contra, clavis est potestas ligandi atque soluendi, sed potest sacerdos iniungere pœnam temporalem: ergo etiã potest absoluere à pœna.

Pretere a sacerdos non potest dimittere peccatum quatum ad culpam, vt in litera dicitur: nec quantum ad pœnam æternam pari ratione: Si ergo non potest remittere quantum ad pœnam temporalem, nullo modo remittere poterit, quod est omnino contrarium dictis Euangelij.

RESpondeo dicendum, quid idem iudicium est de effectu, quem potestas clauium exercita

cita actualiter complet in eo in quo contritio tempore præcessit, & effectu baptismi, qui iam habenti gratiam datur. Aliquis enim per fidem & contritionem præcedentem baptismum, gratiam remissionis peccatorum quantum ad culpam, consecutus est: sed quando actualiter postea baptismum suscipit, gratia augetur & à reatu pœnæ totaliter absoluitur, eo quod sit particeps passionis Christi: & similiter illi qui per contritionem consecutus est remissionem peccatorum quantum ad culpam, & per consequens quantum ad reatum pœnæ æternæ, quæ simul cum culpa dimittitur ex vi clauium, ex passione Christi efficaciam habentium, augetur gratia, & remittitur temporalis pœna: cuius reatus adhuc remanens post culpæ remissionem, non tamen totus sicut in baptismo, sed pars eius: quia in baptismo regeneratus homo configuratur passioni Christi, totaliter efficaciam passionis Christi (quæ sufficit ad omnem pœnam delendam) in se suscipiens, vt nihil de prioris peccati actualis pœna remaneat: quia non debet alicui imputari ad pœnam, nisi quod ipsemet fecit. In baptismo autem homo non vitam suscipiens fit per gratiam baptismalem nouus homo: & ideo nullus reatus pœnæ remanet pro præcedenti peccato: Sed in pœnitentia non mutatur homo in aliam vitam, quia non est regeneratio sed sanatio quædam: ideo ex vi clauium, quæ operantur in sacramento pœnitentiæ, non tota pœna remittitur, sed aliquid de pœna temporali, cuius reatus post absolutionem à pœna æterna remanere potuit: nec solum à pœna illa quam hic pœnitens habet in consistendo, vt quidam dicunt: quia sic confessio & sacramentalis absolutio non esset nisi in omni, quod non competit sacramentis nouæ le. sed etiã de illa pœna quæ in purgatorio debetur remittitur, vt aliquis minus in purgatorio puniatur absolutus ante satisfactionem decedens, quàm si ante absolutionem decederet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sacerdos non remittit totam pœnam temporalem, sed partem: & ideo adhuc manet obliga-

tus ad pœnam satisfactoriam.

AD SECUNDVM, dicendum, quod passio domini sufficienter satisfecit pro peccatis totius mundi: & ideo sine præiudicio diuinæ iustitiæ aliquid de pœna sibi debita remitti potest, secundum quod effectus passionis ad ipsum per sacramenta ecclesiæ pertingit.

AD TERTIVM dicendum, quod pro quolibet peccato oportet aliquam pœnam satisfactoriam remanere, per quam medicina contra ipsum præstetur: & ideo quamuis virtute absolutionis dimittatur aliqua quantitas pœnæ debita pro aliquo magno peccato, non oportet quod tanta quantitas non dimittatur respectu cuiuslibet peccati: quia secundum hoc aliquid peccatum remaneret omnino sine pœna: sed virtute clauium de pœnis singulorum peccatorum proportionaliter dimittitur.

AD QVARTVM dicendum, quod quidam dicunt, quod in prima absolutione tantum dimittitur vi clauium quantum dimitti potest: Sed tamen valet iterata confessio, tum propter instructionem, tum propter maiorem certitudinem, tum propter intercessionem sacerdotis vel confessoris, tum propter verecundiam meritum. Sed hoc non videtur verum: quia & si hæc esset ratio iterandi confessionem, non tamen esset ratio iterandi absolutionem, præcipue in eo qui non habet aliquam causam dubitationis de præcedenti absolutione: ita enim poterit dubitare post secundam absolutionem, sicut post primam. Sicut videmus quod sacramentum extremæ vniõnis non iteratur super eundem morbum, eo quod totum quod per sacramentum fieri potuit factum est. Et pretere a in secunda non requireretur quod haberet clavis ille cui fit confessio, si nihil ibi vis clauium operatur. Et ideo dicunt alij etiam in absolutione aliquid vi clauium dimitti de pœna: quia in secunda absolutione gratia confertur augmentum, & quanto maior gratia recipitur, minus de impuritate præcedentis peccati manet. & ideo minor pœna purgans debetur. Vnde etiã in prima absolutione alicui plus & minus dimittitur de pœ-

secundum quod plus se ad gratiam disponit: & potest esse tanta dispositio, quod etiam ex vi contritionis tota poena tollitur, ut praesertim est. Vnde etiam non est inconueniens, si per frequentem confessionem etiam tota poena tollatur, ut peccatum omnino remaneat impunitum, pro quo poena Christi satisfecit.

POENES materiam huius articuli considerandum est, certum esse poenam aeternam commutari per claves in temporalem: probatur, quia sacerdos per claves tollit culpam, & non potest tollere culpam nisi remittat poenam aeternam: ergo remittitur poena aeterna per claves. Sed dubium est de poena temporali, exempli gratia: Petrus est contritus, propter quod peccata sunt ei remissa quo ad culpam, sed debet. 10. dies poenae & confiteretur, an ratione absolutionis nullo alio posito remittatur aliqua pars poenae? Dico abiq. vlllo dubio tenendum esse, quod ratione solius absolutionis remittitur aliqua pars poenae: probatur hoc: quia si claves habent aliquam virtutem commutandi poenam aeternam in temporalem: ergo etiam habent virtutem ad minuendum poenam temporalem. Praeterea, quia hoc etiam spectat ad remissionem peccatorum, nec plene sunt remissa peccata quousq. poena remittatur: cum ergo claves remittant peccata etiam remittunt poenam: vnde sequitur contra Scotum in. 4. d. 18. & 19. quia simul tractat vtraq. dist. & contra Gabrili: d. 17. q. 1. sequitur Scotum, vbi dicunt quod secunda confessio eorundem peccatorum quamuis licite secundum eos fiat, non tamen habet fructum in ea secunda absolutio virtute clauium. Ego autem dico, quod hoc non potest defendi: quia claves datae sunt ita bene ad remissionem poenae sicut & culpae, quia totum est remissio peccatorum, si ergo claves habent efficaciam super poenam, & poenitens in secunda confessione de eisdem peccatis, est reus poenae, remittent poenam illam ipse claves: quia ecclesia habet claves ad remittendum illam poenam etiam post primam confessionem: ergo poterit ecclesia remittere illam poenam & non nisi per sacramentale absolutione: ergo secunda sacramentale absolutio est fructuosa, quantum ad hoc quod remittit illam poenam: dicendum est ergo quod claves ecclesiae extendunt se ad remittendum poenam vel eius partem quoties illa inuenit. Sed haesitabis cum diuo Tho. hic ad. 3. an per absolutionem remittatur tota poena debita peccatis, saltim aliquando licet non semper? Et arguitur a parte affirmatiua, quia fingamus aliquem occidisse hominem, & postea contriuisse peccata sua, iam illi est re-

missa culpa sed manet reus poenae ceterum dierum & per absolutionem facimus quod remittatur poena. 50. dierum. Sit alius qui fuit furatus & committitur aequaliter cum priori: & manet reus poenae vt. 20. dierum, quia maioris poenae manet reus qui grauius peccauit quam qui minus peccauit. Si aequaliter committatur, tunc confitio sic argumentatione: absolutio in primo fuit sufficiens ad remittendum poenam vt. 50. ergo in secundo remittetur vt. 20. ergo per absolutionem in hoc. 2. peccatore remittitur tota poena: vnde ille postea non deberet ieiunare, nec sacerdos deberet imponere illi aliquam satisfactionem. Ad hoc dicit S. Tho. hic ad. 3. consequentia facta non valere. Et dicit quod absolutio non tollit tantam poenam de peccato minori sicut de maiore: imaginatur S. Tho. quod claves tollunt poenam proportionabiliter ad peccatum: nec oportet quod claves tantum remittant de poena peccati minoris quantum remittunt de poena peccati maioris: Sed hoc est gratis dictum & nec potest probari: idem dico quod absolutio habet efficaciam ad tollendum tantam poenam minoris peccati quantum maioris, quia agit ex opere operato certum effectum, siue sit respectu magni peccati siue parui: & hoc dixit expressse S. Tho. nepe quod contritio aliquando tollit totam poenam debitam alicui peccato vel peccatis, in. 1. 4. q. 32. ar. 1 ad. 3. Quare dicitur quod claves ecclesiae possunt remittere totam poenam debitam peccatis multoties, & ita faciunt. verum est quod posset defendi probabiliter quod licet CHRISTVS dedit claves ecclesiae & obligauit aliquo modo ad dolorem, ita obligat hominem vt sumat ipse aliquam poenam, & quod quantum claves remittant poenam tamen semper manebit peccator obligatus ad aliquam poenam per se adimplendam: sed melius est dicere quod claves possunt remittere totam poenam, sed tamen poena sacerdos debet iniungere satisfactionem, & poenitentiam debet facere, quia neuter illorum scit an tota poena sit deleta: & forte confessarius posset videre talia signa remissionis poenae in poenitente quod posset non iniungere poenitentiam, de quo postea dicemus latius. Sed dubium est an claves habeant maiorem virtutem remittendi poenam vbi est maior dispositio: vt duo homines debent aequalis poenam, & vnus illorum magis committitur, absoluuntur ambo, an absolutio remittat aequalis poenam? Ad hoc dico, quod haec quaestio pendet ex superioribus. vbi tractauimus an sacramentum conferat aequalis gratiam in habitibus aequalibus dispositionibus: & diximus opinionem esse probabilem pro vtraque parte: sed probabilius est quod conferat sacramentum maiorem gratiam ratione sui, in habente maiorem dispositionem. Et ita dicendum est de poena, quod absolutio magis remittit de poena in habente maiorem contritionem: probatur quia agens meliorem effectum producit in subiecto melius disposito &c.

Articul.

Articu. tertius.

Vtrum sacerdos per potestate clauium possit ligare?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sacerdos per potestatem clauium ligare non possit, virtutes & sacramentales ordinantur contra peccatum vt medicina: sed ligare non est medicina peccati, sed magis aggrauatio morbi, vt videtur: ergo sacerdos per vim clauium quae est vt sacramentalis non potest ligare. **PRAEETEREA** sicut absolueret vel aperire est amouere obstaculum, ita ligare est obstaculum ponere: Sed obstaculum regni peccatum est, quod nobis ex alio imponi non potest: quia non nisi voluntate peccatur: ergo sacerdos ligare non potest. **PRAEETEREA** claves ex passione Christi efficaciam habent: sed ligare non est effectus passionis: ergo ex clauium potestate non potest sacerdos ligare. **SED** contra est quod dicitur Matt. 16. Quodcunq. ligaueris super terram erit ligatum & in caelis. **PRAEETEREA** potestates rationales sunt ad opposita, sed potestas clauium est potestas rationalis, cum habeat discretionem adiunctam: ergo habet se ad opposita: ergo si potest soluere potest & ligare. **RESPONDEO** dicendum, quod operatio sacerdotis in vsu clauium est conformis Dei operationi, cuius minister est: Deus autem habet operationem & in culpam & in poenam. Sed in culpam ad absoluendum quidem directe, ad ligandum autem indirecte in quantum obdurare dicitur dum non largitur: sed in poenam habet operationem directe quantum ad vtrumq. quia & poena parcit & poenam infligit: Similiter ergo sacerdos, & si in absoluendo ex vi clauium habeat aliquam operationem ordinatam ad culpam dimissionem modo iam praedicto, non tamen ligando aliquam operationem habet in culpam, nisi ligare dicatur in quantum non absoluit, sed ligatos ostendit:

sed in poenam habet potestatem & ligandi & soluendi. Soluit enim a poena quam dimittit, sed ligat ad poenam quae remanet. Sed ad hanc ligare dupliciter dicitur: Vno modo considerando ipsam quantitatem poenae in communi, & sic non ligat nisi in quantum soluit, sed ligatum ostendit: alio modo considerando poenam hanc vel illam determinate, & sic ligat ad poenam imponendo eam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud residuum poenae ad quod obligat, est medicina purgans peccati impuritatem.

AD SECVNDVM dicendum: quod obstaculum regni non solum est peccatum, sed etiam poena, quam qualiter sacerdos imponat dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam passio Christi obligat nos ad poenam aliquam per quam ei conformemur.



MAERIA huius articuli colligitur aliquibus propositionibus, quarum prior est. Absolute loquendo non potest negari quin sacerdos possit ligare: probatur quia haec conclusio est expressa in euangelio Matthe. 18. Ioannis. 20. quaecunq. ligaueritis super terram erunt ligata & in caelis: in dubio autem reuocatur quomodo hoc intelligatur: nepe quomodo sacerdos potest ligare?

IDEO sit secunda conclusio, sacerdos potest ligare quantum ad culpam, non remittendo culpam: vnde de duobus modis potest ligare sacerdos: vno modo ostendendo ligatum, alio modo non absoluendo. Et haec omnia dicit S. Tho. in littera, & quidem nos non negamus quod sacerdos non ostendat remissa peccata, immo hoc ipsum lubenter fatemur, cum sacramenta efficiant quod significant: & quod efficiunt significant: sed dicimus quod non solum sacerdos ostendit peccata esse remissa: sed vere remittit & efficit quod forma significat: & sic etiam sacerdos ligat. i. retinet peccata: & ideo quia sacerdos non absoluit, non absoluitur peccator in caelo in casu quem posuimus, & etiam ligat quia ostendit ligatum.

TERTIA conclusio est sacerdos potest ligare quo ad poenam, hoc est potest obligare ad aliquam poenam: probatur, quia verba in institutione sacramentorum debent sumi eodem modo: ergo eodem modo debet intelligi haec verba quorum retinueritis: & haec quorum remiseritis: sed proori loco, nepe quorum remiseritis peccata &c. intelliguntur quo ad culpam, ergo & poenam: ergo etiam retinere intelligitur quo ad culpam & poenam: & hoc est obligare ad poenam. i. retinere poenam. i. non remittere poenam, sicut retinere culpam.

P ii est

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Secunda. 4. quæst. 20. art. 3.

Dubium

est non remittere culpam.

SED est dubium, an sacerdos audiens confessionem alicuius possit obligare eum ad aliquam satisfactionem pro peccatis suis, ita quod pœnitens teneatur illam acceptare? Ad quod respondet Scotus in. 4. d. 17. & 19. quod non, dicens quod si pœnitens nō vult se submittere sacerdoti, nisi quo ad remissionem culpæ, & vult manere liber ad satisfaciendū: quia vult expectare misericordiā Dei vel iustitiā in purgatorio, non potest sacerdos obligare illum ad aliquam satisfactionem: dicit tamen Scotus quod illud est signum parvæ pœnitentiæ, & in tali euentu dicit quod sacerdos non potest eum obligare ad aliquam pœnam: posset. n. pœnitens dicere; ego nolo facere aliquid nisi libere: nihilominus debet absolui, quia iam talis est contritus vt suppono & habet gratiā, ergo non est de necessitate salutis quod postea pœniteat.

PRÆTEREA sacerdos non est necessarium quod imponat satisfactionem pro tota pœna quam debet pœnitens, sed potest imponere minorem: ergo eadem ratione poterit nullam imponere: quia si esset necessarium vt imponeret pœnam, eadem ratione qua debet imponere aliquam, debet imponere totam.

SECUNDO dicit, quod si pœnitens acceptet pœnitentiam tenetur illam implere sub pœna peccati mortalis. Hanc opinionem sequitur Gabriel in. 4. d. 16. q. 2. dubio. 1. & 5. dicit. n. probabiliter quod non est de necessitate acceptare pœnitentiam iniunctam a sacerdote: probat eo modo quo Scotus, quia contritio sufficit ad habendam gratiam, & illa quæ sunt de consilio non cadunt sub præcepto, nec sacerdos potest eum obligare ad illa. Sed dicit quod satis est quod doleat & velit subire satisfactionem voluntariam vel subire pœnam a Deo inflictam. Secundo quia ad satisfaciendum pro pœna sunt duo remedia. Alterum quod satisfaciatur in hac vita: Alterum autem quod satisfaciatur in purgatorio: & quod satisfaciatur in hac vita est consilium, ergo non potest ad illud obligari.

TERTIO probat, quia satisfactio quæ requiritur in hac vita, & acceptatur provenit ex magna misericordia Dei in magnum fauorem pœnitentis, & tamen pœnitens potest cedere iuri suo, & non satisfacere in hac vita.

QUARTO conficit Gabri. contra se duo argumenta: primū est, quia in definitione contritionis dicitur quod contritio est dolor de peccatis cum proposito confitendi & satisfaciendi: ergo tenetur pœnitens satisfacere: ergo tenetur acceptare pœnitentiam satisfactoriā. Ad hoc ipse respondet concedendo quod tenetur satisfacere, sed non in hoc mundo, sed in hoc vel in alio. Secundo arguit hoc mo-

do sacerdos est iudex verus, & pœnitens tenetur obedire suo iudici: ergo potest eum obligare ad aliquam pœnam: respondet verum esse, confessorem esse iudicem quo ad duo, nempe quo ad culpam, & in hoc habet absolutam potestatem: secundo dicit quod etiam est iudex quo ad pœnam, sed est iudex arbiter, & ideo non potest plus quam quod pœnitens voluerit dare, si voluerit se subdere illi quo ad illam pœnam & non alias: sed nihilominus si acceptet pœnitentiam sibi a confessario impositam tenetur implere sub pœna peccati mortalis: Probat, quia iam ipse pœnitens se obligat subdens se iudici arbitro.

HÆC sententia quo ad illa duo non habet apparentiam, quia si sacerdos non potest obligare, ad acceptandā pœnitentiā: ergo acceptatio ex sola vi acceptationis illum non obligat, quia ipse non intendit acceptare nisi eo modo quo sacerdos potest obligare: si igitur sacerdos non potest obligare, ergo nec acceptatio facit quod sit obligatus.

ET hanc opinionem sequitur Syluest. quo ad primum, nempe quod pœnitens non tenetur facere iniunctam sibi satisfactionem, quia non tenetur acceptare in summa, verbo, confessio. 1. quæstione. 25. & 26. vbi dicit quod nō tenetur pœnitens subire sententiam sacerdotis quantum ad pœnam, & allegat Scotum. Caietanus autem astruit contra Scotum, nempe quod siue acceptet siue non, non tenetur prædictā satisfactionē facere: & Syluester addit quod hoc est limitandū, nempe quod non tenetur pœnitens facere iniunctam illam satisfactionem, si dicat se velle voluntarie satisfacere, vel satisfacere in purgatorio: Ratio est inquit quia pœnitens tenetur satisfacere: ergo vel tenetur acceptare & subire sententiam sacerdotis, vel satisfacere voluntarie in hac vita, vel in purgatorio. Secundo restringit ipse hoc dicens quod intelligitur, quod pœnitens non tenetur acceptare nisi talis pœnitentia sit necessaria ad restitutionem: vt si confessarius iubeat pœnitenti quod petat veniam, tenetur petere, quia debet restituere iniuriam. Sed hoc non est exceptio cum iam antea tenetur ad illud: Ideo si sacerdos non potest obligare ad hoc quod pœnitens acceptet pœnitentiam, non tenetur pœnitens ad petendum veniam ex præcepto confessarii, sed eo quod iam antea tenebatur naturali iure. Tertio restringit idem: dicens quod quando pœnitentia prædicta est necessaria, vt pœnitens caueat a peccato, & a peccatorum periculis, tenetur acceptare eam: sed hæc restrictio etiam parum valet: quia si illud est necessarium ad salutem, etiam est necessarium ante pœnitentiam: & tenetur pœnitens ante pœnitentiam illud facere. Hanc eandem sententiam astruit Caiet. in quoli. q. 2. de satisf-

Secūda. 4. quæst. 20. art. 3. fo. 299.

sactione pœnitentia, ad secundum argumentum quæstionis principalis, vbi formaliter dicit quod pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiam ad minus sub pœna peccati mortalis: dicit tamen quod male faceret pœnitens non acceptando, sed non peccaret mortaliter. Secundo dicit quod non implendo peccat quidem, sed non peccat mortaliter sed venialiter tantum. Ratio eius est, quia acceptare pœnitentiam non est de necessitate salutis cum hic pœnitens sit in gratia: ergo non potest inuitus obligari. Præterea aliquando non imponitur talis pœnitentia satisfactoria, vt in articulo mortis. Et sæpe est pœnitens tam contritus quod non expedit quod ei imponatur illa pœnitentia satisfactoria: idem dicit Caiet. in sua summa, verbo satisfactorio.

HIS tamen non obstantibus ego dico, quod probabilius & securius & hodie catholicum est oppositum: nempe quod pœnitens tenetur acceptare pœnitentialem illam satisfactionem sub præcepto diuino a confessario impositam, quæ sic probatur: prius, quia Magister sententiarum in. d. 18. hanc astruit sententiam, & ad eam confirmandam adducit sanctorum testimonia, quæ manifeste dicunt pœnitentem teneri ad acceptandum & subeundum sententiam sacerdotis. Secundo hæc est sententia S. Tho. in hoc articulo, qui licet nō moueat quæstionem in forma, dicit tamen quod sacerdos potest obligare pœnitentem quantum ad pœnam, quia potest inquit obligare ad aliquam pœnam imponendo eam: ergo potest ligare quo ad pœnā, quia hoc est ligare: hæc S. Tho. Tertio. S. Tho. in. 4. d. 16. in expositione tex. exponens illa verba. Augusti. in li. de vera & falsa pœnitentia cap. 15. vbi dicit August. ponat se pœnitens in potestate sacerdotis: & omnia eo iubente paratus sit facere: mouet dubium, si sacerdos imponat satisfactionem pœnitenti, quod ingrediatur religionem propter inormia peccata quæ admittit. an pœnitens teneatur ad illam? Respondet S. Tho. quod non tenetur pœnitens acceptare prædictam pœnitentiam quia est opus ex suo genere heroicum, & indigens auxilio Dei peculiari. Hæc S. Tho. Ex quibus videtur quod secundum S. Tho. si imponeretur satisfactio pœnitentialem mediocris & rationalis teneretur pœnitens acceptare, quia si nullam satisfactionē teneretur acceptare, nō moueret S. Thom. dubium de illa peculiari. Præterea S. Tho. in. 1. 4. q. vltima ar. 1. ad. 3. expresse dicit confessionem & satisfactionem sacramentales esse sub præcepto: Et idem confirmat in. 4. d. 20. quæstione. 2. ar. 2. ad. 2. & in. 1. 4. q. 25. ar. 8. dicit quod pœnitentia exterior qua iuxta arbitrium sacerdotis peccator satisfaciatur, oportet quod duret vsq; ad determi-

natum tempus secundum mensuram peccati: ergo in hac sententia est Tho.

PRÆTEREA Paludanus in. 4. d. 20. q. 2. ar. 3. dicit pœnitentem teneri acceptare satisfactionem iniunctam a confessario, esto confessarius imponat maiorem satisfactionem quam ipse pœnitens debeat, si tamen sit tolerabilis: huius sententiæ est Maior in. 4. d. 17. q. 2. dicens quod pœnitens tenetur acceptare pœnitentiam a confessario impositam: subscribit Almaym in. 4. d. 18. Cum his igitur dico pœnitentem teneri acceptare pœnitentiam a sacerdote in sacramento impositam sub pœna peccati mortalis: & sancti hoc clamant, vt citat Rosensis, qui pro nobis est, in art. 5. contra Luthe. quia dicunt quod tenentur ieiunare pœnitentes iudicio sacerdotis ad vitandum ignem æternū: Et Casiodorus dicit quod si velit pœnitens vitare ignem æternum, debet affligere corpus sacerdotis iudicio. Grauius longe loquuntur sancti de satisfactione quam hi scholastici doctores: & credo quod si sancti viderent aliquem qui admiserit aliqua peccata mortalia inormia, & nollet sumere opera pœnalia, nempe nollet ieiunare, nec orare, reputarent illum esse extra statum salutis: & sub eisdem verbis dicunt sancti quod tenetur peccator satisfacere, sub quibus dicunt quod tenetur dolere: Ideo ego timeo, quod etiam si non sit aliqua pœnitentia iniuncta a sacerdote, est præceptum diuinum satisfaciendi in hac vita: Sed quia hoc est graue nimium, & videretur nouum, esto apud sanctos videatur antiquum: dico quod absolute loquendo, licet pœnitens teneatur ad acceptandum pœnitentiam iniunctam a confessario: & nolle acceptare prædictam satisfactionem est signū impœnitentiæ, & periculosum: tamen non tenetur aliquis satisfacere in hac vita sponte sua nisi sacerdos iniungat pœnitentiam non igitur iniungente sacerdote, nullus tenetur in hac vita luere pœnas pro peccatis suis speciali aliquo præcepto. Probat, quia si peccator tenetur satisfacere sub peculiari præcepto, tenetur satisfacere pro tota pœna quam debet: ita quod nō sufficeret ieiunare per. 90. dies si est reus ceterum dierum, quia quamdiu erit reus decem aut viginti dierum, tenebitur satisfacere, sicut ille qui est reus solū. 20. dierum, nam qui est reus solum. 20. dierum pœnæ tenetur satisfacere: sed ille qui debebat pœnam vt centum, satisfaciendo nonaginta debet viginti vel decem, esto impleuerit pœnitentiam iniunctam, consequens tamē illatum est falsum: quia illo dato non esset opus purgatorio, quia vel satisfaceret pro tota pœna vel non. Si primum, non ibit ad purgatorium: si secundum, peccat mortaliter: & si dicas quod nullus scit quantam pœnam debet, verum est, sed tamen obligaretur aliquis ad

satisfaciendum pro peccatis, quousq; esset ei probabile quod non est amplius reus pœnæ, & pauci sunt qui ita satisfaciunt: & ideo dico, quod seclusa satisfactione iniuncta à sacerdote nõ obligatur aliquis ad subeūdã satisfactiõnem pro peccatis, licet vt dixi, timeo de hoc propter dicta sanctorum.

Secunda
cõclusio.

SECUNDA conclusio est, Si sacerdos imponat pœnitentiam tenetur pœnitens illam acceptare absolute loquendo: Probatur, quia capite, omnis vtriusq; sexus, habetur quod iniunctam pœnitentiam, pro viribus adimpleant pœnitentes: in illo cap. est præceptum de confessione: & eodem cõtextu sequitur quod pœnitentiã iniunctã impleant pœnitentes: ergo etiam est præceptum de iniuncta pœnitentiã adimplenda.

PRÆTEREA cap. statuimus, de maledicis, dicitur quod si maledicus pœnitentiam renuerit iniunctam à sacerdote, interdicitur ei ingressus ecclesię. i. excommunicetur, & vltimo etiam sepultura careat, ergo &c.

ET si dicas quod prædictus canon loquitur de pœnitentiã publica imposita in foro exteriori: Dico quod verum est, sed sicut nos superius diximus, nihil refert quantum ad clauces hoc, nempe quod fiat occulte vel publice, & credo quod quando in primitiua ecclesia confitebantur aliqui publice omnia peccata quod non confitebantur amplius occulte, ad minus ex obligatione aliqua: quia illa erat vera absolutio: quia **CHRISTVS** dixit solum quorũ remisistis &c. & non dixit publice vel occulte: ergo si pœnitentes tenentur implere pœnitentiam publicam, tenentur etiam implere pœnitentiam iniunctam occulte.

PRÆTEREA pro nobis est Rabanus in libro de collectione sinodorum atiquorum, vbi dicit, quod pœnitens debet, quidquid iniunctum fuerit ei in pœnitentiã, ita caute seruare tanquam ab ipso Dei ore fuerit prolatum: ergo sentiebat quod tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam impositam.

PRÆTEREA in foro contentioso quicunq; iudex potest imponere pœnam pro crimine, quam alius tenetur acceptare: sed sacerdos in sacramento pœnitentię est verus iudex: ergo si imponat pœnitentiam pro crimine, alius tenetur acceptare. Et confirmatur vt probat S. Tho. quia sacerdos habet potestatem ligandi, & potestatem soluendi & remittendi culpam & pœnam: ergo potest ligare quo ad vtrumq;. Præterea illi doctores qui oppositũ dicunt: asserunt aliqua improbabilia sine aliqua ratiõne: quia dicit Gabri. & Syluest. & Scotus etiam videtur hoc dicere, quod tenetur habere illam volitionem satisfaciendi voluntarie vel in purgatorio hoc autem non dicitur rationabiliter, quia nullibi habetur quod

tenear velle puniri in purgatorio: & propter hoc quod hic pœnitens non vult acceptare illam pœnitentiam, non acquirit sacerdos nouam potestatem, sed posset pœnitens habere se negatiue: ergo &c. Secundo hi doctores dicunt vnum aliud quod falsum est, nempe quod si pœnitens semel acceptat pœnitentiam iniunctam, tenetur adimplere, & non tenetur si non acceptat: sed hoc est falsum, quia ex vi acceptationis non obligatur, quia nullibi habetur & sine ratiõne affirmatur. Si dicas quod ipse vult se obligare falsum est, quia pœnitens solum vult implere pœnitentiam eo modo quo confessarius potest eum obligare: & sic melius est dicere absolute quod pœnitens tenetur acceptare & implere pœnitentiam impositam à confessario, quod pro indubitato & certo tenendum est.

ET confirmatur quod pœnitens tenetur acceptare pœnitentiam impositam à confessario, quia est sacrilegium relinquere sacramentum mancum & imperfectum voluntarie: at si satisfactio prætermittitur (quę est tertia pœnitentię pars) mancum & imperfectum conficitur sacramentum: ergo sacrilegium est satisfactionem à sacerdote impositam vel non acceptare vel non explere.

SECUNDO in foro contentioso Iudex habet potestatem imponendi pœnam pro delictis, quam reus subire tenetur: ergo etiam Iudex ecclesiasticus in foro conscientię hanc habebit potestatem: non enim potestas apostolis in foro interiori, à Christo domino collata, infirmior est quàm in foro exteriori. Nec obstat si dicas quod confessarij quo ad pœnã sunt iudices arbitri, quia illud est fictum, cū **CHRISTVS** dedit absolute potestatem sacerdotibus super peccata hominum viatorum: ergo &c.

TERTIO potestas quę non habet vim coercendi ridicula est, & in nullos futura vsus: si ergo Iudices à Christo instituti non haberent vim, & auctoritatem ligandi ad rationabilem pœnam & iustam, pro qualitate & quantitate delicti, profecto eorum iurisdictio & potestas iudicandi de culpis, merito irrideretur.

QUARTO clavis est potestas non solum soluendi sed ligandi: vt constat ex definitione clavis: quam & Ioannes vicesimus secundus in extrauaganti, quia quorũdam, de verborum significatione, & communis probat Theologorum consensus: Immo eam probat dominus Matth. 16. qui cum dixisset, tibi dabo clauces regni cœlorum &c. explicaturus quid intelligeret nomine clauium: euestigio subdit, & quodcunq; solueris super terram erit solutum & in cœlis: & quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum in cœlis: ergo si sacerdotes æquã habent potestatem absol-

uendi, & ligandi: sicut absoluunt vice Dei cū formam sacramenti proferunt. ita ligant vice Dei cū multas per culpas inducunt ergo tenetur pœnitens illas multas acceptare, quia nolle subire pœnam diuina taxatam sententia in sacramento, graue peccatum est.

SI princeps constituerit aliquem delegatum ad iudicandum in republica de criminibus, omnes illi ciues illius republicę ligarentur sententię illius iudicis instituti ad parẽdum: ergo cum **CHRISTVS** sic instituerit vicarios suos, vt Ioannis. 20. dicitur: non potest dubitari, quin eorum sententię & in absoluẽdo & in ligando eandem habeant vim, ac si à Christo latae fuissent: ergo pœnitens tenetur eas acceptare.

ET confirmatur, quia quo dolore, qua humilitate venit pœnitens ad sacramentum pœnitentię qui non vult satisfacere? Ideo in hoc bene dicunt Scotus & Caietanus, quod est signum paruissimę pœnitentię, & ego addo quod est signum nullius pœnitentię: Vnde absurdum est dicere, quod non tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam sibi impositã iudicio sacerdotis. Postremo, si pœnitens nõ tenetur acceptare pœnitentiam iniunctam à confessario, nec teneretur pœnitens quærere sacerdotem doctum, postquam nõ potest imponere istam aut illam satisfactionem. Cõsequens est absurdum, & contra illud quod dicitur cap. consideret. de pœni. d. 5. quod confessarius debet distinguere lepram a lepra, quod non esset si non potest punire maiori vel minori pœna. ergo &c. Et cõfirmatur, quia in concilio Florentino in instructione Armenorum folio. 6. dicitur, Tertia pars sacramenti pœnitentię est satisfactio pro peccatis, secundum arbitrium sacerdotis, &c. Et in cõcilio Tridentino sessione. 4. canone. 15. dicitur, si quis dixerit clauces ecclesię esse datas tantum ad soluendum, non etiam ad ligandum, & propterea sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clauium & contra institutionem Christi: & fictionem esse, quod virtute clauium sublata pœna æterna, temporalis plerumq; exoluenda remaneat, anathema sit: tunc benefequitur, sacerdos confessarius non potest obligare pœnitentem ad pœnam, ergo agit contra intentionem Christi in institutione sacramenti pœnitentię, & contra finem clauium imponendo illam pœnam: probatur consecutio, quia iuxta tuam opinionem **CHRISTVS** non intendit quod confessarius imponat illã pœnam cum non dederit illam potestatem. Cõsequens est contra prædictum concilium, ergo & antecedens: vnde hodie credo esse hæreticum dicere quod pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiam iniunctam à confessario &c.

SED hæsitabis, an sacerdos posset imponere pœnitentiam quamcunq; pro suo arbitratu? Ad quod dico quod non, quia poterit errare & imponere intollerabilem pœnitentiam. Secun do dico, quod non oportet quod pœnitens satisfaciat pro tota pœna quam debet: per pœnitentiam iniunctã à sacerdote. ita quod quilibet pœnitentia iniuncta sufficiat pro tota pœna quam debet, sed punietur postea in purgatorio pro parte quę relinquitur: probatur hoc à posteriori, quia aliàs non esset purgatorium, quia quilibet confitetur in articulo mortis, & imponitur pro satisfactione sacramentali, aut Maria, vel aliud quid leue, quod non sufficit ad delendum totam pœnam quã debet pœnitens. Secundo sequeretur quod sacerdos semper deberet iniungere breuissimam pœnitentiam, postquam per te quilibet sufficit. Tertio non esset vtile confiteri eadem peccata secundo, ad remissionem pœnæ postquam iam remissa est tota pœna per pœnitentiam præcedentem in priori confessiõne: ergo certa est nostra conclusio, nempe quod non semper pœnitens absoluitur à tota pœna, & oppositum non potest defendi.

SECUNDA conclusio est, Sacerdos non potest imponere quantamcunq; magnam pœnitentiam, vnde si confessor imponat pœnam aliquam intollerabilem aut nimis acerbam, credo quod non tenetur pœnitens acceptare illam, tamen non debet ipse iudicare an sit excedens pœnitentiã: si tamen esset manifestum quod pœnitentia excedet: vt si sacerdos iniungat in pœnitentiã quod pœnitens ieiunet omnes sextas ferias totius vitę pro simplici fornicatione, non teneretur pœnitens acceptare.

Artic. quartus.

An sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare & soluere?



DE QUARTVM sic proceditur, videtur quod sacerdos posset ligare & soluere secundum proprium arbitrium. Hiero enim di-

cit, mensuram temporis in agendo pœnitentiã non satis aperte præfigunt canones pro

P iij vtroq;

Secunda. 4. quest. 20. art. 4.

Utroque crimine, ut de singulis dicat qualiter unumquodque sit emundandum, sed magis arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuit: ergo videtur quod ipse secundum suum arbitrium possit ligare & solvere.

PRÆTEREA dominus laudavit villicum iniquitatis quod prudenter fecisset, quia debitoribus domini sui remisisset largiter: sed Deus est magis promptus ad miserendum quam aliquis dominus temporalis: ergo videtur quod laudabilior sit quantum plus de pena dimiserit.

PRÆTEREA omnis actio Christi nostra est instructio: sed ipse quibusdam peccatoribus nullam penam imposuit, sed emendationem vita, ut patet de adultera Ioa. 8. ergo videtur quod secundum arbitrium suum possit etiam sacerdos qui est vicarius Christi, dimittere totam penam vel partem.

SED contra Grego dicit: falsam penitentiam dicimus quæ non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminis imponitur: ergo videtur quod non omnino sit in arbitrio sacerdotis.

PRÆTEREA ad actum clauium requiritur discretio: sed si esset omnino in voluntate sacerdotis dimittere & imponere de pena quantum vellet, non esset ibi necessaria discretio, quia nunquam ibi discretio posset accedere: ergo non est omnino in arbitrio sacerdotis.

RESPONDEO dicendum, quod sacerdos operatur in usu clauium sicut instrumentum & minister: nullum autem instrumentum facit efficacem actum, nisi secundum quod mouetur à principali agente: & ideo dicit Diony. in fine Eccl. Hierar. quod sacerdotibus uendum est virtutibus hierarchicis quando diuinitas eos mouerit: in cuius signum Matth. 18. ante potestatem clauium Petro traditam, fit mentio de reuelatione diuinitatis ei facta, & Ioa. 20. premitur potestati remissionis Apostolis data

Spiritus sancti donum, quo filij Dei aguntur. Unde si præter illum motum diuinum uti sua potestate præsumpserit, non consequetur effectum. ut Di. dicit. Et præter hoc à diuino ordine auerteretur, & sic culpam incurreret. & quia pena satisfactoria infligenda ut medicina sunt, sicut medicina in arte determinata non omnibus competunt, sed varianda sunt secundum arbitrium medici, non propriam voluntatem sequentis, sed scientiam medicinae: ita pena satisfactoria in canone determinata competunt omnibus, sed varianda secundum arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulati: Sicut ergo medicus aliquando prudenter non dat medicinam efficacem quæ ad morbi curationem sufficiat, ne propter debilitatem nature manus periculum oriatur: ita sacerdos diuino instinctu motus, non semper totam penam quæ uni peccato debetur, iniungit. ne infirmus aliquis ex magnitudine penæ desperet, & à penitentia totaliter recedat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod arbitrium istud debet esse diuino instinctu regulatum.

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam de hoc laudatur villicus quod prudenter fecit: & in remissione penæ debita discretio adhibenda est.

AD TERTIVM dicendum, quod CHRISTVS habuit potestatem excellentiam in sacramento: unde ipse ex auctoritate penam totam vel partem poterat dimittere, sicut volebat: nec est simile de his qui operantur tantum ut ministri.

IN HOC articulo quarto est considerandum prius, ad intelligendum mentem Sancti Tho. quod querere an sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare & solvere: est querere an si sacerdos probabiliter credit quod aliquis est reus penæ decem dierum, debeat imponere totam illam penam decem dierum, eo quod credit penitentem tantum debere apud Deum?

AD

Secunda. 4. quest. 20. art. 4. fo. 301.

AD quod respondet Scotus, quod & si pena debita peccatis apud Deum sit certa & limitata, nempe ut decem: nihilominus in ordine ad clauis non est pena certa, sed est inquit latitudo inter certos terminos, nempe inter terminum ut quinq; & terminum ut octo, ita quod si absque clauibus sit pena ut decem illa quam debet penitens, si sacerdos imponat satisfactionem ut septem, satisfaciat penitens pro tota pena quam debet ut decem: ratio est, quia pena iniuncta est magis meritoria & satisfactoria quam si solus penitens illam accipiat. Ideo non est opus quod sacerdos imponat totam satisfactoriam penam, quam penitens debet: Sed si sacerdos imponat penam ut octo, penitenti debenti penam ut decem, esto sufficebat ei pena ut septem imposita à confessario, teneretur ad illam penam ut octo: ratio est, quia in ordine ad clauis non est pena indiuisibilis, nec stat in puncto.

SECUNDO dicit, quod est mensura sicut in alijs commutationibus, ut si pro mensura tritici des septem, æquum præcium das: si das septem cum dimidio, satis das multum: sic inquit dicendum est de penitentia iniuncta, si pro pena quam debebas ut decem, imponatur tibi satisfactio ut septem, satis est: Si autem ut octo, ad illam teneris: & si non potens explere iniunctam illam penitentiam ut octo, adimpleueris penitentiam ut septem duntaxat: adhuc es debitor alicuius penæ quam solues in purgatorio: hæc Scotus. Sed hæc consideratio licet sit subtilis non videtur vera, quia non potest probari.

IDEO melius est dicere quod etiam in ordine ad clauis est determinata pena, ita quod si penitens debet solum quinq; dies penæ, & sacerdos imponit sex, & penitens adimplet quinq;, illud sufficit, nec amplius punietur in purgatorio, quia iam soluit totum quod debebat.

SECUNDO dico, quod si sacerdos sciret totam penam debitam & penitens posset eam tollere, debet illam imponere: Probat, quia est debitor illius penæ, & sacerdos est iudex: ergo debet facere si comode potest quod penitentia iniuncta sit satisfactoria ad æqualitatem, quantum est ex parte nostra, & ut sit maior medicina ad hoc quod penitens caueat à peccatis: & quia pro maiori peccato, maior est imponenda penitentia.

TERTIO dico, quod confessarius non solum debet videre penam quam debet, sed etiam statum penitentis: nempe an peni-

tens possit commode illam penitentiam tollerare, ita quod non sit periculum conscientie suæ: Verum est, quod hæc materia de satisfactione imponenda, iam fere recessit ab usu, quia tantum creuit fragilitas humana ut iam homines non possunt ieiunare, nec per unam diem. Ideo communiter malunt mortales satisfacere per orationes & alia leuia: & si non esset peruentum ad hanc fragilitatem, deberent confessarij imponere graues penitentias: nam antiquitus pro quolibet mortali, imponebatur penitentia septem annorum ieiunij, nunc autem (ut per cap. significauit: & cap. Deus qui ecclesiam, de penitent. & remissio. patet) potest confessarius imponere penitentiam pro suo rationabili arbitratu.

SED hæsitabis an sacerdos possit imponere penitenti aliquam satisfactionem qua sit opus de consilio? exempli gratia, nos dicimus, quod penitentia imposita à confessore est maioris satisfactionis, cæteris paribus, quam alia non imposita: & quia secundum nos teneretur acceptare penitentiam & secundum alios si semel acceptet teneretur implere, an igitur possit confessor imponere penitentiam non sub præcepto: ita ut dicat, ego impono tibi hanc penitentiam, sed nolo te obligare? vel an eo ipso quo imponit penitentiam teneatur alius acceptare?

AD quod respondet Paludanus & Syluest. & aliqui alij cum illis, id fieri posse, quia cum penitentia hodie sint arbitrarie sicut poterunt sacerdotes imponere penitentiam quam maluerint, poterunt etiam imponere cum obligatione vel sine obligatione, ut uoluerint.

SED hoc non obstante verius est, quod non potest sacerdos illud facere, & quod si faciat non erit penitentia: & probatur, quia in impositione illius talis penitentia non utitur clauibus ipse sacerdos, quia non utitur aliqua auctoritate, sed illa præfata penitentia est voluntaria: ergo non habet maiorem virtutem quam si non esset à sacerdote imposita: sed à penitente assumpta. Nihilominus dico, quod est probabile quod dicit Paludanus: & Sanct. Thom. in quolib. 3. art. 28. laudat illam sententiam Paludani, & dicit quod illa penitentia sic imposita à confessario est magis satisfactoria, propter consilium sacerdotis, id est quia est applicata à sacerdote quantumcunq; faciat voluntarie & de consilio.

SED grauius dubium est, an secundus confessarius possit tollere vel commutare penitentiam iniunctam ab alio: ut si primus confessarius im-

Aliud dubium. posuit

posuit alicui poenitentiam decem dierum ieiunij, & poenitens non ieiunauit, & in alia confessione confitetur se non ieiunasse: an hic secundus confessarius possit tollere vel commutare illam sic iniunctam satisfactionem? Ad quod Syluest. in summa verbo confessio, & aliqui alij dicunt, secundum sacerdotem illi non posse facere, nisi poenitens confiteatur ei eadem peccata quae priori sacerdoti fuerat confessus. Sed quia Syluest. non sufficienter hoc probat oppositam sententiam credo veritatem, nempe quod potest secundus sacerdos tollere vel commutare poenitentiam iniunctam a priore sacerdote, etiam si poenitens non confiteatur illa peccata quae priori confessario fuerat confessus: Probatur, quia secundus confessor est iudex & habet potestatem super istum: satis ergo est, quod confitetur peccatum illud quod non impleuit poenitentiam sibi iniunctam. Et potest confessor vel tollere vel commutare vel minuere. Secundo ab alijs peccatis quae priori confessario fuit confessus, poenitens fuit legitime absolutus: ergo non tenetur illa in alia confessione repetere, nec confessarius tenetur scire quantitatem aut qualitatem illorum peccatorum pro quibus fuit imposita poenitentia, nec si omnino esset ille poenitens obitus illius poenitentiae teneretur repetere illa priora peccata, satis enim esset dicere peccatum illius obitus.

Aliud dubium. Prima conclusio.

ALIUD dubium est, An confessarius teneatur iniungere poenitentiam aliquam satisfactionem? Respondetur, quod loquendo absolute tenetur iniungere aliquam satisfactionem & si non faciat peccabit, & in multis euentibus peccabit mortifere non imponendo poenitentiam: probatur hoc, quia sacerdos est arbiter inter Deum & hominem: ergo tenetur ex officio facere quod hic laedens satisfaciatur Deo offensa, & laeso quantum erat ex parte peccatoris, meliori modo quo potuerit: & si commode potuerit, etiam quod ad aequalitatem satisfaciatur, quia debet aduertere ad ambas partes. Secundo, quia sacerdos tenetur facere perfectum sacramentum quantum in se est: at non esset perfectum sacramentum sine satisfactione cum sit pars sacramenti: ergo &c.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio est, Aliquando ex causa rationabili non debet imponi aliqua satisfactio poenitenti, nempe in articulo mortis non est opus quod sacerdos iniungat aliquam poenitentiam: & etiam cum confessarius videt poenitentem ita esse dispositum quod non recipiet poenitentiam, tunc ne exponat eum periculo peccandi secundum nos qui dicimus quod tenetur poenitens acceptare eam non imponat ratio est, quia cum sacramentum hoc sit in fauorem poenitentis, videtur quod esto sacramentum sine satisfactione

sit imperfectum, non est tanta imperfectio quod non possit relinqui cum causa rationabili, nempe propter bonum spirituale ipsius poenitentis.

SEQUITUR alia grauis quaestio in hac materia de potestate spirituali & ecclesiastica, An scilicet haec potestas spiritualis sit supra potestatem laicam & civilem? Et de hoc est mihi in animo tractare duas quaestiones. Altera est, an potestas civilis sit subiecta spirituali potestati: Altera contra, an potestas ecclesiastica & ipsi ecclesiastici sint subiecti civili potestati. Nam vtraque quaestio in vtramque partem habet auctores & defensores non paucos nec vulgares aut postremi nominis: Et ut haec mens illucidentur, dubitatur an Papa sit superior ad omnes principes & potestates temporales: & non intendo comparare has potestates quantum ad perfectionem, quia manifestum est quod potestas spiritualis est perfectior temporali & civili: nam facultates & potestates sunt sicut & artes estimandae ex fine & obiectis, sicut etiam omnia alia quae ad finem ordinantur. finis autem potestatis spiritualis longe excellit finem temporalis potestatis, quantum scilicet beatitudo perfecta & vltima felicitas excellit humanam & terrenam felicitatem: & ut ait Innocentius in cap. solite, de maiestate & obedientia: spiritualia temporalibus digniora sunt, quanto anima praefertur corpori.

PRÆTEREA ad Hebr. 7. Apostolus probat dignitatem sacerdotij euangelici ex eo quod Melchisedec qui erat Dei sacerdos, benedixit Abrahamum gene. 14. sine controversia autem maior est qui benedicit, quam qui benedicitur. Abrahamus autem erat princeps temporalis, aut gerebat personam temporalis principis & potestatis: ergo perfectior & praetantior est potestas spiritualis quam temporalis, atque adeo maiori cultu & oblatione prosequenda. Omissa ergo hac contentione dubium est, an summus pontifex sit superior potestate civili iurisdictione & auctoritate? Et quidem sunt aliqui qui tanto studio & fauore pontificum ferantur: ut putent reges & alios principes temporales non esse nisi vicarios aut legatos Romani pontificis, & ut ministros potestatis papalis, & quod omnis potestas temporalis deriuetur a Romano pontifice.

ALII autem contra ita eximunt principes a potestate ecclesiastica: ut nihil penitus integrum relinquunt ecclesiasticae potestati, sed omnes causas etiam spirituales velint deferre ad iudicium civile, & illic terminari. Nos autem inter utrosque vtramque potestatem temperantes, aliquot propositionibus quaestioni propositae respondebimus, quarum prior est. Papa non est orbis dominus in tempora-

Gravi quaestio.

Prima conclusio.

dominus in temporalibus. Haec probatur prius Matthe. 20. & Luce. 22. scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos &c. Et sequitur, vos autem non sic: & subiungitur, filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare redemptionem pro multis. In quo loco videtur dominus vetuisse ne etiam priuatum vellet dominari discipuli & ministri sui, quem locum Bernardus inducit lib. 2. de consideratione ad Euge. dicens. Nam quid tibi aliud dimisit sanctus apostolus? quod autem, inquit, habeo hoc tibi do. Quid illud? vnum scio non est aurum nec argentum, esto alia quacumque ratione hoc tibi vendices, sed non apostolico iure: nec enim ille tibi dare quod non habuit potuit, quod habuit dedit, sollicitudinem super ecclesias: nunquid dominationem mundi? ipsum audi, nec dominantes inquit in clero sed forma facti gregis: & ne forte putes sola humilitate dictum, non etiam in veritate, vox domini in euangelio est, principes gentium dominantur eorum &c. plane apostolis interdicitur dominatus: istud quomodo tu & tibi usurpare audis? aut apostolatum aut apostolis dominatum plane ab alterutro prohiberis: si vtrumque simul habere velles perdes vtrumque. Alioquin non te exceptum illorum numero putes: ipsi regnauerunt & non ex me, principes steterunt & non cognoui: forma apostolica haec est, dominatio interdicitur, indicitur ministratio, & Paulo post, exi in agrum ager mundus est, exi non tanquam dominus sed tanquam villicus. Praeterea Melchisedec Papa fateatur se recepisse dominium aliquarum terrarum ab Imperatore. 12. q. 1. cap. futurum: ergo &c. Et. 96. d. cap. cum ad verum, prohibitum est ne ultra sibi Imperator iura pontificatus arripat: nec pontifex nomen sibi Imperatoris usurpet.

PRÆTEREA Papa non habet dominium in terris infidelium, quia non habet potestatem nisi intra ecclesiam, de his. n. quae forsunt nihil ad eum, ut inquit Paulus. 1. ad Cor. 5. & infideles sunt veri domini, cum apostolus ad Ro. 13. praecipiat eis pendere tributum etiam a fidelibus, & dicit eos habere potestatem a Deo: ideo obediendum est legibus eorum, & tamen illi non habent dominium a Papa: ergo non est dominus orbis in temporalibus: vnde oscitanter Archidi. Panor. Angelus, Augustinus de Anchona, & Syluester, dicunt Papam esse dominum orbis dominio temporali & sine laico, & quod habet auctoritatem & iurisdictionem temporalem in toto orbe supra principes & reges: & Ioannes Andreas est pro nobis, & S. Tho. qui fuit studiosissimus auctoritatis pontificiae tale dominium nunquam tribuit Papae: nec ex scri-

ptura illud haberi potuit, sed potius oppositum: & Innocentius. 3. in cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, dicit se non habere potestatem supra regem Franciae in temporalibus.

SECUNDA conclusio est, Potestas temporalis non dependet a summo pontifice sicut aliae potestates, nempe episcopatus, curatus & aliae inferiores spirituales potestates: Probatur ex prima haec conclusio, quia Episcopis & alijs inferioribus praelatis ecclesiasticis ipse summus pontifex dat potestatem & auctoritatem modo certo, ut infra disputabimus: at regibus & principibus nullam dat potestatem, cum ipse non habeat laicam potestatem illam quam reges habent, quia non est dominus, ut probatum est: ergo nec potest dare dominium, & ita nec facere reges nec principes temporales per potestatem temporalem: quod totum confirmauimus per confessionem ipsorum summorum pontificum, Et confirmatur quia potestas temporalis erat aequam essent clauis ecclesiae, & CHRISTVS non venit ad tollendum aliena, nec ecclesia indiget hoc dominio. Haec propositio non est eadem cum prima, quia fieri potest ut ad Papam spectaret constituere reges licet ipse non esset dominus, sicut dat dominium & titulum ad praebendam & bona temporalia quorum non est dominus proprie: & sicut Imperator facit & instituit duces quamuis non sit dominus ditionis proprie, quia non possit sibi retinere: dico igitur quod nec hoc modo Papa est super reges & principes, quod institutio eorum vel fuerit vel possit esse a summo pontifice sine laico: nec oppositum quod nonnulli dicunt, habet sufficientem rationem nec testimonium aliquod sacrae scripturae, quare verior est nostra sententia.

TERTIA conclusio est, Potestas civilis non est subiecta potestati temporali summi pontificis: non dico quod non sit civilis potestas subiecta summo pontifici simpliciter, quia certum est omnes potestates laicas & aliorum spirituales esse subiectas Papae, ratione potestatis supremae spiritualis, cum omnes alij ab eo sint oues, & ipse solus sit vniversalis pastor, sed dico non esse subiectam ei tanquam domino temporali, & sine laico. Haec propositio differt a prima & secunda, quia concessio quod non esset dominus orbis, nec haberet instituere dominos, posset esse superior, sicut Imperator est superior aliquibus regibus & tamen non est dominus regnorum, nec habet instituere reges in illis prouincijs: sicut Rex Francorum proximis temporibus erat superior ad Comitatum Flandriae, non tamen erat proprie dominus, nec instituebat Comitatum: immo rex est supra omnes priuatas personas regni

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

regni & non facit eos dominos rerum suarum: dico ergo quod nec hoc modo principes aut reges subijciuntur Papae hoc sine laico. Et licet hæc non indigeret probatione cum constet ex præcedentibus facile tamen probatur quia respublica temporalis est respublica perfecta & integra: ergo non est subiecta alicui temporali alteri potestati extra se, quia aliàs integra non esset si alicui alteri temporali potestati esset subiecta: ergo potest sibi constituere principem nullo modo subiectum.

PRÆTEREA tempore quo fuerunt reges & sacerdotes in populo Israëlitico non legitur quod sacerdotes haberent talem dominium temporale & laicum: unde eum in scriptura nihil habeatur de tali potestate, non est dicendum Papam illam habere: facit etiam ad hoc quod non probatur potestatem hanc esse in Papa, licet dicatur: ergo non habet illam: & hoc est sufficiens argumentum pro nostra sententia.

PRÆTEREA si Papa habet illam temporalem potestatem in toto orbe, Episcopi haberent eandem in suis diocæsibus & prouincijs, quia id quod potest Papa in toto orbe, potest Episcopus in sua prouincia: nisi aliquid reseruetur summo pontifici. Ex prædictis propositionibus colligitur quod Papa non potest iudicare causas principum via ordinaria sine temporali & laico, nec de iurisdictionibus aut regnorum titulis: nec potest ad eum appellari in causis civilibus. Hoc iam ex dictis constat, quia si nec est dominus nec superior, non est quare ad eum appellatur. & dico Papam non habere hanc potestatem non solum quantum ad usum & executionem ordinariam huius potestatis, sed dico quod nec habet usum nec potestatem: nec ad ipsum spectare iudicium causarum temporalium, nec in prima instantia, nec in gradu appellationis. Dixi tamen ordinariæ sine laico, quia non nego quin in casu possit recursus haberi ad Papam, & quod ipse possit rescindere iudicium civile, sed hoc non ratione potestatis temporalis, sed ratione potestatis spiritualis præcise & sine spirituali. Et hanc conclusionem confitetur Alexander. 3. in cap. causam extra nos &c. in suis decretis, ubi sic ait: Causam extra nos attendentes quod ad regem non ad ecclesiam pertinet de possessionibus iudicare, ne videamur iuri Anglorum detrahere, qui ipsarum iudicium ad se asserit pertinere: frater nitati vestræ mandamus, regi possessionum iudicium relinquentes &c. Et Bernardus ad Euge. in criminibus non in possessionibus potestas vestra, propter illa siquidem has accepistis clauas regni cælorum & subiungit, habent hæc infirma terrena iudices suos & principes terræ. In eadem sententia est Innocentius. 3. in cap. nouit, de iudicijs: non. n. in-

quit intendimus iudicare regem. s. Francia, ad ipsum. n. spectat iudicium &c.

COLLIGITVR secundo quod Papa non habet potestatem deponendi principes seculares etiam ex causa iusta eo modo quo potest deponere Episcopum: intelligo semper ratione authoritatis temporalis: secus autem in casu aliquo particulari per potestatem spirituales ad finem spirituales, ut inferius præfatus dicemus. Sequitur quod Papa nec confirmare nec infirmare potest leges civiles: probatur hoc ex dictis, quia si potestas civilis non pendet ab eo: ergo nec actus potestatis civilis.

QUARTA conclusio est, In summo pontifice de se nulla est potestas mere temporalis, dico de se. i. quia Papa est, secus nunc super aliquas prouincias super quas ab Imperatoribus accepit iurisdictionem laicam. Ad intellectum autem huius propositionis est considerandum quod potestas civilis & temporalis est illa quæ habet finem temporalem: & potestas spiritualis est quæ habet finem spirituales. Dico igitur quod in Papa nulla est potestas à Christo concessa quæ ordinatur ad finem temporalem & laicum, nam hæc est mere temporalis potestas: Et omnia quæ hic dicimus probat & confirmat Caiet. in apologia de potestate Papæ, cap. 6. ad. 8. Et ego probo hoc modo, quia potestas spiritualis distinguitur à temporali ex fine, quia potestas spiritualis tendit ad finem spirituales, sed summus pontifex non est nisi sacerdos à Christo in quo est summa potestas ecclesiastica: ergo non habet potestatem quæ habeat finem temporalem. Et confirmatur quia sine aliqua potestate temporali esset summus pontifex cum haberet summam potestatem spirituales & ecclesiasticam: ergo non est ponenda in eo aliqua potestas pure temporalis. Deinde cum necessitas & ratio rerum sumenda sit ex fine, & nullus finis sit ponendi hanc potestatem in summo pontifice, sequitur nullam talem potestatem esse in summo pontifice ponendam. Et quia nunc inter defensores alterius sententiæ sint aliqui de numero thomistarum, prout tamen Sanctum Thomam huius nostræ esse sententiæ, quod sic constat: quia secundum Sanctum Thomam ad Ro. 13. ecclesiastici sunt exempti à tributis privilegio principum secularium, quod si Papa est dominus temporalis, ut illi autumant, & reges habent imperium ab ipso, non erat opus privilegio principum ad exemptionem ecclesiasticorum.

QUINTA conclusio est, temporalis potestas non dependet à spirituali eo modo quo ars siue facultas inferior dependet à superiore, ut frenorum ars ab equestri pendet: fabrilis à nautica, & armorum ars à militari: constituitur

Quarta conclusio

Quinta conclusio

constitui hanc propositionem propter doctores qui hanc comparisonem ponunt inter istas duas potestates: Conclusio autem probatur, quia potestas civilis non est præcise propter spirituales, at ars inferior est præcise propter superiores: ergo comparatio artis inferioris & superioris non est similis comparationi potestatis laicæ ad spirituales aut contra. Antecedens autem pro utraque parte patet, nam si non esset militaris, non esset armorum ars nec frenorum, nisi esset æquestris: sunt. n. omnes huiusmodi organice instrumentales, cessante autem fine in omnibus, nullus est instrumenti usus: immò nullum esset instrumentum: non est autem sic de civili potestate in ordine ad spirituales, quia esto nulla esset potestas spiritualis, nec beatitudo aliqua supernaturalis, esset aliquis ordo in republica temporali, & esset aliqua potestas, sicut est in rebus naturalibus etiam irrationalibus, inter quas aliquid agunt, aliam autem paciuntur propter bonum dumtaxat vniuersi: ergo magna est differentia: non est ergo intelligendum, vnam ex duabus prædictis potestatibus ab alia dependere, ita quod præcise sit propter aliam, vel tanquam instrumentum eius, vel tanquam pars illius, sicut potestas prætoris est pars regis potestatis, sed quælibet per se est integra & perfecta potestas, & propter proprium finem immediate. Nihilominus tamen potestas civilis aliquo modo est ordinata ad spirituales potestatem, ut inferius exponemus. Accedit etiam quia ex sententia meliorum philosophorum vir fortis debet ponere vitam pro republica, etiam si non esset aliqua felicitas post hanc vitam: ergo adhuc maneret respublica, secluso fine spiritualis potestatis, & ex consequenti maneret aliquis ordo principatus & subditorum, sine quo non esset propria respublica.

Sexta conclusio

SEXTA propositio est, prædictis alijs propositionibus & assertionibus non obstantibus, potestas civilis est aliquo modo subiecta, non potestati temporali summi pontificis, sed spirituali potestati: Probatur, quia cum finis alicuius facultatis dependet à fine alterius facultatis, facultas etiam dependet à facultate: testante hoc Arist. 2. Ethic. & hanc comparationem constituit S. Tho. 2. 2. q. 40. art. 3. ad. 3. at finis temporalis potestatis pendet à fine spiritualis potestatis, aliquo modo: ergo etiam potestas civilis dependet à spirituali: Assumptum probatur, quia felicitas humana est imperfecta, & ordinatur in beatitudinem supernaturalem tanquam in perfectum: sicut ars armorum fabricandorum ordinatur in militarem & imperatoriam: & ars fabricandi naues ordinatur ad nauticam artem: & ars conficiendi vomeres ordinatur ad agriculturam. Præ-

terea, si administratio civilis potestatis esset in detrimentum administrationis spiritualis potestatis, etiam si ad finem proprium civilis potestatis esset comoda administratio, teneretur tamen rex aut princeps mutare huiusmodi administrationem: ergo civilis potestas est subiecta aliquo modo potestati spirituali: Sed quia etiam si administratio spiritualis noceret reipublicæ temporali, sine necessitate ad finem spirituales, vel sine maxima utilitate, teneretur summus pontifex mutare talem administrationem: ideo dico, quod temporalis potestas non simpliciter dependet à spirituali, sed solum prout opus est ad finem spirituales: Confirmatur hoc, quia tota ecclesia est vnum corpus: ergo omnia in ipsa sunt aliquo modo ordinata: ergo cum finis potestatis temporalis dependeat à fine potestatis spiritualis & finis potestatis spiritualis sit perfectior, sequitur quod temporalis subijcitur spirituali, ad modum expositum.

SEPTIMA conclusio est, in ecclesia est aliqua potestas & authoritas temporalis in toto orbe. Hæc probatur ex cap. omnes. d. 22. ubi Nicolaus Papa inquit, CHRISTVS beato Petro vitæ æternæ clauigero, terreni simul & cælestis imperij iura comisit: ubi glossa dicit, argumentum quod Papa habet vtrumque gladium, spirituales. s. & temporales. Secundo citatur. 63. d. cap. tibi dominus, & cap. nos sanctorum, & cap. iuratos. Tertio pro nobis est expressa definitio diui Bernardi ad Eugenium, ubi nihil tribuit assentioni & gratiæ pontificum, sed potius reprimit ambitionem illius Romanæ sedis. Et ratione probatur, necessarium fuit ad comodam administrationem ecclesiæ ad finem spirituales, ut in ecclesia esset potestas temporalis: ergo est ponenda potestas temporalis aliqua & aliquo modo, ut diximus, in ecclesia Dei.

OCTAVA conclusio est, in ordine ad finem spirituales Papa habet amplissimam potestatem temporalem super omnes principes & reges & supra imperatores. Hæc probatur, quia temporalia aliquo modo sunt necessaria & ordinata ad finem spirituales: ergo CHRISTVS non satis prouidisset & causisset rebus spiritualibus si non reliquisset aliquam potestatem, ad quam spectaret ordinare temporalia, & eis uti quando opus esset ad finem spirituales: sed hoc non spectat ad officium principum secularium qui ignorant proportionem rerum temporalium ad spiritualia, nec habent curam rerum spiritualium immediate & ex proprio officio: ergo hæc cura utendi temporalibus in ordine ad spiritualia, est potestatis ecclesiæ: ergo si necessarium sit ad conseruationem aut administrationem rerum spiritualium, aliquando uti temporalibus, & laico & materiali gladio, & tem-

Septima conclusio

Octava conclusio

Secunda. 4. quest. 20. art. 4.

& temporali autoritate poterit papa illud facere.

Dubium

DUBIUM tamen est, an hæc potestas temporalis in summo pontifice intelligatur solum mediante potestate & gladio spirituali, an immediate papa possit exercere temporalis potestatis actus: exempli gratia, si pro defensione fidei necesse est, ut Hispani proficiantur ad bellum aduersus sarracenos, an papa possit solum censuris & præceptis cogere regem Hispanorum ut indicat sarracenis bellum: vel an possit ipsemet propria autoritate indicare illud bellum & vocare Hispanos in bellum, & quod Hispani teneantur eum sequi, sicut ipsum regem sequi sui subditi tenentur. Et ut sit exemplum familiarius, si Imperator constituit legem, ut possessor etiam malæ fidei præscriberet, & supponamus quod lex non est ita iniqua de se quin haberet vim legis nisi esset reuocata, nihilominus quia est occasio iniuriarum & rapinarum, & plus mali affert quam boni, expedit ut tollatur & antiquetur: dubium tunc est an papa possit sua autoritate immediate reuocare prædictam legem & contrariam collere, vel an solum possit præcipere imperatori & cogere ut reuocet & tollat: Ad hoc dico prius quod papa non potest reuocare immediate illam legem, quia hoc spectat ad finem civilem, & papa nec debet nec potest sibi usurpare potestatem civilem, nisi immediate aduersetur ecclesiasticæ potestati aut eius finibus. n. faceret iniuriam principibus si officium eorum occuparet: deinde si solum per hoc quod est conueniens ad finem spirituale aliquis actus potestatis civilis, posset papa illud exercere cum tota administratio temporalis sit necessaria ad finem spirituale, posset papa semper exercere totam potestatem civilem, & ita cessaret officium principum: non ergo sufficit ut aliquid sit necessarium ad finem spirituale ad hoc quod spectet ad papam sed oportet quod papa debet uti potestate spirituali, ne per se hoc illud reuocari, quod si nolit princeps secularis, tunc poterit ipse summus pontifex & debet propria autoritate reuocare prædictam legem, & erit reuocata. Et idem dicendum est si populus Christianus eligeret principem infidelē, de quo merito timeretur quod populū subuerteret, & ad paganismū adduceret, nihilominus ille electus esset verus princeps manendo in solo iure diuino: sed summus pontifex tunc posset & deberet præcipere populo ut tollat talē principem, quod si nolle populus aut non posset, tunc papa propria autoritate posset eum tollere: & qui prius erat verus princeps, autoritate papæ perderet principatum: & ita dicendum est in alijs negocijs temporalibus: ratio horum est, quia respublica spiritualis debet esse perfecta sicut & temporalis, & sibi sufficiens. Sed respublica temporalis hoc iuris

habet, ut si aliter non possit se indēne, & incolumē, posset exercere iurisdictionē in aliena prouincia. Si. n. Hispani non possunt aliter se defendere ab iniurijs Gallorū, possent occupare ciuitates eorū, & constitutare eis nouos principes, & dominos, & nocētes punire, & alia ad suam defensionē necessaria propria autoritate facere, ac si essent ipsi Hispani veri domini: ut cōfiteri debet omnes doctores: igitur eodē modo si potestas spiritualis non potest seruare incolumē suā respublicā, poterit sua autoritate omnia facere ad illū finem necessaria, aliās potestas esset manca & non sufficienter ad suum finem institutam.

Sed hæsitabis si papa non habet potestatem temporalem ordinariam, sed solum in certis casibus necessitatibus: igitur papa diceret aliquam legem civilem aut aliquam administrationem temporalem, non esse conueniēte nec expedire gubernationi respublicæ & iuberet eam moueri, rex autē diceret cōtrariū, cuius sententiæ statū esset papæ an regis? Respondebimus scholastico stilo aliquibus positionibus, quarum prior est: Si papa diceret talē legem vel talē gubernationē non expedire gubernationi temporalis respublicæ, statū est, si res est dubia, sententiæ regis, & in illo potius parēdū est regi quam papæ: Ratio est in prædicto, quia hoc iudicium non spectat ad summum pontificem, sed potius ad regem, cum de re temporalis nihil ad papam, & quamuis sit verū quod papa dicit, non est ipse iudex illius causæ sic immediate, ut diximus, sed mediate postquam fuerit certū illud quod papa dixit, & præcepit regi quod tollat talē administrationem quæ est causa peccatorum aut alicuius alterius mali in republica.

SECUNDA positio. Si papa dicat talē administrationē cadere in detrimentū salutis spiritualis, nempe quod talis lex seruari non potest sine peccato mortali, aut quod sit cōtrarius diuinū ritandū tunc, si res sit dubia, est sententiæ pontificis relicto rege: Probat, quia rex non debet iudicare de spiritualibus rebus quales hæc prædictæ sunt, nisi forte pontifex manifeste erraret vel faceret in fraudem regis vel temporalis potestatis, quia summus pontifex debet habere rationē temporalis administrationis, iudicando etiam de spiritualibus: & ne quidquid primo aspectu videtur conducere ad promouendam religionē, statim discernere, sine ratione & respectu rerū temporalium: non tenentur nec principes nec populi ad optimam rationem vitæ Christianæ, nec ad hoc compelli possunt, sed solum sunt compellendi ad seruandam legem Christianorum, & euangelium intra certos limites. Et confirmatur hoc, quia cum sint in vna ecclesia, à Christo duæ reliquæ potestates distinctæ, ad cōseruationem & incrementum bonorū tam temporalium quam spiritualium: & cum possint non

Dubium

Prima conclusio

Secunda conclusio

Secunda. 4. quest. 20. art. 4. fo. 304.

raro oriri dubia & controuersia inter vtranque potestatem, non sufficienter esset ecclesiæ prouisum nisi esset aliquod iudicium, ubi huiusmodi dubia terminarentur & finaliter absoluerentur, alias tanquam regnum diuisum desolaretur ecclesia Luce. 11. Matth. 12. & non est rationale dicere quod hoc spectet ad reges vel principes seculares, qui de spiritualibus recte iudicare non possunt: ergo hoc attinet ad principes ecclesiasticos.

DEINDE quantumcumque interueniat detrimentum in administratione temporalium, si aliquid est necessarium ad vitam spiritualem subditorum, pro illo postponenda sunt temporalia, & ideo cum cognitio rerum spiritualium spectet ad ecclesiasticos prælatos, etiam iudicium de comparatione temporalium ad spiritualia ad eos spectat. Et in hac sententia est Bonifacius. 8. in extrauaganti. Vnam sanctam, ubi sic ait, duos esse gladios, spirituales scilicet & temporales, euangelicis dictis instruimur: nam dicentibus apostolis, ecce duo gladij hic &c. Et subiungit, non est potestas nisi à Deo, quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt: non essent autem ordinata, nisi vnus gladius esset sub alio gladio, & vnus tanquam inferior reeducatur in alium per ipsam supremam potestatem: quod etiam fatetur Innocentius. 3. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Sed contra aliqua ex prædictis possunt cōfici argumenta, quibus moti sunt aliqui doctores ad sentiendam contrarium, Et prius argumentor hoc modo, contra tres priores propositiones quibus asseribamus Papam non esse orbis dominum, CHRISTVS redemptor noster fuit dominus orbis etiam secundum humanitatem, sed Papa est vicarius Christi: ergo Papa est verus dominus orbis, & ita habet omnimodam potestatem supra omnes principes, & supra omnem potestatem temporalem: antecedens patet, quia ipse est rex regum & dominus dominantium, Apocalipsis. 18. & ipse de se dicit, data est mihi omnis potestas in cælo & in terra Mat. 28. & de ipso habetur psalmo. 21. quod dominabitur gentibus, & psalmo. 46. & 102. quod regnabit super gentes. Minor autem propatur, tum quia absolute dictum est Petro, pasce oues meas, Ioannis ultimo: ergo habet autoritatem ascendendi sine limitatione sicut CHRISTVS in spiritualibus & temporalibus.

SECUNDO apostolis dictum est Ioannis. 20. sicut misit me pater & ego mitto vos: sed ipse redemptor missus est cum vtraque potestate: ergo etiam in ecclesia manet vtraque potestas.

TERTIO videtur, quod CHRISTVS fecit se regem: quia huius fuit accusatus, nec videtur ipse negasse, Luce. 23. & Ioannis. 19.

& Matth. 26. quando dixit Caiaphæ, tu dicis quia rex sum ego &c. ergo CHRISTVS fuit rex orbis totius: ergo etiam Papa vicarius eius.

AD hæc omnia non est difficile respondere, Et ad primum dico, quod hæc consequentia est nulla, CHRISTVS habuit potestatem temporalem & fuit orbis dominus, ergo eandem potestatem reliquit ecclesiæ: sicut omnes doctores consentunt quod in Christo fuit potestas excellentiæ quam non reliquit in ecclesia: vnde non est potestas in ecclesia instituenti noua sacramenta, nec mutandi aut destituendi iam condita, nec remittendi peccata mortalia quo ad culpam sine sacramento: quæ tamen potestas fuit in Christo, igitur quamuis concedatur quod CHRISTVS habuit dominium totius orbis, quia expediebat quod ipse haberet, tum propter autoritatem personæ, tum quia erat renouaturus orbem, & quia ipse non poterat abuti potestate, non autem expediebat, ut eam potestatem reliquerit in ecclesia qua possent pontifices male uti ad perniciem ipsius ecclesiæ: veluti doctores alterius sententiæ fatentur non expedire quod Papa exerceat illam potestatem, quid igitur opus erat hac metaphisica potestate quam nunquam ecclesia esset in usu habitura? Secundo dico, quod CHRISTVS non fuit rex successione hæreditaria: Probat, hoc, quia de hoc regno temporalis Christi nihil habemus in euangelio, & videtur quod femina non posset peruenire ad regnum: vnde nec CHRISTVS qui successione hæreditaria non poterat succedere in regno nisi per matrem. Tertio dico, quod videtur Christum non habuisse dominium temporale etiam dono Dei, sine laico, veluti principes habent, sed regnum ipsius fuit alterius rationis. Hæc probantur, quia vbiq; in scripturis sacris fit mentio de regno Messie, semper significatur esse alterius generis, & ad alium finem quam sit regnum temporale: hoc constat psalmo. 2. constitutus (sunt rex ab eo super Sion montem sanctum eius. prædicans præceptum eius: quem locum ipse dignatus est exponere, Ioannis. 18. dicens, regnum meum non est de hoc mundo, ego in hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati: quod idem est ac dicere prædicans præceptum eius: in quo loco in sensu literalis videtur exclusisse omnem opinionem de regno temporalis: cum enim Pilatus interrogasset, tu es rex Iudæorum? Respondit dominus, à temetipso hoc dicis an alij tibi dixerunt de me? quæ verba ostendunt quod CHRISTVS negabat se esse regem temporalem sine laico: nam Pilatus legis ignarus & religionis, non poterat intelligere aliud regnum nisi temporale, quæ

le prin

Le principes seculi habent: atq; adeo si hoc a se diceret an. f. CHRISTVS esset rex: non poterat intelligere nisi de regno temporali, & si de alio regno intelligeret oporteret dominum aliter respondere quam respondit. Si autem hoc dicebat ex criminatione Iudæorum, qui aiebant eum regem se facere alter erat respondendum: & ita postquam Pilatus dixit, gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, dominus voluit eum admonere ne deciperetur calumnijs iudeorum, sed intelligeret quod regnum, de quo Iudæos male verberabat Christum se regem facere, non esset tale regnum quale Pilatus poterat intelligere, sed esse regnum Messie quod non erat regnum de hoc mundo. i. non erat eiudem rationis nec ad eum finem ad quem alia regna ordinantur, sed ad veritatis prædicationem: quasi diceret Pilate noli falli, quia regnum meum se cuius affectione Iudæi me accusant non est tale qualia sunt vestra regnata que non negat crimen obiectum si sane & vere intelligatur: & Iudæi nunquam eum accusauerunt de alio regno nisi de regno Messie: sic enim dicebant Luce. 23. hunc inuenimus subvertentem gentem nostram, prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Verum tamē est quod Iudæi putabant regnum Messie esse regnum temporale: cuius sententiæ videntur esse etiā illi qui ei tribuunt hæreditario iure regnum Iudæorum, quod tamen CHRISTVS aperte negavit: igitur regnum Christi in toto orbe nõ fuit ex aliquo principio humano, nempe iure paterno, aut electione, aut alio simili titulo, nec ad aliquem finem temporalem: sed fuit rex orbis totius titulo redemptionis: sicut apostolus dixit, factus est obediens usq; ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genua flectantur, cælestium, terrestrium & infernorum, ad Phil. 2. atq; etiam ad finem redemptionis, qui finis est spiritualis: Ad quem finem habuit CHRISTVS plenissimam potestatem, etiam in temporalibus, & potuit mutare omnia regna mundi & novos principes instituere, & alios in ordinem redigere, & priuare, & tandem omnia facere quæ ad finem redemptionis, propter quem in orbem venerat, opus essent. Quam etiam potestatem in casu non negamus ecclesiæ, nempe si omnes Christiani vellent principes paganos eligere, Papa posset impedire & principes Christianos præferre regnis: quod etiam confirmatur per illud, non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum, Ioannis. 3. & alibi, quis me constituit iudicem super vos? nepe Luce. 12. Nec ad hoc confirmandū deest ratio, quia CHRIS-

TVS seruator nunquam fuit vsus illa potestate laica: & temporalis, sine laico: ergo superuacanea ibi esset postquam non erat ad actum perducenda. Nec obstat si dicas quod CHRISTVS non fuit vsus prædicta temporali potestate propter suam maximam dignitatem & perfectionem, ob quam res omnes temporales tanquā stercorea arbitratus est, vt de ipso ait Paulus ad Phi. 3. quia CHRISTVS verbo docuit continere non solum vsus sed proprietatem rerum temporalium: ergo non habuit ipse prædictam potestatem. Argumentatur etiam ex illo Luce. 22. ecce duo gladij hic, quem locum accurate interpretatur Caiet. in tentaculis suis: & Bonifacius intelligit de gladio spirituali & temporali. sicut etiam D. Bernardus ad Eugenium. Præterea Zacharias Papa deposuit a regno regem Francorum Christianum, & prescit in regno Pipinū patrem Caroli Magni, vt testatur Gelasius. 13. q. 6. cap. alius.

QUARTO Stephanus Papa transtulit imperium a Græcis ad Germanos, tempore Constantini Imperatoris, & instituit primum Imperatorem Carolum cognomento Magnū, vt testis est Innocentius. 3. in cap. venerabile, de electione li. 6. & cap. habet, de foro competentis: & clemētina pastoralis, de sententiæ & re iudi. Et Innocentius. 4. interdixit Regi Portugaliæ regni administrationem, vt habetur cap. grandi, de supplenda negligentia prælatorum li. 6. Ad hæc omnia dicendū est, quod solum probant quod a nobis assertum est, nempe quod quādo opus est ad spiritualem finem, omnia prædicta potest summus pontifex, nõ autem sine laico.

QUINTO rursus arguo in huc modum: Ad ecclesiasticam potestatem spectat cognoscere de omni peccato mortali, vel ad minus deuoluitur iudicium de omni peccato mortali ad eam per v. am correptionis fraternæ, Mat. 18. cum in omni causa quantumcumq; secularis altera pars facit iniuriam: ergo ecclesiæ poterit iudicare de illa. vnde poterit omnem controuersiam cognoscere, etiam secularem, quæ ad civilem potestatem spectat. Ad hoc dico prius, quod in iure civili idē causam talem cognoscere non est potestatis ecclesiasticæ, sed oportet quod in suo foro terminetur, nempe civili: postquam autem illic terminata est si pars altera nollet obedire, tunc ratione peccati potest recursum haberi ad ecclesiā, nõ aut prius. Secundo dico, quod ille processus quæ tales causæ deuoluuntur ad iudicium ecclesiasticum est solum ad finem correptionis fraternæ, & non ad satisfaciendum parti lesæ: & ideo iudicium illud potestatis ecclesiasticæ non est temporale sed spirituale: nec etiam illo iudicio debet aut potest Papa vti in fraudem iurisdictionis civilis.

ET

ET ad illud de duobus gladijs manifestum est, quod in sensu literali nihil habetur contra nostram sententiam: sed cum Christus ostendisset eos, nempe, discipulos habituros contradictionem, & necessarium esse habere defensionem, ipsi errantes dixerūt, ecce duo gladij hic: Et ita bene notat Ioannes de Turrecremata, lib. 2. suæ summæ Ecclesiæ, cap. 113. & cap. 115.

SEXTO, potest fieri argumentum, quia pontifices distribuunt provincias infidelium, vt constat ex insulis & terris nuper inuentis ab Hispanis: Nihilominus est error Oram in dialogis, li. 6. cap. 8. & in fine dialogi: & Iersonis, lect. 4. de vita spirituali, nempe quod Papa non potest punire omnia peccata sententia excommunicationis, nempe illa quæ sunt contra legem naturæ, sed solum ea quæ sunt contra fidem & sacramenta. Hæc nāq; sententia est contra Paulum. 1. ad Cor. 5. qui excommunicauit incestuosum. Ad sextum autem argumentum dicendum, vt iam diximus, illud esse verum in casu propter finem spiritualem, ne sint dissensiones inter principes Christianos, non autem alias.

Dubiū.

Hæsitabis merito an clerici sint exempti à potestate civili? ad quod Ioannes de Turrecremata, & Ioan. 22. in suis condemnationibus contra Marsilium de Panda, multa dicunt, sed nos scholastico stilo respondebimus aliquibus propositionibus, quarū prior est: Clerici sunt exempti & liberi à potestate civili, ita quod non possunt conueniri apud iudicem secularem, in causis civilibus criminalibus. 11. q. 1. & in varijs locis, quæ omitto eo quia manifesta sunt. Et oppositum est condemnatum in concilio Constantiensi, inter articulos Ioannis Vviciet, & Ioannis Hus.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio est, non omnis exemptio clericorum etiam qua gaudent hodie in lege Evangelica est de iure diuino, probatur, quia non habetur in iure diuino, ergo non est tali lege sancita huiusmodi exemptio: antecedens probatur, quia duo testi monia quæ ad hoc probandum adduci solent, non satis hæc ostendunt exemptionem: Primus horum locorū habetur Mat. 17. vbi cum exactores tributū exegisset didrachma à Christo, respondit redemptor & dixit Petro: Reges gentium à quibus accipiunt tributum vel censum, à filijs suis an ab alienis? cui Petrus, ab alienis: Et rursus Iesus ait, ergo liberi sunt filij: vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum, & eum piscem qui primus atcederit tolle, & apertore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro te & pro me: Ex quo loco arguunt sic qui aduersam sententiam tuentur, quia in prædicto loco Christus significauit aliquot

hominum genus non esse obnoxium principibus, sed esse liberum & exemptum a laica potestate: At non videtur posse intelligi alius ordo hominum præter ordinem Ecclesiasticorum, & Christus & Apostoli sui erant Ecclesiastici, ergo clerici vel Ecclesiastici sunt liberi assumptum probatur, quia ecclesiasticis exceptis, omnes alij sunt subiecti tributis: ergo prædictus locus necessario intelligitur de Ecclesiasticis. Hoc non obstat respondetur ad prædictum locum, ex S. Th. & Bonauentura, in fine. 2. sentent. d. vltima. q. vlti. art. 2. ad primum: quod in prædicto loco dominus loquebatur de se & de discipulis suis, qui non erant seruilis conditionis, nec habebant res temporales de quibus dominis suis obligarentur ad tributa soluenda: vnde non sequitur, quod omnis Christianus sit particeps huius libertatis, sed solum illi qui Apostolicam vitam sequentes non sunt seruilis conditionis: & forte quod Christus solum voluit eximere à tributis, eos qui non habebant humanas facultates & temporales: clerici autem habent temporales substantias, ideo iure diuino non sunt exempti à tributis. Hæc Bonauentura: Et San. Tho. in. 2. sentent. vbi supra: & idem confirmat S. Tho. in prædicto loco super Mat. vbi ad supradicta addit, quod videtur dominus in prædicto loco velle innuere, quod ipse non tenetur soluere cæsum cum sit Rex, ipse enim est Rex Regum & dominus dominantium: sed est differentia inter tributum & censum, quia tributum est illud quod soluitur pro persona in signum subiectionis: Christus autem nõ erat subiectus cum esset Rex, ad quod sufficiebat regnum Messie, etiam si non esset Rex regno seculari. Messias enim, quoad personam saltem exemptus erat à potestate principum. Erat etiam Christus de stirpe Regum, quia filius Dauid: Vnde illud videbatur satis ad exemptionem: si enim pater est exemptus, etiam filius: ergo si maiores Christi qua homo, fuerunt exempti, etiam Christus erat exemptus adhuc iure gentium. Secundo & melius dico, quod Deus est rex totius orbis, & ex consequenti filij naturales Dei sunt exempti, etiam iure gentium: & ideo quia Christus erat liber, humanitas non tollebat libertatem, & forte quod Christus in prædicto loco voluit significare se esse Dei filium

SECUNDUS locus qui ab his qui oppositum nostræ sententiæ dicunt, solet afferri, habetur psal. 104. qui sic habet: Nolite tangere Christos meos: ex quo loco colligunt, quod cū clerici sint Christi domini, cum sint vncti & consecrati domino, quod non licet eos tangere. i. non licet eos iudicare: at ille locus nõ iuuat causam clericorum, nam aut illud testi-

monium

monium nihil est de clericis, aut solum in sensu allegorico, unde non sumitur efficax argumentum. Et Aug. in proprio loco exponit illum locum de Abrahamo, & alijs patribus antiquis, ita quod dicit propheta in persona Dei ad reges & principes, nolite tangere. i. nolite nocere, Christos meos. i. sanctos patres & electos. Secundo principaliter arguitur pro nostra conclusione secunda: clerici sunt exempti a tributis, non iure diuino, sed privilegio principum, quod expresse dicit S. Th. super illa verba Pauli ad Ro. 13. ideo enim tributa praestatis. Et addit hanc exemptionem habere aequitatem quandam, non autem necessitatem, quia iustum & aequum est, quod illi qui intendunt communi bono spirituali eximantur a tributis temporalibus. Et hoc nempe, quod clerici sunt exempti a tributis temporalibus privilegio principum, & non iure diuino, praeter S. Thom. dicit Metinensis, cod. de contract. q. 15. Almaym, de potestate ecclesiae, cap. 8. Ioan. Eccius in enchiridi, cap. 23. concilium Colonienfe, titulo de constitutionibus ecclesiasticis, cap. 20. & probatur, quia in eodem loco absolute Paulus praecipit tributa pendi, nullis exceptis, nec vlla facta mentione de clericis, aut alio hominum genere: ergo illa exemptio a tributis non est de iure diuino: Temerarium enim est ex generali canone scripturae, excipere etiam generalem aliquam exceptionem, quae nunquam in scriptura inuenitur. Cum igitur ad Ro. 13. sit canon generalis, quod omnes soluant tributa principibus, temerarium est excipere omnes clericos, postquam in scriptura sacra nusquam excipiuntur: quare praedictis doctoribus subscribo clericos non esse a tributis exemptos iure diuino, sed principum privilegio, quod rursus sic confirmo: qui sentit commedum sentire debet onus: at clerici in republica sentiunt commedum in multis alijs, & in hoc quod habent multa bona temporalia: ergo iustum erat etiam quod sentiant onus soluendo tributa, ut sic iuent reliquum populum.

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio est, aliqua exemptio clericorum a potestate saeculari est de iure diuino. Haec probatur, in causis pure ecclesiasticis, clerici non subijciuntur potestati civili de iure diuino: ergo aliqua exemptio clericorum a laica potestate est de iure diuino: antecedens patet ex dictis: quia potestas ecclesiastica est distincta a civili, nec ab ea dependet, & principes saeculares non possunt iudicare causas spirituales: ergo quoad illas causas clerici sunt omnino exempti. Praeterea, tota potestas principum saecularium est a communitate: at respublica non habet aliquam potestatem spiritualem, ut inferius ostendemus: ergo nec principes saeculares habent aliquam

ecclesiasticam potestatem. Deinde Apostoli exercebant totam administrationem ecclesiae sine respectu, nec autoritate principum saecularium, & sic semper sancti omnes pontifices fecerunt etiam post Christianitatem principum saecularium: ergo ecclesia habet omnimodam potestatem in rebus ecclesiasticis, & non subijciuntur principibus. Facit ad hoc quod D. Petrus absolute sine respectu ad principes, interfecit Ananiam & Saphiram, in causa spirituali: ut habetur Act. 5. Et oppositum, nempe, quod potestas spiritualis dependeat a civili, est damnatum contra Marsilium de Panda. Ex quibus sequitur, quod si principes circa administrationem rerum ecclesiasticarum aliquid habent, ut eligere vel praesentare Episcopos, aut alias personas ad alias ecclesiasticas dignitates, aut sacerdotia, totum hoc habent privilegio ecclesiae, & non ratione sua potestatis. Unde Caieta concedit in li. de potestate Papae cap. 27. quod etiam circa administrationem ecclesiasticam possunt principes resistere summo pontifici, si manifeste dilapidaret ecclesiam: ut si provideat beneficia ecclesiastica simoniace, non debet princeps concedere possessionem illis simoniacis, quia esset cooperari simoniacis. Et confirmatur hoc rursus ex cap. quinquagesimo, de censibus: ubi dicitur, quod personae ecclesiasticae non solum iure humano, sed diuino sunt exemptae a saecularibus potestatibus. Et cap. si Imperator, 96. d. dicitur, quod Deus voluit non a legibus publicis, nec a potestatibus saeculi, sed a pontificibus & sacerdotibus ordinari ecclesiasticos & iudicari. Est etiam pro nobis, quia Ioan. 21. Petro dictum est, pasce oves meas: Si ergo principes saeculares haberent iudicare ecclesiasticas causas, vel illam potestatem haberent ex aequo cum summo pontifice, vel non: primum dici non potest, quia esset magna confusio in republica, cum essent tunc multa capita, intollerabile monstrum esset in ecclesia illo dato: nec habent principes praedictam potestatem supra Papam, quia Papa habuit illam a Deo immediate: Ergo si principes habeant praedictam spiritualem potestatem, non possunt eam habere nisi sub Petro & suis successoribus: quod etiam confirmatur ex verbis & facto Magni Constantini, quod habetur in concilio Niceno, & refertur a Rufino, li. 10. ecclesiasticae historiae, qui, cum Episcopi qui conuenerant ad sinodum Nicenam, obtulissent ei libellos ubi continebantur causae quare lae aliorum aduersus alios, conuocatis illis omnibus dixit: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem dedit vobis nos iudicandi, & ideo nos a vobis recte iudicamur, vos autem a nobis seu ab hominibus iudicari non potestis. Haec Imperator ille inuictissimus: Et quidem ut verisimile

est non ex suo sensu expressa, sed a viris spiritualibus, & sapientibus instructus, haec videtur dixisse: ubi vides, expresse consistitur non posse clericos iudicari ab hominibus: et ergo principes non possunt iudicare clericos, maxime in causis spiritualibus, & si in praedictis causis aliquid iuris habent, est ab ecclesia ut diximus.

Quarta conclusio.

QUARTA conclusio est, Clerici non sunt exempti a potestate civili quoad omnia, nec iure diuino nec humano: quia clerici tenentur obedire legibus civilibus, in his quae spectant ad gubernationem temporalem ciuitatis, & non impediunt administrationem ecclesiasticam, & peccant facientes contra legem: ergo non sunt exempti omnino ab ipsa lege civili: consequentia est nota. nam si essent omnino exempti, non plus tenerentur ad leges ciuitatis quam si essent alterius reipublicae. Antecedens probatur: quia clerici praeter hoc quod sunt ministri ecclesiae, sunt ciues ipsius ciuitatis: ergo tenentur viuere aliquibus legibus civilibus non latis a Papa, quia Papa non potest condere leges civiles ex officio aut potestate ordinaria, ut supra probatum est: Ergo clerici tenentur viuere legibus civilibus latis ab Imperatore, aut principe laico. Praeterea, Rex non est princeps solum laicorum, sed etiam ecclesiasticorum: ergo clerici aliquo modo subijciuntur principibus, ut in exemptionibus & venditionibus clerici tenentur emere & vendere secundum dispositionem legum civilium, & a iura quae leges disponunt, quae non sunt contra iuratum & decenciam clericorum. Rursus, clerici quoad temporalia non administrant a potestate ecclesiastica, ut dictum est: ergo habent principem cui tenentur parere in temporalibus.

Quinta conclusio.

QUINTA conclusio est, quamuis personae ecclesiasticae non essent exemptae iure diuino aut Caesareo, summus pontifex potuit eas eximere a potestate civili probatur, quia hoc est necessarium, vel conuenientissimum ad administrationem spiritualem, & respublica ecclesiastica est perfecta & sibi sufficiens: ergo in ea est potestas ad leges ferendas conuenientes administrationi ecclesiasticae: ergo si exemptio clericorum est conueniens aut necessaria ipsi spirituali administrationi, poterit leges ferre de tali exemptione. Quod autem praedicta exemptio sit necessaria, probatur, quia si ministri ecclesiae possunt trahi ad iudicium saeculare, possent euocari a ministerio ecclesiae, & non possent commode suo vacare spirituali officio. Nemo enim militas Deo, implicat se negotijs saecularibus: unde si implicarentur iudicijs saecularibus ministri ecclesiae, Deo militare non possent. Deinde Papa posset propria autoritate deligere ministros ecclesiasticos, non obstant quod

potestas civilis contradiceret: ergo eadem ratione potest etiam subtrahere eosdem ministros a saeculari iudicio. Postremo, cum pro causis ecclesiasticis, ut dictum est, nec possunt conueniri ministri ecclesiae, nec potest appellari nisi in ecclesiae iudicio: si clerici simul vocari possunt ad iudicium saeculare, essent perplexi, & non possent satisfacere vtrique iudicio. Nec aliquo modo consentaneum est, ut ecclesiastici qui sunt pastores ipsorum etiam saecularium iudicium, vexarentur iudicijs a suis subditis.

Sexta conclusio.

SEXTA conclusio, exemptio clericorum maxime quoad personas, ita quod nec iudicari nec puniri a saeculari potestate possent, est apprimae consentanea & consona diuino ac naturali iuri. Haec propositio prius probatur ex illo iudicio Magni Constantini, superius a me citato, quod sic habet: Vos autem, nempe episcopi & ecclesiastici, non potestis ab hominibus iudicari, propter quod Dei solius expectate iudicium, & vestra iurgia quaecumque, sunt ad diuinum referentur examen: vos enim nobis a Deo dicti estis dii, conueniens non est ut homo iudicet Deos. Pro nobis etiam est factum Ioseph Gen. 47. quando in Aegypto in seruitutem redegit terram laicorum, & liberam reliquit terram sacerdotum. Praeterea ecclesiastica & civilis sunt distinctae potestates & respublicae: ergo de se oportet quod habeant proprios ministros qui non habeant seruire alijs praepositis, nec ab illis occupari possint. Et dato opposito sequeretur hoc absolum, quod praetor causam suam diceret coram Episcopo, & Episcopus ad eandem responderet coram praetore, unde graue oriretur scandalum: quae etiam ratione Apostolus prohibet, ne apud Ethnicos, fideles agant suas causas. i. ad Cor. 6. Audet ne aliquis habens aliquid negotij iudicari apud iniquos & non apud sanctos: manifestum est, apertum esse scandalum si praedicatores fidei haberent causas coram rege pagano: ergo &c.

Septima conclusio.

SEPTIMA conclusio, siue exemptio clericorum sit de iure diuino siue non, non tamen potest a principe saeculari tolli aut impediri talis libertas vel exemptio. Haec constat ex quinta propositione, quia postquam hoc expedit administrationi rerum ecclesiasticarum, Papa potuit eximere ministros ecclesiae, etiam sine autoritate principum. Secundo, potestas principum est tota a republica: at tota respublica Christiana iam consentit in hanc libertatem ecclesiasticorum, ergo principes non possent illam auferre.

Octava conclusio.

OCTAVA conclusio, Si libertas clericorum esset in manifestam perniciem reipublicae, ita ut ecclesiastici impune debacharentur in sedem laicorum, & pontifices nollent adhibere

bere remedium, possent principes consulere suis ciuibus, non obstante privilegio clericorum. Probatur, quia ut supra dictum est, respublica civilis est perfecta & sibi sufficiens: ergo potest se defendere & servare indemnem ab iniuria cuiuscunq., propria auctoritate, & super hoc leges ferre convenientes. Accedit etiā quod possunt principes servare proprias respublicas ab iniuria aliorum regnorum & dominorū, non solum per modū defensionis, sed auctoritative, ut supra a nobis ostensū fuit: ergo etiā ab iniurijs clericorū. **NONA conclusio.** Prætores & omnes magistratus citra principē graviter errāt & peccant, iudicia exercentes contra clericorum privilegia quāvis perniciosorū, & etiā criminosos ab ecclesia extrahentes vi, citra casu iure permisso. Probatur hæc conclusio, quia non sunt clerici & loca sacra subdita laicis iudicibus, nec iudices laici habent potestatem in ipsos clericos, & stantibus legibus non licet eis agere contra leges, & ipsi non habent potestatem vel tollendi legē, vel dispensandi in lege, sed solum principes. Et Ioānes 22. in extrauagantibus suis, damnauit errores Marfilij de Pauda, & Ioannis de Iaduno, inter quos vnus erat q̄ Christus in Evangelio Mat. 17. soluit tributum: Et hoc (aiebant hi errantes) fuit non liberalitate & condescensione, sed necessitate coactus. Secundus eorum error erat, quod ad Imperatorem spectat corrigere Papam & instituere. Tertius error erat, quod si vnus sacerdos habet maiorem auctoritatem quā alius, hoc habet ab Imperatore, & ut Imperator dedit pontifici illam auctoritatē, posset amouere. Quartus error erat, quod nec Papa nec tota ecclesia posset punire quemcunq., hominē coactiue, nisi Imperator dedisset. Caieta. in opusc. de potestate Papæ, cap. 27. dicit: quāuis quilibet posset licite occidere Papam inuasorē se defendendo: tamen nulli licet Papam propter homicidiū punire pœna mortis, & credo q̄ intelligit de iure diuino, alias nihil diceret. Post hæc autē quę diximus de quidditate potestatis ecclesiasticæ: Et est dubiū primum, An potestas ecclesiastica sit per se in tota ecclesia immediate? distinguendo vniuersalem ecclesiā a singularibus personis, eo modo quo concedunt, tunc philosophi, tunc theologi: Et verum est, q̄ civilis potestas est immediate in tota republica, & quidem potestatem videri pars affirmatiua, nempe potestatem ecclesiasticam esse immediate in tota republica ecclesiastica, ex illo quod exempli gratia attulimus: quia potestas secularis est in tota republica, & ab illa deriuatur in magistratus, & alias potestates, & ordo gratiæ nō tollit naturæ ordinem: ergo eadem ratione videtur, quod po-

Nona conclusio.

De subiecto potestatis ecclesiasticæ.

testas ecclesiastica sit in tota vniuersali ecclesia, quæ nihil aliud est quā quædā Christianorum respublica: Et confirmatur, quia vterq; princeps est propter bonū reipublicæ: ergo si propter bonum reipublicæ, & in bonū reipublicæ constituta est potestas spiritualis, videtur q̄ prius & immediatius debet esse in republica. Secundo, conciliū semper dicit in suis decretis, vniuersalem ecclesiam representans. Tertio, in concilio recte congregato est immediate potestas ecclesiastica, ut in præsentia suppono, probatur tamen postea. Sed conciliū non videtur vendicare sibi illā potestatem, nisi in quantum gerit personā & vices totius ecclesiæ vniuersalis. Secundo arguitur principaliter, quia ecclesia eligit summū pontificem, cum cardinales nō sua auctoritate, sed ecclesiæ, eligunt summū pontificē: ergo ecclesia habet summā potestatem: non enim posset dare quod non habet. Tertio arguitur ex illo Mat. 18. Si frater tuus non te audierit dic ecclesiæ, & si ecclesia non audierit, sit tibi tanquā Ethnicus & publicanus: quo loco data est potestas ecclesiæ. Ad soluendā tamen hanc quæstionē, oportet reuocare distinctionem illam dudū a nobis constitutā, quæ sic habet: Potestas ecclesiastica dupliciter accipitur. Prius large pro quacunq; auctoritate aut potestate per se ordinata, ad finem spiritualem, & ad diuinū cultum siue habeat aliquem effectum spiritualet & supernaturalem siue non: qualis fuit potestas omnis ecclesiastica, antequā darētur clauēs ecclesiæ a Christo seruatore, sicut totū sacerdotiū in le. naturæ aut scripturę. Secundo, accipitur potestas ecclesiastica pro potestate proprie spirituali, aperiendi. s. & claudendi regnū celorum, quę sola potestas vocatur clauis a Christo. Mat. 16. & 18. quæ sola habet propriē effectū spiritualet. His habitis sit pri. conclu. Potestas ecclesiastica primomodo sumpta, potest esse prius in tota ecclesia, probatur, quia quælibet respublica constituta est a Deo, ad Ro. 13, nō est potestas nisi a Deo, ergo &c. Præterea, ordinatio reipublicæ civilis, quę est a Deo sicut etiam ecclesiasticæ: nec fuit solum de iure naturali, ita quod non esset a Deo: Si ergo hoc fuit datum reipublicæ civilis, ut ab ea dependeat omnis potestas civilis, quare Deus hoc non dedisset ecclesiæ suæ dilectissimæ? Secundo colligitur ex dictis, quod sacerdotes gentiliū poterant leges & decreta facere de cultu sacrorum: hoc constat, quia habebant auctoritatem, vel lumine fidei, vel naturali, sine noua auctoritate superaddita, quæ ordinatur in finem supernaturale & spiritualet, & est capax diuini cultus: immo ad hoc tenetur prædicti sacerdotes præcepto iuris naturalis, ut superius ostendimus. Et huius defectus arguuntur gentiles ad Ro. 1. quia cum

Prima conclusio.

cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt: sed administratio huiusmodi cultus quæ ordinatur ad finem spiritualet (ut supra probatū est) non spectat ad potestatem civilem, sed ad aliud genus potestatis: ergo apud reipublicam residet huiusmodi potestas spiritualis. Ex his colligitur, quod in leg. naturæ respublica habuit auctoritatem constituendi sacerdotes & alios ministros diuini cultus: hoc sequitur ex conclu. nam si in republica erat huiusmodi potestas, poterat eam demandare & committere cui vellet: Et cum talis potestas iure naturæ non spectaret potius ad vnum ex ciuibus quā ad alium, non poterat aliter prouideri nisi reipublicæ auctoritate: signum autem huius est, quod in historijs siue fidelium siue gentiliū, in lege naturæ non legimus sacerdotes alio modo constitutos, quā vel populi suffragijs, sicut apud Romanos, vel apud reges, in quibus residet reipublicæ tota potestas. Si enim Melchisedech fuit Sem, filius primogenitū Noë, ut Hebræi putant, & hæc fuerit prærogatiua omnium primogenitorum, non est hoc credendum fuisse aliquo speciali præcepto, aut instituto diuino, sed ipsius Noë qui fuit princeps suorum, ordinatione: aut aliqua alia populorum aut nationum ordinatione vel constitutione (ut superius ostendimus) quia ea ætate nulla fuit potestas quæ indigeret peculiarī auctoritate diuina: & si Abel fuit sacerdos, hoc fuit ipsius Adæ primū parentis ordinatione, quæ etiam durare potuit vsque ad tempora Noë: Et Aug. dicit. 5. li. ad Orosium, & n. quod Abel obtulit sacrificium. **SECUNDA conclusio.** Tota potestas spiritualis quæ fuit in vet. leg. erat immediate, & solū in tribu Leuitica, nec alicui ex alia tribu licebat ministrare in templo: Hoc probatur Deut. 10. vbi post mortem Aaron, qui & ipse erat de tribu Leui, functus est sacerdotio Eleazar filius eius, & ex eo tēpore separata est tribus Leui, ut portaret arcam fœderis domini, & starent coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine eius, vsq; in præsentem diem: quamobrem non habuit Leui partem nec possessionem aliquā cum patribus suis, quia ipse dominū possessio eius est: Et Iosue. 13. Tribui autem Leui non dedit possessionem, sed sacerdotia, & victima domini Dei Israël, ipsa est eius hæreditas Et idē confirmat Pau. ad Hebræ. 7. cum ait: Leui qui decimas accepit, decimatus est in lumbis patris eius Abraham. Et iterum: Si ergo consummatio per sacerdotiū leuiticū erat, quid adhuc necessariū fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem? ex quo constat quod totum sacerdotium vet. leg. erat in tribu leuitica. Et rursus in eodem loco Paulus dicit: Manifestum est enim quod de Iuda ortus est do-

Secunda conclusio.

minus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus loquutus est Moyses: Et eadem est ratio de alijs tribubus, de quibus nihil loquutus est Moyses. **TERCIA conclusio.** Potestas secundo modo sumpta quę vere & proprie spiritualis est, qualis nunc est in ecclesia, quæ vocatur potestas ecclesiastica, nullo modo est immediate in tota ecclesia vniuersali, eo modo quo potestas civilis est in republica. Probatur conclusio: quia vel conuenit toti ecclesiæ iure naturali aut humano, aut diuino: sed nullo tali iure conuenit, ergo nō est in ipsa ecclesia immediate: Antecedens quo ad maiorem probatur, quia potestas ecclesiastica excedit ius humanum & naturale: tum ex parte finis, quia ordinatur in finem supernaturale: tum ex parte effectus, qui excedit omnem humanam facultatem, qualis est peccatorum remissio, collatio gratiæ, & eucharistiæ consecratio: relinquatur ergo, ut nec naturali nec humano iuri hæc potestas conuenire possit ecclesiæ vniuersali: quod autem non conueniat iure diuino probatur quia tota hæc potestas solum Christum habet authorem, dominum ac redemptorem, qui est caput omnis principatus & potestatis, ad Colo. 2. & ad Ephe. 4. & ad Hebræ. 7. & ad Colo. 2. dicitur, quod ipse dedit apostolos, prophetas, euangelistas, pastores, & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: Et ad Ephe. 4. dicitur, vnicuiq; vestrum data est gratia secundum mensurā donationis &c. Et Apoca. 3. solum habet dominare regno: Et apostolus ad Hebræ. 7. & 8. & 9. ostendit quod sacerdotium noui testamenti, est aliud a sacerdotio vet. leg. & quod sacerdotium ecclesiæ est secundum ordinem Melchisedech: est. n. translatum sacerdotium cum legis translatione, ut apostolus dicit: Sed Christus habuit sacerdotiū non ab ecclesia, sed a Deo, ut constat Ioan. 15. non vos me elegistis, sed ego elegi vos, Luc. 15. & psal. 2. ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius: Et Apostolus locis citatis hoc ipsum ostendit. Et ad Hebræ. 5. inquit. Sic & Christus nō s. metipsum clarificauit ut pontifex fieret: sed quia locutus a Deo, ubi meus es tu, ego hodie genui te: quemadmodum alio loco dicit: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et hoc dicit ad Hebræ. 7. Igitur dubitari non potest, quin tota potestas ecclesiastica sit a Christo, & quod ipse non habuerit eam ab ecclesia, sed ipse dedit alijs, iuxta illud Ioa. vicesimo. Sicut misit me pater, & ego misit vos: Quod autem ipse non dederit immediate, & primo ecclesiæ: sed certo, aut certis suppositis & personis, patet Mat. 16. vbi promittit Petro cla-

Tertia conclusio.

Secunda. 4. quest. 20. art. 4.

ues, & super eum se edificaturū ecclesiam: & Ioan. vlt. dixit, pascite oues meas: & Ioan. 20. omnibus apostolis dixit: accipite spiritū sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: Et nusquam inuenitur dedisse ecclesiae in communi: & apostolis in cœna dedit potestatem consecrandi eucharistiam: Et Luc. 22. hoc, inquit, facite in meam cōmémorationē: Et dicit se elegisse non totā cōmunitatē, sed solos duodecim apostolos Ioan. 6. Præterea, quando cūq; Christus dedit hanc potestatem, non erat tota ecclesia, sed solum apostoli, etiā non admisisse septuaginta duobus discipulis Præterea, si potestas ecclesiastica esset immediate & primo in ecclesia, sequeretur quod omnes alij haberent potestatem ab ecclesia. i. a cōmunitate & republica Christianorum, sicut omnis potestas ciuilis est a cōmunitate: At hoc illatum est falsum, quia nec apostoli, nec successores eorū habuerunt potestatem ab alijs hominibus: sed ipsi a Christo, & alij ab apostolis: immo nullus vnquam habuit ab ecclesia vniuersali. Præterea, Pau. ad Galat. 1. testatur se nō ab hominibus, nec per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem apostolorum constitutū: & tantūdem poterat dicere alij apostoli. Deinde in sacris literis nusquam legimus sacerdotes ex auctoritate & consensu plebis constitutos, sed a pontificibus & prælatis, vt Paulus ordinauit Timotheum & Titum 1. ad Timoth. 4. noli negligere gratiam quæ data est tibi per impositionem manuum præsbyteri: quod etiā repetit. 2. ad Timot. 1. & ad Tit. 1. Præterea, ad Heb. 5. inquit apostolus. Nec quisquam sumat sibi honore: sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Est aduertendum quod dixit a Deo, non autem a plebe, vt vult perniciosus Lutherus: Aaron siquidem non a plebe constitutus legitur sed a Deo, probatur Exod. 28. Et 1. ad Timoth. 5. manum cito nemini imposueris: non igitur a plebe, sed ab episcopo creabantur sacerdotes: non ergo potestas ecclesiastica est primo & immediate in tota Ecclesia, sed in certis personis: probatur ratione: quia in potestate ecclesiastica cōtinetur potestas consecrandi sacrosanctam eucharistiam: sed hæc potestas non est immediate in cōmunitate cū illa non detur sine consecratione nec potest ecclesia immediate consecrare, & potestas remittendi peccata in foro pœnitentiæ, non est in ecclesia immediate. Præterea, eadem ratione potestas episcopalis esset immediate in prouincia ipsius episcopi: consequens autem nullus concedit: Deinde Papa non est, nec vocatur a sanctis vicarius ecclesie, sed immediatius dicitur vicarius Christi. Et hoc dicit glosa super illud Mat. 16. tibi dabo clauēs &c. Et in Missa præfatione dicitur, quos operis tui vicarios, eiusdem contulisti

præesse pastores. Et hoc ipsum confirmatur, quia si immediate esset potestas in tota ecclesia, posset ecclesia sibi retinere, aut tribus vel quatuor hominibus eam committere, quod manifeste falsum est: ergo non est immediate in ecclesia. Præterea, non potest potestas committi alicui cōmunitati, cuius magna pars non est capax illius, sed in ecclesia sunt quæ plures qui non sunt capaces huius potestatis: ergo non est immediate in ecclesia. minor intra probabitur de mulieribus, pueris, & mente captis &c. Deinde, quando aliquid committitur immediate alicui cōmunitati, omnes illius cōmunitatis æqualiter se habent ad illud, vt constat in republica sæculari respectu ciuilis potestatis absolute: at nō omnes æqualiter se habent in ecclesia ad clauēs, vt constat. Postremo sic contendo potestas spiritualis quæ erat in vet. leg. non erat commissa toti plebi, sed solū vni tribui, nempe leuiticæ: Longe ergo minus tam sublimis potestas qualis est euangelica committenda erat toti ecclesie. Et ad argumenta facta in principio quæ nonis pro opposita sententia facile est respondere: Et ad primū nego consequentiam, & differentia ac ratio est aperta, quia ciuilis potestas vt expositum est, non se extendit nisi ad finem & effectum naturalem: Vnde potestas illa communiter a natura datur, & omne naturale est commune, & prius committitur vel speciei vel cōmunitati, vt esse mortale homini: at potestas ecclesiastica est supernaturalis, atque a Deo ad superiores fines data, nec respublica est domina respectu huius potestatis, sed serua vt dicitur um est: Et Christus est rex & dominus non a cōmunitate ipsa, sed a Deo, & ideo non oportet spectare quomodo se habeant particulares personæ ad totam cōmunitatem: licet enim in ordine ad naturalia cōmunitas sit superior, & quilibet homo sit velut subditus, & inferior in ordine ad hanc potestatem, totum pendet ex voluntate & institutione Christi, qui fuit primus author huius potestatis: Et præterea, respublica spiritualis habet regem Christum, & potestas in ecclesia est vicaria Christi. Nec obstat si dicas quod respublica Christiana etiam in ordine ad spiritualia, est vnum corpus, vt constat ex Paulo ad Ro. 12. & 1. ad Corinth. 12. Sed in corpore naturali quidquid committitur parti, principalius & primo committitur toti, vt homo potius videt quam oculus: & potestas audiēdi potius est hominis quam aurium: & ita dicendum est de reliquis humanis viribus: Ergo sic dicendum est in corpore mistico, nempe potestatem spiritualem prius esse in ecclesia tota. Ad hoc respondetur, quod sicut Arist. dicit, non oportet quod parabola & analogia in omnibus sint similes, nec potest: alias iam non

Secūda. 4. quest. 20. art. 4. fol. 308.

non parabola, sed ipsa eadem res esset: Et ideo Sanct. Tho. ait. 3. p. licet corpus naturale & misticum multa habeant similia, non tamen omnia, sed differunt non paucis, non solum quantum ad esse naturale, quia omnis potestas corporis naturalis oportet esse simul: Ecclesia autem constat ex omnibus fidelibus, ab Abel iusto vsque in finem sæculi, sed longe magis quantum ad spiritualia: Vnus enim homo est capax gratiæ, & alterius formæ spiritualis, quæ non potest committi immediate toti, deinde pars naturalis est præcise propter totum: in Ecclesia autem singuli homines sunt propter Deum, & propter se solum, nec bonum priuatum ordinatur ad bonum totius præcise, nec principaliter: sicut nec gratia nec fides, nec aliæ formæ supernaturales. Et ad confirmationem dico cum Caietano. in apologia, cap. 6. concedendo quod in concilio est immediate potestas ecclesiastica etiam ratione totius: Sic enim nomine concilij fiunt absolute, condemnationes, & omnia decreta, vt etiam in concilio Apostolorum, Act. 15. habetur, scilicet, placuit nobis collectis in vnū: Et visum est spiritui sancto & nobis, & in tota synodo est veluti vna potestas: Vnde reclamantibus aliquibus de concilio, nomine totius discernitur, & dicitur totum concilium facere: sed hanc potestatem non habent, eo quia representant Ecclesiam, quia respublica circa temporalia potest administrare seipsam arbitrio suo: ideo potestas hæc ciuilis est apud ipsam rempublicam: sed circa spiritualia non suo arbitrio, sed Christi gubernanda est Ecclesia: ergo &c. Et in summa, potestas ciuilis non est nisi licentia, & posse licitum ad effectus naturales: qui viribus naturæ fieri possunt: potestas autem ecclesiastica dicitur efficaciam ad spiritualia: Ideo dico, quod prædictam potestatem non habent illi patres qui in concilio congregantur, eo quia representant ecclesiam totam vniuersalem, vt falso aliqui imaginantur: Nec ex commissione a Christo facta immediate toti ecclesie vel concilio, sed solum quia est vnio vel conuocatio, aut congregatio ex patribus ecclesiasticis, & a singulis deriuatur ad totum: & ideo nihil posset totum concilium quod non possent patres illi, nempe, Papa & Episcopi, per se singuli secundum suam potestatem: Vnde hæc potestas non est in concilio immediate iure diuino, sed ex voluntate Prælatorum qui volunt ex seipsis vnā auctoritatem, & velut vnum corpus constituere: immo non solum in synodo vniuersali, sed etiam in prouinciali, vel etiam totius Orientis, sicut omnes conueniunt ad celebrandum illud concilium, esset vna auctoritas in tota illa congregatione,

ratione suæ totalitatis. Sequitur etiam, quod dato quod omnes Episcopi essent æquales, id est, quod nullus esset superior alio: tamen decreta concilij obligarent omnes, nec possent rescindi ab aliquo illorum. Tamen notum est, quod non imaginantur etiam aduersarij; quod illi patres in concilio congregati habeant potestatem a tota plebe prouinciarum suarum, nec quod sit etiam aliqua potestas ecclesiastica immediate in tota vna prouincia: quia eadem ratione ponetur in tota vna parochia, quod manifeste falsum est: ita se habet concilium generale ad totam ecclesiam vniuersalem, sicut concilium prouinciale ad prouinciam. Est itaque potestas immediate in toto concilio ex voluntate Prælatorum, qui instituunt vnā potestatem, cui etiam seipsos subiiciunt sicut partes toti: hoc enim significat quod volunt congregare concilium, quod volunt stare decretis eius.

AD secundam confirmationem respondeatur prius, Hoc quod intendit prædicta confirmatio solum inuenitur in modernis concilijs, vt Basiliensi, & Constanciensi, non autem in antiquis: nec mirum est si in modo loquendi sit erratum. SEcundo dico, quod patres in concilio congregati, representant ecclesiam, non tanquam vicarij vel legati ecclesie, sed tanquam patres, pastores, & tutores ecclesie: Vnde sequitur contra sententiam aliquorum scholasticorum, quod si casu omnes Episcopi Christianitatis conuenirent in vno loco, non animo celebrandi concilium, nulla esset immediate potestas ecclesiastica in tota illa multitudine: Non enim locus, aut corporalis congregatio dat eis illam potestatem, sed applicatur illa potestas ex eorum voluntate, postquam Christus dedit eis prædictam potestatem per suum vicarium: vnde si nulla erat potestas in omnibus simul cum essent in suis prouincijs, nec etiam est cum sint in eodem loco & templo. Alijs enim eadem ratione, si Episcopi vnus regni cōuenirent ad Regis curiam, causa Regem visendi, iam ibi esset concilium. Et si obijcias, quia iam hoc est determinare, quod concilium non est supra Papam, quia si nulla est potestas in concilio, nisi deriuata a patribus ibidem congregatis, sequitur manifeste, non esse maioris potestatis quam Papa solus. Dico quod in præsentia nihil constitui disputare de illa odiosa comparatione Papæ & concilij.

SECVNDO dico, quod ea quæ dicta sunt non pugnant cum aliqua sententia illarum, quæ controuertunt, an concilium sit supra Papam an non: Vndecunque enim concilium habeat potestatem, etsi deriuetur ab ipsis prælatis: potest teneri quod est ma-

Secunda. 4. quest. 20. art. 4.

ior in toto concilio quam in Papa, sicut posset etiam teneri, quod in quocunque concilio provinciali est maior potestas, quam in quocunque prelato concilij ipsius: & si hoc non placet tibi, dic quod potestas in concilio est immediate a Deo, sed non quia tenet locum totius ecclesie vniuersalis, sed quia est vnio ex omnibus prelatibus ecclesie, etiamsi omnes alij Christiani dissentirent: Et adhuc vtraque opinio extat de comparatione Papae & concilij.

AD secundum argumentum principale dico, quod sum disputaturus paulo post, ad quem spectat summi pontificis electio: Sed in presentia prius nego, Cardinales Romanos eligere summum pontificem autoritate ecclesie vniuersalis, sed ex ecclesiastica ordinatione, vel summi pontificis, vt postea dicam. Secundo dico, quod dato quod ad vniuersalem ecclesiam spectet electio, non valet consequentia: ergo in ecclesia est potestas vel autoritas immediate. Antecedens enim est notum in iure, quod non oportet vt electores habeant autoritatem ad quam eligunt, vt constat de electoribus Imperatoris: immo electores Abbatum nullam habent potestatem, sed habent solum potestatem applicandi autoritatem siue dignitatem: Est igitur Christus reliquerit Ecclesie vniuersali potestatem eligendi, non sequitur quod immediate habeat eandem potestatem ad quam eligit.

Ad tertium argumentum respondetur cum Caetano in apologia, cap. 2. ad cuius euidenciam inquirendum est, quid nomine ecclesie intelligatur in illo loco, dic ecclesie: Et cum sit sermo de ecclesia, ad quam spectat audire, & iudicare: oportet vt Ecclesia accipiatur, vel pro ecclesia vniuersali. i. pro omni ecclesia: vel pro aliqua particulari ecclesia: vel indistincte pro qualibet ecclesia. Dico ergo prius, quod non potest accipi pro ecclesia vniuersali, quia manifestum est quod ad corrigendum fratrem non oportet te ire ad concilium vniuersale. Præterea, cum Christus dixerit Petro eadem verba quæ etiam dixit ecclesie, nempe: quodcunque ligaueris super terram &c. Negari non potest quin etiam Petrus habeat illam potestatem quam dicunt datam esse ecclesie: ergo non solum potest intelligi ecclesia vniuersalis. Et eodem argumento probatur, quod non intelligitur de aliqua ecclesia particulari, nempe Mediolanensi, quia non est recurrendum ad illam ad corrigendum fratrem, sicut nec ad conciliū, cum raro celebretur concilium: & quando celebratur, non possunt omnes concurrere ad illum locum vbi celebratur: Vnde nunquam quis posset dicere ecclesie peccatum fratris, & ita non seruaretur præceptum illud Chri-

sti, dic ecclesie &c. Nec potest intelligi de aliqua collectione, quia collectio quæcunque raro aut nunquam admoneret delinquentem aut ad hoc conueniret: Relinquitur ergo accipiatur pro ecclesia indistincte seu indistincte: Itaque, ecclesie datum est iudicium fratris, non determinando hanc vel illam: Et hoc est dicere, dic ecclesie. i. dic in ecclesia illis qui habent iudicium fratris: Et quando actor sequitur forum rei, determinatur ad ecclesiam fratris prouidētis, siue propria, siue communi, aut superioris autoritate: & ille est vnus legitimus sensus illius præcepti: Sed hæsitabis quid significatur nomine ecclesie in illo loco? Et sub paucis dico, quod potest intelligi conuocatio, seu collectio fidelium: Sed contradicunt aduersarij, quod hoc loco ecclesia significat communitatem fidelium, non in se, sed in prelatibus eorum, siue Papa intersit, siue non. Sed reuera hic non potest esse sensus literalis, cum vtroque oporteat sumere ecclesiam eodem modo, respectu cuiuscunque particularis: Certum est autem, quod si peccator sit de ecclesia Mediolanensi, si ad correptionem ipsius procedendum est, non oportet dicere ecclesie Mediolanensi. i. communitati Mediolanensi, siue ibi sit Episcopus siue non: Vnde dico & licet ex vi vocabuli ecclesie, non aliud intelligatur nisi communitas fidelium: tamen ex verbis sequentibus, si ecclesia non audierit, &c. Et, quæcunque solueritis super terram, constat accipiendum esse pro ecclesia habenti autoritatem: & cum hoc non detur, si habens autoritatem sine prelato, constat intelligi non posse ecclesiam pro aliqua congregatione sine prelato, sed in ecclesia includitur ipse prelatus. Quod rursus probatur: nam si in nomine ecclesie non includitur prelatus illius, necessarium erit vnum dari ex duobus, vel quod ecclesia particularis habet potestatem iurisdictionis etiam inuito Episcopo, vel quod nomine ecclesie non intelligitur ipsa communitas: Certum est enim, quod ecclesia de qua dicitur, dic ecclesie, habet potestatem excommunicandi: & ita est quod nomine ecclesie in eo loco intelligitur prelatus qui est caput ecclesie. Hoc namque est dicere ecclesie, sicut iudicium Papæ vel Episcopi, dicitur iudicium ecclesie: & excommunicatus ab Episcopo, dicitur excommunicatus ab ecclesia: Dicitur autem, dic ecclesie, & non Episcopo: quia intelligitur quod debet dici Episcopo, non tanquam priuatæ personæ, sed in foro publico: & ideo dicitur, dic ecclesie, id est, in foro & iudicio ecclesie: Et hoc aperte manifestatur, quia vsus illius præcepti in ecclesia talis est, vt dicatur peccatum fratris prelato, & tunc intelligimus dixisse ecclesie: Dixit

Secūda. 4. quest. 20. ar. 4. fo. 309.

Dixit autem CHRISTVS, Amen dico vobis, quæcunque solueritis in terra, erunt soluta in cælis, &c. Dixit autem in plurali: vel quia iudicium Ecclesie, licet fiat autoritate vnus prelati, tamen non debet fieri nisi per multos, secundum iuris dispositionem: vel quia erant futuri multi prelati, & multæ ecclesie: Dico rursus cum Caetano. quod in illo loco Matth. 18. nulla potestas dari videtur: Nam ex illo, dic ecclesie, non datur potestas aliqua alicui, sed solum præcipitur denuntiatio: Per illa autem verba, si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: præcipitur euitatio. Per illa autem verba, quæcunque solueritis super terram, &c. constat nullam dari autoritatem, cum pereadem verba dictum sit Petro, Matth. 16. quodcunque solueris, &c. Et non fuit illic data illi aliqua potestas: sed postea Ioan. vltimo, cum dictum ei fuit, pascite agnos meos, pascite oues meas: Sed significatur solum quantæ efficacitæ esset futura sententia ecclesie: Et tandem ad veritatem omnium illorum verborum, non oportet quod ecclesia habeat autoritatem a Christo immediate: fat enim est quod habeat a suo prelato, vel a prelatibus congregatis, vel a summo pontifice: quia adhuc Ecclesia hoc modo habet potestatem, & quilibet tenetur audire ecclesiam: ergo frustra comminiscitur hæc potestas. Vnde ex his omnibus colligitur, quod ex eo loco Matth. 18. nullo modo habetur quod sit aliqua autoritas iure diuino immediate in ecclesia vniuersali, nec in concilio.

AD QVARTVM dico, quod potius alij prelati solent dici ministri Ecclesie quam Papa: & certum est quod non dicuntur ministri Ecclesie, eo quia acceperint autoritatem ab Ecclesia vniuersali: sed vel quia ministrant in Ecclesia, vel quia a principe Ecclesie instituti sunt: Et manifestum est, quod etiamsi nihil autoritatis ponatur in Ecclesia vniuersali, nihilominus dicerentur ministri Ecclesie: Cæterum, quod potius debeant dici omnes tam Papa, quam alij prelati, ministri Christi quam ecclesie: constat ex Paulo, si quid donauit in persona CHRISTI. 2. ad Corinth. 2. & alibi: Sic nos existimet homo vt ministros Christi. 1. ad Corinth. 4. Potestas enim Ecclesiastica est quoddam donum Dei, & pure supernaturale: Sicut ergo alia dona, nempe, gratia, charitas, fides, & prophetia, non sunt data prius toti Ecclesie, quam personis aliquibus priuatis: sed prius fuerunt datæ priuatis personis, & fides est in Ecclesia, eo quia aliqui

particulares credunt: ita etiam potestas Ecclesiastica data est certis personis primo, & per illas conuenit Ecclesie. Quod etiam sic apparet, quia ridiculum est imaginari potestatem in Ecclesia vniuersali, qua nusquam esset vsura, sed omnia geruntur, & semper gesta sunt per prelatos qui deriuati sunt ab apostolis, sicut si a natura essent principes in republica ciuili, & omnes magistratus sufficientes ad gubernandum rem publicam: Frustra enim somniamus potestatem ciuilem immediate in republica. Postquam igitur sunt personæ ecclesiasticæ, quæ immediate administrant omnem ecclesiasticam potestatem, frustra comminisceris aliam potestatem immediate in ecclesia.

ALIA conclusio principalis est, an potestas ecclesiastica sit in omnibus, aut in aliquibus Christianis: In cuius quæstionis definitione, licet omnes catholici authores satis conueniant, tamen Neoterici hæretici, incredibili arrogancia a tota ecclesia receptæ sententiæ aduersantur: asserunt & contendunt omnes Christianos ex æquo esse sacerdotes, nec esse gradus aliquos ordinis ecclesiastici in ecclesia: nec tamen multis aut rationibus, aut testimonijs hoc confirmare contendunt, sed more suo, vno aut altero scripturarum loco in suam sententiam detorto, mordicus hæresim suam retinent, & factionem propugnant: Verba tamen imprudentissimi Lutheri in suo libro de abroganda missa priuata, sic habent: Omnes nos eodem quo CHRISTVS sacerdotes sacerdotio sumus, qui Christiani, id est, filij CHRISTI summi sacerdotis sumus: nec ex vlllo scripturæ sanctæ testimonio id habetur, quod sacerdotes rasi & vncti aliqui in nouo testamento dicuntur, distincti a laicis: Et paulo post extat irrefragabilis sententia: sacerdotes visibiles & a laicis diuersos in nouo testamento nullos esse, qui autem sunt sine testimonio scripturarum & sine vocatione Dei sunt: hoc autem quid est aliud quam ex diabolo esse. Et alibi dicit, quod puer & mulier, & quilibet Christianus absolueret potestatem a peccatis: Et ad hoc probandum, adducit illud 1. Petri ca. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et rursus eodem loco: Et ipsi tanquam lapides viui, superædificamini domos spirituales in sacerdotium sanctum. Cõstat autem Petrum loqui cõmuniter omnibus fidelibus, & non solum initiatis sacris ordinibus, & sacerdotio. Secundo, Apocalyp. 5. fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes: Et Apocal. 20. erunt sacerdotes Dei & Christi eius: Quæ omnia vult Lutherus

therus dicta esse de omnibus Christianis. Præterea, illud dictum Matth. 18. quodcumque solueritis super terram, erit solutum in cælis: dicit quod est dictum omnibus Christianis.

Prima conclusio

CONTRA omnes tamen istos hæreticos hanc constituo conclusionem. Non sunt omnes Christiani sacerdotes, eo modo quo sunt sacerdotes ab ecclesia consecrati: id est, cum potestate conficiendi venerandum sacramentum eucharistiæ, & absoluendi à peccatis: Conclusionem hanc quam potero paucissimis absoluam. Prius Paulus ad Rom. 12. totam ecclesiam quasi quoddam corpus mysticum esse dicit, quod varijs membris & organis sit compositum, sicut in vno corpore multa sunt membra: omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in CHRISTO, singuli autem alter alterius membra, habentes autem donationem secundum gratiam quæ data est nobis differenter: Et. 1. ad Corinth. 12. cap. si corpus vnum est, & membra habet multa: omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita CHRISTVS & corpus non est vnum membrum, &cæt. Et in initio eiusdem capituli, ait idem Apostolus, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus, &cæt. Rogo & appello religiosas aures, si omnes in ecclesia æquales sunt quomodo fecit Deus, vt Paulus dicit, varia membra, manus, pedes, oculos, in corpore Ecclesiæ: quia si omnes sunt oculi, vbi pedes? si omnes sunt æquales, potest pes, id est, populus dicere capiti, id est, sacerdoti, opera tua non indigeo. Præterea, in eodem loco inquit Diuus Paulus: quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, prius Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, &cæt. Et eandem sententiam confirmat ad Ephes. 40. & Ioannes in Apocalyp. cap. 21. ait, Ego Ioannes, vidi sanctam ciuitatem nouam descendentem de cælo à Deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo: qua igitur ratione erit ecclesia ciuitas in qua nulli sint magistratus, nulli moderatores, & nullus ordo ciuium, sed æqualitas vel confusio potius, & turba pro suo cuiusque arbitrio & libidine agentium: Nec enim est ciuitas, vt Orator ait, quæcunque in vnum locum quorumcunque hominum multitudo consequens. Rursus Paulus. 1. ad Timoth. 5. manus cito nemini imposueris, id est, non cito consecres sacerdotes. Et eandem repetit sententiam. 1. ad Timoth. 4. dicens, Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri: Et. 2. ad Timoth. 1. ait, vt resuscites gratiam quæ

est in te per impositionem manuum meorum. Et rursus Titum admonet Paulus cap. 1. vt constituat per ciuitates presbyteros. Præterea, Paulus in Act. Aposto. cap. 20. ad præbiteros Ephesi. quos ad miletum vocauit, ait: vos posuit spiritus sanctus Episcopos regere ecclesiam Dei. Et rursus, ipse Paulus. 1. ad Corinth. 3. aperte distinguit plebem à sacerdotibus: Dei enim sumus, inquit, adiutores: Dei agricultura estis. Ergo manifesta est conclusio, nostra ex scriptura sacra, quæ in hoc antiqui patres, ita semper constanter intellexerunt. Et Tertulianus in lib. de præscriptionibus hæreticorum, graphicè hoc absoluit.

SED dubium hinc nascitur, nempe, an sint aliqui Christiani qui non sint capaces huius potestatis? ita quod non possunt nec per Papam creari sacerdotes, vel inferiores habere ordinum gradus? Et prius descendendo ad particularia, agemus de mulieribus: & videtur quod possint ordinari, quia Paulus ad Galat. 3. dicit, quod non est Iudæus nec Græcus, non seruus nec liber, non est masculus nec femina in Christo Iesu: quare non videtur quod ab ecclesiastico ministerio feminae reijci debeant in lege Christi. Præterea, prophetia est tantæ dignitatis, quantæ potestas ecclesiastica, at prophetia feminis tuit communicata, vt constat de diua Elizabeth Lucæ primo: & d. Delbora, Iudic. 4. Sed his non obstantibus constituo hanc conclusionem: Mulieres nec sacerdotes esse possunt, nec aliquem ordinem aut potestatem ecclesiasticam habere, quæ quidem sit potestas de iure diuino. Hæc conclusio communiter placet omnibus doctoribus: & ego eam sic probo. Ordines & potestates ecclesiasticæ ordinantur ad gubernationem populi, & directionem in finem spiritualem: at hæc non possunt conuenire mulieribus, vt ex literis sacris constat: Vnde 1. ad Corinth. 14. dicitur: mulieres in ecclesia taceant: Non enim eis permittitur loqui, sed subditas esse: si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent: turpe enim est mulieri in ecclesia loqui: Et ne quis putaret hoc esse præceptum solius Pauli, & non de iure diuino, adiecit: Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo verbis, quia domini sunt mandata: Et. 1. ad Timoth. 2. inquit: mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto, nec dominari in viru, sed esse in silentio: Et ita fuit constitutum in concilio Carthagen. vt refertur. 23. can. mulieres. Et pro nobis est Diuus Ambrosius, vt habetur. 33. quæst. 5. can. mulieres. Arist. etiam in pri. Ethic. dicit corruptionem esse reipublicæ, principatus & administrationem ad se-

ad feminam deuenire: Accedit etiam quod non legitur dominum commississe aliquam potestatem mulieri alicui, etiam nec sanctissimæ simul ac sapientissimæ virgini mari sue: vt conitat in cæna, & post resurrectionem. Præterea, non comittitur feminis vt præessent viris, sed potius vt sint subiectæ: Vnde Gen. 3. dicitur mulieri, sub viri potestate eris: Deinde ecclesia nunquã hoc tentauit efficere in tam longa annorum serie, in tanta copia optimarum & sapientissimarum mulierum, vt aliquam saltem crearet sacerdotissam aut diaconissam: est magnum argumentum quod propterea hoc nunquã fuit factum, quia nec licet, nec fieri potest, & si secus fiat nihil sit peccatum. Sed nihilominus etsi hoc verum sit, dubitari tamen potest, an mulieres quæ in monasterijs ipsis virginibus præficiuntur habeant aliquam ecclesiasticam potestatem, saltem iurisdictionis, postquã potestatem ordinis habere non possunt? & videtur quod habeant aliquam iurisdictionem, quia ab Abbatisse serunt leges & præcepta ad formam & modum Episcoporum: ergo habent iurisdictionem. Ad hoc dico ex sententia S. Tho. & meliorum theologorum: Abbatisse, & alie matres monasteriorum & virginum, nullam habent potestatem spirituales, aut spirituales iurisdictionem: probatur, quia tota potestas spiritualis ortum habet à clauibus, at mulier non potest habere clauces cum sint proprie sacerdotum: ergo non potest habere iurisdictionem spirituales. Et licet aliqui homines habeant iurisdictionem spirituales qui non sunt sacerdotes, nec habent clauces, nullus tamen habet iurisdictionem spirituales, qui non sit capax & sacerdotij, & clauium. Et hoc totum dicit S. Tho. in 4. d. 19. q. 1. ar. 1. quæst. 3. ad 4. & d. 25. q. 2. ar. 1. quæst. 1. ad secundum. Paludanus in 4. d. 19. q. 2. conclus. 3. Duran. ibid. Sy. uest. in summa, verbo abbatissa. 3. Et confirmatur, quia non sunt potestatis conditionis religiosi professa, qui non sunt clerici, quantum ad hoc, quæ religiose femina: at religioso non clerico, vt communiter dicunt theologij, non potest comitti iurisdictionis spirituales ergo multo minus feminae cuiuscunque. Præterea, femina non potest absoluere, ergo nec ligare immediate & proprie spirituales, cum vtrumque spectet ad eandem potestatem spirituales. Præterea, quicunque habent iurisdictionem spirituales citra forum penitentiae, possunt excommunicare, quia omnis iudex habet vim coactiuam: sed femina non potest hoc, ergo: Rursus femina non habet scientiam spirituales, nec ad eam spectat habere: ergo non potest iudicare de spiritualibus. Vnde colligitur, quod tales Abbatisse non possunt aliquam mandare in forma præcepti, nempe in virtute spiritus sancti, & sanctæ obedientie, & sub præ-

cepto, nec si faciat tenebit factum, ita quod obliget tanquã præceptum Episcopi aut Abbatis, vel Prioris: Effet enim absurdum committere eis potestatem, quæ exigit magnam eruditionem, ad discernendum quæ materia sit digna tali censura, vel qualis sit huiusmodi obligatio: Immo nec intelligere possent, an quis transgressus esset huiusmodi præceptum. Et si quæras, an moniales teneantur obedire Abbatisse? dico quod tenentur, quia tenentur seruare regulam suam, vbi continetur obedientia abbatissæ. Secundo dico, quod tenentur præceptis eius ad modum quo filij tenentur parere patri: peccant enim filij transgrediendo præceptum patris: nec tamen pater habet iurisdictionem spirituales. Et eadem tenentur obedire abbatissæ, sicut tenentur ad alia statuta suæ regulæ, vbi non est spiritualis præceptio. Vitimo dico, quod monialis quæ absolute non vult obedire abbatissæ, peccat mortifere, propter præcepta prælatorum: sed abbatissa non habet potestatem spirituales ad constituendum noua præcepta. Hæc autem omnia dicta sunt à doctoribus communiter ratione iuris positiuo solū, quia stando in solo iure diuino dicunt multi, quod licet mulier non possit habere ordinem, vel dignitatem, aut spirituales iurisdictionem, posset tamen habere potestatem aliquam iurisdictionis spirituales sicut laici: sed stando in iure humano non potest, quia iura humana prohibet, quæ non concedunt plus abbatissis in hoc quã laicis. Ego autem dico quod est multum probabile, quod mulieribus non potest comitti potestas ligandi aut soluendi in foro interiori, iure diuino id prohibente.

ULTIMA conclusio est, nullus alius de numero Christianorum, præter feminas, excluditur iure diuino, quin sit capax potestatis ecclesiasticæ, siue ordinis, siue iurisdictionis: Vnde dico, quod etiã puer potest fieri sacerdos, & oes homines masculi, quia pueri masculi possunt peruenire ad statum, vbi possunt exercere ecclesiasticam illam potestatem, quia pueritia in masculis est impedimentum contingens ad habendum clauces: conditiones autem feminae per se impediunt spirituales potestates: Doctores tamen excludunt pueros à consecratione episcopali à iure diuino: ita vt si puer consecratur episcopus, consecratio non teneat, sed non adeo efficaci ratione permotus atque adeo si concedimus puerum posse in sacerdotium consecrari, non satis video quid obstat quominus & in episcopum possit ordinari, adeo etiam hoc videtur probabile. Hactenus diximus in quibus non sit potestas spirituales, nec esse possit: restat dicamus in quibus inuentatur hæc potestas. Et vt ad originem suam totam rem reuocemus, sit prima conclusio. Prima conclusio. Tota potestas ecclesiastica, & ordinis, & iurisdictionis

ditionis, fuit in Petro Apostolo. Hæc conclusio est nota ex euangelio, Mat. 16. tibi dabo claves regni cælorum & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et Ioan. vlt. pasce oues meas. SECVNDA conclusio est. In omnibus Apostolis fuit etiam potestas spiritualis, & ordinis, & iurisdictionis, quia dictum est omnibus simul: & in cæna: Hæc facite in meam commemorationem. Et Ioan. 20. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quodcumque solueritis super terram, &c. Mat. 18.

Secunda
cōclusio.

Dubium.

SED dubitatur, an omnes apostoli habuerunt potestatem immediate à Christo: vel an solus Petrus habuit illam potestatem immediate à Christo, & alij à Petro. Et de potestate quidem ordinis, de qua minus dubitandum videbatur, non omnino videtur esse certum: nam Iacobus ordinatus fuit episcopus Hierosolymitanus post ascensionem domini, à Petro. alio Iacobo & Ioanne: ut habetur cap. po. ro. d. 66. Et Paulus ac Barnabas ordinati etiam ab alijs fuerunt. Legitur. n. Act. 13. segregate mihi (ait spiritus sanctus) Paulum & Barnabam: & sequitur: impotens illis manus dimiserunt, &c. Vbi glosa exponit sine modum ordinatores: & tamen non est dubitandum, quin Paulus tantam potestatem acceperit à Christo, quantum alij acceperunt apostoli: Non enim certum videtur quod omnes apostoli habuerunt totam potestatem ordinis à Christo, quæ de hac potestate satis conueniant doctores: Sed de potestate iurisdictionis, bona pars Christianorum & quidem grauissimorum contendunt solum Petrum habuisse à Christo eam potestatem, cæteros autem omnes habuisse à Domino Petro: quod probat prius autoritate aliquorum patrum, ut Anacleti, Cipriani, Augustini, Leonis, Alexandri, quorum ego verba hic referre omitto, eo quod non videntur manifeste dicere, hoc quod isti doctores qui hanc defendunt sententiam dicunt. Sed illa sanctorum testimonia eo tendunt, ut solum assererent, omnem autoritatem post D. Petrum, ab ipso Petro habuisse originem, ab eoque pendere, ipsumque Petrum principem fuisse, tum aliorum apostolorum, tum totius ecclesie Christi: quod tantum abest ut nos negemus istam sententiam, quia hoc negare intollerabilis est error: Sed prædicti doctores potestatem testimonij non possunt euincere quod volunt, rationibus hoc ipsum efficere contendunt, quarum prior ea est: Apostoli alij à Petro non habuerunt subditos ab ipso Christo: ergo nec iurisdictionem, quæ nisi in subditis esse non potest: antecedens probatur, quia vel omnes homines vel certos: non secundum, quia volutarie diceremus hos potius quam illos, cum in euangelio non habeatur: nec dedit aut subiecit alijs apostolis à Petro omnes homines, quia tunc fuissent multi pastores, & ex æquo habentes plenitudinem

potestatis in ecclesia, quod in omni principio viciotum est, cum multitudo principum est perniciofa, ut Arist. dicit. 12. Metaph. & esset regnum diuisum, quod desolandum Deus ipse dixit. Deinde non esset vnum ouile & vnus pastor gregis Christi, si essent multi pastores æquales. Præterea, non fuisset Petrus, opposita data sententia, princeps & caput supra alios apostolos, si omnes tantam quantum Petrus potestatem acceperunt.

HIS tamen non obstantibus contra prædictos hos doctores constituo hanc propositionem: Omnem potestatem quam apostoli habuerunt receperunt immediate à Christo, probatur: quia cibus dictum est Mat. 18. quodcumque solueritis super terram, erunt soluta in cælis: & omnibus in cæna dictum est, hæc facite in meam commemorationem: Et Ioan. 20. omnibus dictum est: accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et Mat. vlt. euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturae. Accedit ad hoc quod Christus creauit, & instituit eos omnes Apostolos Mat. 10. Mar. 3. Luc. 6. & 1. ad Cor. 12. & ad Eph. 4. Sed ad officium apostolarum spectat potestas ordinis & iurisdictionis: ergo vtrique habuerunt immediate à Christo omnes apostoli: Vnde est considerandum quod tria spectant ad dignitatem apostolatus: primum est autoritas gubernandi populum fidelem: secundum est facultas docendi, tertium est potestas miraculorum: quæ tria scribuntur Luc. 9. vbi habes quod conuocatis Iesus duodecim apostolis, dedit eis potestatem super omnia dæmonia: & ut linguas eorum: & misit eos prædicare gregem Dei, & sanare infirmos. Mat. quoque vit. eisdem apostolis dixit Christus: Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et subiungit docete eos seruare omnia quæ mandauimus vobis. 1. ad Cor. cap. 12. dicitur, ipse nempe Christus posuit quosdam quidem apostolos &c. Glosa ait apostolos. i. omnium ordinatores & iudices: Cum igitur Christus fecerit eos apostolos, & non poterant esse apostoli sine potestate ordinis & iurisdictionis, consequitur, quod vtramque à Christo acceperunt. Præterea, non minorem potestatem alij apostoli acceperunt à Christo quam Paulus: at Paulus omnem potestatem quam habuit, à Christo habuit: cum ipse dicat ad Galat. 1. quod non ab homine nec per hominem habuit suam potestatem. Et ad Galat. 2. vbi S. Th. scribit nostras conclusiones, dicit Apostolus se nihil accepisse ab alijs apostolis, nec etiam à Petro: At enim, qui videbantur aliquid esse, nihil mihi contulerunt: qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est mihi inter gentes: ergo omnes apo-

Prima
cōclusio.

stolatum circuncisionis, operatus est mihi inter gentes: ergo omnes Apostoli acceperunt à Christo vtramque potestatem.

Dubium.

Hæc tamen an æqualem potestatem acceperint alij Apostoli cum D. Petro. Hæc etiam conclusio in vtramque partem habet assertores. Sed ego alijs ommissis constituo hanc conclusionem. Omnes Apostoli habuerunt æqualem potestatem à Christo seruatore cum Petro: quæ conclusio sic intelligitur, quod quilibet apostolorum habuit potestatem ecclesiasticam in toto orbe, & ad omnes actus ad quos habuit D. Petrus suam potestatem. Prior pars huius conclusionis probatur hoc modo, ex illo loco iam citato Mat. vlt. nempe, euntes docete omnes gentes &c. & Mar. vlt. euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturae &c. Et sine vlla exceptione Mat. 18. dixit Christus, quæcumque solueritis super terram &c. Et Ioan. 20. accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et in eodem cap. dicit Christus, sicut misit me pater ego mitto vos: sed Christus missus fuerat in totum orbem: ergo in totum orbem misit ipse omnes suos apostolos. Secunda pars, nempe quod omnes apostoli habuerint potestatem æqualem Petri potestati, quoad omnes actus: probatur, ex illo quod ostendimus autoritate gubernandi esse de ratione apostolatus, & non est limitata, quia nulla ratione diceretur quod extenderet se ad certos actus & non ad alios. Secundo & præsertim probatur ex gestis Apostoli, qui vbiicumque volebant & poterant constituerent ecclesias, & episcopos, & ferebant leges: nec apparet quid Petrus posset, quod non possent etiam alij. Et Pau. ad Galat. 1. & 2. manifeste dicit se habere parum cum Petro potestatem: Et hoc ipsum adstruit Ciprianus Papa in epist. de vnitatem ecclesie ad Nouatianum, quod refertur 24. q. 1. cap. loquitur dominus, verba sunt. ego dico tibi hoc, vti quod erant ceteri apostoli quod Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis: nec audienda est glosa, dicens hoc debere intelligi in ordine & dignitate consecrationis, & non in potestatis plenitudine, ut patere potest legenti textum, qui manifeste loquitur etiam de plenitudine potestatis. SECVNDA concl. est. Petrus inter omnes apostolos fuit potestate primus, & princeps cum summa, super totam ecclesiam, potestate. Et licet de hac conclusione fere innumera sint à doctores dicta, ego tamen paucis euangelij testimonijs contentus, breuibus absoluam. Primus locus ad hoc probandum habetur Mat. 10. vbi sic habetur: Duodecim autem apostolorum nomina sunt hæc: primus Simon qui dicitur Petrus: consequenter annumerantur aliorum apostolorum nomina: & Mar. 3. & Luc. 6. Petrus etiam scribitur in primo loco

Secunda
cōclusio.

inter alios: at Petrus non potuit dici primus nisi dignitate apostolarum, cum nullus dicatur secundus, nec dicitur primus quantum ad numerum, nec quantum ad vocationem: quia ut habetur Ioan. 1. & multi dicunt, Andreas fuit prius vocatus ad apostolatū: verum est tamen, quod ex illo quod habetur Ioan. 1. non concludatur quod Petrus fuerit prius quam aliquis vocatus ad apostolatū, cum Mar. 1. Andreas & Petrus simul vocati ad apostolatū: Alia tamen quæ adduximus conuincunt Petrum dici primum dignitate, & non alia prioritate, quia ad minus ex illo loco Ioan. 1. & Mar. 1. habetur manifeste, quod Petrus non fuit prius vocatus ad apostolatū: sed vel Andreas fuit prius vocatus ad apostolatū, ut videtur quod dicitur Ioan. 1. vel Petrus & Andreas fuerunt simul vocati, ut habetur Mar. 1. Secundus locus est Mat. 16. pro confessione qua Petrus confessus est Christum, dicens: tu es Christus: cui Christus, & ego dico tibi quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam &c. Et subiungit, tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum in cælis, &c. Et dicit quod portæ inferi non præualebunt aduersus hanc ecclesiam: Manifestum est enim, quod pro illa confessione aliquam excellentiam & prærogatiuam dedit Christus Petro, quam non dedit alijs. Præterea, Luc. 22. Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et Ioan. vlt. Petro soli dicitur, pasce oues meas, pasce agnos meos: ergo ex his omnibus manifeste habetur, quod licet alij apostoli, ut diximus, habuerint æqualem potestatem cum Petro ad sensum suprapositum, tamen potestas Petri erat eminentior, prius: quia potestas Petri fuit ordinaria: potestas autem apostolorum fuit extraordinaria. Secundo, potestas Petri erat perseveratura in ecclesia, non autem potestas Pauli aut aliorum apostolorum. Tertio, aliorum potestas nec erat supra Petrum, nec super se inuicem: Petri autem potestas erat super omnes alios etiam apostolos. Quarto, aliorum apostolorum à Petro potestas erat subordinata authoritati Petri, quia præualuisset authoritas Petri contra authoritatem aliorum. Verum, ut aliquando illum locum, pasce oues meas: absoluaui, sit hic vltima conclusio. Sexta præter sacros apostolos nullus vnquam à Christo alius potestatem accepit ecclesiasticam. Hæc probatur, quia vbiicumque data est potestas, non erant alij discipuli nisi apostoli tantum. Secundo, si aliquis alius habuisset à Christo potestatem, esset de septuaginta discipulis, sed de illis nullus habuit talē potestatem, quia ex illis erat Ioseph, qui cognominatus est Barnabas Act. 1. & Philippus. Act. 6. & 21. Et hi non habuerunt talem potestatem spiritualem, quia solum fuere diaconi etiam habuerunt cum Dei perfecta sint opera, essent sacerdotes: ergo

Sexta
cōclusio.

ergo nec alij habuerunt, cum non sit maior ratio de his quã de alijs. Et quia isti post Apostolos videntur fuisse potiores prædicatores verbi Dei, & isti cum sic essent prædicatores potiores verbi Dei, non habuerunt prædictas potestates: ergo soli Apostoli habuerunt à Christo prædictam potestatem spirituales: Sed qua ratione hæc potestas deriuata est vsque ad nos, & perseverat in Ecclesia, exponam aliquibus propositionibus, quarum prior est: potestas ecclesiastica non solum fuit in

Prima conclusio

Apostolis, sed etiam in alijs. Hæc est nota ex scripturis, quia Paulus constituit Episcopos, Titum & Timoth. 1. ad Timoth. 4. & 2. ad Timot. cap. 1. & ad Tit. 1. Et in epist. ad Ephes. Idem Apostolus dat præcepta & rationem instituendi & creandi presbyteros: Et 1. ad Timoth. 3. & ad Tit. 1. & Act. 20. Paulus loquitur presbyteris Asiæ: & Ioan. in Apocalyp. meminit Episcopi Landicæ: ergo præter Apostolos aliqui alij habuerunt potestatem ecclesiasticam.

SECVNDA conclusio. Defunctis Apostolis perseveravit & perseverabit semper in ecclesia omnis potestas ordinis & iurisdictionis quæ fuit in Apostolis: Probat, quia gradus potestatis ecclesiæ sunt instituti à Christo in totum tempus quo perseveratura erat ecclesia: ergo perseveraverunt in Ecclesia post decessum Apostolorum. Antecedens probatur ad Eph. 4. ubi ait Apost. Quosdam quidem dedit Apostolos, alios autem pastores & doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: Vnde colligitur, quod gradus Ecclesiæ sunt perseveraturi in ecclesia vsque ad ultimum iudicium & resurrectionem mortuorum. Præterea, ut Paulus dicit ad Hebræ. 7. Translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat: ergo amisso sacerdotio necesse est ut lex amittatur: ergo si in ecclesia non esset sacerdotium institutum à Christo, nec esset lex Christi: lex autem Christi est æterna, cum sit testamentum eius æternum, (ut ait Paulus ad Hebræ. 13.) & Baruch. 2. statutam eis testamentum alterum sempiternum. Et cap. 4. vocat propheta legem Christi legem sempiternam: ergo necesse est ut perseveret sacerdotium à Christo institutum: at in sacerdotio omnis spiritualis potestas includitur, vel fundatur: ergo &c. Præterea, dato opposito non esset Christus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ut propheta & Paulus appellant, si eius sacerdotium cadere & perire debuisset: & Christus non est sacerdos nisi in ecclesia, deinde est præceptum in ecclesia de sumptione Eucharistiæ, ut

Secunda conclusio.

constat Ioan. 6. nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: at sine sacerdotio eucharistiæ consecratio non potest fieri: ergo est futurum sacerdotium semper in ecclesia, vsque ad consumationem sæculi. Præterea constat Apostolos reliquisse Episcopos & presbyteros, ut de Paulo non semel scriptum est: & potestas illorum non spiravit Apostolis defunctis: ergo potestas ecclesiastica mansit semper in ecclesia. Tertia propositio est, tota potestas ordinis in ecclesia deriuata est, & pendet immediate ab episcopis, i. sicut apostoli & illi soli habuerunt iure divino ordinare & consecrare presbyteros, & alios inferiores ministros, ita omnes & soli Episcopi hoc habent etiam iure divino: Et quod Episcopi habeant hanc potestatem, nempe consecrandi presbyteros & ecclesiæ inferiores ministros, constat. 1. ad Timoth. 5. Manus cito nemini imposueris: quod de ordinatione presbyteri sancti docent esse intelligendum. Et cap. 3. instruit Timotheum, quales presbyteros eligere debeat: Oportet inquit episcopum, irreprehensibilem esse, vnius uxoris virum &c. quod de presbytero intelligendum esse constat, ex eo quod statim subiungit, quales oporteat esse diaconos, dicens: diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos &c. Et ad Tit. 1. dicit Apostolus, huius rei gratia reliquit te creta ut constituas per civitates presbyteros, si quis sine crimine est. Nec de hoc inter catholicos est dubitatio vlla, nempe, episcopos hanc habere potestatem. Et quod soli episcopi habeant prædictam potestatem, eo constat quod nunquam legimus ordinationes aut consecrationes factas nisi ab Apostolis, vel ab episcopis alijs qui apostolis successerunt: Vnde etiam Act. 14. de Paulo & Barnaba legitur: quod constitutis Listre, & Iconij, & Antiochiæ per singulas ecclesias presbyteris, decesserunt. Et Dionysius Apostolorum discipulus: Et Synchronus, in lib. de ecclesiastica hierarchia, ubi formam ecclesiasticam ab apostolis traditam luculenter & copiose tractat, solis pontificibus ordinationem ministrorum tribuit, immo nec oleum sanctum quo presbyteri consecrantur, ab alio quam a pontifice docet confici posse. Præterea, potestas ordinis est iuris divini: ergo non est vsurpada, nisi ab eis quibus constat iure divino commissum: at huiusmodi sunt episcopi soli: ergo &c. Accedit etiam ad hoc quod consuetudo Ecclesiæ vniuersalis semper habuit, Episcopos solos posse consecrare alios ministros Ecclesiæ: & est grande argumentum ad probandum quod soli Episcopi possunt consecrare sacerdotes & alios ministros, hoc nempe, nunquam in ecclesia fuit oppositum, factum,

aut

aut promissum, quod fieret si alius non Episcopus haberet hanc potestatem consecrandi presbyteros: ergo ideo nunquam fuit factum, quia non licuit, cum nullus habeat prædictam potestatem nisi soli Episcopi, ut dictum est: ideo nullus potuit unquam non Episcopus alium sacerdotem consecrare: unde impium & hæreticum est credere, quod noui hæretici putant sacerdotem, vel plebis electicæ, vel quacunque alia ratione quam Episcopi consecratione constitui posse: verum est quod qui teneret, ut sunt qui disputent, Episcopum a presbytero non differre consecratione, sed sola potestate & iurisdictione: consequenter necessario deberet concedere quilibet presbyterum posse alios presbyteros consecrare, nam potestas iurisdictionis non facit potestatem consecrandi, sed quia illam sententiam existimo falsam, ut suo loco ostendam: per se verò in conclusione posita, quod omnibus & solis Episcopis conuenit ordinatio & consecratio ministrorum: Nec nunc disputare intendo, an ex privilegio summorum pontificum Abbates aliqui habeant conferre aliquos ordines, vel minores, vel etiam maiores. Si enim aliqui ordines non sunt iuris divini, ut de minoribus certum est, non est dubitandum quin collatio illorum committi possit non Episcopo. Si verò omnes maiores ordines sunt iuris divini, quod in præsentia non disputo, dicendum est quod non possunt committi nisi Episcopis, qui soli iure divino habent illos conferre, & si non sit eadem ratio de presbyteratu, & diaconatu, sed probabilius est, quod nec etiam diacones possint initiari diaconatu, nisi ab Episcopis siquidem diaconatus est iuris divini.

Quarta conclusio.

QUARTA conclusio est: Defuncto Petro principe Apostolorum, aliquis successit Petro cum simili autoritate & potestate iurisdictionis in toto orbe. Hæc probatur à S. Th. 4. contra Gentiles, cap. 76. Christus sic instituit Ecclesiam, ut esset vsque in sæculum duratura: Vnde Esa. 9. super solum David, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia admodum, & vsque in sempiternum. Sed Christus ædificauit Ecclesiam super Petrum, ut habetur Mat. 16. ergo opus est ut eo è medio sublato, alius loco ipsius subrogaretur. Præterea in vet. leg. semper fuit vnus summus sacerdos, ut constat Deut. 17. & alijs in locis, quod ponderat D. August. & habetur in cap. quodcumque ligaueris. 24. q. 1. nempe, cum Petrus accepit claves, accepit non tanquam priuatus sed nomine Ecclesiæ, hoc est, data est ei potestas quæ esset duratura in ecclesia, in cuius ædificationem Christus dedit eandem potestatem: Vnde sicut Adamus habuit quædam dona personalia, quæ in posteros transfundere non

poterat, ut fuit omnium scientiarum plenitudo quædam autem communia statui innocentiæ, ut iustitiam originale gratiam & immortalitatem: sic etiam D. Petrus priuata dona habuit, in quibus successorem non habuit: nec enim erat necessarium ut gratiam miraculorum, donum linguarum, & alia id genus in alios transfunderet, quædam verò accepit transfusus in posteros, ut potestatem clauium, quam non sibi sed ecclesiæ accepit. Præterea, cum Christus ob dilectionem ad ecclesiam suam, dederit vnum monarcham in republica spirituali, quia illi ut tradunt philosophi, est melior modus gubernandi, ergo semper manebit vnus monarcha, quia semper diligit Christus ecclesiam suam. Præterea, non est verosimile quod instituit modum gubernandi ecclesiam solum pro tempore D. Petri: ergo reliquit modum illum pro omni tempore quo ecclesia debet durare. Pro hac sententia sunt aperta testimonia Ignatij, Cerili, Chrysostomi, & aliorum Græcorum & latinorum. Et confirmatur, quia Christus dixit Mat. vlt. se mansurum nobiscum vsque ad consumationem sæculi: ergo manet eo modo quo ipse ordinauit. Superest inquirendum, qua via, qua ratione ea dignitas & potestas deriuari & peruenire ad alium possit: Nec enim ex morte Petri ad vnum aliquem certum suprema illa potestas attinebit. Ideo sit quinta propositio: Petro mortuo ecclesia habet potestatem subrogandi & instituendi alium in loco illius, etiam si Petrus de hoc nihil prius constituisset. Hæc probatur, licet enim ecclesia non posset potestatem spirituales constituere, nec formaliter in se habeat, ut supra explicuimus: tamen semel constituta à Christo tali potestate, non videtur quod ecclesia sit peioris conditionis ad eligendum sibi principem quam ciuilis respublica, quæ quocumque casu deficiente principe potest alium sibi eligere: deinde oportebat quod hæc potestas perseveraret in ecclesia: Sed defuncto Petro, & de successore nihil prouidente, ut contingere poterat, non restabat aliud medium nisi electio. i. quod per electionem ipsius ecclesiæ crearetur eius princeps, ergo ecclesia poterat alium eligere. Et confirmatur quia nunc si vel bellum vel pestilentia, aut alius casus absumeret cardinales omnes, non videtur dubitandum quin ecclesia posset prouidere sibi de summo pontifice, alias vacaret perpetuo illa sedes, quæ tamen perpetuo debet durare. Deinde illa potestas est communis & spectat ad totam ecclesiam: ergo à tota ecclesia consulendum est sibi ipsi, & non ab aliqua peculiari ecclesia, vel ab aliquo certo genere hominum, immo negligentibus cardinalibus, aut perniciosè desidentibus ecclesia posset sibi prouidere.

Quinta conclusio.

Sexta

Secunda. 4. quest. 20. art. 4.

Sexta conclusio. SEXTA propositio. Electio summi pontificis in illo euentu, nempe Cardinalibus nolentibus eligere, spectaret ad solum clerum, & nullo modo ad populum: probatur, quia administratio rerum spiritualium nullo modo spectat ad laicos: at institutio summi pontificis maxime spectat ad gubernationem & administrationem rerum spiritualium, ergo nullo modo spectat ad laicos. Præterea electio clericorum aut Episcoporum non spectat ad plebeos, ergo longe min⁹ electio summi sacerdotis. Præterea populus non potest iudicare merita & qualitates requisitas ad dignitatem summi pontificis, nec discernere inter dignum & indignum: ergo electio vel institutio summi pontificis nō spectat ad plebem: esset enim absurdum vt prouidentia sacerdotij esset commissa illis, qui nisi fortē & casu recte prouidere non possent, deinde talis electio à laicis celebrata esset prorsus impossibilis, quia impossibile est quod totus populus conueniret ad eligendum, nec postq̄ conuenissent possent facere vt maior pars vnum & eundem aptaret.

Septima conclusio. SEPTIMA conclusio: Electio summi pontificis in illo euentu, nempe Cardinalibus nolentibus eligere, non videtur spectare ad totum clerum: ratio est, quia licet ad omnes clericos spectet administratio spiritualium, tamen non omnia spectant ad omnes, sed citra Episcopos omnes alij administrati Ecclesie habent certa & determinata ministeria, vltra quæ non latius patet eorum officium, vt diacones ministrant præbyteris, præbyteri autem ministrant sacramenta, nec ea quæ sunt maioris autoritatis spectant ad eorum officium: & vt diximus de laicis, eadem ratione vix conuenire possent totus clerus ad talem electionem.

Octaua conclusio. OCTAVA conclusio: In quocunque casu vacaret Apostolica sedes, manendo in solo iure diuino, electio summi pontificis spectaret ad omnes Episcopos: probatur, quia ipsi sunt pastores gregis Christi, & Ecclesiastici, & tota administratio Ecclesiastica citra summum pontificem spectat ad eos, & omnia possunt per se quæ inferiores omnes possunt: Vnde omnes Episcopi prædicto modo congregati possunt eligere vnum summum pontificem etiam reclamantibus: Sed quia hæc forma eligendi esset etiam fere impossibilis, sit nona conclusio. Beatus Petrus vel solus, vel cum alijs Apostolis potuit constituere formam & rationem qua post obitum suum eligeretur ei successor: probatur, quia habebat plenitudinem potestatis ad ferendum leges conuenientes Ecclesie: at hæc erat vna lex, & necessaria ad gubernationem Ecclesie de electione summi pontificis, ergo potuit eam condere: Secundo probatur, quia

Nona conclusio. tota Ecclesia posset hanc legem facere, immo facta est: ergo Petrus solus potuit illam facere, quia alias non haberet summam potestatem: Et confirmatur, quia omnis alia forma eligendi seclusa lege lata à Petro, erat fere impossibilis, si à tota Ecclesia vel à toto clero deberet fieri, & etiam si ab omnibus Episcopis deberet fieri: ergo omnino expediebat vt lege certa daretur via & ratio eligendi summum pontificem. Sed contra hæc dicta arguitur hoc modo: Episcopus Romanus est summus pontifex: ergo dato quod Petrus discessisset, sufficiebat Romanus clerus ad eligendum Episcopum Romanum, ergo & summum pontificem, cum Romanus episcopus est summus pontifex: deinde, quia aliquando vel clerus Romanus, vel populus summum pontificem eligebant, ergo & cetera. Ad hoc dico prius, quod an episcopus Romanus sit iure diuino summus sacerdos, an nō, inferius tractabimus. Secundo dico, quod si clerus aut populus Romanus, aliquando hoc iuris habuit, vt summum eligeret pontificem, hoc fuit vel lege de hoc lata, vel consuetudine recepta, & non iure diuino: nam etiā Romano clero eligente, si Episcopi Christiani ratam habebant electionem, hoc satis esse potuit, vt illa forma electionis per aliquam aetatem seruaretur.

Decima conclusio. DECIMA conclusio: Beatus Petrus potuit eligere & designare sibi successorem, qui defuncto Petro sine alia electione esset summus pontifex. Hæc conclusio non recipitur ab aliquibus theologis recencioribus, eo quod sint pontificie dignitati aliquantum inferiores quàm deceret, alioqui pij & Christiani scriptores: Sed probatur primum ex facto Petri, qui si fides adhibenda est vera narrantibus, Clementem ipse viuens in pontificem nominauit, vt habetur. 8. q. 1. cap. si Petrus, ex autoritate Ioannis tertij, qui fuit temporibus Iustiniani. Præterea poterat ferre legem de electione successoris: ergo potuisset ferre legem, quod viuens pontifex eligeret successorem, immo illa lex videtur futura conuenientissima ad tollendum schismata, & ambiciones: sicut apud Romanos durante adhuc magistratu consulium, designabantur futuri consules, ergo ita potuit fieri de summo pontifice. Præterea potuit ferre legem, quod Episcopus quicunque viuens nominaret sibi successorem, quare non posset etiam de summo pontifice? Vnde sequitur, quod idem potuit facere quilibet successor Petri, cum quilibet successor habeat eandem potestatem quam Petrus habuit.

Undecima conclusio. VNDECIMA conclusio: Ratio eligendi summum pontificem quæ nunc seruatur in Ecclesia non est de iure diuino, quæ conclusio probatur ex præcedentibus, quia exclusi

Secūda. 4. quest. 20. art. 4. fo. 313.

humana lege spectat ad Episcopos: ergo & eligant Cardinales & non Episcopi est de iure humano positio. Deinde, nunquam inuenitur hic modus eligendi summum pontificem per Cardinales in toto iure diuino: ergo solum est de iure humano: & successores Petri potuerunt mutare hanc rationem eligendi: ergo non est de iure diuino. Nec semper electio summi pontificis facta fuit hoc modo, nec ordo Cardinalium qui nunc sunt electores, est de iure diuino: ergo modus hic eligendi est de iure humano.

Vltima conclusio. VLTIMA conclusio est: ratio eligendi summum pontificem, est ex constitutione & auctoritate ecclesie, aut summorum pontificum quæ eadem est, & eadem auctoritate mutari potest, & hæc est ratio & origo qua auctoritas & dignitas beati Petri ad nos vsq; perseverauerit, & duratura est in finem seculi.

Prima conclusio. DE successoribus autem aliorum sit prima propositio: nemo successit alijs apostolis cū æquali potestate & auctoritate iurisdictionis. hoc est, vt in toto orbe haberet plenitudinem potestatis, sicut quemlibet apostolorum habuisse superius ostensum est. Hæc probatur, prius ipso facto, quia de nullo legimus quod se gesserit pro Episcopo vniuersalis ecclesie, præter Romanum pontificem: nec proximi quique, apostolorum, vel Hierosolimitanus vel Anthiochenus Episcopus, vel alterius vrbis Episcopus dictus est pontifex, vel vniuersalis ecclesie potestatem habens. Secundo, quia illa potestas vniuersalis in alijs apostolis à Petro fuit extraordinaria & personalis, vt dictum est, & sic non potuerunt eam successoribus relinquere. Sola autem potestas Petri erat ordinaria, & in perpetuum duratura: ab ecclesia autem nullus recepit tam ampliam potestatem, quæ etiam sine suo capite nihil potest. Tertio fuit magna occasio schismatis, & dissensionum in successoribus qui non erant in gratia confirmati, si prouincias non habuissent distinctas.

Secunda conclusio. SECUNDA conclusio est: quilibet aliorum apostolorum à Petro potuit relinquere successorem in aliqua particulari prouincia, qua voluisset, qui esset verus Episcopus illius prouincie: proba prius, quilibet apostolorum potuit viuens creare Episcopum in quacunque prouincia, & ille sic creatus non amitteret potestatem defuncto apostolo: ergo potuit relinquere successorem. Antecedens est notum, quia Paulus constituit Titum, & Thimo. Episcopos, & idem ius habuerunt alij apostoli: & in hoc sensu propositio nostra à nemine negari potest. Sed dico eam esse veram in sensu in quo diximus Petrum potuisse nominare successorem. i. nominare aliquem qui re vera non haberet potestatem nisi post obitum apostoli: ita inquam potuit Ioannes in Asia no-

minare Ignatium, vt post se Episcopus esset in ea prouincia: hoc probatur, quia vt probauimus, ceteri apostoli viuens æqualem habuerunt potestatem cum Petro, ergo potuerunt condere legem vt viuens ipse eligeret successorem: ergo illa lege potuit ipse primus eligere.

Tertia conclusio. TERTIA conclusio est, non solum apostoli hoc potuerunt, sed quilibet successorum similiter potuit relinquere sibi successorem: Hæc propositio probatur aperte ex secunda, nam lata lege à Ioanne vel Paulo vt viuens Episcopus nominaret successorem, potuisset Titus nominare alium. Sed vltra addo quod difficilius videtur sed non minus verum, quod etiam si de hoc nulla lex esset lata à Paulo, potuit Titus, & Timothe. nominare sibi successorem, inconsulto etiam successore Petri: & simile est de omnibus alijs Episcopis. Hæc probatur, quia Episcopus est pastor & gubernator prouincie iure diuino: ergo si maiore potestate non impediatur, potest facere omnia quæ spectant, & expediunt ad salutem suæ prouincie: sed hoc potuit maxime eo tempore esse expediens, vt viuens Episcopus nominaret successorem: ergo potest nominare successorem. Immo & legem ferre vt hoc modo perpetuo fieret. Vnde ergo habemus quod Episcopus potest legem condere de electione abbatis, vel parochi vel de quacunque alia re, & non de electione Episcopi: & confirmatur hoc, quia in primitiua ecclesia, prædictus modus eligendi videbatur necessarius, quia non possent defuncto Episcopo in vltima parte Indie expectare madatum Petri ad creandum nouum Episcopum. Hæc omnia dicta sunt quantum ad potestatem iurisdictionis, nam quo ad potestatem ordinis, si episcopus desiderat ordinem vel potestatem distinctam à præbiterio, seu ordine sacerdotali, & à iurisdictione, sicut placere video ferre omnibus doctoribus, oportuit præter electionem concurrere aliquam consecrationem tam ad institutionem Papæ quàm episcoporum: sed illam potuit facere quilibet Episcopus viuens consecrando successorem, vel etiā vno defuncto Episcopo alterius prouincie potuit ordinare successorem prius electum & nominatum.

Vltima conclusio. VLTIMA conclusio est, quilibet Episcopus in sua prouincia potuit condere legem, & præbiteri eligerent Episcopum, vel aliam formam institutionis dare etiam inconsulta se de Petri. Hæc conclusio sequitur ex prædictis, nam potuit leges conuenientes prouincie ferre de hac re sicut de alijs, & c. Hæc est ratio qua auctoritas episcopalis potuit deriuari successiue ab vno in alterum vsq; ad nos, & per Episcopos potuit ad nos deriuari omnis alia inferior potestas.

sistere potest sine aliqua potestate gubernante & providente: inde omnino usus utilitasque est publicae potestatis & societatis, si. n. omnes aequales essent & nulli potestati subiecti, vnoquoque ex sua sententia arbitrioque in diversa tendente, necessario distraheretur respublica, & dissolueretur ciuitas, nisi esset aliqua prudentia quae in communi curaret consulereque publico bono: quia omne regnum in se ipsum diuisum dissolabitur, Mat. 12. & Luc. 11. & vbi non est gubernator dissipabitur populus, prouer. 11. sicut. n. corpus hominum in sua integritate conseruari non potest, nisi esset aliqua vis ordinatiua quae singula membra in usus aliorum membrorum, tunc maxime incommodum totius hominis digeret atque contineat, sane ita in ciuitate contingere necesse esset, si vnusquisque pro rerum suarum sollicitus, alios ciues quod tantum bonum est, negligeret: habemus igitur finalem & potissimam causam potestatis secularis, utilitatem. scilicet: adeo urgentem necessitatem, cui nec Deus quidem repugnat. Efficacitatem vero causam huius potestatis ex dictis facile est intelligere, si. n. publicam potestatem iure naturali ostendimus constitutam: ius autem naturale Deum solum authorem cognoscit, manifestum euadet potestatem publicam a Deo esse, nec hominum conditione aut iure aliquo positio contineri. Deus. n. qui omnia in sapientia fecit quae attingit a fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, cuius opera omnia ordinata sunt, vt ait apostolus: huius naturae ac conditionis hominem constituit, vt nisi in societate conuictusque hominum viuere non valeret. Immo vt apud Ciceronem differit Scipio, nihil est illi principi Deo qui omnem mundum regit, quod in terris fiat acceptius quam concilia cetusque hominum iure sociati, quae ciuitates appellantur: quod si respublicae ciuitatesque iure naturali seu diuino sunt constitutae, potestates etiam, sine quibus respublicae stare nullo modo possunt: itidem iure diuino stantur: quod etiam vt nullum dubium superesse possit, rationibus & testimonijs confirmabimus. Et prius quidem Arist. 8. phisic. asserit grauiam & leuiam a generante moueri, non ob aliam causam quam quod naturam & illam inclinationem & necessitatem ad motum habeant a generante: si ergo Deus inclinationem istam hominibus ingenerat, vt nisi in societate, sub qua aliqua regente potestate degere non possit, hoc ipsum Deo authore acceptum necessarium est: quae enim apud omnes naturalia sunt, a Deo authore naturae absque dubio sunt, quia qui dat speciem seu formam (vt idem ait Arist.) dat ea quae speciem aut formam consequuntur. Quamobrem Paulus etiam ad Rom. 13. bene admonet dicens, qui potestati resistit Dei ordinationi resistit: ex ordinatione enim

& constitutione diuina respublica hanc potestatem habet. Causa vero materialis in qua huiusmodi potestas residet iure quidem naturali & diuino est ipsa respublica, cui per se competit se ipsam gubernare, & administrare & omnes suas partes in commune bonum dirigere: quod sic probatur, nam si iure diuino & naturali, est aliqua potestas gubernandi rempublicam, & sublato omni iure positio, & humano suffragio, non sit maior ratio quod potestas illa sit in vno quam in alio ciue, necessarium est, vt ipsa communitas sit sibi sufficiens, & hanc habeat potestatem: si. n. prius quam homines in ciuitatibus conuenerent, nullus erat alius superior: non est vnde quisque sibi supra alios potestatem vendicaret. Praeterea iure naturali quilibet homo habet potestatem se defendendi & protegendum, cum nihil sit magis naturale quam vim vi repellere: respublica ergo in qua omnes vnum corpus sumus, vt ait Apostolus: singuli autem alter alterius membra hac potestate & iure carere non debuit quam homines priuati habent. Cum item corpus totum singulis membris vtatur, & comodo & vsu totius, ita vt si necessarium sit pro incolumitate totius, priuata membra periclitentur & pereant: nulla ratio est, cur similem potestatem respublica non obtineat, & qua ciues suos tanquam membra quaedam ad integritatem & conseruationem publici boni regere valeat. Praeterea, hominem occidere est prohibitum iure naturali, & diuino, vt patet in praeepto decalogi: ergo auctoritas occidendi hominem, oportet quod sit iuris diuini sed respublica, vt ex vsu & consuetudine constat, habet auctoritatem occidendi hominem: ergo habet a iure diuino, nec fat est respondere quod ius diuinum non prohibet occisionem hominis absolute, sed prohibet occisionem hominis innocenti, quia priuato homini non licet occidere hominem, igitur aliqua auctoritatem habet respublica occidendi quam non habet priuatus homo, & illa non potest esse a iure positio: ergo auctoritas respublicae est a iure diuino & naturali. Praeterea omne ius positium humanum ciuile est a republica: ergo oportet quod respublica & potestas condendi ius ciuile sit ante ipsum ius positium: & per consecutionem oportet, quod talis potestas sit de iure diuino in republica, quamquam. i. & per se haec potestas & auctoritas sit in republica, eadem tamen auctoritas & potestas est in principibus & magistratibus quibus respublica vices suas & munia commisit: vnde quia huiusmodi magistratus & principatus sicut maxima, ita & optima est seu regio principatus, vbi proxime post rempublicam inuenitur, publica potestas Paulo accuratius examinandum est: Et quidem non desunt

desunt aliqui, etiam qui de numero Christianorum censeri volunt, qui non solum negant regiam potestatem: sed omnes reges, duces, principes, volunt esse tyrannos & humane libertatis praedones: adeo iniquos aiunt esse omnes principatus, vna reipublicae auctoritate ac potestate excepta, quod vt nihil desit in eorum principum infamiam, in confirmationem sui deliri, & rationes afferre conantur, & scripturas detorquent. Et quidem prius inquit hominem in libertate conditum constat: nec. n. in illo felici innocentiae statu quisquam dominus fuisset, aut aliquis seruiret: quis ergo potuit hominem a Deo in libertate conditum in seruitute redigere? **SECVNDO** homini a principio dictum est, dominamini piscibus Maris, & volatilibus caeli, & bestiis terrae, & rursus sequitur Deus hominem vt praesesset piscibus Maris & volatilibus caeli: & non dixit vt praesesset hominibus, quare violenter sibi quisquam hominis potestatem arrogauit. **TERTIO** in lege naturae inter cultores veri Dei nusquam legimus aliquem principem fuisse: ergo nullus homo potest esse aliorum princeps. **QUARTO** principatus ortum habuit a tyrannide: prius. n. omnium Membroth qui fuit cum posteritate reprobatas, de quo Gen. 10. dicitur Dus filius Chaa genuit Membrot ipse cepit esse potens in terra, & erat venustus venator coram domino, fuit autem principium regni eius Babilo: simili incuria cum Membrot sequentes principes dominatum occupauerunt. Nec hoc doctores sancti dissimulauerunt: vnde & Magnus Gregorius contra naturam esse dicit hominem velle dominari, cum naturali iure omnes homines sunt aequales. Et Isidorus, communis inquit possessio esse oportet, & vna libertas iuris naturalis est: quod si maxime ante legem euangelicam regius principatus prohibitus non esset, saltem Christiani videtur Christi libertate donati: Hoc nec in illo loco significasse videtur dominus dicens. Reges terrae a quibus accipiunt tributum vel censum, a filiis suis an ab alienis? & respondente Petro ab alienis, subiungit **CHRISTVS**, ergo liberi sunt filij, sed ne scandalizemus eos, vade ad Mare & mitte hamum & cum piscem qui primus accesserit, tolle & aperto ore eius inuenies staterem: illud sumes da eis pro me & te. Ex quo inquitur, certum est Christianos tributum non debere, nisi ratione scandali: Quod rursus confirmant per illud Apostoli, nemini quidquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Et rursus idem Paulus, nolite fieri serui hominum, empti. n. estis precio magno: & ad Ephe. vnus dominus, vna fides, vnum baptisma: non ergo licet novos dominos Christianis superinducere. Verum ho-

mines factiosi, corrupti superbia & ambitione: nihil mirum si aduersus principes seditiones moueant, qui a Deo & ecclesia eius prius secessionem fecerunt. Atque adeo nos perditorum hominum calumnijs reiectis, dicimus cum omnibus sane sapientibus, monarchiam siue regiam potestatem non solum iustam esse & legitimam, sed dico etiam reges a iure naturali & diuino, potestatem habere & auctoritatem: & non solum ab ipsa republica aut prorsus ab hominibus. Quod ne quis in gratiam principum arbitretur dictum paucis probare contendam: & sane si nullum testimonium ex scripturis nobis ad hanc rem suppetere, tamen ratio sufficere possit. Si. n. respublica, vt probatum est, potestatem habet a iure diuino in reipublicae partes: haec autem potestas per ipsam rempublicam administrari necesse est, vt rerum gubernatio & administratio aliquibus mandetur, qui vices reipublicae subeant & publici boni curam gerant: nihil autem refert an id munus paucis deferatur, vt est in Aristocratico principatu: aut vni soli, vt est in regio aut monarchia. Quare si reipublicae potestas non tyrannica, sed iusta est, nec regia quidem iniusta erit, quae certe alia non est quam ipsa potestas respublicae per regem administrata: nec. n. respublica per se possit, aut certe non commode possit leges condere, & dicta proponere, lites dirimere, transgressores coercere, & denique, ius suum vniciusque dicere ac reddere: quare necessarium fuit, vt hanc sollicitudinem committeret alicui. Sed vt adulteratis scripturis veras scripturas praepoamus: iam ex supra dictis constat, regnum non esse contrarium iuri naturali, vt illi putant: ius. n. naturale est immutabile, vt etiam in decretis habetur, & Arist. probat 5. Ethico. quare si regnum esset contra ius naturale, nullo saeculo aut aetate iustum esse potuit: cuius contrarium constat ex veteri testamento, vbi laudatur Melchisedec rex Salae: & Ioseph fuit procurator & administrator regni Pharaonis & exactor tributorum: & Iacob vir iustus regionem incolendam a Pharaone accepit. Et Daniel cum socijs suis constitutus fuit a Nabuchodonolor praefectus praouinciae, vt in Gene. & Daniele legimus. Quod vtrique viri sancti non admisisset, si regnum & principatum tyrannidem putassent. Et in Deutero. scribuntur leges & conditiones regis qui apud filios Israel regnaturus esset: nec prohibentur regem sibi constituere, quin potius licentiam permittens dominus tantummodo cauet, ne alterius gentis regem sibi creent & ibidem praecipitur vt stetur sacerdotis Decreto, sub poena etiam capitis: nihil autem interest, an praesit sacerdos vel respublica, dum tamen habeant eandem potestatem, dominus autem, vt in Leui. constat & Deute. iudices constituit qui potesta-

sem haberent vitę & mortis : & in libris regum alij ab ipso Deo reges creati , alij eius præcepto præpositi leguntur : quod utique nusquam fecisset , si non aut respublica populi sui , aut contra ius naturale quoquam pacto existeret : & Machabęi viri fortissimi & sanctissimi ab omnibus estimantur : qui tamen suorum populorum principatum , aut delatum susceperunt , aut iustis de causis sibi vendicauerunt . Est denique absurdum , prorsus existimare aliquid esse aduersum iuri naturali aut diuino , quod rerum humanarum administrationi expediens sit , quale regum esse , ex parte iam probatum est , & statim præfatus probabimus . Non itaque ut sapienter ait Iob Deus tanquam inuidus abiicit potestates , cum ipse sit potens , nec libertas euangelica , ut sediciosi homines imperitę plebis auribus subierunt , regię potestati impedimento est : ut enim alio loco ostēdetur , nihil quod lege naturali licitum sit , euangelio prohibetur : atque in hoc maxima libertas euangelica consistit , quare si ante euangelium prouincis & ciuitatibus reges constitui licebat : ne utique existimandum est , hoc ipsum post euangelium non licere . Et certe si reges legitime principes non essent , nunquam apostoli Christi nobis tam solícite , ut illis paremus commendassent , cum tamen Paulus ad Ro. 13. nihil aliud agere videatur . Omnis inquit anima potestatibus sublimioribus subdita sit , non enim est potestas nisi à Deo : itaque qui resistit potestati , Dei ordinationi resistit : qui autem resistunt , ipsi sibi damnationem adquireunt . Et subsequitur , Dei n. minister est tibi in bonum & vindex in ira ei qui male agit . Et rursus ibidem , subditi estote , nō solum propter iram , sed propter conscientiam : ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes . Et ad Thimo. 3. inquit apostolus : admone illos , principibus & potestatibus subditos esse . Et 1. ad Thi. 2. obsecro primū omniū fieri obsecrationes pro regibus & omnibus qui in sublimitatibus sunt constituti , ut quietam & tranquillam vitam agamus : Et Petrus in 1. canonica , cap. 2. subiecti estote omni humanę creaturę propter Deum , siue regi quasi præcellenti , quia sic est voluntas Dei , quasi liberi & non quasi velamen habentes malitię : sed sicut Dei serui omnes honorate , fraternitatem diligite , Deum time , regem honorificate . At nos huiusmodi nebulonibus valere iusis : ad id quod Paulo ante dicebam redeamus , nempe ecclesiasticam potestatem non esse à republica , sed ab ipso Deo , ut catholici doctores sentiunt : ita videtur quod regia potestas sit à Deo quamuis à republica constituatur , creat enim respublica regem non autem potestatem , sed respublica propria auctoritatem transfert ad regem : hæc

sunt duę potestates , altera regia & altera cōmunitatis . Atque ideo sicut potestatem reipublicę à Deo & iure naturali constitutam esse asserimus , idem prorsus de regia potestate dicamus necesse est : quod satis consonum videtur scripturę sacrę & consuetudini quę principes ministros Dei & non reipublicę appellat : Et ipsa diuina sapiētia apud Salomonem : per me inquit reges regnant & legū conditores iusta decernunt . Et dominus respondit Pilato , non haberes potestatem aduersum me ullam , nisi tibi datum esset desuper : id est de cœlo , vel à Cæsare quę illam habebat à Deo : Errare ergo videntur auctores contendentes quidem reipublicę potestatem & iurisdictionem esse à iure diuino , negantes tamen hoc conuenire regię potestati . quod si homines vel respublica non haberent potestatem à Deo , sed ex condicōe omnes conuenirent , & pro bono publico vellent potestatem supra se constituere : illa quidem esset ab hominibus , sicut est illa quam religiosi tribuunt abbati : non ita est cōstituta respublica , sed omnibus etiam ciuibus inuitis , est in respublica potestas seipsam administrandi & moderandi , & ciues suos ad pacem & cōuictum conuenientem copellēdi . Sed quamquā ita hæc se habeant , potest tamen scrupulus quempiam tenere , an ita etiam cōueniendum sit , de potestatibus quibus infidelium reipublicę gubernantur ? An . s. inter paganos sint legitimi principes , & alij magistratus ? Et posset quidem alicui videri quod non , si enim ex Christiano , quis fiat impius & infidelis , omnem prorsus publicam potestatem (ut iura dicunt) amittit : & hoc non nisi merito suę infidelitatis : ergo eadem ratione impietas in alijs impedit legitimum principatum aut potestatem : Vnde Ricardus Armachanus vir alioqui præstantis ingenij & eruditionis , in libro de paupertate Christi , non solum infidelitatem , sed quodcunque mortale peccatum putat impedire omnem potestatem & dominium : Et iurisdictionem tam publicam quam priuatam titulumque , & fundamentum necessarium cuiuslibet potestatis , credit esse gratiam : quod & rationibus & testimonijs sustentare conatur : quas ego nunc eo quod infirmi ores iunt , quam ut dissolutione opus habeas prætereo . Nec dubitandū est quin inter Ethnicos sint legitimi principes & domini , cum apostoli in locis supra citatis , obedientiam secularibus potestatibus & principatibus seruare tantopere præcipiunt , quę certe eo tēpore nisi Ethnicorū , nullę alię potestates erant : ut Paulo ante meminimus . & Ioseph & Daniel paganorum principū procuratores , & administrati fuerūt . Nec aut principes Christiani aut ecclesia , huiusmodi principatu & potestate infideles priuare possent eo duntaxat titulo , quod

Secūda conclusio.

10. quod infideles sint , nisi ab eis alia iniuria perfecta sit . Et quidem prædictę tres causę secularis potestatis , nempe finalis , efficiens & materialis , hæc maxime videntur esse , ex quibus etiam eius formam & finitionem intelligere facile est , quę cum non sit nisi eius essentia per definitionem ipsius potestatis recte explicatur , quę ab auctoribus talis ponitur : Potestas publica est facultas , auctoritas siue ius gubernandi respublicam ciuilem . Vnde ex prædictis facile probabis præfatam nostram conclusionem quantum spectat ad publicam potestatem , ostendimus enim publicas potestates esse à Deo , atque ideo iustas & legitimas .

SECUNDA conclusio est , potestas ciuilis non potest tolli aut abrogari etiam totius orbis consensu . Hęc probatur , quia homo non potest cedere iuri & facultati se defendendi , & tuendi , proprijsque membris ex cōmodo suo vtendi : & quod hæc potestas illi iure naturali & diuino competat : idem & respublica priuari nullo modo potest hoc . s. res suas iure & potestate tuēdi , administrandi : aduersus vim iniurię , & suorū & exterorū , quod sine publicis potestatibus facere non potest : atque ita si ciues omnes in hoc conuenirēt , ut omnes hac libertate potirentur , ut nullis tenerentur legibus , nullis magistratibus potirentur , pactum esset nullum & inualidum : ut pote aduersus ius naturale quod respublica à se abdicare non potest . Ex his superioribus inferatur corollarium non contēnendum , sed potius anima diuersione dignum , his qui sub vno principe & regali principatu degunt : non est minor libertas in illo regali principatu , quam Aristocratico , aut Thimocratico : ita . n. Arist. 3. Politico . principatus distinguitur in principatum vnius , seu monarchiam : in Aristocraticum . i. optimatum principum , & Thimocraticum . i. popularem seu multitudinis principatum : Dico ergo non esse maiorem libertatē siue in Aristocratico , vbi pauca potestates gubernant , siue in Thimocratico , vbi populus administrationem gerit , quam in monarchia vbi tota administratio ad vnum deferretur : quod ex supra dictis breuiter sic ostendo . In quolibet . n. principatu , quilibet priuatus est subiectus publicę potestati , cum parere necesse sit , siue illa resideat in vno , siue in paucis , siue in tota multitudine : est autem vna & eadem potestas in rege & in tota republica , & in optimatibus : ergo eadem potestate punitur & torquetur qui regi subditus est , & qui populo , & qui optimatibus , nec prorsus maior libertas est subijci trecentis tenatoribus quam vni regi : immo plures dominos habere videntur qui multorum decreto & principatu subijciuntur : ne forte quis ita deliret ut se seruum esse putet , si sapienti regi pareat , &

liberum credat si barbaris & pastoribus . atque tutoribus , & opilionibus subijciatur : Aut nō potius optandum esset vni Octauiano , quam decem aut trecentis viris obedire : maxime cū in ea ipsa repub. quā maxime liberā illi arbitratur , vnius prætoris edicto tadē parendum sit : qui rempublicam quidem non administrat sicut rex , sed singulos ciues ex arbitrio suo vel libidine potius , iusque versat & tractat , cum interim miseri homines , ab homunculo versati se liberos esse iurant : Ego autem regum principatum , non solum æquum & iustum esse puto , sed cum præstantissimis & sapientissimis philosophorum , inter omnes principatus excellentissimum , & reipublicę cōuenientissimum esse assero , ut . n. supra egimus , omnis publicę potestatis finis est ciuium cōseruatio & cōuictus , quę maxime in pace , metu , & amore continentur . Ad quam cōseruandam quanto efficacior sit regius principatus , nemo est qui non intelligat : necessarium enim est , ut vbi multi in administratione pares sūt , dissensionibus & seditionibus laborent , & diuersis sententijs rempublicam distrahāt : nulla . n. fides regni socijs (ut ait poeta) Et dominus per prophetam dicit , pastores multi demoliti sunt vineam meam : Optimū ergo regimen est vnius , sicut & totus orbis ab vno principe prudenter gubernatur in spiritualibus : Vnde hic principatus vnius videtur esse mixtus ex tribus , qualis est principatus Hispanorum , vbi multi sunt à consilijs regis , & duces & magnates in gubernatione regem iuant . Secundo colligitur ex supra dictis quod tota respublica potest licite puniri pro peccato regis : ut si rex indicat bellum iniustum alicui alteri principi potest ille qui iniuriam accepit prædas agere , & alia iura belli prosequi , in regis , bellū illud iniustum indicentis , subditos , etiam si omnes essent innocentes : hoc probatur , quia postquam rex à republica constituitur , si quid ille in magistratu admittat , imputatur reipublicę : tenetur . n. respublica nō committere hanc potestatem , nisi ei qui iuste exerceat illam , & iuste vtatur facultate sibi commissa & demandata , alias autem periculo suo commisit : sicut licite damnatur quilibet pro peccato sui procuratoris . Tertio colligitur quod nullum bellum est legitimum , si constat gericum maiori malo reipublicę , bonique communis , quantumuis aliunde suppetant tituli & rationes ad bellum iustum probatur , quia respublica non habet potestatem indicendi bellum , nisi ad se resque suas tuendū ac protegendū , quę ipso bello attenuantur potius & deteruntur quam augeantur : bellū . n. erit iniustum siue à rege inferatur siue à republica cum maiori damno reipublicę quā vtilitate : Immo cum vna respublica sit pars totius orbis , & maxime prouincia Christiano

rum aliquorū sit pars totius Christianæ reipublicæ, si bellū quidem vtile sit vni reipublicæ vel regno: cum detrimento autem & damno orbis, aut Christianitatis, puto eo ipso bellum esse iniustum: vt si Regis Gallorū aduersus Cæsarem esset alias iustus ex causis susceptum: & alioqui regno Gallorum vtile. Sit a tamen maiori malo & iactura geritur Christianitatis, nempe quia interim Turcæ occupabunt prouincias, cessandum esset à tali bello, quia est iniustum.

S E D cum tam multa de regibus & regia potestate dixerimus: tractandum etiam est de regno Christi, qui est rex regū & dominus dominantium: nec omnia quæ possem in præsentia persequar, sed solum hoc absoluā, quo iure CHRISTVS seruator rex fuerit, & an regnum eius eiuſdem sit rationis cum regno temporalium principum. De regno igitur Christi dicentes auctores quidam non innobiles dicunt, Christū seruatorē nostrū fuisse regem Iudæorum non ex sola vnione hypostatica, vel ea ratione, quia Messias cum hac ratione esset rex non solum Iudæorum, sed etiam totius orbis sed quod erat rex Iudæorum iure hereditario & naturali origine: vnde Armachanus lib. 2. de questionibus Armenorū, cap. 15 & 16. asserit Christū fuisse regem Iudæorum per originem & secundum humanitatem atq. iure hereditario, non solum propter vnionem hypostaticam: vnde dicit quod regalis dignitas fuit per successionē deuoluta ad virginem Mariam secundā legem datam nume. 27. de filiabus Saphat sub hac forma: homo cum mortuus fuerit absq. filio, ad filiam eius transibit hereditas. & si filiam nō habuerit habebit successores fratres suos, q. si fratres non fuerint, dabitur hereditatem fratribus patris eius. Si autē nec patruos habuerit, dabitur hereditas his qui ei proximi sunt: Atq. ita CHRISTVS ex parte Mariæ matris, ac progenitorum eius, rex Iudæorum vere dici potuit: quam sententiam contendit Armachanus probare multis argumentis: & prius, quia à prophetis Messias vocatur rex, vt Pſal. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo &c. & Pſal. 20. dicitur, domine in virtute tua lætabitur rex: & loquitur ibi propheta de Christo seruatore: & in Pſal. 44 dicitur, dico ego opera mea regi. & Pſal. 71. Deus iudicium tuū regida & sequitur, dominabitur à mare vsque ad mare: ergo cū in omnibus istis Pſalmis propheta loquatur de Christo, sequitur Christū iure hereditario fuisse regem.

PRÆTEREA Esaiæ. 9. sic habetur de Christo, erit princeps pacis. & multiplicabitur eius imperium: & Esaiæ. 1. & 33. dicitur de Messia, dominus noster, legifer noster, rex noster: & Danielis. 7. & Zachariæ. 9. dicitur multis verbis Messiam esse habiturum regnum. Et hæc

omnia confirmat Gabriel Angelus, Luca. 1. dicens Mariæ de Christo: dabit ei dominus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Nec sufficit dicere, quod ideo CHRISTVS est dictus rex, quia debuit regere spiritaliter, & legem terre spiritalis: quia sic etiam Moyses & Samuel deberent reges vocari, qui spiritaliter populū gubernabant, & Messias potius debuit vocari propheta, aut sacerdos, aut doctor. Præterea dicit Ioannes quod quærenti Pilato: ergo rex es tu? Respondit CHRISTVS, tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum mundo, vt testimonium perhibeam veritati: Ex quibus verbis videtur Christum ipsum confessum esse, se regem esse ad illum sensum quē Pilatus intēdebat. Deinde si solum dicebatur rex propter potestatem spiritualem vel propter temporalem collatam a Deo sibi, cum talis potestas extendatur ad totum orbem, non magis debuit dici rex Israel quā rex Ægypti orum vel Romanorum, nec magis debuit de eo dici quod sederet super solium David quā super sedem Cæsaris Augusti, vel super capitulum Romanum: Et tamen in Pſal. 118. dicitur: ego autem constitutus sum rex ab eo, super montem sanctum eius: & Luca. 1. Angelus dixit eum regnaturū in domo David patris eius: & Michæ. 5. exiet dux qui regat populū Israel: & Zachariæ. 9. exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi &c. & Ioannis. 12. Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel: & Ioannis. 19. clamabant Iudæi, si hunc dimittis non es amicus Cæsaris: & adijcunt: dicebant. Omnis n. qui se regem facit contradicit Cæsari: clarum est, quod loquebantur de regno Iudæorum: nec videtur hic Iudæi finxisse sine causa, quia sub eo vel à discipulis eius audierat. Ad quod etiam facit illud quod habetur Ioannis. 6. quod dñes voluerunt cum capere & regem facere: quod non videtur facturos fuisse, nisi occasione sumpta, nempe quia ipse se regem dicebat. Præterea Magi quærebant, vbi esset qui natus est rex Iudæorū: Matth. 2. pro hac sententia facit etiam quod habetur Matth. 17. quod CHRISTVS quando dixerunt illi exatores q. accipiebāt Didrachma Magister vester nō ioluit Didrachma? & CHRISTVS cū intrasset domum dixit Petro, quid tibi videtur Simon, reges terræ à quibus accipiūt census à filiis suis an ab alienis? Petrus autem respondit, ab alienis, cui CHRISTVS ergo liberi sunt filij, vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare & cum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore inuenies itatorem, illū sumēs da pro me & pro te: per quod videtur se voluisse ostendere esse se filium regis, & per consecutionem immunem & liberum à tributis.

HIS

HIS non obstantibus dico, vanum & falsum esse, & proximum errori Iudæorum, dicere quod CHRISTVS fuerit rex iure hereditario, aut secundum carnem successionem: Iudæi n. illum expectabant, ex magna domo nasciturum, & temporaliter regnaturum, & restitutum regnum David, quæ omnia carnalia sunt, & carnaliter intellecta: cum tamen secundū apostolū litera occidit, spiritus autē viuificat: nec ideo CHRISTVS venit in terram propter reipublicam temporalem sed propter spiritualem: non n. venit pacem mittere in terram, quæ tamen est finis reipublicæ temporalis.

I D E O relicta vanitate Iudæorum qui in sole caligant & in luce hallucinantur, dico regnum Christi fuisse excellentius illo quod Iudæi illi tribuunt: erat n. totius orbis Monarcha nō ex successionē, sed ex dono patris, propter vnionē hypostaticam: nec erat eiusdem rationis cum regno isto quo temporales principes gaudent: & hæc est sententia S. Tho. in 3. p. & in 3. libro de regimine principum: vnde regnum Christi differebat ab alijs regnis, & prius quia regnum extendebat se ad animas: alia autem regna solum se extendebant ad corpora.

S E C V N D O alia regna solum se extendebant ad hæc inferiora Christi autem regnum extendebat se ad cœlestia: vnde ipse dixit, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

T E R T I O Christi regnum & alia differunt quo ad finem, quia finis principalis aliorum regnorum & immediatus, est humana felicitas & pax reipublicæ: licet ex consecutione sit salus spiritualis, e diuerso autem Christi regnum, prius habet pro fine immediato salutem animarum, & deinde humanā felicitatem.

Q V A R T O quia illa solum se extendunt ad præsens tempus, Christi autem regnum etiam se extendit ad futurum, quia regni eius non erit finis.

Q V I N T O quia alia regna sunt ex consentu populi præsentis, vel per successionem hereditariam: CHRISTI autem regnum fuit immediate à Deo, facti ad hoc id quod Angelus dixit Mariæ: dabit ei dominus sedem David patris eius: per quod ostendit quod regnum debebat ei competere ex dono Dei, non autem alio iure. Et in Pſal. 2. dicitur Christum fuisse regem constitutum à Deo peculiariter, & non iure hereditario, sub his verbis: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius &c. Et confirmatur, quia si CHRISTVS habuisset regnum iure hereditario, haberet suum regnum finem in morte illius: quod tamen non habet finem, cum dictum sit: & regni eius

ius non erit finis.

PRÆTEREA si debebatur Christo illud regnum iure hereditario siue à matre (vt dicit Armachanus) siue à Ioseph, non fuisset CHRISTVS rex, Maria & Ioseph viuentibus, quia nondum successerat in hereditatem, sed Maria & Ioseph fuissent reges: quia filius regis non est rex viuentē patre aut matre à quibus habet regnum. Pro nobis est etiam illud quod habetur Deuteronomij. 17. non poteris hominem alterius generis regem facere, qui non sit frater tuus: & tamen si mulier poterat succedere in regno Iudæorum potuisset illa accipere viuum alienigenam, & ille fuisset rex, quod erat contra prædictam legem.

PRÆTEREA potuisset illa filia nubere primogenito Benjamin vel alterius tribus, & cum filius eius regnasset transiret regnum à tribu Iuda in tribum Benjamin vel Leui ergo &c. Quod autem regnum Christi fuerit alterius rationis à regno aliorum probatur, quia Aristoteli in libro politicorum dicit quod politica diuiduntur pœnes diuersos fines, & varios modos regendi: cum ergo alie sint leges & alius finis in politica Christi quā in alijs, fit quod differt specie Christi regnum ab alijs regnis: finis enim regni Christi declaratur in Pſal. 2. vbi postquam in persona Christi dicitur: ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius, vbi explicatur finis regni Christi, nempe quod regnum Christi erat ad prædicandum & dirigendum genus humanum in præcepta Dei. Et hoc ipsum videtur respondisse Christum Pilato Matth. 27. quando dixit, tu dicis quia rex sum: in hoc ego natus sum mundo, vt testimonium perhibeam veritati: quasi diceret, etiam si rex sim vt tu dicis: noli tu exultare me esse regem ad regendum in temporalibus bonis, sed sum rex ad prædicandum veritatem. Et pro hoc etiam illud Ioannis. 13. regnum meum non est de hoc mundo: in quo voluit dominus ostendere, prius, quod non habebat regnum ab hoc mundo, nempe à parentibus. Secundo quod non erat ad formam regnorum humanorū. Et his sic probatis facile est respondere ad rationes Armachani, in partem oppositam allatas, & prius ad illud numeri. 27. de filiabus Saphat: dupliciter respondetur, prius quod illa lex non seruabatur in regno, vt experientia docuit, nunquam enim filia successit: Et ratio est, quia ad hoc populus Israel petierat regem, & ad hoc datus illi fuit, vt egrederetur ante eos & pugnaret bella eorum, vt constat. 1. regum. 8. & 9. quod munus foemina implere non potest. Secundo dico, quod nullo modo probatur, quod virgo Maria esset proxima sanguine regibus Israel, nec hoc

hoc ipsum probatur de Ioseph, de quo tamen etiam si hoc probaretur, non ideo CHRISTVS fuisse rex, postquam non erat de semine eius. Rursus ad primum aliorum argumentorum, dico me non negare Christo potestatem etiam in temporalibus, sed non habuit illam à parentibus, nec propter finem temporalem tantum, sed spiritualement potissimum. AD secundum constat ex dictis quid CHRISTVS voluerit respondere, non enim negavit regnum, sed negavit modum vel finem regni sui.

AD tertium dico, quod licet CHRISTVS venisset propter omnes, & esset omnium monarcha ut potest dicitur latius, tamen specialiter venit propter oves Israel, ut ipse Mattheus 15 ait non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.

AD quartum etiam dico, me non negare Christum etiam regem fuisse Iudeorum, sed non à parentibus nec sine laico, sed dono patris, & sine spirituali. Et ad illud quod noluit esse rex Ioan. 6. fatemur Christum noluisse vti temporalibus, quia nihil faciebant ad finem regni eius: immò potius impedirent finem spiritualement, qui erat immediatus finis regni Christi.

AD quintum autem dico, quod Magi adoraverunt Christum ad verum sensum, & melius intellexerunt prophetiam quam Iudei, vel alij: quia illi inveniunt Christum in præsepio & domo pauperrima, nec tamen eos deterruit quin tanquam regem eum honorarent, ut diuus Chrysostomus notavit super Mattheum.

AD sextum dico varias esse expositiones, sed ad præsens sufficit, vel quod CHRISTVS voluit ostendere libertatem ecclesie, & immunitatem debitam ecclesiasticis: seu voluit se non obligare, quod etiam nos fatemur: sed hoc non fuit propter successionem: sed ex Dei dono propter unionem: De regno autem Christi est notandum cum S. Tho. in li. de regimine principum: prius, Christum habuisse potestatem etiam secundum humanitatem: probatur ex illo: data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Mattheus ultimo: quod Hieronymus, Rabanus, Remigius, dicunt intelligi etiam secundum humanitatem, iuxta prophetiam, constituiisti eum super opera manuum tuarum: Et in hac sententia est Augustinus, & Apostolus prioris ad Cor. dicens, omnia subieciisti sub pedibus eius, inducit de Christo: cuius autem regnum fuerit dicit S. Tho. 3. de regimine principum, cap. 12. satis inquit apparet dominium Christi ordinatum ad salutem animæ ad spiritualia bona, licet à temporalibus non excludatur, eo quo ad spiritualia ordinantur ibi dè rursus dicit quod Cæsar Augustus gessit vices Christi qui erat verus monarcha. In art.

autem. 14. dicit monarchiam Christi incepisse in eius natiuitate, in cuius signum Angeli famulabantur, pastores veniebant, & Magi ad adorandum. Et in art. 15. dicit, licet esset dominus orbis directe, tamen ad spiritualement vitam ordinabatur principatus: iuxta illud Ioannis, ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant, Et in art. 16. dicit quod Constantinus instinctu diuino fuit sollicitus, ut dominium daret beato Syluestro, cui de iure debebatur. Sed hoc est intelligendum ad bonum sensum, non enim intelligit S. Tho. quod debeatur Papæ regnum vel dominium temporale eo modo quo habet nunc in aliquibus terris, sed eo modo quo habet in toto orbe, nempe quantum requiritur ad regimè spirituale animarum: nec unquam S. Tho. soluit Christum habuisse regnum via successiois, nec eo modo quo alij reges regnant: & 3. p. q. 59. ubi agit de potestate Christi, art. 4. probat Christum habuisse potestatem super res humanas: quia cuiuscunque committitur id quod principatus est, committitur manus; & accessorium: omnes autem res humanæ ordinantur in finem beatitudinis quæ est salus æterna, ad quæ homines admittuntur, vel e contra repelluntur in iudicio Christi. Mattheus 25. unde manifestum est quod ad iudicariam potestatem Christi pertinent omnes res humanæ: & de hac potestate exponit S. Tho. septem, nempe quod dedit ei potestatem, honorem & regnum &c. Nec in tota 3. p. loquitur unquam de alia potestate temporali Christi: ubi iam ex professo loquitur de Christo, vnde dimittenda sunt illa alia sonia: immò credo quod S. Tho. cum scripsit 3. p. non erat illius phantasia quod imperatores essent vicarij Christi quantum ad temporalia, quamuis hoc dixerit in opusculo de regimine principum, ubi etiam dicit quod omnes qui non habuerunt imperium ex consensu ecclesie Romanæ, fuerunt tyranni: hoc autem non puto esse verum propter potestatem temporalem Papæ, sed quia populus Christianus non consentit in illud, vel quia ad Papam ratione regiminis spiritualis, est annexum dominium temporale: saltem sine spirituali, ut supra diximus. Vel dic quod imperatores seu reges erant vicarij Christi & successorum eius, ad hunc sensum: hoc est erant sub eo, nempe quia Christo in quantum Messias, & Papæ in quantum vicario eius data est potestas vtiendi temporalibus, & regnis: quantum necessarium est ad suum officium & finem, nempe ad gubernationem ecclesie: & ita habent aliquam potestatem supra reges & imperatores, sed non puto quod habeant ineram potestatem temporalem. Qui vero dicunt Christum descendisse semper per rectam lineam regum Israel, sunt etiam dicturi Machabeos fuisse tyrannos, qui tempore verorum regum imperium occupabant. Diuus autem Thom. in

3. de re

de regimine principum dicit eos habuisse verum principatum & dominatum, quamuis essent de genere sacerdotali: quia propter zelum patriæ, & legis meruerunt imperium, facit etiam ad hoc propositum id quod dominus Luce 12. iuueni dicenti sibi Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem, respondit, o homo quis me constituit iudicem inter vos? Unde negasse videtur se habuisse potestatem temporalem iudicandi. Huius sententia est Antoninus. 1. partis titulo. 3. 4. & 5. Henricus de Gandauo quoli. 6. q. 22. hoc ipsum astruunt glossæ super cap. 2. & 7. Danielis & Burgensis in scrutinio, part. 1. d. 7. cap. 1. ubi totum secundum capitulum Danielis exponit de regno spirituali: & dicit quod continent omnia regna non bellis nec auferendo temporalem potestatem, sed expellendo idolatriam quæ in illis quatuor regnis imperabat & tyrannidem exercebat: Et certe, ut baptista Martinus scribit se cuidam Iudeo respondisse, multo maior potestas ostenditur in hoc, ut homines mutauerint Deos suos quam reges. Redeundo igitur ad materiam quam tractabamus de potestate laica.

Alia conclusio.

CONSTITUTO hanc aliam conclusionem, maior pars reipublicæ regem super totam reipublicam constituit, ac creare potest, etiam in alijs inuitis & reclamantibus. Hæc constat ex superioribus, quia si reipublica ut ostensum est suam potestatem vni mandare potest, & hoc est in utilitatem reipublicæ. Certum est non obstare dissentium vnius aut paucorum, quo minus cæteri prouidere possint bono publico: alias non esset sufficienter consultum reipublicæ, si consensus omnium exigeretur: cum ille in multitudine, aut vix aut nunquam contingat satis: ergo est ut maior pars in vnum conueniat ut iure aliquid fiat. Rursus probatur efficaciter, quia duabus partibus dissentientibus in administratione reipublicæ, oportet quod præualeat sententia alterius partis necessario: postquam volunt contraria, irrationabile est quod præualeat sententia minoris partis, ut notum est: ergo sequenda est sententia maioris partis: nam si ad creandum & eligendum regem requiritur consensus omnium: ergo etiam requiritur consensus omnium ad non creandum: quare ergo requiritur magis consensus omnium ad partem affirmatiuam quam ad negatiuam?

ALIA conclusio est, quod huiusmodi rex est supra totam reipublicam, volo dicere quod in regio principatu rex est, non solum supra singulos, sed etiam supra omnes simul & supra totam reipublicam. De qua re quamquam sint inter philosophos variæ sententiæ, multaque disputentur, tamen ego paucis proboniam. Quoniam si reipublica esset su-

pra regem, esset principatus Democraticus siue popularis, nam popularis principatus est, ubi populus imperat. Si autem reipublica tota est supra regem, non rex sed ipsa, id est populus dominatur, & ita non est principatus vnius nec monarchia & hæc videtur sententia Aristoteli 3. politicorum.

PRÆTEREA reipublica potest dare potestatem alicui non solum supra singulos, sed supra omnes simul: & ille haberet potestatem regiam & non aliam, esset enim adhuc principatus vnius & non Aristocraticus aut Thimocraticus: ergo rex est supra omnes. Deinde non appellatur à rege ad reipublicam: ergo reipublica non est superior.

ALIA conclusio est, quod maior pars Christianorum posset monarchiam constituere, si hoc esset necessarium ad bonum Christianitatis, minori parti Christianorum inuita & reclamante: Probatur, quia tota ecclesia est quodammodo vna reipublica & vnum corpus, iuxta apostolum dicentem, omnes vnum sumus corpus: ergo habet potestatem se conseruandi, & tuendi rationemque optimam constituendi, qua se defendere ab hostibus posset: si enim constaret profus expedire Christianismo, & reipublicæ fidei, vnum solum principem habere, quo se melius possent à tyrannide & incurfione infidelium defendere, possent omnes Christiani vnum monarcham Christianum eligere, & cum tantum posset maior pars reipublicæ quam omnes possent, maior pars Christianorum posset. PRÆTEREA cum finis temporalis sit sub spirituali & ad illum dirigatur, si habere vnum monarcham esset expediens ad defensionem, & propagationem religionis Christianæ: & fidei non video, cur non possent illi ad quos spirituale bonum Christianorum spectat, cogere Christianos, ut vnum monarcham crearent. Sicut in fidei fauorem ecclesie principes, hæreticos principes priuati principatu, alias legitimo: quare ergo ecclesia non posset in fidei fauorem? & maximo ubi ita periclitatur fides, cogere principes Christianos ut vnum monarcham super omnes constituerent: esto nonnulli contradicerent.

PRÆTEREA aliquando genus humanum habuit talem prædictam potestatem, nempe eligendi vnum principem & monarcham: ut constat in principio mundi antequam fieret diuisio: ergo etiam nunc potest. Cum ergo illa potestas esset iurisdictionalis non videtur cessasse: Ex prædicta conclusione colligitur, quod in ciuitatibus liberis, ut Venecijs aut Genoua, maior pars posset eligere regem, alijs remittentibus: & hoc est verum, non solum quando hoc manifeste expediret reipublicæ, sed esto etiam magis expediret politica

Aristo.

Aristocratica aut Thimocratica, quia postquam respublica habet ius administrandi se, & id quod facit maior pars facit tota respublica, potest accipere policiam quam voluerit, dummodo licita sit & conueniens reipublice esto non sit optima, sicut nunc prædictæ reipublicæ habet policiam Aristocraticam quam non est optima.

Sequitur. q. 21.

DEINDE considerandum est de ministris clauium, & usu earum. Circa quod queruntur sex.

PRIMO. Vtrum sacerdos legalis clauem habuerit?

SECUNDO. Vtrum Christus clauem habuerit?

TERTIO. An soli sacerdotes clauem habeant?

QUARTO. An sancti homines non sacerdotes, clauem vel usum earum habeant?

QUINTO. An mali sacerdotes usum clauium habeant efficacem?

SEXTO. Vtrum schismatici, & heretici, excommunicati, & suspensi, & degradati, usum clauium habeant.

Articu. primus.

Vtrum sacerdos legalis clauem habuerit?



AD PRIMVM sic proceditur, videtur, quod sacerdos legalis clauem habuerit: clauis. n. est sequela ordinis, sed sacerdos legalis habuit ordinem ex quo sacerdotes dicebantur: ergo etiam habuerunt clauem sacerdotes legales.

PRÆTEREA sicut Magister dicit clauem sunt duæ. scilicet scientia discernendi, & potentia iudicandi: sed ad utramque potestatem sacerdotes legales habuerunt auctoritatem: ergo habebant clauem.

PRÆTEREA sacerdos legalis habebat aliquam potestatem super reliquum populum, non temporalem: quia sic potestas regia non fuisset distincta à sacerdotali: ergo spiritalis, & hæc est clauis: ergo habebat clauem.

SE D contra, clauem ordinantur ad aperendum regnum cælorum, quod aperiri non potuit ante Christi passionem: ergo sacerdos legalis clauem non habuit.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt quod in veteri lege erant clauem apud sacerdotes: quia eis erat commissum imponere poenam pro delicto, ut dicitur *Leui. 5.* quod ad clauem pertinere videtur: sed fuerunt tunc incompleta, nunc autem per Christum in sacerdotibus noua lege perfecta sunt. Sed hoc videtur esse contra intentionem apostoli, in Epistola ad Hebræos. cap. 9. ibi enim sacerdotium Christi præfertur sacerdotio legali, per hoc quod Christus assistit pontifex futurorum bonorum, ad tabernaculum cælesti introducens per proprium sanguinem, non manufactum, in quod introducebat sacerdotium *ve. le.* per sanguinem hircorum & taurorum. Unde patet quod sacerdotij illius potestas, non se extendebat ad cælestia, sed ad figuras cælestium: & ideo secundum alios dicendum, quod non habebat clauem, sed in eius clauis figura præcessit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod clauis regni cælestis consequitur ad sacerdotium, quo homo in cælestia introducit, non autem talis erat ordo sacerdotij leuitici: & ideo clauem cæli non habuerunt, sed clauem terreni tabernaculi.

AD SECUNDM dicendum, quod sacerdotes veteris legis habebant auctoritatem discernendi & iudicandi, sed non ut admitteretur homo iudicatus ab eis in cælestia, sed in figuris cælestium.

AD TERTIVM dicendum, quod habebant spiritalis potestatem: quia per sacramenta legalia non à culpis, sed ab irregularitatibus purgabam homines, ut ad manufactum tabernaculum aditus purgatis per eos pateret.

Hæc

HÆC questio tractatur apud Magistrum in 4. d. 19. & ibidem à S. Tho. q. 1. art. 1. & S. Tho. semper dicit quod non fuerunt clauem in sacerdotibus veteris testamenti. Et probatur hoc, post probationem S. Thomæ ex verbis Christi ad diuum Petrum, tibi dabo clauem &c. *Matth. 16.* quasi dans aliquid nouum: ergo &c.

PRÆTEREA, clauem sunt regni cælorum: in veteri autem testamento non aperiebatur regnum cælorum: ergo ibi non erant clauem. Præterea sacramenta veteris legis non conferbant gratiam, regnum autem cælorum aperitur per gratiam, sed sacerdos legalis non poterat dare gratiam: ergo pro hac sententia est etiam illud quod dixit Ioannes Baptista, *Matth. 3.* poenitentiam agite, appropinquet regnum cælorum, non dicebat, appropinquet per poenitentiam quam agitis. Confirmatur etiam ex tota epistola ad Hebræos, & præcipue ex capitulo nono, ubi inquit Paulus: **CHRISTVS** assistens pontifex futurorum bonorum ad tabernaculum cælesti introducens per proprium sanguinem &c. At veteres sacerdotes non disponebant ad futura bona, sed tantum ad præsentia: mundabant. n. homines non à culpa sed ab irregularitatibus, & habuerunt potestatem discernendi & iudicandi: non ut homo ab eis iudicatus admitteretur in cælestia, sed in eorum figuras, nempe in castra & tabernacula quæ cælestia tabernacula significabant. Sed est aduertendum quod clauem dicuntur, & clauem ordinis, & clauem iurisdictionis, nempe ad ligandum & absolendum: Et de his clauibus non dubitatur, quod non fuerunt in veteri lege, cum non esset confessio nec absolutio sacramentalis: quamuis Vualdenfis teneat quod erat confessio peccatorum, etiam in particulari: sed esto ita esset non absoluebant sacerdotes, nisi forte in foro exteriori & contentioso. Secundo dicuntur clauem iurisdictionis, & de clauibus quidem iurisdictionis est dubium an fuerint in veteri lege, & in illius legis sacerdotibus: an scilicet sacerdotes veteris legis poterant excommunicare, & facere ordinationes, & præcepta imponere: Et videtur pars affirmatiua vera, quia consilio & iudicio sacerdotum eiciebantur delinquentes à castris & à templo. Dicendum tamen non obstante prædicta ratione, quod nec clauis iurisdictionis erat in veteri testamento: ad hunc sensum quod sacerdotes veteris legis non habebant aliquam potestatem spiritalis qua obligarent ad culpam aliquam, sed solum habebant potestatem regendi populum in temporalibus: ita quod tota illa potestas erat temporalis, esto ordinaretur ad cultum Dei: expellebant enim illi sacerdotes aliquem delinquentem à templo, sed non priuabant eum suffragijs spiritalibus, quia illa

omnia non erant dispositiones ad regnum cælorum, sed ad quandam legalem sanctitatem. Dixi etiam quod sacerdotes veteris legis non poterant facere præcepta obligantia ad peccatum mortale, sicut nunc prælati euangelici possunt suos subditos obligare ad culpam etiam mortalem. Sed bene poterant condere præcepta & leges, sicut reges nunc temporales.

Artic. secundus.

Vtrum Christus clauem habuerit?



AD SECUNDM sic proceditur, videtur, quod Christus non habuerit clauem, clauis. n. characterem ordinis consequitur: sed Christus non habuit characterem: ergo non habuit clauem.

PRÆTEREA Christus habuit in sacramentis potestatem excellentiam, ut effectus sacramenti sine sacramentalibus posset conferre: sed clauis est sacramentale quoddam: ergo non indigebat clauis, & sic frustra eam habuisset.

SE D contra est, quod dicitur *Apocalypsis. 3.* Hæc dicit qui habet clauem Dauid &c.

RESPONDEO dicendum, quod virtus aliquid agendi est in instrumento, & in per se agente non tam eodem modo, sed in per se agente perfectius: potestas autem clauis quam nos habemus, & aliorum sacramentorum, virtus est instrumentalis, sed in Christo est, ut per se agente ad salutem nostram, per auctoritatem quidem in quantum est Deus, sed per meritum in quantum est homo: Clauis autem de ratione sua exprimit potestatem aperienti & claudendi, siue aliquis aperiat quasi principale agens, siue quasi minister: & ideo in Christo oportet ponere clauem: sed altiori modo quam sit in eius ministris: & ideo dicitur quod habet clauem excellentiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod character de sua ratione dicit aliquid ab aliquo deriuatum: Ideo potestas clauis quam est in nobis à Christo deriuata, sequitur characterem, quo Christo conformamur: sed in Christo non consequitur

sequi

sequitur characterem, sed principalem formam.

AD SECUNDVM dicendum, quod clavis illa quam **CHRISTVS** habuit, non erat sacramentalis, sed sacramentalis clavis principium.

IN HOC articulo est considerandum, quod Christum habuisse claves a Deo est certum, quod dubitari non potest, cum in sacris literis hoc expresse habeatur: quia Marci. 2. data est ei omnis potestas in celo & in terra. Et idem dicitur Mat. 28. Et rursus: ut autem sciatis, quia filius hominis potestatem habet dimittendi peccata in terra, Paralitico tibi dico surge, Matth. 9.

Articu. tertius.

• Vtrum soli sacerdotes habeant claves?



D **TERTIVM** sic proceditur, videtur quod non solum sacerdotes claves habeant. Dicit enim **Isidorus**, quod ostiarii inter bonos & malos habent iudicium, dignos recipiunt, indignos reijciunt: sed hæc est diffinitio clauium: ut ex dictis patet: ergo non solum sacerdotes, sed etiam ostiarii clauem habent.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A** claves sacerdotibus dantur dum per vntionem potestatem diuinitus accipiunt: sed reges etiam potestatem in populum fidelem diuinitus habent & vntione sanctificantur: ergo non soli sacerdotes habent claves.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A** sacerdotium est ordo vni singulari personæ conueniens: sed clauem aliquando videtur habere tota vna congregatio: quia quædam capitula excommunicationem inferre possunt, quod ad potestatem clauium pertinet: ergo non soli sacerdotes clauem habent.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A** mulier non est sacerdotalis ordinis susceptiua: quia ei docere non competit secundum **Apostolum** 1. ad Cor. 14. sed

aliquæ mulieres videntur habere claves, sicut abbatiis quæ habent spirituales potestates in subditas: ergo non soli sacerdotes habent clauem.

S **E** **D** contra est, quod **Ambrosius** dicit: hoc ius s. ligandi & soluendi solum sacerdotibus est concessum.

P **R** **A** **E** **T** **E** **R** **E** **A** per potestatem clauium efficitur aliquis medius inter populum & Deum: sed hoc tantum sacerdotibus competit qui constituntur in his quæ sunt ad Deum, ut offerant dona & sacrificia pro peccatis: ut dicitur ad **Hebræ** 5. ergo soli sacerdotes claves habent.

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O** dicendum, quod clauis est duplex, vna quæ se extendit ad ipsum celum, immediate remouendo impedimenta introitus in celum per remissionem peccati, & hæc vocatur clauis ordinis: & hæc soli sacerdotes habent: quia ipsi soli ordinantur populo in his quæ directe sunt ad Deum. Alia clauis est quæ non directe se extendit ad ipsum celum, sed mediante milite ante ecclesiam, per quam aliquis ad celum vadit, dum per eam aliquis excluditur vel admittitur ad consortium ecclesie militantis per excommunicationem, & absolutionem: & hæc vocatur clauis iurisdictionis in foro causarum: & ideo non sacerdotes etiam hanc habere possunt, sicut **Archidiaconi** & **electi**, & alij qui excommunicare possunt: sed non proprie dicitur clauis cæli, sed quædam dispositio ad ipsam.

A **D** **P** **R** **I** **M** **V** **M** ergo dicendum, quod ostiarii habent clauem custodiendi ea quæ in templo materiali continentur, & habent iudicium à tali templo excludendi & admittendi, non quidem sua auctoritate iudicantes qui sint digni vel indigni: Sed iudicium sacerdotum exsequentes, ut sic quædam modo exscutores potestatis sacerdotis videantur.

A **D** **S** **E** **C** **V** **N** **D** **V** **M** dicendum, quod reges non habent aliquam potestatem in spiritualibus, & ideo clauem regni cælestis non accipiunt: sed solum in temporalibus quod non nisi à Deo esse potest, ut patet ad **Roma** 13. Nec per vntionem in aliquo ordine consecratur, sed

etur, sed excellentia potestatis ipsorum à **Christo** descendere signatur, & ut ipsi sub **Christo** in populo **Christiano** regnent.

A **D** **T** **E** **R** **T** **I** **V** **M** dicendum, quod sicut dicitur in politicis, quædoq; **Iudex** habet totam potestatem, sicut est in regno, quædoq; autem mulier in diuersis officijs constituitur, vel etiam ex æquo: ut dicitur 8. **Ethi.** ita etiam spiritualis iurisdictionis potest haberi ab vno solo, sicut ab **Episcopo**, & pluribus simul, sicut à capitulo: & sic habent clauem iurisdictionis, non tamen clauis ordinis simul omnes.

A **D** **Q** **V** **A** **R** **T** **V** **M** dicendum, quod mulier secundum **Apostolum**, est in status subiectiouis: & ideo non potest habere aliquam spirituales iurisdictionem: quia etiam secundum **Philosophum** in 8. **Ethi.** corrupti est vrbantatis quando ad mulierem dominium peruenit: Vnde mulier non habet nec clauem ordinis nec clauem iurisdictionis, sed committitur mulieri aliquis vsus clauium, sicut habere correctionem in subditas mulieres, propter periculum quod eminere posset si viri mulieribus cohabitarent.

IN HOC tertio articulo est resolutio **S. Tho.** quæ in vna distinctione & duobus conclusionibus consistit: distinctio est, quod duplex est clauis. Altera est, quæ se extendit ad aperiendum regnum cælorum quæ clauis ordinis dicitur, & hæc solū est in sacerdotibus quæ est prior conclusio. Altera est clauis quæ non se extendit directe & immediate ad aperiendum regnum cælorum: & tunc sequitur secunda conclusio: Hæc clauis quæ est in foro exteriori & vocatur clauis iurisdictionis, possunt habere etiam non sacerdotes. Hæc **S. Th.** Nos autem quia iam supra egimus de clauis ordinis contra **Lutherum**: & præsius sumus acturi inferius in materia de sacramento ordinis, supersedebimus ab hoc tractatu, & agemus de clauis iurisdictionis. Et est primum dubium, an mere laicus possit habere hanc clauem iurisdictionis spiritualis: quia de his qui iam habent aliquem gradum ordinis non est dubium quin possint habere clauem iurisdictionis, ut ait hic **San. Tho.** & ipse & omnes alij doctores in 4. d. 19. ut **Episcopus electus**, **Archidiaconi**, & magister scholarum. Nempe potestatem excommunicandi & faciendi præcepta, vel ad habendam hanc potestatem requiratur necessario quod sit clericus, & appellatione clerici intel-

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

ligo etiam habentem primam tonsuram, ut dixi?

A **D** quod respondetur conclusione hac: affirmatiua, Clauis iurisdictionis ex commissione summi pontificis potest esse etiam in viro mere laico: Probat, quia probabile est quod minores ordines non sunt de iure diuino ex **Christi** institutione, sed sunt quædam sacramentalia de iure humano positio: si ergo **Papa** potest dare clauem iurisdictionis clerico. i. habenti minores ordines: etiam poterit mere laico eandem concedere: hoc videtur absolute dicendum loquendo de possibili de niq; quid **Papa** potest facere de plenitudine potestatis.

S **E** **D** hæsitabis, an de facto, stando in iure canonico nunc edito, mere laicus possit habere iurisdictionis clauem? Ad quod respondetur negatiue, nempe quod de iure pontificio non potest mere laicus habere potestatem iurisdictionis: sed oportet quod sit clericus: vnde **Paludanus** vbi supra arguit quendam monachum priorem, qui inter monachos commisit cuidam laico religioso potestatem absoluendi quendam excommunicatum minori excommunicatione: quamuis ergo de plenitudine potestatis, **Papa** possit committere clauem iurisdictionis mere laico, non tamen hæc factum est de iure. Sed est grauius dubium quod libat **S. Tho.** in 4. argumento, nempe an fœminæ possint habere clauem iurisdictionis? & prius est dubium de possibili, an **Papa** possit committere mulieri clauem iurisdictionis, sicut diximus posse committere mere laico prædictam clauem?

A **D** quod respondet **Paludanus** in 4. d. 19. q. 2. ar. 1. quod **Papa** bene potest committere fœminis prædictam clauem sicut mere laico: Probat, quia inquit non est maior ratio de vno quàm de alio. Sed contra hoc arguit nonnulli alij doctores: quia clauis iurisdictionis, licet non sit clauis regni cælorum, est tamen dispositio ad regnum cælorum: at mulier non potest habere clauem regni cælorum, cum non possit aperire regnum cælorum: ergo nec potest habere clauem disponentem ad idem regnum cælorum. Ad hoc argumētum respondet ipse **Paludanus** quod solum probat quod non est decens ut fiat, sed de potestate absoluta potest summus pontifex id efficere, & non est inconueniens quod habeat fœmina illam potestatem prædictam, & quod possit disponere ad effectum quæ efficere non potest: sicut homo disponit ad animam rationalem, non tamen agit aliquid in ipsam: hoc tamen non obstante dico, quod summus pontifex non potest committere clauem iurisdictionis fœminæ, cū nec virgo **Maria** habuit, nec hodie habent **Abbatissæ**. **Duran.** autem in 4. d. 19. q. 1. dicit consulto prouisum fuisse quod fœmina

scemina non habeat claves: vnde communiter tenetur quod scemina non potest habere claves Christo hoc instituyente: hoc probatur prius, quia scemina non potest habere clauē ordinis: ergo nec clauē iurisdictionis. Antecedens recipitur communiter: consequentia probatur, quia clavis iurisdictionis desiderat maiorem dignitatem cum ad illā requiratur magna prudentia, tunc etiam quia eo modo quo potest probari quod scemina non potest habere clauem ordinis, potest probari quod nec iurisdictionis, quia de facto à tēpore Christi vsq; in hodiernū diē nunq̄ scemina aliqua habuit aliquam prædictarum clauū. Accedit ad hoc illud, quod Paulus dicit prioris ad Thimo. 2. mulierem in ecclesia loqui nō permitto: at cum loqui in ecclesia sit officium illius qui habet claves ecclesiasticas, consequitur mulierem quæ non potest loqui in ecclesia, non posse habere claves ecclesiasticas. Tertio: si mulieres possent habere claves ecclesiasticas, non est verosimile quod à tempore Christi seruatoris non habuisset aliqua saltē nobilis monialis: cum mulieres cupiant hos honores & potestates, & pontifices cupiunt pecuniam & desiderant extendere suas potestates.

SE D tunc percontaris, quid possunt facere abbatissæ monialiū, & priorissæ? an possent imponere præcepta obligantia subditas ad sui obseruantia sub pœna peccati mortiferi aut venialis? Dico quod nulla præcepta possunt imponere. Sed si aliqua præcipiant erūt statuta obligantia ad pœnam aliquam exteriorē & in foro exteriori: sed in iudicio conscientia nihil obligabunt: vnde soli prælati possunt præcepta obligantia ad culpam constituere. Credo etiam quod mulieres nec statuta quidem possunt facere in iudicio conscientia, quia iam esset aliquam iurisdictionem habere, sed solū habent aliquid clavis in correctione sceminarum, quatenus sunt instrumentum prælatorum ad puniendum sceminas conuenienter & decenter. Sed dices, Regnæ quæ succedunt in aliquibus regnis, possunt instituire leges iuxtas quæ obligant in iudicio conscientia, sicut si à rege æderentur: ergo habent iurisdictionem obligantem in iudicio animæ. Ad hoc concessio antecedente, distinguo cōsequēs immediate: quatenus exeunt illæ leges ab illa scemina regina nego cōsequentiā, quatenus exeūt à republica quæ posuit suam potestatem in illa regina & accipit prædictas leges, concedo consecutionē. Est præterea notandum quod Paludanus admonet quod male faciunt Episcopi cum creant officiales suos: homines aliquos irregulares, & bigamos, esto aliās sint clerici: quia omnes irregulares & bigami sunt prohibiti, & priuati omni priuilegio clericali. Et si com-

mittant Episcopi officia aliqua ecclesiastica, his qui duxerunt viduam, aut duas haberunt vxores, forte quod non tenent facta per ipsos, quia contra ius executioni mandat prædictam potestatem.

Artic. quartus.

An etiam sancti homines nō sacerdotes claves habeant?



QUARTVM sic proceditur, videtur quod etiam sancti homines non sacerdotes vsum clauium habeant. Absolutio enim & li-

gatio quæ fit per claves efficaciam habet ex merito passionis Christi: sed illi maxime passioni Christi conformantur qui per patientiam & alias virtutes Christum passum sequuntur: ergo videtur quod & si non habeant etiam sacerdotalem ordinem, quod possint ligare & soluere.

PRÆTEREA ad Hebra. 7. dicitur: Sine vlla cōtradictione quod minus est à maiore benedicatur: sed in spiritualibus secundū Aug. hoc est maius esse quod melius: ergo meliores qui. s. plus de charitate habent possunt alios benedicere absolueno, vnde idem quod prius.

SED contra, cuius est potentia, eius est actio secundum Philo. sed clavis quæ est potestas spiritualis est tantum sacerdotum: ergo & vsum eius non nisi sacerdotibus conuenire potest. Respondeo dicendum quod agens per se: & agens instrumentale in hoc differunt, quia agens instrumentale non inducit in effectū similitudinem suam, sed similitudinem principalis agentis: principale autem agens inducit similitudinem suam: & ideo ex hoc aliquid constituitur principale agens, quod habet aliquam formam quam in alterum transfundere potest: non autem ex hoc constituitur agens instrumentale, sed ex hoc quod est applicatū à principali agente ad effectum aliquem inducendum.

ducendum: cum ergo in actu clauium principale agens sit Christus, vt Deus per auctoritatem, & vt homo per meritum: ex ipsa plenitudine diuina bonitatis in eo, & ex perfectione gratia, consequitur quod possit in actu clauium. Sed homo alius non potest in actu clauium sicut per se agens, quia nec ipse alteri gratiam qua remittuntur peccata dare potest, nec sufficienter mereri, et ideo non est nisi sicut agens instrumentale: Vnde & ille qui effectum clauium consequitur, non assimilatur vnti clauibus, sed Christo: & ideo quantumcumque aliquis habeat de gratia, non potest pertingere ad effectum clauium, nisi applicetur ad hoc vt minister, per ordinis suspensionem.

AD primum ergo dicendum, quod sicut inter instrumentum & effectum, non exigitur similitudo secundum conuenientiam informam: sed secundum proportionem instrumenti ad effectum: ita actiam nec inter instrumentum & principale agens. Et talis similitudo est in sanctis hominibus ad Christum passum, & talis similitudo eis vsum clauium non confert.

AD secundum dicendum, quod quamuis purus homo non possit alteri ex condigno mereri gratiam, tamen vnius meritum potest cooperari ad salutem alterius: & ideo duplex est benedictio: vna quæ est ab ipso homine puro, sicut merente per proprium actum, & talis potest fieri à quolibet sancto, in quo Christus habitat per gratiam, & hoc requirit maioritatem bonitatis ad minus in quantum huiusmodi: Alia est benedictio qua homo benedicit, vt benedictione quæ est ex merito Christi instrumentaliter alicui applicans: & quantum ad hanc requiritur maioritas ordinis, & non virtutis.

Lutherus tamen famosus hæreticus, in suo articulo decimotertio, apud Ioannem Rosenem habet hæresim hanc: inquit enim, Christianos omnes esse sacerdotes, eosdemq; Christianos omnes habere æqualem potestatem, nulla facta discretionem alicuius status aut sexus: Addit tamen nemini licere vti illa potestate, nisi ex consensu communitatis. Probat hoc secundum

quia quod est communiter omnium, nullus singularis potest vsurpare, nisi vocatus committatur ei ab illa communitate: Vnde secundum hunc errorem, potestas sacerdotalis prius fuit concessa communitati, deinde fuit deriuata in eum qui ipso sacerdotio fungi debet: quod autem omnes Christiani sint sacerdotes probant hæretici prius, Apo. 5. dicitur: in persona omnium Christianorum fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Et Apoca. 1. dicitur: fecit nos regnum & sacerdotes, Deo & patri suo: ergo omnes Christiani sunt sacerdotes. Secundo. 1. Petri, cap. 2. dicitur ad omnes Christianos: vos autem genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, & cetera. ergo omnes sunt sacerdotes. Tertio, Mat. 18. dicit Lutherus, quod ad omnes Christianos dicitur, quæcunque solueritis super terram, erunt soluta in cælis. His non obstantibus dico sententiam Lutheri esse manifeste hæreticam: Ideo dicendū, quod nō oēs Christiani quantumcumq; sancti habent claves, sed solum illi qui ab Episcopis ad hoc sunt initiati. Probat hęc conclusio prius, quia sacerdotium euangelicum non est imperfectius & abiecius quā sacerdotium veteris legis, imò longe prestantius leuitico sacerdotio: at sacerdotium veteris legis nō fuit adeo abiectum & vile, vt omnibus creditum fuerit: ergo nec sacerdotiū Euangelicū: minor probatur Exod. 28. Deus dixit Moyssi: applica quoq; ad te Aarō fratrē tuū cum filiis suis, de medio filiorū Israël, vt sacerdotio fungat mihi & cetera. Ecce vides Aarō & filios eius segregatos ab alio populo præcepto domini, vt sacerdotio fungeretur corā ipso domino: ergo non fuit creditum sacerdotium vet. leg. toti populo: ergo nec sacerdotium euangelicum. Et Num. 4. legimus tribum leuiticam segregatam esse ad officium sacerdotis: ergo etiam sacerdotium euangelicum. Præterea, sacerdotes fuerunt à domino initiati in vltima cœna, quando seruator noster cœnans cum discipulis suis, dixit illis solis, hoc facite in meam cōmemorationem, Luc. 22. Et fuerunt apostoli confirmati in sacerdotio, quando Ioan. 20. dixit Christus eis: accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & cetera. Ergo soli sacerdotes à pontificibus consecrati habent claves: Et probatur consequentia, quia ante cœnam domini discipuli Christi Christiani erant, quia iā fuerant Christum per baptismum induti, & tamen tunc non erant sacerdotes: ergo nullus in solo baptismo creatur sacerdos, vt Lutherus perperam asserit. Præterea, Paul. 1. ad Timoth. 4. ait: noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cū impositione manuum præbyteri. Et ad Tit. 1. sic ait Apostolus. Huius rei gratia reliqui tō

Cretæ, vt ea quæ defunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si omnes Christiani sunt sacerdotes, non erat necessarium relinquere Titum Cretæ ad constituendos presbyteros per ciuitates: & ipse Titus sic fuit ordinatus à Paulo, & officium sacerdotale exercuit Cretæ, solum iussu, concessione, & institutione Pauli, & non consensu, aut cõcessione populi: quia sic inquit Paulus, sicut ego disposui tibi, &c. & non dicit, sicut populus aut cõmunitas disposuit tibi. Præterea, ad Heb. 5. ait apost. Nec quisq̃ sumit sibi honorẽ, sed qui vocat à Deo tanquã Aaron: at Aaron non fuit vocatus à plebe, aut institutus sacerdos, sed à Deo, nec à plebe fuit sacerdotium illud deriuatum: ergo longe minus erit sacerdotium euangelicum à plebe deriuatum, cum sit excellentius sacerdotio Aaronis. Præterea, 1. ad Corint. 12. Apostolus enumerãs officia à Christo in ecclesia diuisa, ait: & quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum: Quod si quilibet Christianus omnia potest, vt inquit Lutherus, super uacaneum erat tot distribuere officia: ideo merito subiungit Paulus, nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? ergo &cæt. Præterea, pro nobis est concilium Cartaginense quartũ, vbi præscribitur modus quo aliquis sit præbyter consecrandus: at si omnes Christiani, vt Lutherus ait, sunt sacerdotes, superflua est talis ordinatio. Præterea, concilium Lateranense, sub Innocencio tertio celebratum, ita definit loquens de sacramento eucharistiæ: & hoc vtique sacramentum nemo potest conficere nisi sacerdos qui rite fuerit initiatus secundum clauas ecclesiæ, quas ipse concessit apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus: & ipsum habetur de summa trinitate & fide catholica, cap. 1. Pro nobis etiam est concilium Remense, cap. 2. vbi sic habetur: Peruenit ad notitiam nostram, quod quidam presbyteri intantum paruipendant diuina misteria, vt laico, aut fœminæ sacrum corpus domini tradant ad deferendum infirmis, & quibus prohibetur ne sacrarium ingrediantur, nec ad altaria propinquent, illis sancta sanctorum committunt: quod quã sit horribile, quamq̃ detestabile omnium religiosorum animaduertit præcellentia: Igitur omnino interdicit synodus, ne talis temeraria præsumptio ulterius fiat, sed omnino præbyter per semetipsum infirmum communicet, quod si aliter fecerit gradus sui periculo subiacebit. Hæc concilium Remense: & habetur de consecratione, d. 2. cap. peruenit. Ad argumenta

autem Lutheri facile est respondere. Et ad primum, nempe quod potestas sacerdotalis fuit prius data communitati quã alicui personæ priuatæ: Nego illud, sed solum fuit data sacerdotibus ad hoc ipsum consecratis. Et ad illa testimonia quæ adducit Lutherus ex Apocalyp. & ex diuo Petro, nego inde sequi omnes Christianos esse sacerdotes: quia si iuxta Petrum omnes sunt sacerdotes, etiam iuxta eundem omnes erunt reges: quia inquit, vos estis genus electum, regale sacerdotium, non quaecunq̃ue sacerdotium sed regale: vt ostenderet eos esse reges perinde ac sacerdotes. Et viginti quatuor seniores qui figuram tenent iustorum, Apocalyp. 5. clamabant dicentes: Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Si igitur nihil magis est sacerdos rite ordinatus quã quilibet Christianus, quia omnes dicuntur sacerdotes: oportet etiam vt nihil magis habeat Rex quã quilibet alius Christianus, quia omnes etiam dicuntur reges, quo fiet vt nemo sit rex Luthero, sicut nemo est sacerdos. Præterea, si propter dicta testimonia oportet fateri omnes Christianos esse veros sacerdotes, oportebit etiam dicere omnes Iudæos fuisse sacerdotes, cum Exod. 19. dictum sit à domino: si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta: Cum ergo apertissime cõstet non omnes Iudæos fuisse sacerdotes, quamuis fuerint à Deo vocati regnum sacerdotale: conuincitur vt etiam non oporteat Christianos omnes esse sacerdotes, quamuis Petrus eos vocauerit regale sacerdotium: Nos tñ verũ sensum illorum testimoniorũ ostendimus: & prius iuxta Bedę sententiam dico, quod ideo vocati sunt omnes Christiani à Petro sacerdotes, quia vnũ sunt Christo, qui est rex & sacerdos, & non eo quod in se sunt consecrati sacerdotes, & habeant clauas. Secundo, interpretatur Didimus in expositione, quæ eius nomine super septem epistolas canonicas fertur: Christianos dici genus electũ, regale sacerdotium, quia eorum pater (videlicet Christus) est rex & sacerdos: nam postquã ostendit Christum esse regem & sacerdotem: hæc verba subiungit. His itaque dispensatis, necessarium erat dispersos, ab eo qui simul rex & sacerdos est, electum esse genus, & regale simul ac sacerdotale: patre siquidem eorum vtrumq̃; habente principatum, necesse est eos tanquã ex rege regale, & tanquã ex sacerdote sacerdotale esse genus. Quapropter, gens sancta dicuntur vocati ab eo qui sanctus est, vt sancti sint. Hæc Didimus. Tertio dico, quod in illis testimonijs Apoca-

recogn-

recognoscitur duo beneficia exhibita Christiano populo, nempe, regni & sacerdotij. Vnde considerandum est, magnam esse dignitatem populi si erigatur in regnum, et si concedatur vt aliqui ex eis sint sacerdotes, quia si populus qui semel fuit regnum, rediret in prouinciam valde degeneraret: & itidem, si populus aliquis priuaretur vt ex eis non possint aliqui creari sacerdotes, aut quod in eis non essent sacerdotes, valde denigraretur: ergo ad magnum beneficium populi spectat concessio vtriusque dignitatis, nempe vt populus erigatur in regnum, & suos habeat ex suis sacerdotes. Vtramq̃; itaq̃; dignitatem, regalem nempe & sacerdotalem collatam Christiano populo esse: Ioan. in Apocalyp. testatur, & regnum quidem Dei est, vt dicitur ad Rom. 14. iustitia, pax, & gaudium in spiritu sancto quod in hac vita præsentis incipit, iuxta illud Luc. 17. regnum Dei intra vos est, perficietur autem in futuro sæculo: tamen nec iustitia, nec pax, nec gaudium in spiritu sancto hic cõsummatur, quia Christus ipse expectauit se regnaturum in alia vita, & in hac noluit regnare nisi in ordine ad finem spiritualem: sit ergo Christianus populus regnum Deo, cum sit iustus pacificus & gaudens in spiritu sancto. Sed est aduertendum dignitatem regalem explicari per regnum, non per reges: ait enim, fecisti nos regnum, & non dicit fecisti nos reges, quia regnum directe dicit dignitatem vniuersitatis, rex autem dicit dignitatem personalem, vt hinc intelligas Christianos erectos proprie in regnum, & non in reges: Vnus enim solus est in Dei regno rex, proprie loquendo, nempe Christus. ¶ Considerandũ est secundo, eandem excellentiam notari in hoc quod hic incipiat, & in futuro consummabitur, dum verbo præteriti temporis dicitur, fecisti nos regnum: & verbo futuri temporis subditur, regnabimus super terram, quod tunc verificabitur cum Christiani conregnabunt Christo in terra viuentiũ. ¶ Est tertio considerandum, dignitatem regalem ita explicatam in præsentis & in futuro per dicta verba, vt intelligeretur excellentiam hanc ita esse vniuersitatis, vt ad personales quoq̃; actus in futuro se extendat, & ob id explicata est quoad futurum per actus regnandi, dũ dictum est, & regnabimus super terram, quo cõtra sacerdotalis dignitas explicata est per nomen personale, & nihil ad sacerdotes spectans: dicitur de futuro, vt intelligeremus aliter communicatam dignitatem sacerdotalem, & aliter dignitatem regni, & similiter alio & alio modo se habere ad futurũ vtrãq̃; dignitatem: nam dignitas sacerdotalis non sic est populi vt quilibet sit pars sacerdotij, aut habeat partem sacerdotij, sicut dignitas

regni quæ sic est populi, vt quilibet sit pars regni: sed sacerdotalis dignitas sic est populi, vt ex suis habeat populus aliquos sacerdotes. Et propterea textus vtitur sacerdotis nomine, quod non est nomen collectiuum, sed singularis personæ. Et quod hic sit verus sensus illorum textuum, ex eo constat, quia alius, nempe quod quilibet Christianus est sacerdos, seipsum destruit: quia si quilibet Christianus est sacerdos, sequitur quod nullus Christianus est sacerdos: quia vt dicit Paul. ad Hebræ. 5. sacerdos ex hominibus est assumptus, & pro hominibus constitutus in his quæ sunt ad eum: Vnde si quilibet est assumptus & constitutus, nulli sunt ex quibus assumatur, & pro quibus constituatur, nisi forte dicas q̃ remanent infideles, ex quibus assumatur, & pro quibus constituatur, quod primum est ridiculum, sacerdotes Christianorum constitui & creari pro infidelibus: deinde non effugies per hoc vim argumenti, quia si totus mundus esset Christianus, nullus Christianus esset sacerdos, cum nulli homines remaneret ex quibus sacerdos assumere, & pro quibus constitueretur: sicut si quilibet homo esset rex, nullus homo esset rex, cum nullos haberet subditos super quos regnaret: Est igitur verus sensus sacræ literæ in locis prædictis, fecisti nos Deo nostro regnum. i. collegisti omnes Christianos in regnum Dei: ita verissime etiam dicitur, fecisti nos sacerdotes Deo. i. assumpsisti ex nobis, & constituisti pro nobis aliquos nostrum sacerdotes, quod est dicere, dedisti populo Christiano vt haberet sacerdotes, & dedisti vt omnes essent de regno Christi, qui Christiani sunt: & idem intellexit Petrus in loco citato. Quarto dico, quod etiam est probabile quod dicuntur omnes Christiani sacerdotes, eo quod omnes offerunt sacrificiũ cum sacerdotibus, vt dicitur in canone missæ, pro quibus tibi offerimus. vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se, suisq̃; omnibus, licet non habeant omnes eandem dignitatem & clauas, sed solum illi consecrati sacerdotes. Possemus huc adducere innumera sanctorum testimonia ad probandum non omnes Christianos esse sacerdotes: sed omitto illa eo quod sacræ scripturæ testimonia luculenter catholicam veritatem probauerunt. Vnum silentio non præteribo ex Tertuliano, vt ex eo constet quã vetusta sit hæc hæresis Lutheri: nam in lib. de præscriptionibus hæreticorum, describens illorum mores, illosq̃; repræhendens, sic ait: ordinationes eorum temerariæ, leues, inconstantes, nunc neophitos collocant, nunc sacculo obstrictos, nunc apostatas nostros, vt gloria eos obligent, quia veritate non possunt, nusquam facilius proficiscitur quã in castris

rebellium, ubi ipsum esse illic promereri est, itaq; alius hodie Episcopus, cras alius, hodie diaconus qui cras lector: hodie presbyter qui cras laicus, nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt. Hæc Tertullianus: ex cuius verbis hoc vltimū est considerandum, quod reprehendens ait, hæreticos iniungere sacerdotalia munera laicis: Cum ergo ille erat hæreticorum mos, hoc debuit Lutherus etiam facere, vt amoribus hæreticorum parentum suorum non esset alienus: est ergo Lutheri sententia manifeste hæretica, & aduersus hunc Lutheri errorem sunt scripturæ sacræ vt deduximus: sunt etiam contra eundem viri docti, vt Ioannes Eccius in libro de sacrificio missæ: in enchiridion cap. 7. Et Iodocus Clitoveus in suo Antilutherum: & Ioan. Rosenis, art. 13. contra Lutherum.

Artic. quintus.

Vtrum mali sacerdotes vsum clauium habeant?



QUINTVM sic proceditur: Videtur quod mali sacerdotes vsum clauium non habeant, Ioan. 20. Vbi vsum clauium apostolu traditur,

spiritus sancti donum pramittitur: at mali non habent spiritum sanctum, ergo non habent vsum clauium.

PRÆTEREA, nullus sapiens rex dispensationem suæ thesauri suo inimico committit: sed vsum clauium in dispensatione consistit thesauri cœlestis regni, qui est ipsa sapientia, ergo mali qui per peccatum sunt eius hostes, non habent vsum clauium.

PRÆTEREA, August. dicit, quod sacramentum gratie dat etiam Deus per malos, ipsum vero gratiā non nisi per seipsum vel per sanctos suos, & ideo remissionem peccatorum per seipsum facit, vel per ipsius columba membra: sed remissio peccatorum est vsum clauium: ergo peccatores qui non sunt columba membra vsum clauium non habent.

PRÆTEREA, intercessio mali sacerdotis non habet aliquam efficaciam ad recon-

ciliandum: quia secundum Greg. cum is qui displicet ad interpellandum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: sed vsum clauium fit per quandam intercessionem, vt patet in forma absolutionis: ergo prauis sacerdotibus non habent efficacem clauium vsum.

SED contra, nullus potest scire de alio an sit in statu salutis: si ergo nullus posset vti clauibus in absoluendo, nisi existens in statu salutis, nullus sciret se absolutum, quod est valde inconueniens.

PRÆTEREA, iniquitas magistrum potest auferre liberalitatem domini, sed sacerdos est solum minister: ergo non potest sua malitia donum à Deo transmissum per eum nobis auferre.

RESPONDEO dicendum, quod sicut participatio formæ quæ est inducenda in effectum non facit instrumentum, ita nec subtractio talis formæ tollit vsum instrumenti. & ideo cum homo sit tantum instrumentaliter agens in vsum clauium, quæ tunc quæ sit gratia per peccatum priuatus, per quam gratiam fit remissio peccatorum, nullo modo priuatur vsum clauium.

AD primum ergo dicendum, quod donum spiritus sancti exigitur ad vsum clauium, non vt sine quo fieri non possit, sed quia sine eo incongrue fit ex parte vrentis, quantum subiiciens se clauibus: effectum clauium consequatur.

AD secundum dicendum, quod rex terrenus in thesauro suo defraudari & decipi potest, & ideo dispensationem hosti non committit: sed rex cœlestis defraudari non potest, quia totum ad ipsius honorem cedit, etiam quod aliqui clauibus male vrentur, quia non vit ex malo elicere bona, & per malos etiam multa bona facere, & ideo non est simile.

AD tertium dicendum, quod August. loquitur de remissione peccatorum secundum quod sancti homines cooperantur ad ipsam, non ex vi clauium, sed ex merito congrui: & ideo dicit quod etiam per malos sacramenta ministrat, & inter alia sacramenta etiam absolutio, quæ est vsum clauium, computari debet:

debet: Sed per membra columba, id est, per sanctos homines facit remissionem peccatorum, in quantum locum intercessionibus peccata remittit: vel potest dici, quod membra columba nominat omnes ab ecclesia non precesos: quoniam ab eis sacramenta recipiunt, gratiam consequuntur: non autem qui recipiunt ab illis qui sunt ab ecclesia precesos, quia hoc ipso peccant, excepto baptismo quem in casu necessitatis licet ab excommunicato recipere.

AD quartum dicendum, quod intercessio quæ sacerdos malus ex propria persona facit, non habet efficaciam: sed illa quæ facit vt minister ecclesie habet efficaciam ex merito Christi: vtroque tamen modo debet intercessio sacerdotis populo subditis prodesse.

EST hic conclusio San. Tho. quod mali ministri habent vsum clauium ecclesiasticarum, quæ probatur in hunc modum: Homo solum agit instrumentaliter in administratione sacramentorum, & instrumentum non desinit operari, etiam nō habeat formam introducendam in effectum: ergo esto minister non habeat gratiā, quæ est forma introducenda in effectum, nempe in illum qui recipit sacramentum, non desinit operari. Sed circa hanc literam San. Tho. est dubium, An per hoc solum quod sacerdotes sint in peccato mortifero perdant clauem. Ad quod respondet Viclefus hæreticus famosus, & sui asseclæ, quod eo ipso quod aliquis sacerdos peccabat mortaliter amittebat clauem: Contra istum tamen errorem scriperunt viri docti, vt Vvaldensis, lib. de sacramentis, cap. 18. Et deinceps. Et hic error fuit condemnatus in concilio Constantiensi. Hæretici tamen nitentur probare illum errorem in hunc modum: Prius, prohibitum est sacerdotibus existerit ut in peccato mortali administrare aliquod sacramentum, ergo nō possunt illud efficere: consequentiā probant, quia peccant mortaliter faciendo illud: Ad quod est vestigio respondetur negando consequentiā concessio antecedente, quia aliud est aliquid alicui prohiberi, & aliud est irritare & annullare factum: ita ergo esto & fiat, nō teneat factum: Ex eplū de spōsalibus, quia si quis sponfauit aliquā, tenetur illam ducere vxorē: sed si ducat aliam antequā illam, factū tenebit. Et post votū simplex celibatus peccat mortaliter qui ducat vxorem: at si ducat, nullus dubitat quin matrimoniū teneat. Et probatur sententia catholica, nempe, quod nō per-

duntur clauem per peccatum mortale, quia si perderentur non recuperarentur per contritionem, quia contritio non dat clauem alicui antequā sit sacerdos: ergo nec postea, si clauem perderentur per peccatum mortale. Secundo esset Christiani in magno periculo quotidie, quia nesciunt si sui sacerdotes sunt in aliquo peccato mortali: vnde male prouisura esset ecclesie, cum semper oporteret esse in hoc dubio: apparenter & probabiliter, & totus populus Christianus esset in periculo idolatriæ, adorando hostiā cōsecratā à sacerdote qui est in mortali, quia nō esset sacramentum.

Articulus sextus

An heretici, schismatici, & excommunicati vsum clauium habeant?



D sextum sic proceditur, Videtur quod schismatici, heretici, & excommunicati, & degradati, vsum clauium habeant: sicut enim potestas

clauium dependet ab ordine, ita & potestas cōficiendi: sed non possunt prædicti amittere potestatem vsum cōficiendi, quia si cōficiunt, cōfectum est, quāuis peccent cōficiendo: ergo etiam nō possunt amittere vsum clauium.

PRÆTEREA, omnis potestas spiritualis actiua in eo qui habet vsum liberi arbitrii existit in actum, quando se habens illam potestatem vult, sed potestas clauium adhuc manet in prædictis: quia cum non detur nisi in ordine, oporteret reuocari eos quando ad ecclesiam redeunt: ergo cum sit potentia actiua, poterūt in actum eius exire cum voluerint.

PRÆTEREA, spiritualis gratia magis impeditur per culpā quā per pœnam: sed excommunicatio, & suspensio, & degradatio sunt pœne quedam: cum ergo propter culpā non amittat quis vsum clauium, videtur quod nec propter ista. Sed contra est quod August. dicit, quod ecclesie charitas peccata dimittit, charitas autem est quæ facit ecclesie vniōnem: Cum ergo prædicti sint ab ecclesie vniōne dimissi, videtur quod vsum clauium non habeant in peccatis remittendis.

PRÆTEREA, nullus absoluitur à pecca-

Secunda. 4. quest. 21. art. 6.

eo secundū hoc quod peccat: sed aliquis à prædictis absolutionem petens peccat, cōtra præceptum ecclesiæ faciens: ergo per eos à peccato absolui non potest, & sic idē quod prius.

RESPONDEO dicendum, quod in omnibus prædictis manet clauium potestas quantum ad essentiam, sed vsus impeditur ex defectu materia. Cum enim vsus clauium in vidente prælationem requirat respectu eius in quem videntur (vt dictū est) propria materia in quam exercetur vsus clauium est homo subditus, & quia per ordinationē ecclesiæ subditur vnus alteri, ideo per ecclesiæ prælatos potest subtrahi alicui ille qui est ei subiectus: Vnde cū ecclesiā hæreticos & schismaticos, & alios huiusmodi prius subtrahendo subditos, vel simpliciter, vel quantum ad aliquid, quantum ad hoc quod priuati sunt non possunt vsus clauium habere.

AD primum ergo dicendum, quod materia sacramenti eucharistiæ, in qua suam potestatem exercet sacerdos non est homo sed panis triticeus, & in baptismo homo simpliciter. Vnde sicut si subtraheretur hæretico panis triticeus, conficere non posset: ita si subtrahatur prælati prælatio, nec absolue potest: potest tamen baptizare & conficere quamuis ad sui damnationem.

AD secundum dicendum, quod propositio habet veritatem quando non dicitur materia, sicut est in proposito.

AD tertium dicendum, quod ex ipsa culpa non subtrahitur materia sicut per aliquam poenam: Vnde poena non impedit per contrarietatem ad effectum inducendum, sed ratione prædicta.

IN hoc articulo nota prius quod S. Tho. dicit simpliciter in corpore articuli, & clarius ad primū argumentū, quod excommunicati, & alij sacerdotes priuati ab ecclesia, non possunt aliquē absolue, & si faciant, non tenent factum, quia non habent illi priuati interim quod sic sunt priuati ab ecclesia, materia circa qua exercent illam absolutionē. Et tandem distinctius sententia S. Th. colligitur duabus propositionibus. Prior est: sacerdotes, hæretici, degradati, schismatici, excommunicati, & suspensi, habent clauē quantum ad essentiam quæ dicuntur clauē ordinis, quia prædicti

ob prædictas poenas non perdunt ordines. Hæc conclusio probatur præter probationē S. Tho. quia quando in se reuersi penitent & absoluuntur, sine eo quod de nouo cōsecrati habent potestatem cōsecrandi, & vere cōsecrati: ergo non amiserunt clauē quoad substantiam. **SECUNDA** conclusio est, Omnes prædicti ab ecclesia priuati non habent vsus clauium, nec iurisdictionē, nec in foro interiori, nec in iudicio exteriori, nec possunt absolue aliquem nec excommunicare: vnde quāuis clauis non amittatur vsus eius perditur. Hæc conclusio probatur à D. Tho. quia vsus clauium non potest exerceri nisi in subditos, quos nullus habet nisi ex ecclesiæ ordinatione, at prædictis ecclesia tollit subditos: ergo tales non habent vsus clauium. Hæc S. Tho. Sed oritur è vestigio dubiū non vulgare, An hoc ipsum quod prædicti priuati ab ecclesia non habent vsus clauium sit de iure diuino, an de iure humano tantū? Et videtur quod sit de iure diuino, prius: quia Apost. dicit ad Tit. 3. hæreticū hominē post primā & secundā admonitionē deuitare: ergo deuitare hæreticū est de iure diuino, quia de hoc iure est prohibitus à cōmuniōe ecclesiæ. **Secundo** Ioan. in secunda canonica, cap. vnico inquit, si quis venit ad vos & hanc doctrinam, nepe quā ego prædico vobis, non affert, nolite eū recipere in domum, nec aue eū dixeritis: ergo de iure diuino hæretici sunt excommunicati: Sed à parte negatiua est, quia esset nimium periculosum dicere hæreticos esse excommunicatos de iure diuino, quia non possant homines cognoscere actus interiores, & sunt multi hæretici interiores, maxime in hac nostra ætate, quādo multi sunt hæretici. **SECUNDO**, si hæretici sunt excommunicati de iure diuino, non possent ecclesia dare facultatē vt cōmunicent alij Christiani cum eis, quia sunt deuitandi iure diuino, contra quod non potest ecclesia: at ecclesia in extra uaganti ad euitandū scandala &c. dat facultatem, quod cōmunicemus cū excommunicatis cōmuniter, qui non sunt nominatim excommunicati, aut non sunt percussores clericorū ergo hæretici non sunt excommunicati, nec priuati vsu clauium de iure diuino. **Ad hoc** licet aliqui alij doctores oppositū teneant, vt præsius videbimus infra cū agemus de excommunicationibus: Dico quod non est de iure diuino quod hæretici vel schismatici sint excommunicati ipso facto, vel quod amittat vsus clauium, eo ipso quod sunt hæretici. Probatur hæc nostra conclusio: quia quod hæreticus sit ipso facto de iure diuino excommunicatus aut priuatus vsu clauium propter ipsam hæresim, & non sic sunt excommunicati alij peccatores de iure diuino propter alia peccata, non possent esse nisi quia hæresis est peccatū graue, at alia sunt peccata grauiora, nepe

Secūda. 4. quest. 21. art. 6. fol. 324.

odium. **Ad** propter quod. nemo vnquā dixit aliquem esse de iure diuino excommunicatū: ergo nec hæretici sunt excommunicati solo iure diuino. **SECUNDO**, de iure diuino non est aliqua poena constituta in vita hac pro peccatis, corporalis & exterior. At excommunicatio est aliqua poena: ergo hæretici & schismatici, de iure solum diuino non perdunt vsus clauium. Ex quibus colligitur, quod quantumcumque Papa sit hæreticus non est excommunicatus, & manet Papa quousque ab ecclesia deponatur: contra Thomam de Turrecremata, & alios, de quibus inferius dicemus. **Et ad illa testimonia** quæ adduximus à partem affirmatiuam, dico prius, quod illa sunt præcepta Apostolorum, & pariter pariter non habent potestatem, & quia Papa est æqualis apostolis in potestate, non est de iure diuino vitandus ipso facto, quāuis sit hæreticus: & quoad oēs intelliguntur prædicta testimonia, non obligant ad hoc, quod alij Christiani deuent hæreticū eo quo est hæreticus, sed solum quando est periculum alicui Christiano: & in tali casu neque solum obligatur Christiani iure diuino ad euitandū tale hæreticū: Et hoc modo interpretatur S. Th. illud testimonium citatū ad Tit. 3. **SED** ha sitabis an hæretici, & oēs alij excommunicati, ita perdāt vsus clauium de iure humano positio quod non possunt aliquem absolue, & si tentent absolue nihil omnino faciant, sed illi penitentes teneantur reiterare confessiones suas? **Ad quod** dico prius, quod secundū cōmuniorem opinionem, ecclesia non habet potestatem supra actus interiores. Et ideo sit prima propositio. Hæreticus tantum interior non perdit vsus clauium: hæc est nota, quia non excommunicatur. **SECUNDA** conclusio est, Eo ipso quod hæreticus habet actū exteriorē licet occultū, est excommunicatus probatur ex cap. ad abolendā, de hæreticis. Ideo eo ipso quod est hæreticus exterior perdit vsus clauium, cū de iure humano eo ipso est excommunicatus. Sed est dubium an excommunicatus ab ecclesia de iure diuino perdat vsus clauium in sensu composito, nempe manens excommunicatus? Et arguitur à parte affirmatiua, ex illo Mat. 18. vbi dicitur, quod ille qui non audierit ecclesiā sit alij fidelibus tanquam Ethnicus & publicanus, videt quod in idē recidat, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus, & sit tibi excommunicatus, ideo non cōmunicet illi: ergo excommunicatus ab ecclesia de iure diuino, perdit vsus clauium: & ex consequenti si tentet absolue aliquem, nihil faciat. Sed à parte negatiua est illa extrauagans in concilio Constan. facta, quā supra citauimus, quæ habet quod non teneantur fideles vitare excommunicatum, nisi sit excommunicatus nominatim, aut manifeste percussor clericū: Cuius igitur ecclesia dicit quod tenet

absolutio facta ab excommunicato generaliter, etiam peccet excommunicatus si se ingerit cōmuniōi aliorū, nisi faciat ad instantiā alterius fidelis non excommunicati: ergo non est de iure diuino quod excommunicatus in sensu composito non habeat vsus clauium: Nec valet si dicas, quod voluntas ecclesiæ est quod pro illo tempore non sit excommunicatus, nepe pro tempore quo ipse absoluit, quia si tunc non est excommunicatus, nec postea esset excommunicatus, cū nullus postea excommunicet: faciamus igitur, quod antequā absoluat peniteat de peccatis suis: ergo non indiget amplius absolutione ab excommunicatione, quia iam per te est absolutus ab excommunicatione quādo absoluit, & etiā non manet in culpa: ergo non indiget amplius absolutione ab excommunicatione. Præterea, nunquā Papa nec conciliū, aliquid illud significauit, nempe quod tempore quo absoluit non sit excommunicatus, ergo sine fundamento illud asseris: Ideo dico quod de iure diuino est vitandus ille qui est excommunicatus quādiu est excommunicatus, in hoc sensu quod ipse non se ingerat ad cōmunicandū cum alijs. **SECUNDO** dico, quod excommunicatio est poena ecclesiæ, ideo ipsa ecclesia potest determinare in quo casu sit vitandus excommunicatus. Si autem peras, quid igitur voluit Christus præcipere Mat. 18. quando dicit, si tibi tanquam Ethnicus & publicanus, si ecclesiam non audierit? Ad hoc dico, quod illud præcipitur in poenam ipsius excommunicati, & non in poenam aliorum: possunt nam alij fideles cōmunicare cum eo, sed ipse excommunicatus non potest ex parte sua incipere cōmunicationem cum alijs de iure diuino: Ecclesia autem determinauit secundum antiqua iura, quod nec alij fideles cōmunicarent cū excommunicato, maxime in receptione & collatione sacramentorū. Postea vero in illa extrauaganti, ad euitandū scandala &c. concedit facultatē fidelibus quod possint cōmunicare cū omnibus excommunicatis, exceptis nominatim excommunicatis, & percussoribus clericorū. **SECUNDO** dico, quod Christus voluit, vt diximus superius de testimonijs Pauli similibus, quod nullus cōmunicet cū excommunicatis, quando inde subsequitur periculum, vel excommunicatus ex tali cōmunicatione sumit fauorē. Sed postquā diximus, quod excommunicatus non nominatim hodie per extrauagantē concilij Constan. quæ incipit, ad euitandū &c. Si alius habebat iurisdictionem, potest absolue subditos suos ad instantiā & petitionē ipsorū subditorū: dubitabit aliquis an excommunicatus nominatim, ignoratus tamen à penitente vere absoluat si tentet absolue? **Ad quod** dico prius, quod si illa ignorantia est probabilis cōmuniter, potest ille excommunicatus absol-

vere illos penitentes sic ignorantes communiter probabiliter. i. si faciat tenebit factum. Et videtur probabilis ignorantia quando communiter oēs ignorant, procedentes bona fide, parati, & si sciret illū esse nominatim excommunicatum, non peterent nec sumerent sacramentū ab illo. Si aut ignorantia nō est sic probabilis, sed vincibilis & violenta, & penitens voluit ignorare ut ab illo absolueretur, non absoluit prædictus excommunicatus, etsi teneat absolueret. Hæc est sententia Caieta. in sua summa, fol. 5. verbo, absolutionis impedimenta. Et communiter oēs id asserunt, & citat pro hac sententia lex Barbarios. ff. de officio prætoris: vbi dicitur quod valēt gesta per iudicē innotatum, vbi duo cōcurrunt, nēpe cōmunis error facti & titulus, &c. Et cōfirmatur, quia aliās non esset tuta conscientia penitentium, quia nesciant si ille sacerdos præpositus suæ ecclesie sit excommunicatus: nec id tenentur querere, cū prædictus sacerdos communiter tolleretur in illa ecclesia. Hæsitabis tamē an in articulo mortis sacerdos hæreticus possit absolueret? Et D. Th. nullū casum excipit, sed absolute dicit quod hæreticus nō habet vim clauium, Marfilus autē in. 4. q. 12. ar. 2. conclus. 2. dicit, quod in articulo mortis quilibet sacerdos nō excommunicatus potest absolueret: ergo a contrario sensu, ut arguunt iurecōsulti, si sit excommunicatus, nō poterit absolueret. Petrus aut Palud. in. 4. d. 17. q. 3. ar. 1. dicit illud quod Marfilus. Syluester verō in verbo cōfessor. 1. q. 20. dicit: cū hæretico non debet quis confiteri, & qui cōfiteatur hæretico peccat: Dicit tamē, quod si quis cōfiteatur cū hæretico in articulo mortis, potest ab eo absolui, quia necessitas nō subiacet legi humanæ: Et idē repetit Syluest. verbo confessor. 3. q. 6. nēpe quod præcisus sacerdos in articulo necessitatis potest absolueret: Et hoc quod dicit Syluest. dicit etiā Palud. in. 4. d. 25. q. 1. ar. vlt. In eadē sententia est Ioan. Maior, in. 4. d. 17. Idem dicit glosa de spōsaliibus, cap. non ex vobis: Et probat, quia licet recipere baptismū ab eiusmodi præcisus cū cogit extrema necessitas, ut tradit Aug. cap. si quē fortē. 24. q. 1. Ergo etiā penitentia sacramentū licet ab exciso suscipere: Verū est, quod huic loco occurrunt aliqui alij negando consequentiam, quia minister baptismi est institutus quilibet homo de iure diuino, quāobrem ecclesia id tollere aut impedire non potest: at penitentia minister non est quilibet sacerdos iure diuino, sed ille cui ecclesia demādauerit. i. ille solus sacerdos qui per ordinationē ecclesie habet subditos: quo fit ut sicut ecclesia potest committere cui voluerit, ita potest auferre. Et hæc est mens S. Th. in hoc articulo & in solutionibus ad argumenta: Sed hæc responsio non satisfacit argumento, tū quia probabilissimum est quilibet sacerdotē in mortis articulo habere

authoritatē absoluendi iure diuino, quod asserit Palud. in. 4. d. 20. q. 1. ar. 2. Et Durand. d. 19. q. 2. & Capre. eadē. d. q. vnic. ar. 3. ad quare. Id quoque D. Tho. sentire videtur. d. 19. q. 1. ar. 3. q. 1. & d. 20. q. vnic. ar. 1. quest. 2. Et est valde consentaneū rationi, quia Deus non deficit in necessarijs: nullus. n. prouidus gubernator in necessarijs deficit: ergo quēadmodū prouidit, ut in articulo mortis quicumque posset licite baptizare, non obstante quacūque ecclesiastica censura, vel prohibitionē: ita etiā cauuit, ut in eodē articulo quilibet sacerdos licite absolueret, cū vtrūque sit sacramentū necessitatis, & vtrūque iure diuino præceptum: Secundo, authore Aug. in. 4. l. de baptismo, contra Donatistas, cap. 24. quod vniuersa tenet ecclesia, semperque retentū est, nec a pontificibus aut concilijs tēpore aliquo post apostolos definitū, traditione Christi & Apostolorū rectissime creditur constitutū: & quilibet sacerdos in mortis articulo quemlibet posset absolueret semper in ecclesia obseruatum est, nec noua aliqua hominū constitutione sancitū: ergo a Christo & apostolis est institutum. Tertio, ecclesia non posset hoc rescindere & abrogare, ferendo. s. legē contrariam: ergo est de iure diuino. Antecedēs probatur, quia seclusa quacūque ecclesie legis abrogatio esset contra rectā rationē, cum esset error intollerabilis, si ut verū est, penitentia est sacramentū ad salutē necessarium. Sic igitur maxime consentaneū est rationi, quēcumque sacerdotē in articulo mortis, penitentia ministrū diuino iure esse constitutū: ergo per censurā ecclesie nō potest talis auctoritas abrogari. Quod si Christus dominus nō cōsuluisset in mortis articulo periclitantibus ministrū absolutiōis (necessariū exhibēdo) ecclesia tñ, cuius prudentia est cōmissum, cum pia mater sit, non est credēda filijs suis in periculo mortis deesse voluisse idque, eo magis quo exēplo Christi sponsi sui facere, & potuit & debuit, quem constat in sacramento baptismi fecisse, (quod necessariū esse ad salutē voluit) nulli in articulo mortis defuisse. Præterea, ut communiter conceditur, necessitas non habet legē: ut habetur in cap. quod non est, de regulis iuris: Nō ergo existimanda est ecclesia, legem qua præcisus amouet a sacramentorū ministerio, ad extremum necessitatis articulū extendere voluisse. Præterea, odia restringi, fauores autē conuenit ampliare, ut etiam iuris regula tradit: Quod aut quilibet sacerdos in articulo mortis quemlibet posset absolueret, gratia & fauor est populi Christiani: ergo ampliare potius quā restringere debemus: quod autem præcisus sacerdotum ministerio priuantur, in odium est, igitur restringendum est: nam penitentia legum interpretatione molliendæ sunt, non exasperandæ, de penitentia. d. 1. cap. penitentia: Igitur probabile est a præcisus sacerdote fideles posse sacramentū absolutionis in mortis articulo accipere de iure diuino, si tamen absque periculo fidei recipi potest: Et quid sit de hæretico, pro certo tamen habeo ex ecclesie ordinatione, a catholico excommunicato sacerdote, etiā nominatim, in mortis articulo penitentia possimus suscipere sacramentum, si alius desit: Non enim video causam quare fideles in articulo mortis, præsentē sacerdote catholico, priuentur sacramento ex diuina institutione ad salutē necessarium, quod vtiq; esset minus tollerabile, quā in mortis articulo casus referuaret: at in mortis articulo ecclesia non referuat casus: ergo nec priuat aliquem sacerdotē potestate iurisdictionis, immo concedit in necessitate, præsertim cū homines fere non contritionē sed attritionem habeant. Quapropter durum esset hominibus maiori ex parte imbecillibus, in tali periculo velle deesse: quod si hæc exceptio ministri catholici etiam per excommunicationem præcisus, iure optimo defenditur, non est absurdum & alios præcisus exciperet tantum in mortis articulo: quoniam extrema necessitas, siue corporalis seu spiritualis sit, ab omni ecclesie lege videtur excepta: Et videtur hoc voluisse ecclesia, cap. pastoralis, de officio ordinarij, vbi dicit, quod extrema necessitate quilibet sacerdos absoluat quemlibet, licet nō dicat, esto sacerdos sit excommunicatus. AT esto sit probabile, & rationi consentaneum, quod in mortis articulo quilibet sacerdos, etiam de iure diuino, possit quemlibet absolueret, & quod esto non sit de iure diuino, est tamen ex ecclesie ordinatione, quæ nunquā illud prohibuit: immo videtur illud concessisse, ut probauimus statim, in tali necessitate: Nihilominus communior sententia est in oppositū, nempe quod nec hæreticus, nec alius præcisus sacerdos potest aliquem absolueret, nec non præcisus, nisi ex ecclesie concessione. Et hæc est sententia S. Th. quæ continetur aliquibus conclusionibus, quarum prior est: Non quilibet sacerdos potest absolueret quemlibet de iure diuino, etiam in articulo mortis. Secunda conclusio, Ecclesia prohibuit ne hæreticus absoluat aliquem etiā in articulo mortis. Has duas conclusiones constituit S. Th. in. 4. d. 19. q. 2. ar. 2. q. 2. ad tertium: & ibidem. q. 3. & d. 17. q. 3. ar. 3. q. 1. ad secundum: & in. 1. 4. q. 21. ar. 7. ad secundum. Et ego probo prædictas conclusiones, quia solo Petro dictum est, pascite oues meas, Ioan. vlt. & tibi dabo claves &c. Mat. 16. ergo nullus habet iurisdictionem in foro interiori, nisi cōmissione ecclesie, vel summi pontificis qui succedit loco Petri: Et si arguas, quilibet etiam hæreticus potest baptizare in extre-

ma necessitate, ergo etiam absolueret. Nō valet consequentia, quia non est eadem ratio, quia baptismus est maioris necessitatis quā penitentia, quia non est solum remedium contra peccatum (ut est penitentia) sed est medium necessarium ad salutē æternam ex Christi ordinatione, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non poterit intrare in regnū Dei: quia quāuis sit quis in gratia, si non baptizatur cū possit, amittet gratiam & peribit. Et ad alia argumenta quæ fecimus pro alia opinione, facile respondetur etiam ad hūc modū, uti diximus ad hoc præfatum argumentū, quod sufficit contritio, & non est necessaria confessio cū non sit minister. SED dubitabis an iuste excommunicatus possit absolueret in necessitate & citra necessitatem? Ad quod respondet Palud. in. 4. d. 19. q. 2. ar. 2. conclus. 3. quod citra necessitatem non potest absolueret: ratio est, quia siue iure siue iniuria, ecclesia potest priuare iurisdictionē quos voluerit: Vnde postquam Episcopus excommunicat aliquem siue iuste siue iniuste, priuat eū iurisdictione, & hoc est tutius, licet sit probabile, quod si iniuste excommunicat nō priuat iurisdictione. Sed melius dicitur quod est distinguendum de iniusta sententia: nā si est ita iniusta quod est nulla, potest ille sic tam iniuste excommunicatus absolueret: si aut sententia manet vera sententia etsi iniusta, nō potest ille ita iniuste excommunicatus absolueret. Et quod dicimus excommunicatū non posse absolueret etiam alijs subditos suos, intelligitur hodie tantum de excommunicatis nominatim, aut de excommunicatis propter percussione clericorum: nam alij ad instantiam subditorū possunt absolueret, ex concessione in extrauaganti, ad euitandum scandala, &c.

Sequitur. q. 22.

De his in quos vsus clauium exerceri potest.

Articu. primus:

Vtrū sacerdos uti possit clauē quā habet in quemlibet hominem?



D primum sic proceditur
Videtur quod sacerdos possit vti clauē quā habet in quemlibet hominē: potestas enim clauium in sacerdote descendit

descedit ex illa diuina auctoritate qua dixit: accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur ei: sed illud indeterminate dictum est: ergo potest ea vti in quolibet.

PRÆTEREA, clauis corporalis quæ aperit unam seram, aperit omnes alias eiusdem modi, sed omne peccatum cuiuscumque hominis est eiusdem rationis obstaculum, respectu introitus cæli: ergo si potest unum hominem sacerdos per clauem quam habet absoluere, poterit & quoscumque alios.

PRÆTEREA, sacerdotium noui testamenti est perfectius quàm veteris, sed sacerdos veteris testam. poterat vti sua potestate quâ habebat discernendi inter lepram & lepram indifferenter in omnes: ergo multo fortius sacerdos euangelicus potest vti potestate sua in omnes: **SE** cōtra est quod dicitur: 6. q. 1. nulli sacerdoti liceat parochianum alterius absoluere aut ligare: ergo non quilibet potest quemlibet absoluere.

PRÆTEREA, iudiciū spirituale debet esse ordinatius quàm temporale, sed in iudicio temporali nō potest quilibet iudex quilibet iudicare: ergo cū vsus clauium sit iudiciū quoddam, non potest sacerdos sua clauis vti in quolibet.

RESPONDEO dicendum, quod ea quæ circa singularia operari oportet, non eodem modo omnibus competunt: Vnde sicut per generalia medicina præcepta oportet adhiberi medicos, quibus præcepta vniuersalia medicinae singulis infirmis secundum quod debet aptentur: ita in quolibet principatu præter illū qui vniuersaliter præcepta legi tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis secundum quod debent adaptent: & propter hoc in cælesti hierarchia sub potestatibus qui indistincte præsumunt, præponuntur principatus qui singulis provinciis distribuuntur, et sub his Angeli qui singulis hoibus in custodia deputantur, ut patet ex his quæ dicta sunt in 2. lib. Vnde & ita debet esse in prælatione ecclesie militatis, ut apud aliquem esset prælatio indistincte in omnes, & sub hoc essent alij qui super diuersos diuersam potestatem & distinctam acciperent: & quia vsus clauium requirit ali-

quam prælationis potestatem, per quā ille in quem vsus clauium comunicatur, efficitur materia propria illius actus: ideo ille qui debet indistinctam potestatem super omnes, potest vti clauibus in omnes: illi autem qui sub eo distinctas potestates acceperunt, non in quolibet vti possunt clauibus, sed in eos tantum qui eis in sorte venerunt, nisi in necessitate articulo, ubi nemo vti sacramenta sunt de necessitate.

AD primum ergo dicendum, quod ad absolutionem à peccato requiritur duplex potestas, scilicet potestas ordinis & potestas iurisdictionis. Prima quidem potestas equaliter est in omnibus sacerdotibus, nō autem secunda: & ideo vbi dominus 1o. 20. dedit omnibus apostolis communiter potestatem remittendi peccata, intelligitur de potestate quæ consequitur ordinem: Vnde & sacerdotibus quando ordinantur illa verba dicuntur: sed Petro singulariter dedit potestatem dimittendi peccata, Mat. 16. Vt intelligatur quod ipse præ alijs habet potestatem iurisdictionis: potestas autem ordinis quantum est de se, se extendit ad ceteros absoluendos, et ideo indeterminate dominus dixit, quorum remisistis peccata: intelligitur tam quod vsus illius potestatis esse deberet, præsupposita potestate Petro collata, secundum ipsius ordinationem.

AD secundum dicendum, quod clauis materialis nō potest aperire nisi seram propriam, nec aliqua in eius actiua potestatem agere nisi in propriam materiam. materia autem propria potestatis ordinis efficitur aliquis per iurisdictionem: & ideo non potest aliquis vti in eam in quem iurdictio non datur.

AD tertium dicendum, quod populus Israel vnus populus erat, & vnum tantum modo templum habebat: vnde non oportebat sacerdotum iurisdictiones distinguere sicut nunc in ecclesia, in qua congregantur diuersi populi & nationes.

In hoc articulo primo est conclusio. D. Tho. negatiua, nempe quod nō potest quilibet sacerdos vti clauis quâ habet in quolibet. Est tamen aduertendum quod D. Th. intendit tractare de obiecto & materia clauium, i. de obiecto & materia circa quâ clauis debet exerceri, hoc est, in quem possunt hæc clauis exerceri.

Ideo

IDEO est dubium an quilibet sacerdos possit quemlibet absoluere: quæ quæstio tractatur à S. Tho. in 4. d. 19. q. 1. ar. 3. & ibidem ab alijs. Et sunt diuersæ sententiæ doctorum. Prior opinio est Armachani, li. ii. de quæst. Armen. cap. 4. vbi habet duas concl. Prior est, quod manendo in solo iure diuino, seclusa omni ordinatione ecclesie, quilibet sacerdos potest quilibet absoluere. Hanc probat, quia sacerdos habet clauis & potestatem absoluendi à Christo non ab ecclesia: ergo manendo in iure diuino poterit absoluere quem voluerit. & Secundo, de quolibet sacerdote est verum quod illi dicitur in sua consecratione: accipe potestatem quorum remisistis peccata, remittuntur eis: quia illud dictum fuit apostolis loco omnium sacerdotum. Tertio, quilibet sacerdos potest consecrare de iure diuino, ergo etiam absoluere. Quarto, sacerdos in quantum sacerdos, habet potestatem absoluendi: sed manendo in solo iure diuino, omnes sacerdotes æque sunt sacerdotes: ergo omnes possunt absoluere quemlibet, stando in iure diuino.

SECUNDA conclusio est, non obstante prohibitione ecclesie quilibet sacerdos potest absoluere quilibet ad hunc sensum, nisi tentet facere factum tenebit, & erit vera absolutio, sicut vera est consecratio, si post prohibitionem ecclesie sacerdos consecraret verum panem. Hæc probatur, quia sacerdos absoluit in quantum est sacerdos, sed per prohibitionem ecclesie nihil tollitur de potestate sacerdotali: ergo quantumcumque ecclesia prohibeat poterit absoluere. **SECUNDO**, quia per prohibitionem ecclesie nihil tollitur de potestate sacerdotis: ergo quantumcumque ecclesia prohibeat poterit absoluere: & tandem Armachan⁹ imaginatur, quod sacerdos habet tantam potestatem absoluendi sicut consecrati, & quod ita est de iure diuino vna sicut alia. Et hæc est sententia omnium hereticorum Viclephitarum & Lutheranorum. Durand. autem in 4. d. 19. q. 2. refert sententiam Armachani: Dicit namque, quod de prædicta quæstione est duplex opinio, & prior refert hæc Armachani, & probat eam alio argumento, quia inquit, vbi cumque concurrunt omnia quæ sunt de essentia sacramenti est sacramentum sed cum aliquis confitetur sacerdoti cui est prohibitum absoluere, ibi est materia, & forma, & sacerdos: ergo est sacramentum: Antecedens patet, quia ibi sunt peccata confessi, quæ sunt materia sacramenti, & est forma à vero ministro appositæ: ergo est sacramentum: Et si dicas quod non est verus minister qui requiritur ad conficiendum sacramentum, sicut si esset panis & vinum, & forma eucharistie, & nō esset minister quantumcumque, aliquis diceret non sacerdos, hoc est corpus meum, non consecraret ex defectu ministri: licet dices quod sacramentum penitentie est quoddam iudiciū: ideo requiritur potestas iurisdictionis,

& ille prohibitus nō est iudex: Dicit Durandus hoc non satisfacit, quia illud iudiciū est arbitrariū, in quo non requiritur alia potestas in iudice, nisi illa qua quis voluerit ei dare: ergo cum hoc sit iudiciū arbitrariū poterit penitens subijcere sese illi, & dare illi potestatem esto sit præcisus: quod autem hoc iudiciū sit arbitrariū probatur, quia non potest ille sacerdos cogere penitentem quod confiteatur, nec potest eum damnare inuitum: ergo solus est iudex arbiter. Præterea, in articulo mortis quilibet sacerdos potest quemlibet absoluere, & non ob aliud, nisi quia habet potestatem à iure diuino: ergo quilibet sacerdos potest quilibet absoluere de iure diuino, ita quod si faciat erit verum sacramentum: quod autem in articulo mortis quilibet sacerdos potest quilibet absoluere, ab eibus ceteris conceditur, ergo. Præterea, Papa nō est subiectus alicui, & tamen potest absolui à peccatis suis à quolibet sacerdote, & ille qui absoluit Papam non habet aliam potestatem super eum, nisi quia ipsemet Papa dat, subijciendo se illi sacerdoti, & hoc quod subijcit se illi, non habet ex sua auctoritate, sed qua peccator est subijctus se illi: Et si dicas quod illud habet ab ordinatione ecclesie, non obstat hoc, quia Papa nō tenetur suis legibus: ergo ille qui eum absoluit solus habet illam potestatem, eo quia ipse summus pontifex subijcit se illi: ergo idem dicendum est de omnibus alijs, nempe quod deo sacerdotes habent potestatem super penitentes, quia penitentes subijciunt se ipsis sacerdotibus: Dicit tamem hæc opinio, quod nihilominus quia est prohibitum absoluere aliquem præter suos subditos, qui petit absolutionem à nō proprio sacerdote, peccat mortaliter, & debet iterare confessionem quia fuit dimidiata: & si arguas, ergo si ignoret inuincibiliter, quia bona fide putat quod ab illo potest absolui, vere absoluetur: cōcedit prædicta opinio quod vere absoluetur. Et Durandus dicit, quod illa opinio est probabilis, & quod ipse aliquando fuit illius sententiæ ob rationes adductas quæ sunt apparentes: altera autem est sententia communis theologorum quæ etiam adhaeruit Durand. in quæst. citata: Et Paluda. d. 19. q. 2. ar. 2. vbi dicit Palud. quod alia opinio quæ retulimus est dubia. Et hæc communis opinio theologorum cōtinetur duabus conclu. quarum prior est, Manendo solus in iure diuino seclusa omni ordinatione ecclesie, nempe post Christum antequam ecclesia aliquid ordinaret, nullus sacerdos qui nō esset prælatus aliquorum, posset aliquem absoluere citra extremam necessitatem, ita quod ex hoc solus quod aliquis creat sacerdos nō potest aliquem absoluere. **SECUNDA** conclusio est, Post constitutionem ecclesie si quis tentet absoluere alienum parochianum, nō absoluit: vnde colligitur quod omnis vsus clauium in omnibus sacerdotibus & ecclesiasticis

cis

ois inferioribus ad Papam, datur ab ecclesia, intelligendo per vsum clauium potestatem iurisdictionis, ita quod ecclesia non dat potestatem absoluendi, sed solum dat materiam circa qua, nempe subditos: & hoc est dare iurisdictionem, qua iurisdictionem & materia non habent ecclesiastici inferiores Papae de iure diuino, sed solus ipse summus pontifex tanquam pastor vniuersalis habet praedicta materia & iurisdictione de iure diuino. Hae est sententia S. Th. in hoc artic. & Caiet. in paruis quolib. q. 1. & in additionibus ad tertia. p. Sanct. Tho. vbi expresse constituit nostras duas concl. Et D. Tho. probat hoc eleganter adducens analogiam ex medicina: Ait. n. operari circa singularia non conuenit omnibus aequaliter, quia praeccepta medicinalia aequaliter scribuntur in libris pro omnibus: sed illa vniuersalia praeccepta applicantur solum a medicis ad diuersos infirmos: & ita in qualibet principatu praeter illum qui vniuersaliter praeccepta legis tradit, oportet esse aliquos quae singulis secundum quod debent adaptent: Et probat hoc ex ordinatione ecclesiae triumphantis, vbi sub potestatibus quae indistincte praesunt, praepouuntur principatus qui singulis prouincis distribuuntur. Et sub his ponuntur angeli, qui singulis hominibus in custodiam marcipantur: ita oportet quod in praelatione ecclesiae militantis vnus sit principalis, vt summus pontifex, & deinde quod sint alij inferiores sacerdotes. Et Caiet. probat: quia cum sacramentum poenitentiae sit quoddam iudicium, semper requiritur ex natura rei, nempe ipsius sacramenti vltra potestatem ordinis, autoritas iurisdictionis aliquo modo. Probatur hoc absumptum ex concilio Floren. sub Eugenio. 4. vbi dicitur, quod minister huius sacramenti, scilicet poenitentiae, est sacerdos habens auctoritatem ordinariam vel delegatam: Vnde sacerdos sola ordinis potestate fultus, non est minister huius sacramenti: & cum hoc sacramentum non sit tantae necessitatis quantae est baptismus: non habet hic locum illa distinctio de ministro ex officio, & de ministro in articulo necessitatis: vnde consequitur, quod si sacerdos sola ordinis potestate absoluat, sacramentum erit nullum, quia non adest minister qui ad sacramentum est necessarius.

RVRVS, nullus potest exercere iudicium nisi habeat subditos: at sacramentum poenitentiae est quoddam iudiciale: ergo nullus poterit ibi exercere iudicium nisi habeat subditos. Sed de iure diuino nullus sacerdos excepto summo pontifice, habet subditos, quia non habetur in scriptura sacra vnde ista quae naturam excedunt sumenda sunt, quia soli Petro (vt latius infra dicemus) dictum est, tibi dabo clauces &c. & pascue oues meas: ita quod pote-

stas quae datur sacerdotibus alijs inferioribus summo pontifici, quando dicitur eis, accipite potestatem, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: restringitur & subiicitur potestati Petri, per illud, pascue oues meas, &c. Et ad illud quod alij dicunt, quod poenitentia est iudicium arbitrium. Respondet Caiet. quod non in totum, sed ex parte tantum: quia poenitens non potest quemlibet eligere, sed solum illis qui ei datur a pastore vniuersali, qui est Papa, vel ab ecclesia. Praeterea, in hoc iudicio poenitentiali tenetur poenitens obedire: ergo debet esse subditus, quia alias non teneretur obedire. Et Palud. in 4. d. 19. probat hanc nostram sententiam, quia Petrus erat verus Papa ante quacumque ordinationem ecclesiae: at hoc spectat ad Papam, nempe determinare iurisdictionem, & praesbyteros, & eis subijcere subditos quos absoluant: ergo ante ordinationem ecclesiae non poterat quilibet absolue quemlibet: alias Petrus non haberet maiorem potestatem quam alius Episcopus. Hanc sententiam habet etiam Maior in 4. d. 19. neque quod ante determinationem ecclesiae nullus sacerdos potest quemlibet absolue de iure diuino: & si absoluat sine commissione ecclesiae, nihil facit: etiam si ambo, nempe poenitens, & confessor, ignorat inuicibiliter, putantes quod ille sacerdos potest absolue: probat hoc ex cap. si Episcopus, li. 6. de poenitentibus, vbi dicitur quod nulla consuetudine introduci potest quod aliquis absoluat nisi a proprio sacerdote, vel de ipsius licentia: Vnde conficit sic argumentationem: Consuetudo potest introduci, & potest derogare & praualere cuiusque iuri humano: ergo est de iure diuino, quod nullus absoluat aliquem nisi ex ecclesiae ordinatione, alias posset introduci consuetudo quae derogaret cuiusque iuri humano, si praecise esset de iure humano positum: ideo ratio quare non potest introduci consuetudo quod quilibet absoluat quemlibet est, quia hoc de iure diuino est contra clauces ecclesiae, & illis derogaret: Sicut si Papa praeciperet quod in locis vbi solent solui decimae quod soluantur, non tenerentur statim illi homines soluere decimas, quia possent allegare consuetudinem qua habent in oppositum: Vnde consuetudo potest facere quod illud sit voluntas praelatorum, sicut etiam potest facere, quod ille qui est alterius Episcopatus, confiteatur peccata sua sacerdoti alterius, quia per consuetudinem ille fit huius Episcopatus, non tamen potest fieri quod manens alterius episcopatus tantum posset confiteri Episcopo vel sacerdoti alterius episcopatus: Et simplices sacerdotes inter se confitentur cuiuslibet sacerdoti, licet in cap. omnis vtriusque, sexus, non excipiantur: & hoc non est nisi propter voluntatem praelatorum.

Conse-

Consequitur ergo sententiam nostram, nempe, quod citra extemam necessitatem quilibet sacerdos non potest quemlibet absolue, & quod nullus potest absolue nisi sibi subditum, est de iure diuino: Et quod in extrema necessitate quilibet sacerdos posset quemlibet absolue non est de iure diuino, ex quibus omnibus conficio sic argumenta. Prius: Nullus potest absolui a non suo iudice, cum non teneat sententia lata a iudice incompetenti: & simili modo si a suo iudice absoluat a referuatis, non valet sententia, quia in illis referuatis non est iudex illius poenitentis. Secundo, Deus super benedictus a principio ecclesiae praefecit Petrum curatum, dicens: pascue oues meas, Ioan. vlti. & tibi dabo clauces regni caelorum, Mat. 16. ergo sine iussu & dispositione Petri nullus alius habet subditos, nec potest pascere gregem domini, ergo non potest absolue sine dispositione Petri, vel sedis apostolicae aliquem absolue, cum sine tali dispositione non est minister. Ex quibus omnibus distincte illa resoluens, dico prius tanquam probabile & factum securum, licet oppositum sit probabile & commune, Quod sacerdos simplex cum iniatur, non ordinis modo potestatem sed iurisdictionis etiam accipit de iure diuino, non simpliciter & quoad omnes, sed primum quantum ad venialia peccata quoad omnes homines. Hoc D. Tho. in 4. d. 18. q. 2. ar. 3. q. 1. ad tertium. & est communis opinio theologorum in 4. d. 19. Deinde, quantum ad mortalia, quibus est iam peccator a proprio sacerdote solutus: ratio est, quia illud iudicium de venialibus & de mortalibus a quibus iam quis est solutus legitime, est simpliciter arbitrium, cum nulli teneatur peccator se subdere, quantum ad illa a quibus iam est solutus, & quantum ad venialia: nec apparet vnde proprius sacerdos habeat totum potestatem in illa peccata, cum non sit materia subiecta proprio sacerdoti. Tertio, quilibet sacerdos cum iniatur, accipit potestatem iurisdictionis quantum ad omnia peccata in articulo mortis, hoc est probabile. Quarto, etiam ibidem accipit potestatem iurisdictionis ad summum pontificem absoluendum. Haec omnia probantur, quia vt Capreolus & Durandus in 4. d. 19. annotauerunt, in vniuersum apostolis dictum est: accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: Et restrictio facta est ex speciali commissione facta Petro, cui quoniam clauces tanquam primo clauigero collatae sunt, id consequenter est demadatum, vt eius solius auctoritate quicumque alius aperit, aperiat, & quod nulli, quando caelum est clausum, aperiat nisi suo iudicio, nam illa commissio de alijs a Petro facta est, de eo, Petrus

& eius successores non subiacent illi restrictioni, sed summi pontifices possunt absolui a quolibet sacerdote, & venialia, & iam cessata mortalia, de quibus iam apertum est caelum, vel alijs remedijs aperitur: non est opus confiteri proprio sacerdoti, licet potest peccator si voluerit &c.

QVINTA conclusio est, citra hos casus est de iure diuino, quod nullus sacerdos absoluat aliquem nisi secundum ecclesiae ordinationem. Et ad argumenta in oppositum prius dico, quod illud quod dicebat sacerdotem potest absolue in quantum est sacerdos, concedo, quia habet clauem ordinis & characterem qui quo ad substantiam est ipsa clauces, in quantum est sacerdos, & ad minorem cum dicitur illud habet de iure diuino concedo: ergo potest quemlibet absolue: nego consequentiam, quia non habet subditos: ideo non habet materiam circa qua illius sacramenti, sicut panis non dat sacerdoti potestatem consecrandi, quia illam habet a Deo: sed tamen si non sit panis sacerdos non posset consecrare: sic dico, quod peccator subditus est materia necessaria circa qua, huius sacramenti poenitentiae. Et ex his facile dices ad alia, quia quando dicit per prohibitionem Ecclesiae, non perdit sacerdos potestatem, verum est, sed perdit subditos qui sunt materia necessaria circa qua, sacramentum erat administrandum. Et ad aliud argumentum de extrema necessitate, quia tunc quilibet sacerdos potest quemlibet absolue de o vt dicit Caiet. vbi supra, Sanct. Thom. & Maior, quod hoc ipsum, nempe quod in articulo mortis quilibet potest quemlibet absolue, est ex ordinatione ecclesiae: & si ecclesia vellet posset ordinare oppositum, sed quia ordinare oppositum esset intolerabilis error, ideo melius est dicere quod ecclesia non potest oppositum constituisse, nempe quod non quilibet ad minus fidelis absoluat quemlibet in articulo necessitatis, quia Ecclesia non potest errare: Hoc probatur, licet oppositum vt diximus, sit probabile, nempe, quod in articulo mortis de iure diuino quilibet sacerdos potest quemlibet absolue: quia vt suppono haereticis & schismaticis non possunt absolue aliquem etiam in extrema necessitate. Et Sanct. Thom. in 1. 4. quest. 23. articulo 7. ad secundum, expresse dicit quod solus baptismus permittitur esseraptus haereticis & schismaticis, quia possunt licite baptizare in articulo necessitatis, & in nullo casu possunt licite eucharistiam consecrare, vel aliud sacramentum conferre: Vnde dico quod ecclesia dixit in cap. pastoralis, de officio ordinarij, quod quilibet sacerdos in articulo necessitatis extremae, absoluat quemlibet etiam a referuatis, & intellexit de non praecisus.

Secundo

Secundo, Ecclesia intendit quod quilibet sacerdos fidelis, esto sit excommunicatus, possit absolueri quemlibet in articulo mortis: quia nunc in extrauaganti ad euitandum scandala &c. dat facultatem quod sacerdos excommunicatus generaliter, & non nominatim, si alias habeat iurisdictionem quod non perdat illam, sed ad instantiam subditorum possit absolueri, etiam sine extrema necessitate: ergo potius intelligendum est, quod volebat hoc ecclesia de quocunque fidelis sacerdote etiam excommunicato, in extrema necessitate. Tertio dico cum multis alijs doctoribus, & videtur etiam cum Sancto Thoma, ut citauimus: quod multum probabile est, quod heretici, & omnes ab ecclesia praecisi, non possunt aliquem absolueri, etiam in extrema necessitate: Probatur, quia ut supra diximus, nullus habet subditos in sacramento poenitentiae, secundum communioem sententiam theologorum, nisi dispensatione & ordinatione sedis apostolicae: Et hoc dicit Sanctus Thomas supra q. 21. art. 6. ad secundum. At ecclesia prohibet simpliciter, quod hereticus & omnes praecisi ab Ecclesia non absoluantur: & intelligitur etiam in necessitate, & merito, quia forte irident sacramentum & Christianum, aut decipient ipsum Christianum. Et ex hoc tertio dicto sequitur, quod hoc quod hereticus non possit aliquem absolueri etiam in extrema necessitate, non est de iure diuino, sed positiuo: quia non perdit iurisdictionem ex diuino iure, sed non absoluit ex defectu materiae quam non dat ecclesia, & ideo non absoluit, sed est argumentum de summo pontifice qui potest absolui a quolibet sacerdote, & nulli est subiectus: ergo non requiritur ad hoc quod sacerdos possit absolueri quod habeat subditos: Ad hoc concedo antecedens, & nego consequentiam, quia ut multi dicunt, ipse se subiecit: quia subiecit se sacerdoti exercet actum iurisdictionis in quantum summus pontifex, & ita delegat potestatem iurisdictionis sacerdoti a quo vult absolui: Quod autem illud habeat ex potestate suprema quam habet, probatur: quia nullus alius potest pro suo arbitratu cui vult se submittere. Et haec est communior opinio, quod si summus pontifex eligendo sibi confessorum confert ei potestatem, quam tamen ipse exercere in seipsum non potest, ut diaconus electus Episcopus potest demandare absolutionem a peccatis, cum ipse peccatores absolueri non queat. Et haec solutio est Cardinalis de Turrecremata, lib. 1. summae ecclesiasticae, cap. 98. Bonaventurae 4. d. 19. Diuisi Thoma 4. d. 19. q. 1. ar. 3. q. 3. & in hac quaestione articulo sequenti tertio. Secundo dico, quod iurisdictione qua sacerdos electus a pontifice cum absoluit, est a Christo seruatori, & non ab ipso

pontifice: Et hoc dicit Paludanus in 4. d. 19. quaest. 2. & Capreo in 4. d. 19. quaest. unica, ar. 3. Et hoc videtur probabilius, quia Deus non deficit in necessarijs: ergo cum hoc erat necessarium prouidit summo pontifici de ministro sacramenti ad salutem necessarij. Secundo, summus pontifex post peccatum mortale factus est subditus in foro interiori, nam obligatur confiteri sacerdoti, sic quilibet alius qui mortaliter peccauit, iudicio huius fori sacramentalis obnoxius fit: ergo sine ipsius commissione est in ecclesia iudex cui confiteri teneatur. Tertio, licet Episcopus diaconus committere alteri absolutionem possit, non tamen nisi eorum quorum est pastor committere potest, hoc est suorum subditorum. At summus pontifex non est pastor sui ipsius nec iudex, quam obrem summius absolutionem committere alteri non potest: Unde videtur, quod non bene dicat Caieta in q. propria, de hoc quod si sacerdos absolvens Papam non habet potestatem iurisdictionis, nec a Deo, nec ab ipso Papa, nec ab ecclesia, sed per hoc quod Papa se subdit illi sacerdoti potest sacerdos eum absolueri: Ego autem si melius non probetur quod dicit Caieta, & illi alij quos supra citauimus, non audeam asserere confessorum summi pontificis nullam habere iurisdictionis potestatem: quia ego principium absolutionis sacramentalis, existimo non solum esse potestatem ordinis, verum etiam iurisdictionis: quippe cum minister huius sacramenti iuxta concilium Florentinum, sit sacerdos habens auctoritatem vel ordinarium, vel ex commissione superioris. Secundo, quia sacramentum hoc est iudiciale (ut ipsemet Caieta concedit) ergo minister eius debet esse iudex necessarius at iudex sine iurisdictione non solum non esse, sed nec intelligi potest, eo vel maxime quod minister huius sacramenti soluit & ligat: ergo iurisdictionis potestatem habet. Igitur sicut summus pontifex propter crimen heresis subditus fit ecclesiae in foro exteriori, id est ex diuina institutione, sic per quodlibet mortale peccatum ecclesiae subiecit in foro interiori, Christo instituyente & obligante pontificem summum ut coram sacerdote compareat: tamen etsi hanc illi dederit facultatem, ut eligat quem maluerit: quam traditionem sicut & ceteras Christi, licet scriptas non habeamus, ab Apostolis accepimus. Post haec quae hic explicuimus est Paludanus, qui scribit duas propositiones, vbi supra, quarum prima est. De peccatis alias confessis, quilibet sacerdos potest quemlibet absolueri: probatur hanc, quia differentia inquit est inter iudicia pure arbitraria, & iudicia iustitiae simpliciter dicta, quia in primo non tenentur subire iudicium, & tunc potest eligere quem voluerit. sed quoniam

do iam quis semel confessus est, manet in proprio arbitrio suo, ut confiteatur rursus de eisdem peccatis si voluerit, vel quod non confiteatur si noluerit: ergo ex natura rei potest eligere quemlibet. SECUNDA conclusio est, Si quis velit bis confiteri eadem peccata, ita quod habeat intentionem confitendi peccata sua proprio sacerdoti, poterit prius confiteri cui libet, & ab eo absolui: ut si quis peccator habeat hodie virum doctum & prudentem, & proficiet apud illum in spiritualibus, dicit Paludanus quod potest confiteri illi peccata sua, esto non sit suus curatus, dummodo velit postea confiteri proprio sacerdoti eadem peccata, quia nullam facit iniuriam proprio sacerdoti. Et haec probatur in hunc modum, quia de venialibus omnes fatentur, quod quilibet potest quemlibet absolueri: & hoc non est nisi quia non tenetur confiteri venialia: ergo idem est de mortalibus quae iam non tenetur confiteri, quia iam confessus est illa, vel de eisdem mortalibus pro illa confessione quam vult facere cum hoc sacerdote prudenti, quae non tenetur facere: Et Capreo in 4. d. 19. q. unica, refert haec verba Paludani, & non reprehendit, sed potius approbat dicens: haec Paludanus: & bene. Ego autem dico ut iam dixi, quod illa prima propositio est probabilis, nempe, quod de iure diuino potest quilibet absolueri quemlibet a peccatis iam confessis: & probabilius est dicere, quod ad minus est de iure positiuo humano, quia illa videtur voluntas praelatorum, quod postquam semel cognouerunt vultus pecoris sui, de eisdem confiteantur secundo vel tertio cui voluerint. Et hoc rationabiliter, quia praelati & pastores debent velle bonum & utilitatem ouium suarum, & conformiter ad communioem sententiam, quae tenet quod nullus potest aliquem absolueri, nisi ex commissione summi pontificis, & non de iure diuino. Dicendum est hoc secundo modo: nempe quod est de iure positiuo humano, quod quilibet sacerdos possit quemlibet absolueri a peccatis, alias iam rite confessis: sed de hoc iam supra multa diximus. Secunda propositio Paludani est falsa, & ample probauimus hanc esse falsam, cum agebamus de casibus referuatis: quia secundum dicta Paludani inferior posset absolueri a casibus referuatis, si poenitens intendat postea confiteri superiori illa referuata. SECUNDO, illo dato sequeretur, quod nunquam possint praelati referuare sibi aliquod peccatum, quin subditus posset absolui ab inferioribus, si proponat postea saltem semel in vita absolui a superiore referuante. Tertio, haec propositio Paludani est contra communem usum & consuetudinem, & voluntatem praelato-

rum referuantium: nam cum referuant aliquod peccatum, semper intelligunt quod nullo modo absoluantur ab aliquo inferiore, quin prius absoluantur vel cognoscantur ab ipso superiore: ergo non est vera illa propositio, & credo quod condemnaretur in concilio. Haesitabis etiam, an possint superiores referuare aliqua peccata venialia ad hunc sensum, quod stante illa referuatione nullus inferior possit absolueri ab illis referuatis, etsi sint venialia: Respondebimus aliquibus conclusionibus, quarum prior est, quae est certa, & est communiter omnium theologorum, in 4. d. 19. Nullus inferior summo pontifice potest referuare peccatum veniale: Ratio est, quia summus pontifex vult quod a venialibus quilibet sacerdos posset quemlibet absolueri, ut constat consuetudine consensu doctorum approbata. Sed maius dubium est, an hoc quod quilibet posset quemlibet absolueri a venialibus, sit de iure diuino, vel solum ex ecclesiae ordinatione: & sunt de hoc duae opiniones, quidam dicunt quod est ex ordinatione ecclesiae tantum formali, vel virtuali, vel interpretatiua, & non de iure diuino. Et hoc tenet Capreo in 4. d. 19. q. unica. Et probatur, prius quia de iure diuino nullus simplex sacerdos, vno summo pontifice excepto solo, habet subditos: at ad hoc quod quis posset absolueri, oportet quod illi absoluenti sint sibi subditi: ergo de iure diuino non potest simplex sacerdos absolueri aliquem etiam a venialibus. Secundo, solum Petro dictum est, pascite oues meas, Ioannis vltimo: & tibi dabo clauem &c. Matth. 16. Ergo ad solum summum pontificem Petri successorem, spectat disponere quis a quo sit absoluentus de omnibus peccatis, tam mortalibus quam venialibus: & haec sententia est probabilis. Alia est opinio quae etiam est multum probabilis, nempe, quod hoc quod quilibet sacerdos posset quemlibet absolueri a venialibus, est de iure diuino: ut superius tractauimus, & haec sententia mihi magis placet. Hoc tenet Paludanus ut supra: & probatur, quia ex communi sententia doctorum, nullus tenetur confiteri peccata venialia de iure diuino: ergo si quis illa voluerit confiteri, poterit confiteri cuiunque voluerit sacerdoti, quia non est maior ratio quod illa confiteatur vni quam alteri, quia propter venialia non committitur cura horum parochianorum, huic parochiano potius quam alteri sacerdoti: ergo a quolibet sacerdote poterit ille poenitens a venialibus absolui. Secundo, venialia remittuntur per alia remedia leuiora, etiam de iure diuino, & non solum per sacramentum poenitentiae: ergo poterit ille qui habet venialia absolui a quo voluerit sacerdote, quod est grauius remedium:

Antecedens patet, quia venialia remittuntur per displicentiam formalem, vel virtualementem ipsorum, ita quod non tenetur ille poenitens amplius illa confiteri. Præterea, peccata venialia remittuntur per sumptionem cuiuscunque sacramenti, si non sit complacencia in aliquo quando sumitur sacramentum: vt tradit Sanct. Thom. in. 1. 4. q. 28. ergo poterit etiam vti isto alio remedio, nempe confiteri cui voluerit sacerdoti. Ex quibus constat sententiam hanc esse multum probabilem, & quod hoc Christus instituerit, nempe quod de venialibus quilibet poenitens possit absolui à quolibet sacerdote (vt supra dixi) habetur extra, dictione apostolorum, licet non inueniatur in sacris literis formaliter: & hic fuit semper vsus in ecclesia.

ALIUD dubium est, An omnis sacerdos possit absolvere à minore excommunicatione? & videtur pars affirmatiua vera, quia quilibet sacerdos potest absolvere à peccatis venialibus, eo quia sunt quædam leuia inter ipsa peccata: ergo quilibet sacerdos potest absolvere à minore excommunicatione, cum sit quoddam leue inter excommunicationes. Sed hoc non obstante dico, ex mente theologorum communiter, & doctorum aliorum, quod non quilibet sacerdos potest absolvere ab excommunicatione minori, sed potest solum proprius sacerdos, vel ille qui potest absolvere à peccatis mortalibus. Hęc est certa, & autoritate omnium doctorum comprobata: Hoc Caiet. in summa, verbo, absolutio ab excommunicatione, fol. 10. Et confirmatur ex cap. nuper, de sententia excommunicationis, vbi hoc definitur.

SECUNDO probatur, quia excommunicatio minor est vinculum ecclesiasticum: ergo exigit in absolvente facultatem iurisdictionis ecclesiæ, at simplex sacerdos habet solam potestatem ordinis, & non habet iurisdictionem: ergo non potest absolvere à vinculo ecclesiasticæ excommunicationis minoris: vnde licet quilibet possit se subdere cuiuscunque sacerdoti pro absolutione venialium, non tamen potest subdere se cuiuscunque sacerdoti pro absolutione ab excommunicatione minori: quia ad venialia remittenda sufficit ex parte absoluentis, potestas ordinis cum iurisdictione à Christo tradita (vt diximus) quæ est in quolibet sacerdote, vel secundum alios potestas iurisdictionis ab ecclesia iam tradita: ad soluendum autem excommunicationis vinculum, cum sit vinculum ecclesiasticum requiritur potestas iurisdictionis ecclesiasticæ, quæ non est commissa ab ecclesia cuiuscunque sacerdoti, sed illis quibus commissa est potestas absoluendi à peccatis mortalibus, vt inconfesso est apud omnes: vt dixi.

Artic. secundus.

Vtrum sacerdos possit semper suum subditum absolvere?



AD SECUNDVM sic proceditur, videtur quod sacerdos non possit semper suum subditum absolvere: Sicut enim August. in litera dicit, Nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunis ab illis sit, quæ in alijs iudicat: sed quandoque contingit quod sacerdos est particeps criminis quod subditus suus commisit, sicut cum mulierem subditam cognouit: ergo videtur quod non semper possit in suos subditos potestate clauium vti.

PRÆTEREA, per potestatem clauium homo ab omnibus defectibus curatur: sed quandoque alicui peccato annexus est irregularitatis defectus, vel excommunicationis sententia, à quo simplex sacerdos liberare non potest: ergo videtur quod non possit vti clauium potestate, in illos qui talibus irri sunt.

PRÆTEREA, sacerdotij nostri iudicium & potestas, per iudicium veteris sacerdotij figuratur: sed minoribus iudicibus secundum legem non omnia competeat discutere, sed ad superiores recurrerant, vt dicitur Exod. 24. Si quid natum fuerit questionis inter vos, &c. ergo videtur quod nec sacerdos de grauibus peccatis possit subditum suum absolvere, sed debeat ad superiorem remittere. **S**ED contra, cuiuscunque committitur principale, committitur & accessorium. sed sacerdotibus committitur quod subditus suus eu charistiam dispensent, ad quam ordinatur absolutio à peccatis quibuscunque: ergo sacerdos ab omnibus peccatis potest absolvere, quantum est de clauium potestate.

PRÆTEREA, gratia omne peccatum tollit quantumcunque sit parua: sed sacerdos sacramenta dispensat, quibus gratia datur: ergo quantum est de potestate clauium,

de omnibus peccatis absolvere potest.

RESPONDEO dicendum, quod potestas ordinis quantum est de se, extendit se ad omnia peccata remittenda: sed quia ad vsu huiusmodi potestatis requiritur iurisdictionis, quæ à maioribus in inferiores descendit: ideo potest superior aliqua sibi reseruare, in quibus iudicium inferiori non committat: alia de quolibet potest simplex sacerdos absolvere habens iurisdictionem. Sunt autem quinque casus in quibus oportet quod simplex sacerdos poenitentem ad superiorem remittat. Primus est, quando est solennis poenitentia imponenda, quia eius minister proprius est Episcopus. Secundus est, de excommunicatis, quando inferior sacerdos non potest absolvere. Tertius, quando inuenit irregularitatem contractam, pro cuius dispensatione debet ad superiorem remittere. Quartus, de incendiarijs. Quintus, quando est consuetudo in aliquo episcopatu, quod enormia crimina ad terrorem reseruantur Episcopo, quia consuetudo dat vel aufert in talibus potestatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in tali casu nec sacerdos debet audire confessionem mulieris, cum qua peccauit, de illo peccato, sed debet ad alium mittere: nec illa debet ei confiteri, sed debet petere licentiam ad alium eundi, vel ad superiorem recurrere, si ille licentiam denegaret: tum propter periculum, tum quia est minor verecundia: si tamen absolueret, absoluta esset. Quod enim Augustinus dicit quod non debet esse in eodem crimine, intelligendum est secundum congruitatem, non secundum necessitatem sacramenti.

AD SECUNDVM dicendum, quod poenitentia ab omnibus defectibus culpa liberat, non autem ab omnibus defectibus poenæ: quia adhuc post peractam poenitentiam de homicidio, aliquis remanet irregularis: vnde sacerdos potest de crimine absolvere, & pro poenæ auouenda debet ad superiorem remittere, nisi in excommunicatione: quia absolutio ipsa debet præcedere absolutionem à peccato, quia quando aliquis est excommunicatus, non potest recipere aliquod ecclesiæ sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit quantum ad hæc in quibus sibi superiores potestates iurisdictionem reseruant.

EST igitur in hoc. 2. art. conclusio S. Th. quod sacerdos inferior non potest semper suum subditum absolvere, & titulus quando quærit S. Tho. an sacerdos possit semper suum subditum absolvere, intelligitur. i. an possit sacerdos absolvere suum subditum ab omni peccato, in quocunque tempore, vel an sint aliqua peccata à quibus vel propter suam grauitatem, vel propter aliquam poenam adiunctam non possit illum absolvere, vt cum est poena irregularitatis, vel excommunicationis adiuncta alicui peccato: Sed quia nos iam supra ample tractauimus hanc questionem, cum ageremus de reseruatis: ideo hæc quæ dicit S. Tho. iam manifesta sunt & vera: Est tamen Armachanus qui in illo libro. ii. de questionibus Armenorum, cap. 4. dicit, quod sacerdos inferior potest absolvere ab omni peccato quantumcunque, Papa reseruet: & probat, quia sacerdos inferior potest absolvere à maioribus peccatis quam sint ipsa reseruata: ergo potest absolvere ab illis reseruatis. Ad hoc nego consequentiam, quia ad absoluendum à maioribus habet iurisdictionem, & ad absoluendum à reseruatis non, ideo non est eadem ratio.

SECUNDO arguit, quia in extrema necessitate potest inferior sacerdos absolvere à reseruatis, ergo etiam citra extremam necessitatem, probatur: quia in extrema necessitate non habet maiorem potestatem quam citra extremam necessitatem: ergo &c. Ad hoc etiam facile respondetur negando consequentiam: & ad probationem nego, quod citra extremam necessitatem habeat tantam potestatem iurisdictionis, quantum habet in extrema necessitate: vel dicendum, quod in extrema necessitate habet materiam, & non citra extremam: Ideo dico quod est hæreticum dicere (vt supra probaui) quod prælati non possint reseruare aliqua peccata: & hoc quod prælati non possint reseruare aliqua peccata, est sententia hæreticorum Vuicelistarum & Lutheranorum, ideo cauenda: Est igitur vera & catholica sententia sancti Thomæ quæ etiam est omnium doctorum fidelium, quod prælati possint sibi reseruare aliqua peccata, à quibus inferiores non possunt absolvere citra extremam necessitatem: nec est nouum in ecclesia quod aliqua peccata reseruentur, vt putant hæretici: quia Vualdensis in lib. de sacramentis, cap. 149. inducit Innocentium in sermone Petri & Pauli, vbi tractans illud, dimitte septuagesies septies: dicit, solus Petrus habet ab omni peccato soluere, nam & sunt inquit quædam peccata

quorum absolutio est soli Petro referuata, & si ille Innocentius est primus ut videtur, est doctor antiquissimus. Secundo Nicolaus primus, qui fuit pontifex in anno octingentesimo a passione domini, in epistola ad Ratoldum Episcopum, quae refertur a Gratiano. 33. q. 2. cap. latorum, ubi titulus est vitiosus: quia pro Ratoldo positum est Radolphus. & pro Argentoratensis scriptum est Argenteratensis: Ibi dicit Nicolaus, quod Episcopus ille misit quendam matricidam ad ipsum pontificem, ut ab eo absolueret, significans se non posse absolueri nisi: ergo non est nouum in ecclesia reseruatio casuum: quot autem & qui sint casus reseruati, dicit S. Tho. quod sunt quinque, quos anumerat in litera: & oportet consulere Episcopos qui in suis synodalibus constitutionibus reseruant aliquos casus particulares: & oportet videre bullam de cena domini, ubi summi pontifices reseruant aliquos casus plures aut pauciores, pro ut sibi videtur expedire. Praeterea Benedictus. n. in extrauaganti, inter cunctas, scribit quatuor casus reseruatos Episcopis a iure, & alios quinque qui reseruantur etiam Episcopis ex consuetudine: consuetudo. n. autem potestatem inferioribus, ne absoluerent possint ab aliquibus peccatis: & hi quinque casus reseruati quos scribit S. Tho. sunt de iure communi, in illa praedicta extrauaganti, ubi Benedictus vndecimus dicit: quod Parrochi & fratres praesentati ad audiendum confessiones laicorum non absoluent a peccatis, pro quibus est poenitentia solemnis iniungenda. Secundus casus est, quod non absoluant excommunicatos: maiore excommunicatione. Tertius casus, quod non absoluant clericos ab illo delicto propter quod incurrunt irregularitatem: secus autem si incurrerent irregularitatem propter factum, & non propter culpam, quia tunc absolui possunt ab alijs peccatis sacramentaliter, & manebunt in sua irregularitate quousque, dispensetur cum illis a superiore. Quartus casus est, quod non absoluantur incendiarii. Quintus casus est, cum est consuetudo in aliquo Episcopatu quod reseruatur alicui casus, eo quia sunt enormes: Et dicit Benedictus vndecimus, quod approbat hanc consuetudinem circa homicidas voluntarios, falsarios ecclesiarum immunitatis & libertatis violatores, & sortilegos: Episcopi autem praeter haec (ut dixi) in synodalibus constitutionibus reseruant aliquos alios casus: ideo videat quicumque, in particulari, in episcopatu ad quem declinauerit.

Articulus tertius.

Vtrum aliquis vti possit clauibus in suum superiorem?



AD TERTIVM sic proceditur: videtur quod aliquis non possit vti clauibus in suum superiorem: Actus enim sacramentalis quilibet requirit propriam materiam: sed propria materia vsus clauium est persona subiecta, ut dictum est, ergo in eo qui non est subditus, non potest clauibus sacerdos vti.

PRÆTEREA, ecclesia militans imitatur triumphante: sed in caelesti ecclesia inferior Angelus nunquam purgat, aut illuminat, aut perficit superiorem: ergo nec aliquis inferior sacerdos potest vti actione hierarchica, quae est per absolutionem in superiorem.

PRÆTEREA, iudicium conscientiae debet esse ordinatius quam iudicium exterioris fori: sed in exteriori foro inferior non potest excommunicare aut absolueri superiorem: ergo videtur quod nec in foro poenitentiali.

SED contra, superior praelatus etiam circumdatus est infirmitate, & contingit ipsum peccare: sed remedium contra peccatum est potestas clauium: ergo cum ipse non possit in se ipsum clauem vti, quia non potest esse simul iudex & reus, videtur quod possit inferior in ipsum clauibus potestate vti.

PRÆTEREA, absolutio quae fit per virtutem clauium ordinatur ad perceptionem eucharistiae: sed inferior potest superiorem eucharistiam dispensare si peccat, ergo & clauibus potestate in ipsum, si se ei subiecerit.

RESPONDEO dicendum, quod potestas clauium, quantum est de se, extendit se ad omnes, ut dictum est: sed quod in aliquem sacerdos non possit potestate clauium vti, contingit ex hoc quod eius potestas est ad aliquos specialiter limitata: unde ille qui limitat potestatem extendere in quem voluerit: & propter hoc etiam potestatem sibi dare potest in seipsum, quamuis ipse in seipsum vti clauibus potestate non possit: quia potestas clauium requirit pro materia aliquem subiectum, & ita alium: sibi ipsi enim aliquis subiectus esse non potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis Episcopus quem simplex sacerdos absoluit sit superior eo simpliciter, est tamen inferior

inferiorem, in quantum est se ut peccator subiecit. **AD SECVNDVM** dicendum, quod in Angelis non potest accidere aliquis defectus, ratione cuius inferioribus suis, superiores subdantur, sicut accidit in hominibus, & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod iudicium confessionis est quo ad Deum, apud quem aliquis redditur minor ex hoc quod peccat, non autem apud hominum praelationes: & ideo in exteriori iudicio, sicut nullus in se ipsum sententiam dare potest excommunicationis: ita nec alteri committere, nec se excommunicare, sed in foro conscientiae potest alteri committere suam absolutionem qua ipse vti non possit. **VEL** dicendum, quod absolutio in foro confessionis est principaliter potestatis clauium, & ex contrahente respicit totaliter iurisdictionem: quantum autem ad potestatem ordinis omnes sunt aequales, non autem quantum ad iurisdictionem, & ideo non est simile.

EST etiam in hoc tertio articulo conclusio S. Tho. affirmatiua, nempe inferior potest absolueri superiorem: ratio est, quia superior dat potestatem, ut inferior absoluat illos quos absoluit: ergo etiam potest dare potestatem ut ipse superior absoluat ab alio inferiore. Est hic dubium, an sicut summus pontifex potest se subicere alicui ut absoluat in foro interiori, possit etiam se subicere ut excommunicetur: Ad quod dubium respondet S. Tho. ad 3. quod non, quia illud est in foro contentioso, nempe excommunicare, quod pertinet ad homines: absolueri autem est in foro animae, quod spectat ad Deum: ideo in foro exteriori non potest summus pontifex alteri esse subiectus: & in foro interiori ita. Sed haesitabis an Papa possit excommunicari a concilio vel ecclesia? Ad quod dico, quod nullus potest excommunicare se ipsum: quia excommunicare est expellere aliquem a consortio fidei, & a suffragijs fidelium: at nullus potest hoc facere in se ipsum: ergo &c. Secundo dico, quod Papa in aliquo casu posset excommunicari ab ecclesia, etiam manens Papa: probatur hoc, quia ita definitur in concilio Constantiensi. Secundo, Papa in casu haereticus potest deponi ab ecclesia: ergo in eo casu potest excommunicari: unde in omni casu in quo potest deponi summus pontifex, potest etiam excommunicari: & sicut concilium in aliquo casu posset procedere ad deponendum Papam, ita potest procedere

re in eodem casu ad excommunicandum ipsum: ratio est: quia concilium non potest eum condemnare nisi audiat: at non potest compelli ut veniat & compareat nisi poena excommunicationis: ergo si non compareat vere erit excommunicatus manens Papa, non solum in casu haereticus, sed etiam si sit dubium an sit Papa: ut tempore Benedicti octauum, qui in concilio Constantiensi fuit depositus: etiam si fuisset verus Papa, eo quia erat dubium an esset canonicus electus: & inde an esset Papa: sed de hoc alibi aliter disputabimus. Aliud dubium est, an peccata interiora tantum, possint a superioribus reseruari: Ad quod dicendum est affirmatiue, quia reseruare peccatum non est aliud quam non dare iurisdictionem, vel non dare materiam vel subditum: ideo possunt superiores non dare iurisdictionem supra actus praecipue interiores: & tunc inferiores non poterunt absolueri, quia non habent subditum in illo foro: Sed & si superiores possent reseruare peccata praecipue interiora, de facto tamen ad minus in iure, & a Papa (ut communiter dicunt doctores) nullum peccatum praecipue interius est reseruatum: sed omnes reseruaciones quae sunt in iure intelliguntur de actibus exterioribus: unde male faciunt aliqui praelati inferiores, reseruantes aliqua peccata interiora, quia deberent se conformare iuri communi in hoc: & quia actus interiores sunt magis dubij & periculosi, est scandalosum & infructuosum reseruare actus internos: ideo frequenter subditi essent in itinere ut quarent facultatem ut absoluantur.

Sequitur. q. 23.

De excommunicatione.

CONSEQUENTER videndum est de excommunicatione. De qua primum considerandum est de diffinitione excommunicationis, & congruitate & causa.

SECVNDO, de eo qui potest excommunicare & excommunicari.

TERTIO de participatiōe cum excommunicatis.

QUARTO, de absolutione ab excommunicatione: Circa primum quaeruntur quatuor. Primum, vtrum conuenienter excommunicatione definitur?

SECVNDO, vtrum ecclesia debeat aliquem excommunicare?

TERTIO, vtrum aliquis pro aliquo temporali damno sit excommunicandus?

QUARTO, vtrum excommunicatio iniuste lata aliquem effectum habeat?

Articu. primus.

Vtrum incōpetens sit hęc diffinitio excommunicationis?



AD PRIMVM sic proceditur: videtur quod incōpetens sit hęc definitio excommunicationis à quibusdā posita. Excommunicatio est separatio à cōmunionē ecclesię, quod ad fructū & suffragia generalia: suffragia enim ecclesię valēt eis pro quibus fiunt: sed ecclesiā orat pro eis qui extra ecclesiam sunt, & sic eis suffragia ecclesię valent.

PRÆTEREA, nullus amittit suffragia ecclesię nisi per culpam: sed excommunicatio non est culpa: sed pœna: ergo per excommunicationem non separatur aliquis à suffragiis ecclesię communibus.

PRÆTEREA, fructus ecclesię non videtur esse aliud quā suffragia: non enim potest intelligi de fructu bonorum temporalium, quia hęc excommunicatis non auferuntur: ergo incōuenienter vtrumq; ponitur.

PRÆTEREA, excommunicatio minor quaedam excommunicatio est, sed per eam homo non perdit suffragia ecclesię: ergo definitio non est conueniens.

RESPONDEO dicendū, quod ille qui per baptismū in ecclesiā ponitur ad duo ascribitur, scilicet ad cœtū fidelium, & ad participationem sacramentorum: & hoc secundum præsupponit primum: quia in sacramentis participādis etiam fideles cōmunicant: & ideo aliquis potest extra ecclesiam fieri per excommunicationē dupliciter. Vno modo ita quod separetur tantū à participatione sacramentorum, & hęc erit excommunicatio minor. Alio modo, ita quod excludatur ab utroq; & sic erit excommunicatio maior, quę hic definitur. Non autem potest esse tertius, scilicet quod excludatur à cōmunionē fidelium, & non à participatione sacramentorum. ratione iam dicta: quia, si fideles in sacramentis cōmunicant: sed communicatio fidelium est duplex. Quaedam in spiritualibus, sicut mutue orationes & cōuentus ad sacra-

percipienda. Quaedam in corporalibus actibus: qui quidē legitimi actus & licita cōmunionis in his versibus continentur: Si pro delictis anathema quis efficiatur: os, orare, vale, cōmunicatio, mensa negatur: Os, sine osculū detur: orare, ne cum excommunicatis oremus: vale, ne saluentur: cōmunicatio, ne, si in sacramentis cum ipsis aliquis cōmunicet: mensa negatur, ne aliquis cū eis comedat. Præmissa ergo definitio importat separationē à sacramentis in hoc quod dicit, quāntū ad fructum: & à cōmunionē fidelium, quāntū ad spiritualia: in hoc quod dicit, & suffragia ecclesię cōmunia. Alia autem definitio inuenitur quę datur secundum separationem ab utrisq; actibus, quę talis est: Excommunicatio est à qualibet licita cōmunionē fidelium separatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pro infidelibus oratur, sed ipsi orationis fructum non percipiunt, nisi ad fidem conuertantur: similiter & pro excommunicatis orari potest, quāuis non inter orationes quę pro membris ecclesię fiunt, & tamen fructum non percipiunt quādiu in excommunicatione manēt: sed oratur ut detur eis spiritus pœnitentię, ut ab excommunicatione soluantur.

AD SECVNDVM dicendū, quod suffragia alicuius valent alicui secundū quod ei cōmunicatur: potest tamen actio vnius alteri cōtinuari dupliciter. Vno modo ex vi charitatis quę omnes fideles connectit, ut sint vnum in Deo, sicut dicitur in psalmo. Particeps ego sum &c. & hanc cōtinuationē excommunicatio non intercipit, quia iuste quis excommunicari nō potest, nisi pro culpa mortali, per quā quis ita à charitate diuisus est, etiā si non excommunicatur: iniusta autē excommunicatio charitatē alicui auferre non potest, cū sit de maximis bonis quę nō possunt alicui iniuste auferri. Alio modo per intentionē suffragia faciētis, quę in aliquē fertur pro quo fiunt & hęc cōtinuationē excommunicatio intercipit: quia ecclesiā per excommunicationis sententiā separat excommunicatos ab vniuersitate fidelium, pro quibus suffragia facit. Vnde suffragia ecclesię ei non prosunt, quę pro tota ecclesiā fiunt. Nec ex per-

sona ecclesię oratio pro eis inter membra ecclesię fieri potest quāuis aliqua persona priuata possit ad eius conuersionem aliquod suffragium per intentionem dirigere.

AD TERTIVM dicendum, quod fructus ecclesię non solum est ex suffragiis, sed etiam ex perceptione sacramentorum, & ex fructu fidelium.

AD QVARTVM dicendum, quod minor excommunicatio non habet perfectam rationem excommunicationis, sed aliquid ipsius participat: & ideo non oportet quod totaliter ei excommunicationis definitio conueniat, sed solum quo ad aliquid.

CONSIDERANDUM est in hoc articulo, quod postquam egimus de effectu clauium in foro interiori, agendum est nūc de effectu clauium in foro exteriori: & prius agemus de excommunicatione, quę est quidam effectus clauium extra forum sacramentale: quam materiā tractant Theologi in 4. d. 18. & Antoninus in 3. p. titulo. 24. & primū videndū est quid est excommunicatio, quod S. Tho. intendit explicare in hoc articulo querens an sit competēs diffinitio illius, hęc, quę sic habet: Excommunicatio est separatio a cōmunionē ecclesię quo ad fructū & suffragia generalia: & respondetur, prædictam definitionem esse cōpetentem & bonā. Probat S. Tho. quia ille qui baptizatur, per baptismum fit de numero Christianorum, & recipitur ad participationem spiritualium fructuum Christianorum: & per excommunicationem ponitur aliquis extra ecclesiam duobus modis: altero, ita ut tantum separetur à participatione sacramentorum, & hęc est excommunicatio minor quia excommunicatus minori excommunicatione in omnibus alijs cōmunicat, præterquam in sacramentis recipiendis: Alio modo ponitur quis extra ecclesiam: quia priuatur utroq;, nempe & cœtu fidelium, & participatione sacramentorum, & hęc est excommunicatio maior: & dicitur ideo maior, quia ab omnibus bonis ecclesię priuatur. Sed S. Thom. dicit, quod duplex est priuatio à cœtu fidelium: altera est in spiritualibus, ut, si ille excommunicatus conueniat cum alijs ad publicas orationes & ad sacrificia: altera est priuatio, ut, si nec in corporalibus cōmunicet cū alijs hominibus, nempe ut non adsistat cōuiujs, nec ab alijs salutetur: & pro altiori horum intelligentia est considerandū, quod triplex est fidelium communicatio: altera est, quę consistit in conuersione vel loquela, cibo, salutatione, & alijs id genus. Altera: consistit in sa-

cramentorum receptione: alia autem consistit in bonorum spiritualium participatione, quę fiunt in ecclesiā, iuxta illud psalmi. Particeps ego sum omnium timentium te, & ceterodientium mandata tua. Secundo est aduertendū, quod sicut triplex est participatio fidelium ita triplex est excommunicatio: prior est excommunicatio maior, quę alio nomine vocatur anathema. id est separatio, quę excludit excommunicatum à prædicta triplici communicatione fidelium. Secunda est communicatio minor, quę solum excludit à passua participatione sacramentorum, id est à receptione: quia excommunicatus minori excommunicatione, potest in omnibus cōmunicare cum alijs fidelibus: solo hoc excepto, quod nō potest nec cū alijs nec solus recipere aliquod sacramentū. Tertia est excommunicatio lata à Deo propter quodlibet peccatū mortale, quia omnis peccans mortifere separatur à Deo: sed hęc non est proprie excommunicatio, cū non sit pœna ecclesiastica, de qua hic sumus tractaturi tantum: ideo solum agemus de duabus prioribus excommunicationibus, quę sunt effectus clauium, & pœnæ ecclesiasticæ, non autē de tertia, ut diximus.

HIS præmeditatis est dubiū quid est excommunicatio? Ad quod respondetur aliquibus certis propositionibus, quarum prior est: excommunicatio non est culpa, nec peccatū etiam veniale: Probatur, quia etiam veniale peccatū est maius malū in se quā ipsa excommunicatio, quia est malū culpæ: & excommunicatio non est culpa, sed pœna, & malū culpæ est maius malū quā quodcunq; aliud malū pœnæ secundum se. & Secunda conclusio est, excommunicatio est malum pœnæ, quia pœna ecclesiā punit peccatorem, & malum pœnæ nihil aliud est quā priuatio boni: ergo excommunicatio non est aliud quā priuatio boni: Et si dicas cuius boni est priuatio: dico quod ex ipsa nominis significatione habetur cuius boni sit priuatio: est nempe priuatio cōmunionis vel cōmunicationis. Idem est. n. excommunicatio, quod cōmunicationis priuatio: non. n. priuat hominem gratia, nec virtutibus, nec bonis temporalibus: sed solum priuat cōmunionē vel cōmunicationē: ideo opere precium erit videre quid est ista cōmunicatio quā priuat excommunicatio. Ad quod dico, quod tria bona inueniuntur in cōmunicationē ecclesię & fidelium: primū consistit in cōmunicationē exteriori, quia cōueniunt ad orationē priuatam inter se simul, & conueniunt ad conuictū humanū colloquantur. n. & inuuantur. Secundū est communicatio aliorum bonorum operum quę fiunt inter fideles, & hęc communicatio fundatur in charitate: ex hoc. n. quod sunt fideles in charitate, & omnes fideles sunt vnum corpus in Christo, quilibet fidelis est membrum huius corporis mystici: ideo quilibet fidelis

Dubiū.

Secunda. 4. quest. 23. art. 1.

est particeps omnium bonorum que sunt in ecclesia sine quacumque alia applicatione, sicut in corpore naturali quodlibet membrum participat bona totius corporis. Et hoc quod quilibet fidelis participat bona spiritualia omnium fidelium, probatur ex illo psal. 118. particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Secundo in symbolo apostolorum dicitur: credo sanctam ecclesiam & sanctorum communionem: quia omnes qui sunt in charitate diligunt proximum, & bona amicorum sunt communia, & charitas facit veram amicitiam: sic autem sunt communia, quia ratione meritorum iustorum hominum datur mediate gratia huic fideli existenti in charitate, etiam illis qui orant aut merentur, non cogitantibus de isto fideli: quia propter merita iustorum, concurrunt dominus peculiariter cum hoc fideli, ut habeat aliquod bonum opus meritorium: quod non haberet nisi orasset pro illo, propter quod Deus dat illi aliquam gratiam: et si ille non esset membrum ecclesie, aut non esset in charitate, non concurreret Deus cum illo ita sicut concurret: & non haberet ille fidelis illud bonum opus, & ita nec haberet gratiam illam pro illo opere: & quo ad satisfactionem satisfacit unus pro alio, etiam illo nesciente pro quod sit satisfactio. Alia est satisfactio suffragiorum communium, que sunt in ecclesia pro fidelibus, que sunt sacrificium & orationes publicae, & sacramenta, que omnia conficiuntur in persona ecclesie a suis ministris: nec est alia communicatio fidelium a qua possit excómmunicatio priuare, nisi aliqua istarum trium. Ideo his adhibitis, dico ad questionem, que querebamus, cuius boni erat priuatio ipsa excómmunicatio: aliquibus propositionibus, quarum prior est: Excómmunicatio non priuat a comunione illa que fundantur in charitate, ne per secundum quam merita fidelium extenduntur ad omnes existentes in charitate. Hanc probatur: quia ab ista comunione priuatur ille, qui excómmunicatur antequam excómmunicetur, nempe quando peccat mortaliter, quia charitas nunquam aufertur pro peccato mortali: ergo antequam quis excómmunicetur, iam per peccatum mortiferum pro quo excómmunicatur, priuatus est illa comunione que fundantur in charitate: unde sequitur, quod si quis sit vere excómmunicatus, & est in charitate (ut cum quis percussit clericum, dolet de peccato dolore contritionis) iam excómmunicatio nihil habet efficere circa illam comunione, & non priuat hominem illa comunione: quia quando ratio alicuius iuris manet in aliquo, quoadiu manet in illo illa ratio, ille habet ius ad illud: ut quia consecratio fundatur in charactere, quicunque habuerit characterem poterit consecrare, & quamdiu habuerit: at illa comunio fundatur in charitate, ergo

quoadiu manet ista charitas, manet illa comunio. Secunda conclusio est, excómmunicatio priuat de se, & per se a prima comunione & a 3. ex supra dictis: nempe, priuat a comunione extrinseca, ut scilicet ne excómmunicatus conueniat cum alijs ad orationes publicas, vel priuatas, quas ipsi fideles inter se instituunt, & inter audiendum officium diuinum, & ne excómmunicatus conueniat cum alijs ad audiendum diuinum officium: priuat etiam excómmunicatum suffragijs & sacrificijs que ecclesia offert pro fidelibus, & priuat sacramentis que in persona ecclesie conficiuntur.

SED est dubium, quid mali aut incommodi incurrit ille qui excómmunicatur, propter hoc quod priuatur comunione extrinseca, & suffragijs ecclesie: i. propterea quod priuatur ne concurrat cum alijs ad orandum, & propterea quod ecclesia in suis orationibus non orat pro illo. Ad quod dico, quod incurrit grande malum spirituale, quia amittit multa bona que alias haberet: quia quando ecclesia orat pro suis fidelibus, iuuatur aliquis contra tentationem, & contra illusiones demonum, & promouetur ad bona opera, conuertitur a peccatis: quia hanc comunio extenditur etiam ad peccatores, quos propter orationes ecclesie Deus saepe conuertit, & adiuuat eos specialiter, que non conceduntur excómmunicato, quia ecclesia priuat illum orationibus suis: Quantum autem sit hoc malum constat ex doctoribus, & ex duobus locis Aug. que ego adduca: quia isti heretici iuniores pessime sentiunt de excómmunicationibus: dicunt. n. quod terrent istas excómmunicationes, sed terrent pueros: ideo est primus locus Aug. li. primo, contra aduersarium legis & prophetarum post medium, ubi ait: Claves quidem regni celorum sic CHRISTVS dedit ecclesie, ut non solum dixerit que solueritis &c. & sequitur, ubi aperte non malum pro malo reddit ecclesia, sed adiungit, que ligaueritis &c. Et sequitur: alius. n. quod addit, si non audierit ecclesiam &c. grauius est quam si gladio ferretur, flammis absolueretur, & feris subijceretur: probat, quia ibi quoque subdit, quecumque ligaueritis &c. ut intelligeretur quod grauius esset punitus qui velut relictus est impunitus. Secundus locus Augustini est in sermone. 68. de verbis apostoli, ubi dicit: omnis Christianus qui a sacerdotibus excómmunicatur, sathanam traditur: & explicat quomodo, dicens: quia extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia CHRISTVS est, & optime explicat: quia ille manet sine adiutorio ecclesie: In hoc ergo consistit totum malum excómmunicationis, quia priuatur auxilio ecclesie, & comunione fidelium: Et propter hoc dicit Aug. quasi diabolo traditur qui ab ecclesiastica comunione remouetur: dicit autem quasi diabolo traditur, quia non traditur diabolo possidendus, sed corripiedus. Pro hac

Secunda. 4. quest. 23. art. 1. fo. 332.

hac sententia est etiam diuus Hiero. super illud: quorum remiseritis peccata &c. i. quibus ecclesia interdixeritis: nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, ipsis ianua regni celestis clausa erit: Et habetur. ii. q. 3. cap. audi, et cap. nolite. Sed dubitabis, ubi habetur hoc in scriptura, quod possit aliquis illo modo priuari, vel quomodo hoc probari poterit: quod dubium mouet Caietanus in 2. tom. suorum opusculorum q. 13. & ipse probat in hunc modum: ecclesia non orat pro excómmunicato: at manifestum est quod per orationem aliquid spirituale datur fidelibus, quia ecclesia non orat frustra: ergo excómmunicatus priuatur aliquo bono spirituali. Secundo sacrificia & suffragia comunia solum intelliguntur pro fratribus. i. proximis: pro illis denique qui sunt intra ecclesiam, licet. n. ecclesia orat in pasceue pro infidelibus, orationibus tamen comunibus quibus orat pro fidelibus, nunquam orat pro infidelibus, sed solum pro fidelibus: at excómmunicatus non reputatur inter fratres, sed potius inter hereticos & publicanos: ergo priuatur istis suffragijs. Tertio probatur, quia si excómmunicatio solum priuaret comunione exteriori, non indigeret auctoritate ecclesie & potestate, quia auditus poterat eum expellere ab ecclesia: & prator, & princeps possent eum expellere a conuiujs, & alijs huiusmodi ergo non esset opus potestate spirituali ecclesie: At CHRISTVS specialiter dedit ecclesie hanc potestatem, quando dicit Matth. 18. Si ecclesia non audierit sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Quarto confirmatur hoc, quia CHRISTVS dixit Ioanis. 20. & Matth. 18. ad pontifices & sacerdotes, quecumque solueritis in terris, erunt soluta in caelis: & quecumque ligaueritis, erunt ligata in caelis: ergo excómmunicatio nocet in spiritualibus, cum data sit potestas spiritualis ecclesie ut ligaret: & illa que ecclesia ligaret in terra, etiam in caelo essent ligata. Quinto excómmunicatio ex consensu omnium, est vltima poena que ecclesia potest infligere: sed si talis non priuaretur bonis spiritualibus, non esset vltima poena, quia adhuc posset priuari bonis spiritualibus: quia ecclesia non applicat bona spiritualia ut suffragia in vita pro tali vel tali, sicut nec aliquis particularis fidelis, ergo potest non applicare illa sua suffragia: ergo potest priuare excómmunicatum illis bonis: ergo si per excómmunicationem non priuat, non punit vltima poena: cum ergo puniat per excómmunicationem vltima poena, ergo priuat suffragijs spiritualibus. Sexto ecclesie intentio est, non communicare eis aliquid bonum, cum hoc significet ipsum nomen excómmunicatio, & hoc verbum excómmunicare: sed maxima comunicatio bonorum est per suffragia hanc comunia & sacrificia, quibus mediis comunicantur fidelibus multa bona spiritualia: ergo excómmunicatio nocet etiam in

Dubium

Dubium

Dubium

bonis spiritualibus, & non solum in temporalibus, postquam ecclesia intendit nihil boni illis communicare. Septimo illa que ecclesia facit exterius, sunt signa eorum que facit interius: at quando ecclesia excómmunicat exterius, monstrat illum excómmunicatum tradi sathanæ: ergo excómmunicatio manifeste tradit excómmunicatum sathanæ. Octauo: probatur ex illo facto apostoli prioris ad Cor. 5. ubi loquens de illo incestuoso ait: est talis fornicario inter vos, qualis nec inter gentes: ideo conuenientibus vobis in vno, d. creui tradere eum sathanæ in interitu carnis, ut in die domini spiritus saluus fiat: ergo Paulus habebat hanc potestatem excómmunicandi, & illam habet ecclesia: quia in ecclesia est semper illa potestas ordinaria. Sed est dubium quomodo intelligitur illud apostoli, quod. s. tradidit illum sathanæ: S. Tho. exponit dupliciter, vno modo dicit: sicut Matth. 10. fuit data potestas apostolis fugandi spiritus malignos, ita habebant potestatem iudicandi spiritibus ipsis malignis ut vexaret homines: unde dicit quod forte tradidit illum sathanæ, ut vere realiter vexaret ipsum excómmunicatum, & quod forte arreptus fuit a demone, & visibiliter vexatus: sicut ipsi apostoli visibiliter dabant spiritum sanctum: Et dicit diuus Tho. quod in hoc est similis potestas in apostolis potestati illi, qua dominus dixit demoni permittendo illi Job. 7. ecce omnia que possidet Job in manu tua sunt: ita Paulus permisit demoni ut illum excómmunicatum vexaret. Secundo dicit S. Tho. quod potest intelligi dictum Pauli, nepe quod tradidit illum incestuosum sathanæ, eo modo quo nunc fit in ecclesia. i. per excómmunicationem traditur excómmunicatus sathanæ: non ita ut vexetur a diabolo visibiliter, sed quod ita tradidit eum sathanæ, quia ut ait Aug. extra ecclesiam diabolus est: & Paulus separauit illum incestuosum ab ecclesia, ita ut maneret destitutus bonis & auxilijs ecclesie: & ita est nunc, quod excómmunicatus manet destitutus bonis & auxilijs ecclesie. Preterea, potestas excómmunicandi fundatur in illo quod habetur. i. Ioannis. 5. est peccatum ad mortem, non pro eo dico ut roget quis: quia licet ille locus multipliciter exponatur, tamen videtur quod ille sit sensus literalis, nepe quod vocat peccatum ad mortem, illud de quo ecclesia admonuit. i. illud pro quo ecclesia aliquem excómmunicauit: de quo etiam dicit dominus Matth. 18. si ecclesia non audierit sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus: & de hoc etiam Paulus ad Titum. 3. ait: hereticum hominem post primam & secundam admonitionem deuita. i. pro illo non est orandum cum alijs fidelibus, orationibus & suffragijs ecclesie, sed quod predictis orationibus & suffragijs debet priuari: Et hunc locum Pauli ad Titum. 3. adducit in hunc sensum S. Tho. in 2. d. 43. in expositione textus, & in questionibus de malo. q. 3. ar. 15. ad 3. & forte quod illa est litera

Secunda. 4. quest. 23. art. 1.

lis expositio: unde plus nocet quo ad aliquid maior excommunicatio excommunicato, quam peccatū mortiferū pro quo excommunicatur: nā per maiore excommunicationē magis traditur excommunicatus potestati diaboli quā per peccatū mortale: quia per mortale solū priuatur charitate, & adhuc manet mēbrū ecclesie, & iuuat, & defēditur à diabolo vt exeat à peccato: sed per excommunicationē maiore destituitur & ponitur solus in potestate dæmonis, cū nō iuuatur ab ecclesia orationibus & suffragiis suis, nec sacramētis: Et hoc videtur significasse Paulus. 1. ad Thimo. 1. vbi dicit se Hymeneū & Alexandrū sathanæ tradidisse, vt dicerent (inquit) nō blasphemare: hic igitur esse tradere excommunicatū sathanæ. i. facere quōd sathanas habeat maiore potestate super excommunicatū, q̄ habeat etiā propter peccatū mortale.

PRÆTEREA est aliud dubiū, quomodo intelligitur quōd excommunicatus priuatur sacramētis: an intelligatur quōd sit prohibitū ei accedere ad sacramētū ad ipsum recipiendū, & etiā ad ministrandū: sed nihilominus si attemptet recipere aut ministrare, si sit sacerdos, recipiat qui recipit, & ministrat qui ministrat vera sacramēta: vel an ita priuetur, quōd & si sumat sacramētū, nēpe si confiteatur nō recipiat verū sacramētū, & si confirmetur, nō sit vere confirmatus, & ministrantes illa sacramēta nihil efficiat, sed sint illa iteranda? Et peculiariter est dubiū de sacramēto pœnitentiæ, an liceat excommunicato confiteri peccata sua, & si confiteatur an sit vere confessus & absolutus, vel an teneatur iterū confiteri: & intelligo si confiteatur, & absoluat: quia non negamus quin possit incipere confessionē in excommunicatione, sed non potest absolui: quia confessio quā facit peccator ante absolutionē non est nisi quædā dispositio ad sacramētū: Ideo dubiū nostrū est, an si excommunicatus confiteatur & absoluat, sit valida absolutio, & non necessario repetenda. Ad quod dico prius, quōd non valet dicere, quōd illud sacramētū non est ratū, eo quōd ille excommunicatus sit in peccato mortali: quia potest esse quōd sit in gratia eo quōd iā doluit de peccatis suis. Secūdo dico, quōd etiā non obstat si dicas quōd non est illud verū sacramētū, eo quōd peccet mortaliter accedēdo ad sacramētū, vel in excommunicatione, vel in peccato mortali: quia facimus quōd ipse excommunicatus, vel sacerdos, vel abo errant, putātes inuincibiliter quōd potest sacerdos absoluerē à peccatis prius quā ab excommunicatione: vel facimus quōd confitetur pœnitēs omnia peccata sua, & etiā illam fictionē, nēpe q̄ accedit ad sacramētū in excommunicatione, & sic absoluitur, videtur quōd tunc sit verū sacramētū. Ad quod tandē respondebimus aliquibus propositionibus, quarū prior est &

Aliud dubium.

Dubium de sacramēto pœnitentiæ.

Prima conclusio.

certa. Si pœnitentia cū ignorantia inuincibili illū excusante, & absoluitur, est verū sacramētum: Hęc conclusio est Caietani in summa sua, verbo absolutionis impedimēta, folio. 7. & in alijs locis Paludani in. 4. d. 18. q. 4. Adriani in. 2. q. quā mouet de confessione: Et citat Paludā, qui dicit: quōd si aliquis ignorat ignorantia facti vel iuris, nēpe quia ignorat se esse excommunicatū, vel ignorat quōd per excommunicationē priuetur confessione & alijs sacramētis, & sic confitetur, tenet absolutio: hęc hi doctores: & addūt etiā, quōd ille tūc consequitur effectū sacramēti: ratio in promptu est, quia alias nūquā conscientia essent securæ, quia nō possunt homines habere euidentiā de his spiritualibus, nēpe an vere recipiāt sacramēta vel non, satis est quōd faciāt quod in se est & quod possunt bono modo. Nec tamē ignorantia facit de non sacramēto sacramētū, vel contra: sed est in tēto ecclesie quōd ignorantes inuincibiliter excusentur, & sint tanquam non sint excommunicati, & sacerdotes sic inuincibiliter ignorātes habeant iurisdictionē: probatur ex cap. Apostolicæ, de clerico excommunicato ministrante, vbi dicitur, quōd excommunicatus qui ob iustā ignorantia celebrat in excommunicatione excusatur: ergo etiā qui confitetur & qui absoluit cū simili ignorantia: Vnde colligo prius, quōd quando vterq; tū pœnitens q̄ sacerdos ignorat probabiliter, est sacramētū verū. Secūdo colligo, quōd quādo pœnitēs solus ignorat probabiliter, licet sacerdos ignoret inuincibiliter, aut non ignoret, sed ex malitia absoluat, etiā erit sacramētū propter dictā rationē, quia alias nunquā conscientia pœnitentis esset quicta: oporteret. n. sepe dubitare & inquirere an sacerdos posset absoluerē. Tertio dico, quōd si ambo sciunt q̄ excommunicatus non posset absolui, non erit sacramētū. Dubiū igitur est: si excommunicatus accedit ad sacramētū pœnitentiæ sciens quōd est in excommunicatione, & quōd sic inodatus non potest recipere sacramētū: & confitetur etiā illā fictionē, nēpe quōd accedit ad sacramētū sine debita reuerentia quia est excommunicatus, an tūc erit verū sacramētū? Ad quod respondet Caie. vbi supra affirmatiue, nēpe verū tunc esse sacramētū: sequitur Caietanū Aspila ueta cap. fratres, de pœnitentijs. d. 5. notabili. 39. & 45. & 47. probat, quia hoc q̄ dicit quōd priuatur sacramētis ipse excommunicatus, intelligitur. i. peccat sic in excommunicatione accedēs ad sacramētum, non autem quōd sit irritum sacramētū. Secūdo pœnæ sunt restringendæ: & non habetur in iure, q̄ si talis excommunicatus recipiat sacramētū, quōd non sit verū sacramētū: unde excommunicatio quo ad absolutionem non obstat, plus quā aliud peccatū mortale, secundum Caiet.

Dubium

Secūda. 4. quest. 23. art. 1. fo. 333.

Caietanū: quia multa prohibentur fieri quæ tamen non irritantur: ideo si fiant tenēt, licet male & cū peccato fiant. Tertio, si excommunicatus susciperet sacramētū ordinis, confirmationis, matrimōij, aut extremæ vnctionis, nō esset irritū sacramētū sic susceptū, ob ipsam excommunicationē: ergo nec est irritū sacramētū pœnitentiæ ab excommunicato susceptū. Quarto, si excommunicatus dicat pœces horarias in choro cū alijs, satisfacit pœcepto de persoluendo pœces, licet peccet contra prohibitionē ecclesie: ergo nec participatio sacramentorū erit irrita, postquā participatio pœces horariarū non est irrita, sed rata. Secūdo dicit Caietanus, quōd absolutio à peccatis de facto ab excommunicato suscepta non tenet quantum ad præsentē fructū: ratio inquit est, quia ipso actu suscipiente absolutionē obicē ponit excommunicatus eidē absolutioni, quia per actū uti ingerit se pœsente sacramēto, a quo exclusus perseverat quantum est excommunicatus, & sacrilegiū cōmittit, contra iudicium quātū in se est sacramētū pœnitentiæ: ergo in effectu non absoluitur recipiens gratiā absolutionis. Tertio dicit Caietanus, quōd licet absolutio sacramentalis tunc non habeat effectū, propter iudispositionem recipientis, perseverantis in peccato mortali, habebit tamen effectū recedente peccato, propter vim sacramēti. Hęc Caietanus. Mihi autē videtur quōd hoc tertium dubium Caietani est multū probabile, supposito quōd illa confessio fuit verū sacramētū vt dicit Caietanus. Et est sancti Tho. supra. q. 8. ar. 1. vbi dicit S. Tho. quōd datur in aliquibus euentis sacramētū pœnitentiæ verum, sed informe: & postea recedente fictione incipit habere gratiā illā quā haberet statim nisi esset fictio. Secūdo autē dictum Caietani, nēpe quōd excommunicatus qui sciens suspiciat sacramētū in excommunicatione, non recipit effectū sacramēti: est certū secundū omnes doctores, cū propter illā fictionem maneat in peccato mortali: ergo non recipit gratiā. Aliud autē dictū Caietani, nēpe quōd si excommunicatus tentet sumere sacramētū pœnitentiæ, sumit verū & ratū sacramētū, licet male faciat, & peccet recipiens sacramētū in excommunicatione, non est certū: & ego credo quōd nō est verū, & ad minus est valde dubiū, & alij doctores omnes communiter ante Caietanū dicunt oppositū: Ideo dico quōd probabilius & securius est dicere, quōd nō est verū sacramētū pœnitentiæ suscepta ab excommunicato, sed tenetur illā reiterare: & nec auderem consulere illud quod dicit Caietanus quousq; melius probaretur. Vnde est mea conclusio. Excommunicatus ita priuatur participatione, vel cōmunionē sacramentorū, q̄ si tentet sumere, vel si est sacerdos ministrare sacramētū pœnitentiæ, non est verū & ra-

Conclusio.

tū sacramētū, sed tenetur ille excommunicatus illud reiterare. Hęc conclusio probatur eodē modo. Ecclesia priuat excommunicatū sacramentis sicut iurisdictione: at si excommunicatus tentet absoluerē sciēs quōd est in excommunicatione nihil facit: quia ad ministrandū illud sacramētū requiritur iurisdictione, & quōd ipse sacerdos absolvens habeat subditū, quæ excommunicatus non habet: ergo esto tēter absoluerē nihil facit: ergo etiā si pœnitens sit excommunicatus, & illud sciens accedit ad pœnitentiā, nihil valet sacramētū illud, quia nō est subditus illi sacerdoti, nec alicui qui non possit absoluerē à pœdicitā excommunicatione. Dico quōd nō est subditus in foro interiori quo ad sacramētū pœnitentiæ, sed potius est priuatus illa subiectione per excommunicationē: ergo ille sacerdos nō est iudex cōpetēs: ergo non valet sententia lata per illū, sed potius est nulla: hoc. n. potuit ecclesia facere, & fecit quando excommunicauit illū delinquentē. Secūdo, excommunicatio est vltima pœna qua ecclesia punit, & si non priuaret hūc excommunicatū hoc modo, nēpe quōd esto tentet suscipere sacramētū pœnitentiæ, non sit verū & ratū sacramētum: non puniretur excommunicatus vltima pœna qua ecclesia potest punire, quia adhuc poterat maiori pœna ferire, priuando illum excommunicatū hoc modo: ita quōd esto tentet sumere sacramētum pœnitentiæ, non recipiat verum sacramētū. Dixi quōd excommunicatio est vltima pœna qua ecclesia potest aliquid ferire, quia priuat excommunicatū potioribus bonis spiritualibus, quæ fideles habent pro suis personis, vt diximus: & licet ecclesia adhuc possit priuare excommunicatum alio bono, de facto tamen priuat eū potioribus bonis. Et ad argumenta Caietani facile respondetur.

Et ad primum, dico falsum esse hoc, nēpe quōd excommunicatus priuetur ab ecclesia solum hoc modo, quōd non liceat accipere sacramētum pœnitentiæ: sed etiam priuatur hoc alio modo, nēpe quōd & si tentet sumere, nihil valeat sacramētum pœnitentiæ defectu pœdicitæ subiectionis: quia cum ille excommunicatus in illo foro non sit subditus illi sacerdoti, non est materia circa quā sacramentū: deo nec sacramētū. Ad secūdū dico, q̄ habetur in iure, nēpe q̄ excommunicatus separatur à cōmunionē sacramentorū, & doctores cōmuniter ita intelligūt illā priuationem. s. q̄ priuatur hoc modo, q̄ licet tentet sumere sacramētum nihil valeat: & pontifices sciūt & non reprehendunt, ergo ita probant: ergo iura quæ priuant excommunicatum cōmunionē sacramentorū, sic sunt intelligēda.

Ad tertium nego cōsequentiā, quia non est eadē ratio de sacramēto pœnitentiæ, & de alijs sacramētis: quia ad sacramētū pœnitentiæ nō sufficit

Secunda. 4. quest. 23. art. 1.

sufficit potestas ordinis sicut ad alia sacramēta, sed requiritur etiā potestas iurisdictionis: nā (vt diximus) requiritur quōd absoluentis sit subditus absoluentis in illo foro interiori: at ad alia sacramenta non requiritur hoc, quia sine quacūq; iurisdictione habetur christi & forma, & potestas episcopalis. & omnia necessaria ad cōficiendū sacramentū, & ita dicendū de sacra mēto ordinis & alijs: idē ecclesia non potest facere quin Episcopus vere creet sacerdotes & alios ministros, & vere cōfirmet si ea tentet efficere: sicut non potest priuare sacerdotes quōd non cōficiat eucharistiā, si habeant panē verū & consecrent, licet peccēt mortaliter si faciant contra ecclesie praeceptū: Et hoc dicit S. Tho. in q. praecedenti, nempe q. ad sacramentū pēnitētie requiritur subiectio, & non ad alia sacramenta. ¶ Ad quartū concessio antecedente, nempe quod participatio officij diuini non est irrita, sed rata & valida: sed nego consequentiam, nempe quod participatio in pēnitētie sacramēto sit rata, ratio est: quia etiā ad officij diuinū non requiritur aliqua iurdictio seu subiectio, sed sufficit proferre voces libere: nec aliud praecipit ecclesia, ob idq; argumēta Caietani facile diluuntur. ¶ Sed est aliud dubiū, quomodo intelligitur illa alia priuatio, qua excommunicatio priuat excommunicatū cōmunionē ecclesie, quo ad suffragia generalia: an. s. liceat orare pro excommunicato. Ad hoc sit prima propositio: Orationibus publicis quae fiūt in ecclesia non licet orare pro excommunicato nominatim, nec generaliter, nec specialiter, ad hunc sensū quōd orans habeat intentionē faciendū illū excommunicatū participē illius suffragij, quia talis orās facit contra intentionē ecclesie, quia ecclesia intendit priuare illū omni modo quo potest: ergo ille sic orās peccat contra intentionē ecclesie, orādo pro illo excommunicato. Secūdo pbatur, quia si liceret orare pro excommunicato et in generali, nō plus priuaretur suffragijs excommunicatus quā quicūq; alius fidelis, quē non nominat orans in suis orationibus, & in suis sacrificijs, quod falsū est. Sed an peccet mortaliter ille qui orat publicis orationibus pro excommunicato? Ad quod dico quōd est dubiū, quia fortē quōd illa prohibitio qua prohibetur ne quis oret publica oratione pro excommunicato, nō est praecipitua: Et hęc videtur sentētia S. Tho. hic ad primū, vbi dicit: quōd non est orandū pro excommunicatis inter orationes quae pro mēbris ecclesie fiunt, sed bene alijs orationibus: & nō dicit quōd sit mortale: verum est quōd si quis oret pro excommunicatis orationibus communibus ecclesie, non valebit illa oratio tantū illi, quātum valeret si non esset excommunicatus: quia ille fructus illius orationis qui est ab ecclesia nihil valet excommunicato. Et quōd non sit

Dubium

mortale orare etiam communibus orationibus pro excommunicatis, videtur dicere Syluester verbo excommunicatio. 1. in principio: & communiter doctores dicunt, quōd male facit qui orat communibus orationibus pro excommunicato: sed non dicunt quōd male faciat mortaliter. Sed contra licitum est orare pro infidelibus, etiam publicis orationibus: vt si quis eat ad Indos, & praedicet illis, licebit ei orare & celebrare, vt dominus eos illuminet: ergo etiam pro excommunicatis. Ad hoc concessio antecedente quod puto veram, nego consequentiam, quia ecclesia habet seolum negatiue circa infideles, at excommunicatos priuat positue. ¶ Sed rursus quaeres: est ita sit quōd nullus debeat orare orationibus communibus ecclesie pro excommunicatis inter alios fideles, si tamen faciat, an teneat factū: vt nullus debet offerre missam pro excommunicato, sed si quis offerat, an acceptetur a Deo pro illo excommunicato? & videtur quōd ita: quia ille sacerdos vult offerre illam missam pro illo vt pēniteat, vel vt satisfaciat pro peccatis: & addamus quōd ille excommunicatus iam est in gratia, quia iam doluit de peccatis. Ad quod dico, quōd est multum probabile, quōd praedicta oratio non acceptatur a Deo, quia ecclesia auctoritate iurisdictionis quam habet a Deo, potest priuare: & de facto videtur quōd priuat excommunicatum suffragijs & sacrificijs: idē sacrificium quod offertur pro excommunicato nihil valet apud Deum, quantum ad illum valere ad minus quōd ex ecclesia poterat prouenire, quia ecclesia iuste priuauit excommunicatum: ergo nihil valet illud sacrificium ipsi excommunicato, ex intentione ecclesie, quantum ad illud, quod ecclesia solet in similibus applicare illis pro quibus offertur sacrificij: Valebit tamē praedictum sacrificium ipsi excommunicato, prout procedit ab isto orante, & secundum quōd orans intendit applicare illi praedictum sacrificium. Secundo dico, quōd probabile est quōd valet excommunicato praedictum sacrificium, quia fortē quōd ecclesia non vult nisi quōd nullus offerat sacrificium pro excommunicato, non tamen quōd non valeat si fiat: primum tamen dictū videtur mihi probabilius. Sed hēsitas an in memēto in re diuina liceat orare pro excommunicatis? & videtur pars affirmatiua vera, quia illud videtur esse oratio priuata: ergo poterit ibi sacerdos etiā cōmēdare excommunicatū vt apud Deū, quia illud tēpus datur sacerdoti vt oret pro illis pro quibus voluerit. Ad hoc propter praedictam rationem dicit Syluester, verbo excommunicatio. 1. in principio, quōd potest sacerdos in memento orare pro excommunicatis, & hoc asseuerat quidā alij. Secundo dico, quod verius est dicere quod nō licet etiā in memento

Secūda. 4. quest. 23. art. 2. fo. 334.

memento orare pro excommunicato, quia etiam illud particulare tempus quod datur sacerdoti vt sic libere oret, est ex intentione ecclesie, & intendit ecclesia quōd liceat sacerdoti in memento libere orare, pro illis quibus voluerit, dummodo non sint excommunicati: & ibi in memento solebant sacerdotes nominare illos pro quibus orabāt & offerebant sacrificium, nempe Petrum & Ioannem &c. Secundo, ibi dicitur ex intentione ecclesie, memento domine famulorum famularūq; tuarum: ergo intentio ecclesie est quōd illud memento sit & valeat ex sua ordinatione. Tertio, si aliquis sacerdos publice nominaret excommunicatum in memento, reprehenderetur ab ecclesia: ergo non debet ibi orare pro excommunicato: Vnde colligitur quōd minister ecclesie qui vt minister orat in particulari, nominando vel intendendo porrigere orationē ab ecclesia institutam pro suis fidelibus, etiam pro excommunicatis, peccat, cum agat contra prohibitionem ecclesie: dixi, vt minister ecclesie, quia si vellet dicere non vt minister ecclesie, sed vt persona priuata aliquam orationem quam ecclesia instituit, vt letaniam pro excommunicato poterit: secus de sacrificio, & de his quae non possunt dici nisi a ministro ecclesie vt minister est. Vnde colligitur rursus, quōd res diuina nunquam poterit agi pro excommunicato, quia non potest dici nisi a ministro ecclesie qua minister est: sicut sacramenta non possunt administrari excommunicatis, cum non possint administrari nisi a ministris ecclesie qua ministri sunt. Tertio colligo, quōd illa definitio, nempe: excommunicatio est separatio a cōmunionē ecclesie quo ad fructus & suffragia generalia est bona, & sic intelligenda est, quoad fructum. i. quo ad participationem sacramentorum & cōmunionem fidelium in exterioribus: & quo ad suffragia generalia. i. quo ad sacrificia & generales orationes quas ecclesia instituit, porrigendas a suis ministris in persona ipsius, pro fidelibus suis: Et licet alij doctores definiant excommunicationem alijs modis, vt refert Panormitanus cum alijs iuris pontificij doctoribus, in prologo qui scribitur ante illum titulum, de sententia excommunicationis: hęc tamen est luculentior quae omnes alias comprehendit.



D SECVNDVM sic proceditur: Videtur quod ecclesia nullū debeat excommunicare, quia excommunicatio maledictio quadā est:

sed ad Ro. 12. prohibemur maledicere: ergo ecclesia excommunicare non debet.

PRÆTEREA, ecclesia militans debet imitari triumphatē: sed vt in epistola Iude legitur, Michael cum altercatur cum diabolo de Moysi corpore, nō fuit ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed ait: imperet tibi Deus: ergo nec ecclesia militans debet alicui iudicium maledictionis & excommunicationis inferre.

PRÆTEREA, nullus est in manu hominis tradendus nisi omnino desperatus: sed per excommunicationem traditur aliquis in manus sathanae, vt patet 1. Corin. 5. cum ergo de nemine sit desperandum in vita ista, ecclesia nullum debet excommunicare.

SED CONTRA est quod apostolus 1. Corin. 5. mandat quendam excommunicari.

PRÆTEREA, Matth. 18. dicitur de illo qui ecclesiam audire contemnit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus: sed Ethnici sunt extra ecclesiam: ergo illi qui ecclesiam audire contemunt, per excommunicationem extra ecclesiam sunt ponendi.

RESPONDEO dicendum: quōd iudicij ecclesie conforme debet esse iudicio Dei. Deus enim peccatores multipliciter punit. Vno modo vt ad bonum eos trahat. Alio modo hominem sibi relinquendo, vt auxilijs subtrahat, quibus a malo praepediebatur. suam infirmitatem cognoscat, & humilis ad Deum redeat, a quo superbus discesserat. & quantum ad vtrumque ecclesia in excommunicationis sententia imitatur diuinum iudicium: in quantum enim eum a cōmunionē fidelium separat, vt erubescat, imitatur diuinum iudicij quo per flagella castigat: in quantum autē a suffragijs & alijs spiritualibus separat, imitatur diuinū iudicij quo hominē sibi relinquit, vt per

Artic. secūdus.

Vtrum ecclesia debeat aliquē excommunicare?

ut per humilitatem seipsum cognoscens ad Deum redeat.

AD PRIMVM ergo dicendum quod maledictio potest esse dupliciter. Vno modo ita quod in malo quod irrogat vel dicit per intentionem sistat. Sic maledictio omnibus modis est prohibita. Alio modo ita quod malum quod quidem male dicendo imprecatur, ad bonum illius ordinat qui maledicitur, & sic maledictio quauis loquitur, est licita & salutifera: sicut etiam melius quando nocuum in firmo, ut sectionem per quam ab infirmitate liberetur.

AD SECVNDVM dicendum: quod diabolus incorrigibilis est. & ideo non susceptibilis alicuius boni per excommunicationis penam.

AD TERTIVM dicendum: quod ex hoc ipso quod aliquis suffragiis ecclesie priuatur, triplex incommodum incurrit, per tria que quis ex suffragiis ecclesie consequitur. Valent enim ad augmentum gratie eis qui habent, vel ad merendum eis qui non habent, Et quantum ad hoc Magister sententiarum dicit, quod gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent enim ad custodiam virtutis: & quantum ad hoc dicit quod protectio subtrahitur, non quod omnino a Dei providentia excludantur, sed ab illa protectione qua filios ecclesie specialiter modo custodit: valent & ad defendendum ab hoste: & quantum ad hoc dicit, quod diabolo maior potestas sciendi in ipsum datur, & specialiter & corporaliter. Vnde in primitiua ecclesia quando oportebat per signa homines ad fidem inuitare, sicut Spiritus sancti donum visibili signo manifestabatur: ita & excommunicatio corporali vexatione a diabolo innotescere: nec est inconueniens si ille qui non est desperatus hosti datur, quia non datur quasi damnandus, sed quasi corrigendus, cum in potestate ecclesie sit, ex eius manu ipsum cum voluerit eripere.

Articul. tertius.

Vtrum aliquis pro temporali damno debeat excommunicari?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod nullus pro temporali damno debeat excommunicari, quia pena non debet excedere culpam: sed pena excommunicationis est privatio alicuius boni spiritualis, quod omnibus bonis temporalibus preeminet. ergo pro temporalibus nullus est excommunicandus.

PRATEREA, nulli malum pro malo reddere debemus, secundum apostoli preceptum: sed hoc esset malum pro malo reddere, si pro tali damno quis excommunicatur: ergo nullo modo hoc debet fieri.

SED contra est, quod Petrus Ananiam & Saphiram pro defraudatione precij agris, sententia mortis damnauit: ergo & ecclesia licet pro temporalibus damnis excommunicare,

RESPONDEO dicendum: quod per excommunicationem iudex ecclesiasticus excommunicatos excludit a regno quodammodo: vnde cum non debeat a regno excludere nisi indignos, ut ex diffinitione clauis patuit, nec aliquis reddatur indignus, nisi per peccatum mortale charitatem amiserit, que est via duccens ad regnum: ideo nullus excommunicari debet nisi pro peccato mortali: Et quia in damnificando aliquem corporaliter, vel in rebus mortalibus aliquis mortaliter peccat, & contracharitatem facit: ideo pro damno temporali illato ecclesia aliquem excommunicare potest. Sed quia excommunicatio est grauissima pena: pena autem medicine sunt, secundum philosophum in 2. Ethicorum. Sapientis autem medici est a leuioribus incipere medicinis, & minus periculosis: ideo excommunicatio infigi non debet etiam pro peccato mortali, nisi contumax fuerit, vel non veniendo ad iudicium, vel ante terminationem iudicij sine licentia recedendo, vel determinationi non parendo. Tunc. n. postquam monitus fuerit, si contumax fuerit, contumax reputatur, & excommunicari debet.

debet a iudice iam non habente quod contra ius sum faciat amplius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod culpa quantitas non mensuratur solum ex nocuumto quod quis facit, sed ex voluntate qua quis facit, contracharitatem agens: & ideo quamuis pena excommunicationis excedat nocuumtum, non tamen excedit quantitatem culpae.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum aliquis per penam aliquam corrigatur, non redditur ei malum, sed bonum. Quia pena medicine sunt, ut dictum est.

IN hoc articulo extant tres conclusiones asserte a S. Tho. prior est: excommunicatio non debet ferri nisi pro peccato mortali. Secunda est, pro damno temporali licite iudex excommunicationem fert, quia circa illa temporalia peccat quis, aut peccare potest mortifere. Tertia conclusio est, non est aliquis excommunicandus etiam pro peccato mortali quocumque, nisi adit contumacia: Hæc conclusiones probantur in litera.

Dubium.

EST tamen dubium an necessario requiratur peccatum mortale, ad hoc quod quis possit excommunicari a iudice excommunicatione: vel an possit anathematizari pro veniali: & etiam sine quacumque culpa. Antequam respondeam ad propositam quaestionem est considerandum, quod quaestio potest intelligi bifaria: vno modo de iure, hoc est, an ecclesia possit excommunicare aliquem licite, esto non habeat peccatum mortale: alio modo potest intelligi de facto, hoc est, quamuis ecclesia male facit anathematizandum aliquem qui non habet peccatum mortale, pro quo excommunicari debeat. an valeat & teneat talis excommunicatio: His notatis respondet S. Tho. ad quaestionem in priori sensu, & communiter omnes Theologi in 4. d. 18. quod non potest ferri sententia excommunicationis in aliquem qui non peccauit mortaliter, ita quod ad hoc quod quis iuste possit excommunicari, necessario requiritur peccatum mortale: Hæc sententia probatur ex illo Math. 18. vbi traditur potestas excommunicandi: scilicet, si peccauerit in te, inquit CHRISTVS, frater tuus corripe eum &c. Et sequitur: si ecclesia non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus ergo necessaria materia excommunicationis est peccatum mortale, quia de venialibus non requiritur tanta diligentia, nec requiruntur illæ admonitiones. Secundo, Maior excommunicatio est vltima pena quam ecclesia potest inferre: ergo non potest illam iuste imponere nisi pro maiori culpa, qualis est culpa mortalis: ergo necessario requiritur pecca-

tum mortale, ad hoc quod ecclesia possit aliquem excommunicationis pena ferre.

SED hæsitabis, an pro quolibet peccato mortali possit quis excommunicationis pena ferri iuste? Ad quod respondet S. Tho. in sua prima conclusione absolute, quod pro peccato mortali est inferenda excommunicatio in pro omni peccato mortali potest quis excommunicationis pena ferri. Et probatur, quia finis excommunicationis est ut spiritus saluus fiat in die domini, ut inquit apostolus prioris ad Cor. cap. 5 & cum ille qui est in peccato mortali indigeat medicina, quia spiritus saluus fiat in die domini: & quia excommunicatio est medicina contra peccatum mortale, quod est sufficiens morbus ad tollendum salutem in die domini: sequitur, quod pro quolibet tali peccato potest iuste ferri excommunicatio. Secundo dico, quod nihilominus & si possit, non debet tamen ferri excommunicatio pro quolibet peccato mortali, quia excommunicatio est vltima & extrema pena quam ecclesia habet, & grauius nocet excommunicato, quam si gladio feriretur. at ad peritum medicum spectat curare infirmum quam leuissima medicina potuerit, & grauius erraret si absunderet membrum potens curare illum minori remedio, nempe vel herbis, vel aliquo alio: Vnde iudice: grauius peccant etiam mortaliter, ferentes excommunicationes pro quocumque peccato mortali, sed solum debet ferri pro peccato quod non potest alio modo curari, veluti inobedientia, peccata occulta, ut furta, & id genus alia. Secundo probatur ex Euangelio, Matth. 18. sententia excommunicationis non debet ferri nisi postquam quis non vult obedire ecclesie, quia iam est admonitus ab ecclesia & a fratribus suis: vnde non debet ferri excommunicatio nisi in peccatum mortale, de quo non alio modo speratur salus, vel de quo non patet alia via remedium, ut ille exeat a peccato vnde colligitur quod solum pro grauissimis peccatis debet excommunicatio ferri, & maxime pro peccatis in quibus aliquis diu perseverat: Meminit. n. Paulus multorum peccatorum in suis epistolis, etiam quæ erant peccata nimium graua: tamen solum excommunicauit illum incestuosum: vnde colligitur, quod licet pro quolibet peccato possit ferri excommunicatio, tamen non debet ferri nisi pro grauissimis, nempe propter illa peccata pro quorum correctione non est aliud remedium, ut curari & sanari possint.

SED est aliud dubium, an ad hoc quod quis licite excommunicetur sufficiat peccasse mortaliter, vel an requiratur necessario contumacia & inobedientia, ita ut præcedat semper ille processus euangelicus, nempe quod prius admonetur per testes: Et videretur quod

Aliud dubium.

De per humilitatem seipsum cognoscens ad Deum redeat.

AD PRIMVM ergo dicendum quod maledictio potest esse dupliciter. Vno modo ita quod in malo quod irrogat vel dicit per intentionem sistat. Sic maledictio omnibus modis est prohibita. Alio modo ita quod malum quod quidem male dicendo imprecatur, ad bonum illius ordinat qui maledicitur, & sic maledictio quantum ad effectum est licita & salutifera: sicut etiam medicus quando nocuum in firmo, ut sectionem per quam ab infirmitate liberetur.

AD SECVNDVM dicendum: quod diabolus incorrigibilis est. Ideo non susceptibilis alicuius boni per excommunicationis penam.

AD TERTIVM dicendum: quod ex hoc ipso quod aliquis suffragis ecclesie privatur, triplex incommodum incurrit, per tria quae quis ex suffragis ecclesie consequitur. Valent enim ad augmentum gratiae eius qui habent, vel ad mercedem eius qui non habent, Et quantum ad hoc Magister sententiarum dicit, quod gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent enim ad custodiam virtutis: quantum ad hoc dicit quod protectio subtrahitur, non quod omnino a Dei providentia excludantur, sed ab illa protectione qua filios ecclesie specialiter modo custodit: valent & ad defendendum ab hoste: quantum ad hoc dicit, quod diabolo maior potestas faciendi in ipsam datur, & specialiter & corporaliter. Vnde in primitiva ecclesia quando oportebat per signa homines ad fidem invitare, sicut Spiritus sancti donum visibili signum manifestabatur: ita & excommunicatio corporali vexatione a diabolo innotescere: nec est inconueniens si ille qui non est desperatus hosti datur, quia non datur quasi damnandus, sed quasi corrigendus, cum in potestate ecclesiae sit, ex eius manu ipsum cum voluerit eripere.

Articul. tertius.

Vtrum aliquis pro temporali damno debeat excommunicari?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod nullus pro temporali damno debeat excommunicari, quia poena non debet excedere culpam: sed poena excommunicationis est privatio alicuius boni spiritualis, quod omnibus bonis temporalibus praeminet: ergo pro temporalibus nullus est excommunicandus.

PRATEREA, nulli malum pro malo reddere debemus, secundum apostoli preceptum: sed hoc esset malum pro malo reddere, si pro tali damno quis excommunicatur: ergo nullo modo hoc debet fieri.

SED contra est, quod Petrus Ananiam & Saphiram pro fraudatione precij agris, sententia mortis damnauit: ergo & ecclesia licet pro temporalibus damnis excommunicare.

RESPONDEO dicendum: quod per excommunicationem iudex ecclesiasticus excommunicatos excludit a regno quodammodo: unde cum non debeat a regno excludere nisi indignos, ut ex diffinitione clauis patuit, nec aliquis reddatur indignus, nisi per peccatum mortale charitatem amiserit, quae est via duccens ad regnum: ideo nullus excommunicari debet nisi pro peccato mortali: Et quia in damnificando aliquem corporaliter, vel in rebus mortalibus aliquis mortaliter peccat, & contrahit charitatem facit: ideo pro damno temporali illato ecclesia aliquem excommunicare potest. Sed quia excommunicatio est grauissima poenarum: poena autem medicinae sunt: secundum philosophum in 2. Ethicorum. Sapientis autem medici est a lenioribus incipere medicinis, & minus periculosis: ideo excommunicatio infigi non debet etiam pro peccato mortali, nisi contumax fuerit, vel non veniendo ad iudicium, vel ante terminationem iudicij sine licentia recedendo, vel determinationi non parendo. Tunc enim postquam monitus fuerit, si contumax fuerit, contumax reputatur, & excommunicari debet.

debet a iudice iam non habente quod contra ius sum faciat amplius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod culpa quantitas non mensuratur solum ex nocuimento quod quis facit, sed ex voluntate qua quis facit, contrahit charitatem agens: & ideo quamuis poena excommunicationis excedat nocuimentum, non tamen excedit quantitatem culpae.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum aliquis per penam aliquam corrigatur, non redditur ei malum, sed bonum. Quia poenae medicinae sunt, ut dictum est.



IN HOC articulo extant tres conclusiones assertae a S. Tho. prior est: excommunicatio non debet ferri nisi pro peccato mortali. Secunda est, pro damno temporali licite iudex excommunicationem fert, quia circa illa temporalia peccat quis, aut peccare potest mortifere. Tertia conclusio est, non est aliquis excommunicandus etiam pro peccato mortali quocumque, nisi adit contumacia: Haec conclusiones probantur in litera.

Dubium.

EST tamen dubium an necessario requiratur peccatum mortale, ad hoc quod quis possit excommunicari a maiori excommunicatione: vel an possit anathematizari pro veniali: & etiam sine quacumque culpa. Antequam respondeam ad propositam quaestionem est considerandum, quod quaestio potest intelligi bifariam: vno modo de iure, hoc est, an ecclesia possit excommunicare aliquem licite, et non habeat peccatum mortale: alio modo potest intelligi de facto, hoc est, quamuis ecclesia male facit anathematizando aliquem qui non habet peccatum mortale, pro quo excommunicari debeat. an valeat & teneat talis excommunicatio: His notatis respondet S. Tho. ad quaestionem in priori sensu, & communiter omnes Theologi in 4. d. 18. quod non potest ferri sententia excommunicationis in aliquem qui non peccauit mortaliter, ita quod ad hoc quod quis iuste possit excommunicari, necessario requiritur peccatum mortale: Haec sententia probatur ex illo Mathei 18. ubi traditur potestas excommunicandi: scilicet, si peccauerit in te, inquit CHRISTVS, frater tuus corripe eum &c. Et sequitur: si ecclesia non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & Publicanus ergo necessaria materia excommunicationis est peccatum mortale, quia de venialibus non requiritur tanta diligentia, nec requiruntur illae admonitiones. Secundo, Maior excommunicatio est vltima poena quam ecclesia potest inferre: ergo non potest illam iuste imponere nisi pro maiori culpa, qualis est culpa mortalis: ergo necessario requiritur pecca-

tum mortale, ad hoc quod ecclesia possit aliquem excommunicationis poena ferre.

SED haesitabis, an pro quolibet peccato mortali possit quis excommunicationis poena ferri iuste? Ad quod respondet S. Tho. in sua prima conclusione absolute, quod pro peccato mortali est inferenda excommunicatio in pro omni peccato mortali potest quis excommunicationis poena ferri. Et probatur, quia finis excommunicationis est ut spiritus saluus fiat in die domini, ut inquit apostolus prioris ad Cor. cap. 5 & cum ille qui est in peccato mortali indigeat medicina, quia spiritus saluus fiat in die domini: & quia excommunicatio est medicina contra peccatum mortale, quod est sufficiens morbus ad tollendum salutem in die domini: sequitur, quod pro quolibet tali peccato potest iuste ferri excommunicatio. Secundo dico, quod nihilominus & si possit, non debet tamen ferri excommunicatio pro quolibet peccato mortali, quia excommunicatio est vltima & extrema poena quam ecclesia habet, & grauius nocet excommunicato, quam si gladio feriretur. at ad peritum medicum spectat curare infirmum quam leuissima medicina potuerit, & grauius erraret si abscinderet membrum potens curare illum minori remedio, nempe vel herbis, vel aliquo alio: Vnde iudice: grauius peccant etiam mortaliter, ferentes excommunicationes pro quocumque peccato mortali, sed solum debet ferri pro peccato quod non potest alio modo curari, veluti inobedientia, peccata occulta, ut furta, & id genus alia. Secundo probatur ex Euangelio, Matth. 18. sententia excommunicationis non debet ferri nisi postquam quis non vult obedire ecclesiae, quia iam est admonitus ab ecclesia & a fratribus suis: vnde non debet ferri excommunicatio nisi in peccatum mortale, de quo non alio modo speratur salus, vel de quo non patet alia via remedium, ut ille exeat a peccato vnde colligitur quod solum pro grauissimis peccatis debet excommunicatio ferri, & maxime pro peccatis in quibus aliquis diu perseverat: Meminit enim Paulus multorum peccatorum in suis epistolis, etiam quae erant peccata nimium graua: tamen solum excommunicauit illum incestuosum: vnde colligitur, quod licet pro quolibet peccato possit ferri excommunicatio, tamen non debet ferri nisi pro grauissimis, nempe propter illa peccata pro quorum correctione non est aliud remedium, ut curari & sanari possint.

SED est aliud dubium, an ad hoc quod quis licite excommunicetur sufficiat peccasse mortaliter, vel an requiratur necessario contumacia & inobedientia, ita ut praecedat semper ille processus euangelicus, nempe quod prius admonetur per testes? Et videretur quod

Aliud dubium.

semper praequiratur illa trina admonitio euangelica, quia ex illo loco Matthe. 18. sumitur fundamentum huius excommunicationis: sed ibi dicitur, quod si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus: & non dicitur absolute pro quolibet peccato mortali, sed pro inobedientia. Secundo probatur idem ex Paulo ad Titum, 3. haereticum hominem post primam & secundam admonitionem deuita: ergo ad euitandum vel excommunicandum requiritur admonitio: Ad hoc dubium dico, quod de iure non potest aliquis excommunicari sine praecedenti admonitione, & competentis & sufficientis: probatur ex illo cap. sacro approbante concilio, de sententia excommunicationis, ubi expressse cauetur, quod nullus debet excommunicari quin praecesserit trina canonica admonitio: ergo non potest Iudex ecclesiasticus excommunicare pro quolibet peccato commisso absolute, sed requiritur quod prius praecedat trina admonitio: unde videtur quod iudices ecclesiastici mortaliter peccant si quem excommunicent, nisi prius praemittant trinam admonitionem, esto praemittat vna tantum: nempe si dicat iudex solum hoc, praecipio tibi sub poena excommunicationis, vt intra sex dies facias hoc, vel compares illud. n. nisi sit in casibus a iure expressis, manifeste est contra intentionem ecclesiae, & non est nisi vnica admonitio, quamuis ipsi iudices dicant quod imponunt illam admonitionem loco trium, intelligo tamen hoc, quando iudices illud efficiunt sine necessitate: nam si fuerit necessitas, sufficit vna pro trina admonitione: vt dicitur cap. constitutione li. 6. de sententia excommunicationis. Secundo dico cum doctoribus, & glossa in illo cap. sacro approbante, & cap. statumimus, li. 6. de sententia excommunicationis: & cum Durandus & Paludanus. d. 18. quod ille ordo non est de essentia excommunicationis, quia potest aliquis excommunicari praetermissis ordine iuris, & ille erit vere excommunicatus, & illa excommunicatio erit rata: probatur ex illo cap. sacro, ubi dicitur, quod debet praecedere excommunicationem trina admonitio, nihilominus si fiat sine illa trina admonitione, excommunicatio erit rata: quia dicitur ibidem, quod excommunicatus sine trina admonitione debet absolui, & non dicitur quod praelatus debet illum declarare non esse excommunicatum, sed quod debet absolui: Unde licet sit iure prohibitum quod non feratur excommunicatio, nisi praecedente trina admonitione, tamen non est iure irritum. Secundo probatur ex illo cap. statumimus, li. 6. de sententia excommunicationis, ubi dicitur summus pontifex, quod nullus iudex excommunicet aliquem maiori excommunicatione, propter hoc quod participet cum excommunicato, nisi trina praecedat admonitio: & si oppositum fiat non valeat factum &c. vt si quis sit excommunicatus, & alius admittit illum ad

suum consortium, ille admittens est excommunicatus minori excommunicatione: & si non desistat ab illo, potest excommunicari maiori excommunicatione: sed debet praecedere trina admonitio, & si non praecedat, non tenet illa maior excommunicatio: Et tunc arguunt praefati doctores a contrario sensu, cum in hoc solo casu cauetur speciatim, quod non teneat excommunicatio maior lata, non praemissa trina admonitio: ergo in alijs casibus tenebit excommunicatio etiam non praemissa trina admonitione, & hoc videtur tenendum. Et haec sit prima conclusio in decisione huius dubij. Sed contra hoc arguo in hunc modum, Matth. 18. dicitur quod antequam quis excommunicetur. i. antequam sit habitus tanquam Ethnicus & Publicanus, debet admoneri: ergo nunquam erit valida excommunicatio ante admonitionem: dicendum ad hoc argumentum probatur, ad minus quod si feratur excommunicatio absque praemissa admonitione, male fit, sed non habetur quod sit necessarium, sed ostenditur ibi ordo & modus iuris. Praeterea, ille ordo positus in euangelio, solum est ad hoc vt possit illud peccatum venire in iudicium, nempe vt adhibeantur testes, & non vt feratur excommunicatio: sed non expedit aliter fieri, quam sicut ibi est positum: sed si oppositum fiat tenebit factum. Sed haesitabis, si non requiritur ille ordo iuris ad essentiam excommunicationis, an sufficiat ad hoc quod excommunicatio sit valida, quod excommunicatus peccet mortaliter, & propter hoc solum possit excommunicari: Ad quod dico, quod quantum ego possu colligere ex Theologis, nullus potest excommunicari nisi pro contumacia: unde qui non est contumax aut rebellis iudici ecclesiastico, non potest excommunicari: unde videtur contumaciam esse de essentia excommunicationis: Et hoc videtur dicere S. Thomas in 3. sua conclusione, in hoc articulo: ubi dicit: ideo excommunicatio infligi non debet etiam pro peccato mortali nisi contumax fuerit: Et probatur ex illo Matth. 18. si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus &c. ergo necessario requiritur quod admoneatur ab ecclesia priusquam excommunicetur: unde non ligabit excommunicatio quemquam nisi praecedat admonitio, quia ante admonitionem nullus dicitur rebellis: ideo priusquam quis excommunicetur debet admoneri, & non puniri vltima poena ante admonitionem, quia poterit esse quod iam est contritus: & magis praesumendum est, si non est rebellis & contumax, quod non est iam in peccato, quam quod sit in peccato: Et si dicas quod non requiritur necessario ille ordo euangelicus, dico quod est verum: sed tamen requiritur aliqua admonitio ecclesiastica antequam excommunicetur: & ex dicto Christi videtur requiri ad minus quod semel praedmonetur excommunicatus, licet ex dicto Christi non colligatur

colligatur praerequiri trina admonitio: unde colligitur, quod excommunicatio lata ab homine nihil valet, si nullo modo excommunicatus prius admoneatur: Episcopus. n. non posset aliquem excommunicare eo solum quia habet concubinam, sed requiritur quod prius admoneatur illam, alias nihil valebit illa excommunicatio. Sed est argumentum de excommunicationibus latis a iure, nam incidit quis in excommunicationem latam a iure nulla praecedente admonitione: vt si quis deferat lignamina ad infideles, aut si clericum percutiat, ipso facto est excommunicatus: ergo etiam homicida poterit excommunicari sine admonitione: Ad hoc nego antecedens, nempe quod non praecedat admonitio in excommunicatione a iure lata, quia ipso iure admonentur homines: admonent. n. leges ne fiat tale opus, alias erit excommunicatus: est. n. talis admonitio in iure, nempe, excommunicatus eris si percutis clericum: quae admonitio est maior illa alia quae fit ab homine & ille qui oppositum facit quam lex praecipiat est contumax, non quia peccauit, aut quia peccat, sed quia facit contra scitam admonitionem, vel quam scire deberet, nisi forte ignorantia inuincibili excusetur. Sed dices iam hoc modo, praecessit admonitio in euangelio scripta, qui ecclesiam, inquit, non audierit sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus: ergo etiam non requiritur alia admonitio ab homine. Dicendum ad hoc quod non dicitur quis contumax, quousque ecclesia admoneat, & illam admonentem non audiat ille homo: nec euangelium aliud significat, sed euangelium constituit modum quo ecclesia debet admonere: unde colligo duo, primum est, quod etiam admonet Paludanus ubi supra cum excommunicatio non possit ferri nisi pro peccato mortali, si quis probabiliter iudicat se non peccasse mortaliter, non est necessarium habere serupulum de excommunicatione iuris: vt si ludens cum clerico percutiat illum, ita quod percussus non esse peccatum mortale, non est ille percussus excommunicatus: quia per illam sententiam, si quis suadente diabolo, non sit quod sit peccatum mortale, quod alias non erat mortale. Secundo dico, quod quotiescunque aliquid praecipitur sub poena excommunicationis, esto ante illud praecipitum non esset mortale, quod illo praecipito vel sub praedicta poena prohibetur, iam ipso facto est peccatum mortale: ratio est, quia virtualiter continet in se praecipitum hanc formam, fac aut ne facias hoc sub poena excommunicationis: constat hoc, quia excommunicatio (vt dictum est) non potest ferri nisi pro peccato mortali: & per hoc quod praelatus excommunicat ipso facto intendit obligare ad mortale, & quamuis non excommunicet, sed cominetur in vniuersum ipsam excommunicationem dicens: si quis fecerit hoc vel hoc, excommunicabitur: praesumendum est tunc quod ille Iudex

ecclesiasticus intendit obligare ad mortale peccatum, postquam comminatur poenam, quae non potest ferri nisi pro mortali peccato. SED est alia dubitatio, an quis possit excommunicari pro bono temporalis, an. scilicet excommunicationes quae feruntur in illos qui feruntur fructus, vt vvas, pira, ligna, & id genus alia, sint firmae & ratae. Ad quod respondet S. Thomas, & communiter omnes, affirmatiue, nempe quando est nocentum perueniens ad peccatum mortale ex parte materiae, & de se, tunc ille nocens potest excommunicari. Secundo dico quod non debet fieri, nisi res sit grauis, unde sequatur aliquod periculum, & nisi sit graue danum, & pernitiosum: ratio est, quia licet excommunicatio sit medicina, est tamen vltima & atrocissima poena. At si quis occideret eo aliquem solum quia accepit caniculam vel catellum, vel racemum vuarum esset crudelissimus ergo etiam si excommunicet aliquem pro simili leui culpa, cum sit maior poena, erit crudelissimus. Tertio dico, quod pro quocumque danum temporali in quacumque materia, si peruenit ad peccatum mortale, potest ferri excommunicatio, sed non expediret quod fiat nisi pro graui danum, & quando alia via non potest resarciri danum illud: & non deberet Episcopi nec alij praelati facile ferre, aut fulminare sententias excommunicationis, sicut hodie communitur feruntur pro quocumque danum temporalis, quod est vna de pessimis consuetudinibus in ecclesia: & vnus abusus, sed nihilominus si fiat rata erit excommunicatio, si futurum (vt diximus) perueniat ad mortale. Quarto dico, quod si feratur istae excommunicationes pro leui damno quod non peruenit ad peccatum mortale, non erit valida excommunicatio: nec est credendum quod praelatus intendit excommunicare, nisi quando est peccatum mortale: unde colligitur quod si feratur excommunicatio in communi, nempe sub ista forma, quicunque habet aliquid iuris defuncti vel accepit sit excommunicatus &c. Ille qui accepit aliquid illius defuncti quia erat suum, quia defunctus iniuste detinet ar, vel aliud quod tantum valebat: vel accepit decem aut eos quos defunctus illi debebat, non tenetur reddere nec excommunicationi respondere in conscientia, quia iure habet quod suum erat, & nec Iudex intendit illum ligare in tali euentu, nec potest illud intendere: secus autem si illud accepit cum iniuria alicuius, perueniente ad peccatum mortale, quia tunc ratione talis iniuriae posset excommunicari ille delinques.

Artic. quartus.

Vtrum excommunicatio iniuste lata habeat aliquem effectum?



AD QVATVM sic proceditur: videtur, quod excommunicatio iniuste lata nullo modo effectum habeat: quia per excommunicationem protectio & gratia dei subtrahitur, quae non iniuste subtrahi potest: ergo excommunicatio iniuste lata, non habet effectum.

PRATEREA Hiero. dicit quod est de supercilio phariseorum astimare esse ligatum vel solutum, qui ligatur vel soluitur iniuste: sed eorum supercilium erat superbium & erroneum: ergo excommunicatio iniusta nullum habet effectum.

SEDCONTRA secundum Gregorium, praecipua pastoris, si iniusta siue iniusta timenda sunt: Non autem essent timenda nisi aliquid nocerent etiam iniusta: ergo &c.

RESPONDE Odicendum, quod excommunicatio potest dici iniusta dupliciter: uno modo ex parte excommunicantis: sicut cum ex odio vel ira aliquis excommunicat: & tunc excommunicatio nihilominus habet effectum suum, quamuis ille qui excommunicat peccet: Quia iniuste patitur, quamuis ille iniuste faciat. Alio modo ex parte excommunicationis ipsius, vel quia causa excommunicationis est indebita, vel quia infertur sententia iuris ordine praetermissa: & tunc si sit talis error ex parte sententiae, qui sententiam nullam esse faciat, non habet effectum, quia non est excommunicatio. Si autem excommunicatio non annullat sententiam, habet effectum suum, & debet excommunicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum: vel absolutionem petere debet ab excommunicante, vel ad superiorem iudicem recurrere. Si autem contemneret, eo ipso mortaliter peccaret. Contingit autem quandoque, quod est debita causa ex parte excommunicantis, quae non est debita ex parte excommunicati. Sicut enim quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur: & tunc si humiliter sustinet humilitatis meritum, recompen-sat excommunicationis damnum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis homo gratiam Dei iniuste amittere non possit, potest tamen amittere illa iniuste quae ex parte nostra sunt, quae ad gratiam Dei disponunt, sicut patet si subtrahatur alicui doctri-nae verbum quod videtur: & hoc modo excommunicatio gratiam Dei subtrahere dicitur, ut in praedictis patet.

AD SECVNDVM dicendum, quod Hiero. loquitur quantum ad culpam & non quantum ad poenas, quae possunt etiam iniuste infligi a rectoribus ecclesiarum.

IN HOC art. S. Tho. notat prius unam distinctionem bimembrem, & 2. respōdet aliquibus propositionibus: distinctio est: Excommunicatio potest dici iniusta dupliciter, uno modo ex parte excommunicantis, nempe quando iudex procedit ex odio vel ex ira: alio modo ex parte ipsius excommunicationis, nempe quia causa excommunicationis est indebita, vel quia fertur sententia excommunicationis ordine iuris praetermissa. Tunc est prior propositio, quando excommunicatio est iniusta solum ex parte excommunicantis, habet suum effectum & ligat, licet peccet ille iudex, quia sic iniuste excommunicat.

SECVNDA conclusio est, quando excommunicatio est iniusta ex errore qui efficiat sententiam nullam, non habet effectum, quia non est excommunicatio.

TERTIA conclusio est, si ille error non annullat excommunicationem, habet suum effectum. Hae S. Tho. Pro resolutione huius quaestionis est notandum, quod excommunicatio sicut quaelibet alia sententia tribus modis potest dici iniusta: Prius quando iure est nulla, & irrita, ut si iudex excommunicaret non subditum sibi, illa sententia esset adeo iniusta quod esset nulla, sicut si feratur a non habente iurisdictionem. Alio modo dicitur sententia iniusta, quia est iniuriola, nempe cum iniuria illius contra quem fertur illa sententia, sed de iure non est nulla, sed est iniusta propter hoc solum, quia iudex tulit illam sententiam ex odio in vindictam, & non ex iustitia: & haec sententia est rata ipso iure, licet iudex peccauerit ferendo sic illam sententiam. Tertio modo dicitur sententia iniusta solum ex parte ipsius iudicati & excommunicati, nempe quia ille excommunicatus est innocens: iudex tamen iudicavit secundum allegata & probata, & tulit sententiam excommunicationis in illum, quia fuit probatus nocens per falsos testes. His praemeditatis dico prius, & excom

Prima propositio

Secunda conclusio

Tertia conclusio

excommunicatio sumpta priori modo, nempe illa quae ipso iure est nulla, quia continet intollerabilem errorem, nempe quia praecipit aliquid impossibile, aut quod de suo genere est mortale, aut contra aliquam legem superioris vel iustam, quia hij dicuntur errores intolerabiles, nec apud Deum nec apud homines ligat: unde licet ille sic iniuste excommunicatus in tali censura celebraret, nullam incurreret poenam iuris, nec peccaret mortaliter. Haec conclusio est expressa in litera huius articuli, & est omnium & theologorum & iurisperitorum: Theologorum namque, in 4. in. d. 18. illa asserunt, & manifestior est quod ut probatio indigeat: quia si ipso iure non est sententia, idem est ac si nunquam esset lata, & non est vere excommunicatus, nisi qui vere ligatur tali sententia.

Secundo dico, quod nihilominus ob scandalum quod inde potest oriri, debet ille excommunicatus sic iniuste, abstinere a communione sacramentorum, & aliorum fidelium, esto ipse sciat quod est nulla illa sententia, quousque pro certo habeatur, & alijs manentur sententiam illam iure esse nullam, & hoc ne ab alijs contemnatur potestas ecclesiastica: & si alij videant illum sumere sacramenta antequam constet sententiam illam esse nullam, scandalizarentur, putantes illum esse excommunicatum.

TERTIO dico, quod ubi non esset scandalum, nec esset dubium an praefatus homo esset excommunicatus, potest cum alijs communicare: unde praedicta sententia non est timenda. Et si dicas quod hoc est contra D. Grego. qui in homilia in octavis paschae dicit, sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est, & habetur. 11. q. 3. cap. sententia pastoris &c. Ergo praefata sententia quavis iniusta, est tamen rata & ligat: dicendum quod Gregorius intelligit solum illam sententiam esse timendam, quae etsi sit iniusta, est tamen vera sententia, & non est nulla ipso iure: Unde loquitur Grego. de sententia sumpta secundo modo, secundum nostram distinctionem, nempe quando sententia profertur in forma iuris, sed est iniusta, quia iudex procedit ex odio contra illum excommunicatum, & tunc timenda est secundum Gregorium & veritatem.

Dubium

SEDCONTRA maius dubium est de excommunicatione sumpta secundo modo, nempe si iudex ex odio protulit illam sententiam, vel non servavit omnes solennitates iuris, servavit tamen solum necessarias solennitates ad ferendum veram sententiam, an talis sententia liget? Ad quod dico, quod est communis sententia doctorum, quod praefata excommunicatio est vera sententia & ligat. Hoc dicit Paluda. & Duran. in 4. d. 18. Syluest. in sum-

ma, verbo excommunicatio: glosa. 11. q. 3. cap. 1. Et probatur, quia est vera sententia: ergo ligat, quia si non esset vera sententia, non esset sententia, & ita nec ligaret. **Secundo**, probatur ex illo cap. sacro approbante concilio, de sententia excommunicationis: ubi dicitur, quod si iudex excommunicet non praecedenti debita ac competenti admonitione, peccatam facit, sed nihilominus illo modo excommunicatus absolendus est: ergo ligat sententia illa. Palu. in 4. d. 18. q. 1. ar. 3. d. cit: quod excommunicatio iniusta, quae tamen non est nulla, ligat ac si esset iusta: Unde colligitur, quod agens contra illam sententiam peccat peccatum inobedientiae, & incurrit poenas canonum: & celebrans in illa excommunicatione est irregularis. Idem dicit Durand. in praedicta. d. q. 4. & ibidem ad primum dicit: quod si talis sententia est iniusta & non irrita, excommunicatus praedicta excommunicatione non participat suffragia communia ex intentione ecclesiae, sed solum quia est in charitate: ut si doluit quidem de peccato, & est paratus parere mandatis ecclesiae, sed nondum est solutus ab excommunicatione: Et idem dicit Syluest. in summa, verbo excommunicatio, ultimo. q. 1. Hoc etiam asseverat S. Tho. in litera huius articuli, cuius verba sunt: Si autem talis sit defectus qui sententiam non annullat, habet effectum suum, & debet excommunicatus patienter ferre, & erit ei meritum, & debet petere absolutionem ab excommunicante, vel ad superiorem iudicem recurrere: si autem contemneret, eo ipso quod contemnit, peccaret mortaliter: Ex quibus verbis videtur sentire S. Tho. quod talis excommunicatio ligat, esto fiat iniuria excommunicato. Omnes hij doctores fundant hoc in illo Grego. iam citato, sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est, non solum propter poenam, sed etiam propter culpam. **Secundo**, confirmat hoc ex illo cap. sacro approbante concilio, & c. ubi dicitur: quod si quis excommunicatur, etiam non servata forma iuris, nempe trina admonitione, absolendus est: & tamen sententia fuit iniusta, cum non fuerit ille ter admonitus (ut iura volunt.) ergo si est absolendus fuit excommunicatus, quia alias non esset absolendus. **TERTIO**, quia esto illa sententia a superiore reuocaretur tanquam iniusta, non declaratur tamen sententiam fuisse nullam, sed iniustam tantum: ergo erat vera sententia, & ligabat. Sentiant enim hij doctores quod non solum propter scandalum, sed propter obedientiam ecclesiae, debet ille excommunicatus abstinere a sacramentis, & communione fidelium, etiam scandalo secluso, quia praecipit ecclesia quod non communicet excommunicatus cum alijs fidelibus. Et quod

Secunda. 4. quest. 23. art. 4.

hæc sit mens horum doctorū probatur, quia constituunt differentiam inter excōmunicatōnem nullam, in qua propter scandalū nō licet communicare cū fidelibus quādiu sequatur scandalum: & excōmunicatōne iniustam, quæ non est nulla, in qua videntur doctores sentire, quōd etiam in occulto tenetur excōmunicat⁹ tali excōmunicatōne, abstinere à communione ecclesiæ. Hæc Hostiensis, cap. 6. de sententia excōmunicatōis, vbi sic ait: Illud autem certum est, quōd etsi iudex non seruans hanc iuris formam sit puniendus, nihilominus interim tenenda est sententia excōmunicatōis, & timenda. Idē reperit ibidem, cap. 11. quod incipit, quis sit eius effectus. Et ibidem. §. sequenti: vbi agit de effectibus qui consequuntur ex excōmunicatōne iniusta: Et arguit contra hoc, quia ex hoc sequitur quōd ecclesia dat iudicibus ecclesiasticis occasionem faciendi iniuriam fidelibus, si vult quōd iniusta excōmunicatō liget: Ad hoc negat sequelam, quia non dat talem occasionem, quia ecclesia punit ipsos excōmunicatores iniuste procedentes: & vult quōd iniusta etiam sententia valeat, propter dignitatem & reuerentiam potestatis ecclesiasticæ, ne. s. facile contemnatur, & sciant fideles quōd sententia ecclesiæ semper est timenda propter reuerentiam & magnitudinem potestatis. Hæc Hostiensis. Et probatur de officio delegati, cap. pastoralis, vbi dicitur: quōd ordinarius debet mandare executioni sententiam delegati, esto sciat illam esse iniustam. His tamen non obstantibus dominus Caiet. in. 22. q. 70. ar. 4. ad secundū, dicit aliquas assertiones in sententia, quarū prior est, & fundamentum suæ opinionis: In rebus moralibus aliter loquuntur theologi & morales, & aliter loquuntur iureconsulti: quia theologi solum respiciunt veritatem, iure autem consulti respiciunt & loquuntur secundum notitiam humanam in foro contentioso. Vnde quando ipsi dicunt, hoc est tenendum, vel hoc est tale, &c. intelligunt secundum humanam notitiam, secundum illud. s. quod contingit via & lege humana: theologi autem respiciunt ipsam veritatem, siue contingat ita apud homines siue non. SECUNDA PROPOSITIO Caietani est, Licet iureconsulti ponant differentiam inter sententiam iniustam & nullam: in rei tamen veritate nulla est differentia. Sed est considerandum inquit, quōd aliqua sententia dicitur iniusta per accidens. s. ab extrinseco, nempe quia prætermisus est ordo iuris, sed nihilominus est causa iusta, sed prætermisus fuit ordo iuris, nempe nō est data sententia in scriptis, vel est lata in die festo: tunc dicit Caiet. quōd hæc sententia per se est iusta, sed est iniusta per accidens. Aliud ex-

emplum est, si iudex condemnet aliquem ex odio. tamen reus vere meretur mulctari illa pœna excōmunicatōis, & tunc dicit talis excōmunicatō ligat, quia per se est iusta per accidens tamē est iniusta, ex parte. s. iudicis. Altera autem, dicit, est sententia per se iniusta, nempe quando non est iusta causa condemnatōis, & ideo condemnatus est innocens, quia non commisit crimen illud pro quo excōmunicatur. Vnde colligit Caiet. quōd inter sententiam nullam & iniustam per se nulla est differentia, licet iureconsulti dicant inter illas differre. Et in hoc q. Caiet. dicit, quod iureconsulti considerant humanam notitiam, bene dicit, quia aliquando esto sententia sit iniusta per se, nempe quia lata fuit sine causa in ipsum innocentem, nō constat q. ille sit innocens, sed putatur nocens: Quōd autem non sit differentia inter sententiam nullam, & sententiam per se iniustam: probat Caiet. quia iniusta per se est nulla in rei veritate. SECUNDO, iudicium est idem quōd r. ddere ius: sed in illa iniusta sententia nulli dicitur ius, sed potius iniustum: ergo non est sententia. TERTIO, sententia vt doctores dicunt, nō est nisi particularis lex, at lex iniqua non est lex: ergo sententia iniusta per se est nulla, etiam si solus Deus sciat quōd est iniusta, & homines putent illam iustam. QVARTO, nititur Caiet. cōfirmare hoc verbis S. Th. 22. q. 70. ar. 4. ad secundū, vbi dicit Tho. iniustum iudicium non esse iudicium: quod dicitur S. Th. ipse intelligit de iniusto iudicio per se: Ex quibus colligit tertio Caiet. quōd prædicta sententia quæ per se est iniusta, nullo modo obligat, & habet se ac si non esset lata: & probatur prius, quia non est sententia: ergo non obligat. SECUNDO, nullus habet potestatem faciendi alicui iniuriam, cum potestas data sit in ædificationem, non autem in dissipatōnem: & ille iudex profert sententiam illam de se iniustam, facit iniuriam illi contra quem illam profert sine iuris autoritate: ergo non ligat. TERTIO, arguo hoc modo, ille non peccauit, ergo non potest excōmunicari. Et hoc argumentū videtur concludere, quia excōmunicatō vt diximus, non potest esse nisi pro peccato mortali. Vnde quarto colligit Caiet. ex dictis, quōd quantumcūq. aliquis sit excōmunicatus sic iniuste, si illi cōstat quōd est innocens, & non potest tueri alio modo suam innocentiam: vel interim quōd appellat, & recurrit ad superiorē, potest celebrare & communicare cum fidelibus eo modo quo antea, secluso scandalo: probatur hoc, quia non est verosimile quōd Deus confirmaret sententiam iniustā iniqui iudicis, & quōd propter eam non iuuaret innocentem suis sacramentis sicut antea: Vnde infert quinto, quōd

Secūda. 4. quest. 23. art. 4. fol. 338.

quōd si excōmunicatus tali iniusta sententia est vir probus, & magnæ autoritatis & doctrinæ, ita q. si ipse dicat alijs se nō esse excōmunicatum, quia illa excōmunicatō est per se iniusta, oēs credent ei, & tolletur scandalum per hoc: tunc posset cum alijs cōmunicare, & si est sacerdos, corā illis celebrare. Præterea dicit Caiet. quōd ille sic excōmunicatus, tenetur in publico abstinere à cōmunionē aliorū, non solum propter scandalum, sed etiam propter obedientiā ecclesiæ, si præfata sententia non contineat intollerabilem errorem: vt si esset lata à non habente potestatem & iurisdictionē. Et de hac iniusta per se sententia, quoad forū publicū, intelligēda est sententia Grego. quando dicit: sententia pastoris siue iniusta siue iusta timenda est, etiam propter culpam, & non solū propter pœnam. Præterea dicit, quōd ille talis excōmunicatus tenetur appellare, & sequi alia remedia iuris, & ita non erit contemptor sententiæ, quia ecclesia non vult q. ipse sit iudex sui ipsius, sed quōd iudicetur ab alio: ideo nō debet relinquere remedia, nepe appellatōne & recursum ad superiorē. Hæc Caiet. quid igitur horū verū sit, dubiū est, ratio est: quia omnes loquuntur de hoc breuius quā oportet. Ioannes Maior in. 4. d. 18. q. 2. dicit illud quod dicit Caiet. & addit: quōd huiusmodi excōmunicati non sunt priuati suffragijs ecclesiæ, sed in publico tenentur abstinere à cōmunionē aliorū fidelium, propter præceptum ecclesiæ. SECUNDO dicit, quōd apud scientes sententiā esse iniustā, posset cōmunicare ille iniuste excōmunicatus, & si est sacerdos, posset celebrare etiā publice, esto nō appellauerit, nec vsus fuerit alijs remedijs iuris. Hæc Maior. Sed hæc sententiā mihi est dubia: quia si est sacerdos, ille qui sic iniuste excōmunicatur, & publice celebrat, apud ecclesiam reputabitur irregularis, & videtur quōd etiam apud Deum: quia sine dubio si talis recurreret ad superiorē, & non appellauit, aut non fuit delata appellatō, & interim q. profectur causa, celebret ille publice, superior condemnabit eum ad pœnas canonis, & iudicabit illum irregularem: & tamen scit quōd sententiā fuit iniusta. Ob id ad dubium dico, q. probabile est, quōd ille iniuste excōmunicatus, qui non vtitur remedijs iuris, incurrit pœnas canonis si publice cōmunicet cum alijs fidelibus. Probatur, quia hæc pœnæ sunt ecclesiasticæ, & possunt ferri etiam in eum qui iniuste est excōmunicatus, postquā non vtitur remedijs iuris. SECUNDO, quia iam ille iniuste excōmunicatus male facit in hoc quōd nō appellat, aut vtitur remedijs iuris, & in hoc q. publice cōmunicat cū alijs fidelibus, quia ad minus deberet abstinere in publico, propter reuerentiam ecclesiasticæ po-

testatis. Adri. autem in quoli. q. 6. tractat hæc materiam: & in sententia tenet idem quod Caiet. Dicit. n. quōd ille iniuste excōmunicatus nullo modo ligatur etiam illa excōmunicatōne iniusta, quæ tamen non est nulla: probat, quia non tenetur homo plus parere excōmunicatōni iniustæ, quā alijs iniustis sententijs, sed alijs non tenetur parere: vt si iudex condēnaret aliquē vt solueret decem aureos, quos non debet, nō tenetur illos dare: & si iudex cōpellit eum vt soluat, cū certus est quōd nō debet, potest licite reassumere ab illo qui accepit, aliquid aliud quod tantundem valeat, si sine scandalo id efficere potest, probatur: quia ille qui petiuit ab illo illos decē aureos falsis testibus, tenetur restituere: ergo alius verus dominus non fecit ei iniuriam, recuperando q. suum est, vel equiualens. Secundo, si quis iniuste detinetur in carcere, potest ab illo carcere fugere, & non tenetur parere iudici præcipienti iniuste q. sit ibi: ergo nec etiam tenetur parere ille qui iniuste excōmunicatur. Consequentia probatur: quia non est maior ratio de vno quā de alio: immo maior ratio est de excōmunicatōne, quia est grauior pœna: Et hæc sunt apparentia argumenta, & videntur concludere. ¶ TERTIO, Christus non dedit potestatem excōmunicandi, nisi pro peccato mortali, & tali peccato mortali quod alio modo emendari non potest: & de iure diuino videtur necessarium, vt sit rata excōmunicatō, q. præcedat præfatum peccatum: ergo illa iniusta excōmunicatō nihil valet. Vnde infert Adrianus, quōd iniuste excōmunicatus, nec in publico, nec in secreto tenetur parere sententiæ iniustæ excōmunicatōis, etiā quā non est nulla secundum iura, nisi ad vitandū scandalum, & contemptum, si ex hoc q. ille iniuste excōmunicatus cōmunicat cum alijs fidelibus, alij inducerentur ad contemnendū potestatem & autoritatem ecclesiæ: quia si quis in publico, maxime apud ignorantes veritatem, per modum contemptus se ingereret diuinis officijs, peccaret mortaliter, q. habet remedia iuris quibus non vult vti, vnde videtur contemnere ecclesiam, volens propria autoritate rescindere sententiam iudicis, & non vult appellare vel recurrere ad superiorē: tunc enim propter scandalū peccaret mortaliter: ideo tenetur appellare, vel vti alijs remedijs iuris: & si non conceditur appellatō, debet recurrere ad superiorē: & postquā omnia fecerit, & non potest obtinere remedium, quia est probatus nocens per falsos testes: si non sit scandalum, posset omnia agere sicut si non esset excōmunicatus: vt si secederet in aliam prouinciam, vbi ignoratur an sit excōmunicatus. Confirmat hoc Adria, ex illo Gelasij Papæ, V ij quod

Secunda. 4. quest. 23 art. 4.

quod habetur. 11. q. 3. cap. cui est illata sententia: cuius verba sunt: Si sententia iniusta est, tanto curare eam non debet, quanto apud Deum & eius Ecclesiam, neminem potest grauari iniqua sententia: ita ea se non absolui desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum: Vnde expressè videtur dicere Gelasius, quod ille iniuste excommunicatus non indiget absolutione: ergo non ligauit præfata excommunicatio. Præterea, confirmatur ex illo Augu. quod habetur. 11. q. 3. cap. illud plane, vbi dicitur: Si quis fidelium iniuste fuerit anathematizatus, potius ei oberit qui faciat, quâ ei qui patitur: Idem ait Hierony. & habetur. 24. q. 3. cap. si quis non recto iudicio: vbi dicitur, qui non recto iudicio foras mittitur: hoc est, si non ita egit vt mereretur exire, nihil leditur, in eo quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus: Ex quibus omnibus colligit Adrianus, quod ille iniuste excommunicatus, non priuatur suffragijs ecclesiæ, sed participat omnia. Et hoc etiam concedit Palu. in. 4. d. 18. q. 1. ar. 1. concl. 4. & probat: quia ecclesia bene scit quod iudices ecclesiastici possunt errare, ideo nō est credendum quod sit intentio ecclesiæ, quæ pia mater est, priuare innocentes suffragijs suis, nec illis in aliquo lædere: ergo iniuste excommunicatus non priuatur illis suffragijs. Vnde colligitur falsum esse quod dicit Durand. nempe quod ille iniuste excommunicatus non participat suffragia ecclesiæ ex intentione ecclesiæ: quia ratio Paludani videtur concludere. Illud tamē verbum quod citauimus ex D. Gelasio, exponit glosa, dicens, quod intelligit Gelasius, de excommunicatione lata ab hæretico Dioscoro: sed nescio vnde illud diuinavit, quia in textu non habetur illud, nec Gelas. fundat hoc, quod dictum est in defectu ministri, sed in sententia iniusta. Ricardus in. 4. d. 18. ar. 3. q. 5. dicit: quod sententia iniusta si non est nulla, ligat: vt dicebat Durand. Et Paluda. quoad participationem sacramentorum: & dicit, quod illud verbum Gelasij quod adduxit Adrian. pro se, intelligitur apud Deum: nam apud ecclesiam ille iniuste excommunicatus, vere est excommunicatus, & indiget reconciliatione, qua non indiget apud Deum, cum sit innocens, & in gratia. Hanc opinionem Ricardi & Paludani habet Alexan. de Alex. in 4. p. q. 82. membro vltimo. Idem dicit Gracianus. 11. q. 3. cap. qui iustus est. §. hic: & idem videtur haberi cap. per tuas, de sententia excommunicationis. §. verum: vbi dicitur quod ille iniuste excommunicatus, debet adire superiorem, & debet petere absolutionem ante quâ audiatur, ne videatur contemnere potestatem ecclesiæ: ergo si ille prius debet absolui erat excommunicatus: & hæc sunt à

parte affirmatiua: Ad quæ respondet Adrianus. & prius ad illud cap. qui iustus est, &c. Dicit quod illa verba sunt Gratiani, quem sequuti sunt multi: sed ipse Gratianus non probauit nec ratione, nec autoritate sententiam suam: ideo non est ei adhibenda fides. Secundo, ad aliud capitulum, per tuas &c. concedit, quod non est contemnenda sententia ecclesiæ: & si nō recurrat ad superiorem, vel appellet, videtur contemnere, & peccat mortaliter: ideo debet vti remedijs iuris ecclesiastici, nempe quod appellet, vel recurrat ad superiorem: Et illud quod dicit quod debet petere absolutionem, intelligitur ad cautelam, cum sit dubium an talis sit excommunicatus propter præsumptionem ecclesiæ, & ideo debet prius absolui quâ audiatur: quia si audiretur, & esset dubium an esset excommunicatus, actus eius nō essent legitimi, & vt videatur processus debet absolui: Et Ricardus & Paludanus, & alij doctores qui oppositum tenent videntur sibi contradicere. Nam Paludanus & Alexander vbi supra, dicunt, quod ille iniuste excommunicatus non priuatur suffragijs ecclesiæ: quod etiam concedit Ricardus, vbi supra, ar. 7. q. 2. quia inquit, Ecclesia non intendit nocere innocentibus: Cum ergo sit bona pars excommunicationis, priuare illum excommunicationem suffragijs generalibus, & in hoc non ligat, quare ligat in alijs: Secundo, ecclesia æqualiter priuat excommunicatum sacramentis & suffragijs: Si ergo hæc iniusta excommunicatio non priuat suffragijs, nec priuabit sacramentis. Tertio arguo ad hunc modum contra Paludanum, qui dicit in distinctione 18. q. 4. quod ille iniuste excommunicatus, si confiteatur & absoluitur, vere est absolutus: ergo si ille vere absoluitur, nō est excommunicatus: nam si esset excommunicatus, non solum esset prohibitus à communicatione sacramentorum, verum ita quod si attentet sumere sacramentum, non recipit verum sacramentum, sed tenetur reiterare confessionem: ergo si ille vere absoluitur, non esset excommunicatus: quia Paludanus asserit, quod si excommunicatus confitetur, sciens se esse in excommunicatione, esto absoluitur non est sacramentum, si non est in articulo extremæ necessitatis. Resoluendo igitur, & colligendo quod probabilius videtur, dico: quod iniuste excommunicatus per se. i. sine causa, nempe quia est innocens sine peccato, esto excommunicatio non sit nulla secundum iura, quia secundum allegata & probata, non est excommunicatus. SECVNDA conclusio est, ille non peccat participans occulte, & sine scandalo, cum alijs in sacramentis.

Prima conclusio

Secunda conclusio

Tertia

Secunda. 4. quest. 23. art. 4. fol. 339.

Tertia conclusio

Quarta conclusio

Quinta conclusio

Sexta conclusio

TERTIA propositio, Ille sic iniuste excommunicatus, non peccat publice communicando in sacramentis, sine scandalo, & sine contemptu. QVARTA conclusio, Nihilominus ille sic iniuste excommunicatus, tenetur quærere alia remedia iuris, alijs peccat: non quia non paret sententiæ illi iniustæ excommunicationis, sed quia contemnit remedia iuris, & non paret ecclesiæ in hoc quod præcipit, quod præfatus excommunicatus vtatur remedijs iuris: Et hoc dicitur cap. per tuas, de sententia excommunicationis, vbi dicitur: quod si quis excommunicatur ab ordinario, & appellet ad superiorem, esto petat quod vult probare sententiam illam esse iniustam, debet prius absolui quâ audiatur, ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur, & per hoc amplius ex suo contemptu ligetur: ergo si non vtatur remedijs iuris, reputatur contemprior ecclesiasticæ potestatis. QVINTO dico, quod quātumcunq, ille iniuste excommunicatus, etiam cum scandalo vel contemptu, publice se ingereret sacramentis, non incurrit pœnas iuris, nempe irregularitatem. Probatur hoc, quia illæ pœnæ non feruntur nisi aduersus excommunicatos: sed ille per se iniuste excommunicatus, non est excommunicatus: at pœnæ non sunt ampliandæ, sed potius restringendæ: ergo ad minus apud Deum non erit irregularis, quantumcunq, ex præsumptione fortè Ecclesia reputet illum irregularem. SEXTO dico, quod idem dicendum est de sententia excommunicationis iniusta tertio modo, nempe ex parte iudicati tantum: licet ex parte iudicis sit iusta, quia processit bona fide secundū allegata & probata. Probatur, quia ille, licet sit innocens falso probatus, est nocens: ideo debet accedere ad superiorem, vel adhibere remedia iuris: & si non potest inuenire remedium, potest communicare in sacramentis, & in alijs, & occulte, & publice, dummodo non sit scandalum. Ne tamen videatur contemnere ecclesiam, debet abstinerere à cōmunionem fidelium & ecclesiæ, quâdiu fuerit præsumptio apud alios quod est excommunicatus. Et probantur omnia hæc in casu illo communi, quâdo quis ducit uxorem vnam, prius occulte, & postea publice ducit aliam secundam: & secunda quæ potest probare illum esse suum, petit illum in iudicio exteriori, & probat illum esse suum, quia publice contraxit matrimonium cum illa: & prima, quia occulte nupsit illi, non potest probare, & ideo excommunicatur vt maneat cum secunda, non ligat talis excommunicatio, cum ille sit innocens. Et si dicas quod ille peccauit ducens secundam, & propterea erit excommunicatus: Verum est quod ille pec-

cavit ducens secundam illam uxorem, sed tamen est innocens in alio pro quo excommunicatur: nam in hoc quod non cohabitatur cū secunda, bene facit, cū non sit sua. Et hoc est magnum argumentum pro hac nostra sententia: nam non negarent in hoc casu doctores, qui oppositam tuetur sententiam, quod ille non est excommunicatus: & cū alius qui excommunicatur iniuste per se, ex parte sententiæ sit tam iniuste excommunicatus, & sit tam innocens ex parte sua sicut hic: ergo non ligatur, sicut nec hic ligatur. Sed contra hoc est, quod in cap. Odoardus clericus, de absolutionibus, dicitur: quod excommunicatus aliquis propter hoc quod debebat aliquid creditori, esto constet quod nec in totū, nec in partem poterat soluere, quod absoluitur: & tamen erat iniuste excommunicatus, quia non poterat soluere: ergo iniuste excommunicatus est vere excommunicatus. Ad hoc dico, quod ecclesia iubet illum absolui ex præsumptione, & ad maiorem cautelam, & propter reuerentiam ecclesiasticæ potestatis, ne detur ansa quod potestas ecclesiastica contemnatur, ideo sit illa cæremonia: non tamen ecclesia intendit dicere quod ille est vere excommunicatus. Et hæc sententia mihi magis placet, propter facta argumenta, licet iureconsulti in cap. per tuas, de sententia excommunicationis, defendant oppositam sententiam, nempe, quod iniusta excommunicatio ligat, quoad omnes pœnas iuris: Sed nos iam ad ea quæ adducunt respondimus.

Quæstio. 24.

De his qui possunt excommunicare.

Deinde considerandum est de his qui possunt excommunicare, & excommunicari. Circa quod quæruntur sex.

PRIMO, vtrum quilibet sacerdos possit excommunicare?

SECVNDO, vtrum non sacerdos excommunicare possit?

TERCIO, vtrum excommunicatus vel suspensus possit excommunicare?

QVARTO, vtrum aliquis seipsum, vel æqualem, vel superiorem possit excommunicare?

QVINTO, vtrum aliqua vniuersitas excommunicari possit?

SEXTO, vtrum semel excommunicatus, excommunicari possit vterius?

V iij . ARTIC.

Articu. primus.

Utrum quilibet sacerdos possit excommunicare?



Ad primum sic proceditur, Videtur quod quilibet sacerdos possit excommunicare: excommunicatio enim est actus clauum: sed quilibet sacerdos habet clauas: ergo quilibet potest excommunicare.

PRÆTEREA, maius est soluere & ligare in foro poenitentiae, quàm in foro iudicij: sed quilibet sacerdos potest sibi subditos in foro poenitentiali absolueret & ligare: ergo etiam potest sibi subditos quilibet sacerdos excommunicare.

SED contra, ea in quibus imminet periculum sunt maioribus reservanda: sed poena excommunicationis est valde periculosa, nisi cum moderamine fiat: ergo non debet cuilibet sacerdoti committi.

RESPONDEO dicendum, quod in foro conscientiae causa agitur inter hominem & Deum: in foro autem exterioris iudicij, causa agitur hominis ad hominem: & ideo absolutio vel ligatio, quae unum hominem obligat quoad Deum, tantum pertinet ad forum poenitentiae: sed illa quae hominem obligat in comparatione ad alios homines, ad forum publicum exterioris iudicij pertinet: & quia homo per excommunicationem à communione fidelium separatur, ideo excommunicatio ad forum exterius pertinet: & ideo illi soli possunt excommunicare, qui habent iurisdictionem in foro iudiciali: & propter hoc soli Episcopi propria auctoritate, & maiores praelati, secundum communiorē opinionem possunt excommunicare. Sed presbyteri parochiales non nisi ex commissione eius facta, vel in certis casibus, sicut in furto & in rapina, & huiusmodi: in quibus est eis à iure concessum quod excommunicare possint. Alij autem dixerunt, quod etiam sacerdotes parochiales possunt excommunicare: sed praedicta opinio est rationabilior.

AD primum ergo dicendum, quod excommunicationem non est actus clauum directe, sed magis respectu exterioris iudicij: sed sententia excommunicationis, quamuis in exteriori iudicio promulgetur, quia tamen aliquo modo pertinet ad aditum regni, secundum quod ecclesia militans est via ad triumphantē: ideo etiam talis iurisdictione per quam homo excommunicare potest, clauis potest dici: & secundum hoc à quibusdam distinguitur quod est clauis ordinis, quae omnes sacerdotes habent: & clauis iurisdictionis in foro iudiciali, quae habent soli iudices exterioris fori. Vir autem ipso in alios descendit, qui vir autem habent: **AD** secundum dicendum, quod sacerdotes parochiales habent quidem iurisdictionem in subditos suos, quantum ad forum conscientiae: sed non quantum ad forum iudiciale: quia non possunt conuenire coram eis in causis contentiosis: & ideo excommunicare non possunt, sed absolueret possunt in foro poenitentiali: & quamuis forum poenitentialē sit dignius, tamen in foro iudiciali maior solennitas requiritur, quia in eo oportet quod non solum Deo, sed etiam homini satisfiat.

In hoc articulo considerandum est prius: quod hanc quaest. tractat S. Th. in 4. d. 18. q. 2. ar. 2. unde haec littera desumpta est. Secundo, considerandum & notandum est unum fundamentum, quod D. Tho. supponit in hac materia: Et Durand. in 4. d. 18. q. 4. quod de iure ordinario omnis ille, & tantum ille qui est iudex ecclesiasticus, i. omnis ille qui habet potestatem dicendi ius in foro contentioso ecclesiastico, potest excommunicare. Hoc probatur: quia excommunicatio solum est in foro contentioso: & cōsorsarius esto sit proprius parochus, non potest illam iniungere poenam: ergo cū excommunicatio spectet ad forum solum contentiosum, solus ille qui habet iurisdictionem in foro contentioso, potest excommunicare. Et hoc nempe, quod ille solus qui habet iurisdictionem in foro exteriori, possit excommunicare, probatur: quia nullum est ius quod non habeat potestatem coercitiuam, & in foro contentioso potest ferri sententia contra inuitum: ergo oportet quod ibi sit vis coercitiua, quia aliās frustra esset iudicium, nec haberet effectum: sed iudex ecclesiasticus per se non habet aliam vim coercitiuam nisi excommunicationē: ergo omnis talis potest

est excommunicare: Carceres. n. per accidens conducunt ad iudicem ecclesiasticum, cū dominus solum dixerit Mat. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquā Ethnicus & publicanus: & nō dixit, capiatur & in carcerem mittatur. Unde colligitur prius, quod omnes Episcopi habent potestatem excommunicandi, cū omnis Episcopus habeat dicere ius in foro exteriori. **SECUNDO** colligitur, quod illi qui sunt veri praelati, nempe per electionem, vel per institutionem superiorum: sicut Abbates, Priores, Guardiani, possunt excommunicare: possunt n. praedicti conuocare ad capitulum & audire, & examinare testes & tandem condemnare & excommunicare. **TERCIO** colligitur, quod in aliquibus locis Archidiaconi excommunicant: sed hoc non habent ex Archidiaconatu, sed vel ex consuetudine, vel cōmissione superioris ideo in his standum est consuetudini. **QUARTO** colligitur, quod parochi ordinarij de cōmuni iure non possunt excommunicare: probatur, quia non iunt proprie praelati, nec habent dicere ius in foro contentioso. **QUINTO** colligitur, quod si alicubi sit consuetudo, quod parochi ferant excommunicationem, standum est consuetudini, quousq. superior aliud declaret: vbi autem non est consuetudo per Episcopos probata, nullus valoris erit excommunicatio à parcho lata, tanquā sententia lata à iudice incompetenti. **HOICEN**, de sententia excommunicationis, cap. 5. dicit, quod parochi quibus cura animarū cōmittitur, possunt excommunicare in euentis publicis, quae non requirunt iudiciale indagacionem, non autem in occultis, aut dubijs quae requirunt oblationem libelli, & iudiciale indagacionem: probat, quia in q. 3. cap. audiui, id dicitur. Sed melius est quod dicit Syluest. quod canon ille citatus intelligitur, vbi consuetudo hoc illis permittit, vel in aliquo casu à iure concesso, si Episcopus nō prohibuerit obrationabilem causam. Hoc Syluest. verbo excommunicatio. 1. notabili. 2. Circa hanc materiam Scot. in 4. d. 19. q. vnic. ar. 5. mouet hoc dubium: An. si quis sit excommunicatus ab Episcopo vnius prouinciae, teneantur homines alterius episcopatus eum eunare? & videtur quod non: quia Episcopus Conimbricensis nullam potestatem habet super ciues Lamacenses: ergo sua sententia non ligat illos, cum non sint sibi subditi. Ad hoc tamen dico, quod omnes quotquot sunt in ecclesia Dei, tenentur vitare illum excommunicatum, à quocunq. iudice ecclesiastico excommunicetur, si sicut illum esse excommunicatum. Hoc patet: quia ille est vere excommunicatus ergo ab omnibus est vitandus, & ex ordinatione ecclesiae, & ex Euang. Mat. 18. vbi dicitur: sit tibi tanquā Ethnicus & publica-

nus si ecclesiam non audierit. Sed haesitabis quomodo Episcopus vnius Episcopatus potest obligare ciues alterius Episcopatus, cū non habeat iurisdictionem super illos. Ad quod responderet Scot. quod sententia sua Episcopus vnius prouinciae, non habet potestatem excommunicandi de iure diuino, ita quod ille sit vitandus etiam à nō sibi subditis, quia de iure diuino non habet potestatem nisi super subditos suos. **PRÆTEREA**, quomodo Episcopus vnius episcopatus potest priuare sibi subditum, quod non participet suffragijs cōmunibus, quae fiunt in alio Episcopatu? **EX**empli gratia: Quomodo potest Episcopus Conimbricensis priuare subditum suum, quod non participet suffragia episcopatus Lamacensis. cū ante excommunicationem ille subditus gauderet vtriusq. suffragijs, nempe Conimbricensibus & Lamacensibus? **RE**ndū ad hoc, quod ille excommunicatus, eo ipso est excommunicatus priuare omnibus suffragijs totius ecclesiae, quia est sicut Ethnicus & publicanus, per euangelium, omnibus fidelibus. Sed dubiū est, quo iure Episcopus vnius episcopatus, possit priuare subditum suum suffragijs alterius episcopatus, & totius ecclesiae: Et quia hoc non videtur constare, dicit Scot. quod non habet Episcopus potestatem à iure diuino, sed ex cōmissione Papae: propter quod priuare potest quicunq. Episcopus excommunicatus, omnibus suffragijs totius ecclesiae, sicut potest Papa ipse: Sed cōtra hoc est, quia ille processit Mat. 18. potest fieri de iure diuino coram Episcopo, & non oportet quod fiat coram Papa, imo maxime pertinet ad Episcopos: ergo de iure diuino possunt Episcopi excommunicare, quia per ecclesiam illic intelliguntur praesidentes ecclesiae: & Episcopus est praesens in ecclesia, ergo potest de iure diuino excommunicare. **SECUNDO**, de iure diuino ad Episcopum spectat pascere oues, & iudicare in foro contentioso, & si non haberet potestatem coercitiuam, frustra esset iudicium suum: Et cū nulla alia potestas coercitiua sit in ecclesia, nisi excommunicandi potestas, Episcopus ex officio suo habet quod possit excommunicare subditos suos, & officium suum est de iure diuino: ergo de iure diuino habet quod possit excommunicare subditos suos: Unde colligitur, quod quidquid potest Papa in toto orbe, potest Episcopus in suo episcopatu, stando solum in iure diuino, paucis exceptis: vt creare Episcopos, diuidere alias prouincias, & de illis disponere: nam ista & alia id genus spectant ad Papam, tanquā ad pastorem vniuersalem, & non ad Episcopum vnius prouinciae tantum: In alijs autem, si Papa non restringeret Episcopalem potestatem, sicut in multis restringit, vt constat in iure canonico, posset Episcopus in suis

subditos, ea que Papa potest in toto orbe vti: sicut Papa potest dispensare in omni voto simpliciter, potest etiam Episcopus cum suis subditis stando in solo iure diuino: sed Papa potest referre sibi aliqua, ut de facto referuat, ut votum simplex castitatis, religionis, & Hierosolymitanum: vnde Episcopus de iure diuino, eo ipso quo creatus est Episcopus, & ex suo officio habet potestatem excommunicandi. Sed quid dicendum ad dubium propositum, nempe quomodo sententia Episcopi Conimb. possit ligare alios non subditos suos? Respondet Maior in. 4. d. 18. q. 4. quod hoc est ex ordinatione ecclesie, & iuris communis, & non propter sententiam Episcopi, sed quia ius est latum in ecclesia, quod excommunicatus in vno Episcopatu vitetur in omnibus alijs, etiam quantum ad suffragia aliorum episcopatum: Et hoc habetur. 7. q. 3. cap. si quis presbyter: & 4. q. 5. cap. quisquis. Et hos duos canones allegat Maior: sed etiam sunt plura alia. Et hoc quod dicit Maior est verum: Sed ego dico quod non solum est hoc de iure positivo humano, sed etiam est de iure diuino, quod. scilicet quicumque in vno episcopatu excommunicatur, debet vitari apud omnes. Probat: quia de iure diuino est, quod sit quasi Ethnicus & publicanus: ergo de iure diuino debet vitari: Et si dicas, ille Episcopus non habet iurisdictionem super alios aliorum episcopatum, transeat: sed de iure diuino est, quod prius et suum subditum a comunione ecclesie, & eodem iure omnes alij fideles tenentur cum vitare, eo ipso quod est excommunicatus.

Artic. secundus.

Vtrum non sacerdotes excommunicare possint?



Ad secundum sic proceditur: Videtur quod non sacerdotes excommunicare non possint, quia excommunicatio est actus clauium, ut in quarto sentent. dicitur: sed non sacerdotes non habent claves: ergo excommunicare non possunt.

PRÆTEREA, plus requiritur ad excommunicationem, quam ad absolutionem in foro poenitentie: sed non sacerdos in foro poenitentie absolueri non potest: ergo nec excommunicationem inferre. **SED** contra est, quod Archidiaconi, legati, & electi excommunicant, qui quandoque non sunt sacerdotes: ergo non solum sacerdotes

excommunicare possunt.

RESPONDEO dicendum, quod sacramenta in quibus gratia confertur dispensare, ad solos sacerdotes pertinet. Et ideo ipsi soli possunt absolueri & ligari in foro poenitentiae: sed excommunicatio non directe respicit gratiam, sed ex consequenti, in quantum homo suffragiis ecclesie priuatur, quae ad gratiam disponit, vel in gratia conseruat: et ideo etiam non sacerdotes dummodo iurisdictionem habeant in foro cotretioso possunt excommunicare: **AD** primum ergo dicendum, quod quamuis non habeant clauem ordinis, habent tamen clauem iurisdictionis.

AD secundum dicendum, quod ista duo se habent sicut excedentia & excessa: Et ideo alicui competit vnum, cui non competit aliud.

EST igitur concl. S. Tho. affirmatiua, nempe quod non sacerdos potest excommunicare: Et probatur, quia haec est consuetudo in ecclesia, quod Episcopus electus & confirmatus excommunicat etiam non sit sacerdos: & vicarij Episcoporum excommunicant, esto non sint sacerdotes: Vnde constat, quod ad hoc quod quis possit excommunicare, non est necessarius ordo sacerdotum, nihilominus aliquis ordo premittendus est huic potestati, ut eam possit habere qui clericus sit, & idoneus ad obtinendum beneficium ecclesiasticum: ut adnotarunt Felinus & alij, in cap. dilecta: Et ratio est in proprio, quia licet excommunicatio in exteriori iudicio feratur, tamen quia aliquo modo pertinet ad aditum regni caelestis, cum ecclesia militans via prebeat ad triumphantem, clauis dicitur iurisdictionis: & ad claves pertinet, ut explicat S. T. in his articulis: & probat cap. vlt. de excessibus prelati. Vnde par est, quod non feratur excommunicatio nisi ab eo qui sit clericus, & idoneus ad consequendam ecclesiasticam dignitatem, cuius ratione excommunicandi potestas iure competit. Vnde colligatur sententia aliquibus propositionibus, prior est: Excommunicandi potestas iure competit his, qui iurisdictionem ordinariam ecclesiasticam in exteriori iudicio habent, etiam si sint inferiores Episcopis. Haec constat ex tex. cap. cum ab ecclesiarum prelati, de officio. ordi. & cap. sicut tuus, de simonia: Et in alijs locis Henri. in cap. si sacerdos, de officio. ordi. qui late tractat quaestione hanc, an sacerdos habet curam animarum possit excommunicare in parochianos sibi subditos ferre. **SECUNDA** conclu. est, iudex delegatus potest vti excommunicationis censura, ut conitatur cap. praeterea, de officio. deleg. notatur, & est communis opinio omnium in cap. l. eo. tit.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio est, Femina ut supra latius diximus, non potest etiam ex commissione excommunicare, licet possit quoad correctionem, & administrationem aliquam ecclesiasticam iurisdictionem obtinere. Hanc probauimus iam supra.

Quarta conclusio.

QUARTA conclu. est, Purus laicus de iure humano non potest excommunicare: vna ratio est, quia purus laicus non potest tractare spiritualia, cap. ecclesia S. Mariae, de constituto. cap. si duo. 96. dist. At potestas excommunicandi ad spirituale iurisdictionem attinet: cum (ut diximus) pertineat ad claves ecclesie: ergo &c. Accedit ad hoc, quod pure laicus non potest constitui vicarius Episcopi. cap. in nona. 16. q. 7. ex quo hoc ipsum deducunt doctores: & addunt, quod clericus coniugatus, etiam non potest esse vicarius Episcopi.

Quinta conclusio.

QUINTA conclu. est, Stando in solo iure diuino, vir pure laicus possit ex commissione excommunicare. Haec probatur: quia prima tonsura, & alij gradus inferiores, & minores ordines non sunt de iure diuino: ergo cum vir ille qui habet huiusmodi ordines inferiores & minores, possit excommunicare ex commissione vel officio, si eligatur Episcopus: etiam potest pure laicus excommunicare ex commissione: facit ad hoc de sententia & re iudicata, cap. ad probandum.

Articu. tertius.

Vtrum excommunicatus vel suspensus possit alium excommunicare?



Ad tertium sic proceditur: Videtur quod excommunicatus vel suspensus, excommunicare possit: ille enim, qui est excommunicatus vel suspensus, neque ordinem, neque iurisdictionem amittit: quia neque reordinatur cum absoluitur, neque cura ei committitur iterum: sed excommunicatio non requirit nisi ordinem, vel iurisdictionem: ergo etiam excommunicatus & suspensus excommunicare possunt.

PRÆTEREA, maius est conficere corpus Christi quam excommunicare, sed conficere possunt: ergo & excommunicare possunt.

SED contra, ligatus corporaliter non potest alium ligare, sed vinculum spirituale est fortius quam corporale: ergo excommunicatus non potest alium excommunicare, cum excommunicare sit vinculum spirituale.

RESPONDEO dicendum, quod usus iurisdictionis est in comparatione ad hominem: Et ideo cum omnis excommunicatus a comunione separatur, quilibet excommunicatus vsu iurisdictionis priuatur: Et quia excommunicatio est iurisdictionis, ideo excommunicatus excommunicare non potest: Et eadem ratio est de suspensio a iurisdictione. Si enim sit suspensus ab ordine tantum, tunc non potest ea quae sunt ordinis, sed potest ea quae sunt iurisdictionis: Et e contra si sit suspensus a iurisdictione, & non ab ordine: si autem ab utroque, tunc ne vtrum potest. **AD** primum ergo dicendum, quod quamuis non amittit iurisdictionem, amittit tamen iurisdictionis vsu. **AD** secundum dicendum, quod conficere consequitur potestatem characteris qui indelebilis est: Et ideo homo ex quo characterem ordinis habet: semper potest conficere, licet non semper ei liceat. Secus autem de excommunicatione quae iurisdictionem sequitur, quae auferri potest & ligari.

EST igitur concl. S. Th. excommunicatum non posse excommunicare, ita quod si tetet excommunicare, non ligat sua excommunicatio: ratio est, quia ad excommunicandum requiritur iurisdictione, qua excommunicatus, suspensus, schismaticus, & hereticus priuatur: ergo eorum excommunicatio non ligat: Et haec est sententia omnium fidelium doctorum: & constat ex cap. audiuius. 24. q. 1. & de sententia, & re iudicata, cap. ad probandum, &c. Sed est dubium, an excommunicatio lata ab excommunicato occulto & ignorato, liget vel sit alicuius momenti: & sit vera & rata sententia: Ad quod respondet Paulus. in. 4. d. 18. q. 2. ar. 3. conclu. 1. quod sententia occulte excommunicati, est vera sententia & ligat: quod confirmat ex illo cap. ad probandum, de sententia, & re iudicata: vbi dicitur, quod sententia lata a publice excommunicato, nullius est valoris. Vnde colligitur, quod si non sit publice excommunicatus, erit vera sententia & ligabit: Et idem dicitur cap. cum dilecta de rescriptis. Et eiusdem sententiae est glossa super praedictum cap. ad probandum. Et Panor. cap. veritatis, de dolo & contumacia: & probat, quia cum ille occulte excommunicatus sit toleratus, dignitas videtur facere, & non persona. Innocen. cap. si vere, de sententia excommunicationis. Syluest. autem in verbo excommunicatio. 1. q. 1. notabili. 2. dicit, quod sententia lata ab excommunicato etiam occulto, est nulla: Et addit, quod postea quando scitur iudicem illum fuisse excommunicatum, sententia

V iij praedicta

prædicta declaratur fuisse nulla: Et ad probandum adducit glos. 3. q. 7. cap. infamis. § tria, ubi glos. arguit à simili. Hic tex. nepe cap. infamis, dicit expresse, qd seruus non pót esse iudex: & addit, p si quis in rei veritate est seruus, sed publice reputatur liber, valet sententia per ipsum lata. Et arguit glosa à simili, dicens: ergo etiam erit vera sententia, & ligabit lata ab excommunicato occulto: Et respondet quod non est eadem ratio, quia seruus in multis euentis habet personam comparandi & standi in iudicio: vt. 12. q. 2. cap. qui manumittitur, & excommunicatus in nullo: ubi glosa habet, qd sententia excommunicationis lata ab excommunicato, nulla est: siue excommunicatus sit publicus, siue occultus. Et hanc sententiam asseuerant multi iurisperiti, ita qd apud eos est cõmuniõ, vt refert Coua. super cap. alma mater. §. 1. licet ipse teneat oppositam sententiam affirmatiuam. Mihi autem verior est hæc sententia negatiua, nempe qd excommunicatio lata ab occulte excommunicato, non ligat: quia non est vera sententia, cū non feratur à iudice cõpetenti: & probatur prius, quia si postea probetur iudicem illum fuisse excommunicatum, quando tulit sententiam, iudicatur talem sententiam fuisse nullam. SEcundo, omnis vere excommunicatus priuatur iurisdictione, at occulte excommunicatus vere est excommunicatus ergo priuatur iurisdictione: antecedens constat. 24. q. 1. cap. audiuimus. TERTIO, vere excommunicatus est extra ecclesiam: ergo nõ potest ipse ponere alium extra ecclesiam. Et hæc est sententia glosæ, 24. q. 1. in summa. Et ibid. cap. audiuimus: Hostien. & Ioan. Andr. cap. pia, de exceptionibus, lib. 6. Calderinus, in cap. ad probandum, de re iudicata: & Panor. dicit hanc esse cõmunem opinionem: Sed nihilominus est seruanda illa sententia, quousque constat illum iudicem fuisse excommunicatum ob scandalum, & ne sequatur aliquis contemptus ecclesiasticæ potestatis. Sed contra hoc est, qd occulte excommunicatus, si aliàs habebat subditos, potest illos absolueri, ita quod illa est vera absolutio in sacramento pœnitentiæ: ergo etiam ligabit sententia excommunicationis lata per præfatum excommunicatum. Ad hoc concedo antecedens, & nego cõsequentiam: ratio est, quia absolueri in foro pœnitentiæ, est in fauorem pœnitentium: quod autem excommunicati sententia in foro exteriori sit firma & liget, est in fauorem ipsius excommunicati: Ideo quo ad hoc non vult ecclesia releuari ipsum excommunicatum: & ita nec releuatur in concilio Constan. Sed quomodocunque sit excommunicatus, non potest excommunicare, etiam si nõ sit nominatim excommunicatus, nec percussor clericum.

Artic. quartus

Vtrū aliquis possit seipsum, vel equalē, vel superiorem excommunicare?



AD quartum sic proceditur: videtur quod aliquis possit seipsum, vel equalē, vel superiorem excommunicare: quia angelus Dei maior erat Paulo, Mat. 23. Qui minor est in regno cælorum, maior est eo, quo nemo internatus mulier: & maior: sed Paulus excommunicauit Angelum de cælo, vt patet Gal. 1. ergo homo potest superiorem excommunicare.

PRÆTEREA sacerdos aliquando excommunicat in generali profano, vel aliquid huiusmodi: sed potest cõtingere quod ipse met fecit, superior aut equalē: ergo aliqui pót se, vel equalē, vel superiorem excommunicare.

PRÆTEREA, aliqui potest superiorē absolueri in foro pœnitentiæ, vel equalē: sicut cū episcopus sit subditis confitentur, et cū unus sacerdos alteri venialia confiteretur: ergo videtur quod etiam excommunicare aliqui superiorem, vel equalē, possit.

SED contra, excommunicatio est actus iurisdictionis: sed aliqui non habet in se iurisdictionem, quia in eadem causa nõ potest quis esse iudex, & reus: neq; etiam inferiorē vel equalē: ergo non potest aliquis superiorem vel equalē, aut se excommunicare?

RESPONDEO dicendum, quod cū per iurisdictionem aliqui constituitur in gradu superioritatis respectu eius, in quem habet iurisdictionem, quia iudex est eius: ideo nullus habet in se ipsum, vel superiorem, vel equalē iurisdictionē: & per cõsequens, nullus pót se ipsum, vel superiorem, aut equalē excommunicare.

AD primum ergo dicendum, quod Apost. loquitur sub hypotesi, si poneretur Angelus peccare: sic enim nõ esset Apostolo superior, sed inferior: nec est incõueniens quod in cõditionalibus, quarum antecedentia impossibilia sunt, & consequentia impossibilia sunt.

AD secundum dicendum, quod in tali casu nullus

Artic. quintus

An in aliqua vniuersitate possit ferri sententia excommunicationis?



AD quintum sic proceditur: videtur quod in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis ferri possit. Contingit enim quod aliqua vniuersitas sibi in malitia colligatur: sed pro malitia in qua quis contumax extitit, debet excommunicatio ferri: ergo potest in aliquam vniuersitatem ferri excommunicatio.

PRÆTEREA, illud quod est grauissimum in excommunicatione, est separatio à sacramento ecclesiæ: sed aliquando tota ciuitas interdicitur à diuinis: ergo & excommunicari vniuersitas aliqua potest.

SED contra est glos. Aug. Mat. 13. quæ dicit, quod princeps & multitudo non est excommunicanda.

RESPONDEO dicendum, quod excommunicari non debet aliquis nisi pro peccato mortali peccatum autem in actu cõsistit: actus autem non est communitatis, sed singularium personarum vt frequenter: & ideo singuli de communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas. Et si sit quandoq; etiam actus alicuius totius multitudinis: vt quando multi nauē trahunt quæ nulli strahere possent: tamen nõ est probabile quod aliqua cõmunitas tota ad malum cõsentiat, quoniam aliqui sint dissentientes: & quia nõ est Dei qui iudicat omnē terram, vt condēnet iustum cū impio, vt dicitur Ge. 19. Ideo ecclesia quæ Dei iudiciū imitari debet, satis providē statuit, vt cõmunitas non excommunicetur, ne collectus & annis, simul eradicetur & triticum. **AD** primum ergo dicendum, quod patet solutio ex dictis.

AD secundum dicendum, quod suspensio non tanta pœna est quanta excommunicatio, quia suspensio non fraudatur ecclesia suspensio

nullus excommunicatur, quia par in parem non habet imperium.

AD tertium dicendum, quod absolutio & ligatio in foro confessionis, est quo ad Deum tantum, apud quem aliquis alio superior, redditur inferior per peccatum: sed excommunicatio est in iudicio exteriori, in quo aliquis non amittit superioritatem ex hoc ipso quod peccat: unde non est similis ratio de utroque: & tamen etiam in foro confessionis aliquis non potest seipsum absolueri, nec superiorem aut equalē, nisi ex commissione sibi facta: De venialibus autem potest, quia venialia ex quibuslibet sacramentis gratiam conferentibus remittuntur: unde remissio venialium sequitur potestatem ordinis.

IN hoc articulo est conclusio S. Tho. quæ etiam est omnium fidelium doctorū, quod nullus potest se, vel equalē, aut superiorē excommunicare: Et exacte probatur ratione qua probat S. Thom. nempe quod omnis qui potest excommunicare, habet iurisdictionem, & superioritatem super illū quem potest excommunicare: at nullus habet supra se superiorē, vel equalē aliquam superioritatem: ergo non potest se, aut superiorē, vel equalē excommunicare. Et probatur. 21. d. cap. inferior: & de maiestate & obediētia, cap. cū inferior. Sed dubiū est, an Papa possit excommunicari: & à parte negatiua est, quia non habet superiorē: ergo nõ pót excommunicari: Ad quod respondet Iaco. Almay. in sua vespertia, qd Papa pót excommunicari. Dicit naq; qd à concilio in omni casu, & pro omni peccato mortali pót excommunicari: Ratio est, quia vt ipse asseuerat, concilium est supra Papam: Et idem dicit Nicol. de Cusa, in lib. 2. de concord. ecclesiastic. cap. 8. Et Gerson in proprio tractatu de potestate Papæ: Ego autem dico summum pontificē non subijci concilio in omnibus, vt supra præsius examinavi. SEcundo dico, Papam solum posse excommunicari in casu quo subijcitur concilio, & in quo concilium potest procedere ad deponendum Papam: vt si Papa sit suspectus de hæresi: nam tunc de iure diuino posset concilium procedere contra summū pontificem, iuxta illud: hæreticum hominē post primam & secundam correctionem deuita, ad Tit. 3. Et si dicas summum pontificē non habere superiorē, ideo non posse excommunicari. Dico, quod in crimine hæreseos, conciliū est supra Papam, secundū cõmunem sententiā fidelium doctorū: etiā secundū illos qui tenent concilium nõ esse supra Papam.

fragilis, sicut excommunicati: unde etiam aliquis sine peccato proprio suspenditur, sicut et totum regnum ponitur sub interdico pro peccato Regis: & ideo non est simile de excommunicatione & suspensione.

EST conclusio Thomæ, & omnium aliorum: quod nec in vniuersitatem, nec collegium, aut conuentum, potest excommunicationis sententia ferri. Hæc conclusio constat ex iure, vt cap. Romana, de sententia excommunicationis, lib. 6. & in alijs locis. Sed hæsitabis, an hoc quod vniuersitas, vel cõmunitas non possit excommunicari, sit de iure diuino, vel de iure humano? Ad quod dico quod videtur esse de iure diuino, quia actio personalis, qualis est illa quæ est peccatum mortale, pro quo fertur excommunicatio, non potest conuenire communitati; sed personis singularibus: ergo &c. **SECUNDO**, quia non est verosimile, quod in tota communitate omnes sint pertinaces, quod requiritur ad hoc quod aliquis excommunicetur: Vnde ne puniantur iusti cum peccatoribus, videtur iure diuino prohiberi, ne cõmunitas excommunicetur: Accedit etiã ad hoc, quia collegium vel cõmunitas nõ est persona vera, at excommunicatio solũ ligat veram personã, n. q. 3. omnis Christianus. Sed si de facto excommunicetur vniuersitas, nonne ligabit illa excommunicatio? Ad quod varie respondent doctores: alij asserunt, alij negant: Vnde Ricardus in. 4. d. 18 dicit: quod esto iudex excommunicet cõmunitatẽ, nõ ligatur cõmunitas: Mihi autem magis placet opinio Syluest. in summa, verbo excommunicatio. i. notabili. 3. vbi dicit distinguendũ esse: nam vel ipsa vniuersitas sumitur, vt aliquid præscindens, & abstrahens à singularibus hoibus: & sic sumpta nulla authoritate potest excommunicari: ita quod si excommunicatio terminetur in ipsam vniuersitatem, nõ ligat: probatur, quia vniuersitas sic sumpta non cõmunicat: cõmunicatio sit in actibus suppositorũ singulariũ, quorum sunt actiones: & cõmunicatio sit priuatio cõmunionis ecclesiæ, illud quod non habet cõmunionẽ, aut cõmunionẽ, non potest excommunicari. **SECUNDO** modo capitur vniuersitas pro omnibus singularibus personis collectiue, & vniuersitas sumpta hoc modo, potest excommunicari à summo pontifice, & etiã ab alijs inferioribus ipso pontifice summo, si non excommunicet totũ collegium: quia textus cui subijcitur omnis inferior ipso summo pontifice hoc prohibet: nec inferior summo pontifice potest excommunicare singulos de collegio absolute: vt putauit Hostien. dicendo: excommunicamus præpositũ Decanũ, & oēs alios talis collegij, cõ hoc idẽ

esset quod excommunicare vniuersitatẽ, quod secundo iura fieri (vt dictũ est) non potest. Secundo, quia prædicta sententiã repugnat ratio signata in textu, quia non videtur quod oēs sint contumaces in ipsa cõmunitate. Sed potest prædicto secundo modo sumpta, vniuersitas excommunicari hoc modo, excommunicatio. s. singulos ipsius vniuersitatis, cõ hac restrictione & attemperamento: excommunicamus oēs facientes aut committentes tale crimen, aut oēs qui cõmiserint hoc vel illud. Probatur: quia illo modo non ligatur innocens, nec aliquid inanimatũ: Vnde colligitur, quod propter contumaciã capituli excommunicari possunt singuli illius capituli, qui fuerunt culpabiles, vt est textus de sententia excommunicationis, cap. Romana, lib. 6.

Articu. sextus.

Vtrum ille qui semel est excommunicatus, excommunicari possit vltcrius?



D sextum sic proceditur: Vnde dicitur quod ille qui semel est excommunicatus, vltcrius excommunicari non possit. i. Cor. 5. dicit Apost. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? sed excommunicati iam sunt extra ecclesiam, ergo super eos ecclesia iudicium non habet, vt possit eos iterum excommunicare.

PRÆTEREA, excommunicatio est separatio quædam à diuinis, & à collectione fidelium: sed postquã est aliqui priuatus aliquis non potest iterũ illo priuari: ergo vnus excommunicatus nõ debet iterum excommunicari.

SED contra, excommunicatio quædam pœna est, vt medicinale remedium: sed medicina iterantur cum causa exigit: ergo excommunicatio iterari potest.

RESPONDEO dicendum, quod ille qui excommunicatus est vna excommunicatione potest iterum excommunicari per eiusdem excommunicationis iterationem, ad maiorem sui confusionem, vt vltic à peccatore siliat, vel propter alias causas: & tunc tot sunt principales excommunicationes, quorũ causæ pro quibus quis excommunicatur.

AD

AD primum ergo dicendum, quod Apostolus loquitur de paganis, & alijs infidelibus, qui non habent characterem per quem annumerati sint populo Dei, sed quia character baptismatis, quo quis populo Dei annumeratur, est indelebilis: ideo semper remanet aliquo modo de ecclesia baptizatus, & sic ecclesia semper de illo iudicare potest.

AD secundum dicendum, quod priuatio quamuis non recipiat maius & minus secundum se, recipit tamen secundum causam suam: & secundum hoc excommunicatio potest iterari, & magis est elongatus à suffragijs ecclesiæ, qui pluries est excommunicatus, quam qui semel tantum.

EST conclusio huius sexti articuli, quod excommunicatus potest rursus excommunicari: & in litera satis explicatur, de qua conclusione non dubitatur, sed in confesso est apud omnes. Sed dubium est, an ab eodem iudice possit quis pluries excommunicari? & pro eadem causa, nempe pro eodem peccato: Ad quod dicendum est, absolute loquendo, quod potest quis ab eodem iudice pluries excommunicari, & pro eodẽ peccato: Et hoc videtur dicere S. Th. quia dicit, quod potest fieri ad maiorem confusionem. Vnde potest quis excommunicari pluries, siue ab eodem iudice, siue à diuersis iudicibus: siue pro eadem causa, siue pro diuersis causis. Secundo dico, quod secunda excommunicatio facit tantum quantum fecit prima: vnde esto auferatur prima, relinquitur secunda in sua vi, & priuabitur ille excommunicatus suffragijs ecclesiæ, & participatione sacramentorum, etiã postquã fuerit absolutus ab vna excommunicatione, ac si non fuisset absolutus ab alia excommunicatione: veluti si esset ligatus pluribus vinculis corporalibus: Probatur hoc cap. Engeltrudam. 3. q. 4. & ca. excellentissimus. n. q. 3. Aliud graue dubium est, an excommunicatio ignorata liget: Et primum loquamur de excommunicatione lata à iure, hoc est, si sit in iure aliqua excommunicatio, & aliquis ignoret illam esse in iure, & ita ignorans incidit in casum canonis: an illa excommunicatio liget, & ille vere sit excommunicatus: vt si sumas canonem illum quo excommunicantur percussores clericorũ, & est Petrus qui percussit clericum, sciens quod erat clericus, sed ignorat canonem etiam inuincibiliter, an ille ligetur ab illa excommunicatione: Ad quod dico prius, quod hæc conclusio est difficilis: & in. 1. 2. videbim⁹ præsius in propria materia de ignorantia: vbi ego cum alijs

enarrarẽ illam materiã, habui quod ille percussor clericus cõ illa ignorantia inuincibiliter excusatur à pœna illa excommunicationis. Sed nunc Adri. qui oppositũ tenet, fecit me hæsitare: Et ideo de hac questione, vt certa ab incertis distinguamus, constituã aliquas propositiones, quarũ prior est: Si quis habet ignorantiam inuincibilem, & facti & iuris, nõ incidit in canonẽ, vt est præceptũ, quod nullus deferat arma nocturna: & est qui ignorat præceptũ illud, & ignorat factum illud esse malum inuincibiliter, & eodem modo inuincibiliter ignorat illud factũ esse prohibitum: Dico quod tunc non ligatur illa sententia excommunicationis: Vnde dico, quod quotiescũque excusatur ipsum factũ per ignorantia ne sit peccatũ, etiã ipse ignorans nõ incidit in excommunicationẽ latam pro illo facto. Hæc manifeste probatur, quia sententia excommunicationis ferri non potest, nisi pro peccato mortali, & tunc nõ est peccatũ, sed (vt diximus) excusatur à peccato mortali, ergo etiã excusatur à pœna lata pro illo peccato: Est etiam aliud exemplum de percussente clericum, putans quod percussit feram inuincibiliter, ille non est excommunicatus: & hæc propositio est certa apud omnes doctores.

SECUNDA conclusio est, esto quod quis det operam rei illicitæ, ita vt peccet mortaliter in ipso facto, si sententiã nõ est lata immediate vel formaliter in illud factum, non est ille excommunicatus illa tali sententia: veluti si quis percussit clericum, putans inuincibiliter se percutere alium mere laicum, non est multatus pœna excommunicationis: ratio est in promptu: quia excommunicatio non fertur nisi in percussores clericorũ, nõ autem in percussores hominũ: ille quidem peccat cõ rei illicitæ operam det, sed non est excommunicatus: vt si clericus nutriat comam, & gerat habitum sæcularem & profanũ, & percussit nõ scit aliàs illum esse clericũ, non fertur illa excommunicationis pœna. Hæc probatur cap. si verò. 2. de sententia excommunicationis. Et ibidem Panor. & alij iureconsulti ita asserunt.

TERTIA conclusio, si factum illud super quod est lata sententia, sit aliàs licitum. i. non prohibitum naturali lege, nec diuina, ante sententiam excommunicationis: tunc qui ignoraret prædictum canonem inuincibiliter, excusatur, & non ligatur illa prædicta sententia: vt si Episcopus prohibeat sub pœna excommunicationis, quod nullus clericus gerat sericum: si aliquis clericus in paggo portet sericum, ignorans prædictum præceptum Episcopi, non fertur sententia excommunicationis. Probatur sicut prius propositi. quia prædictus clericus nõ peccat mortaliter: ergo non est excommunicatus: Antecedens probatur,

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio

probat, quia ignorat inuincibiliter prædictum præceptum Episcopi: ergo &c.

QUARTA conclusio est: In omnibus statutis canonicis datis ab omnibus inferioribus citra Papam, ignorantia talis statuti aut canonis inuincibilis, excusat à censura lata tali canone: Vnde si Episcopus ferat sententiã excommunicationis in omnes concubinariorios, ille q̄ ignorans inuincibiliter illã sententiã vel canonem, admittit illud crimen, nõ incidit in excommunicationem: dico, si ignorat ignorantia inuincibili, vel probabili, paratus aliàs bona fide ad parendum prælatis suis, non incidit in sententiã excommunicationis, quamuis det operam rei illicitæ.

SED hæsitabis, qui sunt qui ignorent ignorantia probabili: dico esse omnes illos qui ignorant, si eis non est significatũ prædictum præceptum, quia ipsi non tenebantur inquirere, aut diuinare: Vnde si prælatus religiosorum, ferret sententiã excommunicationis in aliquod admissum, etiã iure diuino damnatum: si quis ignorans illã sententiã incidit in prædictũ factũ, nõ tamen ligatur illa sententia illius mandati. Hæc conclusio est certa & cõmuniter ab omnibus recepta: Et probat cap. vt animarũ, de constitutionibus, lib. 6. vbi expresse definitur, q̄ ignorantes quorũcunq; ordinariorũ præcepta aut sententias, nõ incidunt in illas: verba sunt. Vt animarũ periculis obuietur sententijs. per statuta quorumcunq; ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes. Hætenus certę sunt prædictæ conclusiones. **S**ED difficultas est de sententia lata à summo Pontifice, veluti si lata est sententia in percussores clericorum. Dubium est, si quis ignorans illũ canonem, inuincibiliter incidat in illud factum, nepe percutiat clericũ, an feriat illa excommunicationis sententiã? Et sunt controuersię, & diuersę sententię inter doctores. Et prius Adri. q. 3. de clauibus, in. 4. asserit, præfatũ ignorantem incidentem in factum prædictũ, esse excommunicatum, quando canon est iuris cõmunis, aut summi pontificis, quantumcunq; ignoret inuincibiliter prædictũ canonẽ, si incidit in factum damnatũ per illum canonẽ, quãdo factum de se erat peccatũ mortiferũ. Probat Adria. hoc prius, ex illo cap. vt animarum, de constitutionibus, lib. 6. vbi discernitur, quod qui ignorant statuta aliorum ordinariorum, non ligantur et si contra ipsa statuta faciãt, tũc bene sequitur q̄ summus pontifex, solum excipit statuta aliorum ordinariorum: ergo statuta iuris communis, vel ipsius summi pontificis, ligant, cũ illa non excipiantur.

SECVNDO, ante illud prædictum caput, statuta aliorũ inferiorum ligabant. esto ignoraretur: ergo etiam modo ligant statu

ta Papæ, postquã non habetur in iure quoddam non ligent. Probat, assumptum, quia si statuta aliorum inferiorum summo pontifice, non ligant ante prædictum cap. vt animarum, &c. Nihil exciperet summus pontifex in illo textu: ergo postquã illa inferiorũ statuta nũc excipiuntur, signum est quod ante exceptionem ligabant.

TERTIO, in prædicto textu dicitur, vt periculis animarum obuietur: ergo antea erat periculum animarum, ergo ibi nunc cõditur nouum ius: ergo antea secũdũ ius antiquius non excusabantur homines à sententijs latis, in statutis prælatorũ inferiorũ summo pontifice. & hoc tertium est bonum argumentũ.

QUARTO, ignorantia iuris infligentis excommunicationis sententiã, in iniicientem manum in clericum, non excusat ab irregularitate si postea suscipiat ordines: ergo erat excommunicatus: veluti si sit Petrus qui percussit clericum, & ignorat canonem, inferentem propter hoc excommunicationẽ, & ita ignorat se esse excommunicatum. si postea suscipiat ordines sacros, putans non esse excommunicatum, est irregularis, & non potest exerce re suum officium: tunc sic ille incidit in irregularitatem: ergo etiam incidit in excommunicationem: Et quod prædictus incidat in irregularitatem, habetur expresse in cap. cum illorum, de sententia excommunicationis: vbi à summo pontifice definitur, quod si quis post percussorem clericũ acceperit ordines, si ignorabat ius latum contra percussores clericorum, est irregularis. Distinguit enim sic textus: vel ille accepit ordines sciens se esse excommunicatum. & tunc perpetuo sit depositus, & non debet cum eo dispensari: si autem accepit ordines ignorans se esse excommunicatum, quia ignorabat ius & canonem, est depositus: sed si est clericus secularis, est pontifex consulendus, & dispensabit cum illo: si autem est monachus, dispensat suus Abbas: ergo est irregularis: ergo etiam est excommunicatus.

QUINTO, sententia excommunicationis lata ab homine, non exigit contemptum illius ad hoc quod liget, sed alterius sententię contra quam peccauit: vt si sit qui debeat penitentiam, & vocatur vt soluat, & non vult solvere, tunc ille iuste excommunicatur: non eo quia contemnat sententiã excommunicationis, sed quia contemnit legem ad quã aliàs tenebatur, nempe ad soluendum debitum: ergo idem erit de sententia lata à iure, nempe, quod si quis contemnat legem diuinam percutiendo clericum, incurrit in canonem, licet ipsum canonem non contemnat. Hęc sunt potissima argumẽta domini Adria: Et eiusdem sententię est Scot. in. 4. d. 6. q. 8. vbi agit de baptizante bis eundem puerum, quia

quia est lata sententia contra rebaptizantes: mulcatur enim pœna irregularitatis. Quærit enim Scotus an ille qui scit se rebaptizare & male facere, ignorat tamen latam esse sententiã irregularitatis in rebaptizantes, excusetur, vel an incidat in canonem illum: Et respondet illum non excusari, probat: quia de consecratione. d. 4. cap. qui bis, dicitur: q̄ qui bis baptizati sunt ignoranter, non indigent pro eo pœnitere, sed secundum canones ordinari non possunt. Arguit enim Scotus in hunc modum: Bis baptizatus ignoranter incidit in irregularitatem: ergo rebaptizans ignorans canonem, etiam incidit in irregularitatem. Est etiam pro hac sententia Maior, in. 4. d. 8. q. 2. ad quartum argumentum, inquit enim: quod qui facit prohibitum per canonem, esto ignoret canonem, incidit in sententiã canonis: ideo videtur hæc communis theologorum opinio. Accedit etiam ad hoc Ioannes Andre. cap. vt animarum, & glosa cap. à nobis, de sententia excommunicationis. Bartolus in lege, cunctos populos. C. de summa trinitate & fide catholica. Oppositum tamen defendit Syluest. in summa, verbo excommunicatio ultimo, q. 3. & summa Angeli, verbo excommunicatio. 7. q. 2. casu ultimo, vbi ait: quod ignorantia canonis excusat à sententiã ipsius canonis, siue sit lata sententia à summo pontifice, vel ab aliquo alio inferiori: Citat in suum fauorem Panor. cap. à nobis, primo, de sententia excommunicationis & allegat pro se Antoninum qui dicit quod in alijs pœnis, verum est quod non excusatur à sententia canonis, prædictus ignorans agens contra canonem, quia in illis non requiritur aliqua contumacia: ideo illæ pœnæ, ossunt inferri sine contumacia. Sed illa ignorantia excusat ab excommunicatione, & ratio est, quia ad excommunicationem requiritur contumacia, nempe quod non audiat ecclesiam: In eadẽ sententiã est Panor. vbi supra: & Panor. allegat in suum fauorem quendam alium Geminianum. Et D. Tho. videtur huius sententię, quoli. 1. ar. 19. vbi ait, quod qui ignorans inuincibiliter, agit contra constitutionem Papæ, non peccat. Et idem dicit D. Th. supra. q. 21. ar. 3. Subscribit etiam Ioan. Crot. in quadam reledione sua, super illud cap. vt animarum, de constitutionibus, lib. 6. Ideo propter auctoritates & rationes horum doctorum, hinc & inde, dico ego opinionem Adriani esse tutiorem, sed nescio an sit verior: equidem ego magno odio persequor excommunicationes latis iure, quæ sunt octogintaquinque aut plures, vt postea videbimus: & non debent esse tot, ne laqueus iniiciatur animabus: vnde si ignorantia non excusat ab his sententijs, est magnum peri-

culum animabus fidelium: Ideo dico secundõ opinionem Syluest. & aliorum qui cum illo tenent esse satis probabile: Et videtur q̄ Antoninus idem sentiat, nepe quod ignorantia canonis cuiuscunq; excusat ab excommunicatione ad minus, licet non ab alijs pœnis, ratio est: quia ad excommunicationem requiritur contumacia, quæ non est vbi est ignorantia: & quia ecclesia est pia mater, non videtur quod velit iniicere laqueos animabus, quod fit, si ignorantia non excusat à pœnis canonicis, cum sint multæ excommunicationes in iure: oporteret enim omnes scire ius pontificium, quod fieri minime potest. Et ad argumenta Adriani non est difficile respondere: & ad primum, nempe ad illud cap. vt animarum, vbi dicitur: quod ignorantia excusat à statutis Episcoporum, vnde infert Adrianus: ergo non excusat à canone Papæ: Dico quod cum pœnæ non sint amphandæ, debet intelligi de ignorantia crassa & culpabili, & non de ignorantia inuincibili & probabili: quia præsumit summus pontifex, quod cum canon ille de percussione clericorum, sit celebratissimus, quod sciebat canonem ille transgressor. **S**ECCUNDO dico, quod pœna irregularitatis potest incurri esto ignoretur canon inuincibiliter, non autem excommunicatio, quia ad excommunicationem (vt dicebamus inter probandum) requiritur contumacia, vt etiam dicit Anto. quæ non exigitur ad pœnam irregularitatis. Et probatur hæc nostra sententia ex illo Matth. 18 si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus &c. At ille ignorans non est contumax, immo fortẽ paratus ad parendum semper ecclesię, cum non sit rebellis ecclesię postquam ignorat canonem ecclesię, de quo non potest vere dici q̄ nõ audiat ecclesiam, cum ignoret suas leges: ideo hæc sententia videtur verior: Et ad aliud argumentum, nepe q̄ non requiritur contemptus sententię, dico verũ esse, sed in sententia lata ab homine requiritur contemptus ecclesię: & in sententia lata à iure requiritur contemptus ecclesię, et si nõ requiratur contemptus ipsius sententię: Vnde nõ posset Episcopus aliquẽ excommunicare solũ propter furtũ, quia oportet excommunicatũ prius esse contemptorẽ ecclesię, quã Episcopus vel alius iudex ecclesię eũ excommunicet: Fateor n. q̄ potest esse excommunicatus cũ ignorantia inuincibili ipsius excommunicationis: vt si Episcopus admonuit aliquẽ, & noluit respicere, potest eo ipso ille q̄ nõ corrigit vitã, excommunicari, etiã ignorans illã sententiã, sed hoc est, quia ille prius non audiuit ecclesiam. Vnde dicit Syluest. quod quãdo ecclesia à principio processit cũ ignorantia inuincibili delinqueretis, etiã vsq; ad excommunicationẽ, tũc ille ignorans nõ est excõicat, VI 4

vt si citetur quis Romæ in suo procuratore, & ipse ignorauit, & ipso sic ignorante proceditur vsq; ad excommunicationem, ille talis præsumetur excommunicatus, sed vere nõ est: vel si Episcopus citat aliquem, & non est domi, sed solum denunciatur illa citatio domesticis illius, domestici autem nõ referant illi, ipse ignorat inuincibiliter, & Episcopus excommunicat: dico illum non esse vere excommunicatum: Vnde ad illud quod petebat Adria. quid excipiebat pontifex in illo cap. vt animarum? dico quòd excipit statuta Episcoporum, ne scilicet ligent cum ignorantia quacunque, & statuta summi pontificis ligat cum ignorantia culpabili, non autem cum inuincibili, vt dictum est, &c.

Sequitur. q. 25.

De participatione cum excommunicatis.

DEinde considerandum est de participatione cum excommunicatis: circa quod quaruntur tria.

PRIMO, Vtrum liceat excommunicato participare in puris corporalibus?

SECUNDO, Vtrum participans excommunicato sit excommunicatus?

TERTIO, Vtrum participare excommunicato in casibus non concessis, semper sit peccatum mortale?

Articu. primus.

Vtrum excommunicato liceat communicare in pure corporalibus?



Ad primum sic proceditur, Videtur quòd liceat excommunicato communicare in pure corporalibus. Excommunicatio enim est actus clauium: sed potestas clauium se extendit ad spiritualia tantum: ergo per excom-

municationem non prohibetur quin vniuersim in corporalibus communicare possit.

PRÆTEREA, quod est institutum per charitatem, contra charitatem non militat, sed ex præcepto charitatis tenemur inimicis subuenire, quòd sine aliqua communicatione fieri non potest: ergo iam alicui excommunicato in corporalibus communicare licebit.

SED contra est quòd dicitur: Cor. 5. cum eiusmodi nec cibum sumere.

RESPONDEO dicendum, quòd duplex est excommunicatio: Vna est minor quæ separat tantum à participatione sacramentorum, sed non à communionem fidelium: & ideo tali excommunicato licet communicare: sed non licet ei sacramenta conferre. Alia est maior excommunicatio, & hæc separat hominem à sacramentis ecclesiæ, & a communionem fidelium, & ideo tali excommunicato communicare non licet: Sed quia ecclesiæ excommunicationem ad medelam & non ad interitum inducit, excipiuntur ab hac generalitate quedam in quibus communicare licet, scilicet in his quæ pertinent ad salutem, quia in talibus hominibus potest cum excommunicato loqui: potest etiam alia verba interserere, vt facilius salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quedam personæ, ad quas specialiter pertinet provisio excommunicati, vt vxor, filius, seruus, rusticus, & seruus: sed hoc intelligendum est de filiis non emancipatis aliis tenentur vitare patrem. De alijs autem intelligitur quòd licet excommunicato communicare, si ante excommunicationem se ei subdiderunt, non autem si post: Quidam autem intelligunt e conuerso. s. quòd superiores possunt licite communicare inferioribus: Alij vero contrarium dicunt: sed ad minus in his communicare eis debent, in quibus sunt eis obligati: quia sicut inferiores obligantur ad obsequium superiorum, ita superiores ad prouidentiam inferiorum. Sunt etiam quidam casus excepti, sicut quando ignoratur excommunicatio, & quando aliqui sunt peregrini

grini & viatores in terra excommunicatorum: quilibet possunt ab eis emere, vel etiam accipere elemosynam. Et similiter si aliquis videat excommunicatum in necessitate: quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei prouidere, & ista hoc versu continentur: Vtile, lex, humile, res ignorata, ne cesse: Vt vtilitas referatur ad verba salutis, lex ad matrimonium, humile ad subiectionem, cætera patent.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quòd corporalia ad spiritualia ordinantur: & ideo potestas quæ se extendit ad spiritualia, ad corporalia se extendere potest, sicut ars quæ est de fine imperat de his quæ sunt ad finem.

AD SECUNDVM dicendum, quòd in illo casu in quo aliquis ex præcepto charitatis communicare tenetur, non prohibetur, vt ex dictis patet.

EST igitur conclusio S. Thomæ & omnium fidelium, quòd non licet communicare cum excommunicato: optimus textus. n. q. 3. cap. sicut, cum duobus sequentibus: & eodem cap. cum excommunicato. Et hoc est conforme sacre scripturæ in qua fundatur: nam Paulus dicit, Prioris ad Corin. 5. si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere, maxime si in aliquo horum peccatorum ita hæreat, quòd non pareat ecclesiæ, & propterea est excommunicatus. Secundo Ioannes in 2. canonica, cap. vnico, dicit si quis venit ad vos & hæc doctrinam nõ afferit, nolite eum in domum recipere, nec aue ei dixeritis: & huiusmodi sūt excommunicati: ergo &c. Tertio, p nobis est illud Matth. 18. Si ecclesiã nõ audierit, sit tibi tãquã Ethnicus & Publicanus. Et hoc est verum secundum iura antiqua, nempe quòd non licet communicare cum aliquo excommunicato, siue sit excommunicatus generaliter, siue speciatim & nominatim, aut quocumque alio modo: Dico inquam, quòd hoc est verum secundum iura antiqua: secus hodie secundum concilium Basiliense & Constantiense, vt inferius præsius videbimus. Sed prædicta regula habet multas exceptiones, vt S. Thom. litera habet: & omnes illas recipiunt alij doctores communiter. Sed præter illas exceptiones quas excipit S. Tho. est vna cælebris, & iam communis, quæ facta est in concilio Constantiensi, vbi definitur: quòd possint fideles communicare cum quocumque excommunicato, excepto si sit excommunicatus nominatim, vel si sit manifestus percussor clericum. Et quia sunt

aliqua dubia circa hanc constitutionem prædicti concilij: volo referre illam formaliter ex Antonino. 3. p. titulo. 25. & in summa sua de censuris: ex quo accepit Caiet. in summa sua, titulo de excommunicatione: et Adria. in 4. & alij doctores communiter, accipiunt illam prædictam extrauagantem ex Antonino, quia ipse fideliter scripsit: & dicit se illam inuenisse Florentiæ in Archiuis, ecclesiæ cathedalis, vbi erat sub hoc tenore. Ad euitandam scandalam & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possunt, Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus quòd nemo deinceps à communicatione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumque diuinis, intus & extra, prætextu cuiuscumque sententiæ aut censure ecclesiasticæ, ab homine vel à iure generaliter promulgatæ: teneatur abstinere, vel aliquid vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare: nisi sententia vel censura huiusmodi fuerit in personam, vel contra personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, vel locum certum, vel certam terram à iudice publicata, & denunciata specialiter: & expressè constitutionibus apostolicis, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque: saluo si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum, sententiam latam à canone adeo notorie confiterit incurrisse, quòd factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari: nam à communionem illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstinere. Hæc concilium Constantiense: Plures tam excipiuntur in concilio Basiliensi (quòd fuit immediate post Constantiense) quàm in Constantiensi: quia in Basiliensi absolute dicitur, quòd debemus vitare omnes manifeste excommunicatos, & notorie, siue sint nominatim excommunicati, siue nõ, si ita manifeste sint excommunicati quòd non possint aliqua tergiversatione celari: Et hæc constitutio concilij Basiliensis habetur in ipso concilio: & refertur ab Adriano, qui dicit se illam inuenisse sub sigillo ipsius concilij, in ecclesiã Louanensi: in qua extrauaganti formaliter sic dicitur: liceat omnibus communicare cum excommunicatis generaliter, nisi cum constiterit aliquem ita notorie sententiam excommunicationis incurrisse, quòd nulla tergiversatione possit celari: Et supplementum, verbo clericus. 3. dicit se illam transtulisse ex libro Iuliani Cardinalis qui præfuit prædicto concilio: Ideo opere præcium erit scire, cui istarum constitutionum standum sit, nempe, constitutioni concilij Constantiensis an Basiliensis: Et videtur quòd non sit standum constitutioni concilij Basiliensis, cum fuerit prædictum concilium schismaticum: Dico verum esse prædictum concilium ex parte sua fuisse schismaticum

Secunda. 4. quest. 25. art. 1.

cum: quidquid dicant Galli: Sed Syluest. dicit: quod illa constitutio fuit facta antequam concilium illud reuocaretur a summo pontifice: nam prius fuerat legitime congregatum, & conuocatum: & Eugenius. 4. reuocauit potestatem, & aliqui Cardinales presterunt, & profecti sunt concilium vsq; ad depositionem ipsius Eugenij. Et dicit Syluest. quod illa constitutio facta fuit atequam reuocaretur: & ideo illi esse standum. Sed postquam Syluester dixit hoc in summa sua, reuocauit predictam sententiam in suo constatorio, in epistola que ibi habetur in ultimo folio ad lectorem, vbi dicit standum esse sententiae & extrauaganti concilij Constantiensis, & non determinationi concilij Basiliensis: & addit, quod quando scripsit summam, putauit predictam constitutionem concilij Basiliensis fuisse aeditam antequam Eugenius. 4. reuocaret illud concilium, & quod postea legit Ioannem de Turcremata, qui ait predictam extrauagantem non fuisse editam nisi post scissuram concilij: Vnde infert Syluest. illam nullius esse momenti: ideo nec illi esse standum, sed adhaerendum esse extrauaganti concilij Constantiensis. Et hoc asserit ille Ioannes de Turcremata in sua summa ecclesiae: in hac sententia, nepe, standum esse extrauaganti concilij Constantiensis & non Basiliensis: est Adria. vbi supra, Antoni. vbi supra, Caiet. in summa verbo excommunicatio: Et ego illis subscribo, nepe adhaerendum esse extrauaganti concilij Constantiensis. & non Basiliensis. & haec hodie est in vsu, & non alia concilij Basiliensis: Ideo sine scrupulo illa est tenenda, & relinquendum concilium Basiliense. Vnde ad concilium Basiliense dico prius, quod non constat illam extrauagantem fuisse aeditam ante reuocationem concilij ipsius: ideo relinquenda. Secundo, quia Eugenius. 4. reuocauit omnia facta illius concilij, quod potuit efficere. Tertio, quia in concilio Lateranensi sub Leone decimo sessione. 11. dicitur quod illud concilium Basiliense non fuit concilium, sed conciliabulum. Quarto, Antoninus dicit in. 3. p. titulo. 25. quod Martinus. 5. approbavit illam extrauagantem concilij Constantiensis, & dixit quod volebat predictam extrauagantem sepe durare. **Sed** est aliud dubium an liceat inducere excommunicatum generaliter solū & non nominatim ad comunicandum cum alijs fidelibus: vt scio Petrum quidem esse excommunicatum: quia est haereticus, sed non est nominatim excommunicatus nec est admonitus ab ecclesia, an liceat alijs fidelibus inuitare illum ad prandium: vel ad ludendum, aut ad quamuis aliam communicationem? Et videtur quod non, quia ille excommunicatus peccat comunicando cum alijs fidelibus, cum illa constitutio fuerit in fauorem fidelium aliorum, & non in fauorem ipsius excommunicati: ergo ipse excommunicatus peccat comunicando cum alijs fidelibus, & cum non liceat inducere aliquem ad pec-

Aliud dubium.

catum, nec est licebit inducere illum excommunicatum ad comunicandum cum alijs fidelibus. In oppositum est, quia alias non prouideret predicta extrauagans timoratis conscientijs ad earum securitatem, cum non liceat comunicare cum predicto excommunicato: nec tolluntur pericula & incōmoda animarum, cum non possent alij fideles comunicare cum excommunicatis, si tenentur fugere & cauere ab illis: vnde non posset licite alius fidelis salutare excommunicatum, quia iam induceret eum ad resalutandum. Ad hoc dubium Antoninus, & Caietanus vbi supra, & alij communiter dicunt predictam constitutionem concilij Constantiensis nullo modo esse latam in fauorem ipsorum excommunicatorum: Et probat Caiet. quia expressè dicitur in illo concilio Constantiensis, quod propter hoc in nullo intendimus releuare ipsos excommunicatos, nepe nolumus ipsos excommunicatos releuare ab aliquo eorum ad quae ipsi, alias secundum iura antiqua tenebantur: verum est tamen quod predicta verba non habentur in concilio Constantiensis, sed habentur in concilio Basiliensi, in fine predictae extrauagantis: vnde consequenter concedit Caiet. quod non licet alijs fidelibus inducere excommunicatum etiam generaliter ad comunicandum cum alijs: ita quod qui inuitaret talem excommunicatum ad prandium peccaret: & qui prius illum salutaret peccat quia inducit illum ad resalutandum. His tamen non obstantibus ego dico, quod licitum est alijs fidelibus comunicare cum omni excommunicato, exceptis solis illis duobus casibus tantum, nepe si est nominatim excommunicatus, aut si est notorius percussor clericum: vnde licet alijs fidelibus vocare predictos alios excommunicatos & salutare: haec fit batur, quia dato opposito nulla gratia concederetur fidelibus in illa praefata extrauaganti, cum non possent comunicare cum excommunicatis plusquam ante tale conceptionem. Vnde dico, quod concilium voluit dare fidelibus quod liceat eis comunicare cum illis generaliter excommunicatis, sicut poterant ante excommunicationem. Secundo, predicta constitutio facta est in fauorem fidelium: at si non liceret excommunicatum inducere, pro maiori parte tenerentur fideles abstinere a comunione cuiuscumque excommunicati: ergo parum aut nihil dedit concilium fidelibus. Tertio, si fideles non possunt comunicare prius cum excommunicato generaliter, nec etiam ipsi excommunicati possunt incipere: ergo manent fideles & excommunicati sicut prius se habebant ante predictam conceptionem concilij Constantiensis: ergo nihil dedit concilium fidelibus. Et ad argumentum Caietani, quando dicit, ille excommunicatus peccat comunicando cum alijs fidelibus: ergo non licet illum inducere: nego antecedens. Dico. n. non peccare excommunicatum qui ad instantiam alterius fidelis cum eo comunicat: vt si prius incipit fide-

lis

Secunda. 4. quest. 25. art. 1. fo. 346.

lis predictam communionem, & deinde sequitur excommunicatus: scilicet autem si ipse excommunicatus incipiat comunicare cum alio fidele, tunc enim peccat: & ad probationem Caietani, nempe illa constitutio non est facta in fauorem ipsius excommunicati: concedo: ergo peccat, nego consequentiam: sed illa concessio facta est in fauorem aliorum fidelium, nempe quod illis liceat cum excommunicatis generaliter comunicare: vnde ad instantiam alterius fidelis in fauorem ipsius fidelis, licite potest excommunicatus ipse generaliter, & non nominatim comunicare cum alio fidele, qui incipit predictam communicationem: sed non potest excommunicatus suo motu nec in suum fauorem incipere communicationem cum alijs fidelibus: nec ipse excommunicatus potest inducere fidelem alium ad comunicandum cum illo, & hoc quoad communicationem in temporalibus. ¶ Quo ad spiritualia autem est dubium, an liceat accipere sacramenta ab excommunicato generaliter? Haec questio tractauimus late, in. 1. 4. q. 5. ar. 6. vide ibi. Sed haesitabis an sacerdotes licite possint conferre sacramenta excommunicatis generaliter, & non nominatim, si sint publice excommunicati: sicut licet alijs fidelibus ab illis excommunicatis recipere: & videtur quod non, quia illi excommunicati peccant mortifere recipiendo sacramenta: ergo dare illis sacramenta erit cooperari peccato mortali ipsius: ergo non licet illi dare sacramenta aut quodcumque spirituale. Secundo dare sacramenta indigno, est illicitum iure diuino, cum sit sanctum dare canibus: at ille excommunicatus est indignus, ergo non licet illi dare sacramenta. In oppositum autem est predicta constitutio concilij Constantiensis, quod inquit fideles non teneri ad vitandum predictum excommunicatum, etiam in participatione sacramentorum. Secundo, quia opposito dato non prouideretur recurrari conciliariis, quia si non liceret administrare illis sacramenta, semper essent alij fideles solliciti, & deberent examinare, an ille qui venit ad sacramenta ecclesiae sit excommunicatus, an non, sicut ante illam constitutionem, cum tamen intentio concilij fuit prouidere ne fideles sint in illa sollicitudine, ad examinandum venientes ad sacramenta ecclesiae: ideo propter has rationes pro vtraque parte videtur vtraque pars questionis dubia. Secundo dico, quod si ille sit publice excommunicatus, & sit certum quod est excommunicatus non nominatim, non licet administrare illi sacramenta, quia esset factum dare canibus, quod sacrilegium est. Praeterea, ille est indignus ad recipiendum sacramenta: at de iure diuino & naturali est non dare sacramenta sanctum indigno, ergo non est administrandum sacramenta excommunicato etiam generaliter. Syluest. tamen dicit, quod si publice excommunicatus, generaliter, se ingerit ad comunicandum cum alijs, potest Curatus dare il-

Aliud dubium.

li sacramenta: ratio inquit est, quia concilium voluit liberare sacerdotem ab illa cura litigandi cum excommunicato, nepe an sit excommunicatus nec ne: quod etiam non teneatur sacerdos litigare cum illo excommunicato vt abstinat a comunione alterius. Sed mihi non videtur apparere hoc quod dicit Syluest. propter rationes quas adduximus quia est de iure diuino & naturali non dare sanctum sacramentum indigno: ideo ego non audeo dare sacramentum publice illi generaliter excommunicato. Et ad extrauagantem concilij Constantiensis, que dicit, nos non teneri ad vitandum excommunicatos generaliter in participatione sacramentorum. Dico, quod intelligitur, vel quod possumus ab eis recipere sacramenta, vel quod possumus ministrare sacramenta alijs fidelibus, ipsi excommunicatis generaliter praesentibus: ratio est in proprio, quia concilium non poterat dare aliud, cum sit contra ius diuinum & naturale, dare sanctum & sacrum (quale est sacramentum) indignis: & illi veri excommunicati sunt indigni ad recipiendum sancta & sacra. ¶ Sed dubitabis merito, quomodo concilium Constantiensis potuit dare tam amplam licentiam comunicandi cum excommunicatis generaliter, etiam in rebus spiritualibus & diuinis cum de iure diuino sit, quod habeatur excommunicatus sicut Ethnicus & Paganus? Et arguo in hunc modum, ille qui generaliter est excommunicatus, vere est excommunicatus: ergo de iure diuino debet vitari: ergo non potest concilium dare illam facultatem. Ad quod dicendum puto, quod de solo iure diuino nullus est excommunicatus, quauis Almain in. 4. d. 18. dicat, quod sunt aliquae excommunicationes de iure diuino, & citat Oratorem eandem sententiam: sed non probat hoc quod asserit, ideo dico falsam esse illam opinionem Almain: sed solum commendatur diuino iure Praelatis, quod separent excommunicatos & pernitiosos a comunione aliorum fidelium: vnde quousque segregentur ab ecclesia, non est quis excommunicatus nec priuatus suffragijs ecclesiae. Vnde colligitur, totam excommunicationem esse poenam ecclesiasticam: & postquam ita est, potest ecclesia illam moderari vt voluerit: Vnde potest si voluerit priuare aliquem delinquentem a participatione sacramentorum, & a conuictu humano, vel solum ab altero illorum: vnde concilium Constantiensis potuit restringere poenam illam, nec ibi est maior difficultas: Et iam ille dicitur audire ecclesiam qui operatur secundum ecclesiae leges & ordinationes. Sed quares in quibus tenemur vitare illos excommunicatos, quos tenemur vitare? Ad quod communiter respondent omnes doctores cum hoc versiculo: Os, orare, vale, comunio, mensa negatur: os. i. quod non detur osculum & amplexus pacis, & amicitiae: orare. i. quod non ores cum excommunicato, maxi-

Dubium.

Secunda. 4. quest. 25. art. 1.

me in sacrificijs & diuino officio: vale. i. quod non saluetur excommunicatus ab alijs fidelibus: communio. i. nullus fidelis comunicet in sacramentis cū excommunicatis: mensa. i. nullus vtatur cibo corporali simul cum excōmunicato: & hæc omnia exacte explicantur in textu S. Thomæ, in hoc articulo, vide ibi. Sed circa illud quod diximus, quod non possunt fideles communicare in sacrificijs, & officio diuino cum excōmunicato, oritur dubium: Si quis sit in ecclesia audiens missam, & superuenit excommunicatus, an ille audiens sacrū teneatur recedere ab ecclesia? Ad quod dico prius, quod celebrans sacrum, si sciat ibi esse excommunicatum, si est antequam incipiat canonem, vel iam post canonē, debet tacere, & admonere vt exeat: si autē noluerit, debet recedere: si vero est ante canonem, debet dimittere totum: si autem est iam post canonem, debet ire ad sacrificiam, vel aliū locū occultum, & ibi perficere totum, propter reuerentiam sacrificij: & ista sunt certa. Sed Durandus in. 4. d. 18. q. 4. & 5. mouet dubium de audientibus missam, an etiam teneantur recedere? Et dicit Durandus quod videtur ei quod non, quia illi non communicant cum illo excōmunicato in participatione sacramento: patet, quia quamuis Petrus loquatur cū excōmunicato, & alius audiat eos loquentes in sua præsentia, non communicat cum tali excōmunicato: ergo eadem ratione licet loquatur sacerdos, & agat rem diuinā coram excōmunicato, alij ibi adstantes & audientes sacerdotem loquentē, non communicant cū illo excōmunicato. Vnde Durandus dicit: quod illi adstantes non communicant cum excōmunicato in diuinis: Et per consecutionem, non peccarent illi adstantes per seuerando ibi cum excōmunicato audientes sacrum: vel oporteret ecclesiam determinare quid est communicare cū excōmunicato in diuinis. His tamen non obstantibus dico cum S. Tho. & alijs Theologis, quod adstantes missæ peccant si ibi maneant cū excōmunicato, & ibi manentes participant in diuinis cum excōmunicato: ratio est, quia omnes adstantes sacrificant & offerunt sacrificium: vnde si quis esset extra ecclesiam nō adstantens missæ, esto videret aliquem excōmunicatum in ecclesia, non communicaret cum excōmunicato illo: vnde si excōmunicatus non vult exire, & nec est qui possit eū cōpelle vt exeat, omnes qui sunt præsentibus missæ debent exire & cauere ab excōmunicato. Et ad argumentū Durandi, ex dictis facile est respondere, quod comunicant cū excōmunicato (vt dictū est) quia omnes offerunt, & illud sacrificiū est actio omniū. Est rursus notādū, quod in multis euentis licitū est comunicare cū excōmunicato, etiam nominatim: vt habetur. 11. q. 3. &

prædicta euenta continētur hoc versiculo: Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. Hæc quædoq; faciūt anathema ne possit obesse: vtile. i. propter propriā vtilitatē, verā tamen & nō fictam, ipsius fidelis comunicantis cū excōmunicato: vel propter vtilitatē ipsius excōmunicati, vt. s. consulatur ei vt exeat ab excōmunicatione: & non solū licet comunicare cū excōmunicato ppter necessitates spirituales, sed etiā propter corporales & tēporales: vt si excōmunicatus tibi debeat pecuniam, petere ab illo licet: si pauper est, petere ab excōmunicato elemosynā potest: si æque facile ab alijs inuenire non potest: lex vt inter maritum & vxorē: quia lege matrimonij tenentur coniuges ad mutua obsequia: ideo esto maritus sit excōmunicatus, adhuc potest vxor cū eo comunicare: Sed maior difficultas est si vxor sit excōmunicata, an possit maritus comunicare cū illa? Ad quod Syluest. Couarru. & alij dicunt, quod non, eo quod superior nō debet comunicare cū inferiori excōmunicato, at marit⁹ est superior: ergo &c. Sed credo quod melius & verius est quod dicit Maior: nēpe, quod potest maritus comunicare cum vxore excōmunicata, quia etiā maritus tenetur providere vxori necessaria, à quibus non debetur propterea quod vxor sit excōmunicata. Humile: eia vt serui & filij qui nō sunt emancipati, & extra dominiū patris: nam si iā filij non sunt in dominio patris, nō possunt cum eo, si excōmunicatus est, communicare: nec contra, patri licebit cū filijs excōmunicatis comunicare, si iā non sunt in sua potestate. Res ignorata. i. qui ignorant illū esse excōmunicatū, possunt cū illo comunicare. Necesseitas, vt si pauper est in necessitate, & non habet aliū de elemosynā, potest petere ab excōmunicato: Et contra, si excōmunicatus sit in necessitate notabili, aut extrema, potest petere à diuite, siue diues sit excōmunicatus siue nō. Sed circa illā particulā res ignorata, est difficultas an teneantur fideles vitare occultū excōmunicatū? Ad quod distinguēdū est: dupliciter continget vitare excōmunicatū occultum, vno modo occulte, alio modo publice. Tunc respōdebo aliquibus propositionibus: prior est, omnis fidelis tenetur vitare occultum excōmunicatū in occulto. Hæc probatur: quia ille est vere excōmunicatus: Et tamen scis illū esse excōmunicatū licet alij ignorent, & potes ipsum vitare sine infamia sua: ergo teneris illū vitare, cap. cū non ab homine, de sententia excōmunicationis. Sed maior difficultas est, an teneantur fideles vitare occultū excōmunicatū, in publico? Et arguo in hūc modū à parte affirmatiua, quia si occultus excōmunicatus non debeat vitari in publico, esset ppter hoc ne diffametur, sed tunc licet illū excōmunicatū diffamare: ergo omnes fideles debent cum

Secūda. 4. quest. 25. art. 1. fo. 347.

vitare: Minor probatur ex processu euangeliij Matth. 18. vbi habetur: quod quātūcūq; peccatū sit occultū, si delinquens admonitus est, debet ille qui scit illū perseverare in peccato, dicere ecclesiæ: & debet eius peccatū in publico proflare: Si peccauerit in te (inquit euangeliū) frater tu⁹. i. in occulto, te sciēte corripe eū &c. Si te non audierit &c. dic ecclesiæ &c. Et in materia de correptione fraterna dicemus, quod prælati tunc debent illū, postq; admonitus fuerit etiā per testes, publice diffamare, vt spiritus saluus fiat in die domini: & ideo excōmunicat & diffamat, vt respiscat cōmotus illa infamia: ergo tenemur illū vitare in publico. Ad hoc dubiū respondēt Panor. Henricus, Feli. in cap. cū non ab homine, de sententia excōmunicationis: quod tenetur quicunq; fidelis vitare etiā in publico illū excōmunicatū, quem potest probare esse excōmunicatū: Ratio sua est: quia ille excōmunicatus non est occultus: Oppositū asserit Innocentius cap. inquisitioni, de sententia excōmunicationis: quæ ibi sequuntur multi alij, existimantes excōmunicatū non esse publice vitandū, nisi sit notorie excōmunicatus: Huius sententiæ est Durandus in. 4. d. 18. q. 5. & Palu. ibi. q. 6. vnde ex prædictis doctorib⁹ priores dicūt: quod si fidelis potest probare præfatū occulte excōmunicatū, esse excōmunicatum, tenetur eū vitare etiā publice, quia iā tunc non est occultus excōmunicatus: si autē non potest probare illū esse excōmunicatū, non debet illū in publico vitare, quia superiores non agent contra illū, si non probatur excōmunicatus. Alij vero, vt Innocentius & multi alij iureconsulti dicunt, nullū excōmunicatū ante denūtiationē esse publice vitandū, nisi sit manifeste excōmunicatus: Et huic sententiæ subscribo, quia hæc est cōmunis sententia Theologorū. Paluda. in. 4. d. 18. q. 6. Durandus ibidē. q. 5. Syluest. verbo excōmunicatio. 5. & probatur, quia ecclesia noluit grauare aliquē his oneribus, nēpe quod teneatur fidelis adducere testes in publicū, vt publice teneatur excōmunicatū vitare: Et ad argumentū in oppositū facile respōdetur, quod oportet seruare processū euangeliij quousq; ecclesia manifestet: vnde ex prædictis colligitur, Episcopum nō posse licite comunicare cū excōmunicato. etiam à se ipso, ante formale absolutionē ab excōmunicatione: & si oppositū fecerit, pœna minoris excōmunicationis vt alij multabit: tex. & doctores in cap. cū desideres, de sententia excōmunicationis. Papa vero, licet etiā ex certa scientia comunicādo cū excōmunicato, pœnā aliquā (cū sit supra ius) icurrere nō possit: ipsū tamē excōmunicatū ob id non absoluit, nisi expræsse dixerit, & voluerit per talē communicationē eū excōmunicatū haberi, p absolute, quod Episcopus non potest, quia tene-

tur seruare formā absoluendi ab excōmunicatione iure taxatā. Credo tamen, quod si Episcopus absoluat illū excōmunicatū, non seruando iuris formā, quod & si male faciat præmittendo iuris formā, est tamen excōmunicatus vere absolutus, & deinceps poterit Episcopus cū illo comunicare. Colligitur secūdo, quod ad euitandū excōmunicatū, sufficit sola fama publica ante denūtiationē: itaq; diffamatus cōmuniter de excōmunicatione, vitandus est, q̄ primū scitur sic esse diffamatū, quousq; purgetur in iudicio, cap. cū desideres. De sententia excōmunicationis, in. 2. p. tex. & cap. de clerico excōmunicato ministrante. Sed aliud dubiū est, an ipse excōmunicatus occultus teneatur alios fideles vitare in publico: Et arguitur à parte affirmatiua, Episcopus aut superior possit illū proderi in publicū, seruato processū correptionis fraternæ, cū ob id excōmunicetur, vt cōmotus illa pœna respiscat. Vide tur ergo, quod tenetur ipse excōmunicatus in publico abstinere ab alijs fidelibus: Et per consecutionē, quod nō possit celebrare in die festo, aut comunicare publice tēpore Paschali cū alijs: Sed his non obstantibus respōdetur ad hoc, & sit prima propositio: Occulte excōmunicatus in occulto tenetur abstinere à cōmunionem aliorū. i. quousq; sine infamia potest cauere à cōmunionem aliorū, tenetur id efficere. Hæc est manifesta, & cōmuniter recepta: Sed an in publico teneatur occulte excōmunicatus cauere à cōmunionem aliorū, respōdet Syluester in sūma, verbo, excōmunicatio. 3. q. 5. quod quantūcūq; sit occulte excōmunicatus, tenetur alios vitare etiā in publico, nec potest accedere ad sacramenta: & si accedat, aut celebret, erit irregularis, si est sacerdos & celebret: probat: quia habet præceptū superioris quod vitet alios fideles: ergo teneat illud seruare: vnde colligitur, quod si occulte percussit clericū enormiter, tenetur publice vitare omnes alios fideles, nec infamia excusat ipsum, cū hoc pueniat ex culpa sua, & iudex potest eū cogere ad hoc: ergo ipse excōmunicatus tenetur parere iudici imperati. Adducit ad cōfirmandū hoc, illud quod habetur Leui. 4. 6. & 7. nēpe præcipitur in prædictis locis, quod peccās scienter & ex malicia, offerat arietē: & sacerdos peccans ex ignorantia, offerat vitulū &c. Ad quæ sacrificia tenebatur etiā si sequeretur infamia: ergo etiā quāuis sequatur infamia, tenetur occulte excōmunicatus à cōmunionem aliorū abstinere: & infamia imputetur ipsi delinquēti, cū ipse incipiat se diffamare quādo deliquit. Eiusdē sententiæ est Couarru. in relectio. super cap. Alma mater. §. 2. quo ad participationē sacramentorū, & quo ad sacrificiū missæ. Quo ad ista. n. ait, quātūcūq; excōmunicatus sit occultus, tenetur abstinere à cōmunicationem eorū, esto inde sequatur

infamia & scandalum: probat, quia excommunicatus (inquit) ipso iure priuatur participatione sacrificiorum, & sacramentorum: ergo quantumcumque sequatur infamia, tenetur abstinere à prædicta cõmunionem. In alijs autem temporalibus dicit, quòd propter scandalum & infamiam vitandam, poterit occulte excommunicatus cõmunicare cū fidelibus alijs. His autem non obstantibus supplementum dicit, quòd ille occulte excommunicatus non tenetur se prode, & in publico cum infamia abstinere à cõmunionem aliorum, etiam in sacrificijs, & sacramentis: Et probatur, quia non est intentio ecclesie, quòd peccata occulta reuelentur antequam fiat processus euangelicus, i. antequam admoneatur: sed cū iam ille esset admonitus iuxta euangeliū, tunc posset prælatus excommunicare publice & non antea: quando autem excommunicatio est à iure, credo non esse ecclesie intentionem, quòd reuelentur occultum peccatum. Et probatur hoc, quia ecclesia nõ præcipit huic quòd se infamet: ergo non tenetur ubi sequitur infamia abstinere à cõmunionem aliorum: ergo non tenetur in publico vitare alios, quia tunc sequitur infamia. Secundo ipse Syluest. cum S. Th. & cum alijs cõmuniter dicit: q̄ si quis videt occulte excommunicatum in ecclesia, debet si potest exire, sine nota illius excommunicati: Bene sequitur: alij tenentur seruare famam illius excommunicati: ergo etiam ipse tenetur, vel ad minus licitum est ipsi excommunicato, propriam famam indennem conseruare. Vnde colligitur, q̄ si nõ posset cessare à sacro peragendo, vel recipiendo sacramento, nisi se diffamando, posset & sacrum agere, & sacramentum recipere: & credo quòd hoc intendit ecclesia. Tertio, ecclesia præcipit cap. inquisitionis, de accusationibus, quòd nullus reuellet peccatum occultum, nisi præcesserit infamia: ergo non intendit quòd ille occulte excommunicatus se infamet. Postremo arguo in hunc modum, quotiescūq; sunt duo præcepta incompatibilia, sed ambo simul occurrunt, maius est seruandum: at in nostro euentu sic occurrunt simul, præceptum de abstinentia à cõmunionem fidelium, & præceptum de non scandalizãdo: sed præceptum de non scandalizãdo est maius: ergo illud potius est seruandum. Et ad argumenta Maioris dico prius, ad primum: quòd non disputamus nunc an Iudex possit hoc facere, sed dicimus quòd hætenus de facto non fecit. Et ad secundum dico, quòd Deus est dominus vitæ & mortis, & de facto fecit: quia sic efficere potuit in pœnam delinquentis.

Artic. secundus.

Vtrum participans excommunicato sit excommunicatus?



AD SECUNDVM sic proceditur: videtur quòd participans excommunicato non sit excommunicatus. Plus enim separatus est ab ecclesia gentilis quàm excommunicatus: sed ille qui participat gentili aut Iudæo non est excommunicatus: ergo nec ille qui participat excommunicato Christiano. **PRÆTEREA** si ille qui participat excommunicato est excommunicatus, eadem ratione qui participat participantem erit excommunicatus, & sic in infinitum procedet: quòd videtur absurdum: ergo non est excommunicatus qui excommunicato participat. **SED CONTRA** est, quòd excommunicatus est positus extra cõmunionem: ergo qui excommunicat, à cõmunionem ecclesie recedit, & sic videtur quòd sit excommunicatus. **RESPONDEO** dicendum, quòd excommunicatio potest in alium ferri dupliciter: aut ita quòd ipse sit excommunicatus cū omnibus ei participantibus, & tunc nõ est dubium quòd quicūq; participat ei, est excommunicatus maiori excommunicatione. Aut est excommunicatus simpliciter: & tunc aut participat aliquis in crimine ei præbendo consiliū, auxiliū, aut fauorē: & sic necrum est excommunicatus maiori excommunicatione: aut in alijs, sicut in verbo, vel osculo, vel in mensa: & sic est excommunicatus minori excommunicatione. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quòd ecclesia non ita intendit corrigere infideles, sicut fideles quorum cura sibi incumbit: & ideo non ardet à cõmunionem infidelium, sicut à cõmunionem fidelium illorum quos excommunicat, super quos habet aliquam potestatem. **AD SECUNDVM** dicendum, quòd excommunicato minori excommunicatione licet cõmunicare, & sic excommunicatio non transit in tertiam personam.

IN

IN HOC articulo respondet S. Th. cū vna distinctione trimebri, & tribus cõclusionibus, vt habes in litera, vide ibi. Sed est aduertendum quòd ex his quæ diuus Thom. dicit in hoc articulo, colligitur quòd quicūq; participat cū excommunicato maiori excommunicatione, siue participet in spiritualibus (vt in sacramentis & sacrificijs) siue in corporalibus & humanis, est excommunicatus maiori vel minori excommunicatione: si tamen cõmunicet cū excommunicato citra casus cõcessos à iure: vnde postquã superius vidimus quid erat excommunicatio maior, videndum est quid sit excommunicatio minor: Vnde dico quòd excommunicatio minor est pœna: & cū omne malum pœne sit priuatio boni, excommunicatio minor priuat cõmunionem: Et si dicas, quæ cõmunicatio est illa? dico quòd est passiva cõmunicatio, aut participatio sacramentorum: Priuatur nẽpe excommunicatus minori excommunicatione, ne recipere possit aliquod sacramentum: in alijs autem omnibus occurrentibus in vita humana, potest excommunicatus minori excommunicatione, cū alijs fidelibus cõmunicare, etiã audiendo sacrum, & alia diuina. Et in hoc conueniunt communiter Theologi: & habetur cap. si celebrat, de clerico excoi. ministrante: vbi textus sic habet: excommunicatus minori excommunicatione peccat, conferendo ecclesiastica sacramenta: sed ab eo collata virtutis non carent effectu, cū non videatur à collatione, sed participatione sacramentorum, quæ in sola consistit perceptione, remotus. Hæc textus: Sed hæstabis etiã, an excommunicatus minori excommunicatione, priuet etiã actiua participatione sacramentorum, i. an possit licite excommunicatus minori excommunicatione conferre sacramenta: vel an etiã sit priuatus à collatione sacramentorum, sicut est priuatus à receptione? Ad quod dico, q̄ est diuersitas & cõtrouersia in dictis doctorum. nã diuus Th. super. q. 23. art. 1. solū dicit: q̄ excoicatus minori excommunicatione, priuat participatione sacramentorum: & non explicat amplius, si intelligatur à passiva, vel si intelligatur ab actiua, vel si ab vtraq;. Et in hac quæstione arti. 1. dicit, quòd excommunicato minori excommunicatione, non licet sacramenta cõferre. Caietanus autem in sua sũma dicit, quòd excommunicatio minor solū priuat à passiva participatione sacramentorum, ita quòd excommunicatus minori excommunicatione non potest recipere aliquod sacramentum: & paulò inferius dicit, q̄ peccat mortaliter, & cõmittit sacrilegiū, si se ingerat ad recipiendum sacramenta: Vnde ex his duobus dictis videtur intentio Caietani esse quòd excommunicatus minori excommunicatione, solū tenetur abstinere à sũptione sacramentorum, ita q̄ non est ei prohibitum conferre

sacramenta: facit ad hoc prædictum cap. si celebrat, vbi supra, vbi dicuntur multa quæ nõ videtur cohærere. Primum dictum est, si excommunicatus minori excommunicatione celebret, grauius peccat: sed nõ propterea est irregularis. Secundum dictum est, si prædictus excommunicatus conferat sacramenta, peccat grauius. Tertium dictum est, illa sacramenta collata ab illo excommunicato, non carent virtutis effectu, sed valida sunt. Quartum dictum est, ille prædictus excommunicatus minori excommunicatione non perdit iurisdictionem, etiã apud scietes illum esse excommunicatum. Quintum dictum est, in quo videtur textus ipse sibi contradicere, Prædictus excommunicatus minori excommunicatione, non est priuatus collatione sacramentorum, sed dicitur participatio: Et prius dixerat textus, q̄ peccat ministrando sacramenta, in quibus videtur sibi cõtradicere. Vnde ex præfato cap. omnes Theologi communiter, vt Adria. in. 4. q. 3. de clauibus: Paludan. in. 4. d. 18. q. 6. Maior. d. 18. q. 6. Syluest. in verbo excommunicatio. 4. §. 1. dicunt, quòd excommunicatus minori excommunicatione peccat, conferendo aliquod sacramentum: In textu autem habetur quidẽ, quòd peccat prædictus excommunicatus: sed nõ habetur quòd peccat mortaliter vel venialiter, sed quòd si prædictus excommunicatus minore excommunicatione ministrat aliquod sacramentum, peccat grauius: & ita tenendum est, postquã textus illud dicit manifeste. Sed dubium est an peccet mortaliter? Ad quod Syluest. vbi supra, respondet affirmatiue, nẽpe præfatum excommunicatum peccare mortaliter ministrando aliquod sacramentum, sed nõ pbat: Sed secundum dicta Caietani non peccat mortaliter: probatur, q̄ Caietanus dicit, quòd ille solū priuatur passiva participatione sacramentorum: Tunc arguitur in hunc modum: Si ille excommunicatus minori excommunicatione peccat mortaliter conferendo sacramentum: ergo æquè priuatur actiua participatione sacramentorum sicut passiva: quia non priuatur passiva participatione sacramentorum taliter, quòd non teneat sacramentum ab illo susceptum: cū etiã de excommunicato maiori excommunicatione dicat Caie. quòd si sumat sacramentum erit verum sacramentum: ergo lōge melius erit verum sacramentum susceptum ab excommunicato minori excommunicatione: Si ergo ille prædictus excommunicatus minori excommunicatione peccat mortifere conferendo sacramentum, æqualiter est priuatus actiua participatione sacramentorum, sicut & passiva: At secundum Caietanum ille priuatur sola passiva participatione sacramentorum, ergo solum peccat mortaliter secundum Caietanum recipiendo sacramentum, & non cõferendo: Vnde ego dico sententiam Caietani esse veram, nẽpe q̄ excommunicatus minori excommunicatione nõ peccat mortaliter.

ter, conferendo sacramentū aliquod, sed solū recipiēdo: Probat̄ hęc nostra sētētia ex verbis illius cap. si celebret, quæ sunt hęc: Cū nō videatur à collatione, sed participatione sacramentorū, quæ in sola consistit perceptione, remotus: Si ergo peccaret mortaliter conferendo, æqualiter priuaretur à collatione, sicut à receptione: & tamen prædictū caput dicit: q̄ non æque priuatur à collatione sicut à participatione: Et si dicas cōtra, quia cap. prædictū dicit, quod grauius peccat prædictus excōmunicatus minori excōmunicatione, conferēdo aliquod sacramētū: ergo etiā est priuatus collatione sacramentorū: Nego consequentiā cōcesso antecedente: sed cap. prædictū vult dicere, quod ille peccat conferēs sacramenta, non quia ab illa collatione priuatur per ecclesiā, sed quia facit aliquāle iniuriā sacramento, cū indecētia & cū irreuerētia: nepe q̄a indispositus accedit ad cōferendū. & tractandū sanctū sacramētū, cū ministrat illud cū illo impedimento, ita quod ex natura rei nascitur quædā irreuerētia, eo quod excōmunicatus, minore excōmunicatione, indecenter & irreuerēter administret sacramētū sanctum: vnde solū peccat venialiter sic administrando sacramētū: & multi doctores dicūt q̄ nō peccat, sed intelligēdi sunt q̄ non peccat propter præceptū ecclesiæ, quia nullū tale est respectu collationis sacramēti: Ex quibus ōnibus colligitur q̄ non peccat mortaliter, conferēdo sacramētū quod ipse nō debet sumere: Si autē ageret sacrū, peccat mortaliter, quia debet sumere sacramētū, & qua sumit sacramētū mortaliter peccat. Sed est alia difficultas, Postquā diximus q̄ excōmunicatus minori excōmunicatione priuatur ab ecclesia, ne recipiat sacramētū aliquod p̄sue, an si recipiat sit verū sacramētū: vt si sacramētāliter absoluat an sit vere absolutus? Ad quod Syluef. vbi supra dicit, q̄ ille tenetur rursus confiteri, vel in genere, vel in specie: Sed cōtra, quia vel ille ē vere absolutus, vel non: si fuit vere absolutus, fuit verū sacramētū, & nō tenetur nec in genere, nec in specie rursus confiteri: Si autē non fuit vere absolutus, tenetur iterū cōfiteri proprie in specie: ergo nō sufficiēter respōdet Syluef. Palud. aut in. 4. d. 18. q. 6. dicit, q̄ prædictus excōmunicatus, si sic manens excōmunicatus absoluat, debet iterū cōfiteri: sed non declarat an teneatur rursus cōfiteri sub præcepto confessionis: idē etiā nō sufficiēter explicat an teneatur rursus cōfiteri nec ne. Idē ego dico, q̄ si ille excōmunicatus minori excōmunicatione suscipiat sacramētū p̄nitentiæ, nepe cōfiteatur & absoluat, recipit verū sacramētū. i. propter minorē excōmunicationē nō impeditur quin sit verū sacramētū, peccat tñ mortaliter recipiēdo ob ecclesiæ præceptū: dixi, q̄ propter minorē excōmunicationē nō impedi-

tur quin sit verū sacramētū, quia si nō cōfiteatur fictionē, dimidiaret cōfessionē, & poneret obicē peccati mortalis, & nō esset verū sacramētū: & hoc videtur mihi probabilius, quamuis oppositū sit probabile, quia posset dicere quī vellet tenere oppositū, sicut diximus de excōmunicato maiori excōmunicatione, q̄ est priuatus subiectione, ita quod nullus citra Papā habet iurisdictionē super illū, in foro p̄nitentiā, antequā absoluat ab illa minori excōmunicatione, sicut etiā à maiori. Sed mihi magis placet primū quod dixi: quia cap. illud, si celebrat, dicit: quod excōmunicat⁹ minori excōmunicatione nō perdit iurisdictionē: ergo ille subditus, nō desinit esse subdit⁹, propter minorē excōmunicationē: vnde sicut ecclesia nō priuat sacerdotē excōmunicatū maiore excōmunicatione, collatione sacramentorū (vt diximus) ita nec irritat sacramētū sumptū ab excōmunicato minori excōmunicatione: vnde colligitur, quod in his consistit excōmunicatio minor, nepe quod priuat directe ipsū excōmunicatū p̄sua participatione sacramentorū, & his ōnibus quæ ad sacramentorū susceptiōnē ordinatur, sicuti est electio: idē excōmunicatus minori excōmunicatione, nō potest eligi in prælatū p̄sue, licet possit eligere actiue, cap. si celebrat, de clerico excōmunicato ministrare. Sed quæres, quis potest absolue- re à minori excōmunicatione? Ad quod dico ex cōsensu ōnīū doctorū, quod ōnis sacerdos qui potest absolue- re illū excōmunicatū à peccatis mortalibus, aut posset si nō esset excōmunicatus, potest eundē absolue- re à minori excōmunicatione, & solus ille ex officio ordinario. Secūdo dico, quod ex cōmissione Diaconus, & quicūq; simplex sacerdos, possēt à minori excōmunicatione absolue- re: quia minor excōmunicatio sicut maior, est p̄na & nō culpa. Sed maior difficultas est, an existens in minori excōmunicatione, possit absolue- re alium à minori excōmunicatione? Ad quod responde- tur affirmatiue, nepe quod potest: prius, quia illa absolutio nō est sacramentalis. Secūdo, in cap. duobus de sentētia excōmunicationis expressē dicitur: quod duo excōmunicati minori excōmunicatione, possūt mutuo se absolue- re à minori excōmunicatione, antequā absoluantur ab alijs peccatis: Et hęc est sentētia Panor. in prædicto cap. Sed rursus est aliud dubium, an participās cū excōmunicato maiori excōmunicatione, in aliquo euētū incurrat solum ob illā participationē maiorē excōmunicationē? Ad quod dico tres esse casus, in quibus participās cū prædicto excōmunicato incurrit maiorē excōmunicationē. Primus est: quādo q̄s participat cū excōmunicato in eodē crimine propter quod est excōmunicatus, si illa participatio in illo crimine sit post latā excōmunicationē prædictā: veluti si quis sit cōcubinarius & excōmu-

nunicatus

nunicatus fuit propter cōcubinātū: si iterū post latā illam excōmunicationē concubina persistat cū illo, est etiā excōmunicata maiori excōmunicatione: ipso iure. Secūdo casus est, si aliquis est excōmunicatus nominatim via iuridica, ab ipso met̄ sumo pontifice, tūc si aliquis clericus admittit eū ad officia diuina, est excōmunicatus maiori excōmunicatione: alij autem non clerici, non incurrūt maiorē excōmunicationē, prædictos excōmunicatos recipiēdo, aut cū ipsis cōmunicādo in diuinis officijs, iure sic disponēte. Tertius casus est, quādo est lata sētētia contra participātes cū excōmunicato: tales participātes sūt excōmunicati maiori excōmunicatione. Sed circa hūc tertii casū sunt duo dubia, primū est quomodo debet fieri hęc excōmunicatio cōtra participātes, an debeāt prius admoneri nominatim ne participēt cū illo excōmunicato, vel an sat sit generaliter ferri sētētia excōmunicationis in illos participātes cū illo excōmunicato? Ad quod dicendū est, verā opinionē esse, prædictos participātes non posse excōmunicari, nisi prius admoneātur nominatim. Hoc expressē habetur in cap. cōstitutionē, libro. 6. de sentētia excōmunicationis: & idē dicit ibidē glosa & addit, quod aliās nullius roboris erit illa sētētia excōmunicationis: vnde literæ quæ dantur cōtra cōmunicātes generaliter, nō admōnēdo prius illos, nō ligāt illos excōmunicatione maiori, iure sic disponēte. Secūdo dubiū est, an Episcopus Conimbricēsis possit excōmunicare participātes cū suo subdito, ab eodē Episcopo excōmunicato, in alio Episcopatu, nepe Lamacēsi: quia notū est quod potest excōmunicare participātes cū excōmunicato in suo episcopatu: Ad quod dico quod nō, quia Episcopus non potest excōmunicare non sibi subditos maiori excōmunicatione, eo quia participātes cū excōmunicato: probatur, quia oportet quod excōmunicandi, prius admoneantur: & Episcopus vnus diocesis non potest monere subditos alterius Episcopi: ergo &c. Tenentur igitur ōnes fideles totius orbis vitare excōmunicatū maiori excōmunicatione, non propter mādātū Episcopi excōmunicantis, sed de iure diuino (vt supra diximus) Excōmunicatū autē minori excōmunicatione, nullus alius tenetur vitare, nisi soli illi qui habent administrare sacramenta, tenentur non cōmunicare illis, dando sacramētū aliquod: quia ipse excōmunicat⁹ non potest licite sacramētū recipere: & electores tenentur non eligere prædictū excōmunicatū minori excōmunicatione, quia est incapax vt eligatur: & cōmunicātes cū excōmunicato minori excōmunicatione, nō incurrunt aliā minorē excōmunicationē: vnde cōmune dictū est, excōmunicationē nō transire in tertiā personā. Adnotandū rursus hic

est, iure antiquo cautū esse, non esse ab aliquo fidei audienda missarum solēnia, cū celebrantur à præbyteris fornicarijs notorie, cap. nullus, cap. præter. 32. dist. nec iterum sacramentum p̄nitentiæ accipere ab eisdem: Sed hodie propter extrauagantem concilij Cōstantiensis supra citatam, solum est verū, quando hic notorie fornicarius fuerit denunciatus, vel in aliquo alio casu excepto, in dictis concilij Cōstantiensis &c.

Articulus tertius.

Vtrum participare cum excōmunicato in casibus non cōcessis semper sit peccatū mortale?



AD TERTIVM sic proceditur: Videtur quod participare cum excōmunicato in casibus non concessis semper sit peccatū mortale, quia Decret. quadam respōdet, quod propter metū mortis non debet aliquis excōmunicato cōmunicare: quia aliquis debet prius subire mortē, quā mortaliter peccet: sed hęc ratio nulla esset nisi participare cum excōmunicato esset peccatū mortale: ergo &c.

PRAETEREA, facere contra præceptum ecclesiæ est peccatū mortale: sed ecclesiā præcipit, quod excōmunicato nullus cōmunicet: ergo participare cum excōmunicato est peccatū mortale.

PRAETEREA, nullus arceatur à perceptione eucharistiæ pro peccato veniali: sed ille qui participat excōmunicato in casibus non concessis, arceatur à perceptione eucharistiæ, quia incurrit minorē excōmunicationē: ergo participans excōmunicato in casibus non concessis peccat mortaliter.

PRAETEREA, nullus debet excōmunicari maiori excōmunicatione, nisi pro peccato mortali: sed aliquis secundum iura potest excōmunicari maiori excōmunicatione, propter hoc quod excōmunicato participat: ergo excōmunicato participare est peccatū mortale.

§ ED

Secunda. 4. quest. 25. art. 3.

SED CONTRA, à peccato mortali nullus potest absolueri nisi super eū habeat iurisdictionē: sed potest absolueri à participatione cum excommunicatis quilibet sacerdos: ergo non est peccatum mortale.

PRÆTEREA, pro mensura peccati debet esse penitentiæ modus: sed pro participatione excommunicationis, secundum communem consuetudinem, non imponitur pœna debita mortali peccato, sed magis debita veniali: ergo non est peccatum mortale.

RESPONDEO dicendū, quod quidam dicunt quod quamlocumq; aliquis participat excommunicato, vel verbo, vel quocumq; dictorū modo, secundū quos ei cōmunicare non licet, peccat mortaliter, nisi in casibus exceptis à iure: Sed quia hoc videtur valde graue, quod homo pro vno verbo leui quo excommunicatum alloquitur, mortaliter peccet: & multis excommunicantes laqueum iniicerent quod in eos retorqueretur: ideo alijs probabilius videtur quod non semper peccat mortaliter, sed solū quando in crimine sibi participat, vel in diuinis, vel in contemptum ecclesiæ.

AD PRIMVM Merito dicendū, quod Decret. illud loquitur de participatione in diuinis. Vel dicendū est, quod similis ratio est de peccato mortali & de veniali, quantum ad hoc, quod sicut peccatum mortale non potest bene fieri, ita nec veniale: & ideo sicut homo debet prius sustinere mortem quam peccet mortaliter, ita etiam quam peccet venialiter illo modo debiti quo debet venialia vitare.

AD SECVNDVM dicendū, quod præceptū ecclesiæ directe respicit spiritualia, & ex consequenti legitimos actus: & ideo qui communicat eis in diuinis, facit contra præceptū, & mortaliter peccat: qui autem participat eis in alijs, facit præter præceptū, & mortaliter non peccat.

AD TERTIVM dicendū, quod aliquis etiā sine aliqua culpa quandoq; ab eucharistia arctatur, sicut patet in suspensis vel interdicitis: Quia tales pœnae quandoq; alicui pro culpa alterius qui in eis punitur, inferuntur.

AD QVARTVM dicendum, quod quā-

uis participare excommunicato sit peccatum veniale, tamen participare pertinaciter est peccatum mortale, & per hoc potest aliquis excommunicari secundum iura.

AD quæsitum in hoc articulo tertio respondet diuus Tho. duabus propositionibus, quarū prior est: cōmunicans cū excommunicato maiori excommunicatione in diuinis officijs, aut in sacrificijs, peccat mortifere: veluti ille qui cum excommunicato conuenit ad publicas præces: vt ad præces horarias, vel ad sacriū, peccat mortaliter: ratio est: quia agit ille contra præceptū ecclesiæ, quo adstringitur quilibet Christianus, ad euitandū excommunicatū in prædictis rebus diuinis: ergo cōmunicans cū illo in illis diuinis peccat mortaliter. Secūda conclusio est: cōmunicare cum excommunicato in humanis & temporalibus, secluso contēptu ecclesiæ, aut scandalo, solum est peccatum veniale. ratio est, quia non agit contra præceptum, sed præter præceptum: quia ecclesiā prohibet directe solum actus qui sunt contra ipsa ritualia, in quibus infertur aliqua irreuerentia rebus diuinis: communicationem autem in temporalibus non prohibet directe, sed excōsequenti, & ideo communicatio in temporalibus est præter præceptū. Secundam conclusionem scribit etiam Adria. sed cum timore, & magnis limitationibus, nempe quod cōmunicans cum excommunicato, communicet paruo tempore: Et Durā, dicit, quod hæc conclusio est vera, si cōmunicans cum excommunicato non communicet effrenate. Diuus autem Tho. absolute scripsit prædictam conclusionē hic, vt habes in litera, & quolibeto. 11. ar. 9. & probat eam S. Tho. & Durandus ex S. Tho. quia duplex est participatio Christianorum: altera quæ est propria Christianorum, quatenus sunt Christiani, vt communicatio in rebus diuinis vt dictū est: Altera est, quæ est communis hominibus qua homines sunt, vt communicatio in temporalibus & humanis actibus: Ecclesiā igitur directe prohibet solum communionem ecclesiasticā quæ est directe Christianorum: & quicumq; in illis rebus diuinis & ecclesiasticis communicat cum excommunicato, directe agit contra præceptum ecclesiæ: Indirecte autem ecclesiā prohibet communicationem cum excommunicato, in temporalibus humanis: ideo qui in illis cōmunicat cum excommunicato non peccat mortaliter. Et in hac conclusione conueniunt grauiores doctores. Dixi tamen in cōclusionē, sine contēptu ecclesiæ, quia si quis tam mode rate cōmunicaret cū aliquo excommunicato, vel excommunicatis ac si non esset excommunicati, videret cōtēptor ecclesiæ, & peccaret

Secūda. 4. quest. 25. art. 3. fo. 350.

caret mortaliter: Si autem ex timore, vel ex verecundia communicet quis cum excommunicatis, in actibus humanis temporalibus, nepe salutando aliquando, vel prandendo cum eo, non peccat mortaliter. Secūdo probatur prædicta secūda cōclusio, quia in primitiua ecclesiā videntur excommunicati solū priuari diuinis rebus, nepe officijs ecclesiasticis & sacrificijs: Notauit ad hoc ex Tertulliano in appologetico suo, cap. 39. loquens de conuentibus Christianorū: quomodo. f. conueniebant, & ait: si quis ita deliquerit, vt à cōmunionē orationis & conuentus, & omnis sancti cōmercij relegatur, præsidem & probatos seniores honoret: Vbi vides Tertullianū non dixisse excommunicatū esse relegandū à conuictu humano sed tantū à cōmunionē orationis, & sancti cōmercij: ergo in primitiua ecclesiā solum excommunicabantur homines delinquentes per hoc, quod priuabantur diuinis rebus, nepe cōmunibus præcibus, & sacrificijs & sacramentis. Sed contra est celebre illud cap. sacris, de his quæ vi metusve causa fiunt: vbi dicitur, & nullus excusatur quocūq; metu, vt licite participet cū excommunicato: Et redditur ratio, quia nullo metu licet alicui mortaliter peccare: ergo participans cū excommunicato, in quocūq; actu participet, semper peccat mortaliter, esto participet in actibus pure temporalibus humanis. Propter prædictum cap. oriuntur duo dubia, primū est: an omnis cōmunicans cum excommunicato semper peccet mortifere? Alterū & maius dubiū est, quomodo intelligitur & metus non excuset? an igitur metus mortis, vel metus cadens in conitanti virū, excuset fidelē ab hoc peccato cōmunicatiōis cū excommunicato? Ad primū ergo dubium, nempe an semper sit peccatum mortale cōmunicare cum excommunicato, & à parte affirmatiua arguitur: quia prædictum caput, a cris, illud videtur asserere: verba eius sunt. Distinguius autē, vtrum is qui cōmunicat excommunicatis inuitus, sit per coactionem adstrictus, aut per metū inductus: In primo casu illum adstrictum per coactionē, non credimus excōmunicatione teneri, cū magis pati quam agere videatur: In secundo autem casu, licet metus attenuet culpā, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatū incurrere, excōmunicationis labe credimus inquirari: ergo semper peccat ille cōmunicans excommunicato mortaliter. Ideo ad prædictū cap. respondet S. Th. hic ad primū argumentū, quod debet intelligi de cōmunicatione in diuinis, quia illa cōmunicatio est peccatū mortale. Secūdo dicit, quod potest intelligi cōmuniter de quacūq; cōmunionē, siue in diuinis, siue in humanis: Et ratio illius textus in omnibus cōmunicationibus currit: quia potius debet quis pati mor-

tē, quam peccare etiam venialiter: Nec metus aliquis excusat à cōmunicatione cum excommunicato, si illa cōmunicatio est peccatum: quia quantum ad hoc, idem est iudiciū de peccato mortali & veniali: & licet cōmunicando cum excommunicato non peccet mortaliter, peccat tamen venialiter: vnde semper extat ratio prædicti capituli. Et in quoli. 11. ar. 9. ad primum argumentum dicit S. Tho. quod est opinio multorum Decretistarum, quod cōmunicas cum excommunicato, semper peccat mortaliter: Et S. Tho. dicit, quod illud quod dicunt Decretistæ non est verū: ratio inquit est, quia ipsi potius sequuntur humanum ius quam diuinum. Verū est, quod multi iurecōsulti dicunt, quod non semper peccat mortaliter, cōmunicas cum excommunicato. En sententia S. Tho. quoad intellectum illius capituli, sacris. Adrianus autem vbi supra respondet ad prædictū capitulū, sacris, sicut S. Tho. nempe, quod illud capitulum de cōmunicantibus cum excommunicatis, in rebus spiritualibus & diuinis, & si intelligatur in vniuersam de omni cōmunionē, tam in diuinis quam in humanis, quando dicitur in eo capitulo, quod nullo metu debet quis cōmunicare cum excommunicato: dicit tñ q; non adducitur illa ratio, nepe quod nec propter metum debet quis cōmunicare cum excommunicato, ad probandū immediate, quod non licet etiam ratione metus cōmunicare cum excommunicato. Sed adducitur in textu illa ratio, ad probandū quod metus non semper excusat à toto peccato. Probat, quia nullo metu licet peccare mortaliter: ergo non semper metus excusat à toto peccato. Et hæc est sententia Durandi in. 4. d. 18. q. 5. nepe, q; intelligitur prædictū caput, de cōmunicantibus in diuinis, vel in crimine: & certū est quod in crimine nullo modo licet cum alio cōmunicare, nihilominus procedit ratio cap. prædicti: quia illa ratio non asseritur ad probandū determinationē cap. directe, sed ad ostendendū quod metus non sufficiēter excusat: & ita metus non excusat à participatiōe cū excommunicato. Paluda. autē in. 4. d. 18. q. 6. ar. 3. aliter respondet: sed est diuinare, nempe ait, prædictum cap. intelligi, & nullo metu licet cōmunicare cū excommunicato, post admonitionem ecclesiæ: vnde ratio capi. tenet, quod nullo metu licet peccare mortaliter, quia iam peccat mortaliter post admonitionem ecclesiæ, cum iam contemnat ecclesiā. Ioannes autē Maior dicit: quod illud debet intelligi, nempe, quod nullo metu debet quis cōmunicare cum excommunicato, quando illa excommunicatio vertitur in detrimentum clauum, vel fidei: tunc enim est peccatum mortale: Deniq; quantum ad hoc, communis sententia est Theologorū illa quam asserit S. Thom. & eadem est grauiorum iureconsultorum,

Secunda. 4. quest. 25. art. 3.

torū, nepe quod non est peccatū mortale, sed solū veniale circa contēptū, ob timorē cadētē in cōstantē virū, cōmunicare cū excōmunicato, nisi cōmunicatio sit in rebus diuinis, cum contēptu ecclesiæ, vel eius legis, aut in crimine: Et hoc tenendū est, quia in his quæ sunt iuris positivi non debemus restringere, sicut in præceptis diuinis, aut iuris naturæ. Et satis est quod doctores non vulgares, sed magnæ autoritatis hoc asseuerant, & ita intelligunt prædictum capi. sacris, vt non sint scrupuli.

Dubium notabile. SED hæsitabis, an metu mortis, vel metu cadenti in constantē virū, liceat cōmunicare cū excōmunicatis: vt si est Rex, aut Dux, aut ali⁹ vir potens excōmunicatus, qui inuitat aliū si delē ad cōnā, si non vadit occidet eū aut percutiet, vel alijs iniurijs afficiet: an ob illū metū, & vt illē fidelis inuitatus ab excōmunicato, caueat ab illis malis eminentibus, liceat ei cōmunicare cum illo excōmunicato?

Prima cōclusio. AD quod respondebimus aliquibus propositionibus. Prior est, quæcūq; cōmunicatio cū excōmunicato citra diuina, potest ob metum mortis, vel alterius magnæ pœnæ, vt metu flagellorum, licite fieri: Hæc probatur, quia cum ecclesia sit mater pia, & non cōmunicare cum excōmunicato est prohibitum solū iure humano, esset grauissimā tentatio obligare fideles, ad nō communicandum cū excōmunicato, cum tanto periculo & molestia. Secundo, ecclesia causa necessitatis & vtilitatis concedit communicationem cum excōmunicatis: ergo multo magis propter magnum illum timorem, & incommodum quod imminet: nec videtur de hoc esse dubitandum, sed pro certo habendum. Et hoc quod dicimus de communionē in humanis, intelligimus semper citra contēptū, vel fauorem in crimine, vel errore alterius excōmunicati, qui incutit timorem: quia tunc cōmunicare cum excōmunicato, nempe ex contēptu, vel propter hoc vt communicans faueat excōmunicato in suo crimine vel errore, est peccatum mortiferū, quocūq; metu non obstante: vt si princeps cogit aliquem vt comedat carnes in sexta feria, vel in quadragesima, non in contēptum ecclesiæ, sed quia ipse comedit carnes, complacet ei quod alius etiam comedat, licebit tunc fideli alteri comedere carnes cum illo, vt euitet prædictum periculum. Si autem esset hæreticus habens errorem, nempe quod non licet abstinere à carnibus, si cogat aliquem fidelem, vt comedat carnes in fauorem illius erroris, non potest fidelis quantumcūq; coactus licite comedere cum illo incutiente timorem prædictum, esto sit metus mortis, sed potius debet mori quàm carnes comedere. Et idem iudicium est de communicatione cum excōmunicato: Si excōmunicatus inducat fidelem ad præ-

bendum testimonium, quod ecclesia non potest excommunicare, tūc etiam metu mortis, (& esto vere sequatur mors, nisi prædictū ferat testimonium) non licet fideli cum prædicto compellente cōmunicare, aut prædictū ferre testimonium. ¶ Sed grauior difficultas est, an in rebus diuinis liceat cōmunicare eum excōmunicato, ob metum cadentem inconstantem virū: vt si Petrus sacerdos vult celebrare in ecclesia, & venit excōmunicatus: qui cum sit vir magnæ potentie, non vult exire ab ecclesia in qua alius vult celebrare, & interficiet prædictum sacerdotē nisi celebret coram ipso, & ipse excōmunicatus non facit hoc in contēptū fidei aut ecclesiæ, sed quia vult audire missam, & putat quod sit sibi iniuria si alius non celebret in sua præsentia: an in tali euentu liceat illi sacerdoti agere sacrum cum prædicto timore, præsentē prædicto excōmunicato? Ad quod dico, quod de hoc sunt variz opiniones inter doctores. Caietanus enī. 12. q. 96. ar. 4. proponit quæstionē S. Tho. nempe, an leges humanæ obligent in iudicio conscientie: Et circa prædictam quæstionem quærit Caieta. an leges humanæ possint obligare ad sui obseruantiam, cum circumstantia mortis. i. cum timore mortis? vel an Papa saltem possit sic obligare ad obseruantiam suarum legum, etiam timore mortis non obstante, & esto de facto sequatur mors, si lex feruetur? Ad quod respondet Caieta. quod est opinio aliquorum, quod lex humana quantum est ex sua autoritate, non potest obligare ad sui obseruantiam, cum periculo mortis: ratio sua est, quia esset lex tyrannica: veluti si Rex præciperet quod nullus portet arma nocturna, etiam cum periculo mortis: quia si ciues non portent arma, occiderentur: tunc non tenetur ciues seruare illam legem: & idem est iudicium de lege summi pontificis: Et addunt prædicti, quod si aliquando lex humana obligat cum circumstantia mortis, est per accidēs, eo. s. quia coniungitur bonum commune, vel fidei, vel religionis, vt dicebamus: vnde colligunt Papam non posse per se obligare, vt fideles non comedant carnes feria sexta, etiam cū periculo mortis, sed ex circumstantia, nempe quia excōmunicatus est hæreticus, & vult habere fauorem in suo errore, & ad hoc cogit alium vt comedat cum eo carnes in die prohibito: tunc tenetur etiam subire mortem, & non comedere carnes: sed hoc dicunt, non sit autoritate legis, sed propter aliam circumstantiam. Secundo dicit Caieta. quod opposita sententia est probabilior, & simpliciter est vera: nepe quod lex humana potest obligare sub pœna peccati mortalis, et cū circumstantia mortis: probat, quia tantā autoritatē habet solus Rex, quantam habet tota respublica: Et tantā potestatem habet Papa, quantā habet tota ecclesia:

Maiores difficultates.

Secūda. 4. quest. 25. art. 3. fo. 351.

lia: Sed respublica sua autoritate, potest vnū vel plures ciues exponere morti, ob cōmune bonū: & tota ecclesia posset vnū vel plures fideles obligare, sub pœna peccati mortalis, etiam cū periculo mortis: ergo etiā potest obligare rex, & summus pontifex: Quod autem respublica & tota ecclesia possit illud efficere: probat Caieta. ex Arist. in libris politico. vbi ait, hominem plus esse reipublicæ quàm sui ipsius: vnde respublica propria autoritate potest obligare ciues, etiam cum circumstantia mortis. Secundo, quia si periculum mortis excusaret ab obseruatione legis positivæ, etiam excusaret à furto, ita quod timore mortis liceret capere rem alienam inuito domino: Probatur consecutio aut collectio, quia vnde magis excipitur hoc quàm illud, non videtur maior ratio de vno quàm de alio. Tertio, quia omnis potestas ait Paulus, à domino Deo est: ad Ro. 13. siue sit potestas laica, siue spiritalis: Et sequitur in Paulo: qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: & Luc. 10. dicitur qui vos audit, me audit: & ad Hæbre. 13. obedite præpositionis vestris. Tunc conficias argumentationem in hunc modum: sicut Deus potest ponere aliquem actum in genere vitij, vel virtutis, per suum præceptum, ita summus pontifex & rex. At si Deus præciperet quod in quadragesima nullus comedat carnes, comedere illas esset intemperantia etiam cum periculo mortis: ergo etiam modo post præceptum ecclesiæ, etiam cum circumstantia mortis illas comedere, erit intemperantia: Sed Deus de facto obligat homines ad obseruationem suæ legis, etiam cum circumstantia mortis, vt constat de hac lege non meritis: Non. n. licet mentiri, etiam ad vitadā mortem omnium hominum: ergo etiam summus pontifex posset hoc modo obligare ad obseruantiam suæ legis, cum periculo mortis. Vnde potestas habet autoritatē ad omnem euentum. Quarto, celebrare, vel sacrum agere sine candela, aut sine aliqua veste sacra, aut sine ara, etiam cum metu mortis, est peccatum mortale: & non ob aliud nisi quia frangitur ius humanum: ergo ius humanū obligat ad sui obseruantiam, etiam cum timore mortis. Secundo dicit Caieta. quod si aliqua lex humana non obligat ad sui obseruationē cum timore mortis, est ex intentione legislatoris, & non ex defectu autoritatis seu potestatis, nempe est ex bonitate, & benignitate legem ferentis. Et addit Caieta. loquendo de præfato cap. sacris, quod fortē ecclesia non vult obligare ad non communicandum excōmunicato, cum timore cadenti in constantē virū: Et in sua summa dicit, quod in humanis cōmunicare cū excōmunicato non est peccatum mortale. Tertio dicit, quod in rebus diuinis cōmunicare cum excōmunicato,

sine contemptu ecclesiæ, quocūq; metu contingat illa communicatio, esset peccatū mortale: ita quod nullo metu excusaretur ille cōmunicans à peccato mortali, sicut nullo modo excusaretur quis, metu aliquo mortis celebrans cum calice non consecrato, vel sine alijs vestibus sacris, aut sine candela, vel alijs id genus ordinatis ad rem diuinam agendam. Hæc Caieta. Ego autem dico, quod hæc sententia Caieta. est nimium grauis. Secundo dico, quod hic sunt duæ difficultates, altera est de possibili, an. s. ecclesia autoritate & vi suæ potestatis, poterit obligare ad obseruationem suæ legis, etiam cum periculo mortis? Altera difficultas est, an de facto obligauerit subditos ad obseruantiam suæ legis, etiam cū circumstantia mortis? ¶ Et his præmeditatis sit prima propositio. Ecclesia ex vi suæ potestatis, & ex parte suæ autoritatis, potest obligare ad obseruationem suæ legis, etiam cum periculo mortis. Hæc conclusio est Caietani, & aliquorum aliorum, & probatur illis rationibus, quibus probauit Caietanus. ¶ Secunda conclusio est, & si ecclesia possit vi suæ potestatis obligare ad obseruantiam suæ legis, etiam cum periculo mortis sine alia circumstantia de facto, tamen per leges quas hætenus tulit non fecit: vnde dico, quod in illo casu, si vir potens est excōmunicatus, & incutit timorē cadentē inconstantem virū sacerdoti, vt celebret corā illo: poterit sacerdos licite agere sacrum præsentē tali excōmunicato, dummodo timor ille non incutiatur in contēptum ecclesiæ: probatur, quia ecclesia in multis alijs casibus leuioribus concedit, quod possint fideles cōmunicare cum excōmunicato: ergo etiam concedit quando est timor cadens inconstantē virum, cum tunc sit grauius malū. Antecedens probatur: quia ecclesia concedit fidelibus quod cōmunicent cū excōmunicatis generaliter, propter securitatē conscientiarū, vt patet in concilio Constantiensi etiā in rebus diuinis: ergo cū ecclesia propter leuiora quædam concedat fidelibus, quod licite cōmunicent cū excōmunicatis, nulla verisimilitudo est, quod ecclesia velit, quod etiā cum timore mortis non liceat fidelibus cōmunicare cum excōmunicatis, citra quæcūq; contēptū. Et ad cap. sacris, dico cū Adriano & Maire quod intelligit, quod ille cōmunicans cum excōmunicato metu cadenti in constantem virum, tunc solū peccat mortaliter quando prædicta communicatio est in contēptum clauium, vel ecclesiæ.

Prima cōclusio.

Secunda cōclusio.

Quæstio. 26.

De absolutione ab excōicatione.

Dein

DE IN DE considerandū est de absolu-
tione: Circa quod tria queruntur.

PRIMO, Vtrum quilibet sacerdos possit sub-
ditū suū ab excommunicatione absoluere?

SECUNDO, Vtrum aliquis possit inuitus ab
excommunicatione absolui?

TERTIO, Vtrum aliquis possit absolui ab v-
na excommunicatione & non ab alia?

Articu. primus.

Vtrum quilibet sacerdos possit
subditum suum ab excommu-
nicatione absoluere?



D PRIMVM sic procedi-
tur: videtur quod quilibet sa-
cerdos subditum suum possit
ab excommunicatione absoluere.
Maius enim est vinculum peccati quā ex-
communicationis: sed quilibet sacerdos potest su-
um subditum a peccato absoluere: ergo multo
fortius ab excommunicatione.

PRÆTEREA, remota causa remouetur
effectus: sed excommunicationis causa est
peccatum mortale: ergo cum possit quilibet sa-
cerdos a peccato illo mortali absoluere, poterit
ab excommunicatione similiter.

SED CONTRA, eiusdem potestatis est ex-
communicare & excommunicatum absoluere:
sed sacerdotes inferiores non possunt suos
subditos excommunicare: ergo nec absoluere.

RES PONDENDO dicendum, quod a minori
excommunicatione quilibet potest absoluere
qui potest a peccato participationis absoluere:
Si autem est maior, aut est lata a iudice, & sic
ille qui tulit vel eius superior potest absoluere:
vel est lata a iure & tunc Episcopus vel etiam
sacerdos potest absoluere: exceptis sex casi-
bus, quos sibi iurisdicator Papa reseruauit.
Primus est, quando aliquis iniicit manus in
clericum vel religiosum. Secundus est, de il-
lo qui incendit ecclesiam, & est denunciatus.
Tertius est, de illo qui frangit ecclesiam, &

est denunciatus. Quartus est, de illo qui in di-
uinis communicat scienter excommunicatis
nominaliter a Papa. Quintus est, de illo qui
falsificat literas sedis apostolicæ. Sextus, de il-
lo qui excommunicatis in crimine communi-
cat. Non enim debet absolui nisi ab eo qui ex-
communicauit, etiam si non sit eius subditus:
nisi propter difficultatem accedendi ad ipsū
absolueretur ab Episcopo, vel a sacerdote pro-
prio, præstita iuratoria cautione, quod parebit
mandato illius iudicis qui sententiam tulit. A
primo autem casu octo excipiuntur: Primus
est in articulo mortis, in quo a quolibet excom-
municatione potest quis a quolibet sacerdote
absolui. Secundus est, si sit hostiarius alicuius
potentis, & non ex odio vel proposito percussit.
Tertius, si percussus sit mulier. Quartus,
si sit seruus, & dominus lederetur de eius
absentia qui non est in culpa. Quintus, si regu-
laris regularis, nisi sit enormis excessus.
Sextus, si sit pauper. Septimus, si sit impubes,
vel senex, vel valetudinarius. Octauus, si ha-
beat inimicitias capitales. Sunt etiam alij ca-
sus in quibus percussus clericum excommu-
nicationem non incurrit. Primò, si causa disci-
pline, ut Magister vel prælatus percussit.
Secundò, si iocosa leuitate. Tertio, si inuenit
eum turpiter a gentem cum uxore, vel ma-
tre, vel sorore, vel filia. Quarto, si statim vim
vi repellat. Quinto, si ignoret eum esse cleri-
cum. Sexto, si inueniat eum in apostasia post
tertiam a monitionem. Septimò, si transfert
se clericus ad actum penitus contrarium, ut
si fiat miles, vel ad bigamiam transeat.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quid
quamuis vinculum peccati sit maius simpli-
citer quam excommunicatio, tamen quo ad
aliquid vinculum excommunicationis est
maius, in quantum non solum obligat quo ad
Deum, sed etiam in facie ecclesiæ: & ideo in
absoluendo ab excommunicatione requiritur
iurisdictio in exteriori foro, non autem in
absolutione a peccato: nec exigitur cau-
tio iuramenti, sicut exigitur in absolutone
ab excommunicatione: per iuramentum enim
controuersiæ quæ sunt inter homines, terminā-
tur

cur secundum apostolum.

AD SECUNDVM dicendum, quod
cum excommunicatus non sit particeps sacra-
mentorum ecclesiæ, sacerdos non potest absol-
uere excommunicatum a culpa, nisi sit prius
absolutus ab excommunicatione.

AD HOC dubiū propositum in hoc 1.
art. respondēt cōmuniter doctores, du-
plicem esse excommunicationem: alterā
a iure, alteram ab homine: Et excom-
municatio a iure, non solum vocatur illa quæ fer-
tur in corpore iuris, verū etiā omnis illa quæ
est lata per aliquod statutum perpetuū, per
modum legis, siue hoc fiat a summo pontifi-
ce, siue ab Episcopo, in suis synodalibus con-
stitutionibus: Omnis autē alia excommunicatio
dicitur excommunicatio ab homine: veluti si
quis excommunicetur pro furto aut aliqua alia
causa.

*Prima
conclusio.*

HIS præmeditatis est prior conclusio. Om-
nis ille qui excommunicauit, aut tulit le-
gem in qua fert sententiā excommunicatio-
nis, potest absoluere ab illa tali excommuni-
catione. Ab hac tamen propositione excipi-
untur aliquæ excommunicationes a quibus
non potest absoluere ille qui excommunica-
uit, si est Episcopus: sed reseruantur summo
pontifici: ut incendiarij postquam excommu-
nicantur ab Episcopo, non possunt absolui ni-
si a summo pontifice: Et si petas quot & quæ
sunt istæ excommunicationes, dico: quod Pau-
lo inferius colligemus.

*Secunda
conclusio.*

SECUNDA conclusio est, Summus ponti-
fex potest absoluere ab omni excommuni-
catione, cum sit supremus prælatus, & pastor
in ecclesia Dei: nec in hoc alicui inferiori fa-
cit iniuriam, cum suo utatur iure. Hæc est no-
tior, quā quod probatione indigeat.

*Tertia
conclusio.*

TERTIA conclusio est, Ab omni excom-
municatione quæ non est peculiariter reseruata
summo pontifici, potest absoluere quilibet E-
piscopus suos subditos. Hæc probatur: quia in
foro interiori, & in his absolutionibus quæ or-
dinantur ad ipsum forum interius, quidquid
summus pontifex potest in toto orbe, potest
Episcopus in sua diocæsi.

*Quarta
conclusio.*

QUARTA conclusio est, Si aliqua excom-
municatio in iure sit reseruata, cuiuscūq; sit reserua-
ta, siue summo pontifici, siue Episcopo: solus ille
qui reseruauit, & ille cui reseruauit, possunt ab-
soluere a tali excommunicatione, vel alius cui ip-
si cōmiserint. Sed ē difficultas si feratur aliqua
lex a Papa, vel Episcopo, quæ cōtineat sētētiā
excommunicationis, sed nō reseruata alicui in ip-
sa perpetua cōstitutio, an p̄prius sacerdos pos-
sit ab illa absoluere: ut si Episcopus in sinodo
præcipit sub pœna excommunicationis, quod

clerici non nutriant barbam, nihil aliud dicen-
do, an proprius sacerdos possit absoluere ab
illa excommunicatione? Dico quod sunt opini-
ones de hoc: tamen probabilior & communi-
or opinio est, quod proprius sacerdos potest
absoluere ab excommunicatione lata a iure, si
peculiariter non sit reseruata Episcopo, vel sū-
mo pontifici: Et eodē modo cōfessarij præsen-
tati possunt absoluere a prædicta excommuni-
catione. Hæc est sētētia Caie. in sua sūma. Syl-
uestri in summa verbo absolutio. 1. Paluda. d.
18. q. 5. Hostien. Innocē. Maio. in. 4. d. 18. q. 2. Et
addit quod hæc est cōmuniō opinio & ratio-
nabilior: & reddit rationē: quia istæ excom-
municationes sunt odiosæ, maxime propter hoc
quod sunt multæ: Et omnes hi doctores citant
cap. illud nuper, de sententiā excommunicatio-
nis, quod prædictā sententiā videtur asserere:
Vnde hoc tenendū est, & ita habetur in vsu,
quod proprius sacerdos prædictos excom-
municatos excommunicatione nō reseruata absol-
uit: scilicet si reseruetur alicui a summo pontifice,
vel ab Episcopo. Vnde aliqui Episcopi in suis
constitutionibus, reseruant sibi omnes maio-
res excommunicationes: vel aliquas, & aliquas
non. Et Syluest. probat: quia in Clementina
prima de priuilegijs, interdicitur fratribus præ-
sentatis sub pœna excommunicationis, ne ab-
soluant ab excommunicatione, nisi in casibus
concessis a iure: Tunc conficio sic argumēta-
tionē: Fratres prælati possunt absoluere solū
ab excommunicatione iure concessa: ergo lecū-
dū iura possunt sacerdotes ordinarij absoluere
ab aliquibus excommunicationibus, quia tā-
tā potestatem habēt, quantā fratres præsentati:
& nulla excommunicatio est concessa nisi illa,
quæ non reseruatur alicui in iure. Sed contra,
Paræcius non potest absoluere ab excommuni-
cationibus prædictis, autoritate ordinaria,
nec ex cōmissione: ergo non potest ab illis ab-
soluere. Probo anteceddēs: & pro priore parte
notū est, nēpe quod autoritate nō possit, quia
non est ordinarius ad excommunicandū: ergo
nec ad absoluendū. Pro minori autē parte, et-
tā probatur: quia si illud habeat ex cōmissione,
si Episcopus non cōmittit, nō poterūt pa-
ræcij absoluere. Ad hoc dico quod habent pa-
ræcij, & absoluat a prædictis excommunicatio-
nibus ex cōmissione. Secūdo dicit Syluest. q.
habet ex cōmissione summi pontificis, & iuris cō-
munis: & ideo Episcopus non potest reserua-
re: Et ex hoc præfatæ excommunicationes nō
reseruantur, cōmittuntur paræcij, absoluendū:
Securius tamen est dicere quod Episcopi
possent sibi reseruare: sed si non reseruent, pa-
ræcij, poterunt absoluere ab illis excommu-
nicationibus non reseruatis.

SED est dubiū, quisnam possit absoluere ab
excommunicationibus, in articulo mortis? Ad
quod dico, quod si non sit præsens aliquis
habens

Dubium.

Secunda. 4. quest. 26. art. 1.

habens ordinariam potestatem: aut talis habens ordinariam potestatem, non potest facile vocari sine detrimento vel periculo infirmi, quilibet sacerdos potest absolueri a qualibet excommunicatione sed si euadat ille infirmus, tenetur postea se presentare illi, cui excommunicatio erat reueruata, & alias reincedit in excommunicationem, iure sic disponente.

Dubium

SE D hæsitabis rursus, an in articulo mortis sacerdos solus possit absolueri ab excommunicatione: siue reseruata siue non reseruata. Ad quod dico, quod nõ solus sacerdos potest absolueri ab excommunicatione in articulo mortis, sed potest etiam diaconus, & simplex clericus: unde Syluest. & Antoni. concedunt, quod pure laicus potest absolueri ab excommunicatione in extrema necessitate: quia Papa potest committere illis prædictam absolutionem, & fecit.

Dubium aliud

PRÆTEREA, difficultas alia est, quando est articulus necessitatis extremæ, vel mortis: Dico quod articulus mortis est sumendus, & expendendus arbitrio boni viri: nempe quando medicus dicit quod infirmus est in periculo mortis, & quod naturaliter probabiliter morietur, quia apparent signa mortis vere, absq. fraude aliqua: nempe, articulus mortis dicitur, cum quis aggredatur hostes fortes in prælio. Secundo articulus mortis etiam dicitur, cum quis ingreditur nauim, tempore & mari periculoso: Et deniq. omnis articulus ubi probabiliter sequetur mors, siue ab intrinseco, siue ab extrinseco, dicitur articulus extremæ necessitatis.

Aliud dubium.

SE D quæres, an mortuus possit absolui ab excommunicatione? Dico quod potest, licet mortuus non possit excommunicari, nec a peccatis sacramentaliter absolui: quia post mortem iam ecclesia nõ potest illum ligare, & incassum esset talis excommunicatio: quia si est in inferno, nihil efficit in illum excommunicatio, quia iam satis separatus est a consortio fidelium: Si est in paradiso, minus efficit illa excommunicatio in illum: si autem sit in purgatorio, est in charitate, & iam cessat finis excommunicationis, qui erat, vt spiritus saluus fieret qui iam est saluus: Et hætenus ecclesia nunquam fecit, quod est signum quod non potest fieri: A peccatis autem mortuus, non potest absolui sacramentaliter, quia sacramentum non potest administrari nisi uiuis, cum sit remedium pro hac vita, & non pro alia. Dixi tamen, quod mortuus potest absolui ab excommunicatione, quia potest esse in gratia: & ideo potest ecclesia tollere illam pœnam quam ei imposuit excommunicando.

Dubium aliud.

SE D adhuc manet scrupulus, an excommunicatio noceat in purgatorio? Dico probabile esse quod nocet, quia probabile est quod pri-

uatur suffragijs ecclesiæ, ex intentione ipsius ecclesiæ: Aliqui tamen doctores dicunt, quod hoc modo non nocet: quia ecclesia non potest ligare aliquem nisi super terram, vt habetur Matth. 16. Et si illo modo noceret excommunicatio, ecclesia ligaret etiam in alia vita, & non solû in terris: Ideo dico secundo, quod licet non noceat illo modo, nocet tamen excommunicatio in purgatorio, quia non possunt fideles qui manent super terram, orare pro illo excommunicato orationibus publicis. Tertio dico, quod non potest ille excommunicatus sepeliri in loco sacro: ideo propter hæc omnia debet absolui mortuus ab excommunicatione.

SE D est alia difficultas, nempe quæ sit forma absolutionis ab excommunicatione. Ad quod dico, nulla esse determinata verba de iure diuino ad absoluendum ab excommunicatione: sed quibuscumq. verbis Papa vel Episcopus ostendat talem esse absolutum, est absolutus. si stemus in iure diuino, ab excommunicatione: vt si Papa vel Episcopus dicat, dotibus facultatem communicandi cum alijs fidelibus, est absolutus: sed de consuetudine & ordinatione ecclesiæ requiritur aliqua solemnitas, quæ omitti non debet, quando commode potest exerceri: & seruari, quia mulier non debet verberari nuda in publico. Et hæc solemnitas ecclesiæ consistit in hoc, quod dicatur super excommunicatum Psalmus, miserere mei &c. vel alius ex penitentialibus: & cum virgis flagelletur excommunicatus, & dicatur quatuor versiculi, cum oratione, Deus cui proprium est &c. versiculi autem sunt: saluum fac &c. nihil proficiat &c. esto ei &c. & domine exaudi orationem meam &c. & orationem, Deus cui proprium &c. mutado illud verbum delictorum, in verbum excommunicationis: Deinde sacerdos absoluat dicens: Ego absoluo te a vinculo excommunicationis, & restituo te sacrosanctis sacramentis, & communioni fidelium. & postea præcipiat ei, quod mandaturus est, & excommunicatus iuret, quod deinceps obediet ecclesiæ, & parebit ecclesiæ sacerdotibus: & in fine dicat absolues, Ego te absoluo a vinculo excommunicationis in qua incurristi, ob talem aut talem causam.

Dubium

SE D dubium est, an sit necessarium seruare hanc prædictam solemnitatem, quotiescumq. debet quis absolui ab excommunicatione. Ad quod dico, quod esto omittatur aliqua ex prædictis, cum adsit causa rationalis, non erit peccatum, aut non erit mortale: vt si est mulier, rationale est quod non flagelletur: & vir nobilis magnæ autoritatis, etiam videtur indecens quod nudius puniatur, nec videtur ecclesia id intendere. Psalmus autem, versiculi & oratio supradicta, nunquam debent dimitti: quia ad hoc quod hæc dimittantur non est causa

Secunda. 4. quest. 26. art. 1. fol. 353.

causa rationalis. Et hæc sunt ceremonialia, alia autem sunt iudicialia: vt si debet aliquid alteri ille excommunicatus, quod restituit prius quâ absoluitur: & si nõ potest restituere, det cautionem pignoris: & si non poterit dare cautionem pignoris, det cautionem iuramenti, quod quâ citus potuerit soluet debitum suo creditori: & hæc sunt necessario seruanda, quia aliàs fiet iniuria parti alteri.

Dubium aliud.

SE D est aliud dubium, quis possit absolueri ab excommunicatione ab homine? Ad quod dico, quod ille qui excommunicauit, vel eius superior ordinarius: vt si prior excommunicauit, potest excommunicatus absolui a provinciali: & si excommunicetur quis ab Episcopo, poterit absolui a Papa, non autem ab Archiepiscopo, quia licet ille sit superior Episcopo, non tamen est ordinarius, cum solum cognoscat post appellationem in foro exteriori. Dixi superius, quod stando in iure diuino Episcopus potest absolueri excommunicatum, quibuscumq. verbis voluerit ostendere illum esse absolutum: nam hodie de iure humano non potest Episcopus absolueri excommunicatum, nisi secundum ordinem iuris, seruando ea quæ iura disponunt circa talem absolutionem, cum Episcopi sint subiecti iuri pontificio.

Dubium aliud.

SE D est aliud graue dubium, an. s. excommunicatus, & denuntiatus nominatim, siue a summo pontifice, aut alio ordinario, siue ab exequutore apostolico, possit absolui a confessario ex confessionali, seu iubileo, quo est communicata facultas cuiuscumq. confessori absoluendi ab eiusmodi peccatis & censuris, etiam sedi apostolicæ reseruatis, & etiã contentis in bulla cœnæ domini: Ad quod sub paucis resoluendum est, etiam nominatim excommunicatum & denuntiatum, absolui posse a confessario, impletis & seruatis prius quæ præscribit, confessionale seu iubileum: nam cum eiusmodi indulgentia concessa sit omnibus Christi fidelibus, per vniuersum orbem constitutis: qui confessi fuerint, & cõpræhensa in eadem impleuerint. Videtur etiam compræhendi nominatim excommunicatus, & denuntiatus a quocumq. ex regula iuris, qui totum dicit nihil excludit, cap. solite, de maiori. cap. si Romanorum. 19. dist. Et ratio est: quia sancta mater ecclesia non claudit gremium redeunti ad se, cap. super eo, de hæret. in. 6. Et nemo est tam sceleratus, cui deploranti culpam suam, quacumq. hora nõ pateat aditus ad salutem: iuxta illud Ezech. 33. in quacumq. hora peccator ingemuerit, amplius non recordabor, cap. transcriptum, & in cap. nullus, de peniten. d. 7. Vnde cum Papa ad mentem Christi omnes velit saluos fieri, & omnes huiusmodi dono potiri cœlesti, indulgentiæ seu remissionis concessæ a pœna

ob culpam debita consequitur: ergo eiusmodi nominatim excommunicatum, & denuntiatum, & quatumuis aggrauatum, non excludi a participio indulgentiæ, nec ex verbis, cum id speciatim non exprimitur iubileo, nec ex intentione Papæ, quæ ad mentem Christi regulanda est, cap. vt nostrum, de appellationibus, cum alijs: At facienti quod in se est, nunquã Deus denegat gratiam: ergo nec ecclesia debet negare communionem ad sacramenta, & reliqua suffragia: Vnde intrepide firmadum est, eiusmodi nominatim excommunicatum posse potiri eadem indulgentia: Pro qua resolutione vltra superius alata facit: nam cum fuerit commissa absolutio a peccatis & censuris ob eadem incurris in foro penitentiali: & is nominatim excommunicatus possit absolui a confessario a peccato contumaciæ, seu inobedientiæ: sequitur, quod etiam ab excommunicatione incurra ob illam contumaciam: nam alioqui absolutio a peccatis, illudoria, vana, aut verius nulla esset, nisi præmittatur absolutio ab excommunicatione: vt habet cõmunis opinio ex Maiore, in. 4. d. 17. q. 3. vbi etiam Paluda. q. 6. ar. 1. in secunda conclu. cõsentit. Et Syluest. verbo confessio. 1. q. 3. versic. 5. notabi. 5. Excommunicatus. n. est incapax sacramentorum, ac subinde absolutionis sacramentalis, cap. a nobis, de excep. & cap. si celebratur, de clerico excom. ministr. Ergo cum a peccatis in foro penitentiali nequeat absolui sine præuia absolutione ab excommunicatione, virtualiter & consequenter: videtur illa absolutio commissa confessori, ex regula communi, cum aliquid committitur expediendum reliqua omnia, sine quibus illud expediri nequit, videntur commissa, cap. præterea, cap. suspicionis, de officio delegati. l. 2. ff. de iurisdic. omni. iud. Nec obstat si dicas excommunicationem nominatim latã in aliquẽ, respicere forum contentiosum, ac proinde in forma iudicij esse relaxandam a iudice, citatis his quorum interest, cap. solet, de cap. venerabilibus, de sententia excommunicationis, lib. 6. & ita non subijci potestati confessoris, in eo foro in quo omnis strepitus iudiciarius cessat: hoc namq. refellitur si expendas eiusmodi excommunicationem in forma iudicij latam, etiam respicere forum interius conscientiæ, quoad suos effectus: fecernit. n. a diuinis, a participatione sacramentorũ, & speciatim a sacramento penitentia, de quo agimus: & ideo quia illudoria esset absolutio sacramentalis, omnibus concessa ex virtute iubilei, vt supra diximus: Ideo excommunicatio eiusmodi nominatim lata, qua respicit forum interius, quoad supradictos effectus, subiacet potestati confessarij in foro penitentiali: cum alioqui non posset vti libere po-

testate

Secunda. 4. quest. 26. art. 1.

testate clauium super peccatis soluendis, & communicanda indulgentia vere contritis & confessis, nisi prius vt supra diximus soluerit ab excommunicatione: qua in re non est audiendus author compēdij priuilegiorum mendicantium, verbo absolutio quoad seculares. 2. no. 19. qui sine tex. vel efficaci ratione oppositum firmavit. Absolutio autem à confessario ex vi iubilei minime impendi debet, vbi offensa est manifesta sine prauia satisfactione: alioqui si fuerit dubia, dari debet competens cautio, cap. ex parte, de verborum significatione, cap. solet, cap. venerabilibus, de sententia excommunicationis in. 6. intellige competentem cautionem, nempe cum pignoribus vel fideiussoribus, le. si mandato. ff. mandati, adnotauit glos. in cap. ex parte, verbo sufficiens: & plene, Feli. in cap. ad nostram, nu. 5. cum seq. de iureiuran. Aduertendum tamen, quod in foro exteriori aliquando offensa vel contumacia possit dici dubia, ob id quia prompte & liquide probationes non offeruntur ad conuincendum contumacem, tamen in foro penitentiali, vbi penitus excommunicatus nouit se obligatum, vel teneri ad refarciendum damnum illatum, & ita necessario confiteri debet: tunc offensa corā Deo reputatur manifesta, quia illi sunt omnia nuda & aperta, cap. erubescat. 32. dist. & ita veritate comperta cessat opinio & presumptio, cap. veritate. 8. dist. & ita confessio facienda sacerdoti facit eam offensam manifestam, sicut etiam in foro exteriori arg. cap. fina. de cohabita. clericorum, & cap. olim, de verborum significatione, vnde tunc necessario est premissa satisfactio: Et quāuis in bulla iubilei expressim non fiat mentio de satisfactione pramittenda, tamen sic est intelligenda & redigenda ad ius commune, arg. cap. causa que, de rescrip. tradit glos. recepta in cap. paratus. 23. q. 1. Nō enim intendit Papa ex suis indulgentijs quemcunque ledere, cap. super eo, de officio deleg. cap. quamuis, de rescrip. in. 6. vnde absolutio impensa per confessarium in ea specie, non premissa satisfactione, nulla esset: vel si dubia esset offensa, non premissa satisfactione vel cautione, cum pignoribus vel cum fideiussoribus. Illud tamen sine dubio recipiendum est, eam absolutionem excommunicato impensam ex vi iubilei, non prodesse in foro exteriori, in quo debet haberi vti excommunicatus non absolutus: & ita vitandus quotusq; à suo excommunicatore sit absolutus, vel ab alio qui absolueret potuerit in facie ecclesiæ in foro exteriori, causa cognita in forma iudicij, iuxta cap. solet, de sententia excommunicationis in. 6. cum alijs: nam absolutio fori penitentialis non impedit processum in foro exteriori, iuxta gloiam vnicam,

in fine, in cap. de his, de accusation. receptam secundum Ananiam ibidem nu. 6. cui similis est, in cap. gaudemus, de diuort. in glosa postrema: facit praterea quia absolutio ab hæresi incurfa, à Papa obtenta, tunc prodest in foro exteriori, vbi speciatim exprimitur, alioqui tantum in foro animæ prodest, ex Deci. in consi. 137. & Card. Paris. consi. 1. nu. 15. in. 4. volumi. Præterea hæc opinio suadet ex eo, quia in aliquibus bullis indulgentiarum exprimitur, absolutionem à confessario datam, prodesse etiam in foro exteriori: igitur efficax argumentum est, vbi non exprimitur, tantum in foro animæ esse vtilem. Accedit etiam optima ratio: nam si huiusmodi absolutio prodesset in foro exteriori, cederet in contemptum iudicis excommunicantis, ad quem excommunicatus debet remitti absolendus causa cognita: cap. prudentia. §. sexta, de officio delegati, cap. pastoralis. §. præterea, de offi. ordinarij. Præterea etiam propter scandalum reipublicæ sedandum, cui satisfieri debet emendatione excommunicati, præter absolutionem iudicialiam obtentam: alioqui ecclesiasticus ordo confunderetur si vnicuique sua iurisdicctio non seruetur, cap. peruenit. 1. q. 1. & ita pro hac parte est Couarru. in cap. alma mater in priori. p. §. 11. ad finem, & speciatim expressit Rebuff. in forma mandati apostolici, verbo absoluendus, in fine & cat. Vnde confessario afferenti quod absoluit præfatum excommunicatum, non est credendum in foro exteriori, etli Card. in consilio. 2. de testi. ad finem, repugnet ex glosa, in cap. 1. in verbo innocetes, de exceptionibus: Quæ cum alijs glosis relatis à Feli. ibidem nu. 3. & communiter receptis, asserit standum confessario afferenti aliquem emendatum de crimine: quas in primis veras esse negat Deci. ibidem ad finem. Sed recipiendæ videntur in ea specie tantum, vbi agitur de probanda emendatione criminosi, quia cum intima nouerit confessarius, est testis magis idoneus quouis alio, arg. cap. veniens, in. 2. in fine, de testibus. At eidem afferenti ab excommunicatione absoluisse, non est credendum cum obstat iuris regula, de excommunicato remittendo ad suum excommunicatorem, qui causa cognita absoluat, & ita alijs constet fuisse absolutum: ac proinde tunc non creditur alicui etiam in his quæ pendent a conscientia, Bart. in lege inter omnes. §. recte. ff. de furtis: recepto per Alcia. in regula. 3. præsump. 16.

ARTIC.

Secūda. 4. quest. 26. art. 2. fo. 354.

Artic. secūdus.

An possit aliquis absolui inuitus?



Secundum sic proceditur: videtur quod nullus possit absolui inuitus: spiritualia. n. non conferuntur inuito alicui, sed absolutio ab excommunicatione est beneficium spirituale: ergo non potest præstari inuito.

PRÆTEREA, excommunicationis causa est contumacia: sed quando aliquis non vult absolui excommunicationem contemnens, tunc est maxime contumax: ergo non potest absolui.

SED contra, excommunicatio contra voluntatem alicui potest inferri: sed quæ contra voluntatem eueniunt, etiam contra voluntatem amoueri possunt, sicut patet de bonis fortuna: ergo excommunicatio potest tolli ab aliquo inuito.

RESPONDEO dicendum, quod malum culpa & pœna in hoc differunt, quod culpa principia est in nobis, quia omne peccatum voluntarium est: pœna autem principium quandoq; extra nos est: non enim requiritur ad pœnam quod sit voluntaria, immo est magis de ratione pœnae quod sit contra voluntatem: & ideo sic peccata non committuntur nisi in voluntate, ita non remittuntur alicui inuito: sed excommunicatio sicut in aliquem inuitum ferri potest, ita inuitus ab ea absolui poterit.

AD primum ergo dicendum, quod propositio habet veritatem de illis bonis spiritualibus, quæ in voluntate nostra consistunt, sicut sunt virtutes quæ non possunt à nolentibus perdi: Scientia enim quamuis sit spirituale bonum, tamen potest à nclète per infirmitatem amitti: & ideo ratio non est ad propositum. AD secundum dicendum, quod etiam manente contumacia potest aliquis discrete excommunicationem iuste latam remittere, si videat saluti illius expedire, in cuius medicinam excommunicatio lata est.

IN hoc. 2. articulo est conclusio S. Tho. q. excommunicatus potest absolui inuitus, etiam si perseueret in crimine. Probat: quia illa est pœna ecclesiæ: ergo ecclesia poterit illam remittere, & dare facultatem fidelibus vt orent pro illo peccatore præcationibus communibus, & in toto humano conuictu communicent cum illo.

SED est dubium an Episcopus possit absolueri suum subditum ab excommunicatione in alio episcopatu? Ad quod ex consensu doctorum cōmuniter respōdetur affirmatiue, quia potest fieri sine strepitu iudicij, & sine iniuria alterius Episcopi, quidquid nonnulli dicāt: quia illa quæ possunt fieri sine strepitu iudicij, possunt fieri a superiori circa suum subditum, etiam in alterius territorio vel prouincia: & intelligo hoc dummodo non requiratur vocatio ad iudicium: quia si opus esset vocari testes, vel alia id genus facere, nō posset Episcopus suum subditum in alterius prouincia absolueri. Est tamen notandum vnam quod admonet Caie. in sua summula, quod est optimum ad intelligendum iura quæ ferunt sententias excommunicationis, quod in omni sententia excommunicationis, siue ab homine, siue a iure, oportet notare verba ipsius sententiæ: Et opus est videre in quas personas, & pro qua actione feratur: nā quoad personas, si excommunicetur clericus absolute, non ligatur laicus illa excommunicatione, esto faciat illud opus propter quod excommunicatur clericus: veluti cum Papa excommunicat clericum, qui recipit excommunicatum a summo pontifice ad diuinum officium, esto laicus admittat illum excommunicatum ad officium diuinum, non est excommunicatus: ratio est, quia pœna illa solum fuit lata in clericum, & non in laicum. Secundo, quoad actionem: vt si fertur sententia cōtra percussores clericorum, per talem sententiam solum nō excommunicatur ille qui mandat vel consulit quod clericus percutiatur: ratio horū est, quia pœna non sunt extendendæ, & si cum excommunicatur clericus, intelligitur etiam laicus: et si cum quis excommunicatur ob percussorem clericum, intelligitur etiam ille qui consulit: esset hoc extendere pœnas, & non restringere, quod contra communem sententiam doctorū est. Secundo, probatur assumptum: quia in aliquibus sententijs continetur quod excommunicentur etiam fauentes, mandantes, & consulentes, vt patet: quia non solum excommunicantur percutientes realiter, & in effectu, sed sunt iura excommunicantia etiam mandantes, fauentes, & consulentes: Ergo vbi hæc non continentur in sententia, non est intentio ecclesiæ quod incurrat pœnam ecclesiasticam, ille qui consulit, aut solū præcipit.

Y ij Secundo

Secundo dicit etiam Caiet. quod quando quis excommunicatur propter vnam actionem, est intelligendum de actione perfecta: vt si excommunicetur omnis letaliter percussus Christianum: si quis percutiat Christianum non letaliter, non est excommunicatus: & vide tur etiam quod si quis percutiat Christianum notabiliter, percussus tamen etiam ex miraculo non moritur, quod non incurrat illam censuram eo quod percussus non moritur: & videtur quod ecclesia vocat percussionem letalem quando percussus ex illa moritur, vel quia non constat si fuit percussio letalis quando percussus euadit et si miraculo: & ecclesia si aliud non explicat, non intendit punire nisi percussione letalem manifeste. IN hac materia excommunicationis non relinquatur dubium quod indigeat disputatione. Sed videndum est in iure quot sunt excommunicationes: & per ea quae diximus facile intelliguntur iura quae ferunt excommunicationem, expendendo personas quae excommunicantur, & actiones ob quas excommunicantur. SED haesitabis merito quot sunt excommunicationes in iure & a iure, & ex his quot sunt reseruatę summo pontifici, & quot Episcopis prouinciarum ipso iure, & quot sunt quae non reseruantur. Ad quae respondendo dico, quod excommunicationes a iure sunt multae, ideo prius colligam omnes quae reseruantur summo pontifici de iure communi. Secundo colligam illas quae reseruantur Episcopis. Tertio loco colligam omnes quae de iure nulli reseruantur, sed ita in iure communi possunt absolui a parocis, vnde sequitur manifestus numerus omnium excommunicationum. PRIOR in ordine ex reseruatę summo pontifici, est ea quae fertur in percussores clericorum, quae habetur. 17. q. 4. cap. si quis suadente diabolo. i. cum iniuria manum violentam in clericum iniecerit &c. Et quantumcunque manuum iniectus sit leuis, si est iniurius est excommunicatus: vbi nota quod appellacione clericorum intelliguntur omnes constituti in alicuius ordinis gradu, etiam in prima tonsura. Secundo, intelliguntur omnes monachi, etiam laici vel conuersi, cap. non dubium, de sententia excommunicationis. Tertio, intelliguntur appellacione clericorum etiam nouitij alicuius probatę religionis. Quarto intelliguntur omnes moniales, cap. de monialibus, de sententia excommunicationis: vnde colligitur quod appellacione clericorum intelliguntur omnes personae ecclesiasticae. Secundo sequitur, quod ille canon, Si quis suadente &c. est additus in fauorem personarum ecclesiasticarum: & ideo qui flagellat clericum qui sponte se subijcit flagellanti, nisi sit eius praelatus qui corre-

Dubium.

Prima excom.

ptionis gratia, vel alicuius spiritalis exercitij flagellat, erit excommunicatus. quia iniicit manus iniurias licet non violentas, in personam ecclesiasticam. i. in statum ecclesiasticum: & licet non faciat iniuriam huic homini qua homo est, facit tamen statui ecclesiastico, in cuius fauorem sententia praedicta lata est. Ab hoc tamen canone excipiuntur aliqui qui non sunt excommunicati et si percutiant clericum, veluti si percutientes ignorat percussum esse clericum: cap. si verò, de sententia excommunicationis: Alij autem sunt qui et si incidant in praedictum canonem, absolui possunt ab Episcopis, vt mulieres & pueri, cap. mulieres, eodem: viri etiam qui leuiter percutiunt clericum absoluntur ab Episcopo, cap. peruenit, eodem. Praeterea monachi si incidunt in praedictum canonem, absoluntur a suis Praelatis, cap. monachi, eodem. SECUNDA excommunicatio reseruata summo pontifici, est contra haereticos, cap. quod autem, & cap. Achatius. 24. q. 1. & cap. excommunicamus, de haereticis: & in processu curiae contra haereticos. TERTIA excommunicatio reseruata summo pontifici, est contra inobedientes, & non parentes sententiae delegati vltra annum, cap. quarenti, de officio delegati. QUARTA excommunicatio est contra falsarios, nempe eos qui falsificant, aut adulterant literas apostolicas, cap. ad falsarium, de confundenda malicia, de crimine falsi. QUINTA excommunicatio est contra fautores haereticorum, cap. nouerit, de sententia excommunicationis. SEXTA excommunicatio est contra clericos communicantes in diuinis cum excommunicatis a Papa, cap. significauit, de sententia excommunicationis. SEPTIMA excommunicatio est contra incendiarios, cap. tua nos, de sententia excommunicationis: vbi dicitur, quod incendiarij ex quo sunt per ecclesie sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad Apostolicam sedem sunt mittendi: & a iureconsultis super illum praedictum textum communiter dicitur, quod incendiarij qui incendunt locum sacrum, ipso iure sunt excommunicati: alij autem qui incendunt alia loca prophana non sunt excommunicati ipso iure, sed excommunicandi per Episcopos: & postquam per Episcopum sunt excommunicati, non possunt absolui nisi a sede Apostolica. OCTAUA excommunicatio est contra effractores ecclesiarum, cap. conquesti, de sententia excommunicationis. NONA excommunicatio est contra assentientes assumptioni senatoris vrbis, cap. fundamenta, de electione, li. 6. vbi excommunicantur omnes cuiuscumque notabilis praeminentiae,

Secunda excom.

Tertia excom.

Quarta excom.

Quinta excom.

Sexta excom.

Septima excom.

Octava excom.

Nona excom.

Decima excom.

mentiae & dignitatis, potestatis vel excellentiae, quocumque nomine censeantur: & frater, filius, vel nepos aliquorum praedictorum, qui sine licencia sedis apostolice nominatione electioni vel assumptioni in Senatorem, Capitaneum, Patrium, aut Rectorem, ad regimen vrbis Romae assentiunt vel se intromittunt, per se vel per alium. DECIMA excommunicatio est contra clericos soluētes laicis tallias, cap. clericis, de immunitate ecclesiarum, li. 6. vbi excommunicatur clericus soluētes laicis tallias, collectas, decimas, vel quacumque cotam. Hae tamē constitutio hodie est reuocata per Clement. vni. de immunitate ecclesiarum, quantum ad clericos, sed excommunicantur laici exigentes illas collectas a clericis. VNDECIMA excommunicatio est contra insequētes vel persequētes Cardinales, cap. Felicis, de poeni. li. 6. vbi excommunicantur prius insequutores ecclesiae Romanae hostiliter. Secundo, excommunicantur percussores, & captores. Tertio, excommunicantur illi qui mandauerunt praedictam percussione, & socij facientium. Quarto, excommunicantur qui factum habuerunt ratum, vel consilium dederint aut fauorem. Quinto, excommunicantur illi qui post factum percussores praedictos receperunt, aut sciēter defesauerunt. DVODECIMA excommunicatio est contra grauantes eos qui tulerunt sententias contra Magnates, aut viros magnae auctoritatis, cap. quicumque, de sententia excommunicationis, li. 6. vbi excommunicantur prius omnes dantes alicui licentiam occidendi, capiendi, vel aliam grauandi in personis vel bonis suis, aut suorū, eos qui contra Reges, Principes, Barones, Nobiles, Baliuos, vel contra quoslibet ministros eorum, sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti tulerunt, vel eos quorum occasione sunt prolatae, vel eas obseruantes, seu nolentes communicare praedicto modo excommunicatis, nisi licentiam ipsam re integra reuocauerint: vel si eius occasione ad captionem bonorum sit processum, nisi ipsa bona fuerint infra .8. dierum spacium restituta, aut impensa pro illis satisfactio. Secundo, excommunicantur omnes qui ausi fuerint vti praefata licentia. Tertio, excommunicantur qui aliquid praemissorum commiserint suo motu: & si per spacium duorum mensium praedicti omnes manserint in dicta sententia, iam nisi per Apostolicam sedem absolui non possunt. DECIMATERTIA excommunicatio est contra inquisitores in aliquibus euētis, in Clement. multorum, de haereticis: vbi excommunicantur omnes inquisitores haereticae prauitatis, inferiores Episcopis, qui odio, gratia, vel amore lucri, aut commodi temporalis obten-

Decima excom.

Vndecima excom.

Duodecima excom.

Decima tertia excom.

tu, contra iustitiam & conscientiam suam, o-miserint contra quempiam procedere, vbi fuerat pro haeresi procedendum: si similiter si eodem obtentu prauitatem haeresis, vel officij sui impedimentum alicui imponendo praesumpserint aliquem quocumque vexare: & non possunt absolui nisi a Papa. DECIMAQUARTA excommunicatio est contra religiosos administrantes Eucharistiam, vel extremam vnctionem, in Clement. religiosi de priuilegijs, vbi excommunicantur religiosi qui clericis aut laicis, sacramentum extremae vnctionis, vel Eucharistiae ministrare praesumunt, vel solemnizant matrimonia sine licentia speciali praesbyteri parochialis. Praeterea, si absoluit excommunicatos a canone, praeterquam in casibus expressis in iure, vel per priuilegia sedis Apostolicae concessa eidem, vel si absoluit a sententijs promulgatis: per statuta sinodalia, vel prouincialia, seu a culpa & a poena: nec possunt absolui nisi a sede Apostolica. DECIMAQUINTA excommunicatio est contra capiētes, bānientes, & percutientes aliquem Pontificem, in Clement. i. de poenis, vbi excommunicatur quilibet, qui suadente diabolo iniuriose vel temere percusserit, ceperit, aut bānient quemuis pontificem: vel qui praedicta mandauerit, aut facta ab alijs rata habuerit, vel in his faciendis socius fuerit, aut consilium vel fauorem dederit, vel sciēter defesauerit praedicta facientem: huiusmodi absolui nisi per summum pontificem non possunt, praeterquam in mortis articulo. & tunc data cautione quod parebit mandatis ecclesiae, & quod poenitentia impositam aut imponendam domino auxiliante perficiet. Excommunicantur etiam omnes officiales quocumque nomine censeantur, qui in aliquo praedictorum fuerint culpabiles. DECIMASEXTA excommunicatio est contra religiosos, inducentes aliquem ad poenitentiam, de electione sepulturae iam electae, in Clement. cupientes, de poenis finali, vbi excommunicantur omnes religiosi & clerici saeculares, contra prim. cap. de sepulturis, li. 6. inducentes ad vouendum vel iurandum de eligendo apud eos sepulturam, vel vt iam electam ulterius non murent: nec ab alio quod Apostolica sede, nisi in mortis articulo possunt absolui. DECIMASEPTIMA excommunicatio est contra dominos cogentes ad celebranda diuina in loco interdicto, & contra aliquos in hoc cooperantes, in Clement. grauis, de sententia excommunicationis: vbi excommunicantur omnes domini temporales, etiam si sint Praelati, temporale dominium habentes, secundum Paulum de Castro, & secundum glos. si essent

Decima quarta excom.

Decima quinta excom.

Decima sexta excom.

Decima septima excom.

Episcopi, qui in terris vel locis eorū suppositis interdicto cogūt quomodolibet diuina officia celebrare. Et secundo hi qui voce præconia, seu per campanarū publicationē ad officia eadem audienda, aliquos præserti sententia excommunicationis vel interdicti in odatos euocauerit: Et tertio, illi qui excommunicatis publice, aut interdictis prohibēt ne exeant ab illis censuris: Et quarto excommunicati publice & interdicti, qui in ipsis ecclesijs nominati, remanere præsumperint, & omnium horum absolutio reseruatur sedi apostolicæ: Vnde collige quod hæc prædicta pœna est contra cogentes, euocantes, prohibentes, & remanentes. &c.

Decima octaua excom.

DECIMA OCTAUA excommunicatio est contra Minores, recipiētes aliquos ad diuina in tempore interdicti: Clementina, cum ex eo, de sententia excommunicationis: vbi excommunicatur fratres minores recipientes tempore interdicti illos de tertio ordine ad diuina in suis ecclesijs: & similiter ipsi tertionarij accedentes ad illa diuina: etiā si super hoc hi scilicet fratres, vel illi scilicet tertio, quibuscunq; priuilegijs stiterint muniti, & ab hac sententia absolui non possunt, nisi per Romanum Pontificem.

Decima nona excom.

DECIMA nona excommunicatio est in processu bullæ de cœna domini, contra omnes imponentes noua pedagia: & secundum Iohannem, Augustinum & aliquos alios, etiam ea recipientes: & fundant hoc secundum in cap. nuper, de sententia excommunicationis. Sed aliqui iureconsulti notāt quod exigere est ab inuito extorquere: vnde recipientes à sponte soluentibus non incidunt in sententiam canonis, secundum Paulum de Castro, in Clementina quoniam, de immunitate ecclesiæ.

Vigesima excom.

VIGESIMA excommunicatio, est etiam in processu Curie, & de Raptoribus in concilio Lateranensi, capitulo Excommunicationis, vbi dicitur prius: Excommunicationi subdantur hi qui Romanos, vel alios Christianos vestros nauigio, pro negotiatione, vel alijs honestis causis, capere aut suis rebus spoliare præsumūt. Et secundo hi qui Christianos naufragium patientes spoliant suis rebus, nisi ablata reddiderit, excommunicationi se nouerint subiicere: In processu aut Curie dicitur: excommunicamus Piratas & latrunculos maritimos, & receptatores eorum. &c.

Vigesima prima excom.

VIGESIMA prima excommunicatio est in processu Curie, & de Iudeis & Sarracenis, capit. ita quorundam, vbi excommunicantur, & multantur rebus & serui fiunt captiui, omnes Christiani ferentes Sarracenis arma, ferrum, lignamina galearū & necessaria ad impugandum Christianos: & qui in

piraticis Sarracenorum nauibus regimen curam, gubernationesq; exercent: & præcipitur, vt per ecclesias vrbium maritimarū, crebra & solennis in eos excommunicatio proferatur: quæ omnia etiam repetuntur paulo post, capit. ad liberandam: & additur quod excommunicati sunt vedētes eis galeas, aut naues, vel quibuslibet alijs machinis aut alijs impedūt cōsiliū vel auxiliū in dispēdiū terræ sanctæ, & q̄ dicta sētentia in dictis vrbibus publice innouetur diebus dominicis & festiuis: & quod talibus non aperiatur gremium ecclesiæ nisi totum quod ex tam damnato cōmercio perceperint, & tantū de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint, & si soluēdo non fuerint, alias reatus eorum castiget: hæc ibi: vnde sequitur quod sunt prohibita omnia conferentia ad bellū immediate. Et in eodem tit. cap. quod olim, excommunicantur etiam illi, qui quæcunq; mercimonia, vel rerum subsidia durante guerra deferunt ad infideles contra quos est guerra: & appellatione guerra intelligitur etiam treuga: quia per treugam non tollitur guerra sed intermittitur: & hodie hæc excommunicatio est Papalis etsi olim erat Episcopalis. Nicolaus etiam quartus in Extrauagante quæ incipit, olim, & excommunicat deferentes & mittentes, & de suis portibus extrahi permittentes, vt deferatur arma ferrum, equi, lignamina, victualia, & quæcunq; mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum Ægypti, & eis alijs auxiliū vel fauorem prestare præsumentes: & idem prohibuit ab omnibus terris Soldano subiectis: nec absolui possunt, nisi tantū de bonis suis in terræ sanctæ subsidium conuertē dum exoluerint: quantum ad dictas partes tulerint, aut miserint, aut deferri vel de ipsorum portibus deferendum extrahi permiserint: quæ extrauagans licet videatur reuocata per prohemium sexti, tamē postmodū innouata est per Bonifacium, & Clementem quintum, qui absolutionem ab huiusmodi sententia, præterquam in mortis articulo, apostolicæ sedi reseruauit, vt constat ex extrauagante, multa mētis, & hodie statur huic secundum Archiepiscopum. Rursus præter has supradictas excoicationes, quæ reseruantur summo Pōtifici, sunt alię in processu cœnæ domini cuius tenor & verborum series de verbo ad verbum hic sequitur, secundum quod emanauit à Iulio tertio Pontifice maximo, cuius bullæ, quæ vocatur cœnæ domini, litera sic habet: Iulius episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Consueuerunt Romani Pontifices prædecessores nostri, ad retinendam puritatem religionis Christianæ, & ipsius vnitatem, quæ in coniunctione membrorum, ad vnum caput,

put Christum videlicet: eiusq; vicarium principaliter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione seruandam, arma iustitiæ per mysterium apostolatus in præsentia celebritate exercere. Nos igitur vetustum & solennem hunc morem sequentes excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti: auctoritate quoque beatorum apostolorum Petri & Pauli, ac nostra, omnes Hæreticos, Gazaros, Patarenos, pauperes de Luduno, Arnaldistas, Speronistas, Pasaerios, Vuicelistas, seu Hussistas Fraticellos de opinione nuncupatos: nec non per scilicet recordationis, Leonem Papam decimum prædecessorem nostrum superioribus annis, datam, impiam & abominabilem Martini Lutheri hæresim sequentes, ipsiq; Martino quominus puniri possit, quomodolibet fauētes: & quoslibet alios hæreticos quocunq; nomine censeantur. Nec non artem magicam sectantes, ac omnes fautores & receptatores, librosq; ipsius Martini aut quorumuis aliorum eiusdem sectæ, sine auctoritate nostra & sedis apostolicæ quomodolibet legētes: aut illos seu eiusdem artis magicæ libros in domibus suis tenentes imprimētes, aut quomodolibet defendentes, ex quauis causa publice vel occulte, quouis ingenio vel colore, & generaliter quoslibet defensores eorundem.

PRÆTEREA, excommunicamus & anathematizamus omnes piratas, cursarios, latrunculos maritimos, & illos præcipue qui mare nostrum à monte argentorio, vsq; ad terracina discurre, & nauigātes in illo depredari, mutilare, interficere, ac rebus & bonis suis spoliare præsumperint hætenus, & præsumunt: ac omnes receptatores eorū, & eis auxiliū dantes, vel fauorem.

PRÆTEREA excommunicamus & anathematizamus omnes qui in terris suis noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt. PRÆTEREA, excommunicamus & anathematizamus omnes falsarios bullarū seu literarum apostolicarum, & supplicationum gratiarum vel iustitiam concernentium per Romanum pontificem vel vicecancellariū, seu gerentes vices eorum, aut officium vicecancellarij sanctæ Romanæ ecclesiæ, de mandato eiusdem Romani pontificis signatarum, aut sub nomine eiusdem Romani pontificis, seu vicecancellarij aut gerentium vicem prædictorum, signantes supplicationes easdem, extendentes capitulum ad falsarium cum omnibus pœnis in eo contentis, ac falsificantis seu mutantes supplicationes, per nos seu de mandato nostro signatas, & datas, sine nostra aut datarij nostri licentia.

PRÆTEREA, excommunicamus & ana-

thematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stagnum, chailbem, omniaq; alia metallorum genera, atq; bellica instrumenta, lignamina, canabum funes, tam ex ipso canabo quàm ex quacunq; alia materia, & ipsam materiā, aliaq; prohibita, deferunt Sarracenis Turcis, & alijs Christi nominis inimicis, quibus Christianos impugnant: nec non illos qui per se vel alium, seu alios de rebus Christianæ reipublicæ statū concernentibus in Christianorum perniciem & damnum, ipsos turcas & Christianæ religionis inimicos certiores faciunt: illiq; cōsiliū quomodolibet præstāt: nō obstantibus quibusuis priuilegijs & cōcessionib; quibuscunq; que: principibus & dominis seu priuatis personis, per nos & sedem prædictam hætenus forsitan concessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari.

PRÆTEREA, excommunicamus & anathematizamus omnes impediētes seu inuadentes victualia seu alia ad vsum Romanæ Curie necessaria adducētes: vel qui ne ad Romanam Curiam adducantur vel deferantur impediunt, seu perturbant: vel qui talia faciunt vel defendunt, cuiuscunq; fuerint ordinis præeminētis conditionis & status, etiam si pōtificiali vel regali, reginali, aut alia quauis ecclesiastica vel mundana præfulgeat dignitate.

PRÆTEREA, excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui ad sedem apostolicam venientes, & recedentes ab eadem: nec non omnes illos qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam non habentes: in eadem Curia morantes, temeritate propria rapiunt, spoliant, & detinent, aut ex proposito deliberato, verberare, mutilare, vel interficere præsumunt: vel qui talia fieri faciunt, seu mandant.

PRÆTEREA, excommunicamus & anathematizamus omnes temere mutilantes, verberantes, vulnerantes, interficientes, capiētes, incarcerantes, & detinentes, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, eorūque mandatores.

PRÆTEREA, excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui per se vel alium seu alios, quascunq; personas ecclesiasticas, vel seculares, ad Romanam Curiam, super eorum causis & negocijs, recurrentes: illaq; in eadē Curia prosequētes aut procurantes, negociorumq; gestores, aduocatos, procuratores ipsorum, vel etiam auditores seu iudices, super dictis causis seu negocijs deputatos, occasione causarum vel negociorum huiusmodi, verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant: ac illos qui ne aliquas literas apostolicas, etiam in forma breuis tam gratiam quàm iustitiam concernen-

tes, & etiam citationes, monitoria, & executoriales, quæ à sede apostolica emanarunt, & pro tempore emanabunt, sine eorum beneplacito & examine, executioni demandant, inhibent, ac notarios executores, vel subexecutores literarum, monitoriorum, & citacionum, ac executorialium huiusmodi, capiunt, incarcerant, & detinent: vel capi, incarcerari, & detineri faciunt: nec non qui ne literis, & mandatis sedis apostolicæ, & Legatorum, ac Nunciorum, & iudicum legatorum eorundem similiter gratiam vel iustitiam concernentibus ceterisque super illis, & rebus iudicatis processibus & executorialibus, non nisi habito eorum beneplacito & consensu, pareatur: per eorum literas executoriales vel alias nuncupatas & certo præcio soluto: neve tabelliones & notarij super huiusmodi literarum, & processum executione, instrumenta vel acta conficere, aut facta parti cuius interest tradere debeant, quive sub quibusvis pœnis quibuscunque personis in genere vel in specie ne pro quibusvis eorum negocijs prosequendis seu gratijs impetrandis, ad Romanam Curiam accedant aut recursum habeant, seu gratias ipsas à sede apostolica impetrent, aut impetratis vtantur directe vel indirecte, etiam sub gravissimis pœnis, prohibere statuere, seu mandare: quive in animarum earundem periculum, se à nostra & Romani pontificis pro tempore existentis, obedientia pertinaciter subtrahere seu quomodolibet recedere præsumunt: quive eorum officio, vel ad instantiam quorumcunque personas ecclesiasticas, capitula, conventus, & collegia ecclesiarum quarumcunque coram se ad eorum tribunal, audientiam, cancellariam, consilium, vel parlamentum, præter iuris communis dispositionem trahunt, aut trahi faciunt vel procurant directe vel indirecte quouis quæsitio colore: nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quævis alia Decreta, in genere vel in specie ex quavis causa & quouis quæsitio colore: etiam sub prætextu literarum apostolicarum in vfu non receptorum, seu reuocatarum: hætenus fecerunt, ordinarunt, & publicarunt, aut facient ordinarunt, vel publicabunt in futurum, per quas & quæ libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris & dictæ sedis iuribus quomodolibet tacite vel expresse præiudicatur: quive iurisdictiones seu fructus, redditus & proventus, ad ecclesiasticas personas, ratione ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum, ecclesiasticorum per eas obtentorum pertinentes, vsurpant vel surripiunt: seu quavis

occasione vel causa sine Romani pontificis expressa licentia, sequestrant: aut collectas, decimas, talleas, præstantias, & alia onera clericis, prælatis & alijs personis ecclesiasticis, ac eorum & ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis illorum fructibus, redditibus & proventus huiusmodi absque simili Romani pontificis speciali & expressa licentia, imponunt: & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sponte etiam dantibus & concedentibus recipiunt: nec non qui per se vel alium seu alios directe vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare: aut in eisdem auxilium, consilium vel fauorem, aut votum seu suffragium, palam vel occulte præstare non verentur: cuiuscunque sint præminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali aut regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, comites, barones, respublicæ, & alij potentatus quicunque, etiam regnis, prouincijs, ciuitatibus & terris quoquomodo præsidentes fuerint, aut quauis etiam pontificali dignitate præfulgeant: innouamusq; decreta super his tam per sacros canones & concilia generalia quam etiam in Lateranensi concilio nouissime celebrato edita, & cum interdicto ecclesiastico, ac alijs censuris & pœnis in eis contentis.

P R A E T E R E A, excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos cancellarios & vicecancellarios, & consiliarios ordinarios & extra ordinarios, quorumcunque Regum & Principum, ac præsidentes cancelliarum, & consiliorum, ac parlamentorum: nec non procuratores generales eorundem, vel aliorum principum secularium: etiam si imperiali vel regali, ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate: nec non Archiepiscopos, Episcopos, abbates, commendatarios, vicarios, & officiales qui per se vel alium, seu alios quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum apostolicarum: nec non decimarum, & beneficiorum, ac alias spirituales, & spiritualibus annexas causas, ab auditoribus & commissarijs nostris, vt eorum verbis vtamur, auocant: ac executiones monitoriorum, citacionum, inhibitionum, sequestrorum, executorialium & aliarum literarum apostolicarum, tam gratiam quam iustitiam concernentium, à nobis, nec non camarario & præsidetibus cameræ apostolicæ, ac auditoribus & commissarijs apostolicis in eisdem causis pro tempore emanatarum, illarumq; cursum & audientiam, ac personas, capitula, conuentus, & collegia, causas ipsas exequi volentes authoritate laicali impediunt, & se de illarum cognitione tanq; iudices intromittere, ac partes

actrices quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum seu reuocari faciendam citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eas, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris & pœnis in illis contentis absolui ordinant vel compellunt, vel alias executionem literarum, epistolarum, vel executorialium, etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ, impediunt: declarantes nihilominus ac protestantes, pro vt tenore præsentium declaramus, ac expresse protesta mur, absolutione hodie, vel alias, etiam solemniter per nos faciendam, præfactos supra nominatos & qualificados, ac cancellarios, vicecancellarios, consiliarios & procuratores, & alios excommunicatos prædictos: nisi prius statim statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi, publice reuocauerint: & ex archiuis seu capitularibus locis aut literis in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac nos de reuocatione & cassatione huiusmodi certiiores fecerint, & alias à præmissis cum vero proposito vltius similia non committendi destiterint, comprehendere: nec illis aliter suffragaturam fore ac in præmissis omnibus & singulis ac alijs quibuscunque iuribus sedis apostolicæ, ac sanctæ Romanæ ecclesiæ vnecunque & quomodolibet quæsitis seu quærendis, per quoscunque actus contrarios, vel quomodolibet præiudicantes, tacitos vel expressos, à nobis vel sede apostolica quomodolibet factos aut faciendos, aut quemcunque temporis cursum seu pacientiam, vel tolerantiam nostram, nullatenus præiudicari debere aut quomodolibet posse.

P R A E T E R E A, excommunicamus & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, seu depradantes Romipetas & peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa, & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

P R A E T E R E A, excommunicamus, & anathematizamus, omnes illos qui per se vel alium seu alios, directe vel indirecte sub quocunque titulo vel colore de facto occupant, detinent, vel hostiliter destruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel destruere aut inuadere hostiliter præsumunt, in totum vel in partem, aliam vrbe, regna Sicilia, seu Trinacriæ, insulas Sardinia, & Corsica, terras citra Pharam, patrimonium beati Petri in Tuscia, ducatum Spoletanum, comitatum Venaisinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ, Tribariæ, Romanolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias illarumq; terras & loca: ac terras specialis

comissionis Arnulforum ciuitatesq; nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Bonauentum, Perusium, Auinionem, ciuitatem Castelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras & loca, vel iura ad ipsam Romanam ecclesiam spectantia & pertinentia, dictæque Romanæ Curia mediata vel immediate subiecta: ac supremam iurisdictionem in illis, nobis & eidem Romanæ ecclesiæ, competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare, varijs modis præsumunt, nec non adhærentes, fautores & defensores eorum seu in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem, quomodolibet præstantes. **P R A E T E R E A**, excommunicamus & anathematizamus omnes sanctarum reliquiarum, & ornamentorum ecclesiasticorum, quorumcunque, calicum, crucum, candelabrorum, turibulorum, vasorum, argenteorum & aureorum, ac vestitum sacrarum ad diuinum cultum & vsum deputatorum, ex basilicis & ecclesijs tam vrbe quam extra illius mœnia consistentibus, & aliarum quarumcunque rerum in ipsa vrbe tempore illius dirutionis, vsq; in præsentem diem nequiter ablatarum: ablatores & illarum occupatores, ac quoscunque, alios ad quorum manus res ipse quocunque titulo & ex quavis causa scienter peruenerint & existant, cuiuscunque fuerint ordinis vel præminentia, conditionis, & status etiã si pontificali, imperiali, regali, reginali, aut alia quavis ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate: nisi restituerint res ablatas huiusmodi earum veris dominis, si eorum notitiam habuerint vel cum ipsis dominis desuper amicabiliter cõcordauerint, seu si eorum dominos ignorauerint: nisi res ipsas ad manus personarum per nos ad hoc deputatarum, consignauerint realiter & cõ effectu, non obstantibus quibuscunque, priuilegijs & indulgentijs, ac literis apostolicis, generalibus vel specialibus: eis vel eorū alicui vel aliquibus, cuiuscunque ordinis, status, vel conditionis dignitatis, vel præminentia fuerint, etiã si vt præmittitur, pontificali, imperiali, regali, reginali, seu quavis alia ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, à prædicta sede sub quavis forma vel tenore concessis, quod excommunicari vel anathematizari non possint, per literas apostolicas non facientes plenã & expressã ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac ordinibus locis nominibus proprijs, cognominibus & dignitatibus eorū, mentione: nec nõ cõsuetudinibus & obseruatijs, scriptis vel nõ scriptis & alijs contrarijs quibuscunque, per quæ contra nostros processus huiusmodi ac sētētijs quo minus includantur in eis se iuuare valeant vel tueri, & quæ quo ad hoc penitus tollimus & omnino reuocamus: & à quibus quidē sententijs

sententijs nullus per alium quã per Romanũ pontificẽ, nisi in mortis articulo constitutus absolui possit: nec etiam tunc nisi de stando sanctæ Romanæ ecclesiæ mandato, satisfactione, & sufficienti cautione præstitis etiam prætextu confessionum, seu quarumvis facultatum, verbo, literis aut quauis alia scriptura, etiam in qua sola signatura sufficeret concessum, & quauis derogatoriarum derogatoriæ, fortiores & efficaciores, ac insolitæ clausulæ apparerent quibusuis personis cuiuscunque præminentia dignitatis conditionis vel status, etiam si pontificali, regali, reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate: religiosi & secularibus vtriusque, sexus, capitulis, collegijs, cõuentibus, ordinibus etiam mendicantiũ, & militiarum, hospitalibus, confratribus & vniuersitatibus cõcessarum, à nobis vel à prædicta sede, & quas cõcedi cõtingeret quomodolibet in futurum. Illos autem qui contra tenorem præsentiu, talibus vel eorum alii seu aliquibus, absolutionis beneficium impendere, de facto præsumpserint, excommunicationis & anathematizationis sententia innodamus, eisque prædicationis, electionis, administrationis sacramentorum, & audiendæ confessionis officia interdiciamus, prædicentes & declarantes, aperte transgressoribus & contemptoribus prædictis, nos grauius contra eos spiritaliter & temporaliter, prout expedire cognouerimus processuros: Et nihilominus quidquid egerint absolueno vel alias nullius sit roboris vel momenti. Haftenus bulla de cœna domini, Iulij tertij: & mandatur prælati quod semel in anno publicet populo præfatam bullam.

P R A E T E R E A, vltra prædictas excommunicationes sunt adhuc alia summo pontifici reseruate: quarum vna est quæ continet alias octo, & habetur in processu Curia Pauli. 2. contra offendentes ecclesiæ libertatem, & violantes interdictum ab apostolica sede impositum. Tertia in conspirantes in statum vel personam Romani pontificis. Quarta in præbytericidas. Quinta per Sixtum extenditur, ad occidentes vel mutilantes aliquem in sacris constitutum. Sexta contra offendentes Episcopos vel alios prælato in proprijs personis. Septima contra imponentes onera noua realia vel personalia ecclesijs vel ecclesiasticis personis. Octaua in symoniacos super ordinibus, vel beneficijs affectis in Curia Romana, vel extra: & hæc excommunicationes reseruantur Papæ, vt habetur in quadam constitutione eiusdem Pauli. 2. quæ incipit, etsi dominici &c. ¶ Alia excom. est in extrauaganti Sixti quæ incipit. Et si dominici, contra omnes dispensantes in voto vltra marino sanctorum Petri & Pauli san-

cti Iacobi in Compostella & castitatis, ac religionis. Secundo ibidem excommunicantur omnes absoluentes à supradictis octo excommunicationibus positis à Paulo. 2. ex quacunque concessione ab ipso Papa habita, nisi in ipsa concessione mentio fiat de ipsa extrauagante de verbo ad verbum. ¶ Alia excom. est, in quadam extrauagante Bonifacij. 2. sub rubrica de sepulturis, quæ incipit Detestanda, vbi excommunicantur omnes etiam potestates exenterantes vel in frustra conscindentes vt carnẽ ab ossibus euellat, vt alibi tumulanda ferant. ¶ Alia excom. est, in quadam extrauagante Martini. 5. sub rubrica de symonia, quæ incipit, danabile: & rursus in alia Pauli. 2. quæ incipit. Cũ detestabile: cõtra õnes et quacũq; dignitate prædictos seculari vel ecclesiastica etiã cardinalatus, qui symoniã in ordine vel beneficio contraxerunt in curia vel extra, publice vel occulte, & contra õnes mediatores & procuratores in ea, & reseruat absolutio potestati Romano. Alij autẽ symoniaci non leguntur excommunicati: sub nomine tamen beneficij intelliguntur electiones postulationes, cõfirmationes, & õnes prouisiones ecclesiarũ, monasteriorũ, dignitatum personatum & officiorum, quia in his tam dantes quã accipientes prædictas extrauagantes sunt excommunicati. ¶ Alia excom. est, in eadẽ extrauagante Martini. 5. & Pauli. 2. contra omnes etiam quacunque dignitate ecclesiastica vel seculari pollentes, qui symoniacos, & mediatores, vel procuratores symoniæ, summo pontifici aut cui ille commiserit quanto citius non reuelant, qui absolui non possunt nisi hæc reuelent. Sed hæc sententia hodie non tenet, quia iam à multis annis non seruat & non fuit acceptata, & summus pontifex scit & non reclamatur. ¶ Alia excommunicatio est, in extrauagante Urbani. 5. quæ incipit. Sane, seu Ne in vna, contra omnes dantes aut recipientes aliquod temporale pro ingressu monasteriorum seu religionis. ¶ Alia est, in quadam extrauagante Martini. 5. sub rubrica de regularibus, quæ incipit, Viam ambiciose, contra omnes religiosos mendicantes euntes ad ordines seu monasteria non mendicantium, vt ibi sunt fratres etiam sub prætextu cuiusvis licentiæ, etiam apostolicæ generalis, & contra recipientes eos, excepta cartusia. ¶ Alia excommunicatio est, in quadam extrauagante Bonifacij. 8. sub rubrica de sententia excommunicationis, quæ incipit. Excommunicamus contra omnes facientes promissionem vel pactum temporalium, pro aliqua gratia vel iustitia obtinenda in Curia Romana, & contra dantes & recipientes ex dicta promissione vel pacto. Sed hanc censuram Paludanus & aliqui iureconsulti dicunt

dicunt esse reuocatã per Clemetẽ quintum, ideo iam non ligat. ¶ Alia excom. est in quadam extrauagante Pauli Secundi, quæ incipit, cum omnibus, in qua sic dicitur: si quis autem commissarius aut delegatus ad cognoscendũ, an rei ecclesiasticæ alienatio cedat in euidentem vtilitatẽ ecclesiæ, sic conscientia suæ prodigus, in grauamẽ aut detrimentum ecclesiæ, per gratiã, timorẽ, vel sordes, alienationi cõsenserit, aut decretũ vel auctoritatem interposuerit, inferior quidẽ Episcopo, sententiã excommunicationis incurrat &c. & infra: Is verò qui dolo vel fraude, aut scienter in detrimentũ ecclesiarũ alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, vel impulsionem alienationis decretũ extorsit, similem sētentiam excommunicationis incurrat, à qua absolui non possit, nisi per Romanum potestati. ¶ Alia excommunicatio est in quodã priuilegio Alexãdri. 4. q. incipit Ex alto: & in alio incipiente Non sine multa, cõtra omnes qui libellos famosos, vel cãtilenas, aut ritibus faciunt, detinēt, vel publicant in infamiam status ordinum Prædicatorũ vel Minorum, & absolutio reseruat apostolicæ sedi. ¶ Alia est, in eisdẽ priuilegijs, cõtra õnes prædicantes, docentes, vel detēdentes, quod præfatorũ ordinum fratres nõ sunt in statu perfectionis, nec licet eis de elemosinis viuere, aut quod non possunt prædicare vel audire cõfessiones quorũcũq; de licẽcia Romani Potestatis, vel aliorum prælatorũ, seu etiã curatorũ. ¶ Alia excommunicatio est ibidẽ cõtra omnes facientes violentiã damnabilem in locis ordinis prædicatorum: & absolutio reseruat apostolicæ sedi, vel conseruato ribus dicti ordinis, ¶ Alia excom. est in quodã priuilegio ordini prædicatorũ concessio, quod Archiepiscopus refert se vidisse, cõtra omnes intrãtes monasteria monialium ordinis prædicatorũ, vel factæ Claræ, ordinis minorum in casu non cõcesso in regula, vel cõstitutionibus earũ, vel sine licẽtia Magistri, aut ministri generalis, vel alterius ab eo habētis potestate, & absolutio reseruat Papæ, vel Magistro, siue ministro generali, vel habeti super hoc licentiam specialẽ ab aliquo prædicatorũ. ¶ Alia excom. est in priuilegio Bonifacij quod incipit, virtute: cõtra õnes detinētes apostatas ordinis prædicatorũ in suis monasterijs, vel ecclesijs, nisi eos eiecerint post quã fratres eiusdẽ ordinis denunciauerint eis, petentes ne eos detineat. ¶ Alia excom. est in literis inhibitorijs Clemētis ad minores: quæ incipiunt Quo vos, vbi ipsi excommunicantur si præsumant recipere professos ordinis prædicatorũ, sine licẽtia summi pontificis, faciēte expressam de hoc indulto mentionem: vel nisi prius Priorũ suorũ licentia petita fuerit, & obtenta. ¶ Alia excom. est in priuilegio A-

lexãdri. quod incipit, ex alto, cõtra Rectores Magistros, & scholares artistarũ studij Perusini, qui excludere moliuntur publice vel occulte fratres Prædicatores vel Minores, à cõsortio vniuersitatis eiusdẽ studij: & reseruat sedis apostolicæ absolutio huius excommunicationis. ¶ Alia excom. est vt refert Archiepiscopus, se illã vidisse in libro pœnitentię summi potestatis, contra omnes accedentes ad sepulchrũ domini deuotionis gratia, sine licẽcia summi potestatis, & absolutio reseruat eidẽ vel summo pœnitentiario. ¶ Alia excom. est quam tulit Sixtus in extrauagante, de materia cõceptionis beatæ virginis, quæ incipit graue nimis: vbi excommunicantur õnes qui ausi fuerint in sermonibus ad populũ, vel alijs quolibet affirmare, quod tenēs gloriosã virginem Mariam esse sine peccato originis conceptam, peccet mortaliter, vel esse hereticos: & similiter qui idẽ asseruerint de tenētibus contrariam opinionem, nepe quod sit in originali peccato cõcepta: cum nondũ inquit sit à Romana ecclesia, & apostolica sede decisum. ¶ Alia excom. est Iulij secundij post Pium secundum, contra omnes appellantes à summo Pontifice ad futurum cõciliũ & est ad perpetuã rei memoriã: & extenditur etiam vltra mōtes, & cõtra Reges & Cardinales, & cõmunitates ac collegia, & parlamēta & contra omnes ad hoc prestātes consilium auxilium, vel fauorẽ etiã indirecte: & præcipit ibi quod omnes prædicti habeantur vt schismatici, & de fide male sētētēs. Primũ est cõsiderandum, quod de iure in solis duobus casibus reseruat excommunicatio episcopo, Prior est, quando ipse refert excommunicatiõnẽ in statuto perpetuo sinodali, & sibi reseruat, vel quando in iure cõmuni expresse episcopo reseruat ob suã dignitatem: õnis etiam excommunicatio quæ fertur in iure cõmuni & nulli reseruat, reliquitur ordinariis absoluenda, quarũ prima est cõtra õnes principes & officiales, qui tertio admoniti ab episcopis, vel ecclesiasticis prælati, recusant eis super eorũ causis facere iustitiã: & habetur, 23. q. 5. ca. administratores. Secunda in cap. licet, de electione, vbi excommunicatur ille qui electus à paucioribus quã à duobus partibus cardinalium, in summum pontificem assentit electioni de se factæ, & similiter omnes talẽ recipientes pro summo potestati. ¶ Tertia excom. nulli reseruata, habetur in cap. quoniam, de officio ordinarij, vbi dicitur, q. vbi in ciuitate vel diocesi vna populi sunt ligarũ diuersarũ & rituum, potestex loci pro necessitate vrgēte, potest præfatum sibi vicarium instituire illis conformẽ sibi per õnia subiectũ & obediēte: qui aut aliter se gesserit, ipso iure est excommunicatus. ¶ 4. excom. nulli reseruata, est in cap. 1. de o-

ea, vbi excōmunicantur magistri, & scholares Bononiæ conuenientes hospité, pro conducendo hospitio aliorum magistrorum & scholarium, in lētionem vel impedimētum inhabitantium, nisi prius tēpus conductio- nis sit elapsū, vel nisi de consensu ipsorum magistrorū, & scholarium inquilinorū &c. ¶ 5. excom. nulli referuata, habet in cap. non minus, iuncto cap. aduersus, de immunitate ecclesi. vbi excōmunicantur prius omnes Rectores, & Consules ciuitatum, & alij officiales laici quorumcunq; locorū, qui angarias & exactiones indebitas. i. onera personarum aut rerū, ecclesijs aut ecclesiasticis personis imponunt & eorum factores. Secundo excōmunicantur prædicti qui in iurisdictionē Prælatorum, & auctoritatem quā habent in suis hominibus euacuāt, omnes hij sunt excōmunicati si admoniti non desistunt. Tertio, excōmunicantur successores prædictorū officialium, nisi infra mēsem excessum suorum prædecessorum purgauerint & satisfecerint. ¶ 6. excom. nulli referuata, habetur in cap. nō magnoperene, clerici vel monachi: cōtra quoscuq; religiosos, tacite vel expresse professos, audientes leges vel phisicam, nisi infra spacium duorum mēsiū redierint ad claustrum: & in cap. fina. eod. titulo: & extenditur hoc ad Archidiaconos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos habentes personatus, & omnes sacerdotes, nisi infra spacium duorū mēsiū destiterint audire &c. ¶ 7. excom. nulli referuata, est in cap. clericis, ne clerici vel monachi: vbi prius excōmunicātur omnes sacerdotes, qui post monitionē, officium vicecomitis aut præpositi secularis habuerint: & secundum glos. ibi est canon lata sententiæ post monitionē: ibi etiam secundo clericus existens in sacris, iudicium sanguinis exercens per mutilationē per se vel aliū, honore & loco mandatur priuari. ¶ 8. excom. nulli referuata, est in cap. nulli fas. d. 19. contra omnes schismaticos: & cap. 1. de schismaticis, vbi excōmunicātur omnes qui innitūtur ordinationibus factis à schismaticis: quā sententiā secundū Panor. ibidem quis tribus euentis incurrit: prius, quando rem ecclesiasticā emit, vel aliter acquirit à schismatico, & ita notatur euentus in quo emens rem ecclesiasticā est ipso facto excōmunicatus: aliās autem regulariter etiam occupans rem ecclesiasticā, non est excōmunicatus sed excōmunicādus, vt cap. conquestus, de foro cōpetenti. Secūdo, quando quis tenet beneficiū à schismatico. Tertio, quando quis innititur ordinationi factæ per eum: quod secundum glos. & eūdem Panor. intellige quoad exequutionem, si scienter ordines recipiantur, si autem ignoranter secundum Innocen. etiam exequutio confer-

tur, quod secundum Hostien. verū est quādiu est occultus, sed postquā fuerit patefactus requiritur dispensatio: & hoc est tutius, & consentit Panor. ¶ 9. excom. nulli referuata, habetur in cap. excōmunicati, de rap. vbi excōmunicātur omnes qui Christianos naufragium patientes, damnata cupiditate spoliant suis bonis, nisi ablata restituant q̄ primum poterunt, secundum Panor. quod etiā glosa tenere videtur. ¶ 10. excom. nulli referuata, habetur in cap. nouerit, de sentent. excōmunicati, vbi excōmunicantur prius omnes facientes seruari instituta, vel consuetudines quæ sunt contra ecclesiasticā libertatem. Secundo, omnes qui dicta instituta deleri non fecerint de capitularibus suis infra duos menses à publicatione huius sententiæ. Tertio, ipsi Statutarij, & scriptores statutorū. Quarto, potestates, Consules, Rectores, & consiliarij locorum, vbi huiusmodi consuetudines & statuta adita fuerint & seruata. Quinto, omnes iudicantes secundum hæc. Et sexto, omnes redigētes in publicam formam iudicata. Nec vitant hanc sententiā secundum Panor. ibid. prædicti licet in fine statutorum ponant statutum, quod si quæ sunt instituta contra ecclesiasticā libertatem, habeantur pro non scriptis, sicut communiter fieri solet, quia per hoc non satisficit dictæ constitutioni: sed exigitur hæc statuta deleri de libris. ¶ 11. excom. nulli referuata, habetur in cap. vbi periculum, de electione, lib. 6. vbi excōmunicantur omnes qui mittunt scripturam, vel nuntium, vel loquantur occulte Cardinalibus, vel alicui eorū, existentibus in clauis pro electione summi pontificis. ¶ 12. excom. nulli referuata, habetur in eodem cap. vbi periculum, de electione, lib. 6. vbi excōmunicantur oēs domini, Rectores, alijq; officiales, cuiuscunq; dignitatis aut conditionis existant, qui diligenter nō obseruāt, aut fraudem circa ea cōmittunt, quæ ibi præcipiuntur obseruanda, in morte summi pontificis, morientis in terra eorū (vide ibi) quæ in prædicto euentu seruāda sunt. ¶ 13. excom. nulli referuata, habetur in cap. sciant cuncti, de electione, lib. 6. vbi excōmunicātur omnes qui per se vel alios spoliando, seu aliās iniuste persequendo, grauant in beneficijs clericos, seu in alijs bonis, vel quilibet personas ecclesiasticas, aut eorum consanguineos, vel ecclesias, monasteria, seu cætera loca pia, ex eo q̄ tales personæ ecclesiasticæ eligere noluerunt, aut nolunt eum pro quo rogabantur. ¶ 14. excom. nulli referuata, est in cap. generali, de electione, lib. 6. contra usurpantes sibi de nouo ius patronatus in locis pijs, vel iura, aut bona vacantium ecclesiarum, vbi sic dicit: sancimus vniuersos & singulos qui regaliā, custodiā, siue guardiā aduoca-

tionis,

tionis, seu defensionis titulum in ecclesijs, monasterijs, seu quibuslibet alijs pijs locis, de nouo vsurpare conantes bona ecclesiarū, monasteriorum, aut locorū ipsorum vacantium occupare præsumunt, quantūcunq; dignitatis honore præfulgeant: clericos etiam ecclesiarū, monachos monasteriorū, & personas cæteras locorum eorundem, quæ hoc fieri procurant, eo ipso sententiæ excommunicationis subiacerent. ¶ 15. excom. nulli referuata, habetur in cap. indēnitatibus, de electione, lib. 6. vbi excōmunicantur deputati, aut vocati ad dirigendas moniales in electionibus, qui non abstinent ab his, per quæ inter eas posset oriri discordia in ipsis electiōibus, vel iam orta nutriri. ¶ 16. excom. nulli referuata, habetur in cap. hac constitutione, de officio delegati, lib. 6. vbi excōmunicantur procuratores, eo q̄ conseruatores sibi dati se intromittant, de alijs q̄ manifestis iniurijs & violentijs, seu ad alia quæ iudicalem indaginem exigunt, suam extendant potestatem. ¶ 17. excommunicatione nulli referuata, est in cap. vnico, de his quæ vi metusve causa fiūt lib. 6. vbi excōmunicantur absolutiōne vel reuocationem ab ecclesiasticis censuris, per vim aut metum extorquentes cum effectu: vnde si non sequatur absolutio, esto incutiat metus, non erit excommunicatus. ¶ 18. excom. nulli referuata, habetur in cap. mulieres, de iudicijs, lib. 6. vbi excōmunicātur qui fraudulenter fingunt casum, vt iudex personaliter vadat ad mulierem pro eius testimonio accipiēdo: & hoc intellige verum si fictor sit ipse iudex: vnde glosa dicit, quod iudex vt possit dominam visitare, faciebat eā nominari in testem: siue sit alius, quia est malo consentiens: & hoc etiam intelligitur secundum aliquos, siue vt personaliter vadat, siue vt mittat, licet hoc secundū non habeatur ex textu expresse, quia intentio legis est vitare nephanda, quæ interdum etiam frequenter melius per medium procurantur: quem sensum videtur Archiepiscopus probare. 3. p. titulo. 25. cap. 45. Sed quia constitutio est pœnalis, rationabilius videtur q̄ intelligatur solū si personaliter eat iudex: & idem dicit de iudice laico: Si aut iudex nō eat licet casus fingatur, nō est locus prædictæ pœnæ: & si iudex iret quidē nesciens fictionem, aut eam improbare non potens, non incidit in prædictam sententiā, quia canon non excōmunicat euntem sed fingentem, nec pœnæ sunt extendendæ: fictor tamen in prædicto euentu esset excōmunicatus. ¶ 19. excom. nulli referuata, est in cap. hoc consultissimo, de rebus ecclesiarū nō alienandis, lib. 6. vbi excōmunicantur oēs cuiuscunq; conditionis, compellentes prælatos vel ecclesiasticas personas ad submittendū ecclesias subicien-

dum bona immobilia, vel supponendū iura ecclesiarum laicis, vel recognoscendum, seu profitendum, se tenere ab illis tanquā à superioribus, vel ad statuendum eosdem laicos tanq̄ patronos, vel aduocatos ecclesiarū seu bonorū ipsarum in perpetuum, seu ad non modicum tempus sine capituli consensu, & licēcia speciali sedis apostolicæ. ¶ 20. excom. nulli referuata, habetur in cap. vnico, de religiosis domibus, lib. 6. vbi excōmunicantur prius omnes nouum ordinem aut religionē inuenientes, vel habitū nouæ religionis assumptas: & intelligitur quod quis assumat habitum nouæ religionis, aut eam inueniat vt cum alijs viuat: nam nullus prohibetur assumere habitum nouum vt seorsum viuat, vt faciunt Eremitæ: & hoc notat glos. ibid. & idē habetur in quadā extrauaganti, lo. 22. quæ incipit Sancta mater ecclesia, quā adducit Abbas in cap. finali, de religiosis domib⁹. Secūdo, excōmunicātur ibidē oēs fratres ordinum mendicantium post conciliū Lugdunense institutorum, qui aliquid propriū habere non possunt ex eorum regula, si aliquē ad professionem recipiunt, siue si domos vel loca eorum alienant sine licēcia sedis apostolicæ speciali: aut etiam secundū Archiepiscopi si alienant mobilia: excipiuntur tamen in textu ab ista pœna fratres prædicatores minores, Eremitæ S. August. & Carmelitæ: Fuit autem prædictum conciliū cælebratum sub Inno. 3. Anno Domini. 1215. ¶ 21. excommunicatione nulli referuata, habetur in cap. quāquā, de censibus, lib. 6. vbi excōmunicantur quicunq; per se, vel per alios suo nomine, vel alieno ab ecclesijs vel ecclesiasticis personis, exigunt pedagia pro rebus suis proprijs, quas deferunt vel deferri faciunt, non causa negociationis: intelligitur tamen hoc si sunt personæ singulares quæ hoc faciunt, vt dicitur in tex. & extenditur etiā ad Episcopos. ¶ 22. excom. nulli referuata, habetur in cap. quoniam, de immunitate ecclesiarum, lib. 6. vbi excōmunicantur omnes qui recurrentes ad ecclesiasticum forum, super causis, ad illud, de iure vel antiqua consuetudine, vel interpretatione a Papa pertinentibus, per se vel per alium impediūt, ne coram iudicibus ecclesiasticis delegatis vel ordinarijs, possint iustitiam obtinere, vel quærelā de dictis causis proponere, cū danti bus consiliū, auxiliū, vel fauorē ad prædicta: nec tales debent absolui, nisi prius integre satisfecerint, tam iudici cuius iurisdictionem perturbant, q̄ parti perturbatæ, de iniuria, damnis, expensis, & interesse: Et quantū ad iudices qui sunt in curia, est Papalis, vt supra diximus: quantum ad reliquos autem est Episcopalis, quia non referuatur. ¶ 23. excommunicatione nulli referuata, habetur in cap.

cap. eos de immunitate ecclesiarum, li. 6. vbi excommunicantur omnes seculares dominium habentes, qui suis subditis interdiciunt, ne prælatis aut clericis, seu ecclesiasticis personis quæcunq; vendant, vel emant aliquid ab eisdem, nec ipsis bladum molant, aut coquant panes, aut alia obsequia exhibere præsumant. ¶24. excommunicatio habetur in cap. vt periculosa, ne clerici vel monachi. li. 6. vbi excommunicantur omnes religiosi, tacite vel expresse professi aliquam religionem approbatam, temere habitum suæ religionis in scholis, vel alibi dimittentes: & dicitur temere. i. sine causa rationabili, secundum doctores communiter: quæ causa arbitrio boni viri diiudicabitur. ¶25. excommunicatio nulli reseruata, habetur in cap. prædicto, vt periculosa: vbi etiam excommunicantur omnes religiosi qui accedunt ad quæuis studia literarum, nisi concessa prius licencia à suo prælato, cum consilio maioris partis sui conuentus: & intellige si accedat mansuri extra claustrum, etsi illa studia non sint aliàs prohibita, nempe si accedant ad studia theologiæ, vel canonum: sed etsi licentiam habeant & habitum dimittant, sunt excommunicati. ¶26. excommunicatio nulli reseruata, habetur in eodem cap. vt periculosa, vbi excommunicantur omnes doctores, siue magistri, qui religiosos habitu suo dimisso, leges aut philosophicam audientes scienter docere, aut in scholis suis præsumperint retinere. ¶27. excommunicatio nulli reseruata, habetur in cap. quicumq;, de hæret. li. 6. vbi excommunicantur oēs qui scienter præsumperint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, hæreticos, aut receptatores, defensores, vel fautores eorum: nec absolui debent nisi proprijs manibus extumulent huiusmodi corpora damnatorum: & prædictus locus perpetuo priuatur sepultura. Tradere autem ecclesiasticæ sepulture, est tumulare in cimiterio ecclesiæ cadauera hæreticorum more Christianorum. ¶28. excommunicatio nulli reseruata, habetur in cap. vt inquisitionis, de hæreticis, li. 6. vbi excommunicantur potestates, domini. s. temporales rectores, vel eorum officiales seu balliui qui de crimine hæreseos cognoscunt vel iudicant: siue si captos pro eodem crimine, absq; Episcoporum vel inquisitorum licencia à carcere liberant, vel exequutionem pro huiusmodi crimine eis a diocesano, vel inquisitore iniunctam non implent, prout ad eorum spectat officium. Præterea, si directe vel indirecte præsumat sententiam, aut processum diocesanorum aut inquisitorum impedire: vel si diocesano aut inquisitoribus præsumperint se opponere, in his quæ ad prælatum fidei negotium incumbunt, aut aliter impedire: cum omnibus scienter dan-

tibus eis in prædictis auxilium, consilium, vel fauorē. Quod tamen aliqui restringunt, & dicunt solum esse verum, quando quis facit animo impediendi officium, secus autem si impediret animo offendendi, quia. s. est inimicus suus: sic nāque non esset excommunicatus, licet impediret. ¶29. excommunicatio habetur in cap. vnico, de schismaticis, lib. 6. contra Iacobum de columna, & Petrum nepotem, olim Cardinales Ecclesiæ Romanæ schismaticos. ¶30. excommunicatio habetur in cap. primo, de homicidio, lib. 6. vbi excommunicantur omnes qui per assassinos aliquem interficiunt. ¶31. excommunicatio est in cap. primo, de vsuris, lib. 6. vbi sic dicitur. Hac generali cōstitutione lancimus, vt nec collegium, aut alia vniuersitas, vel singularis persona cuiuscunq; dignitatis, conditionis, aut status, alienigenas, & alios non oriundos de terris ipsorum, publice senebrē pecuniam exercentes, aut exercere volentes: ad hoc domos in terris suis conducere, vel conductas habere, aut alias habitare permittant: sed huiusmodi vsurarios manifestos omnes infra tres menses de terris suis expellant, nunquā aliquos tales de cetero admissuri, nemo illis ad sēnus exercendum domos locet, vel sub alio titulo quocunq; concedat: Qui verò contrarium fecerint, si personæ fuerint ecclesiasticæ. Patriarche, Archiepiscopi, Episcopi, suspensionis: minores verò personæ singulares, excommunicationis: si autem collegium vel alia vniuersitas, interdicti sententiam, ipso facto se nouerint incurseros: quā si per mensem animo sustinuerint indurato, terræ ipsorum (quādiu in eis idem vsurarij commorantur) ex tunc ecclesiastico subiaceat interdicto: cæterum si laici fuerint per suos ordinarios ad huiusmodi excessum omni cessante priuilegio, per censuram ecclesiasticam compescantur. Hæc ibi. ¶32. excommunicatio est in cap. vnico, de iniuri. li. 6. vbi excommunicantur concedentes repræsentationes contra personas ecclesiasticas, vel bona ipsarum, vel generaliter concessas, prætextu cuiusvis consuetudinis ad easdem extendent, nisi infra mensem a die concessionis reuocent. Est tamen hoc intelligendū si sint personæ singulares: si autem est vniuersitas, ecclesiastico subiacet interdicto. ¶33. excommunicatio habetur in cap. scilicet, de penitentijs, lib. 6. de qua iam supra diximus, cum colligebamus excommunicationes Papales, excom. ii. ¶34. excommunicatio habetur in Clementina vnica, de seque. pos. vbi excommunicantur oēs qui sequestrationem factam per ordinariū loci, de beneficio ecclesiastico non possessore per triennium integrum, pacifice post sententiam diffinitiuam, contra possessorem apud sedem apostolicam, dumtaxat in petitorio, vel

vel possessorio promulgatā impedire, vel fructus sequestratos, q̄ supersūt onerib⁹ tenētis sequestratū beneficiū, occupare præsumperit, à qua sententiā nullaten⁹ absoluatur nisi vsurpata restituat, & remoueat impedimētū. nec pōt sequester secundū glos. fructus ipsos cōuertere in vtilitatē beneficij, p̄pter verbū restituat. ¶35. excommunicatio habet in Clemēt. .i. de sepulturis: vbi excommunicatur oēs etiā exēpti, q̄ scienter tēpore interdicti in casibus nō cōcessis à iure, sepeliūt in cēmiterijs: & idē si in ecclesiā excommunicatos publice maiori excommunicatione, vel interdictos à diuinis, aut vsurarios manifestos sepeliūt. ¶36. excommunicatio habetur in Clemēt. .i. de decimis, vbi excommunicatur oēs religiosi administratione vel beneficiā nō habentes, q̄ noualiū aut alias decimas ecclesiæ debitas & ad eos non spectantes, sibi vsurpare præsumūt: seu qui de animalib⁹ familiarū seu pastorū suorū, vel aliorū aialia ipsa immiscētū eorū gregib⁹: aut q̄ de animalibus quæ in fraudē ecclesiarū emūt, empta venditoribus vel alijs ab ipsis tenenda tradūt: seu q̄ de terris quas tradūt alijs excolēdas, decimas soluere nō permittūt, aut phibēt, si post requisitionē factā ab eis quorū interest nō destiterint infra mensem: vel si de eis quæ cōtra præmissa vsurpare vel retinere præsumperint, infra duos mēses ecclesijs dānicatis emendā nō fecerint cōpetentē: nec debēt absolui, nisi à teā satisfactiōne cōdignā tegerint. Et hæc pœna etiā ligat fēminas religiosas, secundū glos. sibi, verb. quicumq;: & Cisterciēses & hospitalarios, sed nō ligat, scholares, clericos, aut laicos: religiosi aut habentes administrationē vel beneficiū in prædictis, nō incurrūt excommunicationē, sed suspensionē ab officijs, administrationibus, & beneficijs, vt dicit in tex. ¶37. excom. habet in Clement. .i. de statu monachorū, vbi excommunicatur oēs monachi & canonici regulares, administrationē aliquā non habentes, qui sine licencia speciali suorū prælatorū se transferūt ad curias principum, vt damnū aliquod suis prælatis aut monasterijs inferat. ¶38. excommunicatio habetur in eadē Clement. vbi excommunicatur monachi qui sine licēcia Abbatū suorū, petita. s. & obtenta secundū Paulū, tenent arma infra septem monasterij, vbi dicit Cardinalis q̄ septa est clausura monasterij quā non licet egredi nisi de licencia. ¶39. excommunicatio habetur in Clement. attendētes, de statu monachorum: vbi excommunicantur impediētes visitatores monialiū, quarūcunq; etiam canonicarum regulariū in his quæ pertinet ad officium visitationis earū. ¶40. excommunicatio habetur in Clement. 9. de religiosis domibus: vbi excommunicantur oēs statū beguinarū assumētes, vel assumptū sectantes, & religiosi fouentes eas in illo statu, seu ad il-

lum assumendū dantes auxiliū, consiliū vel fauorē, villo modo. i. nec directe nec indirecte. Beguinae aut fuerūt vt dicitur in præcitate tex. quædam mulieres nulli promittētes obedientiā, nec proprijs renuntiātes, nec regulā aliquā ab ecclesiā pbatā profitētes, habentes tamen habitū q̄ dicebat beguinarū, de summa trinitate aliquādo disputātes, & prædicantes circa articulos fidei, & ecclesiæ sacramēta, opinionones cōtrarias fidei inducētes, & simplices decipiētes. Quarū stat⁹ secundū Paulū ideo reprobat quia vidēt noua religio, sine licēcia sedis apostolicæ cōstitutā. Ex quo infert q̄ etiā si proprijs renūtiarent, ex hoc nō essent approbatæ, cū non habeant regulā approbatā, de religio. do. cap. .i. li. 6. vnde nomine beguinarum, sorores tertij ordinis B. Dominici, aut B. Francisci nō cōprehēduntur, cū habeāt regulā vel modū viuendi approbatū: nec mulieres fideles quæ pmissa aut nō pmissa cōtinentia in suis hospicijs honeste cōuersantes penitentia agūt, vt in ipso textu cōstat, etiā si vtantur habitu simili habitu beguinarū. ¶41. excommunicatio habet in Clement. vnico, de consanguinitate & affinitate, vbi excommunicantur pri⁹ oēs scienter cōtrahētes matrimoniū in gradib⁹ cōsanguinitatis vel affinitatis prohibitis: & oēs cōtrahētes cū monialib⁹: & oēs religiosi. i. tacite vel expresse professi religionē approbatā secundū glos. vel moniales & clerici in sacris cōstitutis, cōtrahētes cū quibuscūq;. ¶42. excom. est in Clement. nolētes, de here. vbi excommunicatur oēs inquisitores, seu commissarij ipsorum vel Episcoporum, super hæresi deputati, q̄ prætextu officij inquisitionis, quocūq; modo illicito pecuniā extorqueāt ab aliquibus: vel scienter attētāt ecclesiarū bona ob delictū clericorū ecclesiæ, sisco applicare: & secundū Ioan. Andre. multo magis sibi ipsis, vel sisco seculari, cui ipso iure applicata sunt bona laicorū dānatorū de hæresi: & absolui huiusmodi nō possunt præter q̄ in mortis articulo, donec illis à quibus sic extorserint pecuniā, plene satisfecerint, nullis priuilegijs pactis, aut remissionibus super hoc valituris: sed hoc intelligendū est secundū Ioa. Andre. si habent vnde, quia aliàs paupertas excusat. ¶43. excom. habet in Clement. vnico, de vsuris, vbi excommunicatur potestates, capitanei, rectores, cōsules, iudices, cōsiliarij, aut alij officiales quarūcunq; cōmunitatū, q̄ faciūt statuta, scribunt vel dictant q̄ vsuræ soluantur, aut q̄ solutæ nō restituatur cū repetūtur: vel qui scienter secundū illa iudicare præsumperint: vel qui ea hæctenus edita de libris cōmunitatum ipsarū infra tres menses non deleuerint, si habēt potestatem super hoc. s. tā de facto quā de iure, secundū glos. aut si ipsa statuta aut consuetudines habentes illorū effectū, quo quomodo præsumperint obseruare.

¶44. excomunicatio habetur in Clementina, cupientes, de pœnitentijs, vbi excommunicantur omnes religioſi mendicantes, qui ſine licentia Pape loca de nouo accipiunt ad habitandum, vel recepta hucusq; mutant, vel in alio quouis alterationis titulo tranſferunt: quã licentiam etiam legati a latere dare nequeunt ſecundum aliquos. ¶45. excomunicatio eſt in eadem Clementina, cupientes, de pœni. vbi excommunicantur omnes religioſi, qui aliqua proferre præſumunt in ſermonibus ſuis, vel alibi: ea intentione, vt à ſolutione decimarum debeatam eccleſijs retrahant audientes: & ſecundũ gloſam hæc pœna ligat religioſos mendicantes & non mendicantes, non autem clericos ſæculares aut laicos: ſed ad eã incurrendã, vt ex textu colligunt doctores, tria requiruntur. Primũ eſt, quòd prædicta dicant intentione retrahendi. Secundo, quòd decimæ à quibus retrahere intendunt ſint debitæ eccleſijs, non autem priuatis perſonis, ratione priuilegij vel antiqui feudi. Tertio, quòd prædicta dicantur perſonis audientibus, quæ illas decimas ex debito ſoluere teneantur, & vno horum deficiente, non ligat præfata cenſura. ¶46. excomunicatio habetur in prædicta Clementina, vbi excommunicantur omnes religioſi qui prædicare præſumpſerint, negligentia non purgata de conſcientia faciendã, circa decimas conſitentibus ſibi non ſoluentibus vt ſoluant: quod ſecundum Panor. & Petrum de Ancharrano intellige, ſi a prælatiſ eccleſiarum fuerin requiſiti vt hoc faciãt: Et ſi quis velit intelligere ſimpliciter, etiam ſi non fuerint requiſiti, ſufficit ſecundum Archiepiſcopum conſcientiam facere principibus domus, qui ſoluere habent, & hoc modo quòd dicit totum, vbi conſuevit dari totum, & partem vbi pars: vbi verò nihil, ſint tamen parati aliquid dare ſi exigantur. Hæc tamen ſententia & præcedens non ligat religioſos qui decimas percipiunt, & circa hoc delinquere non ſolent, vt dicit gloſa in dicta Clementina. ¶47. excomunicatio habetur in Clementina. i. de ſententia excommunicationis, vbi excomunicantur omnes religioſi, tam exempti quã non exempti, cuiuſcunque ordinis & conditionis. i. mendicantes, & non mendicantes ſecundum gloſam, qui interdictum impositum authoritate apoſtolicæ ſedis, vel ordinariorum, quòd ſciunt matricem eccleſiam ſeruare, non ſeruauerint: & idem ibi dicitur de interdictis & ceſſationibus a diuinis, inditis per prouincialium conciliorum ſtatuta, vel ipſorum authoritate, & in generalibus ceſſationibus a diuinis, ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel alijs capitula, collegia, vel conuentus ſecu-

larium, vel regularium ſibi vendicant eccleſiarum: Non ligat autem iſta conſtitutio clericos ſeculares ſecundum gloſam, quæ etiam dicit quòd religioſi intelliguntur ſcire obſeruantiam interdicti à matrice eccleſia, quando viderint, vel alio ſenſu corporis perceperint. i. auditu, quod intellige auditu probabili: Vnde ſtatim ſubdit, quòd probabiliter ignorant non ligantur: ipſam verò ſecundũ gloſam dicitur obſeruare, quando abſtinet animo obſeruandi: ſi tamen ipſa ſeruat, quia ipſa ſpecialiter vel ſingulariter eſt interdicta, non eſt locus huic pœnæ quæ intelligitur de interdicto, ad quod religioſi tenentur. ¶48. excomunicatio eſt in extrauaganti Benedicti. ii. quæ incipit, Nō quia, vbi excomunicantur ipſo facto, quicunq; impugnat literas electi in ſummum pontificem etiam antequã coronetur, cum per ipſam electionem canonicè factam, ſibi ius pontificatus ſit adquiſitum, & ex canonica electione conſirmatus ſit, & exercere poſſit officium ſuũ ante coronationem: vt. 23. d. cap. in nomine domini. ¶49. excomunicatio eſt in quadam extrauaganti Nicolai, qua excommunicantur exponentes in ſcholis aliter quã litera dicat illam Clementinam, Exiit de paradifo: vbi exponitur regula Beati Franciſci: Vnde illa Clementina ſola reperitur ſine gloſa: ſed hodie eſt ſuſpenſa illa extrauagãs quoad illam excomunicationem, per aliam extrauagantem Ioan. 22. vt dicit Zamba, & eius exemplar Archie. dicit ſe vidiffe. EX omnibus his collectis ſequitur, quòd & ſancti pōtiffices qui fuerunt ante annũ. 1398. quãdo ſextus codex iuris pontificij ſuit promulgatus, nō ita liberaliter ferebant ſententias excommunicationis, vt prælati qui ſucceſſerunt poſt illud tempus fecerunt: nam ante prædictum annum. 1398. non inueniebantur niſi triginta excommunicationes in toto decreto & decretalibus, vt refert Hoſtienſis: poſtea verò in ſexto, & Clemētiniſ, extrauagantibus, & priuilegijs, tantum augmentatæ ſunt vt hodie ſint penè innumeræ: Quod vtinam aduerterent Pontifices, & concilia, & reſtringerent hæc excommunicationum multitudinem, ne tam facile iniiciant laqueum animabus fidelium, pro quibus Chriſtus paſſus eſt: ſed potius mutarent has cenſuras in alias pœnas corporales: & excomunicationes ſolum eſſent contra prælatos qui non punirent ſubditos: quia ultra illas tam multas excommunicationes, quas ex corpore iuris collegimus, Epifcopi in ſuis ſynodalibus ferunt multas alias, & Prælati religioſorum addũt adhuc nonnullas alias: Et cauſam quare hæc ætate Prælati tam facile ferunt ſententias excommunicationis, credo eſſe aut quòd non poſſunt, aut quòd no-

lunt ſumere laborem, & ſollicitudinem neceſſariã ad puniendos ſubditos alijs pœnis corporalibus, aut in alijs bonis. At vt mea fert opinio optime cōſulerent prælati ſubditis, ſi cū delinquerent, corporalibus pœnis eos multarent, & non ſtatim ſpiritualibus: vnde excomunicationes papales ſunt. 55. in corpore iuris & in bulla cœnæ Domini: ſi reſte quas collegimus à numeris. Et epifcopales ſunt. 49. in iure cōmuni & papales & epifcopales ſunt centum & quatuor, præter alias quas ferunt Epifcopi in ſuis ſynodalibus, vt diximus: vnde cum tam multæ ſint moderandæ proſectio eſſent ab eccleſia & ſi deſes delinquentes alijs pœnis tēporalibus multandi.

¶ Sequitur tractatus de ſuſpenſione, quæ ſic definitur.

SVSPENSIO eſt cenſura eccleſiaſtica qua prohibetur perſona eccleſiaſtica, ne exerceat ſuum officium aut beneficium eccleſiaſticum, in totum vel in partem, vſque ad certũ tempus: vel in partem tantũ & quo ad tēpus in perpetuũ. Dixi cenſura, quia omnis ſuſpenſio eſt cenſura, ſed non omnis cenſura eſt ſuſpenſio. Dixi in partē vel ad certũ tempus: quia ſi eſt priuatus clericus in totũ & in perpetuum, eſt deſectio, & non proprie ſuſpenſio. Dixi quòd ſuſpenſione prohibetur clericus officio eccleſiaſtico, vel beneficio, quia ſi prohibetur aliquo alio exercitio, non eſt ſuſpenſio, & ſi ſit pœna alia vel cenſura. Secundo eſt conſiderandum, quòd ſi clericus ſuſpenſus agit contra talem ſuſpenſionem, peccat mortaliter, & eſt irregularis ſecundum communem ſententiam, & Theologorum & iureconſultorum: Probat, quòd prædictus ſuſpenſus peccat mortaliter agens cōtra ſuſpenſionem, quia agit contra præceptum eccleſiæ. Quòd autē ſit ipſo facto irregularis conſtat, quia ita iura diſponunt, & ſic definitum eſt in quadam regula cancellariæ.

Dubium

SE D hæſitabis quoties incurritur ſuſpenſionis pœna. Ad quod dico, quòd ſuſpenſio poteſt eſſe ab homine, & tunc toties incurritur, quoties fidelis & verus iudex prædic tam fert cenſuram contra aliquem vel aliquos. Incurritur etiam à iure quindecim euentis. Prius eſt clericus ſuſpenſus quoties notorius concubiniarius, aut fornicarius, vel notorius criminoſus aliquo alio crimine graui: cap. nullus. 12. d. & cap. ſciſcitantibus. 15. q. 8. Secundo eſt ſuſpenſus omnis clericus eligens in Epifcopum aliquem illegitimum, vel non habentem legitimam ætatem, ſcientiam, vel mores legitimos: verum eſt, quòd hæc cenſura eſt comprehendat omnes eligentes præfatum illegitimum Epifcopum, & compro-

miſſarios eligentes compromittendo in alijs: non tamen comprehendit eligentes quemquam ad aliam dignitatem non epifcopalem: nec comprehendit laicos, vt Imperatores, & reges qui præſentant aliquos illegitimos ad epifcopatus: nec comprehendit Cardinales eligentes illegitimos ſummos pontifices: ratio in promptu eſt, quia hæc cenſura ſolum loquitur de clericis eligentibus Epifcopos: & pœnæ non ſunt extendendæ. Tertio, ſuſpenſus eſt omnis clericus qui abſq; legitima licentia vel abſq; legitima ætate, vel extra tempus ab eccleſia ordinatum initiatur aliquo ordinis gradu: et ſi antequam abſoluatur ab illa ſuſpenſione exercent illud officium alicuius gradus ordinis, ſunt etiam irregulares. Quarto ſuſpenditur omnis clericus prouocans aliquẽ ad duellum, vel laceſſit aliquem aut acceptat duellũ ab illo oblatum, & exit ad pugnam in agrum: & hæc ſecundum Sylueſtrum & aliquos. Nō tamen videntur hæc omnino vera, quia cap. vel non eſt compos de tēporibus ordinationum, ſolum dicit quòd tales laceſſentes ſunt deponendi. Quinto, ſuſpenditur per menſem ab ingreſſu eccleſiæ omnis iudex vel quicunq; ſit, qui excommunicat aliquem non præmiſſa admonitione canonica. Sexto, ſuſpenditur ab ingreſſu eccleſiæ ne audiat diuinum officium, omnis excommunicans, aut interdicens, vel ſuſpendens ſolo verbo ſine ſcripto, vel ſine declaratione cauſæ quare illud faciat: aut ſi non dat copiam & tranſumptum cum requiratur iuridice. Septimo, ſuſpenditur ab omni officio & beneficio omne capitulum & omnis perſona particularis, quæ cum vacauerit ſedes epifcopalis, vel alia quæcunq; collegialis, acceperit ſibi aliqua bona ex derelictis à defunctis, vel ex adquiſitis durante vacatione illius ſedis: quod etiam habet locum in reſtitutione ſelli illius ſedis, & in quocunq; alio prouentu, cap. accepta, de reſtitutione ſpoliatorum. Octauo, ſuſpenduntur omnes Epifcopi & ſui ſuperiores ab ingreſſu eccleſiæ, & inferiores ſuſpenduntur ab officijs & beneficijs qui accipiunt aliquid ex reſtitutione dignitatum, & eccleſiarum vacatarum ſibi ſubiectarum, quos reſtitus, vel bona derelicta ſunt à defunctis, vel adquiſita durante vacatione: niſi prædicti habuerint ſpeciale priuilegium, vel conſuetudinẽ præſcriptam, cap. præſenti, de officio ordinarij h. 6. Nono, ſuſpenditur per annum ab officio, omnis conſeruator ſedis Apoſtolicæ qui ſciens cognoſcit cauſas aliquas quæ nō ſunt notoriæ. Quod eſt intelligendum de illis quæ dantur ſine clauſula, quòd etiã poſſint cognoſcere alias cauſas, cum qua clauſula plures huiusmodi gratiæ conferuntur

in hac nostra ætate: cap. finali de officio legati li. 6. Decimo suspenditur per annum à suo officio, omnis iudex ecclesiasticus, qui contra iustitiam & conscientiam, facit iniuriã litiganti, amore, odio vel muneribus ab alijs receptis, quod est fons multarum irregularitatu: quia celebrans antequã ab ipsa suspensione absoluat, est irregularis: nihilominus est necessarium ad hoc quod hæc pœna incurrat quod interueniant multe causæ: prius quod non sit Episcopus: secundo, quod ille talis faciat iniuriã, vel inferat grauamen contra iustitiam: tertio, quod inferat illud grauamen in iudicio: quarto, requiritur quod agat contra suam conscientia: quinto, quod sit iudex, quia si est purus & merus executor, vel arbiter non incurrit hanc pœnã: sexto, requiritur quod faciat illam iniuriã, amore, odio, vel motus tẽporali bus bonis, ca. 1. de re iudicata libro. 6. Vndecimo suspenditur ab ingressu ecclesiæ quousq; satisfaciat, omnis admittens ad diuinũ officiu vel ad sacramenta, aut ad ecclesiasticã sepulturã, aliquẽ excõmunicatũ, vel interdictũ publicũ, cap. episcoporum, de prouilegijs li. 6. verũ est quod secundũ cõmunem sententiã, hæc suspensio non habet locũ nisi in exẽptis, quidquid dicat glosa ibidẽ. Duodecimo, suspenditur õnis recipiẽs ad professionem aliquẽ ante finem anni probationis, in aliquo ordine mendicantiũ, cap. non solũ, de regularib; li. 6. Decimo tertio, suspẽditur sex mẽsibus, õnis beneficiarius gerẽs vestes virgatas, quæ vulgo dicuntur barradas, vel varij coloris: suspenduntur etiam omnes constituti in ordine sacro, qui non habent beneficia, & constituti in minoribus ordinibus, qui cũ ipsa tõsura gerunt predictas vestes: suspenduntur in quã. i. in habilitantur, vt non possint habere beneficia etiam per sex menses: nihilominus non incurrit hæc pœnã, qui ratione alicuius festi, nuptiarum, vel doctoratus, vel aliorũ similium gerit illas vestes, secundũ Cardinalem Clementinã. 2. de vita & honestate clericorũ. Decimo quarto, suspenduntur etiã quicũq; religiosi aliquã habentes administrationem, alienantes aliquid eiusdẽ administrationis, (etiã si alicui solũ in vita sua concesserint) sine necessitate & utilitate: aut sine licẽtia sui capituli, si illud habent, aut sine licẽtia sui prælati, si non habent capitulũ: hanc tamen suspensionẽ non incurrunt, qui fructus locat ad breue tẽpus, Clemẽti. 1. de rebus ecclesi. An vero excõmunicationẽ incurrant superius diximus. Decimo quinto, suspenditur quicũq; absq; patrimonio ad sacros ordines promouetur, cũ pacto vt ab Episcopo prouisionẽ nõ petat. Et qui ab aliquo beneficiario presentatus, cũ pacto vt nihil ab eo petat. Et ea-

dẽ ratione (vt mea fert opinio) suspenditur ille qui ad sacros ordines promouetur, cũ patrimonio, vel alimonia promissis, aut donatis ab aliquo cũ occulto pacto, ante dictã promotionẽ factõ, quod talẽ alimonia, aut patrimoniu post promotionẽ non repeter. Et prædictõ modo initiatus suspensus est in perpetuũ a solo Papa: ordinator autẽ per triẽniũ, à collatione ordinũ præsentator vero etiã per triẽniũ ab executione ordinũ suspenduntur. Quarto est considerandũ, quod sicut excõmunicatũ, tenemur in õnibus euitare, ita etiã suspensũ euitare tenemur, in illis à quibus est suspensus: & quicũq; eum non euitauerit in rebus diuinis, & in illis à quibus suspensus est, letaliter peccat, si publice sit denunciatus ipse suspensus, aut factũ est notorium, aliã non.

¶ Fine imposito materiæ suspensionum. Sequitur tractatus de interdictõ, quod sic definitur.

Interdictũ est ecclesiastica censura, qua inhibentur diuina, & sacramenta & ecclesiastica sepultura, actiue & passiuẽ, exceptis aliquibus, cap. responsa, de sentent. excom. & ca. fin. eod. titu. li. 6. & cap. quod in te, de pœnitent. & remissi. Dixi censurã ecclesiasticã, tanq; genus diffinitu, per quod differt interdictũ à cessatione à diuinis, quæ non est censura ecclesiastica, sed est quãdã prætermisio diuinorũ officiorũ: cetera autẽ quæ in prædictã diffinitione continentur, apponuntur ad ostendendũ quid per interdictũ inhibeatur, & vt interd. cũ ab excõmunicatione & suspensione differat: quæ quãuis in genere cõueniant (quã excõmunicatio & suspensio sunt ecclesiasticæ censuræ) differunt tamen, quia excõmunicatio priuat ab õni aut certã cõmunicatione, in quantũ cõmunio est, & suspensio impedit in toto, aut in parte, exercitiũ officij aut beneficij ecclesiastici, quod suspensus habet: Interdictũ vero prohibet sacramenta, & officia diuina, & sepulturã: siue incubat ex officio ea administrare, vel audire, aut dicere, siue non. Secundo, interdictũ diuiditur in tres species, nempe in interdictũ locale tantũ, in personale tantũ, in locale & personale simul: Interdictũ locale tantũ, est illud quod solũ locũ interdicit, quod quidẽ in duplici est differẽtia: quãdã. n. vniuersale est, sicut interdicens regnũ, prouinciã, episcopatu, ciuitatẽ, municipiũ, pagũ pareriã, vel parochiã: Alterũ vero speciale est, quo. s. interdicitur aliquis peculiaris locus, sicut ecclesiã: & quãuis plura comprehendat loca (dum tamen ipsa peculiaris sint) censendum est interdictũ speciale: sicut interdictũ illud, quo multæ interdiciuntur ecclesiæ, quamuis sint omnes quæ sunt in ciuitate, aut episcopatu, aut prouin-

cia,

cia aut regno: Interdictũ autẽ personale tantũ est quod solas personas & non loca interdicit: quod quidẽ bifariã diuiditur: quoddam nãq; generale est, aliquã hominũ vniuersitatem interdicens, nempe populũ, regnũ, prouinciã, ciuitatẽ, municipiũ, collegiũ, pagum: Quoddã vero speciale est, aliquã certam vel incertã personam, vel aliquas certas personas vel incertas, interdicens. vt interdicens eum qui hoc vel illud fecerit: Interdictũ autẽ generale, locale simul & personale est, quod interdicit locũ aliquẽ cũ eius populo, vel cũ his aut illis personis: exemplũ familiare est in interdictõ, quod deambulatorium appellatur, quo interdicitur aliqua persona, aut locus vbi fuerit, aut quem accesserit, quamdiu ipse ibi commoratur aut cõmoratus fuerit, aut tanto tẽpore post recessum illius à prædictõ loco: de quo quidẽ interdictõ in quantũ locale est, iudicandum est tanquã de locali: in quantũ vero personale, est agendũ de eo tanquã de personali. Tertio considerandũ est quod generale interdictũ loci non includit populũ eius, nec interdictũ generale populi alicuius loci, cõprehendit ipsum locum: deniq; quando interdicitur locus, habitatores eius, qui culpabiles non existunt: possunt audire & dicere diuina, nõ in loco interdictõ, sed alibi, & dare & recipere sacramenta: quod nõ possunt facere habitatores alterius loci in prædictõ loco interdictõ. Quando vero solus populus interdicitur, non potest prædictus populus nec ibi nec alibi audire diuina: extranei vero possunt in illo loco audire & celebrare diuina, ianuis apertis, cum locus ille nõ sit interdictus, sed tantũ personarũ, vitatis tamen habitatoribus loci. Quando etiam interdicitur clerus non interdicitur simul & populus, aut locus. Nec è diuerso quando interdicitur populus, non comprehenditur clerus, in illo interdictõ: cap. si sententia, de sententia excõmunicationis libro. 6. Vnum tamẽ interdictũ cleri, videtur religiosos, religiosas, nouicios, & nouicias cõprehendere: quia huius nodi omnes appellatione clericorum videntur intelligi. Si aut ciuitas interdicitur, eo ipso interdicitur suburbia & ædificia continentia: quæ vero ædificia dicantur continentia, iudicis arbitrio derelinquitur. Interdictũ quoq; ecclesiæ (quamvis sit speciale) capellam & cæmeteriũ cõprehendit, si fuerint contigua alias non, cap. si ciuitas, de sententia excõmunicationis, lib. 6. nec ob id interdicitur clerus, quia ecclesiã interdictõ sit subiecta, nec ædificio quia clerus interdicitur, ecclesiã interdictõ supponitur. Quarto est aduertendũ quod cõmuniter qui potest excõmunicare & suspẽdere, potest etiam interdicare: & qui

potest excõmunicari & suspendi, potest etiã interdici: Et vterius vniuersitas & locus quæ non possunt excõmunicari, possunt interdici, cap. Romana. 5. in vniuersitate, de sententia excõmuni. lib. 6. & cap. si ciuitas, & cap. si sententia, eodẽ titulo & libro. Et quãquam aliud sit populus aut vniuersitas, & aliud particulares populi, aut vniuersitatis: interdictũ tamen positum cõtra populũ aut vniuersitatẽ comprehendit omnes eius particulares culpabiles & non culpabiles: quia bene potest vnus pro culpa alterius interdici, non tamen excõmunicari: cap. si sententia, vbi supra, & cap. si habes, 24. q. 3. Interdicitur (ipso facto) generaliter vniuersitas, pedagia illicita exigens à clericis: aut episcopum suum capiẽs, percutiẽs, aut relegans: aut cuius dominus impedit ingressum aut negocia legati apostolici, ca. quãquã, de censibus lib. 6. & clementina. 1. de pœnis, & extrauagans super gentes, de consuetudine. In omnibus etiã casibus, in quibus à iure vel ab homine ponitur interdictũ generale locale, propter delictũ populi, interdicitur etiã dominus: nõ tamẽ quãdo interdictũ generale ponitur propter domini delictũ, interdicitur populus, nisi exprimat, cap. si sententia, de sententia excõmunicationis, lib. 6. Interdicitur etiam ecclesiã speciali interdictõ quando vniuersitas facit vt eius episcopus capiatur, percutiatur aut relegatur, & quando clerus aut conuentus alicuius ecclesiæ nolunt restituere corpora, aut prouentus illorum quos in illa sepelierunt, quia induxerunt eos ad iurandum vt illic sepeliretur: Clemẽti. 1. & cap. 1. de sepulturis lib. 6. Aduertendum est etiam, 5. quod interdictũ personale particulare comprehendit solum personas, & actus in illo contentas, formaliter vel virtualiter: vnde si Petrus interdicitur simpliciter, omne quod per interdictũ prohibetur, illi est inhibitum. Si vero interdicitur a ministerio altaris tantũ, omne aliud efficere potest: si autem interdicitur ab ingressu ecclesiæ, omnia diuina ei inhibentur, intra eandem ecclesiã, quia includuntur in prohibitione ingressus illius: potest tamen diuina audire in domo vel alio loco extra ecclesiã.

SED quæres quæ sint illa quæ per interdictũ prohibentur? Ad quod dico prius, quod per omne interdictũ generale vel speciale locale vel personale, vel mixtum, inhibentur omnia diuina, & sacramenta, & ecclesiastica sepultura, exceptis his quæ expressẽ vel tacite permittuntur: pro vt ex iure colligitur, cap. non est, de sponsalibus: & cap. finali, de excessib; prælatorum: & cap. quod in te, de pœni. & cap. responsa, de sententia excom. & cap. quoniam, & cap. finali, eodẽ titulo

Z ij libro

Secunda. 4. quest. 26. art. 2.

libro 6. Ex quo colligitur prius, quod regulariter prohibentur omnia exercitia cuiusque ordini maiori vel minori propria: ut subdiacono prohibetur ne solemniter cantet epistolam cum manipulo: & diachono prohibetur ne cantet euangeliū: accolito prohibetur ne offerat ampullas: sacerdoti ne dicat missam, aut capitulū ad horas: & episcopo, ne ordinet, quia omnia hæc exercitia inter diuina annumerantur. Sequitur secundo, quod qualibet septimana missa celebrari potest etiā in ecclesia particulariter interdicta, ad renouandum sanctissimum sacramentum quod pro infirmis reseruatur, clausis tamen ianuis, voce submissa, non pulsatis campanis, eiectis excommunicatis & interdictis. Possunt etiam celebrari omnia diuina in loco generaliter interdicto, seruatis supra dictis conditionibus, nempe ianuis clausis voce submissa & c. cap. permittimus, de sententia excommunicationis: & cap. finali. §. ad iudicimus, de sententia excom. lib. 6. Eijcuncti sunt etiam interdicti, & hi qui speciale priuilegium non habent ad audienda diuina tempore interdicti: ut nullomodo ad offertoriū in medio missæ admittantur, vel fenestra aut foramen eis aperiantur, quod videre possint corpus domini, nec eis pax dāda est, Clem. 1. de sententia excom. Non tamen prohibetur propter interdictum prædicatio, cap. responso, de sententia excom. Clerici vero qui interdictum seruauerunt, possunt (etiam ipso durante) sepeliri in loco sacro, cum silentio absq. solennitate, cap. quod in te, de pœni. & remi. Notandū etiā quod omnia & sola illa sacramenta & sacramentalia quæ ius aut priuilegium expræsse vel tacite permittunt, permittuntur in locis generaliter siue specialiter interdictis: sicut sacramentum baptismi paruulis vel adultis, charismismus, & exorzismus & unctio olei & chrismatis quæ in baptismo fieri iubetur, cap. nō est, de responsalibus: & cap. quoniam, de sententia excom. lib. 6. & cap. accepisti, de consecra. d. 4. Permittitur etiā cōfirmatiōis sacramentū, consecratio crismatis: quæ tam pro cōfirmatiōe quā pro baptismo necessaria est, cap. responso, de sententia excom. & cap. permittimus, eod. tit. lib. 6. Permittitur etiam sacramentum pœnitentiæ pro infirmis & pro sanis, qui tamen non fuerint excommunicati aut interdicti nec culpabiles extiterint, nec consilium nec fauorem, vel auxilium dederint delicto pro quo positū est interdictū, cap. quoniam, cap. nō est, cap. prædictis locis: hi namque nullomodo ad sacramentū pœnitentiæ admittendi sunt, nisi prius satisfecerint si possunt, aut sufficientem dederint cautionem si satisfacere non possunt: aut nisi iurauerit si adhuc cautionem dare nequiverint, quod

fideliter procurabunt nempe per se vel per alias satisfacere, dicto cap. non est, & cap. Alma mater, de sententia excom. lib. 6. Permittitur etiam sacramentum eucharistiæ in articulo mortis, non tamen sacramentū extremæ vnctionis, cap. quod in te, de pœnitentijs & remissionibus. Considerandū est etiā quod priuilegium ad diuina audienda cum supra dicta modificatione non prodest illis qui causa extiterunt ipsius interdicti: aut cuius culpa vel fraude positum est, vel delictum commisit propter quod positum est: ei vero qui horum nihil egit (si singularis persona est) priuilegium prodest, & nō solū illi verum etiam familiaribus & domesticis eius (qui culpabiles non extiterint) ut cum eo audiant & celebrent diuina. Si vero fuerit collegium vel conuentus, familiares eius (si priuilegiati non fuerint) ad diuina audienda nullatenus sunt admittendi, cap. licet, de priuileg. lib. 6. Priuilegia vero aliquibus religiosis concessa, ut tempore interdicti ad diuina possit suos admittere cōfratres: de illis contrariis intelliguntur, qui adhuc manentes in seculo, eorū ordini sunt oblato mutato habitu seculari: vel de his qui bona sua dederunt inter viuos retento sibi vsu fructu quādiu vixerint, cap. vt priuilegia, de priuilegijs. Est tamen aduertendū quod in festo natalis, & paschalis, penthecostes, & assumptio nis beatæ Mariæ, possunt diuina celebrari apertis ianuis pulsatis campanis: alta voce, eiectis tantum excommunicatis, & admisis interdictis, ita tamen ut illi propter quorum excessum interdictum est prolatum, altari nullatenus a propinquent cap. Alma mater, de sententia excom. libro 6. Et non solum diuina illorum festorum sed quæcunq. alia publica & priuata, ordinaria & extraordinaria: quia textus generaliter dicit, missæ celebrētur & alia diuina officia dicantur, sicut prius: & quia consuetudo sic habet. Possunt etiam celebrari diuina, modo supra dicto, in festo corporis Christi, & per omnes octauas, prout à Martino. 5. & ab Eugenio 4. cōcessum est in eorum extravagantibus, quæ per octauas corporis Christi leguntur. Aduertendū etiam est (pro multorum dubiorum decisione) quod omne & solū illud potest fieri in illis prædictis diebus propter quod suspenditur interdictum. Ita quod si eleuatur tantum quo ad certam missam dicendam, vel sacramentum ministrandum, nihil aliud post fieri. In prædictis autem festis possunt tempore interdicti omnia diuina solemniter celebrari à primis vesperis, vsque ad completorium diei inclusiue, vel vltimæ octauæ, quando vsque ad octauam interdictum eleuatur. Notandum est etiam quod nemo ad interdictum seruandum tenetur, nisi

Secūda. 4. quest. 26. art. 2. fo. 363.

nisi notorium fuerit aut denunciatum, prout indultum est in concilio Constantienū à Martino. 5. in extrauaganti, ad euitanda scādala. Nullus etiam interdictum seruare tenetur, cui constat anullationem eius sufficienter publicatā, exceptis religiosi qui illud probare tenentur, quādiu matrix ecclesia seruauerit. Clem. 1. de sententia excommunicationis. Interdictum vero censetur nullum in illis casibus in quibus & excommunicatio nulla est, ut supra diximus. Considerandum rursus est quod cessatio à diuinis, est quædam omisio diuinorum & administrationis sacramentorū: quæ in generalē & specialē diuiditur. Generalis est, quæ in loco vniuersali ponitur, ut in ciuitate castro, parrochia. Particularis vero est, quæ in speciali loco ponitur, sicut in ecclesia vel ecclesijs quæ non sunt parrochiæ. Differt autē cessatio à diuinis ab interdicto, duplici capite: prius, quia interdictus est cœsura, non autem cessatio à diuinis (ut supra diximus). Secundo, quia ut multi dicunt iure cōsulti, frangens interdictum etiam generale efficitur irregularis: non autem frangens cessationē à diuinis etiam specialem. Vltimo est aduertendum quod fratres mendicantes propter multorum sūmorū pontificum priuilegia possunt diuina celebrare tempore interdicti in festis sanctorum sui ordinis, & in translationibus, & in octauis eorum. Et in Hispania eleuatur interdictum in die conceptionis beatæ Virginis, in ecclesijs in quibus dicitur officium cōpositum à prothonotario Leonardo Nogarolo: non autem in alijs ecclesijs in quibus illud officium non dicitur: hæc de interdicto. SEquitur tractatus de irregularitate, quæ sic definiri solet. Irregularitas est impedimentum ordinatum à iure canonico, ad directe impediendum receptionem ordinum ecclesiasticorum, aut iam receptorum aliquem vsū, in quātum sunt ordines etiam post factam integram pœnitentiā: Ponitur in dicta definitione impedimentum tanquam genus: & ordinatum à iure canonico, ad significandum quod non est diuini aut naturalis iuris inuentio: ponitur etiam directe, ad differentiam excommunicationis, & suspensionis & interdicti, & aliorum canonicorum impedimentorum, quæ quāuis promotionem ad ordines impediunt, & vsū ipsorum ordinum, in quantum sunt communicatio, aut sacramenta aut officia, aut beneficia ecclesiastica: non tamen saltem directe in quātum sunt ordines: Ponitur etiā in definitione quod impedit aliquem vsū receptorū ordinum, quia aliquæ irregularitates impediunt promotionem ordinum, non tamen vsū iam receptorum. Aliæ autem sunt ir-

regularitates quæ ab vno & non ab alio vsu impediunt: ponitur etiam integram pœnitentiā, ad maiorem declarationem nature eius, & ad insinuandū quod bene potest quis (absq. eo quod ab irregularitate absoluator) à crimine propter quod irregularitatem incurrit absolui. Ex quo sequitur omnem irregularitatem iure canonico humano introductam esse, & si a veteri testamento ortum habuerit. Secundo est considerandum quod irregularitas in quinque potest species diuidi, quæ ob quinque defectus ponuntur: nempe propter defectum sacramenti corporis, animæ, leuitatis perfectæ, & delicti. Sed atequā examinemus has prædictas species, quatuor sunt notandæ regulæ omni irregularitati accommodæ: & prior est, quod nulla irregularitas sola voluntate contrahitur sine hoc quod de facto id propter quod posita est, interueniat: vnde nulla est irregularitas mentalis tantū: vnde quando aliquæ indulgentiæ dicunt quod concedunt facultatem dispensandi in irregularitatibus mentalibus, nullam concedunt potestatem, & credo sūmum pontificem id non dicere, sed quæstores id inuenerunt. Secunda regula est quod in foro exteriori, nullus in dubio irregularis censendus est: sed potius negatiua pars tenenda est in foro interiori: huic regulæ fauet, cap. significasti, secūdo, de homicidio: Tertia regula est nullus irregularis, si irregularitate celebras: incurrit nouam irregularitatem, quāuis omnis celebrans in irregularitate ante dispensationē peccet letaliter. Quarta regula est, potestas absoluendi a peccatis non se extendit ad dispensandum in irregularitate: nec etiam potestas concessa in bullis communiter. His animaduersis circa primū defectum, nempe sacramenti, dicimus prius, quod vocatur bigamia .i. status viri ducentis duas vxores: qui ex quadruplici capite impedit ordines, prius quia qui bis duxit vxorē indissolubilem vnionem Christi & ecclesiæ significare nō potest, cap. debitū, de bigamis. Secundo, propter excellentiam sacramenti ordinis, cap. vna. d. 26. Tertio, quia est signū incontinentiæ, cap. proposuisti, d. 82. Quarto, quia audatiā adimit admonendi castitatē, prædicto cap. vno. Et est cōsiderandum triplicem esse bigamiam .i. veram, interpretatiuam, & similitudinariam: vere bigamus est qui cognouit duas veras vxores, alterā post alterius mortem, etiam si ambas seu vnam illarum ante susceptionem fidei Christianæ habuisset, cap. debitum, de bigamis, & capit. deinde, & cap. acutius d. 26. Interpretatiue bigamus est qui vnam tantum vxorem duxit, sed iam viduam aut ab alio cognitam: aut etiam si erat virgo, si eam post adulterium quod ipsa postea cōmisit, cognouit, quāuis

Secunda. 4. quest. 26. art. 2.

quodcumq; horū per ignorantia ei accidisset, cap. maritū, & cap. si cuius, d. 34. Et simili modo bigamus est qui cū duobus cōtraxit vxoribus, licet cū sola vna matrimoniū valeat & cū alia nō: vel etiā quando cū nulla earū valet matrimoniū ob aliquod impedimentū viuentibus ambabus: vel vnā duxit post mortē alterius, cap. nuper, de bigamis. Similitudinarie autē bigamus est qui in sacris ordinibus cōstitutus aut professus alicuius religionis probata, ducit vxorē, & si virginem, cap. quotquot, 27. q. 1. & c. si. de bigamis. Nō tamē iudicandus est bigamus, eo q; habeat cōcubinā aut cōcubinas, quāuis eas habuerit quādo vnā habebat vxorē virginē: nec quia plures duxit vxores, si cū vna sola matrimoniū cōsumauit: nec etiā si duxit per verba de præsenti, spōsam alterius defuncti si adhuc virgo erat, cap. penul. de bigamis, & cap. fin. d. 34. & cap. debitū, de bigamis. Secūdo incurritur irregularitas propter defectū corporalē, quando. s. deficit aliquid mēbrū principale etiam occultū, culpabiliter tamē: & quāuis ob talē defectū nō impediatur, vt exequi possit quis ordines receptos: sicut defectus mēbrorū virilū, licet ab alio abscindatur eo iubēte: seu in perpetracione alicuius illiciti, aut iuridice ea amittat, cap. 1. & cap. si euangelica, & cap. si quis absciderit, cū cap. sequenti, d. 55. & facit etiā pro hac sententia, cap. fin. de tēporib; ordinationū. Incurrit etiā irregularitatē qui sibi mēbrū prae iracundia abscidit aut partē eius: quāquā sine eo bene posset celebrare: intelligitur tamen hoc, quādo notorie cōfiterit, quōd iracundia, & impaciētia motus fecit cap. qui partē, d. 55. & cap. fin. de tēpo. ordin. Aduertendū tamen, q; nec imbecillitas mēbri nec aliquis eius defectus imculpabilis, qui nō reddit inhabilē ad celebrandū, causat irregularitatē: sicut ille cui de cōsilio medicorum mēbra abscinduntur propter sanitatē: aut infideles, aut inimici, inculpabiliter ex parte abscisi absciderunt: aut sine eis natus est, aut quouis inculpabili casu amisit: sicut claudicatio, dū tamen in altari baculo nō indigeat. & macula oculi quae visu nō priuat, nec notabile infert deformitatē, cap. 2. de corpor. vicia. Notandū etiā quōd quicūq; totalis defectus, aut debilitas mēbri, quae ad celebrandū impotentē reddit, saltē sine notabili horrore aut scādalo irregularitatē inducit, siue culpabiliter siue inculpabiliter talis defectus accidat, cap. 1. penul. & fin. de corpor. vicia. Et idē dicendū est de mēbro superfluo. Qui vero defectus aut deformitas irregularitatē inducat quando est dubiū, arbitrio & iudicio episcopi, & nō cōfessoris determinandū est: qd; etiā asseuerat Sylue. verbo corpore viciatus, q. 5. Considerandū rursus est, quōd si defectus aut superfluitas mēbri, inhabilē reddit ad vsum

alicuius officij ecclesiastici, saltē sine notabili scādalo, ad solū illū vsum & nō ad aliū redditur irregularis: sicut clericus qui defectu manus celebrare nō potest, pōt tamē absoluerē: hoc autē intelligitur quādo inculpabiliter talē defectū incurrit, & est iam initiatus aliquo ordine: nō autē si adhuc est promouendus, cap. 2. de clerico aegrotante: videtur etiam ad hoc facere, cap. fin. de corpor. vicia. Considerandū rursus quōd in hac irregularitate solū Papa dispensat: secundū Innocentiū in cap. 1. de re iudi. lib. 6. & in cap. 2. de corpor. vicia. quāuis Sylue. verbo corpore viciato, q. vltima, oppositū dicat. Considerandū est rursus quōd itēma (quod ad hūc corporalē defectū reducitur) omne genus illegitimorū includit, oēsq; reddit irregulares, cap. 1. & fin. de filijs presbiter. & glo. in ca. cū pridē, de renūtiacione. Et quāuis defectus sit occultus & publice legitimi reputentur, statim cū eis de illegitimatione constiterit, debēt occultā petere dispensationē. Et in hac irregularitate solus Papa dispensat ad sacros ordines recipiēdos, aut ad habendū beneficiū curatū, aut dignitatē. Ad suscipiendū autē minores ordines, aut simplex beneficiū, potest episcopus dispensare: per professionē etiā alicuius probatae religionis dispensatur cū aliquo, vt ad sacros ordines possit promoueri: non tamē quōd possit esse praelatus aut praelata, etiā cū dispensatione episcopi, cap. 1. & 2. de fili. presb. lib. 6. & cap. 1. de filijs presbiterorū. Defectus aetatis, qui etiā ad corporalē reducitur defectū, irregularitatē inducit, vnde aetas ad primatōsuarā & tres minores ordines, est septēniū expletū. Ad acolitatum vero, requiritur annus duodecimū expletus. Ad subdiaconatū, decimus octauus. Ad diaconatū vigesimus. Ad presbiteriū vicesimus quintus inchoatus existit. Ad episcopatū autē, 30. cōpletus, cap. si. de tēpo. ordin. lib. 6. & Clemē. fin. de aetate & qual. ordin. & cap. cū in cunctis, in principi. de electione. Et quāuis ante legitimā aetatem ordinatus characterē recipiat & vere sit initiatus, non tñ eius vsum, nec priuilegia vsum spectantia, quāuis habeat priuilegia ordines seu characterē cōcernentia: sicut Canonis, si quis suadēte, 17. q. 4. & fori seu iudicij, cap. 2. de foro cōp. et c. Et in hoc defectu solus Papa dispensat etiā si sit religiosus: quāuis fratres mendicantes, ex priuilegio, vicesimo secūdo anno possunt initiari. Lepre etiā (quae ad hūc reducitur defectū) irregularitatē inducit: & nō solū impedit p̄motionē. Verū etiā vsum habitus. Idem etiā videtur de quocūq; alio morbo notabile scādalo causante in ordinū executione, saltē quoad actus tale scādalum causates, cap. cū percussio, 7. q. 1. & cap. de rectoribus: & cap. ex parte, de cler. egror. & in hac irregularitate solus Papa dispētat, vt elici

vi.

Secūda. 4. quest. 26. art. 2. fo. 364.

videtur ex cap. at si clerici. §. 1. de iudi. Arretitius etiā aut morbo caduco laborans est irregularis & a solo Papa dispensabilis, ita tamē quōd energuminus (secūdū Antonin. 3. p. tit. 28. cap. 5.) nunquā debet celebrare: epilepticus vero si nō est ordinatus non pōt ordinari, etiā si credatur sanus: si autē est ordinatus, non pōt celebrare si pluries cadat: aut (etiam si raro cadat) si spūmā ex ore emittat. Si autē raro cadat celebrare pōt dūmodo sociū habeat qui sacrificiū perficiat si forte propter morbū non perfecerit, cap. in literis. 7. q. 11. Et videtur etiā pro hoc esse, cap. fina. 15. q. 1. & cap. communiter, & duo sequētia, 33. d. & cap. illud, & ca. nihil, 7. q. 1. & cap. penul. 7. q. 2. Hermaproditus etiā (i. qui vtrūq; sexū habet) ē irregularis quāuis magis vigeat sexus masculinus, vt dicit Antonin. 3. p. tit. 28. cap. 6. §. 5. Seruus etiā est irregularis, ita vt sine licentia domini nō possit promoueri ad ordines, si autē promotus fuerit domino cōsentiente, manet liber. Si autē ipso ignorate vel reclamante ad minores promouetur manet, seruus sicut antea. Si autē ad diaconatū vel subdiaconatū promouatur poterit se redimere, pro se aliū seruū aut iustū precium tribuēdo: Si autē ad sacerdotiū promotus est, manet liber si pro se peculium tribuat, aut se redimat. Si autē nullū horū efficere pōt, seruiat domino suo in famulatu licito sacerdoti: hoc colligitur ex cap. 1. 2. & 3. & cap. nulli. & cap. ex antiquis, & cap. frequēs, d. 54. & ex toto titulo de seruis nō ordi. Infamis etiā tam iuris quā facti est irregularis a solo Papa dispensabilis, nisi quādo episcopus dispensando super delictum ad quod eius potestas extēditur, accessorie aufert infamiā, ca. nobis singul. d. 51. Qui etiā non pōt vinū bibere sine vomitu est irregularis, cū quo nec Papa poterit dispensare, nisi posset dispensare quōd celebras sub vna tātū specie comminuet & nō sub vtraq; cōtra cap. cū permissum, de cōse. d. 2. Praeterea cōsiderandū est super irregularitatē defectus animae, prius, quōd idiota & illiteratus est irregularis, cap. illiterati, d. 36. cap. fin. de tēpo. ordi. li. 6. Secūdo, quōd idiota ad minores pōt dici ille qui nescit legere: idiota autē respectu maiorū ordinū ē ille qui nescit linguā i qua scripta sunt ea quae lecturā est: vt si nesciat linguā latinā si ē in ecclesia latina, aut grēca si in ecclesia grēca ordinatur: hoc videtur elici ex c. si. de tēpo. ordi. li. 6. quāuis vt quis mereatur, & nō peccet in ipsa p̄motione, oportet icire oīa quae necessario ad bonā ordinū executionem pertinent, vel saltem speret quōd cito addiscet, ca. cū in cunctis, de electione. Tertio lunatici & furiosi eodem modo irregulares sunt, hoc habet Antoninus, 3. p. tit. 28. cap. 5. Quarto defectus fidei irregularitatē inducit ita vt nō baptizatus nō sit capax ordinis, quāuis sit in gratia repositus per votū baptismi, quia character ordinis praesupponit chara-

cterē baptismalē, cap. 1. & cap. veniēs, de presbitero. nō baptizato. Nec baptizatus si sit hereticus aut eorū fautor (etiā si iam cōuersus fuerit) quādo ordinandus est, cap. si quis omnē, 1. q. 7. cap. 2. §. heretici, de hereticis lib. 6. Nec etiā ordinandus est filius illius qui mortuus est hereticus, vsq; ad secūdā generationē per lineā masculinā, vel vsq; ad primā per femininā, cap. statutu, 2. de hereticis, lib. 6. & dicto §. heretici. Nec ordinandus est iudeus aut saracenus, neophitus, aut gētilis, vel de nouo cōuersus & baptizatus, (cap. 1. & 2. d. 48. & ca. cōstituit, 17. q. 4.) Et in his irregularitatibus solus Papa dispensat. De irregularitate autē quae inducitur defectu leuitatis seu masculinitatis perfectae, est considerandū, prius quōd cōsistit in hoc quōd quis aliquē deformat in casu licito. Vitium est n. ecclesiae quōd nō bene poterat representare mansuetudinē Christi redeptoris qui sanguinē suū pro nobis fudit, qui aliū deformat etiam in casu licito, vt dicit S. Tho. secūda secūda, q. 40. ar. 2. Secundo, in hac materia occisio & mutilatio equivalent. Clemē. 1. de homi. Aut qui taliter deformat vt deformatus nō sine scādalo & horrore valeat celebrare. Illa etiā pars sola mēbrū dicitur, quae per se sumpta distinctū officium habet: sicut manus, pes, auris. Vnde inferimus quōd omnis & solus ille huius speciei irregularis est qui post baptismū deformat hominē in casu licito, aut cām propinquam praebet eius deformationi, saltē quōd citius quā sine ipsa deformatetur, extra inculpabilē necessitatē defendendi propriā personam. Diximus post baptismū, quia cū ob iniustā mortē ante baptismum nō incurritur irregularitas, quae per baptismū nō auferatur, secundū oēs. cap. si quis viduā, 50. d. Ita nec incurritur irregularitas per mortē iustā ante baptismū quae per baptismū auferri nō possit. Hoc autē cōtingit, nō quia infidelis nō sit capax irregularitatis, (pōt. n. esse bigamus) sed quia ius solus baptizatos hac poena ligat, cap. si quis viduā. Diximus (deformat) quia si nō sequitur deformitas nō incurritur irregularitas. Diximus (hominē) ad excludendū deformitatē cadaveris, aut foetū inanimatū. Diximus (in casu licito) quia qui in illicito hoc facit incurrit aliā peiorē irregularitatem. s. delictū, de qua inferius agemus. Diximus (cām) vt includat oēs quatuor causas, nēpe efficiētē, formalē, materialē, & finalē. Diximus (propinquā) quia nō sufficit remota. Ille autē dicitur cām propinquā, qui aliquid dicit aut facit, vnde sequitur deformatio: ita tñ vt formaliter vel virtualiter deformatio ē itēdat: sicut testis deponēs cōtra aliquē, de crimine quo meretur talē deformationē. Diximus (vel saltē citius quā sine tali cām deformatetur) ad insinuandū quōd nō solū qui deformat, aut est cām deformationis, est irregularis, sed etiā qui est cām vt citius quis deformat, sicut qui dicit iuste occidendo, aut ponat cām

Z iij put


put in ligno: unde ob id citius ponit q̄ aliás poneret, licet hoc nō videatur esse in tato rigore intelligédū, quia aliás qui dixisset suspēdēdo, ascende scālas, aut ambula, esset irregularis qd durū videtur. Diximus (nisi ob ineuitabilē necessitatē defēdēdi propriā personā) quia hęc excusat ab irregularitate secū hū no uū ius. Clemē. i. r. de homi. unde colligit irregularē esse iudicē qui iuste procedit, & accusantē, & testes, & scribā qui scribit aut nūtiat sententiā deformationis, & qui causā egit cōtra reū & assessores, & ones alij officiales, cap. aliquātos & cap. clericis, & cap. sententiā d. 51. & Clemēti. 1. de homicidio. Nullus tamē prēdictorū, redditur irregularis si talis deformationis nō est subsecuta: nec etiā ille qui aliquē volebat occidere, quē alius occidit, si ipse ad prēdictā occisionē nihil est cooperatus: unde innumeri remouētur scrupuli, ex aliquibus literis apostolicis causati, cōcedentibus facultatē cōtestoribus absoluedi ab irregularitate mētalī, cū ex supradictis cōstet nullā esse mētalē irregularitatē: Nō tamē est irregularis qui prębet arma alicui, vt ab alio defēdatur quādo se licite defēdere potest, et si alius deormetur: saluatur, n. per Clementi. 1. de homicidio. Nec et hęc irregularitatē incurrit, qui dat, accōmodat, aut emit arma militi ad bellū nūltū ante vel post ipsū bellū inceptū, vel q̄ arcū aut sagittas alicui tribuit si postea cū illis occidat, si tamē talē occisionē nō intēdebat. Nec irregularis est qui militem ad strenue pugnādū in bello iulto etiā verbis adhortatur: sed cōtra hoc vī esse cap. quoniā in dubijs, de pœnis, quod videtur altruere irregularē esse sacerdotes adhortātes milites ad pugnā: & glosa in cap. ita quorūdā de iudeis, dicit q̄ est irregularis qui prębet arma alicui ad pugnādū si aliquē cū eis occidat: & cōmunis opinio iurecōsultorū tenens q̄ redditur irregularis adhortās ad bellū etiā iultum. Et etiā quia adhortās ad pugnā & volens pugnare & suos vincere fautores, virtualiter vult mortē quę plurimū contingit: quia qui vult aliquid ad quod necessario sequitur aliud virtualiter vult illud aliud qd sequitur. Hęc intelligi poterūt quādo mors intēdit a dantibus arma aut ab adhortātibz ad bellū, vel dic q̄ rationabilior est nostra opinio. Redditur etiā irregularis qui (etiā ad obtinēdas indulgētiās) defert ligna quibus cōburatur hæreticus si ignis eius egit ad necē, alioq̄ non hoc Antonianus, 3 p. titu. 28. cap. 2. q. 5. Vnde inferim q̄ vbi cōfuetū est hæreticos p̄focare, nō fit irregularis q̄ ligna subministrat ad eū cōburēdū, nec qui ligna ministrat igni post eius mortē. Eodē etiā modo irregularis est qui iustitiā mādāt executioni, vt prętor, scriba, satellites, quādo aliquis ad deformādū defertur: & qui vēdit, accōmodat, dat scālas, funes, ense, sagittas, balistā, aut quęuis alia instrumēta, ad occidēdū aut mutilādū etiam

iuste: & qui capit, aut ostēdit furē, aut malefāctōrē, vt iudex eū occidat, quāuis pro re sua eū tradat, aut cōqueratur illius apud iudicē, sine protestatione qd nō procedat ad mortē, vel mutilationē aliquā: quia ones isti sūt causa propinqua & directa deformationis, & per cōsecutionē irregulares, secūdū oēs, cap. p̄latus, de homi. lib. 6. Est etiā irregularis qui p̄ iusta defēsiōne v. t. x. proximi sui, (etiā patris, aut matris) occidit aut deformat aliū, & si in tali statu sit positus vt nisi ipse pręlietur aut aliquē occidat, vassa bitur ciuitas, quę nūltū habet bellū. Et a fortiori rōe irregularis efficitur, qui pro iusta honoris aut rei familiaris defēsiōne aliquē occidit aut n. utilit. Verūtā mē nullā harū irregularitatū incurrit qui iuste prodicionēs denūtiat, aut homicidia, aut quęuis alia crimina, protestātes se hoc facere solū ad impediēdū, ne fiat: petentes vt nō puniantur malefāctores pœnis deformationis, quęuis sint clerici qui hoc denūtiāt. Si autē sine ista protestatione pcedat siue clericus siue laicus, irregulares hnt. Nec etiā qui pręsentia liter ad sunt iusta deformationi alicuius, cōfendi sūt irregulares, nisi ad talē adiuuēt, aut autoritatē tribuāt, prout dicit Glosa, & Panor. in cap. sententiā, ne clerici vel monachi: quāuis clerici peccēt si tali acūi intersint absq̄ rationabili causa. Et in hac irregularitate solus Papa dispēsat, nisi in aliquibus casibz in quibus ep̄ copus potest dispēlare, vt inferius dicemus. Pręterea irregularitas p̄pter defēctū principalis est, quādo quis sciēs, & iā baptizatus se aut aliū deformāt iniuste, aut ad hoc prębet causā p̄propinquā directā vel indirectā, aut ad eius anticipationē. Diximus (sciēs quia infās aut amēis qui nūquā habuit p̄rēditiā, aut amiserat q̄ hoc egit, nō incurrit irregularitatē Clemēti. 1. de homi. Addimus (et baptizatus) quia nō sufficit vt ante baptismū hoc perpetraverit, cap. si quis viduā, d. 50. Diximus (deformāt) vt sub vno verbo cōprehendam occidētē, mutilātē, & aliq̄ inferētē deformationē notabilē, cū qua sine horrore aut scādalo celebrare q̄s nō possit. Diximus (se ipsū) quia cū nemo suorū mēbrorū dīs sit, incurret et irregularitatē qui seipsū illicite deformat, quāuis recta id faciat intētiōne: sicut q̄ se ipsū castrat ad meliō seruādū castitatē, cap. cōtingit, de sentē. excō. & cap. si q̄s absiderit, & cap. hi qui, d. 55. Diximus (aut alteri homini) quia nō sufficit deformare eū qui nodū est, aut iā defunctū ēē homo, cap. sicut ex tuarum, de homi. cap. qd vero, & cap. Moyses, 22. q. 2. Addimus (illicite) quia si medicorū cōsilio infirmitate vige p̄p̄riū vel alteri mēbrū abscidit, nō incurrit hęc irregularitatē, cap. si q̄s a medicis, & cap. si q̄s in infirmitate, d. 55. quāuis si ex tali absisōne maneret impotēs, aut deformis, ita vt sine scādalo celebrare nō posset, maneret irregularis ob defēctū corporalē, vt supra diximus. Diximus (p̄p̄bet cā) ḡraliter ad cō

prę-

p̄hēdēdas oēs quatuor cās, efficientē, formalē, materialē, & finalē, cap. de cetero, de homi. Et excōsequētī ad includendū dantē sufficientē cām deformationis: sicut ille qui facit, iubet, fauet, cōsentit seu ratificat: & ad includendū illū qui dat materialē cām deformationis, sicut ille qui arma ministrat, aut ducit aliquē ad locū in quo sunt inimici parati ad eū deformandū: & vt includat cām formalē, vt est ille qui instruit, aut dat cōsiliū: & cām finalē, sicut est ille qui promittit pręmiū, aut receptionē deformati. Diximus (propinquā) quia nō sufficit cā remota secūdū oēs, sicut est quicuis armamentarius qui facit aut polit arma. Causa propinqua deformationis pōt denuo definiri, quod ex natura sua, aut intētiōne authoris, aut ab utroq̄ ordinatur, ad deformādū: exēplū primi, sicut percussio sine intētiōne deformandi: exēplū secundi, p̄bere hastā cū intētiōne vt occidat quis cū illa: exēplū tertij, veluti qui percutit cū intētiōne deformandi. Diximus (directā vel indirectā) quia sufficit quod sit cā indirecta deformationis, vt irregularitatē incurrat. Quę denuo definiri pōt, quod est dictū aut factū illicitū, ex quo sequitur deformatio, nō ordinatū ex natura sua, aut ex intētiōne authoris ad talē deformationē: sicut est ludus illicitus ex quo casu deformatio sequitur, cap. cōtinebatur, & cap. lator, de homi. Diximus (aut ad eius anticipationē) ad includendū illos qui dicūt aut faciūt aliquid sine quo deformatio sequeretur quidē, sed nō tā cito. Vnde sequitur quod qui hominē inuenit occisum, quē ipse volebat occidere, si ei gratia explēdi furoris, caput amputet, nō efficitur irregularis, quia hō mortuū nō est hō, cap. in quodā, de celebrati. missar. Nec etiā qui venenū sterilitatis alicui propinauerit, siue homini, siue mulieri, cap. si aliquis, de homi. Nec qui abortum fecit antequā factus animatus esset anima rationali, quę aia masculis quadragesimo, fœminis vero octogesimo die infunditur, ca. sicut ex tuarū, de homi. Si autē sciri nō pōt an mas sit, aut fœmina: patror mali cēleri debet irregularis si transfactus erat dies quadragesimus: est pro hoc, cap. significasti, 2. de homi. Nec solū qui occidit, sed etiā qui mutilat, aut taliter alium percutit quod irregularis maneat, efficitur & ipse percuties irregularis, quia vere deformat. Nō tamē est irregularis qui aliū multis vulneribus, & vsq̄ ad magnā sanguinis effusionē percutit, etiā si partē alicui mēbrī abscidat: si ille sic percussus possit sine horrore & scādalo celebrare. Vnde si quis putās cōducere castitati seruandę, verēda abscidat, irregularis manet, cap. si quis absiderit, & cap. sequē. d. 55. Nō est aut irregularis, qui iuste & nō lethaliter percutit, & sine intētiōne occidendi: quāuis alij sine eius culpa eū omnino interiimāt, & perfecte occidat, aut moriatur medici negligētia: aut supueniēte infirmitate, aut intēperātia propria: quia nō deformat illicite,

nec est cā propinqua illicitę deformationis: quia licite fecit, quāq̄ inculpabiliter ex illo sequitū est homicidiū, cap. significasti, 2. de homi. Est tamen irregularis qui iniuste percutit quāuis non lethaliter, si vulnus in cā est, vt ab alijs inueniatur & occidatur: aut in aliquā incidat infirmitatem, cui mors subsequatur: quā quo ad hoc æquiualeat occidere, & iniustū vulnus infligere, cui lethalis morbus succedat, etiā culpabiliter, cap. presbiterū, & cap. ad audiētīā, de homi. Eadē ratiōe irregularis efficitur si percussus medici negligētia aut ignorantia interiit, aut propria intēperātia. Eadē etiā ratiōe si vulnus lethale nō esset, si tamē fuit inflictū occidēdi intētiōne, cap. significasti, 2. de homi. Qui vero nō totaliter mēbrum abscidit, sed tantum lesit quod inutile reddit ipsum, nō est irregularis: nisi ex tali lesione percussus redderetur irregularis ob deformationē: quia qui aliū iniuste irregulārē reddit efficitur irregularis. Qui aliū deformat eo qd aliter mortē vitare nō pōt, secūdū nouū ius ab irregularitate immunis est, Clemē. 1. de homi. sed ante Clemētinā cōformiter ad antiquiora iura, S. Th. oppositū habuit in 2. 2. q. 64. ar. 7. ad 3. Eadē etiā ratiōe irregularis nō erit, si aliter mutilationē aut deformationē notabilē vitare nō poterat nisi occidēdo. Ille autē dicitur nō posse vitare mortē nisi offendētē deformet, qui in tali statu positus est, q̄ per fugā tibi tubenire nō possit, nec alio quouis modo, nisi occidēdo aut deformādō aggressorē, quia quāuis fugere nō teneatur ad euitādū lethale peccatū, tenetur tñ ad euitādā irregularitatē, (vt dicit Iurecōsulti cōmunitēr) quę sine peccato cōtrahi pōt. Verū si fugere esset periculosū, posset se defendere etiā uno irregularitate. Quia tñ nō posset dici q̄ varet tunc p̄fēdiū inuere. Est etiā irregularis huius speciei, minūstrās arma iniuste pugnātibus, si quis in tali bello moriatur: & a fortiori ratiōe si ipsemet pugnat: & eadē ratiōe alsitēs bello iniuste vt adiuuet, aut adhortetur, aut animū augeat & vires, etiā si ipse arma nō habeat: & hęc opinioē altruūt multi Iurecōsulti. Si autē adit pugnæ vt pacē faciat, vel reprimat iniuste pugnates, quis ex tali p̄sentia animus augeatur ipsis iniustu bellu gerētibus, nō ē irregularis: Nō est etiā irregularis astitēs bello iniuste, siue armatus, siue inermis, etiā si absq̄ intētiōne occidat, percutiat (si tamē nō mutilat aut interficiat) & postea ex tali percussōe vel alia mors fuerit subsecuta. Efficitur etiā irregularis huius speciei laicus vel clericus iniuste deferens aliquē de crimine p̄pter quod mortē aut deformationē meretur, si mors fuerit subsecuta. Et qui iudici aut inimico, (siue requilitus siue non) ostendit quomodo aliquis inueniatur qui quæratur ad mortem, aut viam quam arripuit, aut locum in quo est, dum tamen mors subsequatur. Et iudex qui sciens iniustā sententiam profert, & omnes eos cōadiuuat &



Secunda. 4. quest. 26. art. 2.

ei assilentes, aut exequetes, si possunt se excusare. Diximus (iniuste) quia esto iuste accusans, damnas ad mortem, aut exeques, aut assilens, sit irregularis, non tamen huius speciei, quae peior est, & difficilior dispensabilis. Clericus tamen in sacris constitutus, licet iuste accuset, incidit in hac specie (nisi protestationem superius positam faciat,) quia dat operam rei illicitae, (vt dicit S. Tho. 2. secundae, q. 64. art. 4.) ex quo mors sequitur. Et a fortiore ratione, si datur assilens, aut exequitur, non tamen est irregularis huius aut alterius speciei, qui pro habendo bono suo detinet latronem vsq; ad aduentum iudicis: nec qui latronem accusat coram iudice, (licet ab eo suspēdatur) Ira tamen vt expresse protestetur se nolle, vt iudex ei inferat poenam sanguinis. Aliter vero irregularis est, quauis eum de latronis morte poeniteat, cap. praelatis, de homi. Si aut talē protestationē faciat, etiā si in animo ad latronem suspēdium anhelat, non efficitur irregularis adhuc in animi iudicio. Non est etiā irregularis qui alium pro aliquo delicto faceret capere, pro quo mortem non meretur, nec deformationem, quauis iudex ei postea mortem infligat pro aliquo alio facto cuius ipse non erat conscius. Erit tamen irregularis huius speciei qui cum alio pugnat iniuste, si amici aut consanguinei superuenientes inimi cum eius deformant, etiā ipso non consentiente: hoc secundum aliquos iureconsultos. Est etiā irregularis huius speciei, qui curam vel custodiam habens alicuius feræ, sicut ursi, leonis, & elephantis, culpa sua vincula euadens occidit aliquem, aut deformat, Secus autem esset si inculpabiliter eum sine vinculis haberet. Et etiā irregularis est chirurgus, cuius malitia aut ignorantia aut negligentia, aut temeritate, quia artis suae regulas noluit sequi, propter quod vulneratus mansit deformatus. Et idē dicendum est de medico, cap. tua, de homi. Idem est iudicium de illo qui custodiebat infirmum, & malitia propria, aut notabili culpa, aut contra medici consilium dedit aut fecit illi aliquid propter quod infirmus mortuus, aut saltem citius mortuus est quam alias moreretur. Secus autem esset si bona intentione fecit, & si in aliquo erraret: vnde facile debet ad doctorum consilium scrupulum deponere. Si vero fecit cum notabili culpa, ignoratur tamen an ex illo facto successerit mors, docti medici sunt consulendi: qui si adhuc dubitauerint, abstinere debet tanquam irregularis, alias non. Huius quoque speciei irregularis est, qui cum non esset medicus aut chirurgus infirmum sagittam auulsit, aut eum reuoluit, vt citius moreretur, si propter hoc citius quam alias mortuus est. Vel etiā quicumque horum fieri aliquid iussit, rogauit aut consuluit, si mors citius inde subsequuta est, & non alias. Non est irregularis huius vel alterius speciei, puer ante viam rationis, etiā si septēniū excesserit: & amens & dormiens, & (secundum multos iuris peritos) temulentus, si occiderint aut defor-

mauerint alium: quia supra dicta regula non comprehendit carētes vsu rationis, Clemens de homi. Est tamen irregularis ille qui iniuriā passus est, si eius amici occidit aut deformat illum qui iniuriā irrogauerit, eo rogante aut iubente, aut etiā tacete, nec contradicente expresse, si coram illo de morte aut de alterius deformatione tractauerit, cap. Petrus, de homi. Secus autem si hoc fecerit praedicti amici alio ignorante, cap. quia praesulatus, i. q. 4. & dicto cap. Petrus, de homi. Si vero eius admonitionibus amici nolint parere, debet referare alteri iniuriā inferenti vt sibi consulat. Est etiā irregularis qui aliquem retrahit, ne alium ab iniusta deformatione eripiat, quia talis deformationis est causa propinqua: & pro hoc videtur esse cap. si quis viduam, d. 50. & cap. periculose, de poenitentia, d. 1. quauis nullus sit irregularis, eo quod coplaceat in deformatione alterius, esto in tali coplacentia peccet grauiter. Similiter etiā nec medicus nolens curare infirmum, qui propterea moritur: & diues qui patitur inopiam tamē perire, irregularis non est: nec qui compulsi, non defendit deformatum, nisi iudex sit, aut ex officio teneatur eum defendere: vt ait Antonia. 2. p. tit. 28. cap. 2. in princi. Nam esto charitas sub lechati peccato obliget ad faciendam pia opera: nunquam tamen quis restituere tenetur, nisi qui dicitur dicat aut faciat contra iustitiam. Vnde colligitur, quod non est irregularis qui supra dicta tria dimittit, esto expresse intentione faciat vt infirmus, aut famelicus, aut inualis moriatur, hoc asserit Antonius vbi supra: quanquam Syluester verbo homicidium, 2. q. 5. dicat oppositum, sed illud asserit sine fundamento sufficienti: nam textus cui innititur, non loquitur de irregularitate, sed de excommunicatione. Praeterea, irregularis huius speciei est qui illicite iubet deformare aliquem: si ex tali praecipio sero vel cito sequatur deformatio, nisi expresse reuocauerit, aut tacite pacem faciens cum deformando, quae ad notitiam venerit mandatarij, cap. si quis vidua d. 50. Est etiā irregularis huius speciei, qui iniuste aliquem verberare praecipit prohibens ne deformatetur, si mandatarius deformat. Secus autem si licite praecipiebat, cap. fin. de homi. lib. 6. Diximus (iniuste) quia qui licite praecipit est irregularis quidem sed alterius speciei irregularitatis, nepe defectu perfecte lenitatis, si deformationem praecipiat. Secus autem erit si non eam praecipiat, esto sequatur ex eius mandato, ea praelatis, de homi. lib. 6. Est etiā irregularis qui consulit alij vt deformat illicite, siue ille cui consilium dedit, siue ille contra quem consuluit fuerit deformatus, siue etiā qui illicite aliquod consilium praebet ex quo deformatio secuta est, nisi prius reuocauerit, & oppositum persuadat: aut si persuadere non possit, non reddit cautum illi contra quem consuluit vt ipse sibi prospiciat, dicto ca. si quis vidua, Quauis irregularitatem non contrahat qui nouit

Secunda. 4. quest. 26. art. 2. fo. 366.

nouit aliquos agere de alterius morte & eum ceriore non reddit, esto in hoc lethaliter peccet, nisi aliquid dicat vel faciat in fauorem talis deformationis. Est tamen irregularis qui in bello iniusto auxilium praebet, aut exhortatur, vel etiā si vestes aut sarcinas iniuste pugnantium feruet. Et quauis quicumque licite licite agit, ex quo tamen homicidium sequitur casuale, non sit irregularis huius speciei: vt constat cap. lator, & cap. dilectus, & cap. ex literis, & cap. significasti, de homici. est tamen irregularis qui illicite quidquam agit ex quo deformatio, (eo etiā iniuste) sequitur, siue opus ipsum illicite sit siue in modo faciendi notabilis culpa committatur, cap. continebatur, & cap. presbiterum, & cap. sicut ex literarum, de homici. Qui etiā lapides mittit in locum per quem alij transeunt, quin prius admoneat transeuntes, verbo aut signo aliquo, irregularis est, alias non, cap. si duo, & cap. clerico, 50. d. qui etiā campanam pulsans, crepitaculo cadente aliquem interficit, irregularis est, si fuit notabiliter culpabilis in eius mala ligatione: aut sic contra voluntatem tacitam, vel expressam sacrilegum vel pulsanum curam habentem, campanam attollit: alias non est irregularis, cap. non est sine culpa, de regulis iuris lib. 6. Qui etiā choream ducit cum muliere praegnanter, irregularis est, si ipsa ex tali tripudio abortum patiat, nisi ille cui liceat tale tripudium, ad illud exercendum non inhonesto amore ducatur, cap. sicut ex tuarum, de homici. Est etiā irregularis qui videns latronem furantem clamauit, vt a superuenientibus deformatetur. Aut etiam si bono animo faciat: credens tamen quod a superuenientibus deformatur, & deformatus fuit de facto, est irregularis, & alias ille clamans non est irregularis: est pro hoc cap. significasti, de homici. Qui etiā puerum habens secum in lecto suffocat, & qui misit puerum ad puteum in quo suffocatus est: & qui fugiens alicuius idem impulit alium, qui deformatus est: & in alijs similibus huiusmodi irregularitatem contrahunt, quando culpam notabilem committunt, alias non, cap. fin. de his qui propter filios caecide. Et Caetanus 2. secundae, q. 64. art. 8. Verum quo ad dispensationem huius irregularitatis, dico quod in foro conscientiae aequalis in malitia est irregularitas causata ex homicidio occulto, quod nullo modo probari potest, cum ea quae perari potest, cap. fin. de tempore ordin. & glo. in cap. sicut, fin. de grad. homici. Fauet etiā huic sententiae, cap. quae sit, de poeni. & remi. quauis rationabile videtur quod qui occultum homicidium perpetravit, praemissa pura confessione celebrare posset, sciens quod eius peccatum reuelabitur, si abstineat a re sacra peragenda, quia tunc ius diuinum de conseruanda fama praevalet positiuo de non ministrando in irregularitate. Potest etiā Papa in hac irregulari

tate sicut in caeteris dispensare, licet raro faciat, & si homicidium sit illicitum & voluntarium secundum communem iureconsultorum opinionem in cap. sicut dignum, & cap. ad audientiam, de homici. Textus autem qui videntur dicere quod non potest Papa dispensare, vt cap. minor, d. 50. ad eius consuetudinem non dispensandi referendi sunt: non autem ad potestatem. I. dicunt iura Papae non habere consuetudinem dispensandi in hac irregularitate, sed non dicunt quod non habeat potestatem dispensandi si voluerit. Vel intelligendi sunt de inferioribus praelatis & non de summo pontifice. Propter quod in facultatibus a Papa concessis ad dispensandum in omni irregularitate, excipiuntur semper bigamia & voluntarium illicitum homicidium directe vel indirecte. Homicidium voluntarium directe est, quod directe uoluitur est: homicidium vero voluntarium indirecte est, quando aliquid appetitur, quod ad homicidium de se ordinatur. Veluti qui iubet percutere aliquam praegnantem mulierem, aut talis ictu percutit, aut talis timorem inducit, quo communiter abortus causatur. Dixi illicitum, vt excludam iudices qui licite occidunt & deformat. Potest autem episcopus dispensare cum isto sic irregulari, vt habeat simplex beneficium, cap. 2. de cle. pugnante, in duello. In irregularitate autem quae propter aliud homicidij genus contrahitur, episcopus ad minores ordines suscipiendos solum dispensare potest, in dicto cap. ad audientiam, circa irregularitatem quae ex iniqua ordinum sumptione aut vsu contrahitur. Dico prius quod est irregularis ille qui cum aduerteret, aut aduertere teneretur se esse excommunicatum maiori excommunicatione, interdictum aut suspensum, saltem a receptione ordinum, ad ordines se promoueri facit, cap. 1. de eo qui furti ordi. suscepit, & cap. cum illorum, de sententia excommunicationis. Diximus (maiori) quia minor excommunicatione & si ad peccatum sufficiat, non tamen ad irregularitatem contrahendam, cap. si celebrat, de clerico excommunicato ministrante. Addidimus (aut aduertere teneretur) quia ignorantia crassa non excusat, cap. apostolicę, de clerico excommunicato: sicut qui sub poena excommunicationis certo die iustus comparere non compareret, & postea celebrat nesciens se a iudice excommunicatum, cum consuetum sit omnes huiusmodi excommunicari: nec episcopus in hoc nisi auctoritate apostolica dispensare potest cum eo qui religionem ingressus fuerit, post aliquod tempus bonae conuersationis, cap. fin. de eo qui furti ordi. Est etiā irregularis qui ad minores ordines & subdiaconatum vno die promouetur, nisi forsitan consuetudine excusaretur. Et fortiori ratione qui duos ordines sacros suscipit eodem die: quauis episcopus dispensare possit, vt praedictus initiatus ministret in ordinibus prius habitis, cap. 2. de

2. de eo qui furt. ordin. Et præterea irregularis qui ad ordines sacros promouetur ab episcopo qui episcopatu resignauit quo ad locum & dignitatem, cum hoc sciret aut scire teneretur etiam si id fecerit, obtrita prius licentia a suo legitimo episcopo, cap. 1. de ordina. ab episcopo qui episcop. &c. Irregularis etiam est qui ordines suscepit ab episcopo excommunicato, interdicto, aut suspensio, simoniaco, schismatico, hæretico, degradato. Nam esto characterem recipiat, non tamen executionem: intelligitur tamen hoc ita, ut sint notorie tales aut pro talibus denunciati, cap. secundum, d. 10. & cap. quod qui, d. 1. §. quamuis, & §. sciendum 1. q. 1. Extra vag. ad euitanda: & hoc est verum, nisi forte iusto timore cogatur ad hoc, ut videtur elici ex cap. constat. 1. q. 1. Potest autem episcopus cum illis qui ab his ignoranter prædicto modo promoti fuerunt, dispensare, quia possunt esse denunciati, & possunt ordinati id ignorare inuincibiliter: & hoc elicitur ex cap. fin. de ordina. ab episcopo, & ex cap. statumus. 2. & cap. si a simoniacis, 1. q. 1. Qui vero ante legitimam ætatem, aut sine licentia, vel extra tempora constituta, initiatur ordinis sacramento, secundum antiqua iura solum erat suspensus, & si prædicti sic initiati ante absolutionem a suspensione exercent sua officia, tunc fiunt irregulares, per extra vag. cum ex sacrorum. Hodie tamen per quandam regulam cancellariæ ipso facto præfati fiunt irregulares. Qui vero per saltum promouetur, maiorem ordinem ante minorem suscipiendo, esto vere ipsum recipiat ordinem redditur tamen irregularis, nec sine dispensatione, omissum ordinem recipere potest: episcopus tamen antequam tali ordine utatur, dispensare potest cum ordinato prædicto ut demissum ordinem recipiat, & postea quod in utroque ordine ministrat. Verum si ante dispensationem utatur ordine quem recepit, aut ministrat in omisso scienter, irregularis videtur a solo summo pontifice dispensandus, ut ad maiores ordines promoueatur. Si autem ignoranter fecit, potest episcopus dispensare, & potest etiam dispensare ut utatur ordine per saltum recepto, esto scienter vsus sit illo, non tamen ut ad maiorem promoueatur: hoc tenent glo. cap. sollicitudo, d. 52. & cap. 1. de cleri. per saltum promot. Est præterea irregularis, qui ministrat in ordine quem non habet, si erat ordo sacer (nam officio minorum, ob consuetudinem, uti potest etiam laicus secundum S. Tho. 4. d. 24.) cap. 1. de clerico, non ordin. ministr. si serio & non iocose in tali ordine ministravit, & si omnino illo ordine caret: nam si in receptione illius ordinis aliqua prætermissa est accidentalis solemnitas, esto peccet utendo illo ordine antequam solemnitas dimissa suppleatur, non ta-

men efficitur irregularis, cap. 1. de sacramen. non iteran. & pro hoc est cap. illud. 1. q. 1. Et si utitur sollemniter, sicut utuntur illi qui prædictum ordinem habent, alias non: ut si dicat epistolam cum manipulo, aut non sacerdos baptizet cum consueta solemnitate, alias non manet irregularis, hoc Antonius, 3. p. tit. 28. cap. 1. §. 3. Et cum hoc solus summus pontifex dispensat, ut ad maiores ordines promoueatur. Potest tamen episcopus dispensare ut in receptis ministrat. Præterea excommunicatus maiore excommunicatione, interdictus aut suspensus, qui cum hoc aduertat aut aduertere teneatur, celebrat diuina, aut officium sollemniter exercet suo ordini deputatum, sicut illius ordinis minister, aut videt, aut audit diuina auctoritatem præbendo, secundum communem iure consultorum opinionem in cap. 2. de cleri. excom. ministr. irregularis est. (Diximus maiori) quia minor non sufficit, cap. si celebrat, eodē titu. Diximus (aduertere teneatur) ad excludendum eum qui ignorantia inuincibili tale quid egit: & ad includendum eum qui fecit crassa ignorantia, prout videtur elici ex supra dicto cap. apostolicæ. Diximus (diuina officia) quia alia potest facere, sicut iudicare, visitare, castigare, præsentare, eligere, confirmare, nec incurrit irregularitatem: quia nullibi cauetur, ideo non est dicendum. Addidimus (officiū suo ordini deputatum,) ad excludendum eum qui dicit præces horarias, aut cantat responsoria super defunctos, aut psalmos in choro, aut cereos desert, aut quidquid exercet minoribus ordinibus deputatum: quod per consuetudinem puri laici facere solent, hoc S. Tho. ubi supra. Diximus (sollemniter) ad excludendum illum qui cætat epistolam aut euangelium absque solito apparatu, ut supra dictum est. Diximus (sicut illius ordinis minister) ad includendum hebdomadariū, qui tanquam sacerdos dicit capitulum & orationem in choro: & secundum Syluestrum verbo irregularitas, q. 3. supplēt vicē illius in eius absentia. Diximus (videt, aut audit auctoritatem præbendo) ut includamus prælatum aut dominum qui aliqua censura ligatus celebrare facit coram se ligatum aut non ligatum, aut si ipse non sit ligatus celebrare facit: & hoc secundum multorum iure consultorum sententiam in Clementina, 2. de priuile. & in hac irregularitate solus summus pontifex dispensat. Præterea irregularis est etiam qui sciens se baptizatum consentit se rebaptizari, aut qui sciens alium quem baptizatum rebaptizat eundem, de consecra. d. 4. cap. eos, & cap. 2. de aposta. quamuis hoc ignorans fecerit, nisi ignorantia sit iusta vel probabilis, de consecra. d. 4. cap. qui bis ignoranter. Excusat etiam ab hac pena dubium probabile: quia non dicitur reiteratum quod ignoratur factum, cap. solemnitate

tates de consecratione d. 1. Debet tamen tali dubio existente, sub conditione rebaptizari, cap. 2. de baptis. Probabilis autem ignorantia vocatur illa qua (debita diligentia posita) ignoratur an puer fuerit baptizatus, tali ignorantia non excusatur ille qui nouit se inter Christianos natum, qui consueuerunt pueros baptizare, quia debet credere se baptizatum, cap. veniens, de præsb. non baptis. Credo tamen quod in foro conscientie non esset irregularis qui sub conditione rebaptizaret, ut videtur elici ex illo cap. Si pro te, de rescriptis lib. 6. PRÆTEREA, est etiam irregularis clericus frangens interdictum generale aut speciale, locale, aut personale, lepellens, aut ministrans, aut celebrans diuina, aut quicumque faciat alicui ordini deputatum officium, (Diximus clericus) quia laicus esto peccet, non manet irregularis: (Diximus interdictum) quia frangens cessationem a diuinis non fit irregularis. EST præterea, irregularis qui in aliquo crimine manifestus est, propter quod merebatur deponi, cap. finali de tempo. ordina. dixi, (manifesto) quia non sufficit, ut sit enorme, pro ut multum illa fingunt, non attendentes ad cap. Ex tenore, de tempor. ordinati & cap. fina. d. 25. & cap. is qui, de sententia excommu. lib. 6. quod nullum crimen occultum, quantumcunque graue inducit irregularitatem, nisi expresse hac multetur pena in iure. Dixi etiam (notorium) quia non sufficit ut possit probari, aut quod quis sit infamatus, aut extra iudicium confessus fuerit, sed necessarium est, ut sit denunciatus, aut in iudicio confessus: aut crimen sit ita manifestum quod negari non possit quia maior pars ciuitatis aut viciniae, aut collegij scit hoc, ita ut ad minus sint decem in paruo oppido. Diximus (propter quod meretur deponi) quia alias non sufficit ad irregularitatem. Crimina autem quæ depositione merentur, sunt adulterium, & omnia alia maiora illo, & habere semper concubinam, maxime si est notorium, & stuprum & alia similia. Et in hac irregularitate potest episcopus dispensare, si ob adulterium, & alia minora peccata contrahatur. Si autem propter maiora peccata contrahatur, solus summus pontifex dispensat, nisi expresse episcopo in iure dispensatio committatur: nec potest confessorius elictus per bullas apostolicas habentes hanc clausulam, quod possint absolueri a quibuscunque censuris, dispensare in irregularitate: quia irregularitas non est censura, nec eius absolutio prærequiritur ad absolutionem peccatorum, (ut supra diximus) Etiam si habeat clausulam quod possint in quibuscunque votis dispensare, & absolueri a quibuscunque penis, quia

mos curie est non concedere potestatem dispensandi in irregularitatibus nisi exprimat in particulari: & præfata clausula generalis quibus conceditur confessorio facultas absolueri ab omnibus censuris, intelliguntur de censuris quæ vere absoluantur & non dispensantur, & de illis solum, sine quarum absolutione non posset fieri absolutio a peccatis. Est etiam considerandum quod nullus est irregularis nisi in casibus in iure expressis: & ideo non est irregularis qui suspensus per confessorium a celebratione, celebrat: nec qui celebrat in ecclesia polluta esto peccet mortaliter, cap. is qui, de sententia excommu. lib. 6. Redditur autem ecclesia polluta, multis de causis. Prius, propter effusionem iniuriosam humani sanguinis intra ipsam, aut confertur causa naturalis tali effusioni aut morti, cap. ecclesijs, d. 68. & cap. ecclesijs, de consecra. d. 1. & cap. proposuisti, de consecra. ecclesijs, Diximus (intra ipsam) quia non sufficit quod effundatur in tecto, nec infra sub specu, vel fornice. Diximus (ecclesia generaliter) ut nomine ecclesie comprehendamus tam consecratam quam non consecratam, cap. fina. de consecra. ecclesijs: quamuis magna sit differentia in reconciliatione: quia consecratam ecclesiam reconciliare, debet episcopus cum aqua a se vel ab alio episcopo benedicta: non consecratam vero potest solus sacerdos cum aqua benedicta a se reconciliare, cap. aqua, de consecratione ecclesie. (Diximus effusionem) quia non sufficit aliquas paucas guttas sanguinis emittere, secundum multorum iuris peritorum opinionem: quia effusio (cuius textus meminit) latitudinem & notabilem quantitatem denotat. Diximus (sanguinis) quia non sufficit vulnus sine sanguinis effusione, quamquam terat carnes & confringat ossa. Diximus (humani, quia aliorum animalium non inducit violationem. Diximus (iniuriosam) quia non sufficit naturalis effusio sanguinis a naribus aut ex ore, aut ob aliquem euentum fortuitum aut propter iustam defensionem, aut ioco, & recreatione, quod (ut credo) de licita & licite facta effusione intelligendum est, quæ in ecclesia raro fieri potest, nisi forte ad piam reparationem, ut elicitur ex cap. cum decore, de vita & honestate clerico. & cap. decet, de immunitate ecclesiarum lib. 6. nec polluitur ecclesia per effusionem sanguinis ab amantibus furiosis aut infantibus, sine vsu rationis facta. Addidimus (aut confertur ea) quia sufficit quod vulnus inferatur in ecclesia, esto vulneratus exeat antequam sanguis exeat: aut esto recipiatur sanguis in vase ut non cadat in ecclesia: non tamen sufficit ut sanguis in ecclesia effundatur, si percussio fuit extra. Diximus (naturalis) quia non suffi-

est civilis qualis est sententia condēnato-
ria etiā intra ipsam, si effusio sanguinis fi-
at extra. Diximus (aut morti) quia sufficit suf-
focare, aut occidere hominē in ecclesia, sine
sanguinis effusione. Non tamen sufficit occi-
dere hominē extra ecclesiam existentē, cū ali-
quo instrumento existenti in ecclesia, ad ec-
clesię pollutionē, sed sufficit occidere eum in
ecclesia cum instrumento extra ecclesiam exis-
tente. Et hanc sententiā tenēt fere omnes iu-
reconsulti. Secūdo polluitur ecclesia volūta-
ria effusione seminis humani. Diximus (vo-
luntaria) quia non sufficit quę in somno cō-
tingit, vel alia mere naturali causa. Diximus
(humana) quia aliorū animalium non sufficit,
sufficit vero si sit cuiuscūq; hominis aut mu-
lieris, clerici aut laici, fidelis aut infidelis, se-
cū, aut cum secūda persona, aut extra cursū
naturalem, sicut sufficit effusio seminis in cō-
pula cōiugali, cap. ecclesijs de consecra. d. 1.
Tertio polluitur ecclesia quādo in ea sepeli-
tur aliquis excommunicatus, aut infidelis, cap.
consuluiti, de cōsecratione ecclesię & cap. ec-
clesiam, primum & secūdu, de cōsecra. d. 1.
multum tamen interest inter hunc & duos
premissos casus, quia in isto, secūdu Panor.
in dicto cap. consuluiti, nō solū reconciliāda
est ecclesia, verū & parietes reparādi sunt, in
primis casibus sufficit sola reconciliatio. Quar-
to quādo ecclesia benedicitur, aut consecra-
tur per Episcopū publice excommunicatū, vt
videtur deduci ex dicto cap. consuluiti. Quin-
to quādo omnes parietes reparantur, licet
oppositum videatur verius.

De casibus reseruatis.

LICET ia superius diximus multa de ca-
sibus reseruatis, repetem⁹ aliqua sūma-
rie. Casus igitur reseruatus est peccatū,
cuius absoluitio humano iure reserua-
tur sacerdoti proprio vel superiori, cū alias
si non reseruaretur posset absolui ab omnibus
confessarijs expositis. Nota tamen quod ali-
ud est casus reseruatus: aliud est cēsurā reser-
uata, quia vnum est peccatum, & aliud pœna
illius. Secundo est notandum, quod nullus
casus reseruatur Papę ratione peccati & de
se: quia secundum Antoninū 3. p. titulo. 17.
cap. 11. nullum est tā enorme peccatū ā quo
Episcopus non possit absolui, si non ha-
beat annexā cēsuram: Vnde casus Papę re-
seruatus, & cēsurā Papę reseruata, idē sunt:
& consequēter bulla qua concedūtur casus
papales, concedūtur etiā cēsurę. Tertio
etiā est notādum quod ab omnibus casibus
summo pontifici reseruatis, pōt parētius ab-
soluere, si prius pœnitens ā cēsuris absoluat-
ur ab habente potestātē, quia iam nō manet
reseruatio, nisi forte peccatum propter quod
talis cēsurā incurritur. Episcopo reseruatur,

prout videtur deduci ex cap. tuarū de autho-
ri. & vsu palij Quarto est notādum, quod per
hoc quod Episcopus cōcedat suos casus, non
videtur concedere absolutionē ab excom-
municatione sibi reseruata: quia aliqua sunt pec-
cata sine annexa cēsurā Episcopo reserua-
ta: & aliquę cēsurę sunt etiā ei reseruata:
nec etiā si concedat potestātē absoluēdi ā ca-
sibus, & cēsuris sibi reseruatis, videretur cō-
cedere absolutionē, aut dispensationē in vo-
toris, aut irregularitatibus sibi reseruatis: quia
non sunt casus aut cēsurę. Nota quinto q-
esto Episcopus dicat cōcedo tibi omnē meā
authoritatē ad audiendas confessions & ad
absoluēdū, non videtur cōcedere casus si-
bi reseruatos ā iure cōmuni aut suo particu-
lari, aut generali, aut speciali consuetudine,
vt deduci videtur ex cap. finali, de officio vi-
car. Oppositū tamen credo verū, quādo cō-
cedit omnes suos casus, quia secūdu cōmu-
nē modū loquendi per suos casus intelligū-
tur casus ei reseruati. Similiter etiā quādo
Episcopus concedit totā suam potestātē, ex-
cepto tali, & tali casu reseruato: & similiter
in foro conscientię, quādo constat quod
Episcopus intendebat concedere omnes reser-
uatos, quādo concessit omnē suam potesta-
tē, vt videtur el. ci. ex cap. intelligētia, de ver-
borū significatione. Sexto nota quod supra
diximus quę excommunicationes Episcopo
reseruatur. Et licet inter doctores de casibus
reseruatis Episcopo qui nam sint, magna sit
controversia: secūdu tamen veriorē & com-
muniore opinione sunt quinque. Primus
casus est peccatum clericici habens annexam
irregularitatē, secūdu aliquos. Mihi autē ve-
rius videtur, quod clericus qui ob aliqd pec-
catū irregularitatē incurrit, potest absolui
ā cēsurā (si illi est annexa) & ab ipso pecca-
to antequam obtineat dispensationē ab irre-
gularitate, si debet esse cum speciali licentia
reseruantis aut superioris: & hoc habet An-
toninus, 2. p. titu. 17. cap. 11. Secūdu casus est
incendiū ex proposito, & consiliū dantes, aut
adiuantes ad illud. Tertius est peccatum pro
quo solemnīs pœnitentia erat imponenda,
quę solū imponebatur pronotorio crimi-
ne graui & scādalofo. Quartus est absolutio
a notoria blasfemia, cap. itauiimus, de male-
fici. licet hoc caput loquatur in foro conten-
tioso, in cōcilio tamen Lateranensi sub Leo-
ne. 10. sessione nona. §. ad abolenda, habetur
oppositum, nempe quod confessores non
absoluant blasphemos in foro conscientię
nisi grauisima pœnitētia iniuncta, secūdu
arbitriū seueri cōfessoris. Quintus casus est,
secūdu aliquos, dispensatio vtorū & iura-
mentorū, quāuis nō sint peccata nec casus.
Sextus est absolutio ab excommunicatione
maiori: sed hic non est casus reseruatus. cū
non

non sit peccatū, sed pœna illius. Nec intelli-
gendum est ab omni excommunicatione sed
ab excommunicatione Papę reseruata, cuius
absolutio aliquādo cōceditur inferioribus,
per quod Episcopi intelligūtur, vt supra di-
ximus: quia ab alijs non reseruatis Pareci
possunt absolui, vt supra diximus: Alij ca-
sus reseruatur Episcopis generali quadam
consuetudine: Extraua. inter cūctas, de pri-
ui. horū primus est homicidium, aut mutila-
tio realis & voluntaria. Secundus est falsa
scripturę, aut falsus testis aut celans
veritatem ā iudice rogatus: aut peccatū scri-
barum, & aduocatorū monstrantiū scriptu-
ras parti cōtrarię. Tertius est fractio liber-
tatis aut immunitatis ecclesiasticę. qua ec-
clesiasticę personę aut res iniuste grauan-
tur, quāuis hodie per processum annualē
habeat excommunicationē. Similiter etiā
omne sacrilegiū Episcopo reseruatur ex cō-
suetudine. Et quāquā peccatū retinēdi ali-
enū quādo nescitur cui debet fieri restitu-
tio, Episcopo reseruatur, si tamen pœnitens
ante confessionē in pios expendit vsus satif-
facit, & potest ā confessario absolui. Aduer-
tat præter hæc quę diximus confessarius
quod sciat casus quos peculiariter quilibet
Episcopus reseruatur, in episcopatu vbi debet
confessions audire.

Articu. tertius.

An quis possit absolui ab vna
excommunicatione quin ab-
soluatur ab omnibus?



AD TERTIVM sic pro-
ceditur, videtur quod quis non
possit absolui ab vna excom-
municatione nisi absolua-
tur ab omnibus. Effectus n. debet
proportionari suę causę: sed causa excom-
municationis est peccatū: cū ergo aliquis
non possit absolui ab vno peccato nisi absol-
uatur ab omnibus, nec in excommunicatione
hoc esse poterit.

PRÆTEREA, excommunicationis
absolutio in ecclesia fit: sed ille qui vna ex-
communicatione est retentus, extra eccle-
siam est, ergo quādiu vna manet, ab alia
absolui non potest:

SE D contra, excommunicatio quædā pœna

est, sed ab vna pœna aliquis liberatur alia
remanente, ergo ab vna excommunicatione
alia remanente quis absolui potest,
RESPONDEO dicendū, quod excom-
municatione non habent cōnexionē in aliquo:
& ideo possibile est quod aliquis ab vna ab-
soluatur, & in altera remaneat. Sed circa
hoc sciendum est, quod aliquis quādo est ex-
communicatus, pluribus excommunicationibus
ab vno iudice, & tunc quādo absoluitur ad
vna, intelligitur ab omnibus absolui, nisi cō-
trarium exprimat, vel nisi cum quis ab-
solutionem impetrat de vno tantum casu
excommunicationis, cum pluribus excom-
municatus sit: Quādoq; est excommunicatus ā
diuersis iudicibus, & tunc absoluitur ab vna
excommunicatione non propter hoc est ab-
solutus ab altera, nisi omnes alij ad petitionē
eius absolutionem illius cōfirmauerint, vel
nisi omnes demandent vni absolutionem.

AD primum ergo dicendum, quod omnia
peccata habent cōnexionem in auersione vo-
luntatis ā Deo, cum qua auersione nō potest
esse remissio peccatorum: & ideo vni pec-
catū sine altero remitti non potest. Sed ex-
communicationes non habent aliquam talem
cōnexionem: nec iterum absolutio ab excom-
municatione impeditur propter voluntatis
contrarietatem, & ideo ratio non sequitur.
AD secundum dicendū, quod sicut pluribus
de causis erat aliquis extra ecclesiam, ita possi-
bile est quod illa separatio remoueat, quā-
tū ad vna cām, et maneat quātū ad alterā.

IN hoc articulo nulla iam relinquitur dif-
ficultas post illa quę diximus in articu-
lo præcedēti: & cōclusiones sancti Tho-
mę sunt manifestę, & sine aliqua cōtrouer-
sia sunt communi consensu receptę, ideo
sequitur quæstio. 27. de indulgentijs.

Quæstio. 27.
de indulgentijs.

CONSEQUENTER cōsiderandū est de in-
dulgentia, & primo de ea secūdu se.
SE C V N D O de facientibus indulgentiam.

TERTIO, de recipientibus eam. Circa primum queruntur tria?
PRIMO, Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de poena satisfactoria?
SECUNDO, Vtrum indulgentia tantum valeant quantum pronuntiantur?
TERTIO, Vtrum pro temporali subsidio sit indulgentia faciendae?

Artic. primus.

Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de poena satisfactoria?



AD PRIMVM sic proceditur: Videtur quod per indulgentiam non possit aliquid remitti de poena satisfactoria:

quia super illud secunde ad Timotheum 2. negare se ipsum non potest: dicit Glosa quod faceret si dicta sua non impletet. sed ipse dixit Deut. 25. secundum mensuram delicti erit & plagarum modus: ergo non potest aliquid remitti de poena satisfactionis taxata secundum quantitatem culpa.

PRÆTEREA, inferior non potest absolvere ab eo ad quod superior obligauit: sed Deus absolvens a culpa, obligat ad poenam temporalem, ut dicit Hugo de S. Victo. ergo nullus homo potest absolvere a poena illa aliquid dimittendo.

PRÆTEREA, hoc ad potestatem excellentie pertinet, ut sine sacramentis effectus sacramentorum tradatur. sed nullus habet potestatem excellentie in sacramentis nisi **CHRISTVS**. Cui ergo satisfactio sit pars sacramenti operans ad remissionem poene debita, videtur quod nullus homo purus possit dimittere debitum poene sine satisfactione.

PRÆTEREA, potestas ministris ecclesiae non est tradita in destructionem: sed in edificationem. sed hoc ad destructionem pertinet si satisfactio quae est ad utilitatem no-

stram, in quantum remedium praebet, tollitur: ergo potestas ministrorum ecclesiae ad hoc se non extendit.

SED contra 2. ad Corinthios 2. dicitur. Nam ego quod donavi, si quid donavi, propter vos donavi, in persona Christi, Glosa 1. ac si **CHRISTVS** donasset: sed **CHRISTVS** poterat relaxare absque omni satisfactione poenam peccati: ut patet Ioannis 8. de muliere adultera: ergo & Paulus potuit: ergo & Papa qui non est minoris potestatis in ecclesia, quam Paulus fuerit.

PRÆTEREA, ecclesia generalis non potest errare: quia ille qui in omnibus exauditus est pro sua reuerentia, dixit Petro, super cuius confessione ecclesia fundata est: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, Luce 22. sed ecclesia generalis indulgentias approbat, & facit, ergo indulgentiae aliquid valent.

RESPONDEO dicendum, quod ab omnibus conceditur indulgentias aliquid valere: quia impium esset dicere quod ecclesia aliquid vanum faceret. Sed quidam dicunt quod non valent ad absolvendum a reatu poene quam quis in purgatorio secundum iudicium Dei mereatur: sed valent ad absolvendum ab obligatione, qua sacerdos obligavit poenitentem ad poenam aliquam, vel ad quam etiam ordinatur ex canonum institutis. Sed haec opinio non videtur vera. Primo, quia est ex praesente contra privilegium Petro datum, ut quod in terra remitteret, in caelo remitteretur. Vnde remissio quae fit ad forum ecclesiae, valet etiam quantum ad forum Dei. Et praeterea ecclesia huiusmodi indulgentias faciens magis damnificaret quam adiuvaret: quia remitteret ad graviores poenas, scilicet purgatorii, absolvens a poenitentis iniunctis. Et ideo aliter dicendum est, quod valent, quantum ad forum ecclesiae, & quantum ad iudicium Dei, ad remissionem poene residuae post contritionem & absolutionem & confessionem siue sit iniuncta, siue non. Ratio autem quare valere possunt, est unitas corporis mystici, in qua multi in operibus poenitentiae

nitentiae supererogaverunt ad mensuram debitorum suorum: et multas etiam tribulationes iniustas sustinuerunt patienter, per quas multitudo poenarum poterat expiari, si eis deberetur, quorum merito vultura est copia, quod omnem poenam debitam nunc viventibus excedit: & precipue propter meritum Christi, quod et si in sacramentis operetur, non tamen efficaciam eius in sacramentis solum includitur, sed sua infinitate excedit efficaciam sacramentorum. Dicitur autem supra quod unus pro alio satisfacere potest: sancti autem in quibus superabundantia operum satisfactionis invenitur, non determinate pro isto qui remissionem indiget, huiusmodi opera fecerunt aliis absque omni indulgentia consequeretur remissionem, sed communiter pro tota ecclesia: sicut Apostolus ait se implere ea quae desunt passionum Christi in corpore suo pro ecclesia ad quam scribit, ad Colosios 1. & sic praedicta merita sunt communia toti ecclesiae. Ea autem quae sunt alicuius multitudinis communia, distribuuntur singulis de multitudine secundum arbitrium eius qui multitudinem praestitit. Vnde sicut aliquis consequeretur remissionem poene si alius pro eo satisfecisset, ita si ei satisfactio aliterius sibi per eum qui potest distribuatur. **Ad primum** ergo dicendum quod remissio quae per indulgentias fit, non tollit quantitatem poene ad culpam: quia pro culpa unius quilibet poenam sustinuit. **Ad secundum** dicendum, quod iste qui indulgentias suscipit non absoluitur simpliciter loquendo a debito poene, sed datur sibi unde debitum solvat. **Ad tertium** dicendum, quod effectus sacramentalis absolutiois est diminutio reatus, & hic effectus non inducitur per indulgentias, sed pro eo faciens indulgentias solvit poenam quam debet de bonis communibus ecclesiae, ut ex dictis patet. **Ad quartum** dicendum, quod magis remedium praebet contra peccata vitanda ex gratia quam ex assuetudine nostrorum operum, quia ex affectu quem accipiens indulgentias concipit ad causam pro qua indulgentia datur, ad gratiam disponitur: ideo etiam per indulgentias remedium ad peccata vitanda datur: et ideo non est in destructionem indulgentias dare nisi inordinate datur. Tamen consilium est eis qui indulgentias consequuntur, ne propter hoc ab operibus poenitentiae iniunctis abstineant, ut etiam ex his remedium consequantur: quantumvis a debito poene essent immunes et praecipue

quia quoadquod sunt plures debitorum quam credant.

CIRCA hunc articulum est prius advertendum quod haec materia de indulgentiis communiter tractatur a doctoribus scolasticis, in 4. sententiarum, d. 20. & ibidem a S. Tho. quaestio 1. articulo 3. & deinceps, unde haec litera text. in praedictis additionibus desumpta est: & scriptores super ius potestatis tractant cum textibus & glosis cap. indulgentiae, de poeni. & remi. lib. 6. & de poeni. & remi. cap. quod autem, quod est Alex. tertij: & in Clem. unica, de reliqui. & venera. Sanctorum: & de excessibus praelatorum cap. accedere tibus: & Bonifacius, 8. in extra. quae incipit antiquorum, de poeni. & remi. & rursus ibidem cap. cum ex eo, quod est Innocentij, 3. & in extra. unigenitus: & in extra. quemadmodum, in eodem tit. de poeni. & remi. Ex quibus locis selecta dicenda accipiuntur & aliqua obscura interpretantur: & stylo scolastico in manifestas conclusiones rediguntur: & multa super addemus, scripturae tamen sacrae semper consonantia. Secundo, indulgentia est unus effectus clavis, ideo postquam superius egimus de aliis effectibus clavis, age quod nunc nobis est de isto.

¶ Vnde est primum dubium de nomine, nempe quid significet indulgentia. Ad quod respondet Laurentius Valla lib. 4. cap. 18. dicens quod indulgentia significat nimiam licentiam, vel nimiam concessione: unde indulgere inquit est obsequenter & delicate tribuere: & probat hoc trito illo carmine. Indulgere gulae noli, quae veteris amica est. Et Quintilianus ait: mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, nervos oes & metis & corporis frangit, ergo indulgentia non potest accipi pro venia, est enim venia remissio culpa. Haec ille. Ideo ego dico indulgentiam ab indulgere dici, & multa significare, sicut verbum unde derivatur. Et prius indulgentia significat assiduitatem alicuius exercitij vel operis, ut idem sit indulgere quod operam dare: sicut dicunt, indulgere gulae, indulgere literis. i. operam dare gulae, operam dare literis. Secundo dico quod hoc nomen indulgentia accipitur pro nimia concessione, ut inquit Laurentius Valla: & graphicè probant testimonia citata. Tertio, dico quod hoc nomen indulgentia accipitur iam a longo tempore à Theologis & Latinis Christianis omnibus pro remissione poenae, & pro venia. Et à diuo Ambrosio & Augustino usurpatur hoc nomen indulgentia pro remissione peccatorum. Et non abs re sic extenderunt praedicti nominis significationem, quia haec ultima significatio est valde proxima & similis illi quam posuimus in secunda acceptione: quia sicut antiqui Latini, ut probatum est, accipiebant indulgentiam pro nimia concessione & relaxatione sensualitatis, ita nunc oes docti sancti & Theologi iam à multis annis accipiunt indulgentiam pro relaxatione poenae: & iam à Latinis est receptum nomen indulgentia, pro remissione poenae: ideo in hac significatione utemur praedicto nomi-

ne in tota hac disputatione de indulgentijs. Aliqui tamen Iurecōsulti dicūt quōd hoc nomen indulgentia, etiā accipitur pro collatiōe gratiæ: sicut, vt aiunt, dicitur Papa alicui potestati aliquā indulgere: sed hoc non recipimus, eo quōd non recipitur à Latinis, nec est in vsu sapientū. Ex his dictis colligitur quōd idē est indulgentia peccati, & remissio peccati: hoc probatur ex illa extrauagati, antiquorum: nā id quod illa extrauagati in principio appellat remissiones & indulgentias, postea i. s. nos, vocat veniā: & postea in processu solo verbo, indulgentia, cōprehendit & veniā & remissionē. Vnde indulgentia idē est quod remissio peccatorū quæ fit sine sacramento, & non est illa remissio quæ fit per sacramentū, aut per contritionē, sed illa quæ fit à Papa per applicationē thesauri ecclesiæ ad istū vel illū cū causa rationabili, vt inferius disputabim⁹. **SECUNDVM** dubiū est, an indulgentiæ aliquid valeant: quia si nihil valēt aut sunt inutiles, non est cur de illis agamus, sed refecādē potius essent tanq̄ superuacaneæ: ideo prudenter mota est quæstio hæc primo loco à S. Tho. Ad hoc dubiū respōdet pernitiosus Lutherus cū alijs hæreticis, indulgentias penitus nihil prodesse. Secundo dicit, q̄ non solū nō profunt, sed nimīū nocent: & hoc fuit principū illius hæresis & erroris. Tertio, dicit quōd indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelīū. Quarto, dicit quōd indulgentiæ sunt impiæ: & hanc impiā & inuerecundā sententiā Lutheri, refert Ioannes Rosenfis & expugnat ab art. 17. vsq; ad 27. ¶ Ego autē dico cōtra hūc errorē cū ecclesia sancta catholica: & vt scolastico modo procedamus, fit prima conclusio. Indulgentiæ nimīū profunt: quā conclusiōnem ego sic probo. In quacūq; materia sequēdum est id quod est tutius: At tutius lōge est tenere cū tota ecclesia quā cū vno pernitioso Lutheri: cū ecclesia regatur. S. S. & ecclesia concedit & prædicat indulgentias esse vtilissimas, ergo nimīū profunt indulgentiæ. Secundo, esto esset verū quod dicit Lutherus, adhuc sunt vtilēs indulgentiæ, quia ad minus sunt occasiones dandi elemosynas, ieiunādi, confitendī peccata: ergo male dicit Luther⁹ quōd indulgentiæ nocent. Sed vt exacte materia explicetur, & Lutherum toto cœlo cum affectis suis errare ostendamus, Quæritur, an remissa culpa remaneat adhuc aliqua pœna soluenda per ipsum peccatorē vel per alium, pro ipsis peccatis quo ad culpā iam remissis? Ad qd respōdetur hac cōclusiōe: Semper q̄ cōtritiō vel sacramentū aut ambo simul, nō sunt tā perfectā quæ sufficiant ad tollēdū culpā & totā pœnā, sicut semper sufficit baptismus, remissa culpa remanet adhuc pœna per ipsum peccatorē vel per aliū soluenda in hac vita vel in purgatorio. Hanc probauimus late supra q. 11. art. 1. & ita dicunt Sancti disertō

Dubium secundū.

Prima conclusio.

Conclusio

& ex professo, nēpe quōd oportet lugere, & q̄ tota ista vita est vita lachrymarū: manifestū autē est quōd ad delendā culpā nō requiritur longa pœnitētia, quia in quocunq; die. i. momento peccator ingemuerit remittitur culpa Ezechi. 18. 28. & 33. ergo loq̄tur sancti quātū ad pœnā: ergo post culpæ remissionē remanet debita aliqua pœna, aliās nō dixisset Sācti quōd semper sint peccata lugēda. Quod autē hæc vita sit vita lachrymarū tota, dicit diuus Augustinus in enchiridion, cap. 8. & in multis alijs locis. Secūdo, probatur eadē nostra cōclusiō testimonijs sacra scripturæ: & prius Paulus ad Ro. 6. inquit, sicut exhibuistis mēbra vestra seruire imunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibite mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Nec hoc æqualiter exigit ab omnibus quōd seruiant iustitiæ, sed petit Paulus vnū plus seruire iustitiæ altero, secundū quōd magis se uiuit iniquitati: & nō vt culpa remittatur, sed vt pœna maior aut minor, secūdu quōd maior aut minor manet post peccatū, ita magis aut minus debet peccator seruire iustitiæ. i. longiori tēpore pœnitere. Tertio, hoc ipsum probatur exēplo Dauid qui longā egit pœnitentiā postq̄ fuit cert⁹ quōd culpa erat remissa, vt cōstat psal. 6. & 50. Et 2. regū cap. 12. vbi non solū ipse fecit pœnitentiā postq̄ propheta Natan dixit ei, Domin⁹ transiuit peccatū tuū a te: verū ipse Natan ex parte Dei imposuit ei pœnitentiā dicens, verū tamen filius tu⁹ morietur. &c. Præterea, est exēplū de Adamo Gene. 2. & 3. cui remissa culpa imposta fuit pœnitentiā, eiectus à paradiso: & dictū fuit ei, in labore tuo vesceris pane tuo. Et nume. 12. Maria soror Moysi remissa culpa murmuris contra Moysen, lepra fuit multata. Et nume. 20. Moyses & Aarō remissa culpa incredulitatis, ad aquas cōtradictionis puniti sunt, ne intrarent terrā promissionis. Manifestū ergo remanet quōd postquā culpa est remissa, remanet pœna. Nec de hoc fidelis vnquam aliquis dubitauit. ¶ Secunda cōclusiō est, Non oportet q̄ quilibet pro se satisfaciat, sed pōt vnus pro alio satisfacere: hanc cōclusiōnem latius probauimus supra q. 11. art. 1. Nē de illa vnq̄ dubitauerunt fideles: & hic rursus cōfirmatur, quia in ecclesia sumus ad inuicē mēbra. Et ad Galatas, 6. dicitur, alter alterius onera portate: qd de hoc maxime videtur intelligi, nēpe q̄ vnus luat pœnas pro alio. Præterea, sicut vn⁹ in hac vita, charitatis amore, pro alio pœnam subit, q̄re etiā nō facit hoc quo ad pœnā spirituale: Præterea, sicut vnus dat bonū tēporale alteri, quare non poterit applicare bonum spirituale, nēpe satisfactiōem suā spiritualem: non videtur quare non: ergo vera est nostra conclusio. Hæsitabis tamen an prædicta nōstra secunda conclusio sit de fide? Respondetur affirmatiue, & probatur, quia de fide est q̄ viuus

Secunda conclusio.

viuus satisfacit pro defuncto, si ei sua pia opera applicet, vt constat ex illo Macha. 12. facta collatione, duodeci millia drachmas argenti misit Ierosolymā offerri pro peccatis mortuorū sacrificiū, bene & religiose de resurrectione cogitās: (nisi .n. eos qui ceciderāt resurrecturos speraret, superfluū videretur & vanū orare pro mortuis) & quia considerabat quōd hi qui cū pietate dormitionē acceperāt, optimā haberent repositā gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Ergo viuus pōt satisfacere pro viuo, cū sit eadē ratio. Secūdo, præcipuū in hac materia dubiū ē, an sūmus pōtifex possit prædictā pœnā remittere remanente culpa remissa? Ad qd dicit Lutherus pernitiosus quōd nō, quia nō remanet talis pœna: & si remanet non est remissibilis nisi eo modo quo Deus voluerit, & non per pontifices. Sed ad conuincendū hunc pernitiosum, sufficit quōd agit & dicit contra totā ecclesiā, vt reijciatur tanquā hæreticus. Secūdo dico quōd, vt constat ex sacris eloquijs, multis modis remittitur prædicta pœna: Prior modus est per propriā afflictionē, vt habetur prioris ad Cor. 11. si nos vtiq; iudicemus non vtiq; iudicaremur. Secūdo modo remittitur prædicta pœna per elemosynā, vt constat Luce. 11. quod superest date elemosynā, & ecce oīa munda sunt vobis: & non intelligitur quātū ad culpā, quia ad remissionē culpæ requiritur contritiō, & nō sufficit sola elemosyna: ergo prædictus locus intelligitur quātū ad pœnā. Tertio, remittitur pœna per magnā charitatem: probatur prioris Petri, 4. charitas operit multitudinē peccatorū. Quarto remittitur pœna per remissionē iniuriarū: probatur, quia in oratione dominica dicitur, dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. &c. Secundo, Luce. 6. dimittite & dimittetur vobis: qd etiā non pōt intelligi de remissione culpæ sed pœnæ. Quinto, remittitur pœna per alienā orationē: probatur, Iacobi. 5. oratio fidei saluabit infirmū, & si in peccatis est dimittentur ei. Et alij similes modi inueniuntur in scriptura: ergo non est vnus modus solus satisfaciendi. Est igitur dubiū postq̄ sunt tot modi satisfaciendi pro pœna debita pro peccatis, an sūmus pōtifex possit remittere pœnā debitā pro peccatis per indulgentias. 1. applicando pro isto vel illo merita Christi & sanctorū: quæ dicuntur thesaurus ecclesiæ, ita quōd illa applicatio aliquid valeat apud Deū: Et videtur quōd nō, prius quia nullus pōt satisfacere pro alio: probatur, 2. ad Cor. 5. oportet nos presentari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, siue bonū siue malū pro vt gessit: ergo non pro vt alius gessit. Et 1. ad Cor. 3. Vnusquisq; autē propriā mercedē accipiet, secundū suū laborē: ergo non secundū

Dubium præcipuum.

Dubium

laborē alterius. Et Apoca. 14. Opera .n. illorū sequuntur illos: Ezechi. 14. & factus est sermo Dñi ad me dicens: fili hominis, terra cū peccauerit mihi vt præuaricaretur præuaricans, extendā manū meā super eā, & conterā virgā panis eius, & immittā in eā famē, & interficiā de ea hominē & iumentum: & si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabūt animas suas ait Dñs exercitūū. Et sequitur: tres viri isti si fuerint in ea (nēpe terra) viuo ego dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabūt, sed ipsi soli liberabuntur, terra autē desolabitur. Ergo vnus nō potest satisfacere pro alio: & psal. 61. semel loquutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas est Dei & tibi Domine misericordia, quia tu reddis vniciq; iuxta opera sua. Ergo non pōt vnus pro alio satisfacere. Præterea iudiciū Dei est immutabile, & ab æterno statuit, quōd hic pro tali peccato, tanta vel tāta multa puniatur. Ergo quidquid faciat sūmus pontifex, ille peccator prædictas pœnas luet, quia aliās Deus mutaretur. Et confirmatur hoc ex diuo Gregorio: & habetur 23 q. 4. cap. Nabuchodonosor, vbi sic habetur: cū superna indignatio sese, vt ita dixerim, medullitus mouet, hæc opinio vel oppositio humana nō remouet: nec se cuiuslibet vtiliter depræcatio obijcit, cū semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Præterea pœna debet correspondere culpæ, vt dicitur Deutero. 25. secundū mensurā delicti erit & plagarū modus: at indulgentiæ non puniunt delinquentes, ergo non satisfaciunt debentes pœnā per indulgentiā. Præterea, ita obligatur homo ad satisfaciendū pro pœna sicut pro culpa: sed culpa non dimittitur per opus alterius: ergo nec pœna. ¶ Præterea, ista indulgentiæ sunt simoniacæ, cū detur spirituale pro pecunia tēporali: ergo non solū non profunt, sed nocent: ¶ Præterea, hæc potestas cōmunicādi thesaurum ecclesiæ, & remittendi pœnā per illā applicationē, nō est in sūmo pontifice, quia nulli habetur: Et videtur quōd sūmus pōtifex solū habeat potestatem administrādi sacramēta at dare indulgentias nō spectat ad administrationē sacramentorū. Nec oblat si dicas quōd hoc facit applicando thesaurū ecclesiæ: quia dicit Lutherus quōd non est talis thesaurus, aut si est thesaurus ille in ecclesia, non potest Papa illū applicare: quia nec vnū colligitur ex scriptura nec aliud. ¶ Præterea, hæc indulgentiæ sunt nouæ in ecclesia: ergo vanæ sunt & inutiles. Antecedens probatur, quia nunquā fuerunt in primitiua ecclesia: & tam nouæ sunt quōd adhuc tēpore Magistrū sententiarū nō videntur fuisse, cū ipse non meminerit indulgentiarū, sed solū fecit mentionē de remissione peccatorū quā dicit fieri in ecclesia: hoc in 4. d. 20. Et ideo alij scolastici ibidem agunt de indulgentijs. Et tamen semper

fuerunt peccatores in ecclesia: Nec solus fuit inter antiquos Magister qui non meminerit indulgentiarum, sed nec Aug. nec Hiero. nec aliquis alius ante Magistrum sententiarum. Et hoc est grauius argumentum, quia si indulgentia valet, mirabile est quod fuit ecclesia mille annis sine illa utilitate quae ex indulgentiis habetur. ¶ Propter haec igitur argumenta, & pro expositione totius materiae de indulgentiis, respondendum stylo scolastico aliquibus propositionibus, quarum prior est: Adeo antiquae sunt indulgentiae quod non habetur nec haberi potest pro coperto quando inceperunt, & ad modum ad quem nunc dantur in ecclesia. Probatur ex dictis, prius: quia ex scriptura non habetur, nec ex conciliis, nec ex scriptoribus antiquis: ergo sententia nostra est vera. Verum est quod aliqui dicunt quod Beatus Gregorius concessit indulgentias. i. stationes, & sub hoc nomine stationes, quae sunt antiquae: & hoc refert S. Tho. Sed nec hoc est antiquum propter factam rationem, quia non legitur in aliqua authentica scriptura, nepe quod a Diuo Gregorio inceperint indulgentiae. Et si roges quare apud veteres non fuerunt indulgentiae, vel si fuerunt, fuerunt quae rarissimae? Dico cum Rophae & alijs fidelibus, quod ideo apud antiquos erat rarissima indulgentia, (& si erat quidem) quia apud illos non erat tanta notitia de purgatorio: at iam a multis annis est determinatum per ecclesiam purgatorium esse. At haec ratio parum valet, quia semper fuerunt pontifices, & episcopi & sancti aliqui qui sciebant & credebant purgatorium esse, sicut nunc scimus & credimus: ut certum est, maxime tempore Augusti. & Hiero & deinceps certum fuit esse purgatorium. Ideo est secunda ratio, quia in primitiua ecclesia non erant peccata ita frequentia sicut nunc, & erant longe plura bona opera quam peccata, & fideles erant parati mori pro Christo, & ad sumendum quodcumque opus poenale pro suis peccatis, ideo non curabant de indulgentiis. Sed nec haec ratio satisfacit, quia semper legimus fuisse grauisima peccata: sed credo praecipua esse rationem, quia in initio nascens ecclesiae non erat tanta cupiditas in ecclesiasticis, quanta postea successit. Et quia tunc erant & imponebantur magna satisfactioes, quas poenitentias vocant, quae sufficiebant ad delendum totam poenam debitam pro peccatis. Sed quidquid sit de his rationibus, sit 2. conclusio. supposita prius vna distinctione quae est. Bisaria datur indulgentia, aut in foro interiori per sacramentum, aut in foro exteriori, applicando meritum & satisfactionem aliorum pro isto vel illo. Tunc est 2. conclusio. indulgentiae priori modo semper fuerunt in ecclesia a tempore Christi & Apostolorum, quidquid dicant scolastici: verum est tamen quod sancti non vocant indulgentias sed remissiones peccatorum: & de hac remissione quae fit per claves, loquitur sanctus scripturae.

Nec obstat si dicas quod sancti non dicunt quod remittuntur poenae, quod libenter concedo: & ideo id fecerunt, quia loquuntur de remissione peccatorum per claves, & remittere poenam debitam pro peccatis, est remittere peccata quantum ad poenam, quia quantum ad vtrumque, sunt remissibilia: ideo non singularizant loquentes de remissione poenae per se: vnde non dicunt quod per contritionem remittatur poena, sed dicunt quod remittuntur peccata. Vnde etiam in scriptura non dicitur quod remittitur poena, sed dicitur quod remittuntur peccata: ut Danielis 4. peccata tua elemosynis redime: vnde sub hoc nomine remissionis peccatorum, frequenter simile inuenitur apud sanctos quod claves ecclesiae remittebant peccata: nec intelligebat solum quantum ad culpam, sed quo ad omnia secundum quae peccata sunt remissibilia: & frequenter in ecclesia dabantur indulgentiae. i. fiebant remissiones peccatorum, quia iniungebant sacerdotes magnas satisfactioes, quas poenitentias vocamus, per quas satisfaciebant poenitentes, virtute clauium, pro poena debita peccatis suis, quia iam culpa erat remissa: & non essent illae poenae tantae virtutis si solum voluntarie acciperentur ab illo peccatore, quantae sunt eo quia procedunt a clauibus ecclesiae. Et confirmatur, quia ita fiebat tunc sicut nunc, quantum ad finem indulgentiarum qui est remittere peccata: Dicit. n. nunc sumus pontifex, qui ieiunauerit tres dies, consequatur iubileum: ergo etiam tunc erat indulgentia quando dicebat, qui ieiunauerit vno anno consequatur iubileum, vel sub ista forma, qui commiserit tale, aut talia peccata, poeniteat septem annos: quod tantumdem erat veluti si diceret, ieiunanti per annum aut septem annis virtute clauium remittatur tota poena aut remittantur peccata quo ad poenam: quia quo ad culpam iam erant remissa. Vnde sequitur quod quilibet sacerdos imponens poenitentiam, concedit indulgentiam hoc modo ut sumus pontifex concedebat, quia remittit poenam peccatorum, aut peccata quantum ad poenam virtute clauium. Colligitur, 2. quod quilibet sacerdos absoluens aliquem sacramentaliter, dat hoc modo indulgentias, etiam nunc propter rationem dictam, quia remittit virtute clauium poenam vel partem poenae debitam pro peccatis: ergo hoc modo manifestum est quod semper in primitiua ecclesia fuerunt indulgentiae: quia virtute clauium poenitentiae iniunctae plus valet & satisfaciunt, quam de se valerent. Et de indulgentia hoc modo sumpta loquitur diuus Augustinus in libro de vera & falsa poenitentia, & in alijs locis: & alij sancti. Et si dicas quod non fuerunt indulgentiae in primitiua ecclesia eo modo quo nunc sunt, nepe per applicationem thesauri ecclesiae a praelatis, &c. Dico quod ideo vel non dabantur indulgentiae hoc modo quo nunc, aut raro sic dabantur, quia non erat opus quod sic concederentur, cum tunc imponeretur magna

gnae & diurnae poenitentiae quae sufficiebant ad remittendum totam poenam: Sed postea factae sunt poenitentiae sacramentales arbitrariae, & sacerdotes imponunt paruas satisfactioes, ideo opus est quod ecclesia concedat hoc modo indulgentias. Dixi esse opus. i. valde utile. Sed nec negari potest quod in primitiua ecclesia concederentur indulgentiae hoc modo quo nunc dantur, quia Bonifatius octauus in illa extrauaganti Antiquorum, concedit iubileum centesimo quoque anno, eo modo quo sui antecessores concedebant: ergo ipse non incepit de nouo: & ipse Bonifatius, dat indulgentias eo modo quo nunc dantur: ergo ante dabatur ad hunc modum quo haec aetate dantur: & ita omnes alij Pontifices de quibus constat quod dant indulgentias, ad modum quo sui predecessores concesserunt. Vnde vbi cumque collet quod aliquis pontifex concedit indulgentias ex thesauro ecclesiae, constat quod iam ante illum alij pontifices predecessores elargiebantur indulgentias eodem modo ex thesauro ecclesiae: ergo antiquissimae sunt indulgentiae in ecclesia Dei. Quod autem in primitiua ecclesia imponeretur diurnae & magnae satisfactioes, patet in cap. hoc ipsum. 3. q. 2. vbi ex Elydoro habetur quod iniungebatur a sacerdotibus poenitentia septem annorum peccatoribus confitentibus peccata sua. Et Euthimianus Papa. 22. q. 1. cap. praedicandum, dicit quod pro periurio est imponenda magna poenitentia, sicut pro alijs criminibus: & communiter dicunt pontifices peccatoribus qui timore magna poenitentiae non venerit ad confessionem excludatur ab ecclesia. Et octogesima, secunda d. cap. presbiter, habetur quod presbiter qui fornicatus fuerit secundum Canones Apostolorum deponatur: & hoc est desumptum ex concilio Gangrensi: & ex 4. concilio Toletano, 27. q. 1. cap. deuota, imponitur poenitentia de eodem anno: ideo illo tempore non erant tam necessariae indulgentiae. Sed postquam poenitentiae sunt arbitrariae, ut dicitur de poeni. & remi. cap. significauit, et in alijs capitulis, opus est indulgentiis. Ideo sit 3. conclusio in hac disputatione: ¶ Ecclesia habet potestatem dandi indulgentias in foro exteriori, applicando thesaurum ecclesiae, ut hodie faciunt pontifices. Probatur prius ex scriptura sacra, Matthe. 16. & 18. & Ioannis, 20. absolute dicitur, quodcumque solueritis super terram, erit solutum in caelis: ergo absolute datur potestas super peccata etiam quantum ad poenam. Et haec testimonia sunt inuictissima, quae sancti in hoc sensu intellexerunt, nec vnquam fecerunt differentiam, inter remissionem peccatorum ad culpam vel quo ad poenam, sed sicut illa testimonia manifeste dicunt quod ecclesia potest remittere peccata quantum ad culpam, ita etiam quantum ad poenam, quia absolute dant ecclesiae potestatem remittendi

Tertia conclusio.

peccata. ¶ Praeterea, ecclesia habet potestatem remittendi poenam aeternam per claves: ergo etiam habet potestatem remittendi poenam temporalem. Et confirmatur, quia Apostolus ait 2. ad Cor. 2. nam si cui quid donastis, & ego: nam & ego quod donauimus, si quid donauimus, propter vos in persona Christi. Nec obstat si dicas quod loquitur solum de incestuoso. quia absolute dicit, si cui quid donastis, & ego: ergo habebat Apostolus auctoritatem donandi. i. remittendi peccata quo ad poenam, condonando ex satisfactioibus aliorum, & non solum in sacramentis: & Hiero. & S. Tho. ita intelligunt Apostolum, nepe quod loquitur in praedicto loco generaliter de remissione peccatorum, & non loquitur de remissione quantum ad culpam, aut non solum quantum ad culpam, sed etiam quantum ad poenam, quia iam culpa erat remissa: quia dicit ibidem ne tristitia absorbeat qui huiusmodi est: ergo iam significat quod ille peccans doluerat de peccato. Vnde in hoc sensu. i. quod ecclesia habet potestatem remittendi peccata quo ad poenam, antiquissimae sunt indulgentiae in ecclesia. Et confirmatur, quia in concilio Lateranensi sub Innocentio 3. quod fuit celebratum anno Domini, millesimo ducentesimo: & fuit tam celebre ut nullum aliud fuerit eo celebrius. Ex quo concilio habetur, quod indulgentiae fuerunt antiquissimae in ecclesia. Et ex textibus supra citatis, habetur quod indulgentiae sunt antiquae, quia dicitur ibidem quod praelati concedebant indulgentias, & quod quidam praelati concedebant indulgentias indiscretas: & textus loquuntur de indulgentiis, a quadringentis annis. Et in praedicto concilio Lateranensi fuit quarela episcoporum contra Abbates, eo quod Abbates concedebant indulgentias, & prohibetur ne deinceps Abbates concedant indulgentias: & conceditur episcopis quod possint elargiri aliquas indulgentias: & reseruetur summa auctoritas dandi indulgentias Papae. Et idem approbavit Innocentius 4. in concilio Lugdunensi, & meminit praecedentis concilii: & haec omnia habes in cap. accedentibus, de excessibus praelatorum. Et Clemens 5. in concilio Vienensi, (ut habetur Clemantina vnica, de reliquijs & ven. sanctorum, si Domini. &c.) Concedit indulgentias assistentibus diuino officio in die corporis Christi. Et tria generalia concilia conformia in hac sententia, nempe quod indulgentiae eo modo quo hodie conceduntur in ecclesia sunt antiquissimae: ergo haereticum est dicere ecclesiam non posse poenam peccatorum remittere, vel peccata quantum ad poenam, etiam sine sacramento. Et in concilio Costantiensi condanatur art. 41. contra V. Viclefum qui dicebat quod indulgentiae sunt vanae & nullius valoris Et eundem articulum condanauit Leo decimus, contra Lutherum. Et confirmatur, quia

ecclesia pot relaxare obligationes Deo promissas voto & iuramento, in quibus semper dispesauit ecclesia: ergo etiā in pœnis & obligationibus contractis delictis poterit dispensare, & eas remittere. ¶ Præterea Bonifa. 8. in extraua. de pœni. & remis. quæ incipit, antiquorū, concedit iubileū centesimo quoq; anno visitantibus limina Apostolorū Petri & Pauli. Et Clemens, 6. in extraua. vnigenitus, restringit tempus, & concedit iubileū quinquagesimo quoq; anno. Et pro hac nostra vera sententia est Marfilus in 4. q. 12. vbi ad lōgum nosstrā habet sententiā: & infert q̄ quilibet sacerdos potest concedere indulgentias in foro pœnitentiā, nisi summus pōtēx impediāt. &c. Quia iniungere pœnitentiā est dare indulgentiā: vnde qui loquitur de indulgentijs & vult quod recipiantur, loquatur de remissione peccatorū, postq̄ idem est indulgentias concedere quod peccata quo ad pœnam remittere, & facilius recipiētur. Est igitur vera nosstra principalis conclusio, nempe, quod ecclesia. i. sūmus pontifex & episcopi habēt potestātē concedendi indulgentias. i. remittēdi pœnā peccatorū, aut peccata quo ad pœnā extra sacramētū pœnitentiæ, applicādo thesaurū ecclesiæ pro illis qui huiusmodi pœnā debent. Hanc probant testimonia scripturæ quæ adduximus ex Matthe. 16. & 18. Ioan. 20. Ecclesia igitur habet potestātē remittēdi peccata absolutē: ergo potest ea remittere quo ad pœnā sine sacramento, quia ad remissionē pœnæ non est necessariū sacramētū. Secundo hoc ipsum probant cōsilia & decreta quæ adduximus ad probandū priorē cōclusionē. ¶ Et confirmatur, quia illā potestātē quā habet ecclesia ad remittēdi peccata in sacramento pœnitentiæ, habet extra sacramētū ad oīa illa quæ non requirunt infusionē gratiæ: ergo potest remittere pœnā peccatorū sine sacramento, postq̄ ad hoc nō requiritur infusio gratiæ. Probat antecedens, quia extra sacramētū pœnitentiæ potest ecclesia remittere peccata venialia, nepe per aquā benedictam, pertūtionem pectoris & per alia remedia: ergo poterit etiā remittere pœnā debitā pro peccatis venialibus: ergo etiā potest remittere pœnā debitā pro mortalibus. Vltimā cōsequentiā probatur, quia non est maior ratio de vna q̄ de alia pœna, postq̄ culpa est remissa. Et quod ecclesia possit remittere peccata venialia extra sacramētū, receptū est ab omnibus: & nos superius cū ageremus de pœnitentiā late probauimus: pœna autē peccati mortalis & venialis sunt eiusdē rationis, imō sunt vna & eadē pœna, quia in purgatorio simul eadē pœna punitur quis pro mēdatio iocoso & pro homicidio dimisso, licet intēsus punitur pro illis duobus peccatis quā pro vno solo: ergo. &c. Et confirmatur, quia ecclesia ha-

bet clauēs ad tollēdi omnia impedimēta ad cœlū perueniendū: sed vnū est pœna etiam sine culpa: ergo ecclesia potest illud impedimētū tollere, & non potest illud tollere per sacramētū, quia pœna sola non tollitur per sacramētū: ergo potest illā tollere extra sacramētū. ¶ Præterea, si ecclesia non potest remittere pœnā debitā pro peccatis extra sacramētū, sequeretur quod nō haberet remediū contra illā pœnā postq̄ peccator semel cōfessus est: quod est contra illud quod statim diximus, ecclesiā habere potestātē tollendi oīa impedimēta ad veniendū ad cœlū: ergo dicendum est id ecclesiā posse.

¶ Præterea, ex illo Matthe. 18. quæcunq; solueritis super terrā erūt soluta in cœlis. &c. Nos inferimus quod est in ecclesia sacramētum pœnitentiæ, quia peccata mortalia nō possunt remitti sine infusione gratiæ, quæ à ministro non datur nisi in sacramento. ergo ex eodē testimonio eodē modo optimē infertur quod ecclesia potest remittere extra sacramētū, oīa impedimēta, impediētia ne quis veniat in cœlū, ad quæ tollenda non requiritur infusio gratiæ: sicut est pœna debita peccatis & peccata ipsa venialia, ergo. &c. Accedit etiam ad hoc, quia Paulus 2. ad Cor. 2. quando dicit, si quid cui donatis, & ego: loquitur de donatione facta extra sacramētū, quia loquitur de absentibus. Verisimile igitur est q̄ in primitiua ecclesia absoluebāt ministri illos qui debebāt pœnā p̄ peccatis etiā extra sacramētū.

¶ Præterea, idem confirmatur ex ritu ecclesiæ quæ hoc ipsum facit, quod cuiusq; non male affecto sufficere debet. Vnde ex his quæ adduximus, facile respondebis ad argumēta quæ in partē oppositā fecimus: & cōstat, indulgentias antiquissimas esse in ecclesia Dei: quod rursus cōfirmatur ex illa extrauaganti Bonifacij, 8. quæ incipit, antiquorū, quæ fuit edita anno, 1300. à Christo nato: à quo tēpore sunt iam elapsi ducēti & sexaginta anni. Præterea, ante Bonifacij, 8. refertur quod accedentibus ad honorabilē Basilicā principis apostolorū, magnæ remissiones & indulgentiæ concedebantur. Et rursus ante Bonifacij 8. Honorij, 3. de pœni. & remis. cap. nostro, loquutus est de indulgentijs, dicens quod Archiepiscopus in sua prouincia potest concedere indulgentias, dūmodo non excedat regulam cōsiliij generalis. Præterea, ante Honorij Innocentij, 3. restringit potestātē concedēdi indulgentias episcopis in concilio generali: vt habetur, cap. cum ex eo, eodem titulo. Et rursus ante Innocentiū Abbates concedebāt indulgentias, quod ipse Innocētius cū cōcilio generali prohibuit, vt habetur, cap. accedentibus, de excessibus prælatorum. Et ante Innocentium, 3. Alexander, 3. ad quæstionem de indulgentijs propositam, respōdit, cap. quod

autem

autem, de pœni. & ante Alexandrum, diuus Gregorius creatus pontifex summus, anno à Christo nato, 169. cōstituit statioēs ad indulgentias querendas: vt refert S. Tho. inferius. Rursus euntibus ad bellum terræ sanctæ, fuit concessa indulgentia, vt colligitur ex cap. ex cōmunicamus, de hereticis. Vnde sequitur q̄ non est verum quod dicit Polidorus libro, 8. cap. 1. de rerum inuentoribus, quod primus author iubilei fuit Bonifacius 8. in illa extrauaganti antiquorum: & probatur q̄ falsum dicat Polidorus, quia Ioannes Monachus, col. 4. glo. 9. super eadē extra. dicit quod ante Bonifacium, 8. solebat concedi iubileum centesimo quoq; anno. Constat igitur antiquissimas esse indulgentias.

PRÆTEREA, postq̄ vidimus de antiquitate indulgentiarum, & de earū vtilitate, & de nomine indulgentiæ, & de potestāte quæ est in ecclesia ad concedēdi indulgentias: videndum est quid sit indulgentia de qua agimus & agūt Theologi. Vnde dico q̄ ecclesiastica indulgentia est relaxatio pœnæ peccato contractæ, absq; sacramento facta in foro pœnitentiā. Nomine autē relaxationis subnotamus quod conferre indulgentias est actus iurisdictionis: per quod excluduntur actiones priuatae à ratione indulgentiarum: vt cum quis satisfacit pro alio adimplendo pro alio pœnitentiā, illud non est conferre indulgentiam. Secundo, hoc etiam nomine significamus q̄ est opus misericordiæ, conferre indulgentias: & hūc stilū seruant pōtēfices elargiēdo indulgentias. s. misericorditer indulgemus. &c. Vnde colligitur quod cōferre indulgentias non pertinet ad iustitiam distributiua, vbi pro meritis & qualitate personarum tenetur princeps distribuere bona communia: nunq̄. n. hoc modo, nempe propter merita obligatur summus pontifex ad conferēdi indulgentias. Præterea, duobus habētibus æqualia merita, vt abobus visitantibus limina Apostolorum, potest Papa alteri solum conferre indulgentias, altero prætermisso, cum hic sit misericordia non iustitia. Et per illud quod diximus, relaxatio pœnæ peccato contractæ, intelligimus de pœna in purgatorio soluendā: quia relaxatio pœnæ pecuniariæ aut pœnæ excommunicationis non pertinet ad indulgentias. Per illud autem quod diximus, in foro pœnitentiā, significamus quod indulgentiæ non pertinent ad forū exterius, sicut cæteræ relaxationes spectant ad exterius iudicium. Nec etiā dicimus quod sit relaxatio pœnæ iniunctæ, aut pœnitentiæ iniunctæ, vt multi dicunt: quia hoc est durum, & illud reputo falsum vt inferius dicemus: Sed est relaxatio pœnæ in purgatorio soluendæ, siue sit iniuncta à sacerdotibus siue nō. Diximus (absq; sacramento,) quia illa relaxatio quæ fit in sacra-

mēto, licet primo modo sumpta (vt diximus superius) possit dici indulgentia, non tamen sumpta secūdo modo, & pprie eo modo quod hodie in ecclesia fiunt indulgentiæ per diplomata pontificū: de qua indulgentia maxime iatendimus tractare: Et hoc secūdo & pprio modo sumpta indulgentia, est antiquissima in ecclesia, vt patet, 2. ad Cor. 2. si cui quid donatis, & ego &c. Dixi (relaxatio pœnæ) quia culpa mortalis non potest tolli per indulgentias, sed de veniali, quia credo quod potest ecclesia per indulgentias tollere venialem culpā, sicut per aquā lustralē & alia remedia: & hoc dicit Paludanus & Antoninus in hac materia. Sed est dubiū circa illud quod diximus quod ecclesia habet potestātē remittēdi pœnā peccatis contractā, etiā extra sacramētum: an ecclesia habeat potestātē arbitrandi & taxadi pœnā pro quocunq; peccato, & donandi totā pœnā pro quacūq; rationabili cā: Pro cuius dubij dilucidatione suppono vnū quod cōmuniter omnes concedunt: cuiusq; peccato ex natura sua correspondet certus gradus pœnæ. Secundo suppono, q̄ ille gradus potest mutari in minorē pœnā ex vi sacramēti: vt si adulterio, verbi gratia, remisso per contritiōē vt vnū debentur viginti dies purgatorij ex vi sacramēti, potest sacerdos cōmutare in decem dies, & illi sufficiūt: quia ex hoc quod sacerdos absoluit in sacramento pœnitentiæ remittit partē pœnæ debitæ peccatis: & hæc duo omnes doctores cōmuniter affirmant. Sed nosstrū dubiū est an punctualiter sint determinati gradus pœnæ in quos ecclesia debeat cōmutare, vt puta. 10. itaq; si mutet in nouem restet vnus soluendus in purgatorio: & si mutet in vndeci redūdet vnus, vel an sit certa latitudo arbitrandi? Ad quod respondebimus aliquibus propositionibus, quarū prior est: nō est taxata pœna in pūcto, sed potest ecclesia taxare extra sacramētum in eos gradus quos voluerit, cū causa tamen rationali, & illi sufficiens pro illa pœna. Hæc cōclusionē videtur cōfiteri Scot. in 4. d. 28. q. vnica: & eadē asserit S. Tho. in hac q. art. 2. ad 1. & est Adriani in 1. q. de indulgentijs, in solutione argumentorū, contra suā secundam propositionē, vbi dicit quod aliquando est cā sufficiens, & non æquualis: & tamen per indulgentias ratione potestatis ecclesiæ fit qd alias non fieret. i. alias non remitteretur illa pœna. Scotus tamen non probat præfatā cōclusionem, & aliquando visum fuit mihi oppositū, sed altius cogitans hoc quod dicunt præfati doctores, videtur verius: & est notandum pro fundamento indulgentiarū. Et probatur hoc modo, prius, quia ille videtur sensus germanus illorum verborum, quod cūque solueritis super terram. &c. Et quodcunq; ligaueritis, erit ligatum in cœlis. &c.

& idem sensus est illorum verborum Ioannis 20. quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Nam ibi confertur absoluta potestas sine limitatione aliqua: ergo non est certus gradus poenae ad quem limitetur potestas ecclesiae tradita: veluti si Rex vel quicumque superior mittat iudicem inferiorem dicens ei, quidquid tu remiseris erit remissum, & quidquid condemneris erit condemnatum: nullus diceret quod talis inferior esset coarctatus ad certam poenam taxatam: sed illa sunt verba euangelij, quodcumque ligaueris, & quodcumque remiseris, &c. Veluti si manifeste dicat quod tu remiseris de peccato, remissum erit, & poenam quam imposueritis pro crimine erit sufficiens. Et confirmatur quia si haec potestas data esset ecclesiae ad absoluendum limitata in puncto vel in aliquo gradu, nempe ad imponendum certum gradum poenae, cum esset res tanti momenti, alicubi CHRISTVS explicasset, quod tamen nunquam fecit. Ergo argumentum est quod non est limitata. PRÆTEREA CHRISTVS constituit Apostolos & alios Pontifices successores, ut essent iudices ad iudicandum de peccatis: sed hoc est officium iudicis qui non habet legem restringentem potestatem suam, nepe iudicare quae poena quodcumque crimen multandum sit, ergo. PRÆTEREA ad hoc sacerdotibus datae sunt claves, ut cognoscant qualitates personarum, & circumstantias viciorum: ergo cognitis qualitatibus, & viciorum circumstantijs poterit imponere poenam quae sufficiat ad puniendum tale crimen secundum illas circumstantias. PRÆTEREA, antiquitus taxabantur poenae pro singulis criminibus arbitrio episcoporum, ut habetur, 26. q. 7. per totum, & de poenitentijs & rem. d. 1. cap. mensuram, & cap. Deus: & ut constat ex tenore horum Canonum, erat intentio ecclesiae quod illa poenitentia sufficeret, ita quod nihil relinquebant soluendum in purgatorio, & illud quod imponebant putabant esse necessarium ad satisfaciendum, alias non fuisset ecclesia tam sollicita ad iniungendum illas notabiles & magnas satisfactiones. Vnde Grego. in cap. fallas, de poenitentia d. 5. vocat fallas poenitentias eas quae non secundum auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur: vnde ut ecclesia arceret omnes ab abusu aliquorum sacerdotum taxantium paruas poenitentias, constituit pro certis criminibus certas satisfactiones, ut habetur, ca. hoc ipsum, 33. q. 2. quae erat poenitentia septem annorum pro aliquibus mortalibus: Et de poenit. & remis. cap. qui presbiterium, taxatur poenitentia duodecim annorum pro homicidio presbiteri. Ad quid igitur tanta sollicitudo ecclesiae in iniungendis poenitentijs, si non habeat pro certo praefatam potestatem sibi committam, ut quicumque

poenam ipsi taxassent Pontifices, Deus acceptasset. Sed in oppositum est, quia S. Tho. cum ceteris Theologis in 4. d. 4. & d. 18. dicit quod sacerdos non potest taxare poenam pro arbitrio suo. Dico quod intelligunt, pro arbitrio suo. i. sine rationabili causa & indiscrete: quia licet sint iudices, sunt tamen ministri & dispensatores Christi in hoc, ut habetur prioris ad Cor. 4. Ideo debent seruare regulam arbitrandi pro qualitate omnium causarum. Vnde antequam CHRISTVS daret Apostolis potestatem, insufflauit Spiritum sanctum qui eos doceret modum dispensandi: vnde haec satisfactiones quae hodie imponuntur a sacerdotibus, sunt quasi ridiculae, & non imponuntur tanquam sufficientes. Conclusio tamen nostra est vera, nempe quod si rationabiliter fiant praedictae satisfactiones (quod multi dicunt clauae non errante) potest ecclesia quodcumque peccatum, quantum ad poenam, in quamcumque rationabilem poenam, secundum qualitatem criminis mutare. Imo pro causa iusta posset condonare illam poenam, applicando ex thesauro ecclesiae pro illo peccatore: vnde manifeste colligitur quod sacerdotes possunt obligare poenitentes ad rationabiles poenitentias, & poenitentes tenentur acceptare sub poena peccati mortiferi: Cuius oppositum male asseruerunt aliqui alij, putantes sacerdotes solum esse iudices arbitrarios, quod falsum est, quia a Deo habet potestatem ordinariam, ut supra praesius ostendimus. SECUNDA conclusio est. In ecclesia est thesaurus passionis Christi, & meritorum sanctorum. Haec propositio ab omnibus fidelibus recipitur, & semper fuit recepta: & probatur ex illa extrauaganti Clementis sexti, quae incipit, vnigenitus, de poeni. & remis. Opera nostra secundum oes, propter hoc quod sunt meritoria sunt satisfactoria: & meritum quidem condignum non remuneratur nisi merenti: nullus enim praeter Christum potest alteri mereri: potest tamen vnus pro alio satisfacere. Vnde cum quis non indiget sua satisfactione sibi, nec ipse satisfaciens applicat alteri, reseruatur illa satisfactio in thesauro ecclesiae, ut habetur in praedicta extrauaganti vnigenitus. Et praeter auctoritatem omnium doctorum (qui hoc ipsum confitentur) probatur testimonijs sacrae scripturae: & prius, prioris ad Cor. 12. dicitur quod omnes fideles sunt corporis eiusdem membra: vnde colligitur quod illud quod facit vnum membrum erit vtile alijs. Et ad Galatas, 6. dicitur, alter alterius onera portate: quare consentaneum est, ut bonum quod mihi redundat cedat in utilitatem aliorum, sicut in omnibus politicis bene ordinatis constitutum est ac seruatur. Et ad Colos. 1. dicitur, gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quae desunt passioni Christi in carne mea pro

cor-

corpore eius, quod est ecclesia: quod omnes sancti exponunt quod passionibus sanctorum cedunt in cumulum satisfactionis Christi. Et 1. Ioannis, 2. ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum sed totius mundi. Praeterea CHRISTVS in cena dixit, quod corpus suum pro nobis erat tradendum, & sanguis eius pro nobis erat fundendus, ergo thesaurus meritorum Christi & sanctorum est in ecclesia. in: praedictis namque, auctoritatis fundatur thesaurus ecclesiae, de quo iam non licet dubitare, post extrauagantem vnigenitus: Paulus. n. dicit quod adimplet ea quae desunt passioni Christi, non quod passio Christi non esset sufficiens ut satisfaceret pro omnibus peccatis, sed quod CHRISTVS ipse sic ordinauit quod satisfactiones aliorum sibi non necessariae, seruarentur in ecclesia thesauro pro fidelibus. SED sunt duo doctores qui videntur negare praedictum thesaurum vel in totum vel in partem. Vnus Franciscus Mayronis in 4. d. 19. q. 2. dicit quod quidquid CHRISTVS meruit sufficienter fuit praemiatum per hoc quod fuit datum illi nomen quod est super omne nomen: vnde videtur in his verbis sentire quod non manet in ecclesia thesaurus passionis Christi. Sed forte ego non intelligo mentem praedicti doctoris, quia negare quod CHRISTVS meruit & satisfecit pro nobis, est error intolerabilis in fide, cum sibi non meruit essentialiter, sed nobis, & pro nobis satisfecit, quia pro se satisfacere non potuit, cum nec alicuius poenae debitor esse poterat, cum nec peccare posset quia verus Deus erat. Secundo quia languores nostros ipse tulit, & vulneratus est propter iniquitates nostras, Esai. 53. Et ipse seruator in cena dixit, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: & rursus, hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Et Ioannis. 1. ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et, 1. Ioannis. 2. ipse. s. CHRISTVS est propiciatio pro peccatis nostris. Cum igitur CHRISTVS satisfecit pro nobis, non potest negari, passionis & meriti Christi thesaurum manere semper in ecclesia. Duran. autem in 4. d. 20. q. 3. asserit thesaurum Christi esse in ecclesia, sed negat thesaurum esse in ecclesia ex meritis sanctorum: & mouetur ad hoc duobus argumentis, quorum primum est, quod quidquid passa est virgo Maria v. g. vel diuus Ioannes Baptista aut alius quicumque sanctus, totum est eis supra condignum remuneratum quidquid fecerit meritorium, & quo ad meritum & quo ad satisfactionem. Et si beata virgo non indigebat satisfactione, remuneratum est illi in gloria, iuxta illud, 2. ad Corin. 5. vnusquisque accipiet propriam mercedem secundum suum laborem: & hoc etiam ultra condignum

num, iuxta illud Luce 6. mensuram bonam & coagitatam & superfluentem dabant in sinu vestrum: ergo nihil relinquitur in thesauro ecclesiae. Secundo, quia nisi quis offerat opus suum pro alio, non potest cedere in satisfactionem alterius: sed nulla auctoritate constat quod sancti obtulerint pro alijs, ergo ipsis merentibus & satisfaciens remuneratum est. Vnde nihil relinquitur in thesauro ecclesiae. ¶ Ego dico, quod haec non probant quod Durandus intendit: pro quorum solutione est notandum quod est magna differentia inter meritum & satisfactionem, quam non videtur aduertisse Durandus, cum putet quod propter hoc quod opus remuneratur ultra condignum, minuatur valor satisfactionis: vel quod propter rationem satisfactionis minuatur valor meriti: quod tamen verum non est, imo quantumcumque quis offerat opus satisfactionis pro alio, est sibi tam meritorium sicut si operans pro se ipso offerat: & quantumcumque praemietur meritum, adhuc restat satisfactionis ratio, quae ex genere suo non potest premiari aliter, nisi remittendo poenam pro qua satisfecit: itaque si non essent poenae remittendae illa ratio satisfactionis maneret sine praemio: ideo ne maneat sine praemio accrescit thesauro ecclesiae. Ad secundum dicendum, quod in thesauro ecclesiae ex institutione Christi, sufficit ut referentur opera quae abundant: & oppositum dicentibus deberet esse satis auctoritas summi pontificis. SED haeritabis an hodie liceat dubitare de praedicto thesauro ecclesiae: Dico quod non: quia iam est determinatum a Clemente sexto in illa extrauaganti, vnigenitus, de poeni. & remis. ¶ Quinto principaliter circa secundam conclusionem dubij secundi superius positam, est dubium qua ratione vel quomodo summus pontifex alijque praelati concedunt indulgentias: aut remittunt poenam extra sacramentum? Et in particulari est dubium an summus pontifex possit remittere praedictam poenam, sicut soluit alia vincula directe & auctoritatie: veluti si dicat, tu debes poenam vt decem, ego deobligo & absoluo te ab ista poena. Vt si quis est excommunicatus, ecclesia potest tollere illud vinculum auctoritatie, etiam ipso excommunicato inuito: vel an ecclesia remittat praefatam poenam soluendo pro debitore: sicut tu poteris absolueri & deobligare Petrum a poena purgatorij vnus diei, soluendo pro illo illam poenam, nempe ieiunando aut sacrificando pro illo? Et hoc dubium mouet S. Tho. in hac q. 2. & sequentibus, & sunt circa hoc variae sententiae: prior est Mayronis in 4. d. 19. vbi ait, ecclesiam remittere poenam illam auctoritatie, inquit enim quod ecclesia aufert illud vinculum, non quod debitor satisfaciatur, aut ecclesia pro illo soluendo

do

do eius debitum, sed tollit illud vinculum: & Deus sic acceptat, quia sic potest ipse Deus benedictus soluere prædictum vinculum. Et probat Mayronis hanc sententiam, quia eandem potestatem habet ecclesia remittendi poenam quam culpam: sed ecclesia authoritatue, & non solum per modum suffragij remittit culpam, ergo etiam poenam. Hæc ille. Caiet. autem improbat prædictam sententiam, in propria quaestione, quam de hoc mouet in 2. tomo, opusculorum q. 1. de indulgentijs, dicens falsam esse opinionem Mayronis, quia si illa esset vera, tolleretur Christi satisfactio: Et dicere quod asserit Mayronis, est dicere quod CHRISTVS non satisfacit sufficienter, si authoritatue Deus dedit ecclesie quod remittat peccata, non applicando merita Christi: ergo dicendum est quod Papa remittendo peccata applicat merita Christi. Et ad argumentum Mayronis, dico quod nec culpa remittitur authoritatue quin applicentur merita Christi in sacramento: & virtus passionis eiusdem: cum nullus saluetur nisi per Christum. ¶ Duran. autem in 4. d. 20. q. 3. notat vnu quod merito notandum est pro elucidatione quaestionis, & est, quod tripliciter potest alicui remitti poena debita: Vno modo per simplicem donationem sine quacunque satisfactione, sed quod absolute totaliter tollatur poena: vt si Deus hoc fecisset sua potestate non exigendo aliquid à peccatore: & hoc modo dicit quod Deus non tollit poenam sine aliqua satisfactione, quia in omnibus operibus diuinis reuertitur in misericordia & iustitia. Secundo, quia eadem ratio seruatur in remissione poenarum quæ in redemptione generis humani, sed non redemit CHRISTVS genus humanum gratis, ergo nec tollit poenam debitam peccatis gratis. ¶ Secundo modo inquit Durandus potest remitti poena per satisfactionem ad æqualitatem: vt cum quis ieiunat decem dies quos debet. Tertio modo potest remitti partim per satisfactionem, & partim per donationem poenæ: vt cum acceptatur parua poena pro magno reatu: & hoc modo dicit fit remissio poenæ in indulgentijs: & probat, quia alias CHRISTVS non esset vniversalis redemptor, si ipse & sua ecclesia totum condonaret authoritatue. Et addit hoc esse verum in quocunque sacramento, etiam in baptismo, vbi remittitur tota poena non per donationem sed per sufficientem satisfactionem Christi. Hoc tamen quod dicit Duran. quod etiam in sacramento non est absolutio authoritatue, sed partim applicatio meritorum, & virtus passionis Christi, non videtur verum, cum sit contra illud, quorum remisit peccata remittuntur eis, & quæcunque solueris super terram erunt soluta in caelis: & quodcunque solueris super terram erit solutum in caelis.

vbi euangelium dicit remissionem & absolutionem &c. Præterea sacerdos dicit, ego te absoluo. Et Paulus. 2. ad Cor. si quid cui donastis & ego &c. Ad hæc omnia dico, quod dicitur in euangelio, & dicit sacerdos quod absoluit, quia non tantum satisfacit soluendo debitum pro peccatore, sed etiam agendo partim authoritatue, vt dictum est. Itaque, si deberet satisfacere ad rigorem soluendo poenam debitam pro alijs vel alio peccatore, plus deberet applicare de meritis quam applicat: sed quia partim condonat, minorem portionem meritorum applicat ad soluendum illum debitorem. Et Paludanus asserit hoc ipsum quod Durandus in 4. d. 20. q. 4. vno excepto in quo contradicit Durando, nempe in baptismo: dicit. n. quod ibi gratis Deus omnia condonat, quia alias faceres Christum illiberalem, qui tamen in sacramentis maxime est liberalis, & ob id dicuntur sacramenta gratia. Si igitur CHRISTVS semper exigit satisfactionem non esset liberalis. Secundo probat idem quia alias nihil deberemus Deo quia Deus est, sed Deo quia homo est, cum merita Christi sint in quantum homo: si ergo satisfacimus, quia CHRISTVS meruit, nihil debemus Christo quia Deus est, quod asserendum non est. Vnde dicit quod in baptismo gratis remittuntur omnia peccata quo ad culpam & poenam. Et confirmatur hoc testimonio diui Ambrosij dicentis: in baptismo gratiam Christi gratis omnia condonare. Huius etiam sententia est Syluest. in summa verbo indulgentia. q. 1. Ego autem dico, hoc quod Paludanus dicit, in baptismo esse condonationem gratuitam & non satisfactionem, esse falsum & contra S. Tho. Ideo dico, 2. quod etiam in baptismo est satisfactio: & diuus Tho. 3. p. q. 69. art. 2. vocat remissionem peccatorum quæ fit in baptismo, satisfactionem & non donationem. Et probat diuus Tho. quia ad Rom. 6. Paulus ostendit quod baptismus remittit omnia: quia per baptismum sumus sepulti cum Christo: & si nos passi fuisset cum Christo: manifestum est autem quod si pateremur cum Christo, non esset condonatio sed remissio & satisfactio, ergo &c. Et ad argumeta in oppositam partem dico, quod CHRISTVS stetit & est maxime liberalis, quia voluit pro nobis satisfacere. Ad secundam dico, quod multum debemus Deo quia Deus est, quia dedit nobis Christum qui pro nobis satisfaceret. Et ad tertium adductum ex Ambrosio, dico quod intelligit quod CHRISTVS in baptismo gratis condonat, quantum est ex parte nostra, quia nos ex nobis non merebamur, & gratis etiam ex parte sua, eo quia non tenebatur ad hoc, cum nihil nobis deberet. Ideo dimissa prædicta opinione, est alia opinio extrema, quæ ait quod ecclesia non remittit poenam immedi-

ate attingit opera & merita Christi & sanctorum: & ad hoc habet autoritatem: vt Petrus non habet autoritatem attingendi poenas quas debet Paulus, sed attingit opera sua quæ offert pro Paulo, & ita satisfacit pro Paulo: & hæc videtur communis opinio. Vnde S. Tho. in hoc art. dicit aliqua notanda. Primum est quod fundamentum & ratio indulgentiarum est vnitas ecclesie: quia omnes sumus membra Christi, & vnum corpus in ecclesia. Secundum est, non solum CHRISTVS sed omnes sancti & iusti multi, fecerunt multa opera meritoria supra mensuram & debitum suorum peccatorum: sicut Ioannes Baptista fecit pauca peccata venialia, pro quibus v. g. tenebatur ieiunare tres dies, & ieiunauit triginta annis. Tertium quod dicit S. Tho. est quod istorum operum quæ sancti fecerunt, est tantus numerus in ecclesia quod exhauriri non potest, etiam si nos nulla opera bona faceremus, præcipue meritum Christi (qui est caput ecclesie) exhauriri non potest: Imò sufficeret pro infinitis peccatis etiam totius mundi: cuius Christi nos membra sumus. Et hæc tertia propositio, nempe quod thesaurus est inconsumptibilis, habetur à Clemente sexto in illa prædicta extrauagante, vni genitus. ¶ Quarta propositio S. Tho. est, sanctorum intentionem non fuisse quod illa opera meritoria perderentur, illa. n. opera bona habeat duo, nempe mereri vitam æternam, & satisfacere pro poena debita pro peccatis: & sancti per omnia bona opera sua merebantur gloriam sibi, sed non debebant poenam pro peccatis: & ideo quo ad istam satisfactionem non præmiabatur: vnde quo ad istam satisfactionem seruabantur in ecclesia, non pro vno vel pro alio, sed pro omnibus qui indigerint. Hoc probatur ex illo Pauli ad Coloss. gaudeo in passionibus meis: pro vobis adimplens ea quæ desunt passioni Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia. Et diuus Aug. psal. 68. inquit quod illud quod dicit apostolus intelligi debet de omnibus alijs sanctis, nempe quod sicut Paulus patiebatur ad satisfaciendum pro alijs fidelibus indigentibus, hoc ipsum faciebant alij sancti. Vnde colligit S. Tho. in ecclesia esse thesaurum & copiam multorum bonorum quæ ecclesia potest applicare ad satisfaciendum pro peccatis nostris: probatur quia sancti poterunt illa applicare non tamen fecerunt, relinquentes potestati ecclesie: quia prædicta bona relinquebant communitati, & ad præsidentes communitatis, spectat distribuere hæc bona communia. Vnde est conclusio S. Tho. quod summus pontifex dat indulgentias pro peccatis ex meritis sanctorum & Christi, tantum quantum opus est ad remissionem poenæ: & hoc ipsum asserunt alij Theologi, nempe quod

ecclesia concedit indulgentias, non quidem autoritate propria & immediate remittendo poenam, sed satisfaciendo pro tali aut tanta poena ex meritis Christi & sanctorum, quæ reseruantur in thesauro ecclesie: itaque accipit de thesauro ecclesie & concedit indigentibus tantam aut tantam quantitatem. Et in hac sententia sunt Thomas, Duran. Paludanus, Adria. & hæc est comunis sententia Theologorum. Sed contra hoc arguitur in hunc modum: satisfactio Christi est infinita, ergo satisfactiones sanctorum nihil faciunt. Consequentia constat, quia superabundat satisfactio Christi, ergo satisfactiones sanctorum redundant, & sunt superuacaneæ: cum etiam si nullus sanctus habuisset opera bona sic superexcellentia ad poenam quam debent, posset ecclesia eodem modo largiri indulgentias. Ad hoc assentit meritum Christi esse infinitum, & ideo exhauriri non posse: sed tamen pontifex non posset tantum dare de merito Christi solum, quantum potest concedere ex merito Christi simul & sanctorum: sed sicut in sacramentis datur certus gradus gratiæ virtute passionis Christi, & applicatur certus gradus virtutis passionis Christi ad remittendum poenam aliquam: & non possunt ministri ecclesie applicare in sacramentis pro libito merita Christi, sed restricte ad Christi institutionem: ita etiam extra sacramenta non potest summus pontifex de meritis Christi conferre quantum voluerit, sed certam partem: & de meritis sanctorum assumere potest aliam certam partem: conformiter ad causam rationabilem, & non quantum voluerit. Et cum ex Christi institutione possit pontifex accipere partem de meritis passionis Christi, & partem de meritis sanctorum, maiorem portionem potest capere de meritis Christi simul & sanctorum, quam de meritis Christi tantum. Vnde ob merita sanctorum quæ sunt in thesauro ecclesie, maiorem partem capit pontifex & elargitur, quam caperet si tantum essent in eodem thesauro merita Christi: Vnde non redundant merita sanctorum, nec sunt superuacaneæ in prædicto thesauro: sicut nec si quis sacerdos applicat suam missam pro alio, satisfactio pro illo infinita, sed si ille sacerdos applicat etiam meritum & deuotionem suam, pro poenæ remittetur illi pro quo ille sacerdos agit sacramentum, quam si pro eodem applicaret solum missam aut sacrificium. Hoc igitur modo dicendum est de indulgentijs. Et sic ista disposuit CHRISTVS redemptor, vt membra nempe sancti assimilentur capiti, nempe Christo: quod sicut ipse satisfacit pro nobis, sancti etiam satisfaciunt. Secundo arguitur in hunc modum: merita sanctorum sunt sufficienter præmiata ultra condignum: ergo non possunt rursus præmiari, quia alias bis

præmiari

præmiarentur. Ad hoc dicendum vt iam supra diximus, quod merita sanctorum habet duo, nempe mereri gloriam, & quo ad hoc sunt præmiata sufficientissime: secundo habent satisfacere pro peccatis, & quo ad hoc non sunt præmiata aut remunerata ipsis facientibus, quia non indigent, nec possunt præmiari præmio essentiali, quia satisfactio pœnæ potius est solutio quàm præmiu: Ideo absolute respondendo secundo, concedo antecedens, & nego consequentiam: quia cum quis soluit quod debet, non dicitur præmiari: sicutigitur satisfactio non est proprie meritum, sed est alterius rationis à merito, ideo non præmiatur sicut meritum proprie dictum. ¶ Tertio arguitur, opus vnius non potest applicari alteri sine intentione ipsius operantis: at sancti non habuerunt intentionem applicandi illa suffragia, cum non constet de tali intentione: ergo &c. Ad hoc dico quod licet non habuissent intentionem, satis est quod erant in charitate, & erant membra ecclesiæ, & diligebant alios fideles. Secundo nego antecedens, quia ecclesia habet potestatem applicandi illa bona etiam non requisita intentione operantis, quia sunt bona ipsius ecclesiæ: sicut habet princeps temporalis potestatem in bonis communibus temporalibus. Tertio dico quod sancti habuerunt intentionem satisfaciendi pro alijs fidelibus, & nolent quod suæ satisfactiones inutiles sint, & sine fructu intereant. Est rursus alia opinio quæ mihi placet, nempe quod non solum ecclesia potest dare indulgentias, eo quia habet immediate potestatem supra merita Christi & sanctorum, sed etiam quia immediate habet potestatem super ipsas pœnas debitas: unde conitruo hanc conclusionem.

Conclusio
notanda.

COLLATIO indulgentiæ est remissio & absolutio pœnæ, proprie sumendo indulgentiam: quam conclusionem probant sequentes rationes: Verum est quod ecclesia concedit indulgentias, vel remittit aut absoluit pœnam debitam peccatis, vel partem eius, applicando suffragia Christi & sanctorum: vt habetur in extrauaganti, vnigenitus, de pœni. & remissio. sed tamen authoritatiue facit eo modo quo remittit culpam, per authoritatem quàm immediate habet super culpam ipsam, & si fiat merito passionis Christi. Probatur conclusio prius, quia ecclesia habet potestatem remittendi culpam per baptismum, licet applicetur ibi passio Christi, sed ita vt immediate remittatur culpa & pœna. ¶ Secundo ecclesia eadem authoritate commutat pœnam æternam in temporalem qua remittit culpam, sed culpam authoritatiue remittit ergo etiam pœnam. ¶ Tertio eadem authoritate qua ecclesia remittit partem pœnæ temporalis in sacramento pœnitentiæ per abso-

lutionem, remittit etiam extra sacramentum: at in sacramento immediate remittit partem pœnæ temporalis, ergo etiam extra sacramentum poterit remittere eandem immediate. Vnde tantam authoritatem habet ecclesia ad remittendum pœnam debitam pro peccatis quantam habet ad remittendum culpam. Et immediate remittit vtramque, attingendo vtramque, & ad vtramque immediate habet iurisdictionem: quod sufficienter probatur per illud, quorum remisistis peccata remittuntur eis, Ioannis 20. quod non potest intelligi solum de culpa, sed etiam de pœna. Quarto, quia si ecclesia non remittit pœnam per indulgentias authoritatiue & immediate, Episcopus Conimbricensis (exempli gratia) posset concedere indulgentias non subditis sibi probat quia habet se episcopus per oppositam sententiam, sicut ille qui dat decem aureos alteri, vt satisfaciat pro debitis suis: & sicut ille qui dat alteri alterius bona ipso volente, siue illi quibus dat sint subditi siue non, satisfacit pro debitore: ergo eodem modo episcopus qui habet potestatem supra bona spiritualia suæ ecclesiæ, poterit ea applicare non subditis, si dare indulgentias non sit aliud quàm applicare thesaurum ecclesiæ, & authoritatiue non attingat pœnam, nec ad eam remittendam habeat iurisdictionem: quod manifeste est falsum, vt constat de pœni. & remis. cap. qd autem, quod est Alexandri tertij, vbi expræ se cauetur & manifestatur quod episcopus non potest dare indulgentias non subditis: Si igitur non exigeretur iurisdictione ad concedendum indulgentias, posset episcopus applicare cui vellet, siue ille subditus fuerit siue non: ergo ecclesia habet potestatem supra pœnam illius cui thesaurus applicatur, sicut supra ipsum met.

PRÆTEREA si nihil aliud esset indulgentias elargiri quàm applicare suffragia, non esset opus clauibus in ecclesia ad remittendum pœnam peccatis debitam: quia esto nulla esset clavis in ecclesia, nihilominus sancti poterunt habere intentionem quod opera sua non perderentur, sed essent in communibus: unde summus pontifex posset distribuere, cum esset præpositus: & ad præpositum spectat distribuere bona communia: At hoc est falsum cum doctores communiter fundent indulgentias in illis locis citatis, nempe, quorum remisistis peccata &c. & quodcumque solueris super terram &c. Et summus pontifex elargiens indulgentias dicit, in quantum clauis se extendunt.

PRÆTEREA sequeretur quod pure laicus posset dare indulgentias: nempe si sint multi in aliquo collegio boni viri, possunt dicere rectori collegij vel alteri pure laico, nos committimus tibi vt tu applices omnia opera nostra,

nostra, & sacra, quo ad satisfactionem cuiusque volueris, ita quod intentio nostra est orare pro illis quibus tu applicaueris: tunc ille laicus posset applicare cui vellet: ergo purus laicus posset elargiri indulgentias, cum, vt ais, solum sint applicationes prædictorum bonorum: consequens autem communiter à Theologis negatur, ergo fatendum est ecclesiam concedere indulgentias, non solum concedendo suffragia, sed etiam per immediatam authoritatem. Et Caie. quoli. 2. q. 6. vbi loquitur de indulgentijs, inquit, indulgentias aliter applicari viuus & aliter defunctis. Viuis ait per modum absolutionis: defunctis autem per modum suffragij. Ratio inquit est, quia Papa non habet potestatem in alio seculo sed in hoc tantum: vnde super illos qui sunt in purgatorio non habet pontifex summus maiorem potestatem, quàm vnus alius intensiue, sed extensiue: cum summus pontifex potest applicare & offerre suffragia aliorum, & alius solum sua propria potest offerre.

SECUNDA conclusio est, nihil aliud est per indulgentias applicare thesaurum ecclesiæ, quàm quod in virtute thesauri fiat absolutio à peccatis quo ad pœnam: quod fit in sacramento pœnitentiæ & in indulgentia. Sunt tamen duæ differentiæ, Prior est quod sacramentum est instrumentum ex Christi institutione applicatiuum passionis suæ: per indulgentiam autem solum applicatur passio Christi per authoritatem ecclesiæ sine instrumento. Secunda differentia est quod in sacramentis solum fit remissio in virtute passionis Christi: at in indulgentia, virtute passionis Christi & meritis aliorum sanctorum. Sed contra dices, si pontifex concedens indulgentias absoluit, ergo poterit quoties voluerit quemlibet ab omni pœna absoluere: cum posset tantum de thesauro concedere quod absoluat ab omni pœna. Dicendum ad hoc puto, quod consequentia est nulla, quia non potest summus pontifex applicare de thesauro ecclesiæ quantum voluerit pro suo arbitratu, sed ad intentionem Christi, quæ non fuit quod Papa applicaret quantum vellet & cui vellet, sed quod thesaurum prædictum distribueret cum causa rationabili: sicut etiam in sacramentis non potest summus pontifex concedere quantum velit, sed quantum CHRISTVS instituit. Est tamen differentia inter illa duo nempe, quod pontifex applicet merita passionis Christi, & quod applicet merita aliorum sanctorum, quia illa potestas qua applicat merita Christi, fundatur immediate in ipsa passione Christi: & potestas etiam quam habet ad remittendum peccata immediate: ita quod applicare merita Christi, est immediate vti clauem quæ habet vim remittendi peccata virtute passionis & meritorum Christi, vt in baptismo: At appli-

care suffragia sanctorum non est vti clauem immediate, sed est vti immediate potestate in ipsa suffragia. Vnde de suffragijs sanctorum verum est quod dicit illa opinio quæ asserit, indulgentias conferri applicando merita sanctorum, authoritatiue se extendens solum ad merita & suffragia, & non ad pœnitentes, vel pœnas ipsas. Vnde credo quod quando sacerdos absoluit aliquem non applicatur ibi merita sanctorum, sed solum merita Christi: quia solum vtitur iurisdictione illa clauium quæ fundatur in passione Christi: & consequenter sacerdos particularis per impositionem pœnitentiæ, solum applicat merita Christi, eo quia vtitur sola authoritate Christi: Vnde in baptismo remittitur tota pœna propter sola merita Christi & hoc eodem modo operantur alia sacramenta. Habemus igitur quod ecclesia authoritate sua potest concedere indulgentias de thesauro Christi & sanctorum etiam extra sacramentum pœnitentiæ: Vnde dico quod & si in indulgentijs fiat absolutio & satisfactio, potius tamen fit absolutio quàm satisfactio. Secundo dico, quod in indulgentijs dicenda est absolutio simpliciter, & ex consequenti satisfactio: dico ex consequenti, in quantum virtute thesauri pontifex attingit pœnam & illam remittit.

Artic. secundus

An indulgentiæ tantum valent quantum pronuntiantur?



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod indulgentiæ non valent quantum pronuntiantur: in indulgentiæ. n. non habent effectum nisi ex vi clauum: sed ex vi clauum non potest habens clauem dimittere de pœna peccati nisi aliquid determinatum, considerata quantitate peccati & contritionis pœnitentis. ergo cum indulgentiæ fiant pro libito instituentis indulgentiam, videtur quod non valent quantum pronuntiantur.

PRÆTEREA per debitam pœnam homo à gloria adeptione retardatur, quam summè appetere debet: sed si indulgentiæ tantum valent quantum pronuntiantur, in breui homo per

per indulgentias discurrens posset ab omni reatu temporalis poenae immunis reddi: ergo videtur quod debere his acquirendis, omnibus alijs operibus dimissis, homo vacare.

PRÆTEREA, aliquando datur indulgentia quod qui dat auxilium ad aliquam fabricam erigendam, tertiam partem remissionis peccatorum consequatur. Si ergo indulgentia tantum valent quantum predicantur, tunc qui dat unum denarium, & secundo unum etiam, iterum tertium, plenam absolutionem ab omni peccatorum poena consequetur: Quod videtur absurdum.

PRÆTEREA, quandoq; datur hoc modo indulgentia, quod qui vadit ad aliquam ecclesiam, septem annos remissionis consequatur: Si ergo tantum valent indulgentia quantum predicantur, ille qui habet domum iuxta ecclesiam illam, vel clerici qui quotidie vadunt, consequuntur tantum quantum ille qui a remotis partibus venit, quod videtur iniustum: & iterum videtur, pluries indulgentiam consequitur cum in die pluries vadat.

PRÆTEREA idem videtur remittere alicui poenam ultra iustam estimationem quam remittere absq; causa, quia quantum ad hoc quod excedit non recompensatur: sed ille qui facit indulgentiam non posset remittere absq; causa poenam in toto vel in parte alicui, etiam si diceret Papa alicui, ego remitto tibi omnem poenam debitam pro peccato. Ergo videtur quod nec possit aliquid dimittere ultra iustam estimationem, sed indulgentia plerumq; predicantur ultra iustam estimationem: ergo non tantum valent quantum predicantur.

SED contra, Iob. 15. Numquid Deus indiget mendacione nostra ut pro eo loquamur dolos? ergo ecclesia predicando indulgentias non mendatur: & ita tantum valent quantum predicantur.

PRÆTEREA I. Corin. 15. dicit apostolus: si inanis est predicatio nostra, inanis est & fides nostra: ergo quicumq; in predicacione falsum dicit, fidem quantum est in se evacuat, & ita mortaliter peccat. Si ergo non tantum valent indulgentia, quantum præ-

dicantur, omnes mortaliter peccant indulgentiam predicantes: quod est absurdum.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est multiplex opinio: quidam enim dicunt quod huiusmodi indulgentia non tantum valent quantum predicantur, sed unicuiq; tantum valent quantum fides & devotio sua exigit. Sed dicunt quod ecclesia ad hoc ipsum promittat, ut quadam pia fraude homines ad benefaciendum alliciat, sicut mater quæ promittens filio pomum, ipsum ad ambulandum provocat. Sed hoc videtur esse valde periculosum dicere: sicut enim dicit Aug. in epistola ad Hieron. si in sacra scriptura deprehenditur aliquid falsitatis, iam iobur auctoritatis sacrae scripturae perit: & similiter si in predicacione ecclesie aliqua falsitas deprehenderetur, non essent documenta alicuius auctoritatis ad roborandam fidem. Et ideo alij dixerunt, quod valent tantum quantum promittantur, secundum iustam estimationem, non tamen recipientis indulgentiam qui nimis forte aestimat quod dat: aut secundum estimationem dantis qui nimis parum aestimare posset quod datur: sed secundum iustam estimationem, quæ iusta est: secundum iudicium bonorum: per suta conditione persona & utilitate & necessitate ecclesie: quia uno tempore ecclesia plus indiget quam alio.

SED hæc etiam opinio stare non potest ut videtur. Primo, quia secundum hoc indulgentia non valent ad remissionem, sed magis ad commutationem quandam. Et præterea predicatio ecclesie a mendatio non excusatur: cum quandoq; indulgentia predicetur longe maiora quam iusta aestimatio possit requirere, omnibus predictis conditionibus pensatis. Sicut quando dat Papa indulgentiam, quod pergens ad unam ecclesiam habeat septem annos indulgentia: cuiusmodi etiam indulgentia a beato Greg. in stationibus Romæ instituta sunt. Et ideo alij dicunt quod quantitas remissionis in indulgentiis non est mensuranda secundum devotionem tantum suscipientis, ut prima opinio dicebat: neq; secundum quantitatem eius quod datur, sicut dice-

bat secunda: sed secundum causam pro qua indulgentia datur, ex qua reputatur dignus ut talem indulgentiam consequatur. Unde secundum quod accedit ad illam causam, secundum hoc consequitur remissionem indulgentia, vel in toto vel in parte. Sed hoc iterum non potest saluare consuetudinem ecclesie quæ interdum pro eadem causa maiorem indulgentiam ponit, sicut rebus eodem modo se habentibus, quandoq; datur unus annus visitationibus ecclesiam unam, quandoq; .40. dies, prout gratiam Papa facere voluerit indulgentiam constituens. Unde quantitas remissionis non est mensuranda ex causa, quæ facit indulgentiam dignum. Et ideo aliter dicendum est: quod quantitas effectus sequitur quantitatem suæ causæ: causa autem remissionis poenæ in indulgentiis non est nisi abundantia meritorum ecclesie, quæ se habet sufficienter ad totam poenam expiandam: non autem causa remissionis effectiva est, vel devotio, aut labor, aut datum recipientis indulgentiam, aut causa pro qua fit indulgentia. Unde non oportet ad aliquid horum proportio nare quantitatem remissionis: sed ad merita ecclesie quæ superabundant. Et ideo secundum quod applicantur ad istum, secundum hoc remissionem consequitur. Ad hoc autem quod applicentur isti, requiritur auctoritas dispensandi huiusmodi thesaurum, & unio eius cui dispensatur ad eum qui merebatur, quod est per charitatem: & ratio dispensationis secundum quam saluetur intentio illorum qui opera meritoria fecerunt: fecerunt enim ad honorem Dei & utilitatem ecclesie: unde quæcunq; causa adsit quæ in utilitatem & honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi. Et ideo secundum alios dicendum, quod indulgentia simpliciter tantum valent quantum predicantur, dummodo ex parte dantis sit auctoritas, & ex parte recipientis charitas: & ex parte causæ pietas quæ comprehendit honorem Dei, & proximi utilitatem: nec in hoc fit nimis magnum forum de misericordia Dei, ut quidam dicunt, nec diuina iustitia derogatur: quia non de-

pena dimittitur, sed unius poenæ alteri computatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod clavis est duplex, scilicet ordinis & iurisdictionis: clavis ordinis sacramentale quiddam est: & quia sacramentorum effectus non sunt determinati ab homine sed a Deo, non potest taxare sacerdos quantum per clauem ordinis in foro confessionis de poena debita dimittat, sed tantum dimittitur quantum Deus ordinavit. Sed clavis iurisdictionis non est quid sacramentale: & effectus eius arbitrio hominis subiacet: & huiusmodi clavis effectus est remissio quæ fit per indulgentias, cum non pertineat ad dispensationem sacramentorum talis dimissio, sed ad dispensationem bonorum communium ecclesie: & ideo legati, etiam non sacerdotes, indulgentias facere possunt: Unde in arbitrio dantis indulgentiam est taxare quantum per indulgentiam de poena dimittatur. Si tamen inordinate remittat, ita quod homines quasi pro nihilo ab operibus poenitentiae reuocentur, peccat faciens tales indulgentias, nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod quævis huiusmodi indulgentia multum valeat ad remissionem poenæ, tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria, respectu præmi essentialis: quod in infinitum melius est quam dimissio poenæ temporalis.

AD TERTIVM dicendum, quod quando datur indulgentia indeterminate, qui dant auxilium ad fabricam ecclesie intelligitur tale auxilium quod sit conueniens ei qui auxilium dat: & secundum quod accedit ad hoc, secundum hoc plus vel minus de indulgentia consequitur: Unde etiam aliquis pauper dantis unum denarium, consequitur totam indulgentiam: non autem diues quem non decet ad opus tam pium ita parum dare: sicut non dicitur Rex alicui homini auxilium facere, si ei obulum daret.

AD QVARTVM dicendum, quod ille qui est vicinus ecclesie, & ecclesie sacerdos & clerici, consequuntur tantam indulgentiam

Secunda. 4. quest. 27. art. 2.

etiam sicut illi qui veniunt à mille diætiis, quia remissio non proportionatur labori, ut dictum est, sed meritis quæ dispensantur. Sed ille qui plus laboraret acquireret plus de merito. Sed hoc intelligendum quando indistincte indulgentia datur. Quandoq; enim distinguitur, sicut Papa in generalibus absolutionibus illis qui transeunt mare, dat quinque annos, alijs qui transeunt montes tres: alijs unum: nec tamè quotiescunq; vadit infra tempus indulgentiæ toties eam consequitur: quandoq; ad determinatum tempus datur, ut cum dicitur, quicumq; vadit ad ecclesiam talem vsq; ad tale tempus, habeat tantum de indulgentia, intelligitur semel tantum. Sed si in aliqua ecclesia sit indulgentia perennis, sicut in ecclesia beati Petri, quadraginta dierum: tunc quoties aliquis vadit toties indulgentiam consequitur.

AD QVINIVM dicendum, quod causa non requiritur ad hoc quod secundum eam mensurari debeat remissio pœnæ, sed ad hoc quod intentio illorum quorum merita communicantur ad ipsum pervenire possint. Bonum autem unus communicatur alteri dupliciter: uno modo per charitatem, & secretam sine indulgentijs aliquis est omnium bonorum particeps quæ sunt in charitate sit. Alio modo per intentionem facientis, & sic per indulgentias si causa legitima adsit potest intentio illius qui pro utilitate ecclesiæ operatus est ad istum continuari.

IN hoc articulo, penes id quod dicit S. Tho. in priori argumèto, est prior dubitatio, quæ vna ex potioribus est in hac materia, An scilicet summus pontifex possit concedere indulgentias pro suo arbitratu, vel an exigatur rationabilis causa ad elargiendum indulgentias. Et à parte affirmativa videtur quod possit summus pontifex pro libito sine causa elargiri indulgentias, quia in alijs actibus iurisdictionis & si sine causa aliquid disponat pôtifex factum valebit: ut si Titius excommunicatur pro aliquo crimine, & pôtifex pro suo arbitratu illi absoluat sine causa, etiam in crimine pro quo fuit excommunicatus perseverantem, absolutio tenet, & si pontifex absoluendo peccet. Et Thomas hic ad primum ait, quod quavis dans indulgentiam erret, ille tamen cui datur plenam consequitur

indulgentiam. Secundo, sacerdos sine rationabili causa potest aliquæ absolvere a culpa, ita quod erit verum sacramentum, nec pœnitens tenebitur reiterare: esto sic absolvens malefaciat cum absoluat indispositum: ut si pœnitens dolet imperfecte, & aduertit & confitetur illum imperfectum dolorem putans illud sufficere: ergo etiam pôtifex poterit absolvere à pœna peccatis debita pro suo arbitratu sine causa. Sed in oppositum est communis sententia Theologorum, & probatur ex cap. cum ex eo, de pœnitentijs & remi. ubi reprehenduntur indulgentiæ indiscretæ & immoderatæ, eo quia eneruat satisfactiones pœnitentiales. Si ergo omnes huiusmodi indulgentiæ valent non eneruent satisfactiones pœnitentiales, sed potius iuuant. Ad dubium ergo respondet Caic. tomo, 2. opusculorum suorum in tractatu proprio de indulgentijs, quæ sit, i. quod eorum quæ sunt sub potestate ecclesiæ quædam sunt quæ absolute subduntur potestati ecclesiæ quæ collata tenent, hæc fiant iussu & imperio precise sine causa, & ideo male: ut collatio beneficiorum vel ministeriorum: quia esto beneficium non sit cadum nisi probo viro, & scienti, tamen si detur improbo & nescienti factum tenet. Et idem est iudicium de præceptis quæ sunt in iure canonico, ut si pontifex dispensat in ieiunij præcepto, & si faciat sine causa tenet dispensatio: unde ex vi præcepti non peccabit dispensatus non ieiunando, & si peccet quia sine causa non se conformat cum alijs: & idem dicendum est de dispensatione in gradibus prohibitis, quæ licet male fiat facta tamen valet. Alia autem sunt quæ subsunt dispensationi ecclesiæ non absolute sed cum causa, unde si illa dispensatio fiat sine causa non est dispensatio, ut dispensatio votorum. Et eodem modo non potest pôtifex conferre bona spiritualia ecclesiæ pro arbitratu suo sine causa, & si faciat sine causa non tenet factum: & qui vteretur sic illis bonis collatis sine causa mortifera peccaret, cum summus pontifex sit dispensator & non dominus. Nec potest pontifex sine causa applicare bona unius ecclesiæ alteri, ut beneficium sanctæ Iustæ Conimbricensis, Madalenzæ Vllispyponensis: & qui reciperet huiusmodi beneficium collatum sine causa, mortifere peccaret. His prælibatis dico cum communi sententia Theologorum, indulgentiam esse huiusmodi generis, unde si pontifex elargiatur indulgentias sine causa rationali, nihil valent tales indulgentiæ: hoc expresse vult Divus Tho. hic ad 5. & q. 28. sequenti arti. 3. etiâ expresse dicit valere indulgentiam solum causa existente legitima: & idem dicit in 4. d. 45. q. 2. art. 3. quest. 2. Expresse. n. dicit summum pontificem non posse liberare animam à purgatorio sine rationabili causa: & ideo non potest spoliare purga-

Secunda. 4. quest. 27. art. 2. fo. 377.

purgatorium, cum ad hoc non sit causa rationabilis, aut quam rarissime daretur sufficiens causa ad tantum effectum. In eadem sententia est Caieta. in proprio opusculo de indulgentijs, conclusio 2. Altifio. in 4. p. q. 1. de indulgentijs, Syluest. verbo indulgentia q. 6. Iureconfulti de pœnit. & remisi. cap. quod autem, & cap. cum ex eo: & in hoc consentiunt omnes communiter fideles doctores: consentit Gerson tractatu de absolutione sacramentalis confessionis: & rursus Gerson tractatu de indulgentijs, consideratione nona: ubi dicit, ridiculum est dicere, si dicas 5. vel 6. aue Maria, quod statim habebis mille annos indulgentiarum, aut eripies animam à purgatorio: unde non est approbandum sed reuocandum potius, quod de calculis præcarijs fieri solet, nempe si quis dicat aue Maria habens calculum istud præcarium in manu, habebit centum annos indulgentiarum: ridiculum est, peccantq; prælati hoc concedentes & probantes, quia ob hæc & alia similia veniunt indulgentiæ in contemptum: & in rei veritate non est illud, verum quod aiunt cum illud fiat sine causa rationabili.

VNDE est conclusio, quantumcunq; pontifex prætendat piam causam, & recipiens indulgentias intendat etiam piam causam, si in rei veritate decipiantur in suis intentionibus, & non sit pia causa, nil profunt illa indulgentiæ: ut si pontifex conferat indulgentias ad interendum bellum Hispanis, vel alijs Christianis, & ipse dicit in diplomatibus quod concedit prædictas indulgentias ad erigendum templum diui Petri: nihil profunt prædictæ indulgentiæ: Probatur conclusio, quia non potest pontifex applicare ali cui bona aliena nisi ex intentione domini, at dominus bonorum ecclesiæ est CHRISTVS qui, & sancti qui suas partes meruerunt, nolunt quod bona illa applicentur nisi rationabiliter: ergo non potest pontifex sine causa illa applicare. Maior probatur, quia prælati solum sunt dispensatores & non domini, & solum habent potestatem in ædificationem & non in destructionem. 2. ad Cor. 10. & prioris ad Cor. 4. sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: at dispensatores non possunt dispensare bona dominorum suorum sine causa, ergo &c. Minor constat, cum CHRISTVS & sancti nolunt quod est irrationabile: vellent tamen quod irrationabile est, si vellent pontificem applicare bona ipsorum sine causa rationabili: ergo &c.

SECVNDO non potest pontifex elargiri bona temporalia ecclesiæ sine causa, quia illa alienatio non valeret: ergo nec spiritualia. Cōsequencia est bona: Probatur antecedens, quia opposito dato esset Papa dispa-

tor & non dispensator: sed in dissipationem non habet potestatem: ergo &c.

TERTIO non potest pontifex dispensare in voto aut iuramento sine causa rationabili: ergo nec potest remittere hanc pœnam aut applicare thesaurum ecclesiæ. Cōsequencia est bona cum sit eadem ratio: Imò maior ratio videtur de pœna cum fuerit contracta per offensam Dei, & per illud quod iam à Deo erat prohibitum: Antecedens probatur, de voto & voti redemptione, cap. 1. & glosa eo cap. non est, & communi sententia omnium Theologorum. Vltimo probatur nostra sententia ex extrauaganti vnguentus, de pœnit. & remissio. ubi expresse dicitur quod CHRISTVS comisit thesaurum Petro & successoribus pro pijs & rationabilibus causis dispensandis: Idem & clarius dicitur à Sixto. 4. in extrava. & si dominici & c. Et ad argumèta in oppositum: dico ad primū, quod ecclesia pro libito potest absolvere ab excommunicatione, ad hunc sensum, quod si faciat tenebit absolutio, & sic in aliquibus alijs quæ subduntur suæ potestati independenter ab alia lege diuina, sicut dispensare in gradibus prohibitis, & conferre beneficia, sed non potest hoc ipsum facere in alijs quæ dependent à lege diuina, ut est remittere hanc pœnam per indulgentias, & dispensare in votis & alijs id genus. Et ad illud quod citauimus ex sancto Tho. nempe, (cum dicit, si inordinate remittat dans indulgentias, tamen plenam consequitur indulgentiam ille cui cōceditur &c.) Dico quod intelligit quando illa inordinatio contingat circa alia, non autem circa causam, nempe si est causa rationabilis ad concedendum illam indulgentiam, sed pluries quàm oporteret concedit illas indulgentias, vel exigit magnam pecuniam, unde alij scandalizantur. Ad aliud de sacerdote absolvente dico, verum esse sacerdotem tunc absolvere, sed illud est quia pœnitens facit quod est necessarium ad sacramentum verum, & si non apponat omnia necessaria ad perfectionem sacramenti.

SED hæsitabis, an pro quacunq; rationabili causa possit pôtifex dare quacunq; indulgentiam: ut, pia causa est, quæ in die beatæ virginis visitetur eius basilica, cōcedit pro illa causa pôtifex decem dies indulgentiarum, an possit pro eadem causa elargiri indulgentiam plenariam: & si de facto pro prædicta causa elargiatur plenariam indulgentiam, an valeat? Sunt de hoc variæ sententiæ, sed illa mihi videtur vera quæ asserit requiri causam proportionabilem: unde pro maiori causa maior potest dari indulgentia, & pro minori minor est elargienda indulgentia. Unde si ad indulgentiam plenariam est sufficiens causa & requisita, quod visitetur Hierosolima, non erit sufficiens visitare basilicam be-

Dubium secundum.

atæ Mariæ de spe. sitam Conimbricæ extra muros, & hoc respectu Conimbricentium. Conclusio hæc probatur, ex priori quia ad indulgentiam requiritur causa rationalis, at rationale non est quod detur tantum cæteris paribus visitantibus ecclesiam vicinam, quantum dandum est visitantibus ecclesiam distantem mille leucis, ad quod requiritur longa peregrinatio, & etiam magnæ expensæ. Sicut C V N D O probatur, quia nõ est intètio Christi quod pönifex elargiatur quãtũ voluerit pro quacunq; causa, quia est irrationabile: & hoc expresse asserit Caieta Adrianus, Maior, Ricardus in. 4. d. 20. q. 2. arti. 2. Bonaventura. 40. d. 20. q. vltima, Alti. q. 1. de indulgentijs: Gerson tractatu de indulgentijs consideratione nona: & tractatu de abolutione sacramentali, Antoni. 1. p. titulo. 10. cap. 39. 4. Azpilcueta in relectione de indulgentijs no. 15. Vnde hæc est communis opinio, & credo hanc esse opinionem Sancti Thom. in hoc art. & ad quintum argumentum ubi dicit quod requiritur causa ad concedendum indulgentias, & Adrian. citat Sanctum Thomam pro se, & sic eum intelligit. Et confirmatur, quia Bonifacius. 8. in extrauaganti antiquorum, de pœnit. & remis. concedens plenariam indulgentiam visitantibus centesimo quoq; anno hominibus apostolorum Petri & Pauli, sic ait: vbi sic, tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius & deuotius frequentabit: ergo &c. Huius sententiæ est August. de Ancona lib. de potestate ecclesiastica q. 32. & 29. art. 4. Gabr. super cano. lectione. 57. Innocentius. 4. super cap. quod autem, de pœnit. & remis. vbi sic ait: Et licet generaliter fiat indulgentiam in omnibus prædictis casibus, tamen vnus plus alio habet secundam metam à prælato impostam, secundum quod plus deuotus est, vel quod plus dat, vel quod plus laborat, vel quod plus maioribus periculis se exponat: metam autem nunquam transcendit liberalitas: ergo hæc est communis opinio. Sed contrarium videtur asserere Sanct. Tho. ad quintum, vbi dicit, quod effectus indulgentiæ non est expendendus ex causa &c. Dico igitur quod non obstat hoc quod Sanct. Tho. ibidem dicit quia verum est effectum indulgentiæ non esse expendendum ex sola causa, quia pontifex per potestatem quam habet semper dat pius quàm causa adæquate valeat. Sed cum hoc stat quod dat plus pro maiori causa: quæ restamen an ex parte recipientis requiratur pia causa & rationalis: respondetur affirmatiue, nempe oportet quod recipiens indulgentias sit utilis illi causæ propter quam summus pontifex conce-

dit indulgentias: vnde quando datur indulgentia dantibus duos vigenos, non valet tantum diuiti quantum pauperi, cum non sit æqualis ratio.

TERTIO est dubium, si Papa non potest dare indulgentiam plenariam (ver. gra.) Conimbricenti visitanti basilicam sanctæ Iustæ eiusdem ciuitatis: eo quia non est causa rationalis ad concedendum tantam indulgentiam: an ille cui conceditur, consequatur aliquid, si ita pro illa facili causa elargiatur indulgentia? Dico quod valebit illi prædicta indulgentia solum, illud quod Papa posset concedere pro illa facili causa: vnde sequitur quod si conceditur indulgentia plenaria pro elemosyna vnus centulij, vel vigeni, pauper poterit illam lucrari & non diues, cum respectu pauperis est causa rationalis, & non respectu diuitis.

QVARTO est aduertendum, quod in diplomatis multa sunt quæ non spectant ad indulgentias, sed sunt privilegia quædam, nempe privilegium comedendi carnes, vel lacticia in quadragesima, vel eligendi quem volueris confessorium vel humilmodi: & in his tantum valent indulgentiæ quantum sonant: & siue bene siue male fiant, nihilominus facta tenent: non valent autem indulgentiæ quantum sonant quoad dispensationem votorum aut iuramentorum, cum hæc fieri non possunt sine causa rationali. Aliud continetur in indulgentijs, nempe quod visitans talem ecclesiam, aut deo talem aut tantam elemosynam, aut ieiunet, & confitearis &c. Et huiusmodi debent fieri necessario, alias nihil tibi proderunt indulgentiæ, esto facias aliud opus ex genere longe melius interim: nec sufficit sola voluntas quantumcunq; desideres habere & lucrari illas indulgentias. Aliud continetur in diplomatis quod est remissio peccatorum quoad pœnam seu remissio pœnæ debite peccatis, quod idem est: licet in extrauagantibus semper vocetur remissio peccatorum: & hoc directe & formaliter est indulgentia, vt supra definimus.

TUNC respondendo sic. olastico modo, sit prior conclusio, indulgentiæ tantum valent quantum sonant quoad authoritatem summi pontificis, quæ vt supra diximus, potestas summi pontificis non est limitata ad remittendum prædictas pœnas: Imo potest remittere omnes pœnas cum causa rationali.

SECUNDA conclusio est, Indulgentiæ quo ad causam poterit esse quod non valent tantum quantum sonant, cū vt diximus requiratur causa rationalis & proportionabilis: poterit ergo contingere quod non respondeat proportio causæ indulgentijs, cum

Aliud dubium.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

cum indulgentia sit maior quàm causa: ergo vera est conclusio nostra.

Dubium.

SEDHæsitabis an Papa possit errare in dandis indulgentijs, ita quod dicat se dare centum dies remissionis pœnæ & ex defectu causæ non sit ita.

Prima conclusio.

AD quod respondetur cum Caieta. in proprio opusculo de indulgentijs quod non est facile iudicandum de factis aut persona summi pontificis, cum inferiores non possint iudicare facta superiorum, nisi forte contineant intollerabilem errorem.

Secunda conclusio.

SECUNDA conclusio: quotiescunq; datur indulgentiæ credendum est, quod est pia & rationalis causa ac sufficiens ad illam indulgentiarum, cõtineatur error intollerabilis: & hoc asserit diuus Thom. 2. 2. q. 88. art. vltimo, de dispensatione voti, ad secundum argumentum. Prædicta conclusio probatur quia inferiores debent stare dictis & declarationibus maiorum, cum maiores sint iudices ad gubernandum: ergo &c. Verum est tamen quod bullatores qui prædicant indulgentias sæpe mentiuntur & errant: ideo contra illos maxime in regno Castellæ est notandum illud quod Innocentius tertius dicit in illo cap. cum ex eo, de pœnit. & remissioni. vbi sic habet: Elemosynarum quoq; questores, quorum quidam aliàs mentiendo abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti: nisi apostolicas vel diocæsani episcopi literas veras exhibeant, prohibemus, & tunc præter id quod in ipsis continebitur literis nil populo proponere permittantur.

Tertia conclusio.

TERTIA conclusio. Summus pontifex potest errare dando indulgentias istas vel illas in particulari, quia cum vt iam probauimus, putat quod est causa, quod in rei veritate nõ est, vel cum ex malicia dat indulgentias sine causa. Vnde colligitur quod quando dicitur quod si quis dicat aue Maria, tenens in manu præculam ligneam, liberauit vnã animam à purgatorio: totum est fabulosum. Et credo quod nunquam pontifex illud dixit sed illud fingunt bullatores & quætores. Pontifices vero semper intendunt elargiri indulgentias secundum quod possunt & nõ aliter nec alio modo, & hoc explicant dicentes in suis diplomatibus, in quantum clausas se extendunt.

Quarta conclusio.

QVARTA conclusio est, In hoc quod pontifex determinat indulgentias valere absolute, quod intelligitur si rationaliter elargiantur, non potest errare, cum hoc spectet ad fidem: & in spectantibus ad fidem pontifex non potest errare, sicut quod CHRISTVS vere realiter sit in hostia rite consecrata, est de fide: quod autem sit in hac vel in illa

hostia non est de fide, quia poterat sacerdos decipere nos, dicens quod consecrauit & non fecit: ita de fide est quod Papa potest elargiri indulgentias, & per indulgentias in foro exteriori remittere pœnã debitam peccatis: sed an id fiat in hoc facto particulari nec ne, non est de fide, quia potest deesse causa rationalis, & ideo non lucrabuntur subditi indulgentiam: Vnde habemus duas certas propositiones, quarum prior est: In concedente indulgentias requiritur potestas & iurisdictione ad concedendum indulgentias.

SECUNDA conclusio est, Ad concedendum indulgentias requiritur pia & rationalis causa, ad cuius proportionem mensuratur quantitas indulgentiarum, Prædictæ duę conclusiones constant ex supra dictis: ideo non indigent maiori probatione.

EST aliud dubium, An summus pontifex in indulgentijs solum remittat pœnitentias iniunctas in auriculari confessione: vel an remittat pœnam debitam peccatis siue pœna illa sit debita ex iniunctione siue ex Dei iudicio, & ex quantitate & grauitate peccati, vel vnde cunq; debeat pro peccatis.

AD quod respondet Caieta. in 2. tomo opusculorum, in tractatu de indulgentijs capit. 7. aliquibus propositionibus, quarum prior est. Papa potest elargiri indulgentias ad remittendum quamcunq; pœnam debitam peccatis, vel partem eius, siue sit illa pœna debita ex iniunctione in sacramento siue quocunq; alio modo: Probatur, quia summus pontifex habet auctoritatem ad remittendum peccata quãtũ ad omnẽ pœnã, vt supra diximus: & habet etiam auctoritatem supra thesaurum ecclesiæ ad applicandum illum: ergo &c. Secundo hæc propositio est S. Thom. in art. immediate præcedenti contra aliquos qui oppositum dicebant: & S. Thom. probat eam in hunc modum, quia oppositum est contra privilegiũ Petro concessum. scilicet quodcumq; solueris per terram erit solutum in cœlis Mathe. 16.

SECUNDA conclusio Caietani est. De facto non valent indulgentiæ nec conceduntur nisi de pœnitentijs iniunctis: vnde inquit, si debes centum dies pœnæ & confessarius imponit tibi pœnitentiam tantum quinque dierum, non concedit Papa nec intelligit in indulgentijs concessis, si aliud non explicet, nisi quod remittit pœnam de illis iniunctis solum in confessione, & solum intendit remittere illos quinque dies vel partem illorum: probat hanc Caieta. ex illo capitulo. cum ex eo, vbi dicitur quod eneruatur pœnitentialis satisfactio per indiscretas indulgentias: si vero indulgentiæ conceduntur de alijs pœnis non iniunctis, non eneruaretur satisfactio pœnitentialis: Et in co-

Aliud dubium.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

dem cap. dicitur quod in anniuersarijs ecclesie episcopi non concedant nisi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis pœnitentijs: vnde colligit Caieta. quod hoc modo sunt indulgentiæ intelligendæ quotiescunq; conceduntur quod elargiuntur de iniunctis pœnitentijs. Et confirmat hoc, quia in concilio Viënsi quod refertur in Clementina de reliquijs & veneratione sanctorum, cap. si dominum: etiam conceduntur indulgentiæ, & dicitur ibidem de iniunctis pœnitentijs: & in antiquis formis concedendi indulgentias semper erat hoc verbum de iniunctis pœnitentijs. Vnde colligit Caieta. quod illa est forma iuris, & quod ita sunt intelligendæ indulgentiæ, nempe de iniunctis pœnitentijs: & addit hodie pontifices sic dicere, de iniunctis pœnitentijs. Et Paludanus dicit prædictam opinionem esse probabilem, in 4. d. 20. q. 4. & Adrian dicit quod est vera & quod sufficienter probatur ex illo. cum ex eo: & si hoc est verum quod parum profunt nunc indulgentiæ cum iniungantur parua & leues pœnitentiæ: propter quod ait Paludanus quod qui vult lucrari indulgentias, confiteatur prius, & dicat confessario quod iniungat ei magnam pœnitentiam nempe multorum dierum, & ad minus imponat tot dies, quot dantur in illa indulgentia: nempe imponat confessarius quod ieiunet tot dies in pane & aqua, quot dantur in indulgentijs, deinde sumat indulgentias. Vel quod confessarius imponat pœnitentiam distinctiue dicens, facias hoc, vel sumas indulgentiam talem. Et confirmatur rursus prædicta sententia, quia opposito dato cæteris patibus, plus valerit indulgentia debenti pœnâ vt centum, quàm debenti vt decem: quia qui deberet pœnam vt centum, plus intensiue puniretur in purgatorio decem prioribus diebus, quàm qui deberet solum vt decem: ergo si per indulgentiam remittantur decem dies de omni pœna debita pro peccatis, plus remittitur debenti vt centum cæteris paribus, quàm debenti vt decem, quod irrationabile esset illud astruere: ergo indulgentiæ solum intelliguntur de iniunctis pœnitentijs. Præterea quando pontifex concedit indulgentias viua voce, sic intelligit in prædicta forma ecclesie: nempe de iniunctis pœnitentijs. ¶ Et Caieta. addit quod nec defunctis valent indulgentiæ, nisi de iniunctis pœnitentijs: & si non habent iniunctas pœnitentias, nempe si iam satisfecerunt pœnam totam sibi iniunctam, nihil eis profunt indulgentiæ. Huius sententiæ est Durandus in 4. d. 20. q. 4. Adrian. in propria quæstione de indulgentijs: Paludanus dicit esse probabilem: idem dicit Altisi. Albertus magnus & cæter. Oppositum tamen asserit San. Thom. in hac

quæstione art. 1. & ad. tertiu, vbi inquit, quod indulgentia soluit pœnam quam peccator debuit qui recipit indulgentiam: & non dicit pœnam iniunctam. Huius sententiæ est Syluester in summa, verbo indulgentia q. 2. & addit quod est communis opinio Ioannis Andre. & Panor. in cap. quod autem iam sæpe citato, & Hostiensis ibidem. Et argumetor in hunc modum pro hac opinione, & cõtra opinionem Caiet. quia nihil valeret nobis indulgentiæ, si solum elargiuntur de iniunctis pœnitentijs, cum hodie in ecclesia confessarij iniungant leues satisfactiones, & quilibet pœnitens implet suam satisfactionem, esto sumat indulgentias.

SECVNDO Bonifati. 8. in extrauaganti antiquorum, concedit iubileum centesimo quoq; anno, & plenariam indulgentiam, & non dicit de pœnitentijs iniunctis, nec potest intelligi de iniunctis tantum: quia aliàs non esset plenaria, idest, non esset remissio omnis pœnæ, nec restitueretur ille cui datur indulgentia in innocentiam baptismalem, vt ibidem dicitur prædictum sumentem illam indulgentiam restitui, ergo non intelligunt pontifices de solis pœnitentijs iniunctis formam elargiendi indulgentiam: Pro hac sententia est Clemens. 6. in extrauaganti vnigenitus, eodem titulo de pœnitentijs & remissionibus: Paulus. 2. & Sixtus. 4. in extrauaganti quemadmodum, ergo hæc est vera sententia.

TERCIO arguitur quia in forma absoluti onis iubilei dicitur, absoluo te, & restituo te innocentiam baptismali: quod non potest saluari si non datur & intelligitur indulgentia de omni pœna etiam non iniuncta.

QUARTO est aduertendum, quod San. Thom. in scriptis super Magistrum sequitur communem sententiam Theologorum: vnde de tempore San. Thom. hæc erat communis sententia, & Paluda. dicit hanc esse probabilem.

QUINTO hac nostra ætate quando pontifex concedit indulgentias, non dicit de iniunctis pœnitentijs, sed absolute dicit, remittatur tanta vel tanta pœna: ergo intelligitur de omni pœna, & non solum de iniuncta.

SEXTO pontifex potest concedere indulgentias etiam de pœna non iniuncta in confessione, vt concedit Caiet. & nos supra probauimus, cum habeat plenariam potestatem ad remittendum peccata etiam quo ad pœnam: & quando pontifex nunc dat indulgentias dicit, in quantum se extendunt clauis: at clauis se extendunt etiam ad pœnam non iniunctam: ergo etiam intelligitur de pœna non iniuncta.

SEPTIMO, si opinio Caieta. esset vera, male nos deciperet Papa solum intendens nobis dare

dare indulgentias de iniunctis pœnitentijs, cum sciat quod nunc iniunguntur leues pœnitentiæ & facile implentur à pœnitentibus. Nec obstat quod dicit Caiet. nempe verba Iudicis esse intelligenda secundum verba & formam iuris: & in antiquis iuribus ita legitur, de iniunctis pœnitentijs, quia esto antiquitus concederentur de iniunctis pœnitentijs tantum, non fuit factum ius quod in futuris temporibus indulgentiæ solum concedantur de iniunctis pœnitentijs: & antiquitus dabatur de iniunctis pœnitentijs quia tunc pœnitentiæ iniunctæ erant graues & prolixæ, cum tunc ad rigorem canonum imponerentur: vnde bene illo modo elargiebantur indulgentiæ. At hodie mutata illa consuetudine in faciliorem, conuenientissimum est quod mutetur forma & modus dandi indulgentias, & quod dentur etiam de pœnis non iniunctis. Octauo in prædicto capitulo, cum ex eo, de pœnitentijs & remissis. prohibetur duo episcopis. Primum est quod non concedant indulgentias nisi de iniunctis pœnitentijs. Secundum est quod non dent nisi tot dies indulgentiarum, nempe quadraginta in anniuersario consecrationis vel dedicationis, & annum in ipsa dedicatione: ergo ante illam prohibitionem concedebant episcopi indulgentias de pœnis non iniunctis, quia aliàs quid prohibebatur eis: Vnde credo quod illis antiquis cruce signatis qui ibant Hierosolimam, concedebatur indulgentia plenaria de omni pœna etiam non iniuncta, cum concederetur illis indulgentia plenaria vt visitarent sepulchrum sanctum. Nono, San. Thom. & Panor. & Hostiensis diligenter legerunt illa iura quæ loquuntur de indulgentijs, & nihilominus dicunt indulgentias valere de pœnis etiam non iniunctis: ergo hic est legitimus ac verus sensus, & potius est credendum illis quàm Caietano in hoc, cum Ioannes Andreas, Panor. & Hostiensis erant iureconsulti.

EX quibus omnibus colligo hanc conclusionem: quod si litera vel verbum indulgentiæ dicit quod concedit pontifex indulgentiam de omni pœna, aut loquitur absolute, intelligitur de omni pœna siue iniuncta sit siue non. Si autem pontifex declarat quod loquitur de iniuncta pœna tantum, dicendum est quod illa tantum valet de pœna iniuncta. Et Caiet. non se potuit defendere ab illis textibus & extrauagantibus quos citauimus, quibus probauimus quod antiquitus datum fuit iubileum, in cuius forma sic habebatur: Restituo te in innocentiam baptismalem &c. nisi dicendo quod pontifices illi qui illam formam protulerunt, fecerunt & dixerunt illud vt doctores sequentes communem opinionem. Quæ responsio non est suffi-

ens, cum det ansam respondendi sic ad omnia facta pontificum, nempe quod non vt pontifices, sed vt doctores loquuntur. Verum tamen credo quod quamdiu durarunt magnæ illæ pœnitentiæ, frequentius dabantur indulgentiæ de iniunctis pœnis tantum. At postquam cessauerunt illæ graues pœnitentiæ, etiam dantur indulgentiæ de omni pœna: cum opposito dato male nos deciperent pontifices. Et ad argumenta Caieta. facile est respondere ex dictis, & prius ad illud quod citat ex cap. cum ex eo: nempe quod si indulgentiæ valeret de omni pœna, non eneruaretur satisfactio pœnitentialis per indiscretas indulgentias &c. nego illud, quia vt supra diximus indulgentiæ indiscretæ ex defectu causæ aut non valent aut parum, quia solum valent secundum proportionem causæ: vnde & si sint de omni pœna, iniuncta scilicet & non iniuncta, eneruatur pœnitentialis satisfactio, quia non satisfacit quantum fecisset ille qui sumit indulgentiam, quia putat quod valet ei indulgentia tantum quantum sonat, & non est ita ex defectu causæ. Secundo ad illud quod dicit Caieta. quod in eodem cap. dicitur quod episcopi solum concedant quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis pœnitentijs: vnde infert quod sic sunt intelligendæ omnes aliæ indulgentiæ. Dico quod hoc potius est contra ipsum, quia postquam ibi limitatur quod episcopi in anniuersario dedicationis ecclesie non concedant nisi quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs, argumentum est quod antea elargiebantur episcopi indulgentias etiam de non iniunctis: & ad minus potius sequitur hoc ex prædictis verbis textus, quàm quod Caieta. infert. Tertio ad illud quod dicit quod in Clementi si dominum, conceduntur indulgentiæ de iniunctis pœnis. & in aliquibus locis in iure sic inuenitur illud verbum de iniunctis pœnis. &c. Dico quod est verum, sed inde non habetur regula quod semper sic concedantur indulgentiæ aut sic intelligantur: postquam vt probauimus in alijs locis in iure conceduntur indulgentiæ vt iubileum de omni pœna siue iniuncta siue non iniuncta. Et ad rationem quæ fecimus quod plus valeret indulgentiæ si dantur de omni pœna, debenti centum dies pœnæ quàm debenti decem &c. Dico verum esse, ratio est, quia vt inferius exponam, quando pontifex dicit, pro hoc opere pio remitto vobis quadraginta dies pœnæ debitæ: intelligitur quo ad dies qui sunt impositi, vel rationabiliter essent imponendi pro qualitate culparum. Et si Petro essent rationabiliter imponendi quadraginta dies ieiunij in pane & aqua, & Paulo non nisi quadraginta dies simplicis ieiunij tâtum, plus acerbitatis pœnæ remittit Petro quàm Paulo, si causa

indulgentiarum ad illud sufficiat: nec propter hoc Paulo fit iniuria, quia ipse non debet tam acerbam poenam in illis quadraginta diebus, & si haberet remitteretur ei quadraginta dies. Quod autem dictum summi pontificis sic sit intelligendum, nempe de iniunctis vel rationabiliter iniungendis, constat, quia indulgentiæ succedunt loco poenitentiae sacramentalis: at esto intelligatur de quacunq; poena, concedo ego quod plus remittitur quando conceduntur decem dies (v. gra.) indulgentiarum, debenti centum quam debenti. 10. tantum, quo ad acerbicatem & grauitatem poenae: nec in hoc fit alicui iniuria, quia non est defectus ex parte dantis, sed ex parte suscipientis qui non habet aut debet tam acerbam ac grauem poenam: nam si deberet tam grauem poenam quam alter, ei etiam remitteretur tantum quantum alteri.

Dubitatio. SED hæsitabis an per indulgentias quæ conceduntur, indifferenter sub tali forma: concedo tibi pro hoc pio &c. septem dies indulgentiarum: deobligentur accipientes illas indulgentias à poenitentibus iniunctis in sacramento poenitentiae? respondetur affirmatiue, cum vt diximus valet indulgentia de omni poena.

Quintum dubium. QUINTO est dubium aliud circa hanc materiam de valore indulgentiarum, quis sit sensus huius tenoris indulgentiarum, nempe remitto tibi vnum annum, vel remitto tibi septem aut. 8. dies aut plures indulgentiarum, vel concedo tibi quadraginta dies indulgentiarum: ad quod respondebo aliquibus propositionibus, supposita vna distinctiōe, quæ sic habet: Bifariam potest intelligi prædictus contextus indulgentiarum, vno modo, quod remittantur quadraginta dies purgatorij: secundo modo quod remittantur quadraginta dies de iniunctis poenitentibus, vel de iniungendis rationabiliter. Inter hæc. n. est notabilis differentia, quia remittere quadraginta dies poenitentiae exoluendæ in hac vita, non est remittere quadraginta dies poenae exoluendæ in purgatorio, sed plus aut minus secundum acerbicatem poenae in hac vita.

Primæ conclusio. HIS præhabitis est prior conclusio. Summus pontifex potest remittere quadraginta dies poenae sumptæ priori modo: probatur quia nulla est repugnantia postquam habet plenam potestatem remittendi poenam debitam pro peccatis, nihil. n. refert quod dicat, remitto quadraginta dies purgatorij, vel remitto viginti in hac vita qui valent quadraginta in purgatorio.

Secundæ conclusio. SECUNDA conclusio est, Verisimilius est quod sub prædicta forma non remittit pontifex illam poenam quæ ibi explicatur, nisi de poena iniuncta vel de rationabiliter iniungenda. Hæc conclusio est Syluestri in

summa, verbo indulgentia, q. 4. ratio est quia, vt diximus, indulgentiæ succedunt poenitentiae sacramentali: ergo intelligatur de poenitentibus iniunctis vel de his quæ rationabiliter deberent iniungi. Vnde sequitur vt diximus superius ad quoddam argumentum Caieta. quod quadraginta dies indulgentiæ plus valent vni quam alteri: vt si vni iniungatur grauior & acerbior poenitentia quam alij, nempe vt ieiunet in pane & aqua: & alteri non nisi vt ieiunet simpliciter, plus remittitur illi cui iniuncta fuit maior poenitentia: quia pontifex intelligit hanc formam, remitto vobis quadraginta dies poenae. s. illius poenae quam tu eras passurus. Vnde colligit Syluester quod non solum intentio pontificis facit quod illa indulgentia plus valeat vni quam alteri, sed deuotio illius qui deberet poenitere: nam si Petrus deberet poenitere maiori deuotione quam Paulus, cæteris paribus, plus valet ei indulgentia quam Paulo: Nō. n. debet intelligi de annis impositis à iure communi, vt nonnulli dicunt, quia canones non imponebant poenitentias, sed imponendas taxabant: sed intelligitur prædicta forma indulgentiarum de illis poenis quæ rationabiliter deberent imponi, clauē (vt aiūt) non errante. Si tamen poenitentiae sunt imponendæ, absoluitur homo quo ad Deum & quo ad ecclesiam, ita quod non tenetur adimplere poenitentiam impositam à sacerdote postquam indulgentias accepit. Sed dices, quid est remittere centum aut mille annos poenae per indulgentias? Respondet Gerson in tractatu de absolutione sacerdotali, & in tractatu de indulgentijs, quod est. ridiculum illud dicere: ratio est quia non possunt concedi tam largæ indulgentiæ pro quacunq; causa aut pro causa tam leui. Sed non placet hæc ratio, quia sicut concedimus quod poterit esse causa rationabilis ad dandum indulgentiam plenariam, ita poterit esse ad dandum indulgentiam centum aut mille annorum. In conclusione autem conuenio cum Gerson, nempe in hoc quod huiusmodi indulgentiæ si intelligantur ad minus de annis purgatorij, nullus indiget tam larga indulgentia. Et ridiculum videtur dicere quod aliquis quantumcunq; sceleratissimus sit in purgatorio cētum aut mille annos: probatur, quia poena purgatorij est acutissima & acerbissima, teste Augustino in enchiridion, & est grauisima omnium poenarum quæ sunt in hac vita: ergo in paruo tempore patitur ille qui ibi est grauisissimam poenam, & satisfacit breui tempore pro poena multis peccatis debita. Nec obstat si dicas quod peccata sunt infinita, quia hoc est verum ratione auersionis, & ratione illius auersionis debetur poena æterna in inferno: sed poena temporalis debetur ratio-

ratione conuersionis ad obiectum peccati, & ratione illius est finita, & ideo non tam longa vt prædicta forma indulgentiarum centum aut mille annorum significat. Secundo, quia sunt multa quæ iuuant fidelem qui debet esse in purgatorio: prius, qui decedit cum sacramentis habet ab illis magnum auxilium: & contritio quæ sufficit ad constituendum hominem in amicitia Dei, plurimum valet ad remissionem poenarum, cum Deus sit pronior ad miserendum quam ad puniendum: Tertio, suffragia communia præsentis ecclesiæ, cum sint ex institutione ecclesiæ cui commissæ est potestas remittendi peccata, multum iuuat defunctos. Et ideo ridiculum est dicere quod remittantur centum anni purgatorij. Si verò dicas quod intelligitur prædicta indulgentia de annis poenitentiae impositæ in hac vita aut imponendæ: tunc argumentor in hunc modum, quia nulli imponerentur centum anni poenitentiae, quia paucissimi sunt qui tam diu viuant. Præterea, quia centum anni in hac vita (vt dicunt scolastici) valet mille in purgatorio, cum poenitentia in hac vita est libera & meritoria, & in purgatorio nec libera nec meritoria: ideo maioris valoris est poenitentia huius vitæ quam poenitentia purgatorij, cæteris paribus. Quod tamen intelligitur si cætera sint paria, hoc est, si hic esset tā acuta & intensa poena sicut in purgatorio, plus valeret in hac vita quam in purgatorio: sed cum ita non sit, credo quod nō valet plus in hac vita quam in purgatorio, cum nō sint cætera paria, & forte quod non valet poena huius vitæ tantum quantum in purgatorio, propter dictam rationem: vt cum quis ieiunās in hac vita comedit pisces optimos, paruum patitur poenam: & si esset in purgatorio vna die pateretur grauisissimam poenam: ergo non valet in hac vita tantum illa poena illius ieiunij quantum illa poena illius diei in purgatorio. Secundo est considerandum, quod licet antiquitus iniungebantur septem anni pro graui peccato, forte quod poenitentia illorum annorum erat quod ille ieiunasset semel in hebdomada, vel diceret septem psalmos poenitentiales, vel abstineret in pane & aqua sexta feria hebdomadæ sanctæ, vel aliquid aliud id genus: & huiusmodi septem anni non soluerent vnum purgatorij, & forte nec dimidium. Vnde cum hodie conceduntur. 30. anni vel centum, intelliguntur de poenitentia adimplenda in hac vita, iuxta antiquam formam: quia ecclesia Romana in tenore & forma priuilegiorum, semper seruat formam antiquam, vnde centum anni forte non faciunt quatuor purgatorij. Alio modo poteris saluare has formas indulgentiarum, sed credo quod nec æquè bene nec æquè vere.

SED quæres quæ differentia sit inter indulgentiam plenam, pleniorē, & plenissimā? Ad quod dico, quod bullatores & quætores coniecerunt aliquos Theologos in has angustias, vt cogentur explicare & ponere differentiam inter prædictas indulgentias, vbi tamen nulla erat. Secundo dico, quod Paludanus quem sequitur Adrianus, dicit quod indulgentia plena intelligitur de poena debita pro mortalibus tantum: & indulgentia plenior intelligitur de poena debita mortalibus & venialibus simul, remissis tamen: plenissima autem intelligitur de poena debita pro mortalibus & venialibus siue remissis siue non. Ego autem dico quod hæc mere sunt commenta & sine aliqua auctoritate dicta. vnde respondebo aliquibus propositionibus, prior est.

Primæ conclusio. Non est differentia inter indulgentias prædictas, sed idem sunt plena, plenior, & plenissima: Et prædictas indulgentias esse idem bene scit summus pontifex: nec in iure aut in aliqua antiqua concessione vquam reperitur talis forma. Verum est tamen quod hæc nostra aetate concedunt pontifices indulgentias eo modo & tenore quo quætores petunt, & ipsi fingunt illa comparatiua & superlatiua, vt aiūt tabelliones per multa verba quod possent paucis absolueri, nempe dicunt in suis scripturis, dixit quod dedit & dabit & de facto dedit &c.

Secundæ conclusio. SECUNDA conclusio est, Indulgentia plena est, remissio totius poenae mortalium & venialium: & probabile est quod etiam est remissio culpæ venialium, quia intentio pontificis est: quod ita ille sumēs indulgentias sit absolutus quod non transeat per purgatorium: & ita reputo dicendum si adesset causa rationabilis. Et hoc ipsum est indulgentia plenior & plenissima, nec aliud quicquam esse potest. Vnde si indulgentia datur à certa parte poenae omnium peccatorum, dicitur non plena vel non plenaria: & si est à tota dicitur plena vel plenaria, aut plenissima, quod idē est. Sed hæsitabis quid addat iubilicum super plenam indulgentiam: dicendum nihil addere quo ad rationem indulgentiæ, sed habet illud non. en. iuxta morem legis veteris, de illo iubileo quod erat quinquagesimo quoq; anno, vt habetur Leuitici. 25. Dixerim quod prædictæ indulgentiæ sunt æquales, quo ad rationem indulgentiarum, quia possunt (vt contingit) in iubileo concedi aia priuilegia, vt absolutio à casibus reseruatis, & quod recipi possint omnia sacramenta tēpore interdicti: sed hæc non sunt indulgentiæ vt supra explicuimus. Et iubilicum etiam dicitur tempus certum, nempe quod concedatur centesimo vel quinquagesimo anno, vel 25. vt hodie.

Articu. tertius.

Vtrum pro temporali subsidio fieri debeat indulgentia?



D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod pro temporali subsidio non debeat fieri indulgentia, quia remissio peccatorum est quoddam spirituale: sed dare spirituale pro temporali est simonia: ergo fieri hoc non debet.

PRÆTEREA, spiritualia subsidia sunt magis necessaria quam temporalia: sed pro spiritualibus subsidijs non videntur fieri indulgentia: ergo multo minus pro temporalibus fieri debent. Sed contra est communis consuetudo, quæ pro peregrinationibus & elemosynis faciendis indulgentias facit.

RESPONDEO dicendum, quod temporalia ad spiritualia ordinantur, quia propter spiritualia debemus uti temporalibus: & ideo pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentia, sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia, sicut est representatio inimicorum ecclesie qui pacem ecclesie perturbant: sicut constructio ecclesiarum & pontium, & aliarum elemosynarum.

ET per hoc patet quod non sit ibi simonia, quia non datur spirituale pro temporali: unde patet solutio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam pro pure spiritualibus potest fieri indulgentia, & fit quandoq; sicut quicumq; orat pro rege Francie habet 10. dies pro indulgentia à Papa Innocentio. 4. & similiter crucem predicantibus datur quandoq; eadem indulgentia, quæ crucem accipientibus.

Sequitur quæ-

stio. 28.

De his qui possunt indulgentias facere.

DE INDE considerandum est de his qui possunt indulgentias facere: Circa quod quatuor queruntur.

PRIMO, vtrum quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere?

SECVNDO, vtrum diaconus vel non sacerdos possit eas facere?

TERTIO, vtrum Episcopus possit eas facere?

QUARTO, vtrum existens in peccato mortali possit eas facere?

Artic. primus.

Vtrum sacerdos parochialis possit indulgentias facere?



D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere: indulgentia enim habet efficaciam ex abundantia meritorum ecclesie: sed non est aliqua congregatio in qua non sit meritorum abundantia: ergo quilibet sacerdos potest facere indulgentiam, si habet plebem subiectam. & similiter quilibet prælatus.

PRÆTEREA prælatus quilibet gerit personam totius multitudinis, sicut unus homo gerit personam suam: sed quilibet potest alteri communicare bona sua pro altero satisfaciendo: ergo & prælatus potest communicare bona multitudinis sibi commissæ, & sic videtur quod possit indulgentias facere.

SECVNDO dicendum, quod indulgentie effectum habent secundum quod opera satisfactoria vnius alteri computantur, non solùm ex vi charitatis sed ex intentione operantis aliquo modo directæ ad ipsũ. Sed intentio alicuius potest ad alterũ dirigi tripliciter: aut

in specialia, aut in generali, aut in singulari. In singulari quidem sicut cum quis pro alio satisfacit determinate, & sic quilibet potest alteri sua opera communicare. In speciali autem, sicut cum quis orat pro congregatione sua & familiaribus & benefactoribus, & ad hoc etiam ordinat sua opera satisfactoria: sic ille qui congregationi præest potest opera illa aliquando communicare, applicando intentionem illorum qui sunt de congregatione sua ad hunc determinate. Sed in generali, sicut cum quis opera sua ordinat ad bonum commune in generali: & sic ille qui præest ecclesie generaliter potest opera illa communicare applicando intentionem suam ad hunc vel ad illum: & quia homo est pars congregationis, & congregatio est pars ecclesie, ideo in intentione privati boni, intentio boni congregationis includitur & bonitatis ecclesie: & ideo ille qui præest ecclesie potest communicare ea quæ sunt congregationis & huius hominis: & ille qui præest congregationi potest communicare ea quæ sunt huius hominis, sed non convertitur. Sed neq; prima communicatio neq; secunda indulgentia dicitur, sed solum tertia propter duo. Primo, quia per illas communicationes quãuis homo solvatur à reatu pœnæ quãtum ad Deum, tamen non solvitur a debito faciendi satisfactionem iniunctam, ad quam obligatus est ex præcepto ecclesie. Sed per tertiã communicationem homo etiam ab hoc debito solvitur. Secundo, quia in vna persona vel in vna congregatione non est indigentia meritorum, ut sibi & omnibus alijs valere possint. Unde iste non absolvit a pœna debita pro toto, nisi tantum determinate pro eo fiat quantum debebat. Sed in ecclesia tota est indigentia meritorum, præcipue propter meritum Christi: & ideo solus ille qui præficitur ecclesie potest indulgentias facere. Sed cum ecclesia sit congregatio fidelium. Congregatio autem hominum sit duplex, scilicet æconomica, ut illi qui sunt de vna familia: & politica, sicut illi qui sunt de vno populo. Ecclesia a similitur congregatio politica, quia ipse populus ecclesia dicitur. Sed conveniunt diversi vel pa-

rochia in vna diocesi a simulantur congregationi in diversis familijs vel in diversis officijs: & ideo solus episcopus proprie prælatus ecclesie dicitur, & ideo ipse solus, quasi sponsus annulum ecclesie recipit: & ideo ipse solus habet potestatem plenam in dispensatione sacramentorum, & iurisdictionem in foro causarum, quasi persona publica. Alij autem secundum quod ab eis committitur. Sed sacerdotes qui plebi præficiuntur non sunt simpliciter prælati, sed quasi coadiutores: unde in consecratione sacerdotũ episcopus dicit, quãto fragiliores sumus, tanto magis auxilijs his indigemus. Et propter hoc etiam non omnia sacramenta dispensant: unde sacerdotes parochiales vel abbates aut alijs huiusmodi prælati, non possunt indulgentias facere. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

EST in præfato primo articulo conclusio S. Thomæ, paræcios non posse elargiri indulgentias, nec Abbates, nec confessorios: & potior ratio est quia non habent potestatem ad remittendum peccata extra sacramentum, nec habent potestatem supra thesaurum ecclesie, ut in arti. 1. præcedentis quæstionis diximus. Et hoc intelligitur, nempe quod prædicti non possunt concedere indulgentias, ex officio ordinario: quia ex commissione summi pontificis bene possunt. Et cum indulgentias concedere sit remittere peccata quo ad pœnã, aut pœnã pro peccatis debitã applicãdo thesaurũ ecclesie, aut virtute thesauri, quod paræci facere nõ possunt, ideo nec indulgentias elargiri possunt. Sed contra, conferre indulgentias pertinet ad remissionem peccatorum quo ad pœnam (ut dictum est,) sed hoc possunt paræci ex officio, nempe remittere peccata: ergo possunt concedere indulgentias. Ad hoc nego consequentiã, vel distinguo minorem, quia nõ possunt paræci remittere peccata õnibus modis quibus potest superior, nempe sumus pontifex & episcopus: & hoc nõ probatur nisi ex antiqua traditione ecclesie, ut habetur de excessibus prælatorum, cap. accedentibus: & de pœnitẽ. & remi. cap. cum ex eo: Sed hæsitabis an hoc sit de iure diuino? dicẽdum quod paræci non habent potestatem iure diuino ad remittendum peccata nisi per sacramenta, nec aliud fuit illis quo ad hoc comissum. Quod probatur ex prædicto cap. accedentibus: vbi dicitur quod Abbates dantes indulgentias extendunt manus ad ea quæ sunt episcopalis dignitatis: vbi

ubi expresse dicitur quod concedere indulgentias pertinet ad dignitatem episcopalem & non ad inferiores.

Artic. secundus

Vtrum diaconus possit indulgentias facere?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod diaconus non possit indulgentias facere, vel alius non sacerdos, quia remissio peccatorum est effectus clauium: sed non habet clauem nisi solus sacerdos, ergo ipse solus potest indulgentias facere. **PRÆTEREA**, plenior remissio pœnæ est in indulgentiis quam in foro pœnitentiæ: sed hoc non potest nisi sacerdos: ergo nec illud. **SED** contra, eidem confertur dispensatio thesauri ecclesiæ cui committitur regimen ecclesiæ: sed hoc committitur quandoque non sacerdoti: ergo potest indulgentias facere. Nam ex dispensatione thesauri ecclesiæ efficaciam habet. **RESPONDEO** dicendum, quod potestas faciendi indulgentias sequitur iurisdictionem, ut supra dictum est: & quia diaconi & alij non sacerdotes possunt habere iurisdictionem vel commissam, sicut legati: vel ordinariam sicut electi: ideo possunt indulgentias facere etiam non sacerdotes, quamuis non possint absolueri in pœnitentiæ foro, quod est ordinis. **ET** per hoc patet solutio ad obiecta. Indulgentias enim facere pertinet ad clauem iurisdictionis, & non ad clauem ordinis.

EST conclusio S. Thomæ affirmatiua: nepe diaconum & non sacerdotes posse concedere indulgentias, ratio est, quia concedere indulgentias est iurisdictionis tantum, & non ordinis: ideo non sacerdos potest indulgentias concedere, quia potest habere iurisdictionem, vel ex commissione, vel ex officio: si sit electus & confirmatus antequam sacerdotio initiatur. Sed an hoc sit certum de fide, dixerim quod non sed sunt opiniones. De dubio móto in hoc 2. arti. Thomas tenet partem affirmatiuam, ut habes in litera, & cum

Thoma tenet plures alij Theologi, & Calde-
rinus & Panor. cap. accedentibus, de excelsi-
bus prælatorum. Partem autem negatiuam
defendunt Hostiensis & Ioannes Andreas in
prædicto, cap. accedentibus, sed non probant,
ideo probabilior est sententia S. Thomæ, pro-
pter rationem quam facit S. Tho. & quia iam
ad illum qui habet iurisdictionem spectat ad-
ministrare bona ecclesiæ spiritualia & tempo-
ralia quæ administranda sunt ex sacramentis.

Articu. tertius.

Vtrum Episcopus possit indulgentias facere?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod etiam episcopus non possit indulgentias facere, quia thesaurus ecclesiæ est communis toti ecclesiæ: sed id quod est commune toti ecclesiæ non potest dispensari nisi per illum qui toti ecclesiæ præest: ergo solus Papa potest indulgentias facere. **PRÆTEREA**, nullus potest remittere pœnas à iure determinatas nisi ille qui habet potestatem ius cõdendi: sed pœnæ satisfactoriæ sunt pro peccatis determinatæ à iure: ergo remittere huiusmodi pœnas potest solus Papa. **SED** contra est consuetudo ecclesiæ secundum quam episcopi dant indulgentias. **RESPONDEO** dicendum, quod Papa habet plenitudinem pontificalis potestatis quasi Rex in Regno. Sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi iudices singulis ciuitatibus propositi (propter quod eos in suis literis Papa fratres vocat: reliquos autem omnes vocat filios) & ideo potestas faciendi indulgentias plene residet in Papa, qui potest facere prout vult, causa tamen existente legitima. Sed in episcopis est taxata secundum ordinationem Papæ: & ideo possunt facere secundum quod eis est taxata & non amplius: & per hoc patet solutio ad obiecta.

In hoc tertio articulo scribit, D. Tho. aliquot conclusiones, prior est: Summus pontifex habet supremam potestatem, ad dandum indulgentias, & ideo potest

potest eas concedere fidelibus in toto orbe: & ob eandem causam potest concedere plenariam indulgentiam de omni pœna debita pro peccatis, siue sit iniuncta siue nõ. Hæc iam ex supra dictis constat, cum summus pontifex sit supremus prælatus in toto orbe, & ideo ad ipsum spectat dispensare & distribuere thesaurum ecclesiæ: & confirmatur ex illis duobus capitulis, quod autem: & cum ex eo, de pœni. & remis. & cap. accedentibus, de excelsibus prælatorum.

SECUNDA conclusio est, licet non sit formalis in S. Tho. Legati summi pontificis possunt concedere indulgentias in terminis suæ legationis, sicut etiam statuta facere perpetua, text. est de officio legati, cap. ultimo, quod ibidem notant Doctores cum glosa.

TERTIA conclusio est. Archiepiscopus in sua prouincia potest concedere indulgentias, 40. dierum vel vnius anni, in dedicatione ecclesiæ, cap. cum ex eo, & cap. nostro, de pœni. & remissionibus.

QUARTA conclusio est, Episcopus solus electus & confirmatus, esto non sit consecratus potest concedere indulgentias suis subditis, cap. accedentibus, de excelsibus prælato. & de pœni. & remis. cap. cum ex eo.

QUINTA conclusio est Episcopi de iure diuino habent concedere indulgentias suis subditis, & non solum ex commissione Papæ, ut nonnulli asserunt. Probatur, quia de iure diuino sunt prælati & habent potestatem supra omnia peccata: ergo possunt illa prorsus remittere etiam quo ad pœnam. Sed contra, sequeretur quod summus pontifex non posset eis prohibere ne concedant indulgentias, ad minus quod si tentent dare, factum non teneat, sicut tenet factum si tentent consecrare aut quenquam ordinare.

AD hoc respondebimus aliquibus propositionibus quarum prior est. Quod licet episcopus habeat ordinariam potestatem conferendi indulgentias, non tamen habet tantam copiam quantum habet summus pontifex ad eas conferendum, quia non habet indeficientem thesaurum: nam thesaurus passionis Christi, & si sit infinitus quo ad sufficientiam, finite tamen applicatur nempe secundum causam: & episcopus non potest habere causas tam legitimas quam habet pontifex maximus: & satisfactiones subditorum episcopi, non sunt tam sufficientes quam satisfactiones subditorum summi pontificis: quia in tota ecclesia fuerunt & sunt martyres & sanctissimi viri, ut in primitiua ecclesia: unde licet episcopus non posset conferre plenarias indulgentias & frequentes, ut potest pontifex.

SECUNDA conclusio, adhuc ab illis quas episcopus de iure diuino ordinario potest conce-

dere, potest à summo pontifice prohiberi, ita quod si ultra illas taxatas indulgentias episcopus concedat, non valet concessio: ratio est in promptu, quia illud ius diuinum quo episcopus potest suis subditis indulgentias concedere est subordinatum potestati apostolice, ideo potest potestas episcopi ad dandum indulgentias restringi à sede apostolica. Hoc dixerunt contra glosam in cap. cum ex eo: nam in dicto cap. coarctantur episcopi, ne in dedicatione conferant nisi vnum annum indulgentiarum: & in anniversario dedicationis, vel quocumque alio tempore solum quadraginta dies. & glosa ait quod esto episcopi excedat illam mensuram tenet talis indulgentia, licet male faciat. Nos autem dicimus quod si excedant episcopi mensuram taxatam à summo pontifice nil valent tales indulgentiæ: & hoc asserit Tho. in 4. d. 20. q. 1. arti. 4. quest. 3. cuius litera refertur in hac q. art. 3. & habetur de pœni. & remis. cap. indulgentiæ, libro, 6. Unde videtur prædictum glosatorem fuisse oblitum prædicti capituli, ubi expresse dicitur quod indulgentiæ concessæ ab episcopis ultra decretum concilij Lateranensis vniuersalis, non habent vires: & ratio est quia conferre indulgentias pertinet ad iurisdictionem, & licet habeant potestatem ordinariam ipsi episcopi, sunt tamen subiecti summo pontifici: Unde sicut summus pontifex potest sibi reseruare peccata aliqua à quibus non possunt episcopi absolueri: licet episcopi in suis districtibus habeant ordinariam potestatem absoluendi ab omni peccato: ita potest restringere eorundem episcoporum facultatem conferendi indulgentias. Et ad argumentum, nempe quod si tenent consecrare episcopus etiam renitente summo pontifice factum est validum, dico non esse simile, quia hoc pertinet ad potestatem ordinis & ad characterem episcopi quem indelibiliter habet. Concedere autem indulgentias pertinet ad iurisdictionem quæ in summo pontifice residet, in summo & in alijs Episcopis residet subordinata potestati summi Pontificis. Sed hæsitabis, an capitulum ecclesiæ cathedralis possit indulgentias alargiri? Et argumentor à parte affirmatiua, quia sede vacante capitulum ecclesiæ cathedralis habet iurisdictionem episcopalem: ergo poterit eas indulgentias alargiri quas posset episcopus si adesset. Hoc non obstat dico capitulum non posse concedere indulgentias, quia hoc pertinet ad officium & ordinariam dignitatem episcopalem, quæ non potest esse in toto capitulo. Et ad argumentum dico quod capitulum ecclesiæ cathedralis non habet iurisdictionem de iure diuino, sed iure tantum humano: & in ipso iure positiuo non conceditur capitulo posse concedere indulgentias, ut notatur d. 79. cap. nullus pontifice Romano viuente. Sed contra

tra, concilium generale potest elargiri indulgentias sede vacante, ergo etiam cap. cathedrale: nego consequentiam, quia concilium habet potestatem iure diuino, & potest applicare potestatem ecclesiasticam huic homini qui ad papatum eligitur: at capitulum, ut dictum est, non habet potestatem nisi de iure humano, & nunquam illud fuit sibi concessum nempe dare indulgentias: cum hoc, veluti diximus, spectet ad dignitatem episcopalem &c. ¶ Sed adhuc est alia dubitatio an alij inferiores prelati, ut abbates & prelati religiosorum, possint concedere indulgentias? respondetur negative, & probatur ex illo cap. accedentibus de excessibus prelatorum: & ratio est, quia non sunt prelati iure diuino immediate, sed instituti sunt autoritate summi pontificis ad certos actus iurisdictionis & non ad omnes quos possunt superiores. Sed relinquatur dubium an consuetudine possit introduci quod abbates possint conferre indulgentias, vel an possint prescribere ut deinceps ipsa prescriptione elargiantur indulgentias? & arguitur a parte affirmatiua: quia in illo capite accedentibus, de excessibus prelatorum, dicitur quod abbates non possint concedere indulgentias nisi forte ex commissione vel aliqua alia legitima causa possint se tueri. Ad hoc dico prius quod quidam Iureconsulti, ut glosa ibidem refert, dicunt quod non potest aliqua consuetudine introduci quod abbates dent indulgentias: & ad illa verba textus citata dicunt quod solum determinat alias partes eiusdem textus, nempe quod non possunt conferre causas matrimoniales, nec iniungere publicas penitentias nisi de consuetudine. Sed hoc non videtur verum, quia illa verba ponuntur in fine capituli, & omnia precedentia determinant etiam de elargiendis indulgentiis. Ideo ego dico quod consuetudo, qua consuetudo, non concedit ius ad dandum indulgentias, sed aliquando consuetudo est signum quod prelati superiores concedunt facultatem elargiendi indulgentias, & ex concessione possunt hoc facere abbates vel alij inferiores prelati. Sed contra, abbates vel alij inferiores prelati ab episcopis, applicant bona suorum fratrum alijs fidelibus: ergo possunt indulgentias conferre, quia illud est indulgentias elargiri: Ad quod respondeo aliquibus propositionibus, quarum prior est: Prelati episcopis inferiores possunt applicare bona suorum subditorum: & haec est certa & communiter recepta inter fideles, & ea probat Tho. V. Valdensis codice de sacramentalibus, titulo decimo, contra V. Vicifitas: & paucis probatur, quia qui praestit alicui communitati potest distribuere bona etiam spiritualia illius communitatis: at illi prelati sunt huiusmodi, ergo. &c.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

plicata non solum valent per modum meriti de congruo, sed per modum satisfactionis de condigno. Hac nos iam superius probauimus, cum ostendimus quod unus potest pro alio satisfacere, ut dicit Paulus ad Colo. 1. Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia: ergo. &c. TERTIA conclusio est, Iste applicationes horum bonorum differunt ab indulgentiis multipliciter, & ideo non sunt indulgentiae. Prima differentia & potissima est, quia prelati isti inferiores applicant illa suffragia solum per modum satisfactionis & solutionis pro alio, & non per modum absolutionis: nec illud faciunt videntes clauibus ecclesiae, quibus extra sacramentum uti non possunt ex officio ordinario, secus ex commissione: & ob hoc applicant & possunt applicare illa suffragia etiam non subditis, & indulgentiae non possunt concedi nisi subditis. Secunda differentia est, quia isti inferiores non possunt in illis applicationibus applicare passionem Christi, nam passionis Christi merita non possunt applicari nisi per clauis ecclesiae: unde in illis applicationibus non videtur prelati inferiores illa potestate, nempe quodcumque solueris super terram. &c. Tertia differentia est, quod non possunt prelati inferiores applicare suffragia etiam suorum subditorum praeterita, nisi applicant illa antequam fiant: sicut nec aliquis priuatus homo potest seruare opera sua satisfactoria, si tunc quando facit non indiget, aut non applicauerit alicui alteri: sed si faciat & ipse non indiget nec alteri applicauerit, reseruabitur in communi thesauro ecclesiae, & tunc transeunt in commune bonum, & iam non sunt in potestate illius qui fecit, esto postea indiget ratione alicuius peccati quod de nouo commiserit. Et ratio est in promptu, quia illud esset distribuere thesaurum ecclesiae: unde si subditi istorum prelatorum inferiorum non indigeant suis satisfactionibus, aut non applicantur alicui ab illo qui potuerit applicare quando fiunt, non relinquuntur in potestate inferioris prelati, ut postea ille inferior possit applicare, sed reponuntur in thesauro communi: Ratio horum est, quia illud esset dispensare thesauro ecclesiae, quod solus pontifex est toti ecclesiae praesidentis, habetis ecclesiae clauis. Et confirmatur hoc, quia alias opera religiosorum aut illorum subditorum non cederet in ecclesiae thesaurum, sed semper reseruarentur in potestate illorum prelatorum inferiorum, quae apparentia non habent: illa autem bona quibus ipsi subditi indigent, probabile est prelatum eorum posse applicare alijs, cum causa adsit rationabilis, sicut posset ipse subditus qui fecit, esto ipse indigeret. Ex quibus omnibus colligitur quod si in aliquo coenobio aut ecclesia vel communitate

Tertia conclusio.

ate dicantur & agantur sacra indifferenter, ita quod nec quando aguntur nec antea applicentur, si postea a prelato illius communitatis applicentur nihil fit, quia iam illae satisfactiones sunt reconditae in thesauro ecclesiae: Ex quibus sequitur secundo, quod si in aliquo coenobio vel ecclesia dicatur aliquo tempore anni vel in aliquo anno multa sacra indifferenter ita quod non applicantur alicui, si postea veniat aliquis petens centum aut mille missas pro quibus dat elemosynam, non poterit ille prelatus illius coenobij applicare illi praedictas illas missas praeteritas, & accipere illas elemosynas, & non dicere rursus alias missas ad satisfaciendum praedictae elemosynae.

Artic. quartus.

Vtrum ille qui est in peccato possit indulgentias facere.



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod ille qui est in peccato mortali non possit facere indulgentias, quia riuus cui fons non influit nihil profluere potest: sed prelato in peccato mortali existenti non influit fons gratiae scilicet spiritus sancti. ergo non potest in alios profluere faciendo indulgentias.

PRÆTEREA, maius est facere indulgentiam quam recipere: sed ille qui est in peccato mortali non recipit, ut dicitur: ergo nec facere potest.

SED contra, indulgentiae fiunt per potestatem prelati ecclesiae traditam: sed peccatum mortale non potestatem tollit, sed bonitatem: ergo potest aliquis in peccato mortali existens indulgentias facere.

RESPONDEO dicendum, quod facere indulgentias pertinet ad iurisdictionem, sed per peccatum homo non amittit iurisdictionem: et ideo indulgentiae aequivalent si fiat ab eo qui est in peccato mortali, sicut si fieret ab eo qui est sanctissimus: cum non remittat poenam ex vi meritorum suorum, sed ex vi meritorum reconditorum in thesauro ecclesiae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod iste prelatus in peccato mortali indulgentias fa-

ciens non profluit de suo aliquid: & ideo non requiritur quod influxum recipiat a fonte ad hoc quod eius indulgentiae valcant.

AD SECVNDVM dicendum, quod maius est facere indulgentias quam recipere quantum ad potestatem: sed est minus quantum ad propriam utilitatem.

Quaestio 29.

Quibus valent indulgentiae.

DEINDE considerandum est de his quibus valet indulgentia. Circa quod quaeruntur quatuor.

PRIMO, Vtrum indulgentia valeat existens in peccato mortali.

SECVNDO, Vtrum valeat religiosus.

TERTIO, Vtrum valeat non facienti illud pro quo indulgentia datur.

QVARTO, Vtrum valeat ei qui indulgentiam facit.

Artic. primus.

Vtrum indulgentiae valeant existentibus in peccato mortali?



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod indulgentia valeat existentibus in peccato mortali, quia aliquis potest alteri mereri, etiam in peccato mortali existenti gratiam, & multa alia bona: sed indulgentiae habent efficaciam ex hoc quod merita sanctorum applicantur ad istum: ergo habent effectum in illis qui sunt in peccato mortali.

PRÆTEREA, ubi est maior indigentia magis habet locum misericordia: sed ille qui est in peccato mortali maxime indiget: ergo ei maxime debet fieri misericordia per indulgentiam.

CONTRA, membrum mortuum non suscipit influentiam ab alijs viuis: sed ille qui est in pecca-

peccato mortali est quasi membrum mortuum: ergo per indulgentias non suscipit influentiam ex meritis duorum membrorum.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dicunt indulgentias valere etiam existentibus in mortali peccato, non quidem ad dimissionem pœnæ, quia nulli potest dimitti pœna nisi cum dimissa est culpa: qui enim non cōsecutus est operationem Dei in remissionem culpæ, non potest consequi remissionem pœnæ à ministro ecclesiæ, neq; in indulgentiis, neq; in foro pœnitentiæ: valent tamen eis ad acquirendam gratiam. Sed hoc non videtur verum, quia quamvis merita illa que per indulgentiam communicantur possunt valere ad merendum gratiam, non tamen propter hoc dissipantur, sed determinantur ad remissionem pœnæ: Et ideo non valent existentibus in peccato mortali, et ideo in omnibus indulgentiis fit mentio de vere contritis & confessis. Si autem fieret communicatio per hunc modum: facio te participem meritorum totius ecclesiæ, vel unius congregationis, vel unius specialis personæ: sic posset valere ad merendum aliquid illi qui est in peccato mortali, ut prædicta opinio dicit. Et per hoc patet solutio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod quamvis sit magis indigens qui est in peccato mortali, tamen est minus capax.

IN hoc articulo primo est conclusio S. Thomæ negatiua, quæ præter rationes S. Thomæ probatur: ad hunc modum. Hoc scilicet quod requiratur ad hoc quod sumens indulgentias consequatur illas quod sit in gratia, ad hunc sensum quod si quando facit opus ad lucrandum indulgentias non sit in gratia, postea non luerabitur indulgentias: prius, quia iam tunc non est pia causa, cum illud opus fuerit mortuum. Secundo intentio sanctorum est communicare amicis merita sua, at qui est in peccato mortali non est amicus: & nec CHRISTVS passionem suam communicat nisi existentibus in gratia. Tertio, nullus existens in peccato mortifero potest satisfacere pro peccatis suis etiam pro peccatis dimissis, cum nullum suum opus sit Deo acceptum: ergo nec poterit satisfacere per indulgentias, quæ nec petuntur opus ob quod conceduntur indulgentiæ, est Deo optimo acceptum. Sed est aduertendum quod prædicta conclusio potest

intelligi bifariam, prius ita, quod non valent indulgentiæ existentibus in peccato mortifero, illarum scilicet quæ conceduntur pro tempore quo accipiuntur diplomata, & elargitur eleemosyna vel opus ob quod pontifex concedit indulgentias. Et de his verum asserit conclusio, nempe quod non consequitur ille illas indulgentias. Aliæ sunt indulgentiæ quæ conceduntur pro alio tempore non pro illo pro quo exigitur opus pium, & tunc videtur quod esto sumens indulgentias elargiatur eleemosynam, aut opus pium efficiat propter quod conceditur indulgentia in peccato mortifero, si in illo alio tempore pro quo dantur indulgentiæ est in gratia, lucrabitur indulgentias: probatur, quia iam est amicus Dei & sanctorum, & fecit aliquod pium opus, saltem quo ad substantiam, cum per illud se disposuit ad gratiam & amicitiam Dei. Unde colligi quidem potest quod pro tempore pro quo quis debet recipere indulgentias, & pœna peccatorum est remittenda, debet esse in gratia: & pro tempore quo debet fieri opus pium ob quod pontifex confert indulgentias, fat sit quod fiat illud opus bonum moraliter, licet non sit meritorium. Secundo, est etiam intelligenda conclusio quo ad remissionem pœnæ, quæ remissio proprie est indulgentia, non autem quo ad privilegia, quia illa semper valent sumenti indulgentias, cōformiter ad dicta summi pontificis, esto sit in peccato mortifero. Quo notato rursus probatur conclusio principalis per glosam in extrauagante antiquorum, quæ ita habet, & probatur: quia ex Aristotelis agentium sunt in patiente disposito: at qui est in peccato mortifero non est dispositus ad hoc quod illi applicentur merita Christi & sanctorum: ergo, &c. Rursus hoc ipsum confirmatur ex illa glosa, quia thesaurus ecclesiæ non applicatur nisi illi qui est membrum viuum ecclesiæ, at qui est in peccato, non est membrum viuum: ergo, &c. maior probatur II. q. 3. cap. nihil sic: & 23. q. 4. cap. si quis à catholica, unde in ipsis literis indulgentiarum semper dicitur, omnibus vere pœnitentibus & confessis: & hæc est communior opinio. Alia est opinio Maioris in 4. d. 15. q. 1. ubi dicit quod potest quis satisfacere pro pœna debita peccatis suis dimissis existentibus in peccato mortali. Et eadem sententiam asseuerat Scotus, & nonnulli alij, & ij deberent respondere consequenter loquendo, quod indulgentia valet existentibus in mortali: sed nos superius cum de satisfactioe tractarem diximus oppositum & probauimus. Secundo dico quod esto esset verum quod ait Scotus & Maior de alijs proprijs operibus, non est verum de indulgentiis, quia CHRISTVS & alij sancti noluerunt conferre thesaurum suum nisi amicis suis existentibus in charitate: unde summus pontifex non potest aliter dispen-

dispensare: Unde verior est opinio sancti Thomæ & comunis, nempe quod existens in peccato mortifero, nec potest satisfacere etiam pro peccatis dimissis, nec indulgentias consequi. **SED** est dubium, an ad consequendum indulgentias requiratur quod recipiens indulgentias sit confessus, vel an sufficiat quod sit in gratia per contritionem. Ad quod dicendum patet, standum esse tenori literarum ipsorum diplomatum: si scilicet littera dicit, confessis, non sufficit quod sit in gratia per contritionem. Et hoc est securius quam quod dicit Syluester. verbo indulgentia. §. 7. nempe quod quando dicitur in diplomatibus pontificum, co. eis, intelligitur scilicet si semel in anno sunt confessi, aut volunt confiteri. Nec quod dicit Palcanus, nempe confessis scilicet in proposito: Sed si non dicit illud, sed dicit cōfitendis tempore ab ecclesia ordinato, vel loquitur absolute, tunc factus est quod sit in gratia: & quare dicitur confessis, non requiritur quod tunc confiteatur, sed fat est quod antea fuerit confessus omnia sua peccata recte, & perseveret in illa gratia sacramentali, ita quod post illam integratque fidelem confessionem non peccauerit mortifero. **Alia conclusio.** Alia conclusio est, quod licet existens in gratia sumat indulgentiam pro existenti in mortifero peccato, nihil illi peccatori valet indulgentia, cum non sit amicus Christi & sanctorum, ideo non est capax illius thesauri. Sed dubitabis, si existens in mortifero peccato accipiat indulgentias pro alio existenti in gratia, an possint illi pro quo accipiuntur, ad quod respondet Adrianus duabus propositionibus quarum prior est: Si existens in gratia rogat vel mandat alteri quod accipiat illas indulgentias, quod tunc valent ei, cum iam sit opus pium ex parte mandantis qui est in gratia.

¶ Secunda propositio est, si existens in peccato mortifero accipit indulgentias pro alio, suo proprio motu, nihil valent illi illarum indulgentiarum: ratio est, quia non est pium opus. Sed est tunc dubium an requiratur fides indulgentiarum, ad hoc quod valeant indulgentiæ iumentis. Et arguitur à parte affirmatiua, quia alias non esset talis recipiens indulgentias dignus quod illi communicetur thesaurus ecclesiæ: ideo dico quod requiritur fides quod summus pontifex & ecclesia potest indulgentias concedere, non tamen requiritur quod habeat ille fidem quod illarum indulgentiarum particulares valent huic: sicut ad hoc quod peccata quantum ad culpam alicui remittantur, non requiritur quod credat quod nunc quando absoluitur ei remittuntur, quia de illo potest dubitare: necessarium tamen est quod habeat fidem, quod ecclesia potest peccata quantum ad culpas absolute, nisi ponatur obex ex aliqua parte.

Dubium. Dubitabis rursus, an requiratur aliquid aliud in recipiente indulgentias, ut ei sint utiles, vel

an solū sufficiat eum esse in gratia? Ad quod respondet Caie. in opusculo de recipientibus indulgentias, quæsito primo, & dicit quod ultra gratiam requiritur quod ille suscipiens indulgentias sit affectus ad agendum pœnitentiam iniunctam à confessarijs, & quod soleat ieiunare, & tandem quod sit diligens ad pœnitendum, alias non valent illi indulgentiæ prædictæ: veluti si est aliquis qui non vult recipere pœnitentiā à confessario, aut recipit paruam, illi nihil valent indulgentiæ. Probat Caie. quia illi sunt indigni, ita indulgentiæ ergo non valent illi. Secundo ecclesia non intendit dare illas indulgentias indignis, & si vellet forsitan non posset. Quod autem illa sint indigni, probat, quia thesaurus ecclesiæ Christi non est nisi pro amicis ex Christi & sanctorum intentione & qui non vult satisfacere est indignus illa amicitia: nempe quod amicus inueniat illi in tali specie. Facit etiam ad hoc quia bona unius amici non sunt communicanda alteri amico, si alius amicus abundat & diues est, sed ille qui non vult satisfacere abundat & pinguis est & obesus, posset optime ieiunare & eleemosynas elargiri, & non vult: ergo iustum non est, cum ipse nolit sua pro te offerre, quod alterius amici bona illi communicentur: & hoc obseruaretur in temporalibus. Si tamen est auarus & diuitijs abundans, & vult quod alius det illi propria bona cum ipse nolit sua communicare nec pro se nec pro alio, rationabile non est ut aliorum temporalis substantia illi cōferatur: ergo nec in spiritualibus. Et confirmatur, quia bona communia & gratia non distribuuntur nisi pauperibus & indigentibus, & non diuitibus vel potētibus: ergo nec distribuenda sunt bona spiritualia diuitibus vel potētibus sed indigentibus, & factus est quod possunt moraliter ad satisfaciendum. Et rursus confirmatur quia in literis indulgentiarum habetur, vere pœnitentibus: illi autem qui non sunt parati ad satisfaciendum non vere pœnitent, ergo, &c. Præterea, antiquitus semper aut certe semper concedebantur indulgentiæ dimiunctis pœnitentijs: at illi qui non recipiunt pœnitentias iniunctas non habent illas, ergo non profunt indulgentiæ illis prædictis. Et hanc sententiam Caie. asseuerat Petrus Paludanus & Alcius. Sed his non obstantibus ego existimō respondendum esse tribus propositionibus, prior est. Probabile est (ut ait Caie.) quod multum negligentibus ad satisfaciendum pro peccatis suis, parum profant indulgentiæ, quia indulgentiæ non valent nisi elargiantur cum causa rationabili: at negligētes notabiliter ad pœnitendum habent paruam aut nullam causam rationabilem ad consequendum indulgentias: ergo, &c.

Secunda conclusio est. Semper valet aliquid indulgentiæ quantum est de se si adlit aliqua cau-

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

causa rationabilis: & semper videtur esse aliqua causa, quia sumentes indulgentias cōteruntur de peccatis suis, & cōfitentur, quod totum est pōnere, & faciunt etiam illud opus pium quod exigit ille qui indulgentias cōcedit: quæ omnia sunt causa rationabilis ad cōsequendum aliquas indulgentias.

Tertia conclusio. Illud opus quod exigit dans indulgentias, poterit esse tam pium quod sit sufficiens causa ad hoc quod ille qui indulgentias suscipit, illas consequatur integras: & tunc esto aliàs nō solet pōnere, sāt est quod tunc acceptat illud & illud efficit ad satisfaciendum pro peccatis suis: ergo, &c.

Dubium graue. Sed est dubium non vulgare, nempe **utrum** peccates sub spe bullæ possint per illā absolui, qui aliàs possint si nō peccassent sub prætextu bullæ? Ut Titius habet diploma quod semel absoluitur à referuatis: vel scit q̄ hinc ad paucos dies prædicabitur aliqua indulgentia, & ideo percutit clericum sibi inimicū, sub illo prætextu indulgentiæ quod statim absoluetur: an in tali euentu possit absolui virtute illius indulgentiæ? videtur quod non, quia de immunitate ecclesiarum, cap. immunitatē, dicitur quod qui peccat peccatum graue in ecclesia ea mente vel intentione vt ab ea ecclesia vel ab alia tueatur, non tuerit ab alio: ergo qui prætextu indulgentiæ peccat, non absoluitur ab ea, cum par videatur ratio. Hoc tamen non obstante dico quod statim videtur tenori literarum, si. u. dicunt literæ quod non absoluantur illi delinquentes sub spe bullæ: vel hoc ipsum aliquo alio signo significent, certum tunc est præfatos non posse absolui. Si autem pontifex loquatur absolute, nēpe hoc tenore, quicumq; ieiunauerit & elemosynam elargitus fuerit atq; confessus, absoluitur semel ab omnibus peccatis etiā aliàs referuatis: absolui poterunt quacumq; intentione aut spe peccauerint. Moueor ad hoc, quia concedens illam indulgentiam non restrinxit ad habentes has vel illas intentiones, sed potius vult quod facientes prædictum pium opus ab ipso petitur, absoluantur à suis peccatis quacumq; peccauerint intentione. Secundo, esto quod religiosus vel alius exēptus cōmittat aliquod crimen, eo quia sunt exempti, & illo prætextu: nihilominus absoluitur per priuilegiū suę religionis absolute concessum: ergo etiam alius qui peccat sub spe priuilegij vel indulgentiæ. Tertio, quādo pontifex elargitur indulgentias aut quoduis aliud peculiare priuilegium, intendit ea concedere præter iura, nempe dispensando in illo, aut derogando, nisi oppositum significet. Quarto, de immunitate ecclesiarū, cap. fin. dicitur, quod qui turpe vel enorme delictum committit extra ecclesiam vel cimiterium, tuerit ab ecclesia, esto commiserit illud delictum prope eccle-

siam vel cimiterium ea intētionē & spe vt facile confugiat ad ecclesiam, & ibi tueatur: ergo &c. Et hæc videtur sententia Syluestri, in summa verbo immunitas ecclesiarū, 3. q. 2. Angeli eodem q. 17 Panor. cap. vltimo de immunitate ecclesiarū. Et ad argumentum in oppositū dico quod non est par ratio, quia summus pontifex vult multare illum sacrilegum qui in ecclesia vel loco sacro offendit, & vult absolute quod absoluitur qui tempore indulgentiæ se disponit, quacumq; peccauerit intētionē. ¶ **SED** rursus subdubitabis, quādo in diplomate dicitur quod suscipientes indulgentiam possint eligere confessarium qui eos absoluat & cōferat eucharistiā: & vsu venit quod vnus eligit confessarium qui audiuit peccata illius, sed ex causa non potest statim, aut forte nec illa die celebrare, vt ille idem qui audiuit confessionem & absoluit, conferat eucharistiā, an tunc alius sacerdos poterit cōferre eucharistiā? Dico quod poterit quidem esto sit religiosus: probatur, quia illa prohibitio nēpe quod religiosus vel alius non proprius sacerdos non daret parochiano alterius eucharistiā, fuit in fauorem parochi: sed cum pontifex concedit prædictam indulgentiam, iam nō sit iniuria parochio, postquam iam summus pontifex concedit, hinc facultatē vt alius nō parochius cōferat illi eucharistiā: Ergo iam, quilibet poterit ei dare eucharistiā, & nō refert quod det confessarius vel quod det alius. Secundo, quādo in bulla conceduntur multa, non oportet quod omnia fiant ab vno eodem nisi forte id explicet in diplomate: vt si detur facultas quod sumens indulgentiam absoluitur à peccatis & ab excommunicatione ab alio, esto litera dicat quod possit ille eligere cōfessorem qui eum absoluat à peccatis & ab excommunicatione. Et confirmatur, quia si sumens indulgentias nō habeat peccata mortifera, poterit eligere vnum qui det ei eucharistiā, ergo eodem modo postquā confessus est immediate & statim. Et idem dicendū est de indulgentijs plenarijs in articulo mortis, nēpe quod potest quis absolui ab illis pōnis etiam à non confessario, & etiam si nō habeat mortalia, & si non sit confessus tunc. Anton. autem & Syluest. in summa verbo indulgentia, q. 7. dicunt quod sumens indulgentias in peccato mortali eas consequitur postea recedente fictione, si concedens indulgentias illud intendat, sed securius est oppositum vt supra diximus. Remanet tamen scrupulus, si quis sumendo indulgentias peccat venialiter, ita q̄ ipsa sumptio sit peccatū veniale, vel ita quod ipsa opera quæ exigit dans indulgentias sunt in isto peccata venialia, ob aliquam circumstantiam ab illo appositam, non ex suo genere: an tunc consequatur indulgentias? dico quod consequitur indulgentias, nisi forte concedēs indulgen-

ta venialia, vel quæ sunt peccata venialia: ratio est quia peccatum veniale vt dicit S. Th. in 3. p. q. 79. art. 8. non impedit augmentum gratiæ habitualis: ergo nec applicationē bonorum spiritualium.

Arti. secundus.

Utrum indulgentiæ valeant religiosis?



AD SECVNDVM sic proceditur: Videtur quod indulgentiæ non valeant religiosis: Nō enim competit eis suppleri ex quorum abundantia alijs suppletur: sed ex superabundantia operum satisfactorum quæ sunt in religiosis, alijs suppletur per indulgentias: ergo eis non competit per indulgentiam suppleri.

PRÆTEREA, in ecclesia nō debet aliquid fieri quod inducat religionis dissolutionem: sed si religiosis indulgentiæ prodesent, esset occasio dissolutionis disciplina regularu: quia religiosi nimis vagaretur per huiusmodi indulgentias, & pœnas impositas in capitulo sibi negligerent: ergo religiosis non profunt.

SED contra, nullus ex bono reponat dānū: sed religio bonum est: ergo religiosi non consequuntur hoc dānū nisi in eis indulgentiæ nō valeant.

RESPONDEO dicendum, quod tam secularibus quā religiosis valent indulgentiæ, dummodò sint in charitate & seruent ea quæ pro indulgentijs indicuntur: non enim religiosi sunt minus adiuuabiles meritis aliorum quā seculares.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quāuis religiosus sit in statu perfectionis, tamen ipse sine peccato viuere non potest: & ideo si aliquando propter peccatum aliquod commissum sit reus pœnæ, potest per indulgentias ab hoc expiari. Non enim est inconueniens si ille qui est simpliciter superabūdans aliquo tempore indigeat quantum ad aliquid, & sic

indiget supplemento quo subleuetur: vnde dicitur Gal. 6. Alter alterius onera portate. **AD SECVNDVM** dicendū, quod propter indulgentias non debet dissolui regularis obseruantia: quia religiosi magis merentur religionem suam seruando quantum ad premium vitæ aternæ, quā indulgentias exquirendo: quāuis minus quantum ad dimissionem pœnæ, quod est minus bonum: nec ite. n̄ per indulgentias dimittuntur pœnæ iniunctæ in capitulo, quia in capitulo agitur quasi forum iudiciale magis quā penitentiale. vnde etiam non sacerdotes capitulum tenent, sed absoluitur a pœna iniuncta vel debita pro peccato in foro penitentiali.



HOC articulo est conclusio affirmatiua, de qua dubitari quidem non potest quo ad indulgentias p̄prie dicitas. i. quo ad remissionem pœnæ debite peccatis, sed hæsitabis an hoc ipsum verum sit quo ad priuilegia quæ in diplomatis conceduntur? Ad quod dico prius. Summus pontifex bene potest concedere illa priuilegia etiam religiosis, nempe quod possint eligere confessarium quem voluerint, cum omnes tam religiosi quā alij sint subditi, & ipse pōtiffex sit pastor vniuersalis & supremus. Secundo, dico quod de facto, nisi oppositum explicet in bulla nominatim de religiosis, nēpe quod etiam vel illa priuilegia valere religiosis, non valent prædicta priuilegia religiosis. vnde ex diplomate generali pōtifficis nō potest religiosus pro suo libito eligere cōfessarium quem voluerit: sed confiteri debet secundum dispositionem sui prælati, vt prælatorum ordinis sui: ratio huius est, quia illa priuilegia sunt odiosa & nociua religionib⁹, ideo non sufficit quod concedantur illa priuilegia per clausulas generales. Tertio dico quod esto summus pontifex concedat religiosis facultatem eligendi confessarium, si per hoc nō eximat eos à potestate suorum prælatorum, male faceret religiosus qui cōfiteretur alio quā prælatus iusserit, quia ad minus ageret contra obedientiam, quia summus pontifex per hoc quod dat prædictam licentiam non excipit prædictos religiosos ab obedientia suorum prælatorum. vnde male facit religiosus audiens confessionē laici alicuius contra præceptum seu mandatum sui prælati, quāuis laicus habeat facultatem eligendi cōfessarium, licet si ille religiosus sic electus absoluat, factum teneret, & verum conficeret sacramentum. Et eodem modo dicendum est de ipso

Secunda. 4. quest. 29. art. 3.

religioso qui de generali licentia summi pontificis eligit sibi confessarium invito praelato particulari. Dixi de generali licentia .i. de licentia in qua pontifex non intendit liberare religiosum ab obedientia sui praelati, sed absolute dicit, confitearis cui volueris sacerdoti, cetera relinquens suis naturis, &c. Quarto dico quod communiter semper religiones habent privilegia per breuia pontificum quod indulgentiarum non valent religiosis quo ad confessionale sine licentia suorum praelatorum:

Articul. tertius.

Vtrum ei qui non facit id pro quo indulgentia datur, possit quandoq; indulgentia dari?



D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod ei qui non facit pro quo indulgentia datur, possit quandoq; indulgentia dari: quia ei qui non potest operari, voluntas pro facto reputatur: sed aliquando fit indulgentia pro aliqua elemosina facienda, quam aliquis pauper facere non potest & tamen libenter faceret. ergo indulgentia ei valet.

PRÆTEREA, vnus potest pro alio satisfacere: sed indulgentia ad remissionem peccati operatur sicut & satisfactio: ergo vnus pro alio potest indulgentiam accipere, & sic ille consequetur indulgentiam qui non facit hoc pro quo indulgentia datur.

PRÆTEREA, vnus potest pro alio satisfacere: sed indulgentia ad remissionem peccati operatur sicut & satisfactio: ergo vnus pro alio potest indulgentiam accipere, & sic ille consequetur indulgentiam qui non facit hoc pro quo indulgentia datur.

SED contra, remota causa remouetur effectus: si ergo aliquis non facit hoc pro quo indulgentia datur quod est indulgentiarum causa, indulgentiam non consequitur.

RESPONDEO dicendum, quod non existente conditione non consequitur illud quod sub conditione datur: vnde cum indulgentia datur sub hac conditione quod aliquis aliquid

faciat vel det, si illud non exerceat, indulgentiam non consequitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc intelligitur quantum ad premium essentialia: non quantum ad accidentalia aliqua premia, sicut est dimissio peccati vel aliquid huiusmodi.

AD SECVNDVM dicendum, quod opus proprium potest quis applicare per intentionem cuiusq; voluerit, & ideo potest pro quocunq; vult satisfacere: sed indulgentia non potest applicari ad alterum nisi ex intentione eius qui dat indulgentiam: & ideo cum ipse applicet ad facientem vel dantem hoc aut illud, ille non potest qui hoc facit ad alterum hanc intentionem transferre. Sitamen sic fieret indulgentia, ille qui facit vel pro quo fit habeat tantam indulgentiam, valerit ei pro quo fit, nec tamen iste qui facit hoc opus, daret alteri indulgentiam, sed ille qui indulgentiam sub tali forma facit.

IN HOC tertio articulo est conclusio negatiua de qua non dubitatur à Theologis: Sed dubium est an indulgentiarum valeat pro defunctis? & ex hoc articulo S. Tho. videtur quod non, quia defuncti non possunt aliquid facere, & indulgentiarum non conceduntur nisi facientibus aliquid quod exigitur ab largiente indulgentiarum: ergo, &c. Ad hoc dubium respondet Holtiensis, cap. quod autem: & capitulum ex eo, de peccati. & remissionis. quod indulgentiarum non profunt defunctis. Et Gabriel super Canonem lectione. 57. semel mouens hoc dubium reliquit sub dubio: postea addidit ad eandem lectionem, dicens quod indulgentiarum etiam defunctis valent. Cuiusmodi de Rubiōe in 4. d. 19. q. 1. dicit indulgentias nihil valere defunctis, eo quod defuncti iam non sunt subditi pontifici maximo, quia iam non sunt super terram. Caietanus autē in proprio opusculo de hac materia cap. 5. in sententia, constituit aliquot propositiones: prior est, Per indulgentias non remittitur eodem modo peccata defunctis quo remittitur viuus: quia viuus inquit remittitur per modum absolutionis, defunctis autem non nisi per modum suffragij: eo inquit modo quo remittitur illis peccata, cum priuatus homo orat pro ipsis defunctis.

Secunda propositio est, de rigore iustitiae etiam per modum suffragij non profunt defunctis indul-

Secūda. 4. quest. 29. art. 4. fo. 386.

indulgentiarum, sicut nec prodesse orationes alicuius priuati hominis, si pro illis oraret, sed acceptat Dominus ex gratia: veluti si quis orat pro existenti in peccato mortifero, non exaudiuntur de iustitia illarum preces, sed aliquando audiuntur & acceptantur ex misericordia: probat hanc, prius quia ecclesia quando orat pro defunctis, simul implorat quod velit Deus Optimus Max. acceptare illas preces aut sacrificium pro ipsis defunctis: ergo quod preces illarum acceptantur, non est ex lege aliqua, sed ex mera gratia Dei acceptantur quando acceptantur. Secundo, inquit, peccata quae sunt in purgatorio non sunt eiusdem rationis cum peccatis quas nos viatores patimur pro illis in hac vita, & ideo esto quis ieiunet pro defunctis, non liberantur defuncti à peccatis purgatorij, nec nostrae passiones habent condignitatem ad illud. Tertio ait, defuncti sunt de alio foro in quo omnia fiunt ad rigorem iustitiae: nos autem viatores sumus in foro vbi omnia fiunt amicabiliter, & potius absoluantur res amicitia quam ad rigorem iustitiae.

Tertia conclusio Caiet. est, quaedam sunt vniuersalia & generalia suffragia, & de his pium est dicere & credere quod profunt defunctis: ratio est, quia sunt in charitate & non requiritur alia applicatio ut profint defunctis, quia ex hoc quod sunt in charitate, sunt participes illorum bonorum.

Quarta conclusio est, alia sunt suffragia specialia, & haec non omnia profunt, ut sunt priuata orationes alicuius.

Quinta conclusio est, cum Diuo Aug. in enchirid. & in lib. de cura pro mortuis gerenda, quod indulgentiarum & suffragia priuata illis solum defunctis profunt qui meruerunt in hac vita, quod illis profint suffragia facta in hac vita pro illis.

Sexta conclusio, illi defuncti meruerunt quod suffragia viuorum illis profunt qui in hac vita erant solliciti ad orandum pro defunctis, & timendum est quod hoc sit verum quod ait Caiet. & Augustin. Propterea sint omnes solliciti ad orandum pro mortuis, ut postea profint nobis suffragia viuorum. Sed his non obstantibus. Alia est opinio S. Tho. in 4. d. 45. q. 2. arti. 3. quest. 2. vbi tenet indulgentias prodesse defunctis, etiam per modum absolutionis. Et probat, quia non videtur maior ratio quod pontifex possit applicare thesaurum ecclesiae viuus quam defunctis: ergo, &c. Huius sententiae est diuus Bonauen. in 4. d. 20. q. 5. Addit tamen quod defunctis solum valent indulgentiarum per modum suffragij, non autem per modum absolutionis. In hac sententia est Alex. de Alex. 4. p. q. 83. membro 5. Petrus de Tarantasia, Egidius, Ricardus, omnes hi in illa d. 20. in 4. Vnde haec est communis Theologorum opinio, vnde his subscribendum est. Et

iam hodie non potest hoc negari, nepe quod indulgentiarum valent defunctis. Cum Sixtus 4. referat in extrauaganti, & si Dominici gregis: se dedisse indulgentias pro mortuis, & quod illis profunt: & multi alij pontifices elargiti sunt indulgentias ipsis defunctis, & quotidie concedunt quos errare, in hoc dicendum non est ergo indulgentiarum vtilis sunt defunctis, etiam per modum absolutionis. Et ad illud Matthe. 16. nempe quod dominus solum dedit Petro potestatem ligandi, & soluendi super terram, &c. Respondet Tho. quod illud intelligitur de potestate iudiciali, & per modum sententiae: at per modum auxiliij & suffragij, iuuare etiam potest eos qui sunt in purgatorio. Secundo, dicit quod quoad quod quis nondum est in caelo nec in inferno dicitur esse super terram, & omnia haec asseuerat Alexan. de Alex. vbi supra. Confirmat hoc ipsum Diuus Chrysost. super Matthe. cap. 16. sub his verbis, homini mortali caeli & terrae & omnium quae in eis sunt commisit potestatem Deus. Secundo, probatur opinio communis, quia homo priuatus potest offerre propria suffragia pro defunctis: ergo etiam pontifex poterit applicare suffragia communia & Christi merita & Sanctorum, saltem per modum auxiliij & suffragij. Sed obijciens, sequeretur quod pontifex posset spoliare & euacuare totum purgatorium, nego consecutionem, quia ad illud ut supra diximus, requiritur grandis causa quae raro dabitur, quae si adesset concedere quod colligis, cum non sit de essentia purgatorij quod sit plenum, aut quod habeat habitatores. Vnde cum rationabili causa potest pontifex liberare vnam animam à purgatorio. Si autem causa sit leuis, nec sufficiet ad eripiendam vnam solam animam à purgatorio.

Artic. quartus.

Vtrum indulgentia valeat ei qui facit?



D QVARTVM SIC proceditur. Videtur quod indulgentia non valeat ei qui facit. Quia facere indulgentias est iurisdictionis: sed nullus in seipsum potest exercere ea quae sunt iurisdictionis: ergo nullus potest indulgentiam à se factam participare esse.

PRÆTEREA, secundum hoc, ille qui

Secunda. 4. quest. 29. art. 4.

facit indulgentiam posset pro aliquo modico facto sibi poenam remittere peccatorum omnium, & ita impune peccaret: quod videtur absonum.

PRÆTEREA, eiusdem potestatis est facere indulgentias & excommunicare: sed aliquis non potest excommunicare seipsum: ergo nec indulgentiam quam facit particeps esse potest.

SED contra est, quia tunc esset ipse peioris conditionis quam alij, si ipse non posset uti thesauro ecclesie quem alteri dispensat.

RESPONDEO dicendum, quod indulgentia debet ex aliqua causa dari ad hoc quod aliquis per indulgentiam ad actum aliquem prouocetur, qui in utilitatem ecclesie & honorem Dei vergat. Prælati autem cui circa ecclesie utilitatis propaganda, & honoris diuini propagandi est commissa, non habet causam ut seipsum ad hoc prouocet: & ideo non potest facere sibi indulgentiam: sed potest uti indulgentia quam pro alijs facit, quia alijs subest causa facienda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod actus iurisdictionis non potest in seipsum exercere, sed eis quæ auctoritate iurisdictionis dantur alijs, potest etiam prælatus uti tam in temporalibus quam in spiritualibus: sicut etiam sacerdos sibi eucharistiam quam alijs dat: & ita etiam episcopus potest accipere sibi suffragia ecclesie quæ alijs dispensat, quorum effectus immediatus est remissio poenæ per indulgentiam, & non iurisdictionis.

AD SECVNDVM patet solutio ex dictis.

AD TERTIVM dicendum, quod excommunicatio profertur per modum sententiae, quam nullus in seipsum facere potest, eò quod in iudicio non potest idem esse iudex & reus. Indulgentia autem nõ per modum sententiae, sed per modum dispensationis cuiusdam profertur, quã homo potest facere ad seipsum.

IN HOC articulo scribit Di. Tho. duas conclusiones, prior est, nullus etiam summus pontifex potest immediate sibi facere indulgentias. Alia est, summus pontifex &

quicumque potest alijs indulgentias concedere, illis alijs concessis potest sibi uti, & eas consequetur cum causa qua alij eas consequuntur. Sed contra secundam conclusionem argumentor in hunc modum: elargiri indulgentias est actus iurisdictionis, actum autem iurisdictionis nullus potest in seipsum exercere sed in solos subditos, ut habetur, de poeni. & remis. cap. cum ex eo: ergo concedens indulgentias nõ potest sibi accipere, cum si sibi assumeret in se exerceret iurisdictionem. Secundo, conferre indulgentias spectat ad remissionem peccatorum, at nullus potest remittere sibi peccata: ergo nec potest concedere sibi indulgentias. His non obstantibus tenenda est conclusio S. Tho. quam etiam asseuerat Paludanus in 4. d. 20. & probatur, quia esset graue priuare summum pontificem tanto bono, eò quod est caput ecclesie, quia cum nulli subiiciatur super terram, nullus posset illi elargiri indulgentias. Secundo, dispensare in præceptis est actus iurisdictionis, sed summus pontifex potest secum dispensare in aliquo præcepto, cum dispensat cum alijs, ut in præcepto ieiunij: ergo potest sibi relaxare poenas extra sacramentum cum alijs relaxat. Tertio, princeps in re publica temporali distribuens bona communia alijs, potest sibi accipere pro sua conditione & qualitate: ergo pontifex in spiritualibus, cum ea alijs distribuatur, potest sibi accipere. Et ad argumentum dico, prius, quod pontifex potest in se exercere illum actum iurisdictionis, ad quem non requiritur cognitio causæ, nec coactio aliqua. Secundo, & melius dico, quod actum qui fit per modum dispensationis, & non per modum sententiæ potest iudex in seipsum exercere: hæcenus de indulgentijs.

Quæstio 30.

De solenni ritu poenitentiae.

Consequenter considerandum est de solenni ritu poenitentiae
Circa quod tria quaeruntur.

PRIMO, utrum aliqua poenitentia possit publicari, vel solennizari?

SECVNDO, utrum solennis poenitentia possit iterari?

TERTIO, utrum publica sit poenitentia imponenda? Thoma. in 4. d. 14. q. 1. arti. 5. quæst. 1. & sequent.

ART.

Secunda. 4. quest. 30. art. 1. fo. 387.

Articu. primus

Utrum aliqua poenitentia debeat publicari vel solennizari?



AD PRIMVM SIC proceditur. Videtur quod non debeat aliqua poenitentia publicari vel solennizari, quia nõ licet sacerdoti etiam metu peccati ali-

cuius confiteri quantumcumque publicum, sed per poenitentiam solennem publicatur peccatum: ergo non debet solennizari.

PRÆTEREA, iudicium debet esse secundum conditionem fori, sed poenitentia est quoddam iudicium quod in foro occulto agitur: ergo non debet publicari vel solennizari.

PRÆTEREA, omnes defectus poenitentiae reuocat ad perfectum, ut Ambro. dicit: sed solennizatio facit contrarium, quia poenitentem multis defectibus innectit. Non enim laicus potest post solennem poenitentiam ad clericatum promoueri, nec clericus ad superiores ordines: ergo poenitentia non est solennizanda. Sed contra, poenitentia est quoddam sacramentum: sed in quolibet sacramento sollemnitas adhibetur, ergo & in poenitentia adhiberi debet.

PRÆTEREA, medicina debet respondere morbo, sed peccatum quandoque est publicum, quod multos ad peccandi trahit exemplum: ergo & poenitentia quæ est medicina eius debet esse, publica & solennis, qua multi adifcentur.

RESPONDEO dicendum, quod aliqua poenitentia debet esse publica & solennis propter quatuor. Primum, ut peccatum publicum publicam habeat medicinam. Secundo, quia maxima confusione in hoc mundo cuiam est dignus, qui grauissimum scelus commisit. Tertio, ut alijs sit ad terrorem.

Quarto, ut sit ad exemplum poenitendi, ne desperet qui in grauibus peccatis detinetur. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod sacerdos non reuelat confessionem talem poenitentiam iniungendo, quamuis suspitio oriatur illum aliquod enorme peccatum commisisse. Nõ enim culpa pro certo scitur ex poenitentia, quia quandoque aliquis poenitentiam pro alio facit: sicut legitur in vitis Patrum, de quodam qui ut socium suum ad poenitentiam prouocaret, ipse cum eo poenitentiam egit. Si autem sit peccatum publicum ipse poenitens exsequendo poenitentiam, confessionem a se factam manifestat.

AD SECVNDVM dicendum, quod poenitentia solennis quantum ad iniunctionem non exit forum occultum: quia sicut occulte quis confitetur, ita occulte ei poenitentia iniungitur: sed executio exit forum occultum quod non est inconueniens.

AD TERTIVM dicendum, quod poenitentia quamuis reuocet omnes defectus restituendo in pristinam gratiam, non tamen restituit in pristinam dignitatem: & ideo etiam mulieres post peractam poenitentiam de fornicatione non velantur, quia dignitatem virginitatis non recuperant. Et similiter post publicam poenitentiam peccator non redit ad hanc dignitatem, ut possit ad clericatum assummi: & episcopus talem ordinans, potestate ordinandi priuari debet: nisi forte necessitas ecclesie id exposcat, aut consuetudo. Tunc enim dispensatiue recipitur ad minores, non autem ad sacros. Primum, propter dignitatem ordinum istorum: Secundo, propter timorem recidui. Tertio, propter scandalum vitandum quod posset in populo oriri ex memoria præcedentium peccatorum. Quarto, quia non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum eius fuerit publicum.

IN hoc articulo est conclusio S. Tho. affirmatiua, propter quatuor rationes quæ ibi luculenter explicantur. Hæc quæstio tractatur a Magistro sententiarum in 4. d. 14. cap. penultimo: & ibidè ab alijs scolasticis, & ibidè

CC ij a S.

Secunda. 4. quest. 30. art. 1.

AS. Tho. q. 1. arti. 5. per tres questionum las que hic sunt hi tres articuli: & Magister asserit conclusiones S. Tho. nempe quod est aliquando coniungenda aliqua penitentia publica & solennis, quæ solemnizatur ceremonijs quibusdam: & de hac penitentia Magister exponit multa dicta Sactorum quibus adducit: quorundam dictorum primus est Ambrosij, in lib. de vnica penitentia, & refertur cap. 1. de peni. & remi. d. 3. vbi text. sic habet. Reperiuntur qui sæpe agenda penitentia putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si vere in Christo penitentiam agerent, iterandam postea non putarent: quia sicut vnum baptisma ita & vnica penitentia. Hæc Ambro. Magister autem dicit quod illa verba Ambro. intelliguntur de penitentia publica & solenni quæ non potest iterari: ratio est, quia si de omni penitentia intelligeretur, induceret fideles in errorem novatianorum qui negabant secundam penitentiam. Secundum dictum est etiam Ambro. in eodem lib. de vnica penitentia, & refertur cap. 1. de peni. & remi. d. 3. cuius verba sunt: penitentia semel usurpata nec vere celebrata, & fructu prioris aufert, & vnum sequentis amittit. Hoc etiam dictum dicit Magister intelligendum esse de publica & solenni penitentia. Tertium dictum est Aug. in epistola 54. ad Macedonium, & refertur cap. in tantum, de peni. & remi. d. 3. verba sunt: Et quamuis eis, sæpe peccatis, in ecclesia locus humillime penitentiae non concedatur, Deus tamen penitentiae suæ non obliuiscitur: inquit Magister illud etiam intelligi de publica & solenni penitentia. De hac etiam solenni penitentia loquitur Origenes super ca. 25. Leuiti. homelia. 15. verba sunt: Nec aliquando tibi interdicitur de commissis huiusmodi penitudinē gerere: in grauioribus. n. criminibus semel factum vel raro penitentiae conceditur locus: hæc Origenes. Ex quibus omnibus constat penitentiam fuisse in ecclesia solennem & antiquissimam. Quinto, adducit Magister dictum August. in epistola 54. ad Macedonium, quod refertur d. 50. cap. quatuor, & verba sunt: Quauis caute & subtiliter & salubriter prouisum sit vt locus humilitate penitentiae semel tantum in ecclesia concedatur, ne medicina nimis utilis vilis habeatur, tamen quotidie peccatis nunquam per penitentiam venia negatur. Sexto, etiam de illa publica penitentia & de ritu eius habetur d. 50. cap. penitentes, ex concilio Agathensi: & latius ibidem, cap. in capite quadragesimæ. & c. vbi dicitur penitentes solenniter debent venire ad fores ecclesie inditi sacco vel cilicio, nudis pedibus, dimissis vultibus. & c. Est rursus considerandum quod illud verbum debet, positum in conclusione, non intelligitur quod sit præceptum, aut quod sit de iure diuino, aut quod sub pena alicuius peccati

homines sic debeant penitere, sed dicit debitum decentiæ, tantumdem est dicere, debet. i. conueniens est quod sit penitentia solennis & publica: Et hæc est sententia omnium Theologorum, nempe quod solennis penitentia semper fuit in ecclesia ab initio: quam sententiam ego sic confirmo: à sanctis & pontificibus semper fuit sic probata, & videtur quod ab ipsis apostolis, cum non sit memoria quando incepit in ecclesia: ergo debet esse. i. conueniens est quod sit in ecclesia, Et confirmatur conclusio ex facto. Diu. Ambro. cū Theodosio Imperatore, quod scribitur in Tripartita historia lib. 9. cap. 30. vbi refertur quod in Thessalonica ciuitate orta fuit seditio & ciues interfecerunt quosdam iudices. Theodosius autem Imperator ira succensus prætermisso ordine iuris, gladio peremit septem milia hominum: pro quo scelere expulsus fuit Imperator ab ecclesia, à diuo Ambro. & non venit octo mensibus ad ecclesiam, & toto illo tempore fuit plorans in domo sua: & postea instante tempore natiuitatis Domini, orauit Ambro. cum lacrimis vt eum in ecclesiam reciperet, & receptus fuit, & cum reciperetur prostratus fuit in terra plorans, & dicens: adhesit pavimento anima mea, viuifica me Domine. Similiter refertur de Gordiano ab eodem Cassiodoro, lib. 6. cap. 25. Penitentiam rursus debere solemnizari in ecclesia: confirmat Origenes super psalmum, 37. vbi admonet omnes ad confessionem: quia sicut post vomitum redit quis in meliorem statum, sic post confessionem redit penitens in maiorem sanctitatem: & addit quod debet eligi bonus medicus, qui si intelligat talem esse languorem tuum qui in conuentu totius ecclesie proponi debeat, illud constantiter faciat. Vnde colligitur quod confessiones fiebant in occulto: at si crimen erat enorme & publicum, debebat magna deliberatione & consilio medici procurari, vt ille penitens publice peniteret. Reputabatur enim illa solennis penitentia utilisissima in ecclesia ac saluberrima. PRÆTEREA, August. in lib. de medicina penitentiae in principio dicit, quod quia gemitus cordis est absconditus, & non videtur ab hominibus, non sufficit vt qui publice offendit occulte conuertatur ad dominum Deum: sed cum tanta est plaga, vt medicamenta corporis & sanguinis Domini differenda sint, auctoritate Episcopi debet ille penitens ab ecclesia removeri. Hoc etiam sentit Innocentius 3. quando in illo cap. omnis vtriusque sexus, dicit quod de mandato vel consilio confessarij penitens non communicet, etiam in Pascha quando alias ex præcepto tenebatur communicare: videtur quod vnus verus sensus illius capituli est, quando ille penitens deberet publice & solenniter penitere.

EST

Secunda. 4. quest. 30. art. 1. fo. 388.

Dubium

EST vterius dubium circa primum argumentum S. Tho. an pro peccato occulto possit licite imponi penitentia publica & solennis. Et à parte negatiua argumentor in hunc modum, de peni. & remi. cap. 1. habetur quod manifesta peccata publice sunt punienda & non occulta. Secundo, hoc est ius naturale quod secreta vicia secreto puniuntur, ita quod nullus diffametur: ergo pro occulto peccato non est publica imponenda penitentia. Ad hoc dico prius si penitens velle acceptare publicam penitentiam, & ei expediat sic publice penitere: confessarius potest publicam illi imponere penitentiam, & persuadere quod eam adimpleat, vt quod nudis incedat pedibus, & cilicium gerat, si hoc expediat eius emendationi. Hoc patet quia penitens ipse possit illam penitentiam implere sine iniunctione confessarij, quia non tenetur conseruare suam famam nisi cum est necessaria vel utilis salutis spirituali suæ vel aliorum, quidquid alij dicat. Vnde si seruare famam potius nocet, aut impedit salutem spiritualem, non tenetur tunc ille famam conseruare: Et si dicas tunc confessarius diffamat illum, nego, quia nihil mali inde sequitur nisi quod sciant homines illum esse peccatorem, quod ipse peccator cum illud expediat suæ salutis facere licite potest. Secunda conclusio est. Inuito peccatore posset ecclesia imponere publicam penitentiam si esset ei utilis ad suam correptionem quantum de se est, nisi ius aliquod prohibeat, & potest de se ecclesia, si expediat spirituali salutis, aliquem priuare fama: hæc propositio probatur ex processu correptionis fraternæ. Possunt enim prelati istum qui antea erat secretus peccator factus, processu correctionis fraternæ vel prætermisso si scit quod nihil debet prodesse, illum publice punire: ergo Secundo, sæpe pro bono temporali licitum est, reuelare secretum: ergo etiam pro bono spirituali. Antecedens patet, si talis malefactor velit comburere ciuitatem aut quenquam alium interficere, aut furari in magna quantitate, & alius illud sciens non potest alio modo providere ne illud sequatur malum, tenetur illud referare: ergo potius tenetur idem manifestare pro bono spirituali. Dixi quantum est de se, quia si esset ius prohibens ne fiat nisi aliqua seruata solennitate vel processu, ita debet fieri. Dixi etiam de se propter scandalum, quia si inde sequeretur scandalum, non debet fieri: & quia hoc in tantum iam abiit ab usum quod non fieret sine scandalo, vt videtur, ideo non deberet hodie fieri. Et ad argumentum in contrarium, dico quod prædictus confessarius non reuelat peccatorem aut eius confessionem, sed solum in communi diffamat cum ex illo facto reputetur peccator: sed non in particulari, nempe quod commisit tale peccatum, quod confes-

sarius efficere potest ex causa, vt diximus. Secundo dico, quod non est contra ius naturale reuelare & detegere alterius scelus propter maius bonum ipsius vel alterius, vt probauimus in temporalibus: ergo etiam in spiritualibus: cauendum tamen semper est a scandalo. Tertia conclusio est, Quod diximus de publica penitentia, dicendum est de solenni, hoc excepto quod de iure solus Episcopus potest imponere solennem penitentiam, vt inferius dicemus. Et non potest quis eam acceptare sponte sua nisi sit imposita, quia per illam expellitur ab ecclesia, ita quod non potest communicare, nec rem diuinam in festis audire, quæ propria auctoritate penitens non licite facit cum à prædictis pro suo arbitratu cessare non licet, sed vt dixi iam hæc penitentia abiit ab usu. Solum verificantur aliquando in iudicijs secularibus quibus violentibus immunitatem ecclesie, inde malefactores vi abstrahentibus, imponitur penitentia publica nempe quod in vna processione habeant candelam in manu, vel aliquid simile, vt multoties fit in regno Castellæ. Quarta conclusio est: iam nunc, quia à multis diebus non est consuetudo imponendi huiusmodi publicas penitentias, dico quod solum pro publico & graui scelere esset prædicta penitentia imponenda, & non pro aliquo occulto peccato, cum videntes aliquem publice penitentem pro occulto peccato scandalizentur.

Arti. secundus.

Vtrum solennis penitentia iterari possit?



DSECUNDVM sic proceditur. Vt dicitur quod solennis penitentia iterari possit. Sacramenta enim quæ characterem non imprimunt cum sua solennitate iterantur: sicut eucharistia & extrema unctio & huiusmodi: sed penitentia non imprimat characterem: ergo cum sua solennitate iterari debet.

PRÆTEREA, penitentia sollemnizatur propter gravitatem & manifestationem peccati: sed post peractam penitentiam contingit similia peccata committere, vel etiam grauiora: ergo solennis penitentia iterum de-

CC iij bet

bet adhiberi.

SED contra solemnem pœnitentiam significat eiectionem primi hominis de paradiso: sed hæc tantum semel est facta: ergo & pœnitentia solemnitas tantum semel debet fieri.

RESPONDEO dicendum, quod solennis pœnitentia iterari nõ debet propter tria. Primo, ne ex iteratione vilescat. Secundo, propter significationem, quia est figura expulsiõnis hominis de paradiso qua semel est tantum facta. Tertio, quia solennitas est quasi quedam professio perpetuo pœnitentiam conseruandi, & iteratio solennitatis resistit. Si tamẽ postmodum peccauerit non clauditur ei locus pœnitentiæ, sed pœnitentia solennis iterum ei iniungenda non est.

AD primum ergo dicendũ, quod in illis sacramentis in quibus solennitas iteratur iteratio solennitati non repugnat: ut est in proposito: & ideo non est simile.

AD secundum dicendum, quod quamuis ratione criminis deberetur sibi eadem pœnitentia, tamen solennitatis iteratio non competit propter prædictas causas.

Conclusio S. Tho. probatur illis testimonijs quæ adduximus in primo articulo quæ omnia dicebant sancti propter rationes S. Thom.

Articul. tertius.

An pœnitentia solennis sit imponenda mulieribus?



AD TERTIVM sic proceditur: videtur quod mulieribus nõ sit imponenda solennis pœnitentia, quia vir cui imponitur solennis pœnitentia debet comam abicere: sed hoc non competit mulieri: ut patet. 1. ad Cor. 2. ergo non debet agere solennem pœnitentiam. Item videtur quod clericus sit imponenda, quia imponitur propter gravitatem delicti: sed idem peccatum grauius

est in clerico quàm in laico: ergo magis debet imponi clerico quàm laico. Item videtur quod a quolibet sacerdote possit imponi, quia absolueri in foro pœnitentialem est eius qui habet claves: sed simplex sacerdos habet claves: ergo potest esse minister huiusmodi pœnitentiæ. Respondeo dicendũ, quod omnis solennis pœnitentia est publica, sed non conuertitur. Pœnitentia enim solennis hoc modo fit: in capite quadragesimæ presentat se cū presbyteris suis episcopus ciuitatũ ante fores ecclesiæ sacro induci, nudis pedibus, vultus dimissis, coma deposita, & eis in ecclesia introductis episcopus cum omnino clero. 7. psalmos pœnitentiales dicit. & postmodum eis manus imponit aqua benedicta aspersa, & cinerem caputibus ponit, cilicio colla eorum operit, & denuntiat eis lachrymabiliter: quod sicut Adam eiectus est de paradiso, ita ipsi de ecclesia eieciuntur: et iubet ministris, ut eos ab ecclesia pellant, clero eos prosequente cum hoc responsorio: in sudore vultus tui, &c. In cœna autem Domini quolibet anno a suis presbyteris in ecclesiã reduciuntur, & erunt ibi usque ad octauas paschæ, ita tamen quod non communicabunt, nec pacem accipiet. & sic fiet quolibet anno quousque aditus ecclesiæ est eis interdictus. Vltima autem reconciliatio reseruat episcopo ad quem solum spectat solennis pœnitentia impositio. Potest autem imponi viris & mulieribus, sed non clericis propter scandalum: non autem talis pœnitentia debet imponi nisi pro peccato quod totam commouerit urbem. Publica autem & non solennis quæ in facie ecclesiæ fit, sed non cum solennitate prædicta, sunt peregrinatio per mundum cum baculo cubitali, hæc potest iterari, & a simplici sacerdote iniungi: & potest etiam clerico imponi: tamen quandoque solennis ponitur pro publica, & secundum hoc auctoritates quedam variè loquebantur de solenni.

AD primum ergo dicendum, quod mulier habet comam in signum subiectionis, non autem vir: & ideo non competit ut in pœnitentia mulieri coma deponatur, sicut viro.

AD secundum dicendum, quod quamuis in eodem

eodem genere peccati clericus plus peccet quàm laicus, tamen non iniungitur ei pœnitentia solennis, ne ordo veniat in contemptũ: unde defertur non personæ sed ordini:

AD tertium dicendum, quod magna peccata indigent magna cautela ad sui curationem: & ideo iniungitur pœnitentia solennis quæ non nisi pro grauißimis peccatis fit, soli episcopo reseruat.

IN HOC tertio articulo continentur aliquot propositiones, prior est, Mulieribus est imponenda pœnitentia solennis. ¶ Secunda conclusio est, clericis non est imponenda pœnitentia solennis, ob scandalum ita tus clericalis: & omnia sunt manifesta in litera. Solum possunt addi ad hæc quæ dicit S. Tho. prius quod hic ritus huius solennis pœnitentiæ, habetur in decretis d. 50. cap. in capite quadragesimæ, desumpto ex concilio Agatensi: & in eadem d. cap. pœnitentes. Secundo est aduertendum, quod & si hæc pœnitentia iam recessit ab vñu propter hominum fragilitatem: non tamen est à pontificibus reuocata iure aliquo, ideo liceret hodie illam imponere pœnitentiam nisi sequatur scandalum: Remanserunt tamen quedam vestigia illius solennis pœnitentiæ, nempe in capite quadragesimæ, omnibus fidelibus imponitur cinis & omnes asperguntur aqua lustrali, & dicuntur. 7. psalmi: quod tunc fiebat cum solis pœnitentibus solenniter. In cœna autem domini rursus dicuntur. 7. psalmi.

Dubium. SED est dubium an hæc solennis pœnitentia sit pars sacramenti, nempe eiusdem rationis cum illa secreta quæ hodie iniungitur à confessario, vel an imponebatur solum in foro exteriori. Ad quod dicendũ videtur, quod erat pars sacramenti eiusdem rationis cum secreta quæ hodie iniungitur: & hoc dicit S. Tho. in hac q. art. 1. ad secundum, ubi expræse afferit quod quantum ad iniunctionem nõ exit forum secretum, sed quantum ad exercitium: & probatur, quia non est de essentia sacramenti quod fiat secreta aut publice. Hoc namque, an occulte vel publice debeat fieri relinquitur legi naturæ qua obligamur ad seruandũ secreta proximorũ. Quarto circa illud quod dicit S. Tho. & omnes comuniter, nempe quod ad solum episcopum spectat iniungere hanc solennem pœnitentiam: hæc sitabit aliquis, si poterit episcopus eam alicui committere alijs imponendã: Ad quod respondet Durandus in 4. d. 14. q. 4. quod non: ratio est, quia pertinet ad suam dignitatem: sicut initiare aliquem ordine sacro, nõ potest episcopus committere alicui non episcopo, cum hoc, nempe

alium cõsecrare, est dignitatis episcopalis. Paluda. autem in 4. d. 14. q. 6. dicit quod potest episcopus committere alijs, etiam non episcopis, quod solennem pœnitentiam imponant, quia inquit pœnitentiarij Papæ & episcoporum imponebant prædictas solennes pœnitentias. Ego autem credo, quod hoc quod Paludanus dicit est verum solum de pœnitentia publica & non de solenni: publicam namque pœnitentiam possent confessarij & deberent imponere ob grauiã & publica peccata. De solenni autem probabile est, quod dicit Durandus, nempe quod episcopus non potest committere non episcopo quod eam imponat alijs. Et hæc est etiam sententia S. Tho. in hoc art. ad tertium, ita quod si illæ cæremoniæ quæ sunt in solenni pœnitentia fierent à non episcopo, non haberent illum valorem quem habent ab episcopo celebratæ: Vnde plus valent propter dignitatem & potestatem episcopalem quàm valent aliàs à sacerdote simplici ministratæ: hoc est magis satisfactoria erit illa pœnitentia imposita ab episcopo & per eundem celebrata quàm per simplicem sacerdotem. Summus verò pontifex posset committere simplici sacerdoti, ut eam iniungat, sicut potest committere simplici sacerdoti potestatem confirmandi, cum S. Tho. contra Durandũ. Sed aduertendum rursus est, circa effectus prædictæ pœnitentiæ solennis. Prius quod causat irregularitatem, ut si prædictus pœnitens sit pure laicus, non potest absque dispensatione ad alios quos promouere ordines: Si autem iam erat constitutus in minoribus ordinibus ad maiores ascendere non potest, d. 50. cap. illud: potest tamen episcopus dispensare cum huiusmodi pœnitentibus ut ad minores ordines promouantur: non autem ad sacros d. 50. cap. placuit. Secundus effectus solennis pœnitentiæ est, quod pœnitens solenniter non debet contrahere matrimonium, & oppositum faciens peccat cum sit expulsus ab ecclesia. Tertio est infamias, non propter pœnitentiam, sed propter peccatum publicum, propter quod sic pœnitet: quod Hostiensis de officio Archiepiscopi cap. 2. verum intelligit solũ quando per sententiam iudicis imponitur illa solennis pœnitentia: secus si quis spontaneus tantum illam facit à nullo iudice impositam.

Sequitur quæ-

stio. 31.

De sacramento extremæ vñtionis.

POST hoc considerandum est, de sacramento extremae unctionis: De quo quinque videnda sunt.

PRIMO, de essentialibus ipsius, & de eius institutione.

SECUNDO, de effectu ipsius.

TERTIO, de ministro ipsius.

QUARTO, de eo cui conferri debet, & in qua parte.

QUINTO, de eius iteratione.

Circa primam quaeruntur novem.

PRIMO, utrum extrema unctio sit sacramentum?

SECUNDO, utrum sit unum sacramentum?

TERTIO, utrum hoc sacramentum fuerit à Christo institutum?

QUARTO, utrum oleum oliuae sit conueniens materia huius sacramenti?

QUINTO, utrum oporteat oleum esse consecratum?

SEXTO, utrum huius sacramenti materia debeat per episcopum consecrari?

SEPTIMO, utrum hoc sacramentum habeat aliquam formam?

OCTAVO, utrum forma huius sacramenti debeat proferi per orationem deprecationem?

NONO, utrum praedicta oratio sit competens forma huius sacramenti?

Articu. primus

Utrum extrema unctio sit sacramentum?



AD PRIMVM sic proceditur. Viderur quod extrema unctio non sit sacramentum: quia sicut oleum assumitur ad infirmos, ita ad cathecumenos: sed

unctio quae fit oleo ad cathecumenos non est sacramentum: ergo nec extrema unctio quae fit oleo ad infirmos.

PRÆTEREA sacramenta veteris legis

fuerunt signa sacramentorum nouae. sed extrema unctio non habuit aliquam figuram in vet. le. ergo non est sacramentum nouae le.

PRÆTEREA, secundum Dion. omne sacramentum vel ad purgandum est, vel ad illuminandum vel ad perficiendum: sed extrema unctio non ponitur nec ad purgandum, nec ad illuminandum: quia hoc soli baptismo attribuitur: nec ad perficiendum, quia hoc secundum ipsum Dio. pertinet ad chrisma & ad eucharistiam: ergo extrema unctio non est sacramentum. Sed contra: sacramenta ecclesiae sufficienter subueniunt defectibus hominum secundum quemlibet statum: sed exeuntibus non subuenit aliud quam extrema unctio: ergo ipsa est sacramentum.

PRÆTEREA, sacramenta nihil aliud sunt quam quaedam spirituales medicinae: sed extrema unctio est quaedam spiritalis medicina, quia valet ad remissionem peccatorum: ut habetur Iaco 5 ergo est sacramentum.

RESPONDEO dicendum, quod in his quae ecclesia visibiliter operatur: quaedam sunt sacramenta, ut baptismus, quaedam sacramentalia, ut exorcismus. Quorum haec est differentia: quia sacramentum dicitur illa actio ecclesiae, quae attingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum: Sed sacramentale dicitur illa actio quae quantum non pertingat ad illum effectum, tamen ordinatur aliquo modo ad illum actionem principale: effectus autem intentus in administratione sacramentorum, est curatio morbi peccati Isa. 27. Hic est omnis fructus ut tollatur peccatum: Et ideo cum ad hunc effectum pertingat extrema unctio, ut ex verbis Iaco. patet, nec ordinatur ad aliud sacramentum quasi ei annexum: constat quod extrema unctio non est sacramentale, sed sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oleum quocathecumeni inungatur, sua unctio non perducit ad peccati remissionem, quia hoc ad baptismum pertinet sed aliquo modo ad baptismum disponitur: ideo non est sacramentum illa unctio sicut unctio extrema.

AD

AD SECUNDM dicendum, quod hoc sacramentum immediate hominem ad gloriam disponit, cum exeuntibus a corpore detur: & quia in vet. le. non erat tempus adhuc perueniendi ad gloriam, quia neminem ad perfectum adduxit lex: ideo illud sacramentum praefigurari non debuit per aliquod sacramentum sibi respondens, sicut per figuram eiusdem generis: quamuis per figuras remotas aliquo modo figuratum sit in omnibus curationibus quae leguntur in vet. le.

AD TERTIVM dicendum, quod Dio. non facit aliquam mentionem de extrema unctio, sicut nec de poenitentia, nec de matrimonio: quia ipse non intendebat determinare de sacramentis, nisi quatenus per ea innotescere potest ecclesiasticae hierarchiae ordinata dispositio quantum ad ministros, & actiones ministrorum & recipientes: tamen cum per extremam unctioem aliquis consequatur gratiam & remissionem peccatorum, non est dubium quod habeat vim illuminatiuam & purgatiuam sicut baptismus, quamuis non ita plenam.

IN HOC articulo manifesta est conclusio affirmatiua, nempe extremam unctioem esse sacramentum: de qua nunquam fuit à fidelibus dubitatum, sed eam semper omnes fideles Theologi communiter receperunt. Et haec materia de circumscriptione tractatur a scholasticis cum Magistro in 4. d. 23. & in sola praedicta d. absoluitur à Magistro. Sed videtur quod Magister & alij qui hoc ordine supra posito tractant de sacramentis, non recte ordinent praefatum tractatum sacramentorum, quia sacramenta sunt medicinae & auxilia vitae spiritalis: ergo cum hoc sit sacramentum, id est spirituale auxilium exeuntium ab hac vita, esset de eo agendum in ultimo loco: ergo male isti scholastici agunt de eo antequam agatur de sacramento ordinis, & de matrimonio quae spectant ad viatores procedentes in hac vita, & non ad exeuntes. Ad hoc respondet S. Tho. & Bonaventura in praedicta d. in expositione textus, quod sacramentorum alia ordinantur in bonum particulare cuiuslibet fidelis: Alia autem in bonum commune multitudinis fidelis, quemadmodum in vita corporali, comedere, & sanari ordinantur in conseruationem indiuidui: generare vero ordinatur in conseruationem speciei: & quia bonum particulare, quod ad singulos re-

quiritur, prius est bono communi: cum bonum commune constet ex particularibus, & pars prius saltem natura est toto, congruum fuit prius agere de praedictis quinque sacramentis, nempe baptismo, confirmatione, eucharistia, poenitentia, & extrema unctio, eo quia ordinantur ad perfectionem peculiarem cuiusque fidelis: & tandem de alijs duobus ordinatis ad bonum commune, nempe de ordine qui ordinatur ad gubernationem Christianae rei publicae: & de matrimonio quod ordinatur ad procreationem liberorum. Secundo dico ego, quod quia praefata quinque sacramenta conueniunt omnibus generibus personarum tractantur prius quam alia duo quae non competunt nisi certis generibus personarum, ut constat. Et inter haec 5. sacramenta praedicta, recte hoc ponitur in ultimo loco, cum sit sacramentum exeuntium ab hac mortali vita. Deinde aduerte quod cum multae sint unctioes in ecclesia Dei, nempe cathecumenorum, episcoporum & regum, & altarium: nam episcopi inunguntur in capite & in manibus, Reges autem ungebantur in humeris, cathecumeni in scapulis & in pectore & fronte: Et haec alia unctio quae fit in organis sensuum, & haec solum celebratur in extremis vitae: & de hac quaerimus an sit sacramentum. Ad quaeritionem respondent communiter Theologi conclusione affirmatiua, nempe quod est sacramentum: quae probatur, prius ex illo loco Iaco. 5. nec est alius locus apertior in sacra scriptura: locus autem ille sic habet, Infirmus quis in vobis inducat praebiteros ecclesiae & orent super eum ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus. Et in peccatis sit remittentur ei. Omnes sancti interpretantes praedictum locum, intelligunt illum de hoc sacramento extremae unctiois. Secundo probatur ex concilio Florentino sub Eugenio. 4. ubi hoc annumeratur unum inter sacramenta septem ecclesiae. Tertio confirmatur ex cap. ad abolendam de haereticis, ubi dicitur, haereticum esse eum qui aliter sentit de sacramentis quam sentiat sancta Romana ecclesia: sed de extrema unctioe sic sentit ecclesia, nempe quod est sacramentum unum ex septem sacramentis legis gratiae: ergo &c. Quarto alius locus habetur Marci. 6. ubi sic habet litera, Et exeuntes praedicabant, ut poenitentiam agerent, & demonia multa eiiciebant, & ungebant oleo multos aegros & sanabantur. Unde haec vltima verba congrue non possunt intelligi, nisi de praedicto sacramento. Quinto pro nobis est Hugo de sancto victore. 2. lib. de sacramentis, p. 15. cap. 2. & idem habetur d. 95. cap. illud superfluum: & vltimo a scholasticis probatur praedicta conclusio ratione S. Tho. licet diuerso modo forment eam: vis eius tamen in hoc

Secunda. 4. quest. 31. art. 1.

hoc consistit: vnctio extrema est causa remissionis peccatorum ad quam de te ordinatur, & est sensibile signum: ergo est sacramentum, Et licet de conclusione S. Tho. non possimus dubitare, cum, vt probauimus, sit de fide: est tamen dubium de ratione S. Tho. quia videtur eam nihil concludere, cum si predicta ratio aliquod probaret de extrema vnctione, etiam probaret lustralem aquam & sacramentalia alia esse sacramenta. cum etiam ordinentur ad peccatorum remissionem, saltem venialium, & sunt signa sensibilia: ergo si ratio prefata concludebat extremam vnctionem esse sacramentum, probat etiam predicta sacramentalia esse sacramenta. Nec obstat si dicas aquam lustralem esse ad remittendum peccata venialia tantum, quia etiam extrema vnctio ordinatur ad venialia. Imo vt confitetur ipse Thomas, ordinatur ad tollendas reliquias peccatorum: ergo &c. & si dicas quod vnctio extrema remittit peccata per infusionem gratiae: & aqua lustralis non infundit gratiam, hoc esset probandum. cum ex diuo Iaco. vel alio loco non habeatur aliud nisi quod est ad remissionem peccatorum, Et videtur quod non sit intelligendum de remissione mortalium sed venialium, aut reliquiarum peccatorum quae possunt remitti sine infusione gratiae. Nec obstat si dicas vt quidam dicunt, quod est differentia inter extremam vnctionem & aquam lustralem, quia lustralis aqua non confert gratiam nisi virtute operis operantis: extrema autem vnctio confert gratiam ex opere operato, quia aqua lustralis sanctificat sua virtute ex opere operato, ex institutione ecclesiae: & probatur, quia aliis non magis remitterentur venialia in sumptione aquae lustralis quam quocumque alio bono opere etiam im pertinente. Secundo probatur ex illo Alexandri. 5. a diuo Petro, de consecratione d. 3. cap. 2. aqua sale conspersam, vbi sic habetur: aqua sale conspersam in populis benedicimus vt ea cum aspersi sanctificentur & purificentur: ergo predicta solutio non obstat. Ideo Paludanus respondet d. 23. q. 1. art. 3. quod ad hoc quod aliquod signum sit sacramentum, debet esse institutum a Deo, & quia aqua lustralis non est instituta a Deo sed ab ecclesia: ideo non est sacramentum, & extrema vnctio est a Christo instituta, ideo est sacramentum. Sed ex hoc quod dicit Paludanus, est probandum, nempe quod CHRISTVS instituit extremam vnctionem, quod ipse non probat: sed nos inferius probabimus, & nunc etiam probamus per hoc, quod extrema vnctio est sacramentum: ergo est a Christo instituta: quia omnia sacramenta sunt a Christo instituta. Sed ex hoc sit certum, quod CHRISTVS instituit extremam vnctionem ad remittendum venialia aut reliquias peccatorum, cum ista sine in-

fusionem gratiae fieri possunt: non inde habetur quod sit sacramentum conferens gratiam: ergo ratio S. Tho. & aliorum theologorum non probat: forte dices rationem prefatam probare bene intentum de extrema vnctione, & non de aqua lustrali, propter hoc quia extrema vnctio est manifestius signum sanationis morbi spiritualis, nempe, remotionis venialium & reliquiarum peccatorum, quae sunt morbus spiritualis animae: quia oleum plurimum accommodatur medicamentis corporalibus: ideo vnctio illa exterior significat sanationem spiritualem interiore. Asperio autem aqua lustralis non significat determinate effectum illum interiore, cum non magis significat ablutionem, quam refrigerationem aut solam madefactionem. Quod si forte dicas quod nec vnctio illa extrema significat sanationem illam spiritualem aut temporalem determinate cum possit etiam significare lenitatem, vel alium quemcumque effectum, dicerem quod per formam adiunctam, nempe per istam sanctam vnctionem, & per suam purissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, auditum, aut gustum &c. Restrigitur ad significandum curationem illam spiritualem, quod non est de asperione lustralis aquae: vnde cum predicta vnctio cum tali forma, est signum illius spiritualis curationis. i. cuiusdam sanctitatis, sequitur quod sit sacramentum, quod non est de asperione aquae benedictae: sed cum ille effectus possit esse sine gratia, adhuc insufficienter probatur vnctionem illam esse sacramentum: oportet igitur inquirere quomodo probabitur vnctionem hanc esse sacramentum, & quomodo probatur quod conferat gratiam quod requiritur ad faciendum viri: rationem: ad minus in noua lege. Vnde vt iam prius inferebamus, videtur rationem S. Tho. & aliorum non probare hanc extremam vnctionem esse sacramentum. Ad quod ego respondeo negando predictam consequentiam & rationem S. Tho. non valere, nempe est causa sensibilis remissionis peccatorum: ergo est sacramentum quomodocumque remittat, siue quantum ad culpam, siue quantum ad poenam, siue quo ad reliquias peccatorum, siue mortalium siue venialium: dummodo sit causa efficax & sufficiens, quia hoc significatur illo nomine causa. Est. n. hoc efficax argumentum, hoc est efficax causa & sufficiens ad remittendum peccata siue quantum ad culpam siue quantum ad poenam: ergo est sacramentum: probatur quia non potest esse causa sufficiens remissionis peccatorum quin sit collatiua gratiae, quia quaecumque causa sufficiens ad remittendum culpam venialem aut poenam aut reliquias peccatorum mortalium, est sufficiens ad remouendum omne illud sine cuius remotione non posset illud peccatum remitti.

Secunda. 4. quest. 31. art. 1. fo. 391.

remitti siue quo ad culpam siue quo ad poenam, siue quo ad reliquias &c. nisi poneretur obex, quia hoc importat causa sufficiens. Cum ergo culpae veniales aut reliquiae peccatorum non possint tolli nisi remoto peccato prius, siue mortali siue veniali, ergo illa causa sufficiens si inuenerit culpam etiam mortalem remittit illam, nisi ponatur obex: at culpa mortalis non remittitur sine infusione gratiae: ergo de primo ad vltimum si est causa sufficiens ad remissionem peccatorum quomodo obex, siue quo ad culpam siue quo ad poenam, siue peccatorum reliquias, est etiam gratiae collatiua: vnde extrema vnctio potest tacere de attrito contritum in effectu, vt alia sacramenta, & asperio aquae lustralis non, cum non sit causa sufficiens ad remissionem peccatorum etiam venialium, quia non potest remouere prohibens. i. peccatum mortale si sibi reperitur, esto sit attritus & non apponatur obex. Et quod extrema vnctio sit causa sufficiens predicto modo, constat ex diuo Iacobo, & Marco, vt supra citauimus: nam ait Iacobus: & si in peccatis est remittentur ei &c. ergo ratio & consequentia S. Thom. & aliorum theologorum est firma & constans: & haec de vi illius rationis. Vnde haec est manifesta differentia inter aquam lustralem & vnctionem extremam quae extrema vnctio est causa efficax remissionis venialium & reliquiarum peccatorum: ita quod tollit directe reliquias peccatorum mortalium, & peccata venialia: & ex consequenti & indirecte tollit impedimentum quodcumque quod istum effectum impediret, esto sit peccatum mortale: vnde vnctio extrema de attrito facit contritum, & aqua lustralis nihil horum efficit, sed solum remittit peccata venialia. Praesupponitur. n. quod illi cui venialia sunt remittenda per aquam lustralem quod est in gratia, aliis nihil efficit: sed extrema vnctio aliquando dat primam gratiam, vt in prima. 4. diximus de eucharistia: vt si quis putat se legitime coteslum fuisse sua peccata, vel quod non habeat mortiferum peccatum: & ideo non confitetur, & sic bona fide affectus petit extremam vnctionem, per ipsam sanctam vnctionem consequetur primam gratiam, quod nunquam faciet per lustralem aquam: vnde optime probabat ratio S. Tho. extrema vnctio est causa sufficiens ad remissionem peccatorum: ergo est sacramentum. Ex his predicamentis colligitur, quod debent omnes fideles summa cum diligentia suis temporibus omnia sumere sacramenta, cum veluti diximus, poterit eis se quod per confessionem non sit quis sanctificatus, quia putat quod dolet de peccatis & decipitur, ita quod nec attritus est: & postea tempore quo recipit eucharistiam, aut extremam vnctionem est attritus: & tunc per illud sacramentum recipit primam gratiam & con-

sequitur veniam peccatorum, & si decessisset sine illo sacramento, periret,

Arti. secundus.

Vtrum extrema vnctio sit vnum sacramentum?



D SECUNDO sic proceditur: Videtur quod extrema vnctio non sit vnum sacramentum, quia vnitas rei est ex sua materia & ex sua forma, cum

ex eodem habeat res esse & unitatem: sed forma huius sacramenti frequenter iteratur etiam eadem vice, & materia pluries, cum in vnctio adhibeatur secundum diuersas partes: ergo non est vnum sacramentum.

PRÆTEREA, ipsa vnctio est sacramentum (ridiculum n. est dicere quod oleum sit sacramentum) sed sunt plures vnctiones, ergo sunt plura sacramenta.

PRÆTEREA, vnum sacramentum ab vno ministro perfici debet, sed in aliquo casu extrema vnctio non potest perfici ab vno ministro, sicut si post primam vnctionem factam sacerdos moriatur: tunc n. alius sacerdos debet ulterius procedere: ergo extrema vnctio non est sacramentum vnum.

SED contra, sicut se habet immersio ad baptismum, ita se habet vnctio ad hoc sacramentum: sed plures immersiones sunt vnum sacramentum baptismi: ergo & plures vnctiones sunt vnum sacramentum.

PRÆTEREA, si non esset vnum sacramentum, tunc facta prima vnctione non oporteret ad perfectionem sacramenti quod fieret secunda: quia quodlibet sacramentum per se habet esse perfectum: sed hoc est falsum: ergo est vnum sacramentum.

RESPONDEO dicendum, quod vnum nomen per se loquedo, dicitur tripliciter. Vno modo sicut indivisibile quod nec actu nec potentia est plura, vt punctus & vnitas. Alio modo sicut continuum, quod quidem actu est vnum, sed

sed plura potentia, ut linea. Tertio modo sicut perfectum aliquod quod ex partibus pluribus constituitur, ut domus quae est multa quodammodo in actu, sed illa multa conueniunt in aliquo uno. Et hoc modo quodlibet sacramentum dicitur unum, in quantum multa quae sunt in uno sacramento adunantur ad unum significandum vel causandum, quia sacramentum significandum causat. Et ideo quando una actio sufficit ad significationem, unitas sacramenti consistit illa actione tantum, sicut patet in confirmatione. Quando autem significatio sacramenti potest esse et in una et in multis actionibus, tunc sacramentum perfici potest et una actione et pluribus: sicut baptismus una immersione et tribus: quia ablutio quae significatur in baptismo potest esse per unam immersionem et per multas. Quando autem perfecta significatio non potest esse, nisi per plures actiones, tunc plures actiones sunt de perfectione sacramenti, sicut patet in eucharistia. Quia resectio corporalis quae significat spiritualem, non potest esse nisi per cibum et potum, et similiter est in hoc sacramento. Quia curatio interiorum vulnerum non potest perfecte significari nisi per appositionem medicinae ad diuersas vulnerum radices: et ideo plures actiones sunt de perfectione huius modi sacramenti.

AD PRIMVM Merito dicendum, quod unitas totius perfecta, non tollitur per diuersitatem materiae aut formae quae sunt in partibus totius, sicut constat quod non est eadem materia carnis et ossis, ex quibus constituitur unus homo, nec eadem forma: et similiter in sacramento eucharistiae: et in hoc sacramento pluralitas materiae et formae unitatem sacramenti non tollit.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis illae actiones sunt plures simpliciter, tamen ununtur in una perfecta actione, quae est unctio omnium exteriorum sensuum, quibus hauritur morbus interior.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis in eucharistia si post consecrationem panis moriatur sacerdos, alius sacerdos possit procedere

ad consecrationem vini, incipiens ubi ille dimisit, vel etiam incipere a capite supra aliam materiam: tamen in extrema unctio non potest a capite incipere, sed debet semper procedere: quia unctio in eadem parte perfecta tantum valet, ac si consecraretur bis eadem hostia: quod nullo modo faciendum est. Nec tamen ministrorum pluralitas tollit unitatem huius sacramenti, quia instrumentaliter tantum operantur: mutatio autem malleorum non tollit unitatem operationis fabri.

EST conclusio S. Tho. & fidelium affirmatiua, & S. Tho. addit quod est unum sacramentum unitate perfectionis, quia cum sacramentum hoc ordinatur ad curationem spiritualem & morbus animae generetur per sensum tanquam per primam radicem, cum nostra cognitio incipiat a sensu & exercetur per alia membra executiua: conueniens est quod fiant unctioes in omnibus organibus sensuum, & sic sacramentum hoc perficitur ex multis unctioibus partialibus: Unde est unum sicut domus est una, licet coalescat illa unitas ex multis entibus actu distinctis, veluti diximus de sacramento eucharistiae, quod est unum unitate perfectionis vel resectionis: ita hoc sacramentum extremae unctiois est unum unitate perfectionis & unitate finis, quia omnes illae unctioes ordinantur ad unum finem, nempe ad tollendum reliquias peccatorum.

SED est dubium quando infunditur gratia in hoc sacramento: Ad quod respondet S. Th. *Dubium*, quest. sequenti articulo. i. ad tertium, quod in ultima unctioe quae agit virtute praecedentium: & probatur hoc, quia sacramentum agit quando perficitur essentialiter, sed perficitur in ultima unctioe: ergo ibi confertur gratia, & hoc dicitur communiter. Sed contra, sequitur quod etiam in sumptione eucharistiae non conferretur gratia sacerdoti vsq; ad sumptionem calicis, quod falsum est. Sequela probatur, quia eadem est ratio de eucharistia & de extrema unctioe: falsitas autem minoris probatur, quia tunc communicantes solum sub una specie non recipiunt gratiam: & si forte dicas quod confertur una pars gratiae in sumptione corporis, & alia in sumptione sanguinis, idem esset dicendum de extrema unctioe, nempe quod conceditur una pars gratiae in una unctioe, & alia in alia. Praeterea, sequitur quod qui communicat tantum sub una specie non consequetur tantam gratiam quantum consequeretur si communicaret sub utraque specie, quod intendit Lutherus & sequa

ces contra consuetudinem Romanae ecclesiae, quae non permittit laicos communicare sub utraque specie: Ideo ego dico, quod non est eadem ratio de eucharistia, & de extrema unctioe, quia in eucharistia licet neutra forma per se sit perfecta quantum ad significationem totius resectionis: quia non significat perfectam resectionem vel alimentum quod consistit in cibo & potu: est tamen utraque forma perfecta perfectione continentiae, cum quaelibet forma eucharistiae continet concomitanter quod alia continet formaliter & sacramentaliter: at in sacra unctioe cum consistat in usu solo nulla una unctio sola habet unde possit per se conferre totum effectum: Unde colligo quod potest dici unum de duobus, vel quod dicamus cum S. Tho. ubi supra, quod in sacra hac extrema unctioe solum datur gratia in ultima unctioe in primo non esse verborum ultimae formae, vel quam primum, verum est dicere quod est applicata illa ultima forma super debitam materiam: & sequendo hoc est dicendum, quod si moriatur infirmus ante ultimam unctioem, esto sit iam ter unctus, non recipiet effectum sacramenti, cum nec verum recipiat sacramentum, cum omnes illae unctioes & formae, sint quasi partes requisitae ad unum verum sacramentum. Secundo posset dici, quod cum est prima unctio & prima forma est verum sacramentum: quia cum sit quoddam suscepsium totum illud quod constat ex illis unctioibus & formis, quia cum est aliquod continuatum partium eius est totum: Unde dicendum quod in primo esse illius suscepsium datur gratia: & sicut non erit sacramentum in prima unctioe si non sint aliae futurae: quia dependet ex futuro, ita nec dabitur gratia in prima unctioe si non sint aliae futurae: unde si moriatur infirmus antequam terminentur unctioes, aut quocumque, euentu impeditur processus inceptus, nec erit sacramentum nec gratia dabitur. Sed haesitabis rursus pro quo accipitur, i. quae res est sacramentum extremae unctiois? Ad quod respondet Scotus in 4. d. 23. q. unica, quod extrema unctio est unctio hominis infirmi poenitentis, facta in determinatis partibus corporis cum oleo consecrato ab episcopo, ministrata a sacerdote, simul verba certa, cum intentione debita proferente, ex institutione diuina: significans efficaciter curationem finalem venialium: haec Scotus: Sed haec finitio est nimis longa, & finitioes debent esse breues & compendiosae: ideo conuenientius sic definitur. Extrema unctio est sacramentum unctiois ad remissionem peccatorum. In qua definitione ponitur sacramentum, loco generis, & illa vocula unctiois distinguit illud ab omnibus alijs sacramentis, excepta confirmatione, a qua distinguitur per illud, ad remissionem peccatorum:

nam a confirmatione distinguitur extrema unctio per hoc, quod confirmatio directe solum est instituta ad augmentum gratiae, & extrema unctio directe est instituta ad remittendum peccata quo ad reliquias ipsorum: & haec finitio sufficit, cetera quae adunabat Scotus intelligantur.

Articu. tertius.

Vtrum hoc sacramentum fuerit a Christo institutum?



D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non fuerit institutum a Christo. Quia de institutione sacramentorum quae CHRIS-

TVS instituit fit mentio in euangelio, sicut de eucharistia et baptismo: sed nulla fit mentio de extrema unctioe: ergo non est a Christo instituta.

PRÆTEREA, Magister expresse dicit in 4. 22. d. quod est institutum ab apostolis: ergo ipse CHRISTVS per se non instituit.

PRÆTEREA, sacramentum eucharistiae quod CHRISTVS instituit, etiam ipse per se exhibuit: sed hoc sacramentum ipse nulli exhibuit: ergo per se non instituit.

SED contra sacramenta noue legis sunt digniora quam sacramenta vet. leg. sed omnia sacramenta vet. le. sunt a Deo instituta: ergo multo fortius omnia sacramenta noue le. habent institutionem ab ipso Christo.

PRÆTEREA, eiusdem est institueret et statutum remouere: sed ecclesia quae in successoribus Apostolorum habet eandem auctoritatem quam apostoli habuerunt, non posset auferre sacramentum extremae unctiois: ergo apostoli non instituerunt, sed ipse CHRISTVS. **RESPONDEO** dicendum, quod circa hoc est duplex opinio: quidam dicunt quod sacramentum istud, et confirmationis CHRISTVS non instituit per se, sed apostolis instituentibus dimisit: quia haec duo propter plenitudinem gratiae quae est in eis, conferri non potuerunt ante. S. S. missionem plenissimam, nec insti-

Qui: unde sunt ita sacramenta no. le. quod in veteri figuram non habuerint, sed hoc non multum cogit: quia sicut CHRISTVS ante passionem promisit plenā S. S. missionem, ita potuit instituire huiusmodi sacramentum. Et ideo alij dicunt quod omnia sacramenta CHRISTVS instituit per se ipsum: sed quadam per se ipsum promulgauit, quae sunt maioris difficultatis ad credendum: quada autē apostolis promulganda reseruauit, sicut extremam vnctionem & confirmationem. Et haec opinio pro tanto videtur probabilior, quia sacramenta ad fundamenta legis pertinent: et ideo ad legislatorem pertinet eorum institutio. Et iterum, quia ex institutione efficaciam habet, quae eis non nisi diuinitus inest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod multa dominus fecit & dixit quae in euangelij non continentur: illa enim praecipue curauerunt euangelistae tradere quae ad necessitatem salutis & ecclesiae dispositionem pertinent: & ideo potius institutionem baptismi & poenitentiae & eucharistiae & ordinis facta a Christo narrauerunt, quam sacramentum extremae vnctionis, quae neque est de necessitate salutis, neque ad dispositionem siue distinctionem ecclesiae pertinet. Tamen etiam de olei vnctione fit mentio in euangelio, Math. 6. Vbi dicitur, quod Apostoli oleo vngebant infirmos.

AD SECVNDVM dicendum, quod Magister dicit ab Apostolis institutam, quia per doctrinam apostolorum nobis promulgata est eius institutio.

AD TERTIVM dicendum, quod CHRISTVS non exhibuit aliquod sacramentum nisi quod ipse accepit in exemplum: accipere autē poenitentiam & extremam vnctionem sibi non competebat, quia sine peccato erat: ideo ipse non exhibuit.

IN HOC articulo est conclusio affirmatiua, nempe extremam vnctionem a Christo seruatore esse institutam: Magister autē sententiarum in d. 23. cap. 2. ait extremam vnctionem fuisse ab apostolis institutam: cuius sententiae etiam fuit Hugo de sancto Victore li. 2. de sacramentis, p. 15. cap. 2. In hanc sententiam inclinauerunt isti doctores hac ratione,

quia in scriptura non habetur de hoc sacramento, nisi illud quod habetur Iaco. 5. scilicet, infirmatur quis in vobis &c. unde haberi videtur quod apostoli instituerunt hoc sacramentum: & confirmatur ex illo Marci. 6. quod in primo articulo adduximus quod apostoli vngebant oleo infirmos, & sanabantur. Et eandē sententiam asserit Alexander 4. p. q. 1. membro 3. art. 4. in argumento in contrarium, vbi dicit quod sacramentum confirmationis & extremae vnctionis non fuerunt a Christo instituta: & rursus de sacramento confirmationis in 4. p. q. 24. membro. 1. & articulo. 1. dicit quod fuit institutum non a Christo, sed in quodam concilio Meldensi. Et idem videtur sentire de extrema vnctione quod non fuit a Christo institutum sacramentum: haec sententia est particularis solum praedictorum doctorum: omnes vero alij Theologi tenent cum S. Th. nempe quod extrema vnctio fuit a Christo instituta: & haec est communis sententia Theologorum. Et hoc est necessario tenendum, prius, quia sacramenta omnia conferunt gratiam, ergo sunt a Christo instituta: Antecedens constat ex concilio Florentino, vbi dicitur quod in hoc differunt sacramenta nouae legis a sacramentis veteris legis, quia sacramenta nouae legis conferunt gratiam & non alia. Consecutio probatur, quia gratiam & gloriam dabit dominus, psal. 83. ergo sacramenta omnia sunt a Christo instituta tanquam instrumenta eius ad conferendum gratiam, cum non videatur quomodo dederit eis hanc virtutem nisi instituendo ea. Secundo sacramenta sunt prima fundamenta iudei, ergo conueniens fuit vt ipse CHRISTVS per se illa iaceret. Tertio sacerdotes non sanctificant nisi mediante sacramentis, ergo sacramenta sanctificant, ergo sunt a Christo. Quarto, si extrema vnctio esset ab ecclesia vel ab alio quam a Christo, esset memoria quando incepit: sed non est memoria quando incepit, ergo est a Christo, postquam ab illo incepit alia sacramenta. Et si dicas quod incepit a Iacobo, contra: quia Iacobus solum promulgat & non instituit extremam vnctionem, ergo non incepit a Iacobo. Quinto vt inquit S. Th. si ecclesia vel apostoli instituerent, posset nunc ecclesia (cum habeat eandē potestatem quam tunc habuit) illud reuocare & tollere, quod falsum est: ergo dicere oportet cum communi sententia, quod fuit a Christo institutum. Et ad Magistrum sententiarum, propter suam auctoritatem respondet S. Th. hic ad secundum, quod quando dicit Magister quod ab Apostolis fuit constitutum hoc sacramentum, capit institutum pro promulgatum. Vel potest dici, & melius, institutum ab apostolis. i. declaratum ab apostolis: fuitq; facta ab apostolis regula quomodo sit administrandum, & appositae aliquae caeremoniae ad solenni-

solennitatem & reuerentiam sacramenti. SED haesitabis, an haec conclusio, Sacramentum extremae vnctionis esse a Christo institutum, sit de fide: quia S. Th. dicit quod sunt de hoc duae opiniones, & nullam reprobatur tanquam haereticam, imo dicit quod haec affirmatiua est verior, unde videtur relinquere aliam probabilem, ergo praedicta conclusio non est de fide. Hoc tamen non obstante dico praefatam conclusionem esse de fide, quia sic est definita in concilio Tridentino, in decreto de sacramentis in communi. Sed dices si CHRISTVS instituit sacramentum extremae vnctionis, vbi nam? Ad quod respondet Vualdensis de sacramentis, tomo. 2. cap. 163. & dicit quod fuit error Vualdensium haereticorum, qui dicebat extremam vnctionem non solum non fuisse a Christo, sed quod non erat sacramentum: unde secundum hunc errorem nullibi fuit institutum. Sed hoc vt iam ostendimus non solum est falsum, sed est manifeste haereticum: & Guido Carmelita in suo libro de haeresibus, dicit quod praedictus error fuit haeresis Graecorum: Aeneas autem Siluius in libro de origine Bohemorum, dicit quod est error Vualdensium qui fuerunt antiqui haeretici: & eandem haeresim suscitant hac nostra tempestate Lutherani famosi haeretici. Et ideo contra hos omnes haereticos est diuus Iacobus qui dicit vnctionem illam esse ad remittendum peccata: & si in peccatis est (inquit) remittentur ei &c. & rursus addit, oratio fidei saluabit infirmum: vbi expressse dicit quod illa oratio agit ex virtute propria, quod (aiunt) ex opere operato, virtute fidei & non virtute operis operantis. Est igitur conclusio de fide, nempe quod CHRISTVS seruator noster instituit hoc sanctum sacramentum: Apostoli autem promulgauerunt: Probo ambas partes praedictae assertionis, prius Marci. 6. postquam CHRISTVS misit apostolos binos ad praedicandum, dans eis potestatem supra spiritus imundos: sequitur, & exeuntes praedicabant vt poenitentiam agerent, & daemones multa eiciebant, & vngebant oleo multos aegrotos, & sanabantur. En quomodo Apostoli executi sunt ministerium huius sacramenti: unde videtur quod in praedicto loco Marci. 6. CHRISTVS instituit hoc sacramentum: Vel dic cu S. Th. hic ad primum, quod fat est quod constat quod CHRISTVS instituit, licet non constet vbi, aut quando. Nec obstat si dicas quod Marci. 6. non fit mentio de remissione peccatorum, ergo illa vnctio non erat sacramentum: quia bene fit mentio de remissione peccatorum, & de salute spirituali, per hoc quod ibidem dicitur, & sanabantur: & ita notatur in glossa ordinaria super illud Iaco. 5. infirmatur quis in vobis &c. nempe quod sanatio corporalis fit per spiritualem. Sunt (inquit) peccata nonnunquam causa infirmitatum corporaliu, vt

patet. i. ad Cor. 11. postquam enim dixit apostolus, qui ergo manducat corpus Christi, & bibit sanguinem indigne &c. subiungit, ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Et idem habetur cap. cum infirmitas, de poenit. & remis. Potest ergo dici & est notandum quod cum CHRISTVS dedit apostolis potestatem supra spiritus imundos, non solum intelligitur de ipsis daemoneis qui visibiliter vexant homines, vel in corporibus apparere eiciendis, sed de peccatis sanandis. Sed quia in primitiua ecclesia conueniebat manifestari visibilibus signis etiam collatio Spiritus Sancti, ideo exprimebatur illa potestas illo modo, nempe per vnctionem: Unde cum apostoli utebantur vnctione illa, argumentum est eos fuisse a Christo instructos vt illo modo sanaret, et spiritualiter remittentes peccata, & per consecutionem corporales tollerent infirmitates. Unde glossa super istum locum Marci. 6. statim post illa verba, subiungit illud Iacobi. 5. praecitatum, quasi idem promulgasset quod iam Apostoli faciebant. Et diuus Augustinus super illud verbum, infirmatur, Iacobi, inquit quod hoc etiam Apostolos in euangelio fecisse legitur: & nunc ecclesiae consuetudo tenet vt infirmi oleo consecrato vnquantur a presbyteris, & concomitante oratione sanentur. Et idem dicit diuus Augustinus lib. 2. de visitatione infirmorum, quasi in principio: cuius verba sunt: Nec praetermittendum est illud Iacobi, infirmatur quis in vobis &c. sic roges dare vt sicut dixit Apostolus, imo per apostolum dominus fiat pro te ipsa sacrosancta delibatio quae intelligitur Spiritus Sancti typicalis vnctio. Ecce quomodo dicit typicalis vnctio, scilicet figuratiua vnctio Spiritus Sancti, quod est dicere significatiua vnctionis interioris Spiritus Sancti: Et est hoc verbum Augustini notandum, scilicet, imo per Apostolum suum dominus: vbi a Christo fuisse sacramentum hoc institutum perhibetur. Et simile aliud dicit idem Augustinus in 4. p. sermonum, sermone. 9. qui incipit, Rogo vos &c.

ET si petas quare Apostoli non fecerunt expressam mentionem de hoc sacramento? Respondet S. Th. hic ad primum, quod Apostoli non scripserunt nisi ea quae erant de necessitate salutis, sufficit eos expressisse modum quomodo, scilicet sacramentum hoc deberet administrari: Ex quibus omnibus colligitur de fide esse quod extrema vnctio est sacramentum: & quod sit sacramentum dicitur in concilio Floren. sub Eugenio. 4. de sacra vnctione capit. vnico: & distin. 95. capit. illud superfluum. De fide etiam est quod est a Christo institutum (vt diximus) quia & si non habeatur expressse in sacra scriptura, est iam definitum tanquam de fide tenendum

dum in concilio Tridentino vti citauimus, in argumentis Sancti Thomae, sunt aliqua notanda pro materia fidei, vide ibi &c.

Artic. quartus.

Vtrum oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti?



D QVARTVM sic proceditur. Videtur quod oleum oliuæ non sit conueniens materia huius sacramenti, quia hoc sacramentum immediate ad incorruptionem ordinatur, sed incorruptio significatur per balsamum quod est in chrisma: ergo chrisma esset conuenientior materia huius sacramenti.

PRAETEREA, hoc sacramentum est spiritalis medicatio, sed spiritalis medicatio per vini appositionem significatur: sicut patet Lucæ. 10. in parabola de sauitiata: ergo vinum esset conuenientior materia huius sacramenti.

PRAETEREA, ubi est maius periculum, ibi debet esse commune remedium: sed oleum non est commune remedium, quia non inuenitur in qualibet terra: ergo cum hoc sacramentum detur exeuntibus qui sunt in maximo periculo, videtur quod oleum oliuæ non sit materia conueniens.

SED contra est, quod Iaco. 5. oleum determinatur materia huius sacramenti, sed oleum proprie non dicitur nisi oleum oliuæ: ergo hoc est materia huius sacramenti.

PRAETEREA, spiritalis sanatio per olei inunctionem significatur, ut patet Esa. 1. ubi dicitur, plaga tumens non est curata medicamine, nec fora oleo: ergo conueniens materia huius sacramenti est oleum.

RESPONDEO dicendum, quod spiritalis sanatio quæ in fine adhibetur, debet esse perfecta, quia post eam alia non relinquatur: & lenis ut spes quæ exeuntibus est maxime necessaria non frangatur sed foueatur: oleum

autem lenituum est & penetratiuum vsq; ad intimam, & etiam diffusiuum: & idèò quantum ad vtrumq; prædictorum est conueniens materia huius sacramenti: & quia oleum principaliter nominatur oliuæ liquor: alij tamen liquores ex similitudine ad ipsum, olei nomen accipiunt, oleum oliuæ etiam debet esse quod assumunt in materiam huius sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in corruptio gloriæ est res non contempta in hoc sacramento, nec oportet quod talis significatio materiae respondeat. Vnde non oportet quod balsamum ponatur materia sacramenti huius, quia balsamum propter odorem pertinet ad bonitatem famæ, qua de cetero non indigent propter se exeuntes: sed indigent nitorè conscientie, qui in oleo significatur.

AD SECVNDVM dicendum, quod vinum sanat mordendo, sed oleum lenitudo: & idèò curatio per vinum magis pertinet ad penitentiam quam ad hoc sacramentum;

AD TERTIVM dicendum, quod oleum oliuæ quamuis non ubiq; crescat, tamen de facili potest ad quemlibet locum transferri: & præterea hoc sacramentum non est tanta necessitatis quod curtes sine hoc sacramento non possent salutem consequi.

EST igitur conclusio S. Tho. & omnium Theologorum affirmatiua, nepe quod oleum est materia huius sacramenti: & probatur ex illo Iaco. 5. vngentes eum oleo in nomine domini: & ex illo Marci. 6. & vngentibus ægros multos oleo & sanabantur: in concilio etiam Florentino, oleum dicitur esse materia huius sacramenti: & in capitulo vnico, de sacra vnctione: vnde conclusio est communis certa ab omni Theologo recepta. Sed dubitabis an oleum oliuæ sit de necessitate sacramenti huius, vel an sit solum conueniens: Dico quod ego intelligo conclusionem quod est de necessitate sacramenti, sicut panis triticeus est de necessitate eucharistiæ: & hoc probant scripturæ & concilia quæ citauimus: Rationes autè S. Tho. sunt congruentes, & intelligitur oleum oliuarum, cum illud sit proprie & absolute oleum: quia si quid aliud dicitur oleum, dicitur cum aliquo addito, ut oleum amigdalorum, vel per similitudinem ad oleum oliuarum: Et esto essent olea oliuarum differentia specie (sicut & ipse oliuæ videntur differre specie) dum tamen sit oleum oliuarum est proprie & simpliciter oleum, & ex consequenti est

ti est vera materia huius sacramenti, sicut in 1. 4. diximus de panibus in materia eucharistiæ: vnde sequitur sacramentum hoc posse administrari in oleo rosarum, si non est nimum corruptum: ita ut recipiendo in se succum rosarum, iam mutasset speciem veri olei oliuarum: vnde præceptum est ecclesiæ, quod non misceatur balsamum cum oleo extreme vnctionis, de sacra vnctione cap. vnico: & in concilio Florentino ubi distinguitur oleum pro infirmis à chrisma confirmatorum. Secundo dico, quod si balsamum misceatur cum oleo, ita quod non mutetur species olei conficeretur hoc sacramentum cum tali oleo, sed peccaret sacerdos illo mixto oleo utens in hoc sacramento. Si tamen illa mixtio fieret in parua quantitate, & ex ignorantia vel aliqua parua negligentia sacerdotum, non ex malitia, non videtur peccatum mortiferum vti tali oleo in hoc sacramento.

Articul. quintus.

Vtrum oportet oleum esse consecratum?



D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non oportet oleum esse consecratum, quia hoc sacramentum habet vnā sanctificationem in vniuersa materia.

VERBORUM ergo superfluit alia sanctificatio, si ad materiam ipsius fiat.

PRAETEREA, sacramenta habent efficaciam & significationem in ipsa materia: sed significatio effectus huius sacramenti competit oleo ex naturali proprietate: efficacia autem ex institutione diuina: ergo non est necessaria aliqua sanctificatio materiae.

PRAETEREA, baptisimus est perfectius sacramentum quam extrema vnctio: sed in baptismo non præexigitur materia sanctificatio, quantum est de necessitate sacramenti: ergo nec in extrema vnctione. Sed contra est, quia in omnibus alijs vnctionibus est materia consecrata prius: ergo cum hoc sacramentum sit quedam vnctio, requireret materiam consecratam.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dicunt, quod oleum simplex est materia huius sacramenti, & in ipsa sanctificati-

one olei quæ est per Episcopum, perficitur sacramentum. sed hoc patet esse falsum ex his quæ de eucharistia dicta sunt: ubi ostensum est, quod solum illud sacramentum consistit in consecratione materiae. Et idèò ducendum, quod hoc sacramentum consistit in ipsa vnctione, sicut baptisimus in ablutione, & materia huius sacramenti est oleum sanctificatum. Potest autè triplex ratio assignari, quare exigatur materia sanctificatio in hoc sacramento, & in quibusdam alijs. Prima est, quia omni efficaciam sacramentorum à Christo descendit: & idèò sacramenta illa quibus ipse CHRISTVS est usus habent efficaciam ex ipso vsu: sicut tactu suæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis: sed hoc sacramentum non est usus, nec aliqua corporali vnctione: & idèò in omnibus vnctionibus requiritur sanctificatio materiae. Secunda causa est propter plenitudinem gratiæ, quæ confertur non solum ut tollat culpam, sed etiam reliquias peccatorum & infirmitates corporis. Tertia est, ex hoc quod effectus eius corporalis. Sanatio non causatur ex materia naturali proprietate: & idèò oportet quod hæc efficaciam sibi per sanctificationem detur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod prima materia sanctificatio est secundum se: sed secunda magis pertinet ad usum ipsius, secundum quod est actu conferens effectum: & idèò neutra superfluit, quia etiam instrumenta accipiuntur ab artifice & dum fiunt & dum ad actum applicantur.

AD SECVNDVM dicendum, quod illa efficaciam quæ est ex institutione sacramenti, applicatur huic materiae per sanctificationem.

AD TERTIVM patet solutio ex dictis:

EST igitur conclusio S. Tho. affirmatiua, & à Theologis comuniter recepta: & probatur illam illis congruentibus rationibus, quibus probat S. Thomas. Sed est aduertendum, quod conclusio potest intelligi de præcepto humano, id est quod de iure humano requiritur quod oleum extreme vnctionis sit consecratum, ita quod contra præceptum humanum peccat sacerdos qui vteretur in hoc sacramento oleo prophano non consecrato: & hic sit primus sensus conclusionis, & est verus, cum sic habeatur in illo capitulo vnico, de sacra

unctione. Et in concilio Florentino: & potior ratio videtur, quia materia omnium sacramentorum habetum materiam præter actum ipsius recipientis sacramentum, oportet quod sit aliquo modo sanctificata: sed materia sacramenti, qua CHRISTVS usus est, non indiget sanctificatione alia, quia per contactum sui benedicti corporis sanctificauit eam, ut aquam baptismi, & panem eucharistiae: materijs autem confirmationis & extremæ unctionis, non usus est CHRISTVS: ergo oportet quod benedicantur: & fidelis quicumque debet esse contentus his rationibus convenientibus, quia hæc non possunt demonstrari. Duran. tamen impugnat prædictam rationem, prius quia si illud esset verum fieret iniuria Christo, quando benedicatur aqua ante baptismum: quia significaretur quod sua sanctificatio per proprium tactum, ut dicit ratio, non erat sufficiens. Secundo probat, quia CHRISTVS est unctus fuit ut patet quando Magdalena unxit eum. Dico ad primum horum quod non fit iniuria Christo, propterea quod iterum benedicatur aqua, quia non fit ad significandum insufficientiam sanctificationis Christi, sed ad mouendum ad deuotionem ipsos recipientes sacramentum, & ad solennitatem & reuerentiam sacramenti, vel ad aliquam significationem. Et secundum Durandum sequeretur, quod post consecrationem panis fieret iniuria Christo cum sunt aliae cruces & benedictiones, quod falsum est. Ad secundum dico, quod CHRISTVS nunquam usus est unguento vel oleo, tanquam sacramento vel ad finem faciendi vel instituendi sacramentum. Duran. autem assignat aliam rationem quæ est, quod materia sacramenti & minister debent habere aliquam proportionem: Ideo dicit quod quando sacramentum determinat ministrum consecratum, oportet materiam esse consecratam: sed hæc ratio etiam est congruens: potissima ratio est, quia sic habet ecclesia à tempore Christi & apostolorum, & sic instituit CHRISTVS ipse seruator. ¶ Secundus sensus poterat esse, quod de iure diuino necessario oleum, ut conficiatur sacramentum, debet esse consecratum, aliàs si administraretur sacramentum in oleo non consecrato, non erit verum sacramentum: & dico quod sic est etiam intelligenda conclusio, quod de iure diuino requiritur quod oleum sit consecratum, ut sit materia huius sacramenti, aliàs non conficietur sacramentum, Christo sic instituente: Hoc probatur, quia semper ecclesia hoc ita habuit, quod oleum ad conficiendum sacramentum sit consecratum, tanquam materia necessaria ad hoc sacramentum. Secundo hoc asserit Beda super illud Iaco. 5. infirmatur quis in vobis &c. quia textus sic habet: infirmatur quis in vobis inducat presbiteros ecclesiae, & orent super eum, ungentes

eum oleo in nomine domini: notat Beda in nomine domini, id est consecrato in nomine domini &c.

Articul. sextus.

Vtrum oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod non oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum, quia dignior est consecratio materia in sacramento eucharistiae quam in hoc sacramento, sed in eucharistia materiam sacerdos potest consecrare: ergo & in hoc sacramento.

PRÆTEREA, operibus corporalibus, ars dignior nunquam præparat materiam inferiori: quia dignior est, quæ vitur ea quæ præparatur: ut dicitur in secundo Philosophorum, sed Episcopus est supra sacerdotem: ergo non præparat materiam in hoc sacramento quo sacerdos vitur: sed sacerdos dispensat hoc sacramento, ut dicitur: ergo consecratio materia ad Episcopum non pertinet.

SED contra est, quia in alijs unctionibus etiam materia per Episcopum consecratur: ergo ita debet esse in ista.

RESPONDEO dicendum, quod minister sacramenti non inducit effectum sacramenti propria virtute, ut principale agens: sed per efficaciam sacramenti quod dispensat: quæ quidem efficaciam. primo est à Christo & ab ipso in alios descendit ordinate. s. in populum ministris qui sacramenta dispensant, & in ministros inferiores mediante superioribus qui materiam sanctificant: & ideo in omnibus sacramentis quæ indigent materia sanctificata, prius sanctificatio materia fit per Episcopum, & usus quandoque per sacerdotem: ut ostendatur sacerdotalis potestas ab Episcopali deriuata, secundum illud psal. sicut unguentum in capite quod prius descendit in barbâ, deinde

deinde vsq; ad oram vestimenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sacramentum eucharistiae consistit in ipsa materia sanctificatione, non autem in visu: & ideo proprie loquendo illud quod est materia sacramenti, non est quid consecratum: unde non præexigitur aliqua sanctificatio circa materiam per episcopum facta, sed exigitur sanctificatio altaris & huiusmodi: & etiam ipsius sacerdotis, quæ non nisi per Episcopum fieri potest: unde in illo etiam sacramento ostenditur potestas sacerdotalis ab Episcopo deriuata, ut Dio. dicit: ideo illam consecrationem materia potest facere sacerdos quæ est in se sacramentum, & non illam quæ ut sacramentale quoddam ordinatur ad sacramentum, quod consistit in visu fidelium: quia quantum ad corpus Christi verum nullus ordo est supra sacerdotium, sed quantum ad corpus Christi mysticum, episcopalis ordo est supra sacerdotalem: ut infra dicitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod materia sacramenti non est talis materia, ut in qua fiat aliquid per eum qui ea vitur, sicut est in artibus mechanicis, sed ut eius virtute aliquid fiat, & sic percipiat aliquid de ratione cause agentis in quantum est instrumentum diuinae operationis: & ideo oportet quod à superiore arte vel potestate, talis virtus materiae adquiratur: quia in causis agentibus quanto aliquid agens est prius, tanto est perfectius. In causis autem pure materialibus quanto materia prior, tanto imperfectior.

IN HOC articulo. 6. vnica est conclusio affirmatiua, nempe quod requiritur materia consecrata per Episcopum ad hoc sacramentum, quæ ab omnibus conceditur: & probatur, quia ecclesia semper sic habuit, nempe quod ad extremam unctionem requiritur oleum per Episcopum consecratum, & quod ex officio solus Episcopus potest consecrare oleum, ut sit apta materia unctioni extremæ: Sed est dubium, an summus pontifex possit committere simplicibus sacerdotibus quod benedicat illud oleum pro unctione extremæ: Ad quod respondet Scotus in 4. d. 7. q. 1. affirmatiue: consentit Paludanus d. 23. q. 1. conclusio. 3. in fine: quibus ego subscribo, nempe quod licet de iure communi, etiam diuino, & ex officio solus Episcopus debeat & possit oleum extremæ

unctionis benedicere, ut patet 26. q. 6. cap. 2. & 3. tamen ex commissione pontificis summi simplex sacerdos poterit hoc facere: & licet isti doctores non probent hoc, sed dicant simpliciter verbo. Probo ego in hunc modum, quia in concilio Toletano. 1. cap. 20. dicitur, quod ante illud concilium in aliquibus locis clericis chrisma conficiebant: sed concilium prohibet illud, dicens, deinceps non faciatur: sed non irritatur factum, ergo tenebat. Et ideo dicendum est de benedictione olei pro extrema unctione, cum eadem sit ratio. imò maior est ratio de chrismate quam de benedictione olei infirmorum. Et in eodem concilio & loco citato dicitur ista verba formalia, chrisma omni tempore possunt episcopi conficere, & sine scientia Episcopi nihil penitus presbiteri agere presumant: ex quibus colligitur quod ex commissione potest presbiter simplex benedicere oleum extremæ unctionis. Et ita dicendum est secundum S. Tho. qui tenet quod ex commissione summi pontificis simplex sacerdos poterit sacramentum confirmationis administrare: si igitur simplex sacerdos potest ipsum sacramentum ex commissione administrare: ergo poterit ex eadem commissione eius materia benedicere quod minus est, & nobiscum est Caiet. 3. p. q. 72. art. 3. Si autem hæc sit an ex commissione Episcopi possent simplices sacerdotes benedicere oleum pro extrema unctione, dicendum partem affirmatiuam esse probabilē, propter illa verba quæ citauimus ex concilio Toletano. 1. ca. 20. Securius est pars negatiua, cum consuetudo ecclesie sit in contrarium. Unde colligitur quod ex officio soli Episcopi habent potestatem benedicendi oleum pro sacramento extremæ unctionis: sed ex commissione maxime summi pontificis, etiam simplex sacerdos poterit oleum illud benedicere. Est tamen dubium an requiratur necessario ad essentiam sacramenti quod oleum prædictum sit consecratum, ut dictum est: vel an sufficiat non consecratum ad veritatem sacramenti: consecratio autem sit ad reuerentiam & solennitatem: Ad quod S. Tho. Duran. & Paluda. respondent virtualiter (licet non moueant dubium in forma) quod ad veritatem sacramenti extremæ unctionis, est necessario oleum esse consecratum, ut dictum est, aliàs non erit verum sacramentum ex defectu materiae, sicut si conficeretur eucharistiam in hordeo non efficeretur verum sacramentum: Quod autem prædicti doctores illud sentiant, patet, quia dicunt, quod nec summus pontifex potest aliquem extremæ ungeri oleo non benedicto: & S. Tho. in 3. p. in illa q. 72. dicit verbum hoc formale, necesse est quod sit oleum consecratum: sed quia hoc verbum potest, est æquiuocum: quia quando Durandus & Paluda. dicunt, quod summus Pontifex non potest ungeri aliquem oleo non benedicto, potest intelligi quod non potest ob ritum ec-

Secunda. 4. quest. 31. art. 6.

clesiæ qui est in contrarium, & non propter veritatem & essentiam sacramenti: unde quâdo S. Tho. dicit quod est necesse quod oleum benedictum sit, potest intelligi de necessitate præcepti humani vel diuini, & non de necessitate sacramenti. Caieta. autem ubi supra mouet dubium & non fuit ausus determinare, nec in vnam nec in aliam partem: sed potius inclinat in hanc partem, nempe quod non est necessarium oleum esse consecratum ad essentiam sacramenti extremæ vnctionis, sed esto prædictum sacramentum conficiatur oleo nõ consecrato, erit verum sacramentum: peccabit tamen sacerdos conficiens oleo non consecrato: Unde ego colligo hanc conclusionem priorem in ordine, saluo meliori iudicio. Probabile est, quod illa consecratio olei nõ est de essentia sacramenti: probatur prius, quia in illis verbis Iacobi præallegatis, exprimitur materia huius sacramenti, nempe oleum simpliciter, & nulla mentio fit de consecratione: & exprimitur forma in illis verbis, & orent super eum in nomine domini: & exprimitur effectus in illo verbo, & si in peccatis est &c. & non fit aliqua mentio de prædicta consecratione: exprimitur etiam minister in illo verbo, inducat presbyteros ecclesiæ: ergo &c. Nec obstat si dicas, quod ecclesia potest determinare quod illa consecratio est necessaria, quia licet id verum sit: nondum tamen determinauit quod illa consecratio sit de necessitate sacramenti, quia licet in concilio Florentino & in cap. vnico de sacra vnctione, dicatur, quod materia huius sacramenti est oleum benedictum, potest tamen hoc interpretari de necessitate præcepti & ritus ecclesiæ: cum ecclesia hætenus non definiat prædictam consecrationem esse de necessitate sacramenti, & quod hoc sit de fide tenendum. Secundo in cap. pastoralis de sacramentis non iterandis, petitur ab Innocentio tertio, an sacramentum confirmationis in eo debeat reiterari qui per errorem fuit quidem vnctus oleo & non chrismate: & respondet pontifex quod nihil iterandum est, sed caute supplendum quod incaute omisum est: ergo non erat repetenda forma: ergo primum fuit verum sacramentum sine consecratione materiæ: ergo eodem modo in extrema vnctione dicendum videtur, quod non requiritur consecratio materiæ ad veritatem sacramenti. Secunda conclusio est, Tutius est dicere quod benedictio materiæ est de essentia sacramenti extremæ vnctionis: & pro nobis est Paluda in 4. d. 7. q. 1. Et hoc videtur sentire concilium Florentinum, & Tridentinum, quæ simpliciter dicunt materiam huius sacramenti esse oleum consecratum modo aliquo prædicto: & ad cap. pastoralis, respondet Paludanus non inhibetur ibi quod repetatur forma sacramenti, imo Innocentius dicit, quod fiat

de nouo omnia, & tunc non est iteratio, cum primum non fuerit sacramentum ex defectu materiæ (vt dictum est,) & Adria. dicit quod illud verbu Innocentij, nepe nihil est iterandum, sit intelligendum. scilicet de ceremonialibus, aut essentialibus sacramenti, quâdo sacramentum fuerit consecratum. Sed hæc solutiones videntur contra intentionem Innocentij in prædicto cap. quia si verum est quod dicunt Adria. & Paludanus, deberet Innocentius dicere quod non erat ille confirmatus. Præterea in prædicto cap. fuerunt proposita duo: primum erat, an diaconus qui sine impositione manus ordinatus est, deberet sic manere, vel an rursus manus illi essent imponendæ tanquam non legitime ordinatus? Alterum est quid agendum esset de illo qui fuit confirmatus sine chrismate sed cum oleo non benedicto: Et respondet pontifex eodem tenore quod nihil reiterandum est, sed caute supplendum quod incaute omisum est: at impositio manuum diacono non est de essentia, vt asserit ipse Paludanus cum S. Th. & nos inferius præsius tractabimus: ergo non videntur præfati doctores bene respondisse ad prædictum capitulum. Præterea secundum Theologos communiter summus pontifex potest mutare omnes benedictiones: ergo non est de essentia quod oleum sit benedictum ad conficiendum sacramentum: consequentia probatur, quia non habet ecclesia potestatem mutandi illa quæ sunt de essentia sacramentorum. Vltimo, Marci. 6. nõ dicitur nisi quod Apostoli vngebant oleo, & nusquam reperitur benedictio: ergo non requiritur necessario benedictio olei ad veritatem sacramenti. His non obstantibus dico, quod consecratio olei est de necessitate sacramenti, quia ita videtur sentire ecclesia in prædictis concilijs & sancti super Iaco. cap. 5.

Artic. septimus

Vtrum hoc sacramentum habeat aliquam formam?



DE SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non habeat aliquam formam: cum. n. efficaciam sacramentorum sit ab institutione, & item a forma: oportet quod forma tradatur ab ipso qui sacramentum instituit: sed forma huius sacramenti non inuenitur tradita nec à Christo nec ab apostolis: ergo hoc sacramentum non habet aliquam formam.

Secunda. 4. quest. 31. art. 7. fo. 396.

inuenitur tradita nec à Christo nec ab apostolis: ergo hoc sacramentum non habet aliquam formam.

PRAETEREA, ea quæ sunt de necessitate sacramenti observantur eodem modo apud omnes, sed nihil magis est de necessitate sacramenti habentis formam, quam ipsa forma: ergo cum non sit aliqua forma communiter observata ab omnibus in hoc sacramento: quia diuersi diuersis verbis vtuntur: videtur quod hoc sacramentum non habeat aliquam formam.

PRAETEREA, in baptismo non requiritur forma nisi ad sanctificationem materiæ: quæ est aqua, verbo vitæ diluendis criminibus sanctificata: sed hoc sacramentum habet materiam prius sanctificatam: non ergo indiget aliqua forma verborum.

SED contra est quod Magister dicit, quod omne sacramentum nouæ leg. videtur quod habeat formam.

PRAETEREA, ad hoc est ritus vniuersalis ecclesiæ, quæ quibusdam verbis vtitur in collatione huius sacramenti.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt, quod nulla est forma de necessitate huius sacramenti, sed hoc videtur derogare effectui huius sacramenti, quia omne sacramentum efficit significando. Significatio autem materiæ nõ determinatur ad effectum determinatum cum ad multa se possit habere nisi per formam verborum: & ideo in omnibus sacramentis nouæ leg. quæ efficiunt quod figuram oportet esse, & res & verba: Et præterea Iaco. totam vim sacramenti huius, videtur constituere in oratione quæ est forma huius sacramenti, vt dicitur: & ideo prædicta opinio præsumptuosa videtur & erronea: & propter hoc dicendum sicut communiter dicitur, quod habet formam determinatam sicut & alia sacramenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sacra scriptura omnibus communiter proponitur: & ideo forma baptismi qui ab omnibus dari potest, debet in sacra scriptura exprimi: & similiter forma eucharistiæ quæ exprimit sacramenti illius fidem quæ est de necessitate

salutis: sed formæ aliorum sacramentorum non inueniuntur in scriptura tradita, sed ecclesia ex traditione apostolorum habet, qui à domino acceperunt: vt dicit Apostolus. I. ad Cor. 11. Ego. n. accepi à domino quod & tradi di vobis.

AD SECVNDVM dicendum, quod illa verba quæ sunt de essentia formæ, s. oratio deprecatoria ab omnibus dicitur: sed alia quæ sunt de bene esse nõ observantur ab omnibus.

AD TERTIVM dicendum, quod materia baptismi habet quandam sanctificationem per se ex ipso actu carnis saluatoris, sed ex forma verborum accipit sanctificationem actu sanctificantem: & similiter post sanctificationem materiæ huius sacramenti secundum se requiritur sanctificatio in usu per quam actu sanctificet.

EST in hoc septimo articulo conclusio S. Tho. affirmatiua, quæ etiam est omnium doctorum, nempe quod sacramentum hoc habet aliquam formam, & præter rationes, quibus eam probat S. Tho. probatur ex concilio Florentino: ubi dicitur, quod omnia sacramenta constant ex rebus & verbis quæ verba sunt forma. Secundo probatur ex antiquissimo ritu ecclesiæ, quæ semper vsa est aliqua forma in hoc sacramento: ergo sacramentum hoc habet aliquam formam. Tertio Iaco. dicit orent presbyteri super eum, nempe infirmum: & postea vngetes eum oleo in nomine domini, in quibus verbis significat apostolus formam debere esse in hoc sacramento: ergo habet formam. Quarto omnia alia sacramenta habent formam: ergo hoc: cum nulla sit ratio vnde hoc excipi debeat. Quinto sacramentum efficit quod significat: at non significaret exacte aliquem effectum si non haberet formam vocalem: ergo non potest iam hodie dubitari de conclusione.

SED contra, quia nulla forma est expressa in euangelio huius sacramenti. Ad hoc respondet S. Tho. & omnes, quod licet non sit aliqua forma expressa in scriptura huius sacramenti propter hoc, quia sacramentum hoc non erat tam necessarium. Secundo arguitur ad idem, diuersæ ecclesiæ diuersis formis vtuntur: vt Mediolanensis ex diuo Ambrosio vtitur forma indicatiua: & Romana & alia cum ea ex diuo Gregorio vtitur deprecatiua: ergo sacramentum hoc formam aliquam nõ habet. Ad hoc respondetur quod ex prædicto antecedenti non sequitur illatum, sed solum sequitur quod debet esse aliqua forma vel hæc vel illa. i. debet esse forma vel vna vel altera

postquam omnes vtuntur aliqua forma. Secundo dico & melius, quod licet in verbis sit aliqua diuersitas in ritu diuersarum ecclesiarum: non est tamen in significatione & sensu verborum, sed omnes seruat eundem sensum: quod sufficit ad vnitatem peculiarem formæ sacramenti, vt dicitur de forma baptismi Latinorum & Grecorum: nam Latini dicunt: ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: Greci autem dicunt, baptizetur seruus Christi in nomine patris &c.

Artic. octauus.

Vtrum forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam & non deprecatiua?

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam & non deprecatiua. quia sacramenta noua leg. habent certum officium: sed certitudo effectus non exprimitur in formis sacramentorum nisi per orationem indicatiuam: vt cum dicitur, hoc est corpus meum: vel, ego te baptizo &c. ergo forma huius sacramenti debeat esse indicatiua.

PRÆTEREA, in formis sacramentorum debet exprimi intentio ministri: quæ requiritur ad sacramentum: quæ non exprimitur nisi per orationem indicatiuam: ergo &c.

PRÆTEREA, in quibusdam ecclesiis dicuntur huiusmodi verba, in collatione huius sacramenti: vnguo hos oculos oleo sanctificato, in nomine patris &c. & hoc est conforme alijs formis sacramentorum: ergo in hoc videtur quod consistit forma huius sacramenti. Sed contra: Illud quod est forma sacramenti, oportet quod ab omnibus seruetur: sed verba predicta non dicuntur secundum consuetudinem omnium ecclesiarum: sed tantum verba deprecatiua. s. per istam sanctam vntionem & piissimam suam misericordiam indulgeat tibi dominus quidquid peccasti per visum &c. ergo forma huius sacramenti est oratio de-

precatiua.

PRÆTEREA, hoc videtur ex verbis Iacobi, qui attribuit efficaciam huius sacramenti orationi, oratio fidei inquit sanabit infirmum: ergo cum efficaciam sacramenti sit ex forma, videtur quod forma huius sacramenti sit oratio deprecatiua.

RESPONDEO dicendum, quod oratio deprecatiua est forma huius sacramenti, vt patet per verba Iacobi. & ex vsu Romanae ecclesie quæ solum verbis deprecatiue vntur in collatione huius sacramenti: cuius ratio multiplex assignatur. Primo, quia suscipiens sacramentum hoc, est viribus proprijs destitutus: vnde indiget orationibus subleuari. Secundo, quia datur exeuntibus qui iam desunt esse de foro ecclesie & in solius Dei manu requiescunt. vnde de ei per orationem committuntur. Tertio, quia hoc sacramentum non habet aliquem effectum qui semper ex oratione ministri consequatur omnibus quæ sunt de essentia sacramenti etiam rite peractis, sicut caracter in baptismo & confirmatione & transubstantiatio in eucharistia, & remissio peccati in penitentia existente contritione quæ est de essentia huius sacramenti: & ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicatiui modi sicut in predictis sacramentis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc sacramentum sicut & predicta, quantum est de se habet certitudinem: sed potest ex fictione impediri recipientis, etiam si sacramentum se subiiciat per intentionem quod nullum effectum consequatur: & propter hoc non est simile de hoc & de alijs sacramentis, in quibus semper aliquis effectus consequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod per ipsum actum qui imponitur in forma, s. per istam sanctam vntionem satis exprimitur intentio.

AD TERTIVM dicendum, quod verba illa indicatiui modi, quæ secundum morem quorundam præmittuntur orationi, non sunt forma huius sacramenti, sed sunt dispositio ad formam in quantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba.

IN

IN ISTO articulo 8. est conclusio S. Tho. affirmatiua, nempe quod in hoc sacramento extremæ vntionis debet esse forma deprecatiua: & de hac materia. s. qualis debeat esse forma huius sacramenti. s. an deprecatiua vel potius indicatiua. Dicit Albert. Mag. in 4 d. 23. q. 4. quod legit in aliquibus ecclesijs formam hanc, ego vnguo oculos tuos exempli gratia, & postea addebat sacerdotes deprecationem hanc. s. per istam vntionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum: ergo ex ista historia colligitur quod forma huius sacramenti vel debet esse indicatiua, vel mixta ex indicatiua & deprecatiua. Paludani tamen vbi supra q. 1. dicit quod triplex potest esse forma huius sacramenti: altera indicatiua vt illa quam citabat Alber. altera deprecatiua, vt illa qua nunc vntur Rom. ecclesia: alia vero quæ constat ex vtraque, ita quod partim sit deprecatiua & partim indicatiua. Primam dicit fuisse institutam à Diuo Ambr. qui multa instituit circa ecclesie ceremonias, & sic in sua Mediolanensi ecclesia instituit quod sub illa forma indicatiua administraretur predictum sacramentum. Et Diuus Greg. instituit officium huius sacramenti quo nunc vntur ecclesia Rom. & in illo officio Grego. est ista alia forma deprecatiua, nempe, per istam vntionem & suam piissimam misericordiam, &c. Vnde ipse Palud. colligit sententiam aliquibus propositionibus, quarum prior est: Forma indicatiua sufficit ad veritatem sacramenti: quæ probat, quia in quodam consilio quæsitum fuit an essent tenenda ea quæ Diuus Ambro. ordinauerat circa sacramenta, & diuinum cultum: & à patribus qui erant in consilio fuit responsum, quod in sua duraxat ecclesia Mediolanensi seruarietur illa, & in toto alio residuo orbe seruarietur alia quæ instituit Diuus Grego. tam circa sacramenta quàm circa diuinum cultum. Secunda propositio est, forma deprecatiua sufficit ad veritatem & reuerentiam sacramenti huius, cum ecclesia Rom. illa vntur. Tertia propositio est, forma mixta etiam est sufficiens, cum non impediatur sensus & significatio huius sacramenti eo quod ambæ formæ adduntur. Quarta propositio est, quælibet ecclesia debet seruare suum ritum in hoc, postquam quantum ad essentiam sacramenti quælibet sufficit, cum omnes idem significant, piaculum est vnicuique sacerdoti mutare ritum suæ ecclesie. Opinio autem S. Th. ea est, quod sola oratio deprecatiua est forma, & indicatiua nullo modo potest esse forma huius sacramenti. Et hæc est communis sententia theologorum quam probat Diuus Tho. ex Iac. cap. 5. qui ibidem expressit omnia quæ sunt de essentia huius sacramenti, & nunquam expiuit formam indicatiuam. Ergo illa oratio

indicatiua non potest esse forma huius sacramenti. Minor probatur, quia dixit orant. s. sacerdotes pro eo. s. infirmo: & rationes congruentes ad hoc, nempe quare ista forma debet esse deprecatiua, adducit S. Tho. in litera, vide ibi. Et ad argumetum Paludani nempe quod aliquæ ecclesie vtebantur illa forma indicatiua, responderet S. Tho. ad tertium, quod non vtebantur illa propositione indicatiua tanquam forma, nec illa sola vtebantur, sed vtebantur illa indicatiua tanquam dispositione quadam ad aliam deprecatiua, & hoc solum permiserunt predicti patres in illo concilio quod Palud. citat, licet eum non nominet: & ideo conformiter ad S. Thomam, nos respondebimus aliquibus propositionibus. Prior est, forma deprecatiua ecclesie Rom. est necessaria de necessitate præcepti, quia ita præcipitur in concilio Florent. Secunda propositio est, si ita esset quod Roma. ecclesia permitteret ecclesijs aliquas particulares vti forma indicatiua tenendum esset quod illa sufficiebat. Hæc est Ricard. in 4 d. 23. ar. 1. q. 4. ad 2. & est Darand. in 4. in eodem loco q. 3. & probatur, quia non permittit Spiritus sanctus ecclesiam errare in re tam graui. Tertia propositio. Non est certum nec probabile quod aliquæ ecclesie vntur sola illa forma indicatiua: hanc scribit Capreu. in 4 d. 23. & probatur, quia si aliqua ecclesia vteretur sola illa forma indicatiua, maxime ecclesia Mediolanensis, vt dicebat Palud. sed illa non, cum S. Tho. fuit Italus, & sepe fuit in illo ducatu Mediolanensi. Et si illa ecclesia vteretur sola predicta forma indicatiua, dixisset illud S. Tho. & non transiret sic pede sicco. Et Alber. Mag. dicit quod non vidit ecclesiam quæ vteretur sola illa forma indicatiua, vidit tamen aliquas quæ vtebantur forma mixta ex indicatiua & deprecatiua, licet putarunt predictæ ecclesie quod indicatiua erat forma: sed eorum deceptio non obstabat vero sacramento, cum apponerent aliam veram formam deprecatiua, ergo sola propositio indicatiua non est forma. Quarta propositio, Ecclesia potest mutare formam dummodo maneat semper deprecatiua, & significet illam vntionem quæ fit in isto sancto sacramento. Probatur, quia Iac. solū dicit quod presbyteri orant. &c. Et oratio est deprecatiua & non indicatiua. Sed hæsitabis an debeat esse in ipsa forma inuocatio trinitatis, nempe in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Ad quod Palud. & Angel. respondent affirmatiue & addunt quod debet etiam apponi signum crucis, probant ex cap. Nunquid, de consecra. d. 5. vbi dicitur quod omne sacramentum debet terminari signo crucis. Sed nec S. Thom. neq. alius sanctus. meminit signi crucis, neq. inuocationis trinitatis. Ideo dico quod non est necessaria inuocatio trinitatis expressa, neq. signum.



signū crucis: neq. verba citati cap. sunt præceptiua vt gl. ibid. inquit. Sed sunt verba statuti & decetia: decens est enim quod in omnibus sacramētis inuocetur trinitas & fiat signum crucis, sed non est necessarium ad veritatem sacramenti. ¶ Vterius circa illud quod dicit S. Tho. in 3. rati. tractando quare requiratur forma deprecatiua, nempe quod positus omnibus requisitis ad essentiam huius sacramenti, non sequitur effectus aliquis. Insuper Palu. dicens in causis naturalibus positus omnibus requisitis ad agendum, semper sequitur effectus: ergo etiam in hoc sacramento. Dicendum quod S. Tho. non dicit quod positus omnibus requisitis non sequatur effectus, sed quod positus omnibus requisitis ad essentiam sacramenti, multoties non sequitur effectus sacramenti, quia bene stat quod ponantur omnia requisita ad essentiam sacramenti, & quod non sequatur effectus cum possit poni obex peccati ex parte recipientis, in quo ad istum sacramentum non requiritur actus, sed ad habendum effectum requiritur vel quod recipiens sit in gratia, vel ad minus dispositus per attritionem. ¶ Nota vterius quod quando S. Tho. dicit in litera quod contritio est de essentia pœnitentiæ, est intelligendum quod non capitur ibi cōtritio in rigore propriæ, sed pro dolore qui sit attritio, vt iupra in materia contritionis diximus.

Articul. nonus.

Vtrum prædicta oratio sit cōpetens forma huius sacramēti?



AD NONVM sic proceditur. Videtur quod prædicta oratio non sit cōpetens forma huius sacramenti. Quia in formis aliorū sacramētōrū fit mentio de materia, sicut patet in confirmatione quæ non fit in prædictis verbis: ergo non est cōueniens forma.

PRÆTEREA, sicut effectus huius sacramenti prouenit in nos per misericordiam diuinā, ita & aliorū sacramētōrū: sed in formis aliorū sacramētōrū non fit mentio de misericordia diuina, sed magis de trinitate & passione: ergo similiter debet esse hic.

PRÆTEREA, duplex effectus huius sacramēti in litera ponitur, sed in verbis præ-

dictis non fit mentio nisi de vno. s. de remissione peccatorum: non autem de corporali sanatione, ad quam Iac. ordinat orationē fidei dicens: oratio fidei sanabit in firmum: ergo forma prædicta est incompetens.

RESPONDEO dicendum, quod prædicta oratio est cōpetens forma huius sacramenti, quia tangit sacramentum in hoc quod dicitur per istam sanctam vñtionē, & illud quod operatur in sacramento. s. diuinam misericordiam: & effectum. s. remissionē peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod materia huius sacramenti potest intelligi per actū vñtionis: non autem materia confirmationis per actum in forma expressum: & ideo non est simile.

AD SECUNDVM dicendum, quod misericordia respicit miseriam, & quia hoc sacramentum datur in statu miserie, scilicet infirmitatis, ideo potius hic quam in alijs fit mentio de misericordia.

AD TERTIVM dicendum, quod in forma debet exprimi effectus principalis, & qui semper inducitur ex sacramento, nisi sit defectus ex parte recipientis: non autem talis effectus est corporalis sanitas: vt ex dictis patet, quamuis quandoq; sequatur: ratione cuius Iac. hūc effectum tribuit orationi quæ est forma huius sacramenti.

CIRCA titulum huius arti. est aduertendum, quod querere an prædicta forma deprecatiua sit cōueniens: est querere an hæc forma, per istam sanctam vñtionem & suam pijsimā misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per auditum. & c. sit cōueniens. Et respondetur affirmatiue, & redduntur rationes cōuenientie, vt habes in litera.

SED est dub. an sacramentum hoc sit necessarium necessitate præcepti: ad quod Theologi communiter respondent negatiue: & ratio aliquorum est, quia inde probatur sacramentum esse necessarium quia ordinatur ad remittendum peccatum & dandum gratiam, quæ homines (inquiunt) tenentur habere sub nouo præcepto: & quia baptismus & pœnitentia ordinatur ad remissionē culpæ, ideo sunt sub præcepto: hoc autem sacramentum non ordinatur ad remissionem peccatorum, ideo non est sub præcepto, nec ecclesiæ, nec diuino.

Vnde

Vnde colligunt, tria sacramenta esse necessaria necessitate præcepti, nempe baptismū, pœnitentiā, & eucharistiā: & duo sunt quibus nolle vti non esset peccatum mortale, vt confirmatio & extrema vñtio, secluso tamen contemptu. Ideo ego dico prædictam conclusionē esse veram & communem, nempe quod sacramentum hoc non est necessarium sub præcepto nec diuino nec humano. Illud tamē quod dicebatur in ratione quam reddūt nonnulli DD. vt diximus, nempe quod homo tenetur sub nouo præcepto ad habendā gratiam, non est verū: quia non tenetur homo nisi ad præcepta Dei & ecclesiæ, & nusquā reperitur tale præceptum distinctum ab alijs, nempe habito gratiā. Sed prædicta ratio est bona quoad illud quod dicit, illa sacramēta solum esse necessaria sub præcepto quæ ordinantur immediate ad tollendum peccata mortifera & ad vñtionem charitatis, veluti baptismus & pœnitentia quæ ordinantur ad remittendū peccata, & eucharistiā quæ ordinatur ad vñtionē charitatis.

PRÆTEREA, aduerte quod Magist. sent. in d. 23. cap. 2. dicit quod si quis dimittat sacramentum hoc ex negligentia vel ex contemptu, est periculosum & damnabile. Quantum ad illud quod dicit ex contemptu, bene dicit, sed quoad illud quod dicit, ex negligentia, aut non est tenendus, aut interpretandus est, quod illud verbum quod apponitur periculosum esse. & c. referatur ad illud ex negligentia, quia qui negligens est disponitur ad cōtemptum. Ideo periculosum est negligere sacramentum hoc quia exponit se periculo cōtemnendi, sed negligentia per se non facit peccatum mortiferum: contemptus autem in quacūq; materia est peccatum mortale. Vnde colligimus duas conclusiones, nempe quod negligentia per se non est peccatum mortiferum, cōtemptus autem semper est mortalis. ¶ Sed hæsitabis merito quid est iste contemptus, aut hoc cōtemnere quod peruenit ad peccatum mortale? Ad quod respondebimus aliquibus propositis onibus. Prior est, cōtemnere nō est non credere quod sacramentum hoc non habeat virtutem sanandi vltimatē, quia hoc esset infidelitas. Secunda propositio est, cōmittere aliquid quod erat præceptum non est contemptus cum sit inobediencia. Tertia propositio est. Multoties omittere id quod est sub præcepto, non est cōtemptus, quia alias quotiescūq; aliquis bis aut ter transgreditur regulam vel præceptum, peccaret ex contemptu, quod dici nō potest, nec aliquis vnquam dixit. Quarta propositio est, nolle vti remedio habita opportunitate, ad aliquem effectū etiā spirituale, non est contemptus: quia opposito dato, omnis qui non comedit quando eget peccaret ex contemptu, quod falsum est.

Quinta propositio est, Nō est cōtemptus nō vti remedio necessario ad aliquem effectum tempore ab ecclesia determinato, quia alias quotiescūq; quis non confitetur ex verecūdia tempore ab ecclesia determinato, cōtemneret: quod falsum est, cum possit sic peccare peccatum inobedientiæ, & non contemptus. Sexta propositio est, Cōtemptus est nolle recipere id quod præceptum vel regula dicit, cū scientia illius præcepti aut regulæ, hac intentione quia nō vult ille subijci tali legi sine quacūque alia causa vel occasione. Hoc S. Tho. 2. 2. q. 186. arti. 9. ad 3. Sylu. st. in sum. verb. cōtemptus q. 1. Vnde colligitur quod quantumcūq; quis pluries nolit recipere hoc sacramentum, aut frangat aliquod præceptum, si facit ob aliam causam vel occasionem, & non prædicta intentione, non cōtēnit: esto si frangat præceptum peccet mortaliter.

Quæstio 32.

De effectū huius sacramenti.

DEINDE considerandum est de effectū huius sacramenti.

Circa quod queruntur tria.

PRIMO, vtrum extrema vñtio valeat ad remissionem omnium peccatorum?

SECUNDO, vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti?

TERTIO, vtrum hoc sacramentum characterem imprimat?

Artic. primus.

Vtrum extrema vñtio valeat ad remissionem omnium peccatorum?



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod extrema vñtio non valeat ad remissionem omnium peccatorum. Ad hoc enim quod per vnum potest effici, aliud non exigitur: sed in eo qui extremā vñtionem accipit, requiritur pœnitentia ad peccatorum remissionem: ergo per extremā

Vnde

Unctionem non dimittuntur peccata.

PRÆTEREA, in peccato non sunt nisi tria, macula, reatus poenae, & reliquia peccati: sed per extremam unctionem non remittitur peccatum quo ad maculam sine contritione, quae etiam sine unctione remittitur: nec iterum quo ad poenam, quia adhuc si conualescat tenetur perficere satisfactionem iniunctam: nec quo ad reliquias culpae, quia adhuc remanent dispositionibus ex actibus precedentibus relictae, ut patet post conualescentiam: ergo nullo modo per extremam unctionem fit peccatorum remissio.

PRÆTEREA, remissio peccatorum non fit successiue, sed in instanti: sed extrema unctio non fit tota simul, quia plures unctiones requiruntur: ergo eius effectus non est remissio peccatorum.

SED contra est, quod dicitur Iac. 5. si in peccatis est dimittentur ei.

PRÆTEREA, omne sacramentum non leg. gratiam confert: sed per gratiam fit remissio peccatorum: ergo extrema unctio cum sit sacramentum non leg. operatur ad remissionem peccati.

RESPONDEO dicendum, quod quodlibet sacramentum est institutum principaliter ad unum effectum, quamuis etiam alios ex consequenti inducere possit: & quia sacramentum efficit quod figurat, ideo ex ipsa significatione sacramenti debet accipi eius principalis effectus. Adhibetur autem hoc sacramentum secundum modum cuiusdam medicationis, sicut baptismus per modum ablutionis: medicina autem est ad pellendum infirmitatem: unde principaliter hoc sacramentum est institutum ad sanandum infirmitatem peccati: ut sicut baptismus est quedam spiritualis regeneratio, & poenitentia quedam spiritalis suscitatio ita & extrema unctio est quedam spiritalis sanatio vel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio praesupponit corporalem vitam in medicato, ita spiritalis: & ideo hoc sacramentum non datur contra defectus quibus spiritalis vita tollitur. s. contra peccatum originale & mortale: sed contra illos defectus quibus homo spi-

ritualiter infirmatur: ut non habeat perfectum vigorem ad actus vitae, gratiae, vel gloriae: & hic defectus nihil est aliud quam quedam debilitas & ineptitudo, quae in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali: & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. Sed quia hoc robur gratia facit quae secum non compatitur peccatum, ideo ex consequenti si inuenit peccatum aliquod vel mortale vel veniale quo ad culpam tollit illud, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis: sicut etiam de eucharistia & confirmatione supra dictum est. & ideo etiam Iaco. de remissione peccati conditionaliter loquitur dicens: si in peccatis sit dimittitur ei, quo ad culpam: non enim semper delet peccatum, quia non semper inuenit sed semper remittit quo ad debilitatem praedictam, quam quidam reliquias peccati dicunt. Quidam vero dicunt quod principaliter est institutum contra veniale, quod quidem non potest dum hic vita agitur, perfecte curari: & ideo sacramentum exuentium specialiter contra veniale ordinatur. Sed hoc non videtur verum, quia poenitentia sufficienter etiam in vita delet venialia quo ad culpam: quod autem non potest curari post peractam poenitentiam non aufert poenitentiae praecedenti suum effectum, & iterum hoc pertinet ad debilitatem praedictam. Unde dicendum quod principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorum quo ad reliquias peccati, & ex consequenti etiam quo ad culpam si eam inueniat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis effectus principalis alicuius sacramenti possit haberi sine actuali perceptione illius sacramenti, vel sine sacramento, vel per aliud sacramentum ex consequenti: nunquam tamen haberi potest sine proposito illius sacramenti: & ideo quia poenitentia est principaliter instituta contra actualē culpā quodcumque, aliud sacramentum actualē culpā delet, ex consequenti non excludit necessitatem poenitentiae.

AD SECVNDVM dicendum, quod extrema unctio aliquo modo quantum ad illa tria remittit peccatum. Quamuis enim culpa quo ad maculam sine contritione non dimittatur.

tatur, tamen hoc sacramentum per gratiam quam infundit, facit quod ille motus lib. arb. in peccatum sit contritio: sicut etiam in eucharistia & confirmatione potest accideri. Similiter etiam & reatum poenae temporalis dimittit: sed ex consequenti in quantum debilitatem tollit, quia eandem poenam leuius portat fortis quam debilis, unde non oportet quod propter hoc minuatursatisfactionis mensura. Reliquiae autem peccati non dicuntur hic dispositiones ex actibus relictae, quae non sunt quidam habitus inchoati, sed quaedam spiritualis debilitas in ipsa mente existens, quae sublata & eisdem habitibus vel dispositionibus manentibus, non ita potest inclinari mens ad peccatum dimittendum.

AD TERTIVM dicendum, quod quando sunt multae actiones ordinate ad effectum unum, vltima est formalis respectu omnium precedentium, & agit in virtute earum. & ideo in vltima unctione gratia infunditur quae effectum sacramento praeber.

IN HOC primo articulo scribit S. Tho. duas conclusiones affirmatiuas quarum prior est, Hoc sacramentum est immediate & directe institutum ad remittendum reliquias peccatorum i. languorem & debilitatem quae relinquantur ex peccato originis & actuali. Secunda est, ex consequenti remittit omnia peccata quae inuenit, si suscipiens sacramentum ad minus sit attritus. **SED** est dub. non dissimulandum, cum in omni sacramento aliquid sit quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est res & sacramentum simul, quid in hoc sacramento est res & sacramentum simul, postquam sacramentum hoc non imprimat characterem: qui character in sacramentis imprimendis characterem, est res & sacramentum simul. Ad quod respondebimus aliquibus propositionibus. Prior est, In hoc sacramento exterior unctio est sacramentum tantum, & gratia quae ibi confertur est res tantum per cuius collationem fit remissio reliquiarum peccatorum, ut dictum est: & deuotio quae significat gratiam, & est significata per unctionem exteriorem, est res & sacramentum simul: quam deuotionem, ut arti 3. sequenti refert S. Tho. ad tertium, vocat Magif. senten. unctionem interiorem, & non est opus quod sit semper habitus seu actus, quod postea praesius dicemus. Secunda propositio est, Effectus principalis huius sacramenti est

remissio peccatorum quo ad reliquias peccati, & minus principalis est sanitas corporalis. Unde ad ambas partes arguitur in hac q. ex verbis Iac. Apolto. 5. ubi sic ait. Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis est remittetur ei. Vides quod ille exprimuntur hi duo effectus, & non est dicendum quod sanitas corporalis sit principalis effectus, cum sacramenta non fuerint instituta ad aliquod temporale principaliter. Cum igitur sanatio corporalis sit effectus vnus huius sacramenti. (ut ostensum est) concedendum est esse effectum minus principalem. Sed contra, baptismus & poenitentia sunt sacramenta instituta ad remittendum peccata, ergo non hoc, quia alias aliquod istorum sacramentorum esset superuacaneum, aut aliquod eorundem non esset sufficiens. Ad quod ferunt omnes Theologi ut Ricar. Scot. Bonauen. Duran. Maior. in 4. in materia huius sacramenti dicunt quod per remissionem peccatorum intelligitur hic remissio venialium quantum ad culpam. Et ad argumentum in oppositum dicit Duran. quod consequentia non valet, quia licet baptismus, poenitentia, & hoc sacramentum ordinentur ad remissionem peccatorum, tamen differunt quia aliqua sunt peccata quae occidunt animam: & contra ista ordinantur duo sacramenta, nempe baptismus qui dat nouam vitam, non prius perditam per proprium actum recipientis baptismum: poenitentia autem dat vitam perditam proprio actu recipientis ipsam. Alia sunt peccata quae non tollunt vitam spiritualem nec temporalem, ut venialia, & ad haec tollenda ordinatur hoc sacramentum, & non sacramentum poenitentiae, saltem formaliter & directe: quia non est necessarium iacramentum poenitentiae ad dolendum de illis peccatis. Sed contra quod Duran. dicit arguitur in hunc modum. Ideo dicit, quod poenitentia non est sacramentum necessarium ad venialia, quia sunt multa alia remedia: ergo non erat opus instituire hoc sacramentum, quia poterat venialia per aquam lultralem & alia sacramentalia remitti.

PRÆTEREA Durandus ait, quod modus quo remittit hoc sacramentum veniale, est quia per istud sacramentum sanatur anima a grauamine corporis, & per hoc est in isto recipiente quidam motus in Deum, sine quo non sufficeret sacramentum ad remittendum venialia. ¶ Contra si esset iam bonus motus in Deum in suscipiente, posset esse tantus, ut remitterentur omnia venialia per ipsum: ergo non est necessarium sacramentum ad remittendum venialia.

PRÆTEREA, inter ceremonias huius sacramenti vna & ex prioribus est, quod fiat confessio generalis, vel confessio pectoris, & quodlibet horum sufficit ad remissionem venialium, quod

quod in confessio est apud oēs: ergo superuacane additur vnctio hæc extrema ad talē remissionem. Neq; obstat si dicas quod aliquando non potest infirmus confiteri, neque tondere pectus, cum iam sit à sensibus alienatus grauitate infirmitatis. Etiam colligam quod aliquando non poterit habere illum motum Durandi.

PRÆTEREA, licet infirmus nō possit facere prædicta, nēpe confiteri generaliter. &c. Sed cum ecclesia instituit tanquam preambula ad hoc sacramentum, illa nempe per quæ remittuntur venialia, lignum est quod hoc sacramentum non ordinatur ad venialia quo ad culpas.

PRÆTEREA, si id quod ait Duran. est verū, etiā sanis deberet conferri hoc sacramentū: probatur sequela, quia oēs sani habent multa venialia. ideo ad principale argumentum respondet Bonauen. quod quia venialia quādiu durat vita ita sunt inuitabilia quodam modo, ideo etiā post pœnitentiam ordinatur extrema vnctio ad illa remittenda. Sed contra, nihil obstat quod propterea quod venialia sint quodammodo inuitabilia quod pœnitentia non ordinetur ad illa, & quod ordinetur hoc sacramentum extremæ vnctionis, si enim pœnitentia erat sufficiens remedium in hac vita contra venialia: ergo etiā in morte vel in proxima dispositione ad mortem. Et ideo S. Tho. aliter dicit, nempe quod non ordinatur ad remissionem venialium, aut mortalium directè & immediatè quo ad culpam, quia pœnitentia est sufficiens ad reddendum vitam spiritualem, cū debitis alijs circumstantijs integrè & equè principaliter, tam quo ad venialia quā quo ad mortalia. Ideo sit prior propositio ad mentem S. Thomæ. B. pulmus est ad tollenda peccata, & ad dandum nouam vitam perditam peccato originis & non proprio actu recipientis.

Secunda conclusio est, Pœnitentia est ad tollendum peccata commissa post baptismum, & ad restituendum vitam perditam proprio actu recipientis, quo ad culpas: quo ad pœnā autem non est peculiare sacramentum institutum: sed ex ijs quæ superius diximus de indulgentijs possemus dicere quod ad remittendum peccata quo ad pœnā, est thesaurus ecclesiæ applicandus virtute clauium.

Tertia conclusio est, Directè & immediatè extrema vnctio est contra reliquias peccatorū, vt dictum est. Sed contra istam tertiam conclusio. S. Tho. insurges in hūc modum, Aut illæ reliquiae sunt reatus pœnæ, aut habitus viciosi ex actibus malis derelicti: non primum, quia ipse Tho. fatetur quod sacramentum hoc nō ordinatur ad tollendam pœnā debitam peccatis immediatè & directè, cum ad illam tollendam potius ordinetur pœnitentia: nec secun-

dum, quia postea in sanitate ille infirmus in vnctus nō inuenit se promptiorem ad bonū post extremam vnctionem quam antea, & nō sunt aliqua alia quæ possunt dici reliquiae peccatorum: ergo extrema vnctio nō tollit eiusmodi reliquias: cuius oppositum dicebat 3. conclu. His non obstantibus dicendum est cū S. Tho. ad maiorem præfati argumenti, quod illæ reliquiae nec sunt pœnæ peccatorum, nec habitus viciosi, sed sunt quædam debilitas, ineptitudo, & impotentia ad actus gratiæ & gloriæ exercendos, à quibus languoribus directè sanatur æger pro hoc sacramēto, in hūc sensum, quod aliter iuuatur à Deo ille æger qui vnctus est extremè quam iuuaretur si nō esset vnctus hac sacra vnctioe, quod expresse allerit S. Tho. in corpore huius art. & ad secundum argumentum.

Sed contra insurgit Duran. in 4. d. 23. q. 1. quia illo dato sequeretur quod deberet conferri sanis hoc sacramentum, cum etiam habeant illas debilitates & defectus ad faciendum opera meritoria: ergo, &c. Ad hoc respondet S. Thom. hoc negando sequelam, & ratio est in promptu, quia sacramentum efficit quod significat, & solum est administrandum in subiecto apto eius significationi, & quia sacramentum hoc significat curationem quandam per modum medicinæ, quæ applicatur infirmis, (viventibus tamen) ideo sacramentum hoc non potest ministrari sano, sed infirmo tantū. Vnde ita docuit Iaco. cap. 5. infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesiæ, &c. Rursum arguitur in hanc modum, Sæpe infirmi quando inunguntur non possunt operari opera virtutis: ergo non est ille effectus sacramenti, nempe corroborare infirmum & aboluere illum ab illa debilitate, vt operetur opera virtutis. Ad hoc argumentum dicendum, quod sacramentum hoc quantum est de se, semper absoluit infirmū à prædictis reliquijs peccatorum, vt æger mittatur ab ecclesia ad Deū absoluit. Secundo dico, quod si æger quādo inungitur adhuc habet vsum rationis, longe melius operabitur post sacramentū hoc sumptum quā antea. Tertio dico, quod si redeat ad sanitatem, longe melius operabitur cum sacramento suscepto quā si non susciperet, quantum est de se, secus si ipse ponat obicem. Tertio arguit Durand effectus huius sacramenti est hilaritas mentis, & non potest esse in infirmis qui vt plurimum quādo inunguntur non habent vsum rationis: ergo vel hoc sacramentum nō debet ministrari infirmis, aut non est ad tollendum prædictas reliquias peccatorum, sed potius ad tollendum peccata venialia, &c. Ad hoc negandum puto, effectum huius sacramenti esse directè hilaritatem illā mentis, sed est deuotio seu remotio debilitatis incussæ à peccato originis vel actuali, vt tradit

tradit S. Tho. in hac q. art. 3. ad tertium. Neq; requiritur quod prædicta deuotio sit actualis cum sufficiat esse habitualis, hoc est, est remotio impedimentorum quæ impediunt bonū actum & illam deuotionem. Quarto, rursus arguit Duran. illa ineptitudo aut debilitas est naturalis & nō est à peccato nisi forte tanquā à remouente prohibens, nempe iustitiam originalem & virtutes: ergo nō indulgetur per sacramentum illa debilitas, quia per sacramentum non indulgetur illud quod est à natura, sed quod est culpa, aut à culpa. Sed contra est quod dicitur in forma huius sacramēti, indulgeat tibi Deus quicquid peccasti per visum. &c. Ideo ad argumentum præfatum ex Duran. in 4. loco, nego antecedens, nempe quod illa debilitas quæ tollitur per hoc sacramentum sit à natura & non à peccato: imò potius asserendum reputo cum S. Tho. 1. 2. q. 85. art. 1. ad tertium, quod naturalia vulnerantur & debilitantur per peccatum originale & actuale, & heberatur intentio in ipso homine, & potētia omnes, ne ita promptè tendant homines in opera gratiæ & gloriæ, quā tenderent si in illis non præcessisset peccatum: nec solū per peccatum actuale mortiferum tollitur gratia et iustitia originalis atq; virtutes, sed etiam sequitur illa debilitas. Quinto, rursus dicit Duran. Iac. non facit mentionem de reliquijs peccatorum sed de ipsis peccatis: ergo non tollit reliquias sed peccata. Ad hoc dicendum est quod propterea Iac. dicit conditionaliter & si in peccatis est remittentur ei, &c. quia principalis effectus huius sacramenti est remittere reliquias, & ex consequenti peccata si languidus sit in peccatis. Secundo dico, quod remittere reliquias est remittere peccata quo ad illas reliquias, &c. Sed hæsitabis an hæc debilitas fiat à peccato per aliquod positium. Ad quod videtur dicendum negatiue, quia nō est ibi aliud positium quā habitus viciosi, sed ultra illos habitus est æger ineptus & hebes ad spiritualia: verum est tamen quod Capreu. vbi supra dicit quod per hoc sacramentū datur quædā qualitas positua quæ vocatur ornatus, aut hospitalitas, qua mediante sacramentū tollit illā debilitatē, sed licet dicat ille Capreu. non probat, nec probari pot., ideo superuacanea est talis qualitas, sed per ipsamet gratiā sacramentalē huius sacramenti tollitur illa ineptitudo, ita (vt iā diximus) quod infirmus inunctus proprius exhibet in actū virtutis & gloriæ, quā non vnctus, cæteris paribus.

Artic. secundus

Vtrū sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod sanitas corporalis non sit effectus huius sacramenti. Omne enim sacramentum est medicina spiritualis: sed spiritualis medicina ad spirituales sanitatem ordinatur, sicut corporalis ad corporalem: ergo sanitas corporalis non est effectus huius sacramenti.

PRÆTEREA, sacramentum semper habet effectum suum in eo qui non fectus accedit: sed quandoq; non sanatur corporaliter suscipiens hoc sacramentum, quantumcunq; deuotus accipiat: ergo sanitas corporalis nō est effectus eius.

PRÆTEREA, efficaciam huius sacramenti nobis ostenditur Iac. 5. sed ibi nō attribuitur sanatio effectus vnctioni sed orationi: dicit enim, oratio fidei sanabit infirmum: ergo corporalis sanatio non est effectus huius sacramenti.

SE D contra, operatio ecclesiæ habet maiore efficaciam post Christi passionem, quā ante, sed ante oleo inuncti per Apostolos sanabantur, vt patet Mat. 6. ergo nunc habet effectum in corporali sanatione.

PRÆTEREA, sacramenta significant efficiunt, sed baptismus per ablutionem corporalem quam exterius facit, significat & efficit spirituales. ergo extrema vnctio per sanationem corporalem quam exterius significat, efficit & causat spirituales.

RESPONDE O dicendum, quod sicut baptismus per ablutionem corporalem facit spirituales emundationem à maculis spiritualibus, ita hoc sacramentum per medicationem sacramentalem exteriorem facit sanationem interiorem: & sicut ablutio baptismi habet effectum corporalem ablutionis, quia etiā corporalem emundationem habet: ita extrema vnctio habet effectum corporalem medicationis. s. corporalem sanationem. Sed hæc differentia est, quia corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementis facit corporalem emundationem, & ideo semper eam facit: sed extrema vnctio non facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materiae sed virtute

que diuina que rationaliter operatur, & quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum nisi secundum quod expedit ad principalem: ideo ex hoc sacramento non sequitur corporalis sanatio semper, sed quando expedit ad spiritualem sanationem, & tunc semper eam inducit, dum modo non sit impedimentum ex parte recipientis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod argumentatio illa probat quod corporalis sanitas non sit effectus principalis huius sacramenti & hoc verum est.

AD SECVNDVM, patet solutio ex dictis.

AD TERTIVM dicendum, quod oratio illa est forma huius sacramenti, ut dicitur, & ideo hoc sacramentum & sua forma habet efficaciam quantum est de se ad sanationem corporalem.

HÆC conclusio affirmatiua S. Thomæ probatur in concilio Florentino, nempe quod sanitas corporalis restituitur ex vi huius sacramenti quando expedit, nec requiritur quod statim miraculose sanetur inunctus, sed paulatim, sanatur tam propter sacramentum. ¶ Secundo, est aduertendum quod illud quod dicitur, quod infirmus sanatur corporaliter quando expedit, ex vi sacramenti, intelligitur secundum presentem iurisdictionem, nempe ut tunc bene utatur gratia & curatione illius sacramenti, quia aliquando si quando infirmus inungitur moreretur saluaretur: & si viuit postea peccat & cõdemnatur. Potest etiam intelligi quod restituitur sanitas corporalis per sacramentum secundum quod expedit ad salutem secundum prædestinationem. Ex his omnibus sequitur quod non est verum quod dicit Bonau. quod curatio corporalis est effectus principalis. i. tenet se ex parte effectus principalis huius sacramenti, quia tunc non remitterentur peccata nisi quando sanaretur corpus, quia non sunt effectus consequentes nisi quando est principalis, nec vnquam alius dixit quod sanitas corporalis tenet se ex parte effectus principalis.

Articu. tertius.

Vtrum hoc sacramentum imprimat characterem?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum imprimat characterem. Character enim signum distinctiuum est, sed sicut baptizatus distinguitur a non baptizato, ita inunctus a non inuncto: ergo sicut baptismus imprimat characterem, ita & extrema unctio.

PRAETEREA, in ordinis & confirmationis sacramentis est unctio sicut in hoc sacramento, sed in illis imprimitur character: ergo & in isto.

PRAETEREA, in omni sacramento est aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res & sacramentum: sed non potest aliquid assignari in hoc sacramento quod sit res & sacramentum nisi character: ergo & in hoc imprimitur character.

SED contra, nullum sacramentum imprimens characterem iteratur, hoc autem iteratur ut dicitur: ergo non imprimat characterem.

PRAETEREA, distinctio que fit secundum characterem sacramentalem, est distinctio eorum qui sunt in presenti ecclesia, sed extrema unctio confertur ei qui exit de presenti ecclesia: ergo non decet quod in eo character conferatur.

RESPONDEO dicendum, quod character non imprimitur nisi in illis sacramentis quibus hoc ad aliquod sacramentum deputatur, sed hoc sacramentum est solum in remedium, & non reputatur per ipsum hominem ad aliquod sacramentum vel suscipiendum: & ideo non imprimitur in eo character.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod character facit distinctionem statuum quantum ad ea que in ecclesia sunt agenda, & talem distinctionem homo non habet ab alijs per hoc quod ipse est inunctus.

AD SECVNDVM dicendum, quod unctio que fit in ordine & confirmatione est unctio consecrationis qua homo deputatur ad aliquod sacramentum, sed hæc unctio est unctio medicationis: & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod in hoc sacramen-

sacramentores & sacramentum non est character, sed quedam interior deuotio que est spiritualis unctio.

CONCLUSIO negatiua S. Thomæ est certa, & semper fuit ab omnibus fidelibus sine controuersia recepta, & probatur quia in concilio Florent. & Trident. dicitur, quod in solis tribus sacramentis, nempe baptismis, confirmatione, & ordine imprimitur character: ergo in isto sacramento non imprimitur character. Nec est difficultas alia ibi tractanda.

Questio. 33.

De ministro huius sacramenti.

DEINDE considerandum est de administratione huius sacramenti.

Circa quod tria queruntur.

PRIMO, vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre?

SECVNDO, vtrum diaconus?

TERTIO, vtrum solus Episcopus?

Articul. primus

Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre?



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod etiam laicus possit hoc sacramentum conferre, quia hoc sacramentum habet efficaciam ex oratione, ut Iaco. dicit: sed oratio laici quandoque est a Deo accepta, sicut sacerdotis: ergo potest hoc sacramentum conferre.

PRAETEREA, de quibusdam presbyteris in Aegypto legitur quod oleum ad infirmos transmittunt & sanantur: & similiter de beata Genouefa quod oleo infirmos ungebat: ergo sacramentum hoc potest conferri etiam a laico.

SED contra est, quia in hoc sacramento fit remissio peccatorum, sed laici non habent potestatem dimittendi peccata: ergo & c.

RESPONDEO dicendum, quod secundum Diony. in ecclesiastica Hier. sunt quidam exercentes actiones hierarchias, & quidam recipientes tantum, qui sunt laici: & ideo nullius sacramenti dispensatio laico ex officio competit: sed quod baptizare possunt in casu necessitatis est diuina dispensatione factum, ut nulli regenerationis spiritualis facultas desit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oratio illa non fit a sacerdote in persona sua, quia cum sit quandoque peccator non esset exaudibilis: sed fit in persona totius ecclesie, in cuius persona orare potest quasi persona publica, non autem laicus qui persona priuata est.

AD SECVNDVM dicendum, quod illæ unctioes non erant sacramentales sed ex quadam deuotione recipientium talem unctionem, & meritis ungentium vel oleum mittentium, consequeretur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanatum, non per gratiam sacramentalem.

CONCLUSIO negatiua huius articuli nempe quod laicus non potest conferre hoc sacramentum, fuit semper communiter recepta ab omnibus fidelibus in hunc sensum, ita quod neque ex potestate ordinaria, neque ex commissione summi pontificis potest laicus sacramentum hoc administrare. Et si quis laicus tentaret facere, poenitus nihil fecisset. Solum enim permissum est laicis baptizare propter necessitatem baptismi, & in cap. vnico, de sacra unctio: & de verborum significatione. quæsiuit, dicitur quod soli sacerdotes possunt sacramentum hoc administrare. Unde colligitur quod, quantumcumque æger sit in extrema necessitate & non sit sacerdos qui administret hoc sacramentum, non potest laicus illud administrare.

SED est dubium, an vnus solus sacerdos possit administrare hoc sacramentum. Et arguitur a parte negatiua, quia Iaco. dicit, Infirmitatem quis in vobis inducat presbyteros ecclesie, in plurali: ergo ad administrandum hoc sacramentum requiruntur multi presbyteri. Hoc tamen non obstante dico, quod de necessitate sacramenti solus vnus sufficit, sed ex decencia debent esse plures sacerdotes, & ita habet consuetudo ecclesie vniuersalis, quod plures sacerdotes conueniunt ad administrandum hoc sacramentum. Et in hac sententia est glo. in illo cap. quæsiuit, de verb. signifi. Et si solus vnus sacerdos administret hoc sacramentum.

tempore quo possunt multi concurrere, verū quidem sacramentum conficit, peccat tamen contra ritum ecclesie agens: si autem in articulo necessitatis non reperitur nisi solus vnus sacerdos, posset licet hoc sacramentum conferre, quod etiam habet glo. in prædicto cap. quæsiuit.

Artic. secundus

Vtrum Diaconi possint hoc sacramentum conferre?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod Diaconi possint hoc sacramentum conferre. Quia secundum Diony.

diaconi habent virtutem purgatiuam, sed hoc sacramentum est institutum ad purgandum tantum ab infirmitate mentis & corporis: ergo diaconi possunt conferre.

PRAETEREA, dignius sacramentum est baptismus quam hoc de quo hic agimus, sed diaconi possunt baptizare, vt patet de beato Laurentio: ergo possunt hoc sacramentum conferre.

SED contra est quod dicitur Iaco. 5. inducat presbyteros ecclesie.

RESPONDEO dicendum, quod diaconus habet vim purgatiuam tantum, non illuminatiuam: vnde cum illuminatio fiat per gratiam, nullum sacramentum in quo gratia confertur diaconus potest dare ex officio: & ideo nec hoc cum in eo gratia conferatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc sacramentum illuminando per gratie collationem purgat: & ideo diacono eius collatio non competit.

AD SECUNDVM dicendum, quod hoc sacramentum non est necessitatis sicut baptismus: vnde non ita committitur dispensatio eius omnibus in articulo necessitatis, sed solum illis quibus ex officio competit: diaconis etiam non competit baptizare ex officio.

IN ISTO articulo 2. est conclusio negativa S. Thomae & omnium Theologorum, nempe quod diaconus, nec in extrema necessitate potest conferre hoc sacramentum, &

si tentaret facere mortiferè peccaret, & nihil penitus fecisset. Contra hoc tamen videtur, diaconus potest administrare sanguinè Christi, vt mos erat in ecclesijs in quibus populus communicabat sub vtraque specie, vt constat apud Ciprianum sermone quinto de lapsis: & per illam administrationem aliquando remittuntur peccata: ergo etiam poterit hoc sacramentum administrare. Ad hoc neganda est consequentia, quia essentia huius sacramenti consistit in vsu: & essentia Eucharistie non consistit in vsu, nisi in consecratione materiae, & ideo diaconus administrans sanguinem Christi nil aliud efficit quam applicare sacramentum iam confectum per sacerdotè, in qua applicatione ex vi illius applicationis non remittuntur peccata, sed ex sumptione, iuxta illud Ioan. 6. qui bibit sanguinem hunc habet vitam in semetipso. Sed contra est, quia diaconus potest baptizare: ergo poterit administrare hoc sacramentum extremæ vnctionis. Neganda est consequentia, quia baptismus permittitur administrari cuiusque, ex diuina ordinatione quia est sacramentum magnæ necessitatis, vt in prima 4. diximus, sacramentum autem hoc non est necessarium, vt iam declarauimus.

Articu. tertius

Vtrum solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre. Quia hoc sacramentum vnctione perficitur, sicut & confirmatio: sed solus Episcopus potest confirmare: ergo solus potest hoc sacramentum conferre.

PRAETEREA, qui non potest quod minus est, non potest quod maius: sed maior est vsus materiae sanctificatae quam sanctificatio eius, quia est finis ipsius: ergo cum non possit sanctificare materiam, non potest materia sanctificata vti.

SED contra, huius sacramenti minister inducendus est ad eum qui suscipit sacramentum, vt patet Iaco. 5. sed Episcopus non potest accedere ad omnes infirmos suae diocesis: ergo non solus Episcopus potest hoc sacramentum conferre.

RESPONDEO dicendum, quod secundum Diony. Episcopus proprie habet perficiendi officium sicut sacerdos illuminandi: vnde illa sacramenta dispensanda solis Episcopi reseruantur qui suscipientem in aliquo statu perfectionis super alios ponunt: hoc autem non est in hoc sacramento, cum omnibus datur, & ideo per simplices sacerdotes potest administrari.

RESPONDEO dicendum, quod secundum Diony. Episcopus proprie habet perficiendi officium sicut sacerdos illuminandi: vnde illa sacramenta dispensanda solis Episcopi reseruantur qui suscipientem in aliquo statu perfectionis super alios ponunt: hoc autem non est in hoc sacramento, cum omnibus datur, & ideo per simplices sacerdotes potest administrari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod confirmatio imprimat characterem quo collocatur homo in statu perfectionis, vt supra dictum est: non autem hoc est in hoc sacramento, & ideo non est simile.

AD SECUNDVM dicendum, quod quamuis in genere causae finalis vsus materiae sanctificatae sit potior quam sanctificatio materiae, tamen in genere causae efficientis sanctificatio materiae est potior, quia ab eodem pendet vsus, sicut ab actiuacausa, & ideo sanctificatio requirit altiore virtutem actiuam quam vsus.

ISTA conclusio negativa, nempe quod non solus Episcopus potest sacramentum hoc conferre, sed etiam simplices sacerdotes ex officio, est & fuit semper ab omnibus fidelibus recepta: & probatur ex Iaco. qui ait, Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesie, &c. Et ratione confirmatur, quia omnes presbyteri habent potestatem remittendi peccata: ergo etiam administrandi hoc sacramentum, & omnia alia ad minus quae non constituunt hominè in aliquo statu perfectionis, vt est sacramentum ordinis, & sacramentum confirmationis. Neque obstat illud quod dicitur cap. presbyteros. 95. d. nempe quod permittatur sacerdotibus vngere infirmos oleo: si permittitur, ergo non licet eis ex officio. Dicendum quod saepe permittitur sacerdotibus &c. i. ita est quod sacerdotes possunt illud facere. Et si petas an debeat necessario sacramentum hoc per proprium sacerdotè administrari, sicut poenitentia: ita quod si ministraretur per non proprium non sit sacramentum: Respondet Palu. d. 23. q. 2. art. 2. quod debet sacramentum hoc ex præcepto ecclesie administrari per proprium sacerdotè, quia quilibet Parætius debet sumere sacramenta à suo sacerdote. Sed si ex commissione proprii sacerdotis, non proprius sacerdos ministrat hoc sacramentum, factum tenet & licet administrat. Si autem sine licentia proprii sacerdotis

ministrat, verū quidem administrat sacramentum, sed peccat. Ratio prioris partis est, quia materia circa quam, huius sacramenti est homo infirmus solum, & non est homo subditus, sicut in poenitentia. Et ideo est verum sacramentum hoc administratum à non proprio sacerdote, & non poenitentia: quia materia circa quam poenitentia non est homo simpliciter, sed homo subditus. Vnde in necessitate potest quilibet sacerdos quemlibet licite iungere, sicut poenitentiam & Eucharistiam administrare: imò peccaret si requisitus non faceret: tempore tamen interdicti de iure communi potest administrari poenitentia & Eucharistia indigenti, sed non extrema vnctio, vt habetur de poeniten. & remi. cap. quod in te. Est rursus aduertendum quod quando proprius sacerdos est excómmunicatus aut suspensus, potest dare extraneo facultatem vngendi infirmum sibi subditum, sicut etiam poenitentiam administrandi. Ratio est, quia ista non sunt principaliter iurisdictionis, sed potius ordinis, cum fiant sine tumultu iudicij. Non tamen potest delegare totum suum officium, quia hoc est principaliter iurisdictionis, à qua priuatur excómmunicatus & suspensus. Vltimò est aduertendum (vt iam supra diximus) quod esto quod Iac. dicit in plurali presbyteros ecclesie, non requiritur quod sint multi simul, sed vnus sufficit ad veritatem sacramenti: & esto concurrant multi, vnus solus debet totum agere ex necessarijs ad sacramentum. Est tamen valde conueniens & decens quod conueniant multi presbyteri ad administrationem huius sacramenti propter ceremonias & orationes quae ibi dicuntur: vnde fit quod in monasterijs religiosorum ordinatur, quod omnes qui sunt in conuentu vadant ad inungendum religiosum infirmum.

Quaestio. 34.

Quibus hoc sacramentum conferri debet, & in qua parte.

DE INDE considerandum est de his quibus hoc sacramentum conferri debet, & in qua parte corporis.

Circa quod quaeruntur sex.

PRIMO, Vtrum sanis debeat hoc sacramentum conferri?

SECUNDO, Vtrum debeat conferri in qualibet infirmitate?

TERTIO, Vtrum debeat conferri furiosis & amentibus?

QUARTO, utrum pueris?

QUINTO, utrum totum corpus hoc sacramento inungi debeat?

SEXTO, utrum conuenienter determinentur partes in quibus inungitur?

SEPTIMO, utrum mutilati in prædictis partibus inungi debeant?

Articul. primus

Utrum hoc sacramentum sanis conferri possit?



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod etiam sanis conferri debeat hoc sacramentum, quia principalior effectus huius sacramenti est sanatio mentis quam sanatio corporis, ut dictum est, sed etiam sani corpore indigent sanatione mentis: ergo eis etiam debet hoc sacramentum conferri.

PRÆTEREA, hoc sacramentum est exeunium sicut baptismus intrantium: sed omnibus intrantibus baptismus datur. ergo omnibus exeuntibus debet dari hoc sacramentum: sed quandoque illi qui sunt in propinquo exitu sunt sani, sicut illi qui decapitadi sunt: ergo aliis debet hoc sacramentum dari.

SED contra est quod dicitur Iac. 5. Infirmatur quis in vobis, &c. ergo solum infirmis competit.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum est quedam spiritualis curatio, ut dictum est, quæ quidem per quendam corporalis curationis modum significatur: & ideo illis quibus corporalis curatio non competit. s. sanis, non debet hoc sacramentum conferri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis spiritualis sanitas sit principalis effectus huius sacramenti, tamen oportet quod per curationem corporalem significetur curatio huius sacramenti spiritualis, etiam si corporalis sanatio non sequatur: & ideo solum illis hoc sacramento sanitas spiritualis dari potest, quibus corporalis curatio competit. s. in-

firmis: sicut ille solus potest, baptismum suscipere qui potest corporalis ablutionis esse particeps, non autem puer in ventre matris existens.

AD SECVNDVM ergo patet, quod baptismus etiam non est nisi illorum intrantium qui corporali ablutioni subijci possunt: & ideo hoc sacramentum illorum tantum exeunium est quibus corporalis curatio competit.

EST conclusio S. Thomæ in hoc articulo quod hoc sacramentum non debet administrari sano, sed tantum infirmo. Probat ex Diuo Iaco. qui dicit, infirmatur quis in vobis. &c. & confirmat ex modo quo applicatur hoc sacramentum, quia applicatur per modum curationis corporalis, qui modus non competit sano. Et ut presius ista tractentur est primum dub. an hoc sacramentum debeat administrari mortuo? & a parte affirmatiua arguitur in hunc modum. Quia Diony. dicit in 7. cap. ecclesiasticæ Hierarchiæ, quod sacerdos & alij debent osculari cadauer delatum in ecclesiam, & tunc debent infundere oleum, videtur quod illa infusio olei erat extrema unctio: ergo mortuo est administrandum hoc sacramentum. Hoc non obstante respondetur quod nullo modo mortuo potest administrari hoc sacramentum. Et si quis hoc tentaret nihil penitus fecisset, quia iam talis cui ibi non sit anima, non poterit recipere huius sacramenti principalem effectum, & esset administrare sacramentum ligno vel lapidi. Et ad Diony. dico, quod illa unctio non erat sacramentalis, sed fiebat in honorem defuncti, & ad representandum resurrectionem quam expectamus.

SED infurget Duran. d. 23. q. 4. contra rationem principalis conclusionis: prius, si illa ratio valet. s. quia applicatur per modum curationis, quæ curatio non est nisi infirmorum, & ideo debet dari vero infirmo corporaliter: sequeretur quod penitentia non esset nisi mortuorum, quia etiam est effectiue quedam spiritualis resuscitatio, sicut extrema unctio est quedam spiritualis curatio. i. quedam efficiens curationem spiritualem. Ad hoc respondet ipse Duran. quod non est simile, cum penitentia non applicetur per modum resuscitationis. Rursus arguitur ad idem, Si prædicta ratio probaret, sequeretur quod baptismus non posset applicari nisi immundo corporaliter, cum sit quedam ablutio spiritualis effectiue: ergo sicut extrema unctio eo quia est spiritualis curatio, non potest dari nisi ægroto corporaliter: ita baptismus eo quia est ablutio corporalis non poterit administrari nisi immundo corpora-

poraliter. Dico consequentiam hanc non valere, cum ablutio conuenire possit etiam mundo, & curatio non nisi ægroto, & ista omnia confiteretur ipse Duran. Sed arguit Palu. illa unctio exterior non significat determinatè sanationem: ergo propter hoc non debet necessario administrari ægroto. Ad hoc respondetur quod determinatur significatio materiæ ad istam curationem spiritualem per formam. Potest esse alta ratio ad probandum quod hoc sacramentum est administrandum solis infirmis, & nullo modo sanis, quia est medicina instituta pro illis qui per se non possunt operari ad tollendum infirmitates spirituales: sani autem possunt per se laborare ad tollendum debilitates & effectus ex peccatis prouenientes quæ dicuntur reliquiæ peccatorum, ut supra diximus. Sed ulterius arguitur contra istas prædictas rationes, quia confirmatio est unctio sicut unctio extrema, & tamen non requiritur quod confirmandus sit æger, aut debilis, aut timidus corporaliter: ergo neque requiritur quod vngendus extreme sit æger. Dicendum tamen non esse simile, quia qui confirmatur inungitur ut pugil ad defendendam fidem, & non ut curandus sicut qui extreme inungitur.

Artic. secundus

Utrum hoc sacramentum debeat dari in quolibet infirmitate?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum dari debeat in quolibet infirmitate. Quia Iaco. 5. Vbi hoc sacramentum traditur nulla infirmitas determinatur: ergo omnibus infirmantibus debet hoc sacramentum conferri.

PRÆTEREA, quanto remedium est dignius, tanto debet esse generalius: sed hoc sacramentum est dignius quam medicina corporalis. cum ergo medicina corporalis omnibus infirmis detur, videtur etiam quod hoc sacramentum.

SED contra, hoc sacramentum dicitur ab omnibus extrema unctio: sed non omnis infirmitas ad extremum vite perducit, cum quedam ægitudine sint causa longioris vite, ut dicit philosophus: ergo in omnibus infirmitatibus non debet hoc sacramentum dari.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum est vltimum remedium quod ecclesia potest conferre immediate, quasi disponens ad gloriam, & ideo illis tantum infirmantibus debet exhiberi qui sunt in statu exeunium, propter hoc quod ægrotudo nata est inducere mortem, & de periculo timetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quælibet infirmitas augmentata potest mortem inducere: & ideo si genera infirmitatum pensentur in quadam ægrotudine, potest dari hoc sacramentum, quia apostolus non determinat infirmitatem aliquam: sed si pensetur infirmitatis modus & status non semper debet infirmantibus hoc sacramentum dari.

AD SECVNDVM dicendum, quod medicina corporalis habet pro principali effectu sanitatem corporalem, qua omnes infirmi in quolibet statu indigent: sed hoc sacramentum habet pro principali effectu illam sospitatem quæ exeuntibus & iter ad gloriam agentibus est necessaria, & ideo non est simile.

PENES ea quæ tractantur in isto articulo aduerte quod communis consensus Theologorum est, quod non omnis infirmus est extreme inungendus, sed illi soli qui sunt in apparenti periculo mortis: vnde deo requiruntur ad hoc quod aliquis possit vngi. Primum est, quod sit infirmus: Secundum est, ut sit periculosa infirmitas: huius ratio est, quod hoc sacramentum est vltima medicina: ideo debet solum adhiberi quando non est aliud remedium, nec spes in remedijs naturalibus: & hæc est potior ratio, & si alia soleant signari a Diuo Tho. & alijs ut videbis in illo. Vnde hanc consuetudinem semper seruauit ecclesia, nempe quod non inunxit nisi infirmum laborantem periculosa infirmitate.

SED contra hoc argumentatur Luterus cum alijs hæreticis, prius quidem inquit. Quod Iacobus loquitur de omni infirmo cum dicit infirmatur quis in vobis. &c. ergo omni infirmo est administranda extrema unctio. Secundo hoc sacramentum est ad salutem etiam corporalem: ergo debet administrari omni infirmo. Tertio dicit quod nos fingimus hoc nomen, extrema unctio, quia Iacobus non dicit extreme vel extrema, sed in vniuersum dicit infirmatur quis in vobis. &c. ergo debet dari omni infirmo. Ad hæc facile est respondere. Et ad primum nego antecedens: & ipsemet Iaco. videtur significare, quod ut infirmus sit inungendus debet laborare periculosa infirmitate cum dicat, inducat præbiteros ecclesiæ, quia

quando infirmitas est facilis, nō erat opus vocare præsbyteros ecclesiæ, quia alia essent, facilia remedia, ideo inducuntur præsbyteri ecclesiæ tãquam vltimum remedium. Vnde ecclesia in administratione huius sacramenti vtitur aliquibus orationibus significatibus morbum lethalem, ex his respondetur ad alia argumenta, quia esto hoc sacramentum sit etiã ad salutem corporalem, sed nō ad omnem, sed ad conuenientem, de qua iam desperat homines via naturali: & hoc conueniebat primitiua ecclesiæ, vt manifestè videret homines & virtute sacramenti sanabantur. Secūda ratio est, Quia sacramentum hoc sanado animam, sanat corpus, & vt infirmus cognosceret quod peccata fuerunt causa illius corporalis infirmitatis, expectatur illud tempus quando nō apparet aliud remedium ad sanandum illam infirmitatem. Et hoc ipsum significat ecclesia (vt iam diximus) in orationibus quibus vtitur in hoc sacramento. In quarum vna sic ait. Quæsumus ònipotens Deus, vt sicut famulo tuo Ezechias erat in periculosa infirmitate, vt ei denūciauit Propheta. Alia oratio inquit. Respice Domine famulum tuum, vt castigationibus emendatum continuo se sentiat tua medicina sanatum. In quibus orationibus manifeste significatur quod petitur sanitas quam per naturam infirmus ille habere non potest, Sed hæntabis an omnes infirmi laborantes periculosa infirmitate sint extremè vngendi. Ad quod respondent communiter Theologi negatiuè, & prius, Pueri àte vsu ratiōis nō sunt vngendi, quia esset mendatum in forma sacramenti, vbi dicitur, Indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, &c. Pueri tamen ante vsu rationis non peccauerunt. Secundo, excipiuntur perpetuo amentes à natiuitate propter præfatam rationem, quia nunquã peccauerunt. Tertio, illi qui tenent quod effectus huius sacramenti est tollere & remittere peccata venialia, dicunt quod adultus qui baptizatur in extremis nō est vngendus, quia per baptismum remittuntur ei venialia: Sed secundum S. Tho. ille sic in articulo extremæ necessitatis baptizatus, est vngendus extremè quia adhuc erunt reliquie peccatorum & tementa diaboli, contra quæ est hoc sacramentum. Et hanc sententiam S. Thomæ asseuerat Osiensis & Palud. in ista materia. Quarto, damnati ad mortem & si sint naturaliter infirmi nō sunt vngendi. Vna ratio est, quia sunt publicè peccatores & infames. Ideo merito priuantur ab ecclesia hoc sacramento. Et Palud. addit quod forte nec Eucharistia danda est eis, propter prædictam rationem. Ego autem dico, quod ratio quare damnati ad mortem non sunt vngendi, non est illa signata à Palud. sed sumitur ex effectū minus principali huius sa-

cramenti que est sanitas corporalis. Vnde quia nō est illis damnatis ad mortem spes vitæ, ideo non sunt vngendi: secus autem si naturaliter essent morituri, quia adhuc est spes sanitatis recuperandæ. Ad illud autem quod addit Palud. quod nec Eucharistia est illis danda, dico illud esse falsum: & esto quod ecclesia possit illos priuare hoc sacramento, hæntenus tamen non fecit, imò expresse dicitur in cap. super eode heret. lib. 6. quod esto sit hereticus relapsus & tradendus curiæ seculari, si tamen ostendit signa pœnitentiæ & petit veniam peccatorum suorum, non ei est neganda pœnitentia & Eucharistia ab eo petita. Vnde patet quod nō est eadem ratio de Eucharistia & extrema vntione. Vltimò colligitur ex prædictis, perperam facere iudices seculares cum aliquos damnat ad mortem non permittere eos cōmunicare.

Articul. tertius.

Vtrum hoc sacramentum debeat dari furiosis?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod furiosis et amentibus hoc sacramentum dari debeat. Quia tales egredientes sunt periculosissima

& cito ad mortem disponunt: sed periculo debet adhiberi remedium: ergo hoc sacramentum quod est remedium sanitatis humanæ, debet talibus conferri.

PRÆTEREA, dignius sacramentum est baptismus quàm istud, sed baptismus datur furiosis, vt supra dictum est: ergo & hoc sacramentum eis debet dari.

SED contra, hoc sacramentum non est nisi recognoscentibus ipsum dandum: sed tales non sunt furiosi & amentes: ergo eis dari non debet.

RESPONDEO dicendum, quod ad effectum huius sacramenti percipiendum plurimum valet deuotio suscipientis & personale meritum conferentium, & generale totius ecclesiæ: quod patet ex hoc quod per modum deprecationis forma huius sacramenti conferitur: & ideo illis qui non possunt recognoscere, & cum deuotione suscipere, hoc sacramentum dari non debet. Et præcipue furiosis &

amentibus

amentibus qui possent irreuerentiam sacramento per aliquam immunditiam facere, nisi haberent lucida intervalia quibus sacramentum recognoscerent, & sic eis cōferri in statu illo posset.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis in periculo mortis tales quandoque sint, tamen remedium per deuotionem propriam non potest eis applicari: & ideo non debet eis conferri.

AD SECVNDVM dicendum, quod baptismus non requirit motū lib. arb. & ideo non est simile: & præterea baptismus est sacramentum necessitatis, non extrema vntio.

IN HOC articulo est conclusio S. Thomæ negatiua, nempe quod furiosis & amentibus non est administrandum hoc sacramentum. Ratio est, propter venerationem debitam sacramento, quia non est conueniens quod administraretur nisi illis qui reuerenter & deuotè illud suscipiunt, aut ad minus illis qui nō sunt in periculo inferendi irreuerentiam aliquam prædicto sacramento. Palud. tamen dicit quod si ante amentiam aut in amentia si iam exp. etat sacramentum, si ante amentiam fuit bonæ vitæ, debet illi administrari sacramentum. Sed securius est quod dicit S. Tho. quia aliàs fieret irreuerentia sacramento, & potius procurandū est quod sacramentum digne & reuerenter administraretur quàm bonum personæ, quia cum iniuria vnus non est procurandum bonum alterius: Secus si amentis haberet lucida intervalia, quia tunc cum est in prudentia petens sacramentum potest vngi. Contra illud tamen quod dicit S. Tho. nempe quod requiritur deuotio in suscipiente hoc sacramentum, arguitur in hunc modū. Non requiritur actus ex parte suscipientis sacramentum, cum sæpe administraretur infirmis non habentibus iam vsu rationis: ergo non est verum quod dicit S. Tho. Dicendum tamen ad hoc quod diuus Tho. intelligit quod requiritur deuotio ex parte suscipientis. i. quod non sit in periculo inferendi irreuerentiam sacramento. Contra conclu. tamen principalem est grauius dubiū, quia baptismus est administrandus amentibus qui quando erant in prudentia voluerunt baptizari, vt dicitur de baptismo & eius effectū cap. maiores. Et hoc ipsum asseueravit S. Tho. in 3. p. q. 68. arti. 12. Eucharistia etiam esto sit inter sacramenta perfectissima, est administranda amentibus vel freneticis qui ante amentiam ostenderunt signa pœnitentiæ, & petierunt Eucharistiã. Quod asserit S. Tho.

3. p. q. 80. art. 9. quod confirmatur. 26. q. 6. cap. is qui. Ergo hoc dicendū est de extrema vntione. Ideo credo quod si infirmus non est in periculo inferendi irreuerentiam sacramento, quod potest inungi.

Articu. quartus

Vtrum hoc sacramentum dari debeat pueris?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum debeat dari pueris, quia eisdem infirmitatibus quadoque laborant pueri & adulti, sed eisdem morbo debet adhiberi idem remedium: ergo sicut adultis, ita & pueris debet hoc sacramentum dari.

PRÆTEREA, hoc sacramentum datur ad purgandum reliquias peccati, vt supra dictum est, tam originalis quàm actualis: sed in pueris sunt reliquie originalis peccati: ergo eis debet hoc sacramentum dari.

SED contra est, quod nulli debet dari hoc sacramentum cui non competit forma sacramenti, sed forma sacramenti non competit pueris qui non peccauerunt per visum & auditum, vt in forma exprimitur: ergo eis dari non debet hoc sacramentum.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum exigit actualem deuotionem in suscipiente, sicut & Eucharistia, vnde sicut Eucharistia non debet dari pueris, ita nec hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non datur contra reliquias originalis peccati, nisi secundum quod sunt per actualia peccata quodammodo confortata: vnde principaliter contra actualia peccata datur, vt ex ipsa forma patet, quæ non sunt in pueris.

AD SECVNDVM dicendum, quod infirmitates in pueris non sunt ex peccato actuali causatæ sicut in adultis: & contra illas præcipue infirmitates hoc sacramentum datur, quæ sunt ex peccato causatæ quasi peccati reliquie.

CONCLUSIO huius articuli negativa recepta est comuniter ab omni Theologo, & nos iam supra disputauimus istam quaerit. Et reddimus rationem quare pueris non administratur hoc sacramentum. Est tamen dubium circa hunc & praecedentes articulos, An si sanus, aut puer, aut amens vel freneticus ungetur sit verum sacramentum. Ad quod respondebo aliquibus propositionibus. Prior est, Si sanus ungetur non est sacramentum, probatur, quia sanus non est subiectum capax huius sacramenti, cum subiectum huius sacramenti debet esse homo infirmus, ut constat ex Iacob. infirmatur quis in vobis inducat praebiteros ecclesiae, &c. Secundo, hoc sacramentum applicatur per modum curationis, quod in ipso significatur: ergo ita debet esse, aliis esse mendatum in sacramento Secunda conclusio si detur pueris ante usum rationis non est verum sacramentum, quia esset mendatum in forma, cum pueri non peccauerunt. Tertia conclusio est, Si administratur amentibus perpetuo a natiuitate, non est sacramentum propter praedictam rationem, quia etiam non peccauerunt, & sic esset falsa forma sacramenti. Quarta propositio est, Si administratur laboranti graui infirmitate, licet non lethaliter, & talis fuerit peccator, probabile est quod est sacramentum, cum tunc omnia necessaria ad sacramentum concurrant. Quinta propositio est, Si sacramentum administratur alicui leui infirmitate laboranti, non esset sacramentum, quia tunc deicit subiectum capax sacramenti, quia cum ille vel ex natura vel leui remedio adhibito potest sanari, non dicitur proprie infirmus qui debeat confugere ad ecclesiam petens ab illa auxilium. Sexta propositio est, Et si sit infirmus aliquis lethaliter, non debet ungi nisi quando est apparentia quod breui morietur, & sic decedens morietur sine sacramento: nihilominus sit oppositum fiat erit verum sacramentum, ut iam dixi, quia concurrunt tunc omnia necessaria ad sacramentum.

Artic. quintus.

Vtrum in hoc sacramento totum corpus debeat ungi?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramento totum corpus ungi debeat. Quia secundum Aug. tota anima est in toto corpore: sed praecipue datur hoc sacramentum ad sa-

nandum animam: ergo in corpore toto debet inunctio fieri.

PRÆTEREA, ubi est morbus ibi debet apponi medicina, sed quoad morbum est vniversalis & in toto corpore sicut febris: ergo totum corpus debet ungi.

PRÆTEREA, in baptismo totum corpus immergitur: ergo & hic totum debet ungi.

SED contra, est vniversalis ecclesiae ritus, secundum quem non ungitur infirmus nisi in determinatis partibus corporis.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum per modum curationis exhibetur: curatio autem corporalis non oportet quod fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus ubi est radix morbi: & ideo etiam unctio sacramentalis debet fieri in illis partibus tantum, in quibus est radix spiritualis infirmitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod anima quamuis sit tota in qualibet parte corporis quantum ad essentiam, non tamen quantum ad potentias quae sunt radices actuum peccati: & ideo oportet quod in determinatis partibus fiat in quibus illa potentia habet esse.

AD SECUNDVM dicendum, quod non semper apponitur medicina ubi est morbus, sed congruentius ubi est radix morbi.

AD TERTIVM dicendum, quod baptisimus fit per modum ablutionis: ablutio autem corporalis non purgat maculam ab aliqua parte, nisi cui apponitur: & ideo baptisimus toti corpori adhibetur. Secus autem est de extrema unctio ratione iam dicta.

Articul. sextus.

Vtrum conuenienter determinentur istae partes ungendae?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter determinentur istae partes, ut scilicet infirmus ungetur in oculis, in naribus, & auribus & labijs,

bijs, & manibus, & pedibus. Quia sapiens medicus curat morbum in radice: sed de corde exeunt cogitationes quae coinquinant hominem, ut dicitur Mat. 9. ergo in pectore debet fieri unctio.

PRÆTEREA, puritas non minus est necessaria exeuntibus quam intrantibus, sed intrantes unguuntur chrismate in vertice a sacerdote, ad significandum mentis puritatem: ergo & exeuntes hoc sacramento ungi debent in vertice.

PRÆTEREA, ibi debet adhiberi remedium ubi est maior vis morbi, sed spiritualis morbus praecipue viget in viris in renibus, et in mulieribus in umbilico, ut dicitur Iob. 40. Potestas eius in lumbis eius: secundum expositionem Greg. ergo ibi debet fieri inunctio.

PRÆTEREA, sicut per pedes peccatur, ita & per alia membra corporis, ergo sicut unguuntur pedes, ita & alia corporis membra ungi debent.

RESPONDEO dicendum, quod principia peccandi in nobis sunt eadem quae & principia agendi, quia peccatum consistit in actu. Principia autem agendi in nobis sunt tria. Primum est dirigens, scilicet vis cognoscitiua. Secundum est imperans, scilicet vis appetitiua. Tertium est exequens, scilicet vis motiua. Omnis autem nostra cognitio a sensu ortum habet: & quia ubi est in nobis prima origo peccati, ibi debet unctio adhiberi: ideo unguuntur loca quinque sensuum, scilicet oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, manus propter tactum, qui in pulpis digitorum praecipue viget, & propter appetitiuam unguuntur aliquibus renes, pedes unguuntur propter motiuam qui sunt principalis eius instrumentum: quia principium primum est cognoscitiua: ideo illa unctio ab omnibus obseruatur quae fit ad quinque sensus, quasi de necessitate sacramenti: sed quidam non seruant alias, quidam vero seruant illam quae ad pedes & non quae ad renes, quia appetitiua & motiua sunt secundaria principia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cognitio a corde non exit nisi per aliquam imaginationem, quae est motus a sensu factus, ut di-

citur in 2. de ani. & ideo cor non est prima radix cogitationis, sed organa sensuum: nisi quatenus cor est principium totius corporis, sed hoc principium est radix remota.

AD SECUNDVM dicendum, quod intrantes debent acquirere puritatem, sed exeuntes debent eam purgare: & ideo exeuntes debent ungi in illis partibus quibus contingit puritatem mentis inquinari.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum quorundam consuetudinem fit in renibus propter hoc quod ibi maxime viget concupiscibilis: sed appetitiua non est prima radix, ut dictum est.

AD QVARTVM dicendum, quod organa corporis quibus actus exercentur sunt pedes, manus & lingua, quibus etiam exhibetur unctio, & membra genitalia, quibus propter immunditiam illarum parium, & honestatem sacramenti non debet unctio adhiberi.

Artic. septimus

Vtrum mutilati debeant ungi illis unctionibus?



AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod mutilati non sunt ungendii illis unctionibus quae partibus illis competunt. Quia sicut hoc sacramentum

exigit determinatam dispositionem in suscipiente: ut scilicet sit infirmus, ita & determinatam partem: sed ille qui non habet infirmitatem non potest ungi: ergo nec ille qui non habet partem illam in qua debet fieri unctio.

PRÆTEREA, ille qui est caecus a natiuitate non deliquit per visum: sed in unctioe quae fit ad oculos, fit mentio de delicto per visum: ergo talis unctio caecum non debet fieri, & sic de alijs.

SED contra est, quod defectus corporis non impedit aliquod aliud sacramentum, ergo nec istud impedire debet, sed de necessitate istius sacramenti est qualibet unctio: ergo omnes debent fieri mutilatis

Secunda. 4. quest. 35. art. 1.

RESPONDEO dicendum, quod mutilati etiam ungi debent, quanto propinquius esse potest ad partes illas in quibus unctio fieri debuerat: quia quamuis non habeant membra, habent tamen potentias animæ, quæ illis membris debentur, saltem in radice: & interius peccare possunt per ea quæ ad partes illas pertinent, quamuis non exterius. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Sequitur quæ-

stio. 35.

De iteratione huius sacramenti.

DEINDE considerandum est, de iteratione huius sacramenti.

CIRCA quod duo queruntur?

PRIMUM est, utrum hoc sacramentum debeat iterari?

SECUNDUM est, utrum in eadem infirmitate debeat iterari?

Articul. primus

Utrum hoc sacramentum debeat iterari?



D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non debeat iterari, quia dignior est unctio quæ fit homini quam quæ fit lapidi: sed unctio altaris non iteratur nisi altare illud fractum fuerit, ergo nec unctio extrema quæ adhibetur homini debet iterari.

PRÆTEREA, post ultimum nihil est, sed hæc unctio dicitur extrema: ergo non debet iterari.

SED contra, hoc sacramentum est quedam spiritualis curatio corporaliter exhibita: sed curatio corporis iteratur: ergo & hoc sacramentum iterari debet.

RESPONDEO dicendum, quod nullum sacramentale nec sacramentum quod habet ef-

fectum perpetuum debet iterari, quia ostenditur sacramentum non fuisse efficax ad faciendum illum effectum, & sic fieret iniuria illi sacramento: sacramentum autem quod non habet effectum perpetuum potest iterari sine iniuria, & effectus deperditus iteratò recuperetur, & quia sanitas corporis & mentis quæ sunt effectus huiusmodi sacramenti, possunt amitti postquam fuerint per sacramenta effecta: deò hoc sacramentum sine sui iniuria potest iterari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod unctio lapidis fit ad ipsius altaris consecrationem, quæ est perpetua in lapide quoadiu altare manet & ideò non potest iterari: sed hæc unctio non fit ad consecrationem hominis, cum non imprimatur character: & ideò non est simile.

AD SECUNDVM dicendum, quod illud quod secundum estimationem hominum est extremum, quandoque secundum rei veritatem non est extremum: & sic dicitur hoc sacramentum extrema unctio, quia non debet dari, nisi illis quorum mors est propinqua secundum estimationem hominum.

Artic. secundus

Utrum in eadem infirmitate debeat hoc sacramentum iterari?



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod in eadem infirmitate non debeat iterari, quia vni morbo non debetur nisi vna medicina: sed hoc sacramentum est quedam spiritualis medicina: ergo contra vnum morbum non debet iterari.

PRÆTEREA, secundum hoc posset aliquis infirmus tota die ungi, si in eodem morbo posset iterari unctio: quod est absurdum.

SED contra est, quod aliquando morbus durat post sacramenti perceptionem, & sic reliquæ peccatorum contrahuntur, contra quas principaliter hoc sacramentum datur: ergo iteratò debet ungi.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum

Secunda. 4. quest. 36. art. 1. fo. 406.

rum non respicit tantum infirmitatem: sed etiam infirmitatis statum: quia non debet dari nisi infirmis qui secundum humanam estimationem videntur morti appropinquare. Quaedam ergo infirmitates non sunt diuturnæ, unde si in eis datur hoc sacramentum, tunc cum homo ad statum illum perueniat quod sit in periculo mortis, non recedit à statu illo nisi infirmitate curata, & ita iterum non debet ungi: sed si recidiuum patitur erit alia infirmitas, & poterit alia fieri unctio. Quaedam vero sunt ægrotudines diuturnæ, ut hætica, hydropisis, & huiusmodi: & in talibus non debet fieri unctio, nisi quando videntur perducere ad periculum mortis, & si homo illum articulum euadat eadem infirmitate durante, & iterum ad similem statum per illam ægrotudinem reducatur, iterum potest ungi: quia iam quasi est alius status infirmitatis, quamuis non sit alia infirmitas simpliciter. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Questio. 36.

De sacramento ordinis.

POST hoc considerandum est de sacramento ordinis. Et primò de ordine in comuni.

SECUNDO, de distinctione ordinum.

TERTIO, de conferentibus ordinem.

QUARTO, de impedimentis ordinandorum.

QUINTO, de his quæ sunt ordinibus annexa.

DE ipso autem ordine in communi. Tria videnda sunt.

PRIMUM est, de eius ãritate & quidditate, & partibus eius.

SECUNDVM est, de eius effectu.

TERTIVM est, de suscipientibus ipsum.

CIRCA primum queruntur quinque:

PRIMUM est, utrum ordo in ecclesia esse debeat?

SECUNDVM est, utrum conuenienter definitur?

TERTIVM est, utrum sit sacramentum?

QUARTVM est, utrum eius forma exprimat conuenienter?

QUINTVM est, utrum hoc sacramentum materiam habeat?

Articu. primus

Utrum ordo in ecclesia esse debeat?

Tom. 4. dist. 24. q. 1. art. 1. q. 1. & seq.



D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod ordo in ecclesia esse non debeat. Ordo enim requirit subiectionem & prelationem: sed subiectio videtur repugnare libertati in quam vocati sumus per Christum: ergo ordo in ecclesia esse non debet.

PRÆTEREA, ille qui in ordine constituitur, alio inferior fit: sed in ecclesia quilibet debet se altero inferiorem reputare: Philip. 2. superiores inuicem arbitantes: ergo non debet in ecclesia esse ordo.

PRÆTEREA, ordo inuenitur in angelis propter distinctionem eorum in naturalibus, & gratuitis: sed omnes homines sunt in natura vnum: gratiarum etiam dona quis eminentius habeat, ignotum est: ergo ordo in ecclesia esse non potest.

SED contra Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt, sed ecclesia à Deo est, quia ipse eam edificauit sanguine suo: ergo ordo in ecclesia esse debet.

PRÆTEREA, status ecclesiæ est medium inter statum naturæ & gloriæ: sed in natura inuenitur ordo, quo quedam alijs superiora sunt, & similiter in gloria, ut patet in angelis: ergo in ecclesia debet esse ordo.

RESPONDEO dicendum, quod Deus sua opera in sui similitudinem producere voluit quantum possibile fuit, ut perfecta essent, & per ea cognosci posset: & ideò ut in suis operibus repræsentaretur, non solum secundum quod in se est, sed etiam secundum quod in alijs influit

Secunda. 4. quest. 36. art. 1.

fluit hanc legem naturalem imposuit omnibus: ut ultima per media reduceretur & perficerentur. & media per prima, ut Dio dicit: & ideo ut ista pulchritudo ecclesie non deesset, posuit ordinem in ea, ut quidam alijs sacramenta traderent suo modo, Deo in hoc assimilati, quasi Deo cooperantes, sicut & in corpore naturali quadam membra alijs influunt.

AD PRIMVM Merito dicendum, quod subiectio seruitutis repugnat libertati, quæ seruitus est, cum aliquis dominatur ad sui utilitatem subiectis utens: talis autem subiectio non requiritur in ordine, per quem qui præsumunt salutem subditorum querere debent, non propriam utilitatem.

AD SECVNDVM dicendum, quod quilibet debet se reputare inferiorem merito, sed non officio: ordines autem officia quadam sunt.

AD TERTIVM dicendum, quod ordo in angelis non attenditur secundum distinctionem naturæ, nisi per accidens, in quantum ad distinctionem naturæ sequitur in eis distinctio gratiæ: attenditur autem per se secundum distinctionem in gratia, quia eorum ordines respiciunt participationem diuinorum, & communicationem in statu gloriæ, quæ est secundum mensuram gratiæ, quasi gratiæ finis, & effectus quodammodo: sed ordines ecclesie militantes respiciunt participationem sacramentorum, & communicationem, quæ sunt causa gratiæ, & quodammodo gratiam præcedunt: & sic non est de necessitate nostrorum ordinum gratia gratum faciens, sed solum potestas dispensandi sacramenta: & propter hoc ordo non attenditur per distinctionem gratiæ gratum facientis, sed per distinctionem potestatis.

HIC prius aduertendum est, quod hæc materia de sacramento ordinis exponitur à Magist. sent. in 4. d. 24. & 25. & ibidem ab omnibus Theologis interpretantibus Magist. Secundo est aduertendum, quod postquam Magist. sent. egit de sacramentis (& nos cum illo) spectantibus ad singulas personas fidelium, i. perficientibus singulum fidelem in se, agit nunc, & nos agemus, de sacramentis quæ ordinantur ad bonum commune, nempe de sacramento ordinis, quod ordinatur ad bonum commune ecclesie: Deinde

autem de matrimonio, quod ordinatur ad bonum speciei humanæ. Tertio aliqua sunt in hac materia, in quibus cogrediendum est cum hæreticis, & aliqua in quibus agendum est cum catholicis: Hæretici quidem ecclesie hostes, hoc semper maximo studio quæsierunt, ut ordinem ex ecclesia tollerent, ex sacerdotibus (ut Tertulianus ait) laicos iungentes, quo nihil aliud agunt quam ut sublata legitima ministrorum potestate gratiam coniunctam habente, & sacramenta & alia omnia quæ in ecclesia ministrorum opere peraguntur, euilesceant: qua doctrinæ pette, nullam pestilentiorē esse veteres alleuerunt. Ut autem tam periculosum dogma plebi ex scripturis pessimè detortis persuaderent, nempe nullum esse sacerdotij discrimen, omnes ex æquo presbyteros esse, omnes eandem habere potestatem ordinem nihil aliud esse quam ritum quendam eligendi cōcionatores in ecclesia: verbi quæque & sacramentorum ministerium, non nisi laicorum consensu cōmitti. In primis hæc detorqueant, quod Petrus Apostolus, primæ Petri, secundo, omnes Christianos alloquens ait: vos estis genus electum regale sacerdotium: & quod Apocalip. describitur, dixit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine iuo, & fecit nos regnum, & sacerdotes Deo patri. Citat etiam illud Paul. prior ad Corinth. 12. etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudei siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus &c. Ideo propter istos hæreticos est dubium, an omnes septem gradus, nempe ostiarius, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, sacerdos, sint ex Christi institutione? Ad quod respondent Boemi & Vuicelsita & alij hæretici, quod sacerdotium & diaconatus tantum sunt à Deo, alij autem gradus inferiores non. Lutherus autem inquit, nullum gradum distinctum esse à Deo sicut sunt in ecclesia, sed omnes qui sunt in ecclesia sunt sacerdotes, & æquales in potestate, etiam feminæ: quod probat testimonijs adductis, quibus etiam vtuntur alij hæretici in eadem sententia: Secundo confirmat idem, quia non habetur in scriptura inferiores illos gradus sacerdotio & diaconato esse à Deo. Aliam catholicam sententiam affirmatiuam asseuerat Magister Sen. nempe quod omnes illi septem gradus sunt à Deo in 4. d. 24. cap. 1. vbi inquit, omnes gradus ordinis sunt à Deo instituti. Cuius sententiæ est Palud. in eadem d. q. 1. & idem videtur sentire S. Thom. ibidem, qui licet non moueat quæstionem ait tamen in omnibus ordinibus conferri gratiam quæ à solo Deo dari potest. Ex quo colligitur S. Thomam sentire, omnes prædictos gradus esse à Deo. In eadem sententia est Hugo de Sanct. vi. lib. 2. de sacramentis p. 3. cap.

Secūda. 4. quest. 36. art. 1. fo. 407.

cap. 5. Ideo ego respondeo aliquibus propositionibus. Prior est, Nec omnes septem gradus ordinis, nec aliquis illorum sunt nouæ res in ecclesia, sed adeo antiquæ ut nihil aliud in ecclesia Christi sit antiquius. Hæc probatur testimonijs sanctorum, ut probat Vualdensis li. de sacramentis, cap. 116. Primum testimonium ad hoc sumitur ex Anacleto successore Clemētis, in suis decretis, epist. 2. vbi sic dicit. Episcopus ordinatur ad minus à tribus alijs Episcopis: sacerdotes & diaconi à suo Episcopo: Et subiungit: Ceterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium cum Episcopi approbatione sufficere potest: ergo erant isti gradus in illa primitiua ecclesia. Secundo istorum graduum meminit Clemēs in epist. 3. quam dirigit ad vniuersos. Tertio in canonicis apostolorum qui antiquissimi sunt in ecclesia, etiam fit mentio horum graduum, ut quicumque voluerit videre poterit. Quarto diuus Ambrosius fundat hos gradus in sacra scriptura super illud Apostoli ad Ephes. 4. ipse. f. CHRISTVS dedit quosdam apostolos, quosdam autē pastores & doctores &c. Quinto Eusebius lib. 6. historiæ ecclesiasticæ, ca. 33. meminit etiam horum graduum. Ex quibus omnibus colligitur manifeste gradus omnes ordinis esse antiquissimos in ecclesia: Et adducta testimonia & multa alia quæ possunt adduci id genus, sufficiunt omnibus qui non sunt malè affecti, nec volūt sapere plusquam quod oportet sapere, sed contenti sunt si sapiant ad sobrietatem: esto quod in scriptura non scriberentur formaliter isti gradus. An vero in sacra scriptura inueniatur oēs isti gradus? dicendum est, quod istis nominibus quibus modo appellatur, non inueniuntur formaliter in sacra scriptura, sacerdotio & diaconato exceptis, quæ in scripturis formaliter reperiuntur. Et propter hoc quod alij gradus non reperiuntur formaliter in scriptura, diuus Ambrosius fundauit super illud Paul. ad Ephe. 4. ipse dedit quosdam apostolos &c. Si autem essent loca expressa in scriptura non adduxisset Ambr. prædictum locum. Verum est tamen, quod in argumento epistolæ Paul. ad Colos. dicitur, epistolam illam fuisse scriptam per Onesium acolytum: Quod etiam asseritur in argumento epistolæ primæ ad Thessal. vnde constat tempore apostolorum fuisse hos gradus, esto quod in scriptura formaliter non inueniantur.

SED hæsitabis, an omnes prædicti gradus sint ex Christi institutione? postquæ dicis in scriptura formaliter non reperiuntur. Ad quod dicam aliquibus propositionibus. Prior est. Probabile est, quod omnes isti gradus fuerunt tempore apostolorum, cum (ut supra citauimus) fuerint proximi ad diuum Petrum. Secunda conclusio est. Omnes isti septem gradus fue-

runt à Christo redemptore in particulari instituti: probatur hæc propositio, quia ut dictum est fuerunt tempore apostolorum: ergo probabile est apostolos sic fuisse edoctos in particulari ab ipso redemptore. Tertia conclusio est. Probabile etiam est, quod CHRISTVS non instituit in particulari omnes hos gradus, sed in communi: dando ecclesie potestatem ut crearet suos ministros, & ipse instituit sacerdotes & diaconos in particulari. Et quia tunc non erant ecclesie materiales, non instituit ostiarios, sed reliquit ecclesie potestatem (ut dictum est) instituendi suos ministros. Vnde ex antiqua traditione ecclesie tenendum est, Christum instituisse hos gradus vno vel altero modo. Est rursus aduertendum, quod hæresis Luteri est antiqua, quia illius meminit Tertulianus in lib. de præscriptionibus hæreticorum, & Firmianus quidam qui fuit tempore Cipriani, in quadam sua epistola, quæ inter alias epistolas Cipriani circūfertur: vbi refert quod quædam mulier conficiebat eucharistiam dicens se esse sacerdotissam. Sed contra istos omnes hæreticos, qui dicunt, quod sacerdos solus est per electionem populi, & hodie sacerdos cras laicus, & quod quantum ad effectum potestatis omnes qui sunt in ecclesia sunt æquales: est prius illud Pauli ad Titum. 1. huius rei gratia reliqui te Cretæ ut ea quæ desunt corrigeres & constitueres per ciuitates, presbyteros, sicut ego te feci: ergo Titus non fuit sacerdos per electionem populi, sed per constitutionem Pauli: & alij quos Titus deberet constituere non erant per electionem populi, sed per constitutionem ipsius Titus: ergo perperam dicunt hæretici contra Paulum. Secundo, prioris ad Timot. 4. inquit Paul. noli negligere gratiam quæ data est tibi per prophetiam per impositionem manuum presbyteri: ergo Timotheus habebat gratiam creandi presbyteros per impositionem manuum. Et rursus in eadem epist. cap. 5. ait apostolus, Cito nemini manum imposueris. Quarto act. 13. dicitur de Paul. & Barnab. quod imponebant manus multis, quod erat creare presbyteros: ergo non poterant creari per electionem populi: Et contra illud quod perniciosus Luterus ait, nempe quod officium sacerdotis est solum predicare, est Paulus prior. ad Timot. 5. qui bene præsumt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant verbo & doctrina: ergo alij erant etiam bene presbiteres non laborantes verbo & doctrina. Et ad Hebræ. 5. inquit Apostolus, Omnis potifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat bona pro peccatis. Ergo in ecclesia est aliquis assumptus ad offerendum sacrificium eucharistiæ, ergo non omnes possunt offerre illud sacrificium: Et ad illud quod Luterus adducit ex diuo Petro, vos

Vos genus electum &c. & ex Apocalip. & ex diuo Paul. dico respōderi posse multifariam. Prius dicendo, quōd eo modo sunt sacerdotes quo sunt reges: at non omnes qui sunt in ecclesia sunt reges. Secundo dico, quōd illa testimonia solum asserunt, quōd populus Christianus habet dignitatem regalem & sacerdotalem, non curando quo modo illas debet habere, vel in quo indiuiduo, sed magnificando populum Christianum pronunciant illa testimonia, in eo populo esse illas duas dignitates, siue per institutionem superiorum praelatorum, siue quocunq; alio modo. Nam hoc in alijs locis scripturæ (vt nos citauimus) luculenter declaratum est. Terrio dico, quōd scriptura sacra de duplici sacerdotio loquitur, sicut & de duplici regno, siquidem alterum est internum & spirituale quod est omnibus Christianis saltem pijs commune, qui Christi summi sacerdotis ac regis membra per baptismum sunt effecti: in quā sententiā beatus Aug. ait super Ioan. in Apocal. cap. 20. dicētē, sederunt sacerdotes Dei & Christi & regnabunt cum eo mille annis: non vtique inquit Aug. hoc de solis Episcopis & presbyteris dictū est, qui proprie iam in ecclesia vocantur sacerdotes, sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt vnius sacerdotis, nēpe Christi. Proinde diuus Hieron. cōtra Luciferianos ipsum baptismum sacerdotium laici appellat quōd per baptismum in vnum corpus, cuius CHRISTVS est caput, conglutinati sunt: ergo omnes Christiani secundum eam rationem sacerdotes sunt, sed spirituales. Quōd quemadmodum CHRISTVS se obrulit hostiam patri in odorem suauitatis: ita Christianos oportet exhibere corpora sua hostiam viuētem, sanctam, Deo placentem, & offerre spiritualia sacrificia. Itidem omnes Christiani ad eādem rationem reges sunt, quōd quemadmodum CHRISTVS psal. 2. constitutus est rex à Deo potentissimus qui deuicat carnem, mundum & diabolum: ita Christianos & Christum in eis regnantem vincere oportet omnes carnes mundi ac diaboli tentationes, illecebras, ac insidias. At sicut præter spirituale regnum, aliud est regnum externum, cuius potestate euangelium non abrogat sed confirmat. Mat. 22. & ad Rom. 13. ita præter spirituale sacerdotium quod in sola mente consistit & vocationē tantum spiritalem habet, aliud est sacerdotiū in ecclesia externum, id quod nemo miretur cum ad eundem modum, vtrumq; sacerdotium scriptura sacra synagoga etiam tribuerit: si quidem de interno vniuersis iudeis dicitur Exod. 14. si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & in regnum sacerdotale nimirum spirituale. De externo vero sacerdo

tio Deum Moyse præcepisse legimus Exod. 28. cū ait: Aaron cū filijs eius iunges & sanctificabis eos vt sacerdotio fungantur mihi. Quod quidem sacerdotium nemini sibi sumere licebat, sed magis ex vocatione pendebat. Quamobrem Dathan, Chore, & Abiron, se propria autoritate ingerentes sacerdotio, viui absorpti sunt, Num. 16. Præterea Oza subita morte à Domino percussus est, vel ob id quōd manū arce Dei ne caderet iungisset, sui officij sineq; excedens, 2. Reg. 6. Itidem Ozias cum functionem sacerdotalem vsurpans, increpatusq; ab Azaria & reliquis sacerdotibus Domini, non desisteret, lepra in fronte perfusus est, 2. Paralip. 26. Quos locos tanto libentius asserimus quōd videmus patres aduersus hæreticos (ordinem ex ecclesia auferre molientes) validissime torfisse: ergo & in ecclesia euangelica eadem omnino ratione, præter internum illud sacerdotium, aliud quoq; externum esse necessesse est: quod legitima ordinatione atque cum signo quodam visibili, non sine spiritali gratia in ecclesia Dei conferatur. Quod vsurpare nulli licet, nec à toto populo, nec ab aliquo alio priuato, nisi à pontificibus & praelatis à Deo ad hoc institutis: Et hæreticus qui oppositum facit, nil potestatis sibi acquirit, & absorbendus quoq; est sicut Dathan.

Artic. secundus

Vtrum conuenienter ordo definitur?



SECVNDVM sic proceditur. Videtur quōd inconuenienter ordo à Magistro sentitur. 24. distinct. definitur, vbi dicitur: Ordo est signaculum quoddam ecclesie, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Pars enim non debet poni genus totius, sed character qui per signaculum exponitur in sequenti distinctione, est pars ordinis, quia diuiditur contra id quod est res tantum vel sacramentum tantum, cum sit res & sacramentum: ergo signaculum non debet poni, quasi genus ordinis.

PRAETEREA, sicut in sacramento ordinis imponitur character, ita in sacramento baptismi, sed in definitione baptismi non ponitur character: ergo nec in definitione ordinis debet poni.

PRAE-

PRAETEREA, in baptismo etiam quaedam spiritualis datur potestas accedendi ad sacramenta. & iterum est quoddam signaculum cum sit sacramentum: ergo hæc definitio conuenit baptismo, & sic inconuenienter assignatur de ordine.

PRAETEREA, ordo relatio quaedam est quæ in vtroq; extremorum saluatur: extrema autem huiusmodi relationis sunt superior & inferior, ergo inferiores habent ordinem sicut & superiores: sed in eis non est aliqua potestas præeminentiæ, qualis ponitur hic in definitione ordinis, vt patet per expositionem sequentem, vbi ponitur promotio potestatis: ergo inconuenienter definitur hic ordo.

RESPONDEO dicendum, quōd definitio quæ Magister de ordine ponit, conuenit ordini, secundum quōd est ecclesie sacramentum: & idē duo ponit: signum exterius, ibi (signaculum quoddam &c.) i. signum quoddam: & effectus interior, ibi in quo spiritualis potestas &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd signaculum non ponitur hic pro characterē interiori, sed pro eo quod exterius geritur, quod est signum interioris potestatis & causa: & sic etiam sumitur character in alia definitione: si tamen pro interiori characterē sumeretur non esset inconueniens, quia diuisio sacramenti in illa tria, non est in parte integrales proprie loquendo, quia illud quod est res tantum non est de essentia sacramenti: quod est etiam sacramentum tantum, transit, & sacramentum manere dicitur. Vnde relinquitur quōd ipse character interior sit essentialiter, & principaliter ipsum sacramentum ordinis.

AD SECVNDVM dicendum, quōd baptismus quamuis in eo conferatur aliqua spiritualis potestas recipiendi alia sacramenta, ratione cuius characterem imprimit, non tamen hic est principalis effectus eius, sed ablutio interior, propter quam baptismus fieret etiam priori causa non existente: sed ordo potestatem principaliter importat: & idē character qui est spiritualis potestas, in definitione ordinis ponitur: non autem in definitione baptismi.

AD TERTIVM dicendum, quod in baptis-

mo datur quaedam potestas spiritualis ad recipiendum, & ita quodammodo potestas: Potestas autem proprie nominat potestatem actiua cum aliqua præeminentiā: & idē hæc definitio baptismi non competit.

AD QVARTVM dicendum, quōd nomen ordinis dupliciter accipitur: quandoq; significat ipsam relationem & sic est tamen inferiori quàm in superiori, vt obiectio tangit, & sic non accipitur hic. Aliquando autem accipitur pro ipso gradu, qui ordinem primo modo acceptum facit: & quia ratio ordinis, prout est relatio inuenitur vbi aliquid superius altero occurrit, idē hic gradus eminens per potestatem spiritualem ordo nominatur.

Artic. tertius.

Vtrum ordo sit sacramentum?



DTERTIVM sic proceditur. Videtur quōd ordo non sit sacramentum. Sacramentum n. vt dicit Hug. de sanct. v. est materiale elementum, sed ordo non nominat aliquid huiusmodi sed magis religionem vel potestatem, quia ordo est pars potestatis secundum Prisci: ergo non est sacramentum.

PRAETEREA, sacramenta non sunt de ecclesia triumphante, sed ordo est ibi, vt patet de angelis: ergo non est sacramentum.

PRAETEREA, sicut praelatio spiritualis quæ est ordo, datur cum quadam consecratione, ita & praelatio secularis: quia & reges inunguntur, vt dictum est, sed regia dignitas non est sacramentum: ergo nec ordo de quo loquimur.

SE D contra est, quia ab omnibus enumeratur inter septem ecclesie sacramenta.

PRAETEREA, propter quod vnum quodq; & illud magis: sed propter ordinem fit homo dispensator aliorum sacramentorum, ergo ordo habet magis rationem quōd sit sacramentum quàm alia.

RES-

RESPONDEO dicendum, quod sacramentum (ut ex dictis patet) nihil est aliud quam quaedam sanctificatio homini exhibita cum aliquo signo visibili. Vnde cum in susceptione ordinis quaedam consecratio homini exhibeatur per visibilia signa, constat ordinem esse sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quavis ordo non exprimat aliquod materiale elementum, tamen ordo non confertur sine aliquo elemento materiali.

AD SECVNDVM dicendum, quod potestates proportionari debent illis ad quae sunt communicatio autem diuinorum ad quam datur spiritalis potestas, non fit angelis per aliqua sensibilia signa, sicut in hominibus contingit. Et ideo potestas spiritalis quae est ordo, non adhibetur angelis cum aliquibus signis visibilibus sicut hominibus. Et ideo in hominibus est ordo sacramentum, sed non in angelis.

AD TERTIVM dicendum, quod non omnis benedictio quae hominibus adhibetur, vel consecratio, est sacramentum: quia & monachi & abbates benedicuntur, tamen illae benedictiones non sunt sacramenta, & similiter nec regalis unctio: quia per huiusmodi benedictiones non ordinantur aliqui ad dispensationem diuinorum sacramentorum, sicut per benedictiones ordinis.

IN isto articulo est concl. affirmatiua Sancti Thome. & omnium aliorum fidelium, & est concl. Magistri Sententiarum in 4. d. 24. nempe ordinem esse vnum sacramentum ex septem sacramentis ecclesiae. Quae conclusio est etiam expressa in concilio Florent. & de haereticis cap. ad abolendam: est etiam definita in concilio Trident. in decreto de sacramentis in communi, art. 1. Quomodo autem debeat vocari hoc sacramentum, respondet Durandus, quod debet vocari ordinatio & non ordo: sed hoc est disputare de nomine, ideo relinquenda est disputatio. Veritas tamen habet, quod sacramentum ordinis consistit in actione, an propterea debeat vocari ordinatio nec ne parum refert, loquendum tamen est ut plures. Difficultas tamen est non vulgaris, an quilibet ordo, vel quilibet gradus ordinis sit sacramentum: Dicendum quod de hoc sunt variae opiniones. Vna est Durandi 4. d. 24. q. 2. qui dicit solum sacerdotium esse sacramentum, alios

vero ordines solum esse sacramentalia aut dispositiones ad sacramentum quod est sacerdotium. Probat, quia quando multae actiones ordinantur ad aliquod sacramentum, & non ex quo attingunt sacramentum, sola actio quae attingit ex quo est sacramentum, reliquae vero sunt dispositiones & sacramentalia: veluti in eucharistia, consecratio est sacramentum, non autem lectio euangelij quae ad illam ordinatur: sic ait, omnes ordines ordinantur ad consecrationem eucharistiae: quam solum sacerdotium attingit: ergo solum illud est sacramentum. Secundo probat, quia haec differentia assignatur a doctoribus inter characteres baptismi & ordinis, quod character baptismi est passivus, nempe ad recipienda alia sacramenta: character vero ordinis est actiuus, nempe ad dandum sacramenta: sed solis sacerdotibus conuenit ex officio administrare sacramentum: ergo solum sacerdotium est sacramentum in quo imprimitur ille actiuus character. Tertio per sacramentum ordinis elargitur quaedam potestas, at nulla potestas elargitur diacono cum laicus possit legere euangelia. Nec obstat si dicas laicum non licite legere euangelium, quia legere euangelia licite non est dare potestatem aliquam: ergo alij ordines a sacerdotio non sunt sacramentum. Et eodem modo probat de alijs gradibus inferioribus diaconato, quia laicus potest aperire ianuam ecclesiae & claudere. Quarto, si omnes ordines essent sacramenta, ordines ipsi essent septem sacramenta. Vnde essent terdecim sacramenta in ecclesia quod manifeste est falsum, & contra fidem, quia in concilio Trident. definitur quantum sunt septem sacramenta ecclesiae, quorum vnum est ordo: Antecedens probatur, quia sunt septem sacramenta ipsi ordines, & sex alia ergo erunt terdecim. Quinto arguit si omnes ordines sunt sacramentum, vel ergo sacramentum ordinis diuiditur in septem ordines tanquam in partes subiectiuas, ita quod ordo praedicatur de singulis ordinibus, & tunc erunt septem sacramenta ordinis, cum lectoratus sit ordo, & acolitus, & sic de alijs: aut diuiditur in illos septem ordines tanquam in partes integrales, & tunc sacerdotium per se non esset perfectum sacramentum. Ergo tenendum est ordines non esse sacramenta excepto vno sacerdotio. Caietanus autem in 2. tom. opuscul. suorum q. vnica, de modo tradendi & recipiendi ordines, consentit cum Durando in hoc quod ad minus quatuor inferiores ordines non sunt sacramenta. Oppositum tenet Sanctus Thomas in 4. seq. art. 1. & 2. & in 4. d. 24. & dicit quod est communior opinio. Cum Thome est Bonauenturae Alex. Palud. d. 24. q. 1. Maior, Almain, Magister Sententiarum in d. 24. cap. 10. omnes ij DD. dicunt omnes illos gradus esse sacramentum. Et probat Paludanus prius ex finit. sacramenti, nempe sacramentum est

est signum sensibile dans gratiam: at quicumque gradus ordinis est huiusmodi, ergo est sacramentum. Sed dices, petis principium in hoc quod dicitur quemlibet gradum ordinum conferre gratiam, quia hoc est de quo dubitatur. Dico quod non petimus principium sed probamus: quia bene sequitur, quilibet gradus ordinis est signum sensibile per quod datur potestas spiritalis, ergo etiam dat gratiam quantum est de se, quia qui dat formam dat consequentiam ad formam: vnde qui dat potestatem dat gratiam ad bene utendum illa potestate. Secundo si alij ordines a sacerdotio sunt sacramentalia & dispositiones ad ipsum tantum, omnes deberent conferri quando confertur ipsum sacerdotium, quia ita fit in alijs sacramentis: Dispositiones namque & sacramentalia eorum administrantur cum ipsis sacramentis, ut constat de Cathecismo & exorzismo in baptismo: consequens autem est contra ritum ecclesiae quae separatim & diuisim administrat illos gradus ordinis quantumcumque inferiores. Et saepe ut in primitiua ecclesia administrabantur isti gradus inferiores cum intentione ut recipientes ibi manerent, & non promouerentur amplius ad altiore gradum, ut constat in actibus apost. de Diaconato. Ego autem, ut stylo scholastico & clare respondeamus ad quae resoluam aliquibus propositionibus. Prior est, opinio. Durandi poterit defendi quousque ecclesia oppositum determinet: quia licet ecclesia definierit ordinem esse sacramentum, non tamen explicuit quemlibet gradum ordinis esse sacramentum. Secundo propter rationes quas Durandus adducit, maxime propter illam qua dicit quod non videtur quae potestas detur ostiario aut acolito qui non habet aliud efficere, nisi aperire aut claudere ianuam ecclesiae, aut deferre cereum ad altare, & aliam materiam sacrificij, & tradere subdiacono aut diacono. Et haec est etiam ratio Caietae. vbi supra. Nos tamen sequemur Sancti Thomae, & communior sententiam, ut diximus: & confirmiter ad concilium Coloniensem dicemus & explicabimus in quolibet gradu ordinis tradi aliquam potestatem. Interim tamen probabo primam praedictam nostram propositionem, praeter rationes Durandi & Caietae. quia omnia sacramenta sunt simpliciter de iure diuino, & fuerunt semper in ecclesia: at minores ordines non sunt de iure diuino, ergo non sunt sacramenta. Minor probatur, quia in cap. a multis, de aetate & qualitate ordine praeficiendorum dubitatur an subdiaconus possit eligi in Episcopum: & respondet Innocentius 3. quod potest quidem quia iam ab aliquibus pontificibus declaratum est, quod subdiaconatus est ordo sacer. Licet Urbanus primus dixerit in primitiua ecclesia tantum fuisse diaconatum & presbyteratum: ergo ex Urbano minores quinque ordines non fuerunt in primitiua ecclesia, ergo non sunt sacra-

menta, cum in primitiua ecclesia fuissent omnia sacramenta. Et illa sententia Urbani habetur. 60. d. cap. nullus in episcopatum. 3. Ad Urbanum igitur responderetur multis modis, prius quod Urbanus non dicit quod non fuerunt in primitiua ecclesia praedicti gradus sacramenta, sed dicit quod non legitur in euangelio ibi fuisse. Secundo respondet Sanctus Thomas. q. seq. art. 2. ad secundum, quod propter paucitatem Christianorum non poterant esse tot ministri, ideo diaconi adimplebant omnia ministeria minorum ordinum: erant tamen illa officia in ecclesia, licet non essent illi ministri propter penuriam fidelium, ut dicit Sanctus Thomas. Almain autem dicit quod illi qui iniciabantur diaconi, prius recipiebant gradus inferiores. Sed probabilius videtur quod dicit Sanctus Thomas. nempe quod solum creabantur diaconi erantque officia inferiorum ordinum, sed non erant ipsi ministri inferiores propter praefatam rationem. Secundo arguitur in hunc modum, in praedicto capitulo a multis: Innocentius tertius dicit, quod subdiaconatus inter sacros ordines computatur: & citat Urbanum secundum, cuius sententia habetur d. 32. cap. erubescant, & Innocentius tertius dicit quod subdiaconatus hodie computatur inter sacros ordines. ergo antea non erat sic computatus inter sacros ordines. Ad hoc dicendum quod bifariam dicitur aliquis ordo sacer, vel quia habet actus super materiam corporis Christi: vel quia per continentiam consecratur quis ad Deum per illum ordinem. Quando ergo dicitur ab Innocentio tertio quod hodie computatur inter sacros ordines, intelligendum est. i. hodie per subdiaconatum homo consecratur Deo per continentiam, quod antiquitus non fiebat, cum possent ducere uxores, & tempore Innocentij tertij iam non poterat. Tertio arguitur in hunc modum d. 21. cap. decretis ergo Romanorum &c. dicit Gratianus: Leuitas autem ab apostolis ordinatos legimus: & subiungit, subdiaconos vero & acolitos, praecedente tempore ecclesia sibi constituit. Ergo subdiaconatus & alij inferiores gradus sunt ab ecclesia: ergo non sunt sacramenta. Ad hoc respondet Sanctus Thomas. q. seq. art. 2. ad secundum, quod ecclesia constituit praedictos ministros, intelligendum est. i. apertit, & extendit officia & potestates quas habebat ad alia indiuidua: quia tempore apostolorum forte, quod solum erant diaconi administrantes presbyteris & Episcopis, in quibus eminenter continebantur inferiores gradus: constitutos tamen a Christo, & ecclesia ampliauit creando distinctos ministros inferiores. Vel intelligatur constituit, id est declarauit constitutos a Christo instituendo particulares ministros. Quarto Paulus prioris ad Timotheum 3. & ad Titum 1. scribit mores episcoporum & diaconorum, & nunquam fecit mentionem de subdiaconato

Secunda. 4. quest. 36. art. 3.

nec de alijs inferioribus ordinibus: ergo tunc non erant isti ordines. Ad hoc nego consequentiam: non. n. valet, Paulus non nominavit gradus inferiores ordinis, ergo tunc non erant: quia si illud valeret probares quod presbyteratus non est sacramentum, quia Paulus nusquam dicit presbyteratum esse sacramentum. Quinto non fit mentio apud antiquos sanctos & doctores de his gradibus inferioribus, ergo non erant in primitiva ecclesia, ergo nec erant sacramenta, cum sacramenta semper fuerint post Christum. Ad hoc dicendum prius quod licet antiqui non loquerentur de his gradibus, sufficit auctoritas ecclesie quae est maioris momenti quam doctores antiqui. Secundo nego antecedens, quia iam probauimus ex testimonio antiquorum pontificum: & praeter illa quae adduximus sunt innumera alia quibus fit expressa mentio & praedicti gradus fuerunt in principio nascentis ecclesiae. Et incipiendo à Dionisio Ariopagita, inquit Dionis. cap. 3. de ecclesiastica hierarchia tractans de sinaxi. eucharistia: post pauca sic inquit, ministrorum autem alij pro claudendis templi foribus extant: alij autem aliud quid proprii ordinis operantur. En vides Dionisium, qui fuit tempore Pauli, dicentem esse ministros ad claudendas fores templi, ergo iam erant ostiarii & alij alij gradus ordinis. Secundum testimonium est diui Ignatii discipuli diui Ioan. Euangelistae, quod habetur epistola. 12. ad Antiocheni, ex Philip. verba sunt, saluto sanctum presbyterum vestrum, saluto diaconos, subdiaconos, lectores: & consequenter enumerat omnes alios gradus inferiores. Et in epist. 8. quae est ad Philip. de baptismo inquit, hanc epistolam mitto ad vos per Euphanium lectorem, ergo iam illo tempore in primitiva ecclesia erant isti gradus. Tertium testimonium habetur in antiquo concilio Lauriceno, quod concilium cap. 22. & 25. expressè meminit horum graduum inferiorum ordinis: idem habetur in concilio Calcedonenfi & in concilio Cartaginensi. 3. cap. 29. & in Cartaginensi. 4. & in Toletano. 1. & in Toletano. 4. & in Bracharenfi. a. in quibus omnibus concilijs probatur minores ordines tanquam res antiquae in ecclesia. Praeterea, pro ista vera sententia est Clemens in epistola. 2. vbi meminit horum graduum, accedit etiam Innocentius primus, & Zozimus in decretis suis. Ex quibus omnibus luce clarius constat, hos gradus inferiores ordinis fuisse in primitiva ecclesia, & per consecutionem fuisse sacramenta & de iure diuino, cum sint quaedam signa sanctitatis: eadem sententia probatur in concilio Coloniensi cap. quinto. Ad argumeta autem in oppositam partem, & prius ad argumenta Durandi responderetur ad primum: distinguo antecedens, nempe quando aliqua ordinantur ad aliud sacramentum tanquam dispositio-

nes solum, & non habent distincta officia per se, verum est quod illa non erunt sacramenta sed sacramentalia: secus autem quando esto ordinantur ad aliud sacramentum, sed tamen habent per se officia distincta ad quae immediatus ordinantur. Ad secundum ex hoc etiam patet quid sit dicendum, quia quilibet gradus ordinis habet suum officium. Et ad tertium negatur minor, nempe quod non dantur potestates per illos gradus inferiores ordinis, quia ianitor habet iurisdictionem & potestatem admittendi fideles ad sacra & diuina in ecclesia, & ad expellendum infideles, & ad custodiendum res ecclesiae. Ad quartum nego sequelam, quia inferiores gradus in esse sacramenti perfecti accipiunt esse & essentiam à fine, cum omnes ordinantur ad vnum corpus Christi. Ad quantum dico, quod diuiditur sacramentum ordinis in praedictos gradus tanquam in partes subiectiuas in esse sacramenti imperfecti. Idem omnes praefati gradus sunt vnum perfectum sacramentum. Ioan. maior & Almain dicunt esse septem ordinis sacramenta: sed quia nominantur eodem nomine, dicuntur vnum sacramentum ordinis. Ego autem dico, quod in ista re graui non est loquendum de nomine, & si esset verum quod isti dicunt omnia sacramenta esse vnum, cum omnia vocentur vno nomine, nempe sacramentum. Praeterea ij loquuntur contra concilium Florent. & Trident. & alia quae dicuntur esse septem sacramenta ecclesiae, & isti ponunt terdecim: idem longe melius dicendum est cum S. Tho. & cum communi sententia Theologorum, quod omnes gradus ordinis & quilibet eorum est sacramentum, & de iure diuino: probatur testimonijs & auctoritatibus iam adductis: & in his rebus agendum est potius testimonijs scripturarum & sanctorum quam rationibus. Et si dicas nos non habere poenitentiam esse sacramentum, nisi quia habemus in scriptura sacra quod poenitentia remittit peccata, quae sine gratia deleri non possunt: & idem inde colligimus poenitentiam conferre gratiam: at de ordine non habemus quod remittat peccata, nec quod conferat gratiam. Ad hoc nego minorem, nam licet non habeatur formaliter in sacra scriptura sacramentum ordinis remittere peccata aut dare gratiam, habemus tamen virtualiter quod confert gratiam: quod ostenditur prius ex illo Paul. 2. ad Timot. 1. admoneo te vt resuscites gratiam quae data est tibi per impositionem manuum mearum, quae impositio erat sacramentum ordinis. Et si dicas quod Paulus loquitur de gratia gratis data, hoc est de officio aut potestate data non de gratia gratum faciente, non obstat: quia Dei perfecta sunt opera Deuteronom. 32. Vnde si Deus dat potestatem exercendi & tractandi sacra, dat etiam gratiam requisitam

Secunda. 4. quest. 36. art. 4. fo. 410.

tam, vt minister sancte & iuste exerceat suum ministerium: & hinc colligunt sancti sacramentum ordinis conferre gratiam, quia qui dat formam dat consequentiam ad formam: Cum igitur sacerdos non posset sancte & iuste exercere potestatem sibi traditam in sacramento ordinis sine gratia gratum faciente, conceditur etiam gratia. Et confirmatur ex illo. Io. 20. vbi prius dedit CHRISTVS Spiritum sanctum quam potestatem remittendi peccata quae traditur in sacerdotio: cum loquutus fuerit CHRISTVS hac caerimonia dicente euangelista, insufflauit dicens, accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. ergo cum traditur potestas conceditur etiam gratia. Tertio pro nobis est Aug. in lib. quæst. vet. & no. testamenti, cap. 93. tractans illud Ioan. 20. accipite Spiritum sanctum &c. vbi sic ait, Inspiratio hæc gratia quaedam est quae per inspirationem transfunditur ordinatis, de qua apostolus, noli negligere gratiam quae data est tibi per impositionem manuum mearum. Semel ergo fieri oportuit à Christo, vt de cætero traditio non sine dono Spiritus sancti esse credatur: sicut semel apparuit Spiritus sanctus super Christum quando baptizatus est, vt apparuit baptizatos repleri ipso Spiritu sancto. Quarto act. apost. cap. 6. cum apostoli ordinauerint septem leuitas sequitur ibidem, quod ad illos initiandos apostoli fecerunt duo, nempe orauerunt & imposuerunt eis manus per quam orationem significare videtur quod ipsis ordinatis dabatur gratia. Sed contra hoc arguit Caietan. vbi supra, quia vt habetur in act. apost. praedicto cap. 6. apostoli solum creabant diaconos mensales, nempe ad seruiendum mensis, & non ad seruiendum altari: ergo ille diaconatus qui erat tempore apostolorum non erat ad aliquod spirituale, & ex consequenti nec erat sacramentum nec gratiam conferrebat. Ad hoc nego antecedens: imò apostoli ad vtrumque finem, nempe ad seruiendum altari & mensis creabant diaconos, licet principaliter ad seruiendum altari, vt explicat Paul. ad Philip. 2. & prioris ad Timot. 3. vbi expresse loquitur de diaconibus secundum quod seruiunt altari, cum comparet illos ad Episcopos describens mores eorum, quod non faceret, si tantum deberent diaconi ministrare mensis & non altari. Secundo arguit Caieta. in antiquis pontificalibus non habetur certa forma horum graduum ordinis & illae formae quae habentur non applicantur iniciandis in eodem loco, sed aliquando applicatur forma quando traditur liber, aliquando post librum traditum: at omne sacramentum habet certam formam & in certo loco & puncto applicatur: ergo praedicti gradus non sunt sacramentum. Ad hoc nego antecedens, imò dico

quod habebat certam formam, saltem quantum ad sensum, quod sufficit, vt in alijs sacramentis. Praeterea dicit Caieta. quod impositio manus & traditio libri non est de essentia sacramenti, vt constat cap. presbyter, de sacramentis non iterandis, vbi dicitur quod si presbytero quando ordinatur non imponatur manus nil reiteretur, sed suppleatur illud quod omissum est: Ad quod dico, quod hoc non facit contra nostram sententiam, quia est impositio manuum non sit de essentia sacramenti, stat diaconatum esse sacramentum, quia aliàs etiam probaret ratio quod presbyteratus non sit sacramentum. Secundo dico cum Adriano quod nihil reiteratur, sed totum repetitur: quia non fuerat sacramentum ex defectu impositionis manus. Vnde impositio manus est de essentia sacramenti: sed Papa in praedicto cap. volebat dicere quod non reiteretur impositio manus, sed quod reiteretur totum sacramentum, eo quod ex defectu manuum impositionis non fuerat sacramentum.

Artic. quartus

Vtrum forma huius sacramenti conuenienter exprimat in litera Magistri?

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod forma huius sacramenti inconuenienter exprimat in litera. Quia sacramenta efficaciam habent ex forma: sed efficaciam sacramentorum est ex virtute diuina quae in eis secretius operatur salutem: ergo in forma huius sacramenti deberet fieri mentio de virtute diuina, per inuocationem trinitatis, sicut in alijs sacramentis.

PRÆTEREA, imperare est eius qui habet auctoritatem: sed auctoritas non residet apud eum qui sacramenta dispensat, sed ministerium tantum: ergo non deberet vti imperatiuo modo, vt diceret sic, Agite vel accipite hoc vel illud, vel aliquid huiusmodi.

PRÆTEREA, in forma sacramenti non debet fieri mentio nisi de illis quae sunt

FF ij de essen-

de essentia sacramenti: sed usus potestatis accepta non est de essentia sacramenti huius, sed consequitur ad ipsum: ergo non debet de eo fieri mentio in forma huius sacramenti.

PRAETEREA, omnia sacramenta ordinant ad aeternam remunerationem: sed in formis aliorum sacramentorum non fit mentio de remuneratione: ergo nec in forma huius sacramenti deberet de ea fieri mentio, sicut fit cum dicitur, habiturus partem si fideliter & car.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum principaliter consistit in potestate tradita: potestas autem à potestate traditur, sicut simile ex simili: & iterum potestas per usum innotescit, quia potentia notificatur per actus: & ideo in forma ordinis exprimitur usus ordinis per actum qui imperatur, & exprimitur traditio potestatis per imperatum modum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod alia sacramenta non ordinantur principaliter ad effectus similes potestati per quam sacramenta dispensantur, sicut hoc sacramentum: & ideo in hoc sacramento est quasi quaedam communicatio uniuoca: unde in alijs sacramentis exprimitur aliquid ex parte diuinae virtutis, cui effectus sacramenti assimilatur, non autem in hoc sacramento: quamuis enim in Episcopo, qui est minister huius sacramenti, non sit authoritas respectu collationis huius sacramenti: tamen habet aliquam autoritatem respectu potestatis ordinis quae confertur per ipsum in quantum à sua potestate deriuatur.

AD SECVNDVM dicendum, quod usus potestatis, est effectus potestatis in genere causae efficientis, & sic non habet quod in definitione ordinis ponatur, sed est quodammodo causa in genere causae finalis: & ideo secundum hanc rationem poni potest in definitione ordinis.

EST conclusio in isto art. 4. affirmatiua quae est etiam communis sententia Theologorum, nempe quod forma huius sa-

cramenti conuenienter explicatur in litera Magistri Sent. in d. 24. supra dicta. Sed est aduertendum quod quilibet Episcopus debet esse contentus cum forma pontificali sue ecclesiae, quia semper erit eadem saltem in sensu & sententia: Unde forma ostiarij est, sic age tanquam rationem Deo redditurus pro rebus quae clauibus istis recluduntur. Et hanc formam profert Episcopus quando tradit clauis ostiario: formae aliorum graduum sunt per verbum, accipe, ut habes in litera Magistri in d. 24. lege ibi, vel in aliquo pontificali. Secundo, praeter rationem S. Thomae probatur conclusio principalis, quia ut in d. 4. q. 1. luculenter tractauimus, omnia sacramenta consistunt ex rebus & verbis. Ergo aliqua verba requiruntur ad hoc sacramentum, & non nisi illa quibus utuntur pontifices in administratione huius sacramenti: ergo &c. Et confirmatur ex antiquissimo ritu ecclesiae quae semper vsa est verbis ad administrandum hoc sacramentum. Tercio, sacramentum hoc debet esse signum significans hominibus id quod ibi fit: quod non esset sufficienter, si ibi ponerentur res sine verbis, cum homines per res solas sine verbis non intelligant aut non bene spiritualia quae significantur & traduntur in hoc sacramento.

Articu. quintus

Utrum hoc sacramentum habeat materiam?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non habeat materiam. Quia in omni sacramento quod habet materiam,

virtus operans in sacramento est in materia: sed in rebus materialibus quae hic adhibentur, sicut sunt clauis & candelabra & huiusmodi, non videtur esse aliqua virtus sanctificandi: ergo non habet materiam.

PRAETEREA, in isto sacramento confertur plenitudo gratiae septiformis, ut in litera dicitur, sicut in confirmatione: sed materia confirmationis praexigit sanctificationem: cum ergo ea quae in hoc sacramento videntur esse materialia non sint praesantificata, videntur quod non sint materia huius sacramenti.

PRAE.

PRAETEREA, in quolibet sacramento habente materiam requiritur contactus materiae ad eum qui suscipit sacramentum: sed ut à quibusdam dicitur, contactus dictorum materialium ab eo qui suscipit sacramentum non est de necessitate sacramenti, sed solum porrectio: ergo praedictae res materiales non sunt materia huiusmodi sacramenti.

SED contra est, quia omne sacramentum consistit in rebus & in verbis: sed res in quolibet sacramento sunt materia ipsius: ergo & res quae in hoc sacramento adhibentur, sunt materia huius sacramenti.

PRAETEREA, plus requiritur ad dispensandum sacramenta, quam ad suscipiendum sacramenta, sed baptismus in quo datur potestas ad suscipiendum sacramenta indiget materia: ergo & ordo in quo datur potestas ad ea dispensanda.

RESPONDEO dicendum, quod materia in sacramentis exterius adhibita signat virtutem in sacramentis agentem ex extrinseco omnino aduenire: unde cum effectus proprius huiusmodi sacramenti, scilicet character non percipiatur ex aliqua operatione ipsius qui ad sacramentum accedit sicut in poenitentia, sed omnino ex extrinseco adueniat, competit ei materiam habere: tamen diuersimode ab alijs sacramentis quae materiam habent: quia hoc quod in sacramento confertur in alijs sacramentis deriuatur tantum à Deo, non à ministro qui sacramentum dispensat: sed illud quod in sacramento traditur, scilicet spiritualis potestas deriuatur etiam ab eo qui sacramentum dat, sicut potestas imperfecta à perfecta: & ideo efficacia aliorum sacramentorum principaliter consistit in materia quae virtutem diuinam habet & signat, & continet ex sanctificatione per ministerium adhibita: sed efficacia huiusmodi sacramenti principaliter residet penes eum qui sacramenta dispensat: materia autem adhibetur magis ad determinandum potestatem quae traditur: particulariter ab habente eam complete quam ad potestatem causandam, quod patet ex hoc quod materia competit vsui potesta-

tis. Et per hoc patet solutio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, quod materiam in alijs sacramentis oportet sanctificari propter virtutem quam continet: sed non est ita in proposito.

AD TERTIVM dicendum, quod sustinendo illud dictum ex dictis apparet causae eius, quia enim potestas ordinis accipitur à ministro, sed non à materia: ideo porrectio materiae magis est de essentia sacramenti quam tactus, tamen ipsa verba formae videntur ostendere quod tactus materiae sit de essentia sacramenti, quia dicitur, accipe hoc vel illud.

IN ISTO quinto articulo est conclusio affirmatiua S. Thomae, & sanctorum omnium & aliorum fidelium, quam optime probant duae aliae rationes, praeter rationem S. Thomae quae est in corpore articuli, quae quidem rationes habentur in litera in argumento in contra, lege ibi. Et si haesites quae materia sit ista, dico quod in ostiarijs sunt clauis ecclesiae: in Exorzistis materia est liber Exorzistorum: in lectorato materia est liber prophetiarum, & in alijs gradibus consequenter materia est illud quod pro materia ponitur in pontificalibus. Conclusio igitur principalis, nempe quod ad hoc sacramentum requiritur aliqua materia, confirmatur ex antiquis pontificalibus, vbi etiam semper ministri ecclesiae conformiter ad suum gradum cum aliqua materia initiabantur. Sunt qui dicant quod forte ista materia non est de essentia sacramenti, cum in scriptura non habeatur apostolos consecrasse istos ministros adhibendo aliquam materiam, sed solum per impositionem manuum. Et si dicas quod illa impositio manuum erat materia, non tamen erat de necessitate sacramenti, ut constare videtur per illud cap. presbyter, de sacramentis non iterandis: vbi Gregorius nonus ait, quod si presbytero aut diacono non imponatur manus in ordinatione, non propterea hoc repetatur, sed suppleatur quod omissum est. Sed & si hoc forsitan posset defendi, quousque ecclesia determinaret, quid in hoc tanquam de fide tenendum esset, nihilominus tenendum pro certo est cum communi sententia fidelium, nempe ad quemlibet gradum ordinis requiri materiam, tanquam de essentia huius sacramenti, tum propter antiquissimum ritum ecclesiae, tum propter aliqua concilia quae dicunt materiam requiri ad hoc sacramentum: quae concilia licet non

FF iij defini.

definiant tanquam de fide tenendum, significare videntur materiam aliquam esse de essentia huius sacramenti. Vnde concilium Florentin. instruendo Armenos de necessarijs ad sacramenta, explicat materias horum graduum ordinis: vnde inconcusse tenendum est materiam aliquam esse de essentia huius sacramenti.

ALIA difficultas est quam mouet S. Tho. in 3. arg. nempe an requiratur contactus ex parte initiandorum ad essentiam huius sacramenti: an deniq; requiratur quod consecrandi proprijs manibus tangant materiam sui officij & gradus, nempe an requiratur quod sacerdos tangant calicem cum hostia supra posita in patena, & diaconus librum euangeliorum, & consequenter alij alias materias sui officij? Ad quod Theologi communi consensu respondent affirmatiue, nempe quod requiritur contactus ad essentiam sacramenti, ita quod si consecrandus non tangat materiam sui gradus non est sacramentum, sed iterum est initiandus tali gradu: & ita admonent Episcopi & altantes ipsos consecrandos, vt tangant materias suorum graduum. Quod sic probant Theologi, quia in omnibus alijs sacramentis in quibus requiritur materia. i. cōficiuntur in vsu materiæ, requiritur realis contactus: ergo etiam requiritur in hoc sacramento, cum etiam hic sit materia. Secundo in sacramento hoc requiri materiam, significari videtur per formam: quia dicitur cum ab Episcopo traditur liber diacono, aut calix sacerdoti, accipe potestatem legendi euangelia in ecclesia Dei &cæt. ergo requiritur quod consecrandi accipiant, & quod aliter non saluaretur veritas formæ. Tertio, sacramenta nouæ legis constant ex rebus & verbis, & non est ibi alia res nisi ille contactus: ergo cōtactus ille est de essentia sacramenti. Quarto non minus oportet fieri quod in sacramento fieri significatur ipso facto, quàm quod dicitur: sed ibi dicitur accipe, & ipso facto vel opere non solum ostenditur materia, sed traditur consecrando: ergo si initiandus non accipiat, erit falsitas in ipso facto, esto nõ esset in dicto. S. Tho. autem hic in solutione ad tertium, reliquit hoc sub dubio: & cum ipse scriberet super Magistrum, erant opiniones de hoc: idè dico quod hæc negatiua, nempe quod non requiratur contactus ad essentiam sacramenti possit probabiliter defendi, quousq; ecclesia oppositum determinauerit. Sed securius est tenere cum communi sententia Theologorum, & maxime quia ecclesia per illa omnia quibus vtitur pro forma & materia huius sacramenti, intendit ordinare. Vnde Episcopus qui illa non obseruaret non conficeret sacramentum, sed quantum est de se seclusa intentione ecclesiæ videtur quod contactus nõ

fit de essentia sacramenti: & confirmatur quia Durand. d. 24. q. 3. dicit quod in ecclesia Nicensi, cuius ipse fuit Episcopus non tradebatur materia, nempe liber aut aliqua alia Diaconis quando initiabantur, sed quod ipse Durand. tradebat materiam, vt cum alijs ecclesijs se conformaret: ergo signum est quod ille contactus non erat de essentia sacramenti. Et ad argumenta in contrarium, dico ad primum, quod non est eadem ratio de hoc sacramento & de alijs, quia alia sacramenta, non habent aliam essentiam nisi ipsum contactum: vt ablutio in baptismo, & vnctio in confirmatione, & in extrema vnctione. Hoc autem sacramentum habet aliam essentiam quæ est traditio potestatis quæ sine materia fieri potest. Ad secundum nego per formam huius sacramenti significari quod statim consecrandus tangat materiam, sed illud verbum, accipe potestatem, accipitur pro hoc verbo, do tibi potestatem: vnde tantum pollet, accipe potestatem. i. do tibi potestatem tangendi librum vel calicem &cæt. quando opus fuerit, non quod statim tangat. ¶ Ad tertium concedo, quod sacramenta consistunt in rebus & verbis, sed contactus non est res necessaria, sed sola traditio rei. Vnde quidquid sit, de opinione præfatæ rationes non omnino concludunt. ¶ Ad quartum dico, quod non significatur verbo aut facto quod statim consecrandus tangat materiam sacramenti huius, tanquam hoc sit de necessitate sacramenti.

RVRVS est dubium, an ad essentiam huius sacramenti, supposito quod necessario requiritur contactus, sit necessarium quod consecrandi simul, quando Episcopus dicit verba tangant materiam sacramenti. Hoc mouet Caiet. in quodlib. suis q. 23. & dicit necessarium esse ordinandos simul Episcopo profereute verba tangere materiam sacramenti: probat prius, quia illud verbum, accipe, est præsentis temporis: ergo non esset vera forma, nisi simul acciperet ordinandus materiam quæ sibi traditur. Secundo, quia dato opposito sufficeret contactus post annum, quod ridiculum videretur.

HIS autem non obstantibus, ego dico, quod si contactus est necessarius ad essentiam sacramenti, sufficit simultas moralis: vnde sufficit quod ordinandus tangat materiam, simul cū Episcopus profert verba, vel quod statim verbis prolatis, incipiat tangere materiam. Et ad argumenta Caieta. dico ad primum, quod illa prædicta simultas moralis sufficit ad veritatem propositionis de præsentis, vt patet in hac, ego taceo: quæ verificatur pro instanti vltimo prolationis verborum. ¶ Ad secundum nego sequelam, quia non impleretur præceptum modo moralis, si post annum ordinandus tangeret materiam sacramenti. Et

Et tamen ad impletionem præcepti, requiritur quod simul moraliter adimpleatur iuxta significationem verborum.

Quæstio. 37.

De effectu huius sacramenti.

DEINDE considerandum est de effectu huius sacramenti.

CIRCA quod quaruntur quinque.

PRIMUM est, vtrum in sacramento ordinis gratia conferatur?

SECUNDUM est, vtrum imprimatur character?

TERTIUM est, vtrum character ordinis presupponat characterem baptismalem?

QUARTUM est, vtrum presupponat characterem confirmationis?

QUINTUM est, vtrum character vnius ordinis presupponat characterem alterius?

Articulus primus

Vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens?

Thom. vbi supra art. 2. q. 1. & seq.



AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod in sacramento ordinis non conferatur gratia gratum faciens, quia communitè dicitur, quod sacramentum ordinis ordinatur contra defectum ignorantie: sed contra ignorantiam non datur gratia gratum faciens, sed gratia gratis data: quia gratia gratum faciens magis respicit affectum: ergo in hoc sacramento ordinis non datur gratia gratum faciens.

PRETEREA, ordo distinctionem importat: sed membra ecclesiæ non distinguuntur per gratiam gratum facientem, sed secundum

gratiam gratis datam: de qua dicitur 1. Cor. 12. diuisiones gratiarum sunt: ergo in ordine non datur gratia gratum faciens.

PRETEREA nulla causa presupponit effectum suum, sed in eo qui accedit ad ordinem presupponitur gratia, per quam fit idoneus ad executionem ordinis: ergo talis gratia non confertur in collatione ordinis.

SED contra, sacramenta nouæ leg. efficiunt quod figurant: sed ordo per numerum septenarium signat septem dona Spiritus Sancti, vt in litera dicitur: ergo dona Spiritus Sancti quæ non sunt sine gratia gratum faciente in ordine dantur.

PRETEREA, ordo est sacramentum nouæ leg. sed in definitione talis sacramenti ponitur vt causa gratiæ existat: ergo causat gratiam in suscipiente.

RESPONDEO dicendum, quod Dei perfecta sunt opera, vt dicitur Deute. 32. & idè cuiusq; datur potentia aliqua diuinitus datur ea per quæ executio illius potentie potest congruè fieri, & hoc etiam in naturalibus patet. Quia animalibus dantur membra, quibus potentia anima possunt exire in actus suos, nisi sit defectus ex parte materiæ: sicut autem gratia gratum faciens, est necessaria ad hoc quod homo dignè sacramenta recipiat, ita etiam ad hoc quod homo dignè sacramenta dispenset: & idè sicut in baptismo per quem fit homo susceptiuus aliorum sacramentorum, datur gratia gratum faciens, ita in sacramento ordinis per quod homo ordinatur ad aliorum sacramentorum dispensationem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ordo datur non in remedium vnius persone, sed totius ecclesiæ: vnde quod dicitur contra ignorantiam dari, non est intelligendum, ita quod per susceptionem ordinis pellatur ignorantiam suscipiente: sed quia suscipiens ordinem perficitur ad pellendam ignorantiam in plebe.

AD SECUNDUM dicendum, quod quamuis dona gratiæ gratum facientis, communia sint omnibus membris ecclesiæ: tamen illorum actus donorum secundum quæ attribuitur

distinctione in membris ecclesie idoneus susceptor aliqui esse non potest, nisi charitas adsit, quae quidem sine gratia gratum faciente esse non potest.

AD TERTIVM dicendum, quod ad idoneam executionem ordinum non sufficit bonitas qualiscumque, sed requiritur bonitas excellentis: ut sicut illi qui ordinem suscipiunt super plebem constituuntur gradu ordinis, ita & superiores sint merito sanctitatis: & ideo praecipitur gratia, quae sufficiat ad hoc quod dignè connumerentur in plebe Christi: sed conferuntur in ipsa susceptione ordinis, amplius gratiae munus per quod ad maiora reddantur idonei.

HÆC conclusio sancti Tho. affirmativa, nempe quod sacramentum ordinis conferat gratiam, est communiter recepta ab omnibus fidelibus: quam nos etiam probauimus q. præced. art. 3. Secundo dico, quod hæc conclusio, Sacramentum ordinis confert gratiam, est de fide: quia sic est determinatum in concil. Trident. in decreto de sacramentis in communi. Ista autem alia conclusio, nempe In quolibet gradu sacramenti ordinis confertur gratia, non est de fide, quia non est hoc definitum ab ecclesia tanquam de fide tenendum. Sed est communior & probabilior opinio, quod in quolibet gradu huius sacramenti confertur gratia, quia sequitur ex illa opinione communiori, ut supra disputauimus, nempe quod quilibet gradus sacramenti ordinis est sacramentum. Quae etiam est sententia S. Thomae in isto art. & in sequenti.

Artic. secundus

Vtrum in sacramento ordinis character imprimatur quantum ad omnes ordines?

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod in sacramento ordinis non imprimatur character quantum ad omnes ordines. Quia ordinis character est quedam spiritualis potestas: sed quidam ordines non ordinantur, nisi ad quosdam actus cor-

porales, scilicet ostiarij vel acoliti: ergo in eis non imprimatur character.

PRÆTEREA, omni character est indelibilis: ergo per characterem homo ponitur in tali statu a quo non possit recedere: sed illi qui habent aliquos ordines possunt licite redire ad laicatum: ergo non imprimatur character in omnibus ordinibus.

PRÆTEREA, per characterem homo ascribitur ad aliquid sacrum dandum, vel ad suscipiendum: sed ad susceptionem sacramentorum homo sufficienter ordinatur per characterem baptismalem: dispensator autem sacramentorum non constituitur aliquis, nisi in ordine sacerdotali: ergo in alijs ordinibus non imprimatur character.

SED contra, omne sacramentum in quo non imprimatur character est iterabile: sed nullus ordo est iterabilis: ergo in quolibet ordine imprimatur character.

PRÆTEREA, character est signum distinctiuum: sed in quolibet ordine est aliqua distinctio: ergo quilibet ordo imprimit characterem.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est triplex opinio, vel fuit. Quidam enim dixerunt quod in solo ordine sacerdotali character imprimatur. Sed hoc non est verum, quia actus diaconi nullus potest exercere licite nisi diaconus: & ita patet quod habet aliquam specialem potestatem in dispensatione sacramentorum quam alij non habent. Et propter hoc alij dixerunt quod in sacris ordinibus imprimatur character, non autem in minoribus. Sed hoc nihil est, quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatae ad sacramentorum dispensationem. Vnde cum character sit signum distinctiuum ab alijs, oportet quod in omnibus character imprimatur: cuius etiam signum est quod perpetuo manent, & nunquam iterantur.

ET hæc est tertia opinio quae communior est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quilibet ordo vel habet actum, circa ipsum sacramentum, vel ordinatum ad sacramentorum dispensationem.

dispensationem: sicut ostiarij habent actum admittendi homines ad diuinorum sacramentorum inspectionem, & sic de alijs: & ideo in omnibus requiritur spiritualis potestas.

AD SECVNDVM dicendum, quod quantumcumque homo ad laicatum se transferat, semper tamen manet in eo character: quod patet ex hoc quod si ad clericatum reuertatur, non iterum ordinem quem habuerat suscipit.

AD TERTIVM dicendum, sicut ad primum.

ISTA conclusio affirmatiua huius articuli nempe quod quilibet gradus sacramenti ordinis confert characterem, recipitur communiter ab omnibus illis qui tenebant quemlibet prædictum gradum esse sacramentum & quia omnes nullo excepto tenebant sacerdotium esse sacramentum, omnes communiter consequenter recipiunt sacerdotium imprimere characterem. Et hæc sit prima & certa propositio, & est de fide, quia ita definita est in concil. Trident. in Decreto de sacramentis in communi, ubi constituitur sub anathemate, omnis qui dixerit in baptismo, confirmatione & ordine characterem non conferri. Secunda propositio est Durand. & aliorum aliorum qui dicunt gradus ordinis inferiores non esse sacramentum, consequenter dicere debent quod nec imprimunt characterem. Tertia propositio est, Omnes qui tenent singulos gradus ordinis esse sacramentum, consequenter dicere debent singulum eorum imprimere characterem. Quarta propositio est, Communior sententia Theologorum est quod quilibet gradus ordinis imprimit characterem, quod probatur rationibus S. Thomae, quas habes in litera.

SED hæsitabis, an sit de fide quod in quolibet gradu ordinis imprimatur character. Dicendum quod non, cum nec in scripturis habeatur, nec ab ecclesia hætenus sit definitum: Est tamen de fide, ut diximus, quod in sacramento ordinis imprimatur character, siue in vno, siue in altero gradu, siue in omnibus, ut iam citauimus ex concil. Tridenti.

Artic. tertius.

Vtrum character ordinis præsupponat characterem baptismalem?

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod character ordinis non præsupponat characterem baptismalem. Quia per characterem ordinis homo

efficitur dispensator sacramentorum, per characterem baptismalem susceptiuus eorum: sed potestas actiua non præsupponit de necessitate passiua, quia potest esse sine ea, sicut patet in Deo: ergo character ordinis non præsupponit de necessitate characterem baptismalem.

PRÆTEREA, potest contingere quod aliquis non sit baptizatus qui se baptizatum existimat probabiliter: si ergo talis ad ordines accedat non consequetur characterem ordinis, si character ordinis præsupponit characterem baptismalem: & sic ea quae faciet vel in consecratione, vel in absolutione, nihil erunt: & in hoc ecclesia decipitur, quod est inconueniens. **SED** contra, baptismus est ianua sacramentorum: ergo cum ordo sit quoddam sacramentum præsupponit baptismum.

RESPONDEO dicendum, quod nihil potest aliquid accipere cuius receptiuam potentiam non habet: per characterem autem baptismalem efficitur homo receptiuus aliorum sacramentorum: unde qui characterem baptismalem non habet, nullum alterum sacramentum recipere potest: & sic character ordinis baptismalem characterem præsupponit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in eo qui habet potentiam actiuam a se, potentia actiua non præsupponit passiua: sed in eo qui habet potentiam actiuam ab altero, præexigitur ad potentiam actiuam potentia passiuam, quae recipere possit potentiam actiuam. **AD SECVNDVM** dicendum, quod talis si ad sacerdotium promoueat, non est sacerdos, nec conficere potest, nec absolueret in foro penitentiali. Vnde secundum Canones debet iterato baptizari & ordinari: & si etiam in Episcopum promoueat, illi quos ordinat non habet ordinem. Sed tamen pie credi potest quod quantum ad ultimos effectus sacramentorum summus sacerdos suppleret defectum, & quod non permetteret hoc ita latere quod ecclesiae posset periculum imminere.

EST conclusio in isto articulo affirmativa quam omnes recipiunt, nempe quod character ordinis presupponat characterem baptismalem: & est conclusio Innocen. 3. in cap. veniens, de presbytero non baptizato. Quam conclu. asseveravit predictus Innoc. 3. respondens Episcopo Ferrariensi. Idem dicitur in eod. tit. cap. si quis presbyter. & in concilio celebrato apud Compendium. Sed est dubium quomodo intelligatur conclusio, an scilicet presupponatur character baptismalis ad characterem ordinis tanquam quid decens & conueniens ex precepto ecclesie: vel an presupponatur de iure diuino, & de necessitate sacramenti ordinis, ita quod si non sit baptizatus ille qui ordinatur debeat baptizari & rursus ordinari? Ad quod dico, characterem baptismalem, de iure diuino & de necessitate sacramenti ordinis requiri ad hoc quod sacramentum ordinis teneat. & hoc dicit S. Tho. in isto articulo ad 2. argumentum, & probatur illis iuribus quae adduximus.

Artic. quartus

Utrum character ordinis presupponat characterem confirmationis?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod presupponat de necessitate characterem confirmationis. Quia in his quae sunt ordinata ad inuicem, sicut medium presupponit primum, ita ultimum presupponit medium: sed character confirmationis presupponit baptismalem quasi primum: ergo character ordinis presupponit characterem confirmationis quasi medium.

PRÆTEREA, qui ad alios confirmandos ponuntur maxime debent esse firmi, sed illi in sacramentum ordinis suscipiunt, sunt aliorum confirmatores: ergo ipsi maxime debent habere sacramentum confirmationis.

SED contra, Apostoli receperunt potestatem ordinis ante ascensionem, Ioan. 20. ubi dictum est, Accipite spiritum sanctum: sed confirmati sunt post ascensionem per aduentum spiritus sancti: ergo non presupponit confirmationem.

RESPONDEO dicendum, quod ad susceptionem ordinis praexigitur aliquid quasi de necessitate sacramenti. & aliquid de congruitate. De necessitate enim sacramenti exigitur quod ille qui accedit ad ordines sit susceptiuus, quod competit et per baptismum: & ideo character baptismalis presupponitur de necessitate sacramenti ita quod sine eo sacramentum ordinis conferri non potest. Sed de congruitate requiritur omnis perfectio per quam aliquis reddatur idoneus ad executionem ordinis, & unum de istis est ut sit confirmatus: & ideo de congruitate character ordinis characterem confirmationis presupponit & non de necessitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non est similis habitudo huius modum ad ultimum, & primi ad medium, quia per characterem baptismalem fit homo susceptiuus sacramenti confirmationis, non autem per sacramentum confirmationis fit susceptiuus sacramenti ordinis, & ideo non est similis ratio. **AD SECVNDVM** dicendum, quod illa ratio procedit de idoneitate quantum ad congruitatem.

IN ISTO articulo est conclusio negatiua, quae omnes etiam communiter semper receperunt, nempe quod character ordinis non presupponit de iure diuino aut de necessitate sacramenti characterem confirmationis, presupponit tamen illum de necessitate decentie & congruitatis.

¶ Dubium tamen est, an sit de necessitate precepti ad hunc sensum, quod qui ordinatur non confirmatus peccet mortaliter? Ad quod dico prius probabile esse quod character ordinis non presupponit characterem confirmationis sub precepto, cum nec in sacra scriptura, nec in iure habeatur tale preceptum. Unde si quis sit contemptu ordinatur non prius confirmatus, non videtur condemnandus de peccato mortali. securius tamen videtur oppositum.

Artic. quintus

Utrum character unius ordinis de necessitate presupponat characterem alterius ordinis?

AD



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod character unius ordinis presupponat de necessitate characterem alterius ordinis. Quia maior est conuenientia ordinis ad ordinem, quam ordinis ad aliud sacramentum: sed character ordinis presupponit characterem alterius sacramenti scilicet baptismi: ergo multo fortius character unius ordinis presupponit characterem alterius.

PRÆTEREA, ordines sunt quidam gradus: sed nullus potest peruenire ad posteriorē gradum, nisi priorem ascenderit: ergo nullus potest accipere characterem ordinis sequentis, nisi prius accipiat ordinem precedentem.

SED contra, si omittatur aliquid in sacramento quod sit de necessitate sacramenti, oportet quod sacramentum iteretur: sed si aliquis accipiat sequentem ordinem praetermissis primis non reordinabitur, sed confertur sibi quod deerat secundum statuta Canonum: ergo procedens ordo non est de necessitate sequentis. **RESPONDEO** dicendum, quod non est de necessitate superiorum ordinum quod aliquis minores ordines prius habeat, quia potestates sunt distinctae, & una, quantum est de sui ratione, non requirit aliam in eodem subiecto: & ideo etiam in primitiua ecclesia aliqui ordinabantur in presbyteros, qui prius inferiores ordine non susceperant: & tamen poterant omnia quae inferiores ordines possunt, quia inferior potestas comprehenditur in superiori virtute: sicut sensus in intellectu, & ducatur in regno, sed postea per constitutionem ecclesiae determinatum est quod ad maiores ordines se non ingerat qui prius in minoribus officiis se non humiliavit: & inde est quod qui ordinatur per saltum, secundum Canones non reordinatur, sed id quod commissum fuerat de precedentibus ordinibus eis confertur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod magis conueniunt ordines ad inuicem secundum similitudinem speciei, quam ordo cum baptismo: sed secundum proportionem potentiae ad actum magis conuenit baptismus cum ordine, quia per baptismum acquirit homo potentiam passiuam recipiendi ordines: non autem

per ordinem inferiorem datur potentia passiuam recipiendi maiores ordines.

AD SECVNDVM dicendum, quod ordines non sunt gradus qui occurrant in actione una, vel in uno motu, ut oporteat ad ultimum per primum deuenire: sed sunt sicut gradus in diuersis rebus constituti, sicut est gradus inter hominem & angelum, nec oportet quod ille qui sit angelus prius fuerit homo: similiter etiam est gradus inter caput & omnia membra corporis, nec oportet quod illud quod est caput prius fuerit pes, & similiter est in proposito.

IN ISTO articulo quinto, est conclusio negatiua ab omnibus recepta, quod non est necessarius de necessitate sacramenti ordo, inter gradus sacramenti ordinis, sed est necessarius de necessitate precepti, & hoc habetur cap. unico, de clerico per saltum promoti. ¶ Sed poterit quis dubitare an promotus sic per saltum sit irregularis? Ad quod respondetur affirmatiue, ut constat ex eodem cap. citato, iuncta glo. & Panormit. ibid. Poterit tamen Episcopus dispensare in praedicta irregularitate, ut dicit glosa & Panormitanus in praedicto cap.

Sequitur questio .38.

De qualitate suscipientium.

DE INDE de qualitate suscipientium hoc sacramentum.

Circa quod quaeruntur quinque.

PRIMVM est, utrum in suscipientibus hoc sacramentum requiratur bonitas vitae?

SECVNDVM est, utrum requiratur scientia totius sacrae scripturae?

TERTIVM est, utrum ex ipso merito vitae aliquis ordinis gradus consequatur?

QVARTVM est, utrum promouens indignus ad ordines peccet?

QVINTVM est, utrum aliquis peccator existens possit sine peccato ordine suscipi pro vi?

AR.

Articul. primus

Vtrum in suscipientibus ordinem requiratur bonitas vitæ?

Thom. vbi supra art. 3. q. 1. & seq.



D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod in suscipientibus ordines non requiratur bonitas vitæ. Quia per ordinem aliquis ordinatur ad dispensationem sacramentorum: sed sacramenta possunt dispensari à bonis & malis: ergo non requiratur bona vita.

PRAETEREA, non est maius ministerium quod Deo in sacramentis exhibetur, quam quod ipsi corporaliter adhibetur: sed à ministro ipsius corporali non repulit dominus mulierem peccatricem & infamem, ut patet Luc. 7. ergo nec à ministerio eius in sacramentis tales sunt amouendi.

PRAETEREA, per omnem gratiam datur aliquod remedium contra peccatum: sed illis qui habent peccatum non debet aliquod remedium denegari quod eis valere possit. Cui ergo in sacramento ordinis gratia conferatur, videtur quod debeat etiam peccatoribus hoc sacramentum dari.

SED contra, Leui. 21. homo de semine Aarō qui habuerit maculam non offerat panes coram Domino, ne accedat ad ministerium eius: sed per maculam (ut dicit glo.) omne vitium intelligitur: ergo ille qui est aliquo vitio irretitus non debet ad ministerium ordinis adhiberi.

PRAETEREA, Hieronymus dicit quod non solum Episcopi, presbyteri & diaconi debent magnopere providere ut cunctum populum cui president, sermone & conuersatione precedant: verum etiam inferiores gradus, & omnes quid diuino oraculo deseruiunt: & quia vehementer ecclesiam Dei destruit meliores esse laicos quam clericos: ergo in omnibus ordinibus requiritur sanctitas vitæ.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Dionysius dicit 1. c. e. cle. Hier. ut subtiliores & clariore essentia replet & in fluxu solari splendorum: lumen in eis supereminens ad similitudinem solis ad alia corpora inuehunt: sic in omni diuino non est audendum alijs dux esse nisi secundum omnem habitum suum factus Dei formissimus & Deo simillimus. Vnde cum in quolibet ordine aliquis constituitur dux alijs in rebus diuinis, quasi presumptuosus mortaliter peccat, quod cum conscientia peccati mortalis ad ordines accedit: & ideo sanctitas vitæ requiritur ad ordinem de necessitate precepti, sed non de necessitate sacramenti. Vnde si malus ordinatur nihilominus ordinem habet, tamen cum peccato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut vera sacramenta sunt que peccator dispensat, ita verum sacramentum ordinis recipit, & sicut indignè dispensat, ita indignè recipit.

AD SECUNDVM dicendum, quod illud ministerium erat tantum in executione corporalis obsequii, quod etiam licite peccatores facere possunt. Secus autem de ministerio spirituali ad quod applicantur ordinati, quia per ipsum efficiuntur medij inter Deum & plebem: & ideo debent de bona conscientia nitere quoad Deum, & bona fama quoad homines.

AD TERTIVM dicendum, quod aliqua medicina sunt que exigunt robur naturæ, aliæ cum periculo mortis adsumuntur, & aliæ sunt que debilibus dari possunt: ita etiam in spiritualibus quedam sacramenta sunt ordinata ad remedia peccati, & talia peccatoribus sunt exhibenda, sicut baptismus & penitentia: illa vero que perfectiorem gratiam conferunt, requirunt hominem per gratiam confortatum.

IN ISTO art. 1. est conclusio affirmatiua nempe quod recipientes sacramentum ordinis debent habere odorem bonæ vitæ. Quæ conclusio & si manifesta sit, & ab omnibus recepta, probatur hoc modo citra rationes S. Tho. per illud Paul. prioris ad Timot. 3. & ad Tit. 1. quibus locis Paul. anumerat multas condiciones spectantes ad bonitatem vitæ: quæ condiciones sunt Episcopi & diaconi: ergo etiam inferiores gradus illas debent habere, ut quod sint irreprehensibiles &c.

SED

SED dubitabis an peccet mortifere suscipiens hoc sacramentum in peccato mortali? Ad quod respondebimus aliquibus propositionibus. Prior est, quicumque in peccato mortifero suscipit presbyteratum peccat mortaliter, ex consensu omnium Doctorum: quia omnes tenent, ut supra diximus, presbyteratum esse sacramentum: & secundum omnes sapientes fideles, qui recipit sacramentum in peccato mortali, peccat mortaliter. Secunda propositio est, tenendo cum communi sententia Theologorum, nempe quod omnis gradus ordinis est sacramentum, consequenter dicendum est, quod recipiens quemcumque gradum ordinis in peccato mortali peccat mortaliter. Tertia propositio, qui teneret cum Duran. quod gradus ordinis inferiores non sunt sacramentum, similiter dicere deberet quod suscipiens illos gradus ordinis inferiores in peccato mortali non peccat mortifere, excepto diaconato, quia cum diaconus immediatus ministrat in altari, etiam sanguinem Domini, videtur quod adhuc mortaliter peccaret recipiens diaconatum in peccato mortifero. Conclusio principalis rursus confirmatur ex illo Leui. 19. sancti eritis, quoniam ego sanctus sum: quod dicitur ad ministros Dei. Cum ergo suscipientes hoc sacramentum ad hoc illud suscipiant ut sint ministri Dei, videtur quod sub precepto debent esse sancti, i. probabiliter in gratia ad hoc quod dignè suscipiant hoc sacramentum, nam prædicta verba sunt preceptiua. De hoc autem, scilicet quando & quomodo ministri ecclesie peccent administrantes & suscipientes sacramentum aliquod, diximus in 1. 4. q. 5. art. 6. subtilissime, vide ibi.

Artic. secundus

Vtrum requiratur scientia totius sacre scripturæ?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod requiratur scientia totius sacre scripturæ. Quia ille debet habere legis scientiam à cuius ore lex requiritur: sed legem requirunt de ore sacerdotis, ut patet Mala. 2. ergo ipse debet legis totius habere scientiam.

PRAETEREA, 1. Pet. 3. parati omni potestati nos ad satisfaciendum de ea que in vobis est fide & spe: sed reddere de his rationem que sunt fidei & spei est illorum qui perfectam scientiam

etiam sacrum scripturarum habent: ergo talem scientiam debent habere illi qui ponuntur in ordinibus, quibus verba prædicta dicuntur. **PRAETEREA**, nullus congruè legit quod non intelligit, quia legere & non intelligere negligere est, ut dicit Cato. Sed ad lectores qui est quasi infimus ordo pertinet legere veteris testamentum, ut in licera dicitur: ergo ad eos pertinet habere totius veteris Testamenti inuentionem, & multo fortius ad alios superiores ordines.

SED contra est, quod multi promouentur ad sacerdotium qui scilicet de talibus nihil sciunt, etiam in religionibus multis: ergo videtur quod talis scientia non requiratur.

PRAETEREA, in vitis Patrum legitur aliquos simplices monachos ad sacerdotium promotos, qui erant sanctissimæ vitæ: ergo non requiritur prædicta scientia in ordinandis.

RESPONDEO dicendum, quod in quolibet actu hominis, si debet esse ordinatus, oportet quod adsit directio rationis: vnde ad hoc quod ordinis officium exequatur, oportet quod habeat tantum de scientia que sufficiat ad hoc quod dirigatur in actu ordinis illius: & ideo etiam talis scientia requiritur in eo qui debet ad ordines promoueri, & non quod vniuersaliter in tota scriptura sit instructus: sed plus vel minus secundum quod ad plura vel pauca se eius officium extendit: ut si illi qui alius proponuntur curam animarum suscipientes, sciant que ad executionem sui ordinis spectant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sacerdos habet duos actus, vni principalem supra corpus Christi verum, & alium secundarium supra corpus Christi mysticum: secundus autem actus dependet a primo sed non conuertitur: & ideo aliqui ad sacerdotium promouentur quibus committitur primus actus tantum: sicut religiosi quibus cura animarum non committitur, & à talium ore lex non requiritur, sed solum quod sacramenta conficiant: & ideo talibus sufficit si tantum de scientia habeant, quod ea que ad sacramentum perficiendum spectant, ritè seruare possint. Alij autem promouentur ad alium actum qui est

Secunda. 4. quest. 38. art. 3.

est supra corpus mysticum, & à talium ore populus legem requirit: unde scientia legis in eis debet esse, non quidem ut sciant omnes difficiles quaestiones, quia in his debet ad superiores recursus haberi: sed ut sciant ea quae populus debet credere & observare de lege. Sed ad superiores sacerdotes s. Episcopos pertinet, ut etiam ea quae difficultatem in lege facere possunt sciant, & tanto magis quanto in maiore gradu collocantur.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio reddenda est de fide & spe, non est intelligenda talis, quae sufficiat ad probandum quae fidei vel spei sunt, cum utrūq; de invisibilibus sit: sed ut sciant in cōmuni probabilitatem viri usq; ostendere, ad quod non requiritur multū magna scientia.

AD TERTIVM dicendum, quod ad lectorem non pertinet tradere intellectum sacrae scripturae populo, quia hoc est supericrum ordinum, sed solum pronuntiare: & ideo ab eo non exigitur quod habeat tantum de scientia, qua sacram scripturam intelligat, sed solum quod recte pronuntiare sciat: & quia talis scientia de facili addiscitur à multis, ideo probabiliter estimari potest quod ordinatus talem scientiam acquirat, si etiam tunc eam nō habeat, maxime si in via ad hoc esse videatur.

Artic. tertius.

Vtrum ex merito vitae aliquis gradus ordinis consequatur?



D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod ex ipso merito vitae aliquis ordinis gradus consequatur. Quia sicut dicit Chrysostr. non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos est: sed ex merito vitae aliquis sanctus efficitur: ergo & sacerdos, & multo fortius alios ordines habens.

PRAETEREA, in rebus naturalibus ex hoc ipso aliqua in gradu superiori collocantur, quod Deo appropinquant, & magis de eius bonitate

participant, ut Dio. dicit 4. cap. de ecclesiast. Hierar. Sed ex merito sanctitatis & scientiae aliquis efficitur Deo propinquior, & plus de eius bonitate recipiens: ergo ex hoc ipso in gradu ordinis collocatur.

SED contra, sanctitas semel habita potest amitti: sed ordo semel habitus nunquam amittitur: ergo ordo non consistit in ipso merito sanctitatis.

RESPONDEO dicendum, quod causa debet esse proportionata suo effectui: & ideo sicut in Christo à quo descendit gratia in omnes homines, oportet quod sit gratia plenitudo, ita in ministris ecclesiae, quorum non est dare gratiam, sed gratiae sacramenta, non constituitur gradus ordinis ex hoc quod habent gratiam: sed ex hoc quod participant aliquod gratiae sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Chrysostr. accipit sacerdotis nomen quantum ad rationem interpretationis, secundum quod sacerdos idem est quod sacra dans. Sic enim quilibet iustus in quantum sacra merita alicui in auxilium dat, sacerdotis interpretationem habet, non autem loquitur secundum nominis significationem. Est enim hoc nomen sacerdos institutum ad significandum eum qui sacra dat in sacramentorum dispensatione.

AD SECVNDVM dicendum, quod res naturales efficiuntur in gradu super alia secundum quod in ea agere possunt ex forma sua: & ideo ex hoc ipso quod formam nobiliorem habent in altiori gradu constituuntur: sed ministri ecclesiae non praeposuntur alijs ut ex propria sanctitatis virtute aliquid tribuant, quia hoc solius Dei est: sed sicut ministri, & quodammodo instrumenta illius effluxus qui fit à capite in membra: & ideo non est simile quantum ad dignitatem ordinis, quomnis sit simile quantum ad congruitatem.

CIRCA praedictum arti. secundum, adverte quod nulla scientia requiritur ad essentiam sacramenti ordinis, sed requiritur ad bene esse, & ad bene administrandum sacramentum.

SED haeritabis an ipsa ignorantia sit peccatum in ordinato, vel solū peccet ordinatus

Secunda. 4. quest. 38. art. 4. fo. 416.

quando omittit quod tenebatur facere. Ad quod respondeo cū S. Tho. prima 2. q. 76. art. 2. quod ipsa ignorantia est peccatum, nō solum omisso illius quod facere tenetur. Unde mortaliter peccant qui ignorant id ad quod tenentur in re graui, & non solum quando omittunt actum quem efficere tenentur. Hoc probatur, quia exponunt se periculo errandi.

¶ In tertio autem art. nulla est difficultas.

Artic. quartus

Vtrum promovens ad ordines indignos peccet?



D QVARTVM sic proceditur. Videtur quod promovens indignos ad ordines non peccet. Quia episcopus indiget coadiutoribus in minoribus officijs constitutus: sed non posset eos invenire in sufficienti numero si talem idoneitatem requiret in eis qualis à sanctis describitur: ergo si aliquos non idoneos promovet, videtur quod sit excusabilis.

PRAETEREA, ecclesia non solum indiget ministris ad dispensationem spiritualium: sed etiam ad gubernationem temporalium: sed quandoq; illi qui non habent scientiam vel sanctitatem vitae, possunt esse utiles ad gubernationem temporalium, vel propter potentiam secularem, vel propter industriam naturalem: ergo videtur quod tales sine peccato possent promoveri.

PRAETEREA, quilibet tenetur vitare peccatum quantum potest: si ergo episcopus peccat indignos promovens, debet adhibere maximam diligentiam ad sciendum, an illi qui accedunt ad ordines sint digni: ut fieret diligens inquisitio de moribus & scientia eorum, quod non videtur alicubi observari.

SED contra, peius est promoveri malos ad sacra mysteria quam iam promotos non corrigere: sed Heli mortaliter peccavit non corrigens filios suos de malitia sua: unde cadēs re-

trorsum mortuus est, ut dicitur in 1. Reg. ergo non sine peccato euadit si indignos promovet.

PRAETEREA, spiritualia temporalibus sunt praeposenda in ecclesia: sed mortaliter peccaret qui res ecclesiae temporales scienter sub periculo poneret: ergo multo fortius qui poneret res spirituales sub periculo: sed sub periculo ponit res spirituales quicumq; indignos promovet: quia cuius vita despicitur, ut dicit Grego. restat ut eius praedicatio contemnatur, & eadem ratione omnia spiritualia ab eis exhibita: ergo indignos promovens mortaliter peccat.

RESPONDEO dicendum, quod à Domino describitur fidelis servus qui est constitutus supra familiam, ut det illi tritici mensuram, & ideo infidelitatis reus est, qui alicui supra mensuram eius divina tradit: hoc autem facit quicumq; indignos promovet, & idcirco crimē mortale committit, quasi summo Domino infidelis. & praecipue cum hoc in detrimentum ecclesiae vergat, & honoris diuini qui per bonos ministros promovetur. Est enim infidelis terreno domino, qui in eius officio aliquos inutiles poneret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus nunquam ita deserit ecclesiam suam quin inveniatur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis, si digni promovuntur, & indigni repellentur: & si non possunt tot ministri inveniiri quot modo sunt, melius esset habere paucos ministros bonos quam multos malos, ut dicit Beatus Clemens.

AD SECVNDVM dicendum, quod temporalia non sunt quaerenda nisi propter spiritualia: unde omne incommodum temporale deberet eligi, & omne dispendium propter spirituale bonum promovendum.

AD TERTIVM dicendum, quod ad minus hoc requiritur quod nesciat ordinans aliquid contrarium sanctitati in ordinando esse: sed etiam exigitur amplius, ut secundum mensuram ordinis vel officij inungendi diligentior cura apponatur, ut habeatur certitudo de qualitate promovendorum saltem ex testimonio aliorum, & hoc est quod Apostolus dicit 1. Timoth. s. Nemini cito manum imposueris.

HÆC

HÆC conclusio affirmatiua S. Thom. nempe quod Episcopus iniuriis aliquos indignos peccat mortaliter, semper fuit ab omnibus recepta: & citra rationes S. Thomæ probatur, quia talis Episcopus facit injuriam alijs bonis cū illis præponat malos: & quantum est ex parte sua dissipat bona spiritalia, quia si dissipasset bona temporalia peccaret mortaliter: ergo à fortiori ratione, cum dissipet spiritalia peccat mortiferè.

SED est dubium quam diligentiam debet Episcopi adhibere ad examinandum & sciendum vitam promouendorum. Ad quod respōdet S. Thom. hic ad tertium argumentum: ex qua solutiōe colligo duas propositiones. Prior est, quod Episcopus promouens, non sciat esse in illo promouendo vitium aliquod contra charitatem aut sanctitatem. Secunda conclusio est, Episcopus promouens aliquem ad aliquem gradū ordinis, tenetur apponere diligentiam pro qualitate officij ad quod consecrat illum, ad sciendum compertè qualitatem ordinandorum, non sicut hodie multi peccatam faciunt, cum non curent scire de initiando nisi an sciat construere vel destruere vnam homiliam: & quod peius est datur facultas vt promoueat aliquis Idiota pro pecunia, vt fit à multis nuntijs pontificis, & Romæ.

Articu. quintus

Vtrum quis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto vti?



AD QUINTVM sic proceditur. Videtur quod aliquis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto vti, quia peccat si nō vtatur, cām ex officio teneatur: si ergo vtendo peccat nō potest peccatū vitare, quod est incōueniēs.

PRAETEREA, dispensatio est iuris relaxatio: ergo quamuis de iure esset ei illicitum vti ordine suscepto, tamen ex dispensatione ei liceret.

PRAETEREA, quicumq; communicat alicui in peccato mortali peccat mortaliter: si ergo peccator in vsu ordinis peccat mortaliter, tunc etiam peccat mortaliter qui ab eo aliquid diuinorum accipit, vel ab eo exigit, quod videtur absurdum.

PRAETEREA, si vtendo ordine suo peccat: ergo quilibet actus ordinis quem facit est peccatum mortale, & ita cū in vna executione ordinis multi actus concurrant, videtur quod multa peccata mortalia cōmittat, quod valde durum videtur.

SE CONTRA est, quod Diony. in epistola ad Demophilum dicit, Talis scilicet qui non est illuminatus audax videtur sacerdotalibus manum apponens, & non timet neq; vercundatur diuina præter dignitatem exequens, & putat Deum ignorare quæ ipse in se ipso cognouit: & decipere existimat falso nomine parit ab ipso appellatum, & audet ipsius muneris immundas infamias: non enim dicam orationes super diuina signa Christi formiter cōtariare: ergo sacerdos est quasi blasphemus & deceptor qui indignè suum ordinem exequatur: & sic mortaliter peccat, & eadem ratione quilibet alius ordinatus.

PRAETEREA, sanctitas requiritur in susceptione ordinis, vt sit idoneus ad exequendum: sed peccat mortaliter qui cum peccato mortali ad ordines accedit: ergo multo sortius peccat mortaliter in qualibet executione sui ordinis.

RESPONDEO dicendum, quod lex precipit, vt homo iuste ea quæ sunt iusta exequatur: & ideo quicumq; hoc quod sibi competit ex ordine facit indignè, quod iustum est iniuste exequitur, & contra præceptum legis facit, ac per hoc mortaliter peccat. Quicumq; autem cum peccato mortali aliquod sacramentum officium pertractat, non est dubium quin indignè illud facit: vnde patet quod mortaliter peccat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nō est perplexus, vt necessitatem peccandi habeat: quia potest dimittere peccatum, vel officio resignare, ex quo obligabatur ad ordinis executionem.

AD SECUNDVM dicendum, quod ius naturale est indispensabile: hoc autem est de iure naturali, vt homo sancta sanctè pertractet, & contra hoc nullus potest dispensare.

AD TERTIVM dicendum, quod quamdiu minister ecclesiæ qui est in peccato mortali ab ecclesiâ sustinetur, ab eo sacramenta eius subditus

subditus recipere debet, quia ad hoc ei obligatur: sed tamen præter necessitatis articulum non esset tutum, quod eum induceret ad aliquid sui ordinis exequendum durante tali cōscientia, quod ille in peccato mortali esset, quæ tamen deponere posset: quia in instanti homo à diuina gratia emundatur.

AD QVARTVM dicendum, quod quando cūq; homo exhibet se in aliquo actu vt minister ecclesiæ mortaliter peccat, & toties quoties huiusmodi actū facit: quia vt Dion. dicit 1. cap. Ecclesiast. hierar. Immūdis nec symbola, id est, sacramentalia signa tangere fas est. Vnde quando tangūt res sacras quasi suo officio vtentes peccant mortaliter. Secus autem esset si in aliqua necessitate aliquod sacramentum contingerent, vel exequerentur in illo casu in quo & laicus licet, sicut si baptizaret in aliquo articulo necessitatis, vel si corpus Christi in terram proiectum colligeret.

ISTA conclusio affirmatiua huius articuli nempe quod minister ecclesiæ exercens suum officium cum peccato mortifero peccat mortaliter, est ab omnibus recepta. Sed animaduertendum est quod est intelligenda, vt Tho. interpretatur hic ad 4. argumentum, & primæ 4. q. 65. art. 6. nempe quod quando ille administrat vt minister ecclesiæ, nempe cum sollemnitate, aut ad hoc vocatus, vel ipse veniens representat se ministrum ecclesiæ. Secus si ad supplendā necessitatem occurrat, vt laicus ad leuādā Eucharistiam quæ iacet in luto, & non adest aliquis alius minister ecclesiæ, aut ad baptizandum cum puer moritur, nec est aliquis alius qui baptizet nisi ille laicus. Et hæc est sententia Gabriel. super Canon. lect. 2.

Secundo animaduerte solutionem ad tertium vbi dicit S. Thom. quod inducere ministrum ecclesiæ est quando ipse volebat abstinere ab exercitio sui officij, & alius petiuit sacramentum sciens illum esse in mortifero peccato: & de his omnibus egimus luculenter in prima 4. q. 65. art. 6. & ideo hic non repeto.

Quæstio. 39.

De distinctione ordinum.

Tho. 4. d. 24. q. 2. art. 1. q. 1. & seq. & art. 2. 3. eiusdem quæst.

CONSEQUENTER agendum est de distinctione ordinum et eorum actibus, & characteris impressione.

Circa quod quærentur quinq;.

PRIMVM est, vtrum ordo debeat in plures distingui?

SECUNDVM est, quot sint?

TERTIVM est, vtrum debeat distingui per sacros & non sacros?

QVARTVM est, vtrum actus ordinis conuenienter assignentur?

QVINTVM est, quando ordinum characteres imprimuntur?

Articul. primus

Vtrum debeant plures ordines distingui?



PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non debeat plures ordines distingui. Quia quanto enim aliqua virtus est maior, tanto minus est multiplicata: sed hoc sacramentum est dignius alijs sacramentis in quantum constituit suscipientes in aliquo gradu super alios: cum ergo alia sacramenta rō distinguantur in plura quæ recipiant prædicationes totius, nec hoc sacramentum debet in plures ordines distingui.

PRAETEREA, si diuiditur, aut est diuisio in partes integrales, aut in partes subiectiuas: non autem in partes integrales, quia sic non reciperent prædicationes totius: ergo est diuisio in partes subiectiuas, sed partes subiectiuæ recipiunt in plurali prædicatione generis remoti, sicut generis proximi: sicut homo & asinus sunt plura animalia, & plura corpora animata: ergo & sacerdotium & diaconatus sicut sunt plures ordines, ita sunt plura sacramenta, cum sacramentum sit quasi genus ad ordines.

PRAETEREA, secundum Philosophum

8. Ethic. Regimen in quo vnus tantum principatur est nobilius regimen communitatis, quā aristocratia, qua diuersi in diuersis officijs constituntur: sed regimen ecclesie debet esse nobilissimum: ergo non debet esse in ecclesia distinctio ordinum ad diuersos actus, sed tota potestas deberet apud vnum reside- re, & sic deberet esse tantum vnus ordo.

S E D contra, ecclesia est corpus Christi misti- cum simile corpori naturali, secundum Apo- stolū: sed in corpore naturali sunt diuersa membrorum officia: ergo & in ecclesia de- bent esse diuersi ordines.

P R A E T E R E A, mysterium noui Testamē- ti est dignius quā veteris, ut patet 2. Cor. 3. sed in vet. Testa. non solum sacerdotes, sed etiam ministri eorum. Licet & sanctificaban- tur: ergo & in no. Testa. debent consecrari per ordinis sacramentum non solum sacer- dotes sed ministri eorum, & ita oportet quod sint plures ordines.

R E S P O N D E O dicendum, quod ordinum multitudo est inducta in ecclesia propter tria. Primo quidem propter Dei sapientiam com- mendandam, que in distinctione rerum ordi- nata maxime relucet tā in naturalibus quā in spiritualibus, quod significatur in hoc, quod Regina Saba vidit ordinem ministrantium Salomoni non habebat vitra spiritum, defi- ciens in administratione sapientie illius. Se- cundo ad subueniendum humana infirmitati, quia per vnum non poterant omnia que ad di- uina mysteria pertinebant expleri, sine magno grauamine: & ideo distinguuntur ordines di- uersi ad diuersa officia. & hoc patet per hoc quod Dominus Nume. 9. dedit Moysi septua- ginta senes populi in adiutorium. Tertio, ut via proficiendi hominibus amplior detur, dum plures in diuersis officijs distribuuntur, ut omnes sint Deicooperatores, quo nihil est diuinius, ut Diony. dicit.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod omnia sacramenta dantur ad effectus aliquos percipiendos, sed hoc sacramentū datur prin- cipaliter ad actus aliquos agendos: & ideo se- cundum diuersitatem actuum oportet quod ordinis sacramentū distinguatur, sicut poten-

tia distinguuntur per actus.

A D S E C V N D V M dicendum, quod distin- ctio ordinis non est totius integralis in partes, neq; totius vniuersalis: sed totius potentialis, cuius hæc est natura, quod totum secundum completam rationem est in vno, in alijs autē est aliqua participatio ipsius, & ita est hic: tota enim plenitudo sacramenti huius est in vno ordine. s. sacerdotio: sed in alijs est quæ- dam participatio ordinis, & hoc significatur est in hoc quod Dominus dixit Numeri. 11. Moysi, auferam de spiritu tuo, & tradā eu, ut sustentent tecum onus populi, & ideo om- nes ordines sunt vnum sacramentum.

A D T E R T I V M dicendum, quod in re- gno quamuis tota potestatis plenitudo resi- deat penes Regem, non tamen excluduntur ministrorum potestates, que sunt participa- tiones quædam Regie potestatis: & similiter est in ordine. In Ari. locratia aut apud nullū residet plenitudo potestatis, sed apud omnes.

Artic. secundus

Utrum sint septem ordines?



A D S E C V N D V M sic proce- ditur. Videtur quod non sint septem ordines. Ordines enim ecclesie ordinantur ad actus hierarchicos: sed tres sunt ac-

tus hierarchici, scilicet, purgare, illuminare, & perficere secundum quos Diony. distin- guit tres ordines in 5. cap. Ecclesiast. hier. ergo non sunt septem.

P R A T E R E A, omnia sacramenta habet efficaciam & auctoritatem ex institutione Christi, vel saltem Apostolorum eius, sed in doctrina Christi & Apostolorum non fit mē- tio nisi de presbyteris & diaconibus: ergo vi- detur quod non sint alij ordines.

P R A E T E R E A, per sacramentum ordinis constituitur aliquis dispensator aliorum sa- cramentorum, sed alia sacramenta sunt sex: ergo debent esse tantum sex ordines.

S E D contra, videtur quod debeant esse plu- res: quia quanto aliqua virtus est altior tanto est

est minus multiplicabilis: sed potestas Hierar- est altiori modo in angelis quā in nobis, ut Diony. dicit: cum ergo in hierarchia angelica sint nouem ordines, totidem deberent esse in ecclesia vel plures.

P R A E T E R E A, prophetia Psalmorum est nobilior inter omnes alias prophetias: sed ad pronuntiandum in ecclesia alias prophetias est vnus ordo. s. lectorum: ergo & ad pronū- ciandum psalmos deberet esse alius ordo, & precipue cum in Decretis dist. 21. Psalmista secundus ab ostiario inter ordines ponatur.

R E S P O N D E O dicendum, quod quidā sufficientiam ordinum assumunt per quandā adaptationem ad gratias gratis datas, de qui- bus habetur 1. Cor. 12. dicunt enim quod sermo sapientie competit episcopo, quia ipse aliorū ordinator est, quod ad sapientiam pertinet: sermo scientie sacerdoti, quia debet habere cla- uem scientie: fides diacono qui predicat euang- elium: opera virtutum subdiacono, qui se ad opera perfectionis extendit per votum conti- nentie: interpretatio sermonum acolytho, quod significatur in lumine quod defert: gra- tia sanitarum exorciste: gratia linguarum Psalmista, prophetie lectori: discretio spirituum ostiario, qui quosdā repellit & quosdā admit- tit. Sed hoc nihil est, quia gratie gratis datæ non dantur eidem, sicut ordines dantur eidē.

Dicitur enim 1. Cor. 12. diuisiones gratiarum sunt. Et iterum ponuntur quædam que or- dines non dicuntur, scilicet, Episcopatus & Psalmistatus. Et ideo alij assignant secundū quandam assimilationem ad celestem hierar- chiam, in quibus ordines distinguuntur secun- dum purgationem, illuminationem, & per- fectionem. Dicunt enim quod ostiarius pur- gat, exterius segregando bocos à malis etiā corporaliter: interius vero acolythus, quia per lumen quod portat significat se interiores tenebras pellere: sed utroq; modo exorcista, quia diabolus quem expellit utroq; modo per- turbat, sed illuminatio que fit per doctrinam quantum ad doctrinam propheticam fit per lectores, quantum ad Apostolicā fit per sub- diaconos, quantum ad euangelicam per dia- conos fit: sed perfectio cōmunionis, utpote que

est penitentia & baptismi & huiusmodi, fit per sacerdotem: excellens vero per Episcopū, ut consecratio sacerdotum & virginum: sed excellentissima per summum Pontificem, in quo est plenitudo auctoritatis. Sed hoc nihil est, tum quia ordines Hierarchie non distin- guntur per prædictas actiōes hierarchicas, cum quælibet cuiuslibet ordinum conueniat: tum quia secundum Diony. solis Episcopis cōuenit per- ficere: illuminare autem sacerdotibus, purga- re autem ministris omnibus. Et ideo alij appro- priant ordines septem donis, ut sacerdotio res- pondeat donum sapientie, qua nos pane vitæ & intellectus cibatur: sicut sacerdos nos pane cœlesti reficit: sed timor ostiario, quia nos separat à malis: & sic intermedij ordines res- pondent medijs donis. Sed hoc iterum nihil est, quia in quolibet ordine septiformis gra- tia datur.

E T ideo aliter dicendū, quod ordinis sacra- mentū ad sacramentum Eucharistie ordinatur quod est sacramentum sacramentorum, ut Diony. dicit. Sicut enim templum & altare & vasa & vestes, ita & ministeria que ad Eucharistiam ordinantur consecratione in- digent, & hæc consecratio est ordinis sacra- mentum: & ideo distinctio ordinis est acci- pienda secundum relationem ad Eucharistiā, quia potestas ordinis aut est ad consecrationē Eucharistie ipsius, aut ad aliquod ministeriū ordinatum ad hoc sacramentum Eucharistie. Si primo modo, sic est ordo sacerdotum: & ideo cum ordinantur accipiunt calicem cū vi- no & pane, nam cum pane potestatem acci- piunt consecrandi corpus & sanguine Chri- sti. Cooperatio autem ministrorum est, vel in ordine ad ipsum sacramentum, vel in ordine ad suscipientes. Si primo modo, sic tripliciter. **P R I M O** enim est ministerium quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento, quā- tum ad dispensationem, sed non quantum ad consecrationem, quam solus sacerdos facit, & hoc pertinet ad Diaconum. Vnde in litera dicitur, quod ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnibus que aguntur in sa- cramentis Christi: vnde & Christi sangui- nem dispensat.

SECUNDO est ministerium ordinatum ad materiam sacramenti ordinandam in sacris vasis ipsius sacramenti, & hoc pertinet ad subdiaconum. Vnde dicitur in littera, quod corporis & sanguinis Domini vasa portat, & oblationes in altari ponunt, & ideo accipiunt calicem de manu Episcopi, sed vacuum cum ordinatur. **TERTIO**, est ministerium ordinatum ad presentandum materiam sacramenti, & hoc comperit acolytho. Ipse enim, ut in littera dicitur, urceolum cum vino & aqua preparat. Vnde accipiunt urceolum vacuum. Sed ministerium ad preparationem recipientium ordinatum non potest esse nisi super immundos, quia qui mundi sunt iam sunt ad sacramenta percipienda idonei. Triplex autem est genus immundorum, secundum Diony. Quidam enim sunt omnino infideles credere nolentes, & hi totaliter a visione diuinorum & a cetera fidelium arcendi sunt, & hoc pertinet ad ostiarios. Quidam autem sunt volentes credere sed non instructi, scilicet, catechumini, & ad horum instructionem ordinatur ordo lectorum. & ideo prima rudimenta doctrinae fidei, scilicet, vetus testamentum eis legendum committitur. Quidam vero sunt fideles & instructi, sed impedimentum habentes ex demonis potestate, scilicet, energumini: & ad hoc ministerium est ordo exorcistarum. & omnino sic patet ratio numeri et gradus ordinum. **AD PRIMUM** ergo dicendum, quod Diony. loquitur de ordinibus non secundum quod sunt sacramenta, sed secundum quod ad hierarchicas actiones ordinantur: & ideo secundum actiones illas tres ordines distinguit, quorum primus habet omnes tres, scilicet, Episcopus. Secundus habet duas, scilicet, sacerdos, sed tertius habet unam, scilicet, diaconus, scilicet, purgare qui minister dicitur: & sub hoc omnes inferiores ordines comprehenduntur: sed ordines habent quod sint sacramenta ex relatione ad maximum sacramentorum, & secundum hoc debet numerus ordinum accipi.

AD SECUNDUM dicendum, quod in primitiua ecclesia propter paucitatem ministrorum, omnia inferiora ministeria diaconibus committebantur, ut patet per Dion. 3. ca. Eccles.

Hierarc. ubi dicit, ministrorum alij stant ad portas templi clausas, alij aliud proprii ordinis operantur: alij autem sacerdotibus proponunt super altare sacrum panem, & benedictionis calicem, nihilominus erant omnes predictae potestates, sed implicite in vna diaconi potestate: sed postea ampliatum est cultus diuinus, & ecclesia quod implicite habebat in vno ordine explicite tradidit in diuersis, & secundum hoc dicit Magister in littera quod ecclesia alios ordines sibi instituit.

AD TERTIUM dicendum, quod ordines ordinantur principaliter ad sacramentum Eucharistiae: ad alia autem per consequens, quia etiam alia sacramenta ab eo quod in sacramento deriuantur. Vnde non oportet quod distinguantur ordines secundum sacramenta.

AD QVARTUM dicendum, quod angeli differunt specie, & propter hoc in eis potest esse modus diuersi recipiendi diuina: & ideo diuersae hierarchiae in eis distinguuntur: sed in ordinibus tantum est vna hierarchia propter vnum modum accipiendi diuina quae consequitur humanam speciem, scilicet, per similitudinem rerum sensibilium: & ideo distinctio ordinum in angelis non potest esse per comparationem ad aliquod sacramentum, sicut est apud nos, sed solum per comparationem ad hierarchicas actiones, quas in inferiores exercet quilibet ordo in eis: & secundum hoc nostri ordines eis respondent, quia in nostra hierarchia sunt tres ordines secundum hierarchicas actiones distincti, sicut in qualibet hierarchia angelorum.

AD QVINTUM dicendum, quod Psalmistatus non est ordo, sed officium ordini annexum: quia enim Psalmi cum cantu pronuntiantur: ideo dicitur Psalmista cantor. Cantor autem non est nomen ordinis specialis, tum quia cantare pertinet ad totum chorum: tum quia non habet aliquam specialem relationem ad Eucharistiae sacramentum: tum quia officium quoddam est quod inter ordines largo modo acceptos computatur quandoque.

Artic. tertius.

Vtrum

Vtrum ordines debeant distingu per sacros & non sacros?



AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod ordines non debeant distingu per sacros & non sacros. Omnes enim ordines sacramenta quadam

sunt: sed omnia sacramenta sunt sacra, ergo omnes ordines sunt sacri.

PRÆTEREA, secundum ordines ecclesie non deputatur aliquis ad diuina officia: sed omnia talia sunt sacramenta: ergo omnes ordines sunt sacri.

SED contra est, quod ordines sacri impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt iam contractum, sed quatuor inferiores ordines non impediunt contrahendum, nec dirimunt contractum: ergo non sunt sacri ordines.

RESPONDEO dicendum, quod ordo sacer dicitur dupliciter. Vno modo secundum se, & sic quilibet ordo est sacer, cum sit sacramentum quoddam. Alio modo ratione materiae, circa quam habet aliquem actum. & sic ordo sacer dicitur qui habet aliquem actum circa rem aliquam consecratam. & sic sunt tres ordines sacri, scilicet, sacerdos, & diaconus qui habet actum circa corpus Christi & sanguinem consecratum: & subdiaconus qui habet actum circa vasa consecrata, & ideo eis continentia indicitur, ut mundi sint qui sancta tractant. **ET** per hoc patet solutio ad obiecta.

Artic. quartus

Vtrum actus ordinum conuenienter assignentur?



AD QVARTUM sic proceditur. Videtur quod actus ordinum inconuenienter in littera assignentur. Quia per ab solutionem preparatur aliquis ad corpus Christi sumendum: sed prepara-

rio suscipientium sacramentum pertinet ad inferiores ordines: ergo inconuenienter absolutio a peccatis inter actus ponitur sacerdotis.

PRÆTEREA, homo per baptismum est immediate Deo configuratus characterem configurantem suscipiens: sed orare & offerre oblationes sunt actus immediate ad Deum ordinati: ergo quilibet baptizatus potest hos actus facere, & non soli sacerdotes.

PRÆTEREA, diuersorum ordinum diuersi sunt actus: sed oblationes in altari ponere, & epistolam legere ad subdiaconum pertinet, crucem etiam ferunt subdiaconi coram Papa: ergo hi non debent poni actus diaconi.

PRÆTEREA, eadem veritas continetur in vet. & no. Testa. legere autem vetus Testa. est lectorum: ergo eadem ratione & legere nouum, & non diaconorum.

PRÆTEREA, Apostoli nihil aliud predicauerunt quam euangelium Christi, ut patet Rom. 1. sed doctrina Apostolorum committitur subdiaconibus enuntianda: ergo doctrina euangelij.

PRÆTEREA, secundum Diony. quod est superioris ordinis non debet inferiori conuenire: sed ministrare cum urceolo est actus subdiaconorum: ergo non debet acolythis attribui.

PRÆTEREA, actus spirituales debent corporalibus praeminere, sed acolythus non habet nisi actum corporalem: ergo exorcista non habet actum spiritualempellendi demones cum sit inferior.

PRÆTEREA, quae magis conueniunt iuxta se ponenda sunt: sed legere vetus Testa. maxime debet conuenire cum lectore no. Testa. quod competit superioribus ministris: ergo legere vetus Testa. non debet poni actus lectoris, sed magis acolythi: & praecipue cum lumen corporale quod acolythi deferunt, significet lumen spiritualis doctrinae.

PRÆTEREA, in quolibet actu ordinis spiritualis, debet esse aliqua vis spiritualis quam habent ordinati pra alijs: sed in aperitione & clausione ostiorum non habent aliam potestatem ostiarij quam alij homines: ergo non debet poni actus istorum.

GG ij RES-

RESPONDEO dicendum, quod cum consecratio quæ fit in ordinis sacramento ordinatur ad sacramentum Eucharistiæ, ut dictum est, ille est principalis actus uniuscuiusque ordinis, secundum quem magis proxime ordinatur ad Eucharistiæ sacramentum, & secundum hoc etiam unus ordo est alio eminentior: secundum quod unus actus magis de proximo ad prædictum sacramentum ordinatur: sed quia ad Eucharistiæ sacramentum quasi dignissimum multa ordinantur: ideo non est inconueniens, ut præter principalem actum etiam multos actus unus ordo habeat, & tãto plures quanto est eminentior: quia virtus quanto est rãnto ad plura se extendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod duplex est preparatio suscipientium sacramentum, quædam remota, & hæc per ministros efficitur, quædam proxima qua statim efficiuntur idonei ad sacramentorum dispensationem: & hæc pertinet ad sacerdotes. Quia etiam in naturalibus ab eodem agente fit materia in vltima dispensatione ad formam, & recipit formam, & quia in proxima dispositione ad Eucharistiã fit aliquis per hoc quod à peccatis purgatur, ideo omnium sacramentorum quæ sunt instituta principaliter ad purgationem peccatorum, est minister proprius sacerdos, scilicet baptisimi, pœnitentiæ, & extremæ vnctionis.

AD SECVNDVM dicendum, quod aliqui actus immediatè ad Deum ordinantur dupliciter. Vno modo ex parte vnius personæ tantum, sicut facere orationes singulares & vouere & huiusmodi: & talis actus competit cuilibet baptisato. Alio modo ex parte totius ecclesiæ, & sic solus sacerdos habet actus immediatè ad Deum ordinatos: quia ipse solus potest gerere personam totius ecclesiæ qui consecrat Eucharistiã, quæ est sacramentum vniuersalis ecclesiæ.

AD TERTIVM dicendum, quod oblationes à populo oblatae per sacerdotem offeruntur: & ideo duplex ministerium circa oblationes est necessarium: Vnum ex parte populi, & hoc est subdiaconi, qui accipit oblationes à populo, & altari imponit, vel offert diacono. Aliud ex parte sacerdotis, & hoc diaconi est

qui oblationes ministrat ipsi sacerdoti, & in hoc est actus principalis vtriusque ordinis: & propter hoc ordo diaconi est superior: legere autem epistolam non est actus diaconi, nisi secundum quod actus inferiorum ordinum superioribus attribuuntur. Similiter etiam crucem ferre, & hoc secundum consuetudinem aliquarum ecclesiarum, quia in actibus secundarijs non est inconueniens diuersas consuetudines esse.

AD QVARTVM dicendum, quod doctrina est remota preparatio ad sacramentum suscipiendum: & ideo pronuntiatio doctrinæ ministris committitur. Sed doctrina vet. Testa. ad huc est magis remota quam doctrina noui, quia non instruit de hoc sacramento nisi in figuris: & ideo nouum Testa. superioribus ministris pronuntiandum committitur: vetus autem inferioribus. Et doctrina noua Testa. perfectior est (quam Domini per se ipsum tradidit) quam ipsius manifestatione per Apostolos: & ideo euangelium diaconis, epistola subdiaconi committitur.

ET secundum hoc patet solutio ad quintum. **AD SEXTVM** dicendum, quod acolythi habent actum super vrceolum tantum, non super ea quæ in vrceolo continentur: sed subdiaconus habet actum super contentis in vrceolo, quia vtitur aqua & vino ad ponendum in calice, & aquam iterum manibus sacerdotis præbet, & diaconus sicut & subdiaconus solum actum habet super calicem, non super contenta: & ideo sicut subdiaconus in suorum dinatione accepit calicem vacuum, sacerdos plenum, ita acolythus vrceolum vacuum, sed subdiaconus plenum, & sic est quædam connectio in ordinibus.

AD SEPTIMVM dicendum, quod corporales actus acolythi magis de proximo ordinantur ad actum sacrorum ordinum quam ad actus exorcistarum, quamuis sit aliquo modo spiritualis: quia acolythi habent ministerium super vasa in quibus materia sacramenti continentur quantum ad vinum quod vase continente indiget propter sui humiditatem. & ideo inter ordines minores ordo acolythorum superior est.

AD

AD OCTAVVM dicendum, quod actus acolythorum se habet propinquius ad actus principales superiorum ministrorum, quam actus aliorum minorum ordinum, ut per se patet: Similiter etiam quantum ad actus secundarios, quibus populum per doctrinam disponunt: quia acolythus doctrinam nou. Testa. visibiliter figurat lumen portans, sed lector recitando figurat alias, ideo acolythus est superior. Similiter etiam exorcista, quia sicut se habet lector ad actum secundarium diaconi & subdiaconi, ita se habet actus exorcistæ ad secundarium actum sacerdotis scilicet ligare & absolueri, per quem corporaliter à seruitute diaboli liberatur: & in hoc patet ordinatissimus ordinis progressus, quia sacerdoti quantum ad actum eius principalem scilicet consecrare corpus Christi, cooperantur tantum tres superiores ordines: sed quantum ad actum eius secundarium qui est absolueri & ligare, cooperantur & inferiores & superiores.

AD NONVM dicendum, quod quidam dicunt quod in successione ordinis ostiario datur quedam vis diuina, ut arcere possit aliquos ab introitu templi: sicut in Christo fuit quando eiecit vendentes de templo, sed hoc magis pertinet ad gratiam gratis datam, quam ad gratiam sacramenti.

ET ideo dicendum, quod suscipit potestatem, ut ex officio agere possit, quamuis etiam & hoc ab alijs fieri possit, sed non ex officio: & ita est in omnibus actibus minorum ordinum quod possunt per alios fieri, quamuis illi ad hoc non habeant aliquod officium: sicut etiam in domo non consecrata potest dici Missa, quamuis consecratio ecclesiæ ad hoc ordinatur, ut in ea Missa dicatur.

Articu. quintus

Vtrum sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione?



D QVINTVM sic proceditur. Videtur quod sacerdoti character non imprimatur in ipsa calicis porrectione: quia consecratio sacerdotis fit cum quadam vnctione, sicut & confirmatio: sed in confirmatione in ipsa vnctione imprimatur character: ergo in sacerdotio, & non in calicis porrectione imprimatur character.

PRÆTEREA, Dominus dedit discipulis sacerdotalem potestatem quando dixit, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, & cetera. Ioan. 20. sed spiritus datur per manuum impositionem: ergo in ipsa manus impositione imprimatur character ordinis.

PRÆTEREA, sicut consecrantur ministri, ita & vestes ministrorum: sed vestes sola benedictio consecrat, ergo in ipsa benedictione Episcopi consecratio sacerdotis efficitur.

PRÆTEREA, sicut sacerdoti datur calix, ita & vestis sacerdotalis: ergo si in datione calicis imprimatur character, eadem ratione in datione casule, & sic haberet duos characteres, quod falsum est.

PRÆTEREA, ordo diaconi conformior est ordini sacerdotis quam ordo subdiaconi: sed si character imprimetur sacerdoti ex ipsa calicis porrectione, subdiaconus conformior esset sacerdoti quam diaconus, quia subdiaconus characterem recipit in ipsa calicis porrectione, non autem diaconus: ergo character sacerdotalis non imprimatur in ipsa calicis porrectione.

PRÆTEREA, acolythorum ordo magis appropinquat ad actum sacerdotis per hoc quod habet actum super vrceolum, quam per hoc quod habet actum super candelabrum: sed magis imprimatur character in acolythatu quando accipiunt candelabrum, quam quando accipiunt vrceolum: quia nomen acolythi cerei portationem significat: ergo in sacerdotio non imprimatur character quando calicem accipit.

GG iij SED

SED contra principalis actus ordinis sacerdotis est consecrare corpus Christi: sed ad hoc datur sibi potestas in acceptione calicis: ergo tunc imprimitur character.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut dictum est) eiusdem est formam aliquam inducere et materiam de proximo preparare ad formam. Unde Episcopus in collatione ordinum duo facit: praeperat enim ordinandos ad ordinis susceptionem, et ordinis potestatem tradit. Praeparat quidem & instruendo eos de proprio officio & aliquid circa eos operando, ut idonei sint potestatem accipiendi, quae quidem operatio in tribus consistit benedictione, manus impositione & unctione. Per benedictionem diuinis obsequijs mancipantur: & ideo benedictio datur. Sed per manus impositionem datur plenitudo gratiae per quam ad magna officia sunt idonei. & ideo solis diaconibus, & sacerdotibus fit manus impositio, quia eis comperit dispensatio sacramentorum, quamuis vni sicut principali, alteri sicut ministro. Sed unctione ad aliquod sacramentum tradendum consecrantur: & ideo solis sacerdotibus fit, qui proprijs manibus corpus Christi tangunt: sicut etiam calix inungitur qui tenet sanguinem, & patina quae continet corpus: sed potestatis collatio fit per hoc quod datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet, & quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus & sanguinem Christi: ideo in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in confirmatione non datur officium operandi super aliquam materiam exteriorem: & ideo character ibi non imprimitur in aliqua exhibitione alicuius rei, sed in sola manus impositione, & unctione: sed in ordine sacerdotali aliter est: & ideo non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod Dominus discipulis dedit potestatem sacerdotalem, quantum ad principalem actum ante passionem in coena, quando dixit, Accipite & manducate. Unde subiunxit, Hoc facite in meam commemorationem. Et post resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem, quantum ad

actum secundarium qui est ligare & solvere.

AD TERTIVM dicendum, quod in vestibus non requiritur alia consecratio, nisi quod diuino cultui mancipentur: & ideo sufficit eis pro consecratione benedictio, sed aliter est de ordinatis, ut ex dictis patet.

AD QVARTVM dicendum, quod vestis sacerdotalis non significat potestatem sacerdoti datam, sed idoneitatem quae in eo requiritur ad actum potestatis exequendum: & ideo nec sacerdoti nec alicui alij imprimitur character in alicuius vestis donatione.

AD QVINTVM dicendum, quod potestas diaconi est media inter potestatem subdiaconi & sacerdotis: sacerdos enim habet potestatem super corpus Christi: subdiaconus autem super vasa tantum. Diaconus super corpus in vase contentum: unde eius non est tangere corpus Christi, sed portare corpus in patena, & dispensare sanguinem cum calice: & ideo eius potestas ad actum principalem non potuit exprimi, nec per dationem vasis tantum, nec per dationem materiae: sed exprimitur potestas eius ad actum secundarium tantum in hoc quod datur ei liber Euangeliorum, & in hac potestate intelligitur alia: & ideo in ipsa libri datione imprimitur character.

AD SEXTVM dicendum, quod principalior actus acolythi est quo ministrat in vrceolo, quam quo ministrat in candelabro, quauis denominetur ab actu secundario, propter hoc quod est magis notus & magis proprius ei: & ideo in datione vrceoli imprimitur acolytho character virtute verborum ab Episcopo prolatorum.

IN ISTO arti. 5. est aduertendum quod haec quae dicit S. Tho. nempe in quo actu ordinationis imprimatur character, non communiter recipiuntur ab omnibus: nam Tho. dicit quod character acolythi imprimatur in traditione vrceoli, & alij dicunt quod in traditione cerei. Sed securius videtur quod dicit S. Tho. propter rationes quas adducit, & aliquando Tho. ipse dicit quod in traditione cerei imprimatur character: sed intelligitur à Thomistis quod imprimatur character in traditione cerei, quando cereus simul traditur cum vrceolo. Unde hoc esset melius quod episcopi simul porrigerent cereum & vrceolum: Et cum ista non possint alius probari quam

ex consuetudine antiquissima ecclesiae, & consuetudo ecclesiae probat ea quae S. Tho. dicit, idem securè tenendum est cum S. Tho.

Sequitur quæ-

stio. 40.

De conferentibus hoc sacramentum.

DEINDE considerandum est de conferentibus hoc sacramentum.

CIRCA quod queruntur duo.

PRIMVM est, utrum solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre?

SECVNDVM est, utrum hereticus vel quicumque ab ecclesia praecisus possit hoc sacramentum conferre?

Articul. primus

Utrum tantum Episcopus ordinis sacramentum conferat?

Tho. 4. dist. 25. q. 1. art. 1. & 2.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non tantum Episcopus ordinis sacramentum conferat, quia manus impositio ad consecrationem aliquid facit: sed sacerdotibus qui ordinantur, non solum Episcopus manus imponit, sed etiam sacerdotes adstantes: ergo non solum Episcopus confert ordinis sacramentum.

PRAETEREA, tunc unicuique datur potestas ordinis, quando ei exhibetur quod ad actum sui ordinis pertinet: sed subdiacono datur vrceolus cum aqua & manutergio ab archidiacono: similiter acolytis candelabrum cum cereo, & vrceolus vacuus: ergo non solum Episcopus confert ordinis sacramentum.

PRAETEREA, illa quae ordinis sunt non possunt alicui committi qui non habet ordinem illum: sed conferre ordines minores committuntur aliquibus qui non sunt Episcopi, sicut pres-

byteris cardinalibus: ergo conferre ordines non est episcopalis ordinis.

PRAETEREA, cuiusque committitur principale, & accessorium: sed ordinis sacramentum ordinatur ad eucharistiam, sicut accessorium ad principale: cum ergo sacerdos consecret eucharistiam, ipse etiam poterit ordines conferre.

PRAETEREA, plus distat diaconus ab Episcopo quam a sacerdote, sed Episcopus potest diaconos facere: ergo & simplex sacerdos.

SED contra, nobiliori modo applicantur ad diuinam cultum ministri per ordines quam per vasa sacra: sed consecratio vasorum pertinet ad solum Episcopum: ergo multo fortius consecratio ministrorum.

PRAETEREA, sacramentum ordinis est excellentius quam confirmationis, sed solus Episcopus confirmat: ergo multo magis confert ordinis sacramentum.

PRAETEREA, virgines per benedictionem non constituuntur in aliquo gradu spiritualis potestatis sicut ordinati constituuntur, sed virgines benedicere est solius Episcopi: ergo multo magis solus ipse potest aliquos ordinare.

RESPONDEO dicendum, quod potestas episcopalis habet se ad potestatem ordinum inferiorum, sicut politica quae coniecit bonum commune ad inferiores artes & virtutes, quae coniecit aliquid bonum speciale, ut ex dictis patet. Politica autem ponit, ut dicitur 1. Eth. legem inferioribus, scilicet quis quam debeat exercere & quantum & qualiter: & ideo ad Episcopum pertinet in omnibus diuinis ministris aliquo modo collocare: unde ipse solus confirmat: quia confirmati in quodam officio consistendi fidem constituuntur: & ideo ipse etiam solus virgines benedicit quae figuram gerunt ecclesiae Christo desponsatae, cuius cura ipse principaliter committitur: ipse etiam in ministris ordinum ordinandos consecrat, & vasa quibus debent uti eis determinat sua consecratione: sicut & officia secularia in ciuitatibus distribuuntur ab eo qui habet excellentiorem potestatem, sicut à rege.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in impositione

impositione manuum non datur character sacerdotalis ordinis, ut ex dictis patet, sed gratia secundum quam ad exequendum ordinem sint idonei, & quia indigent amplissima gratia, ideo sacerdotes manus cum Episcopo imponunt eis qui in sacerdotes promouentur, sed diaconis solus Episcopus.

AD SECVNDVM dicendum, quod quia archidiaconus est quasi princeps ministerij, ideo omnia quae ad ministerium pertinent ipse tradit: sicut cereum quo acolitus diaconus seruit ante euangelium ipsum portando, & vrecum quo seruit subdiacono, & similiter dat subdiacono ea quibus superioribus ordinibus seruit: sed tamen in illis non consistit principalis actus subdiaconi, sed in hoc quod cooperatur circa materiam sacramenti: & ideo characterem accipit in eo quod datur ei calix ab Episcopo: sed acolitus accipit characterem ex verbis Episcopi in hoc quod accipit praedicta ab archidiacono, & magis in acceptione vrecoli, quam candelabri. Vnde non sequitur quod archidiaconus ordinem conferat.

AD TERTIVM dicendum, quod Papa qui habet plenitudinem potestatis pontificalis, potest committere non Episcopo ea quae ad episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus Christi: & ideo ex eius commissione aliquis sacerdos simplex potest conferre minores ordines & confirmare, non autem aliquis non sacerdos: nec iterum sacerdos maiores ordines, qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem quam simplex sacerdos.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis sacramentum eucharistiae sit maximum sacramentum in se, tamen non collocat in aliquo officio sicut ordinis sacramentum: & ideo non est similis ratio.

AD QVINTVM dicendum, quod ad communicandum alteri quod quis habet, non exigitur solum propinquitas, sed completio potestatis: & quia sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officiis sicut Episcopus: ideo non sequitur quod possit diaconus

facere, quamuis ille ordo sit sibi propinquus.

HEC conclusio huius art. nempe quod solus Episcopus possit sacramentum ordinis conferre, intelligitur ex officio ordinario: probatur in argumento in contra a S. Tho. & in corpore articuli exponitur cum vna analogia, ut habes in litera.

SED circa tertium argumentum est dubium, an ex commissione Papae possit aliquis non Episcopus ordinis sacramentum conferre. Ad quod respondebimus aliquibus propositionibus. Prior est, Papa potest committere simplicibus sacerdotibus quod conferant minores ordines, & iam commisit presbyteris cardinalibus ex consuetudine, & abbatibus Sancti Benedicti quoad suos monachos & seculares sibi subditos: probatur. 69. d. cap. quoniam, & de aetate & qualitate ordinandorum, cap. cum contingat: & de priuileg. cap. Abbates, lib. 6. Et hoc etiam asserit Doct. Sanct. in. 1. 4. q. 11. ar. 11. ad primum argumentum. ¶ Secunda conclusio est, Papa non potest committere simplici sacerdoti collationem maiorum ordinum: hanc conclusionem asserit etiam Palud. in 4. d. 7. q. 4. & S. Tho. in isto art. ad tertium argumentum, & in. 1. 4. q. 12. art. 11. ad primum argumentum. Et probat, quia Papa supra corpus Christi verum, non habet maiorem potestatem quam simplex sacerdos, & simplex sacerdos de se ex officio proprio non potest conferre ordines sacros: ergo nec Papa potest ipsis simplicibus sacerdotibus conferre potestatem conferendi ipsos ordines sacros: quia habet immediatam relationem ad corpus Christi verum: secus autem de inferioribus ordinibus, ut iam diximus. ¶ Tertia conclusio, Summus pontifex non potest committere potestatem conferendi maiores nec minores ordines non sacerdoti. Haec est S. Thomae in locis iam citatis, & probatur: ista potestas conferendi ordines est circa corpus Christi mysticum, & fundatur in potestate quae est supra corpus Christi verum, quam nullo modo habet non sacerdos: ideo nec aliam habere potest, nec summus pontifex illi committere. Haec est sententia S. Tho. & glossae in illo cap. cit. cum contingat, Panor. ibid. & communiter iure consultorum: Sed est vnus Durand. qui oppositum tenet in 4. d. 7. q. 4. cuius sententia colligitur duabus conclusionibus. ¶ Prima est, quod debemus dicere quod simplex sacerdos de iure diuino, & ex officio habebat posse conferre ordines minores, sed ecclesia restrinxit illam potestatem: & ideo si simplex sacerdos tentet conferre illos minores ordines, male facit, nihilominus factum teneret. ¶ Secunda conclusio Durandi est, possumus dicere. 2. quod si dicamus quod solus Episcopus potest dare minores ordines

dines ex officio, dicendum est consequenter Summum pontificem non posse committere non Episcopo potestatem conferendi minores ordines. Probat haec Durand. prius in hunc modum, de essentia sacramenti est minister, sed Episcopus (ut dicitur in secunda conclusione) est minister huius sacramenti: ergo nullus alius potest conferre minores ordines etiam ex commissione Summi pontificis, praesertim cum omnia quae sunt in hoc sacramento sint a Christo, non poterit Papa mutare ministrum, sicut nec in alijs sacramentis potest Papa mutare ministros. Secundo, quia vel Episcopo competit ordinare ratione consecrationis & dignitatis episcopalis, vel ratione iurisdictionis: si primum, non poterit potestas ordinandi committi non Episcopo: si secundum, arguitur hoc modo: quia nec Episcopus non consecratus, nec Papa non consecratus, potest ordinare: ergo non est iurisdictionis conferre sacramentum ordinis. Tertio, eadem potestatem habet Episcopus conferendi ordines, quam habet Summus pontifex, sed Episcopus non potest committere simplici sacerdoti potestatem conferendi minores ordines: ergo nec Summus pontifex. Quarto, sicut character baptismalis est potestas passiva ad recipiendum sacramentum ordinis, ita potestas episcopalis est activa ad idem sacramentum conferendum: sed Summus pontifex non potest facere quod non baptizatus ordinetur: ergo nec quod non Episcopus ordinet. Quinto, loco Durand. respondet ad illud quod citauimus de Cardinalibus & Abbatibus qui ex commissione Summi pontificis conferunt minores ordines, & dicit prius dubium esse, an Summus pontifex in hoc bene faciat necne: Secundo ait, ne tamen videamur damnare factum pontificum: dico quod quilibet sacerdos potest ex institutione Christi conferre minores ordines, sed prohibiti sunt ab ecclesia propter rationabiles causas. Tertio inquit minores ordines forte instituti esse ab ecclesia: & tenendo hoc dicendum est, consequenter Summum pontificem posse committere simplicibus sacerdotibus praedictam potestatem.

AD haec argumenta Durandi responderet Palud. in 4. d. 7. q. 4. asserens sententiam S. Thomae esse veram. & prius ad primum concessio antecedente, pro maiori negatur minor, nempe quod solus Episcopus sit minister a Christo institutus: sed etiam est minister ab eodem Christo institutus simplex sacerdos ex commissione ecclesiae. Vnde duo sunt ministri a Christo instituti, alter ex officio ordinario, ut Episcopus, & alter ex commissione ecclesiae, ut simplex sacerdos.

AD secundum argumentum Durand. dicendum, quod Episcopo conuenit consecrare alios inferiores ministros ecclesiae ratione consecrationis & dignitatis episcopalis, & hoc ex

officio, Christo seruatore sic instituyente: sed etiam idem CHRISTVS instituit simplicem sacerdotem ex commissione sui vicarij posse aliquos gradus ordinis conferre.

AD tertium dicendum, Summum pontificem habere maiorem potestatem supra corpus Christi mysticum, quam Episcopus: & ideo potest committere aliqua alijs inferioribus ministris quae Episcopus non potest.

AD quartum dico, quod character sacerdotalis est sufficiens de iure diuino cum commissione Summi pontificis ad conferendum praedictos ordines. Verum est tamen quod argumenta Durand. sunt apparentia ad probandum minores ordines non esse de iure diuino, tamen aliterando cum Tho. & cum communi sententia Theologorum respondendum est, sicut bene respondet Palud. & Capreol. acceptat totum quod dicit Palud. in eadem d. 7. Ioan. autem Maior dicit vtramque sententiam esse probabilem, tutius tamen esse sumere ordines ab Episcopo. Ego autem dico tutum satis esse minores ordines sumere a simplici sacerdote, ex commissione tamen Summi pontificis. Quod sic ostendo, quia opposito dato esset in ecclesia error intolerabilis, cum aliqua iura pontificia sic disponant, nempe ut aliquos simplices sacerdotes conferre possint ordines minores, ut Abbates sancti Benedicti.

CONTRA secundam tamen conclusionem S. Tho. arguitur in hunc modum. Summus pontifex committit aliquando simplici sacerdoti quod conferat maiores ordines: ergo id potest efficere: ergo non est vera secunda conclusio S. Tho. probatur antecedens autoritate aliquorum fide dignorum. Quidam. n. vir fide dignus dixit mihi quod vidit Parisijs Diploma quoddam pontificis summi, quo committebat quibusdam abbatibus quod possint conferre subdiaconatum: ergo non est vera conclusio S. Tho. Ad hoc dico quod in aetate S. Thomae & antea non commiserant hoc pontifices summi simplicibus sacerdotibus, nempe, potestatem conferendi sacros ordines: & ideo diuus Tho. fecit illam differentiam inter maiores & minores ordines, nempe quod minores poterant Summi pontifices committere simplicibus sacerdotibus, & forte si S. Tho. videret illud diploma supra dictum, aut sciret pontifices praedictam potestatem commisisse alicui sacerdoti simplici, mutasset sententiam: & cum de hoc nihil habeatur in sacra scriptura, nec determinatum sit in concilijs, standum est factis ecclesiae a qua haec praedicta habentur. Et cum ego hoc in lectione mea publica disputarem: quidam religiosus S. Bernar. dixit quod suus Abbas conferebat subdiaconatum & diaconatum. Vnde dicendum est quod S. Tho. loquitur secundum iura, hoc est, intendit dicere quod secundum iura. i. si seruentur

iura non potest Summus pontifex committere simplici sacerdoti potestatem conferendi maiores ordines: secus autem de potestate absoluta.

Artic. secundus

Vtrum hæretici & ab ecclesia præcisi possint ordines cōferre?



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod hæretici, & ab ecclesia præcisi non possint ordines conferre. Maius est enim conferre ordines quam aliquem absolueri vel ligari: sed hæreticus non potest absolueri aut ligari: ergo nec ordines conferre.

PRAETEREA, sacerdos ab ecclesia separatus conficere potest, quia in eo character indelebiter manet per quem hoc potest: sed Episcopus non accipit aliquem characterem in sua promotione: ergo non est necesse quod episcopus potestas maneat in eo post separationem eius ab ecclesia.

PRAETEREA, in nulla communitate ille qui à ciuitate expellitur potest officia communitatis disponere: sed ordines quedam sunt officia ecclesie: ergo ille qui extra ecclesiam ponitur non potest ordines conferre.

PRAETEREA, sacramenta habent efficaciam ex passione Christi, sed hæreticus non cōtinuatur passioni Christi, neque per propriam fidem cum sit infidelis: neque per fidem ecclesie, cum sit ab ecclesia separatus: ergo non potest sacramentum ordinis conferre.

PRAETEREA, in ordinis collatione exigitur benedictio: sed hæreticus non potest benedicere, quia benedictio sua in maledictionem conuertitur, ut patet per auctoritates in littera adductas: ergo non potest ordines cōferre.

SED contra est, quod aliquis Episcopus in hæresim lapsus, quando reconciliatur non iterum reconfecatur: ergo non amisit potestatem quam habebat ordines conferendi.

PRAETEREA, maior est potestas conferendi ordines, quam potestas ordinum: sed potestas ordinum non amittitur propter hæresim vel aliquid huiusmodi: ergo nec potestas conferendi ordines.

PRAETEREA, sicut baptizans exhibet tantum ministerium exterius, ita & conferens ordines Deo interius operant: sed nulla ratione aliquis ab ecclesia præcisi amittit baptismi potestatem: ergo nec ordines conferendi.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc ponuntur in littera quatuor opiniones. Quidam enim dixerunt quod hæretici quandiu ab ecclesia tolerantur, habent potestatem ordines conferendi, non autem postquam fuerunt præcisi, si similiter nec de gradati, & alij huiusmodi: & hæc est prima opinio. Sed hoc non potest esse, quia omnis potestas quæ datur cum aliqua consecratione, nullo casu contingente tolli potest: sicut nec ipsa consecratio annullari, quia etiam altare vel chrisma semel consecrata perpetuo consecrata manent. Unde cum episcopalis potestas cum quadam consecratione datur, oportet quod perpetuo maneat, quantumcumque aliquis peccet: vel ab ecclesia præcidatur. Et ideo alij dixerunt quod præcisi ab ecclesia qui in ecclesia episcopalem potestatem habuerunt, retinent potestatem aliquos ordinandi, sed promoti ab eis hoc non habent: & hæc est quarta opinio. Sed hoc non potest esse, quia si illi qui fuerunt in ecclesia promoti retinent potestatem quam acceperunt, patet quod exequendo suam potestatem, veram consecrationem faciunt: & ideo verè tribuunt omnem potestatem quam cum consecratione datur, & sic ordinati ab eis vel promoti habent eandem potestatem quam & ipsi. Et ideo alij dixerunt quod etiam præcisi ab ecclesia possunt ordines conferre: & alia sacramenta, dummodo formam debent & intentionem seruent: & quantum ad primum effectum qui est collatio sacramenti, & quantum ad ultimum qui est collatio gratiæ, & hæc est secunda opinio. Sed hoc etiam non potest stare, quia ex hoc ipso quod aliquis hæreticus præcisi ab ecclesia in sacramentis communicat, peccat: & in auctus accedit & gratiam consequi non potest, nisi forte in baptismo in articulo

Sequitur quæ-

stio. 41.

De impedimentis huius sacramenti.

DEINDE considerandum est, de impedimentis huius sacramenti.

CIRCA quod queruntur sex.

PRIMUM est, vtrum sexus fœmineus impediat huius sacramenti susceptionem?

SECUNDVM est, vtrum carentia vsus rationis?

TERTIVM est, vtrum seruitus?

QVARTVM est, vtrum homicidium?

QVINTVM est, vtrum ille qui in matris utero est?

SEXTVM est, vtrum defectus membrorum?

Articul. primus

Vtrum sexus fœmineus ordinis susceptionem impediat?

Tho. vbi supra q. 2. art. 1. & 2.



D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod sexus fœmineus non impediat ordinis susceptionem. Quia officium prophetæ est maius quam officium sacerdotis, quia propheta est medium inter Deum & populum: sed prophetæ officium aliquando mulieribus est concessum, ut patet. 4. Reg. ergo & sacerdotij officium eis competere potest.

PRAETEREA, quia propheta est medium inter Deum & populum: sed prophetæ officium aliquando mulieribus est concessum, ut patet. 4. Reg. ergo & sacerdotij officium eis competere potest.

PRAETEREA, sicut ordo ad quandam eminentiam pertinet, ita & prelationis officium & martirium & religionis status: sed prelatio cōmittitur mulieribus de nouo Testamento. ut patet de abbatissis: & in veteri, ut patet de Delbora quæ iudicauit Israel. & Iudith. 4. competit etiam eis martirium & religionis status: ergo & ordo ecclesie.

PRAETEREA, ordinum potestas in anima

articulo necessitatis. Et ideo alij dicunt quod vera sacramenta conferunt, sed cum eis gratiam non dant, non propter inefficaciam sacramentorum: sed propter peccata recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem ecclesie: & hæc est tertia opinio, quæ vera est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod effectus absolutionis non est aliud quam remissio peccatorum quæ per gratiam fit: & ideo hæreticus non potest absolueri, sicut nec gratiam in sacramentis conferre: & iterum ad absolutionem non requiritur iurisdictio quam non habet ab ecclesia præcisi.

AD SECUNDVM dicendum, quod in promotione ipsius Episcopi datur sibi potestas quæ perpetuo manet in eo, quamuis dici non possit character: quia per eam non ordinatur homo directe ad Deum, sed ad corpus Christi mysticum, & tamen indelebiliter manet sicut character, & per consecrationem datur.

AD TERTIVM dicendum, quod illi qui promouentur ab hæreticis, quamuis accipiant ordinem: non tamen recipiunt executionem, vel licite possint in suis ordinibus ministrare, ratione illa quam obiectio tangit.

AD QVARTVM dicendum, quod per fidem ecclesie cōtinuatur passio Christi, quia quamuis in ea non sint secundum se, sunt tamen in ea secundum formam ecclesie quam seruant.

AD QVINTVM dicendum, quod hoc est referendum ad ultimum effectum sacramentorum, ut tertia opinio dicit.

IN ISTO art. est veritas quæ communiter tenetur, quod huiusmodi hæretici & præcisi ab ecclesia si tentent aliquem ordinem conferre mortifere peccant, verum tamen conferunt ordinem. Si tamen quis teneat minores ordines etiam subdiaconatum esse solum de iure positiuo, consequenter dicere debet, quod talis gradus inferior ordinis non tenet collatus ab aliquo præciso ab ecclesia. Ratio est in promptu, quia ecclesia potest priuare illos tali potestate, sed tunc deberet ecclesia huiusmodi gradibus initiare venientes ordinatos à prædictis hæreticis & præcisus ab ecclesia: sed cum ecclesia hoc non faciat pro certo tenendum est prædictos gradus omnes esse de iure diuino, & argumentum hoc sufficienter illud probat.

fundatur: sed sexus non est in anima: ergo diversitas sexus non facit distinctionem in receptione ordinum.

SED CONTRA est, quod dicitur. 1. Tim. 2. mulierem in ecclesia docere non permitto, nec dominari in virum.

PRÆTEREA, in ordinandis præexigitur corona, quamuis non de necessitate sacramenti, sed corona & tonsura non competunt mulieribus, ut patet. 1. Corint. 2. ergo nec ordinis susceptio.

RESPONDEO dicendum, quod quedam requiruntur in recipiente sacramentum, quasi de necessitate sacramenti, quæ si desunt non potest aliquis suscipere nec sacramentum, nec rem sacramenti: quedam verò requiruntur non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti propter congruitatem ad sacramentum: & sine talibus aliquis suscipit sacramentum, non rem sacramenti. Dicendum ergo quod sexus virilis requiritur ad susceptionem ordinum, non solum secundo modo sed etiam primo: unde & si mulieri exhibeantur omnia quæ in ordinibus sunt, ordinem non suscipit: quia cum sacramentum sit signum in his quæ in sacramento aguntur, requiritur non solum res, sed signum rei sicut dictum est: quia in extrema unctione requiritur quod infirmus sit, ut significetur curatione indigens, cum igitur in sexu femineo non possit significari aliqua eminentia gradus, quia mulier statum subiectionis habet: ideo non potest ordinis sacramentum suscipere. Quidam autem dixerunt quod sexus virilis est de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti: quia etiam in Decretis fit mentio de Diaconissa & presbytera: sed diaconissa dicitur quæ in aliquo actu diaconi participat, sicut quæ legit homini. in ecclesia: presbytera autem dicitur vidua, quia presbyter idem est quod senior.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod prophetia non est sacramentum, sed Dei donum: unde ibi non exigitur significatio, sed solum res: & quia secundum rem in his quæ sunt anima mulier non differt à viro, cum quandoque mulier inveniatur melior quantum ad animam viris multis: ideo donum prophetiæ

& alia huiusmodi potest recipere, sed non ordinis sacramentum.

ET per hoc patet solutio ad secundum & tertium.

DE abbatis tamen dicitur quod non habent prælationem ordinariam, sed quasi ex commissione propter periculum cohabitationis virorum cum mulieribus. Deliora autem in temporalibus præfuit non in sacerdotalibus, sicut & nunc possunt mulieres temporaliter dominari.

HÆC conclusio S. Tho. nempe sexum femineum impedire susceptionem sacramenti ordinis, intelligitur de omnibus gradibus, itaque quemcumque gradum ordinis suscipiat femina ab aliquo Episcopo, nihil suscipit ex defectu subiecti, quia femina non est subiectum habile ad suscipiendum sacramentum ordinis. Et hæc est communis sententia Theologorum, Palud. in. 4. d. 25. q. 3. Durand. in eadem d. q. 2. Scoti q. 2. Et probatur citra rationes S. Tho. quia si mulieres possent ex Christi institutione sacramento ordinis initiari, fieret eis iniuria, cum sic communiter expellantur ab eodem sacramento, cum sine culpa priuarentur potestatibus que conceduntur in sacramento ordinis: quæ utilissimæ sunt his qui eis bene vtuntur, quod tamen dicendum non est. Hæc eadem conclusio habetur de pœnit. & remis. cap. noua.

SI autem dubites an Hermaphroditus possit initiari ordine aliquo. Dico quod communiter nullo modo debet fieri. Ratio est, quia Episcopus ordinans exponit se periculo nihil faciendi, cum si sit femina non sit subiectum capax ad recipiendum hoc sacramentum, ut iam diximus. Si autem diligentia facta constat quod præualet sexus masculinus, constaret deinde illum esse masculinum, & sic posset initiari: & de hoc iam latius diximus in. 1. 4. in materia de sacramento Eucharistiæ.

Artic. secundus

Utrum pueri carentes usu rationis ordines possint suscipere?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod pueri & qui carent usu rationis non possint ordines suscipere: quia

(ut in litera dicitur) sacri Canones in suscipiendis ordinibus certum & determinatum tempus statuerunt & tatis: sed hoc non esset si pueri recipere possent ordinis sacramentum: ergo & cetera.

PRÆTEREA, ordinis sacramentum est dignius quam matrimonium: sed pueri & alij carentes usu rationis non possunt contrahere matrimonium: ergo nec ordines suscipere.

PRÆTEREA, cuius est potentia eius est actus, secundum philosophum in lib. de somno & vigil. sed actus ordinis requirit usum rationis: ergo & ordinum potestas.

SED CONTRA ille qui est ante annos discretionis promotus ad ordines, sine iteratione ipsorum, quandoque in eis conceditur ministrare, ut patet extra de cle. per saltum promo. hoc autem non esset si ordinem non suscepisset: ergo puer potest ordinem suscipere.

PRÆTEREA, alia sacramenta in quibus character imprimitur possunt pueri suscipere, ut baptismum & confirmationem: ergo pari ratione & ordines.

RESPONDEO dicendum, quod per pueritiam & alios defectus quibus tollitur usus rationis, præstatur impedimentum actu: ideo omnia illa sacramenta quæ actum requirunt suscipientis sacramentum, talibus non competunt, sicut pœnitentia, matrimonium, & huiusmodi: sed quia potestates infuse sunt prioribus actibus sicut & naturales, quamuis acquisitæ sunt posteriores: remoto autem posteriori non tollitur prius: ideo omnia sacramenta in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramenti, sed potestas aliqua spiritualis diuinitus datur, possunt pueri suscipere, & alij qui usu rationis carent. Hac tamen distinctione habita quod in maioribus ordinibus requiritur discretionis tempus de honestate propter dignitatem præcepti, non propter necessitatem sacramenti. Unde aliqui si necessitas adsit & spes profectus ad minores ordines possunt ante annos discretionis promoueri sine peccato, & suscipiunt ordinem: quia quamuis tunc non sint idonei ad officia quæ eis committuntur, tamen per assuetudinem idonei reddentur: sed ad maiores ordines

requiritur usus rationis, & de honestate & necessitate præcepti propter votum continentia quod habent annexum, & quia etiam eis sacramenta tractanda committuntur: sed ad episcopatum ubi etiam in corpus mysticum accipitur potestas, requiritur actus suscipientis curam animarum pastoralis: & ideo est etiam de necessitate consecrationis episcopalis quod usum rationis habeat. Quidam autem dicunt quod ad omnes ordines requiritur usus rationis de necessitate sacramenti, sed eorum dictum ratione vel auctoritate non confirmatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non omne quod est de necessitate præcepti est de necessitate sacramenti, ut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod matrimonium causat consensus, qui sine usu rationis esse non potest: sed in receptione ordinis aliquis actus ex parte recipientis, quod patet ex hoc quod nullus actus ex parte eorum exprimitur in eorum consecratione: & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod eiusdem est actus & potentia: sed tamen aliquando potentia præcedit, sicut liberum arbitrium vsu suum, & sic est in proposito.

Artic. tertius

Utrum seruitus impediatur aliquem à susceptione ordinis?



AD TERTIVM sic proceditur videtur quod seruitus non impediatur aliquem à susceptione ordinum. Subiectio enim corporalis non repugnat prælationi spirituali: sed in seruo est subiectio corporalis: ergo non impeditur quin debeat suscipere prælationem spiritualem quæ ordine datur.

PRÆTEREA, illud quod est occasio humilitatis non debet impedire susceptionem alicuius sacramenti: sed seruitus est huiusmodi. Unde Apostolus consuluit, quod si aliquis possit magis vtatur seruitute. 1. Cor. 7. ergo non debet

debet impedire a promotione ordinis.
PRÆTEREA, magis est turpe clericum in seruum vendi, quam seruum in clericum promoueri: sed licet clericus in seruum vendi potest, quia Episcopus Nolanus. s. Paulinus seipsum in seruum vendidit, ut in dialogo legitur: ergo multo fortius potest seruus in clericum promoueri.

SED contra, videtur quod impediatur quantum ad necessitatem sacramenti. Quia mulier non potest suscipere sacramentum ratione subiectionis: sed maior subiectio est in seruo, quia mulier non datur viro in ancillam, propter quod non est de pedibus sumpta: ergo & seruus sacramentum non suscipit.

PRÆTEREA, aliquis ex quo suscipit ordinem, tenetur in ordine ministrare, sed non potest simul ministrare Domino carnali & in spirituali ministerio: ergo videtur quod non possit ordinem suscipere, quia dominus debet seruari indemnis.

RESPONDEO dicendum, quod in susceptione ordinis mancipatur homo in diuini officij: & quia nullus potest dare quod suum non est: ideo seruus qui non habet potestatem sui non potest ad ordines promoueri, si tamē promouetur ordinē suscipit. Quia libertas non est de sacramenti necessitate, sed est de necessitate precepti; cum non impediatur potestatem, sed actum tantum: & similis ratio est de omnibus qui sunt alijs obligati, ut ratiocinys detentis, & huiusmodi personæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in susceptione spiritualis potestatis est aliquis obligatus ad aliqua etiam corporaliter agenda: & ideo per corporalem subiectionem impeditur.

AD SECVNDVM dicendum, quod ex multis alijs quæ non præstant impedimentum executioni ordinum potest aliquis occasionem humilitatis accipere: et ideo ratio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, quod beatus Paulinus ex abundantia charitatis spiritu Dei ductus hoc fecit, quod rei euentus probauit: quia per eius seruitutem multi de grege suo sunt de seruitute liberati: & ideo non est

ad consequentiam trahendum: quia ubi spiritus Domini, ibi libertas. 1. Cor. 3.

AD QVARTVM dicendum, quod signa sacramentalia ex naturali similitudine representant: mulier autem habet subiectionem à natura, sed non seruus: & ideo non est simile.

AD QVINTVM dicendum, quod si promotus sciente Domino & non reclamante, ex hoc ipso efficitur ingenuus: si autem eo nesciente, Episcopus & ille qui presentauit, tenentur domino in duplum quam sit pretium serui, si sciuerunt ipsum esse seruum: alias si seruus habeat pecuniam debet se ipsum redimere, alioquin reducetur in seruitutem domini sui non obstante quod ordinem exequi non potest.

Artic. quartus

Utrum propter homicidium aliquis debeat ab ordinibus prohiberi?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod propter homicidium aliquis non debeat prohiberi à sacris ordinibus.

Quia ordines nostri sumpturunt in initium à Levitarum officio, ut in precedenti distinctione dictum est: sed Leuita cōsecrauerunt manus suas in sanguinis effusione fratrum suorum, ut patet Exod. 2. ergo & in no. Testa. non debent aliqui ab assumptione ordinum prohiberi propter sanguinis effusionem.

PRÆTEREA, propter actum virtutis nullus debet impediri ab aliquo sacramento: sed aliquando sanguis effunditur per iustitiam, sicut à iudice, & peccaret habens officium si non effunderet: ergo non impeditur propter hoc à sacramenti susceptione.

PRÆTEREA, pœna non debetur nisi culpa: sed aliqui sine culpa quandoque homicidium committunt, sicut se defendendo, vel etiam casualiter: ergo non debet incurrere irregularitas pœnam.

SED

SED contra hoc sunt plura canonum statuta, & ecclesie consuetudo.

RESPONDEO dicendum, quod omnes ordines referuntur ad Eucharistie sacramentum, quod est sacramentum pacis nobis factæ per effusionem sanguinis Christi: & quia homicidium maxime contrariatur paci, & homicida magis conformatur occidentibus, quam ipsi Christo occiso, cui omnes prædicti ministri debent conformari: ideo de necessitate precepti est, quod non sit homicida qui ad ordines promouetur, quauis non sit de necessitate sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod vetus lex inferebat pœnam sanguinis, non autem noua lex: & ideo non est simile de ministris veteris & nouæ legis, quæ est iugum suauis & onus leue.

AD SECVNDVM dicendum, quod irregularitas non incurritur propter peccatum tantum, sed principaliter propter ineptitudinē personæ ad sacramentum Eucharistie ministrandum: ideo iudex & omnes qui in causa sanguinis eiparticipant sunt irregulares propter hoc, quod effusio sanguinis non decet ministros dicti sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quod nullus facit nisi illud cuius est causa, quod est voluntarium in homine: & ideo ille qui ignorans hominem occidit, homicidium casuali, non dicitur homicida, nec irregularitatem incurrit, nisi operam dederit rei illicitæ, vel nisi omiserit debitam diligentiam: quia iam quoddam efficitur voluntarium. Nec hoc est propter hoc quod culpa careat, quia etiam sine culpa incurritur irregularitas: & ideo etiam ille qui se defendendo in aliquo casu non peccat homicidium committendo, nihilominus irregularis est.

DE ista conclusione affirmatiua S. Tho. nullus vnquam fidelis dubitauit postquam fuere iura pontificia sic disponentia, & sunt notandę rationes congruētēs, quas affert S. Tho. ad probandum, quod homicida est irregularis.

SED est dub. quis nam sit homicida qui prædicta multatur pœna? Ad quod dicendum, quod omnis occidens hominem voluntariē actu exteriori est irregularis, siue licite siue illicite occidat: de licite occidentibus, ut iudi-

ces occidentes latrones vel aliquem alium malefactorem sunt irregulares. Secundo mutilans se vel alium est irregularis. Tertio confulens, vel mandans occidere vel mutilare, si perueniat illud mandatum ad effectum exterioriorem, est irregularis. Quantum autem ad mutilationem intelligitur, quod sit mutilatio alicuius membri principalis, unde scindens aliquam partem paruam digiti non erit irregularis.

SECVNDO est dub. An illi qui sunt causa ut quis citius moriatur sint irregulares? Ad quod dicendum, quod quando quis bona fide admittens infirmo mouit illum in vnā vel in alteram partem, ex quo motu acceleratur mors, talis non est irregularis: probatur, quia irregularitas est grauis pœna, unde non videtur quod ecclesia intendat punire illos, qui bona fide & ex charitate administrant infirmis: secus si mala fide fecissent.

PRÆTEREA, est aduertendum, quod illud quod dicit S. Tho. ad tertium, nempe quod occidens alium se defendens, etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ est irregularis, erat verum secundum antiqua iura, sed iam hodie reuocata sunt in clem. vnica. de homicidio Si furiosus: ubi dicitur quod occidens alium in propriam defensionem non est irregularis.

PRÆTEREA, etiam ille qui ex officio tenetur defendere patientem iniustam mortem & non facit, est irregularis ut accusans aliquē alicuius criminis, pro quo multandus est pœna mortis, si non seruet formam iuris, nempe quod dicat se non intendere mortem, nec mutilationem, nec aliquam sanguinis effusionē erit irregularis.

Artic. quintus

Utrum illegitimè nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod illegitimè nati non debeant impediri à sumptione ordinum, quia filius non debet portare ini-

quitatē patris: portaret autem si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis: ergo & cetera.

PRÆTEREA, magis impeditur aliquis propter defectū propriū, quā alienum: sed à suscipi-

HH suscip-

Secūda. 4. quæst. 42. art. 6.

susceptione ordinum propter illicitum concubitus suum non semper aliquis impeditur: ergo nec propter illicitum concubitus patris sui.

SED contrā est, quod dicitur Deute. 33. Non ingredietur manser (hoc est de scorto natus) ecclesiam Dei vsq; in quartam generationem: ergo multo minus debet promoueri ad ordines.

RESPONDEO dicendum, quod ordinati in quadam dignitate pro alijs constituuntur: idē ex quadam honestate requiritur in eis claritas quadam, non de necessitate sacramenti, sed de necessitate precepti, ut sint bonæ famæ, bonis moribus ornati, non publicè peccantes: & quia obscuratur hominis claritas ex vitiosa origine, idē etiam ex illegitimo throno nati à susceptione ordinum repelluntur nisi cum eis dispensetur: & tanto est difficilior eorum dispensatio, quanto eorum origo est turpior.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quod irregularitas non est pœna iniquitati debita: & idē patet quod illegitimè nati non portant iniquitatem patris, ex hoc quod irregulares sunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod ea que per actum proprium committuntur possunt per poenitentiam per actum contrarium aboleri, non autem ea que ex natura sunt: & ideo non est simile de vitioso actu, & de vitiosa origine.

Articul. sextus.

Vtrum propter defectum membrorū debeat aliquis impediri?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod propter defectum membrorum non debeat aliquis impediri: quia afflictio non debet addi afflictio: ergo non debet priuari ordinis gradu propter poenam corporalis defectus.

PRÆTEREA plus exigitur ad actum or-

dinis integritas discretionis, quam integritas corporis, sed aliqui possunt promoueri ante annos discretionis: ergo & cum corporis defectu.

SED contrā tales prohibebantur à ministro veteris legis, ergo multo fortius debent in noua prohiberi. De bigamia verò dicitur intra Etate de matrimonio.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut ex dictis patet) aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinum, vel propter impedimentū actus: vel propter impedimentum claritatis personæ: & idē patientes defectum in membris impediuntur à susceptione ordinis, si sit talis defectus, qui maculam notabilem inferat, per quem obscuretur personæ claritas, ut absconditio nasi, vel periculum in executione facere possit, alia non impeditur. Hæc autem integritas exigitur de necessitate precepti. Et per hæc patet solutio ad obiecta.

Sequitur quæ-

stio. 42.

De his quæ annexa sunt sacramento ordinis.

DEINDE considerandum est de his, quæ sunt annexa sacramento ordinis.

ET circa hoc quaeruntur septem.

PRIMVM est, Vtrum ordinati debeant habere coronam rasuram & tonsuram?

SECVNDVM est, Vtrum corona sit ordo?

TERTIVM est, Vtrum per acceptionem coronæ aliquis abrenuntiet corporalibus bonis?

QUARTVM est, Vtrum supra sacerdotalem debeat esse potestas episcopalis?

QUINTVM est, Vtrum episcopatus sit ordo?

SEXTVM est, Vtrum supra episcopos possit esse aliqua potestas superior?

SEPTIMVM est, Vtrum vestes ministrorum conuenienter sint instituta?

ARTI-

Secūda. 4. quæst. 42. art. 1. fo. 426.

Articul. primus

Vtrum ordinati debeant tonsuram deferre?

Tho. 4. d. 24. q. 3. art. 1. 2. & 3.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod ordinati non debeant coronam rasuram habere. Quia Dominus committatur captiuitatem & dispersionem his qui sic attenduntur, ut patet Deute. 33. de captiuitate inimicorum denudari capiti. Hiere. 49. dispergam in omnem ventum eos qui attonsi sunt in comam: sed ministris Christi non debetur captiuitas: sed libertas: ergo coronam rasuram & tonsuram eis non competit.

PRÆTEREA, veritas debet respondere figuræ: sed figura coronæ præcessit in veteri lege in tonsura Nazæeorum, sicut in litera dicitur: ergo cum Nazæei non essent ordinati ad ministerium diuinum, videtur quod ministris ecclesiæ non debeatur tonsura vel rasura coronæ: & hoc etiam videtur per hoc quod conuersi qui non sunt ministri ecclesiæ tondentur in religionibus.

PRÆTEREA, per capillos superflua signatur, quia capilli ex superfluo generantur: sed ministri altaris omnem superfluitatem a se debent expellere: ergo totaliter debent caput radere & non in modum coronæ.

SED contrā, quia secundum Grego. seruire Deo regnare est: sed corona est signum regni: ergo illis qui ad diuinum ministerium applicantur corona competit.

PRÆTEREA, capilli in velamen dati sunt, ut patet 1. Cor. 2. sed ministri altaris debent habere mentem reuelatam: ergo competit eis rasura coronæ.

RESPONDEO dicendum, quod eis qui ad diuina ministeria applicantur competit rasura & tonsura in modum coronæ ratione figuræ: quia corona est signum regni & perfecti-

onis cum sit circularis: illi autem qui diuinis ministerijs applicantur adipiscuntur regiam dignitatem, & perfecti in virtute esse debent: competit etiam ratione subtractionis capillorum, & ex parte superiori per rasuram, ne mens eorum temporalibus occupationibus à contemplatione diuinorum retardetur, & ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus temporalibus obuoluantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dominus committatur illis qui hoc ad cultum demonum faciebant.

AD SECVNDVM dicendum, quod ea que fiebant in veteri testamento imperfecte representant ea que sunt in nouo: & idē ea que pertinent ad ministros non. Test. non solum significabantur per officia Levitarum, sed etiam per omnes illos qui aliquam perfectionem profitebantur: Nazæei autem profitebantur perfectionem quandam in depositione comæ significantes temporalium contemptum, quantum non in modum coronæ deponerent, sed omnino totum, quia nondum erat tempus regalis & perfecti sacerdotij: & similiter etiam conuersi tondentur propter renunciationem temporalium, sed non raduntur quia non occupantur diuinis ministerijs, in quibus diuina eporteat eos mentem contemplari.

AD TERTIVM dicendum, quod non solum debet significari temporalium abiectio, sed etiam regalis dignitas in forma coronæ, & idē non debet totaliter coma tolli, & etiam ne indecens videatur.

CIRCA materiam huius articuli est prius aduertendum, quod Lutherani conficiunt Eucharistiam in habitu seculari, & dicunt quod omnes fideles deberent habere eandem habitus figuram, & quod corona est res noua, à paucis annis à pontificibus inuenta. Ego autem dico coronam esse rem antiquissimam in ecclesia, quod testimonij Sanctorum patrum comprobatur. Et prius Rabanus lib. de insti. cleric. cap. 3. dicit, quod tonsuræ ecclesiasticæ usus ab Apostolis introductus est. Secundo Dionysius lib. de eccles. Hierar. ca. 5. dicit quod hierarcha in modum coronæ tondet, inuocans trinitatem: & hoc ait loquens de Episcopis, Tertio Beda lib. 5. de gestis Anglorum, dicit quod Apostoli fu-

HH ij erunt

erunt attonsi, & quod sic ecclesiastici atton-
dentur in imitationem, significationem, &
memoriam Domini: & addit quod Simon
magus portabat tonsuram. Quarto in concilio
Tolet. 4. cap. 40. cui interfuit dñs Isidorus,
præcipitur quod clerici attondeantur &
radantur: & reprehenduntur Galiciani inter
quos lectores nutriebant comam: & additur
nutrisse comam ritum esse hæreticorum in
Hispania. Quinto, Hieronymus ad Alipium
& Euodium dicit, præcor coronam tuam &c.
Sexto, August. in epist. ad Proculianum dicit,
per coronam nostram nos adiurant vestri, &
per coronam vestram adiurant vos nostri.
Ex quibus omnibus manifestè constat corona
nam rem antiquissimam esse in ecclesia.

Artic. secundus

Vtrum corona sit ordo?



AD SECVNDVM sic pro-
ceditur. Videtur quod corona
sit ordo, quia in actibus
ecclesie spiritualia corporali-
bus respondent: sed corona

est quoddam corporale signum quod ecclesia
adhibet: ergo videtur quod signatum interi-
us respondeat, & ita in coronatione imprimi-
tur character, & erit ordo.

PRAETEREA, sicut ab Episcopo solùm
datur confirmatio, & alij ordines, ita & co-
rona: sed in confirmatione & alijs ordinibus
imprimatur character: ergo & in corona, &
sic idem quod prius.

PRAETEREA, ordo importat quendam di-
gnitatis gradum, sed clericus hoc ipso quod cle-
ricus est, in gradu supra populum constituitur,
ergo corona per quam efficitur clericus
aliqua, est ordo.

SED contra, nullus ordo datur nisi in missæ
celebratione: sed corona datur etiam absq; offi-
cio missæ, ergo non est ordo.

PRAETEREA, in collatione cuiuslibet or-
dinis fit mentio de aliqua potestate data, non
autem in collatione coronæ: ergo non est ordo.

RESPONDEO dicendum, quod ministri ec-
clesie a populo separantur ad vacandum diu-
no cultui: in cultu autem diuino quædam sunt

quæ per potentias determinatas sunt exercen-
da, & ad hoc datur spiritualis potestas ordi-
nis: quædam autem sunt quæ communiter à
voto ministrorum collegio fiunt, sicut dicere
diuinas laudes: & ad hoc non exigitur aliqua
potestas ordinis, sed solùm deputatio ad tale
officium, & hoc fit per coronam, & idè non
non est ordo, sed præambulatum ad ordinem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod coro-
na habet vlteriùs aliquod spirituale quod ei
respondet, sicut signatum signo, sed hoc non
est aliqua spiritualis potestas: & idè in coro-
na non imprimatur character nec est ordo.

AD SECVNDVM dicendum, quod quæ-
uis per coronam non imprimatur character:
tamen deputatur homo ad diuinum cultum,
& idè talis deputatio debet fieri per summum
ministrorum, sicut per Episcopum, qui etiam res
eius benedicit, & vasa omnia quæ ad diuinum
cultum applicantur.

AD TERTIVM dicendum, quod ex hoc
quod aliquis est clericus, est in altiori statu
quàm laicus, non tamen habet ampliorem po-
testatè gradum, qui ad ordinem requiritur.

ISTA conclusio negatiua huius art. proba-
tur citra rationes S. Tho. prius, quia prima
corona non ordinatur ad Eucharistiam,
sed omnis ordo est ad Eucharistiam: ergo pri-
ma tonsura non est ordo. Antecedens probatur,
quia prima tonsura est solùm quædam deputatio &
habilitatio ad cantandum in choro cum alijs:
ergo non est ordo. Secundo quia fieri reli-
giosus non est ordo, nec benedictio Abbatis,
& tamen sunt quædam deputationes & appli-
cationes ad certa officia & ad certum statum:
ergo nec prima tonsura est ordo, sed quædam
applicatio ad certum officium & statum. Io-
maior dicit quod sunt nouem ordines, nempe
prima tonsura, episcopatus, & alij septem
prædicti ordines, sed tamen non probat: idè
standum est potius cum S. Tho. & alijs docto-
ribus.

CONTRA prædictam tamen conclusionem
arguitur in hunc modum, in cap. cum con-
tingat de atar. & qual. ordinand. prima ton-
sura vocatur ordo: dicitur enim ibi quod ab
abbatibus per primam tonsuram clericali or-
do confertur. Ad hoc respondetur quod
ibi capitur ordo improprie & largo modo. Ex
quibus colligitur quod peccant Episcopi con-
ferentes primam tonsuram illis qui non habent
intentionem ministrandi ecclesie, sed solùm tō
datur

duntur, vt eximantur à potestate ciuili.
Peccant secundo Episcopi conferentes primam
tonsuram prædictis, quia faciunt illos peiera-
re, quia exigunt ab illis iuramentum quod ser-
uiunt ecclesie: quod neq; faciunt, neq; face-
re intendunt.

Artic. tertius.

Vtrum per receptionem coro-
næ renuntietur temporalibus
bonis?



AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur quod per acceptio-
nem coronæ aliquis renuntiet
temporalibus bonis. Ipsi enim
dicunt cum coronantur: Domi-
nus pars hereditatis meæ: sed sic dicit Hie-
ron. Dominus in his temporalibus fieri dedig-
natur pars: ergo abrenuntiant temporalibus.

PRAETEREA, iustitia ministrorum no-
testa, debet abundare super ministros veteres. Vt
patet Mat. 23. sed ministri veteres, Leuitæ
non acceperunt partem hereditatis cum
fratribus suis, ergo nec ministri no. test. habe-
re debent.

PRAETEREA, Hugo dicit quod post quæ
aliquis est factus clericus, debet deinceps sti-
pendijs ecclesie sustentari: sed hoc non esset si
patrimonium suum retinet: ergo videtur
quod abrenuntiet in hoc quod clericus fit.

SED contra est, quod Hieremias fuit de ordi-
ne sacerdotali, vt patet Hiere. 1. sed ipse habu-
it possessionem hereditatis, vt patet Hiere.
32. ergo clerici possunt habere patrimonia-
lia bona.

PRAETEREA, si hoc non possent, non vi-
detur tunc differentia inter religiosos & cle-
ricos seculares.

RESPONDEO dicendum, quod clerici in
hoc quod coronam accipiunt, non renuntiant
patrimonio, nec alijs rebus temporalibus, quia
terrenorum possessionem contrariatur diuino
cultui, ad quem clerici deputantur: sed nimia
eorum sollicitudo. Quia vt dicit Grego. affe-
ctus in crimine est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Do-
minus dedignatur pars fieri eorum qui res
mundi ita possident, vt ex æquo cum alijs dili-
gatur: ita scilicet quod aliquis ponat finem su-
um in Deo & in rebus mundi: non tamen de-
dignatur pars fieri eorum qui res mundi ita
possident, quod per eas à cultu diuino non re-
trahuntur.

AD SECVNDVM dicendum, quod Leui-
tæ in veter. test. habebant ius in hereditate pa-
terna: sed idè non acceperunt partem cum alijs
tribubus, quia erant per omnes tribus dis-
pergendi, & fieri non potuissent si vnam de-
terminatam partem cepissent sicut alie tri-
bus.

AD TERTIVM dicendum, quod si sine
indigentes clerici, & ad sacros ordines pro-
moti, Episcopus qui eos promouit tenetur eis
providere, alias eis non tenetur: ipsi autem ex
ordine suscepto tenentur ecclesie ministrare.
Verbum autem Hug. intelligitur de illis qui
non habent vnde sustententur.

HÆC conclusio affirmatiua huius arti-
culi ad dè est manifesta, vt nec disputa-
tione nec alia probatione à probatio-
nibus S. Tho. indigeat, cum constituti
in prima tonsura, uxores ducere & filios alle-
re, & bona temporalia illis congregare pos-
sint.

Artic. quartus

Vtrum supra sacerdotalem or-
dinem debeat esse potestas epis-
copalis?



AD QVARTVM sic procedi-
tur. Videtur quod supra sacer-
dotalè ordinè non debet esse ali-
qua potestas episcopalis. Sicut
enim in litera dicitur, ordo sa-
cerdotalis ab Aaron sumpsit exordium: sed
in veter. leg. nullus erat supra Aaron: ergo
nec in no. leg. debet aliqua potestas esse supra
sacerdotalem.

PRAETEREA, potestates ordinantur secu-
dum

dū actus, s. d. nullus actus sacerdotis potest esse maior quam consecrare corpus Christi, ad hoc est enim potestas sacerdotalis: ergo supra sacerdotalem potestatem non debet esse episcopalis.

PRAETEREA, sacerdos in offerendo gerit figuram Christi in ecclesia qui se patri pro nobis obtulit: sed in ecclesia nullus est maior Christo, quia ipse est caput ecclesiae: ergo ut prius.

SED contra, potestas tanto est altior quanto ad plura se extendit: sed potestas sacerdotalis (ut Dio. dicit) extendit se ad purgandum & illuminandum tantum: episcopalis autem ad hoc & ad perficiendum: ergo supra sacerdotalem potestatem debet esse episcopalis.

PRAETEREA, diuina ministeria debent esse magis ordinata quam humana: sed humanorum officiorum ordo exigit, ut in quolibet officio præponatur vnus qui sit princeps illius officij: sicut præponitur militibus dux, sic sacerdotibus debet aliquis præponi qui sit sacerdotum princeps, & hic est Episcopus: ergo episcopalis potestas debet esse supra sacerdotalem.

RESPONDEO dicendum, quod sacerdos habet duos actus, principalem, s. consecrare corpus Christi, & secundarium, s. preparare populum ad susceptionem huius sacramenti, ut prius dictum est. Quantum autem ad principalem actum potestas sacerdotis non dependet ab aliqua superiori potestate nisi diuina: sed quantum ad secundum, dependet ab aliqua superiori potestate, s. humana. Omnis enim potestas quæ non habet exire in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus dependet ab illa potestate quæ illas ordinationes facit: sacerdos autem non potest absolueret & ligare nisi præsupposita iurisdictione, qua sibi subdantur illi quos absoluit. Potest autem consecrare quamlibet materiam à Christo determinatam, nec aliud requiritur quantum est de necessitate sacramenti: quamuis ex quadam congruitate præsupponatur actus episcopalis in consecratione altaris vel vestium & huiusmodi: & ita patet quod oportet esse supra sacerdotalem potestatem episcopalis;

quantum ad actum secundarium sacerdotis, non quantum ad primum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aaron sacerdos fuit & pontifex, i. sacerdotum princeps: sumpsit ergo sacerdotalem potestatem ab ipso exordium in quantum fuit sacerdos sacrificia offerens, quod etiam minoribus sacerdotibus licebat: sed non ab eo in quantum fuit pontifex, per quam potestatem poterat aliquid facere, ut ingredi semel in anno sancta sanctorum, quod alijs non licebat.

AD SECVNDVM dicendum, quod quantum ad illum actum, non est aliqua potestas superior, sed quantum ad alium, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut omnium rerum naturalium perfectiones præexistunt exemplariter in Deo, ita CHRIS-TVS fuit exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum: unde vnusquisque minister ecclesiae, quantum ad aliquod gerit typum Christi, ut ex littera patet, & tamen ille est superior qui secundum maiorem perfectionem Christum representat: sacerdos autem representat Christum in hoc quod per se ipsum aliquod ministerium impleuit, sed Episcopus in hoc quod alios ministros instituit & ecclesiam fundavit. Vnde ad Episcopum pertinet mancipare aliquid diuinis officijs, quasi cultum diuinum ad similitudinem Christi statuens: & propter hoc Episcopus etiam specialiter sponsus dicitur ecclesiae, sicut & CHRISTVS.

IN ISTO art. 4. est conclusio affirmatiua quam semper receperunt omnes doctores fideles, nempe quod supra sacerdotalem ordinem debeat esse potestas episcopalis. **SED** est dub. an de iure diuino Episcopus habeat aliquam potestatem supra potestatem sacerdotalem, ita quod illam non habeat sacerdos: Ad quod respondet S. Tho. in isto art. & Durand. in. 4. d. 24. q. 5. & distinguunt, dicentes quod de facto ex ordinatione ecclesiae habet Episcopus iurisdictionem, quam non habent simplices sacerdotes: sed de iure diuino videtur quod non habeat Episcopus maiorem potestatem iurisdictionis, quam simplex sacerdos: sed videtur quod tota potestas iurisdictionis relicta fuit post Petrum & Apосто-

Apostolos Summo pontifici Episcopo Romano, & hoc quoad iurisdictionem. Sed relinquitur dub. de potestate consecrationis & ordinis, si an quidquid potest Episcopus, possit simplex sacerdos, ut confirmare & sacramentum ordinis conferre: Ad quod dicit Durand. vbi supra quod sunt de hoc opiniones, & dicit quod prima fuit Hieronymi dicentis quod de iure diuino quidquid potest Episcopus, potest simplex sacerdos: unde ait ista opin. quod simplex sacerdos poterat confirmare, & ordinis sacramentum conferre, ut Episcopus: & quod idem erat esse Episcopum & presbyterum, probat hoc ex cap. epist. Hieron. ad Euan-drium, & ex cap. Olim. 95. d. quod desumptum est ex Hieronymi commentarijs super primū cap. epist. Paul. ad Titum, vbi ex professo vult probare quod olim nulla erat differentia inter presbyterum & Episcopum. Quod sic ostendit, quia ad Philip. i. dicitur, omnibus sanctis qui sunt philippis cum Episcopis & diaconibus gratia vobis & pax: Philippis autem erat vna ciuitas, & in vna ecclesia non possunt esse multi Episcopi, sed tantum vnus: ergo per Episcopos intelligit Paul. presbyteros: nec est verisimile quod Paul. salutaret Episcopos & diaconos dimittendo presbyteros. Secundo, actuum. 20. Lucas refert quomodo Paul. vocauit Ephesinos maiores natu ad ciuitatem Miletum, & dixit eis. Attendite vobis, & vniuerso gregi in quo posuit vos Spiritus sanctus Episcopos, & alloquitur presbyteros: ergo idem est esse presbyterum & esse Episcopum. Tertio ad Tit. i. huius rei gratia reliquit Crete, ut ea quæ desunt facias, & constituas presbyteros, sicut ego te constitui, & Titus erat Episcopus: ergo non erat differentia inter Episcopum & presbyterum: & subdit, oportet Episcopum sine crimine esse. Vnde sic loquebatur quod Titus constituerit presbyteros: & adiunxit, oportet Episcopum sine crimine esse: ergo idem erat presbyter & Episcopus. Quarto primæ ad Timot. 4. inquit Apostolus, noli negligere gratiam quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri, qui presbyter erat ipse Paul. qui erat Episcopus: & imposuit manus Timoteo: ergo &c. Quinto, primæ ad Tim. 3. docet Paul. qualis debeat esse Episcopus, & qualis esse debeat diaconus, & non loquitur de presbyteris: ergo argumentum est quod idem erat presbyter & Episcopus. Vnde tempore Pauli nulla erat differentia inter Episcopum & presbyterum: ergo stando in iure diuino non est maior potestas in Episcopo quàm in simplici presbytero. Sexto, probat Durand. eandem sententiam ratione, in hunc modum. Apostoli erant Episcopi, & non habebant potestatem, nisi presbyterorum: ergo &c. Probat minor, quia non acce-

perunt potestatem à Christo nisi in cœna, quando quoad consecrationem venerandi sacramenti Eucharistiæ dictum est eis, hoc facite in meam commemorationem: vel quando Ioan. 20. dictum est eis accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata remittuntur eis &c. Sed tota hæc potestas datur cui-cunq; simplici presbytero, quia eis in sua ordinatione dicitur, accipite Spiritum sanctum quorum remisistis peccata &c. & datur illis potestas conficiendi Eucharistiæ: & dicitur eis, hoc facite in meam commemorationem. Et addit Durand. qui reputauerit hanc sententiam erroneam imputet Hieron. qui illud dicit. Ex hac opinione colligitur quod si simplex sacerdos tentaret conferre sacramentum ordinis & confirmare, etiam inuita ecclesia & inuitis summis pontificibus, & si mortiferè peccaret propter prohibitionem ecclesiae, factum tamen teneret: dicit tamen Durand. quod opposita opin. est verior & tutior, nempe quod Episcopus de iure diuino ex sua consecratione habet aliquam potestatem supra simplices sacerdotes. Hæc Durandus. Scotus autem in 4. d. 7. q. 1. dicit quod ille modus dicendi Hieron. est probabilis. Armachanus vero lib. 11. de quæstionibus Armenorum cap. 5. & 7. dicit quod illa opinio quæ dicit de iure diuino Episcopum nullam potestatem habere quam non habeat sacerdos simplex, est vera: & probat quia Paul. dicit. 1. ad Cor. 12. quosdam quidem posuit CHRISTVS in ecclesia sua apostolos: quosdam autem pastores & doctores &c. Bene sequitur ibi referatur grauis ecclesiae, & non annumerantur presbyteri simplices: ergo simplices presbyteri includuntur in aliquo gradu ibi annumerato: & non nisi in apostolatu, aut pastoratu: ergo idem est esse apostolum vel pastorem & presbyterum simplicem. Et idem argumentum potest confici ex eodem Paul. ad Ephes. 4. vbi etiam annumerat grauis ecclesiae inter quos non refert presbyteros simplices. Vnde consequenter Armachanus asserit quod stando in iure diuino, si simplex sacerdos tentet confirmare aut gradus ordinis conferre, tenet factum: peccaret tamen mortiferè propter prohibitionem ecclesiae. Vnde hæc sententia stando in testimonijs scripture videtur probabilis. Thomas autem Vualdenis in lib. de sacramentis cap. 16. & deinceps tractat hoc, & citat diuum Ambro. qui videtur fuisse illius sententiæ. Ioan. autem de Turrecremata super decretum d. 93. cap. Legimus in Isaia, mouet hanc quæstionem & dicit quod est triplex sententia de hoc dubio. Prior est, quod absolute abstractim do à iure tam diuino quam humano, quidquid potest Episcopus, potest simplex sacerdos. Et hanc inquit opinionem, potius esse estimandam hæresim quam modum

dicendi probabilem, cum sit contra ritum & determinationem ecclesie. Alia est opinio quae asserit Episcopum differre a simplici sacerdote etiam de iure diuino, non quoad potestatem ordinis, sed quoad potestatem iurisdictionis: potest enim simplex sacerdos secundum hanc opinionem de iure diuino sacramentum ordinis conferre. Et hanc sententiam (ut nos supra diximus) reputant Duran. & Scot. probabilem, & Armachanus asserit esse veram. Tertia opinio est communis, quae tenet de iure diuino Episcopum esse supra simplicem sacerdotem quoad utramque potestatem, nempe ordinis & iurisdictionis. Et hanc sententiam tanquam veriorum tenet & confirmat Ioan. de Turrecremata ubi supra: & inter alia quae adducit in confirmationem huius sententiae, adducit cap. in nouo, & cap. decretis, d. 21. in quorum capitulorum utroque fit comparatio inter Episcopos & simplices presbyteros, & aliquid excellentiae & potestatis tribuitur Episcopis plusquam simplicibus sacerdotibus: quia in ca. In nouo. dicitur quod Episcopi succedunt apostolis, & simplices sacerdotes succedunt septuaginta duobus discipulis. Vnde conficitur sic argumentatio. De iure diuino fuit distinctio potestatis & ordinis inter apostolos & discipulos septuaginta: ergo etiam est inter Episcopos & simplices sacerdotes.

PRÆTEREA. Actuum. 13. dicitur quod Paul. & Barnabas imposuerunt manus alijs discipulis qui erant de. 70. & doctores dicunt quod per illam impositionem manuum creauerunt illos Episcopos: ergo ante non erant Episcopi, & apostoli erant Episcopi: ergo aliam potestatem habebant Apostoli quam non habebant discipuli de septuaginta: ergo nec nunc habent simplices sacerdotes eandem potestatem quam habent Episcopi. Nec obstat si dicas, quod Apostoli & discipuli solum differabant quoad apostolatam, & non quoad potestatem ordinis aut iurisdictionis, quia tunc falsum esset quod dicitur in illo cap. In nouo, nempe quod Episcopi succedunt Apostolis & sacerdotes non: & esto quod Episcopi succedat Apostolis non habent apostolicam potestatem: ergo aliam habebant potestatem Apostoli citra apostolatam, qua differabant a discipulis, & in qua succedunt eis Episcopi & non est alia quam ordinis aut consecrationis vel iurisdictionis: ergo &c. Præterea, in cap. decretis, habetur quod maiorum & minorum sacerdotum distinctio, ab ipso Christo sumpsit exordium, quia duodecim Apostolos tanquam maiores, & septuaginta duos discipulos tanquam minores instituit CHRISTVS. Præterea. Actuum. 1. Apostoli miserunt sortem super Mathiam & Ioseph iustum: ad hoc ut alter illorum acciperet Iudæ locum, & dicitur ibi, Episcopatum eius accipiat alter. Ex hoc con-

ficatur sic argumentatio: Mathias & Ioseph iustus fuerunt de numero discipulorum qui cum Christo fuerunt, & nihilominus Apostoli vocabantur potestatem quam accepit Mathias episcopatum: ergo antea Mathias non habebat episcopatum, & tamen erat sacerdos: ergo de iure diuino differt episcopatus a sacerdotio. Præterea, Barnabas erat de numero. 72. discipulorum, & tamen Actuum. 13. creatus fuit Episcopus per impositionem manuum: ergo non est eadem potestas episcopatus & presbyteratus. Vnde ex omnibus his colligo ego mihi quod non esset labor in dissoluendo hanc quaest. nisi verba Hieronymi fecissent difficultatem: Hieron. enim sentire videtur quod non est de iure diuino differentia inter episcopalem & presbyteralem potestatem, sed solum ad tollendum schisma, quod solet esse inter æquales constituti sunt Episcopi: & Hieron. super epist. ad Tit. vult corrigere supercilium episcoporum ne habeant presbyteros tanquam famulos, sed quod sciant ex sola consuetudine ecclesie presbyteros subditos esse Episcopis. Quid autem S. Tho. sentiat de hoc, habetur in 2. 2. q. 184. art. 6. ad primum, ubi mouet hanc quaest. nempe, an omnes prælati ecclesiastici sint in statu perfectionis: & conficit primum argumentum tale ex verbis diui Hieron. & Pauli, qui videntur dicere antiquitus idem esse episcopatum & presbyteratum. Ad quod respondet Tho. dicendo ad primum, bifariam possunt intelligi verba Hieron. vno modo, quod presbyteri & Episcopi non differant in re: alio modo quod non differant in nomine. Et dicit Tho. quod Hieron. volebat dicere aliud, nisi quod in primitiua ecclesia vocabantur eodem nomine: non autem quod potestates essent eadem, vel quod Episcopus & simplex sacerdos sint æquales in potestate: presbyter enim dicit Hieronymus græce idem est latine senior, & in scriptura aliquando sacerdotes vocantur seniores, & aliquando presbyteri: & Episcopus est nomen officij, vnde idem est Episcopus quod superintendens, vel superconsiderans, quod scipio græce idem est quod latine considero, in re, & speculor. Epi autem est præpositio quæ in compositione sæpe significat, super. Vnde Fraciscus Philephus dicit quod Homerus vocat Hectorē Episcopū: nomina non multum differunt, quia officij Episcopi, conuenit ætati antiquæ: & alij sancti, & Ioan. de Turrecremata exponit Hieronymum, ut exponit S. Th. Sed his non obstantibus, verba Hieron. habent difficultatem, quia expresse dicit Hieron. Episcopi magis ex consuetudine ecclesie quam diuina dispositionis veritate sentiat se esse maiores presbyteris. Caietanus autem supra S. Tho. ubi supra, exponit verba Hieron. tribus modis: & vna expositio est illa quam probat S. Tho. Secunda est, quod Hieronymus intelligit quod

quod nos non cognoscimus ex scriptura sacra maiorem esse potestatem Episcoporum quam presbyterorum, sed quod hoc cognoscimus ex consuetudine ecclesie. Tertia. glossa est, quod intelligantur dicta Hieron., quantum ad eam, nempe quod Hieron. intendebat dicere, quod non cognoscimus ex scriptura sacra quæ sit causa quare ecclesia ponat maiorem potestatem in Episcopis quam in presbyteris, sed cognoscimus quod hæc est causa magis ex consuetudine ecclesie quam ex scriptura, quia potius habemus hoc ex consuetudine ecclesie quam ex scriptura. i. potius cognoscimus Episcopum habere maiorem potestatem quam sacerdos ex consuetudine ecclesie quam ex scriptura. Et sic in multis alijs locis tenet S. Tho. Episcopum habere maiorem potestatem quam presbyter, nam in 3. p. tractando de sacramento confirmationis, dicit solum Episcopum ex officio posse confirmare. Guido autem Carmelita dicit in suo lib. de hæresibus, quod non est standum verbis Hieron. Et idem dicit Alphonsus à Crasto, Codice de hæresibus verbo Episcopus. Sed quid tenendum inter istam turbam opinionum? Dico prius quod dicere absolutè, ut dicunt Lutherani, quod Episcopi non habent maiorem potestatem quam presbyteri, est hæreticum. Et diuus Aug. lib. de hæresibus cap. 53. dicit quod fuit ista hæresis cuiusdam presbyteri qui vocabatur Aërius, quem presbyterum adducit S. Tho. 2. 2. ubi supra, & dicit quod ille presbyter cum Episcopatum non posset consequi, adhesit Arrio, & Arrianus effectus est: ergo hæreticum est illud asserere, quia ita tanquam hæresim scribit Aug. illam cum alijs: & iste error condemnatus fuit in concilio Hispalensi: & condemnatus fuit à Beda super Lucam ca. 15. ab Isidoro in quodam sermone: à Damaso Papa in epist. de Coepiscopis. Secunda propositio est, dicere quod Episcopus de iure diuino non habet maiorem potestatem quam presbyter, non videbatur hæreticum ante concilium Tridentinum, & probatur, quia ita censebat Scotus, Durandus, & Hieronymus. Sed post concilium Tridentinum illud dicere esset hæreticum, cum in illo determinetur quod ex officio solus Episcopus potest administrare sacramentum confirmationis. Tertia propositio est, Quidquid sit de alijs opinionibus & de aliorum dictis, tenendum est cum communi sententia Doctorum, & cum S. Tho. nempe quod Episcopi de iure diuino habent aliquam potestatem quam non habent simplices sacerdotes, quæ citra alias adductas iam probationes rursus sic ostenditur, ex decretis Anacleti cap. 2. ubi sic habetur. Episcopus Deo sacrificans testes habeat, & plures quam alius sacerdos, nam sicut maioris honoris fruitur, sic maioris testimonij. En vides Anacletum dicentem Episcopum trui maio-

ri honore quam simplex sacerdos, & in hunc scopum possunt adduci innumera alia testimonia antiquorum, apud quos semper Episcopus fuit prælatus simplici sacerdoti: & diuus Ambro. super epist. ad Tit. dicit, post Episcopum tamen diaconatus ordinem subdit Paulus. Quare hoc nisi quia Episcopi & presbyteri vna ordinatio est. si Episcopus prius est vniuersalis Episcopus sit presbyter, non tamen omnis presbyter est Episcopus: & multa alia ad hoc propositum dicit ibidem Ambro. ex quibus manifestè colligitur Ambrosium asseruisse differentiam esse inter Episcopum & presbyterum. Vnde presbyter de iure diuino ex officio non potest confirmare, nec sacramentum ordinis conferre: Episcopus autem ex potestate ordinis, & ex officio suo potest, & prædicta sacramenta administrare, & altare, & ecclesiam, & alia id genus consecrare.

Articu. quintus

Vtrum Episcopatus sit ordo?



D Q VINTVM sic proceditur. Videtur quod episcopatus sit ordo. Primo per hoc quod Dionysius assignat hostres ordines ecclesiasticæ hierarchiæ: Episcopum, sacerdotem, & ministrum.

In litera etiam dicitur quod est ordo Episcoporum quadripartitus.

PRÆTEREA, ordo nihil aliud est quam quidam potestatis gradus in spiritualibus dispensandis, sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, quæ non possunt sacerdotes, sicut confirmationem & ordinem: ergo Episcopatus est ordo.

PRÆTEREA, in ecclesia non est aliqua spiritualis potestas, nisi ordinis vel iurisdictionis: sed ea quæ pertinent ad spirituales potestates non sunt iurisdictionis, alias possent committi non Episcopo, quod falsum est: ergo sunt potestatis ordinis: ergo Episcopus habet aliquem ordinem quæ non habet sacerdos simplex, & sic Episcopatus est ordo.

SED contra est, quod vnus ordo non dependet à præcedenti quantum ad necessitatem sacramenti, sed Episcopalis potestas dependet à sacerdotali, quia nullus potest recipere episcopalem

potestatem, nisi prius habeat sacerdotale: ergo episcopatus non est ordo.

PRÆTEREA, maiores ordines non conferuntur nisi in sabbatis: sed episcopalis potestas traditur in dominicis: ergo non est ordo. **RESPONDEO** dicendum, quod ordo potest accipi dupliciter, Vno modo secundum quod est sacramentum, & sic ut prius dictum est, ordinatur omnis ordo ad Eucharistiæ sacramentum: unde cum Episcopus non habeat potestatem superiorem sacerdote, quantum ad hoc episcopatus non est ordo. Alio modo potest considerari ordo secundum quod est officium quoddam respectu quarundam actionum sacrarum, & sic cum episcopus habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem, episcopatus erit ordo, & secundum hoc loquuntur auctoritates inductæ.

VNDE patet solutio ad primum. **AD SECVNDVM** dicendum, quod ordo prout est sacramentum imprimens characterem ordinatur specialiter ad sacramentum Eucharistiæ in quo ipse **CHRISTVS** continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur: & ideo licet detur aliqua potestas spiritualis Episcopo in sui promotione respectu aliorum sacramentorum, non tamen illa potestas habet rationem characteris, & propter hoc episcopatus non est ordo, secundum quod ordo est sacramentum quoddam.

AD TERTIVM dicendum, quod potestas episcopalis non est tantum iurisdictionis, sed etiam ordinis, ut ex dictis patet, secundum quod ordo communiter accipitur.

IN ISTO art. 5. constituit S. Tho. vna distinctionem bimembræ: & iuxta duo membra distinctionis scribit duas conclusiones: distinctio sic habet, Ordo capitur bifariam, vno modo ut est sacramentum, alio modo ut est officium aliquarum sacrarum actionum & potestas ad conferendum aliqua certa sacramenta. Tunc sunt duæ conclusiones, prior est, episcopatus non est ordo sumendo ordinem ut est sacramentum, eo modo quo supra diximus quemlibet gradum ex septem gradibus ordinis esse sacramentum. Secunda conclusio est, episcopatus est ordo capiendum ordinem pro officio & potestate conferendi aliqua sacramē

ta, in quo officio vel potestate non imprimitur character. Sed videtur quod disputatio sit de nomine, ideo Ioan. Maior absolute respondit quod est ordo. Caietanus tamē tom. 2. opuscu. q. vnica, de modo tradendi & recipiendi ordinis, dicit quod si Episcopus habet aliquam potestatem consecrationis, quam non habet simplex sacerdos, episcopatus est ordo: & confirmatur hoc quod dicit Caiet. quia Innocentius tertius in cap. Quanto, de consuetudine, dicit quod inaniter simplex sacerdos tentat confirmare, & alia quæ sunt Episcopi facere, quia vmbra facit potius quam rem conferat: ergo episcopatus est potestas distincta à sacerdotio: ergo est ordo. Ego autem cum S. Tho. dico quod episcopatus non est ordo qui sit sacramentum. Secundo dico, quod est ordo quo ad aliquid sed non simpliciter, ut diximus in d. S. Tho. Neq. text. ille citatus aliud probat. **¶ SED** an in ordinatione & consecratione Episcopi detur gratia sicut in ordinatione sacerdotis? Respondet S. Tho. negatiue, quia non est illa consecratio simpliciter ordo, nec est sacramentum, ut dictum est. Sed contra hoc arguitur in hunc modum, Episcopus non potest bene exercere officium suum sine gratia: ergo gratia datur in ordinatione Episcopi: antecedens patet, quia qui administrat sacramentum in peccato mortali peccat mortifere: ergo Episcopus non potest ministrare sacramentum sine gratia, consequentia autem probatur, quia eodem modo probabimus sacerdotij ordinem conferre gratiam: ergo etiam in consecratione Episcopi confertur gratia. Ad hoc cum S. Tho. concessio antecedente nego consequentiam: & ad probationem dico quod non potest aliquis esse Episcopus quin sit sacerdos, & quando creatur sacerdos datur ei gratia, & imprimitur character. unde potestas episcopalis est indelebilis: sed non est character, ut diximus, sed presupponit characterem sacerdotalem: & si non perdat quod datur ei per sacerdotium, bene se habebit ad exercendum potestatem episcopalem, ideo non requiritur alia gratia ad administrandum officium episcopale.

Articul. sextus.

Vtrum supra Episcopos possit esse aliquis superior in ecclesia?

AD SEXTVM sic proceditur. **V**idetur quod supra Episcopos non possit esse aliquis superior in ecclesia. Quia omnes Episcopi sunt apostoli successores: sed potestas quæ est data vni apostolorum

¶ S. Petro, Mat. 16. est data omnibus apostolis, Ioan. 20. ergo episcopi sunt pares & vnus non est supra alium.

PRÆTEREA, ritus ecclesiæ magis debet esse conformis ritui Iudeorum, quam ritui Gentilium, sed distinctio episcopalis dignitatis, & ordinatio vnus super alium, ut in litera dicitur, est à gentilibus introducta. In veteri autem lege non erat: ergo nec in ecclesia episcopus vnus super alium esse debet.

PRÆTEREA, superior potestas non potest conferri per inferiorem, nec equalis per equalem: quia sine vlla conditione quod minus est à maiori benedicitur. Heb. 7. unde etiam sacerdos non promouet episcopum nec sacerdotem sed episcopus sacerdotem: sed episcopus potest quemlibet episcopum promouere, quia etiam Hostiensis episcopus consecrat Papam: ergo episcopalis dignitas in omnibus est equalis: & sic vnus episcopus non debet alii subesse, ut in litera dicitur.

SED contra est quod legitur in concilio Constantinopoli. Veneramur secundum scripturas & secundum Canonum statuta & definitiones sanctissimum antiquæ Romæ episcopum esse, & maximum episcoporum, & post ipsum Constantinopol. episcopum: ergo vnus episcopus est super alium.

PRÆTEREA, beatus Cyrillus episcopus Alexandrinus dicit: ut membra maneamus in capite nostro apostolico throno Romanorum pontificum, à quo nostrum est querere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes pro omnibus: quoniam ipse solus est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, et ligare, loco illius qui ipsum edificauit: & nulli alii quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tantquam ipsi Domino **IESV** Christo obediunt: ergo episcopi aliqui subsunt etiam de iure diuino.

RESPONDEO dicendum, quod ubicunq. sunt multa ordinata in vnum, oportet esse aliquid vniuersale super particularia regnans, quia in omnibus virtutibus & actibus ut dicitur in 1. Eth. est ordo secundum ordinem finium,

bonum autem commune est diuinius quam bonum speciale, & ideo supra potestatem regitiam qua coniectat bonum speciale oportet esse potestatem vniuersalem respectu boni communis, alias non posset esse colligatio ad vnum. & ideo cum tota ecclesia sit vnu corpus, oportet, si ista vnitatis debet conseruari, quod sit aliqua potestas regitua respectu totius ecclesiæ supra potestatem episcopalem, qua vniqueq. specialis ecclesiæ regitur: & hæc est potestas Papæ: & ideo illi qui hanc potestatem negant schismatici dicuntur, quasi diuisores ecclesiæ vnitatis: & inter episcopum simplicem & Papam sunt alij gradus dignitatum, correspondentes gradibus vniuersi, secundum quos vna congregatio vel communitas includit aliam, sicut communitas prouincie includit communitatem ciuitatis, & communitas totius mundi includit communitatem vnus Regni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quauis omnibus apostolis data sit comuniter potestas ligandi & soluendi, tamen ut in hac potestate ordo aliquis assignaretur, primo soli Petro data est, ut ostendatur quod ab eo in alios ista potestas debeat descendere propter quod etiam ei dixit singulariter, confirma fratres tuos, & pasce oues meas: id est, loco mei, ut dicit Chryso. prepositus & caput esto fratrum, ut ipsi te in loco meo assumere & vbiq. terrarum, te in throno tuo sedentem predicent & confirmet.

AD SECVNDVM dicendum, quod ritus iudeorum non erat diffusus in diuersis regnis & prouincijs, sed tantum in vna gente: & ideo non oportebat quod sub eo qui habet potestatem principalem alij pontifices distinguerentur, sed ecclesiæ ritus sicut & Gentilium ritus per diuersas nationes diffunditur: & ideo oportet quod quantum ad hoc magis gentiliū ritui quam Iudeorum ecclesiæ status conformetur.

AD TERTIVM dicendum, quod potestas sacerdotis exceditur à potestate episcopi quasi à potestate alterius generis: sed potestas episcopi exceditur à potestate Papæ quasi à potestate eiusdem generis, & ideo omnem actum

Hierarchicum quem potest facere Papa in ministracione sacramentorum, potest facere episcopus: non autem actum quem potest facere episcopus, potest facere sacerdos in sacramentorum collatione. Et ideo quantum ad ea que sunt episcopalis ordinis omnes episcopi sunt æquales, & propter hoc quilibet alium potest consecrare.

IN HOC art. 6. est conclusio affirmatiua nempe quod supra episcopatum est aliqua superior potestas: quæ conclusio est & fuit semper omnium fidelium, & est determinata in conc. Constantinopolitano & Florent. vbi sic habetur. Diffinitimus Rom. pontificem in vniuerso orbe tenere primatum, & successorē esse Petri Apostoli à Domino IESU Christo sic institutum. Præterea, est articulus 25. cōdemnātus contra Luterum, dicere quod omnes episcopi sunt æquales. Tertio, Petrus fuit princeps Apostolorum & primus in tota ecclesia: ergo nunc Rom. pōtifex probatur cōsequentiā, quia opposito dato eodem modo negares quod sit nunc sacerdotium in ecclesia, quia si nō mansit potestas illa quæ fuit in Petro, nec manet potestas sacerdotalis quæ fuit in primitiua ecclesia: & si dicas quod manent aliquæ potestates, & potestas apostolica non manet, sine ratione dicis, cū potestas apostolica ad manēdum in ecclesia daretur, sicut & aliæ: antecedens patet, quia dictum est Petro sine exceptiōe, Pasce oues meas. Ioan. vlt. ergo habuit curā totius vniuersalis ecclesiæ. Quarto, Petrus fuit primus inter Apostolos vt patet Mat. 10. vbi dicitur. Nomina autem apostolorum hæc sunt, Primus Simon qui dicitur Petrus, &c. & non fuit primus respectu secundi, quia nullus vocatur secundus, nec dicitur primus eo quod prius sit vocatus ad apostolatū, quia vel Andreas fuit vocatus prius, vt habetur Ioan. 1. vel simul cum Petro vt habetur Marc. 1. ergo dicitur primus dignitate, potestate, & imperio. Quinto, probatur ratione, quia vt habetur 3. Politicorum, & octauo Ethicorum, optima politia est regalis, vbi est vnus princeps: ergo CHRISTVS instituit in ecclesia sua optimam politiam, cū opera sua sint perfecta: ergo constituit vnū principem qui præsit omnibus. Et oppositum nō est verosimile, nempe quod CHRISTVS sapientissimus Deus in ecclesia sua relinqueret peiorem modum gubernandi & regēdi. Sexto, Mat. 16. dixit CHRISTVS Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabō ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebūt aduersus eam: ergo aliquam dignitatem & excellentiam tribuit Petro, quam non tribuit alijs.

Septimo, Luc. 22. respondet CHRISTVS ad quæstionem inter discipulos exortam, nempe quis illorum videretur esse maior inter eos, & conuersus ad Petrum dixit ei, Simon ecce Sathanas expetiuit vos vt cribaret sicut triticū, &c. Sed ego rogavi pro te ne deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et sic respondet ad quæst. prædictam, ac si apertius dixisset Petro, tu eris maior & cōfirmabis fratres tuos: vnde de fide est quod est vna summa potestas, quæ residet in summo pontifice quæ est supra omnes episcopos, & omnes alias potestates ecclesiæ. ¶ S E D hæsitabis forte postquā hæc summa potestas applicatur ad istum vel illum hominem per electionem, an possit postea applicari alteri, hoc est, an possit ecclesia per electionem applicare prædictam supremam potestatem duobus hominibus, ita quod vnus præesset ecclesiæ occidentali, & alter orientali: & à parte affirmatiua arguitur in hūc modum. In potestate ecclesiæ est applicare præfatam potestatem huic vel illi homini: ergo poterit applicari duobus. Hoc tamen nō obstante dido ad dubium, quod non potest ecclesia illud efficere, quia nō potest esse quod sint duo aut plures æquales in ecclesia. In qua sententiā post alios est Arimachanus lib. 7. de quæstionibus armenorum, cap. 15. & Ochā in suis dialogis. & probatur quia dato opposito essent Schismata in ecclesia, quia quod vnus efficeret alter destrueret, vnus excommunicaret & alius aboluere. Secūdo dico, quod ecclesia potest instituire duos primates, quorum vnus esset supremus in ecclesia occidentali, & alter in orientali, sed isti dicuntur patriarchæ, & nullus illorum esset summus pontifex, aut successor Petri, & vnus illorū non posset agere in prouincia alterius, nec facta alterius mutare aut alterare, & si alius non eligatur deficeret papatus & summa ista potestas in ecclesia. Et si dicas quod testimonia ista quæ adduximus solum probant quod Petrus habuit illam potestatem, non autem probant quod illa potestas semper sit in ecclesia mansura. Dico quod ex illis & ex quibusdam alijs sufficienter probatur quod illa potestas concessa fuit à Christo vt semper maneret in ecclesia, quia vt probauimus illud regimen instituit CHRISTVS tanquam melius in ecclesia sua: ergo debet semper durare, quia opposito dato nō esset ecclesia Christi, cum modus gubernandi quē ipse instituit sit mutatus. Præterea, Mat. vlt. dicit CHRISTVS quod semper erit in ecclesia sua vsq. ad cōsumationē seculi, & Esaiæ. 4. cap. 9. dicitur de Christo, super folium David & super regnū eius sedebit vt corroboret in iudicio & iustitia a modo et vsq. in sempiternum: quæ nō essent vera si potestas Petri nō esset mansura vsq. ad cōsumationem ecclesiæ, qui

quia iam non diceretur CHRISTVS esse in sua ecclesia, nec corroborare in iudicio & iustitia, si modus gubernandi quē ipse instituit non perseveraret: & multa alia possent in hoc argumētum adduci, sed quia iam illa adduximus in tract. de potestate Papæ, vide ibi. ¶ S E D est aliud dubium, an Episcopus Romanus solus debeat succedere Petro. Ad quod responderetur affirmatiue, licet ex sola scriptura non possit hoc sufficiēter probari, sed probatur auctoritate ecclesiæ quæ semper illud habuit: & testimonijs Sanctorum qui semper id confessi sunt. Secundo probatur, quia Petrus elegit vltimo illam Romanam sedem, & ibi mortuus fuit, & per ipsum (vt dixim⁹) succedunt pontifices: ergo ibi debet residere Petri potestas. Sed quæres an Papa possit in ecclesia aliquem actum quem non possunt Episcopi? Ad quod respondet S. Tho. in hoc arti. ad tertium argumentum, nempe quod actū Hierarchicum circa sacramēta nullum potest Papa quem non possit Episcopus in sua prouincia, sed tamen summus pontifex de iure diuino habet iurisdictionē in toto orbe, & Episcopus ratione cōsecrationis episcopalis de iure diuino non habet iurisdictionem, neque in parte orbis. Vnde summus pōtifex potest cōferre iurisdictionem Episcopis, restringere & remouere pro suo arbitratu. Præterea, summus pontifex potest absoluerē de iure diuino omnes totius orbis à peccatis suis, quia est pastor omnium, & Episcopus non: sed id quod Episcopus habet iurisdictionis habet ex summi pōtificis ordinatione. Præterea, summus pontifex potest committere simplici sacerdoti quod conferat ordines maiores & sacramētum cōfirmationis, & non Episcopus: vnde in multis excedit potestas summi pontificis potestates Episcoporum. ¶ E S T tamen dub. an Cardinalatus sit ordo? & Sāctus Tho. nō loquitur de Cardinalibus. Et videtur quod potestas Cardinaliū sit etiā supra Episcoporum potestates. Ad quod dico quod cardinalatus nō est ordo: probatur prius auctoritate omnium Theologorum: nunquam enim quis Theologus dixit cardinalatum esse ordinem. Secundo dico, quod Episcopatus, vt supra probauimus, non est ordo qui sit sacramentum, quia non est immediatē ordinatus ad conficiendum vel ad ministrandum sacramentum Eucharistiæ, nec ad ministrandum in confessione eiusdem Eucharistiæ: ergo nec cardinalatus est ordo cum nō ordinetur ad Eucharistiā, nec ad ministrandum in eius confessione: sed solum ordinatur ad assistendum pontifici summo: est tamen cardinalatus potestas ecclesiastica, quia sunt accessores pontifici in causis fidei, & spiritualibus: & sunt electores ipsius pontificis. Difficultas tamen tota est an cardinales habeāt il-

lam potestatem de iure diuino, vel solum de iure positiuo. Ad quod respondet Ioan. de Turro cremata in 1. lib. summæ ecclesiæ cap. 80. nempe quod cardinales sunt à Christo instituti: probat prius, quia Paul. ad Cor. 12. numerat gradus ecclesiæ tanquam à Christo institutos, dicens, & ipse dedit quosdā quidē apostolos, alios pastores, &c. sed cardinalatus est vnus gradus in ecclesia qui includitur in pastoribus, quia pascunt oues cum summo pontifice: ergo sunt de iure diuino. Secundo dicit, quod cardinales immediatē succedūt apostolis & tenent eorum locum: nro quo dicit esse animaduertēdum in apostolis fuisse tria, primum erat quod assistebant Christo in solennioribus actibus suis, vt in transfiguratione & in cœna, & alijs id genus: & CHRISTVS dicit Luc. 22. vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis: & licet CHRISTVS non indigeret illa assistentia, volebat tamen apostolos sibi assistere ad ostendēdum quod vicarius eius debet habere adiutores cardinales & Episcopos: & mortisere peccaret summus pontifex si noller creare Episcopos, sed per se ipsum veller gubernare totam ecclesiā. Secundo quod habebāt apostoli erat, quod post mortem Christi assistebant Petro, vt cōstat Actuum. 13. vbi Apostoli conuenerunt ad Petrū vt definirent quid censendum esset de cessatione à legalibus. Tertium quod habuerunt Apostoli fuit prædicare, & regere prouincias, iuxta illud Mat. vltimo, euntes in mundū vniuersum docete omnes gentes, &c. Tertio dicit, iste Ioan. de Turro cremata quod ex istis prædictis officijs, secundum spectat ad cardinales, nempe assistere pontifici summo, & in hoc succedunt apostolis qui ex officio habebant assistere Petro. Et quo ad tertium officium Episcopi succedunt apostolis, & hoc (inquit) videtur sensisse Paulus qui locis citatis distinguit apostolos à pastoribus, per pastores intelligēs Episcopos: ergo alius debet esse gradus apostolatus in ecclesia, & non nisi cardinalatus: ergo de iure diuino est cardinalatus, cum ex locis Pauli citatis habetur quod debet esse superior gradus episcopatu. Ex quibus omnibus colligit prius, quod apostoli prius fuerūt cardinales quā Episcopi, cum fuerint cōstituti apostoli ad assistendū Christo ante Christi passionem, & postea fuerunt creati Episcopi. Secundo colligit apostolos prius fuisse cardinales orbis quā vrbis: vnde (inquit) cardinales habent potestatem in toto orbe. Tertio colligit summum pontificē debere numerari inter cardinales, quia Petrus erat cardinalis cum esset apostolus. Hæc Ioan. de Turro cremata. Sed loquitur cum nimio fauore cardinalium, & nimium extolliat partes cardinalium, quia cum esset ipse cardinalis vendebat proprias merces. Ideo aliter videtur dicēdum

dum, & cōstitutio prius talē cōclusionē. Cardinalatus amplissima spiritualis potestas ad assequendū & consulēdū summo pōtifici, & eūdē eligēdū est de iure humano & nō diuino. probatur, quia cardinalatus est res noua in ecclesia cum nullus antiquus doctor illius meminerit: probatur, quia si cardinalatus esset tempore diui Gregorij meminerit illius in suo registro, sed non facit: ergo non erat suo tempore cardinalatus. Secundo probatur, quia in concilijs antiquis ante Innocentium tertium fit mentio de omnibus alijs gradibus & potestatibus ecclesiasticis, & non de cardinalatu: ergo illo tempore non erat cardinalatus. Nec obstat si dicas quod cardinales erant Episcopi, & ideo intelliguntur nomine Episcoporum, quia hoc est loqui ad libitum sine auctoritate & ratioe. Secundo, cū cardinalatus in aliquibus sit supra episcopatum, deberet fieri mentio de illa potestate in antiquis concilijs, & ab antiquis scriptoribus, cum fiat de episcopatu, quod tamen non fit: ergo argumentum est quod est res noua cardinalatus in ecclesia. Nec obstat si dicas quod denominabantur alijs nominibus quia non habetur quibus. Sed cōtrā, quia 16 d. cap. Constantinus, dicitur quod Constantinus dedit priuilegium reuerendissimis clericis Romanis, ut vehantur equo & vestiatur purpura: & per illos clericos intelliguntur cardinales, quia vocantur reuerendissimi, & vestiuntur purpura: ergo iam tempore Constantini erant cardinales. Ad hoc dicendum quod illud cap. est fabulosum & palca, in quo etiam continentur multa alia fabulæ, nempe de baptismo & de lepra Constantini, cū tamen Diuus Ambrosius de eodem Constantino loquens, nullius illorum meminerit: unde ex historia Constantini conuincitur præfatum cap. esse fabulosum. Verum tamen est, quod illud cap. est antiquum cuiuscumque sit, & fortè fuit à trecentis annis quo tempore incipiebant cardinales esse. Secundo arguitur in hunc modum, Diuus Hieronymus fuit cardinalis. ergo iam tempore Hieronymi erat cardinalatus. Ad hoc nego antecedens, sed pictores pingunt ut libet, & fecerunt illum cardinalem sine electione, & sine auctoritate summi pōtificis. Hieronymus enim solum fuit præbyter & non cardinalis: cardinalis enim est supra Episcopum, & Hieronymus non fuit Episcopus. Et confirmatur quia Aug. scribit ad Hieronymum tãquam ad superiorem in vita, & inferiorem in dignitate ut habetur. 27. cap. quanquam, quod non esset si Hieronymus fuisset cardinalis. Præterea, Hieronymus in epist. suis presbyterum & nō cardinalem nec Episcopum vocat se. Nec obstat si dicas quod testis cardinalatū, quia hoc constare non potest: ideo hoc est fabulosum. Præterea, probatur principalis nostra cōclusio, nempe cardinalatum esse rem nouam in ec-

clesia, quia qui antiquitus acerrimè scripserunt de officijs ecclesiasticis, ut Rabanus & Isidorus in proprio lib. de offic. ecclesie: & libro Ethimologiarum cap. 12. nihil penitus dicunt de cardinalatu, & nō est vero simile quod nō loqueretur de cardinalatu si esset suo tempore, cum tanta dignitas sit in ecclesia. Sed opponet aliquis, multi viri docti dicunt quod Marcellus Papa, & martyr qui præfuit ecclesie anno Domini trecentesimo quarto, creauit quindecim cardinales. Dico quod est falsum, quia nō habetur nisi quod creauit 15. diaconos ad certa officia: alij autem dicunt quod Pontianus Papa instituit cardinales, sed etiam nō est authenticum: unde colligitur quod non constat quando inceperunt cardinales in ecclesia, sed constat quod non sunt de iure diuino, sed positiuo, constat etiam quod excedunt Episcopos.

Artic. septimus.

Utrum vestes ministrorum cōuenienter sint institutæ?



AD SEPTIMUM sic proceditur. Uiderur quod vestes ministrorum non cōuenienter sint in ecclesia institutæ. Ministri enim

Testa. magis tenentur ad castitatem quam ministri veter. Sed inter alias vestes ministrorum veter. Testa. erant femoralia in signum castitatis: ergo multo fortius esse debent inter vestes ministrorum ecclesie. **PRAETEREA**, sacerdotium nou. Testa. est dignius quam sacerdotium veteris: sed veteres sacerdotes habebant mitras quod est signum dignitatis: ergo sacerdotes nou. Legis eas debent habere.

PRAETEREA, sacerdos est propinquior ordinibus ministrorum, quam ordo episcopalis, sed Episcopi utuntur vestibus ministrorum, dalmatica scilicet. quæ est vestis diaconi: & tunica quæ est vestis subdiaconi: ergo multo fortius debent uti eis simplices sacerdotes.

PRAETEREA, in Le. veter. Pontifex deferbat super humerale, quod significabat onus Euangelij, ut dicit Beda: hoc autem maxime pontificibus nostris incumbit: ergo debent habere super humerale.

PRAE-

PRAETEREA, in rationali, quo utebantur pontifices veter. Le. scribebatur doctrina & veritas, sed veritas maxime in nou. Le. declarata est: ergo pontificibus nou. Le. competit.

PRAETEREA, lamina aurea in qua scriptum erat dignissimum nomen Dei, erat dignissimum ornamentum Le. veter. ergo illud maxime debuit transferri in nou. Le.

PRAETEREA, ea, quæ exteriorius geruntur, in ministris ecclesie, sunt signa interioris potestatis, sed Archiepiscopus non habet alterius generis potestatem, quam episcopus, ut dictum est: ergo non debet habere pallium quod non habent episcopi.

PRAETEREA, potestatis plenitudo residet penes Romanum pontificem, sed ipse non habet baculum: ergo nec alij episcopi debent habere.

RESPONDEO dicendum, quod vestes ministrorum designant idoneitatem, quæ in eis requiritur ad tractandum diuina: & quia quedam sunt quæ in omnibus requiruntur, & quedam requiruntur in superioribus, quæ non exiguntur ita in inferioribus: ideo quedam vestes sunt omnibus ministris communes, quedam autem superioribus tantum: & ideo omnibus ministris competit amictus humeros tegens, quo significatur fortitudo ad diuina officia exequenda quibus mancipatur, & similiter alba, quæ significatur puritatem vitæ: & cingulum, quod significatur repressionem carnis. Sed subdiaconus ulterius habet manipulum, quo significatur extersio minimarum macularum, quia manipulus est quasi sudarium ad extergendum vultum: ipsi enim ad sacra tractanda admittuntur, habent etiam tunicam strictam per quam doctrina Christi significatur: unde & in veter. Le. in ipsa tintinabula pendebant. Subdiaconi enim primò admittuntur ad doctrinam nou. Le. annuntiamdam: sed diaconus habet amplius stolam in sinistro humero in signum, quod applicantur ad ministerium in ipsis sacramentis. Et Dalmatica quæ est vestis larga sic dicta, quia in dalmaticis partibus primò usus eius fuit, ad designandum, quid ipse primò dispensator sacramentorum ponitur: ipse enim sanguinem

nem dispensat: in dispensatione autem largitas requiritur. Sed sacerdoti in utroque humero ponitur stola, ut ostendatur quod ei plena potestas dispensandi sacramenta datur, non ut ministro alterius, & ideo stola descendit usque ad inferiora. Habet etiam casulam, quæ significat charitatem, quia sacramentum consecrat charitatis scilicet Eucharistiam. Sed episcopis adduntur 9. ornamenta super sacerdotes, quæ sunt caligæ, sandalia, succintorium, tunica, dalmatica, mitra, chirotheca, annulus, & baculus: quia 9. sunt quæ ipsi supra sacerdotes possunt scilicet clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, clericos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa consecrare. Et per caligas significatur rectitudo gressuum. Per sandalia quæ pedes regunt, cōtempus terrenorum: Per succintorium quo stola ligatur cum alba, amor honestatis. Per tunicam perseuerantia, quia Ioseph tunicam talarem dicitur habuisse quasi descendentem usque ad talos. per quod significatur extremitas vitæ. Per dalmaticam, largitas in operibus misericordie. Per chirothecas, cautela. Per mitram, scientia vtriusque testamēti: unde & duo cornua habet. Per baculum, cura pastoralis, quæ debet colligere vagos, quos significat curvitas in capite baculi: sustentare infirmos, quod ipse stipes signat baculi: & pungere lentos, quod significat stimulus in pede baculi, unde versus: Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta. Per annullum sacramenta fidei, qua ecclesia desponsatur Christo: episcopi enim sunt in ecclesia loco Christi. Sed ulterius Archiepiscopi pallium habent signum priuilegiatæ potestatis: significat enim torquem aurea quam selebant legitime certantes accipere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sacerdotibus veter. Le. indicebatur continentia illo tantum tempore quo ad suum ministerium accedebant: & ideo in signum castitatis tunc seruanda in sacrificiorum oblatione femoralibus utebantur. Sed ministris nou. Testa. indicitur perpetua continentia, & ideo non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod mitra non

non

non erat signū alicuius dignitatis: fuit enim sicut quoddam galerum: ut Hierony. dicit, sed cydarius quærat signū dignitatis, solum pontificibus dabatur, sicut & nunc mitra.

AD TERTIVM dicendum, quod potestas ministrorum est in episcopo sicut in origine, non autem in sacerdote, quia ipse non cōfert illos ordines, & ideo magis episcopus quam sacerdos vestibus ministrorum utitur.

AD QVARTVM dicendum, quod loco superhumeralis utitur stola, quæ ad idem significandum est, ad quod erat superhumeralis.

AD QVINTVM dicendam, quod palliū succedit loco rationalis.

AD SEXTVM dicendum, quod pro illa lamina habet pontifex noster crucem, ut Inno. dicit: sicut pro femoralibus habet sandalia, pro linea albam, pro balteo cingulum, pro pedere tunicam, & pro ephod amictuum, pro rationali pallium, pro cydarii mitram.

AD SEPTIMVM dicendum, quod quāvis non habeat alterius generis potestatem, tamen eandem habet ampliorem: & ideo ad hanc perfectionem designandam sibi pallium datur, quo undiq; circumdatur.

AD OCTAVVM dicendum, quod Romanus pontifex non utitur baculo: quia Petrus misit ipsum ad suscitandum quendam discipulum suum, qui postea factus est episcopus Treuerensis: & in diocesi Treuerensi Papa baculum portat, & non in alijs locis: vel etiā in signum quod non habet coarctatam potestatem, quod curvatio baculi significat.

IN ISTO art. 7. est advertendū quod sicut nomina vestium ministrorum ecclesiæ significant aliquid spirituale, ut dicit S. Tho. in litera, ita nomina ipsorum ministrorum significant certa officia spiritalia. Nā hoc nomen episcopus græcè idē est latinè, quod superintendens vel superinspector, qui etiam speculator dici potest, vocatur etiam episcopi antistites & presules, eò quod cæteris dignitate præmineant. Pōtiffes etiā dicebantur à posse & facere, quamvis Terentius Varro eos à ponte dictos, quod ab his solitus factus sit primum, nomen à gentilitate in Christianismum translatus, & ut Romæ veteres olim minores & maiores pontifices, & inter hos vnum summū, qui omnes sacris præerant, habebat ita & nos in Christiani-

mo easdem denominationes seruamus. Archi episcopi dicti sunt tanquam primores episcopi, qui & Metropolitanani seu Metropolitæ appellati sunt, à Metropoli .i. amatre ciuitate, quasi eius ciuitatis quæ totius prouintie veluti mater est episcopi. Patriarchæ dicti sunt veluti primores seu summi patres, presbyteri uero seniores appellantur.

Quæstio 43.

De sacramento matrimonij.

POST hoc cōsiderādū est de matrimonio. **ET** primo agendum est de eo in quantum est in officio nature.

SECUNDO, in quantum est sacramentum? **TERTIO**, in quantum absolute & secundum se consideratur?

Circa primum queruntur quatuor.

PRIMVM est, utrum sit de iure naturali?

SECUNDO, utrum cadat sub præcepto?

TERTIVM, utrum eius actus sit licitus?

QVARTVM est, utrum possit esse meritorium?

Articul. primus

Utrum matrimonium sit de iure naturali?

Thom. 4. dist. 26. q. 1. & sequen.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod matrimonium non sit naturale. Quia ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: sed in alijs animalibus est coniunctio sexuum absq; matrimonio: ergo matrimonium non est de iure naturali.

PRAETEREA, id quod est de iure naturali inuenitur in hominibus secundum quemlibet statutum eorum: sed matrimonium non fuit in quolibet statu hominum, quia sicut dicit Tullius in 1. Rhetoricorū, homines à principio syluestres erant, & tunc nemo sciuit proprios liberos, nec certas nuptias in quibus

matrimonium consistit: ergo non est naturale. **PRAETEREA**, naturalia sunt eadem apud omnes, sed non eodem modo est matrimonium apud omnes, cum pro diuersis legibus diuersimodè matrimonium celebretur: ergo non est naturale.

PRAETEREA, illa sine quibus potest saluari nature intentio, non videtur esse naturalia: sed natura intendit conseruationē speciei per generationem, quæ potest esse sine matrimonio, ut patet in fornicarijs: ergo matrimonium non est naturale.

SED contra est, quod in principio Digestorū dicitur. Ius naturale est maris & femine coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. **PRAETEREA**, Philosophus 8. Ethicorū dicit, quod homo est magis naturaliter coniugale animal quam politicū sed homo est naturaliter animal politicū & gregale, ut ipse dicit: ergo est naturaliter coniugale, & sic coniugium siue matrimonium est naturale.

RESPONDEO dicendum, quod aliquid dicitur esse naturale dupliciter. Vno modo sicut ex principijs nature ex necessitate causatum, ut moueri sursum est naturale igni, & sic matrimonium non est naturale, nec aliquid eorum quæ mouente lib. arb. complentur. Alio modo dicitur naturale ad quod natura inclinatur, sed mediante lib. arbitrio completur, sicut actus virtutum dicuntur naturales: & hoc modo matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinatur dupliciter, primo quantum ad principalem eius finem qui est bonum prolis. Non enim intendit natura solum generationem prolis: sed traductionē & promotionem vsq; ad perfectum statum hominis in quantum homo est, qui est virtutis status. Vnde secundum Philosophum tria à parentibus habemus, scilicet, nutrimentum, & disciplinam: filius autem à patre educari & instrui non posset nisi determinatos & certos parētes haberet, quod non esset nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatam, quæ matrimonium facit. Secundo, quantum ad secundarium finem matrimonij, qui est mutuum obsequium sibi à coniugibus in rebus domesticis impensum. Sicut enim naturalis ratio dicitur

ut homines simul cohabitent, quia vnus non sufficit sibi in omnibus quæ ad vitam pertinent, ratione cuius dicitur homo naturaliter politicus: ita etiam eorum quibus indiget ad humanam vitam quædam opera sunt competentia viris, quædam mulieribus. Vnde natura monet ut sit quædam associatio viri ad mulierem in qua est matrimonium. & has duas causas ponit Philosophus in 8. Ethicorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod natura hominis ad aliquid inclinatur dupliciter. Vno modo, quia est conueniens nature generis, & hoc est commune omnibus animalibus. Alio modo, quod est conueniens nature differentie: quia species humana abundat à genere in quantum est rationalis, sicut est prudentia actus vel temperantia, & sic natura generis quamuis sit vna in omnibus animalibus, non tamen eodem modo est in omnibus: ita etiam non inclinatur eodem modo in omnibus: sed secundum quod vniciq; competit ad matrimonium: ergo inclinatur natura hominis ex parte differentie quantum ad rationem secundam assignatam. Vnde Philosophus hanc rationem assignat hominibus supra animalia, sed quantum ad rationem primam inclinatur ex parte generis. Vnde dicit quod filiorum procreatio communis est omnibus animalibus, tamen ad hoc non inclinatur eodem modo in omnibus, quia quædam animalia sunt quorum filij nati statim possunt sufficienter sibi victum querere, vel ad quorum sustentationem sufficit mater, & in his non est aliqua maris ad feminam determinatio. In illis autem quorum filij indigent vtriusq; sustentatione, sed ad paruum tempus inuenitur aliqua determinatio quantum ad tempus illud, sicut in aibus quibusdā patet: sed in homine quia indiget filij cura parentū vsq; ad magnū tempus est maxima determinatio masculi ad feminam, ad quam etiam natura generis inclinatur.

AD SECUNDO dicendum, quod verbum Tully potest esse verum quantum ad aliquam gentem, si tamen accipiatur principium proximum illius gentis, per quod ab alijs gentibus est distincta: quia non in omnibus producitur ad effectum id ad quod naturalis ratio inclinat

Secunda. 4. quest. 43. art. 1.

nat: non autem est verum vniuersaliter: quia à principio humani generis sacra scriptura recitat fuisse coniugia.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum Philosophum in 3. Ethicorū, natura humana non est immobilis sicut diuina: & ideo diuersificatur ea quæ sunt de iure naturali secundum diuersos statutus & conditiones hominum: quamuis ea quæ sunt in rebus diuinis naturaliter nullo modo variantur.

AD QVARTVM dicendum, quod natura non tantum intendit esse in prole, sed etiam perfectum, ad quod exigitur matrimonium, vt ex dictis patet.

IN HOC art. 1. est vna distinctio bimebris, & duæ conclusiones. Prior est. Matrimonium non est naturale, ita vt sit à principiis naturæ. Secunda est. Matrimonium est naturale, ita vt sit secundum inclinationem naturalem. Deinde est aduertendum, quod matrimonium denominatur matrimonium & non patrimonium, eo quod femina ob id potissimum nubere debeat, vt prolem procreet, & mater fiat, auctore Aug. lib. 19. contra Manicheos, cap. 26. vel à matris nomine non adhuc obieto, sed cum spe statim adipiscendo teste: Aulo Gelio, lib. 18. cap. 6. vel ea fortè ratione, quod maior matris quam patris in liberorum procreatio habeatur rotio, atq; mater certior sit quàm pater, iuxta illud Homeri Odisea prima, vbi Telemachus inquit me esse Vlyssis filium reuelauit mater, sicut et ius ciuile iudicat à matre seruos vel liberos esse filios. Secundo aduerte quod hanc materiã tractat Magist. Sent. in 4. d. 26. vsq; ad 42. inclusiue, & tractat inter sacramenta vltimo, de matrimonio, quia vt supra diximus, matrimonium est ad bonum commune, sicut ordo: & ideo prius de alijs quinq; sacramentis agendum erat, quia ordinabantur ad bonum particulare cuiuscunq;, & in 6. loco tractauit de ordine, quia esto ordo esset ad bonum commune: est tamè magis spirituale quam matrimonium: ideo prius de illo agendum erat quàm de matrimonio. Tertio aduertendum est, quod S. Tho. mouet hanc quæst. quia ad exactè cognoscendum rem aliquã oportet, cognoscere finem & causam efficientè eius, & ad minus sic per causam efficientè & finalè conuenienter cognoscitur natura rei. Quarto est notandum quod Aristot. 2. Phys. cap. 8. dicit quod necessitas in rebus sumenda est in fine, maxime in naturalibus, vnde potissima demonstratio in rebus naturalibus sumitur ex fine: unde isti duo fines quos S. Tho. cum omnibus alijs dicunt fines esse matrimonij sunt fines sine quibus

statutus hominū & natura humana non possit consistere, & ideo cum natura non deficiat in necessarijs, & matrimonium erat ad dictos fines necessarium, natura ad matrimonium inclinatur: vnde est principium infalibile quod si aliquid est necessarium ad aliquem naturalem finem, natura inclinatur ad illud, cum (vt dictum est) natura non deficiat in necessarijs. Vnde si constaret nobis quod ad hoc quod homo viuat, requiritur quod habeat stomachum vel dentes, possemus infalibiliter affirmare quod homo habet stomachum & dentes, etiã si effemus angeli, & non videremus homines, sed per causas alias naturales illud cognosceremus. Vnde merito Alber. Mag. reprehendit eos, qui dicunt quod vipera parit rumpendo viscera & ventrem: dicit enim illud esse fabulosum, quia esset dicere quod natura deficit in necessarijs, quia necessarium est viperam parere. Vnde cum sit necessarium comedere ad conseruationem animalium, natura inclinatur ad comedendum, & eodem modo ad generandum, educandum & procurandum liberos. ¶ Sed hæsitabis, vnde habetur quod natura non deficiat in necessarijs. Dico quod habetur ex hoc, quia est instrumentum Dei, vt dicit S. Tho. 1. 2. q. 6. art. 1. ad tertium argumentum, & si deficeret in necessarijs ipsi Deo imputaretur ille defectus, & ipse, Deus diceretur deficere, quia si sciret producere res & non conseruaret esset insipiens architectus. Vnde tanquam sapientissimus architectus ab initio humanæ naturæ inuenit matrimonium ad conseruandum naturam humanam, & dedit eidem naturæ humanæ inclinationem ad matrimonium, statim in ipso rerum initio. Et quia ea quæ insunt rebus à principio creationis sunt naturalia, inclinatio ad matrimonium, & ipsum matrimonium est naturale, aut de iure naturali. Rursus est aduertendum secundum S. Tho. 1. 2. q. 26. art. 1. quod duplex est appetitus naturalis, quidam est consequens apprehensionem & cognitionem in ipso appetente, veluti in animalibus brutis quæ inclinatur naturaliter ad comedendum: & iste appetitus est distinctus ab alijs potētij, & vocatur appetitus sensitivus, & exiit in exercitium per actum distinctum à cognitione & ab alijs actibus. Alter est appetitus naturalis, qui non distinguitur ab ipsa natura, sed est ipsa natura sic inclinata sicut appetitus lapidis, vel grauis ad descendendum deorsum, & hic appetitus non sequitur cognitionem in ipso appetenti, sed sequitur cognitionem instituentis & creantis naturæ. Vnde ex hac differentia dicit Aristot. 7. Phys. quod inanimata non mouent se, quia animalia agunt per aliquem effectum qui est effectiuus & formaliter in ipsis, nepe per cognitionem: inanimata autem non mouent se, quia non agunt per talē effectum qui sit formaliter & effectiuus in ipsis, sed per illam inclinationem quæ

Do.

Secunda. 4. quest. 43. art. 2. fo. 434.

Dñs Deus dedit illis, & ideo dicitur moueri à generate sicut sagittæ à sagittate. Tertius appetitus est consequens apprehensionem, secundum lib. arbi. & hic solum est in hominibus, qui vocatur appetitus rationalis. Ex quibus omnibus colligitur quod Deus benedictus instituit matrimonium propter illos duos predictos fines, nempe, vt natura humana conuenienter cõferretur: oportebat enim quod parentes generarent, nutrent, & educarent liberos, & erudirent ad ciuilitatē, quia cum homo sit animal sociabile, oportebat quod homines darent liberis suis non solum vitam naturalem, sed etiam sociabilem, vnde conuenienter Tho. cum alijs dicunt matrimonium esse naturale.

Artic. secundus

Vtrum matrimonium cadat sub præcepto?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod matrimonium adhuc maneat sub præcepto. Quia præceptum obligat quādiu non reuocatur: sed prima institutio matrimonij fuit sub præcepto, vt in li: era dicitur, nec vquam hoc præceptum legitur reuocatum, imò confirmatum: Mat. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet: ergo adhuc est matrimonium sub præcepto. **PRAETEREA**, præcepta iuris naturalis secundum omne tempus obligant: sed matrimonium est de iure naturali, vt dictum est: ergo, & c.

PRAETEREA, bonum speciei est melius quam bonum indiuidui: quia bonum gentis est diuinius quam bonum hominis vnius, vt dicitur 1. Ethic. sed præceptum primo homini datum ad conseruationem indiuidui per actum nutritiuum adhuc obligat: ergo multo magis præceptum de matrimonio quod pertinet ad conseruationem speciei.

PRAETEREA, vbi manet eadē ratio obligans, eadem obligatio manere debet: sed propter hoc obligabantur homines ad matrimonium antiquo tempore nē multiplicatio humani generis cessaret: cum ergo hoc idē sequatur, si quilibet liberè potest à matrimonio abstinere

re, videtur quod matrimonium sit in præcepto. **SE D** contrā est, quod dicit 1. Cor. 7. Qui non coniungit matrimonio virginem suam melius facit. s. quàm qui coniungit: ergo contractus matrimonij non est sub præcepto.

PRAETEREA, nulli debetur præmium pro transgressionem præcepti, sed virginibus debetur speciale præmium. s. aurcola: ergo matrimonium non est sub præcepto.

RESPONDEO dicendum, quod natura inclinatur ad aliquid dupliciter. Vno modo, sicut ad id quod est necessarium ad perfectionem vnius, & talis inclinatio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnibus sunt communes. Alio modo inclinatur ad aliquid quod est necessarium multitudini, & cum multa sint huiusmodi, quorum vnum impedit alterum, ex tali obligatione non obligatur quilibet homo per modum præcepti: alias quilibet homo obligaretur ad agriculturam, & ad aedificatorias, & ad huiusmodi officia quæ sunt necessaria cõmunitati humanæ, sed inclinationi naturæ satisficit cum per diuersos diuersa cõplentur de predictis. Cum ergo ad perfectionem humanæ multitudinis sit necessarium aliquos contemplatiue vitæ inseruire, quæ maxime per matrimonium impeditur, inclinatio ad matrimonium non obligat per modum præcepti, etiam secundum Philosophos. Vnde Theophrastus probat quod sapientinon expedit nubere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod præceptum illud non est reuocatum, nec obligat vnumquemq; ratione iam dicta, nisi illo tempore quo paucitas hominum exigebat, vt quilibet generationi vacaret.

AD SECVDVM & tertium patet responsio ex dictis. **AD QVARTVM** dicendum, quod natura humana cõmuniter ad diuersa officia et actus inclinatur, vt dictum est: sed quia est diuersimodè indiuisis secundum quod indiuiduatur in hoc vel in illo, vna magis inclinatur ad vnum illorum officiorum, aliud ad aliud: & ex diuersitate simul cum diuina providentia quæ omnia moderatur cõuenit quod vnus eligat vnum officium, vt agriculturam: alius aliud, & sic etiã quod quidam eligant matrimonialē vitã, & quidam cõtemplatiuã, vnde nullum periculum imminet.

IN ISTO art. 2. est prius aduertēdū quod præceptum hoc de dando operam liberis obligat in cōmuni, nepe quod in specie humana sint aliqui qui, det operam generationi prolis, non in particulari. i. quod quilibet det operam generationi. ¶ Sed est dub. an in particulari fuit aliquando in præcepto ita, nepe, quod omnes obligarentur ad dandū operam generationi. Dicēdum ad hoc affirmatiuē, & probatur Gen. 1. & 9. Crescite & multiplicamini, &c. quod debet fieri per matrimonium. Sed dices, illa non sunt verba præceptiua, sed datur facultas vtendi vxore, ideo probatur ex lege naturali, quia matrimoniū est necessariū ad conseruationē speciei humanæ, & cum oēs obligentur ad conseruandā suam speciē, obligantur ad matrimoniū, & confirmatur, quia homines obligantur ad conseruationē vnius indiuidui. Ergo maiori ratione obligantur ad conseruationē totius speciei: vnde colligitur quod dare operā matrimonio est præceptum naturalis iuris, & conformiter ad hoc prædicta verba scripturæ sunt præceptiua, quia loquitur illic Dominus imperatiuē, nepe, crescite, &c. ¶ Sed hæsitabis, an illud præceptū hō die in aliquo casu obliget singulos. Ad quod respondebo aliquibus propositionibus, quarū prior est. Sæcti Tho. in isto art. quæ sic habet. Quotiescunq; sunt plures homines, ita quod ad conseruationē speciei sufficit quod illorū aliqui dent operā generationi, non teneantur oēs, ad matrimoniū, sed sufficit aliquos vacare matrimonio, ita vt sufficiat ad conseruandū speciē humanā. Secunda propositio. Cōmuniter dicunt Theologi, quod ante sufficientē multiplicationem generis humani oēs homines tenebantur ad matrimoniū: & probant, quia aliter nō bene multiplicaretur genus humanū. Sed contra hoc est quod Abel erat pastor & non reliquit pastores, nō habuit vxorē: ergo non tenebantur oēs ad matrimonium. Dicendū ad hoc, quod si vixisset haberet vxorem, quia nō intelligitur præceptū quod statim in instanti in quo possunt dare operā liberis, darent & haberēt vxores: sed quod bona fide modo morali & sine fraude dedisset operā rei vxoriæ. Tertia propositio est, illud præceptū cū esset affirmatiuū obligabat, & obligat tēpore necessitatis conseruandæ naturæ humanæ, & cessat quando est multa & habundans procreatio generis humani vt hodie est: vnde etiā in statu innocentie quousq; sufficēter homines multiplicarentur, teneretur quilibet vacare rei vxoriæ, & ita consequenter in veteri lege. Sed petes, an post legē euangelicā teneantur homines ad nuptias. Videtur quod non quia Dominus in Euangelio dat cōciliū quod oēs seruent celibatū, dicens Mat. 19. sunt quidā qui se castrauerunt propter regnū cælorū, sed non oēs possunt hoc, ideo qui potest

capere capiat, & Paul. prior ad Cor. 7. dicit, volo vos oēs esse sicut me ipsum, & Paulo post cōsultat dicens, sollicitus es ab vxore, noli querere vxorē: ergo post legē Euangelicā nullus tenetur ad matrimoniū. Ad dub. tamen respōdet Palu. in 4. d. 26. q. 3. & refert vtrāq; opinionem tanquā probabilē, nepe quod prædictū præceptū in lege Euangelica sit reuocātū, & probabile dicit etiā est quod præceptū nō est reuocātū, sed nō obligat nūc singulos, quia sunt multi qui libenter dant operā matrimonio, & humana species est satis multiplicata, & S. Th. in isto art. ad primū argumentū dicit quod illud præceptū nō est reuocātū, & ita tenēdū est, & probatur, quia est præceptū iuris naturalis: ergo nō est reuocātū, sed obligat sicut alia præcepta affirmatiua tempore necessitatis, veluti præceptū de danda elemosyna: vnde si essent adeo pauci homines, quod nō cōueniēter conseruaretur species humana nisi oēs darēt operam liberis, oēs tenerēt ad matrimonium. Præterea, si esset filius regis & si nollet ducere vxorē, sequeretur bella & seditiones in populo, teneretur sub pœna peccati mortiferi conubiū celebrare, & ita dic de quibuscūq; alijs huius classis. Ista autē nostra ætate nullus tenetur ad matrimoniū, quia nō sunt similes necessitates, sicut nullus tenetur ad dandā elemosynā quādo nō sunt pauperes. Si autē queras si nō essent nisi monachi in mūdo & mulieres, an monachi tenerēt cōtrahere matrimoniū. Respōdent Palu. & Duran. quod deberent spectare diuinā reuelationē. Ego autē dico quod moraliter loquēdo casus est impossibilis, quia esset ponere defectū in diuina prouidētia, & ideo ad huiusmodi fictions nō est respōdēdū. Secūdo dico quod data per impossibile vel possibile quod ita esset vt singuli tenerentur monachi ad matrimoniū, probatur, quia votū particulare quod pēdet ex humana volūtate nō tollit vniuersale & naturale præceptū. Tertio dico, quod si cōrigisset talis euentus post aduentū Christi, posset probabiliter credi quod Deus vult quod mūdos interimatur & desinat esse: vnde monachi nō tenerentur ad matrimoniū. Ante aduentū vero Christi tenerentur in prædicto euentu, quia tunc erat fides de aduentu Mexiæ, & ideo non possent excusari prædicta suspitione vel apparētia. Scotus vero in 4. d. 26. q. vnica, querens an matrimonium sit de iure naturali, respondet quod dupliciter aliquid est de iure naturali, primo modo illud est (inquit) de iure naturali quod est principium per se notū, aut ex principijs per se notis sequitur. Secundo modo dicit q̄ illud est de iure naturali, quod non repugnat lumini naturali, & hoc modo (inquit) matrimonium est de iure naturali. Sed de hoc iam multa diximus in priori articulo S. Thom.

ARTIC.

Articul. tertius.

Vtrum actus matrimonij sit licitus?

GRATIA D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod actus matrimonialis semper sit peccatum. 1. Cor. 7. Qui nubunt sint tanquam non nubentes: sed non nubentes non habent actum matrimonialem: ergo etiam nubentes peccant in actu illo.

PRÆTEREA, Isa. 59. iniquitates nostræ diuiserunt inter nos & Deum nostrum: sed actus matrimonialis diuidit hominem à Deo: vnde Exo. 16. præcipitur populo qui debeat Deum videre quod non accederent ad vxores suas. Et Hierony. dicit quod in actu matrimoniali Spiritus Sanctus prophetarum corda non tangit: ergo est iniquitas.

PRÆTEREA, illud quod secundum se est turpe nullo modo potest bene fieri, sed actus matrimonialis habet concupiscentiam adiunctam quæ semper est turpis: ergo semper est peccatum.

PRÆTEREA, nihil excusatur nisi peccatum. sed actus matrimonialis indiget excusari per bona matrimonij, vt Magister dicit: ergo est peccatum.

PRÆTEREA, de similibus semper idē est iudicium: sed concubitus matrimonialis est eiusdem speciei cum actu adulterij, quia ad idē terminatur. scilicet ad speciem humanā: ergo cum actus adulterij sit peccatum, & actus matrimonij si militer.

PRÆTEREA, superfluitas in passionibus corrumpit virtutem, sed semper in actu matrimoniali ista superfluitas delectationis, adeo quod absorbet rationem, quæ est principale hominis bonum. Vnde Philosophus dicit in 6. Ethicorum, quod impossibile est hominem aliquē in ipsa intelligere: ergo actus matrimonialis semper est peccatum.

S E D contra, prima Cor. 7. dicitur. Virgo si nubeat nō peccat, & 1. Timoth. 5. Volo iuueniculas nubere & procreare filios, sed pro-

creatio filiorum non potest esse sine carnali coniunctione: ergo actus matrimonialis non est peccatum, aliās Apostolus non voluisset illud.

PRÆTEREA, nullum peccatum est in præcepto: sed actus matrimonialis est in præcepto 1. Cor. 7. Vxori vir debitum reddat: ergo non est peccatum.

R E S P O N D E O dicendum, quod supposito quod natura corporalis sit à Deo bona instituta, impossibile est dicere quod ea quæ pertinent ad conseruationem naturæ corporalis, & ad quæ natura inclinat, sint vniuersaliter mala: & ideo cum inclinatio sit natura ad prolis procreationem, per quam natura speciei conseruatur, impossibile est dicere quod actus quo procreatur proles sit vniuersaliter illicitus: vt in eo medium virtutis inueniri non possit, nisi ponatur secundum quorundam insaniam, quod res corruptibiles creatæ sunt à malo Deo: ex quo forte diriuatur quod in litera tangitur, & ideo est pessima hæresis.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod Apostolus in verbis illis non prohibuit matrimonij actum, sicut eorum possessionem cum dixit: qui vtuntur hoc mundo sint quasi non vtentes, sed in vtroq; fruitionem prohibuit, quod patet ex ipso modo loquendi. Non enim dixit sicut non vtentes, sed quasi non vtentes vel non habentes.

A D S E C V N D V M dicendum, quod Deo coniugimur, & secundum habitum gratiæ, & secundum actum contemplationis & amoris. Quod ergo primam coniunctionem separat semper est peccatum, non autē quod secundam: quia aliqua occupatio licita circa res inferiores animum distrahit, vt actu Deo coniūgi non sit idoneus: & huc præcipue accidit in carnali coniunctione, in qua detinetur mens propter delectationem intensam. Et propter hoc illis quibus competit diuina contemplari, au sacra tractare, indicitur pro timore illo abstinentia ab vxoribus: & secundum hoc enam dicitur quod Spiritus Sanctus quantum ad actum reuelationis secretorum, non tangebatur mentes Prophetarum in vsu matrimonij.

II III AD

AD TERTIVM dicendum, quod turpitudine illa corruptio, quae actum matrimoniale semper committatur non est turpitudine culpa sed poena ex peccato primo proveniens, ut scilicet inferiores vires & membra corporis rationi non obediant. Et propter hoc ratio non sequitur.

AD QVARTVM dicendum, quod illud proprie excusari dicitur, quod aliquam similitudinem mali habet & non est malum, vel tantum quantum apparet: quia quaedam excusantur a toto, quaedam a tanto: & quia actus matrimonialis propter corruptionem concupiscentiae habet similitudinem actus inordinati: ideo pro bono matrimonij excusatur ut non sit peccatum.

AD QVINIVM dicendum, quod quavis sint specie naturae idem, tamen differunt in specie moris, quam una circumstantia variat. scilicet accedere ad suam vel non suam: sicut etiam occidere hominem per violentiam, vel per iustitiam faciunt diversam speciem moris, quamvis sit una species naturae, & tamen unum est licitum, aliud illicitum.

AD SEXTVM dicendum, quod superfluitas passionis quae virtutem corrumpit non solum impedit rationis actum, sed tollit rationis ordinem, quod non facit delectationis intensio in actu matrimoniali: quia & si tunc non ordinatur homo, tamen a ratione est praeparatus.

ISTA conclusio huius art. est certa & de fide, nempe quod actus matrimonialis est licitus, quia est preceptus a Deo. Sed fideles movent hanc quaest. propter aliquos haereticos qui condemnabant nuptias, & Aug. in lib. de haeresibus, & Isidorus, & Beda supra Ioan. cap. 2. dicunt quod fuit haeresis Datianorum, & Tertulianus in proprio lib. de actu coniugali, disputat contra Martinum quendam de sanctitate nuptiarum, & Leo primus in epist. ad Tonum Episcopum Atalonicensem dicit fuisse haeresim Pricianistarum & Manicheorum, & damnat illam sententiam tanquam haereticam, & Guido Carmelita annoverat illum errorem inter errores Armenorum qui prohibebant nuptias. An autem aliquando actus matrimonij sit peccatum, tractabimus infra d. 31. quia S. Tho. hic & illic dicit quod impossibile est actum matrimoniale univocaliter esse peccatum.

Artic. quartus

Vtrum actus matrimonij sit meritorius?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod actus matrimonialis non sit meritorius. Chrysostomus enim dicit supra Mat. matrimonium & si ventibus poenam non inferat, mercedem tamen non praestat: sed meritum respectu mercedis dicitur: ergo actus matrimonialis non est meritorius. **PRAETEREA**, illud quod est meritorium demittere, non est laudabile: sed laudabile est virginitas per quam matrimonium dimittitur: ergo matrimonialis non actus est meritorius. **PRAETEREA**, qui vivitur indulgentia sibi facta, beneficio recepto vivitur: sed ex hoc quod alicui praestatur beneficium non meretur: ergo, & cetera.

PRAETEREA meritum in difficultate consistit sicut & virtus: sed actus matrimonialis non habet difficultatem, sed delectationem: ergo non est meritorius.

PRAETEREA, illud quod non potest fieri sine peccato veniali non est meritorium: quia non potest homo simul mereri, & demereri, sed in actu matrimoniali semper est peccatum veniale: ergo actus praedictus non potest esse meritorius.

SE D contra, omnis actus quo impletur preceptum, est meritorius si ex charitate fiat, sed actus matrimonialis est huiusmodi, quia dicitur prima Cor. 7. uxori vir debitum reddat: ergo, & cetera.

PRAETEREA, omnis actus virtutis est meritorius, sed actus praedictus est actus iustitiae, quia redditio debiti: ergo meritorius est.

RESPONDEO dicendum, quod cum nullus actus ex deliberata voluntate procedens sit indifferens, ut in 2. lib. dictum est: actus matrimonialis semper est peccatum, vel meritorium in eo qui gratiam habet. Si enim ad actum matrimoniale virtus inducat, vel iustitiae, ut debitum reddat, vel religionis vitioles ad cultum Dei procreetur est meritorius. Si autem moveat libi-

libido sistens inter bona matrimonij, ut scilicet nullo modo ad aliam accedere vellet, est peccatum veniale: si autem extra bona matrimonij efferatur, ut scilicet cum quacunq; muliere idem facere proponeret, est peccatum mortale: natura autem movere non potest quin ordinetur ratione, & sic erit motus virtutis: vel non ordinetur: & sic erit motus libidinis. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod radix merendi quantum ad premium substantiale est ipsa charitas, sed quantum ad accidentale premium ratio meriti existit in difficultate actus, et sic actus matrimonij non est meritorius, sed primo modo.

AD SECVNDVM dicendum, quod homo potest mereri, & in minoribus bonis & in maioribus. Unde quando aliquis minora bona demittit, ut maiora faciat laudatus est a minus meritorio actu discedens.

AD TERTIVM dicendum, quod indulgentia, quandoque est de minoribus malis, & sic indulgetur actus matrimonij, prout ad ipsum movet libido infra terminos matrimonij consistens, sic enim est veniale peccatum: sed prout ad ipsum movet virtus, tunc est meritorium, & non habet indulgentiam, nisi secundum quod est indulgentia de minoribus bonis, quae idem est quod concessio. Nec est inconveniens, quod ille qui tali concessione vivit mereatur, quia bonus usus beneficiorum Dei meritorius est.

AD QVARTVM dicendum, quod difficultas laboris, requiritur ad meritum praemij accidentalis: sed ad meritum essentiale requiritur difficultas consistens in ordinatione medij, & hoc est etiam in actu matrimoniali.

AD QVINIVM dicendum, quod primus motus secundum quod dicitur peccatum veniale, est motus appetitus in aliquid inordinatum delectabile, quod non est in actu matrimoniali: & ideo ratio non sequitur.

EST conclusio S. Tho. affirmativa, nempe quod actus matrimonialis non vitiosus a mala circumstantia est meritorius. Probatur, quia omnis actus de se bonus factus ab exilenti in gratia, si non viciatur a mala circumstantia est meritorius: at actus matrimonialis est huiusmodi: ergo, & cetera. sed dices

si illud est verum, esset coniugibus consulendum quod frequenter coirent ut plus mereantur, veluti omnibus est consulendum quod frequenter orent, aut elemosynas porrigant: dico consequentiam esse nullam, quia esto sic bonum coniuges coire, melius est de se abstinere: ut bonum est coenare, sed melius est ieiunare. Secundo dico, quod praedictus actus est meritorius, quando cum debitis circumstantijs datur opera liberis, alijs poterit esse non meritorius, ut cum uxor est praegnans, & si est multa frequentia illorum actuum, sequetur magna turbatio rationis, & magnam incentiuum ad venerea, unde D. Thom. in corpore huius art. dicit quod actus matrimonij est duplex: alter est ad dandum debitum uxori, aut ad dandum operam liberis: & hic est meritorius. Alter est ex libidine: intra tamen bona matrimonij, nempe quia cum aliena nullo modo fecisset, & tunc peccatum esse veniale inquit, & si ille actus feratur extra bona matrimonij, ita quod ille accederet ad illam esto non esset sua, & tunc est peccatum mortale: ut si quado Paulus accedit quidem ad suam, vellet eundem actum exercere cum aliena esset peccatum mortale, sed dices ille praedictus actus est de bono obiecto sine mala circumstantia: ergo est bonus, hic autem accederem ad istam licet non esset mea, vel hic vellem quod non esset mea, est alius actus concomitans priorem: ergo ille praedictus erat bonus actus. Dico quod S. Thomas non vult dicere quod ille actus quo quis vult accedere ad suam, tantum sit mortiferum peccatum, sed quod tunc peccat mortificare, quia simul cum praedicto bono actu habet alium malum mortificare concomitantem priorem, & hoc sufficeret ad veritatem litterae Sancti Tho. Secundo dico, quod ille idem accessus ad suam est mortale, quia imperatur ex volitione qua vult accedere ad alienam. Terio dico, quod totus hic actus volo accedere ad meam: & accederem esto esset aliena est peccatum mortale, siue formaliter, siue virtualiter praedictus actus habeatur: & credo quod saepe per simplicem actum interiorem intenditur totum hoc, volo accedere ad hanc meam, & accederem quamvis esset aliena.

Sequitur quaestio.

44.

De matrimonio in quantum est sacramentum.

DEINDE considerandum est de matrimonio in quantum est sacramentum.

II iij Circa

Circa quod queruntur quatuor.

PRIMUM est, Vtrum sit sacramentum?

SECUNDUM, Vtrum debuerit institui ante peccatum?

TERTIUM, Vtrum conferat gratiam?

QUARTUM est, Vtrum carnalis comixtio sit de integritate matrimonij?

Articul. primus

Vtrum matrimonium sit sacramentum?
Tho. vbi supra q. 2. art. 1. & sequē.



AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod matrimonium non sit sacramentum: omne enim sacramentum no.

Leg. habet aliquam formam, quae est de essentia sacramenti, sed benedictio quae fit per sacerdotes in nuptijs non est de essentia matrimonij: ergo non est sacramentum. **PRÆTEREA**, sacramentum secundum Hug. est materiale elementum, sed matrimonium non habet pro materia aliquod materiale elementum: ergo non est sacramentum. **PRÆTEREA**, sacramenta habent efficaciam ex passione Christi: sed per matrimonium non conformatur homo passioni quae fuit poenalis, cum habeat delectationem adiunctam: ergo non est sacramentum.

PRÆTEREA, omne sacramentum no. le. efficit quod figurat, sed matrimonium non efficit coniunctionem Christi et ecclesiae quod significat: ergo matrimonium non est sacramentum.

PRÆTEREA, in alijs sacramentis est aliquid quod est res & sacramentum: sed hoc non potest inueniri in matrimonio cum non imprimat characterem, alias non iteraretur: ergo non est sacramentum.

SED contra est, quod dicitur Ephe. 5. sacramentum hoc magnum est: ergo, &c.

PRÆTEREA, sacramentum est sacra rei signum, sed matrimonium est huiusmodi: ergo, &c.

RESPONDEO dicendum, quod sacramen-

tum importat aliquod remedium sanctitatis homini contra peccatum: exhibitum per sensibilia signa: unde cum hoc inueniatur in matrimonio, inter sacramenta computatur. **AD PRIMUM** ergo dicendum, quod verba quibus consensus exprimitur matrimonialis, sunt forma huius sacramenti, non autem benedictio sacerdotis, quae est quoddam sacramentale.

AD SECUNDUM dicendum, quod sacramentum matrimonij perficitur per actum eius qui Sacramento illo utitur, sicut poenitentia, & ideo sicut poenitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui subiectos, qui sunt loco materialis elementi: ita est de matrimonio.

AD TERTIUM dicendum, quod quamuis matrimonium non conformetur passioni Christi quantum ad poenam, conformatur tamen ei quantum ad charitatem, per quam pro ecclesia sibi in sponsa coniungenda passus est.

AD QUARTUM dicendum, quod unio Christi ad ecclesiam non est res contenta in hoc Sacramento: sed res significata non contenta, & talem rem nullum sacramentum efficit: sed habet aliam contentam & significatam quam efficit, ut dicitur. Magister autem ponit rem non contentam, quia erat huius opinionis quod non haberet rem contentam.

AD QUINTUM dicendum, quod in hoc Sacramento sunt illa tria, quia sacramentum tantum sunt actus exterius apparentes: sed res & sacramentum est obligatio quae innascitur viri ad mulierem ex talibus actibus: sed res vltima contenta est effectus huius sacramenti, non contenta autem est res quam Magister determinat.

HÆC conclusio affirmatiua huius articuli, nempe, quod sacramentum est matrimonium est certa & indubitabilis, & citra rationes S. Tho. probatur ex cap. Ad abolendam, de haereticis, & ex concilio Floret. in quibus locis annumerantur septem ecclesiae sacramenta, quorum matrimonium est vnum. Unde conclusio est de fide. Sed circa illud Paul. ad Ephe. 5. sacramentum hoc magnum est, &c. dicit Lutherus quod male legunt Theologi illum locum, quia graecè non habetur nisi mysterium hoc, &c. Ad quod dicendum, quod idem

idem est sacramentum Latinè quod mysterium graecè: unde ita interpretati sunt sancti, ut Ambro. & Hieron. qui melius calebat linguam Graecam quam Lutherus. Sed dubitabis quare Paul. dicit magnum, an sit maius & perfectius quocumq; alio sacramento, & Paul. vocat hoc sacramentum magnum in significando, quia melius significat coniunctionem Christi cum ecclesia sponsa sua quam quodcumq; aliud sacramentum.

Artic. secundus

Vtrum matrimonium debuerit institui ante peccatum?



AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod matrimonium non debuit institui ante peccatum. Quia illud quod est de iure naturali non indiget

institutione, sed matrimonium est huiusmodi, ut ex dictis patet: ergo non debuit institui.

PRÆTEREA, sacramenta sunt quaedam medicinae contra morbum peccati, sed medicina non preparatur nisi morbo: ergo ante peccatum non debuit institui.

PRÆTEREA ad idem institutio vna sufficit, sed matrimonium fuit institutum etiam post peccatum, ut in littera dicitur: ergo ante peccatum non fuit institutum.

PRÆTEREA, institutio sacramenti debet esse a Deo: sed ante peccatum verba quae ad matrimonium pertinent non sunt determinata dicta a Deo, sed ab Adam: illa autem verba quae Deus dixit: Crescite & multiplicamini: dicta sunt brutis etiam, in quibus non est matrimonium: ergo matrimonium non fuit institutum ante peccatum.

PRÆTEREA, matrimonium est sacramentum no. le. sed sacramenta no. le. a Christo instituta sumpsit: ergo non debuit ante peccatum institui.

SED contra est, quod dicitur Mat. 19. non legitis quod ab initio qui fecit homines masculum & femina fecit eos.

PRÆTEREA, matrimonium est institutum ad procreationem prolis: sed ante peccatum erat necessaria homini procreatio prolis: ergo

ante peccatum debet matrimonium institui. **RESPONDEO** dicendum, quod natura inclinat ad matrimonium intendens, aliquid bonum, quod quidem variatur secundum diversos hominum status: & ideo oportet quod illud bonum diversimodè in diversis status hominum instituat: & ideo matrimonium secundum quod ordinatur ad procreationem prolis, quae erat necessaria etiam peccato non existente, institutum fuit ante peccatum: secundum autem quod remedium praebet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturae: secundum autem determinationem personarum, institutionem habuit in lege Moysi: sed secundum quod representat mysterium coniunctionis Christi & ecclesiae, institutionem habuit in le. no. & secundum hoc est sacramentum no. le. Quantum ad alias utilitates quae ex matrimonio consequuntur, sicut est amicitia & mutuum obsequium sibi a coniugibus impensum, habet institutionem in lege civili, sed quia de vis sacramenti est quod est signum & remedium: ideo quantum ad medias institutiones competit ei ratio sacramenti: sed quantum ad primam institutionem competit ei quod sit in officium naturae: quantum verò ad vltimam quod sit in officium ciuitatis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa quae in communi sunt de iure naturali indigent institutione, quantum ad eorum determinationem, quae diversimodè competit secundum diversos status: sicut de iure naturali est quod maleficia puniantur: sed talis poena rali culpa opponitur per determinationem iuris positivi.

AD SECUNDUM dicendum, quod matrimonium non est tantum in remedium contra peccatum, sed principaliter est in officium naturae: & sic institutum fuit ante peccatum, non autem prout est in remedium.

AD TERTIUM dicendum, quod secundum diversa quae oportet in matrimonio determinari, non est inconueniens quod habuerit diversas institutiones: & sic illa diversa institutione est eiusdem, sed in idem.

AD QUARTUM dicendum, quod matri-

monium ante peccatū institutum fuit à Deo, & ad hoc homini mulierem de costa formavit in adiutorium, & dixit eis: Crescite & multiplicamini: quod quāvis alijs animalibus dixerit, non tamen per ea eodem modo implendum sicut per homines. Adam verò verba illa protulit à Deo inspiratus, ut intelligeret matrimonij institutionem à Deo factam. AD QUINTVM dicendum, quod quantum ad hoc quòd matrimonium est sacramentū no. le. non fuit ante Christum institutum, ut ex dictis patet.

PENES istum art. S. Tho. est dub. quando fuit matrimonium institutum ante peccatum? Ad quod respondendum, institutum fuisse Gen. 2. cap. quādo dixit Adamus spiritu prophético, Eux hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quam obrem relinquet homo patrem suum & matrem suam & adhærebit uxori suæ. In ve. autem le. fuit matrimonium institutum quoad certas personas, & Leuit. 18. & 20. quando dicitur, omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut reuellet turpitudinem eius ego dominus &c. In lege autem gratiæ fuit matrimonium institutum, secundum aliquos quando Mat. 19. CHRISTVS dixit, quos Deus coniungit homo non separet, vel quando Ioan. 2. interfuit nuptijs & illas approbavit, & quidquid sit ex dictis Christi, & Paul. ad Ephe. 5. & prior ad Cor. 7. constat quòd matrimonium est sacramentū à Christo institutum in vno vel in altero loco, & parum refert quòd instituerit hic vel illic: cum constet quòd instituit. SED dub. est, an matrimonium in ve. le. & in lege naturæ fuerit sacramentum? Ad quod respondendum est negativè, quia in illis statibus non erat signum sanctificans. i. conferens gratiam, quod ad sacramentum propriè dictum requiritur.

Articul. tertius.

Vtrum matrimonium conferat gratiam?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non conferat gratiā. Quia secundum Hug. sacramenta ex sanctificatione gratiam cō-

ferunt invisibilem, sed matrimonium non habet aliquam sanctificationem quæ sit de se ipsa eius: ergo non conferatur gratia in illo.

PRÆTEREA, omne sacramentum conferens gratiam, confert ipsam ex materia & forma sua: sed actus qui sunt materia in hoc sacramento non sunt causa gratiæ, quia hoc esset Pelagiana hæresis. s. quòd actus nostri sint causa gratiæ, verba etiam exprimentia consensum non sunt causa gratiæ: nam ex eis non fit aliqua sanctificatio: ergo in matrimonio nulla gratia datur.

PRÆTEREA, gratia ordinata contra vulnus peccati est necessaria omnibus habentibus vulnus illud, sed in omnibus invenitur concupiscentiæ vulnus, & sic deberet omnes homines matrimonium contrahere: essetque stultum valde à matrimonio abstinere.

PRÆTEREA, infirmitas non accipit medicamentum ab eo à quo accipit intentionem: sed per matrimonium concupiscentia accipit intentionem, quia sicut dicit Philosophus in 3. Ethicorum, insatiabilis est concupiscentiæ appetitus, & per operationem congruam augetur: ergo videtur quòd in matrimonio non conferatur remedium gratiæ contra concupiscentiam.

SED contra, definitio & definitum debent converti, sed in definitione sacramenti ponitur causalitas gratiæ: ergo cum matrimonium sit sacramentum, erit gratiæ causa.

PRÆTEREA, Aug. dicit quòd matrimonium est ægrotis in remedium, sed non est in remedium, nisi in quantum aliquam efficaciam habet: ergo habet aliquid efficaciam ad comprimendū concupiscentiam: sed concupiscentia non reprimitur nisi per gratiam: ergo in ipso confertur gratia.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt quòd matrimonium nullo modo est causa gratiæ, sed est tantum signum. Sed hoc non potest stare, quia secundum hoc in nullo abundaret à sacramentis ve. le. unde non esset aliqua ratio quare sacramentis no. le. annumeraretur: quòd enim remedium præbeat satisfaciendo concupiscentiæ nè deinceps ruat, dum nimis

arctatur, habuit etiam in ve. le. ex ipsa natura actus. Et idèd alij dixerunt quòd conferatur ibi gratia in ordinè ad recessum à malo, quia excusatur actus à peccato, qui sine matrimonio peccatum esset. Sed hoc esset nimis parum, quia hoc etiam in ve. le. habuit: & idèd dicunt quòd facit recedere à malo, in quantum constringit concupiscentiam nè extra bona matrimonij feratur: non autem per gratiam illam fit aliquod auxilium ad benè operandū. Sed hoc non potest stare, quia eadem gratia est quæ impedit peccatum, & quæ ad bonum inclinatur: sicut idem calor qui aufert frigus, & qui calefacit. Unde alij dicunt quòd matrimonium in quantum fide Christi contrahitur, habet ut conferat gratiam adiuvantem ad illa operanda quæ in matrimonio requiruntur, & hoc probabilius est. Quia ubicunq; datur diuinitus aliqua facultas, dantur etiam auxilia quibus homo conuenienter uti possit facultate illa: sicut patet quòd omnibus potentijs animæ respondent aliqua membra corporis, quibus in actum exire possint. Unde cum in matrimonio detur homini ex diuina institutione facultas utendi uxore sua ad procreatione prolis, datur etiam gratia sine qua id conuenienter facere non possit: sicut etiam de potestate ordinis supra dictum est, & sic ista gratia data est vltima res contenta in hoc sacramento.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut habet aqua baptismi quòd corpus tangat & cor abluat ex tactu carnis Christi: ita matrimonium hoc habet, ex hoc quòd CHRISTVS sua passione illud representauit, & non principaliter ex aliqua sanctificatione sacerdotis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut aqua baptismi cum forma verborum non operatur immediatè ad gratiam, sed ad characterem: ita actus exteriores, & verba exprimentia consensum directè faciunt nexum quendam, qui est sacramentum matrimonij: & huiusmodi nexus ex virtute diuinæ institutionis, dispositiue operatur ad gratiam.

AD TERTIVM dicendum, quòd ratio illa procederet nisi contra concupiscentiæ mor-

bum posset aliquod efficacius remedium adhiberi: adhibetur autem maius remedium per opera spiritalia & carnis mortificationem ab illis qui matrimonio non vtuntur.

AD QVARTVM dicendum, quòd contra concupiscentiam potest præstari remedium dupliciter. Vno modo ex parte ipsius concupiscentiæ, ut reprimatur in sua radice: & sic remedium præstat matrimonium per gratiam quæ in eo datur. Alio modo ex parte actus, & hoc dupliciter. Vno modo ut actus ad quem concupiscentia inclinat exterius turpitudine careat, & hoc fit per bona matrimonij, quæ honestant carnalem concupiscentiam. Alio modo ut actus turpitudinem habes impediatur, quod fit ex ipsa natura actus: quia dum concupiscentia satisfecit in actu coniugali, ad alias corruptelas non ita incitat. Propter quod dicit Apostolus, melius est nubere quam vni: quāuis enim opera concupiscentiæ congregata secundum se nata sint concupiscentiam augere, tamen secundum quod ratione ordinantur ipsam reprimunt: quia ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones & habitus.

CIRCA dub. huius art. nempe, an matrimonium conferat gratiam, sunt opinioniones. Prior est negatiua Magistri sent. & aliquorum, nempe, quòd matrimonium non conferat gratiam, hoc habet Magister in 4. d. 26. cap. penult. vbi dicit quòd matrimonium est signum sacræ rei, nempe coniunctionis Christi & ecclesiæ, quem S. Thom. interpretatur in ista q. art. 1. ad 4. argumentum: dicens quòd Magister posuit in isto sacramento rem non contentam, & non posuit rem contentam, nempe gratiam, res autem non contenta est coniunctio Christi ad ecclesiam, quia erat huius opinionis, & hoc (inquit Tho.) fecit Magister, quia erat huius opinionis quòd matrimonium non haberet rem contentam, & consentit cum S. Tho. Ostiensis in summa super cap. cum in ecclesiæ corpore de symonia, & glosa ibidem, & idem repetit Ostiensis 1. lib. suæ summæ in tit. de sacramentis non iterandis. & propter hoc quia in matrimonio nõ conferatur gratiam secundum Magistrum: dicit prædicta glosa, quòd licitum est dare pecuniam pro matrimonio: unde sic communiter tenent iurisperiti, & est sententia Innocentij 4. in supra dicto cap. Inter Theologos autè Durā. d. 26. q. 3. scribit aliquas propositiones: Prior est, matrimonium est sacramentum. Secun-

cunda propositio est, an matrimonium conferat gratiam nec ne, sine periculo hæresis potest dubitari. Tertia propositio est, an matrimonium uniuocè sit sacramentum cum alijs sacramentis, sine periculo hæresis potest dubitari. Quarta propositio est, opinio Canonistarum potest teneri, nempe quòd sacramentum matrimonij non conferat gratiam. Quinta propositio est, valde (inquit Duran.) probabile est, quòd matrimonium conferat gratiã, vt Theologi dicunt. Palu. autem d. 26. q. 4. refert vtramq; opinionem, sed tenet cum alijs Theologis matrimonium conferre gratiam. Capreul. verò in eadem d. 26. q. vnica, dicit qd Duran. in primis scriptis suis, tenebat simpliciter cum Canonistis matrimonium non conferre gratiam, sed in secundis scriptis non ausus est negare matrimonium conferre gratiã. Ego autem dico, quòd in re Duran. non mutauit sententiam, quia ipse dicit in secundis scriptis, quòd matrimonium non est uniuocè sacramentum cum alijs sacramentis. Si igitur non est uniuocè sacramentum cum alijs, non est sacramentum, quia quòd non est uniuocè cum alijs hominibus homo, non est homo. Si igitur matrimonium non est sacramentum, nec gratiam confert: quia in lege euangelica, nil confert gratiam nisi sit propriè sacramentum, & si cõferatur à sacerdotibus est per propriè sacramentum. Et argumenta quibus Duran. probat matrimonium non propriè esse sacramentum, & non conferre gratiam sunt leuia: idè non referam illa. Capreol. autem dicit quòd opinio Duran. & Canonistarum, nempe, quòd matrimonium non conferat gratiã, non est contra determinationem ecclesiæ: sed illud forte posset dici ante concil. Trident. sed iam nunc non potest teneri, quòd matrimonium non sit propriè sacramentum, & quòd nõ conferat gratiam, quia oppositum fuit definitum in concil. Trident. sessione. 7. Vnde ego constituo aliquas cõclusiones pro huius dub. resolutione. Prior est, ante concil. Trident. nõ videtur esse hæreticum dicere, quòd matrimonium non est propriè sacramentum sicut alia sacramenta, & quòd non conferat gratiã: probatur quia iureconsulti ita tenent, & Theologi dicunt esse opiniones de hoc, vt iam citauimus, & S. Tho. recitat illas & nullam con demnat. ¶ Sed contra, quia diuus Paul. ad Eph. 5. dicit matrimonium esse sacramentum, & ecclesia de hæreticis cap. ad abolendam, & in concil. Florent. ante Trident. ergo nunquã licuit dubitare, an matrimonium sit sacramentum. Ad hoc qui oppositam sententiam astrunt, dicunt quòd prædicta testimonia solum probant, quòd matrimonium sit sacramentũ in genere, sed non probãt quòd sit propriè & perfectum sacramentum, neque quòd conferat gratiam. Secunda conclusio est, hæreticũ

erat ante concil. Trident. dicere, quòd matrimonium nullo modo erat sacramentũ, vel illud asserere absolutè. Hæc constat ex citatis testimonijs: ergo &c. Q. d. autè cõferret gratiã, nõ inuenio definitũ ab ecclesia tanquã de fide tenendum ante cõcil. Trident. & probatur, quia pro illo sacramento datur pecunia, & non pro alijs: & non confitentur homines ad suscipiendum hoc sacramentum, sicut confitentur ad suscipiendum alia, licet hæc argumenta parũ probant, quia non datur pecunia pro ipso sacramento, sed pro eius oneribus, & boni Christiani quando sunt celebraturi hoc sacramentum etiam confitentur. Tertia conclu. est, dicere quòd matrimonium non sit propriè sacramentum, & si non esset hæreticum ante cõcil. Tridenti. erat tamen falsum: probatur, prius autoritate Theologorum, secundo ecclesia dicit in illo cap. ad abolendam, & in concil. Florent. quòd matrimonium est vnum de septem sacramentis ecclesiæ: ergo est propriè sacramentum & gratiam confert, tertio in concil. Florent. dicitur hanc esse differentiam inter sacramenta ve. & no. le. quòd sacramenta no. le. significant & conferunt gratiam: sacramenta verò le. ve. non: ergo cum matrimonium sit sacramentum no. le. confert gratiam. Ex quibus colligitur quòd opinio Theologorũ, nempe quòd sacramentum matrimonij confert gratiam, semper fuit & est vera & confirmatur ratione S. Tho. quia qui dat aliquã potestatem vel facultatem, dat consequentia ad hoc quòd illa legitimè vtatur: sed Deus per matrimonium dat homini facultatem vtiendi muliere: ergo dat gratiam vt benè & moderatè vtatur illa facultate. ¶ Dubitant tamè aliqui Theologi, an matrimonium contractum per procuratorem sit sacramentum. Ad quod respondet Caiet. in 2. tom. opusc. q. 1. de matrimonio, & asserit partem negatiuam, nempe, quòd matrimonium contractum per procuratorem non est sacramentum. De alio autem matrimonio quòd contrahitur per proprios coniuges, libenter concedit Caiet. quòd est sacramentum, & gratiam confert: contractum autem per procuratorem, nec est proprium sacramentum, nec gratiam cõfert: probat prius, quia nullum alium sacramentum potest confici per procuratorem, cum non sit maior ratio de isto quam de alijs. Secundo, receptio gratiæ est actio personalis, & non datur vni gratia propter alium aut per alium, & sacramentum consistit in actione per quam datur gratia: ergo matrimonium contractum per procuratorem non confert gratiam: ergo nõ est sacramentum. Tertio si est sacramentum confert gratiam ex opere operato, sed matrimonium contractum per procuratorem nulli confert gratiam, quia nõ procuratori, neq; coniugibus, quia forte dormiunt, aut sunt ad

alias res distrahi quando prædictum matrimonium celebratur: dicit tamen Caiet. quòd esto matrimonium contractum per procuratorem non sit propriè sacramentum, est tamè verum matrimonium & verus contractus. Sed contra hoc arguitur in hũc modum. Matrimonium contractum per procuratorem, est verum matrimonium no. le. ergo est sacramentum. Secundo est etiam indirimibile vinculum quòd dissolui non potest: ergo est sacramentum. Respondetur negando ambas cõsequencias, quia contra illa duo, ad sacramentũ requiritur actio vel passio præsentialis personæ recipientis sacramentum. Et hoc quòd dicit Caiet. est probabile: vnde quando Doctor S. dicit absolutè matrimonium esse sacramentum & conferre gratiam: intelligitur de illo matrimonio quòd contrahitur in præsentia coniugum, & in ista sententia Caietani est etiam Canus in repetitione de sacramentis in communi. Et confirmatur rursus, quia huiusmodi matrimonium contractum per procuratorem, contractus purè ciuile est, neque aliqua ex parte opus religionis sacrum, quare sacramentum non est. Secundo quia cum sine sacerdote, vel per procuratores, vel per literas, vel alio quocunq; modo fideles contrahunt, non existimant se esse sacrilegos, esto non sint in gratia, at si sacramentum conficeretur, proculdubio sacrilegi essent. Quòd rursus confirmatur, quia recipere sacramentum vnus pro alio non potest: ergo quòd per alios contrahitur non est sacramentum. Deinde vt concil. Florent. definit, omnia sacramenta tribus constãt, materia, forma, ministro, aliquorum si aliquid desit non perficitur sacramentum, at cum matrimonium sine sacerdote, aut ministro contrahitur: ergo non conficietur sacramentum. Hæc tamen sententia non caret scrupulo, quia in illo matrimonio contracto per procuratorem, est consensus expressus & mutuus vtriusq; coniugis: ergo est matrimonium: probatur consequentia, quia in illis solum consistit essentia matrimonij, & minister non confert hoc sacramentum sicut alia, sed soli coniuges conficiunt ipsum sacramentum &c. & minister est ibi tanquam testis.

Artic. quartus

Vtrum carnalis commixtio sit de integritate matrimonij?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd carnalis commixtio sit de integritate matrimonij. In ipsa enim in-

stitutione matrimonij dictum est: erunt duo in carne vna: sed hoc non fit nisi per carnalẽ commixtionem: ergo est de integritate matrimonij.

PRÆTEREA, illud quòd pertinet ad sacramenti significationem, est de necessitate sacramenti, vt prædictum est: sed carnalis commixtio pertinet ad sacramenti significationem, vt in litera dicitur: ergo est de integritate sacramenti.

PRÆTEREA, hoc sacramentum ordinatur ad conseruationem speciei, sed conseruatio speciei non potest fieri sine carnali commixtione: ergo est de integritate sacramenti.

PRÆTEREA, matrimonium est sacramentum secundum quòd remedium contra concupiscentiam præstat, de quo dicit Apostolus. 1. Corint. 6. quòd melius est nubere quam vni: sed hoc remedium non præstat his qui carnaliter non commiscuntur: ergo idem quòd prius.

SED CONTRA, in paradiso fuit matrimonium: sed ibi non fuit carnalis copula: ergo commixtio carnalis non est de integritate matrimonij.

PRÆTEREA, sacramentum ex suo nomine sanctificationem importat: sed sine carnali commixtione est matrimonium sanctius, vt in litera dicitur: ergo carnalis commixtio non est de necessitate sacramenti.

RESPONDEO dicendum, quòd duplex est integritas, vna que attenditur secundum perfectionem primam, qua consistit in ipso esse rei, alia que attenditur secundum perfectionem secundam, qua consistit in operatione: quia ergo carnalis commixtio est quedam operatio, siue vsus matrimonij per quòd facultas ad hoc datur: idè erit carnalis commixtio de secunda perfectione matrimonij, & non de prima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Adam exposuit integritatẽ matrimonij quantum ad vtramq; perfectionem: quia res ex suo actu innotescit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd significatio rei contenta est de necessitate sacramenti, & ad hanc significationem non pertinet carnalis commixtio: sed ad rem non contentam, vt ex dicto patet.

AD TERTIVM dicendum, quòd res non peruenit

peruenit ad finem suum; nisi per actum proprium: unde ex hoc quod finis matrimonij nõ habetur sine carnali cõmixtione, oportet quod sit de integritate secunda, & non de prima. AD QVARTVM dicendum, quid ante commixtionem carnalem est matrimonium in remedium ex gratia, quæ in eo datur, quãuis non ex actu quod pertinet ad integritatem secundam.

Quæstio. 45.

De matrimonio quantum ad sponsalia.]

CONSEQUENTER considerandũ est de matrimonio absolute considerato. Vbi primò, agendum est de sponsalibus?

SECVMDO, de matrimonij ratione?

TERTIO, de eius causa efficiente. s. de consensu?

QVARTO, de eius bonis?

QVINTO, de impedimentis ipsius?

SEXTO, de secundis nuptijs?

SEPTIMO, de quibusdam matrimonio annexis?

CIRCA primum queruntur tria.

PRIMVM est, quid sint sponsalia?

SECVDVM est, qui possunt contrahere

TERTIVM est, vtrũ spõsalia dirimi possint?

Articul. primus

Vtrum sponsalia sint futurarũ nuptiarum promissio?

Tho. 4. dist. 27. q. 2. art. 1. & sequẽ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod spõsalia nõ conuenienter dicantur futurarum nuptiarum promissio, vt habetur ex verbis Nicolai Pape. Quia sicut dicit Isidorus, est aliquis sponsus non quia promittit, sed quia spondet & spõ-

sores dat, sed à sponsalibus dicitur aliquis sponsus: ergo male dicitur promissio.

PRÆTEREA, quicumq; promittit aliquid debet compelli ad soluendum, sed illi qui sponsalia contraxerunt non compelluntur per ecclesiam ad matrimonium complendum: ergo sponsalia non sunt promissio.

PRÆTEREA, in sponsalibus non est quandoq; sola promissio: sed adiicitur iuramentum & aliqua arræ: ergo videtur quod non debuerit solũ per promissionem defini. PRÆTEREA, matrimonia debent esse libera & absoluta, sed spõsalia quandoq; sunt sub aliqua conditione etiam accipienda pecunia: ergo non conuenienter dicuntur promissio nuptiarum.

PRÆTEREA, promissio quæ est de rebus futuris vituperatur: Ia. 4. sed circa sacramenta non debet aliquid esse vituperabile: non ergo debet fieri futurarum nuptiarum promissio.

PRÆTEREA, nullus dicitur spõsus nisi à sponsalibus, sed aliquis dicitur sponsus ex presentibus nuptijs, vt in litera dicitur: ergo sponsalia non semper sunt futurarum nuptiarum promissio.

RESPONDEO dicendum, quod consensus in conjugalem copulam per verba de futuro non facit matrimonium, sed matrimonij promissionem, & hæc promissio dicitur sponsalia à sponendo, vt dicitur 1 s. ido. Nã ante vsurabularum matrimonij cautionis dabant quibus spondebant se inuicem consentire in iure matrimonij, & fideiussores dabant. Fit autẽ promissio dupliciter. s. absolute, & sub conditione. Absolute quatuor modis. Primo, nuda promissione, vt cum dicitur. Accipiam te in meam: & è conuerso. Secundo, datis arris spõsalitjs, vt pecunia, vel aliquid huiusmodi. Tertio, annuli sub arratione. Quarto, interueniẽte iuramento. Si autẽ fiat dicta promissio sub cõditione, distinguendũ est, aut est conditio honesta: vt cum dicitur, accipiam te si parentibus placeat: & tũc stante conditione stat promissio, & non stante non stat: aut est inhonesta, & hoc dupliciter: quia aut est cõtraria bonis matrimonij, vt si dicam. Accipiam te si

vene-

venena sterilitatis procures: & tunc non cõtrahuntur sponsalia, aut non est cõtraria bonis matrimonij, vt accipiam te si furtis meis consentias: & tunc stat promissio, sed tollenda est conditio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ipsa sponsalia, & sponsum donatio est promissionis confirmatio, & ideo ab hoc denominatur quasi à perfectiori.

AD SECVDVM dicendum, quod ex tali promissione obligatur vnus alteri ad matrimonium contrahendum, & peccat mortaliter non soluens promissum, nisi legitimum impedimentum interueniat: & secundũ hoc ecclesia cogit iniungendo poenitentiam pro peccato, tamen in foro contentioso non compellitur, quia matrimonia coacta consueuerunt malos exitus habere, nisi forte iuramentum interuenierit, quia tunc cogendus est, vt quidam dicunt, quãuis alijs non videatur propter causam prædictam, præcipue si de vxoricidio timeretur.

AD TERTIVM dicendum, quod illa additæ non sunt nisi ad confirmandam promissionem: unde non sunt aliud quàm promissio.

AD QVARTVM dicendum, quod conditio illa quæ opponitur non tollit matrimonij libertatem, quia si est inhonesta debet abijci, si autẽ honesta, aut de bonis simpliciter, vt si dicatur: Accipiam te si placeat parentibus, & hæc conditio non tollit libertatem sponsalium, sed auget ei honestatem, aut est de utilibus, vt si dicam: Contraham tecum si dabis mihi. 100. & tunc hoc non ponitur quasi ad vendendum cõsensum matrimonij: sed intelligitur vt promissio dotis, unde matrimonium libertatem non perdit. Quandoq; autem apponitur conditio pecunie per modum poenæ, & tunc, quia matrimonia debent esse libera, talis conditio non stat, nec potest exigi poena illa ab eo, qui nõ vult matrimonium complere.

AD QVINTVM dicendum, quod Ia. nõ intendit prohibere quod omnino aliquis nullam promissionem faciat de futuris: sed quod non promittat quasi fiduciam habens de vita sua: unde docet quod debet apponi conditio, si Deus voluerit, quæ etiam si verbis non exprimat, &

corde tamen debet intelligi.

AD SEXTVM dicendum, quod in matrimonio potest considerari ipsa coniunctio matrimonialis & actus eius: & à sponsione primi in futurum dicitur sponsus, à sponsalibus contractis per verba de futuro, & à sponsione secundi: dicitur aliquis sponsus etiam quando contractum est matrimonium per verba de presenti: quia ex hoc ipso spondet matrimonij actum: tamen à prima sponsione dicuntur sponsalia proprie quæ sunt quædam sacramentalia matrimonij sicut exorcismus baptismi.

CIRCA materiam huius art. est aduertendũ, prius quod hæc materia de sponsalibus tractatur à Magistro Sent. in 4. d. 27. & ibidẽ à S. Tho. cum alijs q. 2 per totam quæst. & omnes probant istam conclusionem, nempe, definitionem istam sponsalium esse bonam. Secundo aduerte, quod illa promissio debet esse mutua, quia si alter coniux promitteret, & alter non, non essent sponsalia, & in Hispania raro celebrantur ista sponsalia, & fertur quod frequẽtius fiunt in Gallia.

¶ SED dubitabis, an requiratur stipulatio seu promissio ad sponsalia Respondet Pallu. in 4. d. 27. q. 1. dicens quod non, sed quod sufficit consensus nudus expressus. Ego autem dico, quod requiritur promissio, vt habetur in prædicta finitione, nempe, sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio. Probat, quia si vir dicat, ego volo & propono habere te vxorem, sed nullo me obligare, & scemina tantundẽ respõdeat, nõ essent sponsalia, & tamen est ibi nudus cõsensu vtriusq; spõdētis: ergo nudus cõsensu nõ sufficit ad spõsalia: unde ad spõsalia requiritur mutua volũtas expressa signo exteriori, cũ quadã obligatione. Præterea circa illud quod dicit Diuus Tho. nepe, quod sponsalia absoluta quæ fiunt sine conditione statim sunt sponsalia, quod verum est, & omnes Theologi libenter accipiunt: & spõsalia quæ fiunt cũ conditione, valent posita & adueniente conditione, & idem est de ipso matrimonio, quod celebratum cum conditione, nõ valet nisi posita conditione. Ideo in animo est tractare de istis conditionibus tam appõsitis in sponsalibus, quàm in matrimonio. Unde hæc est prima difficultas. Si sponsalia contrahuntur inter legitimas personas iure: cum conditione si summus pontifex dispõsauerit, an sint sponsalia? & adueniente cõditione, sit matrimonium? Et faciamus quod tales personæ habeant ratam dispensationem, & venit dispensatio, an illa sponsalia sint matrimonij: Ad quod dico quod non est matrimonium.

Pro-

Secunda. 4. quest. 45. art. 1.

Probat, quia si sponsus ante dispensationem non habebat illam uxorem, nec cum illa contraxerat matrimonium: & summus pontifex non potest ei dare illam in uxorem, sed solum confert facultatem ducendi illam in uxorem: ergo esto adueniat illa dispensatio non est matrimonium. Secundo, si ille vir transiret ad secundas nuptias, postea adueniente dispensatione, sine alio consensu de presentia non compelleretur ab ecclesia quod acciperet illam prioris sponsam consanguineam: ergo non erat matrimonium. Tertio, probatur ad minus auctoritate Diui Tho. qui in 4. d. 40. q. vnica, art. 4. ad 6. argumentum, inquit, quod si quis contrahat in gradu aliquo prohibito, nempe, in quinto, quando erant septem gradus prohibiti, & postea superueniat dispensatio aut statutum quo relaxetur illa prior lex, tunc illa prior coniunctio non est matrimonium, sed poterunt illi sponsi rursus contrahere: unde secunda coniunctio, per mutuum consensum expressum erit matrimonium, quia summus pontifex solum concedit facultatem, ut possint contrahere, non tamen efficit matrimonium. Et in hac sententia est Ricar. in illa d. 40. q. 6. & Syluest. in summa verbo matrimonium, 3. q. 9. & citat ibi multos alios in fauorem huius sententiae. ergo quantumcumque adueniat dispensatio Pape, illa sponsalia non erunt matrimonium. Sed est dub. an ille contractus, nempe, accipiam, te in meam si summus pontifex dispensabit, sit sponsalia, quia hoc est utile ut sciatur, nempe, si post factum illum contractum liceat transire ad secundas nuptias. Ad quod dico, quod predictus contractus non est sponsalia, & est nullius valoris, ideo siue adueniente dispensatione, siue antequam adueniat, poterit predictus sponsus transire ad secundas nuptias. Similis contractus irritatur, ff. de verb. obligat. cap. sacram. vbi dicitur quod si quis pollicetur rem quam non poterat sine licentia principis, esto promittat cum ista conditione, si princeps dispensauerit: talis contractus nihil valet: ergo nec illa promissio quod accipiat istam in uxorem si summus pontifex dispensauerit, etiam si fiat cum iuramento nihil valet eo quod res esset iure prohibita.

PRÆTEREA, est dub. an illi qui contrahunt per verba de presentia & ita consentientes de presentia, sed apponunt conditionem de futuro contingenti, honestam quidem, nempe si dicant contraham tecum, si cras dederis mihi. 100. aureos. posita illa conditione sine nouo consensu, an sit matrimonium. Ad quod respondet Panor. de conditionibus appositis cap. de illis, & Oltien. affirmatiue, & hi probant alij contractus conditionati, adueniente conditione valent, ut do tibi equum si moriatur pater meus, aut si nauis venerit salua, posita conditione sine alio contractu, tenent hi contractus: ergo

matrimonium. Et confirmatur quia si dicas, quod matrimonium non valet propter libertatem maiorem quæ requiritur, magis est contra libertatem dicere quod non potest quis contrahere ut sibi libuerit. Tertio, illi contractus non est sponsalia: ergo est matrimonium, probatur antecedens, quia si esset sponsalia, vel pro tempore quo fit, vel pro tempore conditionis, non primum: quia quod impedit matrimonium impedit sponsalia, nempe, defectus conditionis: nec secundum, quia contractus sub conditione, si apponitur conditio statim est purus & absolutus contractus, ac si esset sine conditione: ergo pro tempore pro quo ponitur conditio iam est matrimonium. Huius sententia est Palud. 4. d. 29. q. 2. conclus. 8. oppositum autem defendit S. Tho. d. 29. q. vnica, art. 3. quest. 3. & Adrianus in 4. in propria materia, & est communis sententia Theologorum, quod predictum matrimonium est inualidum, sed adueniente conditione solum sunt sponsalia, ratio est in promptu quia illud quod semel, quando ponitur in presenti, non est matrimonium, nunquam postea est quacumque posita conditione, etiam si cælum ruat non erit matrimonium nisi de nouo adueniat consensus. & de nouo contrahant. Sed si apponatur conditio impossibilis, an sit matrimonium ille contractus cum illa impossibili conditione, ut si dicat, vir contraham tecum si digito tangas cælum, aut si sol non oriatur cras. vel dederis mihi regnum, aut simile Ad quod dicendum quod si ille contractus sine illa conditione esset matrimonium, etiam illa apposita erit matrimonium, cum ira sit definitum ab ecclesia cap. vlt. de conditionibus appositis, vbi Grego. 9. determinat. quod si in matrimonio apponatur conditio turpis, non contra matrimonium, aut impossibilis, habetur pro non adiecta: si autem sit contra substantiam matrimonij inualidat & viciat contractum, & quia summus pontifex hoc definit non est locus maiori disputatione. Sed contra. ante determinationem illius cap. ille contractus cum conditione impossibili vel turpi, contra substantiam matrimonij non erat matrimonium: ergo nec postea, antecedens est notum, & ab omnibus communiter receptum, consequentia probatur. quia ecclesia non potest facere de non matrimonio matrimonium: ergo, &c. Secundo, quia predicti coniuges non consentiunt: ergo non est matrimonium, antecedens probatur, quia consensus conditionatus non est consensus, consequentia patet, quia consensus est de necessitate matrimonij. Propter hæc argumenta Palud. in 4. d. 29. q. 2. conclus. 5. dicit quod ille coniux qui apponit impossibilem conditionem, videtur potius irridere & non consentire: ideo in foro conscientie non est matrimonium, sed ecclesia præcipit vel præciperet si illud constaret quod contrahat de nouo. Sed

Secunda. 4. quest. 45. art. 1. fo. 441.

Sed hoc est contra ipsum textum. quia nihil præcipit, sed annullat conditionem. Ego autem dico dupliciter prius cum Adria. qui melius sentit in 4. q. 4. de hac materia, vel illa conditio apponitur serio vel ioco, si primum non est ibi verus consensus, unde nec matrimonium, quia ad matrimonium requiritur verus consensus & purus. Nec summus pontifex potest facere quod illud sit matrimonium, quia intentio illius viri est non ducere illam uxorem, nisi posita illa conditione, & cum illa sit impossibilis, esto poneretur non duceret illam uxorem. Si vero ioco apponat prædictam conditionem, tum vult ducere, & sic est matrimonium, quia est consensus absolutus & purus ducendi illam, hoc est dicendum in foro conscientie: in foro autem contentioso aliter loquendum est, nempe, si ex circumstantijs apparuerit quod tunc ille vir vult ducere illam in uxorem, erit matrimonium. i. reputabitur vel presumetur ab ecclesia matrimonium, & ita intelligendus est ille textus. & aliter non habet verum etiam in foro contentioso, aliàs esset error intolerabilis in ecclesia, & prædictæ circumstantie sic aduertantur vel expendantur, nempe, si prius ille vir sollicitauerat illam & dedit operam quod haberet illam uxorem, quamuis ponat illam conditionem præsumitur iudicium fecisse, & tunc erit matrimonium in foro conscientie. i. sic iudicandum est moraliter loquendo, in iudicio conscientie & in foro contentioso. Si vero ille vir nunquam voluit contrahere cum illa femina, sed improbitate parentum victus est & contraxit cum prædicta conditione impossibili, non videtur esse aliqua ratio, quare illud sit matrimonium etiam in foro contentioso, & hoc Palud. 4. d. 29. q. 2. art. 3. & communiter omnes Theologi aiunt quod in foro conscientie si desit consensus interior non est matrimonium, licet presumatur matrimonium in foro contentioso. S. autem Tho. non loquitur in particulari de his conditionibus impossibilibus, & ratio fortè fuit quod illud cap. non fuit institutum antequam ipse scriberet, quia si fuisset, veresimile est quod ipse tractaret de his conditionibus, vel in illa d. 27. vel inferius, d. 29. q. vnica, art. 3. quest. 3. vbi agit de conditionibus appositis matrimonio, sed nunquam fecit mentionem de illa impossibili conditione. Signum igitur est quod ille textus non erat ante ipsum S. Tho. & probatur quod iste sit verus consensus illius textus. quia illud matrimonium etiam in foro exteriori ante illum textum non esset validum: ergo nec postea, & confirmatur, quia maior consensus requiritur ad matrimonium quam ad alios contractus, sed alij contractus non sunt firmi & validi cum consensu conditionato, sed requiritur quod sit absolutus aut apponatur conditio: ergo nec predictum matrimonium erit ratum, venditio enim cum conditione impossibili non reputatur venditio: ergo nec matrimonium cum

simili conditione. Secundo dico & verius quod duplex est conditio impossibilis, altera quæ est voluntaria, etiam ab illo coniuge a quo petitur apponenda, ut contraham tecum si dederis mihi 100. & cum illa femina sit pauper, impossibile est ei dare centum, aut si dicat vir. contraham tecum si dederis mihi regnum, quod femine impossibile est, altera est conditio impossibilis & ex natura rei non apponenda, ut contraham tecum si es angelus, aut contraham tecum si Deus non sit. His præmeditatis est prima conclusio. Prædictum cap. non intelligitur de conditionibus impossibilibus ex natura rei, probatur, quia illæ conditiones nec in foro conscientie nec exteriori conficiunt matrimonium, quia non possunt ab alio coniuge apponi: unde prædictus ille consensus non est absolutus & purus qualis requiritur ad matrimonium. Secundo in prædicto cap. æquiparatur conditio turpis impossibili, & turpis habetur pro non adiecta, & turpis conditio est proprie conditio ab alio coniuge apponenda: ergo & alia quæ dicitur ibi impossibilis debet intelligi proprie, nempe, quod sit apponenda, & aliàs quod non valeat contractus. Tertio prædictum cap. loquitur de conditionibus proprie dictis, at conditio quæ est ex natura rei, non proprie est conditio: ergo non loquitur de illis. Secunda conclusio est, prædictum cap. intelligitur de conditionibus impossibilibus apponendis ab alio coniuge, quia non erant impossibiles ex natura rei, sed respectu alterius coniugis a quo deberet apponi, ista sequitur ex prima, quia non sunt aliæ impossibiles conditiones nisi vel ex natura rei, vel respectu alterius coniugis a quo erant ponendæ, sed (ut dictum est) non intelligitur cap. de his conditionibus impossibilibus natura rei: ergo de alijs. Tertia conclusio est quando ponitur talis conditio impossibilis de illis quæ ab alio coniuge apponendæ erant, non præsumitur ius ante illud, cap. quod illud esset matrimonium, ut si dicas, contraham tecum si dederis mihi regnum, ante illud cap. non præsumeret Papa quod esset matrimonium, probatur, quia ille vir aut non consentit, aut consensus eius non exprimitur: ergo non est matrimonium cum requiratur consensus expressus, sed ista verba accipiam te in uxorem si dederis mihi regnum, non sunt signum consensus, imò potius disensus: ergo non est matrimonium, quia potius præsumitur quod ille vir non habuit consentum, ergo non deberet summus Pontifex iudicare contractum illum esse matrimonium, cum præsumatur illum non habuisse verum consentum, unde illud matrimonium est conditionatum, non absolutum.

Quarta propositio, summus pontifex in prædicto capite absoluit illum ab illa conditione, & præsumit talem consentum interiorem fuisse conditionatum facit tamen quod valeat, probatur, quia talis consensus conditionatus sufficit

Secunda. 4. quest. 45. art. 1.

ad alios contractus in materia virtutū aut in fauore alicuius virtutis: ergo etiā hic in fauore matrimonij, & cōfirmatur, si Titius leget sō mi nā centum aureos, hac lege vt nō fiat monialis esto fiat monialis contra illā voluntatē testatoris in fauore castitatis & religionis dandi sunt illi. 100. auri, quia ecclesia irritauit illā conditionem, ita in præsentia summus pontifex irritabit illam conditionē impossibilē, & hęc fuit intentio ecclesię in prædicto cap. & potuit hoc facere in fauore matrimonij, vnde si ille vir apponens illā impossibilē conditionē, & post illa verba ducat secundā vxorē si habuit prædictū consensum debet redere ad primā, & si nullū habuit consensum nec conditionatū, nec absolutum: debet cohabitare cū secundā. ¶ Rursus circa illud quod querebamus superius, nempe, an illi qui contrahunt per verba de præsenti sic consentientes etiā de præsenti, sed ponunt conditionē de futuro contingenti, honestā tamen, nempe, contraho tecū si dederis cras centū, posita illa cōditione sine nouo cōsensu, an sit matrimoniu. Ad quod respōdebat Panor. & Osti. affirmatiue & probabant aliquibus argumētis quę iam retulimus, & rursus cōfirmatur eadē sententia, quia ille contractus ante conditionē non est sponsalia, quia ex illo non nascitur publicę honestatis iustitia, vt habetur desponsalibus & matrimonijs lib. 6. cap. ex spōsalibus, vbi dicitur quod in sponsalibus conditionatis non contrahitur publicę honestatis iustitia, nisi purificatus fuerit contractus per aduentū conditionis, & tamen ex sponsalibus absolutis nascitur iustitia publicę honestatis. Præterea, contractus nihil facit nisi ex intentione contrahētium, sed prædicti coniuges intendunt cōficere matrimoniu & non sponsalia: ergo si non efficit matrimoniu, nihil efficit: cuius cōtrarium nempe, quod aliquid agat patet, quia prædictus vir obligatur illo contractu posita conditione, vt habetur in cap. super eo, & cōfirmatur, quia si talis contractus fieret tempore quo ponitur conditio esset verum matrimoniu, sed idem videtur operari ille præteritus contractus, si interim non fuit reuocatus, sicut si nunc esset: ergo conficit matrimoniu. Præterea, arguitur in hunc modū, in cap. de illis de condit. appositis, dicitur quod si quis ijs verbis iurabit, nēpe, fōminam se ducturū si cōtulerit tantam pecuniā, si non dederit, non est reus periurij esto ille nō ducat, nisi cōsensus de præsenti, vel copula carnalis fuerint subsecuta: ergo à contrariō sensu si sit consensus & non ducat erit reus periurij. Sed in nostro euentu vt supponimus est consensus de præsenti: ergo etiam erit matrimoniu. Præterea, si dico cōtraho tecū pro crastina die, adueniente die crastina erit matrimoniu, & nō pro nunc, sed pro die crastina: probatur, sicut si quis dicat, si crastina dies venerit, aut si sol oriarur cras duco te in vxorē, est matrimoniu.

ergo etiam cū alia conditione si adueniat conditio, quę suspendit contractū, videtur contractus purus, & ex consequenti matrimoniu: quia idem significatur dicēdo pro crastina die, & pro tēpore quo dederis mihi. 100. Præterea, si quis contraheret sub his verbis contraho tecum si consentias & contrahas mecū, ipsa respōdente contraho, est verū matrimoniu, & tamen illa conditio etiam est de futuro: ergo à simili si dicat contraho tecū si intra annū consentias, posita conditione est verū matrimoniu, assumptum probatur, nā in omni contracto matrimonio, ita videtur contingere, quod alter coniux prius dicit contraho tecū, & adueniente cōsensu alterius perficitur matrimoniu: vnde semper videtur quod efficacia consensus pēdet à futuro. His tamen non obstantibus, oppositū tenent communiter Theologi, ex quorum auctoritate & doctrina constituitur istū Canonem vniuersalē. Si ex aliquo pacto aut stipulatione non statim & ab initio oritur matrimoniu, quidquid postea superuenerit, siue sit ætas, siue copula carnalis, siue dispensatio super impedimentis, siue conditio appositae contractui: nunquam erit matrimoniu, nisi de integro omnia apponantur quę sunt necessaria & decetia ad matrimoniu. Vnde colligitur quod ad legitimū & verū matrimoniu sicut sufficit, ita exigitur mutuus, consensus, expressus, & purus de præsenti, hoc est pro tempore pro quo coniuges contrahunt, & pro tēpore pro quo matrimoniu conficitur, vnde in dubio prædicto solum sunt sponsalia etiā adueniente cōditione, hoc probatur, prius. Matrimoniu est sacramētum no. le. cum non dependeat ab esse futuro, & ratiabitio non efficit sacramētū: ergo, &c. Præterea, vt habet cap. super eo, de conditionibus appositis, prædictus contractus superueniente conditione non est matrimoniu, quia cogitur ille vir contrahere, & si tunc matrimoniu iam esset ratum & integrum non esset cogendus ad contrahendum, sed ad contractū, i. ad cohabitandum, aut cōsummandum matrimoniu: ergo prædictus contractus non habetur ab ecclesia pro matrimonio. Præterea, matrimoniu conficitur ex cōsensu, sed ille consensus non fuit sufficiens: ergo nec posita conditione erit sufficiens. Præterea, si ille vir ante aduentum conditionis reuocet cōsensum iam nō esset matrimoniu: vt etiam authores contrarię sententię tenent. Ergo etiam nec si nō dissentiat, probatur ista cōsequētia, quia per disēsum nō tollit nec irritat cōtractū vel virtutem eius: ergo si cōtractus habet vim cōficiēdi matrimoniu, etiā nō obstāte disēsu conficiet illud. Quod vero disēsus nō irritet cōtractū patet, quia nō obstāte quocūq; disēsu compelleretur ad cōtrahēdū prædictus vir, vt patet ex illo ca. super eo, aliās cōtractū cōditionalis esset nullius valoris, aut fauoris si pro sola volūta-

Secūda. 4. quest. 45. art. 1. fo. 442.

te alterius cōtrahentium rescinderetur. Præterea, si ille vir tentet cōtrahere cum alia ante aduentum cōditionis tenebit matrimoniu: ergo etiam adueniente conditione nō tenebat aliud, quod sub conditione contraxerat cum priore. Probatur consequentia, quia si quis habet potestatem contrahendi cū alia, habet etiā potestatem non contrahendi cū ista. Et ad argumenta in cōtrario dico. Ad primum, quod ex natura contractus non habetur quod adueniente cōditione sit translatio rei, cū primus contractus solum videatur promissiuus, sed hoc disponitur legibus quod qui promissit, velle nollit stet promissis, vel qui donauit cum conditione adueniente cōditione stet donationi, quod (vt supra dictū est) in matrimonio legis disponere nō possunt, vel saltem hactenus non fecerūt, vel potest dici absolutē, quod in alijs negocijs tenet cōtractus adueniente cōditione: non autē in matrimonio propter sumam illā libertatem quā Deus in matrimonijs voluit esse, vt. s. quicūq; nō habēs vxorem sit in eius voluntate ac potestate accipere vel non accipere vxorē. Quare cum secundū aduersarios prædictus vir ante aduentū conditionis non habet vxorē: ergo in eius potestate erit ducere aut non ducere. Et per hoc patet ad secundū argumentū. Ad tertiu verō dico quod prædictū pactū est solū spōsalia ante tēpus & in tempore conditionis, & ex illo contractu nascitur publicę honestatis iustitia. Ad quartū dico, quod quantumcūq; prædicti coniuges habeant intentionē nō sponsalium, sed matrimoniu, tamen in fauore matrimonij hoc valet, & intelligitur illa clausula, si non valet vt ago, valeat vt valere potest. Ad septimū alijs omisis quia facillimis, dico quod si quis contrahat in certū diem non est matrimoniu, sed sponsalia, nisi tortē sit in tēpus necessariū, vt in crastinum. Sed quid sit superadueniente conditione, perseueret consensus contrahentium, an sit matrimoniu, & arguitur à parte affirmatiua, quia si à principio fuisset posita conditio, fuisset matrimoniu: ergo si nunc cōsensus vtriusq; adest cū conditione, idem operabitur, & cōfirmatur, quia, vt dictū est, cōsensus de præsenti sufficit ad substantiā matrimonij: ergo si nunc adest cōsensus, quādo aduenit cōditio erit verū matrimoniu. Sed his nō obstantibus dico, quod etiā si consensus qui ab initio fuit in vtroq; coniuge adsit non erit matrimoniu, & probatur, ab initio nō fuit matrimoniu: ergo oportet quod ex integro ponantur oīa sufficientia, sed ille cōsensus qui ab initio fuit, nō fuit sufficiens ad matrimoniu, cū nō esset purus sed verē cōditionatus: ergo nec nunc sufficit. Præterea cōsensus nō sufficit nisi exprimatur, sed cōsensus ille non exprimitur per aduentū cōditionis: ergo non cōficitur matrimoniu. Præterea, ille consensus vt habetur in illo cap.

super eo, de condit. appositis nō pro consensu de præsenti, sed de futuro habetur: ergo non sufficit ad matrimoniu. Præterea, per id quod nō est in potestate alicuius, non videtur posse cōfici matrimoniu, sed cōditio illa nō est in potestate cōtrahētis: ergo nō potest efficere matrimoniu. Et ad primū argumentū in cōtrariū nego consequentiā. Ad secundū autē dico quod si quando ponitur cōditio, sit cōsensus, mutuus, expressus erit verū matrimoniu, sed si solum manet consensus antiquus cōditionatus, nēpe, quia cōiuges approbant quidē primū pactum: sed nihil de nouo intendūt facere, non est matrimoniu. Ex supra dictis constat quid sit dicendū ad euenta cōingentia, nēpe, cū quis minor ætate legitima cōtrahat per verba de præsenti, & cōsensum etiā de præsenti, & cū intentione etiā contrahēdi matrimoniu: an cū peruenerit ad ætatē legitimā & prius nō reuocauit cōsensum, imò placet ei, semper primus cōtractus, sit matrimoniu. Præterea, si quis contrahat cū consanguinea ea conditione si Papa dispensauerit, & dispenses quidē, etiā si acceptā habeat & gratā dispensationē, an sit matrimoniu. Ad oīa hæc & alia id genus, respōdetur quod nullum est matrimoniu, nec etiam si sic contrahāt, duco te in vxorē si pater dederit. 100. aut nauis salua ex Alexandria aduenierit. Sed restat scrupulus non contemnendus, nempe, si quis deceptus cōtrahat an teneat matrimoniu: nempe, si casu à nobis posito, vel aliō simili credens iudicio & sententię Iuriscōsultorū credere se verē contraxisse, & hoc errore adductus affectu maritali contraheret, & cōueniret cum huiusmodi muliere sibi desponsata, quā aliās non esset ducturus, an illud matrimoniu esset validum disputari in vtraq; parte probabiliter potest, nam primum videtur quod matrimoniu teneret: non enim iura vel doctores alium errorem trahunt impedire matrimoniu, quam errorem personę, sed in casu proposito non interuenit error personę, sed iuris: ergo sibi imputet, si se crediderit in hac re viris sapientibus, quę admodum si crederet esse virginem, quę tamen passa fuisset à viris, vel diuitem, quę tamen pauper erat. Incōtrarium autem adduci potest, nam is nō videtur velle aliquid de integro, hoc est, quicquā noui agere, sed ratū habere quod putat iam actū esse, si ergo reuera matrimoniu ante nullū fuerat, nec nunc quidem erit, quod tamen in alium locum prolixius differendum referuo. In præsentia tamen magis videtur dicendum tale matrimoniu esse nullum, non solū propter argumentum iam factū, quod tamen nō est infirmum, sed quia in vniuersum error qui est contra ea quę sunt de necessitate cōtractus viciat contractum: talis autem videtur in casu contigisse: cum iste credat se iam non esse sui iuris, sed aliam rem agere, & verē esse maritū

atq; adeo merito rescinditur contractus tãquã ax errore procedens. Facit ad hoc quod doctores notant in cap. 1. de regularibus, lib. 6. quod si quis ante annos pubertatis immittat votum religionis inualidum, non obligatur maior factus, etiam si ratificauerit ex errore, quia .i. credebat votum tenere, ideo credo quod non est matrimonium cum ille habeat errorem circa essentialia & fundamenta matrimonij, & nihil est tam contrarium cõsensui quam error, lex in lege, si per errorem, ff. de iure omniũ iudic.

Artic. secundus

Vtrũ tẽpus septẽnij sit legitime assignatũ spõsalibus cõtrahẽdis?



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod tempus septennij non sit competenter assignatum sponsalibus contrahendis. Contractus enim

qui per alios fieri potest non requirit discretionem in illis ad quos pertinet: sed sponsalia fieri possunt per parentes, viroq; illorũ ignorantẽ quorũ sunt sponsalia: ergo ita possunt fieri ante septennium sicut post.

PRAETEREA, sicut ad contractus sponsalium requiritur aliquis rationis usus, ita ad consentiendum in peccatũ mortale: sed sicut Grego. narrat in 4. dialo. quidã puer propter blasphemiam peccatum extinctus est: ergo ante septennium possunt contrahi sponsalia.

PRAETEREA, sponsalia ad matrimonium ordinantur, sed in matrimonio non assignatur vnũ tempus puellæ & puero: ergo in sponsalibus septennium vtriq; assignari non debet.

PRAETEREA, ex tunc aliqui possunt sponsalia contrahere, ex quo eis possunt futuræ nuptiæ placere, sed signa talis placentiæ frequenter apparent in pueris, ante septennium: ergo ante illud tempus possunt contrahi sponsalia.

PRAETEREA, si aliqui ante septimũ annũ contrahant sponsalia, & postea post septennium ante tempus pubertatis cõtrahunt per verba de presenti, reputantur inter eos esse sponsalia, sed hoc nõ est ex secũdo cõtractu: quia tunc nõ intendunt spõsalia, sed matrimonium cõtrahere ergo ex primo, & sic ante septennium possunt

sponsalia contrahi.

PRAETEREA, in his quæ cõmuniter fiunt à pluribus, quod deest vni suppletur ab altero, sicut patet in trahentibus nauem, sed contractus sponsalium est quedam actio communis inter cõtrahentes: ergo si vnus sit pubes potest contrahere cum puella quæ non habet septem annos sponsalia, quia quod vni deficit de tempore, alteri superabundat.

PRAETEREA, si aliqui iuxta ætatem pubertatis, quãuis ante eam contrahunt per verba de presenti, reputantur inter eos matrimonium: ergo pari ratione si ante septennium, dum modo sint propinqui: contra autem per verba de futuro, reputabuntur inter eos esse sponsalia.

RESPONDEO dicendum, quod septennium est tempus determinatũ sponsalibus à iure cõtrahendis satis rationabiliter. Quia cum sponsalia sint quedam promissionis futurorũ (ut dictum est) oportet quod illorũ sint qui aliquo modo promittere possunt, quod non est nisi illorum qui habent aliquã prudentiã de futuris quæ usum rationis requirit: respectu cuius triplex gradus notatur secundũ Philosophum in 11. animalium. Primus est cum quis neq; ipse intelligit per se, neq; ab alio capere potest. Secundus est status quo homo ab alijs capere potest, sed ipse per se non sufficit ad intelligendum. Tertius est cum homo & ab alijs iam capere potest: & per se ipsum considerare: & quia ratio paulatim in homine conualescit secundũ quod quietantur motus & flubilitates humorũ sensualitatis, ideo primũ statum hominis obtinet homo ante primũ septennium, & propter hoc illo tempore nulli contractui aptus est, & ita nec sponsalibus: sed ad secundũ statum incipit peruenire in fine primi septennij: vnde etiã tunc temporis pueri ad scholas ponuntur. Sed ad tertium statum incipit homo peruenire in fine secũdi septennij quãtũ ad ea quæ extra ipsum sunt ipsius pertinent, in quo ratio naturalis eius conualescit, sed quãtũ ad ea quæ extra ipsum sunt in fine tertij septennij: & ideo ante primũ septennium nulli contractui homo aptus est. Sed in fine primi septennij incipit esse aptus ad aliqua promittendum in futurum præcipue de his

ad quæ ratio naturalis inclinatur magis: non autem ad obligandum se perpetuo vinculo, quia ad hoc non firmam voluntatem habet, & ideo tali tempore possunt contrahere sponsalia. Sed in fine secũdi septennij iam potest obligare se de his quæ ad personam ipsius pertinent, vel ad religionem, vel ad coniugium: sed post tertium septennium etiam potest de alijs se obligare, & secundũ leges constituitur ei potestas de rebus suis disponendi post 22. annum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si ante annos pubertatis fiant contractus sponsalium per alium, ambo vel alter reclamare possunt, vnde nihil tum actum est: adeo quod nec aliqua affinitas cõtrahitur ex hoc: & ideo sponsalia quæ inter aliquos per personas alias contrahuntur, robur habent in quantum illi inter quos contrahuntur ad ætatem debitam venientes non reclamant, ex quo intelliguntur consentire de his quæ per alios facta sunt.

AD SECUNDVM dicendum, quod quidã dicunt quod ille puer de quo Grego. narrat nõ fuit damnatus, nec mortaliter peccauit sed visio illa fuit ad patrem contristandum, qui in puero illo peccauerat non corrigens eum: sed hoc est expresse contra intentionem Grego. dicentis quod patet pueri animam filij negligens non paruum peccatorem gehennæ ignibus nutriuit. Et dicendum quod ad peccatum mortale sufficit etiam consensus præsens: sed in sponsalibus est consensus in futurum: maior autem discretio rationis requiritur ad providendum in futurum, quã ad consentiendum in actum vnum præsentem: & ideo ante potest homo peccare mortaliter, quã possit se obligare ad aliquid in futurum.

AD TERTIVM dicendum, quod in tempore contractus matrimonij non solum requiritur dispositio ex parte usus rationis, sed etiã ex parte corporis, ut sit tẽpus generationi aptũ: & quia puella in 12. anno ad hoc venit ut possit esse actui generationis apta: puer autem in fine secũdi septennij, ut Philosophus ait in 9. animalium: simul autẽ usum discretionis capiunt, qui tantum in sponsalibus requiritur: ideo in sponsalibus determinatur vnũ tempus vtriq;, non autem in matrimonio.

AD QVARTVM dicendum, quod illa placencia quæ est in pueris ante septennium non procedit ex perfecto usurationis, cum nondũ susceptibiles sint plena disciplina, sed magis contingit ex motu nature, quã, ex aliqua ratione, & ideo non sufficit talis placencia ad sponsalia contrahendum.

AD QVINTVM dicendum, quod quãuis per secundum contractum in casu illo non faciatur matrimonium, tamen ostendunt se ratã habere priorem promissionem: & ideo prioris contractus accipit infirmitatem.

AD SEXTVM dicendum, quod trahentes nauem agunt per modum vnius cause, & ideo quod deest vni potest suppleri ex altero: sed sponsalia cõtrahentes agunt, ut distinctæ personæ, quia sponsalia nõ nisi inter duos esse possunt: vnde in vtroq; requiritur quod sit sufficiens ad cõtrahendum: & ideo defectus vnius sponsalia impedit, nec ex altero potest suppleri.

AD SEPTIMVM dicendum, quod in sponsalibus etiam similiter si appropinquant contrahentes ad tempus septennij, contractus sponsalium habet robur, quia secundũ Philosophum 2. Physic. quod parum deest quasi nihil deesse videtur. Hæc autem propinquitas à quibusdã determinatur tempus sex menses: sed melius est quod determinetur secundum conditionem contrahentium, quia in quibusdã magis acceleratur usuratio quã in alijs.

EST conclusio huius articuli negatiua quod ante septennium nõ possunt pueri cõtrahere sponsalia, & hæc conclusio habetur in 6. de despos. in puerũ cap. si infantes & est tex. Bonifac. 8. & rationes illius tex. referuntur à S. Tho. in isto articulo ingeniose & graphicè vide ibi. Syluest. tamen, verbo spons. q. 2. refert & acceptat hoc totum quod dicit S. Tho. quæ omnia etiã acceptat Ostien. & Panor. & communiter oēs iureconsulti, cap. Iuuenis, de sponsalibus, & ibi oēs consentiunt cũ S. Tho. in hoc quod dicit ad 7. argumentum, nõpe quod malitia supplet ætatem, vnde quãdo sunt iuuenes ante septennium nihil valent sponsalia, nisi malitia suppleat ætatem.

Articul. tertius.

Vtrum sponsalia dirimi possint altero religionem intrante?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sponsalia dirimi non possint altero religionem intrante. Quia de pecunia quā alteri promitto non possum alteri licet obligationē facere: sed ille qui sponsalia contrahit corpus suum promittit mulieri: ergo non potest se offerre Deo ulterius in religionem.

ITEM videtur quod nō debeat dirimi quando alter coniugem ad longinquam religionē se transfert: quia in dubijs semper tutior pars est eligenda, sed tutius est, quod eū expectaret: ergo tenetur eum expectare.

ITEM videtur quod nec dirimantur per aegritudinem quam aliquis incurrit post contracta sponsalia, quia pro peccato nullus debet puniri: sed vir qui infirmitatem incurrit, punitur in eo quod ei ius auferatur quod in illa habebat quae sibi fuerat desponsata: ergo propter corporalem infirmitatem non debent sponsalia dirimi.

ITEM videtur quod nec propter affinitatē interuenientem, ut potest si sponsus consanguineam sponsae fornicario concubitu cognoscat, quia secundum hoc sponsus puniretur pro peccato sponsae quod non est conueniens.

ITEM videtur quod non possint se inuicē absoluerē, quia hoc est maxima leuitatis, ut primò contrahant & postmodum se absoluant: sed talia non debent ab ecclesia sustineri: ergo & cetera.

ITEM videtur quod nec propter alterius fornicationem, quia adhuc vnus per sponsalia non accipit potestatem in corpus alterius: & sic videtur quod in nullo contra inuicem peccent, si interim fornicantur: & sic sponsalia dirimi non debent per hoc.

ITEM videtur quod nec per contractū cū aliqua per verba de presenti, quia venditio secunda non derogat venditioni primae: ergo nec secundus contractus potest derogare primo.

ITEM videtur quod nec per defectum aetatis possint dirimi, quia quod non est non potest dissolui: sed ante aetatem determinatam nulla fuerunt sponsalia: ergo dirimi non possunt. **RESPONDEO** dicendum, quod in omnibus

praedictis casibus sponsalia contracta dirimuntur, sed diuersimode: quia in duobus, scilicet cum quis ad religionem confugit, & cum alter coniugum cum altero per verba de presenti contrahit, ipso iure sponsalia dirimuntur: sed in alijs casibus dirimi debent secundum iudiciū ecclesiae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod talis promissio soluitur per mortem spiritualem, cum sit spiritualis tantum, ut dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod dubiū determinatur ex hoc quod alter non comparet tempore statuto ad matrimonium conficiendum. Vnde si ex parte eius nō defuit qui matrimonium completeret, potest licet alteri nubere sine peccato aliquo. Si autem per eam steterit quod matrimonium non est completum, debet agere poenitentiam de peccato fractae promissionis aut iuramenti, si iuramentū interuenit, & contrahere cū alia si vult iudicio ecclesiae.

AD TERTIVM dicendum, quod si ante contractum matrimonium aliquam grauem infirmitatem incurrat alter eorum, inter quos sunt contracta sponsalia, quae ipsum debilitet nimis, aut eum deformat, ut abscisio nasi, vel orbitas oculorum, aut aliquid huiusmodi, aut quae sunt contra bonū proles, ut pote lepra quae solet prolem inficere, possunt sponsalia dirimere ne sibi inuicem displiceant, cum matrimonium sic contractum malum exitum sortitur: nec pro peccato punitur aliquis, sed ex poena damnū reportat, quod non est inconueniens.

AD QVARTVM dicendum, quod si sponsus cognouit consanguineam sponsae vel e contra, tunc dirimi debent sponsalia: & ad hoc probandum sola fama sufficit propter scandalum vitandum: causa enim quae in futurū expectant effectus suos, impediuntur à suis effectibus, non solum ex eo quod est, sed ex eo quod futurum est. Vnde sicut affinitas si esset tempore contractus sponsalium impediret contractum illum, ita si interueniat ante matrimonium, quod est effectus quidam sponsalium, prior contractus ab effectu suo impeditur: nec in hoc aliquid detrahitur alteri, imò ei confertur, quia absoluitur ab eo qui per fornicationem se Deo odiosum reddit.

AD

AD QVINTVM dicendum, quod quidam non recipiunt istum casum, sed contra eos est Decretum, quae expresse dicit: ad instar, inquit, eorum qui societatem fidei contrahunt, & postea eandem remittunt potest in patientia tolerari, si mutuo se absoluerint qui sponsalia contraxerunt. Sed ad hoc dicitur quod ecclesia magis hoc sustinet ne peius eueniat quam hoc sit de iure, sed hoc non videtur exemplo conuenire quod Decretum adducit. Et ideo dicendum quod non semper est leuitatis retractare, quae prius firmata sunt, quia incertae sunt prudentiae nostrae: ut dicitur in lib. sapientiae.

AD SEXTVM dicendum, quod quamuis non dederint sibi mutuo potestatem corporis sponsalia contrahentes, tamen ex hoc efficiuntur sibi inuicem suspecti de non seruanda fide in futurum: & ideo potest sibi praecauere vnus contra alium sponsalia dirimendo.

AD SEPTIMVM dicendum, quod ratio illa teneret si esset vnus rationis uterque contractus: sed secundus contractus matrimonij est fortior primo, & soluit ipsum.

AD OCTAVVM dicendum, quod quamuis nō fuerint vera sponsalia, tamen fuit ibi quidam modus sponsalium. & ideo ne videatur approbare ad annos legitimos veniens debet petere solutionem sponsalium iudicio ecclesiae faciendam propter bonum exemplum.



IN HOC art. solum est aduertendum quod S. Tho. vult in eo praecise docere & colligere casus quibus contingit sponsalia dissolui, ita quod vel ambo, vel alter coniugum possent sine peccato ad secundas nuptias transire, & quia Tho. diligenter colligit ista omnia quae sunt communia & de iure, lat est suam literam videre, nec alius locus conceditur disputationi & omnes praedicti casus continentur in illo tit. de sponsalibus, secundum ordinem textuum.

¶ Dub. tamen est, si sponsalia sunt firmata iuramento, an possit ille coniux qui iurauit transire ad religionem. Dicendum ad hoc quod ob reuerentiam iuramenti prius debet sponsam illam ducere, & deinde ante copulam carnalem poterit licite transire ad religionem.

Questio. 46.

De matrimonij definitione.

DEINDE considerandum est de matrimonio ratione.

CIRCA quod queruntur tria.

PRIMVM est, verum matrimonium sit in genere coniunctionis?

SECVNDVM, vtrum conuenienter nominetur?

TERTIVM est, vtrum conuenienter definiatur?

Articul. primus

Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis?

Tho. 4. d. 27. q. 1. art. 1. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod matrimonium non sit in genere coniunctionis. Quia vinculum quo aliqua ligantur differt à

coniunctione ipsa sicut causa ab effectu, sed matrimonium est vinculum quoddam quo iuncti matrimonio ligantur: ergo non est in genere coniunctionis.

PRÆTEREA, omne sacramentum est sensibile, sed nulla relatio est accidens sensibile: ergo matrimonium cum sit sacramentum non est in genere relationis, & ita nec in genere coniunctionis.

PRÆTEREA, coniunctio est relatio equiparente sicut aequalitas, sed non est vna numero aequalitatis relatio in vtroque extremorum: ut Aui. dicit: ergo nec vna coniunctio, & sic si matrimonium est in genere coniunctionis nō est vnū tantū matrimonium inter duos coniuges. **S**ED contra, relatio est secundum quod aliqua ad inuicem referuntur dicitur: enim maritus vir uxoris, & uxor mariti uxor: ergo matrimonium est in genere relationis, nec est aliud quam coniunctio.

PRÆTEREA, vnio duorum ad aliquid vnū non fit nisi secundum coniunctionem: hoc autem fit per matrimonium, ut Gen. 1. Erunt duo in carne vna: ergo matrimonium est in genere coniunctionis.

RESPONDEO dicendum, quod coniunctio ad unationem importat, vnde vbiq; est ad unationem aliquorum, vbi est aliqua coniunctio. Ea autem

KK iij que

Secunda. 4. quest. 46. art. 1.

quæ ordinantur ad aliquid vnum dicuntur in ordine ad aliud adunari: sicut multi homines adunantur ad vnam militiam vel negociationem exequendam, ex qua dicuntur commilitones adinuicem, vel socij negociationis, & ideo cum per matrimonium ordinentur aliqui ad vnam cognationem & educationem prolis, et iterum ad vnam vitam domesticam, constat quòd in matrimonio est aliqua coniunctio secundum quam dicitur maritus & vxor: & talis coniunctio ex hoc quòd ordinatur ad aliquid vnum est matrimonium, coniunctio aut corporum vel animorum ad matrimonium consequitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium est vinculum quo ligatur formaliter, non effectiue: ideo non oportet quòd sit aliud à conditione.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quamuis ipsa relatio nò sit sensibile accidens, tamè causa eius possunt esse sensibiles, nec in sacramento requiritur quòd sit sensibile illud, quòd est res & sacramentum. Hoc enim modo se habet in hoc sacramento prædicta coniunctio: sed verba exprimentia consensum sunt sacramentum tantum, & causa prædicta coniunctionis sunt sensibilia.

AD TERTIVM dicendum, quòd relatio fundatur in aliquo sicut in causa, vt similitudo in qualitate: in aliquo sicut in subiecto, vt in ipsis similibus, & ex vtraq; parte potest attendi vnitatis & diuersitas ipsius: quia ergo in similitudine non est eadem qualitas numero sed specie in vtroq; simili, & iterum subiecta similitudinis sunt duo numero, & similiter de aequalitate: & ideo aequalitas & similitudo omnibus modis est alia in vtroq; similibus & aequalium: sed relatio quæ est matrimonium ex vna parte habet vnitatem in vtroq; extremorum. scilicet ex parte cause, quia ad eadem numero generationem ordinatur, sed ex parte subiecti habet diuersitatem secundum numerum: & ideo hæc relatio est vna & multiplex ex parte subiecti: & secundum quòd est multiplex ex parte subiecti significatur his nominibus vxor & maritus: secundum autè quòd est vna, significatur hoc nōe matrimonij.

IN ISTO articulo prius est vna conclusio affirmatiua, nempe matrimonium est in genere coniunctionis, & probatur à D. S. quia omne illud per quòd duo vel plura adunantur formaliter ad vnum est in genere coniunctionis, sed matrimonium est huiusmodi: ergo, &c. Maior est nota, minor probatur, quia per matrimonium adunantur maritus & vxor ad vnam generationem & educationem prolis, & ad vnam vitam domesticam. Secundo hic articulus mouetur inter alia ad interpretandum Magistrum, qui in 2. cap. 27. d. sic definit matrimonium. Matrimonium est viri mulierisq; coniunctio maritalis, inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Tertio, nota quòd in matrimonio solū inueniuntur quatuor. Primum est mutuus consensus & expressus. Secundum contractus seu pactum inter virum & vxorem. Tertio inuenitur mutua obligatio seu vinculum quoddam, aut cōiunctio quædam. Quarto inuenitur copula carnalis. Vnde necessarium est vel quòd matrimonium sit ista 4. simul, vel sit aliquid istorum, vel aliqua istorum, vnde singula explicare necessum est, & prius de vltimo, nempe de copula carnali.

¶ Dubitabit aliquis an copula carnalis sit matrimonium. Ad quòd facile respondetur negatiue, quia ante copulam carnalem est verum matrimonium secundum omnes: ergo, &c. Secundo inter beatam Virginem & Ioseph fuit verum matrimonium, & non fuit copula carnalis: ergo. Tertio, matrimonium semper durat & eius obligatio, non autem copula carnalis: ergo, &c.

¶ Hæsitabis tamen an matrimonium sit consensus, & arguitur à parte affirmatiua, consensus sufficit & requiritur ad matrimonium: ergo est matrimonium. Probatur cōsequentiā, quia hoc modo probatur, quòd anima & corpus sunt homo, quia requiruntur & sufficiunt ad esse hominis: & componunt hominē. Ad hoc dico, quòd consensus non est matrimonium, sed est causa extrinseca illius. Probatur. Matrimonium semper durat & est inseparabile ad minus si est consummatum, consensus autè est separabilis, quia vterq; coniux sæpe pœnit se contraxisse matrimonium: & sic non manent cōsensus, nec formaliter nec virtualiter: ergo consensus non est matrimonium. Sed cōtrā, matrimonium est signū sensibile exterius quòd consistit, & est actus exteriores cōiugū quibus expriment mutuum consensum, sed illi actus nō sunt inseparabiles, sed estatim corumpuntur: ergo matrimonium non est inseparabile. Dico quòd sacramentum tantū, est separabile, & est actus coniugum, & hoc modo non capitur matrimonium in conclusione & finitione quando dicimus. Matrimonium est coniunctio, &c.

¶ Sed

Secūda. 4. quest. 46. art. 2. fo. 445.

Artic. secundus

Vtrum matrimonium cōgruè nominetur?



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium incongruè nominetur. Quia denominatio debet fieri à digniori: sed pater dignior est matre: ergo magis debet denominari à patre quàm à matre coniunctio vtriusq;.

PRAETEREA, res debet denominari ab eo quòd est de essentia sua, quia ratio quam significat nomē est definitio, vt dicitur in 4. Metaphy. sed nuptia non sunt de essentia matrimonij, ergo non debet matrimonium nuptia appellari.

PRAETEREA, species non potest proprio nomine nominari ab eo quòd est generis, sed coniunctio est genus ad matrimonium: ergo non potest proprie coniugium nominari.

SED in contrarium est communis vsus loquentium.

RESPONDEO, dicendum, quòd in matrimonio est tria considerare. Primum, essentia ipsius quæ est coniunctio, & secundum hoc vocatur coniugium. Secundum, causam eius quæ est dispensatio, & secundum hoc vocantur nuptia à nubis: quia in ipsa solennitate desponsationis quæ matrimonium perficitur, capita nubentium velantur. Tertio, effectum qui est proles, & dicitur sic matrimonium (vt Aug dicit contra Faustū) ab hoc quòd mulier non debet ob aliud nubere nisi vt sit mater. Potest autem matrimonium quasi matris munium, id est, officij, dici, quia fœminis incumbit maximè educanda prolis officium: vel dicitur matrimonium quasi matrem veniens, quia habet iam quo defendatur & munatur. scilicet virum, vel dicitur matrimonium quasi matrem monens, ne virum relinquat alteri adhærens: vel dicitur matrimonium quasi materia vnius, quia in eo fit coniunctio ad vnam prolem materialiter inducendam, vt dicatur matrimonium à monos

Secunda. 4. quest. 46. art. 3.

Q materia: vel dicitur matrimonium, ut Isidorus dicit à matre & nato, quia per matrimonium efficitur aliqua mater nati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quòd quis pater sit dignior quam mater: tamen circa prolem mater est magis officiosa quam pater, vel ideo quia mulier ad hoc principaliter facta est ut sit homini in adiutorium prolis: non autem vir propter hoc factus est: unde magis pertinet ad rationem matrimonij mater quam pater.

AD SECVNDVM dicendum, quòd aliquòdo essentialia cognoscuntur per accidentalialia: & ideo etiam per accidentalialia aliqua nominari possunt, cum nomen detur causa rei innotescenda.

AD TERTIVM dicendum, quòd aliquòdo species nominatur ab eo quòd est generis propter imperfectionem speciei, quando scilicet complete habet generis rationem, nec tamen aliquid addit quòd ad dignitatem pertineat, sicut proprium accidentale retinet nomen proprii communis: aliquando autem propter perfectionem quando in una specie complete inuenitur ratio generis, & non alia: sicut animal denominatur ab anima quae competit animato corpori quòd est genus animalis, sed animationem inuenitur perfecte in animatis quae non sunt animalia: & similiter est in proposito, quia coniunctio viri ad mulierem per matrimonium est maxima, cum sit animarum & corporum, ideo coniugium nominatur.

Articul. tertius.

Vtrum matrimonium conuenienter definiatur?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter definiatur in litera. Quia in mariti definitione oportet quòd matrimonium ponatur, quia maritus, est qui est mulieri iunctus matrimonio, sed maritalis coniunctio ponitur in definitione matrimonij: ergo videtur quòd sit

circulatio in definitionibus istis.

PRÆTEREA, per matrimonium sicut vir efficitur maritus mulieris, ita uxor viri mulier: ergo non debet magis dici coniunctio maritalis quam uxor.

PRÆTEREA, consuetudo ad genus muris pertinet, sed frequenter matrimonio iuncti, sunt valde moribus diuersi: ergo non debet poni in definitione matrimonij, in diuina vita consuetudinem retinens.

PRÆTEREA, inueniuntur alia definitiones de matrimonio date, quia secundum Hugo, matrimonium est duarum idonearum personarum legitimus de coniunctione consensus secundum quosdam autem, matrimonium est consortium communis uitae, & communicatio diuini & humani iuris. Et queritur qualiter haec definitiones differant.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, in matrimonio tria considerantur scilicet causa ipsius, & essentia eius, & effectus, & secundum hoc tres definitiones inueniuntur de matrimonio date. Nam definitio Hugo, tangit causam, scilicet consensum & per se non est. Definitio autem in litera posita tangit essentiam matrimonij, scilicet coniunctionem, & addit determinatum subiectum in hoc quòd dicit inter legitimas personas, ponit etiam differentiam contrahentem ad speciem in hoc quòd dicit materialis, quia cum matrimonium sit coniunctio in ordine ad aliquid unum, talis coniunctio in speciem trahitur per illud ad quòd ordinatur, & hoc est id quòd ad maritum pertinet: ponit etiam uirtutem huius coniunctionis, quia indissolubilis est, in hoc quòd dicit indiuina, &c. Sed alia definitio tangit effectum, ad quem ordinatur matrimonium, scilicet uita communis in rebus domesticis, & quia communis communicatio aliqua lege ordinatur: ideo ponitur ordinatum istius communionis, scilicet ius diuinum & humanum: alia autem communicationes, ut negociatorum & militantium solo iure humano instituta sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquando priora, ex quibus debet dari definitio non sunt nominata: & ideo in definitione aliorum ponuntur aliqua posteriora simpliciter quae

Secunda. 4. quest. 47. art. 1. fo. 446.

quae sunt priora quoad nos, sicut in definitione qualitates ponitur quale à Philos. cum dicit: Qualitas est secundum quam quales esse dicuntur: ita etiam hic in definitione matrimonij ponitur maritalis, ut sit sensus quòd matrimonium est coniunctio ad ea quae mariti officium requirit, quae non poterant uno nomine exprimi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd per hanc differentiam tangitur finis coniunctionis, ut dictum est: & quia ut dicit Apostolus: Vir non est propter mulierem, sed mulier propter virum: ideo haec differentia potius debet sumi à viro quam à muliere.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut uita civilis non importat actum singularem huius vel illius, sed ea quae ad communicationem civilem pertinet, ita uita coniugalitatis nihil aliud est quam conuersatio ad communicationem ralem pertinet: & ideo quantum ad hanc uitam semper consuetudo est indiuina, quantum sit diuisa quantum ad actus singulares uirum & feminarum.

AD QVARTVM patet solutio ex dictis.

Quaestio. 47.

De consensu matrimonij.

CONSEquenter considerandum est de consensu. Vbi primo agendum est de consensu secundum se considerato.

SECVNDO, de consensu iuramento vel carnali copula firmato.

TERTIO, de consensu coaecto, & conditionato.

QVARTO, de obiecto consensus.

CIRCA primum queruntur quinque.

PRIMVM est, Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij?

SECVNDVM, Vtrum consensus oporteat per uerba exprimi?

TERTIVM, Vtrum consensus expressus per uerba de futuro faciat matrimonium?

QVARTVM est, Vtrum consensus per uerba expressus, si desit interior consensus, ex-

terius faciat uerum matrimonium?
QVINTVM est, Vtrum consensus in occulto factus per uerba de presenti faciat matrimonium?

Articul. primus

Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij?

Tho. ubi supra art. 2. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd consensus non sit causa efficiens matrimonij. Sacramenta enim non sunt à uoluntate humana, sed ab institutione diuina: sed consensus ad uoluntatem pertinet, ergo non est causa matrimonij, sicut nec aliorum sacramentorum.

PRÆTEREA, idem non est causa sui ipsius, sed matrimonium nihil aliud uidetur esse quam consensus, quia consensus ipse significat coniunctionem Christi ad ecclesiam: ergo consensus non est causa matrimonij.

PRÆTEREA, unus debet esse una causa: sed matrimonium inter duos est unum, ut dictum est, consensus autem duorum sunt diuersi, quia diuersorum sunt & in diuersa: ab una enim parte est consensus in uirum, ex alia in uxorem: ergo mutuus consensus non est causa matrimonij.

SED contra est, quòd Chryso. dicit, matrimonium non facit coitus, sed uoluntas.

PRÆTEREA, unus non accipit potestatem in eo quòd est libere alterius nisi per eius consensum: sed per matrimonium accipit uerq; coniugum potestatem in corpus alterius: ut patet. 1. Cor. 7. cum prius uerq; liberam potestatem sui corporis haberet: ergo consensus facit matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quòd in omnibus sacramentis est aliqua spiritalis operatio mediante operatione quae eam significat, sicut per ablutionem corporalem in baptismo fit ablutio interior spiritalis, unde cum in matrimo-

Secunda. 4. quest. 47. art. 1.

no sit quedam spiritualis coniunctio in quam matrimonium est sacramentum, & aliqua materialis secundum quid est in officium naturæ & civilis vitæ, oportet quod mediante materiali fiat spiritualis virtute diuina: unde cum coniunctiones materialium contractuum fiant per mutuum consensum, oportet quod hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sacramentorum prima causa est diuina virtus que in eis operatur salutem: sed causa secunda sicut instrumentales sunt materiales operationes ex diuina institutione habentes efficaciam, & sic consensus in matrimonio est causa.

AD SECVNDVM dicendum, quod matrimonium non est ipse consensus, sed quedam unio ordinatorum ad vnum, vt dictum est, quam consensus facit, nec consensus proprie loquendo coniunctionem Christi ad ecclesiam significat, sed voluntatem eius qua factum est, vt ecclesia coniungeretur.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut matrimonium est vnum ex parte eius in quod fit coniunctio, quantum sit multiplex ex parte coniunctorum, ita etiam consensus est vnus ex parte eius in quod consentitur, scilicet predicta coniunctionis, quantum sit multiplex ex parte consentientium, nec est directe consensus virum, sed in coniunctionem ad virum ex parte vxoris: & similiter ex parte viri consensus in coniunctionem ad vxorem.

EST conclusio affirmatiua in hoc. 1. ar. ne consensus esse causam matrimonij, & probat doctor S. coniunctio & operatio spiritualis que est in matrimonio, fit per aliquam corporalem & matrimoniale operationem per quam significatur, sed illa operatio corporalis in matrimonio non est aliud quam contractus viri & mulieris, seu verba illorum exteriora que nihil operantur sine consensu: ergo etiam consensus est causa coniunctionis spiritualis.

CIRCA conclusionem illam qua dicitur quod consensus est causa matrimonij, est dub. An absolute loquendo necessario requiratur consensus ad matrimonium, vel an possit esse matrimonium sine consensu, sed sola ecclesie autoritate, vel regia potestate, aut Dei potentia, vel an consensus sit ita de integra ratione matrimonij, vt rationale hominis. Et videtur quod

consensus sit de quiditate & ratione matrimonij, probatur: quia de ratione matrimonij est obligatio que non potest insurgere, nisi ex pacto & consensu inter virum & vxorem: ergo de ratione matrimonij est consensus coniugum: & confirmatur consensu omnium Iurconsultorum & Theologorum, omnes namque vno ore fatentur matrimonium non confici, nisi consensu contrahentium. Sed in oppositum est: quia omne ius quod alicui competere potest ex pacto & ex consensu proprio, potest etiam conuenire Decreto legis superiorum: probatur hoc, quia in omnibus alijs negotijs idem effectus & obligatio que nascitur consensu & pacto aliquorum, potest etiam aliunde provenire, veluti seruitus que ex pacto oriri potest: eadem etiam iure belli & alijs causis constituitur. Præterea, translatio rerum que pactis conficitur eadem aut iure præscriptionis, vel alio titulo fieri potest: ergo etiam obligatio matrimonialis que contractu, & consensu, & pactioe contrahentium firmari solet: aliunde etiam poterit proficisci. His tamen hinc & inde non obstantibus ad propositum dub. dico aliquibus propositionibus. Prior est, consensus & pactum inter masculum & feminam absolute loquendo, non est necessarius tanquam de quiditate & ratione matrimonij: probatur prius ex illo principio inter Theologos receptissimo, quidquid Deus potest facere cum causa secunda potest se solo efficere, si ergo pacto & consensu viri & femine constituitur matrimonium, etiam Deus de solo potest illam obligationem constituere non expectato consensu viri & femine, ita quod sint obligati ad generationem, sicut sunt per proprios consensu. Secundo Deus habet maius dominium super virum & feminam quam ipsimet supra se ipsos & inter se ipsos: si ergo ipsi possunt tradere suorum corporum potestatem, ergo etiam Deus & tale matrimonium esset eiusdem rationis cum matrimonio confecto mutuo vtriusque coniugis consensu, cum sit obligatio eiusdem rationis, & ad eosdem fines, sicut mus qui genitus est sole, & genitus est concubitu sunt eiusdem speciei. Tertio Deus præcepit Osæ, vt haberetur Osæ. 1. sume tibi vxorem fornicariam & fac filios fornicationis, ex illo præcepto, si fuisset de certa femina potuisset Osæ accipere illam in vxorem, etiam ipsam in vitam, quia iam erat facta ipsius, quod etiam ex facto prophetæ inuitur, qui ita accepit vxorem vt Deus præcepit. Quarto inter primos parentes fuit verum matrimonium, quia de illis dictum est ab Adâ, propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & dominus præcepit eis, crescite & multiplicamini: & Adamus postea dicit mulier quam dedisti mihi decepit me, & Dominus dixit faciamus homini adiutorium, & tamen scriptura non meminit alicuius pacti

Secūda. 4. quest. 47. art. 1. fo. 447

pacti inter Adamum & Euam: ergo autoritate diuina fuerunt coniuncti, quod Dominus Mat. 19. videtur dicere, cum dixit: Quos Deus coniunxit homo non separet, nec potest dici, quod factum est matrimonium inter Adamum & Euam per illa verba, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ &c. Nec vnquam mihi placuit expositio illorum, qui dicunt inter Adamum & Euam per prædicta verba fuisse confecta: nam prius illa fuerunt verba Adami solius, qui solus matrimonium conficere non poterat, deinde illa verba videtur fuisse dicta post factum matrimonium. Colligo ergo tanquam compertum quod autoritate diuina potest constitui matrimonium eiusdem rationis, cum matrimonio consensu partium contracto. Palud. autem in. 4. d. 26. q. 1. art. 2. dicit quod forte Deus fecit illud matrimonium inter Adamum & Euam ipso Adamo dormiente, quod euigilans cognouit confectum in se, & prophetauit conficiendum in alijs: & hæc sit prima opinio circa prædictum dub. Altera est Paludani vbi supra, nempe quod non fuit matrimonium Adami & Euæ à Deo immediate, sed ipsis Adamo & Euæ fuit inspiratum quod consentirent, & euigilantes consenserunt mutuo & sequutum est vinculum, sed Palud non probat quod dicit, idem statum in priori opinione, nempe quod Deus de potestate absoluta potest conficere matrimonium sine consensu coniugum, & quod Deus solus instituit matrimonium Adami & Euæ dicit diuus Aug. 14. lib. de ciuit. Dei cap. 22. vbi sic ait. Nos nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei, crescite & multiplicamini & replete terram donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit creando masculum & feminam.

SED dubitabis merito an istam potestatem reliquerit CHRISTVS & verus Deus ecclesie suæ, vel reipub. an. s. Summus pontifex vel imperator aut princeps quicumque in sua reipub. possit constituere matrimonium sine consensu vnus vel vtriusque coniugis: an possit scilicet ecclesia ex causa tradere mulierem viro in vitam & contra, & arguitur à parte affirmatiua, quia in omnibus alijs locis omne ius quod conuenit alicui ex pacto vel consensu potest conuenire ex ordinatione legis, tam enim in reipub. seculari, quam ecclesiastica inuenitur potestas transferendi ex legitimis causis dominium rei ab vno in alterum dominum, priore domino inuito, ergo inuenietur similis potestas in re matrimoniali: quia non est maior ratio in alijs translationibus quam in ista, ergo potest ecclesia dare viro propter causam rationabilem potestatem super hanc mulierem, & facere illam suam vxorem. Secundo si ecclesia hoc non potest, esset propter magnum illud vinculum quod est

inter maritum & maritam, sed maius vinculum est redigere aliquem in seruitutem, & hoc potest ecclesia & reipub. laica propter causam aliquam rationabilem, poterit etiam cum simili rationabili causa, matrimonium etiam inter inuitos constituere. Tertio Arist. in politicis dicit quod homo plus est reipub. quam sui ipsius: ergo reipub. habet maius dominium super istum quam ipsemet: sed ipse potest coniugio se obligare, ergo si indiget reipub. persona ad istos vsus, nempe ad matrimonium, poterit vti illo etiam inuito, sicut possit illum exponere morti propter salutem totius communitatis. Nec obicit si dicas quod superiores habent ius in res hominum, sed non in corpora, seu personas hominum, quia superiores habent ius super vitam hominum cum causa rationabili, ergo etiam habent ius super vinculum illud matrimoniale, cum eadem imo potior ratio est de vita quam de predicto vinculo. Quarto. Videtur quod ecclesia hoc fecit in cap. 11. conditiones de conditionibus appositis vbi dicit, si quis contrahat cum conditione impossibili pro matrimonio habeatur, & talis conditio pro non adiecta reputetur, dummodo non sit contra substantiam matrimonij, vt si vir dicat, contrahe tecum si es angelus aut si Petrum occideris, est matrimonium quantum non ponatur illæ conditiones & tamen est sine consensu coniugum: ergo ecclesia potest coniugij vinculo aliquos inuitos ligare. Nec obicit si dicas quod illud matrimonium est præsumptum, quia nulla præsumptio videtur inter eum qui apposuit impossibilem conditionem, & alium à quo exigitur conditio. Quinto, ecclesia potest facere aliquem monachum professum etiam inuitum, quod est maius vinculum cum dirimat matrimonium: ergo etiam poterit facere ex non marito maritum, & ex non vxore vxorem, maior constat ex cap. 1. de regularibus lib. 6. vbi decernitur quod si quis perseverauerit in monasterio per annum sciens & volens perseverare, esto interius non intendat profiteri habeatur pro professio, & est verus monachus etiam si nollit & est vera professio tacita & non præsumpta, & manet obligatus in foro exteriori & interiori: unde videtur quod omnia illa que possunt fieri per contractum voluntarium, possunt fieri autoritate superioris, ergo etiam superior poterit matrimonium conficere coniugibus inuitis. Etsi neges consequentiam propter nimiam libertatem quam Deus voluit esse in matrimonijs contrahendis: contra, ecclesia cogit per excommunicationem & alias penas sponso ad contrahendum matrimonium, & possit princeps statuere penam mortis illis qui nollunt ducere sponso, cum igitur hoc modo potest ecclesia vel princeps adimere libertatem, poterit etiam in matrimonio contrahendo. Sexto, Deus potuit hanc potestatem dare ecclesie videtur,

videtur igitur quod dederit saltem in casu necessitatis, nempe si tota ecclesia periclitaretur, si filius regis non ducat filiam regis Turcarum alias Christianam & volentem nubere, & filius regis nullo modo vult, quare summus pontifex non poterit eum obligare tantum ac si sponte illam duxisset. Septimo, illo casu vel simili alio potest ecclesia precipere, ut ducat vxorē & excommunicari illum si non ducat: ergo libertas quæ debet esse in matrimonio non obstat quin ecclesia sua sola auctoritate possit constituere verum matrimonium, quia per excommunicationem tollit omnino libertatem, cum ille excommunicatus non possit euadere damnationem nisi ducat prædictam vxorē. Octauo, quæ à Deo sunt ordinata sunt ad Roma. 13. & Gen. 1. vidit Deus cuncta quæ fecerant & erat valde bona, sed hoc expediret multum Reipub. Christianæ, quod prædicta potestas resideret in superioribus quia esset remedium, tum ad constituendum pacem tum ad tollenda bella perniciosa, non casu quo essent, 10. homines & femina tantum, vel pauci, ut tempore Noe, quare non posset ecclesia vel Respub. cogere virum ad ducendam vxorem, nonne poterat Noe cogere filios suos & filias suas ad matrimonium. Videtur quod poterat. Ex quibus omnibus videtur quod non esset error dicere quod post sponsalia posset ecclesia matrimonium constituere. 1. obligare aliquem ad omnia, ad quæ coniugio ipse obligatur, etiam inuito vel ambobus iniuris. His omnibus non obstantibus sit 2. conclusio. Nulla auctoritate vel potestate humana potest matrimonium constitui nisi contrahentium consensu interueniente: probatur, quia ex tali coniunctione frustraretur ambo fines matrimonij, & prius probato quod frustraretur procreatio & educatio prolis, quæ est proprius finis matrimonij, cum non posset hoc constare inter inuitos & non se amantes: cum societas matrimonialis sit magni signi amoris, propter quod Paul. ad Eph. 5. & ad Colo. 3. commendat illis ut diligant vxores suas, & Gen. 2. quamobrem relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, quia non possunt matrimonialia officia impleri sine mutuo amore, & animorum concordia quæ inter eos qui inuiti coniuncti essent male coalescere possit, & nec liberi educari possint honeste si parentes inter se disceniant, & male inter se conueniant. Secundus etiam finis matrimonij haberi non posset, quia mutua obsequia coniugum nisi ex amore proficisci non possunt, qui aut viz. aut nunquam habetur inter inuitos. Secundo, quia omne vinculum quod potestas humana potest constituere potest derimere, at non potest derimere matrimonium: ergo nec constituere, maior patet, quia in omnibus alijs translationibus rerum sicut potest princeps res transferre inuito domino, ita post translationem potest priori domino

restituere cum causa rationabili non obstante quacumque possessione & vsu rei, itaque eandem potestatem habet ad rescindendum contractum, quæ & ad constituendum, sed non potest summus pontifex rescindere contractum matrimonij consummati iuxta illud Mat. 19. quos Deus coniunxit homo non separet. Tertio, si eodem tempore quo Petrus per verba de presenti contraheret cum Maria ipsi volentibus summus pontifex traderet Mariam Iohanni, tum vel nullum esset matrimonium, vel illa esset duorum vxor patet, quia illæ sunt duæ causæ sufficientes ad matrimonium constituendum: ergo vel utraq; habet effectum, & sic illa erit vxor duorum, vel se mutuo impediunt, & sic nullum esset matrimonium, & tunc non posset sciri an aliquod illorum esset verum matrimonium an non: dubitari enim posset an summus pontifex vellet eam tradere alteri, & si dicas quod in illo casu auctoritas superioris est maior & erit illa vxor illius cui summus pontifex applicauit. Contra, sequeretur quod quilibet Episcopus in sua dioecesi posset etiam applicare feminam viro cui velit, quia quod potest Papa in tota ecclesia, potest Episcopus in sua dioecesi, nisi sit aliquid de se pertinens ad vniuersalem ecclesiam, ut definire dubia quæ oriuntur circa materiam fidei, & nisi potestas Episcopi sit per suum pontificem restricta, ut in dispensatione votorum, aut in impedimentis matrimonij. Quarto ecclesia nunquam vsa est hac potestate, nec in lege naturæ, nec scripta, nec euangelica, cum tamen non sit dubitandum quin aliquando expeiret uti hac potestate: argumentum igitur est ecclesiam non habere talem potestatem. Quinto, ecclesia cogit aliquem ad contrahendum post sponsalia & tamen nolentes non iungit tanquam coniuges, & in omnibus alijs si quis nollet reddere debitum facto cogitur ad reddendum decretis & pœnis: ergo si ecclesia posset puellam dare maritum ipsa inuita, deberet post sponsalia etiam si nollet tradere in monus viri, quod tamen nunquam tentauit facere. Sexto, cap. Tuas, de sponsa duorum ita definitur, nempe quod sine consensu legitimo vtriusque coniugis non potest esse matrimonium. Et ad argumenta in contrarium dicimus quod in omnibus alijs translationibus & vinculis non impeditur finis propter quem inuenta sunt & instituta, in matrimonio autem coactio omnino tolleretur finis matrimonij. Secundo dico, quod in alijs translationibus si forte post factum sequatur maius inconueniens potest remedium adhiberi, quia possunt reuocari in priorem aut meliorem statum: matrimonium autem semel recte consummatum dirimi aut reuocari non potest: & ideo non est in alijs contractibus tantum periculum si fiant sine consensu illorum ad quos spectant, unde etiam timor impedit matrimonium & non alios contractus. Tertia ratio est quod in omnibus alijs

alijs negotijs & contractibus idem effectus sequitur, si aliqua translatio fiat auctoritate superioris, aut domini voluntate & pacto. In eisdem enim vsus est dominus rei quam aliquis sibi vè dicat auctoritate legis aut præscriptione, aut quouis alio legitimo titulo, ac si habuisset emptione, aut venditione, vel donatione domini, & idem est de pecunia & omnibus alijs, matrimonium autem Deus, & natura in eos vsus constituerunt, qui nisi à voluntarijs exigere nullo modo possunt: nunquam enim quis inuitus operam liberis dare potest, aut procreatos educare & instituere. Quare si princeps aut ecclesia posset viro vxorem dare, aut mulieri maritum, omnino illa donatio inefficax esset etiam in illos effectus aut vsus, quare prorsus nulla esset huiusmodi potestas: secus autem est de Deo qui non solum corpora sed animas & corda habet in sua potestate, & suo nutu mortales in quocumque officio voluerit, nolentes & volentes trahere potest: & non minorem potestatem habet ad iungendum inuicem corpora vinculis coniugalibus quam animos mutua benevolentia & amore. Quarto dico quod in necessitate illa qua quis teneretur vxorē ducere, Respub. posset huiusmodi compellere ut velit vxorem ducere, & in matrimonio consentire, sed si omnino nollet non posset inuito vsu rei. i. vxoris dare. Vnde non excusantur filij Lob. ideo quod etiam fortasse credentes quod nullus alius superesset in genere humano ingrassæ sunt ad patrem suum non solum quia incestæ, sed etiam quia ad non suum virum accesserunt.

Artic. secundus

Vtrum oporteat consensum per verba de presenti exprimi?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod oportet consensum per verba de presenti exprimi, quia sicut per matrimonium redigitur homo in potestatem alterius ita per votum, sed votum obligat quoad Deum etiam si non exprimitur verbis: ergo & consensus facit obligationem matrimonij etiam sine expressione verborum.

PRAETEREA, matrimonium potest esse inter aliquos qui suum consensum mutuo sibi, verbis exprimere non possunt, quia vel sunt

muti vel diuersarum linguarum: ergo expressio consensus per verba non requiritur ad matrimonium.

PRAETEREA, si omittatur illud quod est de necessitate sacramenti quacumque ex causa non est sacramentum: sed in aliquo casu est matrimonium sine expressione verborum, sicut quando puella tacet præ verecundia, paritibus eam viro tradentibus: ergo expressio verborum non est de necessitate matrimonij.

SED contra, matrimonium est sacramentum quoddam: sed in omni sacramento requiritur aliquod sensibile signum: ergo & in matrimonio, & ita oportet ibi esse saltem verba experimentia consensum sensibiliter.

PRAETEREA, in matrimonio fit contractus inter virum & mulierem, sed in quolibet contractu oportet esse expressionem verborum quibus se inuicem homines obligent: ergo & in matrimonio oportet esse consensum per verba expressum.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut ex dictis patet) coniunctio matrimonialis fit ad modum obligationis in contractibus materialibus: & quia materiales contractus non possunt fieri nisi sibi inuicem voluntatem suam verbis promant qui contrahunt: ideo etiam oportet quod consensus matrimonium faciens verbis exprimat, ut expressio verborum se habeat ad matrimonium sicut ablutio exterior ad baptismum. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod in voto non est aliqua sacramentalis obligatio, sed spiritualis tantum: & ideo non oportet quod fiat ad modum materialium contractuum ad hoc obliget, sicut est de matrimonio.

AD SECUNDVM dicendum, quod quavis non possint vota sua mutuo verbis tales exprimere, possunt tamen exprimere nutibus, & tales nutus pro verbis computantur.

AD TERTIVM dicendum, sicut dicit Hugo. de Sanct. Viç. eos qui coniunguntur sic oportet consentire, ut inuicem se spontaneè recipiant, quod iudicatur fieri si in desponsatione non contradicant: unde verba parentum computantur in casu illo ac si essent puellæ: sunt enim sufficiens signum quod sunt eius ex quo non contradicunt.

AD hoc dub. quod mouetur in isto artic. communiter Theologi respondent affirmatiue, vt respondet S. Tho. & ratio est, quia ista obligatio, quæ est in matrimonio oritur ad modum obligationum quæ sunt in alijs contractibus, sed ad obligationes aliorum contractuum requiruntur verba, nempe, quod verbis exprimat consensus vtriusq; partis. Hanc conclusionem tenet etiam S. Tho. in 4. d. 27. art. 2. q. 2. Palud. in eadem d. q. 2. art. 2. Scotus in eadem d. q. vnica. Durand. ibidem q. 1. Glosa super cap. Tuæ fraternitatis desponsalibus. Ricard. d. 27. q. 3. art. 1. & signat duas rationes, vna est ista S. Tho. & alia est, quia sic institutum est cum sit sacramentum, quod perficitur signo aliquo sensibili, & hæc est communis sententia doctorum. Vnde colligitur quod quantumcumq; consentiant coniuges interius, si non expriment mutuum consensum exterius non fit matrimonium, sed non videtur hoc ita certum vt ij doctores dicunt, & idè contèdo probare, quod probationes doctorum non sufficienter probant prædictam conclusionem, quia S. Tho. & alij dicunt quod requiritur quod exprimitur ille consensus signo sensibili, quia cum matrimonium sit sacramentum, & sacramentum non perficitur per actum interiorem tantum: idè requiritur actus exterior. Sed contra hoc est apparens primum argumentum eiusdem S. Tho. potest quis emittere votum per actum interiorem solum, & obligare se ad aliquid etiam voto solenni: ergo solo actu interno potest se obligare ad matrimonium. Ad quod respondet ipse Tho. quod votum non est sacramentum: & idè ad illud requiritur signum exterius, sed matrimonium est sacramentum: & idè ad illud requiritur signum exterius, sed non apparet quantum valeat ista ratio, quia si loquamur de matrimonio in ve. le. & ante quæ esset sacramentum, non requireretur tunc signum sensibile, sed consensus interior sufficeret. vnde ratio S. Tho. non concludit quia poneremus aliud matrimonium quod non esset sacramentum, nam propterea quod matrimonium sit sacramentum non tollit obligationem naturalem, & cum obligatio consensus mutui interioris sit de iure naturali, & diuino: sufficit consensus interior. Secundo vt diximus in materia de satisfact. & restitut. tanquam probabile quod potest quis dare dominium alicuius rei, & tenet datio solo actu interiori: si ergo homo potest dare alias res actu interiori, poterit etiam se ipsum donare: ergo prædicta ratio S. Tho. & aliorum non concludit. Secunda probatio illorum doctorum est, quia opposito dato, nempe quod solus actus interior sufficiat non possit constare an esset matrimonium, & sic non sciremus si sunt illi legitimi coniuges an non. Ad istam rationem posset responderi facile, quod non est de ratione matrimonij q

sciatur, sed an te vera sit matrimonium. Tertio ponamus quod spiritu prophetico vterq; cognoscat consensum alterius sine expressione externa, tunc esset matrimonium, ergo non requiritur signum externum. Propter hæc argumenta Vuiclephus hæreticus dicit, quod suffi- ciunt consensus interiores ad matrimonium, vt refert ab Vualdenfi lib. de sacramentis tit. de matrimo. & hoc sufficiat interior consensus sine signis exterioribus, probatur ex capit. tuæ fraternitatis de sponsalibus, vbi habetur quod per consensus contrahitur matrimonium, & verba ponuntur, vt ecclesia cognoscat contractum illud matrimonium, HIS non obstantibus est communis sententia Theologorum, & Iureconsultorum, ex cap. cū apud sedem apostolicam. De sponsalibus quod requiruntur ad matrimonium necessarii, voces aut signa exteriora, de præfenti. Pro cuius ampliori intellectu est aduertendum cum S. Tho. 2. 2. q. 88. de voto, & in materia de oratione, quod promissio non est actus voluntatis, sicut nec oratio, sed est actus rationis, cū promittere non sit velle dare rem promissam, nec orare est velle habere quod petitur: sed est cū Deo loqui, vnde sicut promittere non est velle, sed est loqui vel asserere, ita dare non est velle. Cum. n. in matrimonio sit coniunctio & datio, nullus actus voluntatis solus sufficit ad matrimonium: probatur quia solus consensus non sufficit ad promissionem, ergo nec ad iniunctionem obligatoriam, aut ad dationem quæ est quid maius: & videtur quod hæc assertio non fiat nisi per hanc expressionem accipio te in vxorem, & cum debeat esse mutuus contractus oportet quod vterq; asserat alteri & non possunt asserere, nisi per actum exteriorem exprimat ille mutuus consensus. Secundo probatur ex fine matrimonij, quia si non exprimat exteriorius ille mutuus consensus ex natura rei non sequitur illis finis: quia vir non potest vti femina nisi constet quod est sua. Tertio probatur à signo, quia nullus credit se esse maritum quantumcumq; consentiat nisi exprimat illum consensum: ergo &c. Et ad argumentum quod confecimus in partem oppositam, nempe quod si ambo coniuges cognoscant spiritu prophetico quod ambo senserunt, dico quod non est matrimonium: secus autem esset si interius loquerentur, & vterq; cognosceret, vt in angelis euenit, tunc illud sufficeret, quia locutio est actus intellectus & non voluntatis. Et ad illud cap. tuæ fraternitatis de sponsalibus, dicunt doctores, quod verba sunt necessaria ad probandum consensum quo ad ecclesiam, sed ad essentiam matrimonij sufficiunt, & requiruntur necessario aliqua signa.

CIRCA tertium argumentum S. Tho. est dubium quid erit, si aliter coniugum consentit & exprimit suum consensum, alter autem con-

sentit

sentit quidem, sed non exprimit suum consensum ipsemet pro se, sed alius exprimit pro eo: vt si parentes expriment suum consensum filia pro ipsa filia, quæ ex verecundia, vel alia causa non exprimit suum consensum. Ad quod dicendum est quod illud sufficit, & est verum matrimonium, & videtur quod ita dicatur in cap. vnico de sponsatione impuberum lib. 6. vbi dicitur, porro ex sponsalibus quæ parentes pro filiis puberibus, vel impuberibus plerumq; contrahunt ipsi filij, si expresse consenserunt, vel tacite, vt si præfentes fuerint nec contradixerint obligantur &c. & hoc ipsum asserit glosa in cap. Tuæ fraternitatis, & citat cap. honorantur. 32. q. 2. dummodo filia non reclamet vel dissentiat. **S E D** hæsitabis an sufficiat ad matrimonium, quod alij non parentes explicent consensum puellæ, vel alterius coniugis. Ad quod respondet Paludanus dicens, quod non est illud extendendum, & addit quod non sufficit, illud ad matrimonium, quia illi non parentes non habent potestatem ad respondendum pro alio. Sed credo hoc quod dicit Paludanus intelligendum esse in foro contencioso, in foro autem conscientie si re vera puella consentiat, & quicumq; alius, non parentes respondeat pro illa, & ipsa tacet, illud idem est signum exterius quod consentit. Et credo quod hoc vult S. Tho. hic cum absolute dicit, sufficere quod alius loquatur pro coniuge interius consentiente. In foro autem exteriori forte non cogetur puella ad contrahendum, nisi esset pater aut mater, qui pro puella responderent. Sed dubium est quomodo intelligitur quod iste consensus & iste contractus, vel prædicta verba sint causa matrimonij, an in genere cause efficientis. Ad quod Scotus in 4. d. 26. q. vnica, & Paluda. ibidem q. 1. art. 2. dicunt quod consensus & contractus non faciunt vinculum illud matrimonij, sed à solo Deo producit: disponit tamen ille consensus ad prædictum vinculum, sicut character in baptismo producit à solo Deo, ita vinculum in matrimonio. Sed contra hanc sententiam est, quia antequam matrimonium esset sacramentum, vinculum præfactum non producebatur à Deo, sed à verbis & consensu: ergo etiam nunc prædictum vinculum causatur à verbis & consensu, sicut in alijs contractibus. Fateor tamen quod ex hoc quod matrimonium est sacramentum habet maius vinculum, quàm ante quàm esset sacramentum, quia nullo modo potest nunc dissolui, ita quod vinculum illud quod de nouo est additum matrimonio, eo quod est sacramentum est à Deo solo. Matrimonium autem infidelium est dirimibile, quia si alter coniux conuertatur ad fidem, altero manente in infidelitate, dirimitur matrimonium illud. Sed si ad matrimonium requiritur consensus expres-

sus, sequeretur quod nullus coniux posset petere aut reddere debitum alteri, quia esto dicat quod consentit forte non consentit, vt contingit in clandestinis matrimonijs. Ad hoc dico quod standum est coniecturis cum simus in materia morali: vnde si vnus coniux vidit in alio coniecturas quod non consentit, non debet reddere nec petere debitum ab illo, si autem sunt morales coniecturæ consensus, deponat conscientiam & scrupulos, & reddat debitum.

S E D quæres quid faciet coniux si habet dub. pro vtraq; parte, ita quod non declinet plus ad vnam partem quam ad aliam. Ad quod dico quod melius est, quod inclinet in partem affirmatiuam, & deponens conscientiam reddat debitum, quia cum sit in possessione, melior est conditio sua, si autem non potest deponere conscientiam, conscientia illa perferente non debet reddere debitum, quia cum dubitet circa materiam peccati mortalis, non licet contra dubium agere, & ex consequenti nec debitum reddere, quia si quis accederet ad mulierem, dubitans an sit sua peccaret mortifere. Quid autem faciet si habet formidinem solum aut suspicionem quod alter non consentit. Dico quod tunc, quia est tantum scrupulus & non dubium, licebit ei agere contra illos scrupulos. Ista dubia solent euenire in matrimonijs non bene contractis, sed potius contra voluntatem contrahentium.

Q V I D autem faciat vxor si maritus dicat ei, crede mihi: quia quando dixi tibi quod consentiebam non consensi. Dico quod poterit non credere, quia non tenetur illi adhibere fidem, esto ipse iuret, si tamen credit, non licet ei exigere aut reddere debitum.

S E D quid faciendum si quis contraxit matrimonium clandestine cum aliqua femina, & postea dicit se non consensisse, & contrahit cum secunda publice, quid inquam faciendum est à priori vxore. Ad quod dico quod cum ista sint moralia (vt iam dixi) standum est coniecturis moralibus, & si sint coniecturæ & signa moralia quod ille vir non consentit cum priori, poterit illa nubere alteri viro: coniecturæ autem erunt istæ, si sit probus vir aliàs & virtus sacramentis, credendum est tunc dictis illius, si autem sint coniecturæ & signa quod consentit, non poterit alteri nubere, quâdiu hoc crediderit.

A N A V T E M ad hoc quod sit matrimonium exigatur quod illi consensus simul concurrant, vel sufficiat quod vnus sit: hodie, & alius cras: dico quod licet Panormit. in cap. Dillectus de sponsalibus, videatur dicere quod licet de subtilitate iuris videatur quod debent concurrere prædicti consensus simul, nihilominus communis sententia Canonistarum & Theologorum est, quod non requiritur

LL quod

quod simul pro eodem instanti vel tempore concurrant: probatur quia in alijs contractibus non requiritur consensus partium simul concurrere ad hoc quod contractus obliget: Antecedens probatur si celebres contractum emptionis & venditionis, & tu consentis hodie & alius cras, tenet ille contractus, quare non valebit etiam matrimonium, etiam si vnus illorum dormiat & alter consentiat videtur sufficere: dummodo ille dormiens ante sonnum consentiret, quia virtualiter est ibi consensus qui sufficit ad validum matrimonium, dummodo ille qui prius consensit non reuocet consensum antequam alius consentiat.

Articul. tertius.

Vtrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod consensus expressus per verba de futuro matrimonium faciat: quia sicut se habet presens ad presens,

ita futurum ad futurum, sed consensus per verba de presenti expressus facit matrimonium in presenti: ergo consensus expressus per verba de futuro facit matrimonium in futuro.

PRAETEREA, sicut in matrimonio fit quedam obligatio per verba exprimentia consensum, ita & in alijs civilibus contractibus: sed in alijs contractibus non differt vtrum per verba de presenti vel de futuro obligatio fiat: ergo nec in matrimonio differt.

PRAETEREA, per votum religionis homo contrahit matrimonium spirituale: sed votum religionis fit per verba de futuro & obligat: ergo & similiter potest fieri matrimonium per verba de futuro.

SED contra est, quia ille qui consentit in aliam quam per verba de futuro, & postea cum alia per verba de presenti, secundum iura debet habere secundam uxorem: sed hoc non esset si

consensus per verba de futuro faceret matrimonium, quia ex quo initiatum est matrimonium cum vna, ea vivente non potest contrahere alia: ergo consensus per verba de futuro non facit matrimonium.

PRAETEREA, qui promittit aliquid se futurum, non dum facit illud: sed qui consentit per verba de futuro, promittit se cum aliqua contracturum matrimonium: ergo non contrahit ad huc cum illa.

RESPONDEO dicendum, quod causa sacramentales signando efficiunt unde hoc efficiunt quod signat, quia cum aliquis consensum suum per verba de futuro exprimit, non signat se facere matrimonium, sed promittit se facturum: ideo talis expressio consensus non facit matrimonium, sed sponsionem eius, quae sponsalia nominantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum consensus exprimitur per verba de presenti, verba sunt praesentia: & in praesens consentitur pro eodem tempore, sed quando consensus fit per verba de futuro, verba sunt praesentia, sed consentitur in futurum: & ideo non procedit tempore, & propter hoc non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam in alijs contractibus qui verbis futuris utitur non transferri potestatem rei suae in alterum, ut si dicat, dabo tibi: sed solum quando verbis praesentibus utitur.

AD TERTIVM dicendum, quod in voto professionis actus spiritualis matrimonij per verba de futuro exprimitur, scilicet obedientia vel observantia regulae, & non ipsum matrimonium spirituale: si autem spirituale matrimonium in futurum moueatur, non est votum spirituale, quia non dum ex hoc aliquis est monachus, sed se futurum monachum pollicetur.

IN HOC tertio articulo est conclusio negativa S. Tho. nempe, quod consensus expressus per verba de futuro non sufficit ad matrimonium. Quae conclusio est, & fuit semper certa, & ab omnibus recepta, sed ad matrimonium verum requiritur quod exprimat consensus

sensus per signa vel verba de praesenti: probat diuus Tho. quia contractus matrimonialis est sacramentalis: ergo efficit id quod efficit significando, & verba de futuro non significant quod fiat matrimonium, sed quod in futurum celebrabitur: ergo ad verum matrimonium non sufficit explicare consensum per verba de futuro, & ita definiunt iura pontificia, in illo tit. de sponsal. Est tamen notandum vnum quod admonet Palud. & alij Theologi, quod aliquando verba possunt esse de futuro, & consensus de praesenti, nempe, si dicat maritus post hoc initans, ego recipio te in uxorem, & contra possunt esse verba de praesenti, & consensus de futuro, ut si dicatur, ego te habeo in uxorem crastina die & deinceps, & explicando consensum his duobus modis tenet matrimonium, quia satis est, quia illa verba habent effectum de praesenti, & non est curandum de modo proferendi grammaticali, nam si esset modus grammaticalis necessarius ad matrimonium, etiam si sint verba de praesenti non esset matrimonium, nisi seruaretur ille modus. **SED** quid si verba sint ambigua, quia possunt duci ad vtrumque, tempus, an consensus sic expressus verbis ambiguus, sufficiat ad matrimonium. Ad quod dicendum, quod iudicando in foro conscientiae standum est dictis ipsorum coniugum, nempe, explicent quomodo intellexerunt praedicta verba, an ea protulerunt intentione perficiendi matrimonium, an non: si intentionem conficiendi, erit verum matrimonium, alias non: in foro autem exteriori, quidquid dicant iureconsulti, iudex debet respicere ad omnes coniecturas, & sic standum est iudicio iusti ac prudentis iudicis.

Articu. quartus

Vtrum consensus expressus per verba, si desit interior consensus faciat matrimonium?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod consensus expressus etiam per verba, si desit interior consensus, faciat matrimonium. Quia fraus & dolus nemo patrocinari debet, secundum iura: sed ille qui verbis exprimit consensum quem in corde non habet, dolus committit: ergo non debet sibi patrocinari, ut ab obligatio-

ne matrimonij liber reddatur.

PRAETEREA, consensus mentalis alterius non potest esse alicui morus nisi quatenus per verba exprimitur: si ergo expressio verborum non sufficit, sed consensus interior requiritur in vtroque coniugum, tunc neuter poterit scire de altero an sit ei verus coniux, & ita fornicator erit quandocumque, matrimonio vteretur.

PRAETEREA, si aliquis probatur per verba de praesenti in aliquam consensisse, cogitur per excommunicationis sententiam, ut eam habeat in uxorem, quantum dicat consensum mentalem defuisse, etiam si postea cum alia contraxerit consensu mentali verbis expresso: sed hoc non esset si requireretur consensus mentalis ad matrimonium: ergo non requiritur.

SED contra est quod Innocen. 3. dicit in decretaliquadam in casu isto loquens, si nec consensu nequeunt caetera foedus perficere coniugale.

PRAETEREA, intentio requiritur in omnibus sacramentis: sed ille qui corde non consentit non habet intentionem matrimonij contrahendi: ergo non fit matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quod sicut se habet ablucio exterior ad baptismum, ita se habet expressio verborum, ad hoc sacramentum, ut dictum est: unde sicut si aliquis ablucionem exteriori reciperet non intendens recipere sacramentum, sed ludum & dolum facere, non esset baptizatus: ita expressio verborum sine interiori consensu matrimonium non facit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ibi sunt duo defectus consensus, qui sibi patrocinantur in foro conscientiae, ut non astringatur vinculo matrimonij, quantum non in foro ecclesiae in quo iudicatur secundum allegata: & dolus verborum, & hoc non patrocinetur nec in foro poenitentiae, nec in foro ecclesiae, quia in vtroque, pro hoc puniuntur.

AD SECVNDVM dicendum, quod si desit consensus mentalis ex parte vnus, ex neutra parte est matrimonium, quia matrimonium consistit in mutua coniunctione, ut dictum est, ita

men probabiliter potest credi doli non esse: nisi signa evidentiā doli appareant: quia de quolibet præsumendum est bonum nisi probetur contrarium: unde ille ex cuius parte doli non est, à peccato excusatur per ignorantiam.

AD TERTIVM dicendum, quòd in tali casu ecclesia compellit eum ad standum cum prima uxore, quia secundum ea iudicat quæ foris apparent, nec decipitur in iustitia quantum decipiatur in facto: quia ille debet prius excommunicationem sustinere quam ad primam uxorem accedat, vel debet in alias regiones remotius fugere.

CIRCA conclu. præcipuam huius artic. negatiuam, nempe, quòd expressio consensus per verba sine interiori consensu non sufficit ad matrimonium, quæ etiam

est omnia fidelium doctorum: quam etiam iam late probauimus in. 1. art. huius q.

EST dubium si quis dolo sic exterius contraxit cum puella non consentiens interius, sed ad decipiendam puellam dixit verba de præsentī, an sit matrimonium. Ad quòd dicendum est negatiue cum S. Tho. & alijs, nempe quòd in iudicio conscientie sine vero consensu interiori nunquam est verum matrimonium, idèd caueant sibi puellæ, ne decipiantur à leuibus hominibus. Et quòd sic interior consensus sit de essentia matrimonij, habetur de sponsal. & matrimonijs capit. Tuæ fraternitatis, & capit. Tua nos.

SED dubitabis qui ita dolo vel promissione decipit puellam, an teneatur ducere illam in uxorem. Pro dilucidatione huius dub. aduertet quòd aliud est de dolo, & aliud de promissione, vt inferius dicemus.

AD dubium tamen respondet Scotus in. 4. d. 30. q. 1. dicens quòd ille dolosus tenetur in conscientia ducere illam puellam, quia fecit illi iniuriam: idèd tenetur restituere, quòd efficere non poterit nisi ducendo illam in uxorem. Eiusdem sent. est Adrianus q. 2. de matrimonio, & addit quòd hæc est communis opinio doctorum accedit Palud. d. 27. q. 2. S. Tho. tamen in isto artic. & in. 4. d. 27. q. 1. art. 2. quæst. 4. ad 2. argumentum, dicit quòd prædictus dolosus in foro conscientie debet reportare dolum, & non potest excusari à peccato, non tamen dicit quòd teneatur illam ducere. Ego vellem quòd esset verum quòd dicit Scotus & alij cū illo, nempe, quòd ille dolosus tenetur ducere illam puellam quam decipit, sed tamen esto Scotus & alij cum illo hanc sententiam assueverunt, non probant sufficienter, quòd si non cō-

sentit teneatur ad celebrandum matrimonium cum prædicta puella. licet probetur sufficienter quòd tenetur ad restitutionem de damno quòd intulit, eò quòd sic dolose accessit ad eam. Scotus probat suam sententiam hæc ratione. Quia tenetur ille dolosus reddere puellæ quòd ei de iure abstulit, sed de iure abstulit corpus suum. i. ipsius dolosi, quòd erat puellæ: ergo debet consentire in matrimonio, vt reddat suum proprium corpus puellæ deceptæ. Ad hoc facile dicitur quòd non fuit corpus suum translatum ad dominium puellæ ex defectu consensus: unde vtraq; opinio est probabilis. Mihi autem probabilior videtur opinio negatiua quæ dicit, quòd ille dolosus non tenetur illam puellam ducere sed solum tenetur restituere damnum quòd intulit. Et probatur ista pars negatiua: quia opposita opinio sufficienter probatur: ergo non est quis obligandus ad tantum onus, nisi sufficienter probetur, sed tenetur restituere ad arbitrium probi & prudentis viri secundum qualitatem personæ.

Artic. quintus.

Vtrum cōsensus in occulto factus per verba de præsentī faciat matrimonium?

Tho. 4. dist. 28. q. vnica art. 3.



DE QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd consensus in occulto factus per verba de præsentī non faciat matrimonium: res enim in potestate alterius existens non transfertur in potestatem alterius nisi consentiente illo in cuius potestate erat: sed puella erat in potestate patris: ergo non potest per matrimonium transire in potestatem viri nisi patre consentiente. Et ita si fiat in occulto consensus, etiam per verba de præsentī expressus non erit matrimonium.

PRAETEREA, sicut in matrimonio est actus noster quasi de essentia sacramenti, ita etiam in penitentia, sed sacramentum penitentiae non perficitur nisi mediātibz ecclesie ministris, qui sunt sacramentorum dispensatores: ergo nec matrimonium perfici potest in occulto absq; sacerdotali benedictione.

PRAE-

PRAETEREA, baptisumus qui potest in occulto & in aperto fieri, non prohibetur ab ecclesia fieri in occulto: sed ecclesia prohibet fieri clandestina matrimonia: ergo non possunt fieri in occulto.

PRAETEREA, inter eos qui in secundo gradu sibi attinent, matrimonium contrahi non potest, quia ecclesia prohibuit: sed similiter ecclesia prohibuit clandestina matrimonia: ergo non possunt esse vera matrimonia.

SED contra, posita causa ponitur effectus: sed causa sufficiens matrimonij est consensus per verba de præsentī expressus: ergo siue fiat in publico, siue in occulto matrimonium sequetur.

PRAETEREA, vbi est debita materia & debita forma, ibi est sacramentum: sed in occulto matrimonio seruetur debita forma, quia sunt ibi verba de præsentī cōsensum exprimentia: & debita materia, quia sunt legitima personæ ad contrahendum: ergo est ibi verum matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut in alijs sacramentis quedam sunt de essentia sacramenti, quibus omisiss non est sacramentum: quedam autem ad solennitatem sacramenti pertinent, quibus omisiss verum perficitur sacramentum, quantum peccet qui omittit, ita etiam consensus expressus per verba de præsentī inter personas legitimas ad contrahendum matrimonium facit, quia hæc duo sunt de essentia sacramenti, alia autem omnia sunt de solennitate sacramenti: quia ad hoc adhibentur vt matrimonium conuenientius fiat: unde si omittantur, verum est matrimonium quantum peccent sic contrahentes, nisi per aliquam legitimam causam excusentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd puella non est in potestate patris quasi ancilla, vt sui corporis potestatem non habeat, sed quasi filia ad educandum: & idèd secundum hoc quòd libera est, potest se in potestatem alterius absq; consensu patris dare, sicut etiam potest aliquis vel aliqua intrare religionem consensu parentum, cum sit persona libera.

AD SECVNDVM dicendum, quòd actus noster in penitentia quantum sit de essentia sacramenti, non est sufficiens ad inducendum proximum effectum, scilicet absolutionem à peccatis: & idèd oportet quòd ad perfectionem sacramenti interueniat actus sacerdotis: sed in matrimonio actus nostri sunt causa efficiens ad inducendum proximum effectum qui est obligatio, quia quicumq; est sui iuris potest se alteri obligare: & idèd sacerdotis benedictio non requiritur in matrimonio quasi de essentia sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quòd etiam prohibitum est quòd baptismum nullus accipiat nisi à sacerdote, nisi in articulo necessitatis: matrimonium autem non est sacramentum necessitatis: & idèd non est similis ratio: prohibentur autem clandestina matrimonia propter pericula quæ inde euenire solent: quia frequenter in talibus est aliqua fraus ex altera parte, frequenter etiam ad alia coniugia transeunt dum penitent de his quæ subitò facta sunt, & multa alia mala inde accidunt, & speciem turpitudinis præter hoc habent.

AD QVARTVM dicendum, quòd non sunt prohibita clandestina matrimonia, quasi contra essentialia matrimonij existentia, sicut sunt prohibita matrimonia illegitimarum personarum quæ sunt materia indebita huic sacramento: & idèd non est simile.

IN ISTO artic. quinto est conclusio affirmatiua quæ semper fuit ab omnibus fidelibus recepta, & facile probatur, quia in tali contractu concurrunt omnia necessaria ad matrimonium: ergo ibi est sacramentum, & quòd consensus exprimitur publice, aut coram testibus non est de essentia sacramenti: ergo &c.

PRAETEREA, dub. huius artic. habetur apud S. Thom. in. 4. d. 28. art. 3. & ibidem tractatur à Magistro & ab alijs expositoribus Magistri.

POTERIT tamen hic dubitari an matrimonium clandestinum sit licitum. Ad quòd dico quòd non, sed est peccatum mortale, cum sit prohibitum de clandestina desponsatione cap. Quod nobis, & cap. Cum in initio, & quòd sit prohibitum sub pœna peccati mortalis, colligitur ex pœna ibi imposita sacerdoti astanti tali matrimonio, quia suspenditur triennium ab officio: ergo ipsi coniuges etiam peccat mortifer e

Secunda. 4. quest. 47. art. 5.

tifere, quia alias non puniretur sacerdos tanta poena. Secundo probatur, quia ex huiusmodi matrimonij sequitur magnum nocentum in repub. Christiana: ergo peccat mortifere, & maxime sequitur hoc nocentum ex clandestino matrimonio quod celebratur sine testibus, quia ut constat experientia postea sponsus facile negat sponsam vel contra, & sequuntur lites & dissensiones inter consanguineos utriusque partis. Tertio confirmatur. 30. q. 5. cap. aliter, ubi appellantur huiusmodi matrimonia clandestina adulteria & contubernia: ergo est peccatum mortale, sic clandestine contrahere. Quibus autem modis contingat matrimonium clandestinum, explicat Palud. in. 4. d. 28. q. 2. ex Ostiensis, & dicit quod sex modis contrahitur matrimonium clandestinum. Primus est quando sine testibus contrahitur. Secundus modus est, quando consumatur matrimonium ante benedictionem ecclesiae, hoc est ante illas benedictiones, quas vellationes vocat. Tertius est, quando contrahitur cum secunda, non solutis sponsalibus cum prima: quia postquam volebat vir contrahere cum secunda, deberet prius procurare, ut ex consensu amborum dissoluerentur sponsalia prius contracta. Quartus modus est, quando coniuges contrahunt matrimonium ante annos pubertatis. Quintus modus est, quando contrahunt tempore quo nuptiae interduntur ab ecclesia, vel per generale interdictum vel particulare. Sextus modus est, quando omnino tollentur iuris quia antequam contrahant debent prius denunciari, quae denunciatio banum vocatur, & addit quod his omnibus modis incurruntur poenae impositae in illo cap. cum inhibito. Haec Ostiensis & Palud. refert ex illo & non restringit nec reprehendit illam. Glo. autem in praedicto cap. cum inhibito, ponit tantum tres modos ex his. Primus, quando sine testibus contrahitur matrimonium. Secundus, quando sine solennitate. Tertius, quando sine banis. i. sine publicatione denunciantur, ut si quis sit impedimentum inter illos qui volunt contrahere dicat, & addit glo. quod in istis tribus modis tantum incurruntur poenae iuris, & haec sententia est probabilior, cum poenae non sint extendendae, sed potius restringendae. Et hanc sententiam acceptat Panor. super illud cap. cum inhibito, & Ioan. Andreas in addit ad speculatorem tit. de clandest. despons. & Innocen. 4. super praedictum cap. cum in initio. Et haec est sententia Theologorum. PRÆTEREA, est dub. circa praedictum cap. cum inhibito, si quis contrahat publice, tamen omisit bana seu edicta illa, an incurrat poenas praedicti cap. cum inhibito, & videtur quod non, quia illud matrimonium non est clandestinum, sed publicum. Ad quod dicendum quod in aliquibus prouincijs non est consuetudo,

quod fiant illa bana aut edicta, & mihi fuit dictum a fide dignis, quod in Gallia non est consuetudo talium banarum, quia aliquando ex illis sequuntur aliqua calumnia: & in his prouincijs ubi non est consuetudo quod illa bana fiant non incurruntur poenae Canonis, esto sine illis banis contrahatur matrimonium, & tale non dicitur clandestinum matrimonium.

AN autem in prouincijs, ubi est consuetudo praedictorum banorum incurrantur poenae Canonis in praedicto matrimonio dubitant doctores: & Panor. videtur magis probabile quod etiam in praedictis prouincijs, ubi est consuetudo banorum, praedictum matrimonium non est obnoxium illis poenis, glo. autem citata dicit oppositum. Ego autem credo quod contrahentes contra illa iura, non seruatis illis banis in prouincijs, in quibus est illorum consuetudo peccant mortifere, cum illud praecipitur sub grauius poenis: in prouincia autem ubi non est talis consuetudo excusantur. Est tamen aduertendum quod potest esse aliqua causa rationabilis qua excusentur a poenis contrahentes clandestine, & signantur aliqua a doctores, nempe si timeretur impedimentum matrimonij in locis ubi sunt factiones & dissensiones, quae cedantur per illud matrimonium clandestinum, & tunc licebit contrahere clandestine etiam in prouincijs in quibus est consuetudo illorum banorum. Secundo quando sunt nobiles vel principes non est opus illis edictis, quia illa fiunt ne quis contrahat cum consanguinea. Genealogia autem nobilium & principum communiter sunt nota, ideo non videtur quod tunc requirantur illa bana. Tertio excusantur huiusmodi clandestinum matrimonium non praemissis banis propter pudorem, ut si senes ducat puellam, si nobilis ignobilem, si diues pauperulam, quia tunc rationabiliter volunt illi coniuges quod non publicetur praedictum matrimonium antequam celebretur: ideo merito iura descendunt.

AN autem in his casibus possit licite contrahi matrimonium sine licentia Episcopi. Dicendum est, quod si potest peti facultas ab Episcopo & non fit, non excusantur illi clandestine contrahentes. Secundo dico, quod si timetur quod Episcopus impediatur, vel si adest alia causa rationabilis propter quam non petatur illa facultas, excusantur sic clandestine contrahentes a peccato in praedictis casibus. Et videtur quod sufficiat vnum edictum (licet iura exigant tria). Ad hoc quod sic excusentur maxime quando alias constat communiter, quod non sunt consanguinei. Et si petas quam poenam incurrant contrahentes clandestine. Dico quod in iure non ponitur eis sententia excommunicationis, solum dicitur in praedicto cap. fin. de clandestina desponsatione, quod filij non sunt legitimi, nisi postea contrahant in facie ecclesiae, &

Secunda. 4. quest. 48. art. 5. fo. 452.

& quod sacerdos astans suspendatur per triennium, non autem quod ipso facto sit suspensus, & quod imponatur poenitentia ipsis contrahentibus. Quod (ut ibidem dicit glo.) intelligitur quod imponatur praedicta poenitentia ad arbitrium iudicis. Secundo dico, quod in synodalibus Episcoporum, feriuntur contrahentes clandestine, poena excommunicationis ipso facto incurrenda, & omnes testes ibi astantes feriuntur simili poena. Tertio dico, quod esset bonum quod tolleretur ista excommunicatio & maneremus in iure communi, tu quia non seruatur illa lex, sed cotidie excommunicantur, cum frequenter sic contrahant clandestine, & Episcopi deberent esse contenti cum poena iuris, tum quia videtur species questus, quia postquam praedicti coniuges soluunt poenam illam pecuniariam ab Episcopis taxatam statim absoluuntur: & esto prius petant facultatem ad contrahendum simile matrimonium non licet Episcopi concedere, sed aliquando aliqui vicarij Episcoporum consulunt ipsis coniugibus, quod contrahant quia postea absoluetur, quod pessimum concilium est cum consulant eos mortaliter peccare, & in excommunicationem incidere, quod totum videtur significare, quod illa prohibitio est ad quatuor, cum adueniente pecunia statim Episcopi condonent omnia.

PRÆTEREA, est dub. de consumatione matrimonij clandestini, ante benedictiones ecclesiasticas, an sit peccatum mortiferum: sponsum accedere ad sponsam antequam benedicatur, esto publice contraxerint matrimonium. Et arguitur a parte affirmatiua, quia est iure prohibitum, ut habetur. 30. q. 5. in aliquibus cap. Secundo quia videtur contemptus ecclesiae sic accedere sponsum ad sponsam: ergo est mortale. In oppositum est quia iste vitur re sua, ergo non peccat accedendo ad illam. Ad hoc respondet Caiet. in propria q. quia qua mouet hoc dub. in additionibus ad. 3. p. S. Thomae, & dicit quod maritum accedere ad uxorem ante praedictas benedictiones non est peccatum mortiferum, probat quia talis vitur re sua: ergo &c. Ego autem respondebo aliquibus propositionibus. Prior est, de iure naturali & diuino nullum est peccatum sponsum accedere ad sponsam ante benedictionem ecclesiae, quia nullo horum iure est prohibitum. Secunda propositio est cum Caiet. De iure humano non est peccatum mortale praedictus accessus: quia illa iura quae prohibent talem copulam, ante benedictiones ecclesiae sunt statuta quaedam, & nullum illorum est ius praecipuum, & confirmatur. 30. q. 5. cap. nostrates: dicitur quod esto non seruatur illa omnia non est peccatum, & in Betica, & in Cantabria, & in Lusitania est consuetudo quod ante benedictiones ecclesiasticas trahitur sponsa sponso. Et huius

sent. est Syluest. in sum. verb. debitum coniugale q. 9. & addit Syluest. quod si illi coniuges timerent alias corruptelas consulendum est eis, ut consumant matrimonium etiam ante benedictiones ecclesiae, dummodo fiat sine scandalo, & dicit quod idem tenet Ostien. & alij qui alij Iureconsulti. Tertio dico quod aliqui Theologi, ut Ricard. dicunt quod prius petens illam copulam peccat mortaliter, non autem reddens debitum. Sed hi esto dicant non probat, ideo suum dictum non est magni momenti. Quarto dico, quod si ex causa rationabili coniuges carnaliter conueniant ante benedictiones ecclesiae secluso scandalo non peccant neque venialiter, quia iam uterque coniux vitur re sua, & non inuenitur verbum praecipuum in contrarium in aliquo iure. Quinto dico quod ex quacunque causa conueniant praedicti coniuges secluso scandalo nunquam erit mortale. Et haec concludit S. Tho. in. 4. d. 28. q. vnica arti. 2. ad. 3. ubi dicit quod si sponsus per verba de futuro petat copulam ab sponsa, & si sponsa putans eum petere ad consummandum matrimonium admittat illud non peccat, ergo a fortiori ratione peccabunt illi qui iam sunt veri coniuges per verba de praesenti.

SE D oritur aliud dub. an vsus matrimonij clandestini sit peccatum mortiferum, nempe est mulier vidua, & vult nubere, sed ob pudorem nolit quod sciretur, quia esset sibi infamia nubere propter quam causam nubit clam, & admittit virum ad copulam carnalem, an illa copula carnalis inter tales esset peccatum mortale, & videtur quod non, quia non est totum illud factum prohibitum: & ideo vitur rebus suis, postquam sic contraxerunt. Ad quod dub. respondet Caiet. ubi supra dicens, quod dupliciter potest hoc considerari, vno modo de genere suo, alio modo propter scandalum quod inde nascitur, quod fere impossibile est caelari, & putabantur concubinarij & orientur inde seditiones. Haec praemissa distinctione ponit Caiet. tres propositiones. Prima est, ratione scandali potest esse peccatum mortale, & quia plurimum ex tali matrimonio sequitur scandalum, ideo (inquit) absolute dicendum est quod praedictus matrimonialis actus est peccatum mortiferum. Secunda propositio est. Praedictus concubitus ex suo genere non est peccatum mortale, cum ille vir vitur re sua. Tertia propositio est, quod quia cauetur strictissime a summo pontifice ne fiant talia matrimonia clandestina, nec sic sponsus vitur sponsa, praedicta copula erit peccatum mortiferum, haec Caiet. Ego autem dico tanquam probabilius, quod praedictus vsus matrimonij clandestini, stando in iure diuino & naturali, est peccatum mortiferum: probatur, quia quantum est de se, est contra finem matrimonij, qui est generatio & bona educatio

proles, & prædicto euentu posito, non posset proles bene educari, & priuatur multis bonis, quia sunt filij illegitimi & non succedunt in hereditate patrum, & nec posset proles commode educari cum non possint illi parentes liberos secum habere. Est tamē aduertendū, quod hoc quod dixi de dicto vsu matrimonij clandestini, intelligitur quando illi coniuges intenderent longo tempore, vel tota vita celare prædictum matrimonium. Secus autem si ad breue tempus intenderēt sic occulte manere, quia tunc non esset ille vsus mortalis, & si cum causa rationabili (vt diximus) fiat ad breue tempus, nec erit peccatum veniale.

Quæstio. 48.

De consensu cui aduenit iuramentum vel copula carnalis.

DEINDE considerandum est, de consensu cui aduenit iuramentum vel copula carnalis.

CIRCA quod queruntur duo.

PRIMUM est, *verum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium?*

SECUNDUM est, *verum copula carnalis eidem consensui adueniens faciat matrimonium?*

Articul. primus

Vtrum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium? Tho. 4. dist. 28. q. v. nica artic. 1. & seq.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium, nullus enim potest se obligare vt faciat contra ius diuinum: sed implere iuramentum est de iure diuino, vt patet Mat. 5. Reddes autem domino vota tua: ergo

per nullam obligationem sequentem potest euenire quod homo non debeat tenere iuramentum prius factum. Si ergo post consensum in aliquam per verba de futuro iuramento firmatum, aliquis alteri se obligat per verba de presenti, videtur quod nihilominus debeat iuramentum primum seruare, sed hoc non esset nisi iuramento illo esset matrimonium illud perfectum: ergo iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro facit matrimonium.

PRÆTEREA, veritas diuina fortior est quam veritas humana: sed per iuramentum veritate diuina firmatur aliquid, cum ergo verba exprimentia consensum de presenti in quibus est sola veritas humana matrimonium perficiant, videtur quod multo amplius id efficere possint verba de futuro iuramento firmata.

PRÆTEREA, secundum Apostolum Heb. 6. Omnis controversia finis est iuramentum: ergo in iudicio saltem plus est standum iuramento quam simplici verbo. Si ergo aliquis simplici verbo consentiant in aliquam per verba de presenti, postquam consenserit in aliquam cum iuramento per verba de futuro, videtur quod iudicio ecclesie debeat compelli stare cum prima & non cum secunda.

PRÆTEREA, verba de futuro simpliciter prolata faciunt sponsalia, sed iuramentum ibi aliquid operatur: ergo facit plus quam sponsalia, sed ultra, sponsalia non est nisi matrimonium: ergo faciunt matrimonium.

SED contra, quod futurum est non est, sed iuramentum additum non facit quin verba de futuro, significant consensum de futuro: ergo ad huc matrimonium non est.

PRÆTEREA, postquam perfectum est matrimonium non oportet quod alius consensus interueniat ad matrimonium: sed post iuramentum aduenit alius consensus qui matrimonium facit, aliàs frustra iuraretur illud esse futurum: ergo non facit matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quod iuramentum adhibetur ad confirmationem dictorum: unde illud tantum confirmat quod in dictis significatur: nec significatum mutat:

mutat: ideo cum verba de futuro ex ipsa sui significatione habeant quod matrimonium non faciant, quia quod futurum promittitur nondum fit, etiam si iuramentum adueniat, nondum est matrimonium factum, sicut Magister in littera dicit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod implere iuramentum est licitum, unde si aliqua obligatio sequens iuramentum faciat illud illicitum cum prius fuisset licitum, non derogat iuri diuino, qui iuramentum prius factum non seruat. Ita est in proposito: illicitum enim iurat qui illicitum promittit: promissio autem de alieno est illicita: unde consensus sequens per verba de presenti, quo quis transfert dominium sui corporis in aliam, facit præcedens iuramentum esse illicitum quod prius licitum erat.

AD SECUNDUM dicendum, quod veritas diuina efficacissima est ad firmandum illud cui adhibetur.

VNDE patet solutio ad tertium.

AD QUARTUM dicendum, quod iuramentum aliquid operatur, non nouam obligationem faciens, sed factam confirmans, & sic grauius peccat qui eam violat.

CIRCA dubium huius art. merito quis queret, an si quis promittat alicui mulieri se illam ducturum in uxorem in particulari, possit intrare religionem antequam illam ducat. Ad quod respondendum est affirmatiue: quia illa promissio non impedit, quin illa stante liceat promittenti transire ad religionem, cum etiam postquam habet illam sponsam ante confirmationem matrimonij potest transire ad religionem: si autem iurauit, ob reuerentiam iuramenti debet prius illam ducere, deinde ante quam carnaliter conueniant licebit intrare religionem, vt habetur de sponsalibus cap. commissum & infra.

Artic. secundus

Vtrum carnalis copula post verba de futuro consensum exprimētia faciat matrimonium?

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod carnalis copula post verba de futuro exprimentia consensum

faciat matrimonium, quia maior est consenti- facta quam verbo: sed ille qui carnaliter commiscetur consentit promissioni quam prius fecit: ergo videtur quod multo magis per hoc fiat matrimonium, quam si solus verbis de presenti consensus fieret.

PRÆTEREA, consensus non solum expressus, sed etiam interpretatiuus facit matrimonium: sed nulla potest esse maior interpretatio consensus, quam carnalis copula: ergo perficitur matrimonium per hoc.

PRÆTEREA, omnis coniunctio carnalis præter matrimonium facta est peccatum, sed mulier non videtur peccare admittens sponsum ad carnalem copulam: ergo per hoc fit matrimonium.

PRÆTEREA, non demittitur peccatum nisi restituatur ablatum: sed aliquis non potest mulieri quam deflorauit sub specie matrimonij restituere ablatum: nisi eam coniungio ducat: ergo videtur quod si etiam post carnalem copulam cum alia contraxit per verba de presenti, quod teneatur ad primam redire: quod non esset nisi inter eos esset matrimonium: ergo carnalis copula post consensum de futuro facit matrimonium.

SED contra est, quod dicit Nico. Papa, si consensus in nuptijs defuerit, etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.

PRÆTEREA, quod consequitur ad aliquid non facit ipsum: sed carnalis copula sequitur ipsum matrimonium, sicut effectus causam: ergo non potest facere matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quod de matrimonio possumus loqui dupliciter. Vno modo quantum ad forum conscientie, & sic rei veritate carnalis copula non habet quod perficiat matrimonium, cuius sponsalia præcesserunt per verba de futuro sic consensus interior dicit, quia verba de presenti etiam consensum exprimentia si consensus mentalis deesset non faceret matrimonium. Alio modo quantum ad iudicium ecclesie: & quia in exteriori iudicio secundum ea que foris patent iudicatur, cum nihil possit expressius significare consensum, quam carnalis copula secundum iudicium ecclesie, carnalis copula sequens sponsalia ma-

matrimonium facere iudicatur, nisi aliqua signa expressæ doli, vel fraudis appareant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ille qui carnaliter commiscetur facti consentit in carnalem copulam secundum rei veritatem, sed in matrimonium non consentit ex hoc ipso nisi secundum interpretationem iuris.

AD SECVNDVM dicendum, quod interpretatio illa non mutat rei veritatem, sed iudicium quod de rebus exterioribus fit.

AD TERTIVM dicendum, quod si sponsa sponsum admittens credat eum velle matrimonium consumere, excusatur à peccato nisi aliqua signa expressa fraudis appareant: sicut si sunt multum distantes conditionis, vel quantum ad nobilitatem, vel quantum ad fortunam, vel aliud signum evidens appareat: sed tamen sponsus peccat & fornicando, & quod plus est fraude quam facit.

AD QVARTVM dicendum, quod in tali casu sponsus antequam aliam cognoverit, teneatur eam ducere in uxorem si sint equalis conditionis, vel si sponsa sit melioris conditionis: sed si aliam duxerit factus est iam impotens ad soluendum illud ad quod tenebatur: & ideo sufficit si ei denupsus provideat & ad hoc etiam non tenetur, ut quidam dicunt, si sponsus sit multo melioris conditionis, aut aliquod signum fraudis evidens fuerit: quia presumi probabiliter potest, quod sponsa non fuerit decepta, sed decipi sinxerit.

EST concl. Diui Tho. in isto art. negativa stando in iudicio conscientie, ratio est, quia copula sequitur illi consensum matrimonij futuri, quod nondum erat contractum: ergo non efficit validum matrimonium, sed in hoc euentu, nempe, quod coniuges contrahunt per verba de futuro, & superuenit copula carnalis. Dicendum quod in iudicio conscientie standum est intentioni contrahentiæ, in iudicio autem ecclesie erit validum prædictum matrimonium, quia ille vir voluit consummare matrimonium quando sic spondit, & ideo cum nunc habeat copulam carnalem est argumentum quod consentit in præsentem: unde recte iudicat ecclesia quod valeant illæ nuptiæ, cap. Veniens, cap. Tua nos, cap. is qui de sponsalibus, & Panor. & alij Iureconsulti ibidem, & quod copula carnalis adueniens prædictis sponsalibus conficiat matrimonium præsum-

ptum, habetur in cap. Is qui de sponsalibus, ubi dicitur, quod ex præsumptione tenet tale matrimonium:

¶ Rursus est dub. de illo qui accedit ad sponsam de futuro, ignorans & putans quod iam propter sponsalia, illa femina est sua vxor, aliàs non accessurus ad illam. Ad quod dicendum negatiue, quia ut supra dicebamus nihil est tam contrarium consensui quam error. Rursus ex mente omnium Theologorum dico, quod si quis desponsauit Bertam, & postea non cogitans de matrimonio habet cum illa copulam carnalem, & interim contrahit cum alia secunda per verba de præsentem. Secunda est vxor in foro conscientie & non prima: & tunc si ille vir compellatur ab ecclesia ut cohabitaret cum prima, debet patienter ferre excommunicationem, vel recedere à patria propter scandalum, quia quod ad Deum non est excommunicatus, nec potest cohabitare cum priorum non sit sua vxor, & ecclesia procedit ex præsumptione, non ex veritate rei. Et simili modo dico quod si quis desponsauit duas successiue per verba de futuro, & habuit copulam cum secunda, non fiet matrimonium etiam in foro exteriori, quia in interiori iam ex dictis constat quod si defuit consensus non est matrimonium, sed quod nec in foro exteriori patet: quia illa secunda sponsalia non fuerunt vera sponsalia, cum prædictus vir teneretur ad priora sponsalia, & secunda sponsatio non derogauit priorum: ergo copula superueniens etiam in foro exteriori non conficit matrimonium. Ioan. tamen Maior, d. 27. q. 5. dicit quod debet iudicari matrimonium illa secunda sponsatio, superueniente copula, probat, quia maius vinculum tollit minus, & illa secunda sponsatio cum copula est maius vinculum quam prima: & citat cap. primū de sponsalibus in hanc sententiam. Sed ego nihil illic inueni ad propositum, quia ibi præsumitur consensus matrimonij qui in nostro casu non habetur. Ideo relinquo Maiorē, & pro nobis est Syluest. verb. sponsalia, q. 10. Et est notanda hic solutio ad 4. argumentum, ubi Tho. dicit quod qui deflorauit virginem non tenetur ad restitutionem nisi interuenierit dolus: & addit quod quando est notabilis excessus inter virum & uxorem, ita ut vir notabiliter excedat femina, non censetur decepta femina, quia deberet presumere quod ille dixisset se illam dūcturum, non dicebat ea intentione ut faceret, sed ut illa videretur.

Quæstio. 49.

De consensu coacto, DE-

DEINDE considerandum est, de consensu coacto & conditionato.

CIRCA quod quaruntur sex.

PRIMVM est, Vtrum aliquis consensus sit coactus?

SECVNDVM est, Vtrum aliqua coactio cadat in constatem virum?

TERTIVM est, Vtrum consensus coactus faciat matrimonium?

QVARTVM est, Vtrum consensus coactus faciat matrimonium ex parte cogenti?

QVINIVM est, Vtrum consensus conditionatus matrimonium faciat?

SEXTVM est, Vtrum aliquis possit cogi à patre ad matrimonium contrahendum?

Articul. primus

Vtrum aliquis consensus possit esse coactus?

Tho. 4. dist. 29. q. vnica artic. 1. & seq.



DE PRIMVM sic proceditur. Videretur quod nullus consensus possit esse coactus: coactio enim in lib. arb. cadere non potest secundum aliquem statum eius, ut in 2. lib. dist. 25. dictum est: sed consensus est lib. arb. ergo non potest esse coactus. PRAETEREA, violentia idem est quod coactio, sed coactio secundum Philosophum est cuius principium est extra nihil conferente vim passo, sed omnis consensus principium est intra: ergo nullus consensus potest esse coactus. PRAETEREA, omne peccatum consensu perficitur, sed illud quo perficitur peccatum cogi non potest: quia secundum Aug. nullus peccat in eo quod vitare non potest. cum ergo vis à iuristu definitur esse maioris rei impetus qui repelli non potest, videtur quod consensus non possit esse coactus vel violentus. PRAETEREA, dominium libertati opponi-

tur, sed coactio ad dominium pertinet, ut patet in quadam Tullij definitione: dicit enim quod vis est impetus dominantis retinens rem inter terminos alienos: ergo vis in lib. arbi. non cadit, & ita nec in consensum, qui est actus eius. SED contra, illud quod esse non potest, non potest aliquid impedire: sed coactio consensus impedit matrimonium, ut in litera dicitur: ergo consensus cogi potest.

PRAETEREA, in matrimonio est quidam contractus, sed in contractibus potest esse voluntas coacta: unde Legislator in integrum restitutionem adiudicat, ratum non habens quod vis, metu suæ causa factum est: ergo in matrimonio potest esse consensus coactus.

RESPONDEO dicendum, quod duplex est coactio vel violentia. Vna quæ facit necessitatem absolutam, & tale violentum dicitur, à Philosopho violentum simpliciter: ut cum quis aliquem corporaliter impellit ad metum: alia quæ facit necessitatem conditionatam, & hæc vocat Philosophus violentum mixtum: sicut cum quis projicit merces in mare ne periclitetur, & in isto violento quamuis hoc quod fit non sit per se voluntarium, tamen consideratis circumstantijs hic & nunc voluntarium est: & quia actus in particularibus sunt, ideo simpliciter voluntarium est, sed secundum quid inuoluntarium: unde hæc violentia vel coactio potest esse de consensu qui est actus voluntatis: non autem pura: & quia hæc coactio fit ex hoc quod timetur aliquod periculum imminens, ideo ista vis idem est quod metus qui voluntatem cogit quodam modo, sed pura vis cadit & in corporalibus actibus. Et quia Legislator considerat non solum interiores actus, sed magis exteriores: ideo per vim intelligit coactionem simpliciter, propter quod vim contra metum diuidit: sed nunc agitur de consensu interiori in quem non cadit coactio seu vis quæ à metu distinguitur: & ideo quantum ad propositum pertinet idem est coactio quod metus: est autem metus secundum iuris peritos instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Et per hoc patet solutio ad obiecta: non primæ rationis procedunt de coactione prima, secundæ de secunda.

CIRC

CIRCA istum primum art. est aduertēdū quōd materia huius q. tractatur a S. Tho. cum alijs in 4. d. 29 vnde hęc litera desumpta est, & hoc dubium mouetur solum ad exponendum quid sit, & quo modo cōtingat consensus coactus, cum consensus sit actus voluntatis, & voluntas non potest cogi, vt docet ipse S. Tho. prima secundæ q. 6. art. 4. Vnde nota quōd coactio & violentia pro eodē accipiuntur, & etiam vis vt Iureconfulti habēt, & coactio, & quōd ista sint a principio extrinseco passo non conferente vim, & quia voluntas non potest habere actum: contra suam inclinationem, cum ipse actus sit quædam eius inclinatio: ideo est dub. quo modo dicitur cōsensus coactus aut violentus, & quia hoc locu lenter declarat S. Tho. in sua litera, nec ibi sit alia difficultas sufficiat litera S. Tho.

Artic. secundus

Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quōd coactus merus non cadat in constantem virum, quia de ratione constantis est quid non trepidet in pe-

riculis: cum ergo metus sit trepidatio mentis ratione periculi imminētis, videtur quōd non cogatur metu.

PRÆTEREA, omnium terribilium finis est mors, secundum Philosophum in 3. Ethico. quasi perfectissimum inter terribilia: sed constantes non coguntur morte, quia fortis etiam pericula mortis sustinet: ergo nullus metus cadit in constantem virum.

PRÆTEREA, inter alia pericula, præcipue a bonis timetur periculum fame, sed timor infamie non reputatur timor cadens in constantem virum: quia, vt dicit lex, timor infamie non continetur illo edicto, quod metus causa factum est: ergo nec aliquis alius metus cadit in constantem virum.

PRÆTEREA, metus in eo qui metu cogitur peccatum relinquit, quia facit eum promittere quod non vult soluere, & sic facit eum mentiri, sed non est constantis aliquod peccatum

etiam minimum pro aliquo timore facere: ergo nullus metus cadit in constantem virum.

S E D contra. Abraham & Isaac constantes fuerunt: sed in eis cecedit metus, quia ratione metus dixerunt uxores suas sibi esse sorores: ergo metus potest cadere in constantem virum.

PRÆTEREA, vbiq; est violentum mixtum, est aliquis metus cogens: sed aliquis quantumcunq; constans potest pati tale violentum, quia si sit in mari, merces proijciet tempore naufragij: ergo metus potest cadere in constantem virum.

RESPONDEO dicendum, quōd cadere metum in constantem, & metu cogi, sic sumitur. Cogitur autem aliquis metu, quando aliquid facit quod alias non vellet ad euitandum id quod timet: in hoc autem constans ab inconstanti distinguitur quantum ad duo. Primo, quantum ad qualitatem periculi quod timetur, quia constans sequitur rationem rectam per quam scit quid pro quo dimitendum sit vel faciendum: semper autem minus malum vel maius bonum eligendum est: & ideo constans ad minus malum sustinendum cogitur metu maioris mali, nō autem cogitur ad maius malum propter metum minoris mali, scilicet, ad peccatum propter metum corporalis pœnæ. sed pertinax è contra non potest cogi etiam ad minus malum sustinendum vel faciendum, vt euitet maius malum: vnde constans est medius inter inconstantem & pertinacem. Secundo, differunt quantum ad estimationem periculi imminētis, quia fortis non nisi ex forti estimatione & probabili cogitur, sed inconstans ex leui. Prouer. 27. fugit impius nemine persequente.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd constans sicut de forti dicit Philosophus, est intrepidus: non quōd non timeat, sed quia nō timet quæ non oportet, vel nisi quando oportet.

AD SECVNDVM dicendum, quōd peccata sunt maxima malorum: & ideo ad hæc nullo modo potest homo constans cogi: imò magis debet homo mori quam talia sustinere, vt etiam Philosophus 3. Ethic. dicit. Sed quedam damna corporalia sunt minora quibusdam alijs, inter quæ sunt præcipua quæ ad personam perti-

pertinent, sicut mors, verbera, de honestario per stuprum, & seruitus: & ideo existit constans cogitur ad alia damna corporalia, & hæc continentur hoc versu: Stupri, siue status, verberis atq; necis. Nec differt verum hæc pertineat ad personam propriam, vel uxoris, vel filiorum vel aliorum huiusmodi.

AD TERTIVM dicendum, quōd infamia quamuis sit maius damnum, tamen ei de facili occurrere potest: & ideo non reputatur cadere in constantem virum metus infamie secundum iura.

AD QVARTVM dicendum, quōd constans non cogitur ad mentendum, quia tunc vult dare: sed cum postea vult petere restitutionem, vel saltem iudici denunciare, si se promissit non petituram restitutionem: non potest autem promittere se non denunciaturum: quia cum hoc sit contra bonum iustitiæ, ad hoc cogi non potest. vt. j. contra iustitiam faciat.

IN HOC art. 2. non est difficultas præterea quæ dicit S. Tho. nam ipse locu lenter explicat, quid sit metum cadere in aliquem, & quid sit aliquem cogi, quis est vir constans, quisue inconstans: quis autem pertinax. Et nota solutionem ad secundum argumentum, vbi definit, quis dicatur metus cadens in constantem virum, & quia eadem materia rursus petitur in art. 3. sequenti, ideo illo prius viso descendemus amplius ad particularia quam descendat S. Tho.

Articul. tertius.

Vtrum consensus coactus tollat matrimonium?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quōd consensus coactus non tollat matrimonium, quia sicut ad matrimonium requiritur cōsensus: ita ad baptismum

requiritur intentio: sed coactus timore ad recipiendum baptismum recipit sacramentum: ergo coactus ad consentiendum aliquo timore matrimonio obligatur.

PRÆTEREA, violentum mixtum secun-

dum Philosophum plus habet de voluntario quā non voluntario: sed non potest aliter consensus esse coactus nisi per violentum mixtum: ergo nō omnino excluditur voluntarium, & ita adhuc est matrimonium.

PRÆTEREA, ei qui consentit in matrimonium coactus consulendum videtur quōd in matrimonio illo stet, quia speciem mali habet promittere & non soluere, a quo Apostolus vult nos abstinere: hoc autem non esset si cōsensus coactus omnino matrimonium tolleretur ergo & cetera.

S E D contra est, quod Decret. dicit. Cum consensus locum non habet, vel metus vel coactio: intercedit, necesse est vt ibi communis cōsensus requiratur, coactionis materia repellatur: sed in matrimonio requiritur communis consensus: ergo & cetera.

PRÆTEREA, matrimonium significat coniunctionem Christi ad ecclesiam quæ fit secundum libertatem amoris: ergo non potest fieri per consensus coactum.

RESPONDEO dicendum, quōd vinculum matrimonij est perpetuum: vnde illud quod perpetuari repugnat, matrimonium tollit: metus autem qui cadit in constantem virum perpetuitatem contractus tollit: quia potest repeti restitutio in integrum: & ideo hæc coactio tollit matrimonium, & non alia: constans autem vir iudicatur virtuosus qui est mensura in omnibus operibus humanis, vt Philosophus dicit in 3. Ethic. quidam autē dicunt quōd si ad sit consensus quamuis coactus interiorius est matrimonium quantum ad Deum, sed non quantum ad statum ecclesiæ quæ præsumit ibi non fuisse consensus interiorem propter metum: sed hoc nihil est, quia ecclesia non debet præsumere de aliquo peccatum quousq; proberur: peccauit autem si dixit se consentire & non consentit, vnde ecclesia præsumit eum consensisse, sed iudicat consensus illum extortum non esse sufficientem ad faciendum matrimonium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd intentio nō est causa efficiens sacramenti in baptismo, sed solum eliciens actionem agentis: sed cōsensus est causa efficiens in matrimonio: & ideo non est simile.

AD

Secunda. 4. quest. 49. art. 3.

AD SECVNDVM dicendum, quod ad matrimonium non sufficit quodcumq; voluntariu, sed voluntarium completè, quia debet esse perpetuum: & ideo per voluntarium mixtu impeditur.

AD TERTIVM dicendum, quod non semper debet induci ad hoc quod in matrimonio illo stet, sed solum quando timetur periculum de dissolutione, alias autem non peccat: quia non soluere promissa, quæ volens facit non est species mali.

CONCLUSIO huius 3. art est quod motus cadens in constantem virum impedit ne conficiatur matrimonium. Probat, quia tollit perpetuitatem quæ requiritur ad essentiam matrimonij, vt si adolescens comprehensus cum puella cogatur à parentibus puellæ, vel à cõprehendètib; quod illam ducat vxorem, & ipse coactus illo metu consentit interius. Omnes communiter respõdent duabus propositionibus, in illa d. 29. Prima est, cõsensu coactus timore cadente in cõstantem virum, impedit matrimonium penitus ne conficiatur, & de hoc erat dubiu, nam si nõ esset consensus non erat matrimonium, vt iam supra diximus. Sed nunc tractamus an verus quidem consensus, sed tamen coactus timore cadente in constantem virum impediatur matrimonium. Ad quod respondemus affirmatiuè priore illa conclusione. Secunda cõclusio est, timor leuis, vel consensus coactus leui timore, qui non cadit in constantem virum non impedit matrimonium. Hæ duæ conclusiones habentur cap. veniēs, de sponalibus, & cap. Consultationi tua, & cap. Cum locu, quibus locis habetur expressè ista conclusio prima, & secunda virtualiter, quia elicitur ex prima à contrario sensu. Sed secunda cõclusio est, expressè de alijs contractibus cap. Cum dilectus de his quæ vi, metusue causa fiunt: vbi dicitur quod metus leuis qui non cadit in constantem virum non impedit votum. Ista sunt certa, & sic in iure definita & ab omnibus recepta.

¶ **SED** est dub. an sit de iure diuino, quod metus cadens in constantem virum inualidet matrimonium, vel an solum de iure humano. De quo sunt duæ opinionēs, altera est Scoti, in 4. d. 29. q. vnica, art. 2. nempe, quod est de iure diuino quod metus cadens in constantem virum impediatur matrimonium, probat ex illo Gen. 2. propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ: vbi dicitur quod ipse vir debet adhæreere & non debet cõiugi ab alio. Secundo Gene. 24. quando venit seruus Abraham ad Mæsoptaniam vt adduceret Re-

becca ad Isaac filium Abraham, ipsa respondit parentibus suis quærentibus: vis ire cum homine isto? volo: ergo requiritur consensus liber necessarius ad matrimonium de iure diuino. Tertio, videtur quod de iure naturali exigatur in contractu matrimoniali maior libertas quam in alijs, cū in isto sit traditio proprii corporis, in alijs autem non: eiusdem sententiæ est, Gabriel in 3. d. 39. q. 1. cõcl. 8. vbi dicit quod est casus exceptus à Deo, quod metus cadens in constantem virum impediatur matrimonium, propter summam libertatem quæ requiritur in tali contractu. Altera opinio est Palud. nempe, quod metu solum statuto ecclesiæ inualidatur matrimonium, & hoc dicit in 4. d. 29. q. 1. arti. 3. conclu. 2. Cuius sent. est Ricard. d. 29. art. 1. q. 1. Maior. d. 29. q. 1. Durad. d. 29. q. 2. & probat Durand. quia matrimonium non solum est sacramentum, sed etiam est civilis contractus, & in quantum est contractus civilis, ecclesia habet potestatem in eum, non autem in quantum est sacramentum, itaq; esto CHRISTVS instituisset aliquam emptionem vt esset sacramentum, nihilominus princeps posset irritare cum causa rationabili aliquas tales emptiones, vt nunc potest, & ita dicit fecit ecclesia, nempe, irritauit matrimonium cõtractum prædicto metu, quia contractus est, non quia sacramentum est, & si tantum esset sacramentum ecclesia non posset illud irritare, etiam contractum ex metu cadente in constantem virum, patet quia quantumcunq; quis baptizetur metu cadente in constantem virum, si consentiat interius, motus prædicto metu etiam alijs non consenturus, tenet baptizatus, nec posset ecclesia facere quod non esset baptizatus, & idem iudicium est de sacramento ordinis, nempe, si quis metu cadente in constantem virum promoueat ad ordines: esto cõsentiat motus prædicto metu, est verum sacramentum: ergo summus pontifex pari ratione non posset irritare matrimonium si tantum esset sacramentum. Et si quæras ab his qui defendunt istam secundam opinionem, quare matrimonium cõfectum metu leui tenet: & non aliud celebratum metu cadente in constantem virum: responderent quod ex natura rei vtrunq; tenebat, sed ecclesia irritauit illud contractum metu cadenti in constantem virum, & non aliud. S. autem Tho non exponit in hoc sufficienter mentem suam. s. cuius fuerit opinionis, sed ego coniector quod fuit opinionis Scoti, cū ad hoc non adducat statutum ecclesiæ, sed solum adducit rationem, vt constat ex sua litera. Verū est quod in argumento in contra adducit. Decret. sed in corpore art. solum probat conclusionem ratione, quæ etiam videtur fuisse ratio, qua Decretalis fuit instituta, quæ est quod propterea matrimonium contractum metu cadente in constantem virum non tenet: quia talis metus repugnat perpetuitati quæ est & debet esse

Secunda. 4. quest. 49. art. 3. fo. 456.

esse in matrimonio, quæ ratio etiam currit in iure diuino & naturali, & tunc conficio sic argumentationem. Iuri naturali repugnat quod illud matrimonium teneat: ergo non solum statuto ecclesiæ: probatur antecedens, de iure naturali omni contractui & metu cadenti in constantem virum facto, debetur, & conceditur in integrum restitutio, vt si quis coegit Socrate, vt vendat domum, tenetur ille coacto restituere domum in integrum iure naturali, quia qui fecit iniuriam tenetur restituere illum cui fecit iniuriam in integrum, at matrimonium semel validum non potest amplius rescindi: ergo de iure naturali matrimonium cõtractum metu cadente in constantem virum nõ est validum, & ex hac ratione quam cõfecit S. Tho. videtur quod fuerit opinionis Scoti, & confirmatur, quia in 3. d. 39. q. vnica, art. 3. quæst. 2. ad secundum absolutè dicit, quod metus cadens in constantem virum impedit matrimonium, & non impedit iuramentum. i. non tollit obligationem iuramenti, & assignat rationem, quia ad matrimonium non sufficit consensus, sed requiritur liber consensus. Vnde colligi videtur S. Thomam fuisse huius sent. nempe, quod de iure naturali & diuino metus cadens in constantem virum impedit matrimonium: vnde hæc opinio est probabilis. Et si petas vbi habetur hoc in iure diuino, dico quod in illis locis citatis ab Scoto. Posset fortè esse tertia opinio quæ etiam videtur probabilis licet videatur noua, quæ est quod omne matrimonium contractum quocunq; metu iniurioso, siue cadenti in constantem virum, siue non cadenti, nõ est verum matrimonium in foro conscientie: probatur, quia huic sic metu iniusto contrahenti fuit facta iniuria, & postea non potest dari restitutio, probatur consequentia, quia hoc est in alijs contractibus, nempe, quod si celebrantur metu iniurioso non tenent: ergo nec tenent matrimonium ex tali metu, cum sit longè maioris æstimationis quam alij contractus, quia oēs dicunt quod requiritur maior libertas in hoc contractu quam in alijs: antecedens probatur quia si quis cogeret Titium, vt vendat domum, nempe, si dicat non soluam. 100. aureos quos tibi debeo nisi vendas domum tuam mihi: talis contractus non erit firmus & ratus in foro conscientie, sed ille qui incutit talem metum tenetur ad restitutionem, quia fecit vendenti iniuriam, & si dicat Titius da mihi equum tuum, alias non dabo. 100. aureos quos tibi debeo, & motus tali metu dat equum alijs nõ daturus, ille incutiens illum metum tenetur ad restitutionem, & illa donatio nihil valet in foro conscientie, & omnes dicunt quod metus pecuniarum non cadit in constantem virum, imò nec metus infamie, vt dicit S. Tho. in art. præcedenti ad tertium argumentum. Mirabile igitur est quod si metu pecuniarum, aut infamie cogas

me vt dem tibi equum, aut agrum: denotationes illæ non teneant iure diuino & naturali. & si eodem metu cogas me vt in matrimonio de meipsum tali mulieri, teneat datio: arguitur in hunc modum. In bonis minimis non valet talis contractus: ergo nec in maximis, sed vnū maxime bonum hominis est corpus eius, & libertas eiusdem: ergo cõtractus, vbi debet donari corpus & libertas hominis, celebratus ex metu iniurioso non valet, propter has rationes videtur mihi hæc opinio probabilis, licet non inueniam Doctorem qui illam asserat, & ad iura quæ citauimus pro alia parte responderi posset, quod ecclesia præsumit quod ille qui ex leui metu consentit, quod absolutè consentit: & ideo non admittit leuem illam exculationem: vnde præsumptione iuris, illud in foro exteriori matrimonium reputatur, matrimonium quod in foro conscientie non est matrimonium. Et confirmatur rursus ista opinio, quia ista distinctio metus incadentem in constantem virum, & non cadentem, non est ex natura rei, sed ab ecclesia facta & inuenta, nam manifestum est quod posset esse aliquis metus, qui non numeratur inter metus cadentes in constantes viros, qui potest esse maior quam alius qui numeratur inter metus cadentes in constantem virum, quia auarus ex natura rei plus faceret metu ne perdat pecuniã, quam metu verberum, sed tamen secundum alios Doctores aliarum opinionum si contraheret matrimonium metu pecuniarum valeret matrimonium: & si fecisset metu verberum non teneretur.

¶ **PRÆTEREA**, multi plus elligerent occultè verberari & pati alios cruciatus quam difamari, & pōt esse tanta pecunia quæ petitur, & etiã ex dispositione subiecti, quod maior esset ille metus quam metus captiuitatis aut verberum: ergo distinctio prædicta non sumitur ex natura rei, sed pontifices illam inuenerunt. Et arguitur in hunc modum. Minor libertas fuit in hoc qui fecit matrimonium ex metu perdendi magnam pecuniam & metu infamie, quã in hoc qui contraxit metu seruitutis, aut captiuitatis, aut verberum, sed cum metu verberum, aut captiuitatis non tenet matrimonium: ergo nec metu magnæ pecuniæ aut infamie. Hæ rationes faciunt istam tertiam opinionem probabilem, neq; apparet quid responderent ad hæc Scotus & illi qui cum eo tenent primam opinionem, nam si ex natura rei & iure naturali & diuino, metus cadens in constantem virum impedit matrimonium, & omnes alij metus, iure naturali & diuino ex natura rei impedit alios contractus, quare non impedit contractum matrimoniale: ideo loquedo ex natura rei tertia opinio videtur vera. Qui autè voluerit tenere secundam opinionem cum Palud. & alijs, nempe, quod metus cadens in constantem virum ex solo ecclesiæ statuto impedit matrimo-

nium, etiam habet respondere ad rationes tertiae opinionis. Ideo loquendo ex natura rei, solum hae opiniones sunt probabiles, sed quia non inuenio Doctorem, qui teneat tertiam opinionem, tenendum potius puto cum communi opinione quae est illa Paludani, ad quam tenendam sufficit autoritas ecclesiae. Et ad rationes adductas pro tertia opinione dico, quod ecclesia habilitauit illum contractum factum leui metu, postquam in tanta re ille vir tam leuiter voluit consentire, ideo sibi imputetur & valeat illud matrimonium.

¶ Sed dubitabit aliquis, quis est hic metus cadens in constantem virum. Ad quod dicunt Doctores quod ecclesia determinauit, & vt dicit S. Tho. in hac q. art. 2. ad secundum. Est metus mortis, metus tormentorum, metus verberum, metus seruitutis, & in mulieribus, metus stupri, & dicunt Iureconsulti, quod alij metus qui his aequipolett, vt metus amissionis tatarum pecuniae, quod propter illam amissionem etiam perderet quis statum, & familiam, & alij metus ex his explicatur cap. cum dilectus, de his quae vi metusue causa fiunt. Ideo de his stabitur sententiae iusti iudicis.

¶ Dubium tamen est cum iste metus cadens in constantem virum sit duplex, alter iustus, alter vero iniustus, vt si quis admisit crimen, nempe, intulit puellae vim, pro quo crimine a Rege potest iuste occidi: & a parentibus iniuste incutitur ille metus mortis, nisi illam ducat uxorem: & a Rege iuste incutitur idem metus mortis, nisi illam ducat, de quo, igitur intelligitur, quod impediatur matrimonium: de iusto illo metu a Rege incusso: an de iniusto a parentibus incusso: an de ambobus? Ad quod respondet Syluest. in sum. verbo metus q. 6. quod iustus metus non impedit, & cum illo matrimonium tenet: quia nulla fit iniuria praedicto viro, & ponit exemplum. Titius scit quod quis commisit crimen Lesae maiestatis, & ait illi. Duc sororem meam, sin autem accusabo te, & iuste potest accusare illum, tunc dicit Syluest. quod talis metus non impedit matrimonium, quia ipse se posuit in tali metu. Sed contra hoc est, quia illic non est libertas, & ratio, quare metus impedit matrimonium, est quia quodam modo tollit libertatem: ergo non obstat siue sit iniustus, siue iustus: quia tantum impedit libertatem ille iustus, quantum iniustus. Secundo falsum est illud quod dicit Syluest. nempe, quod per praedictum metum aliam iustum, non fiat iniuria illi cui incutitur, quia matrimonium requirit libertatem, & ille metus tollit illam libertatem: ergo qui illum incutit facit iniuriam. Propter has igitur rationes. Ego dico quod omnis metus incussus ad istum finem, vt quis illo metu ducat aliquam uxorem, esto aliam propter alium finem, nempe, iustitiae esset iustus, est iniustus & cum iniuria: & ideo omnis talis me-

tus irritat matrimonium, & nullus habet ius ad incutiendum illum timorem ad hunc finem, vt extorqueat matrimonium.

¶ Sed contra hoc est argumentum, si quis ductus ad suspendium, dicit publicum scortum quia illa petit: & permissione Regis, conceditur illi haec facultas, vt non suspēdatur, si voluerit ducere praedictum scortum: & fertur haec esse consuetudinem in aliquibus regionibus, tunc illud est matrimonium, tamen ibi est metus mortis, quia ille suspendendus ducit praedictum scortum, alias non facturus: ergo non omnis metus cadens in constantem virum irritat matrimonium. Nec obstat si dicas quod non est matrimonium quia (vt dixi) est consuetudo in aliquibus prouincijs quod illud deputatur legitimum matrimonium, quod ecclesia non tolleraret, si ita non esset.

¶ Secundo si quis consilio medicorum contrahat, nempe, quia medici dicunt, quod si non ducat uxorem, ex abundantia humoris morietur: vnde vt euadat mortem contrahit aliam non facturus, quia ex conditione sua abhorret nuptias, tunc illud est matrimonium, & tamen est confectum metu mortis: ergo non omnis metus mortis inuadat matrimonium.

¶ Ad haec & alia id genus, secundum meam opinionem, facile respondetur, quod esto in illis duobus euentis sit metus mortis: tamen non est cum iniuria, quia non est incussus ad illum finem, vt ille metuens cogatur contrahere, sed incussus est ille metus propter iustitiam, aut propter causas naturales, & ipsi contrahentes sine persuasione aliqua volunt contrahere, & hoc mihi videtur probabilius quidquid alij dicat, qui dicunt quod oportet quod postea de nouo contrahant, non adhibeo illis fidem, quia non probant quod dicunt.

¶ Tertio in ordine argumentor in hunc modum contra principalem conclusionem, qua diximus quod metus cadens in virum constantem irritat matrimonium, dicit Diuus Aug. ad seuerum Episcopis Miliuitan. & refertur 2. 2. q. 4. cap. inter caetera, quod quidam Hubaldus nomine habebat concubinam, & accesserunt ad illum cognati concubinae incutiens metum mortis nisi duceret illam, & expellat a domo matrem propriam & sorores, & omnia iurauit Hubaldus se facturum & fecit, & respondet Aug. quod quantum ad illud quod expulit matrem & sorores a domo, non valet iuramentum: ideo poterit rursus illas recipere si voluerit: sed quantum ad illud quod duxit concubinam, quia illud efficere poterat sit matrimonium, in Deo firmum & stabile, & tamen erat metus cadens in constantem virum: ergo ille metus non impedit matrimonium. Ad hoc glo. in cap. Abbas, de his quae vi metusue causa fiunt: dicit quod non fuit ibi metus cadens in constantem virum, sed ista expositio stare non potest, quia destruit tex. & metem

mentem eius, quia expresse dicitur in tex. quod fuit ibi magnus metus necis. Panor. recipit intel lectum glo. sed etiam illud non probat. Alij dicunt quod ille metus non fuit probatus, & ideo Aug. iudicauit illud esse matrimonium. Tamen hoc, metu illum non fuisse probatum non constat, & videtur etiam contra tex. quia ibi significatur quod fuit magnus metus: ergo probatus, quia alias non explicaretur in tex. vt explicatur quod fuit timor necis. Ideo alij dicunt, & glo. citata etiam dicit quod comuniter dicitur, quod verba Aug. non sunt verba praecipua nec determinatiua facti aut rei, sed loquitur de consilio, ac si dixisset: matrimonium cum concubina licitum est, ideo consentiant sine metu & maneat: & hic sensus est verior & rationalior. Alij dicunt secundum opinionem illam comunem, scilicet, quod metus cadens in constantem virum impedit matrimonium ex ecclesiae statuto, quia ex natura rei, seclusa determinatione ecclesiae nullus metus impediens matrimonium. Secundum hanc opinionem dicunt alij, quod illo tempore Aug. nondum erat ab ecclesia prohibitum matrimonium cum metu cadenti in constantem virum: ideo tenebatur matrimonium etiam cum tali metu, & probatur hoc, quia omnia illa capitula quae citauimus fuerunt longo tempore instituta post Aug.

¶ Sed contra hoc est, quia in omnibus illis iuribus summus pontifex respondet ad casus iam factos: quo ergo iure non valebant illa matrimonia iam celebrata: quae ibidem denunciantur irrita a pontificibus: & conficio sic argumentationem, pontifex dicit quod matrimonium quod fuit contractum metu cadente in constantem virum, antequam esset ius humanum determinans aliquid de illo, quod non valebat: ergo aliquo iure erat irritum, vel naturali, vel diuino, postquam nondum erat humanum definiens aliquid de tali matrimonio: ideo opinio Scoti qui dicebat quod de iure diuino metus cadens in constantem virum irritabat matrimonium, est probabilis, & ad verba Aug. videtur quod sit melior illa solutio, nempe, quod non determinauit illud fuisse matrimonium confectum metu cadente in constantem virum, sed consulebat quod licebat concubinarijs inter se contrahere matrimonium: vnde licitum erat Hubaldo ducere suam concubinam.

¶ Et si quaeras, quare infamia non numeratur inter metus cadentes in constantem virum? Dico quod propterea, quia illa numerata sunt maiora mala quam infamia. Secundo, quia vt dicit S. Tho. infamia plurimum facile recuperatur, si ad illud adhibeatur diligentia, & quando non facile possit recuperari fama, videtur quod deberet reputari tunc inter metus cadentes in constantem virum.

¶ Rursus arguitur contra praedictam principalem conclusionem. Si quis contrahat motus blandicijs, praecipibus, aut importunitate parentum, vel amicorum, alias non facturus, est verum matrimonium: ergo etiam si contrahat metu

cadente in constantem virum: antecedens omnes concedunt libenter, nec vnquam quis de illo dubitauit, consequentia probatur, quia illae promissiones & importunitatis, tantum & magis impediunt voluntatem, quam metus cadens in constantem virum, quia est aliquis qui malit frangere aut perdere digitum quam amittere pecuniam quae datur ei vt ducat Mariam uxorem, quam alias non duceret, sed cum metu cadente in constantem virum non tenet matrimonium quia tollitur libertas: ergo nec valebit matrimonium contractum ab illo sic ductus illis praecipibus aut importunitatibus. Ad hoc dico dupliciter, prius, quod licet minus sit de libertate, est plus de voluntate sicut contingit in amantibus, qui flagrant amore mutuo voluntario & parum libero, at metus non solum opponitur libertati, sed etiam voluntati, aut voluntario, quia est contra inclinationem voluntatis, & non pecuniae, aut blanditiae nec praecipibus, sed praecipibus aut blanditijs magis inclinatur homo & magis operatur ex inclinatione voluntatis. Secundo & melius, dico quod blanditiae, praecipibus, & alia id genus non faciunt iniuriam, sed sine iniuria proponuntur, sed metus est cum iniuria, & non tantum impedit matrimonium eo quod tollit libertatem, sed quia tollit libertatem cum iniuria, & vt tollit libertatem cum iniuria, ita & voluntarium, & haec est melior solutio: ideo haec magis placet.

¶ VLTIMO est dubium, si quis duxit uxorem metu cadente in constantem virum & postea accedit carnaliter ad illam, an sit matrimonium, & arguitur a parte affirmatiua, quando ille talis accedit ad illam foeminam, iam non est metus cadens in constantem virum: & si non est matrimonium peccat accedendo ad illam: ergo non est vir constans.

¶ HOC non obstante dico ad dubium, quod si postea voluntarie affectu maritali accedit ad illam, est matrimonium. Secundo dico, quod si statim compulsus consumaret matrimonium, itaque compellitur ad consumandum matrimonium, ad illum finem vt ducat illam, accedat, non est matrimonium.

¶ ET ad argumentum in oppositum, nego quod non sit metus cadens in constantem virum: licet ille sit inconstans, quia satis est quod ex natura sua praedictus metus est talis, qui possit mouere virum constantem, & hoc sufficit ad hoc quod sit metus cadens in constantem virum licet ille sit inconstans.

Articul. quartus

Vtrum consensus coactus ex parte cogētis faciat matrimonium?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod consensus coactus saltē ex parte cogentis faciat matrimonium, quia matrimonium est signū spiritualis cōiunctionis: sed spiritualis cōiunctio quæ est per charitatē potest esse ad eū qui nō habet charitatē: ergo matrimonium est ad eum qui non vult.

PRÆTEREA, si illa quæ fuit coacta postmodum cōsentiat, erit matrimonium verū: sed iste qui cogit primo ex cōsensu illius nō ligatur: ergo ex primo consensu ligabatur matrimonio.

SED cōtrā, matrimonium est relatio æquiparatiua: sed talis relatio æqualiter est in utroq;: ergo si sit impedimentū ex parte vnius, non erit matrimonium ex parte alterius.

RESPONDEO dicendum, quod cū matrimonium sit quedā relatio, & nō potest in se in se relatio in vno extremorū sine hoc quod fiat in alio: ideo quicquid impedit matrimonium in vno, impedit ipsum in alio, quia non potest esse quod aliquis sit vir nō uxoris, vel aliqua sit uxor nō habēs virū, sicut mater nō habēs filiū: & ideo dicendum communiter quod matrimonium non claudicat.

AD PRIMVM ergo dicendum quod quamuis actus amantis possit transire in nō amantē, tamen unio inter eos non potest esse nisi sit mutua amatio: & ideo dicit Philosophus 8. Ethic. quod ad amicitiam, quæ in quadam vitione consistit, requiritur redamatio.

AD SECVNDVM dicendum, quod ex cōsensu libero illius qui primò coactus est non fit matrimonium, nisi in quantum consensus precedens in altero adhuc manet in suo vigore: vnde si dissentiret non fieret matrimonium.

Articu. quintus

Vtrum per consensum cōditionatum fiat matrimonium?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod nec per consensum cōditionatum fiat matrimonium, quia quod sub conditione ponitur, non simpliciter enunciat.

tur, sed matrimonio oportet esse verba simpliciter exprimentia consensum: ergo cōditio alicuius consensus non facit matrimonium.

PRÆTEREA, matrimonium debet esse certū: sed vbi dicitur aliquid sub conditione, ponitur illud sub dubio: ergo talis cōsensus non facit matrimonium.

SED cōtrā, in alijs contractibus fit obligatio sub conditione, & stat stante conditione: ergo cū matrimonium sit contractus quidā, videtur quod possit fieri per conditionatū cōsensum.

RESPONDEO dicendum, quod cōditio appositā aut est de presenti, aut est de futuro: si de presenti, & non est cōtraria matrimonio, siue sit honesta, siue nō honesta, stat matrimonium, stante cōditione, & ea nō stante nō stat. Sed si sit cōtraria bonis matrimonij, nō efficitur matrimonium. Si autē sit cōditio de futuro, aut est necessaria, sicut Solē oriri cras, et tūc est matrimonium: quia tēporalia futura iam sunt presentia in causis suis, aut est contingens, vt datio pecunie vel acceptatio parentū: & tūc idē est iudiciū de tali consensu, sicut de cōsensu, qui fit per verba de futuro. vnde non facit matrimonium, & per hoc patet solutio ad obiecta.

Articul. sextus

Vtrū aliquis præcepto patris possit cōpelli ad matrimonium cōtrahendum?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod aliquis præcepto patris possit cōpelli ad matrimonium cōtrahendum: dicitur enim ad Col. 3. filij obedite parentibus vestris per oīa: ergo & in hoc etiā obedire tenentur.

PRÆTEREA, Gen. 28. Isac præcepit Iacob, quod nō acciperet uxore de filiabus Chanaam, nec præcepisset, nisi de iure præcipere potuisset: ergo in hoc tenentur obedire patri.

PRÆTEREA, nullus debet promittere, præcipue per iuramentū pro illo quē non potest cogere ad seruandum: sed patres promittunt futura matrimonia pro filijs, & etiā iuramento firmant: ergo possunt præcepto cogere filios ad implendum.

PRÆ-

PRÆTEREA, pater spiritualis, s. Papa potest cōpelli præcepto ad matrimonium spirituale, s. ad episcopatum accipiendum: ergo potest & pater carnalis ad matrimonium carnale.

SED cōtrā, patre imperante matrimonium, filius potest sine peccato religionem intrare: ergo non tenetur ei in hoc obedire.

PRÆTEREA, si teneretur obedire, sponsalia per patres contracta absq; cōsensu filiorū essent stabilia, sed hoc est cōtraiura: ergo, & c.

RESPONDEO, dicendum, quod cū in matrimonio sit quasi quedā seruitus perpetua, pater nō potest cogere filiū ad matrimonium per præceptū, cū sit libera cōditio: sed potest eū inducere ex rationabili causa: & tūc sicut se habet filius ad eam illā, ita se habet ad præceptum patris, vt si causa illa cogat de necessitate, vel de honestate, & præceptum similiter cogat, aliās non.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum Apostoli non intelligitur in illis in quibus filius est liber sui, sicut pater, & huiusmodi est matrimonium, per quod etiā filius fit pater.

AD SECVNDVM dicendum, quod Iacob aliās tenebatur ad faciendum hoc quod mādabat Isac, tum propter malitiā illarū mulierū, tum quia semen Chanaā de terra pellendum erat, quæ semini Patriarcharum promittebatur: & ideo Isac præcipere poterat.

AD TERTIVM dicendum, quod non iuratur nisi illa cōditione subintellecta, si illis placuerit, & ipsi obligantur ad eos bona fide inducendum.

AD QVARTVM dicunt quidā, quod Papa non potest præcipere alicui quod accipiat episcopatum, quia consensus debet esse liber. Sed hoc posito periret ecclesiasticus ordo: nisi enim aliquis posset cogi ad suscipiendum regimen ecclesiæ, ecclesiā cōseruari nō posset, quia quādo illi qui sunt idonei ad hoc, nolūt suscipere nisi coacti. Et ideo dicendum quod non est simile hinc inde, quia non est aliqua coarctatio seruitus in matrimonio spirituali, sicut in corporali: est enim spirituale matrimonium sicut quoddam officium dispensanda Reipub. primæ Corint. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros, & c.

CIRCA istū art. aduerte prius, quod super articulum 4. & 5. nihil dictauimus, eo quod ibi tractatur materia quæ supra tractata est in q. 47. & ibi videbis. Conclu igitur

principalis huius arti. est negatiua, nēpe, quod patres nō possunt cōpelli liberos ad cōtrahendum matrimonium, ratio est, quia matrimonium est quedā seruitus, & filij sunt liberæ cōditionis, & patres nō possunt redigere eos in seruitutē: ergo parentes non possunt absolute præcipere filiis suæ vt nubat, ita quod ipsa teneatur nubere & obedire, sed possunt patres pacifici pro filijs ante annos pubertatis, & valebit cōtractus quousq; filij reclamant. Quod si nō reclamauerint, valibit ille contractus pro sponsalibus, & si reclamauerint eō ipso dissoluitur contractus.

¶ Sed est dubiū, an teneantur filij obedire patribus præcipientibus, vt ducāt talē, aut talē uxorem sub pœna peccati mortiferi, & arguitur a parte affirmatiua, quia est præceptū quod filij pareant patribus ad Col. 3. filij obedite patribus vestris per omnia, & est quartū præceptum de calogi, honora patrē tuū & matrē tuā, & c.

¶ Hoc nō obstante dico ad dubiū, quod quantum de se est, non est peccatū aliquod filio in hoc nō obedire patribus. ratio est in præcepto, quia filij vtuntur re sua: ideo in hoc nō tenentur obedire parentibus. Et ad argumentū in oppositū dico, quod intelligitur illud præceptū quod obediat, secundū quod leges iustæ disponūt, & in hoc leges Canonice relinquunt filios liberos, & si sit aliqua lex civilis quæ dicat quod filij in hoc teneantur obedire patribus, & quod si nō obediant patres possunt illos exheredare, vt in Regno Castellæ est lex tauri. Dico quod talis lex non obligat in aliquo foro, nisi à iure canonico approbetur, quia hæc cā matrimonialis est ecclesiastica: vnde nō possunt principes se intrmittere in ea, nisi ecclesia acceptet: dixi de se quia si esset scandalū, sicut si in de se querentur seditiones, vel aliquod aliud malū, vt si parentes velēt dare filiæ bonū maritū & ipsa accipit malū, ratione huius euentus mali posset peccare vel mortifere vel venialiter, secundum quantitatem & qualitatem mali sequentis.

Quæstio. 50.

De obiecto consensus.

DEinde cōsiderādū est de obiecto cōsensu. **CIRCA** quod queruntur tria.

PRIMVM est, verum consensus qui facit matrimonium sit consensus in carnalē copulā? **SECVNDVM** est, verū cōsensus in aliquā propter eam inhonestam faciat matrimonium?

Articu. primus.

MM ij Vtrum

Utrum cōsensus qui facit matrimonium sit consensus in carnalem copulam?

Tho. 4. dist. 28. art. 4.



AD PRIMVM sic proceditur.

Videtur quod consensus qui facit matrimonium sit consensus in carnalem copulam. Dicit enim Hiero. quod uouentibus uirginitatem non solum nubere, sed uelle nubere danabile est: sed non esset danabile nisi esset uirginitati contrarium, cui nuptiae non contrariatur nisi ratione carnalis copulae: ergo consensus uoluntatis qui est in nuptiis est in carnalem copulam.

PRAETEREA, omnia quae sunt in matrimonio inter uirum et uxorē, possunt esse licita inter fratrem et sororē, excepta carnali copula. sed non potest fieri licite inter eos consensus matrimonialis: ergo consensus matrimonialis est consensus in carnalem copulam.

PRAETEREA, si mulier dicat uiro, cōsensus in te ut non cognoscas me, non est cōsensus matrimonialis: quia est ibi aliquid contra substantiam praedicti cōsensus: sed non esset nisi dictus cōsensus esset in carnalem copulam: ergo, &c.

PRAETEREA, in qualibet re inuitiū cōsumationis respōdet: sed matrimonium cōsumatur per carnalem copulam: ergo cū inuitiatur per cōsensum, uidetur quod consensus sit in carnalem copulam.

SED contra, nullus cōsensus in carnalem copulam est uirgo mente et carne. Sed beatus Ioan. Euangelista post cōsensum nuptiale fuit uirgo mente et carne: ergo non cōsensit in carnalem copulam.

PRAETEREA, effectus respōdet causae, sed cōsensus est causa matrimonij: cū ergo de essentia matrimonij non sit carnalis copula, uidetur quod nec consensus qui matrimonium causa sit in carnalem copulam.

RESPONDEO dicendum, quod cōsensus qui matrimonium facit est cōsensus in matrimonium, quia effectus proprius uoluntatis est ipsum uoluntati: unde sicut carnalis copula se habet ad matrimonium, ita consensus qui matrimonium causat est in carnalem copulam: matrimonium autem ut

dictū est non est essentialiter ipsa coniunctio carnalis, sed quaedam associatio uiri et uxorē in ordine in carnalem copulam, et alia quae ex cōsequenti ad uirum et uxorē pertinent, secundum quod eis datur potestas in uicē respectu carnalis copulae, et haec associatio coniugalē copula dicitur, unde patet quod benedixerunt illi, quod cōsentire in matrimonium est cōsentire in carnalem copulam implicite, non explicitē: non enim debet intelligi nisi sicut implicite cōmetur effectus in causa: quia potestas carnalis copulae in qua cōsentitur, est causa carnalis copulae, sicut potestas utendi re sua est causa usus.

AD PRIMVM ergo dicendum quod cōsensus in matrimonium ideo est danabilis post uotū uirginitatis, quia per tale cōsensum datur potestas ad id quod non licet: sicut peccaret quidam per potestatem accipiendi illud alteri, quod ipse in deposito habet non solum in hoc quod ei actualiter traderet: de cōsensu autē beatae uirginis infra dicitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod inter fratrem et sororem non potest esse potestas in uicē ad carnalem copulam: sicut nec licite carnalis copula, et ideo ratio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, quod illa cōditio explicita non solum actui, sed potestati cōtrariatur copulae carnalis, et ideo est cōtraria matrimonio.

AD QVARTVM dicendum, quod inuitiū matrimonium respōdet cōsumato, sicut habitus uel potestas actui qui est operatio. Rationes autē in contrarium ostendunt quod non sit consensus in carnalem copulam explicitē, et hoc est uerum.

In isto art. 1. est concl. S. Tho. quod cōsensus in copulam carnalem non est consensus qui formaliter cōficit matrimonium, licet virtualiter interueniat consensus in copulam, et probatur ista concl. quia impotentes propter senectutem conuenire carnaliter, possunt contrahere matrimonium.

¶ Est tamen dubium, an ad matrimonium requiratur consensus in obligationē. Ad quod dico quod formaliter non requiritur talis cōsensus, ratio est: quia multi rustici contrahunt et non sciunt illam obligationem, nec scientes quando cōtrahunt ad illam aduertunt, neque requirunt formaliter consensus tradendi corpus suum in potestatem alterius, cum coniuges quando cōtrahunt, neque hoc cogitēt, sed requirunt et sufficienter formaliter cōsensus cōtrahēdi matrimonium.

ART.

Artic. secundus

Utrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam?



AD SECVNDVM sic proceditur.

Videtur quod matrimonium non possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam. Vnius causae unica est ratio, sed matrimonium est unum sacramentum: ergo non potest fieri ex alterius finis intentione, quā illius ad quē a Deo institutum est. scilicet ad procreationem prolis.

PRAETEREA, coniunctio matrimonij est a Deo, ut patet Mat. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet, sed coniunctio quae fit propter turpes causas, non est a Deo: ergo non est matrimonium.

PRAETEREA, in alijs sacramentis si non seruetur intentio ecclesiae, non est uerū sacramentum, sed intentio ecclesiae in sacramento matrimonij, non est ad aliquam turpem causam: ergo si ex aliqua turpicausam matrimonium contrahatur, non erit uerum matrimonium.

PRAETEREA, secundum Boetium cuius finis est bonus, ipsum quoque bonum est: sed matrimonium semper est bonum: ergo non est matrimonium si propter malum finem fiat.

PRAETEREA, matrimonium significat coniunctionem Christi et ecclesiae: sed ibi non cadit aliqua turpitudine: ergo non potest matrimonium contrahi propter aliquam turpem causam.

SED contra est, quod qui baptizatur aliam intentionem: lucrādi, uerē baptizatur: ergo et qui cōtrahit cū aliqua intentione lucri uerū est matrimonium. **PRAETEREA**, hoc idem probat exempla et auctoritates quae ponuntur in litera.

RESPONDEO dicendum, quod causa finalis matrimonij potest accipi dupliciter. scilicet per se et per accidens: per se quidem causa matrimonij est ad quam matrimonium est de se ordinatum, et haec semper bona est. scilicet procreatio prolis, et uitatio fornicationis: sed per accidens causa finalis ipsius est hoc quod cōtrahentes intendunt ex matrimonio et quia hoc quod ex matrimonio intenditur conse-

quitur ad matrimonium, et priora non uariatur ex posterioribus, sed cōtrahētes ideo ex illa causa non recipit matrimonium bonitatem uel malitiam, sed ipsi cōtrahētes quorum est finis per se: et quia causa per accidens sunt infinitae: ideo infinitae tales causae possunt esse in matrimonio, quarum sunt quaedam honestae, et quaedam inhonestae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uerū est de causa per se et principali. sed quod habet unum finem per se et principalem potest habere plures secundarios per se et infinitos per accidens.

AD SECVNDVM dicendum, quod cōiunctio potest accipi pro ipsa relatione quae est matrimonium et talis semper a Deo, et bona est a quacunque sit causa, uel pro actu illorum qui cōiunguntur, et sic est quādoque mala, et non est a Deo. simpliciter loquendo: nec est inconueniens quod aliquis sit effectus a Deo cuius causa est mala, sicut proles quae ex adulterio suscipitur. non enim est ex illa causa in quantum est mala, sed in quantum habet aliquid de bono secundum quod est a Deo quamuis non simpliciter sit a Deo.

AD TERTIVM dicendum, quod intentio ecclesiae quae intendit sacramentum tradere est de necessitate cuiuslibet sacramenti, ita quod ea non obseruata nihil in sacramentis agitur: sed intentio ecclesiae quae intendit utilitatem ex sacramento prouenientem est debere esse sacramenti, et non de necessitate eius: unde si non obseruetur, nihilominus est uerū sacramentum, sed tamen praetermittens hanc intentionem peccat: sicut si in baptismo non intendatur sanitas mentis, quā ecclesia intendit: et similiter ille qui intendit matrimonium contrahere, quāuis matrimonium non ordinet ad illum finem quem ecclesia intendit, nihilominus uerum matrimonium contrahit.

AD QVARTVM dicendum, quod ipsa unio est signum cōiunctionis Christi et ecclesiae, et non operatio unitorum, et ideo ratio non sequitur.



IN ISTO 2. art. nihil aliud est notandum nisi quod S. Tho. nunquam uult concedere quod matrimonium sit malum, aut peccatum, quantumcumque apponatur malus finis, unde nec baptismus dicendus est malus quauis apponatur aliquis malus finis, nec aliquod aliud sacramentum quatenus sacramentum. ¶ Sed contra hoc est, quod supra in 1. 4. q. 5. art. 10. dixit S. Tho. ad 3. argumentum

MM ij quod

quod baptismus quatenus est a peruersa intentione ministri perueritur, ut si minister baptizet propter lucrum, perueritur baptismus quatenus procedit ab illa mala intentione ministri, non tamen perueritur quatenus est opus Dei: ergo matrimonium perueritur ex peruersa intentione coniugum, non autem ut est opus Dei. ¶ Dico ad hoc, ut videtur hic velle S. Th. quod non est eadem ratio de matrimonio prout est illa coniunctio, quam diximus esse a Deo, & non a coniugibus. De matrimonio autem prout est sacramentum tantum, idem dicendum est quod de baptismo, nempe, quod perueritur ex mala intentione coniugum.

Quaestio. 51.

De bonis matrimonij.

CONSEQUENTER considerandum est de bonis matrimonij.

CIRCA quod queruntur sex.

PRIMUM est, utrum debeant haberi aliqua bona ad excusandum matrimonium?

SECUNDUM est, utrum sufficienter assignentur?

TERTIUM est, utrum bonum sacramenti sit principalis inter alia bona?

QUARTUM est, utrum actus matrimonij per praedicta bona a peccato excusetur?

QUINTUM est, utrum sine eis aliquando a peccato excusari possit?

SEXTUM est, utrum quando est sine eis sit semper peccatum mortale?

Articu. primus.

Utrum haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimonium?

Tho. 4. q. dist. 31. art. 1. & sequen.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod matrimonium non debet habere aliqua bona quibus excusetur. Sicut enim conservatio individui quae fit per caecum ad nutrimentum pertinet de intentione naturae, ita conservatio speciei quae fit per matrimonium,

& multo magis quanto melius & dignius est bonum speciei quam bonum unius individui. sed ad actum nutritivum excusandum non indiget aliquibus: ergo nec etiam ad excusandum matrimonium.

PRAEETEREA secundum Philosophum in 8. Ethic. amicitia quae est inter virum & uxorem est naturalis & claudit in se honestum & utile et delectabile: sed illud quod de se est honestum non indiget aliqua excusatione: ergo nec matrimonio deberent attribui aliqua excusantia.

PRAEETEREA matrimonium est institutum in remedium & in officium, sed secundum quod est in officium non indiget excusatione: quia sic etiam in paradiso excusatione indigisset, quod falsum est: ibi enim fuissent honorabiles nuptiae et homo virginitatis, ut Aug. dicit. Similiter nec secundum quod est in remedium, sicut nec alia sacramenta quae in remedium peccati sunt instituta: ergo matrimonium huiusmodi excusantia habere non debet.

PRAEETEREA, ad omnia quae honeste fieri possunt virtutes dirigunt: si ergo matrimonium aliquibus bonis potest honestari, non indiget alijs honestatibus quae animi virtutibus, & sic non debet matrimonio aliqua bona assignari quibus honestetur, sicut nec alijs in quibus virtutes dirigunt.

SED contra, dicitur quod est indulgentia ibi est necessaria aliqua excusatio: ratio, sed matrimonium conceditur in statu infirmitatis secundum indulgentiam, ut patet 1. Cor. 7. Ergo indiget per aliqua bona excusari.

PRAEETEREA, concubitus fornicarius & matrimonialis sunt eiusdem speciei quantum ad speciem naturae, sed concubitus fornicarius de se est turpis: ergo ad hoc quod matrimonialis non sit turpis oportet ei aliquid addi quod ad honestatem eius pertineat, & in alia specie moris trahat.

RESPONDEO dicendum, quod nullus sapiens debet iacturam aliquam sustinere nisi pro aliqua recompensatione alicuius aequalis vel melioris boni: unde electio alicuius, quod aliquam iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recompensationem ordinetur & honestetur: in coniunctione autem viri & mulieris rationis iactura accidit, cum quia propter vehementiam delectationis absorberetur ratio, ut non possit aliquid intelligere in ipsa, ut Philosopho-

lophus dicit, tum etiam propter tribulationem carnis quam oportet tales sustinere ex solitudine temporalium, ut patet 1. Cor. 7. & ideo talis coniunctionis electio non potest esse ordinata nisi per recompensationem aliquorum, ex quibus dicta coniunctio honestetur: & haec sunt bona quae matrimonium excusant, & honestum reddunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in actu comestionis non est tam vehemens delectatio rationem absorbens, sicut est in praedicta delectatione, tum quia ius generativum per quam originale traducitur est infecta, & corrupta: nutritiva autem per quam non traducitur est corrupta & non infecta, tum etiam quia defectum individui quilibet magis sentit in seipso quam defectum speciei: unde ad excitandum ad comestionem secundum defectum individui subuenitur, sufficit sensus ipsius defectus: sed ad excitandum ad actum quo defectui speciei subuenitur, divina providentia delectationem apposuit in illo actu, quae etiam animalia bruta movet, in quibus non est infectio originalis peccati: & ideo non est simile.

AD SECUNDUM dicendum, quod ista bona quae matrimonium honestant, sunt de ratione matrimonij, & ideo non indiget eis quasi exterioribus quibusdam ad honestandum, sed quasi causantibus in ipso honestatem qui ei secundum se competit.

AD TERTIUM dicendum, quod matrimonium ex hoc ipso quod est in officium vel in remedium habet rationem utilem & honestam: sed utrumque horum ei competit, ex hoc quod huiusmodi bona habet, quibus fit officium & remedium concupiscentiae adhibens.

AD QUARTUM dicendum, quod aliquis actus virtutis honestatur virtute quasi principio elicitive, & circumstantiis, quasi formalibus principijs ipsius: hoc autem modo se habent bona ad matrimonium, sicut circumstantiae ad actus virtutis, ex quibus habet quod virtutis actus esse possit.

In isto art. 1. est conclusio affirmativa, nempe, quod requiruntur aliqua bona ad honestandum matrimonium, & ratio est quia coniuges patiuntur iacturam in actu matrimoniali, quae iactura non elligeretur a viro prudenti, nisi pro-

pter aliqua bona. Secundo adverte quod haec materia tractatur a Magistro Sent. & alijs scolasticis in 4. d. 31. & haec praedicta est ratio, quare in alijs virtutibus non quaerimus sic bona excusantia, quia in actu aliarum virtutum non est aliqua talis praedicta iactura. Et praedicta conclusio tenet Magister & omnes theologos communiter. Scotus autem licet recipiat, conclusionem conficit 4. argumenta contra illam, quorum primum est. Quia, in statu innocentiae non indigeret matrimonium excusari istis bonis: ergo non est univ ersaliter verum, quod dicitur in conclusione, nec est de ratione bonitatis matrimonij, quod excusetur istis bonis. Secundum argumentum est, in matrimonio Beatae virginis non fuerunt illa bona honestatiae matrimonij, quia illa nullam iacturam fecit in spiritualibus bonis: ergo non indigebat bonis compensantibus ipsum matrimonium. Tertium argumentum est dormire non indiget bonis excusantibus, & tamen ibi priuatur homo usus rationis: ergo licet in matrimonio priuatur homo usus rationis, non indigebit bonis honestatibus ipsum matrimonium. Quartum argumentum est, nullus actus virtutis eget excusatione, sed actus matrimonij est actus virtutis, nempe, castitatis conjugalis: ergo non indiget excusatione. ¶ Ad haec argumenta respondet Capreol. vbi supra, & Palud. etiam in eadem dist. & ad primum & secundum concedit, quod in primo statu & in Beata virgine non excusabatur actus matrimonij, eo quod ibi non incurrebatur aliqua iactura, quia in primo statu non absorberetur sic ratio in illo actu carnali, sicut absorberetur post peccatum, & in Beata Virgine nec absorberetur ratio, neque futurus erat ille actus. ¶ Ad tertium dicitur dupliciter, prius quod falsum est quod sonnus non excusetur, excusatur enim dormire propter necessitatem naturae: unde si quis dormiat plusquam natura indigeat peccat. Secundo dico, quod non est eadem ratio de sono & de actu carnali matrimonij, quia in sonno naturaliter supiuntur sensus, unde etiam naturaliter amittitur usus rationis, & in matrimoniali actu sensus vigilat, & quod ratio supiatur vel absorbeatur sensibus vigilantibus, est malum & iactura: ideo aliquibus bonis est refartienda talis iactura. ¶ Ad quartum respondet S. Tho. hic ad secundum, verum esse quod sicut virtus non indiget aliquo extrinseco honestante, sed ab intrinseco habet quod actus eius sit bonus, ita matrimonium non indiget extrinsecis honestatibus eius actum, sed illa bona quae honestant actum matrimonij sunt intrinseca matrimonio.

Artic. secundus

Utrum bona matrimonij sufficienter assignentur?



GD SECVNDUM sic proceditur. Videtur quod insufficienter bona matrimonij assignentur a Magistro Sententiarum. scilicet fides, proles, & sacramentum, quia

matrimonium non solum fit in hominibus ad prolem procreandam & nutriendam. sed ad confortium communis vitæ, propter operum communicationem: ut dicitur in 8. Ethic. ergo sicut ponitur proles bonum matrimonij, ita debet poni communicatio operis.

PRAETEREA, coniunctio Christi ad ecclesiam quam matrimonium significat, perficitur per charitatem: ergo inter bona matrimonij magis debet poni charitas quam fides.

PRAETEREA, in matrimonio sicut exigitur quod neuter coniugum ad alterius thorum accedat, ita exigitur quod unus alteri debitum reddat: sed primum pertinet ad fidem, ut Magister dicit: ergo deberet etiam iustitia propter redditionem debiti, inter bona matrimonij computari.

PRAETEREA, sicut in matrimonio in quantum significat coniunctionem Christi & ecclesie requiritur indissolubilitas, ita & unitas, ut sit una virtus: sed sacramentum quod inter tria bona matrimonij computatur pertinet ad indivisionem: ergo deberet esse aliquid aliud quod pertineret ad unitatem.

SE D contra, videtur quod superfluum, quia unica virtus sufficit ad unum actum honestatum, sed fides est una virtus: ergo non oportuit alia duo addere ad honestandum matrimonium.

PRAETEREA, non ex eodem aliquid accipit rationem, utile & honestum, cum utile & honestum ex opposito bonum diuidant, sed ex prole matrimonium accipit rationem utilem: ergo proles non debet computari inter bona quibus matrimonium honestatur.

PRAETEREA, nihil debet poni ut proprietates vel conditiones sui ipsius, sed hæc bona ponuntur ut quaedam conditiones matrimonij: ergo cum matrimonium sit sacramentum non debet poni sacramentum inter bona matrimonij.

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium est in officium naturæ, & est sacramentum ecclesie: in quantum ergo est in officium natu-

ra duobus ordinatur: sicut et quilibet alius actus virtutis, quorum unus exigitur ex parte ipsius agentis, & hæc est intentio finis debiti, & sic ponitur bonum matrimonij proles, aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonus in genere, ex hoc quod cadit supra debitam materiam, & sic est fides, per quam homo ad suam accedit, & non ad aliam, & ulterius habet aliquam bonitatem in quantum est sacramentum, & hoc signatur ipso nomine sacramenti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in prole non solum intelligitur procreatio proli, sed etiam educatio ipsius, ad quam sicut ad finem ordinatur tota communicatio operum, quæ est inter virum & uxorem, in quantum sunt matrimonio coniuncti: quia patres naturaliter thesaurizant filiis, ut patet 2. Cor. 2. & sic in prole quasi in principali fine, alius quasi secundarius includitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod fides non accipitur hic prout est virtus theologica, sed prout est pars iustitiæ secundum quod fides dicitur, ex hoc quod fiam dicta in conseruatione promissorum, quia in matrimonio cum sit quidam contractus, est quaedam promissio per quam talis vir tali mulieri determinatur.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut in promissione matrimonij continetur, ut neuter ad alium thorum accedat: ita etiam quod sibi iniuriam debitam reddant: & hoc etiam est principalius cum sequatur ex ipsa mutua potestate iniuriam data: & ideo vir unusque ad fidem pertinet. Sed in litera ponitur quod est minus manifestum.

AD QVARTVM dicendum, quod in sacramento non solum intelligenda est indivisio: sed omnia illa quæ consequuntur matrimonium ex hoc quod est signum coniunctionis Christi & ecclesie: vel dicendum, quod unitas quam obiecit tangit pertinet ad fidem, sicut & indivisio ad sacramentum.

AD QVINTVM dicendum, quod fides non accipitur hic pro aliqua virtute, sed pro quadam conditione virtutis ex qua fides nominatur, quæ ponitur pars iustitiæ.

AD SEXTVM dicendum, quod sicut debitus usus boni utilis accipit rationem honesti, non quidem

quidem ex utili, sed ex ratione quæ rectum vsum facit, ita etiam ordinatio ad aliquod bonum utile, potest facere bonitatem honestatis ex vi rationis debitam ordinationem facientis: & hoc modo matrimonium ex hoc quod ordinatur ad prolem utile est, & nihilominus honestum in quantum debite ordinatur.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut Magister dicit 31. d. 4. sententiarum: sacramentum non dicitur hic ipsum matrimonium, sed inseparabilitas eius, quæ eiusdem est rei signum, cuius & matrimonium. Vel dicendum, quod quantum matrimonium sit sacramentum, tamen aliud est matrimonio esse matrimonium, & aliud est ei esse sacramentum, quia non solum ad hoc est institutum, ut sit in signum rei sacræ, sed & ut sit in officium naturæ: & ideo ratio sacramenti est quædam conditio adueniens matrimonio secundum se considerato, ex quo honestatem etiam habet: & ideo sacramentalitas eius (ut ita dicam) ponitur inter honestantia matrimonium, & secundum hoc in tertio bono matrimonij scilicet sacramento, non solum intelligitur inseparabilitas, sed etiam omnia, quæ ad significationem ipsius pertinent.

Articul. tertius.

Utrum sacramentum sit principalius inter bona matrimonij?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sacramentum non sit principalius inter bona matrimonij. Quia finis est potissimum unoquoque: sed proles est matrimonij finis: ergo proles est principalius matrimonij bonum.

PRAETEREA, principalius in ratione speciei est differentia quæ complet speciem quam genus, sicut forma quam materia in constitutione rei naturalis: sed sacramentum competit matrimonio ex ratione sui generis, proles autem & fides ex ratione differentie in quan-

tum est tale sacramentum: ergo alia duo sunt magis principalia in matrimonio quam sacramentum.

PRAETEREA, sicut inuenitur matrimonium sine prole & fide, ita inuenitur sine inseparabilitate, sicut patet quando alter coniugum ante matrimonium consummatum ad religionem transit: ergo nec ex hac ratione, sacramentum est in matrimonio principalius.

PRAETEREA, esse actus non potest esse principalius sua causa, sed consensus qui est causa matrimonij frequenter immutatur: ergo & matrimonium solui potest, & sic inseparabilitas non semper committatur matrimonium.

PRAETEREA, sacramenta quæ habent effectum perpetuum imprimunt characterem, sed in matrimonio non imprimitur character: ergo non adest ei inseparabilitas perpetua: & ideo sicut est matrimonium sine prole, ita potest esse sine sacramento, & sic idem quod prius.

SE D contra, id quod ponitur in definitione rei, est sibi maxime essentiale, sed indivisio quæ pertinet ad sacramentum ponitur in definitione de matrimonio data, non autem proles vel fides: ergo sacramentum inter alia est in matrimonio essentialius.

PRAETEREA, virtus diuina quæ in sacramento operatur, est efficacior quam virtus humana, sed proles & fides pertinent ad matrimonium, secundum quod est in officium naturæ humanæ: sacramentum autem secundum quod est ex institutione diuina: ergo sacramentum est principalius in matrimonio, quam alia duo.

RESPONDEO dicendum, quod aliquid dicitur in re aliqua principalius, duobus modis, aut quia essentialius, aut quia dignius. Si quia dignius, sic omnibus modis sacramentum est principalius inter tria bona coniugij, quia pertinet ad matrimonium in quantum est sacramentum gratiæ: alia vero duo pertinent ad ipsum, in quantum est quoddam naturæ officium: perfectio autem gratiæ, est perfectior & dignior perfectione naturæ. Si autem dicatur principalius quod est essentialius, sic distinguen-

guendum est, quia fides & proles possunt dupliciter considerari. Vno modo in se ipsis, & sic pertinent ad usum matrimonij per quem & proles producitur, & pactio conjugalis seruatur, sed indiuisibilitas quam sacramentum importat, pertinet ad ipsam secundum se matrimonium. quia ex hoc quod per pactioem conjugalem sui potestatem sibi inuicem in perpetuum coniugestradiunt, sequitur quod separari non possunt. & inde est quod matrimonium nunquam inuenitur sine inseparabilitate: inuenitur autem sine fide & prole, quia esse rei non dependet ab usu suo, & secundum hoc sacramentum est essentialius matrimonio quam fides & proles. Alio modo potest considerari fides & proles secundum quod sunt in suis principijs, ut pro prole accipitur intentio prolis, & pro fide debitum seruandi fidei, sine quibus etiam matrimonium esse potest: quia haec in hoc matrimonio ex ipsa actione conjugali causantur, ita quod si aliquid contrarium huius exprimeretur in consensu, qui matrimonium facit, non esset verum matrimonium: & sic accipiendo fidem & prolem, proles est essentialissimum in matrimonio & secundo fides, & tertio sacramentum, sicut etiam homini est essentialius esse naturae quam esse gratiae, quantum est gratiae sit dignius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod finis secundum intentionem est primum in re, sed secundum consecutionem est vltimum, & similiter proles se habet inter matrimonij bona: & ideo quodam modo est principalius, et quodam modo non.

AD SECVNDVM dicendum, quod sacramentum prout ponitur tertium matrimonij bonum pertinet ad matrimonium ratione suae differentiae: dicitur enim sacramentum ex significatione huius rei sacrae determinatae quam matrimonium significat.

AD TERTIVM dicendum, quod nuptiae secundum Aug. sunt bona mortalium, unde in resurrectione neq. nubent neq. nubentur, ut dicitur Mat. 22. & ideo vinculum matrimonij non se extendit vltra vitam in qua contrahitur. & ideo dicitur inseparabile, quia non potest in hac vita separari, sed per mor-

tem siue corporalem post carnalem coniuncti onem, siue spirituales post spirituales tantum.

AD QVARTVM dicendum, quod quantum consensus qui facit matrimonium non sit perpetuus materialiter, id est quantum ad substantiam actus, quia ille actus cessat, & potest contrarius accedere: tamen formaliter loquendo est perpetuus, quia est de perpetuitate vinculi, aliter non faceret matrimonium. Non enim consensus ad tempus in aliquam matrimonium facit: & dico formaliter secundum quod actus accipit speciem ab obiecto, & secundum hoc matrimonium ex consensu inseparabilitatem habet.

AD QVINTVM dicendum, quod in sacramentis in quibus imprimitur character, iraditur potestas ad actus spirituales, sed in matrimonio ad actus corporales: unde matrimonium ratione potestatis, quam in se inuicem coniuges accipiunt conuenit cum sacramento, in quo character imprimitur, & ex hoc habet inseparabilitatem, ut Magister dicit: sed differt ab eis in quantum potestas illa est ad actus corporales, & propter hoc non imprimit characterem spirituales.

Articu. quartus

Vtrum actus matrimonij excusetur per bona praedicta?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod actus matrimonij non possit excusari per bona praedicta, ut non sit omnino peccatum: quia quicumque sustinet damnum maioris boni propter minus bonum peccat, quia inordinate sustinet: sed bonum rationis quod leditur in ipso actu conjugali, est maius quam haec tria coniugij bona: ergo praedicta bona non sufficiunt ad excusandum conjugalem concubitum.

PRAEETEREA, si bonum malo additur in genere moris, totum efficitur malum, non autem totum bonum: quia una circumstantia mala facit

facit actum malum, non autem una bona facit ipsum bonum: sed actus conjugalis secundum se est malus, aliis excusatione non indigeret: ergo bona matrimonij adiuncta non possunt ipsum bonum facere.

PRAEETEREA, vbiq. est immoderatio passionis ibi est vitium in moribus, sed bona matrimonij non possunt efficere quin delectatio illius actus sit immoderata: ergo non possunt excusare quin sit peccatum.

PRAEETEREA, verecundia non est nisi de turpi actu secundum Damascen. sed bona matrimonij non tollunt erubescenciam ab illo actu: ergo non possunt excusare quin sit peccatum.

SED contra, concubitus conjugalis non differt a fornicario nisi per bona matrimonij: si ergo haec non sufficerent excusare ipsum matrimonium semper illicitum remaneret.

PRAEETEREA, bona matrimonij se habent ad actus eius sicut circumstantiae debent, sicut dictum est: sed circumstantiae tales sufficienter faciunt quod actus aliquis non sit malus: ergo & haec bona possunt excusare matrimonium, ut nullo modo sit peccatum.

RESPONDEO dicendum, quod actus dicitur excusari dupliciter. Vno modo, ex parte facientis, ita quod non imputetur facienti in culpam quantum sit malus, vel saltem non in tantam culpam, sicut ignorantia dicitur excusare peccatum in toto vel in parte. Alio modo, potest excusari actus ex parte sui, ita scilicet quod non sit malus, & hoc modo potest excusare actum matrimonij: ex eodem autem habet actus aliquis quod non sit malus in genere moris, & quod sit bonus: quia non est aliquis actus indifferens, ut in 2. lib. dictum est: dicitur autem aliquis humanus actus bonus dupliciter. Vno modo bonitate virtutis, & sic habet actus quod sit bonus ex his quae ipsum in medio ponunt: & hoc faciunt in actu matrimonij, fides & proles, ut dictum est. Alio modo bonitate sacramenti, secundum quod actus non solum bonus, sed etiam sanctus dicitur: & hanc bonitatem habet actus matrimonij ex indiuisibilitate coniunctionis, secundum quam significat coniunctionem Christi ad ec-

clesiam: & sic patet quod praedicta bona sufficienter actum matrimonij excusant.

AD PRIMVM ergo dicendum quod per matrimonij actum non incurrit homo in damnum rationis, quantum ad habitum, sed solum quantum ad actum, nec est inconueniens quod quandoq. aliquis actus qui est melior secundum genus suum interrumpatur pro aliquo minus bono actu, hoc enim sine peccato fieri potest, sicut patet in eo qui ab actu contemplationis cessat, ut interdum actioni vacet.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa procederet si malum quod inseparabiliter comitatur concubitum esset malum culpa: nunc autem non est malum culpa, sed poena tantum quae est in obedientia concupiscentiae ad rationem, & ideo non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, quod superabundantia passionis quae facit vitium, non attenditur secundum quantitatem ipsius ad intentionem, sed secundum proportionem ad rationem: unde tunc solum passio reputatur immoderata quando limites rationis excedit. Delectatio autem quae fit in actu matrimoniali quantum sit intensiva secundum quantitatem, non tamen excedit limites sibi a ratione praefixos ante principium suum, quantum ex praedicta delectatione ratio eos ordinare non possit.

AD QVARTVM dicendum, quod turpitudine quae semper est in actu matrimoniali & erubescenciam facit, est turpitudine poenae & non culpa: quia de quolibet defectu homo naturaliter erubescit.

Articu. quintus

Vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod actus matrimonialis excusari possit etiam sine bonis matrimonij. Qui enim a natura sanctorum mouetur ad actum

actum matrimonij, non videtur aliquod bonum matrimonij intendere, quia bona matrimonij pertinent ad gratiam vel virtutem, sed quando aliquis solo appetitu naturali mouetur ad actum predictum, non videtur esse peccatum, quia nullum naturale est malum cum malum sit praeter naturam & praeter ordinem: ut Dio. dicit: ergo actus matrimonij excusari potest etiam sine bonis matrimonij.

PRÆTEREA, ille qui vitur coniuge ad fornicationem vitandam, non videtur aliquod bonum matrimonij intendere: sed talis non peccat, ut videtur, quia ad hoc est matrimonium concessum humanae infirmitati, ut fornicatio vitetur: ut patet prima Cor. 7. ergo etiam sine bonis matrimonij potest actus eius excusari.

PRÆTEREA, ille qui vitur re sua ad libitum non facit contra iustitiam, & sic non peccat, ut videtur: sed per matrimonium vxor efficitur res viri, & contrariò: ergo si se inuicem ad libitum vituntur libidine mouente non videtur esse peccatum: & sic idem quod prius.

PRÆTEREA, illud quod est bonum ex genere non efficitur malum, nisi ex mala intentione fiat: sed potest bona intentione fieri, etiam si non intendat aliquod bonum matrimonij, puta cum quis corporalem salutem per hoc intendit seruare, aut consequi: ergo videtur quod etiam sine matrimonij bonis actus ille possit excusari.

SED contra, remota causa remouetur effectus: sed causa honestatis actus matrimoniales sunt matrimony bona: ergo sine eis non potest actus matrimonialis excusari.

PRÆTEREA, non differt actus predictus ab actu fornicario, nisi in predictis bonis: sed concubitus fornicarius semper est malus: ergo si non excusatur predictus bonus, etiam matrimonialis actus semper erit malus.

RESPONDEO dicendum, quod sicut bona matrimonij secundum quod sunt in habitu faciunt matrimonium honestum & sanctum: ita etiam secundum quod sunt in actuali intentione faciunt actum matrimonij honestum, quantum ad illa bona matrimonij quae ipsius

actum respiciunt. Vnde quando coniuges conueniunt causa prolis procreandae, vel ut sibi inuicem debitum reddant, quae ad finem pertinent, totaliter excusantur à peccato: sed tertium bonum non pertinet ad usum matrimonij, sed ad essentiam ipsius, ut dictum est. Vnde facit ipsum matrimonium honestum, non autem actum eius, ut per hoc actus eius absque peccato reddatur: quia causa alicuius significationis conueniunt: & idè duobus solis modis coniuges absque omni peccato conueniunt. scilicet causa procreandae prolis, & debiti reddendi: aliàs autem semper est ibi peccatum, ad minus veniale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod proles prout est bonum sacramenti, addit supra prolem prout est bonum intentum à natura. Natura enim intendit prolem, prout in ipsa saluatur bonum speciei, sed in prole secundum quod est bonum sacramenti matrimonij, vltra hoc intelligitur, ut proles suscepta vterius ordinetur in Deum: & idè oportet quod intentio naturae qua prolem intendit, referatur actu, non habitu ad intentionem prolis, prout est bonum sacramenti: aliàs staretur in creatura, quod sine peccato esse non potest: & idè quando natura tantum mouet ad actum matrimonij non excusatur à peccato omnino, nisi in quantum motus naturae ordinatur habitu vel actu vterius ad prolem, secundum quod est bonum sacramenti: nec tamen sequitur quod motus naturae sit malus, sed quod sit imperfectus nisi ad aliquod bonum matrimonij vterius ordinetur.

AD SECVNDVM dicendum, quod si aliquis per actum matrimonij intendit vitare fornicationem in coniuge, non est aliquod peccatum, quia haec est quedam redditio debiti quae ad bonum fidei pertinet: sed si intendit vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas, & secundum hoc est peccatum veniale, nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quae est de peccatis venialibus.

AD TERTIVM dicendum, quod vna debita circumstantia non sufficit ad hoc quod actus sit bonus: & idè non oportet quod qualitercunq;

tercunq; quis re sua vitatur, usus sit bonus, sed quando vitur re sua, ut debet secundum omnes circumstantias.

AD QVARTVM dicendum, quod quantum intendere sanitatis conseruationem non sit per se malum, tamen haec intentio efficitur mala, si ex aliquo sanitas intendatur, quod non est ad hoc de se ordinatum: sicut qui ex sacramento baptismi tantum salutem corporalem quaereret, & similiter etiam est in proposito in actu matrimonij.

IN ISTO art. quinto est conclu. S. Thomae negatiua, nempe, quod actus carnalis matrimonij non potest excusari sine bonis. Quam ipse probat aliquibus rationibus: & citra suas rationes probatur hoc modo. Bonitas actus sumitur ab obiecto, & à fine, & à circumstantijs, sed delectatio est quodam bonum delectabile naturalem quod ex se non habet aliquam honestatem, nisi à fine bono illam sumat: ergo velle illum actum propter solam delectationem, non est bonum.

SECVNDO velle bonum utile, ut pecuniam absolute, vel propter ipsam pecuniam non est bonum, nisi ex aliquo alio fine habeat honestatem: ergo neque velle delectabile, propter ipsum delectabile est bonum.

TERTIO praedictus accessus ad minus esset ociosus, quia non est propter necessitatem nec propter piam vtilitatem & diuum Grego. omnis talis actus est ociosus: ergo ille accessus est ociosus & ex consequenti peccatum.

QVARTO ille coniux accedens ad alterum propter delectationem tantum abutitur actu matrimoniali: ergo peccat, consequentia est bona: & probatur antecedens, quia ille abutitur re aliqua, qui vitur illa non ad suum finem, sed praedictus coniux est huiusmodi, quia matrimonialis actus est ad prolem procreandam, & ad remedium concupiscentiae, ut ad soluendum debitum: ergo qui non vitur illo actu matrimoniali ad istos fines abutitur eo. Secundo diuus Tho. circa secundum argumentum petit hoc dubium, si maritus cognoscat vxorem ad vitandam suam propriam fornicationem non ad vitandam fornicationem vxoris an peccet, ut cum vxor sit iam confecta aetate & non est periculum fornicationis in ea sed ipse adolescentens, & propterea in ipso periclitatur castitas: & idè ad tollendum illud proprium periculum cognoscit suam vxorem. Ad quod respondet S. Thom. quod ille talis peccat venialiter, quia matrimonium non fuit institutum ad talem finem, sed ad alios fines supra dictos. Et hoc etiam tenet diuus Bonauen. in d. 21. 4. Et

haec est sententia diui Aug. Hieron. Ambro. & Grego. super illum locum Pauli prio. ad Cor. 7. noli te fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterum re verti mini in ipsum ne tentet vos Satanas, propter incontinentiam vestram: hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium, quod rursus confirmat Aug. in lib. de bono coniugali cap. 10. qui habetur tom. 6. Oppositum tamen asseuerat Duran. in 4. d. 31. q. 4. tanquam probabilius: & probat, quia magis quis obligatur sibi quam alteri, sed si maritus timet incontinentiam vxoris licet ei congregari cum vxore: ergo longe magis si timet incontinentiam propriam.

SECVNDO illa concupiscentia qua coniux excitatur ad congregandum cum alio coniuge consistit in medio, est moderata, est secundum rectam rationem: ergo pertinet ad virtutem.

TERTIO vel copula carnalis est bona de se, vel mala de se, vel indifferens non primum nec secundum: quia si de se esset bona non fieret mala, cum apponantur malae circumstantiae: si de se mala non fieret bona: ergo est indifferens: ergo ad hoc quod sit bona, sufficit quod ordinetur in aliquem finem honestum, qualis est in se ipso vitare periculum incontinentiae.

QVARTO operari propter finem licitum (& si secundarium) si non apponatur aliqua mala circumstantia est licitum: sed vitare inconuenientia & pericula incontinentiae, est finis secundarius matrimonij: ergo licitum est efficere actum matrimonialem propter illum finem.

QVINTO, si opposita opinio S. Tho. & aliorum sanctorum (ut retulimus) esset vera, sequeretur quod si mulier est sterilis, vel pregnans non posset maritus ad illam accedere sine peccato, veniali ad minus: quia iam cessat alius finis principalis qui est procreatio prolis: vnde coniux qui petit debitum semper peccaret, quod videtur magnum inconueniens. Est etiam tertia opinio de hoc dubio, quae est Palud. in 4. d. 31. q. 2. qui dicit, quod si ille coniux qui petit copulam propter concupiscentiam vitandam posset facile alio modo vitare, nempe, abstrahendo à cogitationibus illis carnalibus, & nihilominus accedit ad alterum coniugem, tum peccat ad minus venialiter, & in tali euentu opinio S. Tho. est vera: si autem non posset facile, sed cum notabili periculo vitare illam concupiscentiam, tunc non est verum quod dicit S. Tho. imò in tali euentu licite poterit ille coniux petere debitum ad vitandam concupiscentiam propriam, & addit quod sic intellexit S. Tho. & idem dicit Capreol. in eadem dist. & Palud. respondet ad argumenta Durandi, quae intendebat probare, quod ille actus absolute & semper erat licitus. Et ad primum dicit, quod in spiritualibus verum est, quod magis tenetur quis sibi quam alteri, hoc

hoc est, magis debet vitare peccatum in se quam in alio, sed pluribus modis potest vitare peccatum in se quam in alio: ideo debet eligere aptiorem & meliorem modum, ad vitandam concupiscentiam, & non illam voluptatem, & quia in alio coniuge non posset ita facile vitare, vel forte nullo modo iste coniux non posset in alio vitare periculum castitatis, nisi illo modo, nempe per carnalem copulam, quia & si maritus clauerit uxorem in domo ibi possit consentire & conficere alias corruptellas. Ad secundum negatur, quod illa concupiscentia sit moderata, imò si non sit propter prolem vel ad reddendum debitum est immoderata. Pro solutione. 3. argumenti, est notandum quod si cognoscere uxorem solum propter concupiscentiam, aut delectationem esset malum, præcise quia ociosum, sicut ire ad forum sine aliquo alio fine bono, tunc argumentum Durandi bene procederet, nempe, quod si referatur ille actus ad bonum finem erit bonus, tamen ille actus non solum ratione illa est malus, sed usus matrimonij delectationis causa est malus, quia est abusus: & etiam est malus si fiat propter concupiscentiam: & etiam prædictus actus est prohibitus, nisi fiat ad conferuandam fidem inter coniuges & ad reddendum debitum, ut euitetur fornicatio in altero coniuge. Ad quartum concedo, quod matrimonium etiam est in remediū: & quod finis eius secundarius sit vitare concupiscentiam & pericula, sed non in se sed in alio coniuge: quia ut dictum est, quilibet coniux potest in se alijs medijs facile vitare illa pericula. Ad quintum S. Tho. pluries respondet concedendo, quod non licet coniugi accedere ad coniugem nisi propter illos dictos fines, nempe, propter prolem procreandam aut ad reddendum debitum, seu fidem seruandam, quod idem est. Ioan. Maior in prædicta dist. 31. defendit sententiam Durandi, & dicit quod illa opinio est de mente Pauli, opinio S. Thomæ absolute ut iacet, non ut Palud. & Capreol. illam exponunt, est opinio sanctorum: probatur prius, Aug. lib. de bono coniugali, cap. 10. dicit, petere debitum propter incontinentiam est peccatum, & propterea dicit Paul. hoc autem secundum indulgentiam dico, & non secundum imperium. Secundo Aug. in inquiridion cap. 43. dicit, quæ sunt leuia & quæ graua peccata, non humano sed diuino sunt pefanda iudicio, videmus quædam etiam ab ipsis Apostolis ignoscendo fuisse concessa, quale est illud quod venerabilis Paul. coniugibus ait, Nolite fraudere inuicem, nisi ad tempus propter orationes vestras, hoc autem secundum indulgentiam dico non secundum imperium. Eiusdem sententia est Hierony. in Apologia super lib. contra Iuuenianum. Tertulianus lib. de excitatione castitatis in principio Beda super Paul. prior. ad Cor. cap. 7. Ambro. & Grego. in eodem loco: vnde periculosum est in

his moralibus tenere contra communem opinionem sanctorum, quia non excusabuntur ignorantia inuencibili, si in hoc aliqui errant, si autem erremus cum sanctis tutum est, quia erit actus prudentiæ. Durand. glosat omnes illas authoritates, quod est verum quod sancti illud actum condemnent, sed intelligitur quando accedit coniux solum propter concupiscentiam satandam, secus si ad vitandum periculum, sed illa glosa non potest teneri, quia non consonat dictis sanctorum, ut cuiusque legenti patere poterit. Ideo ego dico, prius quod timeo quod opinio sanctorum sit vera, maxime cum omnes conueniant in eadem sententia. Secundo dico, quod opinio Palud. & Capreol. est multum probabilis, & mihi valde verisimilis, & forte quasi S. Tho. perficeret tertiam partem, mitionem redderet illam sententiam quam habuit in. 4. Nihilominus intentio S. Tho. & sanctorum, confirmatur ex illo Pauli prior. ad Thefalonicenses. 4. vnusquisque vas suum sciat possidere, in sanctificatione non in passione desiderij: &c. vbi videtur Paul. determinasse quæstionem, nempe, quod non licet coniugi accedere ad coniugem propter passionem desiderij, id est, propter concupiscentiam, quod est S. Tho. & aliorum sanctorum sententia. Aduerte tamen quod ad hoc quod ille usus matrimonialis sit bonus, non oportet quod prædicti duo fines, nempe, procreatio prolis, & redditio debiti actualiter semper intendantur, sed sufficit quod habitualiter, vel virtualiter habeantur, ita quod satis est quando vir duxit uxorem intendat dare operam liberis, & reddere debitum quando vxor petierit, & quod postea virtute illius intentionis det operam rei vxori: & ita vicibus moderatis potest postea accedere ad uxorem sine peccato, esto actualiter non referat ad illos fines matrimonij. Et cum his declarationibus non est tam dura opinio S. Tho. sicut prima facie apparebat, & excusantur coniuges à multis peccatis venialibus & ab impunitentia illorum. PRÆTEREA, in vltimo argumento petit S. Tho. an peccet vir accedens ad uxorem propter sanitatem, & naturæ exonerationem tantum, & respondet affirmatiue. Ego autem credo quod S. Tho. intelligit, quod prædictus coniux peccat accedens ad alteram propter sanitatem, quando facile posset alio medio curari: quia tunc abutitur matrimonio, sed si non posset facile alio medio curari, credo quod non peccaret, & credo quod hoc intellexit S. Tho.

Articul. sextus

Vtrum cognoscens uxorem non intendens aliquod bonum matrimonij

trimonij sed solam delectationem mortaliter peccet?



AD SEXTVM sic proceditur.

Videtur quod quodocumque aliquis uxorem cognoscit non intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationem mortaliter peccet. Quia sicut Hieron. dicit & habetur in litera: voluptates quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore damnanda sunt: sed non dicitur esse damnabile, nisi peccatum mortale: ergo cognoscere uxorem propter voluptatem solum est semper peccatum mortale.

PRÆTEREA, consensus in delectatione est peccatum mortale: ut in. 2. lib. dictum est, sed quicumque cognoscit uxorem suam causa delectationis, consentit in delectationem: ergo mortaliter peccat.

PRÆTEREA, quicumque usum creaturæ non refert in Deum, creatura fruitur, quod est peccatum mortale: sed quicumque uxore propter delectationem vitur hunc usum non refert in Deum: ergo mortaliter peccat.

PRÆTEREA, nullus debet excommunicari nisi pro peccato mortali: sed aliquis uxorem sola libidine cognoscens, ab introitu ecclesie arcetur, ut in litera dicitur: quasi sit excommunicatus: ergo omnis talis peccat mortaliter.

SED contra, quia secundum Aug. talis concubitus ponitur inter peccata quotidiana, pro quibus dicitur, pater noster &c. ut habetur in litera, sed talia non sunt peccata mortalia: ergo &c.

PRÆTEREA, qui cibo vitur ad delectationem tantum, non peccat mortaliter: ergo pari ratione, qui vitur uxore, tantum causa libidinis satandæ.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dicunt, quod quodocumque ad actum coniugalem libido principaliter mouet, est peccatum mortale, sed quando mouet ex latere tunc est peccatum veniale. Quando autem omnino delectationem despicit, & displicet ei tunc est omnino sine peccato veniali, ut sic delectatio-

nem in illo actu querere, sit peccatum mortale, delectationem oblatam acceptare, sit peccatum veniale, sed eam odire sit perfectionis: Sed hoc non potest esse, quia secundum Philosophum in 10. Ethic. idem iudicium est de delectatione & operatione, quia operationis bona, bona est delectatio, & mala, mala: vnde cum actus matrimonialis non sit per se malus, nec querere delectationem esset peccatum mortale semper.

ET ideo dicendum, quod si delectatio queratur ultra honestatem matrimonij, ut scilicet aliquis in coniuge non attendat, quod coniux est, sed solum quod mulier, paratus est eam facere cum ea si non esset coniux, est peccatum mortale: & ideo talis dicitur ardentior amator vxoris, quia ardor ille extra bona matrimonij fertur. Si autem queratur delectatio infra limites matrimonij, ut scilicet talis delectatio in alia non quereretur quam in coniuge, sic est veniale peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod tunc voluptates meretricias vir in vxore querit, quando nihil aliud in ea attendit, quam quod in meretrice attenderet.

AD SECVNDVM dicendum, quod consensus in delectatione concubitus qui est peccatum mortale, est peccatum mortale, non autem talis delectatio est matrimonialis actus.

AD TERTIVM dicendum, quod quantum delectationem non referat actu in Deum, non tamen ponit in ea vltimum delectationis finem, aut voluptatis, aliâ eam vbiunquæ indifferenter quereret: & ideo non oportet quod creatura fruatur, sed vitur creatura propter se, se autem habitualiter propter Deum, quantum non actu.

AD QVARTVM dicendum, quod hoc non dicitur propter hoc quod ex hoc peccato homo excommunicationem mereatur, sed quia spiritualibus se reddit inhabilem propter hoc quod efficitur in actu illo torus caro.

PRIVS circa conclu. huius art. negatiua, nempe, quod vir accedens ad uxorem propter delectationem non peccat mortaliter, est aduertendum quod aliqua sunt certa, & aliqua incerta, prius certum est & de fide,

fide, ut inferius probauimus, quod licitum est accedere ad coniugem, vel propter prolem procreandam, vel propter debitum reddendum vel propter vitandam fornicationem in alio coniuge. Secunda propositio est, dubium est, an propter vitandam fornicationem in se ipso, liceat accedere ad alterum coniugem? Tertia propositio, dubium est, an propter sanitatem propriam liceat coniugi, accedere ad uxorem carnaliter. Quarta propositio, certum est, quod si vir accedit ad uxorem contra naturam, eo modo quo masculus vteretur masculo, est peccatum mortale, & turpis Sodomia. Quinta propositio, certum est, quod voluntaria effusio seminis extra vas naturale, est peccatum mortale in viro faciente, & in femina consentienti, etiam cum periculo mortis. Sexta propositio. Omnis abusus matrimonij ex quo per se non sequitur, sed potius impeditur generatio prolis, est peccatum mortiferum contra naturam. Septima propositio. Si mulier supergreditur viro, multi dicunt, quod ambo peccant mortaliter, faciens & consentiens: dicunt enim quod ex illo congressu non potest proles generari. Syluest. tamen in verbo debitum conjugale, q. 4. dicit quod coniuges qui illud faciunt, sunt dure reprehendendi in confessione, sed non sunt condemnandi de peccato mortifero, quomodo cumq; abutantur se ipsis, dummodo sit intra vas debitum. Ratio dicit eis, quia matrix femina illo modo potest excipere semini verile, licet non tam bene: vnde sequetur generatio. Caietanus etiam in summa eod. tit. dicit, quod si non est certum quod ex tali concubitu impeditur generatio, non sunt condemnandi de mortali. Vnde nec ego condemnare, nisi ex dictis ipsorum coniugum habe. em, & ipsi coniuges sic ingrediuntur, ne sequatur generatio: aut quod eo faciunt, quia sciunt quod illo modo non sequitur generatio: & Syluest. dicit, quod forte quando vxor est pragnans, licet supergreditur viro si maritus petat debitum, & ne proles periclitetur, mulier illo modo reddit debitum. Octava propositio est, in amplexibus & tactibus, quibus coniuges vel ludendo, vel alio modo excitantur ad actum venereum, si sit periculum feminandi extra vas naturale: peccat mortaliter, secus si non sit tale periculum in his tamen superfuitatibus peccabunt coniuges venialiter. Nona propositio est, non est opus nec laudabile, & coniuges in confessione explicet ista peccata venialia in particulari, propter periculum, quod inde potest oriri in confessario, audiente & in ipso poenitente, & propter honestatem, sed illa explicet praedicti coniuges in communi, & confessarij admoneant coniuges, quantum ad ea quae sunt mortalia in particulari, & in communi quod non committant illos abusus, & non descendat ad alia particularia propter periculum pollutionis, & propter honestatem.

Quaestio. 52.

De impedimentis matrimonij in generali.

DEINDE considerandum est, de impedimentis matrimonij. ET primo in generali. SECVNDO in speciali.

Articu. primus.

Vtrum in matrimonio inconuenienter assignentur impedimenta? Tho. 4. dist. 34. q. vnica art. 1.



PRIMUM sic proceditur. Videtur quod in matrimonio inconuenienter impedimenta assignentur. Matrimonium enim quoddam sacramentum est, contra alia diuisum, sed alijs non assignantur impedimenta: ergo in matrimonio assignari non debent.

PRÆTEREA, quanto aliquid est minus perfectum, tanto paucioribus modis impeditur potest: sed matrimonium inter alia sacramenta est minus perfectum: ergo nulla, vel paucissima impedimenta ei assignari debent.

PRÆTEREA, vbi cumq; est morbus, est necessarium remedium morbi: sed concupiscentia in cuius remedium matrimonium est indultum, est in omnibus: ergo non debet esse aliquod impedimentum, quod aliquam personam illegitimam faciat poenitus ad contrahendum.

PRÆTEREA, illegitimum dicitur, quod est contra legem: sed huiusmodi impedimenta quae in matrimonio assignantur, non sunt contra legem naturae, quia non similiter inveniuntur in quolibet statu humani generis, plures enim gradus consanguinitatis inveniuntur esse prohiberi, vno tempore, quam alio. Lex autem humana non potest (ut videtur) matrimonio impedi-

impedi-

impedimenta prestare, quia matrimonium non est ex institutione humana, sed diuina, sicut & alia sacramenta: ergo matrimonio non debent aliqua impedimenta assignari, quae faciant personas illegitimas ad contrahendum.

PRÆTEREA, legitimum & illegitimum per hoc quod est contra legem, vel non contra legem differunt, inter quae non cadit medium, cum sint opposita secundum affirmationem & negationem: ergo non possunt esse impedimenta matrimonij quibus personae mediae inter legitimas & illegitimas constituentur.

PRÆTEREA, coniunctio viri & mulieris non est licita nisi in matrimonio: sed omnis coniunctio illicita dirimi debet: ergo si aliquid matrimonium contrahendum impedit, hoc dirimet contractum de facto, & sic non debet aliqua impedimenta matrimonio assignari quae impediatur contrahendum, & non diuisant contractum.

PRÆTEREA, nullum impedimentum potest a re aliqua remoueri quod in diffinitione ipsius cadit, sed indiuisibilitas cadit in diffinitione matrimonij: ergo non possunt esse aliqua impedimenta quae matrimonium contractum dirimant.

SED contra, videtur quod debeant esse infinita matrimonij impedimenta: quia matrimonium quoddam bonum est: sed infinitus modus est defectus boni, ut dicit Dio. 4. cap. de di. no. ergo infinita sunt matrimonij impedimenta.

PRÆTEREA, impedimenta matrimonij accipiuntur secundum conditiones particularium personarum: sed conditiones huiusmodi sunt infinitae: ergo & matrimonij impedimenta.

RESPONDEO dicendum, quod sunt quaedam quae sunt de essentia matrimonij, & quaedam quae sunt de sollemnitate eius, sicut & in alijs sacramentis: & quia remotis his quae sunt de sollemnitate eius in alijs sacramentis adhuc manet verum sacramentum: ideo impedimenta quae contrariantur his quae sunt de sollemnitate sacramenti, non efficiunt quin sit verum sacramentum, & talia dicuntur impedire contrahendum, sed non dirimunt contractum: sicut prohibitio ecclesiae & tempus feriarum: vnde versus, Ecclesia vetitum, nec non tempus feriarum, Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri. Impedimenta autem quae contrariantur his quae sunt de essentia matrimonij, faciunt ut non sit verum

matrimonium: & ideo dicuntur non solum impedire contrahendum, sed dirimere iam contractum, quae his verbis continentur. Error, conditio, votum, cognatio, crimen: Cultus, disparitas, vni, ordo, ligamen, honestas. Si sus affinis, si forte coire nequibus. Haec sociata verat, connubia facta retractat. Horum autem numerus sic accipi potest. Potest enim matrimonium impeditur aut ex parte contractus matrimonij, aut ex parte contrahentium. Si primo modo, cum contractus matrimonij fiat per voluntarium consensum, qui tollitur per ignorantiam & per violentiam, erunt duo impedimenta matrimonij, scilicet vis, i. coactio, & error ex parte ignorantiae. Et ideo de istis duobus impedimentis Magister determinauit, vbi agebatur de causa matrimonij: nunc autem agit de impedimentis quae accipiuntur ex parte personarum contrahentium, quae sic distinguuntur: Potest enim aliquis impeditur a matrimonio contrahendo vel simpliciter, vel respectu alicuius personae. Si simpliciter, ut cum nulla possit matrimonium contrahere, hoc non potest, nisi qui impeditur a matrimoniali actu: quod quidem contingit dupliciter. Primo quia non potest de facto, siue quia omnino non possit, & sic ponitur impedimentum in potentia coeundi: siue quia non liberè possit, & sic ponitur impedimentum seruutis coeundi. Secundo, quia non licite potest: & hoc secundum quod ad continentiam obligatur, quod contingit dupliciter. Vel quia obligatur ex officio suscepto, & sic est impedimentum ordinis: vel ex voto emisso, & sic impedit votum. Si autem aliquis impeditur a matrimonio non simpliciter, sed respectu alicuius personae, vel propter obligationem ad alteram personam: sicut qui vni matrimonio iunctus est, non potest alteri coniungi: & sic est ligamen matrimonij: vel quia deficit proportio ad alteram personam: & hoc propter tria. Primo quidem propter nimiam distantiam ad ipsam, & sic est disparitas cultus. Secundo propter nimiam propinquitatem, & sic ponitur triplex impedimentum, scilicet cognatio, quae importat propinquitatem duarum personarum ratione tertiae matrimonij coniunctae: & publica honestatis iniustitia in qua est propinquitatem duarum personarum respectu tertiae personae coniunctae. Tertiopropter debitam coniunctionem ad ipsam primo

factam, & sic impedit crimen adulterij prius cum ipsa commissi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod etiam alia sacramenta impediri possunt, si aliquid quod sit de essentia vel solennitate sacramenti subtrahatur, ut dictum est. Sed tamen magis matrimonio quam alijs sacramentis impedimenta assignantur, propter tres rationes. Primo, quia matrimonium consistit in duobus: & ideo pluribus modis potest impediri quam alia sacramenta que uni personae competunt singulariter. Secundo, quia matrimonium habet in nobis causam & in Deo, sed alia quaedam sacramenta solum in Deo: unde & poenitentiae, quae habet causam in nobis, aliquo modo Magister supra quaedam impedimenta assignauit: ut hypocrisis, ludos & humasmodi. Tertio quia de alijs sacramentis est preceptum vel consilium sicut de bonis perfectioribus: sed de matrimonio est indulgentia sicut de bono minus perfecto: & ideo ut detur occasio proficiendi ulterius in melius, plura impedimenta assignantur matrimonio quam alijs sacramentis.

AD SECVNDVM dicendum, quod perfectiora pluribus modis impediri possunt, in quantum ad ea plura requiruntur. Si autem sit aliquid imperfectum ad quod plura requirantur, illud etiam habebit plura impedimenta, & sic est de matrimonio.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procederet si non essent alia remedia, quibus etiam posset efficacius morbo concupiscentiae subueniri, quod falsum est.

AD QVARTVM dicendum, quod personae illegitimae ad matrimonium contrahendum, dicuntur ex eo quod sunt contra legem qua matrimonium statuitur. Matrimonium autem in quantum est in officium naturae, statuitur lege naturae: in quantum est sacramentum, statuitur iure diuino: in quantum est in officium communitatis, statuitur lege civili: & ideo ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona effici ad matrimonium illegitima. Nec est simile de alijs sacramentis que sunt sacramenta tantum: & quia lex naturalis secundum diversos status recipit determinationes diuer-

sas, & ius posituum variatur etiam secundum diuersas hominum condiciones diuersis temporibus: ideo Magister ponit in diuersis temporibus diuersas personas illegitimas fuisse.

AD QVINTVM dicendum, quod lex potest aliquid prohibere, vel vniuersaliter, vel in parte quantum ad aliquos casus: & ideo inter esse totaliter secundum legem, & esse totaliter contra legem, quae sunt contrarie opposita, & non secundum affirmationem & negationem, cadit medium aliqualiter secundum legem, & aliqualiter contra legem: & propter hoc ponuntur quaedam personae mediae inter simpliciter legitimas, & inter simpliciter illegitimas.

AD SEXTVM dicendum, quod illa impedimenta que non dirimunt matrimonium contractum, impediunt quandoque contrahendum, non ut non fiat, sed ut non licite fiat: & tamen si fiat, matrimonium contractum est, quantum contrahens peccat: sicut si aliquis consecraret post comestionem peccaret contra statutum ecclesiae faciens, nihilominus verum sacramentum perficeret, quia ieiunium consecrantis non est de necessitate sacramenti.

AD SEPTIMVM dicendum, quod impedimenta praedicta non dicuntur dirimere matrimonium contractum, quasi soluentia verum matrimonium quod rite contractum est, sed quia solvunt matrimonium quod contractum est de facto & non de iure: unde si impedimentorum aliquod matrimonio rite facto superueniat, matrimonium soluere non valet.

AD OCTAVVM dicendum, quod impedimenta quibus aliquod bonum per accidens impeditur, sunt infinita: sicut & omnes causae per accidens: sed causae corrumpentes aliquod bonum per se sunt determinatae: sicut etiam causae constituentes: quia causae destructionis & constructionis alicuius rei sunt oppositae, vel eadem contrario modo sumptae.

AD NONVM dicendum, quod conditiones particularium personarum in singulari sunt infinitae, sed in generali possunt reduci ad certum numerum: sicut in medicina patet, & in omnibus artibus operatiuis quae sunt particularium in quibus & actus considerantur, & conditiones

QVAE.

Quaestio. 53.

De impedimento erroris.

DEINDE considerandum est, de impedimento matrimonij in speciali.

ET primo de impedimento erroris.

CIRCA quod quaeruntur duo.

PRIMVM est, utrum error de sui natura matrimonium impediatur?

SECVNDVM est, quis error.

Articulus primus.

Utrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij?

Th. 4. dist. 30. q. 1. art. 1. & 2.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod error non debeat poni matrimonij impedimentum per se. Consensus enim qui est causa matrimonij impeditur, sicut & voluntarium, sed voluntarium secundum Philosophum in 3. Et hoc potest impediri per ignorantiam quae non est iuris quod error, quia ignorantia nullam cognitionem ponit: sed error ponit: eo quod approbare falsa pro veris sit error: secundum Aug. ergo non debuit hic poni impedimentum matrimonij error, sed magis ignorantia.

PRÆTEREA, illud potest impedire matrimonium de sui natura, quod habet contrarietatem ab bona matrimonij: sed error non est huiusmodi: ergo error de sui natura non impedit matrimonium.

PRÆTEREA, sicut consensus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptismum: sed si aliquis baptizat Ioannem et credit baptizare Petrum, nihilominus verè baptizat: ergo error non excludit matrimonium.

PRÆTEREA, inter Liam & Iacob fuit verum matrimonium: sed ibi fuit error: ergo non excludit matrimonium.

SED contra est, quod in Digestis dicitur: Quid

tam contrarium est consensui quam error? sed consensus requiritur ad matrimonium. ergo error matrimonium impedit.

PRÆTEREA, consensus aliquid voluntarium nominat, sed error impedit voluntarium: quia voluntarium secundum Philosophum & Grego Nissenum & Dam. est cuius principium est in aliquo sciente singularia, in quibus est actus quod erranti non competit: ergo error matrimonium impedit.

RESPONDEO dicendum, quod quicumque impeditur: sicut de sui natura impeditur & effectus similiter: consensus autem est causa matrimonij, ut dictum est. et ideo quod euacuat consensus, euacuat matrimonium. Consensus autem voluntatis est actus qui praesupponit actum intellectus: deficiente autem primo, necesse est defectum contingere in secundo: & ideo quando error cognitionem impedit, sequitur etiam in ipso consensu defectus & per consequens in matrimonio, & sic error de iure naturali habet quod euacuet matrimonium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ignorantia differt simpliciter loquendo ab errore: quia ignorantia de sui ratione importat aliquem cognitionis actum, sed error ponit iudicium rationis peruersum de aliquo: tamen quantum ad hoc quod est impedire voluntarium, non differunt utrum dicatur ignorantia vel error. Qui nulla ignorantia potest impedire voluntarium, nisi quae habet errorem adiunctum, eo quod actus voluntatis praesupponit estimationem siue iudicium de aliquo, quod fertur: unde si est ibi ignorantia, oportet ibi esse errorem: & ideo etiam ponitur error quasi causa proxima.

AD SECVNDVM dicendum, quod quantum non contrarietur secundum se matrimonio, contrariatur ei tamen quantum ad causam suam.

AD TERTIVM dicendum, quod character baptismi non causatur ex intentione baptizantis directe, sed ex elemento materiali exterioris adhibito. Intentio autem operatur solum, ut dirigens elementum materiale ad effectum proprium: sed vinculum coniugale ex ipso consensu causatur directe: & ideo non est simile.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut

NN ij Mag.

Secunda. 4. quest. 53. art. 1.

Magister. 4o d. 4. sententiarum dicit: matrimonium quod fuit inter Liam, & Iacob non fuit perfectum ex ipso concubitu. qui ex errore contrigit, sed ex consensu qui postmodum accessit, cum uterque à peccato excusetur, ut patet in eadem distinctione.

IN ISTO art. 1. est cōcl. S. Tho. affirmativa, nempe, quòd error impedit matrimonium: ratio est, quia tollit voluntarium cōsensum, qui est causa matrimonij: & hæc conclu. est cōmunitè ab omnibus libenter recepta. Circa quam materiam aduerte prius, quòd disputatur à Magistro in. 4. d. 30. & ibidem ab omnibus qui super eum scribunt. Secundo est aduertendum, quòd Magister & omnes alij dicunt, quòd duplex est error: quod confirmat S. Tho. in his duobus art. nempe in isto. 1. & in. 2. sequenti. Alter est error personæ, ut si putat vir quòd contrahit cum Maria, & est Ioanna, ut contingit Iacob qui putavit quòd contrahebat cum Rachel, & erat Lia. Alter est error conditionis personæ, ut si putat quòd est libera & est serua: error conditionis personæ qui inuoluit matrimonium, solum est respectu seruitutis & libertatis: nam si putaret vir quòd mulier erat diues, & non erat nisi pauper, talis error non impedit matrimonium: aut si putaret quòd erat pulchra, & non erat nisi turpis formæ, vel si putaret quòd erat virgo, & non erat nisi iam cognita viro: isti errores non impediunt matrimonium. Est tamen differentia inter priores duos errores, nempe inter errorem personæ & errorem conditionis personæ, quia error personæ impedit matrimonium de iure naturali, & diuino seclusa omni ecclesiæ institutione: Probatur, quia ex utroque, iure consensus liber requiritur ad matrimonium, sed ille qui sic errat in persona, non solum non cōsentit libere, sed nec cōsentit in illa: ergo de iure naturali & diuino impedit matrimonium: error autem conditionis personæ solum impedit matrimonium de iure positiuo humano, quod expresse asseruit S. Tho. q. seq. art. 1. ad. 2. & Palud. in. 4. d. 36. q. 1. conclu. 2. Et quòd prædictus error illius conditionis seruitutis impedit matrimonium, habetur de coniugio seruorum, cap. Proposuit, & ratio quare ecclesia irritauit tale matrimonium est (ut inquit diuus Th.) quia ille vir quodammodo esset seruus, & filij sui essent serui, quia secundum iura partus sequitur ventrem: unde merito ecclesia irritauit prædictum matrimonium: quia esse seruum, vel quòd filij sint serui est magna pœna, & nullus debet puniri sine culpa: atqui si ecclesia non irritaret valeret matrimonium, quia cū iam ille cōsenserat in persona, qui cōsensus sufficiebat ad matrimonium, sicut si putaret quòd ipsa fœmina erat diues, &

non erat nisi pauper. **SECUNDO** est dub. an omnis error personæ, & omnis error declaratæ conditionis, nempe, seruitutis impediatur matrimonium? Pro cuius quæstionis decisione aduerte, quòd sicut Arist. dicit, & S. Tho. a Teuerat. 1. 2. q. 6. art. 8. & 1. 2. q. 76. duplex est ignorantia, altera quæ vocatur antecedens, altera quæ vocatur concomitans. Ignorantia antecedens dicitur illa quæ non est uolita & est causa actus: ita quòd si scientia adesset non esset ille actus. Concomitans autem est illa quæ est simul cum actu, & esto non esset nihilominus esset ille actus, sic etiam duplex est error, antecedens, s. & concomitans. Dubium est ergo, an omnis talis error impediatur matrimonium. Ad quod dico prius, quòd de errore antecedente non est dubium, quin impediatur matrimonium eo quòd tollit cōsensum in isto viro cum ista fœmina. **S**ED difficultas est de errore concomitante: exempli gratia, Petrus duxit Mariam, putans quòd ducebat Ioannam, sed esto sciret, quòd erat Maria duceret æque libenter, & faciamus quod adhuc libentius: an hic talis error impediatur matrimonium: & eodè modo de errore cōditionis personæ est dubium, nempe putat vir quod Maria est libera: sed captus amore illius est ita habitualiter dispositus, quòd esto sciret quòd est serua duxisset illam, an iste talis error impediatur etiam matrimonium? Et arguitur à parte negatiua, quia Arist. & communiter omnes sapientes dicunt, quòd ignorantia concomitans non facit inuoluntarium: unde nec excusat impium à peccato. Tunc sic, si non excusat à peccato, nec excusabit à facto ergo matrimonium cōfectum tali errore tenebit. propter prædictam igitur rationem dubium motum dignum est quòd disputetur. His tamen non obstantibus videtur mihi, quòd prædictus error concomitans etiam impedit matrimonium, siue ille error concomitans sit error personæ, siue conditionis seruitutis personæ. Quod sic ostendo, prius, quia ibi nempe in prædicto viro non est cōsensus in ista, quia licet ille error vel ignorantia non faciat inuoluntarium, facit tamen secundum Arist. & S. Tho. ubi supra, non voluntarium, quia non habuit uolitionem in hanc fœminam, quod sufficit ad hoc quòd non sit matrimonium. Tertio est aduertendū, quòd quando dicimus quòd error conditionis seruitutis impedit matrimonium: intelligitur quando ille coniux qui decipitur est liber: nam si ambo sunt serui, esto vnus putet quòd alius est liber, & re vera non est, nō impeditur matrimonium. **Q**uarto rursus est dub. si quis volens allicere puellam ad matrimonium, dicit se primogenitum ducis Bergatiæ, & in rei ueritate nō est nisi secundus filius eiusdem ducis, an sit matrimonium, si sic decepta putans quòd est primogenitus nubit eidem, alias non factura? Ad quod di-

Secunda. 4. quest. 53. art. 2. fo. 467.

dico, quòd tale matrimonium tenet: ratio est, quia ibi solum est error qualitatis non personæ: unde doctores constituunt regulam hanc, quòd non potest vnquam esse error personæ, nisi alter coniux explicite cognoscat alterum, sed in illo prædicto euentu ista fœmina non cognoscat primogenitum illum, solum scit quòd vocatur Petrus, & licet prædictus secundus filius denominet se Petrum, & dicat se esse illum Petrum primogenitum ad decipiendum, matrimonium tamen est raptum, quia illa errat tantum in nomine & in patrimonio, non autem in persona. Requiritur igitur necessario ad hoc quòd sit error personæ, quòd ille qui errat cognoscat personam aliam, ut patet in Iacob, qui errauit in persona, quia cognoscebat explicite Rachel, & non cognoscebat Liam. **S**ED adhuc est difficultas, si Maria cognoscat primogenitum ducis Bergatiæ: qui moriatur ipsa nesciente, post cuius mortem dicat secundus filius eidem Mariæ quòd est primogenitus, quod quoad hæreditatem verum est, & Maria putans quòd est ipse primogenitus quæ ipsa cognoscebat & amabat, nubit illi, an sit matrimonium: Dico quòd non: quia est error personæ. Nec obstat si dicas, quòd ille non decipit illam, quia esto ita sit quòd ille iam sit primogenitus quoad hæreditatem, & non sit ille quem ipsa putat: ipsa tamen decipitur putans illum Petrum primogenitum & est Ioannes. Circa solutionem ad quintum argumentum in art. seq. aduerte, quòd quando S. Tho. dicit quòd cōsensus debet esse in istam personam directe, ne contingat impedimentum erroris personæ: ita quòd si mulier cōsentiat in istum Ioannem, errat tamen in qualitate, quia putat quòd est nobilis & non est: tenet tamen tunc matrimonium &c. Illa particula quam apponit S. Tho. nempe directe, intelligenda est formaliter. Itaque debet mulier cōsentire formaliter in istum Ioannem, aut in istum Petrum, & vir debet formaliter cōsentire in istam Ioannam, vel in istam Franciscam: & tunc quantumcumque, errent in qualitate vel nobilitate, quia putabat vir quod illa fœmina erat diues & non erat, aut putabat quòd erat nobilis & non erat, tunc erat raptum matrimonium. Sed si mulier non cōsentit formaliter in Petrum, sed in Ioannem: cōsentit tamen materialiter in istum qui in rei ueritate est Petrus putans quòd est Ioannes. non est raptum matrimonium, eò quia est error personæ quantumcumque, cōsentiat in istum, quia formaliter non cōsentit nisi in Ioannem, & iste est Petrus. Et hoc est dubium quod S. Tho. dicit, quòd si cōsentit in istum putans quòd est filius Regis, alias non cōsentit: si non est, ita non tenet matrimonium, esto cōsentiat in istum: quia illud est cōsentire materialiter, & formaliter non cōsentiebat nisi in filio Regis

&c. quia cognoscebat filios regis, & nunc errauit, quia dictum est ei, quòd hic est filius Regis, & quia non est ita, non cōsentit formaliter in istum, nisi materialiter tantum: & formaliter cōsentiebat in alio, nempe in filio Regis.

Artic. secundus

Vtrum omnis error matrimonium impediatur?



D SECUNDO sic proceditur. Videtur quòd omnis error matrimonium impediatur, & nō solum error conditionis aut personæ, ut in li. eradicitur. Quia

quod conuenit alicui secundum se, conuenit ei secundum totum suum ambitum: sed error de sui natura habet quòd matrimonium impediatur, ut dictum est. ergo omnis error matrimonium impedit.

PRÆTEREA, si error in quantum huiusmodi matrimonium impedit, maior error magis debet impedire: sed maior est error fidei, qui est in hæreticis non credentibus hoc sacramentum, quam error personæ: ergo magis debet impedire quam error personæ.

PRÆTEREA, error non euacuat matrimonium, nisi in quantum tollit voluntarium: sed ignorantia cuiuslibet circumstantiæ voluntarium tollit, ut patet in. 3. Ethico. ergo non solum error conditionis & personæ matrimonium impediunt.

PRÆTEREA, sicut conditio seruitutis aliquid est annexum accidens personæ, ita qualitas corpori aut animi: sed error conditionis impedit matrimonium. ergo eadem ratione error qualitatis aut fortune.

PRÆTEREA, sicut ad conditionem personæ pertinet seruitus & libertas, ita nobilitas vel ignobilitas, aut status dignitas, & priuatio eius: sed error conditionis libertatis vel seruitutis impedit matrimonium: ergo & error aliorum dictorum.

PRÆTEREA, sicut conditio seruitutis impedit, ita etiam disparitas cultus & improprietas

tia coeundi, ut infra dicitur: ergo sicut error conditionis ponitur matrimony impedimentum, ita error circa alia huiusmodi deberet impedimentum matrimony poni.

SED CONTRA, videtur quod nec error personae matrimonium impediatur. Quia sicut emptio est quidam contractus, ita etiam matrimonium: sed in emptione & venditione si detur aurum aequivalens pro alio auro, non impeditur venditio: ergo nec matrimonium impeditur, si pro vna muliere alia accipiatur.

PRÆTEREA, potest contingere quod per multos annos iste error detineatur, & filios & filias generent simul: sed graue esset dicere quod tunc essent diuidendi: ergo primus error non frustrauit matrimonium.

PRÆTEREA, potest contingere quod frater viri in quem consentire credit mulier offeratur ei, & commisceatur carnaliter, & tunc videtur quod non posset redire ad illum in quem consentire se credit, scilicet debeat stare cum fratre eius: & sic error personae non impedit matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quod sicut error ex hoc quod inuoluntarium causat, habet excusare peccatum, ita habet quod matrimonium impediatur ex eodem error autem non excusatur a peccato, nisi sit illius circumstantia cuius appositio vel remotio facit differentiam liciti & illiciti in actu. Si enim aliquis percussit patrem baculo ferreo, quem credit ligneum esse, non excusatur a toto, quamuis forte a tanto: sed si credat quis percutere filium causa discipline, & percussit patrem excusatur a toto adhibita debita diligentia: unde oportet quod error qui matrimonium impedit, sit alicuius eorum quae sunt de essentia matrimony. Duo autem includit ipsum matrimonium, scilicet personas duas quae coniunguntur, & mutuam potestatem inuicem in qua matrimonium consistit. Primum autem tollitur per errorem personae. Secundum per errorem conditionis, quia seruus non potest potestatem sui corporis libere alteri tradere sine consensu sui domini: & propter hoc hi duo errores matrimonium impediunt, & non alij.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod er-

ror non habet ex natura generis quod impediatur matrimonium, sed ex natura differentiae adiunctae, prout. scilicet error alicuius eorum quae sunt de essentia matrimoniali.

AD SECUNDVM dicendum, quod error infidelis de matrimonio non est circa ea quae sunt matrimony consequentia, scilicet an sit sacramentum, an licitum: & ideo error talis matrimonium non impedit, sicut nec error baptismi impedit acceptionem characteris, dummodo intendat facere vel recipere quod ecclesia dat, quamuis credat nihil esse.

AD TERTIVM dicendum, quod non quaelibet circumstantia ignorantia causat inuoluntarium, quod excusat peccatum, ut dictum est: & propter hoc ratio non sequitur.

AD QUARTVM dicendum, quod diuersitas fortunae non variat aliquid eorum quae sunt de essentia matrimony, nec diuersitas qualitatis, sicut facit conditio seruitutis: & ideo ratio non sequitur.

AD QUINTVM dicendum, quod error nobilitatis in quantum huiusmodi non euacuat matrimonium eadem ratione, qua nec error qualitatis. Sed si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem personae, tunc impeditur matrimonium: unde si consensus mulieris feratur in istam personam directè error nobilitatis ipsius non impedit matrimonium. Si autem directè intendit consentire in filium Regum quicumque, sit ille, tunc si alius praesentetur ei quam filius Regis, est error personae, & impeditur matrimonium.

AD SEXTVM dicendum, quod error etiam aliorum impedimentorum matrimony quantum ad ea quae faciunt personas illegitimas, impedit matrimonium, sed idè de errore illorum non facit mentionem, quia illa impediunt matrimonium, siue cum errore sint, siue sine errore: ut si alij sua contrahat cum subdico, siue sciat siue nesciat, non est matrimonium: sed conditio seruitutis non impedit si seruitus sciatur: & ideo non est simile.

AD SEPTIMVM dicendum, quod pecunia in contractibus accipitur, quasi mensura aliarum rerum, ut patet in .5. Ethic. & non quasi propter se quaesita: & ideo si non detur illa

illa pecunia quae creditur, sed alia aequivalens, nihil obest contractui: sed si in re quaesita propter se esset error, impediretur contractus, sicut si alicui videretur asinus pro equo, & simpliciter est in proposito.

AD OCTAVVM dicendum, quod quantumcumque fuerit cum ea, nisi de nouo consentire velit, non est matrimonium.

AD NONVM dicendum, quod si ante à non consenserat in fratrem eius, potest eum quem per errorem accipit retinere, nec potest ad fratrem eius redire, praecipue si sit cognita carnaliter ab eo quem accepit. Si autem consenserit in primum per verba de praesenti, non potest secundum habere primo viuente, sed potest vel secundum relinquere, vel ad primum redire: & ignorantia facti excusat, sicut excusaretur, si post consummatum matrimonium à consanguineo viri sui fraudulenter cognosceretur, quia fraus alterius non debet sibi prauidicare.

CIRCA materiam huius art. est aduertendum, quod in .2. p. d. 30. S. Tho. primum petit, an virgo Maria vouerit virginitatem, & ibidem in .q. 2. & in .3. p. q. 28. art. 4. respondet quod beata virgo vouit virginitatem, & fuit virgo ex voto. Quod probatur ex illis verbis Euangelij, quibus beata virgo respondit Angelo salutanti: Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Luc. 1. Secundo probatur ratione. Votum addit perfectionem actui facto ex voto, & virgo Maria fuit perfectissima virgo inter omnes virgines: ergo immisit votum virginitatis: & hoc asseuerant omnes scolastici communiter, ut Durand. Scot. & alij in .4. d. 30. & ille locus citatus, nempe, quoniam virum non cognosco: multum facit ad probandam istam sententiam, nam aliàs si non haberet votum, non erat illa excusatio conueniens, quia facile diceret ei angelus: si non cognoscis: cognosce, si solum intelligeretur nunc actualiter non cognosco. Ideò sensus illius dicti erat, quoniam virum non cognosco. i. quia habeo votum non cognoscendi virum.

SED in oppositum est, quia ante legem euangelicam continentia non erat opus supererogationis, nec addebat aliquam perfectionem, imò pro maledictione habebatur: ergo beata virgo non habebat votum continentiae.

IDEO est dub. an virginitas fuerit licita ante legem euangelicam? Ad quod S. Tho. respondet, 1. p. q. 98. art. 2. ad 3. & dicit, quod saltem in

statu innocentiae vbi natura esset integra, non esset laudabilis virginitas: ratio est, quia procreatio liberorum de se bona est, & si nunc abstinere est bonum, est quia illud, nempe dare operam liberis, impedit à rebus spiritualibus, & à contemplatione, quod tunc non faceret, & S. Tho. in .4. d. 33. q. 3. art. 2. ad 2. dicit, quod in lege naturae post sufficientem propagationem speciei humanae, licitum esset seruare integritatem corporis, tamen non habuisset ille qui illam seruaret speciale praemium, vel aureolam, quia medium virtutum debet sumi, prout sapiens ordinauerit: & illo tempore volebat Deus quod esset propagatio generis humani, ut à pluribus coleretur, facta vero sufficienti propagatione licite possent homines abstinere, esto quod in illa lege naturae non haberent sic abstinentes specialem aureolam virginitatis.

SED tunc merito haesitabis: si tunc virgines non habebant peculiare meritum, cur virgo Maria vouebat, postquam oppositum ad minus erat tam bonum? Ad hoc respondent communiter doctores, quod immisit votum, mota instinctu Spiritus sancti, quia aliàs non decebat quod paritura Deum, hominem aliquem voluisset cognoscere.

SED dubitabis, an potuit vouere matrimonium & videtur quod non, quia non stant duae obligationes repugnantes & impossibiles simul, nam non poterat obligari ad reddendum debitum, illa quae antea vouerat virginitatem. Ad hoc dubium dico, quod sunt opiniones inter doctores: & prius S. Tho. in locis supra citatis dicit, quod antequam beata Maria contraheret matrimonium, cum Ioseph non vouerat virginitatem absolute, sed conditionaliter, nempe, nisi dominus aliter prouideret, & aliud Deo placeret, quia licet de facto possit vterque coniux esse virgo, & contrahere matrimonium, & non reddere debitum, tamen obligationes illae absolute sumptae omnino videntur impossibiles, ex doctrina Aug. & Nicolai Papae, quae habetur in cap. Sufficiens. 27. q. 2. & est opinio communis, & patet, ut ait: Ferrus Comestor super illud locum: quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Et est sententia Ricar. Henrici, & aliorum multorum. Scotus tamen in illa d. 30. q. 2. art. 2. oppositam asserit sententiam, & dicit, quod beata virgo absolute vouit sine quacumque conditione: probat etiam illa conditio quam ponit S. Tho. nempe, nisi Deo aliter placuerit, esset vana: quia in omni voto intelligitur, & hoc est apprensus argumentum. Præterea, quia virgo Maria non dicit Angelo conditionaliter: quoniam virum non cognosco, sed absolute. Tertio, quia Sanct. Thom. & alij qui hoc asserunt dicunt hoc propterea quia illud votum absolute non impeditur matrimonium, sed illud non impedit: quia in matrimonio non requiritur consensus in copula carnali, sed in

mutua traditione corporis duntaxat cum conditione implicita, quod si peteret alter coniux alius redderet, sed beata virgo habuit reuelationem à spiritu sancto quod Ioseph nunquam esset petiturus debitum: & ita postquam votum absolutum est perfectius quam conditionatum, & non impediatur propterea matrimonium, quare non voueret sic absolute beata virgo. Præterea, dato quod ipsa non teneretur reddere debitum, nec Ioseph exigere, esset verum matrimonium: vt patet in vxore adulteri quæ est vera coniux & vxor, & tamen non tenetur reddere debitum. Præterea, si post sponsalia cum iuramento aliquis vouit votum religionis, dicit Scotus, quod debet prius contrahere cum illa sponsa per verba de præsentibus, & postea implere votum, postquam vtrūq; potest licite adimplere, & sic videtur determinatum in cap. Commissum, de sponsalibus. His tamen non obstantibus. Dico veriorum esse opinionem S. Tho. & pro certo tenendum est, quod illud votum beatæ virginis fuit conditionale, neque Scotus soluit illud argumentum, nempe, quod votum absolutum & matrimonium sunt obligationes impossibiles, dicendo quod non requiritur consensus in copulam carnalem, sed contra est, quia licet non requiratur consensus ad copulam carnalem, requiritur tamen ad obligationem procreationis liberorum: vnde ex consequenti requiritur ad copulam. Argumenta autem Scoti dissoluit Capreol. in prædicta d. & P. iud. & respondebis facile, dicendo ad primum argumentum, quod in voto non intelligitur conditio, nisi explicetur à vouente interius vel exterius, & fortius obligat votum absolutum, quam conditionatum. Et ad secundum dicendum quod beata virgo non respondebat angelo, quasi dicens se nullo modo posse ducere virum, sed postquam angelus iam ex parte Dei illud proponebat, quærebat si erat ipsa aliquid factura. Et ad vltimum argumentum Scoti dico, quod non licet facere id quod dicitur in argumento, quia tunc vir deciperet illam fornicariam, cum illa sit vera deceptio, nempe ducere vxorem iam cum animo relinquendi illam: & Scotus forte fuit deceptus ex illo cap. Commissum, de sponsalibus: vbi expresse ponitur ille casus & Summus pontifex dicit, quod tutius est illi iuranti contrahere cum illa, deinde transeat ad religionem si voluerit: vnde videbatur ibi determinatam esse sententiam Scoti, & confirmatur, quia si cum voto absoluto religionis fiat matrimonium, stabit etiam cum voto absoluto castitatis. Ad hæc tamen argumenta facile dices, quod in prædicto cap. Commissum, nulla fit mentio de voto, sed solum dicitur, quod si ille sponsus habet propositum quoddam, & animus transeundi ad religionem, tutius est ducere illam bona fide, deinde si vult transeat ad religionem. Sed credo, quod si ille sponsus vo-

luisse ducere illam sponsam cum intentione transeundi ad religionem, nunquam Summus pontifex consuleret, quod duceret illam, habes actualiter propositum relinquendi illam statim, & ingrediendi religionem, quia esset illam decipere: sed Summus pontifex volebat quod bona fide ille contraheret matrimonium, nempe, animo perseuerandi: & postea si vellet, ante copulam carnalem transiret ad religionem, & nihil dicit de voto. Dicendum est igitur, quod virgo Maria non immisit votum absolutum virginitatis ante matrimonium, quia votum absolutum repugnat matrimonio: nulli enim post votum continentie licet contrahere matrimonium, quia per matrimonium obligant se coniuges ad aliquod impossibile tali voto continentie, cum per matrimonium obligentur ad copulam carnalem, & inuicem se obligant mutua obligatione: vnde si ille qui habet votum absolutum continentie contrahat per verba de præsentibus dubitandum non esset quin peccaret mortaliter. Vnde in illo euentu quem ponit Scotus, si post sponsalia cum iuramento emiserit quis votum absolutum continentie, si postea contraheret matrimonium per verba de præsentibus, peccaret mortaliter, quia debet seruare castitatem. Et ad illud prædictum cap. Commissum, dico quod ibi nulla fit mentio de voto, nec ibi proponitur tale votum Summo pontifici, & si fuisset ibi votum, Papa non posset consulere, id quod consulitur in eodem cap. & ita dicit Innocentius & glo. ibid. & ego non dubito, quod si quis contraheret matrimonium: etiam sine voto, tamen cum proposito actuali intrandi religionem peccaret mortaliter. Ratio est, quia ibi est fictio sacramenti, & contrahitur illud matrimonium cum iniuria alterius coniugis: quia decipitur alter coniux in materia graui, & in prædicto cap. solum deliberabat ille qui proponitur pontifici, an intraret religionem, vel duceret vxorem: ideo dicit ei pontifex, quod contrahat matrimonium: quia non potest illud differre, interim quod deliberat, quia fieret iniuria alteri coniugi sic differendo matrimonium, vel ergo intret religionem, vel contrahat statim, consulit Summus pontifex. Hoc tamen argumentum fortius militat in beata virgine Maria, nam ille alius coniux, aliquando posset excusari, quia potest adhuc habere propositum intrandi religionem post verba de præsentibus, licet in rei veritate non excusetur, & hoc dicit Palud. & Capreol. in prædicta d. 30. & non solum ille in hoc casu peccat, propter iniuriam quam facit sacramento & alteri coniugi, sed quia etiam inducit obligationem impossibilem voto, quauis habeat propositum intrandi statim in religionem, tamen in beata virgine, nullo modo excusari poterat, quia tunc non erat religio, vel aliquid aliud per quod excusari posset illud ma-

matrimonium, neque erat per quid illud matrimonium dissolueretur, vteff nunc, & si quis cum voto castitatis contraheret matrimonium, etiam si sciat per reuelationem, quod alter coniux non debet petere ab illo debitum, male faceret, & non licet illi, quia esset fractor voti, quantum est ex parte sua, quia iam non manet in potestate sua, sed alterius seruare votum aut non consummare matrimonium: vnde habere prædictam reuelationem non excusaret beatam Virginem.

¶ Sed contra hoc arguo in hunc modum, manifestum est quod quantumcumque quis haberet votum continentie absolutum, si Deus reuelaret illi quod contraheret, liceret ei, & nihil derogaretur in hoc voto solenni, quia ille volens non potest obligare Deum, sed ita est secundum omnes quod beata Maria contraxit ex instinctu Dei, & certa etiam quod maritus non esset petiturus debitum, & saltem de primo, nullus est qui non concedat: ergo asserendum est quod voto absoluto vouit castitatem. Ad quod nego vltimam consequentiam, & alia omnia concedo. Et ratio est in promptu, quia non est consentaneum rationi recte, dicere quod Spiritus Sanctus faceret illas duas obligationes impossibiles, cum sint contrarie, & illæ reuelationes essent sic repugnantes. Vnde fateor quod quantumcumque beata Virgo verè vouerit absolute, posset Deus reuelare, ipsum velle illam contrahere, & tunc liceret ei contrahere, tamen tunc esset dispensatio, & non teneret votum, quia votum castitatis absolutum, & matrimonium non sunt compossibilia.

Præterea, falsum est dicere quod in quocumque voto illud intelligatur, nempe, illa conditio: si Deo placuerit, nam illud non ponitur in obiecto voti & ideo si non esset conditionatum votum, sed absolutum, opus esset dispensatione, aliàs contrahendo faceret contra votum: melius ergo est dicere quod virgo Maria haberet votum in quo non fuerit necessarium postea dispensare, quam quod haberet votum in quo esset necessaria dispensatio. Duran. tamen vtraque opinionem reputat probabilem, verior tamen est nostra propter prædictas rationes.

PRÆTEREA, est dub. an fuerit verum matrimonium inter beatam Mariam & Ioseph, ad quod respondetur affirmatiue, ita quod Ioseph fuit verus maritus beatæ Virginis, & beata Virgo fuit vera vxor, & esset hæreticum dicere quod Ioseph non fuit verus maritus beatæ Virginis, cum in Evangelio vocetur Ioseph absolute vir beatæ Virginis, dicitur enim Ioseph autem vir eius, cum esset iustus & nollet illam traducere, &c. hoc dico propter quosdam prædicatores qui prædicauerunt quasdam fatuitates, & vna erat ista quod Ioseph non erat verus maritus Virginis, quia non erat verum matrimonium inter Ioseph & beatam virginem.

¶ Sed est dub. an virgo Maria habuit consensum vel disconsensum circa copulam carnalem, vel an

habuerit se negatiue. Ad quod dico, quod ad hoc iam supra diximus, quod ad matrimonium non requiritur consensus, nec cogitatio in copulam carnalem, sed sufficit velle contrahere matrimonium, & ideo nullo modo est dicendum, quod in beata Virgine fuit consensus absolutus in copulam carnalem: quia esset sacrilegium, & blasphemiam, cum talis consensus repugnet voto.

Secundo dico quod potuit in beata Virgine esse verus dissensus & absolutus copulæ carnalis quia sciebat quod Ioseph nunquam exacturus erat debitum, & tali matrimonio in sensu composito, non repugnat ille dissensus. Veresimilius tamen est quod dicit Palud. quod sicut fuit votum conditionatum, ita fuit consensus conditionatus in copulam carnalem, etiam quod in hoc, nempe, in copula carnali, faceret quod Deus determinaret.

¶ Sed hæsitabis rursus, an matrimonium illud fuerit tam perfectum, quam quodcumque aliud inter alios coniuges, hoc est, an matrimonium ratum sit tam perfectum, quam ratum & consummatum. Ad quod dicendum quod quantum ad hoc quod matrimonium ratum & consummatum nullo modo est dissolubile, & matrimonium ratum & non consummatum secundum multos Doctores est dissolubile, & quantum ad hoc quod matrimonium ratum & consummatum significat perfectè coniunctionem Christi & ecclesiæ, & matrimonium ratum & non consummatum significat imperfectè prædictam coniunctionem, matrimonium beatæ Virginis non fuit tam perfectum quam alia consummata conubia, absolute tamen loquendo est longe perfectius alijs matrimonijs: quia in illo fuerunt multæ prærogatiuæ, & multæ perfectiones quæ non sunt in alijs matrimonijs, nempe, matrimonium Virginis & Ioseph fuit instinctu Spiritus Sancti, & non fuit ibi consensus in copulam carnalem, nec coesectum fuit illud illud matrimonium propter aliquam delectationem, sed ad celandum quædam misteria sancta, quas prærogatiuas alia matrimonia non habent.

¶ Sed dubitabis, an illa virginitas beatæ Virginis fuerit tam perfecta quam alia, quæ fuit sine matrimonio, cum ista fuerit cum matrimonio vero. Ad quod videtur S. Tho. dicere, quod Virgini non volenti virginitatem, non debetur aureola virginitatis, & votum continentie facit ad virginitatem: ideo multo magis addit votum solenne, aliàs sine causa induceretur votum solenne ad virginitatem: & in beata Virgine fuit duntaxat votum simplex, cum si esset solenne dirimeretur matrimonium. Igitur videtur quod virginitas monialium hodie est perfectior quam illa virginitas beatæ Virginis. Ego tamè ad hoc nego consequentiam, quia ad hoc quod probaret, oporteret quod omnia alia cetera essent paria: at in beata Virgine fuerunt infinite aliæ perfectiones quæ non sunt in alijs virginibus: & hæc erat

erat sufficiens responsio. Prescius tamen potest dici, negando quod beata Virgo non habuerit votum solenne, unde dico quod post matrimonium emisit illud votum solenne, ita quod mortuo Ioseph non poterat nubere alteri: & consequenter, dico, quod ecclesia nunc determinavit modum quo debet emitti votum solenne, quia de se absq. hoc quod fieret in manu prelatorum possit esse votum solenne. Et falsum est quod dirimatur tunc matrimonium, quia uterq. coniux pariter votum emisit & vouit castitatem, quod iam diximus supra, maxime loquendo ad mentem S. Tho.

Quæstio. 54.

De impedimento conditionis seruitutis.

DEINDE considerandum est, de impedimenti conditionis seruitutis.

CIRCA quod queruntur quatuor.

PRIMUM est, utrum conditio seruitutis matrimonium impediat?

SECUNDUM est, utrum seruus sine consensu domini possit matrimonium contrahere?

TERTIUM est, utrum aliquis postquam uxoratus est possit se seruam facere sine consensu uxoris?

QUARTUM est, utrum filij debeant sequi conditionem patris vel matris?

Articu. primus.

Utrum conditio seruitutis impediat matrimonium?

Tho. 4. dist. 36. q. unica, art. 1. & sequen.



AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod conditio seruitutis non impediat matrimonium. Non enim impedit matrimonium nisi quod habet aliquam contrarietatem ad ipsum: sed seruitus non habet aliquam contrarietatem ad matrimonium, alias inter seruos non possent esse coniugia: ergo ser-

uitus non impedit matrimonium.

PRAETEREA, illud quod est contra naturam non potest impedire illud quod est secundum naturam: sed seruitus est contra naturam, quia sicut dicit Grego. contra naturam est hominem homini velle dominari: quod etiam patet ex hoc quod homini dictum est, ut praesit piscibus maris &c. non autem ut praesit homini. ergo non potest impedire matrimonium, quod est naturale: **PRAETEREA**, si impediatur, aut hoc est de iure positivo, non de iure naturali, quia secundum ius naturale omnes homines sunt aequales, ut Grego. & Boetius dicunt: & in principio Digestorum dicitur, quod seruitus non est de iure naturali, ut Tullius dicit: ergo secundum ius nullum matrimonium seruitus impedire potest.

PRAETEREA, illud quod impedit matrimonium, aequaliter impedit, siue sciatur, siue ignoretur, ut patet de consanguinitate, sed seruitus vnius cognita ab altero, non impedit matrimonium: ergo seruitus quantum in se est non habet quod impediat matrimonium, & ita non deberet poni per se matrimonij impedimentum ab alijs distinctum.

PRAETEREA, sicut contingit esse errorem circa seruitutem, ut putetur liber qui seruus est, ita potest esse error de libertate, ut putetur seruus qui est liber: sed libertas non ponitur matrimonij impedimentum: ergo nec seruitus deberet poni.

PRAETEREA, magis facit grauem societatem matrimonij: & plus impedit proli bonum morbus lepra quam seruitus: sed lepra non ponitur impedimentum matrimonij: ergo nec seruitus debet poni.

SED contra est, quod Decretum dicit de coniugio seruorum cap. Proposuit, quia error conditionis impedit contrahendum matrimonium & dirimit contractum.

PRAETEREA, matrimonium est de bonis per se expetendis in quantum habet honestatem: sed seruitus est de per se fugiendis: ergo matrimonium & seruitus sunt contraria, & sic seruitus matrimonium impedit.

RESPONDEO dicendum, quod in matrimonij contractu obligatur vnus coniugum alteri ad debitum reddendum: & ideo si ille qui se obli-

gat est impotens ad soluendum, ignorantia huiusmodi impotentiae in eo cui fit obligatio tollit contractum: sicut autem per impotentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad soluendum debitum, ut omnino non possit soluere sita per seruitutem, ut liberè debitum reddere non possit: & ideo sicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem si sciatur, ita conditio seruitutis ignorata impedit matrimonium, non autem seruitus scita.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod seruitus contrariatur matrimonio quantum ad actum ad quem quis per matrimonium alteri obligatur quem non potest liberè exequi, & quantum ad bonum proli quae peioris conditionis efficitur ex seruitute parentis: sed quia quilibet potest in eo quod sibi debetur sponte detrimentum aliquod subire: ideo si alter coniugum scit alterius seruitutem, nihilominus ius tenet matrimonium. Similiter etiam, quia in matrimonio est quaedam obligatio aequalis ex utraque parte ad debitum reddendum, non potest aliquis requirere maiorem obligationem ex parte alterius quam ipse possit facere: & propter hoc etiam seruus si contrahit cum ancilla quam credit liberam non propter hoc impeditur matrimonium: & sic patet quod seruitus non impedit matrimonium nisi quando est ignorata ab alio coniuge, & si ille sit liber & conditionis: & ideo nihil prohibet circa seruos esse coniugia, vel inter liberum & ancillam.

AD SECUNDUM dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse contra naturam quantum ad primam intentionem ipsius, quod non est contra naturam quantum ad secundam intentionem eius: sicut omnis corruptio & defectus & senium est contra naturam, ut dicitur in 2. de Coe. quia natura intendit esse & perfectionem: non tamen est contra secundam intentionem naturae: quia ex quo natura non potest conseruari in vno esse, conseruatur in altero quod generatur corruptione alterius: & quando natura non potest perducere ad maiorem perfectionem, inducit ad minorem: sicut quando non potest facere masculum facit foeminam quae est mas occasionatus: ut dicitur in 16. de animalibus. Similiter etiam dico, quod seruitus est contra primam intentionem naturae, sed non est contra secundam, quia naturalis ra-

tio ad hoc inclinatur, et hoc appetit natura, ut qui liber sit bonus. Sed ex quo aliquis peccat natura etiam inclinatur, ut ex peccato poenam reportet, & sic seruitus in poenam peccati introducta est: Necesse est in conueniens aliquod naturale per hoc quod est contra naturam impediri hoc modo: sic enim matrimonium impeditur per impotentiam coeundi, quae est contra naturam modo praedicto. **AD TERTIUM** dicendum, quod ius naturale dicitur quod poena sit pro culpa infligenda, quod nullus sine culpa puniri debeat: sed determinare poenam secundum conditionem personae & culpae est iuris positivi. & ideo seruitus quae est poena determinata a iure positivo & a naturali proficiscitur, sicut determinatum ab indeterminato, & eodem iure positivo determinatè est factum quod seruitus ignorata matrimonium impediatur, nè aliquis sine culpa puniatur: est enim poena quaedam uxoris quod habeat virum seruum, & e contrario.

AD QUARTUM dicendum, quod aliqua impedimenta sunt quae faciunt matrimonium illicitum: sed quia voluntas nostra non facit licitum aliquid vel illicitum, sed lex cui voluntas subdi debet: ideo ignorantia talis impedimenti quae voluntarium tollit, vel scientia, nihil facit ad hoc quod matrimonium teneat: & tale impedimentum est affinitas, vel votum, & huiusmodi. Quaedam autem impedimenta sunt quae faciunt matrimonium inefficax ad solutionem debiti, & quia in voluntate nostra consistit debitum nobis relaxare: & ideo talia impedimenta si sunt cognita, matrimonium non tollunt, sed solum quando ignorantia voluntarii excludit, & tale impedimentum est seruitus & impotentia coeundi: & quia etiam de se habent aliquam rationem impedimenti, ideo ponuntur specialia impedimenta praeter errorem: non autem personae variatio ponitur speciale impedimentum praeter errorem, quia persona alia subintroducta non habet rationem impedimenti nisi ex intentione contrahentis.

AD QUINTUM dicendum, quod libertas non impedit matrimonij actum, unde libertas ignorata non impedit matrimonium.

AD SEXTUM dicendum, quod lepra non impedit matrimonium quantum ad primum actum suum, quia leprosi debitum reddere possunt liberè

libere quamvis aliqua gravamina matrimonij inferant quantum ad secundum effectum: & ideo non impedit matrimonium sicut servitus.

AD dubium huius art. respondent omnes communiter affirmatiue: & hæc materia tractatur à Scolasticis cū Magistro Sent. in 4. d. 36. & concl. est determinata in iure in aliquibus locis, prius in Decre. 29. q. 2. cap. Si quis ingenuus, quod est desumptum ex cōcilio Vermeriano, & in eodem cap. fin. & de cōiugio seruorū, cap. Proposuit: ergo nullus potest dubitare de conclusione. ¶ Tertio est dub. si serua contraheret cum libero credens esse seruum & alius non contraheret, an sit matrimonium? Et videtur quod non, quia est error ibi eo modo quo esset si contraheret cum seruo putans esse liberum, quia contradicit directè cōsensui, vt in q. præced. art. ultimo, ad quintum dicit S. Tho. & non est maior consensus in vno quàm in alio: ergo neutrum erit matrimonium. Ad hoc dico, quod matrimonium illud est verum & ratum: & ad argumentum concedo, quod non est maior consensus in vno quàm in alio, & nego consequentiam, quia de se in vtroq. erat sufficiens consensus ad matrimonium, sed vnum irritatur à iure & non aliud, & ideo etiam si ille qui contrahit cum ancilla, quam putat liberā, & nihilominus cōtraheret cum illa esto sciret esse ancillam, non contrahit verum & ratū matrimonium, quia ecclesia irritat illud: esto ille error erat cōcomitans. Si autem liber contrahit cum ancilla sciens illam esse ancillā, dicit S. Tho. & Magister, quod est verum matrimonium. ¶ Sed in oppositum est, quia in iure civili irritatur tale matrimonium, vt habetur Cod. de Incestis nup. cap. Cum ancilla. Ad hoc dico quod Tho. & Magister benè dicunt: quia ista res est purè ecclesiastica, ideo non sunt tenendæ leges civiles in hac materia, nisi accipiantur à iure Canonico, quod cap. vit. & penul. de secundis nup. sic determinatur, quod in re matrimoniali non dignetur leges civiles sacros imitare Canones. Si autem liber contrahat cum ancilla libera ad tempus, illo tempore quo libera est non est verum matrimonium, si illud ignorabat alter coniux liber, quia eadem est ratio, quod semper sit serua vel quo ad tempus, satis est quod recipit ad seruitutem, vb: non poterit reddere debitum. Si vero dominus dederit seruam libero in matrimonium, est ratum & validū matrimonium, si dominus significauit illam esse liberam, & esto t. o. significauerit, sed scierit & tacuit, aut dedit ancillæ suæ facultatē nubendi sine conditione aliqua: hoc Panor. de coniugio seruorum, cap. Ad nostrā. Ratio est, quia iam est libera eo ipso quod dominus tradidit illam in matrimonium alicui libero absolute sine conditione aliqua: & ita iura civilia determinant in pœnam suæ negligentiæ ad reclamandū in pœnam in quā negligentia illius domini, qui postquam sciuit debere reclamare. Et hoc totum, etiam dicit glosa. 29. q. 2. cap. Si quis ingenuus, & hoc est probabile: sed latius disputabimus hoc in q. sequenti.

Artic. secundus.

Vtrum seruus possit contrahere matrimonium sine consensu domini?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod seruus matrimonium contrahere nō possit sine consensu domini. Nullus enim potest alicui dare quod est alterius sine consensu ipsius: sed seruus est res domini: ergo non potest contrahendo matrimonium dare potestatem corporis sui uxori sine consensu domini.

PRAETEREA, seruus tenetur domino suo obedire: sed dominus potest ei præcipere quod in matrimonium non consentiat: ergo sine consensu eius non potest matrimonium contrahere. **PRAETEREA**, post contractum matrimonium seruus tenetur reddere debitum uxori etiam præcepto iuris diuini. sed eo tempore quo uxor debitum petit, potest dominus aliquid seruicij seruo imponere, quod facere non poterit si carnali copula vacare velit: ergo si sine consensu domini posset seruus contrahere matrimonium priuaretur dominus seruicij sibi debito sine culpa, quod esse non debet.

PRAETEREA, dominus potest vendere seruum suum in extraneas regiones, quod uxor sua non poterit eum sequi, vel propter infirmitatem corporis, vel propter fidei periculum imminens, puta si vendatur infidelibus, vel etiam domino uxoris non permittente si sit ancilla: & sic matrimonium dissoluitur, quod est inconueniens: ergo non potest seruus sine consensu domini matrimonium contrahere.

PRAETEREA, fauorabilior est obligatio qua homo diuinis obsequijs se mancipat, quàm illa qua homo se uxori subicit, sed seruus sine consensu domini non potest religionem intrare, vel ad

ad ordine promoueri: ergo multo minus potest sine eius consensu matrimonio coniungi. **SED** contra, Gal. 4. in Christo IESV non est seruus nec liber: ergo ad matrimonium contrahendum in fide Christi IESV, eadem est libertas liberis & seruis.

PRAETEREA, seruitus est de iure positio: sed matrimonium de iure naturali & diuino: cum ergo ius posituum non præiudicet iuri naturali aut diuino, videtur quod seruus absque domini consensu matrimonium cōtrahere possit. **RESPONDEO** dicendum, quod ius posituum (vt dictum est) progreditur à iure naturali: et ideo seruitus quæ est de iure positio non potest præiudicare huic quæ sunt de iure naturali: sicut autem appetitus naturæ est ad operationem indiuidui, ita est ad cōseruationem speciei: per generationem: unde sicut seruus non subditur domino quin libere possit comedere & dormire, & alia huiusmodi facere quæ ad necessitatem corporis pertinent, sine cuius natura cōseruari non potest, ita non subditur ei quantum ad hoc quod non possit libere matrimonium contrahere etiam domino nesciente aut cōtradicente.

AD PRIMVM ergo dicendum quod seruus est res domini quantum ad ea quæ naturalibus superadduntur, sed quantum ad naturalia oēs sunt pares: unde in his quæ ad actus naturales pertinent seruus potest alteri inuito domino sui corporis potestatem per matrimonium præbere. **AD SECUNDVM** dicendum, quod seruus domino suo tenetur obedire in his quæ dominus licite potest præcipere: sicut autem licite non potest dominus præcipere seruo quod non comedat vel dormiat, ita etiam nec quod à matrimonio contrahendo abstineat. In iure enim ad legislatorem qualiter quilibet re sua utatur: & ideo si dominus præcipiat seruo, quod non contrahat matrimonium, seruus nō tenetur obedire. **AD TERTIVM** dicendum, quod si seruus volente domino matrimonium cōtraxerit, tunc debet prætermittere seruitutem domini imperantis, & reddere debitum uxori: quia per hoc quod dominus concessit, vt matrimonium seruus contraheret, intelligitur ei concessisse omnia quæ ad matrimonium requiruntur. Si autem matrimonium ignorante vel contradicente do-

mino est contractum, non tenetur reddere debitum, sed potius domino obedire, si vtrūq. esse non possit: sed tamen in his multa particularia considerari debent, sicut & in omnibus humanis actibus. s. periculum castitatis imminens uxori, & impedimentum quod ex redditione debiti seruitio imperato generatur, & alijs huiusmodi: quibus omnibus ritè pensatis iudicari poterit cui magis seruus obedire teneatur, domino vel uxori.

AD QVARTVM dicendum, quod in tali casu dicitur quod dominus cogendus est nē seruum vendat taliter quod faciat onera matrimonij grauiora, præcipue cum non desit scilicet ubi cunctis: seruum suū vendendum pro peno. **AD QVINTVM** dicendum, quod propter religionem, & ordinis susceptionem aliquis obligatur diuinis obsequijs quantum ad totum tempus: sed vir tenetur debitum reddere uxori non semper, sed congruis temporibus, & ideo non est simile. Et præterea, ille qui intrat religionem & suscipit ordinem, obligat se ad aliqua opera quæ sunt naturalibus superaddita, in quibus dominus potestatem eius habet, & non in naturalibus ad quæ obligat se per matrimonium: unde posset continentiam seruare sine consensu domini.

Articul. tertius

Vtrum seruitus in matrimonio possit superuenire?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod seruitus matrimonio non possit superuenire, vt vir se alteri in seruum vendat. Quia quod in fraudem et præiudicium alterius factum est, ratum non debet esse: sed vir qui se in seruum vendit, facit hoc quandoq. in fraudem matrimonij, & ad minus in determinatum uxoris: ergo non debet valere talis venditio ad seruitutem inducendum.

PRAETEREA, duo fauorabiliora per iudicant vni non fauorabili: sed matrimonium & liber.

libertas sunt favorabilia & repugnant seruituti que non est favorabilis in iure: ergo talis seruitus debet penitus annullari.

PRÆTEREA, in matrimonio vir & uxor ad paria iudicantur, sed uxor non potest se in ancillam dare nolente marito: ergo nec vir non lente uxore.

PRÆTEREA, illud quod impedit rei generationem in naturalibus, destruit etiam rem generatam: sed seruitus viri nesciente uxore impedit matrimonium contractum antequam fiat: ergo si posset matrimonio superuenire destrueret matrimonium, quod est inconueniens.

SED contra, quilibet potest dare alteri quod suum est: sed vir est sui iuris cum sit liber: ergo potest dare ius suum alteri.

PRÆTEREA, seruus potest nolente domino uxorem ducere, ut dictum est: ergo eadem ratione vir potest domino se subicere nolente uxore.

RESPONDEO dicendum, quod vir subditur uxori solum in his que ad actum nature pertinent, in quibus sunt equales, ad que seruitutis subiectio se non extendit: & ideo vir nolente uxore potest se alteri in seruum dare, non tamen ex hoc matrimonium dissoluetur, quia nullum impedimentum matrimonio superueniens potest dissolueri ipsum, ut dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod fraus bene potest nocere ei qui fraudem fecit, sed non potest alteri præiudicium generare: & ideo si vir in fraudem uxoris alteri det se in seruum, ipse reportat damnum, inestimabile bonum libertatis amittens: sed uxori nullum potest ex hoc præiudicium generari quin teneatur reddere debitum petenti, & ad omnia que matrimonio requirit, non enim potest ab his retrahi dominus sui præcepto.

AD SECVNDVM dicendum, quod quantum ad hoc quod seruitus matrimonio repugnat, matrimonium seruituti præiudicat, quia tunc seruus tenetur uxori debitum reddere etiam nolente domino.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis in actu matrimoniali, & in his que ad naturam spectant, ad paria vir & uxor iudicantur, ad que conditio seruitutis se non exten-

dit: tamen quantum ad dispositionem domus & alia huiusmodi superaddita, vir est caput uxoris, & debet corrigere eam, non autem e contrario: & ideo uxor non potest se dare in ancillam nolente viro.

AD QVARTVM dicendum, quod ratio illa procedit de rebus corruptibilibus, in quibus etiam multa impediunt generationem, que non sufficiunt ad destruendum rem generatam: sed in rebus perpetuis potest impedimentum præstari, ne res talis esse incipiat, non autem ut esse desistat: sicut patet de anima rationali: & similiter etiam est de matrimonio quod est perpetuum vinculum, præsentis via manentis.

Artic. quartus

Vtrum filij debeant sequi conditionem patris?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod filij debeant sequi conditionem patris. Quia denominatio fit à digniori, sed pater in generatione est dignior quam mater: ergo, & cetera.

PRÆTEREA, essentia rei magis dependet à forma, quam à materia: sed in generatione pater dat formam, mater materiam, ut dicitur 16. de animabus: ergo magis debet sequi prole patrem quam matrem.

PRÆTEREA, illud præcipue debet aliquid sequi, cui magis assimilatur: sed filius plus assimilatur patri quam matri, sicut & filia plus matri: ergo ad minus filius plus debet sequi patrem, & filia matrem.

PRÆTEREA, in sacra scriptura non computatur genealogia per mulieres, sed per viros: ergo proles magis sequitur patrem quam matrem.

SED contra, si quis seminat in terra aliena fructus sunt eius cuius est terra, sed venter mulieris respectu seminis viri, est sicut terra respectu seminis: ergo, & cetera.

PRÆTEREA, in animalibus hoc videmus, que ex diuersis speciebus nascuntur: quod par-

tus magis sequitur matrem quam patrem: unde muli qui nascuntur ex equa & asino magis assimilantur equabus, quam illi qui nascuntur ex asina & equo: ergo similiter debet esse in hominibus.

RESPONDEO dicendum, quod secundum leges civiles, partus sequitur ventrem, & hoc rationabiliter. Quia proles habet à patre complementum formale, sed à matre substantiam corporis: seruitus autem corporalis conditio est, cum seruus sit quasi instrumentum domini in operando: & ideo proles in libertate & seruitute sequitur matrem: sed in his que pertinent ad dignitatem secundum quod est ex forma rei sequitur patrem, sicut in honoribus & municipijs, & hereditate & alijs huiusmodi: & haec etiam concordant canones & lex Moysi, ut patet Exo. 21. In quibusdam tamen terris que iure civili non reguntur, partus sequitur deteriorem conditionem, ut si sit pater seruus, quamuis mater sit libera, erunt filij serui, non tamen si post per actum matrimonium pater se in seruum dedit nolente uxore: & similiter si sit e contrario. Si autem uterque sit seruilis conditionis & pertineant ad diuersos dominos, tunc diuidunt filios si plures sunt, vel si vnus tantum, vnus alteri recompensabit de pretio: & accipit prolem natam in sui seruitium: tamen non est credibile quod talis consuetudo possit esse ita rationalis, sicut illud quod multorum sapientum diuturno concilio determinatum est.

Hoc etiam in naturalibus inuenitur, quod receptum est in recipiente per modum recipientis, non per modum dantis: & ideo rationabile est quod semen receptum in muliere ad conditionem ipsius trahatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quauis pater sit dignius principium, tamen mater dat substantiam corporalem, ex parte cuius attenditur conditio seruitutis.

AD SECVNDVM dicendum, quod in his que ad rationem speciei pertinent, magis similitur filius patri quam matri: sed in materialibus conditionibus magis debet assimilari matri quam patri. Quia res habet à forma esse specificum: sed conditiones materiales à materia.

AD TERTIVM dicendum, quod filius assi-

milatur patri ratione formæ quæ habet in suo complemento, sicut & pater: & ideo non est ad propositum.

AD QVARTVM dicendum, quod honor magis est ex patre quam ex matre, & ideo in genealogijs in scripturis, & secundum communem consuetudinem magis nominantur filij à patre quam à matre: tamen in his que ad seruitutem spectant magis matrem sequuntur.

CIRCA istos tres art. addemus aliqua vtilia ad ea que dicit S. Tho. & prius circa secundum art. est aduertenda quod illa concl. S. Tho. est affirmatiua, nempe, quod sine consensu domini potest seruus contrahere matrimonium: est conclusio communiter ab omnibus recepta, & habetur de coniugio seruorum, cap. 1. & 29. q. 2. cap. Dicitur est nobis.

¶ Sed est dub. si contrahit ancilla sciente domino cum libero, sed dominus esto sciat non tradit illam ancillam, an sit matrimonium, & eo ipso illa ancilla maneat libera, supposito quod ille vir contrahens non scit illam esse ancillam. Ad quod Panor. in illo cap. Ad nostram, de coniugio seruorum, videtur dicere quod predictum matrimonium est ratum & validum, & quod illa ancilla manebit libera ex predicto matrimonio: & idem dicit glosa expresse, 29. q. 2. cap. si quis ingenuus. Oppositum tamen dicit Palud. in 4. d. 36. q. 2. art. 1. concl. 2. nempe, quod si vir liber non sciat seruitutem coniugis ancillæ, neque hærus sciat ancillam nubere tali libero, non est matrimonium, & hoc est verum, ut iam determinauimus: & si sciat maritus illam esse ancillam, esto hærus non sciat aliquid de illo matrimonio, & esto reclamet erit verum matrimonium: quod etiam verum est, sed tunc non manebit libera: probat quia taciturnitas non sufficit ad consensum, nisi quando est illius cuius contradictio impedit illud factum, ut si seruus intraret religionem, potest dominus impedire, & si taceat videtur consentire, & illa taciturnitas sufficit ad consensum: sed in matrimonio non est ita, eo quod huius contradictio non impedit matrimonium, quia esto quod reclamet dominus illius ancillæ, tenet matrimonium si seruitus sciatur ab alio coniuge. Prætereà, esto dominus expresse consentiat in matrimonio suæ ancillæ non manet libera, si solum consentit in matrimonio & non in libertate: patet ex illo cap. Dicitur est nobis, 29. q. 2. vbi dicitur, quod si duo serui diuersorum dominorum contrahant, etiam per voluntatem dominorum, quod matrimonium quidem valet, & in vno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Ideo hoc magis placuit mihi aliquan-

do, quam quod dicit Panor. Sed nunc magis placet opinio Panor. & glossæ. Et ad argumenta in oppositum dico ad primum, quod leges sic disponunt, quas citat prædicta glo. & ius canonicum non reprehendit. Ad secundum dico, quod summus pontifex in prædicto cap. Dicitur est nobis, &c. supponit quod domini vel non sciuerunt prædictum matrimonium, vel apposuerunt conditionem quod mansissent serui. Ex his & supra dictis patet quod si quis liber contrahat cum ancilla ignorata seruitute, & si postea quando scit vellet maneret cum illa debent iterum de nouo consentire, & apponere omnia necessaria ad matrimonium: quia quod semel non fuit matrimonium nunquam erit nisi essentialia rursus applicentur.

¶ Sed rursus est dub. si dominus ancillæ sciat ipsam nubere libero & tacet, & liber maritus non sciat illam esse ancillam, an erit matrimonium, & illa libera. Ad quod dicit Panor. & glo. quam citauimus, quod illa manet libera, & ex consequenti est verum matrimonium. Palud. autem ubi supra dicit quod non erit libera, & ex consequenti nec verum matrimonium: probat ut supra, sed potius videtur tenendum cum Panor. ut diximus.

¶ Circa materiam 3. argumenti est dub. si vir petit debitum ab vxore ancilla, & dominus petit seruitium, cui parendum est? Ad quod dicendum ex communis sententia. Doctorum quod si talis seruus vel ancilla nupsit voluntate domini, potius tenetur reddere debitum alteri coniugi petenti, quam domino ministerium: ratio est, quia iam dominus in illo virtualiter consensit, quando formaliter consensit in matrimonio: unde sequitur quod dominus non poterit mittere seruum illum ad longinquas partes, nec vendere ad magnam distantiam, & illa sit prima propositio. Secunda conclusio est, si dominus illius ancillæ non sciuit quando nupsit, tenetur potius obedire domino, & satisfacere eius præcepto, cum seruus non potuit quicquam facere in preiudicium domini: unde poterit dominus prædictum seruum vendere & mittere, & secum ad longas partes ducere, & talis seruus tenetur relinquere vxorem & sequi dominum. Tertia conclusio est, quæ est S. Tho. quod sunt pensandæ circumstantiæ ex parte prædicti serui & domini sui, nam si ministerium quod exigit dominus æque bene adimplebitur in alia hora ab illa qua alter coniunx petit debitum, & debitum non potest æque bene differre, quia sequetur aliqua corruptela in coniuge petente, tunc potius reddendum est debitum quam ministerium quod petit dominus: unde cum ista sint moralia sic ad arbitrium prudentis viri iudicanda sunt. Quarta propositio est, Cogendus est dominus ne reddat onera matrimonij grauiora quam oportet, &c. Vide in solut. ad quartum. ¶ Occasione huius petunt Docto-

res, si seruus promoueatur ad ordines, an vere sit iniciatus. Ad quod respondetur etiam aliquibus propositionibus. Prima est, si seruus sciente domino & volente, creetur sacerdos, ipse factus est liber, sic habetur, 54. d. cap. Si seruus sciente, &c. Secunda conclusio est, si seruus promoueatur ignorante domino, & illi qui ordinauerunt sciuerunt esse seruum, tenentur restituere illum seruum vero domino in duplo, sic habetur prædicta d. 54. cap. si seruus absente domino: sed aduerte, quod cum hoc sit penale factis esset in conscientia restituere æquiualens. Tertia conclusio est. Si Episcopus promouens nesciebat, tenentur restituere illi qui præsentauerunt, ut dictum est. Quarta propositio est, si Episcopus aut illi qui præsentauerunt prædictum seruum, non possunt restituere ex paupertate vel quacumq. alia causa, potest dominus repetere seruum & redigere in seruitutem, ut habetur prædicta d. cap. Ex antiquis. Quinta propositio: si dominus serui ignorauit & ordinator ignorauit illum esse seruum, & nec fuerunt qui præsentarunt, sed ipse seruus se præsentauit, tunc si ipse seruus voluerit potest se redimere, si habet unde recõpenset domino ad æqualitatem: si autem non potest se redimere, tunc poterit dominus quantumcumq. seruus sit sacerdos, reuocare illum in seruitutem: debet tamen seruitia esse honesta propter reuerentiam sacerdotij. Et hoc intelligitur si dominus postquam sciuerit, illum repetierit intra annum. Sin autem intra annum non reclamauerit, erit ille seruus liber. Ita tunc de iure humano cuius determinationi standum est.

¶ Sed communis circa materiam horum trium art. est dubium, si liber contraxit cum serua, putans eam esse liberam, subinde matrimonio contracto incipit dubitare an sit serua, an durante isto dubio possit petere & reddere debitum? & simile dub. est si contracto matrimonio dubitet an sit cõsanguinea. Ad quod aliquibus propositionibus etiam respondendum puto. Prior est, pro resolutione huius dub. aduertendum est quod aliqua sunt certa & aliqua sunt dubia: Secunda propositio est, vel prædictum impedimentum potest tolli solo consensu aut non: si potest tolli solo consensu, ut quado est serua & putauit quod erat libera, tunc potest de nouo consentire, & sic fiet de nouo matrimonium, & ex consequenti licite potest petere & reddere debitum. Tertia propositio est, esto mulier petat debitum, aut quod consentiat in matrimonio de nouo, non tenetur ille consentire, quia nullus tenetur contrahere cum detrimento suo. Quarta propositio est, Si solo consensu non potest tolli illud dubium & impedimentum, ut cum iudex dubitet an innocens probatus tamen nocens sit condemnandus. Tunc dico cum Adriano in quodlibetis q. 2. quod tunc debet examinare rationes vtriusq. partis, & debet

bet agere secundum grauiores & probabiliores, & illam sequi partem quæ tales habet probabiliiores rationes. Quinta propositio, Si omnibus examinatis, & pensatis hinc & inde, adhuc est dub. ut est casus cap. Dominus, de secundis nuptijs, nempe, quod si quis transiit ad secundas nuptias, putans alterum coniugem mortuum, & postea dubitat, quia audiuit quod non erat mortuus, tunc reddere poterit alteri coniugi debitum petenti, sed non licebit ei petere in tali euentu: tunc dico quod in tali euentu si sit assensus pro vna parte, nempe, quod prima vxor est mortua, aut quod vxor quam habet est libera, & non cõsanguinea, & pro alia parte est sola formido, tunc omnes concedunt quod non solum potest reddere sed exigere: probatur, quia scrupulus non impedit actum humanum, & contra scrupulum licitum est agere, & hoc est quod habetur in illo cap. Dominus, de secundis nuptijs, & in cap. Inquisitioni, de sent. excommunicationis. Si autem vnus coniunx habet assensum quod alter primus viuit, & sola formidinem quod est mortuus, tunc quicquid dicat Ostitis non potest reddere nec petere debitum a secundo coniuge: quia habet probabilis assensum quod viuit alter prior coniunx: & in moralibus idem est assensus probabilis & euidens, quæ sufficit ad sciendum quid est faciendum, & ille huiusmodi agens contra assensum quem habet, peccaret agens contra conscientiam: Eodem modo dicendum est ad aliud simile dub. nempe si mulier cõsensum habet quod maritus est cõsanguineus, & leuè probabilitatem seu formidinem quod non est cõsanguineus, tunc non potest nec petere, nec reddere debitum. Si autem contra habeat consensum quod non est cõsanguineus, & formidinem seu leuè probabilitatem quod est cõsanguineus, tunc licite poterit petere & reddere debitum. Et sic dissolues multa alia similia. Sexta propositio certa est etiam ex mente omnium, si pro vtraque parte sunt rationes æque probabiles, ita quod manet dubium proprie, nec pro tunc potest vinci, licet adhuc tali coniugi dubitanti petere debitum, quia in dubijs melior est conditio possidentis, ut diximus supra q. 8. art. 4. quidquid alij dicant, nec in hoc datur aliqua perplexitas. Et hæc nostra conclusio est in illis duobus cap. nempe cap. Dominus, de secundis nuptijs, & cap. inquisitioni, de sententia excommunicationis: quia licet videatur quod ibi dicatur oppositum, intelligitur quando habet opinionem non quado dubitat: & istæ sex prædictæ conclusiones sunt certæ & consonantes satis rationi restat. ¶ Sed tota difficultas stat in hoc, an liceat reddere debitum, quado, ut prædictum est, pro vtraque parte sunt probabiles rationes: & pro parte affirmatiua faciunt illa duo cap. citata, nam in cap. Inquisitioni, dicitur formaliter, verum cum conscientia pulsatur animus ex credulitate probabili & discreta, quamuis non euidens & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, &c. Et in præ-

dicto cap. Dominus, sic dicitur. Si de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei quæ sibi nupsit debitum non denegat postulantem, quod a se tamē nouerit nullatenus exigendum: ergo in prædicto dub. licitum est reddere debitum: & hanc sententiam tenent nonnulli Doctores. Glossa tamē in prædicto cap. Inquisitioni, dicit, quod in prædicto euentu non debet ille coniunx reddere debitum nisi ad præceptum superioris, & quod iam superior præcepit in illis duobus cap. Palud. vero in 4. d. 36. q. 2. art. 3. asserit etiam istam partem affirmatiuam, nempe quod prædictus coniunx potest reddere debitum sed non exigere. Consentit Syluester in summa, verbo matrimonij. 8. q. 3. & Angelus in sua summa. Oppositum tamen asserit S. Tho. in 4. in ultimis verbis expositionis tex. d. 36. ubi sic ait. Si maritus leuiter dubitat, an vxor sit serua, debet reddere debitum vxori petenti: si autem ex causa probabili dubitat, vel vehementer præsumit, non debet reddere debitum, etiam ecclesia præcipiente. Cõsentit Adrianus in quodlibetis q. 2. ubi inquit, quod quado est probabile dubium quod alter coniunx est vel cõsanguineus vel seruus, & denique non est coniunx, tunc non licet alteri coniugi reddere nec petere debitum, etiam ecclesia præcipiente: probat, quia huiusmodi coniunx facit contra conscientiam, quia quod in prædicto euentu sit debitum reddendum, non est certum de fide: unde sicut peccaret licet interficiens innocentem probatum nocentem ad præceptum prætoris, si probabiliter dubitaret quod illud non licebat, sic probabiliter peccat coniunx cum simili dubio petens, aut reddens debitum. Et ad prædicta iura allegata, respondet Adrianus. nescio an sufficienter, quod illa iura intelliguntur in foro exteriori: primo quod coniunx petens debitum potest compelli in foro exteriori alterum ad reddendum debitum. Secundo dicit quod si intelliguntur in foro conscientie, ille coniunx qui dubitat deponat dubium. Sed hoc non est ad mentem tex. quia si rationabiliter deponit dub. non solum reddere sed petere potest: ergo Adrianus non exponit legitime tex. illos, quia cum res sit dubia, volumus scire quid faciat ille coniunx qui dubitat & non potest deponere dub. ¶ Ego autem non discedes in hoc a comuni sententia, & a communi sensu, qui assignari solet illis prædictis cap. dico cum Palud. & alijs, quod sine scrupulo in prædicto euentu potest coniunx ille qui dubitat manere debito reddere debitum alteri coniugi petenti, & reddere debet etiam sine nouo præcepto superioris: probo, quia iam est declaratum in iure quod illud est licitum: ergo etiam est licitum de iure diuino: pro stando etiam in solo diuino iure & naturali illud est licitum, quia opposito dato ecclesia non determinaret illud esse licitum. Secundo probatur, quia coniunx qui petit debitum est in possessione: ergo alius debet reddere debitum quamdiu non est certus de vita alterius, cum in dubijs melior sit conditio possidentis, secundum regulam iuris. Ter-

io probo hoc autoritate S. Tho. qui in 4. in ultimis verbis expositionis, d. 38. sic formaliter ait. Si ea illa unde nascitur dubium facit probabilem dubitationem, debet reddere debitum, sed non exigere. Quarto, iura allegata expressè illud determinat: ergo ita tenendum est. Sed quid ad S. Tho. in d. 36. ubi dicit, quod quando est dubium in prædicta materia, coniugi dubitanti nec licet reddere nec petere. Respondet Syluest. quod S. Tho. ibi intelligit, quod tunc non licet exigere nec reddere debitum quando habet assensum opinionatum vehementem, non autem quando dubitat probabiliter, & sic alius locus in d. 38. exponit istum in d. 36. quia in d. 38. clarè loquitur. Et ad argumentum Adriani, nego quod faciat contra conscientiam, quia iam determinatum est quod quando coniux dubitat de alio an sit suus coniux, nihilominus debet reddere debitum alteri coniugi petenti, quia ad negandum debitum alteri coniugi non sufficit dubitare, sed pro certo scire.

CIRCA materiam 4. art. nempe, an filij debeant sequi conditionem patris? Respondet S. Tho. quod quantum ad seruitutem filij sequitur matrem secundum leges civiles, & hæc sit prima conclusio. Secunda cõcl. est, quantum ad honores & municipia & hæreditatem sequuntur patrem. Sed est dub. quomodo hoc intelligatur, an prædictæ cõclusiones solû sint veræ, quando sunt legitimi coniuges licet pater sit liber & mater sit serua, vel an sint etiã veræ esto sint cõcubinarij & non legitimi coniuges? Ad quod respondet Palud. in 4. d. 36. q. 2. art. 2. cõcl. 3. quod prædictæ cõclusiones solû sunt veræ quando pariter sunt legitimi coniuges, unde natus ex patre nobili & matre ignobili, est nobilis simpliciter, si mater est libera, siue sit legitima coniux siue non: & hæc probatur, quia ita habet fidelium cõsuetudo. Secunda propositio Paludani est, Si proles nascatur ex patre nobili, & matre ancilla distinguendum est, quia vel nascitur ex legitimo cõcubitu, vel illegitimo, nempe ex simplici fornicatione, vel adulterio: si igitur nascitur ex patre nobili, & matre serua, sed ex legitimo concubitu, proles sequitur patrem in nobilitate & honore & hæreditate, si per illud matrimonium liberetur illa ab illa seruitute: si autem nascitur ex prædictis sed per fornicationem, tunc semper proles est ignobilis & serua, quia dignitas viri non comunicatur cõcubinæ. Unde infert Palud. quod Spurius regis non est nobilior legitimo rustici: ratio (inquit) est quia dånatus coitus non comunicat dignitatem alteri cõcubinario. Si autem vir est liber & nobilis, & femina serua, & per tale matrimonium non sit libera, tunc proles manet ignobilis, hæc Palud. Nescio tamen si ista omnia sint de mente S. Tho. ad minus: & credo quod non, quia absolute dicit quod quando vir est nobilis semper proles in nobilitate sequitur patrem: Credo tamè quod intelligit quando sunt veri coniuges: & in hoc cõsentio cum Palud. siue vxor liberetur à seruitute per matrimonium siue non. Sed verius

est quod proles in nobilitate semper sequitur patrem, cum hoc habeat cõsuetudo, siue nascatur proles ex legitimo siue illegitimo cõcubitu.

Quæstio. 55.

De impedimento voti & ordinis.

DEINDE considerandum est de impedimento voti & ordinis.

CIRCA quod queruntur quatuor.

PRIMUM est, utrum votum simplex matrimonium dirimat?

SECUNDUM est, utrum votum solenne?

TERTIUM est, utrum ordo matrimonium impediatur?

QUARTUM est, utrum aliquis post matrimonium sacrum ordinem suscipere possit?

Articulus primus.

Utrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat?

Tho. 4. d. 38. q. 1. art. 3. q. 2. & 3.



AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat: Fortius enim vinculum debiliori præiudicat: sed vinculum voti est fortius quam vinculum matrimonij, quia hoc fit homini, illud autem a Deo: ergo vinculum voti præiudicat vinculo matrimonij.

PRAETEREA, præceptum Dei non est minus quam præceptum ecclesie: sed præceptum Dei ad eum obligat quod si contra ipsum matrimonium contrahatur dirimitur: sicut patet de illis qui contrahunt in aliquo gradu cõsanguinitatis ab ecclesia prohibito: ergo cum seruare votum sit præceptum diuinum, videtur quod qui contra votum diuinum matrimonium contrahit, quod ex hoc matrimonium sit dirimendum.

PRAETEREA, in matrimonio potest homo vti carnali copula sine peccato: sed ille qui facit votum simplex nunquam potest carnaliter vxori

cõmisceri sine peccato: ergo votum simplex matrimonium dirimit. Probatio media cõstat, quod ille qui post votum simplex continentie matrimonium contrahit peccat mortaliter, quia secundum Hieronymum. Virginitatem vouentibus non solum nubere, sed velle nubere dånabile est: sed contractus matrimonij non est contra votum continentie nisi ratione carnalis copulæ: ergo quando primo carnaliter cõmiscetur vxori mortaliter peccat, & eadem ratione omnibus alijs vicibus, quia peccatum primo cõmissum non potest excusari à peccato sequenti. **PRAETEREA**, vir & mulier in matrimonio debent esse pares, præcipue quantum ad carnalem copulam: sed ille qui votum simplex continentie facit, nunquam potest petere debitum sine peccato, quia hoc est manifestè contra votum continentie ad quod ex voto tenetur: ergo nec reddere potest sine peccato.

SED contra est, quod Papa Clemens dicit, quod votum simplex impedit matrimonium contrahendum sed non dirimit contractum, ut ex dictis patet. **RESPONDEO** dicendum, quod per hoc res aliqua desinit esse in potestate alicuius, per quod transit in dominium alterius. Promissio autem alicuius non transfert eam in dominium eius cui promittitur. Et ideo non ex hoc ipso quod aliquis re promittit aliqui, desinit res illa esse in potestate sua: cum ergo in voto simplici non sit nisi simplex promissio proprii corporis ad continentiam Deo seruandam facta, post votum simplex adhuc remanet homo dominus sui corporis: & ideo potest ipsum alteri dare, in qua datione sacramentum matrimonij cõsistit, quod indissolubile est: & propter hoc votum simplex quantum impediatur contrahendum, quia peccat contrahens matrimonium post votum simplex continentie, tamen quia verus contractus est, non potest matrimonium propter hoc dirimi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod votum est fortius vinculum quam matrimonium, quantum ad id cui, & ad quod obligat: quia per matrimonium homo ligatur vxori ad redditionem debiti: sed per votum Deo ad continentiam tamen quantum ad modum ligandi matrimonium est fortius vinculum quam votum simplex, quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestatem mulieris vel vxoris, non autem per votum simplex, ut

dictum est. Potior autem est semper cõditio possidendi: sed quantum ad hoc simili modo obligat votum simplex sicut sponsalia: unde propter votum simplex sunt sponsalia dirimenda.

AD SECUNDUM dicendum, quod præceptum prohibens matrimonium inter cõsanguineos, non habet in quantum est præceptum Dei vel ecclesie quod dirimat matrimonium contrahendum: sed in quantum facit quod cõsanguinea corpus non possit transire in potestatem cõsanguinei: hoc autem non facit præceptum prohibens matrimonium post votum simplex, ut ex dicto patet: & ideo ratio non sequitur: ponitur enim pro causa quod non est causa.

AD TERTIUM dicendum, quod ille qui contrahit matrimonium per verba de presenti post votum simplex, non potest cognoscere vxorem suam sine peccato mortali, quia adhuc restat sibi facultas implendi votum continentie ante matrimonium consumatum, ut ex dictis patet supra d. 27. Sed postquam matrimonium consumatum est, est sibi iam factum illicitum non reddere debitum vxori exigenti, tamen ex culpa sua: & ideo ad hoc obligatio voti non se extendit, ut ex prædictis patet, tamen debet lamentum penitentie recompenfare pro continentia non seruata.

AD QUARTUM dicendum, quod quantum ad ea in quibus non est factus impotens votum continentie seruare, adhuc post contractum matrimonium obligatur ad seruandum, propter quod mortua vxore tenetur totaliter continere: & quia ex matrimonij vinculo non obligatur ad debitum petendum, ideo non potest petere debitum sine peccato, quantum possit sine peccato reddere debitum exigenti, postquam obligatus est ad hoc per carnalem copulam præcedentem: hoc autem intelligendum est, siue mulier expressè petat, siue interpretatiue, ut quando mulier verecunda est, & vir sentit eius voluntatem de redditione debiti, tunc enim sine peccato reddere potest, & præcipue si ei timet de periculo castitatis. Nec obstat quod non sint pares in matrimonij actu, quia quilibet potest hoc quod suum est abrenunciare. Quidam tamen dicunt quod potest petere et reddere, ne nimis onerosum reddatur matrimonium vxori semper exigenti: sed si rectè inspiciatur, hoc est exigere interpretatiue.

IN ISTO art. 1. est cōcl. negatiua S. Th. & omniū, nepe quod votū simplex nō impedit matrimoniū, ita quod illud dirimat, sed impedit cōtrahendū. i. si quis contrahat matrimoniū cū voto simplici peccat mortaliter. Ita materia tractatur à Doctoribus cū Magistro in 4. d. 38. Secūdo est aduertendum, quod illa distinctio voti in simplex & solenne, quā ponit hic S. Th. est communis & necessaria ad explicandū materiā: nā vt tractauimus in secūda secundæ, q. 88. art. 11. per hoc differt votū solenne à simplici, quia in solenni est traditio actualis & non in simplici: & quod sit datio in voto solenni prouenit ab ecclesia, quæ accipit, quia nunquā est datio si non est qui accipiat: vnde ecclesia ponit prælatos inferiores, nepe priores & abbates qui accipiat, & iam nunc ex natura rei votū solenne dicit illā dationem seu traditionē, & non simplex: vnde ecclesia bene pōt facere quod votū simplex sit solēne. i. quod statim sine alia receptione sit datio vel traditio. Est igitur cōclusio omniū Theologorū, quod votū simplex castitatis impedit contrahendū matrimoniū, sed nō dirimit contractū: quæ cōclusio est definita, cap. vlt. de voto & voti redēptione in 6. & in Decretis 27. d. cap. vltimo. ¶ Sed est dub. an contrahēs post votū simplex possit postea petere debitū? Ad quod sunt qui dicant, quod quādo prius petit debitū post votū simplex peccat mortaliter, & postea nō, & hoc videtur dicere Othienis cap. Rursus, qui clerici vel vouentes: sed illud dicitur sine ratione: ideo dicit hic S. Th. ad 3. & 4. cum alijs Theologis, quod toties quoties petit debitū ille qui ante contractū matrimoniū habebat votū simplex, peccat mortaliter. ¶ Sed hæsitabis an possit dispensari sine quacūq; alia causa cū tali vouente. Respondetur affirmatiuē, quia esset alias cū magno periculo peccādi quotidie mortaliter. Quis autē possit cū hoc dispensare? dicit Maior & Angelus, quod Episcop' pōt dispēsare, cōsentit Syluest. verbo matrimoniū 7. q. 5. & dicit quod est cōmunior opinio. Sed quia votū castitatis est reseruatū Papæ, securiūs dicūt alijs quod solus Pāpā pōt dispensare regulariter. Episcopus tamē pōt dispensare in aliquibus casibus tantū, nepe quando ille vouens est pauper, & non pōt tam cito habere dispensationē à summo pontifice, tunc propter periculū pōt Episcopus dispēsare: secus autē quando post cōtractū matrimoniū alter coniugū contrahit affinitatē cū alio, tunc cū non sit votū castitatis Episcopus pōt dispensare, vt possit ille cōiunx cōtrahēs affinitatē petere debitū. Potest tamen & teneretur prædictus cōiunx vouens, reddere debitū alteri coniugi petenti, quia nō debet seruare votū cū iniuria alterius coniugis, nec oportet quod mulier manifestē petat, sat est q' vir cognoscit conditionē mulieris: vnde esto vir reddat debi-

tum vxori ad satisfaciendū ipsi vxori, nē matrimoniu sit graue & onerosum, quantū est de se, nō peccauit, quia illud est reddere debitū & nō petere ex parte vouētis, & est petere virtualiter, ex parte alterius coniugis nō vouētis, vt hic ait S. Th. ad quartum argumentum. ¶ Quæres autē rursus, si vir qui habet votum simplex petit debitū, an mulier teneatur reddere: Videtur quod non, quia ille nō habet ius ad petendū & peccat petens: ergo illa nō tenetur reddere. Ad quod respondet Syluest. in summa, verbo matrimonium, 7. q. 5. quod si ambo emisissent votū simplex, nullus tenetur reddere debitū alteri petenti: & ita colligit quod nec vnus quando vnus habet votū simplex & alius nō, ille qui nō habet votum non tenetur reddere debitū alteri, quia alius petens qui habet votū non habet ius ad petendū: hec Syluest. Mihi autē videtur probabilius quod tenetur reddere, quia ille cōiunx à quo petitur debitū est res alterius petentis, & ille vir habens prædictū votū petendo debitū non facit iniuriam vxori, sed solū peccat quia agit contra votum, reddens vero non peccat quia non agit cōtra aliquod votū, nec contra præceptū: vt mulier menstruata non pōt petere & peccat petendo debitū, tamen si maritus petat debet reddere. Simili modo esto quod vterq; voueat, & esto quod ille qui petit peccet, alius tenetur reddere. vnde petens non perdit ius, verū est tamen quod si vicissim emisissent votū ex mutuo cōsensu, tenentur abo seruare castitatē, & pactū, & sic intelligendus est Syluester: & idē esset si vnus tantū ex cōsensu alterius emisisset votū, tunc nō tenetur alius reddere illi petenti.

Artic. secundus

Vtrum votū solenne dirimat
matrimonium iam contractū?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod nec votū solenne matrimoniu dirimat iā contractū: quia sicut Decret. dicit, apud Deū non minus obligat votū simplex quā solēne: sed matrimoniu acceptatione diuina stat aut dirimitur: ergo cum votum simplex nō dirimat matrimoniu, nec votum solenne dirimere poterit. **PRÆTEREA**, votū solenne non addit ita validū robur super votū simplex sicut iuramentū: sed votū simplex etiā iuramento superueniente nō dirimit matrimoniu contractum: ergo nec votum solenne.

PRÆ.

PRÆTEREA, votū solenne nihil habet quod nō possit votū simplex habere, quia votū simplex possit habere scandalū, cum possit esse in publico sicut & solenne: similiter & ecclesia possit, & debet statuere quod votū simplex dirimat matrimoniu iā cōtractū, vt multa peccata vitentur: ergo qua ratione votū simplex nō dirimit matrimonium, nec votum solenne dirimere debet.

SED contra est, quod ille qui facit votū solenne contrahit matrimonium spirituale cum Deo quod est multo dignius quā materiale matrimonium: sed materiale matrimoniu prius contractum dirimit matrimonium post contractum: ergo & votum solenne.

PRÆTEREA, etiā probari potest per multas auctoritates quæ ponuntur in litera Magistris Sententiarum.

RESPONDEO dicendū, quod oēs dicunt, quod sicut votū solēne impedit contrahendū, ita dirimit iā contractū matrimoniu. Quidā autē assignant pro causa scandalum: sed hoc nihil est: quia & simplex votū quandoq; habet scandalum cum sit quandoq; quodam modo publicum. Et prima insolubilitas matrimonij est de veritate vitæ quæ non est propter scandalū dimittenda. Et ideo alij dicunt, quod hoc est propter statutū ecclesiæ: sed hoc etiā non sufficit, quia secundū hoc ecclesia possit iam cōtrariū statuere, quod nō videtur verū. Et ideo dicendū est cū alijs, quod votū solenne ex sui natura habet quod dirimat matrimoniu contractum inquantū per ipsum homo suicorporis amisit potestatem se Deo ad perpetuā continentia tradēs vt ex dictis patet, & ideo nō pōt se ipsum tradere in potestatem vxoris matrimoniu cōtrahendo: & quia matrimonium quod sequitur tale votum, nullum est, ideo tale votum dirimere dicitur matrimonium contractum.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod votum simplex quo ad Deū dicitur nō minus obligare quā solenne in his quæ ad Deū spectant, sicut est separatio à Deo per peccatū mortale, quia mortaliter peccat frāgens votū simplex sicut solenne: quāuis grauius sit peccatū frāgere votum solenne, si cōparatio in genere accipiatur nō in determinata quātitate reatus, sed quā-

tum ad matrimonium per quod homo homini obligatur, nō oportet quod sit equalis generis obligationis etiam in genere, quia ad quædam obligat votum solenne, & non simplex.

AD SECVDVM dicendum, quod iuramentum plus obligat ex parte eius ex quo fit obligatio quā votum, sed votum solenne plus obligat quantum ad modum obligandi inquantū actualiter tradit hoc quod promittitur, quod nō fit per iuramentum, & ideo nō sequitur ratio.

AD TERTIVM dicendum, quod votum solenne habet actualem exhibitionem proprii corporis, quā nō habet votum simplex, vt ex dictis patet, & ideo ratio ex insufficienti procedit.

IN ISTO art. 2. est concl. affirmatiua ab omnibus recepta, nempe, quod votū solenne dirimit matrimoniu ratū nō cōsumatum, & S. Th. reddit rationē huius, vt videbis in litera. ¶ Sed dub. est, quomodo hoc intelligatur. Ad quod dico, quod intelligitur bifariā, vno modo ita, quod si quis postquā habet votū solēne cōtrahat matrimoniu nō conficitur sacramētū. Secundo modo ita, quod si erat iam contractū matrimoniu, & nōdū erat cōsumatū, per illud tale votū dissoluitur matrimoniu, & possunt coniuges vel qui ex illis voluerit trāsire ad religionē: vel si solus vnus transit ad religionē, alius remanens in saculo poterit contrahere secundas nuptias. ¶ Secūdo est dub. an hoc fit de iure diuino, vel tātū de iure humano? Ad hoc dicerent illi qui tenent quod summus pōrifex pōt dispēsare in matrimonio rato nō cōsumato, quod est tantū de iure humano. Qui autē dicunt quod summus pōrifex non pōt dispensare in matrimonio rato nō cōsumato, dicunt votū solēne ex natura rei & de iure diuino habere quod dirimat matrimoniu ratū nō cōsumatū: vnde Scotus in 4. d. 38. respondet ad dubiū nostrū, votū solēne habere hoc de iure diuino, S. autē Th. & Durādus dicūt quod habet hoc ex natura rei, & hoc videtur rationabilius, cū votū solenne imporet traditionē ipsius vouētis. Cū igitur datus est Deo nō pōt se tradere vxori. Quod autē votū solenne dirimat matrimoniu ratū, præterquā quod ab omnibus sit receptum, habetur de voto & voti redemptione lib. 6. & in Decretis 27. d. in multis tex. & præcipuē cap. vlt.

Articul. tertius

Vtrum ordo impediatur
matrimonium?

Tho. 4. d. 37: q. 1. art. 1. & sequēti.

OO ij AD



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod ordo non impediatur matrimonium. Quia nihil impeditur nisi a suo contrario: sed ordo non est contrarius matrimonio cum verum sit sacramentum: ergo non impedit ipsum.

PRÆTEREA, idem ordo est apud nos, & apud ecclesiam Orientalem, sed apud ecclesiam Orientalem non impedit matrimonium: ergo &c. **PRÆTEREA**, matrimonium significat coniunctionem Christi et ecclesie: sed hoc præcipue congruit significari in his qui sunt ministri Christi scilicet ordinati: ergo ordo matrimonium non impedit. **PRÆTEREA**, omnes ordines ad spiritualia ordinantur: sed ordo non potest impedire matrimonium nisi ratione spiritualitatis: ergo si ordo impedit matrimonium, quilibet ordo impediet, quod falsum est.

PRÆTEREA, omnes ordinati possunt ecclesiastica habere beneficia, & privilegio clericali gaudere æqualiter. Ergo propter hoc ordo matrimonium impediatur, quia uxori non possunt habere beneficium ecclesiasticum, nec gaudere privilegio clericali, ut Iurista dicunt: tunc quilibet ordo impedire deberet, quod falsum est, ut patet per Decretum Alex. de cleri. coniugatis, et sic nullus ordo (ut videtur) matrimonium impedit. Sed contra est, quod Decretum dicit quod qui in subdiaconatu et alijs superioribus ordinibus uxores acceperunt, eos uxores dimittere compellatur, quod non esset si esset verum matrimonium.

PRÆTEREA, nullus vouens continentiam potest matrimonium contrahere: sed quidam ordines sunt qui habent votum continentie annexum, ut ex littera patet: ergo talis ordo matrimonium impedit. **RESPONDEO** dicendum, quod ordo sacerdotis sui ratione habet ex quadam congruentia quod matrimonium impedire debeat: quia in sacris ordinibus constituti sacra vasa & sacramenta tractant. & ideo decens est ut munditiam corporalem per continentiam seruent. Sed quod impediatur matrimonium, ex constitutione ecclesie habet, tamen aliter apud Latinos, quam apud Græcos: quia apud Græcos impedit matrimonium contrahendum solum ex vi ordinis, sed apud Latinos impeditur ex vi ordinis, & ulterius ex voto continentie.

etiam, quod est ordinibus sacris annexum, quod etiam si quis verbo tenens non emit at ex hoc ipso quod ordinem suscipit, secundum ritum Occidentalis ecclesie intelligitur emisisse: & ideo apud Græcos & alios Orientales sacerdos impedit matrimonium contrahendum, non tamen matrimonium prius contractum, possunt enim matrimonium prius contractum uti, quamvis non possint matrimonium denuo contrahere: sed apud Occidentalem ecclesiam impedit matrimonium, et matrimonium usum, nisi forte ignorate aut contradicere uxore vir ordinem sacrum susceperit, quia ex hoc non potest aliquod præiudicium generari. Quomodo autem ordines sacri distinguuntur a non sacris, nunc & in primitiua ecclesia dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quavis ordo sacerdos non habet contrarietatem ad matrimonium in quantum sacramentum, habet tamen repugnantiam quandam ad ipsum, ratione actus sui qui spirituales actus impedit.

AD SECVNDVM dicendum, quid iam patet quod obiectio procedit ex falsis. Ordo enim ubique impedit matrimonium contrahendum, sed non ubique habet votum annexum.

AD TERTIVM dicendum, quod illi qui sunt in sacris ordinibus, significant Christum nobilioribus actibus, prout ex dictis in tractatu de ordine patet, quam illi qui sunt matrimonio coniuncti: & ideo ratio non sequitur.

AD QVARTVM dicendum, quod illi qui sunt in minoribus ordinibus constituti, ex vi ordinis non prohibentur matrimonium contrahere: quia quamvis ordines illi deputentur ad aliqua spiritualia non tamen immediate habent accessum ad tractandum sacra, sicut illi qui sunt in sacris ordinibus: sed secundum statutum Occidentalis ecclesie matrimonium usum excusationem ordinis non sacri impedit, propter seruandam maiorem honestatem in officijs ecclesie. & quia aliquis ex beneficio ecclesiastico tenetur ad excusationem ordinis, & ex hoc ipso privilegio clericali gaudet, ideo hoc apud Latinos clericis uxoriatis aufertur. Et per hoc patet solutio ad ultimum.

EST conclusio affirmatiua huius art. 3. nempe, quod ordo si est sacerdos impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Et hæc materia tractatur a Magistro &

& alijs Scolaisticis in 4. d. 37. & ibidem a S. Thoma. q. 1. art. 1. unde desumpta est ista littera. **¶** SED est dubium, quo iure ordo sacerdos impediatur matrimonium, an de iure diuino. Ad quod respondet Ioannes Maior in 4. d. 24. q. 2. quod de iure diuino ordo sacerdos impedit matrimonium: probat prius, 22. d. cap. si quis, quod est desumptum ex 6. synodo, ubi sic habetur, Si quis eorum qui ad clerum accedunt, mulieri copulari velit, fiat ante subdiaconatum: ergo de iure diuino, cum subdiaconatus non poterit copulari mulieri: & glo. ibidem dicit, quod nec Græcis licet contrahere ex illa regula, quia omnibus fuit posita tam Græcis quam Latinis: & addit quod nec tempore Apostolorum licuit subdiaconis contrahere: & quod nec tempore Apostolorum id liceret probat, quia ita dicitur in concilio Cartagin. 2. & habetur 84. d. cap. Cui in præterito, ubi textus sic habet, Quot Apostoli docuerunt exempla, ipsa quoque seruauit antiquitas, nempe, quod nec Episcopi nec presbyteri, nec diaconi contrahant: ideo nos quoque id custodiamus: ergo videtur quod Apostoli docuerunt & seruauerunt constitutos in ordine sacro non contrahere matrimonium: ergo ordo sacerdos de iure diuino impedit matrimonium, quia alias Apostoli non onerarent ecclesiam statim in principio præceptis nouis: Et ista loca sunt notanda, quia licet non probent intentum Maioris, probat tamen antiquissimum esse, nempe hoc quod ordo sacerdos impediatur matrimonium. Sed his adductis à Ioanne Maiore non obstantibus communis sententia Theologorum est, quod ordo sacerdos non de iure diuino, sed de humano positio impedit matrimonium, hoc expresse asserit S. Thoma in isto art. & secunda secundæ, q. 88. art. 11. ubi dicit quod potest summus pontifex cum clericis in sacris constitutis dispensare, ut contrahant matrimonium, & si faciat cum causa rationabili, licite quidem faciet: si autem faciat sine causa rationabili, peccabit quidem dispensans, sed factum tenebit. Consentit Palud. in 4. d. 36. q. 1. art. 1. concl. 2. & alij communiter theologi in eadem d. Et probatur ista communis opinio, quia qui dicunt quod ordo sacerdos de iure diuino impedit matrimonium, non probant, cum nec habeatur in sacra scriptura, nec sancti dicant, & summi pontifices aliquando dispensauerunt & dispensant, quod initiati ordine sacro ducant uxores: ergo ordinem sacrum impedire matrimonium non est de iure diuino, sed ex solo humano positio. **¶** SED quæres merito, si est de solo iure positio humano, quando incepit tale ius? Ad quod respondendum puto aliquibus propositionibus. Prior est, quod presbyteratus & diaconatus impediunt matrimonium contrahendum & dirimant contractum, adeo est antiquum quod non est memoria quando incepit illud ius dirimendi matrimonium: & quod nuptiæ semper

fuerint illis gradibus interdictæ, probatur, quia in concilio Ancirano, cap. 10. quod fuit ante Nicenum dicitur: quod si subdiaconi quando ordinantur volunt ducere uxorem, & dicunt se velle coniugio copulari, quia sic manere non possunt, hi si postmodum uxores duxerint in ministerio maneat, propterea quod eis Episcopus licentiam dederit: quicunque sane tacuerint & susceperint manus impositionem professi continentiam, & postea nuptijs obligati sunt, a ministerio cessare debent: & ideo ex his habetur quod est antiquum quod presbyteratus & subdiaconatus impediunt nuptias, & quod est de iure humano, cum ibi dicatur quod Episcopus poterat dare licentiam. Et hanc sententiam asseuerat Vualdesis in 2. lib. de sacramentis, cap. 121. ubi adducit multa testimonia antiquissima ad hoc comprobandum, & in concilio Neocesariensi, cap. 1. dicitur. Presbyter si uxorem duxerit deponatur ab ordine: unde iam nuptiæ erant prohibitæ prædictis gradibus: & in alijs conciliis idem legitur fuisse prohibitum: & in canonibus Apostolorum, cap. 25. dicitur, Ex his qui ad clerum celibes peruenerunt iubemus ut cantores tantum & lectores si uoluerint nuptias contrahant. Secunda propositio, quod Episcopus aut presbyter utatur, uxores non est contra ius diuinum, probatur, quia in canonibus Apostolorum, cap. 6. dicitur. Episcopus aut presbyter, uxorem suam quam debet castè regere non relinquat: ergo Episcopus habere uxorem vel presbyterum, non est contra ius diuinum, sed est contra ius humanum: unde Græci veteres uxores non faciunt contra ius diuinum. Præterea, in concilio Aredianensi, cap. 22. celebrato tempore Theodosij Iunioris, legitur. De cætero non ordinetur diaconi coniugati nisi prius profiteantur continentiam, ita quod nec proprijs uxores uerentur: ergo ante licebat illis uti proprijs uxores, quia dicit, de cætero, &c. & ista testimonia sufficiunt citasse, esto & multa alia poterant adduci. Tertia conclusio, subdiaconatus etiam prohibetur non habeant uxores, in concilio Cartaginensi. 5. quod præcessit nos per mille annos, & refertur, cap. placuit d. 32. ubi sic legitur: Placuit Episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, abstinere ab uxoribus. Verum est tamen quod in concilio ipsò originali Cartagin. 5. non scribuntur subdiaconi, sed scribuntur in prædicto cap. citato: unde antea subdiaconis licebat uti uxoribus: & confirmatur hoc ex illo quod habetur cap. ante triennium. 31. d. ubi Gregorius dicit, quod ante triennium Pelagius eius prædecessor interdixit subdiaconos non proprijs uxoribus uteretur: quod Gregorio durum visum est, & ideo reuocauit illud, & postea ordinauit quod nullus promoteatur ad subdiaconatum, nisi profiteatur castitatem. Et hoc totum intelligitur quantum ad hoc quod non liceret subdiaconi uti proprijs uxoribus habitis ante subdiaconatum, nam post subdiaconatum non possint contrahere antiquissimum est.

Artic. quartus

Utrum ordo sacer matrimonio possit superuenire?

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod matrimonio ordo sacer superuenire non possit: quia fortius praedicitur minus sorti: sed fortius est vinculum spirituale quam corporale: ergo si matrimonio iunctus ordinem suscipiat praedicitur generabitur uxori, ut non possit debitum exigere, cum ordo sit vinculum spirituale, & matrimonium corporale: & sic videtur quod non possit aliquis ordinem sacramentorum suscipere post matrimonium consummatum.

PRÆTEREA, post matrimonium consummatum unus coniugum sine consensu alterius non potest continentiam vouere: sed ordo sacer habet continentiam annexam: ergo si vir ordinem sacramentorum acceperit, cogetur & uxor inuita continentiam seruare: quia non possit alteri nubere uiuente viro.

PRÆTEREA, etiam ad tempus non potest vir vacare orationi sine consensu uxoris, ut habetur prima Cor. 7. Sed apud orientales illi qui sunt in sacris constituti tenentur ad continentiam tempore quo exequuntur officium: ergo nec ipsi possunt ordinari sine consensu uxoris, & multo minus Latini.

PRÆTEREA, vir & uxor ad paria iudicantur: sed sacerdos graecus defuncta uxore sua non potest alteram ducere: ergo nec uxor defuncto viro: sed non potest sibi auferri facultas nubendi post mortem viri per viri actum: ergo vir non potest suscipere ordines post matrimonium.

PRÆTEREA, matrimonium quantum opponitur ordini, tantum est contrarium: sed ordo praecedens impedit matrimonium sequens: ergo, &c.

SED contra, religiosi tenentur ad continentiam sicut illi qui sunt in sacris ordinibus: sed post matrimonium potest aliquis religionem intrare defuncta vel consentiente uxore: ergo & ordinem suscipere.

PRÆTEREA, aliquis potest fieri seruus hominum post matrimonium: ergo & seruus Dei per susceptionem ordinis.

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium non impedit ordinis susceptionem, quia si matrimonio iunctus ad sacros ordines accedat, etiam reclamante uxore, nihilominus characterem ordinis suscipit, sed executione ordinis caret. Si autem uolente uxore, vel ipsa defuncta, recipit ordinem & executionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod vinculum ordinis soluit vinculum matrimonij ratione redditionis debiti, ex qua parte habet repugnantiam ad matrimonium, ex parte eius qui suscipit ordinem, quia non potest petere debitum, nec uxor ei tenetur reddere: non tamen soluit ex parte alterius, quia ipse tenetur uxori debitum reddere, si non possit eam inducere ad continentiam.

AD SECUNDVM dicendum, quod si uxor sciat, & de eius consensu vir ordinem sacramentorum susceperit, tenetur perpetuam continentiam uouere: non tamen tenetur religionem intrare, si sibi non timeat de periculo castitatis propter hoc quod vir eius solenne uotum emisit. Secus autem esset si emisisset uotum simplex. Si autem sine eius consensu susceperit, non tenetur, quia ex hoc sibi nullum praedictum generatur.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut probabilius videtur, quam uis quidam contrarium dixerunt, quod etiam graeci non debent accedere ad sacros ordines sine consensu uxoris: quia ad minus tempore ministerij sui fraudarentur a debiti redditione, quo fraudari non possunt secundum ordinem iuris, si eis contradicentibus, aut ignorantibus viri ordines susceperunt.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut dicitur eo ipso quod mulier consentit apud graecos quod vir suus ordinem suscipiat, obligat se ad hoc quod ipsa in perpetuum alteri non nubat: quia significatio matrimonij non seruetur, quia in matrimonio sacerdotum praecipue exigitur. Si autem sine consensu eius ordinatur, non videtur ad hoc teneri.

AD QVINTVM dicendum, quod matrimonium habet pro causa nostrum consensum non autem ordo: sed habet causam sacramentalem determinatam a Ico: & ideo matrimonium potest

Quaestio. 56.

De impedimento consanguinitatis.

DEINDE considerandum est de impedimento consanguinitatis.

CIRCA quod quaeruntur quatuor.

PRIMVM est, utrum consanguinitas conuenienter a quibusdam definiatur?

SECUNDVM est, utrum conuenienter distinguatur per gradus & lineas?

TERTIVM est, utrum de iure naturali matrimonium impediatur secundum aliquos gradus?

QVARTVM est, utrum gradus impediens matrimonium possint per statutum ecclesiae determinari.

Articulus primus.

Utrum definitio consanguinitatis sit competens?

Tho. 4. dist. 40. q. unica artic. 1. & sequent.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod definitio consanguinitatis quam quidam ponunt sit incompetens: scilicet, Consanguinitas est vinculum ab eodem stipite descendendum carnali propagatione contractum. Omnes enim homines ab eodem stipite carnali propagatione descendunt: scilicet ab Adam: si ergo recta esset praedicta definitio consanguinitatis, omnes homines essent ad inuicem consanguinei, quod falsum est.

PRÆTEREA, vinculum non potest esse nisi aliquorum ad inuicem conuenientium, quia vinculum unius: sed eorum qui descendunt ab uno stipite, non est maior conuenientia ad inuicem quam aliorum hominum: cum conueniant specie & differant numero, sicut & alij homines:

nes:

potest impediri ex ordine precedenti quod non sit verum matrimonium: non autem ordo ex matrimonio quod non sit verus ordo: quia sacramentorum virtus est immutabilis, sed actus humani possunt impediri.

IN ISTO. 4. art. etiam est conclud. affirmatiua ab omnibus recepta, nempe quod ordo potest superuenire matrimonio. SED dubitabis, an ordo dirimat matrimonium ratum non consummatum. Et arguitur a parte affirmatiua in hunc modum: votum solenne dirimit matrimonium ratum non consummatum, at in ordine sacro est votum solenne: ergo ordo sacer dirimit matrimonium ratum non consummatum. Ad quod dico, quod de isto dubio aliquando fuit controuersia, & fuit dub. sed iam hodie non est dubium, quia Ioan. 22. determinauit, quod ordo sacer non dirimit matrimonium ratum non consummatum, & hoc habetur in extrauaganti, antiqua concertationi.

AN autem pueri teneantur ad continentiam, si inueniantur ante usum rationis aliquo ordine sacro: & videtur quod non, quia non sunt professi continentiam, & ecclesia non potest obligare ad continentiam aliquem inuitum. Hoc non obstante dico, quod praedicti pueri tenentur ad continentiam postquam deueniunt ad usum rationis: & nego quod ecclesia non possit illos obligare, nam potest quidem cum causa rationabili. Secundo dico cum Maiore in. 4. d. 37. & Palud. ibid. quod cum huiusmodi pueri initiati ante usum rationis, deberent pontifices facile dispensare, si post usum rationis petant dispensationem: unde Maior videtur contrarius sibi ipsi, quia superius dixerat quod de iure diuino ordo impedit matrimonium contractum & dirimit contractum. Nunc autem dicit Summum pontificem posse dispensare, quod aliquis sit coniunctus matrimonio & initiatus ordine sacro. Panor. autem in cap. cum olim, de cler. coniug. dicit quod videtur sibi melius esse quod nunc Summus pontifex dispensaret cum omnibus clericis, ut ducant uxores. Ego autem non approbo illam sententiam, quia praeterquam quod sequerentur multa inconuenientia (ut alibi praesius dicam) esset dare anam haereticis qui illud desiderant: & si dispensaret Summus pontifex cum omnibus clericis, ut ducerent uxores, essent magna cupiditates & turbationes in ecclesia. Panor. autem adducit aliqua inconuenientia quae nunc contingunt in ecclesia propter hoc quod clerici non habent uxores, sed ipse non considerat alia maiora quae sequerentur si haberent uxores, quia sequeretur auaritia & simonia inter clericos, ut haberent beneficia pro filiis suis.

nes: ergo consanguinitas non est aliquod vinculum.

PRÆTEREA, carnalis propagatio fit de superfluo alimento: sed tale superfluum magis habet convenientiam cum rebus comestis, cum quibus in substantia convenit, quam cum eo qui comedit: ergo cum non nascatur aliquod vinculum consanguinitatis eius qui ex semine nascitur ad res comestas, nec ad generantem ex carnali propagatione nascetur aliquod propinquitatis vinculum.

PRÆTEREA, Gen. 18. Laban dixit ad Iacob, os meum & caro mea es, ratione cognationis quæ erat inter eos: ergo talis propinquitas magis debet dici carnalitas quam consanguinitas.

PRÆTEREA, carnalis propagatio est communis hominibus & animalibus, sed in animalibus non contrahitur ex carnali propagatione consanguinitatis vinculum: ergo nec in hominibus.

RESPONDEO dicendum, quod secundum philosophum 8. Ethic. omnis amicitia in aliqua communicatione consistit, quia amicitia ligatio siue unio quedam est: & ideo communicatio quæ est amicitie causa, vinculum dicitur: & ideo secundum quamlibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati ad invicem: sicut dicuntur concives qui habent politicam communicationem ad invicem, & commilitones qui conveniunt in militari negotio: & eodem modo qui conveniunt in naturali communicatione dicuntur consanguinei: & ideo in prædicta definitione ponitur quasi consanguinitatis genus, vinculum: quasi subiectum, personæ descendentes ab uno stipite, quarum est huiusmodi vinculum quasi principium carnalis propagatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod virtus activa non recipitur secundum eandem perfectionem in instrumento secundum quam est in principali agente: & quia omne movens motum est instrumentum, inde est quod virtus primi motoris in aliquo genere per multa media deducta, tandem deficit & peruenit ad aliquid quod est motum & non movens. Virtus autem generans movet non solum quan-

rum ad id quod est speciei, sed quantum ad id quod est individui, ratione cuius filius assimilatur patri etiam in accidentalibus, & non solum in natura speciei: nec tamen individualis virtus patris ita perfecte in filio est, sicut erat in patre, & adhuc in nepote minus, & sic deinceps debilitatur: & inde est quod virtus illa quandoque deficit, ut ultra procedere non possit: Et quia consanguinitas est in quantum multii communicant in tali virtute, ex uno in multos per propagationem inducta, paulatim se consanguinitas dirimit, ut Isidorus dicit: & ideo non oportet accipere stipitem remotum in distinctione consanguinitatis, sed propinquum cuius virtus adhuc maneat in illis qui ex eo propagantur.

AD SECUNDVM dicendum quod iam patet ex prædictis, quod non solum conveniunt consanguinei in natura speciei, sed etiam in virtute propria ipsius individui ex uno in multos traducta: ex qua contingit quandoque, quod filius assimilatur non solum patri, sed auctori vel remotis parentibus, ut dicitur lib. 8. de animalibus.

AD TERTIVM dicendum, quod convenientia magis attenditur secundum formam secundum quam aliquid est actu, quam secundum materiam secundum quam est in potentia, quod patet in hoc quod carbo magis convenit cum igne quam cum arbore unde abscisus est. Et similiter alimentum iam conversum in speciem nutriti per virtutem nutritivam, magis convenit cum ipso nutrito quam cum illa re unde sumptum est nutrimentum. Ratio autem procederet secundum opinionem illorum qui dicebant, quod tota natura rei est materia, & quod formæ omnes sunt accidentia, quod falsum est.

AD QVARTVM dicendum, quod illud quod proximè convertitur in semen est sanguis, ut probatur. 15. de animalibus: & propter hoc vinculum quod propagatione contrahit carnaliter, convenientius dicitur consanguinitas quam carnalitas: & quod aliquando unus consanguineus dicitur esse caro alterius, hoc est in quantum sanguis qui in semen viri aut in menstrui convertitur, est potentia caro & os.

AD

AD QVINTVM dicendum, quod quidam dicunt, quod ideo consanguinitatis vinculum contrahitur inter homines ex carnali propagatione, & tamen non inter alia animalia: quia quicquid est de veritate humane nature in omnibus hominibus, fuit in primo parente, quod non est de alijs animalibus: sed secundum hoc consanguinitas nunquam dirimi potest. Prædicta autem positio in 2. lib. d. 30. improbata est. Unde dicendum quod hoc ideo contingit, quia animalia non coniunguntur ad amicitiam unitatem propter propagationem multorum ex uno parente proximo, sicut est de hominibus, ut dictum est.

Artic. secundus

Vtrum convenienter consanguinitas designetur per gradus vel lineas?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod consanguinitas inconvenienter distingatur per lineas & gradus. Dicitur enim linea consanguinitatis esse ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentium, diversos continens gradus: sed nihil est aliud consanguinitas quam collectio talium personarum: ergo linea consanguinitatis est idem quod consanguinitas, nihil autem debet distingui per se ipsum: ergo consanguinitas non convenienter per lineas distinguitur.

PRÆTEREA, illud secundum quod dividitur aliquid commune, non potest poni in definitione communis: sed descensus ponitur in definitione prædicta consanguinitatis: ergo consanguinitas non potest dividi per lineam ascendentium, descendentium, & transversalium.

PRÆTEREA, definitio lineæ est, quod sit inter duo puncta: sed duo puncta non faciunt nisi unum gradum: ergo una linea habet tantum unum gradum: & ita eadem ratione videtur quod non debeat fieri divisio consanguini-

nitatis per lineas & per gradus.

PRÆTEREA, gradus definitur esse habitudo distantium personarum qua cognoscitur quanta distantia personarum inter se differunt: sed cum consanguinitas sit propinquitas quadam distantia personarum consanguinitati opponitur magis quam sit eius pars: ergo per gradus consanguinitatis distinguere non potest.

PRÆTEREA, si consanguinitas per gradus distinguitur & cognoscitur, oportet quod illi qui sunt in eodem gradu sint equaliter consanguinei: sed hoc falsum est, quia propatruus & eiusdem proniposunt in eodem gradu, non tamen sunt equaliter consanguinei: ut Decretum dicit: ergo consanguinitas non recte distinguitur per gradus.

PRÆTEREA, in rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit alium gradum: sicut quælibet unitas addita facit aliam speciem numeris: sed persona addita personæ non semper facit gradum speciem aliam consanguinitatis, quia in eodem gradu consanguinitatis est pater & patruus qui adiungitur: ergo non recte per gradus consanguinitas distinguitur.

PRÆTEREA, inter duos propinquos semper est eadem consanguinitatis propinquitas, quia equaliter distat unum extremorum ab alio, & e contra: sed gradus consanguinitatis non inveniuntur semper idem ex utraque parte, cum quandoque unus propinquus sit in tertio, & alius in quarto gradu: ergo consanguinitatis propinquitas non potest sufficienter per gradus cognosci.

RESPONDEO dicendum, quod consanguinitas est quadam propinquitas in naturali communicatione fundata, secundum actum generationis qua natura propagatur. Unde secundum philosophum 8. Ethic. ista communicatio est triplex. Una secundum habitudinem principii ad principium, & hæc est consanguinitas patris ad filium: unde dicit quod parentes diligunt filios, ut sui ipsius ad aliquid existentes. Alia est secundum habitudinem principii ad principium, & est filij ad patrem: unde dicit, quod filij diligunt parentes ut ab illis existentes. Tertia est secundum habitudinem eorum quæ sunt ab uno principio ad invicem, sicut fratres

fratres dicuntur ex eisdem nasci, ut ipse ibidem dicit: & quia punctus motus lineam facit & propagatione quodammodo pater descendit in filium: idem secundum tres dictas habitudines tres lineae consanguinitatis sumuntur. scilicet lineae descendunt, secundum primam habitudinem: lineae transversales secundum secundam: lineae transversales secundum tertiam. Sed quia propagationis motus non quiescit in uno termino, sed ultra progreditur: ad eum contingit quod patris est accipere patrem & filii filium: & sic deinceps: & secundum hos diversos progressus diversi gradus in linea inveniuntur: Et quia gradus cuiuslibet rei est pars aliqua illius rei, gradus propinquitatis non potest esse ubi non est propinquitas: & ideo identitas & nimia distantia gradum consanguinitatis tollunt, quia nullus est sibi ipsi propinquus, sicut nec aliquis similis: & propter hoc nulla persona per se ipsam facit aliquem gradum, sed comparata alicui personae gradum facit ad ipsam. Sed tamen diversa est ratio computandi gradus in diversis lineis. Gradus enim consanguinitatis in linea ascendente & descendente contrahitur ex hoc, quod una persona ex alia propagatur eorum inter quos gradus consideratur: & ideo secundum computationem canonicam, & legalem, persona quae primo in progressu occurrit vel ascendendo, vel descendendo distat ab aliquo: puta à Petro in primo gradu, ut pater & filius: quae autem secundo utriusque occurrit, distat in secundo gradu, ut avus & nepos, & sic deinceps. Sed consanguinitas quae est eorum qui sunt in linea transversali, contrahitur non ex hoc quod unus ex alio propagatur, sed quia uterque propagatur ex uno: & ideo debet gradus consanguinitatis in hac linea computari per comparisonem ad unum principium ex quo propagantur: & secundum hoc est diversa computatio canonica & legalis, quia legalis computatio attendit descensum à communi radice ex utraque parte, sed canonica tantum ex altera, ex illa scilicet qua maior numerus graduum inveniuntur. Unde secundum legalem computationem, frater & soror vel duo fratres attinent sibi in secundo gradu, quia uterque à radice communi

distat per unum gradum, & similiter filii duorum fratrum distat à se invicem in quarto. Sed secundum computationem canonicam duo fratres attinent sibi in primo gradu, quia neuter eorum distat à radice communi nisi per unum gradum: sed filius unius fratrum distat ab altero fratre in secundo gradu, quia tantum distat à communi radice: & ideo secundum computationem canonicam quotus gradu distat quis ab aliquo gradu superiori, totus distat à quolibet descendente ab ipso, & nunquam minus: quia propter quod unum quodque & illud magis. Unde & si alii descendentes à communi principio conveniunt cum aliquo ratione principii communis, non possunt propinquiores esse descendenti ex alia parte quam sit primum principium ei propinquum. Aliquando tamen plus distat aliquis ab aliquo descendente à communi principio quam distat ipse à principio, quia ille forte plus distat à communi principio quam ipse, & secundum remotiorē distantiam oportet consanguinitatem computari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit ex falsis: consanguinitas enim non est collectio, sed relatio quadam aliquarum personarum quarum collectio lineam consanguinitatis ad invicem facit.

AD SECUNDVM dicendum, quod descensus communiter sumptus attenditur secundum quamlibet consanguinitatis lineam, quia carnalis propagatio ex qua vinculum consanguinitatis trahitur, descensus quidam est: sed descensus talis. scilicet à persona cuius consanguinitas queritur lineam descendente facit.

AD TERTIVM dicendum, quod linea dupliciter accipi potest. Aliquando proprie propria dimensione quae est prima pars quantitativae continua, & sic linea recta continet tantum duo puncta in actu quae terminant ipsam, sed in potentia infinita, quorum quolibet signato in actu linea dividitur, & fiunt duae lineae. Aliquando vero linea sumitur pro his quae linealiter disponuntur, & secundum hoc assignatur in numeris linea & figura, prout unitas post unitatem ponitur in aliquo numero, & sic qualibet unitas adiecta gradum facit in tali

tali linea: & similiter est de linea consanguinitatis: unde una linea continet plures gradus. AD QVARTVM dicendum, quod sicut similitudo non potest esse ubi non est aliqua diversitas, ita propinquitas non est ubi non est aliqua distantia: & ideo distantia qualibet non opponitur consanguinitati, sed talis distantia quae consanguinitatis propinquitatem excludit.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut albedo dicitur maior dupliciter. Uno modo ex intensione ipsius qualitatis. Alio modo ex quantitate superficie: & ita consanguinitas dicitur maior vel minor: uno modo intensivè ex ipsa natura consanguinitatis, alio modo quasi dimensivè: et sic quantitas consanguinitatis mensuratur ex personis inter quas consanguinitatis propagatio procedit, & hoc secundo modo gradus consanguinitatis distinguitur: & ideo contingit quod aliquorum duorum qui sunt in eodem gradu consanguinitatis respectu alicuius personae, unus est sibi magis consanguineus quam alius, considerando primam quantitatem consanguinitatis: sicut pater & frater attinent alicui in primo gradu consanguinitatis, quia ex neutra parte incidit aliqua persona media: sed tamen intensivè loquendo magis attinet alicui personae pater suus quam frater: quia frater non attinet ei nisi in quantum est ex eodem patre: & ideo quantum est aliquis propinquior communi principio à quo consanguinitas descendit, tanto est magis consanguineus, quamvis non sit propinquior gradu: & secundum hoc propatruus magis est consanguineus alicui quam pronepos eius, quamvis sit in eodem gradu.

AD SEXTVM dicendum, quod quamvis pater & patruus sint in eodem gradu respectu radice consanguinitatis, quia uterque distat uno gradu ab avo: tamen respectu eius cuius consanguinitas queritur, non sunt in eodem gradu: quia pater est in primo gradu, patruus autem non potest esse propinquior quam in secundo in quo est avus.

AD SEPTIMVM dicendum, quod semper personae in aequali numero graduum distat à se invicem, quamvis quandoque non aequali nu-

mero graduum distent à communi principio, ut ex dictis patet.

Articul. tertius

Vtrum consanguinitas de iure naturali impediat matrimonium?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod consanguinitas de iure naturali non impediat matrimonium. Nulla enim mulier potest esse propinquior viro quam Eva fuit Adae, de qua dixit Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: sed Eva fuit mulier coniuncta Adae: ergo consanguinitas nulla quantum est de lege naturae matrimonium impedit.

PRÆTEREA, lex naturalis eadem est apud omnes: sed apud Barbaras nationes nulla persona coniuncta consanguinitate à matrimonio excluditur: ergo consanguinitas quantum est de lege naturae matrimonium non impedit.

PRÆTEREA, ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, ut dicitur in principio decretorum: sed animalia bruta etiam cum matre coeunt: ergo non est de lege naturae quod aliqua persona à matrimonio propter consanguinitatem repellatur.

PRÆTEREA, nihil impedit matrimonium quod non contrariatur alicui bono matrimonio: sed consanguinitas non contrariatur alicui bono matrimonio: ergo non impedit ipsum.

PRÆTEREA, eorum quae sunt magis propinqua & similia, melior & firmitior est coniunctio: sed matrimonium quadam coniunctio est, cum ergo consanguinitas sit propinquitas quaedam, matrimonium non impedit, sed magis unit.

SED contra, illud quod impedit bonum proles, etiam matrimonium impedit secundum legem naturae: sed consanguinitas impedit bonum proles, quia ut ex verbis Greg. habetur experimē-

ro didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere: ergo consanguinitas secundum legem naturæ matrimonium impedit.

PRÆTEREA, illud quod habet natura humana in prima sui conditione est de lege naturæ: sed à prima sui conditione hoc habuit humana natura quòd pater & mater à matrimonio excluderentur: quod pater per hoc quòd dicitur Gen. 2. propter hoc relinquet homo patrem & matrem, quod non potest intelligi quantum ad cohabitationem, & sic oportet quòd intelligatur quantum ad matrimonij coniunctionem: ergo consanguinitas impedit matrimonium secundum legem naturæ.

RESPONDEO dicendum, quòd in matrimonio aliquid contra legem naturæ esse dicitur, per quod matrimonium redditur incompetens respectu finis ad quem est ordinatum: finis autem matrimonij per se & primo est bonum prolis, quod quidem per aliquam consanguinitatem, scilicet inter patrem & filiam, vel filium & matrem impeditur, non quidem totaliter: quia filia ex semine patris potest prolem suscipere, & simul cum patre nutrire et instruere in quibus bonum prolis consistit, sed non ut conuenienti modo fiat. Inordinatum enim est quòd filia patri per matrimonium iungatur in sociam causa generandi prolis & educandæ, quam oportet per omnia patri esse subiectam, velut ex eo procedentem. Et ideò de lege naturali est, ut pater & mater à matrimonio repellantur, & magis etiam mater quàm pater: quia magis reuerentiæ quæ debetur parentibus derogatur: si filius matrem, quàm si pater filiam ducit uxorem, cum uxor viro aliquo qualiter debeat esse subiecta. Sed finis matrimonij secundarius per se est concupiscentiæ repressio, cui deperiret si qualibet consanguinea posset in matrimonium duci: quia magnus concupiscentiæ aditus præberetur, nisi inter personas quas oportet in eadem domo conuersari esset carnalis copula interdicta: & ideò lex diuina non solum patrem & matrem excludit à matrimonio, sed etiam alias coniunctas personas, quas oportet simul conuersari, & quæ debent inuicem alterius altera pudicitiam custodire: & hanc causam assignat diuina

lex dicens, Nè reuelesturpitudinem talis vel talis, quia turpitudine tua est. Sed per accidens finis matrimonij est confederatio hominum & amicitia multiplicatio, dum homo ad consanguineos uxoris sicut ad suos se habet: & ideò huic multiplicationi amicitie præiudicium fieret, si aliquis consanguinitate coniunctam uxorem duceret, quia ex hoc noua amicitia per matrimonium nulla cresceret: & ideò secundum leges humanas & statuta ecclesiæ plures consanguinitatis gradus sunt à matrimonio separati. Sic ergo ex dictis patet quòd consanguinitas quantum ad aliquas personas impedit matrimonium de iure naturali, quantum ad aliquas de iure diuino, & quantum ad aliquas de iure per homines instituto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Eua quamuis ex Adam prodijt, nõ tamen fuit filia Adæ, quia non prodijt ex eo per modum illum quo vir natus est generare sibi similem specie, sed operatione diuina, qua ita potuisset ex costa Adæ fieri vnus equus, sicut facta est Eua: Et ideò non est tanta naturalis conuenientia Eua ad Adam, sicut filia ad patrem, nec Adam est naturale principium Eua, sicut pater filia: **AD SECVNDVM** dicendum, quòd non procedit ex lege naturali, quòd aliqui barbari parentibus carnaliter commisceantur, sed ex concupiscentiæ ardore qui legem naturæ in eis obfuscauit.

AD TERTIVM dicendum, quòd coniunctio maris & femina dicitur esse de iure naturali, quia natura hoc animalia docuit: sed hanc coniunctionem diuersa animalia diuersimodè docuit secundum diuersas eorum conditiones: commixtio autem carnalis ad parentes derogat reuerentiæ quæ eis debetur. Sicut enim parentibus indidit natura sollicitudinem filiis prouidendi, ita indidit reuerentiam filiis ad parentes: nulli autem generi animalium indidit sollicitudinem filiorum, aut reuerentiam parentum in omne tempus nisi homini: alijs autem animalibus plus & minus necessitati sunt vel filij parentibus, vel parentes filiis. Vnde etiam in quibusdam animalibus abhorret filius cognoscere matrem carnaliter quamdiu manet apud ipsam, quod est cognitio matris & reuerentia

entia quadam ad ipsam, ut recitat philosophus in 8. de animalibus, de camelo & equo: & quia omnes honesti mores animalium in hominibus congregati sunt naturaliter, & perfectius quàm in alijs: & propter hoc homo naturaliter abhorret cognoscere non solum matrem, sed etiam filiam, quod est adhuc minus contra naturam, ut dictum est: & iterum in alijs animalibus ex propagatione carnis non contrahitur consanguinitas sicut in hominibus: & ideò non est similis ratio.

AD QVARTVM dicendum, quòd iam patet ex dictis quomodo consanguinitas coniugum bono matrimonij contrarietur: vnde ratio procedit ex falsis.

AD QVINVM dicendum, quòd non est inconueniens duarum vnionum vnã ab altera impedi, sicut vbi est identitas non est similitudo: & similiter consanguinitatis vinculum potest impedire matrimonij coniunctionem.

CIRCA dub. motum in isto art. 3. quod etiam mouet Magister sent. in 4. d. 40. est resolutio S. Tho. quòd aliqui gradus consanguinitatis sunt prohibiti de lege naturali, & aliqui de lege diuina, alij autem solum lege humana.

NOS autem disputantes de prædicta materia, mouemus primum dub. circa tertiam illam propositionem, qua dicit S. Tho. aliquos gradus consanguinitatis esse prohibitos iure humano tantum. An. scilicet ecclesia aliquas personas sua autoritate reddit illegitimas ad contrahendum, ita princeps secularis posset hoc ipsum efficere? ad hunc sensum quòd personæ alias legitime, inter quas posset esse matrimonium, sola lege civili reddantur illegitimæ, ita quòd inter illas iam nõ valeat matrimonium, esto prædictæ personæ tentent contrahere & faciunt quantum possunt ad contrahendum. Et arguitur à parte affirmatiua, ratio rei sumenda est ex fine, potestas autem civilis constituta est propter bonum reipub. siue illud bonum sit pacificus conuictus siue aliud bonum quatenus humanum est: ergo quidquid vel necessarium est vel conducit ad talem finem, cadit sub potestate regia & civili, at bona pars communis seu civilis boni consistat ex matrimonijs: ergo potest princeps leges condere, vbi matrimonia, commodo reipub. obstantia, vetet & irritet. ¶ Secundo finis matrimonij ordinatur in finem legislatoris, hoc est in bonum commune: ergo propter bonum commune poterit princeps inhabilitare personas. ¶ Tertio omnes rationes quæ ponuntur à doctoribus qui-

bus probant ecclesiam aliquos gradus consanguinitatis & affinitatis arcere à matrimonio, procedunt in lumine naturali & intra prudentiam politicam: ergo cum prudentia politica sit regula, principium, & gubernatorium rerum publicarum, ut Arist. ponit in Ethi. sequitur quod etiam spectet ad humanam & ciuilem potestatem. Antecedens patet, nam altera ratio solet assignari, periculum cognatorum in eadem domo habitantium, ne. scilicet si facultas matrimonij permitteretur inter se coniungendi, daretur occasio incestus & stupri. Altera ratio est, ut amicitia propagentur, ne. scilicet necessitudines intra vnos eosdemque lares & parietes coerceantur, sed vtraque res spectat ad ciuiles leges quæ prohibere habent supra sicut & adulteria: & etiam in reipub. amicitias inter ciues conflare & propagare: ergo tota res non excedit ciuilem potestatem. Quarto matrimonium vel est contractus ciuilis vel fundatur in contractu ciuili, sed princeps habet potestatem super omnes tales contractus: ergo potest ferre leges de matrimonijs contrahendis pronunciantes quæ sunt personæ habiles, & quæ inhabiles ad matrimonium.

¶ Quinto multæ leges latæ sunt, vbi aliqua matrimonia prohibentur: ut constat fr. de ritu nupt. l. foris. §. si quis: & l. semper. §. si senatores. & l. palam. §. si natus: & in codic. tit. l. fin. dicitur, quod quoddam est crimen incestus contra ius gentium, quoddam solum contra ius ciuile: & idem asseritur l. si adulterium cum incestu. §. 1. ff. ad l. Iuliam de adult. Nec obstat si dicas quòd matrimonium est sacramentum & ideò eximitur à quacunque potestate non spirituali: non obstat inquam Primum, quia redibit difficultas de matrimonio, antequam esset proprium sacramentum, sed solum in officium. Secundo, quia non obstat quòd sit sacramentum quin priuatim homines leges & condiciones apponant matrimonio sine quibus non est sacramentum. Et rursus Summus pontifex nõ habet potestatem in matrimonio nisi solum in quantum est contractus quidam: ergo per hoc quòd est sacramentum non eximitur à potestate ciuili, quatenus est contractus quidam: veluti si aliqua emptio vel venditio esset sacramentum, nõ eximeretur à potestate ciuili, quatenus est contractus quidam. Nec rursus obstat dicere, quòd matrimonium est contractus in foro conscientie & apud Deum, & quòd princeps non habet potestatem nisi in foro contentioso: primum non obstat hoc, quia etiam alij contractus ciuiles sunt contractus in foro conscientie, ut emptio, donatio & similes. Secundo fallum est & erroneum dicere, quòd princeps non habeat potestatem in foro conscientie, cum potestas ciuilis sit etiam à Deo, sicut spiritualis: dicente Pau. ad Rom. 13. omnis potestas à domino Deo est, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: ergo nec ex hac parte matrimonium ar-

cetur à potestate ciuili. Nec iterum sufficit dicere, quòd matrimonium est pactum naturale. i. est de lege naturæ, & alia pacta sunt ciuilia. i. ex ordinatione legum ciuilium, & quòd ideo matrimonium non subijcitur legibus ciuilibus: hoc inquam non sufficit, quia etiam alia pacta vt donationes, promissiones, & reliquæ stipulationes tenent & sunt vera pacta lege naturali, exclusis quibuscunq; legibus ciuilibus: nec enim debuit dici ad quæstionem, quòd ad leges ciuiles spectat solum præmiare bona & punire mala, vt punit adulterium, furtum, & id genus alia: non tamen aliquid quod natura sua licitum est prohibere valet. Atq; adeo si natura, exempli gratia, habet quis confobrinam suam vxorem ducere, non spectat ad legem ciuilem hoc prohibere: sed si natura illicitum sit fororem ducere, spectaret ad legem hoc punire: non inquam hoc satisfacit negotio, quia falsum est legem ciuilem non posse aliquid quod natura licitum erat, vitare: nam vt Arist. dicit, leges feruntur de his quæ prius quàm leges sancientur nihil intererat an hoc modo vel aliter fiant: legibus autem sancitis multum refert, vno vel altero fieri modo: & sine dubio potest lex non solum mala, peccataq; punire, sed etiam aliquid constituere in genere, vitij aut virtutis: potest si quidem lex prohibere sumptus alioqui licitos, ludos aliàs innoxios, & multa id genus quæ in repub. esse possunt: alioqui potestas ciuilis esset insufficientis & manca, & repub. sibi deficiens si non posset leges condere suo statui conuenientes, & de rebus nulla alia lege constitutis. In oppositum tamen est, quia non videtur idem spectare ad diuersos status & potestates & legillatores, quia esset turbatio & confusio rerum, si de eadem re diuersa in solidum constituerentur in ordine ad eosdem subditos, quod tamen in proposito contingeret si Summus pontifex, & princeps secularis potestatem haberent super matrimonio constituendo: posset enim aliquid contrarium ab vno constitui legibus alterius, atq; adeo populus incertus teneri, cui maxime parendum esset. Secundo aliqui gradus consanguinitatis prohibentur lege ciuili qui non prohibentur lege canonica, inter quos matrimonia recipiuntur ab ecclesia: ergo in hoc standum est legibus pontificijs & non principis secularis. Tertio est causa spiritualis matrimonij, at potestas ciuilis non agit causas spirituales: ergo non potest inhabilitare personas ad matrimonium.

AD prædictam igitur quæst. sic graue & ancipitem, vt rationes hinc & inde ostenderunt, respondebo aliquibus propositionibus. Prior est, Princeps secularis quantum est de se & de genere & natura suæ potestatis, habet vim & iurisdictionem super matrimonium, etiam ad prohibendum connubium inter cognatos aut affines, & posset leges ferre & impedimenta po-

nere similia ijs quæ ponit Ecclesia: vnde Moyses legislator populi Israelitici, potuit easdem leges contra matrimonium condere propria autoritate quas diuina autoritate tulit, si sine diuina, sed legitima humana autoritate princeps illius populi esset. Sequitur secundo ex prædictis, quòd si lege naturali prohibitum non esset, filium matrem habere vxorem, princeps secularis posset huiusmodi legem ferre irritantem si quid secus factum esset. Colligitur tertio, quòd potuerunt principes seculares ante legem Christi ferre sic leges approbates aut inualidantes matrimonium, esto tunc nulla erat potestas spiritualis eo modo quo nunc est in Ecclesia Christi. Istis sic præmeditatis & declaratis: probo meam primam conclusionem præter rationes factas in principio. Quia ante aliquam legem scriptam, videntur fuisse ordinata multa de matrimonio, nempe quòd frater acciperet relictam à fratre, & alia impedimenta quæ habentur Leuit. 13. & 20. ergo principes qui tunc erant sic disponebant de matrimonio, & illa acceptantur in Leuitico: ergo &c.

SECUNDA concl. est, Ecclesia potest prohibere potestatem ciuilem ab hac iurisdictione. i. princeps temporalis arceri potest & cohiberi per potestatem spiritualem, nempe per Summum pontificem ab hac iurisdictione. Probatur, quia vt certum est, & nos supra diximus tractando de potestatibus, temporalis respub. est quodammodo subiecta potestati spirituali, quia vt Arist. ait, si finis vnus artis aut facultatis inferior sit, & ordinatus in finem alterius facultatis, etiam ars subiecta erit arti, & artifex artificio, vt fabrilis & nautica subiecta est militari facultati, & etià imperatori: Cum enim humana pax & ciuilis honestas, & conuictus ordinetur in spiritualem potestatem & sceleritatem, & perfectum bonum hominis in quantum homo est: Consequens est, vt ciuilis facultas & potestas certo modo sit dependens, & subiecta spirituali potestati: ergo non solum in pactis cambiorum, sed etiam in alijs pactis & ciuilibus conuentionibus dubium non est, quin spectet ad spiritalem potestatem moderari facultatem secularem & potestatem, et in his quæ coniuncta sunt rebus spiritualibus, & terminos prescribere & limites quatenus & quousq; ciuilis potestas in huiusmodi progredi possit. Nec tamen volo dicere quòd ciuilis potestas sit in omnibus aut etiam immediatè subiecta spirituali potestati, imò vt supra exposuimus cum de potestatibus tractarem, principes à Deo habent suam ciuilem potestatem sicut pontifices suam spiritualem, quam nisi in aliquo casu ob finem spiritualem potestas spiritualis impedire non poterit. Sed esto potestas laica non dependeat omnino à spirituali, nihilominus potestas spiritualis ex iustis causis potest temporali tollere conditionem aut iurisdictionem aliquorum de quibus

bus de iure suo decernere & statuere possit, quæ sua natura spectat ad potestatem ciuilem, quæ non satis commode & conuenienter ad finem spiritalem per solam potestatem temporalem administrari possent: exemplum in presentia est, Nam cum pactum matrimonij pendet ex iure diuino, & quid ad matrimonium exigatur, & inter quas personas transigi matrimonium possit & inter quas non possit, & pleraq; alia ad huiusmodi contractum spectantia, solo iure diuino terminari & intelligi sufficienter possunt: non enim possent congruè leges de matrimonio ferri ab eo qui ius diuinum non habet, aut euidem iuris interpretatio ad illum non spectat, cuiusmodi est princeps secularis: Nec enim humana solum eruditione cognosci possunt multa quæ contra connubia occurrunt, inter quæ hoc est vnum, nempe quæ personæ ad matrimonium legitimæ sint: quare istis causis totum negotium de matrimonio conuentionis & ingerendis potestati spirituali reseruatum est, etiam si matrimonium non esset sacramentum. Et sic etiam puto Episcopum posse in sua diocesi matrimonio impedimenta ponere omnia quæ Summus pontifex potest in vniuerso orbe, nisi illa causa pontifici reseruata esset, sicut & alia multa. Et S. Thom. in his additionibus q. 40. art. 2. in corpore, dicit, matrimonium quantum ad utilitatem quæ ex matrimonio consequitur, quæ est amicitia & mutuum obsequium, habet institutionem à lege ciuili. Et q. 48. art. 1. ad quartum dicit, quòd personæ illegitimæ ad matrimonium dicuntur ex eo quòd lunt contra legem, qua matrimonium constituitur: matrimonium autem in quantum est in officium naturæ, statuitur lege naturæ: in quantum est sacramentum, statuitur lege diuina: in quantum est in officium cõmunitatis statuitur lege ciuili: vnde ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona fieri illegitima ad matrimoniũ. Tamen in quæst. 56. artic. 4. ad secundum dicit, quòd matrimonium non est solum sacramentum sed etiam in officium: & ideo magis subiacet ordinationi ministrorum ecclesiæ, quàm baptismus qui est sacramentum tantum: quia sicut contractus & officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus & officia spiritualia legibus ecclesiæ discernuntur. Palud. in. 4. d. 26. q. 3. art. 3. concl. 2. tenet quòd quæcunq; ordinatio legis humanæ ciuilis non habet effectum in matrimonio, non solum si est contra ius diuinum & canonicum: imò etiam si non sit iure canonico probata. Ratio sua est, quia causa matrimonij est spiritualis & ecclesiastica, at laicis in rebus ecclesiasticis ordinandis non est tributa facultas. sed quicquid à laicis in talibus constitutum fuerit nullius est firmitatis, nisi ab ecclesia fuerit approbatum, vt habetur de constitut. capit. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. Et S. Tho. in istis

additionibus q. 55. artic. 2. ad quartum expresse dicit, quòd prohibitio legis humanæ ciuilis non sufficit ad impedimentum matrimonij, nisi interuenerit autoritas ecclesiæ, quæ idem etiam interdicit. Ego autem dico quòd hæc dicta facta sunt à u. d. & hoc vltimum S. Thomæ in quantum videntur dicere, quòd lex ciuilis non potest irritare matrimonium, vel circū illud aliquid disponere: intelligenda sunt vt nostra secunda conclusio dicit, si ecclesia prohibeat vel oppositum ordinet: non autem absolute & ex natura potestatis ciuilis. Et hæc de prima illa proposita quæstionè.

SECUNDA quæst. grauis hæc, est circa primam concl. S. Tho. an consanguinitas inter parentes & filios impediatur matrimonium de iure naturali, ita quòd inter illos Summus pontifex non possit dispensare: Et S. Tho. respondet affirmatiuè, nempe prædictam consanguinitatem inter parentes & liberos iure naturali impedire matrimonium ita quòd Summus pontifex non potest dispensare quòd pater ducat filiam, aut quòd mater nubat filio: & præter rationem quam conicit diuus Tho. in art. nempe quia non bene educaretur proles, quia non potest bene educari nisi maritus & vxor cohabitent simul, at pater & filia non possunt simul cohabitare tanquàm maritus & vxor, quia non seruaretur reuerentia debita patribus & filijs cū vxor debeat esse socias, & quasi æqualis, & filia debet esse subiecta patri: ergo pater & filia non possunt cohabitare tanquàm vir & vxor. Præter hanc in quæ ratione quæ cõmunitas est, argumetur etiam S. Tho. ad idem in argumento in contra, in hunc modum. Id quod cõuenit naturæ humanæ à principio suæ creationis est ei naturale, sed à principio exclusi sunt parentes ne cõtrahant cū filijs suis: ergo iure naturali id prohibitum est. Probatur minor Gen. 2. cap. propter hæc. f. vxor re relinquet homo patrem & matrem, & adheret vxori suæ: ergo ibi cautum est aliã debere esse vxorẽ à matre, cū dicat scriptura, quòd propter vxorẽ debet homo relinquere matrem. Et hæc cõcl. est certa & ab omnibus Theologis recepta. Sed an hoc ita sit de se malum, quòd in illud non possit cadere dispensatio, vt est periuriũ & mendaciũ in quibus nec Deus potest dispensare: vel an sit ita de iure naturali sicut sunt alia præcepta quæ aliquãdo propter necessitatẽ cessant & dispensantur, vt cessat aliquãdo redditio vel solutio voti propter necessitatẽ. Ad quod respondetur quòd nõ est ita malum filium ducere matrem, aut patrem filiam, sicut periuriũ aut mendaciũ: probatur, quia finis matrimonij non tollitur totus, propter hoc quòd parentes cõtrahant cum filijs, sed ex parte tantum: & ideo dubitandum non est, sed pro certo habendum Deũ in hoc posse dispensare, ita vt licitè filius ducat matrem, & pater filiam. Sed an sit sicut alia præcepta naturalia in quibus aliquãdo nõne tempore necessitatis possit

fit fieri dispensatio humana & ecclesiastica auctoritate & potestate: & potest obligatio illius præcepti cessare, ut aliquando propter necessitatem cessat obligatio voti, & in illo fit dispensatio: an sic in aliqua necessitate possit filia nubere patri, & filius ducere matrem: ut si esset relicta sola filia cum patre, ut filia: Loht putauerunt se esse solas relictas cum patre suo in mundo, an in tali euentu liceret Loht ducere filiam aliquam. Et videtur quod in prædicto casu cessaret obligatio illius præcepti, & quod liceret patri ducere filiam, & filio ducere matrem: primum quia malitia huius solū debet considerari ex parte prolis: sed nullū est tā grande malum in tali matrimonio cōtrahēdo prædicta necessitate, quin sufficienter cōpensetur cū illo bono ut orbis iterum repieatur, & species humana conferuetur.

AD hoc dub. respondet Martinus de temperantia, in illo suo codice de temperantia, circa q. 154. art. 9. S. Thomæ in secunda secunda, & dicit quod in prædicto casu & necessitate liceret filia nubere patri: ratio eius est, quia bonū cōmune est præteredū bono particulari: cū igitur conseruare speciē humanā sit bonum cōmune præferendum est cuiusq; bono priuato quod illis personis vel illis conuenire possit: & addit quod in prædicto euentu illud matrimonium poterit contrahi sine aliqua diuina dispensatione. Caiet. autē in super secunda secunda S. Tho. q. & art. citato, circa solutionem ad tertium argumentū dicit Tho. dicit quod quacūq; necessitate aut casu posito non liceret illa nubere patri, aut filio ducere matrem, sine noua diuina dispensatione: ratio eius est, quia hoc videt esse intrinsecū malū, & de his quæ non possunt bene fieri sine diuina auctoritate: probatur, quia solū per hoc cognoscimus quod mediū est intrinsecū malū, quia apud omnes gentes solū lumine naturali condēnatur, & omnes illud abhorret, simile est de adulterio & perurio & alijs id genus: sed ita est de matrimonio inter parentes & liberos, omnes enim lumine naturali cōueniūt & ingenue fatentur tale matrimonium esse dānabile: ergo ad minus absq; diuina dispensatione nunquā licebit ergo &c. Secūdo confirmat illud sic, quia parentes & filij naturaliter sunt vna caro: ergo non possūt fieri vna caro ad generandū, ergo &c. Vnde huic sententiæ subscribo reputans eā verā & de mente S. Tho. in isto art. 2. & in secunda secunda q. 154. arti. 9. nā in vtroq; loco tantū assignat exēplū de parentibus & filijs, absolute asserens prædictā consanguinitatem inter parentes & liberos impedire matrimonium de iure naturali: Vnde colligimus in prædicta consanguinitate nullā humanam potestatem, siue laica siue ecclesiastica sit, posse dispensare, quacūq; instante necessitate & casu adueniente: solus Deus qui cunctorum dominus est, hoc efficere potest.

SE D hæsitabis an aliquis alius gradus inter ascendentes & descendentes in linea recta sit sic prohibitus in lege naturali. Ad quod communiter respondent Theologi in. 4. d. 40. ut Scot. Durand. Palud. & alij. quod omnes gradus ascendentium & descendentium in linea recta prohibentur lege naturali & diuina: vnde nullis non potest Summus pontifex dispensare: ex quo colligunt quod si Adamus modo viueret & non Eua, nullam posset ducere vxorem: et idē dicendum est de Noe, si viueret Noe, mortua sua vxore non poterat ducere aliam vxorem: præter illam suam quam habuit. Hæc non obstantibus, alia est opinio Caiet. in secunda secunda loco citato, nempe quod de iure naturali solum prohibetur matrimonium inter parentes & liberos, ita quod solum est prohibitus lege naturali primus gradus in linea recta ascendentium & descendentium: probat ex verbis S. Thom. quæ & si formaliter non significant conclusionem Caietani, nimum tamen ei fauent: quia quando tractat S. Tho. in secunda secunda locis prædictis quis actus venereus sit contra naturam, ponit exemplum de actu venereo inter parentes & filios. Et idem in isto articulo sentire videtur, quia cum dicat quod aliqui gradus consanguinitatis sunt prohibiti iure naturali, solum ponit exemplum de parentibus & filijs, nempe de patre & filia, & de filio & matre: deinde dicit Idē lex diuina non solum patrem & matrem remouet à matrimonio, led etiam alias personas: Vnde sentire videtur quod lex naturalis non arcet à matrimonio alias personas, nisi parentes & liberos. Sed contrarium videtur tenere S. Thom. in hac parte q. 57. art. 3. ad tertium, vbi dicit quod si contraxerint aliqui infideles in gradibus secundum legem diuinam prohibitis, ut prohibentur Leuit. 18. non tenet matrimonium, & si conuertantur ad fidem debent separari: tunc conficio sic argumentationem, vel illi gradus prohibiti in Leuitico sunt iure naturali prohibiti vel non, si non hæreticum esset dicere quod illi hodie obligat ex vi legis vet. ergo S. Thom. sentit quod sunt prohibiti iure naturali: ergo secundum S. Tho. alij gradus consanguinitatis præter illum inter parentes & liberos sunt prohibiti iure naturali. Palud. in. 4. d. illa. 40. q. vnica. art. 7. & d. 41. q. 1. dicit quod in gradibus prohibitis in Leuit. non potest Summus pontifex dispensare: Idē dicit Archiepiscopus Florent. 3. p. tit. cap. 14. Siluef. verbo matrimonium. 8. 3. 10. Verum est quod Archiepiscopus dicit quod hoc est probabilius licet possit dici quod oppositū est probabile: nēpe dicere quod illi gradus qui prohibentur in Leuit. solū prohibentur à lege Moysaica & non à naturali. Ioan. Maior in dicta d. 40. q. 3. conclus. 3. absolute dicit, quod probabilius est quod omnes illi gradus qui prohibentur in Leuit. prohibentur iure naturali, & ideo in illis Papa non potest dispensare. Arguit

quit tamen contra se, quia Summus pontifex dispensauit cum Enrricho. 8. rege Anglorum, ut duceret vxorem fratris sui Arturij defuncti, quod prohibitum erat in Leuit. ergo non omnes gradus prohibiti in Leuit. sunt prohibiti iure naturali, quia aliās Papa non posset dispensare in prædicto illo gradu. Ad quod respondet quod ille gradus non est prohibitus in Leuit. & quod est error libri quod talis gradus prohiberetur ibidem. Tamen bona venia ipsius, errat ipse Maior in hoc quod dicit, quod non est ille gradus prohibitus in Leuit. quia Leuit. 18. & 20. expresse prohibetur & absolute ne frater ducat relictam à fratre defuncto: & forte decepit Maiorem, quia ut Nicolaus dicit, quidam qui Virnesus nomine vocatur, refert quod hæc sent. quæ Leuit. 18. habetur apud Latinos, nempe vxorem fratris sui nullus ducat, nec habetur in Græco, nec in Hebraico, sed habetur verbum æquiualeus, nempe, turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis. Præterea, in cap. literas tuas, de restitu. spoliat. dicitur quod in gradibus diuina lege prohibitis Summus pontifex non potest dispensare: & glo. ibid. addit, in gradibus in Leuit. prohibitis non potest Summus pontifex dispensare. Oppositum tamen habetur de diuort. cap. Gaudemus, nempe quod non omnes gradus prohibiti in Leuit. sunt prohibiti iure naturali, & per consequens quod in aliquibus ibi prohibitis Papa potest dispensare: ait enim Innocen. 3. in prædicto cap. quod in secundo gradu consanguinitatis infideles cōtrahere possunt. Ex quo text. habentur duo. Primum est, quod in primo gradu siue sit in linea recta siue in transuersali, ut frater & soror, prohibitum est contrahere iure naturali. Secundum est quod aliqui gradus sunt in Leuit. qui non sunt prohibiti iure naturali, cum in secūdo gradu sint aliquæ personæ prohibitæ in Leuit. & cap. prædictum dicit, quod in illo gradu secundo consanguinitatis possunt infideles contrahere: ergo non est ille secundus gradus prohibitus iure naturali. En tibi variæ sententiæ & opiniones doctorum.

PRO DECISIONE tamen huius materiæ & quæstio. in animo est sex dubia proponere & absolueri: primum erit de primo gradu consanguinitatis in linea recta, nempe de parentibus & liberis. Secundum erit de alijs ascendentibus & descendentibus, nēpe de auis, proauis, nepotibus & pronepotibus. Tertium dubium erit de primo gradu affinitatis in linea recta. scilicet de Nouerca & priuigno. Quartum dubium erit, de primo gradu consanguinitatis in linea transuersali, nempe inter fratres & sorores. Quintum dubium erit generale de omnibus gradibus prohibitis in Leuit. Sextum erit de vxore fratris, an scilicet frater possit ducere relictam à fratre suo defuncto.

QUANTVM ad primum sit prima propositio. Iure naturali prohibitum est parentibus contrahere cum liberis suis, & contra prohibitum est filijs contrahere cum parentibus. Hæc conclusio est S. Tho. in isto articulo & in secunda secunda q. 154. articulo 9. & Caiet. ibidem, & omnium cum Magistro sent. in. 4. d. 40. Et probatur, quia omnes homines semper condemnant & condemnauerunt tale coniugium: ergo ita est quod natura ipsa est damnabile: vnde ex hoc Arist. 2. Polit. arguit contra Socratem qui ponebat communitatem vxorum: quia ex hoc (inquit) sequeretur quod esset licitus concubitus filij cum matre, quod est nefandum. Præterea Ouidius in. 10. Metamorph. damnat tale coniugium, loquens de Mira & Syro: nec habetur quod tale matrimonium aliquando à sapientibus approbaretur: ergo semper fuit damnabile in communi hominum opinione.

S. E. D. forsan dices, non valet consequentia, communiter omnes damnant tale matrimonium ergo ita est quod est damnabile, cum omnis homo sit mendax. P. salmo. 115. Sed probatur, quia natura non deficit, & dictamen naturale non potest esse falsum, quia est à Deo: & Paul. vocat reuelationem, vnde consequentia est bona quia natura docuit prædictum matrimonium non esse laudabile. Secundo probatur conclusio probatione S. Thomæ, pro qua nota quod sicut omne verum vero consonat, ita etiam falsum falso repugnat: vnde virtutes non repugnant, imò sunt connexæ, & vitia multa repugnant, ut auaritia & prodigalitas: vnde præcepta Dei non repugnant sibi inuicem, quia vera sunt & virtutum opera præcipiunt: præceptum enim magnum est de veneratione parentum quod non posset commodè seruari si esset matrimonium inter parentes & liberos: quia in matrimonio est æqualitas inter coniuges: & si mater nuberet filio, non posset illa reuerentia quam filius debet matri constare. Et confirmatur, quia Paul. ad Eph. 5. dicit: Vxor timeat virum suum sed est contra ius naturale quod mater timeat filium: ergo &c. Rursus ait Paulus in eodem loco. Mulieres subditæ sint viris: quod non potest dici de matre quod sit subiecta filio: Et licet hac ratione non videatur tantum prohiberi matrimonium patris cū filia, quantum prohibetur filij cum matre, ut dicit Sanct. Tho. adhuc tamen esset contra ius naturale, nam primæ ad Corint. 7. dicitur: nolite fraudari inuicem, nisi fortè ad tempus propter orationes vestras, incōueniens satis esset quod pater spectaret consensum filia ad vacandum orationi. Et rursus Apostolus dicit, viri solliciti sint quomodo placeant vxoribus: sed hoc videtur repugnare iuri naturali, nempe quod pater sit sollicitus quomodo placeat filia, sed potius filia deberet esse sollicita quomodo placeat patri, quod non bene fieret si

esset vxor. Tertio principaliter probatur, quia secundus finis matrimonij ex maiori parte impediretur in his matrimonijs inter parentes & liberos, nempe quod coniuges inuicem sibi seruiant, & parentes non debent seruire filijs, sed contra filij parentibus. Quarto hoc esset contra primum finem matrimonij, nempe contra propagationem proles, nam illa ex parte impediretur, quia si mater nubit filio iam esset decrepita & indurata aetate: quia secundum Aristotelem, foemina non debet nubere ante 23. annum: unde mater quando nubit filio esset quadragenaria: & vt commode posset filius accedere ad ipsam matrem, deberet esse 20. annorum, nam vir non potest commodè accedere ad foeminam ante vigesimum annum: unde cum mater iam esset quadragenaria iam non pareret: ergo finis principalis matrimonij impediretur: & etiam impediretur proles si pater ducat filiam, licet non tantum quantum si mater nubat filio: quia cum pater esset iam senex, non ita daret operam liberis sicut si esset iuuenis: unde relinqueretur filia sola ergo dissonans est tale matrimonium rectae rationi. Et haec omnia confirmatur ex illo Gen. 2. propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suae: vbi secundum omnes significatur quod mater non debet esse vxor, nec pater maritus. Haecenus de primo dubio.

SECVNDVM dub. erat an matrimonium inter alios ascendentes & descendentes, vt inter auum & neptem possit esse matrimonium legitimum, vel an sit etiam prohibitum iure naturali? Ad quod prius respondet Caietanus secunda secundae q. 154. artic. 9. quod non est prohibitum matrimonium iure naturali inter alias personas ascendentes & descendentes à parentibus & liberis: fundat hoc in S. Tho. ibidem qui illud videtur asserere. Quod etiam videtur confirmare diuus Bonauen. in praedicta d. 40. q. 2. & Ricard. d. 40. q. 2. Alexan. secunda p. q. 169. sed ego puto probabilius oppositum, nempe quod de iure naturali impeditur matrimonium etiam inter aliquos alios gradus ascendentium & descendentium à parentibus & liberis: probatur, quia omnes rationes quas adduximus ad probandum quod matrimonium est prohibitum de iure naturali inter parentes & filios, probant etiam de matrimonio inter alios ascendentes & descendentes, vt facile applicare poteris: Ideo resoluendo dubium sit prima propositio: matrimonium inter auum & neptem, & quoscunque alios ascendentes & descendentes per lineam rectam est prohibitum iure naturali, quoadiu inter illas personas durat amicitia, & communicantur proprietates individuales: & non solum inter parentes & liberos. Et ad Sanct. Thom. & ad alios qui videntur dicere oppositum cum Caieta. quia solum

ponunt exemplum inter parentes & liberos, dico quod nec Bonauen. nec San. Tho. nec alij intendunt quod dicit Caieta. Et dico quod per parentes intelligunt omnes ascendentes, & per filios omnes descendentes, quoadiu durat amicitia & proprietates individuales, quia descendentes per se debent reuerentiam ascendentibus, & non per accidens, vt dicit Caiet.

SECVNDA conclusio est contra Palud. & Scot. Non est perpetua prohibitio inter ascendentes & descendentes, unde fabulosum est dicere, quod si Adam viueret hodie non posset ducere foeminam aliquam vxorem. Colligitur secundo, quod sicut inter personas quae sunt in linea transversali terminatur illa prohibitio & non durat, ita etiam inter personas quae sunt in linea recta finitur & non durat in perpetuum eadem prohibitio: unde Abel non est consanguineus meus. Credo igitur quod non durat consanguinitas, nisi quoadiu durat amicitia naturalis, siue hoc sit in linea recta siue in linea transversali: unde quando homines erant longioris aetatis, nempe tercentorum annorum, poterat esse aliqua quae haberet 25. annos & illa posset nubere seni tercentorum annorum in recta linea ascendentium. Quantum autem durabit ista consanguinitas inter personas ascendentes & descendentes in linea recta, dico quod non constat indiuisibiliter, forte quod durabit vsq; ad quintum vel sextum gradum sicut inter transversales. Et haec est mens S. Thomae in hac quaest. artic. 1. ad primum, vbi dicit quod consanguinitas non durat in perpetuum, sed in quantum per carnalem propagationem communicantur proprietates individuales: & quia consanguinitas est in quantum multi communicant in tali virtute, ex vno in multos per propagationem in multa pauatim, seipsam consanguinitas dirimit: & dicit San. Tho. quod hoc ipsum dicit Isidorus, & addit S. Tho. quod ibidem non oportet accipere stipitem remotum in diuisione consanguinitatis, sed propinquum cuius virtus adhuc maneat in illis qui ex eo propagantur.

TERTIUM dub. erat de nouerca & priuigno, an. s. filius possit ducere vxorem patris sui, quod matrimonium in Leuit. est prohibitum. Sed an etiam prohibeatur iure naturali, ita quod in illo nullus possit dispensare humana auctoritate. Et à parte affirmatiua argumentor in hunc modum, Paul. prior. ad Corinth. 5. dicit: auditur fornicatio inter vos qualis nec inter gentes, vt vxorem quis patris sui habeat: ergo illud est contra ius naturale, cum gentes illud damnarent vt significat Apostolus. Ad hoc tamen dictum Pauli Sanct. Thom. in praedicto loco, scilicet prioris ad Corinth. 5. dicit quod filium contrahere cum vxore patris est contrarium naturali rationi, sicut contrahere cum matre: probat hoc prius ex illo Gen.

Gen. 2. propter hanc relinquet homo & car. & subditur, & erunt duo in carne vna: unde vxor patris repellitur à matrimonio illis modis & cum illis personis à quibus repellitur persona ipsa patris, cum quo sua vxor est vna caro, & tanquam persona matris respectu filij eiusdem viri: quia filius praedicti viri & nouerca sunt in primo gradu affinitatis. Secundo probat ex illo Gen. 49. quod dixit Iacob ad Rubem, non crescas quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius: quod propterea dicitur, quod Rubem dormiuit cum Bala vxore patris sui, vt dicitur Gen. 35. Tertio probat ex illo Leuit. 18. turpitudinem vxoris patris tui ne discoperias, turpitudine patris tui est. Oppositum tamen tenent multi doctores, & videtur hoc tenere diuus August. in quaest. ionibus super Leuit. q. 61. tom. 4. vbi dicit, quod quando Leuit. 18. dicitur, turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis, intelligitur patre mortuo, quia viuentem patre, iam manifestum erat quod talis concubitus prohibitus erat per legem, & communem illam prohibitionem qua adulterium prohibetur: quia si quis peccat vtens aliena vxore, longe plus peccat si vtatur vxore patris sui: & subiungit, videtur dominus illas personas prohibere quas liceret in vxores accipere nisi ex lege esset prohibitum: & dicit quod apud patrem mortuo patre filius ducebat vxorem patris, aperte igitur hoc dicit August. & hoc videtur de mente S. Tho. hic, & secunda secundae q. 154. artic. 9. quia non ponit vnquam exemplum ad ostendendum quod matrimonium sit prohibitum iure naturali, nisi de parentibus & filijs, & non de matertera & priuigno: ergo &c. Et iuxta haec praedicta sit prima probabilis propositio. Iure naturali non prohibetur nuptia inter nouercam & priuignu: haec probatur illo testimonio diui August. & dicit S. Tho. & secunda secundae loco cit. Tertio probatur, quia apud gentes quae putabantur habere bona instituta, erat illa consuetudo, nempe quod priuignus ducebat nouercam mortuo patre: & Aug. dicit quod apud Persas haec erat consuetudo: & Valerius Max. & Plutarch. narrant de quodam Solencho qui dedit vxorem suam Stratonicem Antigono filio proprio. Et ad argumenta in oppositum dico prius, ad testimonium Pauli, quod ille incestus quem Paul. reprehendit erat viuentem patre, & ita intelligit Sedulius in com. suis super epistolam Pauli, & Petrus de Tarantasia super eodem loco: & constat ex verbis Paul. 2. ad Corinth. 7. vbi loquens de eodem peccato dicit: scripsi vobis non solum propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est &c. Quod interpretatur S. Thom. quod qui fecerat iniuriam erat filius, qui commisit incestum cum vxore patris, & qui passus est erat pater: ergo ex alio loco Pauli, nempe Prior. ad Corinth. 5. non habetur quod

damnetur coniugium inter filium & vxorem patris sui, lumine naturali defuncto patre, sed solum viuentem patre: & simili modo respondendum est ad Sanct. Thom. in praedicto loco super Paul.

SECVNDA conclusio est, Probabile est etiam quod tale matrimonium inter filium & vxorem patris sui est prohibitum iure naturali, quia Nouerca debetur reuerentia tanta quanta debetur matri & patri, postquam est facta vna caro cum patre.

QUARTVM dub. erat de personis consanguineis in primo gradu in linea transversali, an inter illas personas, vt inter fratrem & sororem sit matrimonium prohibitum iure naturali? Ad quod respondet Caieta. in secunda secundae in illa q. 154. artic. 9. & videtur dicere quod non est prohibitum illud coniugium lumine naturali: Eiusdem sent. est Scotus in 4. d. 40. q. vnica: Franciscus Mairones in eodem loco. Bonauen. in 4. d. 40. q. 2. Ricard. in eadem d. q. 2. Tho. de argentina in eadem d. 40. & dicit, quod nunc non est prohibitum iure diuino matrimonium inter fratres & sorores, quia omne illud quod erat legale aut caeremoniale in veteri lege cessauit: & cum illud matrimonium inter fratrem & sororem non esset prohibitum iure naturali, cessauit ius diuinum illud prohibens: unde infert quod nunc inter paganos licitum est matrimonium inter fratrem & sororem, & hoc etiam videtur de mente S. Thom. in isto articulo. & secunda secundae vbi supra, quia solum dicit quod inter parentes & filios est prohibitum matrimonium iure naturali. Et probatur ratione, quia aliquando fuit licitum tale matrimonium nempe inter Caim & sororem suam: ergo non est contra ius naturale. Nec obstat si dicas, quod matrimonium inter Caim & sororem suam fuit licitum propter necessitatem, quia non erant aliae foeminae, (non obstat inquam) quia si esset contra ius naturale diuina sapientia non permitteret illud, quia facile crearet duos homines & duas foeminas. Nec obstat dicere quod tempore necessitatis licitum est praedictum matrimonium, quia tempore Abrahami fratres ducebant sorores in vxores, & tamen non erat necessitas, cum iam tunc essent innumerae foeminae: ergo & car. Minor nota est: maior probatur, quia Abrahamus habuit Sarai vxorem quae erat eius soror, vt habetur Gen. 20. vbi legitur Abrahamum dixisse Abimelech, verè soror mea es filia patris mei & non matris meae. Tertio confirmatur hoc ipsum ex diuo Hierony qui dicit supra praedictum locum Gen. 20. haec verba manifestè sonant Sarai esse sororem Abrahami ex patre: & Hieronymus ibidem dicit, excusatur Abraham, quia illo tempore tales nuptiae non erant prohibita: & Caietanus etiam dicit in praedicto loco quod Sara erat soror Abraham: unde

constituamus nos primam propositionem quæ sic habet. Probabile est, quod non prohibetur matrimonium inter fratres & sorores iure naturali, ut patet per doctores allegatos & rationes factas.

SECUNDA conclu. est, probabilius mihi videtur huiusmodi matrimonia esse prohibita iure naturali: probatur prius, quia apud omnes nationes bene morigeratas, etiam apud barbaros, non reperiuntur talia matrimonia: unde Lucanus, partus fororum ex fratribus vocat incestuosos. Secundo probatur, quia si hoc non erat prohibitum iure naturali, quare nullus in lege naturæ, nec in lege scripta ducebat propriam Sororem: nam si nunc non esset prohibitum, certè multi fratres ducerent sorores suas: ergo in lege naturæ erat prohibitum: & propterea non legitur quod tunc fratres duxissent proprias sorores. Tertio probatur, in moralibus illa sunt necessaria quæ plurimum contingunt, sed plurimum esset periculosissimum si tales nuptiæ non prohiberentur: quia sæpe oportet fratres esse in eodem lecto cum sororibus suis, cum multi sint pauperes & non habeant tot lectos distinctos qui sufficiant fororibus & fratribus: & ad min⁹ oportet eos habitare in eadem domo, vbi esset maximum periculum de incestu: & hæc est sent. beati Aug. 16. lib. de ciuit. Dei cap. 19. vbi dicit quod Sara non erat soror Abraham, sed dicebatur soror, quia erat eius consanguinea ex parte patris. Et confirmat idem presius Aug. lib. 22. cap. 35. contra Faustum Manicheum thom. 6. vbi sic dicit. Cū igitur Abraham eo tempore viueret in rebus humanis, quo quidem iam fratres ex utroque aut ex altero, vel altera parente natos, nec in coniugio non licebat: ergo manifeste Aug. tenet conclusionem nostram.

ET ad argumenta in contrarium, dico prius ad illud de Caim & sorore sua quod factum est ex diuina dispensatione, sicut etiam dispensatum tunc fuit ut homines haberent plures uxores, ut inferius altius probabimus. Ad illud autem de Abraham iam constat ex diuo Aug. & ex communiori sententia Theologorum quod Sara non fuit soror Abraham, sed consanguinea ex parte patris, nempe filia fratris sui, sicut Loti. Et hoc ipsum asseuerat Hieronymus super Iob cap. 1. vbi dicit, quod Huz & Buz filij fuerunt Nacor fratris Abrahami, & filij Melchæ sororis Saræ, & Melcha erat filia Aræ, fratris Abrahami: ergo Sara erat filia Aram fratris Abrahami: ergo non erat soror eius sed consobrina.

SED contra hoc est, quia Gen. 11. numerantur filia Aram, & ibi non ponuntur nisi Melcha & Iescha: ergo Sara non erat filia Aram, aliàs ibi scriberetur cum alijs. Ad hoc dico quod arguere negatiue ex sacra scriptura nullius est valoris aut momenti: non enim valet, scriptura non

dicit hoc, ergo non est: unde nec valet, non scribitur Sara filiam fuisse Aram: ergo non est. Secundo dico, ut dicit diuus Hieron. supra Gen. cap. 11. quod Sara vocabatur cognomento Gescha, unde nomine Gesca intelligitur Sara: & quod Sara esset consobrina Abraham & non soror, est expressa sent. Aug. locis citatis: & super Gen. ad hteram cap. 11. & Abulensis Gen. 11. & 20. Et confirmatur hoc ex illo quod habetur Gen. 11. vbi sunt ista verba, tulit itaq; Thare pater Abraham filium suum, & Loht filium Aram, & Saram uirum suam uxorem filij sui Abraham. Tunc est argumentum: si Sara esset soror Abraham Thare vocaret illam filiam: sicut vocat filium ipsum Abrahamum, at vocat uirum & non filiam ergo non erat filia. Et ad illum locum Gen. 20. nempe vere soror mea es filia patris mei & non filia matris meæ. Respondet diuus August. & Abulen. vbi supra, & communiter alij doctores excepto vno Caiet. quod in scriptura & etiam apud Latinos cognati vocantur fratres, & cognatæ sorores: probatur hoc, quia Loht vocabatur frater Abrahami, ut habetur Gen. 13. Ne quæso sit iurgium inter me & te, inter pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus: erat tamen consobrinus Abrahami, nempe filius Aram fratris Abrahami. Et **CHRISTVS** saluator noster in Euag. Mat. 28. vocabat cognatos suos fratres, ait enim, enuntiate fratribus meis &c. & Tobias ut habetur Tob. 8. vocauit Saram filiam Raguelis patris sui sororem, quando accepit illam uxorem dicens: & nunc Domine tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam &c. ergo consanguinei frequenter in scripturis vocantur fratres.

SED contra hoc est, quia dicitur tex. filia patris mei & non matris meæ. Dico quod vocabantur filij patris consanguinei descendentes à patre, & filij matris, descendentes à matre, esto sint nepotes vel alij, consanguinei. Et hoc videtur haberi ex translatione. 70. interpretatum, vbi vulgata traductio legit, filia patris mei & non filia matris meæ: dicunt. 70. interpretes, filia ex patre meo & non ex matre mea. Thom. autem de Argent. dicit quod Sara erat naturalis soror Abraham, & quod licitum erat fratri ducere sororem, quia ut vidimus ipse habet quod matrimonium inter fratres & sorores non erat prohibitum lege naturali: & idem dicit Caieta. super Gen. cap. 20. propter verba tex. sed isti loquuntur contra communem opinionem & contra sanctos, & ideo facessant. Ad illud autem quod dicebamus, nempe quod si esset contra ius naturale, fratrem ducere sororem suam, nūquam liceret oppositum &c. Respondet Sanctus Thom. in. 4. dist. 33. quest. 1. artic. 2. quod duplex est ius naturale. Alterum quod repugnat primis principijs & præceptis, & in illo non cadit dispensatio. Alterum est quod repugnat se-

Secundarijs principijs & præceptis naturæ quasi conclusionibus ex primis deductis principijs & præceptis: & in hoc iure naturali cadit dispensatio, secundum temporum diuersitatem, ut in his, non est mentiendum: non est decipiendum, non cadit dispensatio: sed in hoc quod homines habeant plures uxores, cadit dispensatio propter propagationem generis humani. Unde eodem modo dicendum est, quod matrimonium inter fratres & sorores, continetur in secundo gradu iuris naturalis, ideo in eo, cadit dispensatio: & hoc modo intelligenda sunt verba S. Tho. quæcumq; reperiantur, vbi dicit, quod prædictum matrimonium inter fratrem & sororem non est contra ius naturale secundo modo: credo tamen quod solus Deus potest in hoc dispensare. Ad illud autem quod allegatur ex diuo Hieron. super Gen. quod dicat, Saram fuisse sororem Abraham, non bene allegatur: imò ibi & super Iob cap. 1. dicit quod Sara erat filia Aram fratris Abraham, & quod erat soror Melchæ filia Aræ: & super Gen. dicit quod Sara vocabatur cognomento Gesca: & Gen. 11. habetur quod Melcha & Gesca erant sorores filia Aram: unde habemus quod primus gradus consanguinitatis inter parentes & liberos in linea recta, & primus gradus consanguinitatis inter fratres & sorores in linea transversali est prohibitus iure naturali, ita quod nulla potestas humana potest in hoc dispensare, sed solus Deus.

QVINTVM dub. erat, an alij gradus prohibiti in Leuit. sint prohibiti iure naturali, ita quod secluso iure humano obliget. Et prius est dub. apud aliquos Theologos, an in illis gradibus sibi prohibitis intelligantur alij gradus æquales illis, esto non exprimantur formaliter ibidem: verbi gratia prohibetur ibi ne nepos accipiat materteram aut amitam uxorem, non tamè dicitur quod neptis non nubat patruo, tamen gradus est æqualis, cum prohibito eodem modo dicitur ibi, quod frater non reuelet turpitudinem uxoris fratris sui, & non dicitur quod duæ sorores non nubant successiuè eidem viro, licet sit eadem affinitas, an etiam prohibeatur hi gradus? Et à parte affirmatiua arguitur, quia in præceptis diuinis, licet Deus sola sua voluntate possit uti pro ratione, tamen semper vititur aliqua ratione: & doctores in præceptis & factis Dei assignant aliquas rationes: & non est minor ratio in his gradibus à me assignatis, quàm in illis expressè prohibitis in Leuit. ergo etiam illi à me assignati prohibentur. Secundo diuus Ambro. lib. 3. Epist. Epist. 5. ad pateruum, dehortatur eum ne coniungat neptem cum patruo, i. cum filio proprio ipsius paterni, qui neptem ex filia copulare volebat filio suo qui erat patruus illius puellæ, & dicit prohibitum esse iure diuino. Ad hoc respondetur duabus propositionibus.

PRIMA est, quidam doctores propter rationes factas dicunt, quod alij æquales gradus prohibentur licet ibi expressè non scribantur. **SECUNDA** conclusio est, Mihi probabilius est, quod gradus qui non exprimuntur in Leuit. non prohibentur ibidem: probatur hoc, prius quia Othoniel data lege duxit Axæ filiam fratris sui Calch, ut habetur Iosue. 15 & Iudic. 1. & non reprehenditur: ergo non agebat contra legem. Secundo probatur hoc, quia præcepta prohibitiua sunt odiosa & per consequentiam restringenda.

ET ad argumenta in oppositum, dico ad primum, non valet argumentatio hæc, in lege prohibitiua & penali est eadem ratio, in isto alio cum illa quæ est in illo quod formaliter prohibetur, vel hoc punitur simili poena quæ punitur illud quod est prohibitum in lege formaliter: ergo etiam hoc aliud quod non formaliter prohibetur, intelligitur prohibitum in lege, quia eadem ratio videtur in illo qui furatur, & in illo qui peccat: imò longe maior est in peccato quam in furto: quia grauius peccat qui peccat quam qui furatur. Tamen non tanta poena punitur qui peccat quanta punitur qui furatur. Secundo non est eadem ratio, ne potius ad amitam vel materteram, & neptis ad patruum, quia nepos debet reuerentiam materteræ qualem non debet patruus nepti. Et in alio quod dicebamus de duabus sororibus non est eadem ratio, quæ est duorum fratrum ad unam feminam, quia uxor quæ postea secundo nubit reputatur tanquam faciens iniuriam primo viro: & ideo prohibetur ne sit frater qui talem iniuriam facit: unde propter hoc Dido dicebat 4. Eneidos. Ille meos primos qui me sibi iungit amores, Abstulit, ille habeat secum seruetque sepulchro. Ad Ambro. autem dicemus inferius.

Artic. quartus.

Utrum consanguinitatis gradus matrimonium impediens potuerunt taxari ab ecclesia?



QUARTVM sic proceditur. Videtur quod consanguinitatis gradus matrimonium impediens non potuerunt taxari ab ecclesia. *1⁹ q⁹ ad quartum gradum in Mat. 19. dicitur, quod Deus*

Secunda. 4. quest. 56. art. 4.

coniunxit homo non separet: sed illos qui coniunguntur infra quartum gradum consanguinitatis Deus coniunxit: non enim diuina lege eis coniunctio prohibetur: ergo nec debent humano statuto separari.

PRÆTEREA, matrimonium est sacramentum sicut baptismus: sed non posset ex statuto ecclesie fieri, quod ille qui ad baptismum accedit non acciperet characterem baptismalem si ex iure diuino eius capax sit: ergo nec ecclesia statutum facere potest quod matrimonium non sit inter illos qui per ius diuinum matrimonialiter coniungi non prohibentur.

PRÆTEREA, ius positium non potest ea que sunt naturalia remouere vel ampliare: sed consanguinitas est naturale vinculum, quod quantum est de se, natum est matrimonium impedire: ergo ecclesia non potest aliquo statuto facere quod aliqui possint matrimonialiter coniungi vel non coniungi: sicut non potest facere quod sint consanguinei, vel non consanguinei.

PRÆTEREA, statutum iuris positum debet aliquam rationalem causam assignare vel habere, quia secundum causam rationabilem quam habet à iure naturali procedit: sed cause que assignantur de matrimonio graduum, omnino videntur irrationabiles, cum nullam habeant habitudinem ad causam: sicut quod consanguinitas prohibeatur usque ad quartum gradum propter quatuor elementa, usque ad sextum propter sex aetates mundi, usque ad septimum propter septem dies quibus tempus omne agitur: ergo videtur quod talis prohibitio nullum vigorem habeat.

PRÆTEREA, ubi est eadem causa debet esse idem effectus: sed causa quare consanguinitas impedit matrimonium est bonum prolis, repressio concupiscentie, & multiplicatio amicitie, ut ex dictis patet, que omni tempore necessaria equaliter sunt: ergo debuissent equaliter omni tempore gradus consanguinitatis matrimonium impedire, quod non est verum, cum modo usque ad quartum, antiquitus usque ad septimum gradum matrimonium consanguinitas impedit.

PRÆTEREA, una & eadem coniunctio non potest esse in genere sacramenti & in ge-

neres stupri: sed hoc contingeret, si ecclesia haberet potestatem statuendi diuersum numerum in gradibus impediens consanguinitatem: sicut si aliqui in quinto gradu quando prohibitus fuit coniuncti fuissent, talis coniunctio stuprum esset, sed postmodum eandem coniunctionem ecclesiastica prohibitione reuocante matrimonium esset. Et e converso posset accidere, si aliqui gradus concessi posset postmodum ab ecclesia interdici: ergo videtur quod potestas ecclesie non se extendat ad hoc.

PRÆTEREA, ius humanum debet imitari ius diuinum, sed secundum ius diuinum, quod in lege continentur, non equaliter currit prohibitio graduum in sursum & deorsum, quia in veteri lege, aliquis prohibebatur accipere in uxorem sororem patris sui, non tamen filiam fratris: ergo nec modo debet prohibitio de nepotibus & patruis manere.

SED contra, est quod Dominus dicit discipulis, Qui vos audit, me audit: ergo preceptum ecclesie habet firmitatem: sicut preceptum Dei: sed ecclesia quandoque prohibuit, & quandoque concessit aliquos gradus quos lex vetus non prohibuit: ergo illi gradus matrimonium impediunt.

PRÆTEREA, sicut olim matrimonia gentilium dispensabatur per leges civiles: ita nunc per statuta ecclesie: sed olim lex civilis determinabat gradus consanguinitatis qui matrimonium impediunt, & qui non: ergo modo potest hoc fieri per ecclesie statutum.

RESPONDEO dicendum, quod secundum diuersa tempora inuenitur consanguinitas secundum gradus diuersos matrimonium impediisse. In principio enim humani generis solus pater & mater à matrimonio repellébatur, eo quod tunc temporis erat paucitas hominum, & oportebat propagationi humani generis maximam curam impendere: unde non erant remouenda, nisi illa persone que matrimonio incompetentes erant, etiam quantum ad finem matrimonii principale qui est bonum prolis, ut dictum est. Postmodum autem multiplicato genere humano per legem Moysi, plures persone sunt excepte que iam concupiscentiam reprimere incipiebat: unde ut dicit Rabi Moyses, Omnes illa persone excepte sunt à matrimonio

que

Secunda. 4. quest. 56. art. 4. fo. 485.

que in una familia cohabitare solent, quia si inter eos carnalis copula esse posset, maximum incendiū libidini præstaretur: sed alios consanguinitatis gradus lex vetus permisit, imo quodam modo præcepit: ut scilicet de cognatione sua unusquisque uxorem acciperet, ne successionum confusio esset, quia tunc temporis cultus diuinus per successionem generis propagabatur. Sed postmodum in lege noua, que est lex spiritus & amoris, plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti, quia iam per spirituale gratiam, non per carnis originem cultus Dei derivatur & multiplicatur: unde oportet ut homines etiam magis à carnalibus retrahantur, spiritualibus vacantes, ut amor amplius diffundatur: ideo antiquitus usque ad remotiores gradus consanguinitatis matrimonium impediatur, ut ad plures per consanguinitatem et affinitatem naturalis amicitia permaneret, & rationabiliter usque ad septimum gradum: tum quia ultra hoc non de facili remanebat communis radicis memoria: tum quia septiformis spiritus sancti gratia congruebat. Sed postmodum circa hæc ultima tempora restrictum est ecclesie interdictum usque ad quartum gradum, quia ultra inutile & periculosum erat gradus consanguinitatis prohibere. Inutile quidem, quia ad remotiores consanguineos quasi nullum foedus maioris amicitie quam ad extraneos habebatur charitate in multorum cordibus frigescente. Periculosum autem, quia concupiscentia & negligentia præualere, numerosam consanguinorum multitudinem homines non satis obseruabāt, & sic laqueus damnationis multis iniiciebatur ex remotorum graduum prohibitione. Satis etiam conuenienter usque ad quartum gradum dicta prohibitio est restricta, tum quia usque ad quartam generationem homines viuere consuebant, ut sic non possit consanguinitatis memoria aboleri. Unde Deus in tertiam & quartam generationem peccata patrum visitaturus in filiis comminatur, tum quia in qualibet generatione noua mixtio sanguinis, cuius identitas consanguinitatem facit, fit cum sanguine alieno, & quantum miscetur alteri, tantum receditur à primo: & quia elementa sunt quatuor, quorum quodlibet tantum

facilius est miscibile, quanto est magis subtile: ideo in prima commixtione euascescit sanguinis identitas, quantum ad primum elementum quod est subtilissimum: in secunda, quantum ad secundum: in tertia quantum ad tertium: in quarta quantum ad quartum, & sic conuenienter post quartam generationem potest reiterari carnalis coniunctio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Deus non coniungit illos qui coniunguntur contra diuinum preceptum: ita nec coniungit illos qui coniunguntur contra ecclesie preceptum, quod habet tantam obligationem sicut & diuinum preceptum.

AD SECVNDVM dicendum, quod matrimonium non tantum est sacramentum, sed etiam est in officium, & ideo magis subiacet ordinationi ministrorum ecclesie quam baptismus, qui est sacramentum tantum: quia sicut contractus & officia humana determinantur legibus humanis ita contractus & officia spiritualia, lege ecclesie.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis consanguinitatis vinculum sit naturale, tamen non est naturale quod consanguinitas carnalem copulam impediatur, nisi secundum aliquem gradum, ut dictum est: & ideo ecclesia suo statuto non facit quod aliqui sint consanguinei, sed facit quod carnalis copula sit licita vel illicita, secundum diuersa tempora in diuersis gradibus consanguinitatis.

AD QVARTVM dicendum, quod tales rationes assignate magis dantur per modum adaptationis & congruentie, quam per modum cause & necessitatis.

AD QVINTVM dicendum, quod non est eadem causa secundum diuersa tempora gradus consanguinitatis prohibendi: unde quod alio tempore vtiliter conceditur, alio salubriter prohibetur.

AD SEXTVM dicendum, quod statutum non imponit modum præteritis, & futuris. Unde si modo prohiberetur vnus gradus qui nunc est concessus, illi qui sunt in quinto gradu coniuncti non essent separandi. Nullum enim impedimentum matrimonio superueniens ipsum potest dirimere: & sic coniunctio que prius fuit

fuit matrimonium, non efficeretur per statutum ecclesie stuprum. Et si militer si aliquis gradus concederetur qui nunc est prohibitus, illa coniunctio non efficeretur matrimonialis ex statuto ecclesie ratione primi contractus, quia possent separari si vellent, sed tamen possent de nouo contrahere, & alia coniunctio esset. AD SEPTIMUM dicendum, quod in gradibus consanguinitatis prohibendis ecclesia precipue obseruat rationem amoris, & quia non est minor ratio amoris ad nepotem quam ad patrum, sed etiam maior quam propropinquior est patri filius, quam filio pater, ut dicitur in 8. Ethic. propter hoc equaliter prohibuit gradus consanguinitatis in patris & nepotibus. Sed lex vetus in personis prohibendis attendit precipue cohabitationem contra concupiscentiam prohibens illas personas ad quas facilius pateret accessus propter mutua cohabitationem. Magis autem consuevit cohabitare neptis patruo quam amita nepoti, quia filia est idem quasi cum patre, cum sit aliquid eius: sed soror non est hoc modo idem cum fratre cum non sit aliquid eius, sed magis in eodem agitur, & ideo nmerat eadem ratio prohibendi neptem & amitam.

IN ISTO 4. art. est concl. Doctoris S. affirmatiua, nempe quod ecclesia potuit taxare gradus affinitatis impediētes matrimonium, & reddit sufficientiam illorum: & cum ferè eadem sit materia huius art. & præcedentis, absoluemus quintū dub. & sextum, quæ dubia promissimus in art. præcedenti. Erat igitur quintum dub. an sint nūc illi gradus qui prohibentur in Leuit. prohibiti iure naturali, seclūso iure humano. Ad quod respondendo dico quod sunt opiniones, & prius Palud. in 4. d. 41. respōdet affirmatiuè, nēpe quod illi gradus prohibiti in Leuit. sunt prohibiti iure naturali. Cuius sent. est etiā Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 14. Bonauē. d. 41. q. 1. Ricar. d. 40. q. 2. Maior. d. 40. q. 3. dicēs, quod in primitiua ecclesia omnes gradus qui prohibebatur in Leuit. erant etiam prohibiti. Syluest. verbo matrimonii §. q. 10. & verbo Papa. q. 17. Vualden. lib. de sacramentis cap. 104. Panor. cap. literas tuas, de restitut. spoliat. & hæc opinio probatur auctoritate diui Ambro. lib. 6. Epist. Epistola. 5. ad paternum: dehortatur enim ne coniungat neptem cum patruo. 1. cū filio proprio, quia est inquit prohibitum iure diuino:

& addit etiam quia prohibitum est iure naturali, quod scriptum est in cordibus nostris. ¶ Præterea, Beatus Grego. in responsione ad Aug. Episcopum Anglorum, responsione. 5. videtur esse eiusdem sent. Tertio eiusdem sent. videtur esse S. Tho. in 4. d. 39. q. 1. art. 3. ad tertium, vbi dicit quod si infideles contrahant in gradibus prohibitis in Leuit. cap. 18. tale matrimonium non est validum, & si conuertantur ad fidem debet separari: si ergo apud nos cessat matrimonium in illis gradibus, etiam apud infideles. ¶ Præterea, probatur ex illo cap. literas tuas, de restitut. spoliat. quod est Innocentij 3. vbi dicitur quod in gradibus diuina lege prohibitis restitutioni aditus recludatur, secus si humana lege prohiberentur: agebatur enim ibi de hoc, an mulier consanguinea separata à viro deberet eidem restitui, & respondet Pontifex illis verbis prædictis. ¶ Præterea, probatur ex cap. fin. de diuortijs, vbi dicitur quod iudei qui duxerāt uxores fratrum, si fratres fuerunt defuncti sine liberis, manent in coniugio iuxta legem Moyli: vnde si reliquerunt filios prædicti defuncti viuētes fratres, non manebunt in coniugio cum relictis a defunctis fratribus: ergo si tunc non licebat dispensare in gradibus prohibitis in Leuit. nec hodie licet. ¶ Præterea, confirmatur hoc ex ipso tex. Leuit. 18. in illa præcepta sunt moralia: ergo perseverant: antecedens constat, quia semper redditur illorum ratio in eodem tex. nēpe, quia turpitudine tua est, vel turpitudine patris tui est, &c. Ac si dicat, non est de se honestum. ¶ Præterea, prædicta matrimonia in eodē Leuit. vocantur abominationes & scelera: ergo iure naturali erāt mala, quia si quis solū omittat ceremoniam non vocaretur abominabilis & scelerosus: ergo de iure naturali illi gradus sunt prohibiti: ergo seclūsa auctoritate humana omnibus illis gradibus matrimonium est interdictum, nempe lege naturali. ¶ Præterea, illa quæ ibi prohibentur erāt etiā prohibita inter gentes, sed inter gentes solum prohibebantur illa quæ sunt iuris naturalis: ergo omnes illi gradus sunt prohibiti iure naturali: antecedens patet, quia dicitur in eodem Leuit. ne polluamini in his in quibus gētes contaminatæ sunt, quas eijciam ante conspectum vestrum. ¶ Præterea, eodem modo prohibentur omnes isti gradus in Leuit. quo prohibetur matrimonium inter parentes & liberos & fratres & sorores: sed inter parentes & liberos, fratres & sorores matrimonium est prohibitum iure naturali: ergo inter alios. Secūda opinio est, Caiet. in secunda secūde in illa q. supra citata. 154. art. 9. & est Tho. de Argētina in 4. d. 40. nempe quod non prohibentur omnes illi gradus qui prohibi-

prohibetur in Leuit. lege naturali. Ideo vt clarus agamus respondebo aliquibus propositiōibus. Prior est, solus primus gradus in linea recta, hoc est inter parentes & liberos, & solus primus gradus in linea transuersali, hoc est inter fratres & sorores prohibentur lege naturali, ita quod inter illos non valeret matrimonium iure naturali. Secūda concl. est, Omnes alij gradus etiam in ascendētibz & descendētibz prohibebantur lege diuina quando lex Moyli currebat, & nūc sola lege humana. Nec tibi videatur quod hæc conclu. sit contra aliam quam posuimus superius in secūdo dubio, quia dicebamus quod matrimonium etiā inter aliquos gradus ascendētes & descendētes, demptis parētibus & liberis, est de iure naturali prohibitum: quia illam intelligo quod taliter prohibetur ibi matrimonium quod male facerent sic contrahentes sine causa & dispensatione, sed factum teneret, nisi esset nunc ab ecclesia prohibitum, vel quod in illis gradibus potest summus pontifex dispensare. In ista autem quam hūc assero intelligo ita matrimonium in duobus illis primis gradibus naturali lege esse prohibitum, quod si oppositum fuerit in lege naturali, quacūq; lege alia seclūsa, factū non teneret: ratio est in promptu, quia maior repugnantia est inter personas prohibitas illis duobus prioribus gradibus, quam inter alias in alijs gradibus prohibitas. ET pro decisione & expositione huius concl. antequam presius illam probem, assero istam aliam quæ est fundamētum huius, nempe ex hoc quod aliqui gradus consanguinitatis sunt prohibiti iure diuino, aut aliquo alio non habetur, nec sequitur quod ipso facto in illis matrimonium sit irritum: ita quod si quis contra talem prohibitionem tentet contrahere, tale matrimonium non tenet: hæc propositio probatur: quia iure diuino interdicta est stipulatio & collatio beneficij simoniaca, quæ tamen si fiat stando in solo illo iure seclūso humano irritante factum teneret, & illa collatio concederet verum ius ad beneficium. ¶ Præterea, pluralitas beneficiorum prohibita est iure diuino, & Theologi dicunt quod etiā iure naturali: quia contra ius naturale est quod vnus abundet & alij esuriant in bonis distribuentibus, & ad iustitiam distributiua pertinet, & tamen seclūso iure humano videtur quod qui plura haberet beneficia legitimum dominium acquireret. ¶ Præterea, prohibitum est iure diuino ne post sponsalia quis ducat aliam, præter illam quam sponsauit, & tamen si oppositum fiat factū tenet: multum igitur interest, pactum aut factū aliquod esse prohibitum aliquo iure, aut esse irritum aut nullum: multa enim sunt iure humano quam diuino prohibita, quæ tamen facta tenet & nō sunt irrita: Assumptum pro-

batur, quia prodigalitas est prohibita iure diuino & naturali, & tamen donatio prodiga tenet, & per illam verū ius datur & acquiritur. ¶ Præterea, vt manifestum est, multa de iure humano impediunt matrimonium contrahēdum, ita quod qui contrahunt tali impedimēto stante peccant, nihilominus factum tenet, vt quod nullus ducat uxorem quam polluit per adulterium. ¶ Præterea, post votum simplex matrimonium est prohibitum, sed contractum post tale votum tenet. ¶ Præterea, in 1. & 3. Esdræ, cap. 8. 9. & 10. dicitur quod filij Israel duxerūt uxores alienigenas, quæ alias per legem erant prohibitæ, & tamen nō irritatur illud matrimonium: ergo, &c. Vnde colligitur quod ad probandum quod aliquod matrimonium sit irritum, non sufficit probare quod ille personæ contrahentes sint interdictæ & prohibetæ iure diuino: quod probatur, quia eisdem verbis quibus in lege personæ coniunctæ consanguinitate, aut affinitate prohibentur, aliæ etiam personæ inter quas de se poterat esse matrimonium, vt Exod. 24. prohibentur filij Israel accipere uxores de filiabus Canahā, cum quibus de se licebat iudeis contrahere matrimonium. ¶ Præterea, Leuit. 21. prohibentur sacerdotes accipere uxores, scorta & vili prostibulum, & tamen si quis contra mandatum Domini huiusmodi uxorem duxisset, esset verum matrimonium. ¶ Præterea, de Salomone legitur 3. Reg. 11. q. habuit uxores Moabitidas, & Amonitides, & Etheas, de gentibus de quibus dixit Dominus ad Israel, non ingrediemini ad eas, nec de illis ingredietur ad vestras, & tamen erant veræ uxores Salomonis, quia sic scriptura appellat eas. Et Nemias vlt. legitur de filijs Israel quod ducebāt uxores Azotidas, Amonitas, & Amohabitides, quod prohibitum erat in lege. Et idē habetur Esdræ 1. cap. 10. & Esdræ 3. cap. 8. & 9. imo expresse dicitur cap. 8. quod collocauerūt mulieres alienigenas sibi in matrimonio: ergo non obstant præcepta Domini in contrarium quin si tentent homines contrahere contra illa teneat matrimonium. Ex quibus omnibus colligitur prius, quod ex hoc quod aliqua personæ prohibentur à matrimonio, in Leuitico nō firmiter probatur quod inter eas non teneat matrimonium, si contrahatur ab aliquibus etiā durante lege, licet firmiter sequatur, huiusmodi contrahentes contra legem peccare & male facere: vt si in Leuit. fuisset prohibitum, nē quæ mulier votum continentie vouisset virū acciperet, manifestum est quod si contra mandatum Domini nupsisset, verum contraxisset matrimonium, quia nunc est iure diuino prohibitum nubere post votum simplex. Omnes tamen concedunt quod si mulier habes votū simplex

simplex nubat, tenet factum, etiā si faciat peccet, cum nec ius diuinum in vet. test. efficacius esse poterat quā in lege euangelica. Non ergo satis est ad negandum matrimonium posse esse inter aliquas personas, quōd illæ personæ sint prohibitæ iure diuino. Secūdo dico, quōd ex hoc quōd in Leuit. aliq̄ personæ sunt prohibitæ, non trahitur argumentum quōd illæ personæ sint prohibitæ tempore legis nouæ & euangelicæ: probatur, quia totum vet. testa. abrogatum est, ita quōd nihil nunc tenetur ex vi illius legis, sed solum tenentur ex veteri lege illa quæ etiam erant de lege naturali. & ex vi illius legis naturæ tenentur, non ex vi veteris leg. vel quia præcepta, vel ordinata sunt in nouo test. aut ab ecclesia. Et quōd ve. test. sit abrogatum, constat ex illo dicto domini pendente in cruce. Consumatum est. s. vetus testamētum. Secundo probatur ex concilio Apostolorum actuum. 15. vbi responderūt Apostoli Iudæis putantibus quōd adhuc tenebantur ad circumcisiōnē, dicētes, visum est Spiritui Sancto & nobis nihil aliud imponere vobis præter hæc necessaria, vt abstineteis vos ab imolatis simulacrorum, sanguine, & suffocato, & à fornicatione.

¶ Præterea, hoc Paul. ad Rom. 7. ad Galat. 4. & ad Hebræ. 7. dicens: reprobatio sit prioris mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem: & inducit illud Hieremiæ 31. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & consumabo super domum Israel, super domum Iuda testamentum nouum, non sicut testamentum quod feci patribus eorum: & subiungēs nouum antiquum prius, &c. ergo ex hoc quōd aliq̄ personæ erant prohibitæ in Leuit. nō trahitur argumentum quōd nunc sint prohibitæ. Vnde præcepta moralia si maneant, nullum vigore habent ex lege vet. sed semper currūt, quia nō possunt cessare cum sint æterna: vnde colligitur quōd ex eo loco non magis argumentum trahitur ad probandum, non licere nunc matrimonium inter aliquos consanguineos quā si quis vellet dicere & ex eadem lege probare abstinēdū esse à carnibus suis, vel certis diebus à fermentato. Nec solum nō adducitur ex eo cap. sufficiens argumētum, sed hæreticum est asserere eo quemcunq; prohiberi in lege euangelica à matrimonio consanguineorum quōd sit prohibitum in Leuit. cum sit hæreticum dicere quōd lex Moysaica currat simul cum lege euangelica, vt habetur in cap. Maiores, de baptismo & eius effectu. Et in oppositū est error Derinij & Eutonij.

¶ Præterea, dico quōd dubiū hoc, nempe quæ personæ sint prohibitæ à matrimonio, ita quōd inter illas non possit fieri dispensatio, diuino iure terminari non potest, sed agēdum est ratione naturali, hoc est, agēdū est ex morali philosophia, & ex propositionibus lumine natu-

rali notis, probatur. Nihil cognoscitur nisi ratione naturali, vel reuelatione: si ergo de prædicto dub. aut nihil aut parum est traditum in scriptura, ex quo tradi possit, argumentum ad dissoluendum prædictum dubium sufficiens: ergo referendum est in iudicium rationis naturalis. Quōd autē in scripturis non habeatur sufficiēter vn de tex. determinetur, patet, quia in nouo test. nihil habetur de hoc, in vet. vero non habetur sufficiēter: vnde pro hoc tempore determinetur quærit. ergo, &c.

¶ Præterea, receptissimum est apud oēs Theologos ex omnibus præceptis veteris legis sola moralia firma stare in noua lege. Cum autē eadem sit præcepta moralia & naturalia, quæ iuris naturalis, eadem quæstio est an præcepta Leuit. de gradibus matrimonij & consanguinitatis nunc teneant, ac si quæretur, an illud præceptum sit iuris naturalis. Quid autem sit de iure naturali, nisi naturali ratione cognosci nō potest: quare tota res humanis & naturalibus rationibus transigenda est.

¶ Præterea, lex euangelica multis alijs iustis, & causis, tunc vel ob hanc lex libertatis à Christo & Apostolis vocatur, quōd solum iure naturali post euangelium Christiani teneantur: quare si iure naturali matrimonij aliquid damnatum nō sit, nihil est quōd tale matrimonium illegitimum inter Christianos sit: puto enim nullum esse præter præcepta iuris naturalis præceptum negatiuum in euāgelio. Cum ergo præceptum impediēs matrimonij sit negatiuum, non est in noua lege: lex autem vetus auctoritatem nullam habet: ergo rationi naturali stare debemus. Nec eo tamen disputatio aut examinatio erit infirmior, quia ipsa naturalis ratio non est humanum inuentum, cum naturale lumen ab ipso Deo conditore donatum sit, illud enim est lumen vultus Domini quod signatum est super nos, dicente Propheta psal. 4. atq; adeo etiā Apostolus, quæ naturalis ratione cognoscuntur reuelationem vocat ad Rom. 1. Deus enim, inquit, illis reuelauit, &c. Quare non multo incertior erit definitio si ex naturalibus rationibus procedat, quā si à sacris literis argumentaremur. His igitur premisis constituo hanc conclusionē. Non omnes gradus qui in Leuit. prohibebantur sunt prohibiti iure naturali: probatur primum, quia ratio in agendis sumenda est ex fine, sed vterq; finis matrimonij saluus prorsus & incolumis constabit, etiam si nō omnes illæ personæ arceantur, & limitentur: ergo quantum pendet ex iure naturali, non omnes illæ personæ sunt iniunctæ ad matrimonium inter se iungendum: probatur minor exemplo, quia illud quod prohibetur in lege Leuit. nē quis ducat amitam aut materteram, nō videtur quōd officiat aut obstat ad finem matrimonij, siue ad præcreationē aut educationē prolis

prolis, siue ad maritalia officia & obsequia. Et vt apertius intelligatur secludam totū quod in Leuit. prædictum est, postquam (vt dictum est) ex illo loco non potest trahi argumētum contra nostram conclusionem: nec plus obligat illud præceptum quā si nūquam latum esset. Et agamus sola ratione, non inuenietur ratio probabilis, quæ arceat amitam à cōnubio nepotis: & cōfirmatur, nunquam aliquis Philosophorum qui tam multa de cōnubijs scripserūt, putauit illicitum matrimonium inter huiusmodi necessitudines, & non est prohibitum iure naturali, quia si esset veniret in mentem alicuius Philosophi.

¶ Præterea, huiusmodi matrimonia (vt ex historijs cognoscere est) passim celebrantur inter gētes sine reprehensione, & tamen vt Apostolus in 1. ad Rom. dicit, gētes quæ legem nō norunt, naturaliter quæ legis sunt faciūt, hoc est, quæ lege naturæ consentanea sunt faciūt: ergo non videntur lege naturæ ea cōnubia damnata. Secundo, principaliter arguitur in hunc modum, nam aliqua personæ æqualiter coniunctæ sicut illæ quæ prohibentur in lege, eadem lege contrahere permittuntur, & tamē statim in lege naturali eadem ratio videtur de vtriusq;: ergo nec illæ quæ prohibentur in lege omnes sunt de lege naturali prohibitæ: antecedens patet, nam prohibetur in lege nē eadem mulier nubat duobus fratribus, & tamen non prohibetur nē idem vir ducat duas uxores sorores, cum prorsus videatur eadem ratio de vtriusq; cum sit eadem affinitas & coniunctio: ergo si inter alteros matrimonium licitum est lege naturali, non videtur quare inter alteros sit prohibitum. Tertio, ante legem scriptam inueniuntur aliqua matrimonia inter sanctos confecta quæ tamen in lege prohibentur, vt cognoscere licebit sacram scripturæ euoluenti. ergo non omnia quæ lege prohibentur sunt prohibita lege naturæ, consequentia patet, quia ea quæ sunt naturali lege prohibita non plus licebant ante legem, quā post legem & quā in lege: ergo, &c.

CONTRA tamen hanc conclusionem argumentor in hūc modū, Aliq̄ personæ prohibitæ in lege Leuit. sunt de iure naturæ prohibitæ: ergo omnes sunt prohibite lege naturali, cum non sit maior ratio de vna quā de alia: assumptum patet, de patre & matre cum liberis suis quod esset cōtra legem naturæ, vel ex eo manifestum est quōd nunquam fuit aliqua natio tā barbara aut immanis quæ nō huiusmodi cōnubia horreret, imo etiam ferē & bruta tales concubitus abhorrent, vt Arist. 1. lib. de Animal. ponit: & confirmatur de vxore patris, de quo Apostolus prior. ad Cor. 5. dicit Auditor inter vos fornicatio qualis nec inter gētes, ita vt uxorem patris sui quis habeat: ergo est contra legem naturæ matrimonium

inter priuignum & nouercam.

¶ Præterea, si omnia cōnubia licita sunt vbi finis matrimonij saluus esse potest: ergo nulla sunt illegitima: potest enim esse procreatio & educatio prolis: & mutua obsequia & officia inter quascunq; personas alioqui non steriles: ergo cū omnia sint legitima matrimonia non sufficit quōd sint inconuenientia ad fines matrimonij.

¶ Præterea, illud præceptum Leuit. non est ceremonialē, vt manifestum est: nec videtur iudiciale, cum iudicialia sint quæ iustitiā cōponunt inter homines, quōd ad illud præceptū non videtur spectare: ergo videtur quōd sit præceptum morale, & per consequentiam de iure naturali.

¶ Præterea, illa quæ prohibentur in Leuit. erāt antea apud gētes illicita: ergo sunt de iure naturali: consequentia est nota, cum gētes alia lege non teneantur: antecedens probatur, nā post illud præceptum vbi prohibetur illæ personæ in illo cap. 18. subditur nē polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt gētes quas ego eiciam ante cōspectum vestrum: & quibus polluta est terra cuius ego scelera visitabo vt euomat habitatores suos, Ex quib; videtur quōd illa eadem quæ in illo loco prohibentur essent illicita & scelerata inter gētes, quæ nō fuissent si naturali lege nō essent prohibita. Et cōfirmatur, quia eisdem verbis prohibentur omnes necessitudines & gradus qui arcentur & interdiciuntur à matrimonio: semper enim dicitur reuelatur turpitudō. quod videtur quādam naturalem inhonestatē preferre: & eodem modo omnia illa appellat scriptura scelera & abominationes: ergo si aliqui gradus sunt contra ius naturale & oēs.

AD hæc argumenta responderetur. Et ad primum concessa maiore negatur minor: & dico sine dubio esse prohibitum naturali iure cōnubium inter filium & matrem, & inter filiam & patrem. Pro quo est considerādum quōd sicut virtutes sunt connexæ, vt Arist. tradit, & omne verum vero consonat, ita præcepta Dei inuicem consonant, alioqui sapientia diuina nō omnia suauiter disponderet, si quod vno loco præciperet, alibi prohiberet: non enim solum præcepta non sunt sibi contraria, sed ita se mutuo iuuant, vt difficile admodum sit alterum sine altero seruare: ergo cum sit vnum præceptum iuris naturalis venerare & reuereri parētes: & iterum est præceptum quōd cōiuges mutuo sibi inseruiant, cum sit ille alter ex duobus matrimonij finibus: nullo modo constare matrimonium inter parentes & liberos potest. Quomodo enim mater filio, salua reuerentia & pietate filij ad matrē, poterit seruire? Quomodo ex præceptis & nutu filij pēderet mater? aut quomodo filius sustinere poterit vt matri imperet, & iuga obsequia

exigat: non ergo potest fieri, vt filius matrem vxorem ducat. Et confirmatur ex illo Paul. ad Ephe. 5. Vnusquisq; vxorē suam sicut seipsum diligit: vxor autem timeat virū suum: oportet ergo si mater filio nubat vt timeat filium, quod abhorret lex naturalis: & in eodem loco subiungit Paul. mulieres viris subditæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut CHRISTVS caput est ecclesiæ: sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita mulieres viris suis in omnibus oportet subditas esse: itaq; matrē subiectā esse filio in omnibus, esset contra legē naturæ. Quod si cōtēdat quis hac ratione bene obitare ne mater nubat filio: nō autē impedire quin filia nubat patri: nec hoc satis cōmodē fieri potest, prius quia esto quod vir caput sit mulieris, tamen socia est non serua, & notum est non posse inter officia & munia coniugalia commode seruari pietas & reuerētia liberorum ad parentes: vxor enim ius habet exigendi debitum à viro, quod filia in patrem non satis conuenire potest: & Paul. 1. ad Cor. 7. dicit: Nolite fraudari inuicem, nisi fortē ex consensu ad tempus vt vacetis orationi: non est autem cōsentaneum, vt pater ad horā filiaē consensum expectare debeat: & in eodem loco Paul. subiungit: Qui cum vxore est sollicitus est quæ sunt mundi quomodo placeat vxori, & quæ nupta est cogitat quæ sunt mundi quomodo placeat viro: nihil autem minus conuenire videtur quā vt pater sollicitus sit quomodo placeat filiaē, aut mater quomodo etiam filio placeat, cum cōtra liberi solliciti esse debeant quomodo placeant parētibus. Et præterea, hoc omnino tollit principalem finē matrimonij, nempe procreationem & educationem liberorum: nam plurimum ita euenit, vt cum filius adultus est, mater iam minus idonea sit viro: vt intelliget facile si quis rationē humanarum ætatum habeat, atq; adeo ex huiusmodi cōnubijs aut nulla aut rara posset soboles procreari: & rursus si mater senescat necesse est filio eodemq; viro adhuc in iuuentutis flore constituto, quod præterquā quod esset incontinentiæ offendiculum, cum tamen matrimonium sit in remedium continentiaē, sed omnino impediretur magna ex parte liberorum procreatio, non habere. s. huiusmodi marito ex qua filios susciperet, quod esset etiā in magnum Reipub. detrimētum, & generis humani iacturam: Et quāquam non ita videatur grande inconueniens si filia patri nubat, tamē si ratio ætatum habeatur æque inueniretur magna ex parte procreationem liberorū impedire ex talibus coniugijs: & incontinentiæ adolescentium fœminarum incendium grande pareret. Quare prorsus pro indubitato haberi potest huiusmodi coniugia naturali lege esse illegitima & incestuosa, quod etiam satis significatur ex verbis illius primi parentis

Gen. 2. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ: significans alios oportere esse virum & vxorem alios patrem & matrem, Et quamuis nō ita certum sit, tamen eadem videtur ratio de vxore patris siue de nouerca: cum enim ex coniugio fiant duo in carne vna, eadem pietas & reuerētia videtur deberi vxori patris, quæ & ipsi patri. Quare nec illam decet priuignum in vxorem accipere, & eadem ratione liberorum procreatio impediretur sicut ex matrimonio cū matre: quare hoc etiam matrimonium videtur lege naturali prohibitum.

DESCENDENDVM iam est ad sextū dub. quod proposuimus in art. præcedenti: Dubiū igitur graue est, an accipere relicta fratris defuncti vxorem, sit prohibitum iure naturali. Ad quod respondebimus aliquibus conclusiōibus. Quarum prior est, Ducere vxorē fratris defuncti non est prohibitum lege nature: pro cuius probatione, præsuppono, quod aliqua se habent trifariam ad ius naturale: quædam enim sunt de se inhonestæ, semperque. s. quæ nullo casu licitè fieri possunt, vt perurium, adulterium: contrā autem sunt aliqua honesta, & consona rationi semper, & per se, vt Deum colere, parentes venerare & similia, & hoc ius naturale dicitur esse necessarium siue immutabile: Alia sunt de se quidē inhonestæ & prohibita iure naturali, sed quādoq; propter graues causas possunt licitè fieri: sicut contrā sunt aliqua honesta & consona rationi & principijs moralibus, seclusa etiam omni lege positua, imo præcepta lege naturali, sed ramen nō habent bonitatem immutabilem & necessariam sed secundum diuersas temporis & loci & personarum circūstantias & conditiones, varietatem percipiunt: vt seruare fidem virtute morali, reddere debitum, non habere plures vxores, & alia id genus. Alia sunt quæ nō sunt quidem prohibita iure naturali, sed inter minora bona computantur, quale fortē est matrimonium, respectu celibatus, de quib; Paul. prior. ad Cor. 6. omnia mihi licent, sed nō omnia expediunt: horum contraria naturali iure sunt approbata, tanquam meliora quidem sed non necessaria, vt absolute loquēdo, sicut diximus, celibatus fortassis iure naturali præfertur matrimonio, non tamen alterum est præceptum, & alterum est prohibitū: rationes enim Pauli secundæ ad Cor. 7. quibus præfert celibatum matrimonio videntur procedere in iure naturali. ¶ Præterea, paupertas etiam melior est diuitijs, neutrum tamen est sub præcepto. HIS suppositis dico quod ducere relicta fratris non est de primo genere prohibitorū iure naturali: probatur, nulla ratione naturali quæ quidem necessaria videatur probari pot illud esse tam inhonestum vt in nullo casu liceat fieri: ergo, &c. Et confirmatur, quia illud aliquan-

aliquando, vt omnes fatentur, licuit, vt patet Deutero 27 cap. vbi præcipitur, vt frater accipiat vxorē fratris sine liberis defuncti: si enim esset malum ex primo genere, vel non posset Deus dispensare secundum tatiorem sententiam sicut in perurio, vel certe non ita passim & sine grandi necessitate, & ita non fieret lex de illo, nempe quod frater duceret relicta fratris sine liberis defuncti. Et confirmatur, quia absurdum & parū piū est dicere quod Deus condiderit contrariam legem, legi nature primæ. Secundo dico, quod inter ea quæ continentur Leuit. 18. præter primum gradū, s. inter ascendentes & descendentes, fortassis oīa alia sunt prohibita iure naturali, secundo modo sumpto. s. absolute & non vrgenti aliqua graui causa rationabili, illicitum est contrahere in aliquo gradu prohibito in Leuit. probatur, quia ex tali matrimonio semper sequitur aliquid quod licet non tollat finem matrimonij, amen ex parte officij vel obstat fini, vel est contra reuerentiam naturalem debitam consanguineis, vt quod nepos, si sit dominus & caput amitæ aut materteræ, cui d. betur idem honor qui debetur matri: & non videtur consentaneam rationi naturali quod amita seruiat nepoti, & timeat eum: & simile posset ostēdi de omnibus alijs gradibus prohibitis in lege: sed hæc incommoditas quæ contingeret ex huiusmodi coniunctionibus, omnino non est tāta quin posset compensari aliquo magno bono quod ex tali coniunctione sequatur, aut graui malo quod eueretur: vt ad constituendum pacem in Reipub. ad vitandas simultates inter illustres familias, ad supplendam insignem sollicitudinem & raritatem hominū in orbe, aut in aliqua prouincia. In hoc ergo genere reponi potest matrimonium inter fratrem & relicta fratris defuncti, videtur enim quod ex tali coniunctione irrogatur iniuria quædam priori viro, vt supra dicebamus: semper enim eū timatum est vxorem ingratam priori viro quæ secundo nupsit: vnde etiā (vt supra citauimus) Dido apud Maronem in 4. Eneidos aiebat. Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores Abstulit, ille habeat secum teruetq; sepulchro. Et Paulo prius: Ante pudor quā te violam, aut tua iura resoluam. Quali inhonestè & turpiter acturam duceret si priori marito alterū superinduceret: turpius autem sit si frater sit huius qualiscunq; iniuriæ auctor aut ingratus, admissus aut particeps, vxorem fratris ipse recipiens. Quare videtur sua natura quidem illud coniunctio & reprehensibile, non ita tamen quā ex causa aliqua compensari possit hoc quod ex se parū honestū videtur. Tertio dico quod fortassis hoc ipsum matrimonium non in secundo genere, sed in tertio reponendū est, hoc est, non inter ea quæ natura sua mala sunt, licet ex circūstantia bona esse possint: sed inter ea quæ

minus bona sunt: hoc est, licet quidem iure naturali solo posito vxorem fratris defuncti accipere, sed non expedit, hoc est, melius est abstinere ab huiusmodi matrimonijs quā illa contrahere: quemadmodū & quidam gradus ab ecclesia interdicti à matrimonio, vt inter consobrinos, vel in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis: non enim apparet rationalitæ in tali coniunctione lege naturali, licet ostendatur magis expedire, vt talia matrimonia interdicanur. Secunda conclusio principalis est, Ducere relicta fratris defuncti sine liberis, vt in causa Emili. 8. Regis Anglorum contigit, nunquam fuit prohibitum iure diuino veteris legis: probatur, qui si fuisse prohibitum hoc maximè fuisset in illo præcepto Leuit. 18 & 20. nempe non reuelabis turpitudinem vxoris fratris tui: sed hoc non, quia aut intelligitur lex illa viuente fratre, qualiter intelligitur illud Ioan. Baptista Luc. 3. ad Herodem, non licet tibi habere vxorē fratris tui. Et hoc non obstat conclusiōi, quia præterquā quod certum est quod viuente marito non licet turbare eius vxorem, conclusio loquitur de relicta fratris defuncti, nō autem de vxore fratris viuētis, aut lex Leuit. intelligitur de fratre defuncto sine liberis, & tūc probatur quod non potest intelligi lex illa isto secundo modo, nō in Deutero. 25. lata est lex, quod si frater sine prole discesserit, relicta fratris, frater superstes accipiat: lex igitur illa Leuit. intelligi non potest de fratre sine liberis defuncto, nā non est audiendū, aut quod in lege essent duo contraria præcepta aut quod id quod dicitur in Deutero, sit dispensatio illius legis quæ est in Leuit. non enim est satis intelligibile, vt eodem tempore aliquid prohibeatur & dispensetur communiter cum omnibus, nam dispensatio nihil aliud est quā relaxatio legis, atq; per consequentem generaliter licebat fratri ducere vxorem fratris sine liberis defuncti, non erat lex talia matrimonia interducentis nihil enim plus efficiunt illæ leges latæ in Leuit. & Deutero. quā si in eodem libro ponerentur & in eodē cap. sanciretur: primum nē quis vxorem fratris duceret cum liberis defuncti, secundum vt vxorē fratris sine liberis defuncti, superstes frater ducere teneretur, aut certe posset: istis enim duobus cap. caueretur totū atq; idem quod in Leuit. aut Deutero. De hac re cautum est, atq; adeo mihi non est dubium, nec cuiquam sani sacras literas tractanti & intelligenti, nunquam lege diuina prohibitum esse, nē frater vxorē fratris sine liberis defuncti duceret.

VLTIMA conclusio est, contra bonam partem Theologorū, secluso iure humano sine quacūq; dispensatione Papæ, frater posset vxorē fratris siue cum liberis, siue sine liberis defuncti accipere in vxorem: probatur prius, cō-

nubium spectat ad ea quæ sunt de iure naturali tertio modo. i. quæ sunt quidem meliora, sed contraria non sunt prohibita: patet, nã dato quòd melius esset non ducere quàm ducere, nihilominus non esset illicitum ducere: & dato quòd esset de secundo genere iuris naturalis, nihilominus probatur, primũ si subesset causa rationabilis, vt declaratum est in quæst. s. illud quòd sua natura malum est, licitũ est facere in tali euentu, quia cum causa rationabili honestatur quòd absolute inhonestũ erat. Sed vt tollamus omnẽ difficultatẽ dico quòd etiam si nulla causa subesset, teneret factum si frater duceret relictam à fratre, siue cũ liberis, siue sine liberis defuncto. probatur, quia vt in primo fundamento huius quæst. diximus, nõ est idem aliquod matrimonium esse prohibitum, & esse iure nullum aut irritum. Vnde dato quòd esset licitum iure naturali, non sequitur quòd si contrahat nõ teneat matrimoniũ: sicut etiã quòd idem esse videtur si successiuẽ accipiat duas sorores videtur æqualiter prohibitum iure naturali, & tamen non est dubitandum quin secluso iure humano matrimoniũ teneret, cum nunc teneat cum dispensatione, vt patet, quia clarissimus Rex Lusitanorum Emanuel nomine duxit duas sorores, filias Regis Ferdinandi Castellæ: & sicut beatus Ambro. dicit ad Patricium vbi supra, esset illicitum iure naturali vt patru' accipiat neptẽ in vxorem: & tamen non potest dubitari quin secluso humano iure, si patruus & neptis contraherent, matrimonium teneret, cum etiam tẽpore legis naturæ non esset prohibitũ, cũ Abrahamus habuerit Sarã secundum Aug. & Hierony neptem ex fratre, licet Nicolaus de Lira dicat Gen. 20 quòd Hierony. dicit Sarã fuisse sororem Abraham, sed vt supra vidimus, Hiero. super Iob. cap. 1 dicit quòd Sara erat soror Melchæ quæ erat filia Aram fratris Abraham: vnde sequitur quòd Sara erat neptis Abrahami & non soror, & post legem scriptam Otoniel frater Caleph duxit Axam filiam Caleph, Iosue 15. & Iudicum 1. Non ergo est dubitandum quin etiam nũc si quis duceret teneret matrimonium nisi ab ecclesia esset prohibitum. Et ad hunc sensum intelligenda sunt Sanctorum dicta quando dicunt quòd aliqui gradus sunt prohibiti iure naturali, qui tamen nõquam in lege prohibiti inueniuntur, vt inter consobrinos: & quicunq; dicunt quòd sit contra legem naturæ accipere vxorem fratris defuncti, intelligunt quòd est illicitum iure naturali, nõ ita tamen quin si fiat, factum non teneat: & nõ ita quin cum causa rationabili licitẽ possit fieri vel cum dispensatione, sicut supra dictum est quòd qui post votum continentie acciperet vxorem peccaret quidem contra legẽ naturæ, nullus tamen hactenus defendit quin tale matrimonium teneat: oportebit enim ra-

tionem reddere, vt quod cum æque vel æquius plus sit contra legem naturæ vxorem post votum continentie accipere quàm relictam fratris, vt quid inquam si in primo casu matrimonium teneat, cur non in isto? & confirmatur apertẽ ex cap. fin. de diuor. vbi cum esset consultus Innocentius 3. quid de Liouensibus conuersis ad fidem faciendum esset, qui prius secundum tenorem legis Mosaycæ vxores fratrum sine liberis defunctorum duxerant. Respondit Innocen. 3. concedendo illis, vt in contractis matrimonijs perseverarent: Manifestũ est etiam quòd si talia matrimonia essent irrita iure naturali non posset summus pontifex illa cõcedere aut approbare, maximẽ cum lex Mosayca nõ solum apud Christianos, sed etiã apud omnes mortales prorsus iam nullius sit virtutis nec efficacit. Quare si nobis iure naturali interdicerentur talia matrimonia, non releuaret ab hoc interdicto vel lex vel dispensatio Moyfi. Sine dubio ergo apertẽ concluditur tale matrimonium vel non esse naturale iure prohibitum, vel si est non ita tamen quòd si attẽtetur factum dirimatur. Ex quo colligitur quòd omnes infideles cõtrahentes in gradibus ab ecclesia prohibitis si non contrahat esse iure naturali prohibitos, verẽ contrahunt & est ratum matrimonium: ita quòd si quis inter infideles duceret relictam fratris siue cum liberis siue sine liberis defuncti, dubitandum nõ est quin tale matrimonium esset validum, nec conuersi ad fidem egerent pontificis sui dispensatione: imò nec quacunq; autoritate possent separari, si ambo coniuges ad fidem conuertantur. s. cum solo iure humano quo infideles non tenentur, huiusmodi matrimonia sint irrita. ¶ Et si in istis quòd est contra ius naturale ducere relictam à fratre cum liberis: ergo etiam ducere relictam sine liberis: quod antecedens videtur haberi ex cap. fin. de Diuor. vbi infidelibus permittitur quòd maneant cum relicta sine liberis, & non cum relicta cum liberis. Et idẽ videtur haberi ex veterit. vt supra citauimus: consequentia probatur, quia eadem est ratio de vtraq;. ¶ Ad hoc cõcedo quòd eadem est ratio de vtraq;, sed nego primum, nempe quòd illud sit contra ius naturale, & etiam ius Hebræorum nõ obligat eos, quia naturale, sed quia ipsi obligauerunt se ad ius positium illud in lege, postquã iam lex consummata erat, & non obligabat, & Deus sic pro illo tempore alitrixit, ad hoc, vt nõ valeant illa matrimonia inter illos: & ita dico quòd lex verus obligat Iudæos hodie ex statutis suis, non autem virtute legis Leuit. aut diuinæ, & hoc Papa ibi determinat: & ita videtur dicendum ad S. Tho. inferius q. 59. vbi art. 3. ad tertium dicit, quòd si infideles contrahant in gradibus prohibitis ab ecclesia tenent matrimonium, sed nõ si cõtrahant in gradibus prohibitis

hibitis lege diuina & in Leuit. quia ipsi infideles vel de illis infidelibus loquitur S. Tho. qui se obligauerunt per sua instituta ad illos gradus qui sunt prohibiti in Leuit. & non ad illos quos prohibet ecclesia. ¶ SED an ecclesia possit prohibere aliquos gradus qui non prohibentur iure diuino? Ad quòd dicendum affirmatiuẽ, nempe quòd ecclesia potest prohibere aliquos gradus cõsanguinitatis vel affinitatis qui sibi videbuntur expedire ad bonam gubernationem fidelium quidquid dicant hæretici, Viclephistæ & Lutherani perniciosi: & sic ecclesia prohibuit multos gradus, aliquando 7. vt habetur 35. q. 5. per totum: omnia tamen ista, Innocen. 3. in cap. Nõ debent, de consanguinit. & affinit. in quodam generali concil. reduxit impedimenta matrimonij intra quatuor gradus consanguinitatis & affinitatis. ¶ SED dubitabis, an sufficiat quòd summus pontifex prohibeat ad hoc quòd matrimoniũ non valeat. i. an si Papa irrationabiliter prohiberet aliquot gradus cõsanguinitatis, tale impedimentũ & prohibitio esset sufficiens ad dirimendum matrimonium, vt si prohiberet decem gradus cõsanguinitatis. Et moueo hoc dubium, quia multis videtur graue quòd fuerint prohibiti quatuor gradus, nã in viculis & paruis oppidolis nõ commode possunt contrahere maxime, quia vt dicitur, istæ leges solũ fiunt ad extrahendam pecuniam. ¶ Ad quòd dico quòd si lex est irrationalis non est lex, & ita nõ teneret, & si ita esset quòd hæc lex quæ prohibet 4. gradus tãtũ esset irrationalis, quòd tamen nõ puto, matrimonium teneret: & probatur quòd hoc quòd nũc factum est sit iustum: quia diuus Ambro. & alij Sancti viri approbãt hanc legem dicẽtes esse iustam & rationabilem: ergo cum illis tenendum est. ¶ Præterea, dubium etiam esse potest, an summus pontifex possit dispensare in his impedimentis. Dico quòd si impedimentũ est de iure naturali proprie & primæuo, quidquid aliqui dicant non potest, vt cum parentibus & liberis dispensare non potest. Si autem impedimentũ est de iure humano rectẽ potest, & consequenter, quia gradus in Leuitico positi non sunt de iure naturali nisi aliqui quos supra signauimus in illis summus pontifex dispensare potest, etiam si sit sine causa, matrimonium tenebit: dispensans tamen sine causa peccabit. De computatione autem linearum cõsanguinitatis oportet Theologum sequi Iureconsultos, cum res spectet ad ius canonicum, & de linea recta aduerte quòd tot gradibus distat vna persona ab alia quot sunt personæ procedentes à stipite, vt ab auo nepos duobus gradibus distat quia sunt duæ personæ, nempe filius & nepos: à patre filius vno gradu distat, à proauo pronepos tribus gradibus. In linea autem transversali res-

currendum est ad stipitem, & tunc vel distat personæ aliæ à stipite æqualiter, vel inæqualiter: si æqualiter, tunc tantum distant inter se quantum quilibet à stipite: vnde filij duorum fratrum, quia quilibet ab auo duobus gradibus distat, etiam inter se distant duobus gradibus. Si vero distet inæqualiter, vt nepos & patruus cõueniunt in patre vnus, De his omnibus est regula generalis quòd tot gradibus distant inter se quot distat ille qui maxime distat à stipite: Vnde nepos & patruus distant inter se duobus gradibus. Ex quibus colligitur illatũ notandum quòd colligit Panor. in cap. Quod dilectio, de consanguinit. & affinit. quòd quando inæqualiter distant personæ à stipite, non oportet petere dispensationem, aut eam facere in gradu propinquiori stipiti, sed sufficit quòd fiat in distantiori, nempe in casu posito de nepte quæ magis distat à stipite: & non requiritur in primo gradu, nepe quòd fiat cum patruo, & hoc secundum ius canonicum. Secundũ autem ciuiles leges alio modo computantur gradus consanguinitatis, quia secundum eas duo fratres sunt in secundo gradu, filij autem duorum fratrum sunt in quarto gradu: nepotes autem sunt in sexto gradu, vnde semper duplatur gradus secundũ computationẽ legalẽ supra computationẽ canonicã: ratio diuersitatis est, quia leges attẽdunt descẽsum à cõmuni patre ex vtraq; parte, & quia quilibet filius distat à patre vno gradu, ideo dicuntur distare inter se duobus gradibus. Ius aut canonicũ nõ attendit naturam personarum descendentium, sed quantitatem descensus: quæ cum sit vna in duobus fratribus respectu patris, non dicuntur distare inter se nisi vno gradu. Alia vide in litera S. Tho.

Quæstio. 57.

De impedimento affinitatis.

DEINDE considerandum est de impedimento affinitatis.
CIRCA quod queruntur vnde cum.
PRIMO, vtum affinitas ex matrimonio causetur?
SECUNDO, vtum maneat post mortem viri aut vxoris?
TERTIO, vtum causetur ex illicito concubitu?
QUARTO, vtum ex sponsalibus?
QUINTO,

QUINTO, *utrum affinitas sit causa affinitatis?*

SEXTO, *utrum affinitas matrimonium impediatur?*

SEPTIMO, *utrum affinitas habeat per se ipsam gradus?*

OCTAVO, *utrum gradus eius extendatur sicut gradus consanguinitatis?*

NONO, *utrum matrimonium quod est in consanguineos & affines semper sit dirimendum per diuortium?*

DECIMO, *utrum ad dirimendum tale matrimonium sit procedendum per viam accusationis?*

VNDECIMO, *utrum in tali causa sit procedendum per testes?*

Articul. primus

Utrum ex matrimonio consanguinei affinitas causetur?

Tho. 4. dist. 43. q. vnica, & sequen.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod ex matrimonio non consanguinei affinitas non causetur, quia propter quod vnum quodque illud magis: sed mulier ducta in matrimonium non coniungitur alicui de consanguinitate viro: cum ergo non fiat viro affinis, nec alicui consanguineorum affinis erit.

PRÆTEREA, eorum quæ sunt ab inuicem separata, si vni aliquid coniungitur, non oportet propter hoc quod sit alteri coniunctum: sed consanguinei iam sunt ad inuicem separati: ergo non oportet quod si aliqua mulier coniungatur alicui viro quod propter hoc coniungatur consanguineis eius omnibus.

PRÆTEREA, relationes ex aliquibus unionibus innascuntur: sed nulla unio fit in consanguineis viri per hoc quod ille duxit uxorem: ergo non accrescit eis affinitatis relatio.

SED contra est, quia vir & uxor efficiuntur vna caro: si ergo vir secundum carnem omnibus suis consanguineis attinet, & mulier ea-

dem ratione attinebit eisdem:

PRÆTEREA, hoc patet per auctoritates in litera a Magistro adductas.

RESPONDEO dicendum, quod amicitia quædam naturalis, in communicatione naturali fundatur: naturalis autem communicatio est duobus modis, secundum Philo. 8. Ethic. vno modo per carnis propagationem. Alio modo per coniunctionem ad carnis propagationem ordinatam. Vnde ipse ibidem dicit quod amicitia viri ad uxorem est naturalis: vnde sicut persona coniuncta alteri per carnis propagationem, quoddam vinculum naturalis amicitie facit, ita si coniungatur per carnalem copulam: sed in hoc differt quod persona coniuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius patri, sit particeps eiusdem radicis communis & sanguinis: vnde eodem genere vinculi colligatur filius consanguineis patris quo pater coniungebatur. scilicet consanguinitate: quamuis secundum alium gradum propter maiorem distantiam à radice: sed persona coniuncta per carnalem copulam non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi extrinsecus adiuncta: & ideo ex hoc efficitur aliud genus vinculi, quod affinitas dicitur: Et hoc est quod in versu dicitur, Mutat nupta genus, sed generata gradus: quia persona scilicet generata fit in eodem genere attinentia, sed alio gradu, per carnalem vero copulam fit in alio genere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quævis causa sit potior effectu, non tamen oportet semper quod nomen idem effectui & causæ conueniat, quia quandoque illud quod est in effectu inuenitur in causa non eodem modo, sed altiori: & ideo non conuenit causæ & effectui per idem nomen, nec per eandem rationem, sicut patet in omnibus causis & quocumque agentibus: & hoc modo coniunctio viri & uxoris, est potior quam coniunctio uxoris ad consanguineos viri, non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium quod est vnitas quædam, sicut homo est sibi ipsi idem, non consanguineus.

AD SECVNDVM dicendum, quod consanguinei sunt quodam modo separati, & quodam modo coniuncti, & ratione coniunctionis accedit quod persona quæ vni coniungitur aliquomodo, omnibus coniungatur: sed propter separationem

parationem & distantiam accedit quod persona quæ vni coniungitur vno modo, alij coniungatur alio modo, vel secundum genus, vel secundum alium gradum.

AD TERTIVM dicendum, quod relatio quædoque innascitur ex motu vtriusque, extremi, sicut paternitas & filiatas, & talis relatio est realiter in vtroque: quædoque vero innascitur ex motu alterius tantum. Sed hoc contingit dupliciter. Vno modo quando relatio innascitur ex motu vnius sine motu alterius, vel præcedenti, vel concomitante: sicut in creatore & creatura patet, & sensibili & sensu: & scientia & scibili: & tunc relatio est in vno secundum rem, & in altero secundum rationem tantum. Alio modo quando innascitur ex motu vnius sine motu alterius tunc existente, non tamen sine motu præcedente: sicut equalitas fit inter duos homines per augmentum vnius, sine hoc quod alius tunc augeatur: sed tamen prius ad hanc quantitatem quam habet per aliquem motum vel mutationem peruenit: & ideo in vtroque extremorum talis relatio realiter fundatur: & similiter est de consanguinitate & affinitate, quia relatio fraternitatis quæ innascitur aliquo puero nato alicui iam procreto, causatur quidem, sine motu tunc existente, sed ex motu ipsius præcedente, scilicet generationis eius. Hoc enim ei accedit quod ex motu alterius sibi tunc talis relatio innascitur: Similiter ex hoc quod iste descendit per generationem propriam ab eadem radice cum viro, provenit affinitas in ipso ad uxorem sine aliqua noua mutatione ipsi.

CIRCA hunc articulum, & omnes alios huius questionis est primum dubium, An ex matrimonio oriatur aliqua affinitas quæ sit vinculum: nempe frater meus duxit uxorem quæ mihi nullo vinculo carnaliter iuncta, an ex illo matrimonio oriatur aliqua affinitas? Ad quod responderetur ex sententia omnium Doctorum affirmatiue, nempe quod ex prædicto matrimonio oriatur quoddam vinculum quod vocatur affinitas: hoc probat S. Tho. quia ex matrimonio vir & uxor sunt vna caro, iuxta illud Mat. 19. erunt duo in carne vna: si ergo sunt vna caro, uxor fratris mei est affinis mihi, cum aliquo modo attineat ad me: & hæc coniunctio non vocatur consanguinitas, quia consanguinitas est quædoque est commixtio sanguinis, & vnus descendit ab alio: in

matrimonio autem non commiscetur sanguis. Et hæc conclusio est certa, & ab omnibus recepta sine controuersia. Sed hæsitabis an affinitas sit vinculum naturale: vel solum ex ecclesiæ ordinatione, quia vinculum consanguinitatis est naturale, ideo dubium est an etiam affinitas sit vinculum naturale: Et videtur quod vinculum affinitatis non sit naturale, sed sit solum de iure humano: quia consanguinitas fundatur in quodam fundamento naturali, & affinitas videtur quod tantum fundetur in quodam voluntario, & cetera. quod frater meus voluit ducere Mariam. ¶ His non obstantibus dico quod aliqua affinitas est vinculum naturale & non inuentum humanum, quia fundatur in re naturali & non artificiali, cum fundetur in matrimonio quod est vinculum naturale, cum annumeretur inter res naturales ut superius diximus: Vnde Aris. dicit quod matrimonium est quædam amicitia naturalis, sicut etiam inter socerum & generum est amicitia quædam, quia hæc fuerunt nomina amicitie, nempe locer, gener. Et probatur ratione S. Tho. quia hoc quod diximus quod coniuges sunt vna caro, est de iure naturali & non humano, & si re vera essent vna caro, fieri non posset quin consanguineus vnus fieret consanguineus alterius: sed cum quodam modo sint vna caro, quodam etiam modo consanguinei vnus pertinent ad alterum: Et supra diximus quod vinculum inter priuignum & nouercam est naturale, & quod impedit matrimonium, & si hoc ita est, manifestum est quod aliqua affinitas est naturalis. Et hoc asserunt Syluester, Antoninus, Paludanus, nempe quod est aliqua affinitas naturalis quæ impedit matrimonium. Sed dubium est an omnis affinitas quæ impedit matrimonium, sit vinculum naturale, vel vna sit & alia non. Et videtur quod non omnis affinitas sit vinculum naturale, quia aliquando fuerunt prohibiti septem gradus affinitatis, sicut & consanguinitatis, & postea redacti sunt ad 4. gradus: igitur 5. & 6. & 7. erant tantum de iure humano & non naturali: eodem modo posset ecclesia nunc restringere intra secundum gradum, & per consecutionem tertius gradus non erat naturale vinculum. Ad hoc dico, quod omnis illa affinitas quæ iure humano impedit matrimonium, est naturalis, si sequatur ex ipso matrimonio, quia secluso omni iure humano inuenitur apud omnes gentes illa amicitia inter cognatos & consanguineos: hoc probatur, quia ecclesia non facit affinitatem nec consanguinitatem: quædo enim ecclesia prohibuit illos gradus, non dixit quod maritus uxoris vel nouerca sit affinis: sed dixit quod illa affinitas impedit matrimonium: Cum ergo sint quatuor gradus affinitatis, & prius erant septem, inferitur corollarium quod non solum est in quarto gradu, sed etiam in septimo naturale vinculum: probatur, quia aliquando illa

impediuit matrimonium, & ecclesia non fecit vinculum, cum inter affines etiam ultra quartum gradum sit quædam amicitia: ergo est vinculum naturale: añs patet, quia experientia docet quòd inter illos qui sunt consanguinei etiã ultra quartum gradum, & quintum, & sextũ, secluso iure humano, est quædam amicitia naturalis: & non fundatur nisi in isto vinculo, vt patet, quia illi qui vocantur, Coutingui aut Bobadilla sunt inter se grati. Et si iterum dubites, an sit stat⁹ in septimo gradu, aut processus sit in infinitum vel in plures gradus: vnde igitur constat ecclesiã, quòd in septimo & nõ in octauo gradu inueniatur illa amicitia: dico sicut iam supra diximus de consanguinitate ascendentiũ & descendentiũ, falsum esse quod dicit Scotus, & aliqui alij, nempe quòd sit cõsanguinitas inter me & Adamũ: Sed diximus quòd non potest sciri quantum se extēdat illa cõsanguinitas nisi ab effectu. Est enim amicitia naturalis inter auum & neptẽ, vt docet experientia, quod est intra quartum & quintum, & sextum gradum, sed datur iam tanta distantia nempe inter decimum auum & hunc Petrum, in qua iam non est aliquod vinculũ, quia iam non reperitur amicitia inter illas personas. Et eodem modo loquendum est de cõsanguinitate & affinitate in linea transuersalia.

Artic. secundus

Vtrum affinitas maneat post mortem viri aut vxoris?



D SECUNDO sic proceditur. Videlicet quòd affinitas non maneat post mortem viri inter consanguineos viri & vxoris, quia cessante causa cessat effectus: sed causa affinitatis fuit matrimonium, quod cessat in morte viri, quia tunc soluitur mulier a lege viri, vt dicitur 1. ad Corin. 7. ergo nec affinitas prædicta manet.

PRAETEREA, consanguinitas causat affinitatem: sed consanguinitas viri cessat per mortem ad consanguineos suos: ergo & affinitas vxoris ad eos.

SED contra, affinitas ex consanguinitate causatur: sed consanguinitas est perpetuum vinculum quamdiu persona viuũt: ergo & affinitas: & ita non soluitur affinitas soluto

matrimonio per mortem persone:

RESPONDEO dicendum, quòd relatio aliqua esse desinit dupliciter. Vno modo ex corruptione subiecti: Alio modo ex subtractione cause: sicut similitudo desinit quando alter similitudine moritur, vel quãdo qualitas quæ erat causa similitudinis subtrahitur. Sunt autem quedam relationes quæ habent pro causa actionem vel passionem, aut motum: vt in 5. Meta dicitur: quarum quedam causantur ex motu in quantum aliquid mouetur actu, sicut ipsa relatio quæ est mouentis & moti: quedam autem in quantum habent aptitudinem ad motum, sicut motuum & mobile: dominus & seruus: Quedam autem ex hoc quòd aliquid prius motum est, sicut pater & filius, non ex hoc quòd est generari, nunc ad inuicem dicuntur, sed ex hoc quòd est genitum esse: aptitudo autem ad motum & ipsum moueri transit: sed motum esse perpetuum est, quia quod factum est nunquam desinit esse factum: & ideo paternitas & filiatione nunquam destruntur per subtractionem cause, sed solum per corruptionẽ subiecti per alterutrum extremorum. Et similiter dicendum est de affinitate quæ causatur ex hoc quòd aliqui coniuncti sunt non ex hoc quòd coniunguntur: vnde non dirimitur manentibus illis personis inter quas affinitas est contracta, quamuis moriatur, persona ratione cuius contracta fuit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quòd coniunctio matrimony causat affinitatem non solum ex hoc quòd est actu coniungi, sed secundũ hoc quòd est prius coniunctum esse.

AD SECUNDO dicendum, quòd consanguinitas non est proxima causa affinitatis, sed coniunctio ad consanguineum non solum quæ est, sed quæ fuit: & propter hoc ratio non sequitur.

Articul. tertius

Vtrum illicitus concubitus affinitatem causet?

AD



TERTIUM sic proceditur. Videlicet quòd illicitus concubitus affinitatem nõ causet. Quia affinitas est quædam res honesta: sed res honesta nõ causatur ex inhonestis: ergo ex inhonesto concubitu nõ potest affinitas causari. **PRAETEREA**, vbi est consanguinitas nõ potest esse affinitas, quia affinitas est proximitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carẽs parentela: sed cõtingeret ad cõsanguineos & ad seipsum esse affinitatem si illicitus concubitus affinitatem causaret, sicut quãdo homo carnaliter cõsanguineã suã incestuose cognoscit: ergo affinitas nõ causatur ex illicito concubitu. **PRAETEREA**, illicitus concubitus est secundũ naturam & contra naturam: sed in illicito concubitu contra naturam nõ causatur affinitas, vt iura determinant: ergo nec ex illicito concubitu secundũ naturam tantum. **SED** cõtra est, quòd adharens meretrici vnũ corpus efficitur, vt patet 1. ad Cor. 6 sed ex hac causa matrimonium affinitatem causabat: ergo pari ratione illicitus concubitus. **PRAETEREA**, carnalis copula est causa affinitatis, vt patet per diffinitionem affinitatis, quæ est talis: Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens omni carẽs parentela. sed carnalis copula est etiam in illicito concubitu: ergo illicitus concubitus affinitatem causat. **RESPONDEO** dicendum, quòd secundũ Phil. 8. Ethic. Cõiunctio viri & vxoris dicitur naturalis principaliter propter proles productionem, & secundario propter operum cõmunicationem, quorum primum pertinet ad matrimonium ratione carnalis copula, sed secundũ in quantum est quedam societas in cõmune vitam. Primum autem horum est inuenire in qualibet carnali copula, vbi est cõmixtio seminum, quia ex talis copula potest proles produci quamuis secunda desit: & ideo quia matrimonium affinitatem causabat secundũ quòd erat quedam carnalis cõmixtio, etiam fornicarius concubitus affinitatem causat, in quantum habet aliquid de carnali coniunctione. **AD PRIMUM** ergo dicendũ, quòd in fornicario concubitu est aliquid naturale, quod est

commune fornicationi & matrimonio, & ex hac parte affinitatem causet: aliud est ibi inordinatum, per quod à matrimonio diuiditur, & ex hac parte affinitas nõ causatur: vnde affinitas semper honesta remanet, quãuis causa aliquomodo sit inhonesti.

AD SECUNDO dicendum, quòd nõ est inconueniens relationes ex opposito diuersas eidem inesse ratione diuersorum: & ideo potest inter aliquas duas personas esse affinitas, & cõsanguinitas, nõ solum per illicitum concubitũ, sed etiã per licitũ: sicut cõsanguineus meus ex parte patris duxit in vxorem cõsanguineã meã ex parte matris vnde cũ dicitur in definitione affinitatis, omni carẽs parentela, intelligendum est, in quantum huiusmodi: nec tamen sequitur quòd aliquis cõsanguineã suã cognoscens sibi ipsi sit affinis, quia affinitas, sicut cõsanguinitas diuersitatem requirit, sicut & similitudo.

AD TERTIUM dicendũ, quòd concubitus contra naturã nõ habet cõmixonẽ seminum quæ possit esse causa generationis: & ideo ex tali concubitu nõ causatur affinitas.

EX dictis in hoc articulo colligitur quòd si frater tuus illegitime concubuit cum Maria, gratia exempli, illa Maria est tibi affinis, & consanguinei Mariæ sunt affines fratris tui, quod constat ex multis locis iuris canonici & ciuilis: habetur enim, de eo qui cognouit cõsanguineã vxori, per totum: & in cap. Iuuenis, de spõs. & matrimonio: & hæc affinitas sufficit ad impediendum matrimoniũ & in hoc omnes conueniunt: & sũmiste allegant aliquos Iureconsultos dicentes quòd ex illicito concubitu nõ causatur affinitas: sed nõ probant, & ideo non tenentur. Maius dubium est, an hæc affinitas sit de iure naturali, vel an sit aliquod inuentũ humanum, quia nõ videtur rationale quòd si frater tuus accessit ad meretrici, facta sit tibi affinis in primo gradu. Et à parte affirmatiua arguitur ex verbis Pauli 1. ad Cor. 9. qui adhæret meretrici vnũ corpus efficitur cũ ea: & supra dixim⁹ quòd in matrimonio sit vna caro, & tunc cõficio argumentationẽ ad hũc modũ. Qui adhæret meretrici vnũ corpus efficitur cum illa: ergo si frater tuus accedit ad meretricem efficitur vnũ corpus cum illa, & frater tuus est tibi coniunctus, ergo etiam meretrix: ergo est affinitas naturalis. Ad hoc respondet Antonius & Syluest. & Palu. quòd ex illegitimo concubitu est affi-

QQ iij nitas

nitas naturalis: & sicut in affinitate cū nouerca summus pontifex non potest dispensare, quia est affinitas iuris naturalis, ita non potest pontifex dispellere inter te & inter Scortum fratris tui. Mihi autem probabilius videtur prædictā affinitatē esse de iure humano: probatur, quia non oritur amicitia naturalis ex cōcubitu illegitimo, quā non inuenitur apud omnes talis amicitia naturalis inter Franciscum, verbi gratia, & Scortum fratris eius: & forte quod nō est vinculum naturale, & ideo neq; inter consanguineos meos & Scortum fratris est affinitas naturalis: probatur, quia si esset affinitas naturalis impediret matrimoniū iure naturali, sed non inuenitur hoc, ergo non est affinitas naturalis. Quod autem nō inueniatur affinitatē prædictā impedire matrimoniū de iure naturali: probatur, quia nō in Leuit. nec alibi, ergo non inuenitur. Aliqui tamen dicunt quod illud quod prohibetur in Leuit. etiā intelligitur de concubitu illegitimo. Sed quidquid isti dicāt manifestū est illud nō inueniri in Leuit. & nos probabimus oppositum, nempe quod non prohibentur ibi gradus æquales, sed solū illi qui ibi formaliter scribuntur: & confirmatur, quia affinitas & cōsanguinitas sunt nomina imposta ad significandū amicitiam, vocamus socrum, priuignū, generum, quæ sunt nomina affinitatis & cōsanguinitatis: sed nulla sunt nomina inter Scortū patris mei & me, neq; apud scriptores inueniuntur talia nomina inter filium & Scortum patris sui, vnde in affinitate quæ venit ex illegitimo concubitu summus pontifex potest dispensare, nempe quod ducas Scortum patris tui: quod est contra palud. qui oppositum asserit.

¶ **SE D** dubitabis, an affinitas oriatur ex solo matrimonio sine copula carnali, nempe frater meus duxit Mariam, & mortu' est antequam accederet ad eam, an hæc Maria sit mihi affinis? & videtur quod non ex finitione affinitatis, Ostent. enim & Doctores diffiniūt hoc modo: Affinitas est propinquitas personarū, quæ causatur ex copula carnali: ergo videtur quod nō sit affinitas sine copula carnali. In oppositum est S. Tho. dicens in art. 4. sequenti ad secundū argumētum, quod ex tali matrimonio causatur publica honestas iustitiæ, quæ impedit matrimonium quantumcunq; nunquam secuta fuerit copula carnalis.

¶ **I**deo dico ad dub. propositum quod difficultas est de nomine, nempe quomodo prædictā propinquitas vocetur, affinitas. s. vel publica honestas? Panor. autem in tit. de spons. & matrimonio, dicit quod nō vocatur affinitas sine copula carnali, sed vocatur publica honestas iustitiæ. Theologi autem vocant affinitatem. Et probatur quod melius dicāt Theologi, quia Theologi & prædicti etiam in iure Pontificio dicunt quod illa affinitas est vinculum quod-

dam quod vocatur publica honestas iustitiæ, quod vinculum oritur ex matrimonio, sed cōtracto matrimonio ante copulam carnalem oritur amicitia naturalis: ergo & vinculū naturale quod ex amicitia nascitur. Quomodo autem causetur ista affinitas ex illegitimo cōcubitu, an ex quacūque pollutione, nempe ex tactibus impudicis & extraordinarijs pollutionibus. Dico quod S. Tho. in isto art. 3. dicit quod istud vinculū causatur ex copula carnali, vbi est commixtio seminum: ex istis verbis S. Th. colligitur quod ex quacūque pollutione extrā ordinaria vbi non est seminum cōmixtio qualis est illa pollutio quæ sequitur in tactibus impudicis, non est affinitas: & hæc propositio est certa & ab omnibus recepta.

¶ **SE D** contra hoc est, quod habetur in cap. Iuuenis, de spons. & matrimonijs: & in cap. fraternitatis tue: & in cap. prædicto Iuuenis, referitur casus, nempe quod quidam tentauit corrūpere puellam 7. annorū, & postea duxit sororem eiusdem puellæ, consultus fuit pontifex an possit perseverare cum illa vxore, & respōdit pontifex quod non, & præcepit quod illi cōiuges separarentur: ergo aliqua est pollutio extrāordinaria ex qua sequitur affinitas impediens matrimonium, in qua non fuit cōmixtio seminum, cum prædicta puella 7. annorū non seminaret: & in cap. fraternitatis ponitur idem casus, nēpe quod quidā pollutus est in accessu ad fœminā extra vas fœminæ, & non fuit cōmixtio seminum, nihilominus prohibetur à matrimonio consanguinearū illius cum qua fuit pollutus: ergo ex qualibet pollutione extrāordinaria nascitur affinitas.

¶ **AD** hoc dico, quod si ille prædictus qui cōcubuit cū puella 7. annorū ex parte sua seminavit, & aperuit claustra puellæ, licet puella nō seminaret causatur affinitas, quia non est necessarium etiam ad conceptionem quod fœmina seminet: & sic intelliguntur iura, quando dicunt quod ex omni concubitu ex quo possit sequi proles & commixtio seminum causatur affinitas, & ex nullo alio: & hoc confirmat S. Tho. Vnde colligitur quod esto quis nō intret claustra pudoris, sed facit aliquem actū, vnde possit sequi proles, sequitur affinitas. Secūdo colligitur quod si spado aperiret virginem nō sequitur affinitas, quia ex tali actu non potest sequi proles, nec seminis commixtio.

¶ **H**æsitabis tamē, an affinitas de iure naturali impediat matrimoniū. Dico quod non omnis affinitas impedit matrimoniū iure naturali, sed aliquæ sunt affinitates quæ solum de iure humano impediūt matrimoniū, vt constat ex aliquibus cap. in iure. De nouerca autem dicimus esse probabile, quod de iure naturali impedit matrimoniū. Si autē omnis affinitas esset de iure humano, si Sarracenus acciperet affiné in vxorē, & postea cōuerteretur ad fidē nō est separan-

separandus. Quomodo autē cōputentur affinitates, dico quod sicut cōputantur cōsanguinitates: quia in eodē gradu est aliqua persona affinis alteri, in quo est consanguinea. ¶ **S**i autē quæras, an ex vna affinitate oriatur alia affinitas: nēpe frater meus duxit Mariam, & Maria habet Ioānē fratrem, qui accepit vxorē, an inter me & vxorē Ioannis sit aliqua affinitas? Dicendum quod non, quia sic esset processus in infinitum quod ius non admittit.

Articu. quartus

Vtrum ex sponsalibus affinitas causetur?



AD Q V ARTVM sic proceditur. **V**idetur quod ex sponsalibus nulla affinitas causari possit: quia affinitas est perpetuum vinculum, sed sponsalia quandoq; separantur: ergo non possunt esse causa affinitatis.

PRAETEREA, si aliquis claustrum pudoris alicuius mulieris inuasit & aperuit, sed nō peruenit ad operis consumationem, non contrahitur ex hoc affinitas, sed talis est magis propinquus carnali copulæ quàm ille qui sponsalia contrahit: ergo affinitas non causatur ex spōsaliibus.

PRAETEREA, in sponsalibus non fit nisi quedam sponsio futurarum nuptiarum: sed aliquando fit sponsio futurarum nuptiarum, & ex hoc nō contrahitur aliqua affinitas, sicut si fiat ante septenniū, vel si aliquis habeat perpetuum impedimentum tollens potentiam cōcundi, alicui mulieri spondeat futuras nuptias: aut si talis spōsio fiat inter personas quibus nuptiæ per votum reddantur illicitæ, vel alio quocunq; modo: ergo sponsalia non possunt esse causa affinitatis.

SE D contra est, quod Alex. Papa prohibuit mulierem quandam cuidam viro matrimonio coniungi, quia fratri suo fuerat dispensata, quod non esset, nisi per sponsalia affinitas contraheretur: ergo, &c.

RESPONDEO dicendum, quod sicut sponsalia non habent perfectā rationē matrimonij, sed sunt quedam preparatio ad matrimonij,

ita ex sponsalibus non causatur affinitas sicut ex matrimonio: sed aliquid affinitati simile, quod dicitur publica honestatis iustitia, quæ impedit matrimonium sicut & affinitas, & secundū eosdem gradus: & definitur sic, publica honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahens ex ecclesiæ institutione propter eius honestatē: Ex quo patet ratio nominis & causa, quia, s. talis propinquitas ab ecclesiā instituta est propter honestatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sponsalia non ratione sui, sed ratione eius ad quod ordinantur causant hoc genus affinitatis, quod dicitur publica honestatis iustitia, et ideo sicut matrimonium est perpetuum vinculum, ita & prædictus affinitatis modus.

AD SECVNDVM dicendum, quod vir & mulier efficiuntur in carnali copula vna caro per commixtionem seminum: vnde quantumcunq; claustrum pudoris inuadat vel frangat, nisi commixtio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas, sed matrimonium affinitatem causat non solum ratione carnalis copulæ, sed etiam ratione societatis cōiugalīs, secundū quam etiam matrimonium naturale est. Vnde & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonij per verba de presenti ante carnalem copulam, & similiter ex sponsalibus in quibus fit quedam pactio conugalīs societatis: contrahitur aliquid affinitati simile, vt publica honestatis iustitia.

AD TERTIVM dicendum, quod omnia impedimenta quæ faciunt sponsalia non esse spōsalia, non permittunt ex pactioe nuptiarū affinitatem fieri: vnde si uel habens defectū ætatis, siue habens votum solenne continentie, aut aliquod huiusmodi impedimentum, sponsalia de facto contrahat, ex hoc non sequitur aliqua affinitas: quia sponsalia nulla sunt, nec aliquis affinitatis modus. Si tamen aliquis minor, frigidus vel maleficiatus habens impedimentum ante annos pubertatis, post septenniū contrahat sponsalia cū adulta, ex tali contractu contrahitur publica honestatis iustitia, quia adhuc non erat in actu impediendi, cum in tali ætate puer, frigidus & non frigidus quantum ad actum illum sit æqualiter impotens.

CIRCA istum 4. art. est aduertendum, quod hoc impedimentum matrimonij quod dicitur publica honestas, est inuentum ab ecclesia, & causatur etiam ex sponsalibus de futuro, & impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum, nempe Ioannes duxit Mariam, & mortuus est antequam conuenirent, Petrus frater Ioannis non potest ducere Mariam, & impedit usque ad quartum gradum sicut in consanguinitate, ita quod nullus consanguineus Ioannis infra quartum gradum poterit ducere Mariam illam.

¶ Sed circa tertium argumentum S. Tho. est dub. si sponsalia sunt nulla ex aliquo impedimento iuris, nempe, quia vir contraxit cum consanguinea, vel ex quacumque causa: an illa publica honestas impediat matrimonium? Ad quod respondet S. Tho. quod ex quacumque causa sponsalia sint nulla, vinculum est nullum: & S. Tho. sequutus est rationem naturalem, quia cessante causa cessat effectus. Nihilominus post S. Thomam, & eius tempora Bonifacius 8. in cap. vnico, de spons. & matrimo. lib. 6. respiciens ad consensum celebrantium sponsalia, dicit quod ex quibuscumque sponsalibus pueris & non conditionatis, etiam si causa aliqua sint nulla, dummodo non desit consensus vtriusque sponsi, oritur efficax impedimentum ad impediendum futura sponsalia: & quia hoc est de iure humano, standum est in determinatione ecclesie.

¶ Deinde est aduertendum quod Magister sent. in fine dist. 41. & alij Theologi tractant aliqua de filiis illegitimis, moti ratione affinitatis quae contrahitur ex illegitima copula carnali, & illegitimi filij dicuntur qui procreantur contra legem diuinam vel humanam, & illi filij ex concubitu illegitimo sunt contra legem naturalem, & de his filiis illegitimis multa tractatur a iure consultis, ex quibus aliqua pauca referemus quae attinent ad Theologos.

¶ **V**NDE est primum dub. an parentes teneantur alere filios illegitimos quos genuerunt contra matrimonium? Ad quod dicendum quod filij illegitimi possunt considerari ante usum rationis, vel post usum rationis: si considerentur ante usum rationis tenentur pater & mater alere praedictos filios: probatur hoc ex consuetudine gentium, quia gentes reputant homicidas eos qui relinquunt filios quamlibet sint illegitimi: & esto quod parentes sciant quod alij alerent pueros illos, credo quod peccat mortaliter si exponant praedictos filios etiam cum scientia quod aliquis alius susciperet illos, secus si ex aliquo condictione vel pactione vel ratione alia quis peteret a parentibus praedictos filios, vel precibus parentum susciperet illorum curam, quia iam tunc parentes prouident filiis suis. Quod autem peccent mortaliter praedicti parentes si exponant filios suos illegitimos, probatur secundo, quia tenentur illos alere ra-

tionem cognationis & consanguinitatis. ¶ Si autem huiusmodi filij considerentur post usum rationis, est dubium, an parentes teneantur illos alere? & aliqui Doctores distinguunt, nam aliqui sunt filij illegitimi naturales & sunt illi qui non sunt ex concubitu damnabili, ut sunt illi qui sunt geniti ex simplici fornicatione cum femina soluta. Alij autem sunt qui generantur ex concubitu damnabili, nempe ex adulterio aut moniali, aut filij clericorum. Tunc dicunt praedicti Doctores, quod parentes tenentur alere filios illegitimos naturales etiam in usu rationis constitutos, ut sunt filij geniti ex simplici fornicatione cum femina soluta, qui habentur quasi ex vxore: & sic determinatur legibus humanis & ciuilibus, quod huiusmodi parentes tenentur dare illis alimentum. De filiis autem illegitimis qui sunt ex damnabili concubitu dicunt quod non tenentur parentes dare illis alimenta postquam sunt constituti in usu rationis.

¶ Sed ego dico quod stando praecise in lege naturali non est differentia inter filios illegitimos naturales, & alios ex damnabili concubitu genitos, quia etiam damnatur vnus concubitus, sicut & alius apud Deum. ¶ An autem in aetate perfecta teneantur parentes alere filios illegitimos genitos ex damnabili concubitu, dub. est. Sylueit. & alij alij dicunt, quod in foro conscientiae parentes tenentur alere omnes filios etiam non naturales licet non teneantur secundum legem humanam.

¶ **E**T si arguas, leges humanae obligant in foro conscientiae: ergo parentes sunt exempti ab illa obligatione alendi filios non naturales. Posset responderi quod leges non cogunt nec prohibent: ista enim bene compatitur, quod teneantur alere illos, & non legibus humanis. Sed nescio an hoc sit omnino verum: & ideo certum est parentes teneri ad alendum filios legitimos lege naturali, quia ad illud se obligant per matrimonium, & leges hoc ipsum praecipiant. De filiis autem illegitimis non est ad hoc certum an lege naturali teneantur parentes illos alere: & postquam leges non cogunt, videtur quod non teneantur illos alere, maxime postquam sunt constituti in usu rationis. Ex alia parte videtur quod teneantur alere, quia alias praerberent occasionem peccati mortalis, nempe homicidij, quia nec alij alerent, ideo perirent paruuli illi. Ideo magis prius & Christianius est dicere quod parentes tenentur alere filios oes illegitimos. Verum est tamen quod postquam sunt in adulta aetate non tenentur parentes filios illegitimos alere, quia non probatur sufficienter oppositum, cum filij illegitimi praetereantur ab omnibus in testamentis, signum est, quod iure naturali parentes non tenentur alere illos.

EST tamen dubium quantum ad successionem haere-

hereditatis, an filij illegitimi possint succedere parentibus? Ad quod dico, quod stando in lege naturali non succedunt, nec parentes obligantur relinquere patrimonium suum filiis illegitimis, etiam si non habeant alios filios: lex tamen humana aliud habet, Est namque lex humana disponens, quod si pater decedit ab intestato, succedunt in hereditate filij illegitimi naturales, & tenentur parentes illos alere, matris vero succedunt etiam si habeat alios filios legitimos. Aliae leges in alijs regnis & prouincijs aliter disponunt & ordinant istam successionem: ideo in hoc standum est dispositioni iustae legis. Alij autem filij illegitimi qui sunt ex damnabili concubitu, non possunt succedere in bonis patrum, in poenam ut omnes arceantur ab illo concubitu: & si filius clerici genitus ex adulterio succedat in bonis patris, confiscantur illa bona.

SED est dubium, si clericus in testamento non constituit filium haerem, eo quod secundum leges confiscantur illa bona, sed conuenit cum alio & dicit ei: ego non possum dare ista bona filio meo, sed dabo tibi, & faciam te haerem, ut postea des filio meo, an teneatur praedictus iste nominatus haeres dare illa bona filio clerici?

ET secundo est dub. an illa bona confiscarentur? Ad quorum primum dico, quod praedictus nominatus haeres tenetur restituere illa bona filio clerici, quia cum illo pacto & conditione suscepit ea. ¶ Ad secundum dico, quod in foro conscientiae ille nominatus haeres interim non aduenit tempus constitutum in quo debet ea reddere filio clerici, & filius clerici postquam receperit potest praedicta bona retinere licite. Si autem Rex sciret, posset illa confiscare: & dico quod praedicti haeres vel filius clericus licite possunt retinere praedicta bona, ut declaratum est respectu regis vel aliorum quousque condemnarentur, & bona conformiter ad leges confiscarentur, quia cum sit lex poenalis non obligat in conscientia usque ad sententiam iudicis.

Artic. quintus.

Vtrum affinitas sit causa affinitatis?



AD QUINTVM sic proceditur. Videtur etiam quod affinitas sit causa affinitatis. Quia Iulius Papa dicit, consanguineam relictam vxoris suae nullus ducat vxorem. Et in sequenti cap. dicitur quod duae consan-

guineorum vxores vni viro altera post alteram nubere prohibentur, sed hoc non est nisi ratione affinitatis quae contrahitur ex coniunctione ad affinem: ergo affinitas est causa affinitatis.

PRAETEREA, carnalis commixtio coniungit, sicut & carnalis propagatio: quia equaliter computatur gradus affinitatis & consanguinitatis. sed consanguinitas est causa affinitatis: ergo & affinitas.

PRAETEREA, quaecumque vni & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem: sed vxor viri alicuius efficitur eiusdem attinentiae cum omnibus consanguineis viri: ergo & omnes consanguinei viri sui efficiuntur vnum cum omnibus qui attinent mulieri per affinitatem: & sic affinitas est causa affinitatis. **S**ED contra, si affinitas ex affinitate causatur, aliquis qui cognouisset duas mulieres, neutram earum posset ducere in vxorem, quia secundum hoc altera efficeretur alteri affinis: sed hoc est falsum: ergo affinitas non causat affinitatem.

PRAETEREA, si affinitas ex affinitate nascitur, aliquis contrahens cum vxore defuncti, fieret affinis omnibus consanguineis prioris viri, ad quos mulier habet affinitatem: sed hoc non potest esse, quia maxime fieret affinis viro defuncto: ergo &c.

PRAETEREA, consanguinitas est sortius vinculum quam affinitas, sed consanguinei vxoris non efficiuntur affines consanguinei viri: ergo multo minus affines vxoris efficiuntur eis affines, & sic idem quod prius.

RESPONDEO dicendum, quod duplex est modus quo aliquid ex alio procedit. Vnus secundum quem aliquid procedit in similitudinem speciei, sicut ex homine generatur homo. Alius secundum quem non procedit similem speciem, & hic processus semper est in inferiorē speciem, ut patet in omnibus agentibus aequiuocis. Primus autem modus processionis quouiescunt; iteretur semper manet eadem species, sicut ex homine generatur homo per actum generatiue virtutis, & ex hoc generabitur homo, & sic deinceps. Secundus autem modus sicut in primo, facit aliam speciem: ita quiescunt; iteretur

teretur aliam speciem facit, ut ex puncto per
 morum procedit linea, non punctus, quia pun-
 ctus motus facit lineam, & ex linea linealiter
 motus non procedit linea, sed superficies, & ex
 superficie corpus, & ulterius per talem modum
 processus aliquis esse non potest. Inuenimus
 autem in processu attinentie duos modos qui-
 bus vinculum huiusmodi causatur. Vnus per
 carnis propagationem, & sic semper facit eam-
 dem speciem attinentie. Alius per matrimoni-
 alem coniunctionem: & hac facit aliam speci-
 em in principio: sicut patet, quod coniuncta
 matrimonialiter, consanguineo viri non sit
 consanguinea sed affinis. Vnde si etiam ille
 modus procedendi iteratur non erit affinitas,
 sed aliud attinentie genus. Vnde persona que
 matrimonialiter affini coniungitur, non est
 affinis, sed est aliud genus affinitatis, quod di-
 citur secundum genus. Et rursus si affini in
 secundo genere aliquis per matrimonium con-
 iungatur, non erit affinis in secundo genere
 sed in tertio, ut hoc versus supra positum ostendit-
 tur. Mutat nupta genus sed generata gradus.
 Et hæc duo genera olim erant prohibita prop-
 ter publicæ honestatis iudicium magis quam
 propter affinitatem, quia deficiunt à vera affi-
 nitate, sicut illa que ex sponsalibus contrahi-
 tur. Sed modo illa prohibitio cessauit & rema-
 net sub prohibitione solum primum genus affi-
 nitatis, in quo est vera affinitas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ali-
 cui viro consanguineus uxoris sue efficitur
 affinis in primo genere. Et uxor eius in secun-
 do. Vnde mortuo viro qui erat affinis non pote-
 rit eam ducere in uxorem propter secundum
 affinitatis genus. Similiter autem si aliquis
 viduam in uxorem ducat, consanguineus pri-
 oris viri qui est affinis uxori in primo genere
 efficitur affinis secundo viro in secundo gene-
 re, & uxor illius consanguineique est affinis
 uxori viri huius, in secundo genere efficitur
 affinis viro in tertio genere. & quia tertium
 genus erat prohibitum propter honestatem
 quandam magis quam propter affinitatem:
 ideo Canon dicit duas consanguineorum uxores
 vni viro, alteram post alteram nubere pu-
 blicæ honestatis iustitia contradicit: sed talis

prohibitio nunc cessauit.

AD SECVNDVM dicendum, quod quan-
 uis carnalis coniunctio coniungat, non tamen
 eodem genere coniunctionis.

AD TERTIVM dicendum, quod uxor viri
 efficitur eiusdem attinentie cum consanguineis
 viri, quantum ad gradum eundem, sed
 non quantum ad idem attinentie genus. Sed
 quia in oppositum ex rationibus que inducun-
 tur videtur ostendi, quod nullum vinculum ex
 affinitate causatur: ad alias rationes respon-
 dum est, ne antiquæ ecclesiæ prohibitio irratio-
 nalis videatur.

AD QVARTVM dicendum, quod mulier
 non efficitur affinis in primo genere viro cui
 coniungitur carnaliter, ut ex prædictis patet.
 Vnde consequenter alij mulieri à viro eodem
 cognita, non efficitur affinis in secundo gene-
 re: vnde nec ducenti in uxorem vnam carum
 efficitur affinis alij in tertio genere affinitatis,
 & ita duas mulieres cognitas ab eodem viro,
 nec aliqua iura eidem successiue copulari pro-
 hibebant.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut vir
 non est affinis uxori sue in primo genere, ita
 nec efficitur affinis secundo viro eiusdem ux-
 oris in secundo genere, et sic ratio non procedit.

AD SEXTVM dicendum, quod mediante
 vna persona non coniungitur mihi alia, nisi
 ex hoc quod ei adiungitur. Vnde mediante mu-
 liere que mihi est affinis nulla persona fit mi-
 hi attinens, nisi que illi mulieri adiungitur,
 quod non potest esse, nisi per carnis propaga-
 tionem ex ipsa, vel propter coniunctionem ma-
 trimonialem ad eam: & utroque modo aliqua
 attinentia mediante prædicta muliere secun-
 dum antiqua iura mihi proueniebat, quia fili-
 us eius etiam ex alio viro efficitur mihi affinis
 in eodem genere, sed in alio gradu, ut ex regu-
 la prius data patet: & iterum secundus vir
 eius efficitur mihi affinis in secundo genere.
 Sed alij consanguinei illius mulieris, non adiu-
 guntur ei, sed ipsa vel adiungitur eis, sicut pa-
 tri & matri in quantum procedit ab eis, vel
 principio eorundem, sicut fratribus: vnde fra-
 ter affinis mei vel pater non efficitur mihi af-
 finis in aliquo genere.

AR.

Articul. sextus Artic. septimus

Vtrum affinitas matrimoniū
 impediatur?

Vtrum affinitas habeat per se
 gradus?



AD SEXTVM sic proceditur.
 Videtur quod affinitas matri-
 monium non impediatur. Nihil
 enim impedit matrimonium ni-
 si quod est illi contrarium: sed affinitas non con-
 trariatur matrimonio, cum sit effectus eius:
 ergo non impedit matrimonium.

PRÆTEREA, uxor per matrimonium ef-
 ficatur res quedam viri, sed consanguinei de-
 functi viri succedunt in rebus eius: ergo possunt
 succedere in uxore ad quam tantum manet af-
 finitas, ut ostensum est: ergo affinitas non im-
 pedit matrimonium.

SED contra est quod dicitur *Leuit. 18.* Tur-
 pitudinem uxoris patris tuæ non reuelabis. sed
 illa est tantum affinis: ergo affinitas impedit
 matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quod affinitas
 præcedens matrimonium impedit contrahe-
 dum, & dirimit contractum, eadem ratione
 qua & consanguinitas: sicut enim inest necessi-
 tas quedam cohabitandi consanguineis ad in-
 uicem, ita & affinibus: & sicut est quoddam
 amicitie vinculum inter consanguineos, ita
 inter affines: sed si affinitas matrimonio su-
 perueniat, non potest ipsum dirimere, ut supra
 dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod affi-
 nitas non contrariatur matrimonio ex quo cau-
 satur, sed contrariatur matrimonio quod cum
 affine contrahendum esset. in quantum impe-
 diret multiplicationem amicitie, & concupis-
 centie repressionem, que per matrimonium
 queruntur.

AD SECVNDVM dicendum, quod res
 possessæ à viro non efficiuntur aliquid vnum
 cum ipso viro, sicut uxor efficitur vna caro
 cum ipso. Vnde sicut consanguinitas impedit
 matrimonium, vel coniunctionem ad virum,
 ita & ad uxorem viri.



AD SEPTIMVM sic procedi-
 tur. Videtur quod affinitas ha-
 beat etiam per se ipsam gra-
 dus. Cuiuslibet enim propinqui-
 tatis est accipere aliquos per se gradus: sed af-
 finitas propinquitas quedam est: ergo habet gra-
 dus per se, sine gradibus consanguinitatis ex
 quibus causatur.

PRÆTEREA in littera dicitur quod sobo-
 les secundæ coniunctionis non potest transire
 ad consortium affinitatis prioris viri: sed hoc
 non esset nisi filius affinis etiam esset affinis:
 ergo affinitas habet per se gradus sicut consan-
 guinitas.

SED contra, affinitas ex consanguinitate cau-
 satur: ergo & omnes gradus affinitatis cau-
 santur ex gradibus consanguinitatis, & sic
 non habet per se aliquos gradus.

RESPONDEO dicendum, quod res non diui-
 ditur diuisione per se, nisi ratione illius quod
 comperit sibi, secundum genus suum: sicut ani-
 mal per rationale & irrationale, non autem per
 album & nigrum: carnis autem propagatio
 per se comparatur ad consanguinitatem, quia
 ex ea immediate consanguinitatis vinculum
 contrahitur: sed ad affinitatem non compara-
 tur nisi mediante consanguinitate que est cau-
 sa eius. Vnde cum gradus attinentie per pro-
 pagationem carnis distinguantur, distinctio
 graduum per se & immediate comperit con-
 sanguinitati, sed affinitati mediante consan-
 guinitate. Et ideo ad inueniendum gradus af-
 finitatis est regula generalis, quod quoto gra-
 du consanguinitatis attinet mihi vir, toto gra-
 du affinitatis attinet mihi uxor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gra-
 dus in propinquitate attinentie, non possunt
 accipi nisi secundum ascensum, & descensum
 propagationis, ad quam non comparatur affi-
 nitas nisi mediante consanguinitate: & ideo
 non

non

non habet affinitas gradus per se, sed sumptos iuxta gradus consanguinitatis.

AD SECVNDVM dicendum, quod filius affinis meæ ex alio matrimonio, non per se loquendo, sed quasi per accidens dicebatur antiquis affinis: unde prohibebatur à matrimonio magis propter publicæ honestatis iustitiã, quam propter affinitatem: & propter hoc etiam prohibitio est reuocata.

Artic. octauus.

Vtrum gradus affinitatis extendantur sicut gradus consanguinitatis?



AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod gradus affinitatis non extendantur sicut gradus consanguinitatis. Quia

vinculum affinitatis est minus forte quam consanguinitatis, cum affinitas ex consanguinitate causetur in diuersitate speciei, sicut à causa æquiuoca: sed quanto fortius est vinculum, tanto diutius durat: ergo vinculum affinitatis non durat vsq; ad tot gradus ad quos durat consanguinitas.

PRÆTEREA, ius humanum debet imitari ius diuinum: sed secundum ius diuinum aliqui gradus consanguinitatis erant prohibiti, in quibus gradibus affinitas matrimonium non impediabat, sicut patet de vxore fratris, quam aliquis poterat ducere in vxore ipso defuncto, non tamen propriam sororem: ergo & nunc non debet esse prohibitio æqualis de affinitate & consanguinitate.

SED CONTRA, ex hoc ipso est mihi aliqua affinis quod meo consanguineo est coniuncta: ergo in quocunq; gradu sit vir mihi consanguineus, in illo gradu est mihi affinis, & sic gradus affinitatis computari debent in eodem numero sicut gradus consanguinitatis.

RESPONDEO dicendum, quod ex quo gradus affinitatis sumuntur iuxta gradus consanguinitatis, oportet quod tot sint gradus affi-

nitatis quot sunt gradus consanguinitatis: sed tamen quia affinitas est minus vinculum quam consanguinitas, facilius & olim, & nunc dispensatio fit in remotis gradibus affinitatis quam in remotis gradibus consanguinitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa minoritas vinculi affinitatis respectu consanguinitatis facit varietatem in genere attentionis, non in gradibus: & ideo illa ratio non est ad propositum.

AD SECVNDVM dicendum, quod frater non poterat accipere vxorem fratris sui, nisi in casu, quando moriebatur sine prole, ut suscitaret semen fratri suo, quod tunc requirebatur, quando per propagationem carnis cultus religionis multiplicabatur, quod nunc locum non habet: & sic patet quod non ducebat eam vxorem quasi generis propriam personã, sed quasi supplens defectum fratris sui.

Articul. nonus

Vtrum coniugium contractum inter affines vel consanguineos semper sit dirimendum?

Tho. 4. dist. 41. art. 5.



AD NONVM sic proceditur: Videtur quod coniugium quod inter affines vel consanguineos est contractum, non semper sit

per diuortium dirimendum. Quia quod Deus coniunxit homo non separet: cum ergo Deus facere intelligatur quod facit ecclesia quæ quandoq; tales ignoranter coniungit, videtur quod si postmodum in notitiam veniant non sunt separandi.

PRÆTEREA, sauiorabilus est vinculum matrimonij quam dominij: sed homo per longi temporis prescriptionem acquirit dominium in re cuius non erat dominus: ergo per diuortium in re cuius non erat dominus: ergo per diuortium etiam si prius ratum non fuit.

PRÆ-

PRÆTEREA, de similibus simile est iudicium, sed si matrimonium esset dirimendum propter consanguinitatẽ, tunc in casu illo quando duo fratres habent duas sorores in vxores, si vnus separatur propter consanguinitatem, & alius pari ratione separari deberet, quod non videtur: ergo matrimonium non est separandum propter affinitatem & consanguinitatem.

SED CONTRA, consanguinitas & affinitas impediunt contrahendum & dirimunt contractum: ergo si probatur affinitas vel consanguinitas separandi sunt, etiam si de facto contraxerint.

RESPONDEO dicendum, quod cum omnis concubitus præter licitum matrimonium sit peccatum mortale, quod ecclesia omnibus modis impediri conatur, ad ipsam pertinet eos inter quos non potest esse verum matrimonium separare, & præcipue consanguineos & affines qui sine incestu contrahere non possunt carnaliter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ecclesia quamuis dono & autoritate diuina fulciatur, tamen in quantum est hominum congregatio, aliquid de defectu humano in actibus eius peruenit quod non est diuinum, & illa coniunctio quæ fit in facie ecclesiæ, impedimentis ignoratis non habet inseparabilitatem ex autoritate diuina, sed est contra autoritatem diuinam errore hominum inducta, qui excusat à peccato, cum sit error facti quamdiu manet: & propter hoc quando impedimentum ad notitiam peruenit ecclesiæ, debet prædictam coniunctionem separare.

AD SECVNDVM dicendum, quod illa quæ sine peccato esse non possunt nulla prescriptione firmantur: quia ut Inno. dicit, Diuinitas temporis non minuit peccatum sed auget. Nec ad hoc facit aliquid fauor matrimonij quod inter illegitimas personas esse non poterat.

AD TERTIVM dicendum, quod res inter alios acta, alijs non præiudicat in foro contentioso: unde quauis frater repellatur à matrimonio vnus sororum ex causa consanguinitatis, non propter hoc separatur ecclesia aliud matrimonium quod non accusatur: sed in foro consci-

entia non oportet quod semper obligetur ad hoc alius frater ad dimittendam vxorem suam, quia frequenter tales accusationes ex maleuolentia procedunt, & per falsos testes probantur. Vnde non oportet quod conscientiam suã informet ex his quæ circa aliud matrimonium sunt facta. Sed distinguendum videtur in hoc quia aut habet certam cognitionem de impedimento matrimonij, aut opinionem, aut neutram. Si primo modo, nec exigere, nec reddere debitum debet: si secundo modo, debet reddere, sed nõ exigere: si tertio, potest reddere & exigere.

Artic. decimus.

Vtrum ad separationem matrimonij contracti inter affines & consanguineos, sit procedendum per viam accusationis.



AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod ad separationem matrimonij, quod est inter affines & consanguineos contractum non sit procedendum per viam accusationis: quia accusatione præcedit inscriptio qua aliquis se ad talia rem obligat, si in probatione defecerit, sed hæc non requiruntur quando de matrimonij separatione agitur: ergo ibi locum non habet accusatio.

PRÆTEREA, in causa matrimonij audiuntur solum propinqui, ut in litera dicitur: sed in accusationibus audiuntur etiam extraneæ: ergo in causa separationis matrimonij non agitur per viam accusationis.

PRÆTEREA, si matrimonium accusari deberet, tunc præcipue hoc esset faciendum quando minus difficile est quod separatur: sed hoc est quando sunt sponsalia tantum contracta, non autem tunc accusatur matrimonium: ergo nunquam de cætero debet fieri accusatio.

PRÆTEREA, ad accusandum non precluditur via alicui per hoc quod non statim accusat, sed hoc fit in matrimonio, quia si primo ta-

non

Secunda. 4. quest. 57. art. 10.

non potest postea matrimonium accusare quasi suspectus: ergo & c.

SED contra, omne illicitum potest accusari, sed matrimonium affinium vel consanguineorum, est illicitum: ergo de eo potest accusatio esse.

RESPONDEO dicendum, quod accusatio ad hoc est instituta, ne aliquis sustineatur innocens qui culpam habet: sicut autem ex ignorantia facti contingit quod aliquis homo reputatur innocens qui in culpa est, ita ex ignorantia alicuius circumstantie contingit quod aliquod factum reputatur licitum, quod est illicitum: & ideo sicut homo accusatur quandoq; ita & factum ipsum accusari potest, & sic matrimonium accusatur, quando propter ignorantiam impedimenti aestimatur legitimum quod est illegitimum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obligatio ad poenam rationis habet locum quando accusatur persona de crimine, quia tunc agitur ad punitionem eius, sed quando accusatur factum, tunc non agitur ad poenam facientis, sed ad impediendum quod est illicitum: & ideo in matrimonio accusator non se obligat ad aliquam poenam: sed talis accusatio potest & verbis & scripto fieri, ita quod exprimat & persona accusans matrimonium quod accusatur, & impedimentum propter quod accusatur.

AD SECVNDVM dicendum, quod extranei non possunt scire consanguinitatem, nisi per consanguineos, de quibus probabilis est quod sciant. Vnde quando ipsi tacent suspitio habetur contra extraneum quod ex malevolentia procedat, nisi per consanguineos probare voluerit. Vnde repellitur ab accusatione quando sunt consanguinei qui tacent & per quos probare non potest, sed consanguinei quamcumq; sint propinqui non repellentur ab accusatione quando accusatur matrimonium propter aliquod impedimentum, quod impedit contrahendum, & dirimit contractum: sed quando accusatur ex hoc quod dicitur non fuisse contractum, tunc parentes tanquam suspecti sunt repellendi, nisi ex parte illius qui est inferior dignitate & diuini, de quibus probabiliter aestimari

potest quod libenter velent quod matrimonium stare.

AD TERTIVM dicendum, quod si matrimonium nondum est contractum, sed sponsalia tantum, non potest accusari, quia non accusatur quod non est, sed potest denunciari impedimentum ne matrimonium contrahatur.

AD QVARTVM dicendum, quod ille qui tacuit primo quandoq; auditur postea, si velit matrimonium accusare, quandoq; repellitur: quod patet ex Decre. qua dicit: Si post contractum aliquis accusator appareat, cum non prodierit in publicum, quando secundum consuetudinem in ecclesia edebatur, verum vox sua accusationis debeat admitti merito quare potest? Super quo respondemus, quod si tempore denunciationis praemissa is qui iam coniunctos impedit extra diocesim existeret, vel alias denuntiationem non potuit ad eius devenire notitiam: ut scilicet si nimia infirmitatis feruore laborabat, seu sanementis patiebatur exitum, vel in aenis erat tam teneris constitutus, quod ad comprehensionem talium eius aetas sufficere non valebat, seu alia causa legitima fuerit impeditus, eius accusatio debet audiri: alioquin tanquam suspensus est proculdubio repellendus, nisi firmaverit iuramento quod post didicit ea quae obiecerit, & ad hoc ex malitia non procedat.

Art. vndecimus

Vtrum ad separationem matrimonij contracti inter affines & consanguineos procedi debeat per testes?



AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quod in tali causa non sit procedendum per testes sicut in alijs causis. Quia in alijs causis adducuntur ad testificandum quicumq; sunt omni exceptione maiores: ergo & c. PRAETEREA, testes suspecti de priuato odio vel amore a testimonio repelluntur: sed

ma-

Secunda. 4. quest. 58. art. 1. fo. 496.

maximè possunt propinqui esse suspecti de amore respectu vnius partis, & odio ad partem alteram: ergo non est audiendum eorum testimonium.

PRAETEREA, matrimonium est favorabilius quam alia causa in quibus de rebus pure corporalibus agitur: sed in illis non potest idem esse testis & accusator: ergo in matrimonio videtur quod non conuenienter in causa ista per testes procedatur.

SED contra, testes inducuntur in causis, ut super his de quibus dubitatur fiat iudici fides: sed ita facienda est iudici fides in causa ista sicut in alijs causis, quia non debet praecipitare sententiam de eo quod non constat: ergo procedendum est hic ex testibus sicut in alijs causis.

RESPONDEO dicendum, quod in hac causa oportet quod per testes veritas pateat sicut in alijs, tamen (ut Iuristae dicunt) in hac causa multa specialia inueniuntur. scilicet quod idem potest esse accusator & testis, & quod non iuratur de calumnia, cum sit causa quasi spiritalis, & quod consanguinei admittuntur ad testificandum, & quod non obseruatur omnino ordo iudicialis: quia denunciatione facta contra max potest excommunicari lite non contestata: & valet hoc testimonium de auditu, & post publicationem testium testes possunt induci: & hoc totum est ut peccatum impediatur, quod in tali coniunctione esse potest. ET per hoc patet solutio ad obiecta.

Quaestio. 58.

De impedimento cognationis spiritalis.

DEINDE considerandum est de impedimento cognationis spiritalis.

CIRCA quod quaeruntur quinque.

PRIMO, vtrum spiritalis cognatio matrimonium impediatur?

SECVNDO, ex qua causa contrahatur?

TERTIO, inter quos?

QVARTO, vtrum traseat à viro in uxore?

QVINTO, vtrum traseat ad filios carnales patris?

Articul. primus

Vtrum spiritalis cognatio impediatur matrimonium?

Tho. 4. dist. 42. q. 1. art. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod spiritalis cognatio matrimonium non impediatur. Matrimonium enim non impedit nisi quod contrariatur

alicui bono matrimonij: sed spiritalis cognatio non contrariatur alicui bono matrimonij: ergo non impedit matrimonium.

PRAETEREA, impedimentum matrimonij perpetuum non potest stare simul cum matrimonio: sed cognatio spiritalis stat simul aliquando cum matrimonio, ut in litera dicitur: sicut cum aliquis in casu necessitatis filium baptizat, quia tunc fit uxori suae spiritali cognatione coniunctus, nec tamen matrimonio separatur: ergo spiritalis cognatio matrimonium non impedit.

PRAETEREA, vnio spiritus non transit in carnem: sed matrimonium est carnalis coniunctio: ergo cum cognatio spiritalis sit vnio spiritus non potest transire ad matrimonium impediendum.

PRAETEREA, contrariorum non sunt idem effectus: sed spiritalis cognatio videtur esse contraria disparitati cultus, cum spiritalis cognatio sit propinquitas proueniens ex datione sacramenti vel tentione ad idem: disparitas autem cultus consistit in sacramenti carentia (ut prius dictum est) cum ergo disparitas cultus matrimonium impediatur, videtur quod spiritalis cognatio non habeat hunc effectum.

SED contra, quanto aliquod vinculum sanctius est, tanto magis est custodiendum: sed vinculum spirituale est sanctius quam corporale: cum ergo vinculum propinquitatis corporalis matrimonium impediatur, videtur etiam quod cognatio spiritalis idem faciat.

PRAE-

PRÆTEREA, in matrimonio coniunctio animarum est principalior quam coniunctio corporum, quia præcedit ipsam: ergo multo fortius spiritualis cognatio matrimonium impedire potest quam carnalis.

RESPONDEO dicendum, quod sicut per carnalem propagationem homo accipit esse naturæ, ita per sacramenta accipit esse spiritualis gratiæ: unde sicut vinculum quod ex carnis propagatione contrahitur est homini naturale in quantum est res quedam nature: ita vinculum quod contrahitur ex sacramentorum susceptio est aliquo modo naturale alicui in quantum est membrum ecclesiæ: & ideo sicut carnalis cognatio impedit matrimonium, ita spiritualis ex ecclesiæ statuto. Tamen distinguendum est de spirituali cognatione, quia aut præcessit matrimonium, aut sequitur, si præcessit impedit contrahendum, & dirimit contractum nisi sequitur, tunc non dirimit vinculum matrimonij. Sed quantum ad actum matrimonij est distinguendum, quia aut spiritualis cognatio inducitur causa necessitatis, sicut pater baptizat filium in articulo mortis, & tunc non impedit actum matrimonij ex neutra parte: aut inducitur extra casum necessitatis, ex ignorantia, & tunc si ille ex cuius actu inducitur, diligentiam adhibuit, est eadem ratio sicut & de primo: aut ex industria extra casum necessitatis, & tunc ille ex cuius actu inducitur amittit ius petendi debitum, sed tamen debet reddere si petatur, quia ex culpa eius non debet aliquod incommodum aliis reportare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quavis spiritualis cognatio non impedit aliquod de principalibus bonis matrimonij, tamen impedit aliquod de secundariis bonis, quod est amicitia multiplicatio, quia spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitie per se: unde oportet quod ad alios per matrimonium familiaritas & amicitia queratur.

AD SECVNDVM dicendum, quod matrimonium est vinculum perpetuum, & ideo nullum impedimentum superueniens potest ipsum dirimere, & sic quandoq; contingit quod matrimonium & matrimonij impedimentum

stant simul, non autem si impedimentum præcedit.

AD TERTIVM dicendum, quod in matrimonio non est tantum coniunctio corporalis sed etiam spiritualis: & ideo propinquitas spiritus ei impedimentum præstat, sine hoc quod propinquitas spiritualis transire debeat in carnalem.

AD QVARTVM dicendum, quod non est inconueniens quod duo contraria adinuicem contrariantur eidem, sicut magnum & paruum equali: & sic disparitas cultus, & spiritualis cognatio matrimonio repugnant, quia in vno est maior distantia, in altero maior propinquitas quam matrimonium requirat: & ideo ex utraq; parte matrimonium impedit.

Artic. secundus

Vtrum per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur. Sicut enim se habet corporalis cognatio ad corporalem generationem, ita spiritualis ad spiritalem: sed solum baptismus dicitur spiritualis generatio: ergo per solum baptismum contrahitur spiritualis cognatio, sicut & per solam generationem carnalem carnalis cognatio.

PRÆTEREA, sicut in confirmatione imprimatur character, ita in ordine: sed in susceptioe ordinis non sequitur spiritualis cognatio: ergo nec ex confirmatione, & sic solum ex baptismo.

PRÆTEREA, sacramenta sunt digniora sacramentalibus: sed ex quibusdam sacramentis spiritualibus cognatio non sequitur, sicut patet in extrema unctione: ergo multo minus ex cathecismo, ut quidam dicunt.

PRÆTEREA, inter sacramentalia baptismum multa alia præter cathecismum numerantur:

tur: ergo ex cathecismo non magis contrahitur spiritualis cognatio quam ex alijs.

PRÆTEREA, oratio non est minus efficax ad promouendum in bonum quam instructio vel cathecisatio, sed ex oratione non contrahitur spiritualis cognatio: ergo nec ex cathecismo.

PRÆTEREA, instructio quæ fit baptizatis per prædicationem, non minus valet quam illa quæ fit nondum baptizatis: sed ex prædicatione non contrahitur aliqua cognatio spiritualis: ergo nec ex cathecismo.

SED contra. 1. Cor. 13. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui: & sic spiritualis generatio, causat spiritualement cognationem: ergo ex prædicatione Euangelij & instructione fit spiritualis cognatio, & non solum ex baptismo.

PRÆTEREA, sicut per baptismum tollitur peccatum originale, ita per penitentiam actuale: ergo sicut baptismus causat spiritualement cognationem, ita & penitentia.

PRÆTEREA, pater nomen cognationis est: sed per penitentiam, & doctrinam, & curam pastoralem & multa huiusmodi, aliquis dicitur spiritualis pater alteri: ergo ex multis alijs præter baptismum & confirmationem spiritualis cognatio contrahitur.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est opinio multiplex, quidam dicunt quod spiritualis regeneratio sicut per septiformem spiritum sancti gratia datur, ita per septem efficitur, incipiendo à primo pabulo salis sacramenti usque ad confirmationem per Episcopum factam, & per quodlibet horum septem spiritualis cognatio contrahitur. Sed illud non videtur rationabile, quia cognatio carnalis non contrahitur nisi per actum generationis completum: unde etiam affinitas non contrahitur nisi facta commixtione seminum, ex qua potest sequi generatio carnalis: spiritualis autem generatio non perficitur nisi per aliquod sacramentum: unde non videtur conueniens quod spiritualis cognatio contrahatur nisi per aliquod sacramentum. Et ideo alij dicunt quod per tria tantum sacramenta spiritualis cognatio contrahitur, scilicet per cathecismum, baptismum, & confirmationem. Sed isti propriam vocem videntur ignorare, quia cathecis-

mus non est sacramentum sed sacramentale. Et ideo alij dicunt quod tantum per duo sacramenta contrahitur, scilicet per confirmationem & baptismum, & hæc est opinio communior: tamen de cathecismo horum quidam dicunt quod est debile impedimentum, quia impedit contrahendum, sed non dirimit contractum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod duplex est carnalis natiuitas. Prima in utero, in qua adhuc quod natum est, est adeo debile quod non possit extra exponi sine periculo, & huic natiuitati assimilatur regeneratio per baptismum, in quo regeneratur aliquis adhuc quasi foetus intra uterum ecclesiæ. Secunda est natiuitas ex utero quando iam quod natum erat in utero tantum roboratum est, quod potest sine periculo exponi exterioribus quæ nata sunt corrumpere: & huic assimilatur confirmatio per quam homo roboratus exponitur in publicum ad confessionem nominis Christi: & ideo congruè per utrumq; istorum sacramentorum contrahitur spiritualis cognatio.

AD SECVNDVM dicendum, quod per ordinis sacramentum non fit alia regeneratio, sed quedam promotio potestatis, et propterea mulier non suscipit ordinem, & sic non potest aliquod impedimentum præstari matrimonio: & ideo talis cognatio non computatur.

AD TERTIVM dicendum, quod in cathecismo fit quedam professio futuri baptismi: sicut in sponsalibus quedam sponsio futurarum nuptiarum, unde sicut in sponsalibus contrahitur quidam modus propinquitatis, ita in cathecismo ad minus impediens contrahendum, ut quidam dicunt, non autem in sacramentis alijs.

AD QVARTVM dicendum, quod talis professio fidei non fit in alijs sacramentalibus baptismi sicut in cathecismo: & ideo non est similis ratio.

ET similiter dicendum ad quintum de oratione. Et ad sextum de prædicatione.

AD SEPTIMVM dicendum, quod Apostolus eos ad fidem instruxerat per modum cathecismi: & sic aliquo modo talis instructio habebat ordinem ad spiritualement cognationem.

AD OCTAVVM dicendum, quod per sacramentum penitentiae non contrahitur proprie loquendo

spiritualis cognatio: unde filius sacerdotis potest contrahere cum illa quam sacerdos in confessione audit: alius filius sacerdotis non inuenietur in tota parochia mulierem cum qua contrahere posset. Nec obstat quod per poenitentiam tollitur peccatum actuale: quia hoc non est per modum regenerationis, sed magis per modum sanationis. Sed tamen per poenitentiam contrahitur quoddam fœdus inter mulierem & sacerdotem consistentem spirituali cognationi simile, ut tantum peccet eam carnaliter cognoscens, ac si esset sua spiritualis filia: & hoc ideo quia maxima familiaritas est inter sacerdotem & consistentem, & ob hoc ista prohibitio est inducta, ut tollatur peccandi occasio.

AD NONVM dicendum, quod pater spiritualis dicitur ad similitudinem patris carnalis: pater autem carnalis, ut philosophus dicit in 8. Ethic. tria dat filio, scilicet nutrimentum & instructionem: & ideo spiritualis pater aliquis alicuius dicitur ratione alicuius horum trium, tamen ex hoc quod est spiritualis pater, non habet spirituales cognationem nisi conueniat cum patre quantum ad generationem per quam est esse: & sic etiam potest solui octauum quod precessit.

CIRCA istos art. & alios huius quest. est primū dubiū quid sit cognatio spiritualis: Ad quod dicitur, quod est propinquitatis quædam quæ oritur ex hoc quod aliquis administrat sacramentū, vel tenet aliquē in susceptione sacramenti, nepe Petrus baptizat Ioannē, oritur ex hoc cognatio spiritualis inter illos: & qui tenet baptizandū illū Ioannē contrahit etiam cognationem spirituales cū baptizato & parentibus eius.

SED dubitabis an in omnibus sacramētis conferatur ista cognatio spiritualis? Dico quod non, sed solum conferatur & contrahitur in duobus sacramētis, nepe in baptismo & in confirmatione: licet Magister sent. dicat in 4. d. 42. quod etiam contrahitur ista cognatio spiritualis in cathecismo & exorzismo, ut si puer baptizetur in domo, & postea quis teneat eum in cathecismo, vel exorzismo, contrahitur cognatio spiritualis, ait Magister. Sed quia hoc non est cautū in iure, & est impedimentū ad matrimonium, non est extendendū. Ideo cōmunis sent. Theologorū est, ut hic exponit S. Tho. quod in solis duobus sacramētis, nepe baptismo & cōfirmatione cōtrahitur affinitas proprie dicta, sed in cathecismo contrahitur imperfecta cognatio spi-

ritualis quæ impedit matrimoniū contrahendum, sed non dirimit contractum, ut habetur de cognatione spūali cap. per cathecismū, lib. 6. DVBIVM tamen est inter quas personas oritur ista cognatio? Ad quod ex sententiā omnium Theologorū dicendū est, quod ista cognatio spiritualis est triplex. Altera est quæ vocatur paternitas spiritualis, quæ est inter regeneratē & regeneratū, & est etiā inter tenentē ad regenerationē & ipsum regeneratū. Vnus nāq; istorū vocatur pater & alius filius, nepe vulgo leuans baptizatū vel confirmatum dicitur pater, & leuatus vel tentus dicitur filius, & hæc cognatio impedit matrimoniū contrahendū & dirimit contractū. Secūda cognatio spiritualis est illa, quæ est inter patrē spirituales & naturales parētes filij spiritualis, & vocatur compaternitas, & etiā impedit matrimonium. Sed est aduertendū circa istas duas cognationes spirituales, quod transeunt ad alterū coniugē quando contrahuntur per actū propriū, nepe Petrus qui suscepit Ioannē in baptismo vel confirmatione est pater spiritualis Ioannis: & si Petrus habeat vxorem cum qua consumauit matrimoniū, prædicta cognatio spiritualis transit ad illā vxorē Petri cū qua consumauit matrimoniū. Et si non consumauit matrimoniū cū illa quantumcūq; esset vera vxor, nō transit ad illam prædicta cognatio spiritualis. Et eodē modo dicendū est de secūda specie cognationis spiritualis, nepe de compaternitate, ut Petrus qui leuauit aliquē à sacro fonte, contrahit cognationem spirituales cū parentibus illius Leuati, ista cognatio transit ad vxorē Petri, non autē passiuē ad vxorē patris carnalis, nisi esset mater baptizati aut cōfirmati: quia hic actiones sunt communes & nō passiones. Tertia cognatio spiritualis est quæ vocatur fraternitas, quæ est inter filios administrantis sacramentū vel tenentis ad ipsum, & ipsum suscipientem sacramentum, nepe baptizatum & confirmatum: & hæc species cognationis spiritualis, sicut dicit Magister sent. vbi supra, non solum intelligitur de filiis quos antea vel tunc habebat administrans sacramentum vel tenēs ad ipsum sed etiam de alijs qui postea adueniunt illi Et illæ prædictæ personæ notantur de cognatione spirituali cap. Nēdum, lib. 6 inter quas non potest esse matrimonium absq; summī pontificis dispensatione, ita quod baptizatus non potest contrahere cum tenente ad baptismum, neq; cum vxore illius quam ipse tenēs antea cognouit, nec cū filiis eius: & quod dicimus de tenēte intelligimus etiam de matre spirituali suscipiente. Secūda persona quæ impeditur est baptizās, & vxor eius si illā habeat, & hi non possunt contrahere cum baptizato nec cum patre aut matre eius.

SED hæsitabis, si sunt multi in baptismo leuantes puerū, an quilibet eorū cōtrahat cognationem

nē spiritualē. Ad quod dico prius quod nō debet esse nisi vnus qui sic suscipiat baptizandum vel cōfirmadū, ex consuetudine tamē aliquarū prouinciarū sunt multi, vel ex dispensatione Episcopi. Secūdo dico, quod aliqui asserūt quod si sunt plures nō contrahūt omnes: quia hoc est de iure positiuo, & ius positiuū prohibet quod nō sint plures patres spirituales, sed vnus tantum. Alij autē dicūt melius, quod omnes qui tenent vel tangūt baptizadū vel cōfirmadū ad illū finē ut sint patres spirituales, cōtrahūt cognationē spirituales: & ideo quia est cōsuetudo quod sint plures tenētes, dicunt cōmuniter doctores Theologi, quod omnes contrahūt cognationē spūalem, quod verius videtur. Sed de alijs actibus & respectibus ibidē & non tangētibz puerū, dico, quod nō contrahūt affinitatē vel cognationē spūalē, hoc Antonius 3. p. tit. 1. cap. 15. §. 3. & cap. Veniens, de cognatione spūali: & glo. cap. Eo, lib. 6. Illud autē quod diximus, quod tangētes puerū in baptismo ea intētionē, ut sint compateres, verē cōtrahūt cognationē spūalē: intelligitur si tangāt præsentates ad baptismū, aut leuantes à baptismo, secus si tangūt domi vel alibi. Isti autē leuantes, vel administrātes prædicta sacramēta non cōtrahūt inter se cognationē hęc spirituales. Vnde maritus & vxor possunt leuare & suscipere filiū alterius. An prædicta fraternitas spūalis extendat se ad filios naturales, & etiā adoptiuos, vel ad aliquos illorū tantum? Dicendū quod ad nullū adoptiuū se extendit, quia non est cautū in iure, sed solum se extendit ad naturales, ita quod baptizatus vel cōfirmatus nō potest cōtrahere cū aliquo filio baptizatis, vel tenētis illū. Cognatio tamē ista spiritualis, non est inter illos filios duorū compaterū quorū neuter peruenit ad cōpaternitatem, nepe Petrus baptizauit Ioannē, & pater Ioannis est Frācisus, oritur cognatio inter illos & filios baptizatis, sed Petrus baptizans vel tenēs Ioannē habet aliū vel alios filios, & Frācisus habet etiā aliū vel alios filios præter baptizatum, quorū nullus fuit causa cognationis spūalis. Dico quod inter illos nulla est cognatio spūalis, solum baptizatus impeditur nē cōtrahat cū filiis baptizantis vel tenētis. Rursus est dubium an ista cognatio spiritualis transeat per copulā fornicariā, ad alterū fornicatorē, nepe Petrus cognouit Mariā, deinde baptizauit Ioannē filium alterius, an etiā inter Ioannē baptizatū vel confirmatū, & Mariā cognitā à Petro baptizante vel tenente Ioannē, sit cognatio ista spūalis? Ad quod respōdet Syluest. verb. Matrimoniu 8. q. 7. quod nō. Ioan. Andre. Panor. Ricar. & Paluda. & Couarru. subscribūt huic sententiæ. Oppositā sent. tenet S. Tho. in hac q. art. 4. & glo. de cognat. spūali, cap. 1. & S. Tho. probat, quia illi fornicatores efficiūt vna caro in illo actu carnali sicut coniuges. Sed propter hoc extenditur prædicta cognatio ad vxorē, quia cognita fuit

ad viro & facta est vna caro cū illo: ergo trāsibit etiā ad aliā fornicariā, quia facta est vna caro cū fornicatore, & tēpore S. Thomæ hæc erat cōmuniō sententia. Sed tūc poterit teneri alia opinio quæ iam hodie cōmuniō est. PETVNT etiā doctores an cognatio spūalis possit cōtrahi per procuratorē, nepe rex Gallorū vult quod rex Lusitanorū sit suus cōpater, & ipse rex Lusitanorū propter magnas expensas nō venit per se, sed mittit suos oratores, an cōtrahat cognationē spirituales cū rege Frācorū? Ad quod ex cōmuni sententiā respōdetur, quod nullus potest contrahere cognationē spirituales per procuratorē: ratio est, quia administratio sacramētī, vel tenere aliquē ad sacramentū, est actio personalis, & hoc Bart. in l. Gallus, de libe. & post. Syluest. verbo Matrimoniu 8. q. 7. Et nec contrahitur prædicta cognatio inter procuratorē & ipsum baptizatū vel confirmatū: Vnde colligitur, quod nec etiā per Nuntiū peculiarē missū ad hoc cōtrahitur ipsa cognatio. Qui autē contrahūt prædictā cognationem nō est opus quod respondeant pro baptizato vel confirmato, sat est quod tangāt, ut supra diximus. In rebaptizatione verō, si aliquis rebaptizaretur non cōtrahitur spiritualis cognatio, cū ibi nō sit sacramentū. Aduertendū est tamē quod ista cognatio spiritualis potest præcedere matrimonium vel sequi, si præcedat dirimit matrimoniu: si autē sequatur distinguēdū est, quia vel cōtrahitur cū culpa, vel sine culpa: si contrahitur cū culpa, nepe cū scientia, ille coniūx cuius culpa cōtrahitur non potest exigere debitū, potest tamen Episcopus dispensare. Hoc Syluest. verbo Matrimoniu. Palud. in 4. d. 42. & Antonius vbi supra. Si autē fiat sine culpa, poterit reddere & exigere debitū sicut antea.

Articul. tertius.

Vtrum cognatio spiritualis cōtrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi & leuantem de sacro fonte?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod cognatio spūalis non cōtrahatur inter suscipientē sacramentū baptismi, & leuantē de sacro fonte. Quia in generatione carnali contrahitur propinquitatis solum ex parte eius cuius semine generatur proles, non autem ex parte eius qui filium natum suscipit: ergo nec spiritualis cognatio contrahitur

inter eum qui suscipit de sacro fonte, & eum qui suscipitur.

PRÆTEREA ille qui in sacro fonte leuat a nadechus à Diony. dicitur, & ad eius officium spectat puerum instruere, sed instructio non est sufficiens causa spiritualis cognationis, ut dictum est: ergo nulla cognatio contrahitur inter eum & illum qui de sacro fonte leuatur. **PRÆTEREA**, potest contingere quod aliquis leuet aliquem de sacro fonte, antequam ipse sit baptizatus, sed ex hoc non contrahitur aliqua spiritualis cognatio, quia ille qui non est baptizatus non est capax alicuius spiritualitatis: ergo aliquem leuare de sacro fonte non sufficit ad spiritualem cognationem contrahendam. **SE** contra est, definitio spiritualis cognationis supra inducta, & autoritates quæ ponuntur in litera.

RESPONDEO dicendum, quod sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex patre et matre, ita in generatione spirituali, aliquis nascitur filius Dei sicut patris, & ecclesie sicut matris: sicut autem ille qui sacramentum confert gerit personam Dei, cuius instrumentum & minister est, ita ille qui baptizatum suscipit de sacro fonte, aut confirmandum tenet, gerit personam ecclesie, unde ad utrumque spiritualis cognatio contrahitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non tantum pater ex cuius semine generatur proles, habet cognationem carnalem ad natum, sed etiam mater quæ materiam subministrat & in cuius utero generatur: & ita etiam anadechus qui baptizandum vice totius ecclesie offert & suscipit, & confirmandum tenet, spiritualem cognationem contrahit.

AD SECVNDVM dicendum, quod non ratione instructionis debet, sed ratione generationis spiritualis ad quam cooperatur, cognationem spiritualem contrahit.

AD TERTIVM dicendum, quod non baptizatus non potest aliquem leuare de sacro fonte, cum non sit membrum ecclesie, cuius typum gerit in baptismo suscipiens, nec tamen aliquam cognationem spiritualem contrahere potest, quia est ex pers. spiritualis vitæ, in quam homo primo per baptismum nascitur.

Artic. quartus.

Vtrū cognatio spiritualis transeat à viro in uxorem?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod cognatio spiritualis non transeat à viro in uxorem, quia spiritualis unio & corporalis sunt disparata & diuersorum generum: ergo mediante carnali coniunctione quæ inter virum & uxorem est, non transitur ad spiritualem cognationem.

PRÆTEREA, magis conueniunt in spirituali generatione, quæ est causa cognationis spiritualis pater & mater spiritualis, quam vir qui est spūalis pater, & uxor: sed pater & mater spiritualis, nullam ex hoc spiritualem cognationem contrahunt: ergo nec uxor contrahit aliquam spiritualem cognationem ex hoc quod vir eius sit pater spiritualis alicuius.

PRÆTEREA, potest contingere quod est baptizatus vir, & uxor non est baptizata: sicut quando est ab infidelitate conuersus sine alterius coniugis conuersione: sed spiritualis cognatio non potest peruenire ad non baptizatum: ergo non transit semper de viro ad uxorem.

PRÆTEREA, vir & uxor possunt aliquem simul de fonte leuare: si ergo spiritualis cognatio à viro transiret in uxorem, sequeretur quod uterque coniugum esset bis pater & mater spiritualis eius, quod est inconueniens.

SE contra, bona spiritualia magis multiplicabilia sunt quam corporalia, sed consanguinitas corporalis viri, transit ad uxorem per affinitatem: ergo multo magis spiritualis.

RESPONDEO dicendum, quod aliquis potest fieri alicuius compater dupliciter. Vno modo per actum alterius qui baptizat, vel in baptismo suscipit filium eius: & sic cognatio spiritualis non transit à viro in uxorem, nisi forte ille sit filius uxoris, quia tunc directe uxor contrahit cognationem spiritualem sicut & vir. Alio modo per actum proprium, sicut cum aliquis leuat filium alterius de sacro fonte: & sic cognatio spiritualis tran-

transit ad uxorem quam iam carnaliter cognouit, non autem si nondum sit matrimonium consummatum, quia nondum effecti sunt una caro, & hoc est per modum cuiusdam affinitatis: unde etiam pari ratione videtur transire ad mulierem quæ est carnaliter cognita, quamuis non sit uxor: unde versus. Quæ mihi, vel cuius natum mea à fonte leuauit, hæc mea comater, fieri mea non valet uxor. Si qua mea natum, non ex me fonte leuauit: Hanc post fara mea, non inde vetabor habere. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod ex hoc quod sunt diuersorum generum unio corporalis & spiritualis, potest concludi quod una non est altera: non autem quod una non possit esse causa alterius, vel per se vel per accidens. **AD SECVNDVM** dicendum, quod pater spiritualis, & mater spiritualis eiusdem non coniunguntur in cognatione spirituali nisi per accidens, quia ad hoc unus per se sufficeret. Unde non oportet quod ex hoc aliqua cognatio spiritualis inter eos nascatur, quin possit esse inter eos matrimonium: unde versus, Vnus semper erit compatrum spiritualis, alter carnalis, non fallit regula talis: sed per matrimonium fit vir & uxor una caro per se loquendo: & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod si uxor non sit baptizata, non perueniet ad eam spiritualis cognatio, propter hoc quod non est capax, non ex hoc quod non possit per matrimonium traduci spiritualis cognatio à viro in uxorem.

AD QVARTVM dicendum, quod ex quo inter patrem spiritualem & matrem non contrahitur aliqua cognatio spiritualis, nihil prohibet quin vir & uxor simul aliquem de sacro fonte eleuent, nec est inconueniens quod uxor ex diuersis causis efficiatur mater spiritualis eiusdem: sicut etiam potest esse quod est affinis & consanguinea eiusdem per carnalem propinquitatem.

Artic. quintus.

Vtrū cognatio spūalis transeat ad filios carnales patris spūalis?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod cognatio spiritualis non transeat ad filios carnales patris spiritualis. Quia spirituali cognationi non assignantur gradus: essent autem gradus si transiret à patre in filium, quia persona generata mutat gradum, ut supra dictum est: ergo non transit ad filios carnales patris spiritualis.

PRÆTEREA, pater eodem gradu attinet filio, & frater fratri: si ergo cognatio spiritualis transeat à patre in filium, eadem ratione transeat à fratre in fratrem, quod falsum est.

SE contra est, quod in litera probatur per autoritatem.

RESPONDEO dicendum, quod filius est aliquid patris, & non e conuerso, ut dicitur in 8. Ethic. & ideo spiritualis cognatio transeat à patre in filium, & non e conuerso: & sic patet quod tres sunt cognationes spirituales, una quæ dicitur spiritualis paternitas, quæ est inter patrem & filium spiritualem. Alia quæ dicitur compaternitas, quæ est inter patrem spiritualem & carnalem eiusdem. Tertia autem dicitur spiritualis fraternitas, quæ est inter filium spiritualem & filios carnales eiusdem patris, & qualibet harum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod persona addita per carnis propagationem, facit gradum respectu illius persone quæ eodem genere attinet, non autem respectu eius quæ attinet in alio genere: sicut filius attinet in eodem gradu uxori patris in quo & pater, quamuis alio genere attinentiæ: spiritualis autem cognatio est alterius generis quam carnalis: & ideo non in eodem gradu attinet filius spiritualis filio naturali patris sui spiritualis, in quo attinet ei pater eius, quo mediante cognatio spiritualis transeat: & ita non oportet quod spiritualis cognatio habeat gradum.

AD SECVNDVM dicendum, quod frater non est aliquid fratris, sicut filius est aliquid patris: sed uxor est aliquid viri cum quo effecta est unum corpus: & ideo à fratre in fratrem non transit, siue sit ante genitum, siue post fratritatem spiritualem.

Quæstio. 59.

De cognatione legali quæ est per adoptionem.

DEINDE considerandum est de cognatione legali quæ est per adoptionem.

CIRCA quod queruntur tria.

PRIMO, quid sit adoptio?

SECUNDO, utrum ex ea aliquod vinculum contrahatur matrimonium impediens?

TERTIO, inter quas personas contrahatur?

Articul. primus

Utrum adoptio conuenienter definiatur?

Tho. 4. dist. 42. q. 2. art. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur.

Videtur quod inconuenienter adoptio definiatur. Adoptio enim est extranea personæ in filium vel nepotem, vel deinceps legitima assumptio, filius. n. debet esse subditus patri: sed aliquando ille qui adoptatur non transit in potestatem patris adoptantis: ergo non semper per adoptionem aliquis in filium assumitur.

PRAETEREA, parentes debent filijs thesaurizare. 2. Cor. 13. Sed pater adoptans non oportet quod semper adoptato thesaurizet, quia quandoq; adoptatus non succedit in bonis adoptantis: ergo adoptatio non est assumptio alicuius in filium.

PRAETEREA, adoptatio per quam aliquis in filium assumitur similatur generationi naturali per quam naturaliter producit filius: ergo cui competit generatio naturalis filij, competit adoptio: sed hoc est falsum, quia ille qui non est sui iuris, & qui est minor. 15. annis, & mulier, non possunt adoptare qui tamen possunt naturaliter filium generare: ergo adoptio non dicitur proprie assumptio alicuius in filium.

PRAETEREA, assumptio extranea personæ in filium videtur esse necessaria ad suppleendum defectum naturalium filiorum: sed ille qui non potest generare, ut spado, vel frigidus, maxime patitur defectum in filijs naturalibus: ergo maxime competit assumere aliquem in filium, sed non competit ei adoptare: ergo adoptio non est assumptio alicuius in filium. **PRAETEREA**, in spiritali cognatione ubi aliquis in filium assumitur sine carnis propagatione, potest indifferenter maior atate effici pater minoris: & econuerso, quia iuuenis potest senem baptizare & econuerso. Si ergo per adoptionem aliquis assumitur in filium sine carnis propagatione, similiter potest indifferenter senior iuniorem, vel minor seniorem adoptare, quod non est verum: & sic idem quod prius.

PRAETEREA, adoptatus non differt secundum aliquem gradum ab adoptante: ergo quilibet adoptatus adoptatur in filium, & sic inconuenienter dicitur quod adoptatur in nepotem.

PRAETEREA, adoptio ex dilectione procedit: unde & Deus dicitur nos per charitatem in filios adoptasse: sed charitas maior habenda est ad proximios quam ad extraneos: ergo non debet esse adoptio extranea personæ, sed magis propinqua.

RESPONDEO dicendum, quod ars imitatur naturam, & supplet defectum naturæ in illis in quibus natura deficit: unde sicut per naturalem generationem aliquis filius producit, ita per ius posituum, quod est ars boni & æqui potest aliquis alium sibi assumere in filium ad similitudinem filij naturalis: & ad suppleendum filiorum deperditorum defectum, propter quod precipue adoptio est introducta: & quia assumptio importat terminum à quo, propter quod assumens non est assumptum, oportet quod ille qui assumitur in filium sit persona extranea: ergo sicut naturalis generatio habet terminum ad quem, scilicet formam, quæ est finis generationis: & terminum à quo, scilicet formam contrariam: ita generatio legalis habet terminum ad quem, scilicet filium vel nepotem, & terminum à quo, scilicet personam extraneam: & sic

sic patet quod prædicta assignatio comprehendit genus adoptionis, quia dicitur legitima assumptio, & terminum à quo, quia dicitur extranea personæ: & terminum ad quem, quia dicitur in filium vel nepotem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod filiationis adoptionis est quedam imitatio filiationis naturalis: & ideo duplex est adoptionis species. Una quæ perfecte naturalem filiationem imitatur, & hæc vocatur arrogatio, per quam traducitur adoptatus in potestatem adoptantis, & sic adoptatus succedit patri adoptanti ex intestato, nec potest eum pater sine culpa priuare quarta parte hæreditatis: sic autem adoptari non potest nisi ille qui est sui iuris, qui sine patre, aut si habet est emancipatus, & hæc adoptio non fit nisi auctoritate principis. Alia adoptio est quæ imitatur naturalem filiationem imperfectè, quæ vocatur simplex adoptio, per quam adoptatus non transit in potestatem adoptantis. Unde magis est dispositio quedam ad perfectam adoptionem quam adoptio perfecta: & secundum hanc potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris & sine auctoritate principis ex auctoritate magistratus: & sic adoptatus non succedit in bonis adoptantis, nec tenetur ei adoptans aliquid de bonis suis in testamento dimittere, nisi velit.

ET per hoc patet solutio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod generatio naturalis ordinatur ad speciem consequendam: & ideo omnibus competit posse naturaliter generare, in quibus natura speciei non est impedita, sed adoptio ordinatur ad hæreditatis successionem, & ideo illis solis competit qui habent potestatem disponendi de hæreditate sua. Unde qui non est sui iuris, vel est minor. 15. annorum, aut mulier, non potest adoptare aliquem nisi ex speciali concessione principis.

AD QVARTVM dicendum, quod per eum qui habet impedimentum perpetuum ad generandum non potest hæreditas transire in posterum. Unde ex hoc ipso iam debetur illis qui succedere ei debent iure propinquitatis: & ideo non ei competit adoptare, sicut nec naturaliter generare: & præterea, maior est dolor de filijs

amissis quam de illis qui nunquam sunt habiti: & ideo habentes impedimentum generationis non indigent solatio contra carentiam filiorum, sicut illi qui habuerunt & amiserunt, vel etiam qui habere potuerunt, sed aliquo impedimento accidentali carent.

AD QVINTVM dicendum, quod spiritalis cognatio contrahitur per sacramentum quo fideles renascuntur in Christo, in quo non differt masculus & femina, seruus & liber, iuuenis & senex: & ideo indifferenter quilibet potest effici pater spiritalis alterius: sed adoptio fit ad hæreditatis successionem, & quandam subiectionem adoptati ad adoptantem, non autem est conueniens quod antiquior iuueni in cura rei familiaris subdatur: & ideo iunior non potest adoptare seniorem, sed oportet secundum leges quod adoptatus sit in tantum adoptante iunior, quod possit esse eius filius naturalis.

AD SEXTVM dicendum, quod sicut contingit amitti filios, ita & nepotes, & demceps: & ideo cum adoptio sit inducta in solatium filiorum amissorum sicut aliquis per adoptionem potest surrogari in locum filij, ita in locum nepotis, & demceps.

AD SEPTIMVM dicendum, quod propinquus iure propinquitatis debet succedere, & ideo non competit ei quod per adoptionem ad successionem deducatur: & si aliquis propinquus cui non competit successio hæreditatis adoptetur, non adoptatur in quantum est propinquus, sed in quantum est extraneus à iure successionis in bonis adoptantis.

Artic. secundus

Utrum ex adoptione contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium?



AD SECUNDM sic proceditur. Videtur quod ex adoptione non contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium.

Secunda. 4. quest. 59. art. 2.

Quia cura spiritus naturalis est dignior quam cura corporalis, sed ex hoc quod aliquis cura alicuius subicitur spiritualiter, non contrahit aliquod propinquitatis vinculum, aliis omnes qui habitant in parochia essent propinqui sacerdotis, & cum filio eius non possent contrahere: ergo nec adoptio quae trahit adoptatum in curam adoptantis hoc facere potest.

PRÆTEREA, ex hoc quod aliquis alicui sit beneficus non contrahitur aliquod propinquitatis vinculum, sed nihil aliud est adoptio quam collatio cuiusdam beneficii: ergo ex adoptione non fit aliquod propinquitatis vinculum.

PRÆTEREA, pater naturalis principaliter filio providet in tribus, ut philosophus dicit: quia scilicet ab ipso habet esse, nutrimentum, & disciplinam: hereditatis autem successio est posterius ad ista: sed per hoc quod aliquis alicui providet in nutrimento & disciplina, non contrahitur aliud propinquitatis vinculum, aliis nutriendus, & paedagogi & magistri essent propinqui, quod falsum est: ergo nec per adoptionem per quam aliquis succedit in hereditate alterius contrahitur aliqua propinquitatis.

PRÆTEREA, sacramenta ecclesie non subdantur humanis legibus: sed matrimonium est sacramentum ecclesie: cum ergo adoptio sit inducta per legem humanam, videtur quod non possit impedire matrimonium aliquod vinculum ex adoptione contractum.

SED contra, cognatio matrimonium impedit: sed ex adoptione quedam cognatio causatur: scilicet legalis, ut patet per eius definitionem: Est enim legalis cognatio quedam proximitas proveniens ex adoptione: ergo adoptio causat vinculum per quod matrimonium impeditur.

PRÆTEREA, hoc idem habetur ex auctoritatibus in littera positis.

RESPONDEO dicendum, quod lex divina illas precipue personas a matrimonio excludit quas necesse erat cohabitare, ne ut (Rabi Moyses dicit) si ad eas liceret carnalis copula, facilis pateret concupiscentiae locus, ad quam reprimendam matrimonium est ordinatum: & quia filius adoptatus conuersatur in domo patris adoptantis, sicut filius naturalis: ideo legi-

bus humanis prohibitum est inter tales matrimonium contrahi, & talis prohibitio est per ecclesiam approbata, & inde habet quod legalis cognatio matrimonium impedit.

ET per hoc patet solutio ad primam, quia per omnia illa non inducitur talis cohabitatio, quae possit fomentum concupiscentiae prestare: & ideo in eis non causatur propinquitatis vinculum quod matrimonium impedit.

AD QVARTVM dicendum, quod prohibitio legis humanae non sufficeret ad impedimentum matrimonii, nisi interueniret ecclesiae auctoritas, quae idem etiam interdicat.

Articul. tertius.

Vtrum cognatio legalis contrahatur solum inter adoptantem patrem, & filium adoptatum?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod talis cognatio non contrahatur nisi inter patrem adoptantem & filium adoptatum. Maxime enim videtur quod deberet contrahi inter patrem adoptantem & matrem naturalem adoptati: sicut accidit in cognatione spirituali: sed inter tales nulla est cognatio legalis: ergo nec inter alias aliquas personas praeter adoptantem & adoptatum.

PRÆTEREA, cognatio impediens matrimonium est perpetuum impedimentum, sed inter filium adoptatum & filiam adoptantis non est perpetuum impedimentum, quia soluta adoptione per mortem adoptantis, vel emancipationem adoptati, potest contrahere cum ea: ergo cum ea non habuit aliquam propinquitatem quae matrimonium impediret.

PRÆTEREA, cognatio spiritualis in nullam personam transit quae non possit ad aliquod sacramentum tenere vel suscipere, unde in non baptizatum non transit: sed mulier non potest adoptare, ut ex dictis patet: ergo cognatio legalis non transit a viro in uxorem.

PRÆTEREA, cognatio spiritualis est fortior

Secunda. 4. quest. 59. art. 3. fo. 501.

tior quam legalis, sed spiritualis non transit in nepotem: ergo nec legalis.

SED contra, plus concordat cognatio legalis cum coniunctione carnis vel propagatione quam spiritualis: sed spiritualis transit in alteram personam: ergo & legalis.

PRÆTEREA, ad hoc sunt auctoritates quae in littera ponuntur.

RESPONDEO dicendum, quod triplex est legalis cognatio. Prima quasi descendentiū quae contrahitur inter patrem adoptantem & filium adoptatum, & filium filij adoptiui, & nepotem & sic deinceps. Secunda quae est inter filium adoptiuum & filium naturalem. Tertia per modum cuiusdam affinitatis quae est inter patrem adoptantem & uxorem filij adoptiui, vel e converso inter filium adoptatum & uxorem patris adoptantis. Prima ergo cognatio & tertia perpetuo matrimonium impediunt. Secunda autem non, nisi quandiu manet in potestate patris adoptantis, unde mortuo patre vel filio emancipato, potest contrahi inter eos matrimonium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per generationem spirituales non trahitur filius extra potestatem patris, sicut per adoptionem, et sic filius spiritualis remanet filius utriusque simul: non autem filius adoptiui, & ideo non contrahitur aliqua propinquitatis vinculum inter patrem adoptantem & matrem, vel patrem naturalem, sicut erat in cognatione spirituali.

AD SECVNDVM dicendum, quod cognatio legalis impedit matrimonium propter cohabitationem. & ideo quando soluitur necessitas cohabitationis, non est inconveniens si praedictum vinculum non maneat, sicut quando fuerit extra potestatem eiusdem patris: sed pater adoptans & uxor eius semper quandam auctoritatem retinent super filium adoptatum, & uxorem eius, & propter hoc manet vinculum inter eos.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam mulier ex concessione principis adoptare potest, unde & in ipsam transit cognatio legalis. Et praeterea non est causa quare cognatio spiritualis non transit in non baptizatum: quia non potest tenere ad sacramentum, sed quia non est alicuius spiritualitatis capax.

AD QVARTVM dicendum, quod per generationem spirituales filius non ponitur in potestate & cura alterius patris spiritualis, sicut in cognatione legali: oportet enim quod quicquid est in potestate filij transeat in potestatem adoptantis patris. Unde adoptatopatre adoptantur filij & nepotes qui sunt in potestate adoptati.

CIRCA hostres art. huius quæst. pauca sunt aduertenda post ea quae dicit S. Tho. Et solum aduertendum est quod cognatio legalis quae impedit matrimonium est quando aliquis adoptat aliquem in filium, ille adoptatus non potest contrahere cum aliqua filia adoptantis, & vna ratio est, quia sufficit ad amicitiam quod aliquis adoptat sit ab aliquo in filium, & alia ratio est propter periculum, quia cum adoptatus maneat in domo adoptantis, facile contraheret vel cognosceret filiam ipsius adoptantis. Neque de cognatione spirituali erat tantum periculum, cum personae inter quas est illa cognatio spiritualis non sint in eadem domo, & licet sint qui dicant quod cognatio legalis non dirimit matrimonium, communis tamen sententia est affirmatiua, nempe quod dirimit matrimonium, & rationabiliter quia filiae adoptantis sunt sorores legales filij adoptati, & ista omnia intelliguntur, quando filius adoptiui transit in potestatem adoptantis, quia si non transit & est emancipatus possent contrahere filius adoptiui & filia naturalis adoptantis.

Quaestio. 60.

De impedimento frigiditatis, maleficii, furiae, & amentiae.

DEINDE considerandum est de quinque impedimentis matrimonii, scilicet de impedimento frigiditatis, maleficii, furiae, vel amentiae, incestus & defectus aetatis.

ET circa hoc quaeruntur quinque: **PRIMO**, Vtrum frigiditas matrimonium impedit?

SECUNDO, Vtrum maleficium?

TERTIO, Vtrum furia vel amentia?

QUARTO, Vtrum incestus?

QVINTO, Vtrum defectus aetatis?

ARTIC.

Articul. primus

Utrum frigiditas matrimonium impediatur?

Tho. 4. d. 34. q. vnica, art. 2. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod frigiditas matrimonium contrahendum non impediatur. Copula enim carnalis non est de essentia matrimonij, quia perfectiora sunt matrimonia hominum pari voto continentium: sed frigiditas nihil tollit de matrimonio nisi carnalem copulam: ergo non est impedimentum dirimens matrimonium contractum.

PRÆTEREA, sicut nimia frigiditas impedit carnalem copulam, ita nimia caliditas quæ hominem exiccatur: sed caliditas non ponitur matrimonij impedimentum: ergo nec frigiditas debet poni.

PRÆTEREA, omnes senes sunt frigidi, sed senes possunt matrimonium contrahere: ergo &c. **PRÆTEREA**, si scit mulier virum esse frigidum quando cum eo contrahit, verum est matrimonium: ergo frigiditas quantum est de se non impedit matrimonium.

PRÆTEREA, contingit in aliquo esse sinceritatem sufficientem mouentem ad carnalem copulam cum aliqua corrupta: non autem cum aliqua virgine, quia cito calidum euaporat ratione sua debilitatis, ut ad corrupendam virginem non sufficiat: & similiter est in aliquo sufficiens caliditas ad pulchram quæ magis concupiscentiam inflamat, quæ non sufficienter ad turpem mouet: ergo videtur quod frigiditas, & si impediatur respectu vnius, non tamen impedit simpliciter.

PRÆTEREA, mulier est vniuersaliter frigidior viro: sed mulieres non impediuntur a matrimonio: ergo nec frigidi.

SED contra est quod dicitur extrâ, de frigidis & maleficiis, sicut puer qui non potest reddere debitum non est aptus coniugio, sic qui impotentes sunt minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur: tales autem sunt fri-

gidi: ergo &c. **PRÆTEREA**, nullus potest se obligare ad impossibile, sed in matrimonio homo se obligat ad carnalem copulam, quia ad hoc dat alteri sui corporis potestatem: ergo frigidus qui non potest carnaliter copulari, non potest matrimonium contrahere.

RESPONDEO dicendum, quod in matrimonio est contractus quidam quo vnus alteri obligatur ad debitum carnale soluendum. Vnde sicut in alijs contractibus non est conueniens obligatio, si aliquis se obliget ad hoc quod non potest dare vel facere, ita non est conueniens matrimonio contractus si fiat ab aliquo qui debitum carnale soluere non potest, & hoc impedimentum vocatur impotentia coeundi nomine generali. Quæ quidem potest esse velle causa intrinseca & naturali: vel extrinseca & accidentali, sicut per maleficium de qua postea dicitur. Si autem sit ex causa naturali, hoc potest esse dupliciter. Quia vel est temporalis cui potest subueniri remedio medicinae, vel per excessum ætatis, & tunc non soluit matrimonium: vel est perpetua, & tunc soluit matrimonium, ita quod ille ex parte cuius allegatur impedimentum perpetuo maneat absque spe coniugij: alius nubat cui vult in domino. Ad hoc autem cognoscendum utrum sit impedimentum perpetuum vel non, ecclesia tempus determinatum adhibuit, in quo huius rei posset esse experimentum, scilicet triennium. Quod si post triennium in quo fideliter ex vtraque parte dederunt operam copulæ carnali implende inueniatur matrimonium non esse consummatum, iudicio ecclesiæ dissoluitur, et tamen in hoc quandoque ecclesia errat: quia per triennium quandoque non sufficienter experiri potest perpetuitas impotentie. Vnde ecclesia si se deceptam inueniat per hoc quod ille in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam cum alia vel cum eadem perfecisse, reintegrat matrimonium præcedens, & dirimit secundum, quamuis de eius licentia sit factum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quauis actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonij, tamen sequitur ad hoc quod est de eius essentia, quia per matrimonium datur vtrique coniugum potestas in corpore alterius respectu:

car-

carnalis copulæ. **AD SECVNDVM** dicendum, quod caliditas superflua vix potest esse impedimentum, si tamen inueniretur quod per triennium impediret carnalem copulam, iudicaretur perpetuum: tamen quia frigiditas magis & frequentius impedit: tollit enim non solum commixtionem seminum, sed etiam vigorem membrorum quo fit coniunctio corporum. ideo frigiditas magis hic ponitur impedimentum quam caliditas, cum omnis defectus naturalis ad frigiditatem reducatur.

AD TERTIVM dicendum, quod senes quauis non habeant caliditatem sufficientem ad generandum, tamen habent caliditatem sufficientem ad carnalem copulam, & ideo conceditur eis matrimonium secundum quod est in remedium, quamuis non competat ei secundum quod est officium nature.

AD QVARTVM dicendum, quod in quolibet contractu hoc vtiliter tenetur, quod ille qui est impotens ad soluendum aliquid, non reputatur idoneus ad contractum illum quo se obligat ad eius solutionem: tamen potest impotens esse tripliciter. Vno modo quia non potest soluere de iure, & sic talis impotentia omnibus modis facit contractum esse nullum, siue sciat ille cum quo facit talem contractum hanc impotentiam, siue non. Alio modo quia non sit soluendo de facto, & tunc si sciat ille cum quo contrahit hanc impotentiam, & nihilominus contrahit, ostenditur quod alium finem ex contractu querit: & ideo contractus stat. Si autem nescit, tunc contractus nullus est, & ideo frigiditas quæ causat talem impotentiam, ut homo non possit de facto soluere debitum, & conditio scruitutis per quam non potest homo de facto liberè reddere, impediunt matrimonium quando alter coniugum ignorat hoc quod alius non potest reddere debitum: impedimentum autem per quod aliquis non potest de iure reddere debitum: ut consanguinitas annullat contractum matrimonium siue sciat alter coniugum siue non: & propter hoc Magister ponit quod hæc duo faciunt personas non omnino illegitimas.

AD QVINTVM dicendum, quod non potest esse perpetuum impedimentum naturale viro

respectu vnius personæ, & non respectu alterius: sed si non possit implere carnalem actum cum virgine, & possit cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumento possunt claustra pudoris frangi & ei coniungi, nec esset hoc contra naturam, quia non fieret ad delectationem, sed ad medicamentum: abominatio autem mulieri, non est causa carnalis, sed causa accidentalis extrinseca: & ideo de ea est iudicium idem quod de maleficio, quod post dicitur.

AD SEXTVM dicendum, quod mas est agens in generatione, sed femina est patiens, & ideo maior caliditas requiritur in mari quam in femina ad opus generationis. Vnde frigiditas facit impedimentum in viro, sed in muliere potest esse impedimentum naturale ex alia causa, scilicet arctatione: & tunc idem est iudicium de arctatione mulieris & frigiditate viri.

SENES huc art. aduertit, quod Magister Sent in 4. d. 34. agit de personis legitimis & illegitimis ad matrimonium, & ponit aliquas propositiones. Prior est, personæ legitimæ & illegitimæ mutantur & variantur secundum conditionem temporum, nam aliquæ sunt legitimæ nostra ætate, & in lege euangelica quæ non fuerunt in lege Moysaica. Secunda propositio Magistri est, Frigidi seu impotentes sunt illegitimi ad matrimonium & si contraxerint possunt separari. Tertia est, qui maleficiis impediuntur, si maleficium sit perpetuum non potest esse inter eos matrimonium: si autem tantum sit temporale licite contrahent. Quarta propositio est, furiosi pro tempore amentie vel furie non possunt contrahere. Quinta propositio est, si quis habuit copulam cum duabus fororibus, neutram potest habere uxorem, & si contrahunt de facto sunt separandi, & ille in penam criminis priuabitur a matrimonio in perpetuum: si autem fecit ignorans & sine culpa, poterit contrahere cum alia extranea. Sexta propositio est, ob sterilitatem vel aliam maculam non est vxor dimittenda, etiam quoad thorum, hæc Magister.

CIRCA quæ est dub. quæ personæ sunt legitimæ ad matrimonium? Ad quod dico, quod cum legitima persona dicatur à lege, illæ personæ sunt legitimæ ad matrimonium quæ sunt idoneæ & habiles matrimonio secundum leges. Sed quia duplex est lex, diuina. scilicet & humana. Dubitabis secundum quam legem personæ sunt & dicatur legitimæ matrimonio. Ad quod respondimus in supra q. 56. & concludimus, quod de lege diuina pure positiua in euangelio, vel in lege gratiæ, nullæ personæ sunt inhabiles formaliter

maliter ad matrimonium. Secundo diximus, quod de lege diuina .i. naturali quæ etiam lex Dei est, duo tantum gradus sunt inhabiles ad matrimonium, nempe parætes, & liberi, & fratres & sorores ita quod in his non cadit dispensatio etiã ecclesiæ autoritate. Tertio diximus quod omnes alij gradus qui hodie prohibentur sunt prohibiti iure humano pontificio: sed est aliud impedimentum quod dirimit matrimonium iure diuino, quod est impotentia ad concubitum carnalem. Ideo dico quod duplex est talis impotentia, altera est perpetua, vt est in spadonibus & eunuchis: altera autem temporalis vel propter ægri tudinẽ, vel propter ætatem: & de impotentia perpetua est conclusio omnium Doctorum quod impedit matrimonium. Vnde si spado aut eunuchus contrahat matrimonium, non tenet tale matrimonium, & omnis talis impotentia ad copulam carnalem vocatur frigiditas à Iureconsultis & Theologis, licet aliquando contingat ex calore inordinato, in viris tamen plurimum prouenit ex frigidityte, ideo prædictum impedimentum vocatur ligatio, vnde fœminæ dicuntur ligatæ, & quod hoc impedimentum impedit matrimonium ita quod illud diimat, probatur in tribus cap. prioribus, de frigidis & maleficiatis.

¶ SED dub. est quomodo intelligatur tale impedimentum, nempe quando præcedit vel quando sequitur ipsum matrimonium. Ad quod ommissis a ijs opinionibus responderetur, quod prædicta impotentia si sequatur matrimonium, non dirimit illud etiam si matrimonium solum sit ratum & non consummatum. Intelligendum est ergo quod frigiditas impedit matrimonium, & illud dirimit quando præcedit: & licet hoc impedimentum sit cõtentum in iure Canonico, impedit etiam de iure naturali: sicut enim duæ fœminæ non possunt contrahere iure naturali eo quod sit ibi impossibilitas ad concubitum carnalem, ita etiam si quis vir contrahat cum tali impotentia, non tenebit factum de iure naturali.

¶ SED dices quomodo cognoscetur quod prædicta impotentia sit perpetua. Dico quod debent coniuges dare operam rei vxoriæ bona fide tres annos, & antea non debent audiri in foro exteriori: & in fine triennij si cõstet prædictus coniunx nunquam conuenisse in concubitu debent separari, vt habetur cap. Laudabilem, de frigidis & maleficiatis. Si autem cognoscatur prædictum impedimentum, statim matrimonio contracto, illico debet separari, nec spectandum est tẽpus aliquod, vt si mulier est clausa, vel vir spado aut eunuchus, vel ambo sunt impediti, euilgigio debet separari: & hæc est cõmunis sententia Doctorum: triennium autem nõ spectatur nisi quando est dubium.

¶ SED quæres si vnus confiteatur quod taliter est impotens ad congregandum cum vxore, an debeant nihilominus illi coniuges spectare triennium, vt separentur, vel an debeant statim separari? Sunt de hoc dubio opinionẽs inter Iureconsultos. Panor. dicit quod si non manifestè constat de illo impedimento, debet spectare triennium: & hoc mihi videtur tenendum contra Innocen. & contra communem opinionem Iureconsultorum temporis Innocetij, nam hodie credo opinionem Panor. esse communio rem.

¶ SED vterius dubitabit vir probus, an sufficiat quod per triennium non potuerit vir cognoscere illam vxorem, ad hoc vt dirimatur matrimonium, & licite separentur. Ad quod responderetur negatiue, quia ad hoc vt separentur requiritur quod prædictum impedimentum probetur sufficienti iudicio: & sufficiens iudicium in iure primum est inspectio, & si hæc nõ possit haberi sufficiens eo quod illa mulier erat vidua, vel perdidit alias virginitalatem, sufficit septima manus, vt dicunt Iurecõsulti, i. quod septem viri honesti consanguinei testificentur quod illo triennio bona fide prædicti coniuges cohabitauerunt, & facta hac diligentia iudex debet dare facultatem vxori trãsferendi ad alias nuptias, & debet interdicere perpetuò prædicto viro tanquam impotenti nuptias. Si autem ille de facto contraxit cum alia, vel inuenerit h. b. h. ad rem vxoriam, & prior illa vxor nuptiam alteri, debet redire ad primam: & si noluerit comprehendendus est, quia ecclesia quæ illud separauit fuit decepta, quia iudex aut solum secundum allegata & probata, & hoc habetur in illo cap. Laudabilem, de frig. & malef.

¶ SED maius dubium est in hac materia, si quis contrahat cum impotente, sciens quod est impotens, quia ea quæ diximus intelliguntur quando cum bona fide contraxerunt, an tunc sit ratum matrimonium. Ad quod respondet Palud. in 4. d. 34. q. 2. concl. 3. & dicit quod est matrimonium, veluti si contraxisset cum seruo sciens, probat hoc cap. Consultationi, de frig. & malefic. quia ibi consultus est Papa de hoc dubio, & respõdit mirabile esse quod quis talem, nempe clausam duxerit tamen dicit, si scienter contraxit quam non potest habere in vxorem, habeat in sororem. Oppositam tamen sententiã asserit Syluest. in summa verbo matrimonium 8. q. 16. Quam etiam sententiã recipiunt Panor. & Orlen. & consequenter dicunt quod si ille prædictus coniunx contraxit secundo, erit cum secundo coniuge, quia secundum matrimonium est ratum & non primũ. Et ad illud cap. Cõsultationi, respõdetur quod Papa solum vult ibi dicere quod prædictus coniunx tenetur habitare cum alio, quia ad hoc videtur obligari ex contractu suo, sed non inter debet quod esset legitima vxor. Vnde tenendum est

est sententia Syluest.

¶ SED dices, an vir qui est impotens ad copulam carnalem solum ex senectute possit ducere vxorem, & si ducat de facto, an sit verum matrimonium. Ad quod respondet Panor. in capit. Quod sedem, de frigiditate & malefic. & glo. ibidem, quod illud est verum matrimonium, quia per accidens est quod ille nõ habeat potentiam. Oppositam autẽ sent. defendunt Theologi communiter quæ tenenda est sine scrupulo, nempe si senex sit talis quod nec natura, nec arte, nec medicina aliqua põt reddi habilis ad carnalem accessum, matrimonium est nullum: hoc Ricard. 4. d. 34. art. 2. q. 1. ad secundum. Vbi prius dicit, nullus est tam senex qui non possit saltem aliqua medicina calescere, ita quod fiat habilis ad congressum carnalem, tamen si ita esset tam senex quod non possit calescere, non esset matrimonium. Quæ sent. sequitur Syluest. & Palud. in prædicta d. 34. Scotus in eadẽ d. q. vnica. S. Tho. in isto art. qui licet non loquatur particulariter de sensibus, tamen dicit quod impotẽtia perpetua impedit matrimonium.

¶ SED tunc oritur aliud dub. si quis est impotens ad virginem, & potens ad corruptã, si hic contrahat cum virgine, an sit ratum matrimonium? Ad quod Palud. in prædicta d. 34. q. 2. concl. 4. dicit quod non est matrimonium, & quod possunt separari illi coniuges, & vterq; trãsferre ad alias nuptias, sed postea in fine quæstionis dicit, quod hoc dicit secundum aliquos Doctores: vnde videtur quod Palud. non fuit assertor illius sententiæ: & hoc vltimum dicit art. 3. concl. 2. Oppositũ tamen asserit S. Tho. in hoc art. ad quintum, & videtur probari hoc ex cap. fraternitatis tuæ de frig. & malefic. vbi summus pontifex dicit quod si impedimentum non sit tale quod egeat diuino miraculo non impedit matrimonium, sed illi potest adhiberi remedium .i. aliquo instrumento aperiendo claustra pudoris. Et hæc est sententia Ricardi & Scor. & est notandum hoc quod dicit S. Tho. quod debent aperiiri claustra pudoris aliquo instrumento.

¶ SED tunc oritur aliud dub. altius, nempe si quis contraxit cum muliere arcta vel ligata, ita quod nõ potest vir accedere ad eam, tamen per incisionem potest reddi habilis & dillatari sexus, an tunc sit ratum matrimonium. Ratio dubitandi est, quia illud sit per violentiam: ergo non videtur sufficere ad hoc quod sit verum matrimonium. Ad hoc tamen aliqui Iureconsulti, inter quos est Hugo, dicunt quod quãdiu est arcta, non est matrimonium: ratio illorum est, quia mulier non tenetur pati incisionem, ad quod citant cap. illud quod propo. suisti. 32. q. 2. Palud. tamen in 4. d. 34. q. 2. art. 2. concl. 2. dicit quod est verum matrimonium. Quod credo verum & secundum Theologos tenen-

dum. Vnde colligitur regula generalis. Inter quascunq; personas bona fide contrahentes, & quæ possunt absolute & simpliciter loquendo cognosci, est ratum matrimonium, nisi aliquo alio impedimento impediatur ab extrinseco & hæc est sententia Scoti, Panor. & Syluest. & prædictũ caput, fraternitatis tuæ, hoc expressè dicit: nempe quod mulier arcta vel ligata debet incindi, intelligitur tamẽ hoc excepto periculo ex tali incisione in prædicta fœmina. Si autem incisio est facilis, non apparet quare nõ sit matrimonium, nam: si illam faceret se incidit ignoratẽ viro antequã ad eam accessisset, certum est quod esset verum matrimonium, esto non iterum cõtrahant: ergo esto vir sciat priusquam aperiatur, erit matrimonium.

¶ SED dubitabis tunc, an illa talis vxor teneatur incidere quæ voluit nubere, dicens se velle illud pati. Dico quod de hoc sunt variæ sententiæ Iureconsultorum & Theologorũ, & prius Palud. dicit quod non tenetur, sed addit quod expectandum est, quia quæ hodie non vult cras vellet. Ego autem dico, quod prædicta mulier tenetur velle incidere postquam voluit nubere & nupsit, sciens se esse ligatam: & virgo quæ nõ est idonea illi viro cui nupsit, tenetur velle aperiatur sibi claustra pudoris, dummodo nõ sequatur periculum alicuius notabilis detrimenti aut mortis, hoc probatur. quia iã illud est matrimonium, vt probauimus: ergo illa est vera vxor: ergo secundum Paulum illa nõ habet potestatem corporis sui, sed vir.

¶ Prætereã, Apostolus dicit: Nolite fraudari inuicem, sed si illa ligata prædicta non incidatur fraudat virum quoad copulam carnalem: ergo tenetur incidere.

¶ Prætereã, si illa fœmina haberet vlcus vel læsionem aliquã in illo sexu, quis dubitat nisi quod teneretur curari etiam ad solum istum finem nõ fraudet virum: ergo si tenetur adhibere vnguentum vel pharmacum, nõ fraudet virum, quare non tenebitur adhibere nouaculum, vt incidatur?

¶ SED circa hæc est dubium principale, à me quæsitum & à nemine alio moto, nempe postquam quis contraxit cum aliqua fœmina cõceptum est iudicio medicorum quod si illa conciperet esset impossibile quod pareret nisi moreretur, ita quod hoc asserunt medici peritissimi, an tunc esset matrimonium inter illos tales coniuges, si illa fœmina nihil ominus velit cognosci a viro & vir velit illam cognoscere & non alienam, sed suam, & forte quod vel ille vel illa erat sterilis, & ita non moreretur, quia nunquam conciperet etiam si a viro cognosceretur, vel esto illa peccaret exponendo se periculo mortis, non tamen est defectus ex parte viri: ergo erit matrimonium, & ego aliquãdo respondi cum essem consultus de hoc euentu quod non erat matrimonium: & ratio mea erat, quia

quia prædicta fœmina non tenebatur reddere debitum: ergo non poterat se obligare ad hoc: antecedens probatur, quia coniunx non tenetur reddere debitum coniugi, nisi salua consistentia subiecti, nõ tamen cum suo notabili periculo. Pro alia tamẽ parte est ratio, quia si illa separata postea à viro conciperet & pareret sine periculo, esset reddenda illi priori viro qui duxerat eam, cum non esset tale impedimentum quale medici putabant, & ecclesia iudicauit secundum allegata & probata in quo fuit decepta. Ideo videtur concludendum quod si constaret quod illa fœmina sine prædicto periculo non posset parere, non esset matrimonium inter tales coniuges: si autem hoc non sufficienter constat, non sufficit iudicium medicorum ad separandos illos cõiuges. Sed expectandum est altius iudicium ecclesiæ cõformiter ad iura.

¶ CIRC A illud autẽ quod superius diximus, nempe quod coniuges frigidi vel ligati debet cohabitare per triennium, & si in illo triennio vir non cognouit vxorem, quod debebant separari, in qua separatione disponit iura, quod si solus vir est frigidus & fœmina sit apta viro, detur copia fœminę vt nubat secundo, impotenti autem viro indicatur perpetua continetia: dubium est si post illam separationem contingat prædictum virum cognoscere aliam, an debeat reddi primæ: ¶ Respondetur affirmatiuẽ cum ita definitur in prædicto cap. fraternitatis tuę, de frig. & malef. quia ecclesia comperit se deceptam. Et si dicas, fortẽ est impotens in ordine ad istam primam, sed ad aliam est potens. Dico quod hoc in iure reputatur impossibile, nempe quod ab intrinseco aliquis vir sit idoneus ad vnam fœminam, & quod sic ex parte sua sit inhabilis ad aliã: sed qui de se est idoneus ad vnam, erit ad aliam secundum ius. Si tamen ita esset in rei veritate quod ab intrinseco possit cognoscere vnã & nullo modo aliã, neq. per incisionem, nec per apertionem, non debet reddi tunc prædictus vir priori vxori, sed vt diximus hoc rationabiliter reputatur impossibile.

¶ S E D hæsitabis rursus, quando quis cõtrahit cum fœmina cum qua ipse non potest habere rem, vel propter defectũ ipsius vel vxoris, quæ nullo modo licito potest reddi habilis illo viro, nisi modo illicito, nempe per vsum & congressum cum alio viro, ita quod si alius vir fornicaretur cum illa per annum vel per mensem, redderetur habilis priori viro, an illud primum fuerit ratum matrimonium? à parte affirmatiua est argumentum, quia prædictum impedimentum non est perpetuum: ergo fuit ratum matrimonium. ¶ Ad hoc dico, quod si ita esset, vt in casu supponim, quia fortẽ quod euentus est impossibilis, nõ esset matrimonium quia est perpetuum impedimẽtum, cum illud

non possit tolli sine peccato, & ideo nõ est matrimonium: vnde si illi sunt separati post triennium, & transferunt ad alias nuptias, & si postea quã illa erat sibi habilis cognoscere eam per adulterium, nõ debet ei reddi si sit cõpertum quod solum per congressum alterius viri fuit sibi reddita habilis, & non poterat alio modo reddi sibi habilis. Si autem vir cognoscit fœminam emittens semen non tamen aptum ad generationem ex frigidityte, ob hoc nõ impeditur matrimonium. Et à quibusdam refertur quod quidam Ludouicus Rex Francorum dimisit vxorem primã, & dicebatur quod illud fecerat propter suam frigiditytem & sterilitytem. Sed alij melius sentientes dicunt quod nõ fecit illud ob illã causam, sed quia duxerat illã timore cadenti in constantẽ virum Regis Caroli fratris suę vxoris. Si autem vir potest cognoscere vxorem, sed non potest emittere semen, videtur quod sit matrimonium, quia etiã si fœmina non seminaret est idonea viro, & cõcipit & est ratum matrimonium. Nihilominus dicendum est tale non esse matrimonium, ratio est in promptu, quia & si semen fœminę nõ requiratur ad generationem, semen tamen viri est ad illam necessarium, & si contrarium dicit glosa, cap. Hi qui, 2. q. 2. Pro nobis tamen est Panor. contra prædictam glo. cap. Quod semen, de frig. & malef. quam sententiam amplectuntur etiam Palud. & Syluest.

¶ S E D petes, an pueri habentes vsum rationis, sed ante annos pubertatis, an possint cõtrahere? Ad quod dices quod non, cum definitum sit in iure quod masculus ante 14. annum, & fœmina ante 12. non possunt cõtrahere, & si de facto cõtrahant, non est matrimonium, hoc constat ex cap. impubes, & ex cap. Continetatur, de sponsatione puerorũ: & ratio est quia secundum Arist. ante illud tempus non sunt homines apti ad generandum.

¶ S E D remanet tũc scrupulus, secusa determinatione iuris positui humani, stando solũ in iure diuino vel naturali, an si cõtrahat prædicti cõiuges sit ratum matrimonium. Ad quod dicendum est, cũ distinctione, vel illi sunt idonei ad copulam carnalem, vel non: si sunt idonei certum est matrimonium tenere inter illos, si autem non sunt idonei, vel alter illorum nõ est habilis ad copulam carnalem, tunc est dubium, quia videtur quod pro tunc non possunt obligare se ad copulam, cum non possint se obligare ad impossibile: ergo ad minus pro tunc non tenebat matrimonium, glosa in illo cap. Puberes, de spõs. impub. dicit quod in quacũq. ætate cõtrahant, si pro tunc non possunt conuenire ad copulam carnalem, non est matrimonium. Oppositum tamen docet S. Tho. in isto art. vbi dicit quod impotentia ad coeũdum, quæ non est perpetua, non impedit matrimonium: & hoc est tenendum, cum hoc etiã tene-

teneant communiter alij Theologi etiã si pro tunc non sint habiles ad copulam, quia nõ est impedimentum perpetuum, ideo in quacũq. ætate cõtrahat, si sunt iam in vsum rationis, est ratum matrimonium stando in solo iure diuino vel naturali.

¶ H I S sic præmeditatis quæres vterius, an esto q. vir post 14. annũ, & fœmina post 12. statim, vel breui post, cõtrahant & coniugatur, tamen nõ possunt habere actum carnalem, & si tentet, sit matrimonium? Ad quod respondet glo. negatiue in illo cap. Puberes, de sponsatione impub. Oppositum tamẽ dicit Palud. vbi supra, & Panor. in prædicto cap. cit. Puberes: & Syluest. nempe quod est matrimonium: & hoc est tenendum stante iure positio humanõ, vir non potest cõtrahere ante 14. annum, nec fœmina ante 12. quod si faciant non est matrimonium, sed ille contractus reputatur sponsalia, & tenentur postea prædicto tempore expleto cõtrahere matrimonium, vt habetur lib. 6. cap. vnico, de sponsatione impub. Si tamen cõtrahat vir ante 14. & fœmina ante 12. annum, tamen malitia supplet ætatem, nõpe quod ille ante tempus pubertatis & iuris est habilis ad copulam, & fœmina etiã est idonea ad rẽ vxoriam, licet non habeat ætatẽ requisitam à iure.

¶ Dico quod tũc est matrimonium, quia ita iura disponunt, vt habetur cap. De illis, 2. de spons. impub. & videtur sequi etiam ex iure communi, quia si post spõsalia superueniat copula carnalis est matrimonium, & hoc non solum in foro contetioso, sed etiam in iudicio conscientie, si affectu maritali ad se inuicẽ accesserunt. ¶ Hæsitabis vterius, si prædicti coniuges ante illam ætatem iuris erant habiles ad copulam, non tamen conueniunt simul, sed ille habuit rem cum alia fœmina, an erit tunc ratum matrimonium? Dicendum affirmatiuẽ, quia malicia supplet ætatem iuxta iuris determinationem: si autem sint prædicti cõiuges proximi ad 14. vel 12. annum, ita quod viro non desint nisi 10. aut 6. dies, & totidẽ mulieri, dico quod est matrimonium, quicquid nonnulli alij dicant: ratio est in promptu, quia lex illa semper adiungit nisi malicia suppleat ætatem, quod in nostro euentu contingit. Et hæc est sententia Panor. in prædicto cap. De illis 2. Syluest. autẽ in summa, verbo matrimonium 5. q. 2. dicit quod illud, nisi malicia suppleat ætatem, intelligitur quod quantumcũq. sint proximi ad illã ætatem, si non sunt idonei ad copulam carnalem non erit matrimonium. Si autem cõtrahant post ætatem iuris, etiam si non sint habiles pro tunc ad copulam, est ratum matrimonium. Si verò cõtrahant ante ætatem iuris & pro tunc non sunt habiles ad copulam carnalem, nõ est ratum matrimonium.

¶ E T si quæras quomodo post fiat matrimonium inter illos inter quos nunc non est ma-

trimonium? Dicendum quod requiritur nõ vus consensus, & de nouo expressus, vt fiat legitime matrimonium. ¶ Sed faciamus quod alter erat iam ætatis legitime & alter nõ, postea tamen adueniente ætate cõsentit: sed alius qui prius cõsenserat nõ vult cõsentire, an licet possit sic nõ cõsentire? Dico quod si nõ licet cõsentire non est matrimonium, licet cõpellatur ab ecclesia quod velit, & non permittatur illi reclamare. Si interim tamen cõtrahat cum alia, illud secundum erit verum matrimonium.

¶ A N autem defectus ætatis impediatur matrimonium stãdo in iure diuino solo. Dico quod pueri quãdo primum incipiunt habere vsum rationis, possunt cõtrahere sponsalia, sed à iure humano est prohibitũ, & limitatum est tempus sponsalium post primum septennium, quia non sufficienter constat quod pueri ante primum septennium veniunt ad vsum rationis. Sed si sunt proximi septennio, quicquid alij dicant, Doctor Sanct. dicit quod sufficit ad cõtrahendũ sponsalia, vt iam supra probauimus, cum ageremus de spõs. impub. & hoc dicit glo. in cap. Iuuenis, de spõs. impub. & Panor. dicit in prædicto cap. Iuuenis, quod hæc est cõmunis opinio, licet ipse teneat contrariam opinionem. Sententiam tamen S. Tho. quam credo verã, tenent Summa Pisana & Supplementũ.

Artic. secundus

Vtrum maleficium possit impedire matrimonium?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod maleficium non possit matrimonium impedire. Huiusmodi enim male-

ficia sunt operatione demonũ sed demones non habent potestatem ad impedendum matrimonium actum, magis quã corporales alios actus quos impedire non possunt, quia sic totum mundum perimeret, si cõestimationem & gressum et alia huiusmodi impediret ergo per maleficia non potest impediri matrimonium.

PRAETEREA, opus Dei est fortius quã opus diaboli, sed maleficium est opus diaboli: ergo nõ potest impedire matrimonium, quod est opus Dei.

PRAETEREA, nullum impedimentum di-

Secunda. 4. quest. 60. art. 2.

dirimit contractum matrimonium quod non sit perpetuum: sed maleficium non potest esse impedimentum perpetuum, quia cum diabolus non habeat potestatem nisi super peccatores, expulso peccato tolletur maleficiū, vel per aliud maleficiū, vel etiam per exorcismos ecclesie qui sunt ordinati ad reprimendam vim demonum: ergo maleficium non potest impedire matrimonium.

PRÆTEREA, carnalis copula non potest impedire, nisi impediatur potentia generandi quæ est principium eius: sed vnus viri generatiua potentia se habet ad omnes mulieres quasi æqualiter: ergo per maleficium non potest esse impedimentum respectu vnus, nisi sit respectu omnium.

SED contrariet, quod dicitur in Decre. 33. q. 1. si per fornicarias vel maleficas: & infra si sanari non poterunt separari valent.

PRÆTEREA, potestas demonum est maior quam potestas hominis, Iob. 1. non est potestas super terram, & c. Sed opere humano potest aliquis fieri impotens ad carnalem copulam per aliquam potestatem vel castrationem, & ex hoc matrimonium impeditur: ergo multo fortius virtute demonis hoc potest fieri.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt quod maleficium nihil aliud erat in mundo nisi in æstimatione hominum, qui effectus naturales, quorum causæ sunt occulta, maleficiis imputabant. Sed hoc est contra auctoritatem Sanctorum, qui dicunt quod demones habent potestatem supra corpora & supra imaginationem hominum, quando à Deo permittuntur: Vnde per eos malefici aliqua signa facere possunt. Procedit autem hæc opinio ex radice infidelitatis, quia non credunt esse demones nisi in æstimatione vulgi tantum, vt terrores quos ibi facit homo ex sua æstimatione, imputet demoni: & quod etiam ex imaginatione aliqua figuræ apparent in sensu tales quales homo cogitat, & tunc creduntur demones videri. Sed hæc verba fides repudiat, per quam angelos de celo cecidisse, et demones esse credimus, & ex subtilitate suæ naturæ multa posse, quæ nos non possumus: & illi qui eos ad faciendum talia inducunt, malefici vocantur. Et ideo alij

dixerunt quod per maleficia potest præstari impedimentum carnali copula, sed nullum tale est perpetuum: Vnde non dirimit matrimonium contractum: & dicunt iura esse reuocata quæ hoc dicebant, sed hoc est contra experientiam, & contra noua iura quæ antiquis concordant. Et ideo distinguendum est, quia impotentiæ coeundi ex maleficio, aut est perpetua, & tunc matrimonium dirimit: aut non est perpetua, & tunc non dirimit: & ad hoc experiendum eodem modo ecclesia tempus triennij præfixit, sicut & de frigilitate dictum est. Tamen hæc differentia est inter maleficium & frigilitatem, quia qui propter frigilitatem est impotens, ita est impotens ad vnam sicut ad aliam: & ideo quando matrimonium dirimitur, non datur licentia ei vt coniugatur alteri: sed ex maleficio homo potest esse impotens ad vnam & non ad aliam, & ideo quando iudicio ecclesie matrimonium dirimitur, vt r. 3. datur licentia vt alteram copulam querat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia corruptio peccati prima, per quam homo factus est seruus diaboli, in nos per actum generatiuæ deuenit: ideo malefici potestas permittitur diabolo à Deo, in hoc actu magis quam in alijs, sicut in serpentibus magis ostenditur virtus maleficiorum quam in alijs animalibus, vt dicitur: quia per serpentem diabolus mulierem tentauit.

AD SECVNDVM dicendum, quod opus Dei potest opere diaboli impediri diuina permissione, non quod diabolus sit Deo fortior, vt per violentiam opera eius destruat.

AD TERTIVM dicendum, quod maleficiū est ita perpetuum quod non potest habere remedium humanum, quamuis Deus posset præstare remedium, demonem cogendo, vel etiā demonem desistendo: non enim semper oportet vt id quod per maleficium factum est, possit per maleficium aliud destrui, vt ipsi malefici confitentur, & tamen si posset per maleficium remedium adhiberi, nihilominus perpetuum reputaretur: quia nullo modo debet aliquis demonis auxiliū per maleficium inuocare. Similiter non oportet quod si per peccatum aliquod diabolo data est potestas in aliquem, quod cessante peccato esse potestas

Secunda. 4. quest. 60. art. 2. fo. 505.

potestas, quia poena interdum remanet culpa transeunte. Similiter etiam exorcismi ecclesie non valent ad reprimendum demones semper quantum ad omnes molestias corporales, iudicio diuino hoc exigente: semper tamē valēt contra illas infestationes demonum, contra quas instituti sunt. **AD QVARTVM** dicendum, quod maleficiū quandoq; potest præstare ad omnes impedimentum, quandoq; ad vnā tantum, quia diabolus voluntaria causa est non ex necessitate naturæ agens. Et præterea impedimentū maleficii potest esse ex impressione demonis, & imaginatione hominis, ex qua tollitur viro concupiscentia mouens ad talem mulierem, & non ad aliam.

POSTQVAM tractauimus cū S. Th. aliqua alia impedimenta quæ impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, agendum est nunc de maleficio, quod etiam est impedimentum dirimēs matrimonium: quod maleficium nihil aliud est quam impedimentum, arte vel industria demonis inuentum, vt. s. coniuges non possint carnaliter conuenire: de quo demone dicit Iob, non est potestas super terram quæ comparetur ei. Et Pau. dicit, non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates tenebrarū, & c. Et prædictum maleficium potest fieri per impedimentum motus localis, faciēdo exempli gratia, nē membrum verile erigatur: & secundo potest fieri applicando virtutes quas ipse scit esse contrarias potētiæ generatiuæ, quibus virtutibus reddit virum frigidum, & quibus impediatur descensus, & decursio seminis à renibus, & hoc modo applicando actiua passiuus, potest demō impedire prædictam potentiam ad coeundū, Et potest esse rātus amor inter coniuges, quod præualeat ille calor ad impediendum ea quæ demon applicat, & tunc non erit alter coniūx maleficiatus. Et communiter demon non operatur hæc nisi inter rusticos qui nesciunt multo se amare. ¶ Est igitur dub. an tale maleficiū impediatur matrimonium. Ad quod dicendum, quod si tale maleficiū sequatur matrimonium iam contractum, non dirimit illud: si autem præcedit, distinguendum est, quia vel est perpetuum & tunc (vt supra diximus) impedit matrimonium, quod probatur ex cap. ultimo, de frig. & male. Verum est quod in prædicto cap. expressè non dicitur de maleficiatis: ideo Ostien. expressè dicit ibi quod maleficium non impedit: inquit enim satis esse istos coniuges natura sua posse carnaliter conuenire, si non impediatur à demone. Contrarium tenet Panor. & alij alij Doctores Iureconsulti. & hoc maleficium non solum impedit matrimonium de iure humano

positiuo, sed etiā de iure diuino: & addit, quod quocūq; impedimento perpetuo ad cōgrediendū, siue sit ab intrinseco, siue ab extrinseco impeditur matrimonium: probat Panor. ex prædicto cap. fin. quia ibi dicit sumus Pōtífex quod prædicti cōiuges maleficiati faciāt penitentiā pro peccatis suis: & Panor. dicit quod hoc dicit sumus pōtífex eo quod præsumitur maleficiū esse perpetuū, & ita est dicēdū. ¶ Sed est dub. quomodo cognoscetur quod est maleficiū. Dicēdū, quod cognoscitur per hoc quod hic vir potest cū alia carnaliter cōuenire & non cū ista: & quod sit perpetuū, cognoscitur per hoc quod ex triennio moratur simul & cohabitāt, & non possunt cōgredi carnaliter, sicut diximus de impotente ratione frigiditatis. ¶ Sed an si post factā separationē post triennium, ille vir possit ad alias nuptias trāsire? Dicēdū affirmatiuē, quia potest esse maleficiatus respectu vnus scēmiq;, & non respectu alterius. Si autē postquā cōtraxerit cū secūda per adulteriū cognoscat rursus primā, debet relinquere secūdā & redire ad primā: ratio est, quia impedimentū illud non erat perpetuū, & ecclesia fuit decepta separando illos: & hoc asserit Syluest. in summa, in hac materia Ricard. in 4. d. 34. S. Th. in isto art. & Scot. in 4. in prædicta d. 34. & cōter oēs Theologi præter Angel. ¶ Sed cōtrā, hoc est expressè cap. Si per sortiaras 33. q. 1. vbi disponitur quod si postquā maleficiatus cōtraxit cū secūda, inueniatur cessasse maleficiū, non debet redire ille maritus ad primā: Ad quod dico quod prædictū cap. nullius est auctoritatis, nec recipitur à Iureconsultis, & Gratia. dicit ibidē, quod illud caput est contra determinationē Gregorij, & cōtra cap. quod aut, 33. q. 1. & cōtra cap. fraternitatis tuæ, de frig. & malef. Sed illud cap. nēpe si per sortiaras, fuit cuiusdā archiepiscopi Remensis, qui vocabatur Igmarius, & melius vocaretur ignarus, quia dicit cōtra ius & rationē. Sed est hic aduertēdū, quod duplex est maleficiū, alterū est hoc nocumētū prædictū illatū homini à demone: sed dō, capitur pro signo quo obligatur demō ad nocēdū tali homini, vt pro imagine, vel pro restē alicuius suspēsi. ¶ Sed est dub. quo pacto potest adhiberi remediū huic maleficio? Dico prius, quod per oratiōes & sacrificia. Secūdo, per exorcismos receptos ab ecclesia: non autē per exorcismos vetularū. Tertiō, per casus naturales, quæ calefaciāt hominē cōtra frigiditatem à demone inductā. ¶ An autē per aliud maleficiū vel incantamētū possit pelli alterū maleficiū? Respondet Summa Angel. verbo super lititio. 11. q. 13. affirmatiuē, & allegat pro se Aureol. in 4. d. 24. & ratio inquit est, quia possumus vt maleficio alterius parati ad maleficiēdū ad vtilitatem nostrā, sicut oēs dicūt, quod possumus petere pecuniā ab vsurario, & iustitiam à parato ad iurādum per falsum Deū Sed hæc sentētia non solum est falsa, sed est erronea, cū peccatū sit mortale vt quocūq;

cunq̄ue modo auxilio dæmonis etiam parati ad malefaciendum, quia est inimicus noster, & facile & lubens decipiet nos: & exponimus nos periculo graui, si dæmonis patrociniū vta mur. Secūdo est cōtra honorē Dei, & expressē mandatū Leuit. 20. quōd nullus sacrificet Moloch, nec declinet ad magos vel ariolos. Tertio dicit beatus Aug. quōd habetur 26. q. 7. cap. ad-moneā, quōd per incantationes & magicas artes nullus adhibeat infirmis remediū Quarto quia per maleficiū nullo modo pōt pelli aliud sine peccato mortali, etiā ipsius dæmonis pel-lentis. Et ad argumētū Angeli, dico quōd licet vti peccato alterius parati, quādo ille paratus poterat eidē necessitati subuenire sine peccato mortali, & non vult. Vt si roges vsurarium quōd mutuet tibi gratis, & ipse pōt facere sine peccato & nō vult, tunc poteris tu vti peccato alterius in tuā vtilitatē: & idem est de idolatra qui vult in tuā vtilitatē iurare per suū idolum, & ideo peccat, & si ipse vellet, credere posset in Deū verū & iurare per eum, & sic nō peccaret: ideo iuramētū illius poteris vti, quia tu nō petis nisi iuramētū, quod si ipse vult pōt licitē præstare: maleficus vero vel magicus nō pōt præstare vel subuenire maleficiato sine peccato mortali, & ideo nō possumus vti illo maleficio ad tollēdū aliud maleficiū, nec in propriū cōmodū. ¶ Sed an liceat remouere illa impedimenta, nēpe amouere restē alicuius suspēsi, vel dentes alicuius defuncti quæ posita sunt ad tale maleficiū? Et videtur quōd nō, quia illud ex natura rei nihil facit, ad hoc quōd dæmon recedat, quia solū est pactū per illud vt dæmon noccat: & ita videtur q̄ ille qui tollit illa quæ posita sunt ad impedimentū, facit pactum quoddā cū dæmone vt recedat: ergo non est licitū illa remouere. Hoc tamen nō obstatē dico, quōd licitum est tollere illa impedimēta: & nō solū est licitū, sed qui pōt tenetur illa remouere sub pōna peccati mortalis: quia pactum solū erat cū dæmone quōd quamdiu signa illa adsunt, ille veniet: hic autē qui tollit illa signa posita, tollit illud pactū factū, & nō facit aliud de nouo, vt nō veniat dæmō, sed discedat, per hoc quōd tollit illa signa. Sed tollit pactū vel peccatū quod iam erat in se vel in alio: & Scot. dicit & benē, quōd est meritorium tollere illa impedimēta: & idem videtur dicere S. Tho. ad primum & tertium argumentū, vide in eo.

Articul. tertius.

Vtrū furia impediāt matrimoniū?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod furia nō impediāt matrimoniū. Matrimonium n. spirituale quod in baptismo con-

trahitur dignius est quā carnale: sed furiosi pōsunt baptizari: ergo & matrimonium cōtrahere.

PRÆTEREA, frigiditas impedit matrimonium in quantū impedit carnalē copulā, quæ nō impeditur per furiam: ergo nec matrimonium.

PRÆTEREA, matrimonium non dirimitur nisi per aliquod impedimentum perpetuum: sed de furia non potest sciri quid sit impedimentum perpetuum: ergo non dirimitur matrimonium.

PRÆTEREA, in versibus supradictis sufficienter continentur impedimenta impediētia matrimonium, sed ibi non fit mētio de furia ergo & c. et.

SED contra, plus tollit vsus rationis furia quā error, sed error impedit matrimonium: ergo & furia.

PRÆTEREA, furiosi non sunt idonei, ad aliquem contractū faciendum: sed matrimonium est contractus quidam, ergo & c. et.

RESPONDEO dicendū, quōd furia, aut præcedit matrimonium, aut sequitur: si sequitur nullo modo dirimit ipsum: si autem præcedit tunc aut furiosus habet lucida intervalla, aut non: si habet, tunc quāuis dum est in illo intervallō non sit tutū quōd matrimonium cōtrahat, quia nesciret prole educare, tamen si contrahit est matrimonium: si autē non habet, vel si quādo non habet contrahit, tunc quia nō potest esse consensus vbi deest rationis vsus, non erit verum matrimonium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod vsus rationis non exigitur ad baptismum, quasi cā ipsius, si cut exigitur ad matrimonium. & ideo non est similis ratio: tamen de baptismo furiosorum dictum est supra.

AD SECUNDVM dicendū, quōd furia impedit matrimonium ratiōe suæ causæ quæ est cōsensus, quāuis non ratiōe actus, vt frigiditas: sed simul Magister de ea dēterminat cum frigiditate, quia vtrunq; est quidam natura defectus.

AD TERTIVM dicendum, quod momentaneū impedimentū quod causam matrimonij, cōsensum impedit, matrimonium totaliter tollit, sed impedimentū quod impedit actū, oportet esse

esse perpetuū ad hoc quōd matrimonium tollat. **AD QVARTVM** dicendū, quōd impedimentum reducitur ad errorē, quia vtrōbiq; est defectus consensus ex parte rationis.

AGENDVM est igitur penes istum art. de alio impedimento matrimonij quod dicitur furia. An igitur furiosi & amentes, & omnes carētes vsu rationis, possint cōtrahere matrimonium. Respondet S. Tho. & alij negatiuē, & si de facto contrahant non est ratū matrimonium. Diuis autem Tho. vt distinctius respondeatur distinguit: nam quædam furia est vbi est lucidum intervallum, quia aliquādo redit ad sanam mentem, & tunc quando est in prudentia potest contrahere. Si verō nullū est lucidum intervallum, ille talis amēs non pōt contrahere. Ratio est in promptu, quia ad matrimonium, vt supra diximus, requiritur mutuus cōsensus expressus: sed in amente nullus est consensus, cum non sit libertas: ergo si tēpore quo contraxit fuit amentis, non est matrimonium. Secūdo nullus potest se obligare nisi voluntariē & liberē, at amens nō habet libertatem: ergo nō potest se obligare, quod tamen ad matrimonium requirebatur.

¶ **DVBIVM** esset si quis ante amētiā & ebrietatem voluit contrahere matrimonium, postea verō contrahit tempore amētiæ vel ebrietatis, an sit matrimonium? & videtur quōd est ratum matrimonium, quia secūdum S. Tho. ebrius potest peccare & nullum est peccatum nisi voluntarium, sed ad peccadum sufficit illa libertas virtualis: ergo ad contrahendum.

¶ Præterea, ille amens si ante amētiā voluit baptizari, esto postea baptizetur in amētiā, tenet baptismus: ergo etiam tenet matrimonium. His non obstantibus, non est matrimonium ratum quodcunq; contrahatur in amentia: & vt iam supra diximus est regula recepta cōmuniter, quæ simpliciter est vera, si quis nunc non contraxit matrimonium ad hoc quōd postea sit ratum & verū matrimonium, oportet quōd rursus omnia requisita ponantur de nouo: sed voluntas illa qua antea volebat matrimonium, nō conficiebat matrimonium: ergo postea requiritur vt ratum matrimonium conficiatur. ¶ Et ad argumentum oppositum dico quōd illa libertas virtualis, nihil facit ad matrimonium, quia licet posset peccare ebrius illud peccatū non habet maliciam tunc interiorem, sed dicitur volitum in causa sua, & est sicut actus exterior in ordine ad volitionem quā habuit quādo se inebriauit.

¶ **AN** autem si vir fiat amens post contractū matrimonium teneatur vxor reddere illi debitū? Dico quōd est dubiū, & ad vtranq; partē sunt rationes: & a parte affirmatiua, est argumētū, quia ibi est verū matrimonium, & non fuit dis-

lutū per amētiā. & vir adhuc est dominus corporis vxoris: a parte negatiua est ratio, quia ille amens nō liberē petit debitū, & ius quod habet ad petendū debitū est sopitū postquā non petit volūtariē, etiā si supponamus quōd alia modestissime peteret, & idē est iudiciū de ebrio. Pro alia parte præter argumentū factū, videtur quōd prædicta vxor tenetur reddere debitum petenti marito amenti & ebrio, quia maritus tenetur reddere debitū vxori, etiā si non petat illa ad euitandā incontinentiā eius, vel si cupiat tantū & non petat: ergo videtur quōd vxor teneatur hoc modo tollere inconuenientia quæ possunt sequi in viro amente, & forte timet quōd ille vir si illa non reddat debitū, incidat in alias corruptelas. Vnde dato quōd nō teneatur reddere debitū quia amens petit, tenetur, quia ille est vir & decēter petit, & nē incidat in aliquas corruptelas.

¶ **AD** illud autē argumentū de baptismo negatur consequentia, quia actualis cōsensus est de quiditate matrimonij, & non de quiditate baptismi: ad baptismū enim sufficit virtualis consensus, vt si est adultus baptizandus sufficit quōd antea voluisset baptismū quādo erat in prudentia.

¶ **EST** dub. rursus, an liceret sine matrimonio iungere ad copulā carnalem duos amentes, & ponere eos in lecto adhuc finē vt cōgrediantur? Et arguitur a parte affirmatiua: amēs illi non peccant in illo cōgressu: ergo nec cōiungentes illos peccabunt: Et si dicas quōd nō valet argumentatio, quia est malus de se ille cōgressus, & licet non sit voluntarius ex parte illorum amentium, est tamen ex parte illorum cōiungentiū, hoc non obstat, quia nos committimus duos pueros, & facimus vt pugnent & cōiungentur inuicem, delectationis causa, tamen si, essent adulti peccaret illi inducētes: Sed hoc non obstante credo quōd est peccatū mortale iungere prædictos amentes, quia vterq; in detrimentū prolis, nam non posset educari cum parentes non habeant prudentiam ad educandum prolem.

¶ Præterea, est etiā periculū nē proles nascatur fatua: ergo esset peccatū mortale. Sed contra, melius est proli sic esse, quā nullo modo esse, nā si isti amentes nō cōgrediantur, nō nascetur illa proles, quia nō poterat nasci ex alijs parentibus nisi ex illis amentibus. Ad hoc dico, quōd istæ leges generales respiciunt id quod cōmuniter accidit, & ideo satis est quōd omnis concubitus ex quo nasci debet proles quæ nō potest commode educari, est prohibitus, & de se est illicitus.

¶ **SED** an liceat permittere quōd amētes cōueniant carnaliter, vel an qui habent curā amētium teneantur prouidere nē accedant ad mulieres etiam amentes? Et videtur quōd teneantur

tur providere ne amentes conveniant carnaliter: sicut tenentur providere ne ametes occidant aliquem, quia est nocumentum & iniuria proximi: ergo etiam tenentur non permittere quod amens accedat ad feminam amentem, quia est iniuria prolis nascituræ:

Artic. quartus

Vtrum incestus quo cognoscit quis sororem uxoris, suæ matrimonium dirimat?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod incestus quo quis cognoscit sororem uxoris suæ matrimonium non dirimat, quia mulier non debet puniri pro peccato viri, sed puniretur si matrimonium solueretur: ergo &c. **PRÆTEREA**, plus peccat qui propriam consanguineam cognoscit, quam qui cognoscit consanguineam uxoris, sed primum peccatum non impedit matrimonium: ergo nec secundum. **PRÆTEREA**, si in pena peccati hoc infligitur, videtur etiam si mortua uxore cum alia contrahat incestuosus, quod separari debeant, quod non est verum.

PRÆTEREA, hoc etiam impedimentum non connumeratur inter alia supra enumerata: ergo non dirimit contractum matrimonium.

SED contra est, quia per hoc quod cognoscit sororem uxoris contrahitur affinitas ad uxorem: sed affinitas dirimit matrimonium contractum: ergo & incestus prædictus.

PRÆTEREA, in quo quis peccat, in hoc punitur, sed talis peccat contra matrimonium: ergo debet puniri quod matrimonio priuatur.

RESPONDEO dicendum, quod si aliquis cognoscit sororem aut consanguineam aliam uxoris suæ ante matrimonium contractum, etiam post sponsalia, oportet matrimonium separari ratione affinitatis contractæ: si autem post matrimonium contractum & consummatum, non debet totaliter matrimonium separari, sed vir amittit ius petendi debitum, nec potest sine peccato petere, sed tamen debet reddere petenti, quia uxor non debet puniri de peccato viri: sed post mortem uxoris debet omnino manere absque coniugio, nisi cum eo dispensetur

tur propter fragilitatem suam, cum timetur de illicito coitu, si tamen præter dispensationem contrahat, peccat contra statuta ecclesie: non tamen matrimonium dirimitur, nec propter hoc separatur.

ET per hoc patet solutio ad obiecta, quia incestus ponitur matrimonij impedimentum, non tamen ratione culpæ, quæ ratione affinitatis quæ causatur: & ideo etiam non connumeratur alijs impedimentis, sed impedimento affinitatis includitur.

PRÆTER dicta impedimenta quæ dirimunt matrimonium, est aliud etiam dirimens matrimonium, quod dicitur impedimentum criminis: est enim quoddam crimen incestus quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: ut si quis cognovit aliquam feminam carnaliter, deinde contrahit cum eius sorore, vel alia consanguinea illius prius cognita, infra 4. gradum. Pro quo adverte quod incestus dupliciter impedit matrimonium. Vno modo, quia ex coitu cum aliqua femina ille fit affinis omnibus cognatis illius feminæ, & in quantum affinis non potest contrahere cum consanguineis illius feminæ, & contractum matrimonium dirimitur, & non est ratum ratione affinitatis. Sed de affinitate iam supra satis diximus, ideo hic non est agendum nisi de incestu quatenus crimen est.

¶ Ideo est dubium an ille qui commisit incestum possit contrahere cum illa cum qua commisit incestum, vel cum alia consanguinea suæ uxoris? Ad quod dicendum, quod vel incestus sequutus est matrimonium, vel præcessit: si præcessit non potest contrahere, & si contrahat non tenet matrimonium cum ratione affinitatis impediatur. Si autem sequatur incestus, non dirimitur matrimonium iam antea contractum, nempe si quis cognovit sororem suæ uxoris, vel eiusdem uxoris aliquam aliam consanguineam, non dirimitur iam contractum matrimonium, sed priuatur ut non possit exigere debitum ab uxore in pena, reddere autem tenetur: & si exigat debitum peccat mortiferè, & probabile est quod uxor non tenetur reddere, & si licite possit: licet probabilius mihi videtur, ut supra diximus, quod uxor tenetur reddere debitum marito petenti, esto petens peccet. Et post mortem uxoris priuatur ille maritus in penam ne ducat aliam uxorem, & si ducit sine dispensatione peccat mortiferè, sed matrimonium tenet. Ista omnia expressè habentur in illo tit. si quis cognovit consanguineam uxoris: & 32. q. 7. cap. si quis vidua, & ca. qui dormierit, & ca. Exhibuisti. Sed an hoc sit de iure diuino vel positivo? dico quod est de iure positivo tantum, & credo quod ex copula carnali illicita, id est quæ non est cum propria uxore, de iure diuino nulla est affinitas: probatur, quia doctores communiter fatentur quod

quod cadit in hoc dispensatio: ergo est solum de iure humano, hoc scilicet quod hoc impedimentum dirimit matrimonium.

¶ **SED** petes, si quis ignorans cognovit consanguineam uxoris suæ, sciens quod fornicatur & male agit, ignorabat tamen illam esse consanguineam uxoris suæ, an tunc debeat puniri illa pena? Ad quod respondent communiter Doctores quod non: hoc Palud. in 4. d. 34. q. 1. art. 2. quia ibi solū est incestus materialis, quia non peccauit peccatum incestus formaliter.

¶ **SED** contra, illa est affinis ei quia est consanguinea uxoris eius: ergo non potest exigere debitum ab uxore, cum iam effectus sit affinis suæ uxori per illum actum. Ad hoc nego consequentiam, quia affinitas quæ accidit post matrimonium cum ignorantia, non facit quod non possit exigere debitum ab uxore.

¶ **SED** contra, si quis ante matrimonium sit in sponsalibus, & cognovit ignoranter consanguineam sponse, sciens postea se cognouisse prædictam consanguineam sponsæ, non potest ducere sponsam: ergo nec quando est in matrimonio poterit petere debitum. Ad hoc concedo antecedens, & nego consequentiam: quia hæc est pena quæ solum imponitur pro crimine vel culpa formali. Aliud autem est impedimentum quod ponitur sine vlla culpa: & esto Magister Sent solū loquatur de fororibus, & dicat quod qui cognovit sororem uxoris non potest exigere debitum: intelligitur etiam de omnibus alijs consanguineis infra 4. gradum: & ita habetur in illo tit. Si quis cognouerit consanguineam uxoris. Et quod dicimus de marito intelligendum est etiam de uxore si patiar se etiam cognosci ab alio consanguineo viri sui, quia eadem est ratio & maior de uxore quam de viro. Vnde sicut vir cognoscens consanguineam uxoris perdit ius exigendi debitum ab uxore: ita uxor si cognoscatur a consanguineo viri, perdit idem ius exigendi debitum a viro.

¶ **SED** est dubium si maritus cognoscit non consanguineam uxoris, sed propriam suam, an puniatur eadem pena, id est an perdat ius exigendi debitum ab uxore propria? Ad quod summa Angelica respondet affirmatiuè, quia tunc est maior incestus quam cum consanguinea uxoris. Oppositum tamen tenent communiter alij, ut summa Rosella. Syluest. verb. Matrimonium 7. q. 7. & q. vlt. Antoni. Ricard. & Palud. & S. Th. licet aperte non moueat quæstionem: ex dictis tamen suis plane elicitur: & ratio est, quia in vno incestu, nempe quando vir cognoscit consanguineam uxoris, causatur affinitas cum uxore, in alio verò non. Secundo probatur, quia hoc est penale, & non punitur prædicta pena vir cognoscens prædictam propriam consanguineam: punitur autem si cognoscat consanguineam uxoris. Alia verò est pena contra incestuosos, & est quod non possint contrahere nec

cum illa quam cognouerunt, nec cum alia, quantumcumque moriatur legitima uxor: & hoc habetur in allegato tit. de eo qui cognouerit consanguineam uxoris. Si tamen post mortem uxoris tentet contrahere, factum tenet: sed peccat si prius non petat dispensationem, & esto matrimonium illud teneat, non licebit illi viro exigere debitum sine dispensatione: hoc S. Th. & Panor. in locis iam citatis.

¶ **SED** est dubium an uxor possit negare viro incestuoso petenti debitum? Ad quod dico prius quod potest negare quoad vir est adulter, & qua adulter est. Secundo dico quod ratione incestus probabile est quod potest etiam negare debitum viro petenti, quia ille perdit ius petendi debitum, hoc dicit Syluest. verbo Luxuria, q. 4. **¶** Mihi tamen, ut supra dixi, videtur probabilius quod non potest negare, quia esto vir peccet, corpus uxoris est viri, ideo non potest uxor negare usum sui corporis legitimo viro. Sed in omnibus istis, est aduertendum quod hoc debet fieri sine onere & grauamine alterius coniugis: quia uxor forte ob verecundiam non petit debitum, cum alias vellet petere, ideo vir incestuosus poterit accedere ad uxorem, quando probabiliter moraliter cognoscit eam velle rationabiliter exigere debitum, quia illud est reddere debitum & non petere. Si tamen vir cognoscat eam ex sua propria concupiscentia, & non ad reddendum debitum, ut non sit uxori honorosus, peccat mortiferè.

Articulus quintus

Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium?

Tho. 4. dist. 36. q. vnicæ, art. 5.



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod defectus ætatis non impedit matrimonium. Secundum enim leges pueri accipiunt tunc usque ad 25. annum: ergo videtur quod usque ad ætatem illud non sit confortata ratio ad consensum, & ita videtur quod illud debeat esse reus statum matrimonium inuendi, sed ante reus illud matrimonium potest contrahi: ergo defectus statum ætatis non impedit matrimonium.

PRÆTEREA, sicut vinculum religionis est perpetuum, ita & vinculum matrimonij. Sed ante 14. annum non potest facere professionem secundum nouam constitutionem: ergo nec ma-

matrimonium contrahere, si defectus aetatis matrimonium impediret.

PRÆTEREA, sicut consensus ad matrimonium requiritur ex parte viri, ita ex parte uxoris: sed mulier ante 14. annum potest contrahere matrimonium: ergo & vir.

PRÆTEREA, impotentia coeundi nisi sit perpetua et ignorata non impedit matrimonium: sed defectus aetatis non est perpetuus nec ignoratus: ergo non impedit matrimonium.

PRÆTEREA, non continentur in aliquo predictorum impedimentorum, & ita non videtur esse matrimonij impedimentum.

SED contra, Decretum dicit, quod puer qui non potest reddere debitum, non est aptus matrimonio: sed ante 14. annum (ut in pluribus) non potest reddere debitum, ut in 9. animalium dicitur: ergo & cat.

PRÆTEREA, omnium natura constantium positus est terminus magnitudinis & augmenti, & ita videtur cum matrimonium sit naturale quod debeat habere determinatum tempus per cuius defectum impediatur.

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium per modum contractus cuiusdam ordinationi legis positivæ subiacet, sicut & alij contractus: unde secundum iura determinatum est quod ante illud tempus discretionis quo uterque possit sufficienter de matrimonio deliberare, & debitum sibi in vicem reddere, matrimonia non contrahantur, & si non ita facta fuerint dirimuntur: hoc autem tempus, ut in pluribus est in masculis in 14. anno. In feminis autem in 12. anno: quia tamen præcepta iuris positivæ sequuntur id quod in pluribus est, si aliquis ad perfectionem debitam ante tempus prædictum perveniat, ita quod vigor naturæ & nationis defectum aetatis suppleat, matrimonium non dissolvitur: & ideo si contrahentes ante annum pubertatis, ante tempus prædictum carnaliter fuerint copulati, nihilominus matrimonium perpetuo stat indissolubile.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in illis ad quæ natura inclinatur, non exigitur tantus vigor rationis ad liberandum sicut in alijs: & ideo ante potest deliberans in matrimonium sufficienter consentire, quam possit in contractibus alijs res

suas sine tutore pertractare.

ET similiter est dicendum ad secundum, quia votum religionis est eorum quæ sunt sine inclinatione naturæ, quæ maiorem difficultatem habent quam matrimonium.

AD TERTIVM dicendum, quod mulier citius ad tempus pubertatis pervenit quam vir, ut dicitur in 9. de animalibus, & ideo non est simile de utroque.

AD QVARTVM dicendum, quod ex parte ista, non solum est impedimentum propter impotentiam coeundi, sed etiam propter defectum rationis quæ adhuc non sufficit ad consensum illum rite faciendum qui perpetuo durare debet.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut impedimentum quod est ex furia, reducitur ad impedimentum erroris: ita etiam impedimentum quod est ex defectu aetatis, quia homo nondum habet plenum usum liberi arbitrij.

Quæstio. 61.

De disparitate cultus quæ matrimonium impedit.

DEINDE considerandum est de disparitate cultus quæ matrimonium impedit, **CIRCA** quod quaeruntur sex.

PRIMO, utrum fidelis possit contrahere matrimonium cum infideli?

SECUNDO, utrum inter infideles sit matrimonium?

TERTIO, utrum coniunx conversus ad fidem possit remanere cum infideli nolente converti?

QVARTO, utrum possit uxorem infidelis relinquere?

QVINTO, utrum ea dimissa possit aliam ducere?

SEXTO, utrum propter alia peccata vir possit dimittere uxorem sicut propter infidelitatem?

Articul. primus

Utrum fidelis possit contrahere cum infideli?

Tho. 4. d. 39. q. unica, art. 1. & seq. **AD**



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod fidelis possit matrimonium cum infideli contrahere. Quia Ioseph contraxit cum Aegyptia, et Hester cum Assuero: in utroque autem matrimonio fuit disparitas cultus, quia alter erat infidelis, & alter fidelis: ergo disparitas cultus præcedens matrimonium ipsum non impedit.

PRÆTEREA, eadem est fides quam docet verus & nova lex: sed secundum veterem legem poterat esse matrimonium inter fidelem & infidelem, ut patet Deut. 21. Si egressus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio captivorum, & admaueris eam, intro eas ad eam dormiens cum ea, & erit tibi uxor: ergo & in nova lege licet.

PRÆTEREA, sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed inter fidelem & infideli possunt in aliquo casu contrahi sponsalia cum conditione futurae conversionis: ergo sub eadem conditione matrimonium potest contrahi inter eos. **PRÆTEREA**, omne impedimentum matrimonij, est aliquo modo contrarium matrimonio: sed infidelitas non est contraria matrimonio, quia matrimonium est in officium naturæ cuius dictamen fides excedit: ergo disparitas fidei non impedit matrimonium.

PRÆTEREA, disparitas fidei etiam quandoque est inter duos baptizatos, sicut quando aliquis post baptismum in heresim labitur: sed si talis cum aliqua fidele contrahat, nihilominus est verum matrimonium: ergo disparitas fidei matrimonium non impedit.

SED contra est quod dicitur 2. Corint. 6. quæ conventio lucis ad tenebras: sed maxima conventio est inter virum & uxorem: ergo ille qui est in luce fidei, non potest contrahere matrimonium cum ea quæ est in tenebris infidelitatis.

PRÆTEREA, Mala. 2. dicitur. Coraminauit Iudas sanctificationem domini, quoniam dilexit et habuit filiam Dei alieni: sed hoc non esset si inter eos posset verum matrimonium contrahi: ergo disparitas cultus matrimonium impedit.

RESPONDEO dicendum, quod principaliter matrimonij bonum est proles ad cultum Dei educanda: cum autem educatio fiat communiter

inter patrem & matrem, uterque secundum fidem intendit ad cultum Dei prolem educare: & ideo si sint diversæ fides, intentio unius alterius conditioni contraria erit, & ita inter eos non potest esse conveniens matrimonium: & propter hoc disparitas cultus præcedens impedit nec contrahi possit. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod in veteri lege de aliquibus infidelibus erat permixtum quod cum eis possent inire coniugia, & de aliquibus prohibitum, specialiter tamen erat de infidelibus habitantibus in terra Chanaan: tunc quia dominus præceperat eos occidi propter eorum obstinationem, tum quia maius periculum imminabat ne coniuges filios Israel ad idolatriam perverterent, quia filij Israel ad ritus & mores eorum proniores erant propter conversationem cum eis, sed alijs gentibus permisit præcipue, quia non poterat esse timor pertrahendi ad idolatriam: & sic Ioseph & Moyses & Hester cum infidelibus matrimonia contraxerunt. Sed in nova lege, etiam quæ per totum orbem diffunditur, similis est ratio prohibendi de omnibus infidelibus: & ideo disparitas cultus præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum.

AD SECUNDM dicendum, quod lex illa vel loquitur de alijs nationibus cum quibus poterat inire coniugia, vel loquitur quando illa captiva ad fidem & cultum Dei converti volebat.

AD TERTIVM dicendum, quod eadem est habitudo præsentis ad præsens, et futuri ad futurum: unde sicut quando matrimonium in præsentem contrahitur, requiritur unicus cultus in utroque contrahentium, ita ad sponsalia quibus fit sponsio futuri matrimonij, sufficit conditio apposita de unitate cultus futuri.

AD QVARTVM dicendum, quod iam ex dictis patet quod disparitas cultus contraria est matrimonio, ratione principalioris boni ipsius, quod est bonum proles.

AD QVINTVM dicendum, quod matrimonium est sacramentum, & ideo quantum pertinet ad necessitatem sacramenti requirit paritatem, quantum ad sacramentum fidei, scilicet baptismum magis quam quantum ad interiorem fidem: unde etiam hoc impedimentum non dicitur disparitas fidei, sed cultus disparitas,

qui respicit exterius seruitium, ut in 3. lib. di-
ctum est. Et propter hoc si aliquis fidelis cum hæ-
retica baptizata matrimonium contrahat, verum
est matrimonium, quia peccet contrahendo,
si scit eam hæreticam: sicut peccaret si cum
excommunicata contraheret, non tamen propter
hoc dirimeretur matrimonium. Et contrario, si
aliquis catholicus habens rectam fidem, sed
non baptizatus, cum aliqua fidelis baptizata
contraheret, non esset verum matrimonium.

Artic. secundus

Vtrum inter infideles possit esse
matrimonium?



AD SECUNDVM sic procedi-
tur: videtur quod inter infideles
non possit esse matrimonium.
Matrimonium enim est sacra-
mentum ecclesie, sed baptismus est ianua sacra-
mentorum: ergo infideles qui non sunt baptizati
matrimonium contrahere non possunt, sicut nec
alia sacramenta suscipere.

PRAETEREA, duo mala sunt magis impe-
ditiva boni quam vnũ, sed infidelitas vnus ta-
tum impedit bonũ matrimonij: ergo multo for-
tius infidelitas vnusq;: & ita inter infideles
non potest esse matrimonium.

PRAETEREA, sicut inter infideles & fide-
les est disparitas cultus, ita inter duos infideles,
ut si vnus sit Gẽtilis & alter Iudæus: sed dis-
paritas cultus impedit matrimonium, ut dictum
est: ergo ad minus inter infideles qui habent cul-
tum disparẽ, non potest esse verum matrimonium.

PRAETEREA, in matrimonio est vera pudici-
tia: sed sicut dicit Aug. & habetur in lite-
ra, non est vera pudicitia infidelis cum vxore
sua: ergo nec verum matrimonium.

PRAETEREA, matrimonium verum excu-
sat carnalem copulã a peccato: sed hoc non potest
facere matrimonium inter infideles contractum,
quia omnis vita infidelium peccatũ est, ut dicit
glo. Ro. 9. ergo inter infideles non est verum
matrimonium.

SED contra est quod dicitur 1. ad Corint. 7. si
quis frater vxorem habeat infidelẽ, &c. Sed
vxor non dicitur nisi propter matrimonium:
ergo matrimonium quod est inter infideles est
verum matrimonium.

PRAETEREA, remotio posteriori, non remo-
uetur prius: sed matrimonium pertinet ad offi-
cium naturæ quæ præcedit statum gratiæ, cuius
principium est fides: ergo infidelitas non faci-
cit quin sit inter infideles matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium
principaliter est institutum ad bonũ proli, non
tantum generandã, sed etiam promouendã ad
perfectum statum, quia quælibet res intendit
effectum suum naturaliter perducere ad perfe-
ctum: est autem in prole duplex perfectio na-
turæ: non solum quantum ad corpus, sed etiam
quantum ad animam per ea quæ sunt in lege
naturæ, & perfectio gratiæ: & prima perfe-
ctio est materialis & imperfecta respectu secu-
ndæ: & ideo cum res quæ sunt propter finem
sunt proportionatæ fini, matrimonium quod ten-
dit in primam perfectionem est imperfectum &
materiale, respectu illius quod tendit in perfe-
ctionem secundam, & quia perfectio prima
communis est & potest infidelibus & fidelibus:
secunda autem tantum est fidelium: & ideo in-
ter infideles est quidem matrimonium, sed non
perfectum vltima perfectione, sicut est inter
fideles.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod matri-
monium non est institutum in sacramentum:
sed in officium naturæ, & ideo quamuis infide-
libus non competat matrimonium secundum
quod est sacramentum in dispensatione mini-
strorum ecclesie consistens, competit tamen eis
in quantum est in officium naturæ: & tamen
etiam matrimonium tale est aliquo modo sacra-
mentum habitualiter, quia non actualiter, eo
quod actum non contrahunt in fide ecclesie.

AD SECUNDVM dicendum, quod disparitas
cultus non impedit matrimonium ratione infide-
litatis, sed ratione disparitatis in fide: dispari-
tas enim cultus non solum secundam perfecti-
onem proli impedit, sed etiam primam, dum
parentes ad diuersa trahere intendunt, quod non
est quando verum est in fidelibus.

AD

AD TERTIVM dicendum, quod inter infi-
deles est matrimonium, prout matrimonium
est in officium naturæ. Ea autem quæ pertinet
ad legem naturæ, sunt determinabilia per ius
positiuum: & ideo si prohibentur ab alio iure
positiuo apud eos infideles, contrahere matri-
monium cum infidelibus alterius ritus, ex iure
diuino non prohibentur: quia apud Deum non
differt qualitercumq; aliquis à fide deuet, qua-
rum ad hoc quod est ex gratia alienum esse: si-
militer nec aliquo ecclesie statuto, quæ non ha-
bet de his quæ foris sunt iudicare.

AD QVARTVM dicendum, quod pudici-
tia & aliæ virtutes infidelium non dicuntur
esse veræ, quia non possunt attingere finem ve-
ræ virtutis, qui est vera felicitas: sicut non di-
citur esse verum vinum quod non habet esse-
tum vini.

AD QVINTVM dicendum, quod infide-
lis cognoscens vxorem suã non peccat si prop-
ter bonum proli, aut fidei quæ tenetur vxori,
debitum reddat, cum hic sit actus iustitiæ &
de imperantiæ quæ in delectabilibus tactus dibi-
tas circumstantias seruat, sicut non peccat faci-
ens alios actus politicarum virtutum: nec dici-
tur omnis vita infidelium peccatũ, quia quolibet
actu peccat, sed quia per id quod agunt, à ser-
uitute peccati non possunt liberari.

RENES istos duos art. dubitatur princi-
pio, an inter infideles sit verum matri-
monium: Ad quod respondetur ex com-
muni sententia Theologorum affirmati-
uè: probatur ex cap. Gaudemus, de diuort. Se-
cundo quia matrimonium est societas etiam de
iure naturali, ut ait Arist. & per consequentem
non fundatur in fide quæ est supernaturalis.
Tertio probatur testimonio Paul. prior. ad Cor.
7. vbi expressè & absolutè infidelem vocat vx-
orẽ: & prædictam concl. probat S. Tho. in ista
quest. art. 2. soluendo argumentum quod pote-
rat fieri, nempe quia finis matrimonij est etiam
ad educandam prolem in bonis moribus natu-
ralibus, tamen hic finis est secundarius, inquit
S. Tho. & ideo non repugnat matrimonio, esto
non sit cum gratia & fide: verum est, ut inquit
idem S. Tho. quod matrimonium infidelium
non est ita perfectum sicut inter fideles, quia
ex natura sua matrimonium infidelium non
confert infidelibus gratiam. Deinde in tertio
arg. huius secundi art. argumentatur S. Thom.
sicut est disparitas cultus inter fideles & Sarracenos, ita est inter Iudæum & Sarracenum: ergo si non tenet matrimonium inter fidelem & Sarracenum, nec erit ratum inter Iudæum & Iudæum. Ad quod respondet S. Tho. quod matrimonium illud infidelium potest duobus modis considerari. Vno modo stando in iure diuino & naturali, & quantum ad hoc nullum est impedimentum, possunt enim infideles contrahere. Secundo modo potest considerari ex aliquo iure positivo humano, & cum inter infideles sint veri principes, possunt etiam esse vera & legitima leges: & sicut illi principes possunt statuere & condere leges de alijs contractibus, ita & de matrimonio, maxime cum inter eos matrimonium sit solum contractus ciuilibis & non sacramentum: vnde si fiat lex iusta inter eos de hoc, quæ prohibeat tale matrimonium, contractum matrimonium contra talem legem non erit ratum. Vnde si statuatur lex à vero principe Sarracenum quod nullus Sarracenus ducat Iudæam, si contra talem legem Sarracenus contrahit cum Iudæa, non erit ratum matrimonium.

ET aduerte quod diuus Thom. concedit quod principes Sarracenum possunt ferre leges dirimentes matrimonium, quod est confirmatio eorum quæ nos supra diximus, nempe quod reges Christianorum si ecclesia non prohiberet, possent ferre leges circa matrimonium.

NEQVE obstat si dicas quod matrimonium inter fideles est sacramentum: & ideo principes seculares non possunt circa illud ferre leges: quia in quantum sacramentum neque Papa potest condere leges mutantes vel tollentes illud sacramentum. Vnde eo modo quo Summus pontifex potest ferre leges quibus mutetur vel irritetur matrimonium, quia matrimonium est contractus quidam, possent reges nisi impedirentur ab ecclesia. ¶ Ego credo verum esse quod diuus Tho. dicit, & si in alijs doctoribus non inueniam hoc, Sententiam S. Thom. etiam tenet Syluest. in verbo Matrimonium 8. q. 10. & allegat Palud. Ex quibus colligitur quod cum Iudæus in lege sua sit prohibitum contrahere cum gentilibus, esto illa lex non obliget eos, eo quia lex diuina, quia ut sic iam cessauit: obligant tamen eos præcepta iudicialia, non quia diuina, sed quia ipsi tulerunt leges de matrimonio, & obligauerunt se proprijs statutis. Nam licet sit peccatum mortiferum repetere & seruare ceremonialia: non tamen est peccatum repetere & seruare iudicialia aliã iusta. Sed tunc sequeretur quod nullum esset matrimonium inter Iudæum & alium Gentilem. Ad quod dico verum esse si Iudæi alicubi haberent veram rempub. & iurisdictionem, & leges ferrent irritantes prædicta matrimonia: & requiritur quod tales leges sint honestæ & iustæ. Et illa lex, nempe quod Iudæus non contrahat cum Sarracena fortè quod non esset honesta. Secundo colligitur ex dictis, quod

quod

quod licet infideles possent contrahere in gradibus qui non sunt prohibiti iure naturali, si tamen est aliqua lex inter Sarracenos, quod contra sobrini non contrahant matrimonium, esto tarent contra talem legem contrahere, non esset ratum matrimonium. Vnde rursus colligitur quod Sarraceni, saltem ipsi qui sunt in Hispania, tenentur stare legibus hispanorum & Imperatorum: & ideo non possent contrahere in gradibus prohibitis à Regibus vel Imperatoribus hispanorum. Quod confirmatur, quia si talis lex fuisset lata à principe Sarraceno obligaret eos: ergo etiam obligat si eorum princeps sit Christianus: & Sarraceni commorantes inter Christianos sunt quoad ciuilia subiecti ecclesie, & tamen quando hoc prohibuit ecclesia non exemit Sarracenos.

SED contra est, cap. illud Gaudemus, de diuort. ubi dicitur quod matrimonium contractum ab infidelibus in gradu solum prohibito ab ecclesia, est verum matrimonium: ergo eito sint leges principum in contrarium non irritat illud. Dico quod verum est quod dicitur in illo cap. sed illud est, quia tota causa matrimonialis est subtracta à principibus Christianis per ecclesiam: ideo ecclesia intelligit quod valet matrimonium inter infideles, etiam in gradibus prohibitis ab ipsa ecclesia, nisi eorum principes prohibuerint. Secundo dico, quod principes non intendunt per has leges obligare Sarracenos vel alios infideles quantum ad matrimonium, sed relinquunt illos in iure naturali quoad hoc. EX quo patet etiam solutio quoad aliud quod dicebamus de ecclesia, nempe quod ecclesia habet potestatem temporalem super Christianos, quatenus ordinantur ad spiritualia: & cum in spiritualibus Sarraceni, vel alij infideles non sint subiecti ecclesie, sequitur quod nullam temporalem potestatem habet ecclesia in illos. Si autem de facto celebretur matrimonium inter fidelem & infidelem, non est ratum sacramentum, quod probat S. Tho. hic art. 2. quia in lege vet. erat hoc prohibitum rationabiliter: ergo magis modo inter Christianos. Secundo, quia frustraretur secundarius finis matrimonij, qui est educatio prolis in bonis moribus, quia fidelis vellet quod filius sit fidelis, & infidelis quod sit infidelis: ideo non commode posset educari. ¶ Sed an hoc sit de iure diuino? videtur quod est de iure diuino, quia ita cautum est in lege vet. & videtur sententia diui August. cap. sic enim 28. q. 1. ubi Aug. respondet ad Pollentium, qui videbatur velle ostendere contradictionem prior. ad Cor. cap. 7. Quia ibi dicit Paul. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: quod videtur esse contra illud quod in fine capituli dicitur: si vir moritur, vxor cui vult nubat, sed tantum in domino: hoc est (inquit Polentius) cum fideli: ex quo infererat Polent. quod fide-

lis non posset retinere vxorem infidelem. Et beatus Aug. respondet illi, quod multum interest inter hoc quod matrimonium contractum inter infideles sit matrimonium, altero conuerso ad fidem: & quod Christianus contrahat cum infideli: Vbi videtur concedere Aug. quod hoc vltimum, nempe quod Christianus cum infideli non contrahat, est præceptum de iure diuino. Secundo patet, quia tale matrimonium est nullum: quia postquam fidelis, exempli gratia, contraxit cum iudea, manendo solum in iure diuino, potest discedere ab illa, & non tenetur cohabitare ei: ergo non est matrimonium, cum non sit obligatio. Assumptum probatur, quia hoc est in potestate sua, nempe relinquere vxorem infidelem & ducere aliam. Tertio, quia non inuenitur in aliquo concilio generali, neque per Summum pontificem prohibitum, quod contrahat Christianus cum infideli absolute, licet inueniatur quod non contrahat cum iudea: & nihilominus est prohibitum Christiano contrahere cum infideli: ergo est de iure diuino. In oppositum est, quia in lege Iudeorum non erat prohibitum quod Iudæi non contraherent matrimonium cum omnibus infidelibus, sed cum aliquibus tantum: quod constat ex eo quod Hester nupsit Asuero, & non reprehenditur: ergo nec in lege gratie est à Deo prohibitum Christianum contrahere cum infidelibus absolute.

NEC obstat si dicas, quod est illa infidelis in magno peccato, nempe in peccato infidelitatis, quia etiam & si alia fidelis esset in grauissimo peccato, nempe in odio Dei, quod est maius peccatum, liceret illam ducere, & matrimonium teneret: ergo non est prohibitum iure diuino fidelibus contrahere cum infidelibus.

HIS non obstantibus, communis sententia est, quod non tenet tale matrimonium: & quod hoc est prohibitum iure positiuo tantum, & non diuino. Hoc dicit Scot. in 4. d. 39. q. 1. art. 2. Palud. in eadem d. q. 1. artic. 1. & doctores antiquiores absolute dicunt matrimonium illud non tenere, non descendunt tamen ad disputandum an sit de iure diuino vel humano. Vnde Theophil. super illud cap. 7. prior. ad Cor. notat quod Paulus dicit: si quis frater habet vxorem infidelem, & non dixit, si vult habere, nec si vult accipere: nihilominus quidquid senserint antiquiores doctores, tenendum est quod ista prohibitio, nempe quod fidelis non ducat infidelem, est solum de iure positiuo humano, & forte quod in principio nascentis ecclesie euangelice fidelis ducebat infidelem. Et prius ista prohibitio legitur in concil. Tolet. 3. cap. 14. & in concil. Tolet. 4. cap. 62. & ibi solum habetur quod Christiani non contrahant matrimonium cum Iudeis: & in concil. Agaten. prohibetur ne Christiani contrahant cum hæreticis, tamen cum hæreticis tenet matrimonium. In Decre. habetur

tur multa cap. quibus cauetur ne Christiani contrahant cum infidelibus: sed illa cap. sunt sanctorum tantum, & non alicuius Summi pontificis aut concilij generalis. Nihilominus habendum est pro certo quod prædicta prohibitio est de iure humano positiuo.

ET ad illud argumentum, nempe quod non est alicubi prohibitum. Dico quod postquam diuus Ambro. & Aug. dicunt, quod est prohibitum & non de iure diuino, vt nos probauimus: sequitur quod sit de positiuo, ad quod sufficit consuetudo ecclesie quæ talia matrimonia separat, non. n. est necessarium quod omnes leges ferantur in scriptis formaliter, maximè cum multæ scripturæ abolitæ & perditæ fuerint.

AD aliud argumentum quod faciebamus in oppositum dico, quod itando in solo iure diuino, si Christianus contrahat cum infideli, tenetur cohabitare cum illa: potest etiam infidelis factus fidelis de nouo se obligare ad cohabitandum cum vxore infideli: hoc confirmatur, quia si illa conuerteretur esset vxor eius, & compelleretur cohabitare ei. Et constat etiam quia cum hæreticis baptizatis non licet Christiano contrahere, tamen si fiat tenet matrimonium licet hæreticus sit in maiori peccato infidelitatis quam alius paganus: ergo de iure positiuo humano solum est prædicta prohibitio.

Articul. tertius.

Vtrum coniunx conuersus ad fidem possit commanere cum vxore nolente conuerti?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod coniunx conuersus ad fidem non possit commanere cum vxore nolente conuerti, cum qua in infidelitate contraxerat. Vbi enim est idem periculum oportet eandem cautelam adhiberi: si propter periculum subuersionis fidei prohibetur ne fidelis cum infideli contrahat: cum ergo periculum sit si fidelis commaneat cum infideli, cum qua prius contraxerat: adhuc maius, quia neophyti facilius peruertuntur quæ illi qui sunt nutriti in fide, videtur quod fidelis post conuersionem non possit commanere cum vxore infideli.

PRAETEREA 28. q. 1. dicitur: Non potest infidelis in eius coniunctione commanere, quæ

iam in Christianam translata est fidem: ergo fidelis habet necesse vxorem infidelem dimittere.

PRAETEREA, matrimonium quod inter fideles contrahitur, est perfectius quam illud quod contrahitur inter infideles: sed si fideles contrahant in gradu prohibito ab ecclesia, dissoluitur eorum matrimonium: ergo et infidelium. Et ita vir fidelis non potest commanere cum vxore infideli, ad minus quando cum ea in infidelitate contraxit in gradu prohibito.

PRAETEREA, aliquis infidelis habet quandoque plures vxores secundum ritum sue legis: si ergo potest commanere cum illis cum quibus in infidelitate contraxit, videtur quod possit etiam post conuersionem plures vxores retinere.

PRAETEREA, potest contingere quod repudiata vna vxore aliam duxerit, & in illo matrimonio existens conuertatur: videtur ergo quod saltem in hoc casu non possit cum vxore quam de nouo habet, commanere.

SED contra est, quod Apostolus 1. Cor. 7. consulit, quod commaneant.

PRAETEREA, nullum impedimentum superueniens vero matrimonio tollit ipsum, sed matrimonium erat verum quando uterque infidelis erat: ergo quando alter conuertitur, non dirimitur per hoc matrimonium: Et ita videtur quod possit licite commanere.

RESPONDEO dicendum, quod fides eius qui est in matrimonio non polluit, sed perficit matrimonium: vnde cum inter infideles sit verum matrimonium, vt ex dictis patet, per hoc quod alter eorum conuertitur ad fidem, non ex hoc ipso vinculum matrimonij soluitur. Sed aliquando vinculo matrimonij manente, soluitur matrimonium quantum ad cohabitationem, & debiti solutionem, in quo pari passu succurrunt infidelitas & adulterium: quia utrunque est contra bonum prolis. Vnde sicut se habet in potestate dimittendi adulteram vel commanendi cum ea: potest enim vir innocens liberè manere cum adultera spe correctionis, non autem si in adulterij peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis, quamuis etiam cum spe correctionis possit libere dimittere: similiter fidelis

Secunda. 4. quest. 61. art. 4.

non autem conditio seruitutis, sed solum quando ignorata est: & ideo non sequitur similis ratio de infideli & ancilla.

AD QVARTVM dicendum, quod proles aut peruenit ad perfectam aetatem, & tunc poterit liberè sequi patrem fidelem, vel matrem infidelem: vel est in minori aetate constitutus, & tunc debet dari fideli, non obstante quod indiget matris obsequio ad educationem.

AD QVINTVM dicendum, quod adulter per penitentiam non transit ad aliam vitam sicut infidelis per baptismum: & ideo non est similis ratio.

PRINCIPIO penes istum art. est dubium, postquam fidelis non tenetur habitare cum infideli, ut diximus art. præcedenti, an possit ducere aliam uxorem? Ad quod respondet S. Tho. distinguendo, quia vel illa infidelis vult habitare cum viro fideli sine contumelia saluatoris, vel cum contumelia. Si vult habitare pacificè & non allicere virum ad suam infidelitatem, tunc maritus potest non habitare cum illa: sed non potest aliam ducere. Si autem illa vult discedere, vel non vult habitare cum illo pacificè, sed potius vult inducere illum ad suam infidelitatem, tunc potest aliam ducere. **S**ED ex hoc nascitur maius dub. circa illud quod dicit S. Tho. quod vir fidelis non potest ducere aliam, si infidelis vult pacificè cohabitare cum eo, sed potest non cohabitare cum infideli coniuge, sicut potest non cohabitare cum vxore fornicaria. An hoc sit de iure diuino vel positivo? Et videtur quod non sit de iure diuino, quia Paul. solum præbet consilium, & non prohibet quod ille fidelis ducat aliam: Secundo quia oporteret explicare, unde habeat S. Tho. illam differentiam, cum ex scripturis non habeatur. Et Petrus Palud. in .4. in hac materia, & Innocent. 3. in cap. Quanto, de diuort. eandem etiam distinctionem ponunt. Sed neq. scripturam habent, nec diuus Ambro. illam distinctionem ponit.

AD hoc dubium dico prius, quod illa distinctio est beati Aug. in lib. de fide & operib. & habetur 28. q. 1. cap. Vxor legitima: & Magister sent. adducit August. in .4. d. 39. Et si petas unde Aug. sumpsit illam distinctionem, & arguitur in hunc modum: generaliter est prohibitum per ecclesiam quod nullus coniunx fidelis habitet cum alio coniuge infideli, & datur copia ut fidelis conuersus ducat nouam uxorem: & ecclesia non distinguit, cum sit veresimile quod inter illas uxores esset aliqua quæ vellet habitare cum marito suo sine contumelia saluatoris: & esset multoties spes de conuersione illius vxoris infidelis, tamen secundum iura non permitteretur habitare cum illa, & daretur copia, ut duceret aliam: ergo male dixit S. Tho. & Innocent. 3. & alij qui ponunt prædictam distinctionem: unde constat hoc esse magnum dub. Ad quod nihilominus dico prius, aliquos doctores dicere quod ipso facto quod aliquis conuersus est ad fidem, dirimitur matrimonium antea contractum. & si conuertatur postea vxor, in fauorem fidei compellitur maritus eam accipere, non ob id quod illud adhuc sit matrimonium quod antea erat, sed sunt inter istos coniuges solum sponsalia.

SED hæc opinio non potest defendi, quia si de facto contraheret cum secunda, sequeretur quod esset matrimonium, sine dispensatione vel licentia ecclesie: ideo contrariam sententiam asserunt communiter Theologi: quibus ego subscribo, & dico quod beatus Paul. explicat casum in quo liceat accipere aliam uxorem, & in illo casu solum licet coniugem conuersum ad fidem ducere aliam uxorem, nempe in casu solum in quo infidelis coniunx vult discedere. scilicet quando infidelis non potest habere illam in uxorem, ex quacunque causa illud proueniat: & quia quando illa quidem vult habitare cum altero conuerso ad fidem, sed vult habitare cum contumelia saluatoris, tunc discedit a coniuge fideli: & tunc potest coniunx fidelis ducere aliam. Si tamen vxor infidelis non vult quod maritus fidelis adiuuet illam ad conuertiendum saluatorem, sed per se tantum intendit seruare sectam suam: quia forte est in lege sua, ut quotidie blasphemetur **CHRISTVS**, tunc credo quod non liceret de iure diuino ducere aliam uxorem: & licet Paul. non dixerit sine contumelia saluatoris, dixit tamen absolute quod si infidelis discesserit, tunc licet conuersum ad fidem ducere aliam uxorem. Secundo dico, quod quando coniugi fideli non licet cohabitare cum coniuge infideli, & solum in hoc casu poterit transire ad secundas nuptias, quod est quando. scilicet vel non potest sine contumelia saluatoris, vel non licet cohabitare cum illa: Hoc secundum probatur, quia in moralibus illud dicitur non posse, quando licite non potest fieri. & ex hoc sumpsit distinctionem illam beatus Aug. Innocent. 3. & S. Tho. & alij doctores postea qui illam receperunt, quia si vxor infidelis nolit cohabitare sine contumelia saluatoris, iam non potest licite coniunx fidelis cohabitare cum illa vxore infideli: quia non licet cum sit periculosum ipsi fideli, & cum non licite possit, absolute dicendum est, quod non potest in materia morali, ut diximus. ¶ Sed quomodo intelligitur ista contumelia? Et ad hoc explicandum argumentor in hunc modum: coniunx infidelis manens in sua infidelitate, non potest cohabitare cum fideli sine contumelia saluatoris, cum semper sit contumelia adorare idolum, Mahometum, & negare

articulos fidei: hæc omnia sunt blasphemia: ergo coniunx infidelis non potest cohabitare cum fideli sine contumelia saluatoris: ergo semper coniunx fidelis poterit transire ad secundas nuptias. Secundo vel hæc contumelia est aliquod peccatum quod est ei licitum, nempe coniugi infideli, secundum legem suam & non secundum nostram, nempe Christianorum, quia vere peccatum est: & denique oportet explicare quid est ista contumelia. **A**D hoc dico, licet de hoc sint opiniones diuersæ, veresimilius videtur quod contumelia saluatoris dicitur quando infidelis non vult habitare cum fideli sine hoc quod fidelis peccet mortaliter, vel infidelis constituat fidelem in periculo peccati mortalis: & non intelligitur in præsentia quod infidelis coniunx adoret Mahometem, exempli gratia: vel quod neget articulos fidei, vel quod ipse coniunx infidelis perseueret in sua infidelitate, vel in peccato mortali: sed quod illud peccatum mortale spectet ad alterum coniugem fidelem, nempe quia vult infidelis quod fidelis eat secum ad sinagogam vel ad alium locum & adoret suum Idolum, & quod participet in actibus infidelium: vel si dicat infidelis, nolo tecum cohabitare nisi simul (ut antea faciebamus) demus operam furto vel alteri peccato: aut non vult cohabitare sine periculo fidelis, nempe quia sollicitat eum quotidie ut redeat ad infidelitatem, & in his casibus non licet fideli cohabitare cum infideli: & ita intelligendus est prædictus locus Pauli.

Secunda. 4. quest. 61. art. 5. fo. 512.

AD hoc dico, licet de hoc sint opiniones diuersæ, veresimilius videtur quod contumelia saluatoris dicitur quando infidelis non vult habitare cum fideli sine hoc quod fidelis peccet mortaliter, vel infidelis constituat fidelem in periculo peccati mortalis: & non intelligitur in præsentia quod infidelis coniunx adoret Mahometem, exempli gratia: vel quod neget articulos fidei, vel quod ipse coniunx infidelis perseueret in sua infidelitate, vel in peccato mortali: sed quod illud peccatum mortale spectet ad alterum coniugem fidelem, nempe quia vult infidelis quod fidelis eat secum ad sinagogam vel ad alium locum & adoret suum Idolum, & quod participet in actibus infidelium: vel si dicat infidelis, nolo tecum cohabitare nisi simul (ut antea faciebamus) demus operam furto vel alteri peccato: aut non vult cohabitare sine periculo fidelis, nempe quia sollicitat eum quotidie ut redeat ad infidelitatem, & in his casibus non licet fideli cohabitare cum infideli: & ita intelligendus est prædictus locus Pauli.

AD hoc dico, licet de hoc sint opiniones diuersæ, veresimilius videtur quod contumelia saluatoris dicitur quando infidelis non vult habitare cum fideli sine hoc quod fidelis peccet mortaliter, vel infidelis constituat fidelem in periculo peccati mortalis: & non intelligitur in præsentia quod infidelis coniunx adoret Mahometem, exempli gratia: vel quod neget articulos fidei, vel quod ipse coniunx infidelis perseueret in sua infidelitate, vel in peccato mortali: sed quod illud peccatum mortale spectet ad alterum coniugem fidelem, nempe quia vult infidelis quod fidelis eat secum ad sinagogam vel ad alium locum & adoret suum Idolum, & quod participet in actibus infidelium: vel si dicat infidelis, nolo tecum cohabitare nisi simul (ut antea faciebamus) demus operam furto vel alteri peccato: aut non vult cohabitare sine periculo fidelis, nempe quia sollicitat eum quotidie ut redeat ad infidelitatem, & in his casibus non licet fideli cohabitare cum infideli: & ita intelligendus est prædictus locus Pauli.

Articu. quintus

Vtrum fidelis discedens ab vxore infideli, possit aliam ducere?

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod fidelis discedens ab vxore infideli, non possit aliam ducere in vxore: quia indissolubilitas est de ratione matrimonij, cum repudium vxoris sit contra legem naturæ: sed inter infideles erat verum matrimonium: ergo nullo modo potest matrimonium solui, sed manente vinculo matrimonij ad unam non potest aliquis cum alia contrahere: ergo fidelis discedens ab vxore infideli, non potest cum alia contrahere.

PRÆTEREA, crimen superueniens matri-

monio non soluit matrimonium: sed si mulier velit cohabitare sine contumelia creatoris, non soluitur vinculum matrimonij: quia vir non potest aliam ducere: ergo peccatum vxoris quæ non vult cohabitare sine contumelia creatoris non soluit matrimonium, ut libere possit vir aliam uxorem ducere.

PRÆTEREA, vir & vxor sunt pares in vinculo matrimonij: cum ergo vxori infideli non liceat viuente viro alium virum ducere, videtur quod nec fideli liceat.

PRÆTEREA, favorabilius est continentie votum quam matrimonij contractus: sed viro fideli vxoris infidelis non licet, ut videtur, votum continentie emitte re, quia tunc vxor fraudaretur matrimonio si postmodum conuerteretur: ergo multo minus licet ei matrimonium contrahere cum alia.

PRÆTEREA, filius qui remanet in infidelitate, patre conuerso, amittit ius paternæ hereditatis, & tamen si postea conuertitur redditur ei hereditas sua, etiam si alius in possessione eius intravit: ergo videtur à simili quod si vxor infidelis post conuertatur, quod sit sibi reddendus vir suus, etiam si cum alia contraxerit, quod non posset esse si secundum matrimonium verum esset: ergo non potest contrahere cum alia.

SED contra, matrimonium non est ratum sine sacramento baptismi, sed quod non est ratum potest dissolui: ergo matrimonium in infidelitate contractum potest solui: & ita soluto matrimoniali vinculo, licet viro aliam ducere in vxorem.

PRÆTEREA, vir non habet cohabitare vxori infideli nolenti cohabitare sine contumelia creatoris: si ergo non liceret ei aliam ducere, cogere tur continentiam seruare, quod videtur inconueniens, quia sic ex conuersione sua incommodum reportaret.

RESPONDEO dicendum, quod quando alter coniugum ad fidem conuertitur, altero in infidelitate manente, distinguendum est, quia si infidelis vult cohabitare sine contumelia creatoris, sine hoc quod ad infidelitatem inducat, potest fidelis liberè discedere: sed discedens non potest alteri nubere. Si autem infidelis non

velit

Velit cohabitare sine contumelia creatoris in verba blasphemiae prorūpens. & nomē Christi audire nolens: tunc si ad fidelitatem pertraheretur, vir fidelis discedēs potest alteri per matrimonium copulari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod matrimonium infidelium est imperfectum: sed matrimonium fidelium est perfectum, & ita est firmius: semper autem firmius vinculum soluit minus firmum, cum ei sit contrarium: & ideo matrimonium quod post in fide Christi contrahitur, soluit matrimonium quod prius in infidelitate contractum fuerat. Vnde matrimonium infidelium non est omnino firmum & ratum, sed ratificatur postmodum per fidē Christi.

AD SECVNDVM dicendum, quod crimen vxoris nolentis cohabitare sine contumelia creatoris, absoluit virum a seruitute qua tenebatur vxori, vt non possit ea viuente aliam ducere: sed nondum soluit matrimonium, quia si in blasphemia illa conuerteretur antequam illa aliud matrimonium contraheret, redderetur ei vir suus: sed soluitur per matrimonium sequēs, ad quod peruenire non posset vir fidelis nisi solutus a seruitute vxoris per culpam.

AD TERTIVM dicendum, quod postquam fidelis contraxit, solutum est vinculum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimonium nō claudicat quantum ad vinculum, sed quandoque claudicat quantum ad effectum: vnde in pœnam vxoris infidelis ei indicitur quod non possit cum alio contrahere magis quam virtute matrimonij precedentis: sed si postea conuertatur potest ei concedi dispensatiuē, vt alteri nubat, si vir eius aliam duxit.

AD QVARTVM dicendum, quod si post conuersionem viri aliqua probabilis spes de conuersione vxoris sit, non debet votum continentie viri emittere, nec ad aliud matrimonium transire, quia difficilius conuerteretur vxor viro suo sciens se esse priuatam. Si autem non sit spes de conuersione, potest ad sacros ordines vel ad religionem accedere prius requisita vxore quod conuertatur. & tunc si postquam vir sacros ordines susceperit, vxor conuertatur, non est sibi vir suus reddendus, sed debet

imputare sibi in pœnam tardæ conuersionis quod viro suo priuatur.

AD QVINTVM dicendum, quod vinculum paternitatis non soluitur per disparē cultum sicut vinculum matrimonij: & ideo non est simile de hereditate & vxore.

CIRCA istum art. quintum, est primum dub. an dirimatur matrimonium infidelium. i. contractum ambobus coniugibus existentibus in infidelitate, per hoc quod alter illorum discedit, altero conuerso ad fidem: vel per hoc quod iste conuertitur ad fidem. **AD** quod dico, quod licet de isto dub. sit sententia Iureconsultorum affirmatiua, nempe quod dirimitur illud matrimonium per hoc quod ipse conuertitur ad fidem, tamen communis sententia Theologorum est, quod per solam conuersionem vnus coniugis ad fidem, non dirimitur matrimonium: & probatur ex verbis Pauli, quia non dicit quod de nouo ducat illam vxorem vir conuersus ad fidem, sed dicit quod non dimittat vxorem infidelē, si illa voluerit cohabitare sine contumelia saluatoris. Secundo probatur, quia Aug. dicit, baptisimus peccata remittit, sed non dissoluit coniugia. Videtur tamen quod per hoc quod alius coniunx discedit, ipso facto dirimatur matrimonium, quia tunc illo discedente, iste conuersus ad fidem potest ducere aliam, & non potest habere simul plures vxores: ergo eo ipso quod iste discedit dissoluitur matrimonium: & hæc est sententia Iureconsultorum. Sed hoc non obstante communis sententia Theologorum est, quod neque per hoc quod ille coniunx discedat, dirimitur matrimonium: probatur, quia si infidelis ille postea conuertatur, antequam alius prius conuersus ad fidem transeat ad secundas nuptias, tenetur ille prius conuersus & cogetur ab ecclesia accipere illam in vxorem.

ET ad argumentum in oppositum, dico quod ille prius conuersus ad fidem, semper manet affectus priori matrimonio, quousque contrahat secundum, & illud secundum dirimit primum. Et hæc est sententia S. Thomæ in isto art. ad secundum arg. & habet se ille prius conuersus ad fidem, sicut se habet ille qui ingreditur religionem, & prius erat affectus matrimonio rato non consummato, tunc matrimonium illud ratum non consummatum, non dirimitur vsque ad votum solenne illius intrantis religionem: ita nec per hoc quod alter coniunx infidelis discedit, nec per hoc quod alter conuertitur ad fidem, ipso facto dirimitur matrimonium illud infidelium, quousque contrahat secundum: sicut non dirimitur matrimonium ratum non consummatum inter fideles per hoc quod alter vult intrare religionē: nec per hoc quod intret, sed per hoc quod iam proficitur ipsam religionem.

SED

SED dubitabis an infidelis possit transire ad secundum matrimonium postquam discessit a coniuge fideli.

AD quod dico, quod si Christianus iam contraxit secundo, non potest dubitari quin infidelis possit secundo nubere. Sed interim quod fidelis non contrahit secundo, erat maius dub. sed videtur quod etiam infidelis eo ipso quod discessit a fideli, potest contrahere siue fidelis contrahat siue non: probatur quia maritus iam est liber a legibus vxoris: ergo etiam est liber vxor a legibus mariti, nihilominus tamen dicendum est, quod non licet infideli illo discedenti antequam conuersus ad fidem contrahat, quia causa, quare maritus conuersus ad fidem potest ducere secundam est, quia nec potest nec licet illi cohabitare cum vxore infideli, & ipsi infideli semper licet, & potest cohabitare cum fideli nisi sit ex culpa sua: ergo non debet infidelis gaudere maiori priuilegio quam fidelis, & ista erant maiora dubia, quæ in hac materia occurrere poterant. Ideo his intellectis facile erit cuiusque alia leuia intelligere.

Articul. sextus.

Vtrum alia vita soluant matrimonium?



AD SEXTVM sic proceditur. **V**idetur quod alia vitia soluant matrimonium sicut & infidelitas. Adulterium enim videtur esse directius contra matrimonium quam infidelitas: sed infidelitas soluit matrimonium in aliquo casu, vt liceat ad aliud matrimonium transire: ergo & adulterium idē facit. **PRAETEREA**, sicut infidelitas est fornicatio spiritualis, ita & quodlibet peccatum: si ergo propter hoc infidelitas matrimonium soluit, quia est fornicatio spūalis, pari ratione quodlibet peccatum matrimonium soluet.

PRAETEREA, Matth. 18. dicitur: si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam & projice abs te: dicit Glo. quod in manu & dextro oculo possunt accipi frater & vxor, propinqui & filij: sed per quodlibet peccatum efficiuntur nobis impedimenta: ergo propter quodlibet peccatum potest matrimonium dissolui.

PRAETEREA, auaritia idolatria est, vt dicitur Ephæ. 5. sed propter idolatriam potest mulier dimitti: ergo pari ratione propter auaritiam, & ita propter alia peccata quæ sunt maiora quam auaritia.

PRAETEREA, hoc expressè Magister dicit in litera.

SED contra est, quod dicitur Matth. 5. Qui dimiserit vxorem excepta causa fornicationis mæchatur.

PRAETEREA, secundum hoc tota die fierent diuortia, cum raro inueniatur matrimonium in quo alter coniugū in peccatū nō labatur.

RESPONDEO dicendum, quod fornicatio corporalis & infidelitas spirituales habent contrarietatem ad bona matrimonij, vt ex dictis patet: vnde spirituales habent vim separandi matrimonia. Sed tamen intelligendum est, quod matrimonium dupliciter soluitur.

Vno modo quantum ad vinculum, & sic non potest solui postquam matrimonium est ratificatum, neque per infidelitatem, neque per adulterium, sed si non est ratificatum soluitur vinculum permanente infidelitate in altero coniugum, si alter conuersus ad fidem, ad aliud coniugium transeat: non autem soluitur vinculum prædictum per adulterium, aliās infidelis liberè posset dare libellū repudiij vxori adulteræ, et ea dimissa aliam ducere, quod falsum est. Alio modo soluitur matrimonium quantum ad actū, & sic solui potest tam per infidelitatem, quam per fornicationem spirituales: sed propter alia peccata non potest solui matrimonium etiam quantum ad actū, nisi forte ad tēpus se velit vir subtrahere a consortio vxoris ad castigationē eius, subrahendo ei præsentie sue solatium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quantum ad adulterium magis directè opponatur matrimonio, in quantum est in officium naturæ quæ in infidelitas, tamen e contrario est in quantum ad matrimonium est sacramentū ecclesiæ, ex quo habet perfectam firmitatem in quantum significat indiuisibilem coniunctionem Christi & ecclesiæ: & ideo matrimonium quod non est ratū magis potest solui quantum ad vinculum per infidelitatem quam per adulterium.

AD SECVNDVM dicendum, quod con-

IT

Secunda. 4. quest. 61. art. 6.

unctio prima anime ad Deum est per fidem, & ideo per eam anima quasi desponsatur Deo. Ut patet Osee 2. Sponsabo te mihi in fide. Unde in sacra Scriptura specialiter per fornicationem idolatria & infidelitas designantur: sed alia peccata magis remota significatione dicuntur spirituales fornicationes.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc intelligendum est quando mulier prestat magnam occasionem peccati viro suo, ut vir probabiliter sibi de periculo timeat: tunc enim vir potest se subtrahere ab eius conversatione, ut dictum est:

AD QVARTVM dicendum, quod auaritia dicitur idolatria per quandam similitudinem servituti, quia tam auarus, quam idolatra potius servit creaturæ quam creatori: non autem per similitudinem infidelitatis: quia corruptio infidelitatis est in intellectu, sed auaritie in effectu.

AD QVINTVM dicendum, quod verba Magistri sunt accipienda de sponsalibus, quia propter crimen superveniens sponsalia solvi possunt: vel si loquitur de matrimonio, intelligendum est de separatione à communi conversatione ad tempus, ut dictum est, vel quando vxor non vult cohabitare nisi sub conditione peccandi, ut si dicit, Non ero vxor tua nisi mihi de latrocinio divitias congreges: tunc enim potius eam debet dimittere quam latrocinia exercere.

CIRCA istum art. in vniuersum est dub. an per aliquod aliud vitium dempta infidelitate solvatur matrimonium? Ad quod dico prius, quod matrimonium infidelium solum dirimitur, ut dictum est, per secundum matrimonium fidelis conuersi ad fidem. Secundo dico, quod per nullum vitium aliud potest dirimi quantum ad vinculum eo modo quo diximus supra de matrimonio fidelium, nempe quod si non est consummatum, dirimitur solum per votum solenne religionis, quantum vero ad thorum dissolvitur ratione fornicationis: non autem ratione alterius peccati absolute loquendo: & hoc expresse definiuit CHRISTVS in euangelio Matth. 19. vbi solum excepit fornicationem, dicens: Amen dico vobis quicunq; dimiserit vxorem excepta fornicatione mæchatur, & non dixit excepto furto, vel aliquo alio peccato.

CONTRA hoc tamen est, quia faciamus quod

coniunx fidelis non cohabitare cum alio nisi peccet cum illo mortaliter, an tunc liceat illi dimittere alterum coniugem? Ad hoc respondet Diuus Aug. de fide & operib. & habetur 28. q. 1. quod idem est tunc ac de coniuge infideli, si ille periclitetur de peccato mortali, potest pro tempore quo eminet illi periculum discedere ab alio coniuge, & non cohabitare illi, & si dicas quod dominus solum dicit, excepta fornicationis causa, & illud solum intelligitur quantum ad thorum. Dico quod est manifesta differentia inter fornicationem & alia vitia, quia propter fornicationem licet marito dimittere vxorem perpetuo quatumcunq; sciat illam se emendaturam & correcturam mores suos, & quod bene illi erit postea quantum ad bonos mores si cohabitaret cum illa. Propter alia autem vitia non est ita, sed solum potest illam dimittere pro illo tempore quo est illi tale periculum.

SI rursus dubites an liceat marito dimittere vxorem propter hæresim. Videtur quod liceat quia illa est apostasia, & peior infidelitas quam infidelitas paganorum. Secundo, aliquando hoc fuit dubium in ecclesia, nam Innocen. 3. in cap. Quanto de diuort. mouet istud dubium, & dicit quod præcessor eius Celestinus determinauit quod potest eam dimittere. Oppositum tamen ipse Innocen. 3. determinauit in prædicto cap. Quanto etiam si non sit consummatum, quia inter Christianos matrimonium est sacramentum quod est indirimibile.

VNDE dico, quod nec quantum ad thorum potest maritus dimittere vxorem propter hæresim, nec negare ei debitum, nisi sit illi periculum, nempe, quia inducet eum in hæresim suam, & nisi aliud fuerit ab ecclesia determinatum istud est in ista determinatione Innocen. 3.

Quæstio. 62.

De vxoricidio.

DEINDE considerandum est de vxoricidio:

CIRCA quod queruntur duo.

PRIMO, utrum in aliquo casu liceat vxorem occidere?

SECUNDO, utrum vxoricidium matrimonium impediatur?

Articul. primus

Utum

Secunda. 4. quest. 62. art. 1. fo. 514.

Utum liceat vxorem interficere inuictam in actu adulterij?

Tho. 4. dist. 37. q. 2. art. 1. & 2.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod liceat viro vxorem interficere in actu adulterij deprehensam. Lex enim diuina præcipit adulteras lapidari: sed ille qui legem diuinam exequitur non peccat: ergo nec occidens propriam vxorem si sit adultera.

PRAETEREA, illud quod licet legi, licet ei cui lex hoc committit: sed legi licet interficere adulteram, aut quamlibet personam ream mortis: cum ergo lex commiserit viro interfecionem vxoris in actu adulterij deprehensa, videtur quod liceat.

PRAETEREA, vir habet potestatem maiorem super vxorem adulteram, quam super eum qui cum ea adulterium commisit: sed si vir percipiat clericum quem cum propria vxore inuenit, non est excommunicatus: ergo videtur quod etiam liceat interficere propriam vxorem in adulterio deprehensam.

PRAETEREA, vir tenetur vxorem suam corrigere: sed correctio fit per inflictionem iustæ pænæ: cum ergo iustæ pænæ adulterij sit mors, quia est capitale crimen, videtur quod liceat viro vxorem adulteram occidere.

SED contra, in litera dicitur quod ecclesia Dei nunquam cõstringitur legibus humanis, vel mundanis, gladium enim non habet nisi spiritualem: ergo videtur quod ei qui vult esse de ecclesia, non sit licitus actus legis illius quæ vxoricidium permittit.

PRAETEREA, vir & vxor ad paria iudicantur: sed vxori non licet interficere virum in adulterio deprehensum: ergo nec viro vxorem.

RESPONDEO dicendum, quod virum interficere vxorem contingit dupliciter. Vno modo per iudicium civile, & sic non est dubium, quod sine peccato potest vir zelo iustitiæ non luore vindictæ aut odij mortis, vxorem adulteram in iudicio seculari accusare criminaliter de

adulterio, & pœnam mortis à lege statutam petere: sicut etiam licet aliquem accusare de homicidio, aut de alio crimine: non tamen talis accusatio potest fieri in iudicio ecclesiastico, quia ecclesia non habet gladium materiale, ut in litera dicitur. Alio modo posset eam per se ipsum occidere, non in iudicio conuictam, & sic extra actum adulterij eam interficere, quantumcunq; sciat eam adulteram neq; secundum leges ciuiles, neq; secundum legem conscientie licet. Sed lex ciuilis quasi licitum putat quod in ipso actu eam interficiat, non quasi præcipiens vel prohibens, sed quasi pœnam homicidij ei non infligens propter maximum incitamentum, quod habet vir in tali facto ad occisionem vxoris. Sed ecclesia in hoc non est astricta legibus humanis, ut iudicet eum sine reatu pænæ æternæ, vel pænæ ecclesiastico iudicio infligendæ, ex hoc quod est sine reatu pænæ infligenda per iudicium seculare: & ideo in nullo casu licet viro occidere vxorem propria auctoritate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pœnâ illam infligendam non commisit personis priuatis, sed personis publicis quæ habent officium ad hoc deputatum. Vir autem non est iudex vxoris, & ideo non potest eam interficere, sed coram iudice accusare.

AD SECUNDM dicendum, quod lex ciuilis non cõmisit viro occisionem vxoris quasi præcipiens, quia sic non peccaret: sicut non peccat minister iudicis latronem occidens condemnatum ad mortem, sed permisit pœnâ non adhibens: unde etiam difficultates quasdam apposituit quibus retraherentur viri ab vxoricidio.

AD TERTIVM dicendum, quod ex hoc non probatur quod sit licitum simpliciter: sed quantum ad immunitatem ad aliquam pœnâ, quia excommunicatio etiam quædam pœnâ est.

AD QVARTVM dicendum, quod duplex est congregatio, quedam æconomica sicut familia aliqua, & quedam politica sicut ciuitas & regnum. Illeigitur qui præest secundæ congregationi, ut rex, potest infligere pœnam & corrigere personam, & exterminare ad purgationem communitatis, cuius curam gerit: sed ille qui præest in prima congregatio-

me, ut pater familias non potest infligere nisi poenam corrigentem, quae se non extendit ultra terminos emendationis, quam transcendit poena mortis: ideo vir qui sic praestit uxori, non potest ipsum interficere: sed alias accusare vel castigare.

Artic. secundus

Vtrum vxoricidium impediatur matrimonium?



AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod vxoricidium non impediatur matrimonium. Directius enim opponitur adulterium matrimonio quam homicidium: sed adulterium non impedit matrimonium: ergo nec vxoricidium.

PRAETEREA, grauius est peccatum occidere matrem, quam uxorem, quia nunquam licet verberare matrem, licet autem verberare uxorem: sed occisio matris, non impedit matrimonium: ergo nec vxoris occisio.

PRAETEREA, magis peccat qui uxorem alterius propter adulterium interficit, quam uxorem propriam, in quantum minus habet de mortuo, & minus ad eum spectat eius correctio: sed qui alienam uxorem occidit non impeditur a matrimonio: ergo nec ille qui propriam uxorem interficit.

PRAETEREA, remota causa remouetur effectus. sed peccatum homicidii potest per poenitentiam remoueri: ergo & impedimentum matrimonij quod ex eo causatur, & ita videtur quod per actum poenitentiam non prohibeatur matrimonium contrahere.

SED contra est, quod Canon dicit. Interfectores suarum coniugum ad poenitentiam redigendi sunt, quibus penitus denegatur coniugium.

PRAETEREA, in eo in quo peccat quis, debet puniri: sed peccat contra matrimonium qui uxorem occidit: ergo debet puniri, ut matrimonio priuetur.

RESPONDEO dicendum, quod vxoricidium ex statuto ecclesiae matrimonium impedit: sed quandoque impedit contrahendum & non dirimit contractum, quando scilicet propter adulterium vir occidit uxorem: aut etiam propter odium: tamen si timetur de continentia ipsius potest cum eo dispensari per ecclesiam, ut licite matrimonium contrahat. Quandoque etiam dirimit contractum, ut quando aliquis interficit uxorem suam, ut ducat eam cum qua mechatur: tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cum illa, ita quod si de facto cum ea contraxerit, matrimonium dirimitur: sed per hoc non efficitur simpliciter persona illegitima respectu aliarum mulierum. Vnde si cum alia contraxerit, quamuis peccet contra statutum ecclesiae faciens, tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quod homicidium & adulterium in aliquo casu impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, sicut de vxoricidio dicitur: hic etiam de adulterio infra dicitur. Vel dicitur quod vxoricidium est contra substantiam coniugij, sed adulterium contra bonum fidei eius debita: sic adulterium non est magis contra matrimonium quam vxoricidium, & ita ratio procedit ex falsis.

AD SECUNDVM dicendum, quod simpliciter loquendo grauius est peccatum occidere matrem quam uxorem, & magis contra naturam, quia naturaliter homo matrem reueretur: ideo minus inclinatur ad interfecionem matris, & prouidet ad interfecionem vxoris, ad cuius prouidat in reprobationem vxoricidium est matrimonium ab ecclesia interdictum.

AD TERTIVM dicendum, quod talis non peccat contra matrimonium, sicut ille qui propriam uxorem interficit: ideo non est simile.

AD QVARTVM dicendum, quod non est necessarium quod deleta culpa, deletur omnis poena, sicut de irregularitate patet. Non enim poenitentia restituit in pristinam dignitatem, quamuis possit restituere in pristinum statum gratiae, ut dictum est.

CIRCA istos duos articulos est primum dubium an qui interficit uxorem possit postea contrahere matrimonium? Ad quod respondebimus aliquibus propositionibus, quae

quarum prior est: Qui interficit uxorem non potest contrahere secundas nuptias ex determinatione iuris humani. Secunda est, quod si contrahat matrimonium peccat, sed factum tenet, quia praedictum crimen prohibet contrahendum, & non dirimit contractum. Tertia propositio est, ille qui interficit uxorem ut contrahat cum certa alia, vel cum concubina, non potest contrahere, & si contrahat cum concubina vel cum certa alia quam cognouerit carnaliter, non tenet matrimonium: quod habetur de eo qui duxit uxorem quam polluit per adulterium. Sed si vxor interficiat virum ad contrahendum cum adultero, tenet matrimonium, cum non sit prohibitum in iure, & poena iuris humani non debet ampliari: & ratio quare ecclesia prohibuit quod maritus interficiens uxorem non possit ducere aliam, & non contra, nempe quod si mulier interficiat maritum non nubat alteri, videtur esse quia non est tantum periculum quod vxor occidat virum quantum est quod vir occidat uxorem.

SED contra est, quia Dauid interfecit Oriam propter Bersabe quam duxit uxorem & tenuit matrimonium. Dico quod ista prohibitio est solum de iure positio humano, quod tunc non erat. Praeterea, si maritus ante mortem vxoris dat fidem adultera, quod contrahet cum illa, si vxor sua moriatur, non potest contrahere, quia etiam est prohibitum in iure, in illo tit. de eo qui duxit in uxorem quam polluit per adulterium.

DEINDE aduerte ad illud quod notat S. Tho. & omnes alij cum illo, quod maritus interficiens propriam uxorem adulteram propria auctoritate, peccat mortifere, quia licet iura illud permittant. i. non puniat, non tamen illud precipiant nec approbant. Sed potest adultera condemnari, ut tradatur marito, qui si eam interficiat zelo iustitiae non peccat, licet non compellatur ad eam interficiendum: sed solum quod ei permittatur a laica potestate. Probat hoc, quia si maritus tunc peccaret interficiens uxorem ex sententia iudicis, iudex ipse sic tradens eam marito, & assilens peccaret, quod non est verum.

Questio. 63.

De impedimento matrimonij quod est votum solenne.

DEINDE considerandum est, de impedimento quae superueniunt matrimonio. **ET** primo de impedimento quod prouenit a matrimonio, scilicet de voto solenni.

SECUNDO, de impedimento quod prouenit

matrimonio consumato, scilicet de fornicatione. **CIRCA** primum quaeruntur tria.

PRIMO, vtrum alter coniugum altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare?

SECUNDO, vtrum antecarnalem copulam possit intrare?

TERTIO, vtrum altero intrante alter possit alteri nubere?

Articulus primus

Vtrum alter coniugum altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare?

Tho. 4. dist. 27. q. 1. art. 3. q. 1. & sequent.



AD PRIMVM sic proceditur: Videtur quod alter coniugum etiam post carnalem copulam possit altero inuito ad religionem intrare. Quia lex diuina magis debet spiritui alibus fauere quam humana: sed lex humana hoc permisit: ergo multo fortius lex diuina permittere debuit.

PRAETEREA, minus bonum non impedit maius bonum: sed matrimonij status est minus bonum quam status religionis, ut patet. 1. Cor. 7. ergo per matrimonium non debet homo impediri quin possit ad religionem transire.

PRAETEREA, in qualibet religione fit quoddam spirituale matrimonium: sed licet de leui religione ad arctiorem transire, ergo licet de matrimonio leuiore, scilicet carnali, ad arctius, scilicet matrimonium religionis transire, etiam inuita vxore.

SED contra est, quod dicitur. 1. Cor. 7. ut nec etiam ad tempus vacent orationi coniuges sine mutuo consensu a matrimonio abstinentes.

PRAETEREA, nullus potest facere licite quod est in praedictum alterius sine eius voluntate: sed votum religionis emissum ab vno coniugum est in praedictum alterius, quia vnus

IT 14 habet

habet potestatem corporis alterius: ergo vnus sine consensu alterius non potest votum religionis emittere.

RESPONDEO dicendum, quod nullus potest facere oblationem Deo de alieno: unde cum per matrimonium iam consumatum sit corpus viri factum vxoris, non potest sine consensu eius Deo ipsum offerre per continentie votum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod lex humana considerat matrimonium solum, in quantum est in officium nature: sed lex diuina secundum quod est sacramentum, ex quo habet omnimodam indiuisibilitatem: & ideo non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod non est inconueniens maius bonum impediri per minus bonum, quod habet contrarietatem ad ipsum, sicut etiam per malum bonum impeditur.

AD TERTIVM dicendum, quod in qualibet religione contrahitur matrimonium ad vnā personam, scilicet ad Christum, cui tamen ad plura obligatur aliquis in vna religione quā in alia: sed matrimonium materiale, & religionis non sunt ad vnā personam: & ideo non est simile.

HÆC conclusio negatiua huius art. nempe quod non licet viro inuita vxore post consumatum matrimonium transire ad religionem, est eerta, & ab ecclesia & doctoribus omnibus recepta. Et S. Thom. probat eam, ea ratione quia nullus potest dare vel donare alicui: sed maritus iam est alienus, nempe vxoris, cum mulier habeat potestatem corporis viri, & vir corporis vxoris, teste Paulo prior. ad Cor. 7. Et ideo de hoc non est difficultas max. me quia in tit. de conuersione conjugatorum, sunt textus aliquot hoc definiētes, sed ab iis canonē generaliter excipiuntur alia: Vnum est, quando alter coniugum commisit adulterium, quia tunc licet relinquere vxorem adulteram quod ad thorum, vt habetur cap. Agatosa. 26. q. 2. Secundo excipitur quando vterque illorum velit ingredi religionem, quia tunc licet ambobus transire ad religionem.

SED est aduertendum, quod de licentia vnus coniugum alter potest transire ad religionem, dummodo alius dāns licentiam velit etiam ingredi, & sciam in aetate in qua non sit illi periculum de incontinentia: ita quod sit iam in

aetate tam confecta, vt iudicio praelatorum non sit illi periculum de incontinentia in tali aetate poterit alter coniugum dare facultatem alteri, vt conuollet in religionem ipse manens in saeculo. Palud. in. 4. d. 27. q. 3. dicit quod in omnibus casibus in quibus potest alter coniugum transire ad religionem, potest etiam promoueri ad ordines sacros, etiam si non ingrediatur religionem. Sed ego non inuenio hoc in aliquo alio doctore, credo tamen quod est verum quod dicit Palud. ratio est, quia tunc nullum est impedimentum, quod impediatur transitum ad ordines sacros: vt cum mulier, exempli gratia commisit adulterium, & separatur maritus quoad thorum, poterit tunc transire etiam ad ordines sacros: & eodem modo concederet Palud. quod quando mulier est citra aetatem in qua non periclitatur de continentia, potest dare facultatem viro, vt promoueat ad sacros ordines, & quod fiat Episcopus si habuerit votum regis, etiam si habuerint filios. Quae sententia etiam mihi placet. Vnde communiter potest teneri illa regula, quod quando licet marito transire ad religionem relicta vxore in saeculo, licet etiam ei transire ad sacros ordines.

Artic. secundus

Vtrum alter coniugum possit altero inuito, ante carnalem copulam religionem intrare?

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod nec etiam ante carnalem copulam. Indiuisibilitas enim matrimonij pertinet ad matrimonij sacramentum, in quantum, scilicet significat perpetuam coniunctionem Christi ad ecclesiam: sed ante carnalem copulam post consensum per verba de presenti expressum, est verum matrimonij sacramentum: ergo non potest fieri diuisio per hoc quod alter ad religionem intrat.

PRÆTEREA in ipso consensu per verba de presenti expresso, vnus coniugum in alterum potestatem sui corporis transfert: ergo statim potest exigere debitum, & alter tenetur reddere, & ita non potest vnus inuito altero ad religionem transire.

PRÆ-

Articul. tertius

Vtrum mulier possit nubere alteri viro ante carnalem copulam, viro suo religionem ingressa?



AD TERTIVM sic proceditur: Videtur quod mulier non possit nubere alteri viro ante carnalem copulam, viro suo religionem ingressa. Quia illud quod cum matrimonio stare potest, non soluit matrimoniale vinculum: sed ad huc manet vinculum matrimoniale inter eos qui pari voto religionem intrant: ergo ex hoc quod vnus intrat religionem, alter non absoluitur a vinculo matrimoniali, sed quamdiu manet vinculum matrimoniale ad vnum non potest nubere alteri: ergo &c.

PRÆTEREA, vir post ingressum religionis potest ante professionem redire ad saeculum: si ergo mulier posset alteri nubere viro intrante religionem, & ipse posset alteram ducere rediens ad saeculum: quod videtur absurdum.

PRÆTEREA, per Decret. nouam, professio ante annum emissa pro nulla reputatur: ergo si post talem professionem ad vxorem redeat, tenetur eam recipere: ergo nec per introitum viri in religionem, neque per votum datur mulieri potestas alteri nubendi.

SED contra, nullus potest alterum obligare, ad ea quae sunt perfectionis: sed continentia est de his quae ad perfectionem pertinent: ergo mulier non arctatur ad continentiam, ex hoc quod vir religionem ingreditur, & sic potest nubere.

RESPONDEO dicendum, quod sicut mors corporalis viri hoc modo vinculum matrimoniale soluit, vt mulier nubat cui vult secundum Apostoli sententiam, ita etiam post mortem spiritualem viri per religionis ingressum poterit cui voluerit nubere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quando vterque pari voto continentiam vouet, tunc neuter coniugum vinculo abrenunciat: & ideo ad-

IT. iij. huc

PRÆTEREA, Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet: sed coniunctio quae est ante carnalem copulam diuinitus facta est: ergo non potest separari humana voce.

SED contra est, quod secundum Hieronymum, dominus vocauit Ioannem de nuptijs.

RESPONDEO dicendum, quod ante carnalem copulam est inter coniuges tantum vinculum spirituale, sed postea etiam est inter eos vinculum carnale: & ideo sicut post carnalem copulam matrimonium soluitur per mortem carnalem, ita per ingressum religionis ante copulam carnalem soluitur: quia religio est quaedam mors spiritualis, qua aliquis saeculo moriens vivit Deo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod matrimonium ante carnalem copulam significat illam coniunctionem quae est ad animam, quae quidem soluitur per contrarium, scilicet per peccatum: sed per carnalem copulam significat coniunctionem ad ecclesiam quantum ad assumptionem humanae naturae in vnitatem personae, quae omnino est indiuisibilis.

AD SECVNDVM dicendum, quod ante carnalem copulam non est omnino translatum corpus vnus sub potestate alterius, sed sub conditione, nisi interea alter ad frugem melioris vitae conuollet. sed per carnalem copulam completur dicta translatio, quia tunc intrat vterque in corporalem possessionem sibi tradita potestatis. Vnde etiam ante carnalem copulam non statim tenetur reddere debitum post matrimonium contractum per verba de presenti, sed datur ei tempus duorum mensium propter tria. Primo, vt interim possit deliberare de transeundo ad religionem. Secundo, vt praeparantur quae sunt necessaria ad solennitatem nuptiarum. Tertio ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit deletam.

AD TERTIVM dicendum, quod coniunctio matrimonialis ante carnalem copulam est quidem perfecta quantum ad esse primum: sed non consumata quantum ad actum secundum quod est operatio, & simulatur possessioni corporali: & ideo non omnimodam indiuisibilitatem habet.

huc manet, sed quando vnus tantum vouet, tunc quantum est in se abrenunciat vinculo coniugali: & ideo alter absoluitur à vinculo illo.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non intelligitur mortuus sæculo per religionis ingressum, quousq; professionem emisit: & ideo vsq; ad tempus illud tenetur cum vxor sua expectare.

AD TERTIVM dicendum, quòd de professione sic emissa ante tempus determinatum à iure, est idem iudicium quod de voto simplici. Vnde sicut post votum simplex viri, mulier ei debitum reddere non tenetur, cum ipsa non habeat potestatem alteri nubere: ita & hic.

CIRCA istos duos art. est primum dub. nempe dato quòd post copulam carnalem non liceat coniugibus ingredi religionem, altero inuito, an liceat ante copulam? Ad quod ex ecclesiæ definitione, & sententia doctorum communi: responderetur affirmatiue, nēpe potest vnus coniunx altero inuito ante carnalem copulam transire ad religionem, & ita habetur in cap. Verum, & in cap. ex publico, de conuers. coniugat. & intelligitur hoc ad profitendū, quia si vellet intrare religionem nō ad profitendum posset alter coniunx remanens in sæculo hunc repetere: & hoc etiam habetur cap. ex publico.

SED videtur quòd hoc sit contra præceptum domini, nempe quos Deus cōiunxit homo nō separet, Matth. 19. at matrimonium ratum non consumatum est verum matrimonium: ergo Deus coniunxit illos: ergo tale matrimonium nō potest separari. Et confirmatur prior. ad Cor. cap. 7. quanto tempore vir viuat mulier alligata est legi viri. Et est notandum quòd sicut doctores dicunt & ecclesia approbat, altero coniuge transeunte ad religionem ante copulam, matrimonium dirimitur per professionem illius transeuntis ad religionem, & tunc alter potest transire ad secundas nuptias: sed matrimonium consumatum non dirimitur, etiam per ingressum religionis. Vnde ergo habes quòd matrimonium non consumatum dirimitur per ingressum religionis. Ad quod doctores adducunt diuersas rationes, nescio an multum valeant. Aliqui dicunt quòd ratio est, quia ante copulam carnalem non est data professio corporis vnus coniugis alteri, sed est promissio quædam duntaxat, & per professionem perficitur quædam actualis datio, & etiam quia maius est vinculum religionis sequens quàm vinculum matrimonij præcedens. Sed alij doctores re-

probant hanc rationem: vnde Scot. in. 4. d. 38. & Duran. & Palud. d. 27. q. 3. probant prædictam rationem non valere, quia præsupponit falsum, nempe quòd nullus coniunx posset dare professionem corporis sui sine copula carnali: & etiam illud est falsum, nempe quòd professio debet fieri in manibus prælatorum, nam per accidens est ad votum solenne, quia esto non fiat in manibus prælatorum potest esse solenne, vt constat de voto hæremitarum, quod etiam dirimit matrimonium: ideo relicta priori ratione, alij dicunt quòd religio est maius vinculum quàm matrimonium: & ideo ingressus religionis dirimit matrimonium. Sed hoc nihil valet, quia si illa esset ratio ita benè dirimeret matrimonium consumatum, sicut non consumatum. Ideo alij assignant aliam rationem, vt Scot. in. 4. d. 38. nempe quòd est ex statuto ecclesiæ, nempe quòd ingressus religionis dirimat matrimonium, ratum, & non dirimat consumatum: sed Durand. dicit quòd nos benè scimus statutum ecclesiæ, sed querimus rationem quare potest illud fieri in matrimonio consumato, cum non possit fieri in non consumato, & CHRISTVS non distinxit in euangelio consumatum à rato. Ideo S. Tho. in hac q. art. 3. assignat aliam rationem, quæ est, quia in matrimonio rato est vinculum quodammodo spirituale & non carnale, & in consumato est vinculum carnale & temporale, & de natura matrimonij est quòd soluat morte alterius coniugis. Vnde sicut est duplex vinculum, nempe carnale & spirituale, ita est duplex mors spiritualis. s. & corporalis: spiritualis est quæ fit per ingressum religionis, vt dicit Paul. ad Collocen. 3. mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo: & ad Galat. 6. dicit: Per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo: mors ergo spiritualis dirimit vinculum spirituale, & mors carnalis dirimit vinculum carnale: & Durand. magnificat hanc rationem: sed alij non recipiunt eam, & ego credo quòd non est literalis, sed potius allegorica vel congruentia. Vnde videtur quòd sufficiens ratio hæc tunc non sit inuenta, sufficit tamen autoritas ecclesiæ & dicta sanctorum: vnde diuus Hieronymus dicit, & habetur. 27. q. 2. cap. scripsit nobis, vt Nicolaus Papa refert de Machario monacho, quod post apparatus & solennitatem nuptiarum transiit ad hæremum, & idem dicit de beato Alexio: & idem dicit diuus Hieronymus in prologo euangelij Ioannis de ipso eodem Ioanne, nempe quòd CHRISTVS assumpsit Ioannem de nuptijs: & si hoc non sit manifestum in sacra scriptura, sufficit quòd habemus ex diuo Hieronymo. nempe quòd solennis professio dirimit matrimonium ratum non consumatum: & ita tenendum est autoritate ecclesiæ & consuetudine antiqua, sine memoria quando incepit, signum est quòd à Christo &

ab Apostolis ecclesia edocta habet hoc: & sumpta hac veritate est optima ratio hæc quæ affert S. Tho. Secunda ratio est. quia Deus suauiter disponit omnia, & magnam iacturam pateretur illa vxor si libato pudore post maritales complexus relinqueretur à viro, cum magna pars dotis (vt aiunt) sit virginitas, & ideo oppositum esset hæreticum, & sic habetur in prædicto capitulo scripto nobis: & respondetur ibidem ad illam auctoritatem, nempe quos Deus coniunxit homo non separet, quòd intelligitur de matrimonio rato & non consumato, & quòd in matrimonio rato & non consumato Deus separat & non homo: & sicut credimus ecclesiæ de toto Euangelio Matth. ita credere debemus expositionem ipsam esse literalem, cū ecclesia sic exponat. Aliqui dicunt, sicut etiam dicitur in eodem cap. quòd in matrimonio rato & nō consumato fit illa separatio auctoritate Dei, & ex natura rei, quia maius vinculum de se est religio quàm matrimonium, quod etiam dicit S. Tho. Ioan. autem Maior in 4. d. 27. q. 2. reliquit omnes rationes, & dicit, quòd hoc habemus ex traditione ecclesiæ, & quòd non est querenda alia ratio? ¶ Sed petes, an semper dirimatur matrimonium per ingressum religionis ante copulam carnalem, vt quando vterq; ingreditur religionem, an facta professione dirimatur statim matrimonium? Est quæst. hæc utilis ad hoc, vt si alter post professionem committat fornicationem, an peccaret duplici peccato, nempe sacrilegio & adulterio? est etiā hæc quæst. utilis cum sit communior opinio quòd Papa possit dispensare in voto solenni, & de facto dispenseret cum altero illorum coniugum in voto solenni, an possit transire ad secundas nuptias: & videtur quòd non dirimitur matrimonium in prædicto euentu, quia vtrunq; vinculum statimul & non implicat cum post carnalem copulam & professionem vterq; manet, & illa vincula nō possunt dirimi in aliquo casu, & S. Tho. in 4. d. 27. q. vnica, art. 3. quæst. vlt. ad primum arg. & in hac q. art. 3. ad primum, dicit & est notandus locus, quòd quando vterq; ingreditur religionem maximè post consumatam copulam, & etiam ante consumationem copulæ, manet vinculum matrimonij, est singularis opinio quam in nullo alio vidi, sed suspicor me vidisse in Palud. & facile potest hoc defendi. Sed communior sent. est opposita, quæ etiam est probabilis, nempe quòd ante consumationem matrimonij, si vterq; coniugum profiteatur solenniter religionem dissoluitur matrimonium. ¶ **S**ED adhuc relinquitur dub. an matrimonium consumatum vi possit etiam dissolui per ingressum religionis, & an possit ille coniunx cui vis illata est, transire ad religionem, altero qui intulit vim inuito & repugnante? Ratio dubitandi est, quia sæpe contingit hoc, vt cū quis adeptus est nuptias inæquales, nempe vxorē

locupletem & nobilem ignorantibus parentibus ipsius vxoris, & cum idem sit de vi & de timore cadenti in constantem virum, timet exempli gratia vir quòd illa ingreditur religionem, & propterea compellit illam vi aut timore cadere in constantem virum quòd coeat vel cōueniat cū illo carnaliter, vt postea sit matrimonium consumatum: an igitur illa quæ sic passa est vim possit ingredi religionem altero reclamante: & videtur quòd non possit ingredi, cū iam illud matrimonium sit cōsumatum, & nec ille iam potest dare illi mulieri illam licentiam ipso remanente in sæculo. In oppositum tamen est, quia ille fecit iniuriam cum amoueret illi mulieri libertatem, quam habebat transcendendi ad religionem: ergo debet refarcire illam iniuriam, & cum illa ante illam copulam vi obtentam possit ingredi religionem illo inuito, etiā post talem copulam poterit. Ad quod nihilominus dicendum puto, licet nihil viderim determinatum in iure quid debeat fieri in tali euentu, quòd videtur vtrique pars probabilis, & Durand. ita ait vtrunq; partē esse probabilem. ¶ Mihi autem tanquā probabilius videtur quòd prædicta vxor non potest ingredi religionem marito illo reclamante, ratio est, quia iam ibi est vinculum carnale, & non tantum spirituale. Et ad argumentum in oppositum concedo quòd male fecit vir & quòd peccauit inferendo illi vim, tamen nō debet puniri illa poena, nempe priuatione rei suæ, nam postquam illa erat sua sibi imputet mulier quæ libere illi nupsit & nō cauuit ab illo, & quòd non intrauit religionem antequam posset ab illo vis aut timor inferri, & hæc Durand. vbi supra: Palud. aut dicit quòd oppositum est probabilius. Ego puto vtrunq; opinionem probabilem, & probabiliorē opinionem Durandi, tamen dico quòd hoc est certum quòd tunc nō dirimitur matrimonium, quicquid dicat Palud. Vnde alter remanens in sæculo, non potest transire ad secundas nuptias. Et aduerte quòd omnia hæc dicta de ingressu religionis sunt vera, & intelliguntur quando religio est vera & ab ecclesia probata, vbi est votum solenne. Vnde mulieres terciariæ quæ vulgo dicuntur beatæ, cum solū voueant simpliciter, non dissoluitur matrimonium ob tale votum, etiam solū ratum & nullo modo cōsumatum: & si istæ terciariæ nubere quæuis peccarent, teneret matrimonium.

Quæstio. 64.

De impedimento quod superuenit matrimonio cōsumato, quod est fornicatio.

DEINDE considerandum est de impedi-
mento quod superuenit matrimonio co-
sumato. scilicet de fornicatione quae impedit ma-
trimonium praecedens quo ad actum diri-
mentem vinculo matrimoniali.

ET circa hoc quaeruntur sex.

PRIMO, utrum liceat viro dimittere uxorem
causa fornicationis?

SECUNDO, utrum ad hoc teneatur?

TERTIO, utrum proprio iudicio eam dimit-
tere possit?

QUARTO, utrum vir & uxor quantum
ad hoc sint aequalis conditionis?

QUINTO, utrum post diuortium debeant
manere inuupti?

SEXTO, utrum post diuortium possint reco-
ciliari?

Articul. primus

Utrum propter fornicationem
liceat viro uxorem dimittere?

Tho. 4. d. 35. q. unica, art. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur:
Videtur quod propter fornicationem non liceat viro uxorem
dimittere: non enim est malum
pro malo reddendum: sed vir dimittendo uxorem propter fornicationem, videtur malum pro malo reddere: ergo hoc non licet.

PRAETEREA, maius peccatum est si uterque
fornicetur quam si alter tantum. sed si uterque
fornicetur non poterit propter hoc fieri diuortium: ergo nec si vnus tantum fornicatus fuerit.

PRAETEREA, fornicatio spiritualis, &
quaedam alia peccata sunt grauiora quam fornicatio carnalis, sed propter illa non potest fieri separatio a thoro: ergo nec propter fornicationem carnalem.

PRAETEREA, vitium contra naturam, magis remotum est a bono matrimonij quam fornicatio quae modo naturae fit: ergo magis debuit poni causa separationis quam fornicatio.

SED contra est quod dicitur Matth. 5.

PRAETEREA, illi qui frangit fidem, non tenetur aliquis seruare fidem: sed coniugum fornicando fidem frangit quam alteri coniugi debet: ergo alter potest alterum causa fornicationis dimittere.

RESPONDEO dicendum, quod dominus dimittere uxorem concessit propter fornicationem in poenam illius qui fidem fregit, & in fauorem illius qui fidem seruauit, ut non sit astrictus ad reddendum ei debitum qui non seruauit fidem: & propter hoc excipiuntur septem casus in quibus non licet viro uxorem dimittere fornicatricem, in quibus vel uxor a culpa immunus est, vel utriusque equaliter culpabiles sunt.

Primus est, si ipse vir similiter fornicatus fuerit. Secundus, si ipse uxorem prostituuerit. Tertius, si uxor virum probabiliter mortuum credens propter longam eius absentiam, alteri nupsit. Quartus est, si latenter cognita est ab aliquo sub specie viri lectum subintrante. Quintus, si fuerit vi oppressa. Sextus, si reconciliauit eam sibi post adulterium perpetratum, carnaliter eam cognoscens. Septimus, si matrimonio in infidelitate utriusque contracto, vir dederit uxori libellum repudij, & uxor alteri nupsit: tunc enim si uterque conuertatur, tenetur eam vir recipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod vir si dimittat uxorem fornicantem liuore vindictae peccat: si autem ad infamiam propriae cauendam, ne videatur particeps criminis, vel ad vitium uxoris corrigendum, vel ad vitandum proli incertitudinem, non peccat.

AD SECUNDVVM dicendum, quod diuortium ex causa fornicationis, fit vno accusante alium & quia nullus potest accusare qui in simili crimine existit, quando uterque fornicatur diuortium celebrari non potest, quamuis magis peccetur contra matrimonium utroque fornicante, quam altero tantum.

AD TERTIVM dicendum, quod fornicatio directe est contra bonum matrimonij: quia tollitur per eam certitudo proli, & fides frangitur, & significatio non seruatur, dum vnus coniugum pluribus carnem suam diuidit: & deo alia crimina, quamuis forte sint maiora fornicatione, non tamen causant diuortium, sed

sed quia infidelitas, quae dicitur spiritualis fornicatio, etiam est contra bonum matrimonij quod est proles educanda ad cultum Dei, etiam ipsa facit diuortium, sed tamen aliter quam corporalis fornicatio, quia non propter vnum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem quae pernitiam ostendit, in qua infidelitas perficitur. **AD QVARTVM** dicendum, quod etiam propter vitium contra naturam potest procedi ad diuortium, sed tamen non fit ita mentio de ipso, tum quia est passio innominabilis, tum quia variis accidit, tum quia non ita causat incertitudinem proli.

HANC materiam quam S. Tho. tractat in ista q. tractat Magister Sent. in 4. d. 35. & resoluit ea aliquibus propositionibus: quarum prima est, Propter adulterium non solum licet marito dimittere uxorem, ut **CHRISTVS** docet Matth. 19. Sed etiam uxori pari modo licet dimittere virum adulterum in cuius propositionis confirmatione Magister citat diuum Hieronymum & Innocentium. Secunda propositio est, Si maritus est fornicarius sicut & uxor non potest eam dimittere. Tertia propositio est, esto maritus dimittat uxorem propter fornicationem, non est necessarium semper sic manere, sed possunt reconciliari, quia non est separatio quoad vinculum, sed quoad thorum, & quoad cohabitationem tantum, etiam sine alio nouo iudicio ecclesiae possunt reconciliari: Et quia Magister Sententiarum statim post praedicta mouet dubium, nempe. An teneatur maritus dimittere uxorem adulteram? Ad quod adducit multa testimonia Sanctorum quae videtur asserere partem affirmatiuam: sed Magister definit quod non tenetur maritus fornicariam uxorem dimittere. Quod dub. mouet S. Tho. in art. 2. sequenti, quo visu tractabimus super ambos istos art. aliqua dubia necessaria, ideo sequitur secundus articulus S. Tho.

Artic. secundus

Utrum vir teneatur ex praeccepto uxorem fornicantem dimittere?



AD SECUNDVVM sic proceditur. Videtur quod vir teneatur ex praeccepto uxorem fornicantem dimittere. Vir enim cum sit caput uxoris tenetur uxorem corrigere: sed

separatio a thoro est inducta ad correctionem uxoris fornicantis: ergo tenetur eam a se separare.

PRAETEREA, qui consentit peccanti mortaliter, ipse etiam mortaliter peccat: sed vir retinens uxorem fornicantem, consentire ei videtur, ut in litera dicitur: ergo peccat nisi eam a se eiciat.

PRAETEREA, 1. Cor. 6. dicitur: qui adheret meretrici, vnum corpus efficitur, sed non potest aliquis simul esse membrum meretricis & Christi, ut ibidem dicitur: ergo vir uxori fornicatri adherens membrum Christi esse definit, mortaliter peccans.

PRAETEREA, sicut cognatio tollit vinculum matrimonij, ita fornicatio separat a thoro: sed postquam vir nouerit consanguinitatem suam ad uxorem, mortaliter peccat eam cognoscens carnaliter: ergo & si cognoscit uxorem postquam scit ipsam esse fornicatam, mortaliter peccat.

SED contra est, quod dicit glossa 1. Cor. 7: quod dominus permisit causa fornicationis uxorem dimittere: ergo non ex praeccepto.

PRAETEREA, quilibet potest dimittere alteri quod in se peccauit: sed uxor fornicando peccauit in virum: ergo vir potest ei parere & non dimittat eam.

RESPONDEO dicendum, quod dimissio uxoris fornicantis introducta est ad corrigendum uxoris crimen per talem poenam: poena autem corrigens non requiritur ubi emendatio iam praecessit: & ideo si mulier de peccato poeniteat, vir non tenetur eam dimittere: si autem non poeniteat tenetur, ne peccato consentire videatur, dum correctionem debitam non apponit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum fornicationis in uxore potest corrigi non tantum tali poena, sed etiam verbis et verberibus, et ideo si alia ad correctionem sit parata, non tenetur vir praedictam poenam ad eius correctionem adhibere.

AD SECUNDVVM dicendum, quod tunc vir uxori consentire videtur, quando eam tenet non cessantem a peccato praeterito: si autem emendata fuerit, non ei consentit.

AD TERTIVM dicendum, quod ex quo de

d. peccato fornicationis poenituit meretrix dici non potest. Et ideo vir ei se coniungendo, membrum meretricis non fit. Vel dicendum quod non coniungitur ei quasi meretrici, sed quasi uxori.

AD QVARTVM dicendum, quod non est simile, quia consanguinitas facit, ut non sit inter eos vinculum matrimoniale. Et ideo carnalis copula fit illicita: sed fornicatio non tollit vinculum predictum. Et ideo actus remanet quantum est de se licitus, nisi per accidens illicitus fiat, in quantum vir consentire turpitudini uxoris videtur.

AD QVINTVM dicendum, quod permissio illa est intelligenda per prohibitionis priuationem, et sic contra preceptum non diuiditur, quia etiam quod cadit sub precepto non est prohibitum.

AD SEXTVM dicendum, quod vxor non est in peccato viri, sed etiam in se ipsam et in Deum: Et ideo vir non totaliter potest poenam dimittere, nisi emendatio sequatur.

LIBATIS his quæ diximus supra primū art. est dub. principale, an causa fornicationis possit vir dimittere vxorem licite? Ad quod necessario respondendum est affirmatiuè, quia expressum est in euangelio Math. 19. & semper fuit sic in ecclesia intellectum, nempe quod causa fornicationis licitū est viro vxorem dimittere quoad thorum & cohabitationem.

¶ **S**ED poteris dubitare, an hoc sit de iure naturali secluso euangelio? & videtur quod non, quia propter alia maiora peccata, nēpe si vxor esset homicida, aut si incidisset in hæresim, dummodo vellet mores suos corrigere non possit maritus illam dimittere: ergo nec propter fornicationē. ¶ His non obstantibus dico, quod virum dimittere vxorem causa fornicationis, est de iure naturali: & ad argumentum in oppositum, dico quod non est simile de alijs peccatis & de fornicatione, quia illa peccata non sunt in iniuriam viri, sicut est adulterina fornicatio.

¶ **S**ED contra, faciamus quod vxor percussit virum vel diffamauerit, ita quod illa percussio vel infamia sit illi maior iniuria quam adulterium: manifestum est quod tunc non licet dimittere vxorem: ergo non erat illa ratio. s. quod adulteriū erat in iniuriā mariti & alia peccata non. Ideo dico, quod ratio est, quia adulterium est cum iniuria mariti contra bonum matrimonij, quia contra prolem: ideo dico ¶

non solum est licitum marito dimittere vxorem adulteram, lege euangelica, sed etiam naturali: probatur, quia maritus debet esse certus de prole sua, & si vxor sit adultera non esset certus an proles sit sua vel alterius. Secundo probatur, quia matrimonium est contractus & datur fides inuicem, & in quocunq; contracto si alter contrahentium non seruat condiciones & fidem datam in illo contractu, alter deobligatur, & non tenetur seruare prædictam fidem, aut condiciones appositas: ita in matrimonio altero coniuge frangente fidem, alter deobligatur ab illo contractu matrimoniali quo ad thorum, & quo ad cohabitationem. Vnde constat quod licet non exprimat in euangelio, an vxor possit dimittere virum adulterum, probat prædicta secunda ratio quod potest, quia postquam ipse frangit fidem deobligatur etiam vxor, & non tenetur ad fidem ex vi illius contractus.

¶ **S**ED est dub. an hoc quod diximus quod alter coniunx potest relinquere alterum propter fornicationem sit regula vniuersalis. & canon semper verus, vel an patiat hanc regulam aliquas exceptiones? Ad quod dico, quod prædicta regula habet 7. exceptiones. Prima est, si cum vxor esset fornicaria, vir commisit adulteriū sicut vxor, non potest illam dimittere: ratio est, quia iam est ibi similis culpa ex vtraque parte, ideo quilibet illorum merito priuatur illo iure petendi diuortium, & istæ exceptiones sunt expressæ in iure 32. q. 3. per totū, & de diuort. cap. significasti. Secunda exceptio est, si ipse maritus vxorem prostituerit cupiditate pecuniæ vel alterius rei: ratio est, quia nullus patitur iniuriam volens, & ipso facto remittit iniuriā, & ista exceptio habetur cap. Discretionem, de eo qui cognouit consanguineam vxoris, & Palud. addit quod idem iudicium est si ipse maritus videat & non prohibeat. Tertia exceptio est, si vxor probabiliter credat virum esse mortuū, ut cum vir erat absens: hæc exceptio habetur, 34. q. 2. cap. cum peruelatam. Quarta exceptio est, si mulier ignoranter congressa est cum aliquo, putans eum esse legitimum virum, ut si quis clam posuit se in lecto vxoris loco mariti, & hæc exceptio habetur 34. q. 2. cap. intellectum. Quinta exceptio est, si vxor fuerit vi oppressa ab aliquo alio, & habetur 32. q. 5. ca. proposito. Sexta exceptio est, si maritus reconciliauerit vxorem adulteram per copulam carnalem: ut si post adulterium vxoris sciens adulterium cognouerit eam carnaliter, quæ exceptio habetur 32. q. 1. cap. si quis vxorē. Septima exceptio est, si mulier commisit adulterium ante baptismum, & postea ambo conuertantur ad fidem, non potest maritus propter illam fornicationem illam dimittere, quæ exceptio habetur de diuort. cap. Gaudemus. Quas exceptiones colligit glo. 32. q. 6. cap. 1. quod incipit Ecce

Ecce quod iste dimitti non valet.

¶ **S**ED est dub. circa primam & sextam exceptionem: & prius circa primam, an illa exceptio sit de iure naturali, vel solum de iure potestativo humano? Et videtur quod de iure naturali ad huc maritus fornicarius possit dimittere vxorem fornicariam, quia vxor fornicaria non seruat fidem marito: ergo ipso facto iam vir est liber ab obligatione contractus matrimonialis: vnde igitur habes quod propterea quod fornicetur vir, iam denuo stat & valet contractus, quod non contingit in alijs contractibus, sed quamprimum vnus contrahentium non seruat fidem dissoluitur contractus quo ad alium contrahentem: ergo etiam dissoluitur contractus matrimonialis: ergo maritus poterit adhuc illam adulteram dimittere esto ipse sit adulter. Præterea, in sexta exceptione vxor fregit viro fidem, vnde habes quod propter hoc quod cognoscat illam post adulterium non possit illam dimittere: diximus enim in prima exceptione quod quando vterque est adulter, non licet coniugi dimittere alterum coniugem. Arguitur contra hoc in hunc modum: primus adulter iam perdit dominium & ius exigendi debitū, & per hoc quod alter adulteratur non acquiritur alteri nouum ius: ergo adhuc poterit coniunx qui prius commisit adulterium, ab altera dimitti. Et si dicas quod maritus adulter non potest relinquere mulierem adulteram, quia iam tantam iniuriam fecit vxori adulteræ cognoscendo alteram, quātam vxor fecit marito: ideo iam est ibi compensatio. ¶ Sed contra hoc est, quia tunc poterit vterque puniri vtrūque, dimittendo se inuicem: ergo adhuc maritus adulter poterit dimittere vxorem adulteram: Et confirmatur, maritus accedendo ad aliam aut non facit iniuriam vxori, aut non tantam quātam vxor marito, cum non sit periculū quod proles putetur illius vxoris & sit alterius mulieris, sicut est quod putetur huius viri & sit alterius. ¶ Præterea, si post diuortium vir incidat in fornicationem non compelletur redire ad suam vxorem iam dimissam, cum iam ei nullum faciat iniuriā: ergo etiam si vir fornicetur postquam mulier fornicata fuit, etiam ante diuortium poterit illam dimittere. ¶ **P**RO dissoluitioe huius difficultatis est aduertendū, quod propter hoc quod vxor adulteretur non amittit ius quod habet in marito, ipso facto: sed tantum fit digna quæ priuetur illo: & hæc est sententia Caiet. in opusculo sexdecim responsionum, respons. 4. vbi expressè dicit quod ante priuationem factam per sententiam ecclesiæ, non amittit coniunx ius quod habet supra alium coniugem quāquam sit fornicarius. ¶ Secundo est aduertendum, quod de iure naturali si quis commisit tantum crimen quantum alter, non potest vnus priuare alterum aliquo iure circa similem ma-

teriam, si ad illum pertineret illa talis priuatio, nec possit hic qui est in simili crimine accusare alium. Vnde adultera non amittit ius quod habet in maritum eo ipso quod est fornicaria, potest tamē maritus accusare eam ut priuetur, sed eo ipso quod vir incidit in adulterium, fit ut iure naturali non possit priuare illam adulteram illo iure exigendi debitū, quod poterat ante suum proprium adulteriū: & in hoc fundatur prima exceptio. Et ex hoc respondetur alteri dubio moto à nobis, & Palud. in 4. d. 38. q. 1. art. 2. dicit, quod si ambo coniuges fuerint adulteri, sed vnus corrigibilis & alter non, ille qui est corrigibilis habet ius repudiandi alterum incorrigibilem, qui vltimo perseuerat in adulterio. Si autem ambo sunt correcti, neuter habet ius dimittendi alterum, quia præcessit re-compensatio, & hoc secundum credo verum. Sed primum quod dicit Palud. non est semper verum, nisi intelligatur cum grano salis, nam si vir, exempli gratia, nesciebat adulteriū vxoris, & ideo non pepercit nec ignouit, si postea fuerit correctus, & maritus post correctionem vxoris incidat in adulterium, & sit etiam incorrigibilis, tunc vxor non poterit illum repudiare, quia fuit adultera, & maritus non pepercit, & si maritus non esset adulter, posset eam dimittere ratione adulterij præteriti, quia maritus non pepercit, nec condonauit iniuriā sibi factam: Et illud quod dicit Palud. quod vltimò peccans succumbit, & est ab alio derelinquendus, debet intelligi quando prius peccati facta fuit remissio ab alio: quamdiu tamen alter non ignouit, quamuis peccans fuerit correctus, ille alter habet ius repudiandi, & post etiam si adulteretur ipse, recompensandi sunt, & nullus potest alterum dimittere.

¶ **E**RAT secundum dub. circa sextam exceptionem præfatam, hoc quod argumento petemus: illud diuortium constitutum est in poenam adulterij, & in fauorem innocentis: ergo post adulterium manet ius coniugi innocenti exigendi debitum, & non illi qui adulteratus fuit. Ad hoc nego consequentiam, sed solum sequitur quod manet ei integrum & liberum dirimendi & inuoluidandi contractum matrimonium quo ad thorum, non quod maneat contractus claudicans: ita quod etiam si quis frangat fidem in alijs contractibus & compositionibus, potest alter qui non fregit fidem dirimere contractum, non tamen facit quod alter frangens fidem obligetur ad aliquid dandū & reddendum illi non frangenti fidem, & quod alius non frangens fidem non debet alteri illud quod composuerant.

¶ **S**ED est examinandum illud quod diximus in primo notabili ex Caietano: pro responsione ad primum argumentū, nempe quod adulter non priuatur illo iure eo ipso quod committat adulterium, sed est dignus ut priuetur: refert hoc

hoc scire, quia si contrarium esset verum, sequeretur quod adulter ignoratus ab alio peccaret exigendo ab altero debitum. ¶ Arguitur tamen in hunc modum, si postquam vxor correcta est maritus innocens sciat adulterium vxoris, habet ius dimittendi illam, & ignorantia non dat illi illud ius: ergo antequam sciret habebat illud ius: ergo vxor amiserat illud ius petendi debitum, cum non possit esse bellum iustum ex utraque parte: & confirmatur, quia si habuisset vxor reum cum consanguineo viri, peccaret postea petendo debitum a marito ignorante: ergo etiam peccat petendo debitum post adulterium cum quocumque alio. ¶ His non obstantibus dico, quod communis sententia est in contrarium, nempe quod non peccat adulter petendo debitum ab alio coniuge, antequam alius sciat illud adulterium, & ante diuortium & sententiam iudicis declaratam. Et Caiet. adducit simile de filio familias, qui licet grauiter offenderit patrem, & pater habeat ius exheredandi filium, tamen antequam exheredetur filius habet ius petendi hereditatem. Ideo communis est quæstio, quæ proposuimus. ¶ Sed arguitur in hunc modum: Quando lex ponit pœnam ipso facto incurram, statim incurritur: sed cum ita sit ex iure naturali & diuino, quod in adulterio ipso facto imponitur pœna, nempe quod committens adulterium priuatur iure petendi debitum: ergo statim incurritur. Ad hoc respondet Caiet. dicens, quod duplex est pœna: quædam sunt constituta à iure ipso facto, ita quod in potestate partis vel iudicis est ipsas remittere, alia sunt sic constituta, quod non est in potestate iudicis aut partis illas remittere: & de his pœnis huius secundi generis est conclusio ista quod ipso facto incurritur, ut si aliquis percussit vel occidit clericum, non est in potestate iudicis vel partis quod non incurrat in excommunicationem, vel pœnam pro illo facto à iure taxatâ. De pœnis autem prioris generis est altera conclusio, nempe quod non incurritur ipso facto, sed oportet expectare, an alius velit dimittere vel velit inter se conuincere, & in illo ordine est diuortium. Et ad aliud argumentum in oppositum concedo quod maritus habet ius dimittendi vxorem adulteram. Et quando infers, ergo amittit ius petendi debitum, nego consequentiam, quia non amittit donec sciat maritus, & expectet voluntatem mariti. Ad aliud dico quod non est simile, quia non est in potestate mariti illam pœnam dimittere cum fuerit iam effectus affinis. ¶ Est tamen notandum, quod hæc quæ dicimus de fornicatione, intelliguntur etiam quando est peccatum contra naturam, dum modo fiat intra alterum vas, nã si aliàs peccet peccatum mollitiei, per hoc non amittitur ius petendi debitum, nec vnus coniunx potest repudiare alterum, nec contrahitur etiã affinitas: & hinc est quod si post adul-

terium cognoscat illam, hoc modo intra nullum vas, potest eam dimittere, & non est casus, ut contempsetur adulterium vxoris. Caiet. in opusc. 12. quæst. de matrimonio, q. 6. mouet dubium, an teneatur coniunx dimittere alterum publicè adulteratorem: quod mouet S. Tho. hic in 2. art. & Caiet. respondet quod quatuor modis potest considerari adulterium, nempe vel in quantum est offensa innocentis coniugis, & loquemur prius de adulterio mariti, quod prius est considerandum in quantum est offensa vxoris innocentis. Secundo, in quantum est emendabile respectu ipsius mariti. Tertio, in quantum est emendabile respectu Reipub. Quarto, in quantum quanda malam speciem in coniuge ducit. Ex primo cap. nempe in quantum vergit in offensam vxoris, non obligatur vxor ad dimittendum virum adulterum, cum afflictio non sit data afflictio, & cum iam vxor affligatur ex adulterio viri, esset noua afflictio si obligaretur ad dimittendum virum, sed conceditur vxori quod possit illum dimittere si voluerit. Secundo modo tanto obligatur quanto quis obligatur ex correctione fraterna: vnde si non est probabilitas correctionis & emendationis ipsius viri, ex hoc quod illum dimittit, non tenetur illum dimittere, & si potest emendare illum alio modo, nempe verbis, non tenetur illum dimittere, nec diuortio illum emendare. Sed hoc in vxore non habet locum, quia nunquam præsumitur consentire in adulterio viri, imò dolet & agrè fert. Propter iniuriam etiã Reipub. non tenetur, quia nulla sit ex hoc iniuria Reipub. Sed quidquid sit de his quæ dicit Caiet. Ego assero tres propositiones. Prior est, in nullo casu tenetur dimittere maritum: probatur, quia vel tenetur ratione correctionis fraternæ, vel ad euitandum scâdalum, sed non tenetur propter secundum, quia esto vxor non dimittat virum, potest ostendere tristitiam illius criminis. Vnde nullam occasionem peccandi dat alteri, nec tenetur propter crimen, quia nullum tenetur corrigere alterum cum notabili damno suo, nisi esset necessarium illud notabile damnum ad salutem spirituale alterius. Sed propter hoc quod vxor dimittat virum, incidit in periculum incontinentiæ & inuitietas in multas alias necessitates: ergo non tenetur illum dimittere, & licet sit iam prouentus & etatis nihilominus habet ius super corpus mariti, quo iure non tenetur se priuare ratione correctionis alterius: & probatur, quia aliàs potest optime corrigere esto non dimittat virum: quia sat est quod denuntiet ecclesiæ, quod est vltimus gradus correctionis fraternæ. Secundo, quia si per hæc ille non emendatur, nulla est spes quod emendabitur, ideo tunc cessat obligatio corrigendi fratrem: hæc opinionem defendit Duran. vbi supra, & insinuat Palud. Et ego reputo certam, intelligo tamen hanc prædictam conclusio.

concl. quæ ad uterque coniunx est fidelis, & non est alteri periculo infidelitatis aut alterius peccati, quia tunc vxor teneretur dimittere maritum, ut supra diximus, quando vnus est fidelis, & alter infidelis. Secunda conclusio est, Maritus ratione correctionis fraternæ non tenetur dimittere vxorem: probatur rationibus iam adductis: & confirmatur, quia marito suppetunt alia remedia ad corrigendum vxorem, nempe verberare, vel incarcerare illam, quæ non suppetunt vxori erga virum, & si per hæc non emendatur, nulla est spes emendationis. Tertia conclusio, aliquando maritus (rarissime tamen) tenetur ratione scâdali adulteram dimittere, nempe postquam factis omnibus diligentibus, ut possit verberari, post incarcerationem, non potest illam emendare. Quia si potest recedere ab illa & nihilominus cohabitare cum ea non emendata, videretur sentire in peccato. Addit tamen Palud. quod si imminet ipsi viro periculum incontinentiæ, potest non dimittere, & dicere alijs quod hoc facit propter periculum suum, nempe incontinentiæ, & hoc modo debent intelligi autoritates quæ habentur, 32. q. 1. cap. Sicut crudelis, quas citat Magist. in 4. d. 36. & cap. si quis, & ita glossat Durand. Sed est notandum quod licet maritus sciat peius agere cum incontinentia vxoris si illam dimittat, nihilominus potest uti iure suo & dimittere eam, licet fortassis malè faceret aliquando non seruando debitam charitatem cum vxore.

Articul. tertius

Vtrum vir proprio iudicio possit vxorem fornicantem dimittere?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod proprio iudicio vir vxorem fornicantem possit dimittere. Sententiam enim à iudice latam absque alio iudicio exequi licet: sed Deus iudex iustus dedit hanc sententiam, ut propter fornicationem vir vxorem dimittere possit, non ergo requiritur ad hoc aliud iudicium. **PRAETEREA**, Matth. 1. dicitur quod Ioseph, cum esset iustus, cogitauit occultè dimittere Mariam: ergo videtur quod occultè vir possit diuortium celebrare absque iudicio ecclesiæ. **PRAETEREA**, si vir post fornicationem vxoris cognitam, ei debitum reddat, amittit actionem quam contra fornicariam habebat: ergo

denegatio debiti quæ ad diuortium pertinet debet ecclesiæ iudicium precedere. **PRAETEREA**, illud quod non potest probari non debet ad ecclesiæ iudicium adduci, sed fornicationis crimen non potest probari, quia oculus adulteri obseruat caliginem, ut dicitur Iob. 25. ergo non debet iudicio ecclesiæ prædictum diuortium fieri. **PRAETEREA**, accusationem debet inscriptio precedere qua aliquis se ad rationem obliget, si in probatione deficiat: sed hoc non potest esse in ista materia, quia qualitercumque res iuret vir consequeretur intentum suum, siue ipse vxorem dimitteret, siue vxor eum: ergo non debet ad iudicium ecclesiæ per accusationem adduci. **PRAETEREA**, plus tenetur homo vxori quam extraneo, sed homo crimen alterius etiam extranei non debet ecclesiæ deferre, nisi monitione præmissa in secreto, ut patet Matth. 19. ergo multo minus potest crimen vxoris ad ecclesiam deferre, si eam prius occultè non corripuerit. **S**ED contra, nullus debet se inuicem vindicare, sed si vir vxorem fornicantem proprio arbitrio dimitteret, ipse se vindicaret: ergo hoc non debet fieri. **PRAETEREA**, nullus in eadem causa est actor & iudex, sed vir est actor impetens vxorem de offensa in se commissa: ergo ipse non potest esse iudex, & sic non debet proprio arbitrio dimittere. **R**ESPONDEO dicendum, quod vir potest vxorem dimittere dupliciter. Vno modo quantum ad thorum tantum, & sic potest eam dimittere, quam cito sibi constat de fornicatione vxoris proprio arbitrio, nec tenetur reddere debitum exigenti nisi per ecclesiam compellatur, & taliter reddens nullum præiudicium sibi facit. Alio modo quantum ad thorum & cohabitationem, & hoc modo non potest dimittere nisi iudicio ecclesiæ, & si aliàs dimissa fuerit, debet cogi ad cohabitandum, nisi possit ei vir incontinenti fornicationem probare: hæc autem dimissio diuortium dicitur, & ideo concedendum est quod diuortium non potest celebrari nisi iudicio ecclesiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sententia est applicatio iuris communis ad particulare factum: unde Deus ius promulgauit secundum quod sententia in iudicio formari debet.

AD SECVNDVM dicendum, quod Ioseph voluit virginem dimittere non quasi suspectam de fornicatione, sed ob reuerentiam sanctitatis eius, timens cohabitare ei: nec tamen est simile, quia tunc ex adulterio non solum procedebatur ad diuortium, sed ulterius ad lapidationem: non autem nunc quando agitur in iudicio ecclesie.

AD TERTIVM patet solutio ex dictis.

AD QVARTVM dicendum, quod quando vir uxorem suspectam habes ei insidiatur, ut deprehendere possit eam cum testibus in crimine fornicationis, & sic potest ad accusationem procedere. Et preterea, si de facto ipso non constat possunt esse violenta suspiciones fornicationis, quibus probatis videtur fornicatio probata esse, ut si inueniatur solus cum sola, horis & locis suspectis, & nudus cum nuda.

AD QVINTVM dicendum, quod maritus potest accusare uxorem de adulterio dupliciter. Vno modo ad thori separationem coram iudice spirituali, & tunc non debet inscriptio precedere cum obligatione ad legem talionis, quia sic vir consequeretur intentum suum, ut probat obiectio: Alio modo ad punitionem criminis in iudicio seculari, & sic oportet quod precedat inscriptio per quam ad poenam talionis se obliget, si in probatione deficiat.

AD SEXTVM dicendum, quod sicut Decretum dicit: tribus modis in criminibus procedi potest. Primo, per inquisitionem, quam debet precedere clamorosa insinuatio que locum accusationis tenet. Secundo, per accusationem quam debet precedere legitima inscriptio. Tertio, per denunciationem, quam debet precedere irina correctio. Verbum ergo Domini intelligitur quando agitur per viam denunciationis, non quando agitur per viam accusationis, quia tunc non agit solum ad correctionem delinquentis, sed ad punitionem propter bonum commune conseruandum quod iustitia deficiente periret.

CIRCA istum art. 3. est primum dubium, an non expectata sententia ab ecclesia, liceat marito adulteram repudiare? Ad quod respondet S. Tho. & alij communiter, quod quantum ad thorum licet ei repudiare adulteram, in hunc sensum, nempe quod deobligatur, ut non reddat illi debitum, quia illa iam fregit sibi fidem. Secundo modo, quantum ad cohabitationem, & quo ad hoc non licet ei, nisi per sententiam ecclesie, & in hoc omnes communiter consentiunt, Syluest. tamen, verbo diuortium 8. restringit hoc dicens, quod illud est verum quando adulterium est occultum, si vero est notum, & ita notum quod adultera plures dies habitauit cum adultero, tunc sine licentia ecclesie poteris separari quoad habitationem: & probat cap. significasti, de diuort. vbi est casus expressus, & citat Ioan. Andre. in cap. ple-runq; de donationibus inter virum & uxorem. Ricard. autem in 4. d. 38. q. 3. art. 1. restringit etiam hoc secundum, sed aliter, nempe, inquit, vel matrimonium fuit clandestinum, ita quod non fuerint testes per quos probatur matrimonium, & tunc si adulterium esset occultum, etiam potest illam dimittere quo ad vtrumque: & sequitur illud Syluest. Radix tamen & fundamentum illarum conclusionum est de iure naturali, secluso iure positivo quoad vtrumque, etiam si adulterium esset occultissimum liceret alteri coniugi dimittere adulterum quoad vtrumque, sed quia malis hominibus daretur ansa, ut matrimonium rejicerent, cautum est in iure, ne hoc liceat: sed quod coniugi dimittenti incumbat probare adulterium. Vnde dico quod si vir, esto adulterum sit occultum, habeat probationem adulterij potest quo ad vtrumque, dimittere adulteram: compelleretur tamen eam retinere nisi probet adulterium. Si autem non potest probare adulterium quantumcumque, sit matrimonium clandestinum, non liceret ei dimittere uxorem: & matrimonio probato ab uxore adultera tenetur & compelleretur vir accipere illam: si vero ille coniux qui non potest probare adulterium, ab eo tamen scitum, compellatur ab ecclesia, ut reddat debitum, potest non reddere, & non est excommunicatus quantumcumque, ecclesia excommunicet illum, quia ecclesia procedit ex presumptione & non ex veritate. Si tamen non vult pati illas molestias, & ob id reddit debitum, non priuatur per hoc iure suo: sed poterit postea uxorem repudiare, si posset probare adulterium, & non tenetur ad poenam talionis, quando solum accusat ad diuortium coram iudice ecclesiastico, quia alias reportaret adultera commodum ex malitia sua: Si vero accuset eam ex malitia coram iudice civilium ad occidendam illam, si non probet occidatur ipse poena talionis. Ratio est, quia vtriusque adulterium est sufficiens ad diuortium licet sit maior ratio in adultera propter incertitudinem proles, quia nesciatur cuius sit, an mariti vel adul-

adulteri, & an sit legitima vel non, & sequuntur multa inconuenientia ex adulterio vxoris quae non sequuntur ex adulterio mariti.

¶ SED est potissima hic difficultas, an post diuortium liceat transire ad secundas nuptias? Ad quod respondet communiter omnes fideles (excepto vno Caiet. qui Matth. 19. dicit, quod post diuortium licet marito transire ad secundas nuptias: quod videtur dixisse diu. Ambro. super prima Cor. cap. 7.) quod non, quia manet semper vinculum, & solum separatur quoad cohabitationem & thorum: & ita definitur 32. q. 7. per totum, & probatur ibidem multis testimonijs sanctorum.

¶ SED hoc supposito est tunc difficultas, quomodo intelligatur verba euangelij Matth. 19. quia ex illis verbis videtur quod licet marito post diuortium transire ad secundas nuptias, quia expressè dicitur ibi: qui dimiserit uxorem & aliam duxerit, excepta fornicationis causa, mœchatur, &c. Ex illa exponibili infertur tertia exponens, nempe causa fornicationis licet uxorem dimittere & aliam ducere: ergo licet marito post diuortium transire ad secundas nuptias. Ad hoc respondet S. Tho. in ista q. art. 5. ad quartum arg: quod illa exceptio, nempe excepta fornicationis causa non fertur in ambas partes precedentes, sed solum in prima parte, nempe in illa, quicumque dimiserit uxorem, &c. i. quicumque dimiserit uxorem excepta fornicationis causa mœchatur, & qui aliam duxerit mœchatur: & tunc nihil sequitur in fauorem partis affirmatiuae. Durand. autem in 4. d. 35. q. 2. ad secundum, non placet hæc responsio S. Tho. & arguit hoc modo, si illa exceptio fertur in prima parte tantum, nihil diceret illa propositio, quia hæc est falsa: quicumque dimiserit uxorem excepta causa fornicationis mœchatur, quia ob solam dimissionem non mœchatur, propterea inquit ipse, in primis tenendus est ille sensus S. Tho. & probatur ex similibus testimonijs scripturæ, ut Marc. 10. Quicumque dimiserit uxorem suam & aliam duxerit committit adulterium super eam, & si vxor dimiserit virum & alij nupserit mœchatur. Secundo Luc. 16. dicitur, omnis qui dimittit uxorem suam & duxerit aliam mœchabitur, & qui dimissam a viro ducit mœchatur: in his duobus locis dicit Durand. quod Evangelistæ dimittunt illam particulam: excepta fornicationis causa, & etiam diuus Paul. qui dicit se euangelium suum non recepisse ab hominibus, inquit, ad Rom. 7. mulier alligata est legi viri quamdiu viuit vir eius, & 1. ad Cor. 7. inquit, ijs qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere, quod si discesserit manebit inupta, aut viro suo reconciliari: & secundum August. id est iudicium de viro. Vnde ex omnibus his locis, sequitur quod licet potest vir uxorem dimittere propter fornicationem. Concludit ergo Durand. quod conclusio est vera, sed non probatur ex illa auct. Matth. 19. sed ex his alijs adductis: & dicit quod verba

Christi Matth. 19. debent referri ad totum præcedens, quia in repudio propter fornicationem secundum veterem legem, lapidabatur fornicaria, & si seruaretur in noua lege illa lex, nempe quod adultera lapidaretur, sicut fertur quod in aliquibus prouincijs seruatur, tunc liceret viro uxore repudiata aliam ducere, nec tamen haberet plures uxores, cum prima repudiata lapidaretur: unde propter mortem eius solutum esset vinculum matrimonij. Sed quia Dominus in lege noua comprobauit quod adultera lapidaretur, ut patet Ioan. 7. ideo forte Marc. & Luc. non exceperunt causam fornicationis, quia si vxor repudiata propter adulterium non lapidatur, aut aliter moritur, non licet viro aliam ducere ea viuentem, tamen hoc. s. quod ita illa referatur ad totam præcedentem sententiam ex lege antiqua, non potest esse, quia in lege antiqua libellus repudij non dabatur propter adulterium. Vnde dictum Durand. non est verum. Sed sensus illius loci Matth. 19. legitime est ille quem signat S. Th. qui etiam approbatur in cap. Gaudemus, de diuort.

Artic. quartus.

Vtrum vir & vxor in causa diuortij possunt ad paria iudicari?

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod vir & vxor non debeant in causa diuortij ad paria iudicari. Diuortium enim tenetur in lege noua loco repudij quod erat in lege vet. ut patet Matth. 5. sed in repudio vir & vxor non indicabantur ad paria, quia vir poterat repudiare uxorem, & non e converso: ergo non debetur ad paria iudicari.

PRÆTEREA, plus est contra legem naturæ, quod vxor plures viros habeat, quam quod vir plures mulieres: unde hoc quandoque licuit, illud verò nunquam: ergo plus peccat mulier in adulterio quam vir, & ita non debent ad paria iudicari.

PRÆTEREA, vbi est maius nocuum proximo, sibi est maius peccatum: sed plus nocet vxor adultera viro, quam vir adulter vxori, quia adulterium vxoris facit incertitudinem proles: non autem adulterium viri: ergo maius est peccatum vxoris, & sic non debent ad paria iudicari.

PRÆTEREA, diuortium reducitur ad crim-

men adulterij corrigendū, sed magis pertinet ad virū qui est caput mulieris, ut dicitur 1. Cor. 11. corrigere uxore quā eōuerso: ergo nō debent in repudio ad paria iudicari, sed vir debet esse melioris conditionis.

SED contra, videtur quod in hoc vxor debeat esse melioris conditionis: Quia quāto est maior fragilitas in peccate, tāto magis est peccatum venia dignū: sed in mulieribus est maior fragilitas quā in viris, ratioe cuius dicit Chry. quod propria passio mulierū est luxuria: & Philoso. dicit in 7. Ethic. quod mulieres nō dicuntur continentiores proprie loquēdo propter facile inclinationē ad cōcupiscētias: quia nec bruta animalia possunt continere propter hoc quod non habēt aliquid qd cōcupiscētis obuiare possit: ergo mulieribus in pœna diuortij deberet magis parci.

PRÆTEREA, ponitur vir caput mulieris ut ipsam corrigat: ergo magis peccat quā mulier, & sic debet magis puniri.

RESPONDEO, dicendum, quod in cā diuortij vir et vxor ad paria iudicatur, ut idē sit licitū & illicitū vni quod alteri, nō tamen pariter iudicatur ad illa, quia cā diuortij est maior in vno quā in alio: cū tamen in vtroq; sit sufficiens cā ad diuortij. Diuortij enim pœna est adulterij, in quantū est cōtra matrimonij bona, quantū ad bonū fidei ad quā cōiuges equaliter sibi iniuste tenentur. Tantiū enim peccat cōtra matrimonij adulterij vnius, sicut adulterij alterius. & hac cā in vtroq; sufficit ad diuortij: Sed quantū ad bonū prolis plus peccat adulterium vxoris quā viri, & ideo maior est cā diuortij in vxore quā in viro, & sic ad equalia, sed nō ex equali cā obligatur nec iniuste, quia in vtroq; est cā sufficiens ad hāc pœnā: sicut est etiā de duobus, qui dānantur ad eiusdē mortis pœnā, quamuis alius altero grauius peccauerit.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod repudiū nō permittebatur nisi ad euitādū homicidiū, et quia in viris magis erat de hoc periculū quā in mulieribus, ideo vtroq; permittebatur dimittere vxore, nō autē eōuerso per legem repudij.

AD SECVNDVM & tertij dicendū, quod rationes illæ procedūt secundū quod in cōparatione ad bonū prolis, maior sit cā diuortij in vxore quā in viro, nō tamen sequitur quod nō

iudicentur ad paria, ut ex dictis patet.

AD QVARTVM dicendum, quod quāvis vir sit caput mulieris quasi gubernator, nō tamen quasi iudex ipsius, sicut nec eōuerso, & ideo in eis quæ per iudicium faciendæ sunt, nō plus potest vir in vxorem quā eōuerso.

AD QVINTVM dicendū, quod in adulterio inuenitur deratione peccati idē quod est in fornicatione simplici, & adhuc plus qd magis grauat, scilicet matrimonij lationē. Si autē consideretur id quod est cōmune adulterio, & fornicationi, peccatū viri et mulieris se habet, ut ex cidentia & excessa, quia in muliere est plus de humore, & ideo sunt magis ducibiles ad cōcupiscētias, sed in viro est plus de calore, qui cōcupiscētiam excitat, sed tamen simpliciter loquēdo cœteris paribus, vir in simplici fornicatione plus peccat quā mulier, quia plus habet de rationis bono, quod præualet quibuslibet motibus corporaliū passionū. Sed quantū ad lationē matrimonij quā adulterij fornicationi addit, ex qua diuortij causat, plus peccat mulier quā vir, ut ex dictis patet: & quia hoc est grauius quā simplex fornicatio, ideo simpliciter loquēdo plus peccat mulier adultera, quā vir adulter ceteris paribus.

AD SEXTVM dicendū, quod quāvis regimen qd datur viro in muliere sit quædam circumstantia aggrauās, tamen ex illa circumstantia, quæ in aliam speciem trahit, magis aggrauatur peccatum, scilicet ex latione matrimonij, quod trahit ad speciem iniustitiæ in hoc quod furtiue aliena proles submittitur.

Articul. quintus

Vtrū post diuortij vir alteri nubere possit?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod post diuortij vir alteri nubere possit. Nullus enim tenetur ad perpetuam continentiam, sed vir tenetur in aliquo casu vxore fornicantē a se in perpetuū separare, ut patet ex dictis: ergo videtur quod ad minus in tali casu alteram ducere possit.

PRÆ-

PRÆTEREA, peccanti non est dāda maior occasio peccandi: sed si ei qui propter culpā fornicationis dimittitur, nō licet aliam copulā querere, datur sibi maior occasio peccandi: non enim est probabile quod qui in matrimonio nō continuit, quod postea continere possit: ergo videtur quod liceat ei ad aliam copulā transire.

PRÆTEREA, vxor nō tenetur viro nisi ad debitū reddendū, & cohabitationem: sed per diuortij ab vtroq; absoluitur: ergo soluta est a lege viri: ergo potest alteri nubere, & eadē ratio est de viro.

PRÆTEREA, Matth. 19. dicitur, Qui dimiserit vxore & aliam duxerit excepta causa fornicationis, mœchatur: ergo videtur quod si cā fornicationis dimissa vxore aliam duxerit, non mœchetur, & ita est verū matrimonij. SED contra, 1. Cor. 7. Præcipio, nō ego sed dominus, vxorē a viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam.

PRÆTEREA, nullus ex peccato debet reportare cōmodū: sed reportaret si liceret adultera ad illud magis desideratū cōubiū trāsire: & esset occasio adulteradi volentibus aliam matrimonij querere: ergo non licet aliam copulam querere nec viro nec vxori.

RESPONDEO dicendū, quod nihil adueniēs supra matrimonij potest ipsum dissolvere, & ideo adulterij nō facit quū sit verū matrimonij. Manet enim, ut Aug. dicit, inter viuentes cōiugale vinculū, quod nec separatio, nec cū aliquo iunctio potest auferre, & ideo nō licet vni altero viuente ad aliam copulam transire.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod quāuis per se nullus obligetur ad continentiam, tamen per accidēs potest esse quod obligetur, sicut si vxor sua aegritudinē incurabile incurrat, & talem quæ carnalē copulā non patitur: & similiter etiam est si incorrigibiliter spiritali infirmitate, scilicet fornicatione laboret.

AD SECVNDVM dicendū, quod ipsa confusio quā reportat ad diuortij debet eā cohibere a peccato, quia si cohibere nō potest minus malum est quod ipsa sola peccet quā quod peccati vir eius sit particeps.

AD TERTIVM dicendū, quod quāuis vxor post diuortij non teneatur viro adultero ad de-

bitū reddendū & cohabitandū, tamen adhuc manet vinculū matrimonij, ex quo ad hoc tenebatur: & ideo nō potest ad aliam copulā trāsire viro viuente, nisi videatur ecclesia decepta fuisse per falsos testes sententiā de diuortio, quia in tali casu, etiā si votū professionis emisisset, restitueretur viro, & teneretur reddere debitum, sed non liceret ei exigere.

AD QVARTVM dicendum, quod exceptio illa quæ est in verbis domini refertur ad dimissionem vxoris, & ideo obiecto ex falso intellectu procedit.

Artic. sextus.

Vtrum post diuortij vir & vxor possint reconciliari?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod post diuortij vir & vxor nō possint reconciliari. Regula enim est in iure, quod semel benè definitū est nulla debet iteratione retractari: sed iudicio ecclesiæ definitū est quod debent separari: ergo non possunt reconciliari ulterius.

PRÆTEREA, si postesse recōciliatio, præcipue videtur quod post pœnitentiā vxoris vir teneatur eā recipere, sed nō tenetur, quia etiā vxor nō potest pro exceptione proponere in iudicio suā pœnitentiā cōtra virū accusantē de fornicatione: ergo nullo modo potest fieri recōciliatio.

PRÆTEREA, si postesse recōciliatio, videtur quod vxor adultera teneretur redire ad virū ipsam renocantē, sed nō tenetur quia iā separati sunt iudicio ecclesiæ: ergo & cetera.

PRÆTEREA, si liceret recōciliare vxorē adulterā in illo casu, præcipue deberet fieri quādo vir post diuortij inuenitur adulterij cōmittere: sed in hoc casu vxor nō potest cogere eū ad reconciliationē, cū iuste sit diuortij celebratū: ergo nullo modo potest reconciliari.

PRÆTEREA, si vir adulter occultē dimittat vxorē conuictā de adulterio per ecclesiæ iudiciū, non videtur iuste factū diuortij: sed tamen vir non tenetur vxorē sibi recōciliare, quia vxor probare in iudicio adulterij viri nō potest.

VV ij ergo

ergo multo minus quando diuortium iustum est celebratum reconciliatio fieri potest.

SED contra est, quod dicitur 1. Cor. 7. Quod si discesserit manere in nuptiam, aut viro suo reconciliari.

PRÆTEREA, vir poterit eam non dimittere post fornicationem: ergo eadem ratione eam reconciliare sibi.

RESPONDEO dicendum, quod si uxor post diuortium de peccato penitentia agens emendata fuerit, potest eam sibi vir reconciliare: si autem in peccato incorruptibilis maneat, non debet assumere eam eadem ratione qua non licebat eam nolitatem a peccato desistere retinere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sententia ecclesie diuortium celebratum non fuit cogens ad separationem, sed licentiam præbens, et ideo absque retractatione precedentis sententia potest reconciliatio fieri vel sequi.

AD SECVNDVM dicendum, quod penitentia uxoris debet inducere virum, ut uxorem fornicantem non accuset aut dimittat, sed tamen non potest ad hoc cogi, nec potest per penitentiam eius uxor ab accusatione repellere, quia cessante culpa, et quantum ad actum et quantum ad maculam, adhuc manet aliquid de reatu: et cessante reatu etiam quantum ad Deum adhuc manet reatus quo ad penam humano iudicio inferendam, quia homo non videt cor sicut Deus.

AD TERTIVM dicendum, quod illud quod inducitur in fauorem alicuius, non facit ei præiudicium: unde cum diuortium sit inductum in fauorem viri, non aufert ei ius petendi debitum vel reuocandi uxorem. Unde uxor tenetur reddere, et ad eum redire si fuerit reuocata, nisi de licentia votum continentie emisserit.

AD QVARTVM dicendum, quod propter adulterium quod vir prius innocens post diuortium committit secundum rigorem iuris, non debet cogi ad recipiendum uxorem adulteram: prius tamen secundum equitatem iuris, iudex ex officio suo debet eum cogere, ut caueat periculo anime eius, et scandalum maiorum, quamuis uxor non possit reconciliationem petere.

AD QVINTVM dicendum, quod si adulterium viri sit occultum, per hoc non aufertur ius excipiendi contra accusationem viri uxori adulteræ,

quamuis desit sibi probatio: et ideo peccat vir diuortium petens: et si post sententiam de diuortio uxor petat debitum aut reconciliationem, vir tenetur ad utrumque.

Questio. 65.

De secundis nuptiis.

CONSEQUENTER considerandum est de secundis nuptiis.

ET circa hoc quaruntur duo.

PRIMVM est, utrum sint licite?

SECVNDVM vero est, utrum sint sacramentales?

Articul. primus

Utrum secundæ nuptiæ sint licite.

Tho. 4. dist. 42. q. 3. art. 1. & 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod secundæ nuptiæ non sint licite, quia iudicium de re debet esse secundum veritatem: dicit autem Chrysostomus, quod secundum virum accipere est fornicatio secundum veritatem, quæ non est licita: ergo nec secundum matrimonium.

PRÆTEREA, omne quod non est bonum, non est licitum: sed Ambrosius dicit, quod duplex matrimonium non est bonum: ergo non est licitum.

PRÆTEREA, nullus arceri debet ne intersit illis, quæ sunt honesta et licita: sed sacerdotes arcentur ne intersint secundis nuptiis, ut in littera patet: ergo non sunt licite.

PRÆTEREA, nullus reportat penam nisi pro culpa: sed pro secundis nuptiis aliquis reportat irregularitatis penam: ergo non sunt licite.

SED contra est, quod Abraham legitur secundas nuptias contraxisse: Gen. 25.

PRÆTEREA. 1. Tim. 5. dicit Apostolus. Volo autem iuniores, scilicet viduas nubere, filios procreare: ergo secundæ nuptiæ sunt licite.

RESPONDEO dicendum, quod vinculum matrimoniale non durat nisi usque ad mortem, ut patet Rom. 4. et ideo moriente altero coniugum vinculum matrimoniale cessat: unde propter procedens matrimonium non impeditur aliquis a secundo

secundo mortuo coniuge, et sic non solum secundæ sed tertiæ, et sic deinceps nuptiæ sunt licite.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Chrysostomus loquitur quantum ad causam quæ aliquando solum ad secundas nuptias incitaret, scilicet concupiscentiam, quæ etiam ad fornicationem incitat. AD SECVNDVM dicendum, quod secundum matrimonium non dicitur esse bonum, quia non sit licitum, sed quia caret illo honore significationis qui est in primis nuptiis, ut sit una vnus: sicut est in Christo et ecclesia.

AD TERTIVM dicendum, quod homines diuini dediti, non solum ab illicitis, sed etiam ab illis quæ habent aliquam turpitudinis speciem arcentur: et ideo arcentur a secundis nuptiis quæ carent honestate quæ est in primis.

AD QVARTVM dicendum, quod irregularitas non semper inducitur propter culpam, sed propter defectum sacramenti: et ideo ratio non est ad propositum.

Artic. secundus

Utrum secundum matrimonium sit sacramentum?

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod secundum matrimonium non sit sacramentum. Qui enim iterat sacramentum facit ei iniuriam: sed nulli sacramento facta est iniuria, ergo si secundum matrimonium esset sacramentum, nullo modo esse iterandum.

PRÆTEREA, in omni sacramento adhibetur aliqua benedictio, sed in secundis nuptiis non adhibetur benedictio, ut in littera dicitur: ergo non sit ibi aliquod sacramentum.

PRÆTEREA, significatio est de essentia sacramenti: sed in secundo matrimonio non saluatur significatio matrimonij, quia non est una vnus sicut CHRISTVS et ecclesia: ergo non est sacramentum.

PRÆTEREA, unum sacramentum non impedit a susceptione alterius, sed secundum matrimonium impedit a susceptione ordinum: ergo non est sacramentum.

SED contra, coitus in secundis nuptiis excu-

sat a peccato, sicut et in primis: sed per tria bona matrimonij excusatur coitus matrimonialis, quæ sunt fides, proles et sacramentum: ergo secundum matrimonium est sacramentum. PRÆTEREA, ex secunda coniunctione viri ad mulierem non sacramentalis, non contrahitur irregularitas: sicut patet ex fornicatione, sed in secundis nuptiis contrahitur irregularitas: ergo sunt sacramentales.

RESPONDEO dicendum, quod ubicumque inueniuntur illa quæ sunt de esse sacramenti, ubi est verum sacramentum. Unde cum in secundis nuptiis inueniantur omnia quæ sunt de esse sacramenti, quia debita materia quæ facit persona legitima, et debita forma, scilicet expressio consensus interioris per verba de presenti, constat quod etiam secundum matrimonium est sacramentum sicut et primum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc intelligitur de sacramento quod inducit perpetuum effectum: tunc enim si iteratur sacramentum datur intelligi, quia quod primum non fuit efficax, et sic fit primo iniuria, sicut patet in omnibus sacramentis quæ imprimunt characterem: sed illa sacramenta quæ habent effectum non perpetuum possunt iterari sine iniuria sacramenti, sicut patet de penitentia: et quia vinculum matrimoniale tollitur per mortem, nulla fit iniuria sacramento si mulier post mortem viri iterato nubat.

AD SECVNDEM dicendum, quod secundum matrimonium quamuis in se consideratum sit perfectum sacramentum, tamen in ordine ad primum consideratum habet aliquid de defectu sacramenti, quia non habet plenam significationem cum non sit una vnus, sicut est in matrimonio Christi et ecclesie, et ratione huius defectus benedictio a secundis nuptiis subtrahitur: sed hoc est intelligendum quando secundæ nuptiæ sunt secundæ, et ex parte viri, et ex parte mulieris tantum: si enim virgo contrahat cum viro qui habuit aliam uxorem, nihilominus nuptiæ benedicuntur: saluatur enim aliquo modo, si significatio etiam in ordine ad primas nuptias. Quia CHRISTVS etsi unam ecclesiam sponsam habeat, habet tamen plures personas desponsatas in una ecclesia: sed anima non potest esse sponsa alterius quam Christi, quia

aliis cum demone fornicatur, nec est ibi matrimonium spirituale, & propter hoc quando mulier secundo nubit nuptiæ non benedicuntur propter defectum sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quod significatio perfecta inuenitur in secundo matrimonio secundum se considerato: non autem si consideretur in ordine ad præcedens matrimonium, & sic habet defectum sacramenti.

AD QVARTVM dicendum, quod secundum matrimonium impedit sacramentum ordinis quantum ad id quod habet de defectu sacramenti, & non in quantum est sacramentum.

Questio. 66.

De annexis matrimonio & debiti redditione.

CONSEQUENTER considerandum est de annexis matrimonio. Et primo de debiti redditione. Secundo, de pluralitate uxorum. Tertio, de bigamia. Quarto, de libello repudij. Quinto, de filiis illegitimè natis.

CIRCA primum queruntur septem.

PRIMO, utrum alter coniugum teneatur alteri debitum reddere?

SECUNDO, utrum debeat aliquando reddere non poscenti?

TERTIO, utrum vir et uxor in hoc sint æquales?

QVARTO, utrum vnus sine consensu alterius possit votum emittere per quod redditi debiti impediatur?

QVINTO, utrum tempus impediatur debiti petitionem?

SEXTO, utrum petens tempore sacro peccet mortaliter?

SEPTIMO, utrum reddere teneatur tempore festino?

Articul. primus

Utrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti?

Tho. 4. d. 32. q. vnica, art. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur: Videtur quod alter coniugum non teneatur alteri ad redditionem debiti ex necessitate præcepti.

Nullus enim prohibetur à sumptione Eucharistiæ propter hoc quod præceptum implet, sed ille qui uxori debitum reddit non potest carnes agnere: ut Hiero. in litera dicit: ergo reddere debitum non est de necessitate præcepti.

PRÆTEREA, quilibet potest licite abstinere ab his quæ sunt sibi nocua in persona, sed aliquando reddere debitum poscenti esset persona nocuum, vel ratione infirmitatis, vel ratione solutionis iam factæ: ergo videtur quod licite possit debitum poscenti negari.

PRÆTEREA, quicumque facit se impotentem ad faciendum id quod ex præcepto tenetur, peccat: si ergo aliquis ex necessitate præcepti tenetur ad reddendum debitum, videtur quod peccet si ieiunando vel aliis corpus suum attenuando impotentem se reddat ad debiti solutionem, quod non videtur verum.

PRÆTEREA, matrimonium secundum Philosophum ordinatur ad procreationem prolis & educationem, & iterum ad communicationem vite: sed lepra est contra utrumque, matrimonij finem, quia cum sit morbus contagiosus, mulier leproso non tenetur cohabitare viro: similiter etiam morbus frequenter transmittitur ad prolem: ergo viro leproso uxor debitum reddere non tenetur, ut videtur.

SED contra, sicut seruus est in potestate domini sui, ita & vnus coniugum in potestate alterius: ut patet 1. Cor. 7. Sed seruus tenetur ex necessitate præcepti domino suo debitum seruitutis reddere, ut patet Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum & cetera. ergo & vnus coniugum ex necessitate præcepti tenetur alteri debitum reddere.

PRÆTEREA, matrimonium est ordinatum ad fornicationem vitandam: ut patet 1. Cor. 7. Sed hoc non posset per matrimonium fieri, si vnus alteri non teneretur debitum reddere, quando concupiscentia infestatur: ergo reddere debitum est de necessitate præcepti.

RES-

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium principaliter est institutum in officium naturæ: & ideo in actu ipsius seruandus est natura motus, secundum quem nutritiua non ministrat generatiuæ, nisi illud quod superfluit ad conseruationem indiuidui, quia hic est ordo naturalis, ut prius aliquid in seipso perficiatur, & postmodum alteri de perfectione sua communice: & hic est etiam ordo charitatis quæ naturam perficit, & ideo cum uxor in viro potestatem non habeat, nisi quantum ad generatiuam virtutem: non autem quantum ad ea quæ sunt de conseruatione indiuidui ordinata, vir tenetur uxori debitum reddere, in his quæ ad generationem prolis spectant, salua tamen prius persone incolumitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliquis implens aliquod præceptum potest reddi inhabilis ad aliquod sacrum officium prosequendum, sicut iudex qui hominem ad mortem condemnans præceptum implens irregularis efficitur: similiter etiam ille qui præceptum implens debitum soluit redditur ineptus ad diuina officia exequenda, non quod ille actus sit peccatum, sed ratione carnalitatis illius actus. Et sic secundum quod Magister dicit. Hiero. loquitur tantum de ministris ecclesiæ, non autem de alijs qui sunt suo iudicio relinquendi, quia possunt & ex deuotione dimittere, & sumere corpus Christi absque peccato.

AD SECUNDM dicendum, quod uxor non habet potestatem in corpus viri nisi salua consistentia personæ ipsius, ut dictum est. Unde si ultra exigit non est petitio debiti, sed iniusta exactio, & propter hoc vir non tenetur ei satisfacere.

AD TERTIVM dicendum, quod si aliquis redditur impotens ad debitum soluendum ex causa ex matrimonio sequuta, puta cum prius debitum reddidit, & est impotens ad debitum soluendum ulterius, mulier non habet ius petendi, & in petendo ulterius se magis meretricem quam coniugem exhibet: si autem reddatur impotens ex alia causa, si illa est licita, sic iterum non tenetur, nec potest mulier exigere: si non est licita tunc peccat, & peccatum uxoris si propter hoc in fornicationem labatur, aliquo mo-

do sibi imputatur, & ideo debet quantum potest dare operam ut uxor contineatur.

AD QVARTVM dicendum, quod lepra soluit sponsalia, sed non matrimonium: unde etiam uxor viro leproso tenetur reddere debitum, non tamen tenetur ei cohabitare, quia non ita cito inficitur ex coitu, sicut ex frequenti cohabitatione, & quamuis generetur infirma proles, tamen melius est ei sic esse quam penitus non esse.

RESPONDEO hunc primum art. est aduertendum, quod in d. 32. 4. sent. vbi Magister agit de obligatione reddendi debitum inter coniuges, constituit 4. propositiones. Prima est, & si in omnibus alijs vir præsit mulieri, ut caput corpori (est enim vir caput mulieris) in soluendo tamen carnis debito coniuges sunt pares. Secunda propositio Magistri est. Neuter coniugum valet continere postquam semel consumauit matrimonium sine consensu alterius. Tertia propositio est, & si debitum alteri coniugi poscenti semper est soluendum, non tamen licet qualibet die poscere, ut in die processions aut ieiunij. Quarta propositio est. Neque solū in opere carnali obseruanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptijs, secundum illud 33. q. 4. non oportet à septuagesima vsq; in octauam pasche, & tribus hebdomadis ante festum sancti Ioannis: & ab aduentu Domini vsq; ad post epiphaniam celebrare nuptias: hæc Magister. ¶ Est primum dub. circa hoc, an legitimi coniuges teneantur sibi inuicem reddere debitum sub pœna peccati mortalis. Ad quod respondendum est affirmatiue, ex consensu communi omnium Theologorum. Ratio est, quia negans debitum, negat rem alienam, nempe corpus quod iam non est suum. Secunda probatur ex Paulo prior. ad Cor. 7. vbi expressè dicit, Uxori vir debitum reddat, & similiter uxor viro suo debitum reddat.

SECUNDO, est dub. an quotiescunque coniuges exigat debitum, teneatur alteri reddere: ut si vir miles in die petat debitum teneatur uxor reddere, & videtur quod ad minus non peccet mortaliter uxor esto non reddat debitum, quotiescunque vir petat, quia esto non reddat die, reddet in nocte sequente: & esto non reddat in hac nocte, reddet in die vel in alia nocte sequente: Et esto & absolutè neget in victo viro, vbi non esset periculum alicuius corruptelæ in viro, non videtur quod sit peccatum mortiferum, cum tunc non fiat magna iniuria viro: ut si vir solet accedere ad mulierem quater in mense, & accessit iam quater in aliquo mense, & vult quinto accedere, si uxor nolet reddere quinto debitum, non videtur hoc facere magnam iniuriam viro & licet male faciat negans viro debitum: & admonendi sunt coniuges & semper reddat sibi inuicem debitum,

VV iij non

non tamen debent condēnari de mortali peccato, & hoc reputo verum, quia in quacunque specie peccati mortalis concedunt Theologi peccatum veniale propter leuitatem materię, sed coniugem negare coniugi petenti debitū rarō & sine periculo petentis, est quid leue in materia: ergo non est peccatum mortale.

¶ Hæsitabis tamen, an mulier sana teneatur reddere debitum viro leproso: vel contrā, vir sanus teneatur reddere debitū vxori leprose? Ad quod dico prius, quod videtur res determinata in titu. de coniugio leproforum cap. 1. & 2. definitur namq; ibi quod non potest vxor virum leprosum relinquere, & quod tenetur illi reddere debitum. Est tamen arg. cōtra hoc, non tenetur vnus coniūx reddere debitum alteri nisi salua substantia sua: hoc est, tenetur reddere si non periclitetur de propria valetudine: sed est periculum valetudinis coniugi sano si reddat debitum alteri cōiugi leproso: ergo non tenetur sanus reddere debitum leproso. ¶ Ad hoc respondet Caieta. in summa sua, & Palud. & Syluest. in ista propria materia, & dicunt quod capita illa citata debent intelligi quando non est manifestum periculū de propria infectione: si vero iudicio medicorum tale periculum est, non tenetur reddere cōiūx sanus leproso debitum. Ratio est, quia grauius malum est lepra quā febris, sed propter febrē non tenetur febricitās reddere debitum sano: ergo nec propter periculum leprę tenetur sanus reddere debitum leproso. Ideo videtur q̄ tex. solum volunt dicere quod propter honorem solum non debet sanus negare debitū leproso: secus autem si est probabile periculum infectionis, & idem est iudicium de quocunq; alio morbo contagioso. Regula namq; est medicorum, quod quando mulier est infecta, infalibilibiter sequitur infectio viri, sed non contrā. Est igitur conclusio tenenda, quam iam cōstitimus quod veri coniuges tenentur sibi inuicem reddere debitum, & adiecinus de leproso quod ratione illius horrois qui est in lepra, nō excusantur cōiuges à debito reddendo, tamē ratione periculi, tanquā probabilius diximus quod excusantur.

¶ SED in oppositum videtur, quia cap. illud secundum citatum, absolutē loquitur, nempe quod tenentur coniuges sibi inuicem reddere debitum: & Scotus in 4. in d. 32. dicit absolute quod tenetur coniūx reddere debitum coniugi, quidquid inde sequatur. Alij autē Doctores, vt Duran. Caiet. Maior. cōmuniter dicunt, quod quando est periculum alicuius infectionis notabilis, excusantur cōiuges à debito reddēdo. S. Tho. autem in hoc art. ad quartum argumentum videtur loqui sub dubio, quia absolute dicit quod vxor tenetur reddere debitū viro leproso, non tamen tenetur cohabitare cum illo, quia ex quo est cohabitatio, facilis

inficitur quis quā ex solo coitu: ergo si iudicio medicorū, & experientia cōperiat quod etiam ex illo coitu facillimē quis inficitur, nō tenebitur tunc reddere debitum: Vnde videtur quod Tho. ipse nobiscum censeat. Ex his colligitur quod vnus cōiūx non tenetur reddere debitum alteri, cum notabili detrimento proprię salutis, quod communiter asseuerant Theologi in prædicta d. 32. nam non obligatur coniūx coniugi cum detrimento suę personę, imō forte peccaret mortaliter reddēdo debitum cum prædicto nocumento, & coniūx infirmus qui petit debitum à sano cum tantō detrimento sani, non rationabiliter petit: vnde non fit ei iniuria si non reddatur illi debitū cum periculo proprię salutis ipsius coniugis sani reddituri debitum.

¶ EST etiam dub. de mulieribus mēstruatis, an tempore mēstruorum, nempe duos illos dies quos communiter in mēse mēstrua illa accidunt mulieribus, teneatur vxor reddere debitum marito petenti: & videtur quod non quia est prohibitū in lege Leuit. 28. vbi de mulieribus quę patiuntur mēstrua sic dicitur, nō accedes ad mēstruatam, nec reuelabis fœditatem eius: & Leuit. 20. sic habetur, qui coierit cum muliere in fluxu mēstruo & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui: & Ezech. 18. inter alia vitia à quibus dicit Propheta esse abstinendum, si homo voluerit viuere vitam, vnum est, vt nō accedat ad mulierem mēstruatam: ergo nō tenetur mulier mēstruata reddere debitū marito petenti tempore mēstrui: & illud præceptum legis non videtur ceremoniale, vt cessaret cum ipsa lege, sed potius naturale, & naturalia præcepta semper durāt: ergo peccat mortaliter vxor reddens debitum viro petenti tempore mēstrui. Secundo probatur ratione naturalium Philosophorum, & diui Hiero. super Ezech. 18. vbi sic ait. Quo tempore. i. mēstrui, si vir coierit cum muliere, dicuntur concepti fetus vitium feminis trahere, ita vt leprosi & elephantiaci ex hac conceptione nascantur & fœda in vtroq; sexu corpora prauitate vel enormitate membrorum sanies corrupta degeneret: præcipitur ergo viris, vt non solum in alienis mulieribus, sed in suis quoq; quibus videtur lege coniugij scriptura dicente. Crescite & multiplicamini & replete terram, certa concubitus noriat tempora quādo coeundū, quādo vero ab vxoribus abstinendū sit: quod quidem & Ecclesiast. insinuat, vt habetur Eccles. 3. tempus amplexendi, & tempus lōgē fieri à complexibus: Caueat ergo & vxor ne forte vitæ desiderio coeundi alliciat virum: caueat etiā maritus ne vim inferat vxori putans omnino tempore subiectam sibi esse debere coniugij voluptate: vnde Paulus prior ad Thef. 4. inquit,

inquit, vt nouerit vnusquisq; vas suum possidere in sanctitate & pudicitia: hæc Hiero. ergo peccat mortiferē vxor reddens debitum tempore mēstruo. Sanctus Tho. autē ad hoc dub. in 4. d. 32. q. 1. art. 2. quæst. 2. dicit duo. Primū est, quod aliquando fuit mortale vxorem reddere debitum viro petenti tempore mēstruo, nempe in lege vet. quod constat, quia fuit præceptū de hoc Leuit. 18. Sed tamen illud præceptum inquit, erat partim ceremoniale, partim autē morale: ceremoniale erat ratione mūditię, vt prohibebatur etiam tangere mortuum: morale autem erat propter nocumentum prolis. Secunda concl. S. Tho. est, præceptum illud aliquādō obligat in noua lege: vnde aliquando peccatū est virum accedere ad vxorem, vt tempore mēstrui: probatur, quia præcepta moralia manēt in noua lege: & illud præceptum est partim morale propter nocumentum prolis ad quam ordinatur matrimonium: ergo etiam in lege noua est peccatum mortale virum accedere ad vxorem tempore mēstrui: Et pro ampliōri declaratione huius dub. notat S. Th. quod in mulieribus est aliquādō quidam fluxus sanguinis non naturalis, & aliquando hic est perpetuus, vt constat de illa amorroisa quę scribitur à Math. cap. nono, quę 12. annis sanguinis fluxū passa fuerat: alter autem fluxus sanguinis in mulieribus est naturalis qui contingit eis quolibet mēse, propter naturam mulierum exonerandum. Deinde dicit S. Tho. quod quando prædictus fluxus sanguinis non est naturalis, tunc licet marito accedere ad vxorē, quia melius est quod sequatur proles defectuosa, quam quod nunquam sequatur proles. Quando autē fluxus est naturalis, vt in mēstruo, nō licet marito accedere ad vxorem: quod si accesserit peccat mortiferē propter periculum prolis, quia illo tempore mēstrui transactō facile potest generaretur proles.

¶ HÆSITABIS tamen, an solum peccet mortiferē ille coniūx qui tempore mēstrui petit debitum, vel an etiam peccet mortiferē tati tempore reddens debitum? Dicendum quod reddere debitum alteri coniugi petenti tempore mēstrui de se non est peccatū, imo si vir petat vxor tenetur reddere debitū. Ratio est, quia vir virtutis sua, ideo ille negans facit ei iniuriam, maxime quando vir facit incidere in aliam corruptelam si vxor non reddat debitum: & maius periculum est in viro incidendi in aliquā corruptelam quā in muliere. Et secundo probatur, quia vir exigens debitum solum propter delectationem, peccat, vt supra diximus: nihilominus vxor tenetur reddere debitum: ergo quamuis maritus peccet exigens debitum tempore mēstrui, vxor tenetur reddere. Est tamē aduertendum, quod bifariam potest vir petere debitum tempore mēstrui. Vno modo ignorans vxorem suam esse mēstruatam, & tunc

teneatur vxor prohibere virum petentem commode, dicens verum; nempe se male habere, se non esse dispositam ad reddendum debitum. Si autem his verbis & similibus non potest facere quod maritus quiescat à sua petitione, tunc dicunt Theologi quod non debet, multum reputare, sed debet reddere debitum viro petenti ob periculum corruptelę quę potest sequi in virum. Et si petas, an teneatur manifestare viro se pati mēstrua. Dico quod distinguendum est, si ex circumstantijs probabiliter moraliter sciat, quod si illud referat marito, cessabit statim à sua petitione & proposito, & non cognoscat eam, nepe, quia iam aliās experta est quod quandoq; dicit marito, horret maritus & non cognoscat illam: aliās dicunt Theologi quod non deberet dicere, ratio est, quia facile viri concipiunt odium, & horrorem de vxoribus propter illam fœditatem & turpitudinem, eo quod videant eas sic deturpatas, & coniuges potius debent dare operam, vt inter ambos sit & conferuetur mutuus amor. Videtur tamen quod si vxor mēstruata petat debitum à marito quod non teneatur maritus reddere, cum vxor faciat iniuriam marito petens debitum illo tempore mēstrui. Ad hoc respondent Theologi quod debet tunc maritus illam auertere si potest à petitione sua, sed si instet tenetur reddere, grauius tamen peccat vxor exigens debitum tempore mēstrui quā maritus.

¶ SED an isti coniuges sic petentes debitū tempore mēstrui peccent mortiferē, vel tantum venialiter. Respondet Syluest. in sum. sua in hac materia, quod mulier exigens debitum à viro sciens se esse mēstruo polluta, peccat mortaliter. Ratio est, quia facit iniuriam viro & infert nocumētum proli. Caiet. autem in summa sua, & Palud. in 4. d. 32. dicit quod nunquā est mortale, & videtur ita esse tenendum nisi constaret probabiliter quod dicit D. auis Hiero. & alij doctores, quod ex illo cōcubitu generabitur proles defectuosa, nepe quia illa mulier iam aliās peperit ex simili cōcubitu. Si autem mulier experta est quod vir accessit ad illam multoties tempore mēstrui, & nunquam ex simili cōcubitu genuit, tunc non peccat mortiferē petens debitum illo tempore, quia nec generabit prolem defectuosam, nec se exponit periculo illius generationis, cum iam sit experta & certa moraliter quod non concipiet ex simili cōcubitu: & ratio quare proles nascitur defectuosa, videtur esse, quia eadem est materia quę formatur embrio, & qua procedit sanguis ille mēstruosus: vel forte, quia tunc est parua materia ex qua formetur proles. Sed hoc non est ita cōpertum, & raro contingit prolem nasci defectuosam propter sanguinem mēstruosum, & homines non tenentur vitare ea quę raro contingunt, sed quę vt plurimum eueniunt. Vnde putato, quod excusandi sunt coniuges à mortali peccato,

tentes debitum tempore menstrui quādo habent prædictam probabilitatem quod non generatur proles defectuosa ex simili concubitu. Sed admonēdi sunt cōiuges ne accedant ad se inuicem illo tempore menstrui, quia est peccatum veniale, & poterit esse mortale vt declarauimus. Videtur tamen quod quando vxor est sterilis licet marito petere debitum tempore menstruorum, quia tunc cessat ratio supra dicta de periculo prolis, quia cū sit sterilis non sequetur proles, veluti si iam esset prægnans trium vel 4. mensium, si adhuc pateretur mēstrua, tunc non est periculum prolis, quia iam constat esse prægnantem: ergo tunc non peccat vir accedens ad illam: ergo tunc ille accessus nullo modo esset culpabilis: quod probabile videtur propter præfatas rationes. Secūdo dico & melius, q̄ prædictus concubitus semper est peccatum saltem veniale, quia quantum est de se ille concubitus in illo tempore est nocius proli, & hoc sufficit ad hoc quod absolute prohibeatur, vt aliās diximus de fornicatione simplici, quod concubitus fornicarius de se est malus quia nocius proli, licet in aliquo casu vel euentu sufficiēter proli prouideretur: & ideo absolute ē prohibita lege naturali simplex fornicatio, & eodem iudicio absolute est prohibitus concubitus cum vxore mēstruata, quia de se est nocius proli, & per accidēs est quod aliquando non noceat, vt in euentis supra dictis, nō tamen oportet multiplicare peccata mortalia inter coniuges sine sufficiēte ratione vel autoritate.

¶ SED quæres rursus, an hoc quod dicimus quod coniuges tenentur sibi inuicem reddere debitum, intelligatur statim post contractum matrimonij factum per verba de presenti publice ante benedictiones ecclesiæ: vel an liceat eis negare sibi inuicem debitum post cōtractū matrimonium ante benedictiones illas: & videtur quod post contractum matrimonij ante illas benedictiones statim teneantur sibi inuicem reddere debitum, quia reddere debitū est præceptum de iure naturali & diuino, quia vt ait Paul. prior. ad Cor. 7. vxor potestata sui corporis non habet, sed vir: & ecclesia non potest hoc prohibere cum sit præceptum naturale diuinum. Sed in oppositū est, quia ecclesia prohibuit ne maritus cognoscat vxorem ante illas ecclesiæ benedictiones, & etiam alijs temporibus quibus prohibentur relationes. His hinc & inde non obstantibus dico, quod vxor non tenetur reddere debitū marito, infra duos mēses post contractum matrimonium nec maritus vxori, vt si volunt ingredi religionem habeant tempus deliberandi, & hoc ex ordinatione ecclesiæ. Et ad argumentum in oppositum nego quod sit contra ius diuinum aut naturale: nam si vir exigat debitum in ecclesia non tenetur mulier reddere, nec si petat pu-

blicè: quia non tenetur reddere illud debitum nisi loco & tempore debito, & cum alijs debitis circumstantijs: Sic etiam honestū est quod habeant coniuges illos duos menses ad deliberandum si volunt transire ad religionem.

¶ SED quæres, si ipsa vxor cōstituent statim matrimonio celebrato nō intrare religionem, sicut communiter omnes quæ nubunt faciūt, an teneatur statim post contractum matrimonium reddere debitum marito petenti? Ad quod dicendum est, quod infra illos duos mēses nō tenetur reddere debitum. Ratio est, quia iura cum causa rationabili ita disponunt, quia esto vna hora vel vno die habeat propositum nō intrandi religionem, potest mutare propositū illud, & in fauorem celibatus iustum est quod habeant illud tempus ad deliberandum. Sed transactis illis duobus mensibus, an teneatur vxor reddere debitum marito petenti ante benedictiones ecclesiæ? Dicendum est quod nō, vbi seruatur illa consuetudo, quod non tradatur sponsa sponso ante illas benedictiones, vt seruatur in maiori parte Hispaniæ: probatur, quia est prohibitum virum cognoscere vxorem ante benedictiones ecclesiæ, sicut est prohibitum quod coniunx non reddat debitum coniugi petenti in loco sacro. ¶ Quoad tēpus autem est dub. an post cōsumationem matrimonij quolibet tempore teneatur alter coniunx reddere debitum alteri coniugi petenti, nempe in diebus festis, in hebdomada sancta, in quadragesima, an peccent coniuges petentes debitum his temporibus, & an excusentur à redditiōe debiti illi à quibus petitur debitū.

¶ AD hoc dub. respōdet S. Tho. in hac q. art. 5. & 6. sequē. & prius dicit quod aliqua sunt tēpora in quibus coniuges tenentur vacare rebus spiritualibus, vt die illo quo quis debet recipere Sanctum Sacramentum Eucharistiæ, & in aliquibus magnis festiuitatibus: & quia ille vitus matrimonij talem vacationem impedit & rationem iuxta Paulum, nepe quod propter orationes debent coniuges abstinere ab illo actu carnali. Ideo dicit S. Tho. quod illis tēporibus non licet petere debitum: Hoc autem non intelligitur in omnibus diebus festis, quia sunt iam multiplicata multa festa: & Magister Sent. etiam dicit hoc ipsum quod S. Tho. in 4. d. 32. Sed ego credo quod S. Tho. non intelligit quod in omnibus festis sit peccatum cōiugi qui petit debitum, quia ad iudicandum quādo est peccatum, pensanda est qualitas festi, nā aliud est festum natiuitatis, & aliud sancti Cirili verbi gratia: ideo dico quod si est peccatū maritum accedere ad vxorem in diebus festis, non est eō quod sit ab ecclesia prohibitum: sed ob rationem naturalem, quia illis diebus debent coniuges magis vacare orationibus. Vnde in quibus festis sit peccatum, vel in quibus non, ratio naturalis dicit, & relinquendum est arbi-

arbitrio boni viri: vnde virū accedere ad vxorem in natiuitate Domini, cuiuslibet viro Christiano prudenti videtur repugnare religioni, & ita in paracesues & in Pascha, & similibus alijs magnis festis. Puto tamē quod esto sit peccatum coniugem exigere debitum ab alio cōiuge in illis festis magnis, non tamen est mortale ratione illius circūstantiæ temporis, cum nō sit prohibitum sub peculiari præcepto, nec est tanta irreuerentia aut iactura spiritualium bonorum, quod sufficiat ad peccatū mortale. Et ad testimonia Sanctorum quæ Magister adducit in oppositum in d. 32. dico quod Sancti adhortantur homines in id quod melius est, & non intendunt quod sit peccatum mortale: Et Ioan. Maior dicit, quod ratioe illius circūstantiæ temporis nec est veniale. Sed probabilior est sententia nostra, nempe quod est veniale propter prædictam illam rationem naturalem, quia coniuges per actum illum carnalē reddunt se quodam modo inhabiles ad contēplandum & orandum.

¶ Dubitabis tamē, an exactio vel redditio debiti in nocte impediatur communionē in die sequenti? Ad hoc dicendū prius, quod hoc dubium abolumus supra in 1. 4. in materia de Eucharistia. Secundo dico, quod accedere ad Eucharistiam post concubitus maritalem quantum est de se non est peccatum mortiferum. Tertio dico, quod coniugem accedere ad Eucharistiam post concubitus maritalem est peccatum, quia committit aliqualem irreuerentiā venerando sacramento, cum huiusmodi coniuges distracti post concubitus illum maritalem accedunt ad Eucharistiam. Diuus tamen Hiero. conficit argumentum in illa apologia super lib. ad Iuuenianum hæreticum, si secundum Paul. ille actus impedit sumptionem Eucharistiæ ad quam requiritur maior deuotio, & attentio mentis: ergo videtur quod sit peccatum mortiferum. Ad hoc arg. respondebis ex S. Tho. in hac q. art. 6. ad secundum, quod in veteri lege illud erat peccatum mortale, quia erat præceptum, nempe quod sacerdotes post concubitus etiam maritalem non accederent ad sacra, quod præceptum non est in noua le. Ideo dicendum est, quod coniuges accedere ad Eucharistiam post concubitus maritalem est solum peccatum veniale quantum est de se. Ratio est, quia plurimum est irreuerentia propter distractionem, vt supra diximus.

¶ DE loco autem sacro est dub. an liceat coniugibus vti matrimonio in loco sacro? Ad quod respondendum est ex sentētia communi Doctorum negatiuè, quia est expressè prohibitū iure canonico, & merito propter reuerentiam sacri loci: & ecclesia polluitur illo concubitu & eget expiatione: vnde mortiferè peccant cōiuges qui petunt vel reddunt debitum in loco

sacro. Sed quid iuris si essent cōiuges longo tēpore in ecclesia, vt tempore belli cōtingit coniuges confugere ad ecclesiam, quia fortis & benè murata est? Ad quod responder Caieta. in summa sua, & in paucis quæst. quas addidit ad tertiam partem S. Tho. de matrimonio: & absolute dicit quod non licet coniugibus petere nec reddere debitum in loco sacro, cum sit prohibitum ab ecclesia, & ecclesia rationabiliter potuit prohibere, & addit quod est peccatū mortiferum, & Paul. in 4. d. 32. idem asseuerat, & Ricar. in eadem dist. Syluest. autem in summa, verbo debitū coniugale q. 3. ponit hanc dist. vel coniunx petit debitum a cōiuge in loco sacro ex libidine, & tunc est peccatum mortiferum, esto quod si eadē libidine peteret debitum ab alio coniuge extra locum sacrum peccaret solum peccatum veniale, vel accedit causa sanitatis aut prolis procreandæ, aut alia causa tēporali, & tunc etiam est peccatum mortiferum: probat, quia violatur locus sacer sine necessitate, & consequenter cum irreuerentia notabili accedunt coniuges ad se inuicem in prædicto loco sacro: non tamen peccat mortaliter coniunx qui accedit ad coniugē in loco sacro propter bonum animæ, nempe ad euitandam illicitam corruptelam in se vel in alio cōiuge, etiā si in ipso exercitio actus interueniat voluptas venialis quæ prius in intentione nō fuerat, ex qua priore intētionē principaliter actus est peccandus: & addit quod in hoc casu non indiget locus sacer reconciliatione, quia cessat irreuerentia, hæc Syluest. Ioan. autem Maior in illa d. 32. dicit quod in illo tempore necessitatis, licet coniugibus & reddere & petere debitum in loco sacro. Ratio inquit est, quia iam vtuntur illo loco, vt domo prophana & non vt ecclesia, & quod ecclesia non potest iam tunc illud prohibere. Ego autem dico prius, quod hoc est dubium. Secūdo dico, quod est probabile quod dicit Maior. Tertio dico, quod nihilominus expresse & absolute est prohibitum illud in ecclesia, nec excipitur hoc potius quā illud tempus: securius tamen est tenere opinionem Caietani, vel Syluest. qui vt diximus, dicit quod si est periculum de corruptela aliqua, poterunt coniuges cōgredi illo tempore necessitatis in ecclesia, non aliās.

Artic. secundus

Vtrū vir teneatur reddere debitum vxori non petenti?



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod non teneatur vir debitum reddere vxori non petenti. Præceptum n. affirmat.

affirmatiuum non obligat nisi ad tempus determinatum: sed tempus determinatum solutionis debiti, non potest esse nisi quando petitur: ergo alias soluere non tenetur.

PRÆTEREA, de quolibet debemus presumere meliora: sed melius etiam est coniugibus continere quam matrimonio vii, ergo nisi expressè debitum petat debet vir presumere quòd ei placeat continere, & sic non tenetur debitum ei reddere.

PRÆTEREA, sicut vxor habet potestatem in virum, ita dominus in seruum: sed domino non tenetur seruus seruire, nisi quando sibi ab ipso imperatur: nec ergo vir tenetur vxori reddere debitum, nisi quando ab eo exigitur.

PRÆTEREA, vir potest aliquando vxorẽ exigentem præcibus auertere ne exigit: ergo multo magis potest non reddere si non exigit. **SED** contra, in redditione debiti medicamentũ præstat contra vxoris concupiscentiam: sed medicus cui infirmus est commissus tenetur morbo eius subuenire, etiã si ipse non petat: ergo vir vxori non petenti tenetur debitum reddere.

PRÆTEREA, prælatus tenetur correctionis remedium circa peccata subditorum adhibere, etiam eis contradicentibus: sed redditi debiti est in viro ordinata contra peccata vxoris: ergo tenetur vir debitum reddere, quandoq; etiam non petenti.

RESPONDEO dicendum, quòd petere debitum est dupliciter. Vno modo expressè, vt quando verbis inuicem petunt. Alio modo est petitio debiti interpretata, quando. s. vir percipit per aliqua signa quòd vxor vellet sibi debitum reddi, sed propter verecundiam tacet: & ita etiam si non expressè petat verbis debitum, tamen vir tenetur reddere quando expressa signa in vxore apparent voluntatis reddendi debitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tempus determinatum non est quando petitur, sed quando timetur ex aliquibus signis periculum, ad quod vitandum ordinatur debiti redditi, nisi tunc reddatur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd vir potest talem præsumptionem habere de vxore, quando in ea contraria signa non videt, sed

quando videt, esset stulta præsumptio.

AD TERTIVM dicendum, quòd dominus non ita verecundatur à seruo petere debitum seruituti: sicut vxor à viro debitum coniugij. Si tamen dominus non peteret vel propter ignorantiam, vel alia de causa, nihilominus seruus teneretur implere si periculum immineret: hoc enim est non ad oculum seruire, quod apostolus seruis mandat.

AD QVARTVM dicendum, quòd non debet vir vxorem auertere, ne petat debitum nisi propter aliquam rationabilem causam: & tunc etiam non debet cum magna instantia auertere propter pericula imminencia.

Articul. tertius

Vtrum vir & mulier sint in actu matrimoniali æquales?



AD TERTIVM sic proceditur: Videtur quòd vir & mulier non sint in actu matrimoniali æquales. Agens enim est nobilius patiente: vt Aug. dicit. 12 super Gen. ad literã: sed in actu coniugali vir se habet, vt agens & femina vt patiens: ergo non sunt in actu æquales.

PRÆTEREA, vxor non tenetur viro debitum reddere nisi petat: vir autem tenetur, vt dictum est: ergo non sunt pares in actu matrimonij.

PRÆTEREA, in matrimonio mulier propter virum facta est: vt patet Gen. 2. Faciamus ei adiutorium simile illi: sed illud propter quod est alterum semper est principale: ergo &c.

PRÆTEREA, matrimonium principaliter ad actum coniugalem: sed in matrimonio vir est caput mulieris, vt patet. 1. Cor. 7. ergo non sunt æquales in actu prædicto.

SED contra est, quod dicitur. 1. Cor. 7. Vir non habet potestatem sui corporis, & similiter dicit de vxore: ergo sunt æquales in actu matrimonij.

PRÆTEREA, matrimonium est relatio quæ

parentiæ cum sit coniunctio, vt dictum est: ergo vir & vxor sunt æquales in actu matrimonij.

RESPONDEO dicendum, quòd duplex est æqualitas, scilicet quantitas & proportio. Æqualitas quidem quantitatis est, quæ attenditur inter duas quantitates eiusdem mensuræ, sicut bicubiti in bicubito. Sed æqualitas proportionis est quæ attenditur inter duas proportiones eiusdem speciei, sicut dupli ad duplum. Loquendo ergo de prima æqualitate vir & vxor non sunt æquales in matrimonio, neq; ad actum coniugalem in quo id quod nobilius est viro debetur, neque quantum ad dispensationem domus in qua vxor regitur & vir regit: sed quantum ad secundam æqualitatem sunt æquales in utroque, quia sicut tenetur vir vxori in actu coniugali & dispensatione domus ad id quod viri est, ita vxor viro ad id quod vxoris est, & secundum hoc dicitur in litera quòd sunt æquales in reddendo debitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis agere sit nobilius quam pati: tamen eadem est proportio patientis ad patiendum, & agentis ad agendum, & secundum hoc est ibi æqualitas proportionis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd hoc est per accidens, vir enim qui nobiliorem partem habet in actu coniugali, naturaliter habet quòd non ita erubescat petere debitum sicut vxor, et inde est quòd non ita vxor tenetur reddere debitum non petenti viro, sicut vir vxori.

AD TERTIVM dicendum, quòd ex hoc ostenditur quòd non sunt æquales absolute: non autem quòd non sint æquales secundum proportionem.

AD QVARTVM dicendum, quòd quamuis caput sit principalius membrum, tamen sicut membrum tenetur capiti in officio suo, ita caput membri, et sic est ibi æqualitas proportionis.

Articul. quartus

Vtrum vir & vxor possint emittere votum contra debitum matrimonij, siue mutuo consensu?



AD QVARTVM sic proceditur: Videtur quòd vir & vxor possint votum emitte contra debitum matrimonij sine mutuo consensu. Vir enim & vxor æqualiter obligantur ad debiti solutionem, vt dictum est, sed licitum est viro etiam vxore prohibente accipere crucem in subsidium terræ sanctæ: ergo etiam hoc licitum est vxori: & ideo cum per votum redditio debiti impediatur, potest alter coniugum sine consensu alterius votum prædictum emitte.

PRÆTEREA, non est expectandum in aliquo voto consensus alicuius qui non potest sine peccato dissentire, quin alter coniugum continentiam voueat vel simpliciter, vel ad tempus: quia impedire profectum spirituale est peccatum in spiritum sanctum: ergo vnus potest votum continentiæ simpliciter vel ad tempus sine consensu alterius vouere.

PRÆTEREA, sicut in actu matrimoniali requiritur debiti redditio, ita debiti petitio: sed vnus potest sine consensu alterius vouere quòd debitum non petet, cum in hoc sit sua potestatis: ergo pari ratione quòd debitum non reddet.

PRÆTEREA, nullus potest ex præcepto superioris cogi ad id quod non liceret sibi simpliciter vouere & facere, quia in illicitis non est obediendum: sed prælatus superior posset præcipere viro, vt vxori ad tempus debitum non redderet, occupando eum in aliquo seruitio: ergo hoc etiam ipse posset facere & vouere per quod ad debiti redditionem impediretur.

SED contra est, quod dicitur. 1. Cor. 7. ne fraudetis vos inuicem nisi ex communi consensu ad tempus, vt vacetis orationi.

PRÆTEREA, nullus potest votum de alieno emitte: sed vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor: ergo sine eius consensu non potest votum continentiæ facere, vel vouere simpliciter vel ad tempus.

RESPONDEO dicendum, quòd vouere voluntarius est, vt etiam ipsum nomen ostendit: unde de illustantibus bonis potest esse votum quæ nostræ subiacent voluntati, qualia non sunt ea in quibus vnus alteri tenetur: & ideo in talibus non

Secunda. 4. quest. 66. art. 4.

non potest aliquis votum emittere sine consensu eius cui tenetur: unde cum coniuges sibi invicem teneantur in redditione debiti, per quam continentia impeditur, non potest unus absq; consensu alterius continentiam vouere, & si vouerit peccat, & non debet seruare votum, sed agere pœnitentiam de voto male facto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod satis probabile est quod vxor debeat velle continere ad tempus subueniendo necessitati ecclesie generalis: & ideo in fauore negotij pro quo crux sibi datur, institutum est quod vir possit absq; consensu vxoris crucem accipere: sicut etiam posset domino suo terreno, a quo feudum tenet, absq; eius consensu militare: nec tamen omnino subtrahitur vxori ius suum, quia vxor potest eum sequi, nec est simile de vxore ad virum, quia cum vir debeat regere vxorem, & non e converso, magis tenetur vxor sequi virum quàm e converso: & præterea vxor cum maiori periculo loca sita is discurreret per terras quàm vir, & cum minori ecclesie utilitate. & ideo vxor non potest hoc votum facere sine viri consensu.

AD SECVNDVM dicendum, quod alter coniugum dissentiens voto continentie alterius non peccat, quia non dissentit vt bonum illius impediatur, sed ne sibi præiudicium generetur.

AD TERTIVM dicendum, quod circa hoc est duplex opinio: quidam enim dicunt quod vnus absq; consensu alterius potest vouere, quod non petat debitum, non autem quod non reddat: quia in primo vterq; est sui iuris, sed non in secundo. Sed quia si alter nunquam peteret debitum, ex hoc alteri matrimonium onerosum redderetur, dicitur oportere vnum onus semper debitum petendi subire. Et ideo alij probabilis dicunt, quod neutrum potest vnus sine consensu alterius vouere.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut mulier accipit potestatem in corpore viri, saluo hoc in quo vir tenetur corpori suo, ita etiam saluo in quo vir tenetur aly domino: & ideo sicut vxor non potest debitum petere a viro contra salutem sui corporis, ita nec ad impediendum hoc in quo domino tenetur, sed præter hoc non potest Dominus prohibere quin debitum reddat.

CIRCA istum art. est primum dub. an coniuges possint vouere post consummationem matrimonij. Ad quod prius responderetur negatiue, nempe quod non expedit coniuges vouere castitatem, si sint in iuuentute, & vbi est periculum incontinentie illorum, & ita consulendum est istis coniugibus quadiu sunt in iuuentute quod non voueant continentiam: & iura non permittunt quod vnus ingrediatur religionem, si alius maneat in seculo, solum propter hoc periculum, nisi ille qui manet in seculo esset iam in ætate in qua non est periculum incontinentie. Cum igitur iura non permittant alterum coniugem manere in seculo cum prædicto periculo, longe magis non permittent vtrunq; manere in seculo cum simili periculo: ideo dico quod regulariter & communiter non expedit coniuges vouere continentiam & manere in seculo. Non tamen negotium aliquo peculiariter hoc expedit, & esset licitum, vt fecit Obduardus Rex Anglorum, & alij quando sunt viri spirituales. Secundo dico, quod si ex consensu vtriusq; voueat votum tenet, certum est tamen quod nullus coniugum potest vouere castitatem simpliciter, vt maritus quod nunquam accedet ad mulierem, post contractum & consummatum matrimonium sine licentia alterius, cum talis vouens emittit votum cum iniuria alterius: unde cum alter exigat debitum non obitante voto tenetur vouens reddere, quia alius non perdidit ius suum ob factum alterius. ¶ Sed dubium graue est, si alter coniugum emittit votum continentie sine licentia alterius liceat ei exigere debitum, vel an sit votum ratum quo ad hoc quod post votum non liceat illi vouenti exigere debitum coniugale. Ad quod respondet S. Tho. in hoc art. ad tertium, & refert duas opiniones. Altera est affirmatiua, nempe quod illud prædictum votum est verum votum quantum ad hoc quod non potest petere debitum, & peccat ille coniugum exigens debitum post tale votum: ratio est, quia per matrimonium non obligantur coniuges ad exigendum, sed solum ad reddendum debitum, unde coniuges possunt vouere de his ad quæ non sunt obligati. Altera opinio est, quod prædictum votum nullo modo tenet, sed post illud votum potest vouens exigere & reddere debitum, sicut ante illud votum, & hæc videtur probabilior opinio. Et est notandum verbum S. Tho. quo probat hanc sententiam, quia opposito dato redderetur matrimonium graue alteri coniugi, cum ille tantum esset petitus us debitum & alius nunquam. Sed si prædicta sententia esset vera, sequeretur quod est quod ante matrimonium emittat votum simplex castitatis, poterit post matrimonium exigere debitum, & deobligabitur a voto ne grauetur alter coniugum, cum petitus eadem sit ratio. Ad hoc dico, quod si alter coniugum

Secunda. 4. quest. 66. art. 5. fo. 528.

coniugum sciebat votum alterius & cum illa scientia contraxit matrimonium, non potest vouens petere debitum, nec alteri facta est iniuria si illa lege & conditione nupsit. Si autem alter non vouens nihil sciuit de voto alterius, sed bona fide contraxit matrimonium, putans quod alius peteret debitum, & sic diuiderentur in omnibus onera matrimonij: tunc videtur quod etiam vouens deobligatur a prædicto voto ne fiat alteri iniuria & deceptio, sed ille grauius peccat quando sic post simplex votum contraxit, Caieta autem in 16. responsionum, questione 14. dubio 4. dicit, quod prædictum votum etiam emissum post contractum matrimonium est ratum, quo ad hoc quod ille vouens non potest exigere debitum: unde si vxor voueat continentiam sine licentia mariti, non potest vir irritare illud votum quo ad hoc quod liceat vxori petere debitum post emissum prædictum votum: ratio est, quia quantum ad hoc non est subdita viro, sicut nec vir vxori. Et confirmat hoc in hunc modum, vir poterat sine voto nunquam exigere debitum quod esset onerosum vxori ac si esset votum, sed propter primum vir non peccaret, quia non tenetur releuare a tali onere vxorem: ergo sententia est Paludanus in 4. d. 32. Ego autem dico, quod hoc quod dicit Caieta: est probabile, sed etiam est multum probabile, quod dicit S. Tho. quia non debet coniugum ponere se in illo statu quod postea non sit in potestate sua releuare vxorem ab illo onere. Aduerte tamen quod non requiritur quod debitum petatur formaliter, sed satis est quod nutibus & signis alter coniugum intelligat alium, quibus probabiliter cognoscit alterum esse in concupiscentia: tunc enim teneretur reddere quantumcumque emiserit votum continentie: alias esset multum onerosum matrimonium alteri coniugi. Posset enim vir qui illud emiserit votum constituitur apud se quater in mense vel aliquoties moderate, tum se cogniturum vxorem, & hoc modo non esset matrimonium onerosum: & sic intelligendi sunt Caieta, & Palud. Et illud quod dicit Caieta, nempe quod hoc votum vxoris de continentia non potest maritus irritare licet alia possit irritare. Cõcederem ego dummodo non reddatur matrimonium onerosum alteri coniugi, vt inquit S. Tho. quod non reddatur onerosum si modo supradicto intelligatur. Imo verum est, quod si vxor emittat prædictum votum, etiam cum licentia viri, si vir non voueat, & est periculum incontinentie, potest illud vir irritare. Imo etiam si ambo emittant votum si est periculum incontinentie non sunt illa vota rata, vt dicit S. Thom. & ecclesia irritat quando vt dictum est, est periculum incontinentie in altero coniuge.

Artic. quintus

Vtrum in diebus sacris impediatur petitio debiti?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod temporibus sacris non debeat aliquis impediri quin debitum petat. Tunc enim est subueniendum morbo

quando inualescit: sed possibile est quod in die festo inualescat concupiscentia: ergo tunc debet ei subueniri per debiti redditionem.

PRÆTEREA, non est alia ratio quare non sit petendum debitum in diebus festiuis, nisi quia sunt orationi deputati, sed in illis diebus sunt hora determinata orationi: ergo alijs horis liceret debitum petere.

SED contra, sicut aliqua loca sunt sacra, quia deputata sunt sacris, ita aliqua tempora sunt sacra propter eandem rationem: sed in loco sacro non licet petere debitum: ergo nec in tempore sacro.

RESPONDEO dicendum, quod actus matrimonialis quamuis culpa careat, tamen quia rationem deprimis propter carnalem delectationem, hominem reddit inceptum ad spiritualia, & ideo in diebus in quibus spiritualibus præcipue est vacandum non licet petere debitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod tempore illo possunt alia adhiberi ad concupiscentiam reprimendam, sicut oratio & multa huiusmodi quæ adhibentur etiam illis qui perpetuo continent.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis non teneatur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die se conseruare idoneum ad orandum.

Articul. sextus

Vtrum petens debitum in tempore sacro mortaliter peccet?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod petens debitum in tempore sacro mortaliter peccet. Grego. enim dicit in prime dia-

quod mulier quae in nocte cognita est à viro, manē ad professionem veniens à diabolo est arrepta: sed hoc non esset nisi mortaliter peccasset: ergo & c.

PRÆTEREA, quicumq; facit contra preceptum diuinū mortaliter peccat, sed Dominus præcipit Exo. 19. Nolite appropinquare vxoribus vestris: quando, scilicet, erant legem accepturi: ergo multo magis peccant mortaliter, si tempore quo sacra noua legis intendendum est cū vxoribus viri commisceantur.

S E D contra nulla circumstantia aggrauat in infinitum, sed indebitum tempus est circumstantia quedam: ergo non aggrauat in infinitum, ut faciat mortale, quod alias esset veniale.

R E S P O N D E O dicendum, quod debitum petere in die festiuo non est circumstantia trahens in aliam speciem peccati: unde non potest in infinitum aggrauare. & ideo non peccat mortaliter vxor vel vir si in die festo debitum petat, sed tamen grauius est peccatum si sola delectationis causa petatur, quam si propter timorem quo quis sibi cauet de lubrico carnis debitum petat.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod non fuit punita mulier illa propter hoc quod debitum reddidit, sed quia postmodum se temere ad diuina iniecit contra conscientiam.

A D S E C V N D V M dicendum, quod ex auctoritate illa non potest probari quod esset peccatum mortale, sed quod sit incongruum. Multa enim ad mundiciam carnis pertinentia exigebantur de necessitate precepti in veteri lege quæ carnalibus dabatur, quæ in noua lege non exiguntur, quæ est lex spiritus.

Artic. septimus

Vtrum vnus coniunx teneatur alteri debitum reddere in tempore festiuo?

A D S E P T I M V M sic proceditur. Videtur quod etiam non teneatur tempore festiuo reddere. Quia peccantes & consentientes pariter puniuntur, ut patet Rom. 1. Sed ille qui

reddat debitum consentit petenti qui peccat: ergo & ipse peccat.

PRÆTEREA, ex precepto affirmatio obligamur ad orandum, & ita ad aliquod tempus determinatum, ergo pro tempore illo in quo quis orare tenetur, reddere debitum non debet, sicut nec eo tempore quo tenetur temporali domino ad speciale obsequium.

S E D contra est, quod dicitur 1. Cor. 7. Nolite fraudari inuicem, nisi communi consensu ad tempus & c. ergo quando petit reddidit est ei. **R E S P O N D E O** dicendum, quod cum mulier habeat potestatem in corpore viri, quantum ad actum generationis spectat, tenetur vnus alteri, & debitum reddere quocumq; tempore, & quacumq; hora, salua debita honestate qua in talibus exigitur: quia non oportet quod statim in publico reddat debitum.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod iste quantum in se est non consentit, sed id quod ab eo exigitur, inuitus, et cum dolore reddit, & ideo non peccat. Hoc enim est propter lubricum carnis diuinitus ordinatum, ut semper petenti debitum reddatur ne aliqua occasio peccati detur.

A D S E C V N D V M dicendum, quod non est aliqua hora determinata ad orandum, quin possit recompensari in alijs horis: & ideo obiectio non cogit.

Quæstio. 67.

De bigamia.

D E I N D E considerandum est de pluralitate vxorum.

C I R C A quod queruntur quinque.

P R I M V M est, Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ?

S E C V N D V M est, Vtrum aliquando fuerit licitum?

T E R T I V M est, Vtrum habere concubinas sit contra legem naturæ?

Q V A R T V M est, Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale?

Q V I N T V M est, Vtrum aliquando licitum fuerit habere concubinam?

Articul. primus

Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ?

Thom. 4. dist. 33. quæst. 1. art. 1. & sequen.



A D P R I M V M sic proceditur. Videtur quod habere plures vxores non sit contra legem naturæ. Consuetudo enim legi naturali non præiudicat: sed habere plures vxores peccatum non erat quando mos erat, ut ab August. habetur in littera: ergo habere plures vxores non est contra legem naturæ.

PRÆTEREA, quicumq; facit contra legem naturæ, facit contra preceptum: quia sicut lex scripta habet sua precepta, ita & lex naturæ: sed August. dicit quod habere plures vxores non erat contra preceptum, quia nulla lege erat prohibitum: ergo habere plures vxores non est contra legem naturæ.

PRÆTEREA, matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem: sed vnus potest ex pluribus prolem accipere plures facundando: ergo non est contra legem naturæ habere plures vxores.

PRÆTEREA, ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, ut in principio Digestorum dicitur: sed natura non docuit hoc animalia omnia quod sit vna vnus, cum vnus mas in multis animalibus pluribus feminis coniungatur: ergo non est contra legem naturæ habere plures vxores.

PRÆTEREA, secundum Philosophum 1. 5. de animalibus: in generatione prolis mas se habet ad feminam sicut agens ad patiens, & artifex ad materiam: sed non est contra ordinem naturæ quod vnus agens in plura patientia agat, ut artifex ex diuersis materijs operetur, ergo nec est contra legem naturæ, quod vnus mas plures vxores

res habeat.

S E D contra, illud præcipue videtur esse de iure naturali quod homini in sua institutione inditum est, sed quod sit vna vnus in ipsa institutione humana natura est ei inditum, ut patet Gen. 2. Erunt duo in carne vna: ergo est de lege naturæ.

PRÆTEREA, contra legem naturæ est quod homo se ad impossibile obliget, & ut quod vni datum est, alteri detur: sed homo contrahens cum vna vxore sui corporis potestatem sibi tradidit, ut necesse sit reddere debitum cum petierit: ergo contra legem est si postea alteri potestatem sui corporis tradat, quia nemo potest simul vtrique reddere debitum si simul peterent.

PRÆTEREA, de lege naturæ est, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: sed vir nullo modo vellet quod vxor alium virum haberet: ergo contra legem faceret naturæ si vxorem aliam superduceret.

PRÆTEREA, quidquid est contra naturale desiderium est contra legem naturæ, sed zelus viri ad vxorem, & vxoris ad virum naturalis est, quia in omnibus inuenitur: ergo cum zelus sit amor non patiens consortium in amato, videtur quod contra legem naturæ sit quod plures vxores habeant vnum virum.

R E S P O N D E O dicendum, quod omnibus rebus naturalibus insunt quedam principia quibus non solum operationes proprias efficere possunt, sed quibus etiam eas conuenientes fini suo reddant, siue sint actiones quæ consequantur rem aliquam ex natura sui generis, siue consequantur ex natura speciei: ut magneti competit ferri deorsum ex natura sui generis, trahere ferrum ex natura sue speciei. Sicut autem in rebus agentibus ex necessitate naturæ sunt principia actionum ipse forma à quibus operationes propriæ prodeunt conuenientes fini, ita in his quæ cognitionem participant, principia sunt agendi cognitio & appetitus. Unde oportet quod in vi cognitiua sit naturalis conceptio, & in via appetitiua naturalis inclinatio, quibus operatio conueniens

generi siue speciei reddatur competens fini: sed quia homo inter cœtera animalia rationem finis cognoscit, & proportionem operationis ad finem: idè naturalis conceptio ei indita qua dirigitur ad operandum, conuenienter lex naturalis vel ius naturale dicitur: in cœteris autem æstimatio naturalis vocatur. Bruta enim ex vi nature impelluntur ad agendū conuenientes actiones, magis quam regulentur, quasi proprio arbitrio agentia. Lex enim naturalis nihil aliud est quam conceptio homini naturaliter indita: qua dirigitur ad conuenienter agendum in actionibus proprijs, siue competant ei ex natura generis, ut generare, comedere & huiusmodi: siue ex natura speciei, ut ratio cinari, & huiusmodi. Omne autem illud quod actionem inconuenientem reddit, fini quem natura ex opere aliquo intendit, contra legem nature esse dicitur: potest autem actio esse non conueniens fini vel principali, vel secundario, & siue sic, siue sic, hoc contingit dupliciter. Vno modo ex aliquo quod omnino impedit finem, ut nimia superfluitas, aut defectus comestionis impedit salutem corporis, quasi principalem finem comestionis, & bonam habitudinem in negotijs exercendis qui est finis secundarius. Alio modo ex aliquo quod facit difficilem aut minus decentem peruentionem ad finem principalem vel secundarium, sicut inordinata comestio quantum ad tempus indebitum. Si ergo actio sit inconueniens fini, quasi omnino prohibens finem principalem directè per legem nature, prohibetur primis præceptis legis nature quæ sunt in operabilibus, sicut communes conceptiones in speculatiuis. Si autem sit incompetens fini secundario quocunque modo, aut etiam principali, ut faciens difficilem vel minus congruam peruentionem ad ipsum, prohibetur: non quidem primis præceptis legis nature, sed secundis quæ ex primis deriuantur: sicut conclusiones in speculatiuis ex principijs per se notis fidem habent, & sic dicta actio contra legem nature esse dicitur: Matrimonium ergo habet pro fine principali prolis procreationem & educationem: qui qui-

dem finis competit homini secundum naturam sui generis: unde & alijs animalibus est conueniens, ut dicitur in 8. Ethico. & sic bonum matrimonij assignatur proles, sed pro fine secundario, ut dicit Philosophus, habet in hominibus solum communicationem operum quæ sunt necessaria in vita, & secundum hoc fidem sibi inuicem debent quæ est unum de bonis matrimonij. ¶ Habet vterius alium finem in quantum infidelibus est, scilicet significationem Christi & ecclesie, & sic bonum matrimonij dicitur sacramentum. Vnde primus finis respondet matrimonio hominis, in quantum est animal: secundus in quantum est homo, tertius in quantum est fidelis. Pluralitas ergo vxorum, neque totaliter tollit, nec aliquo modo impedit primum finem, cum vnus vir sufficiat pluribus vxoribus faciendis, & educandis filijs ex eis natis. Sed secundum finem, & si non totaliter tollit, tamen multum impedit, eo quod non facile potest esse pax in familia, ubi vni viro plures vxores coniunguntur, cum non possit vnus vir sufficere ad satisfaciendum pluribus vxoribus ad votum, quia communicatio plurium in vno officio causat litem, sicut figuli conrixantur ad inuicem, & similiter plures vxores vnius viri. Tertium autem finem totaliter tollit, eo quod sicut CHRISTVS est vnus, ita & ecclesia vna: & idè patet ex dictis quod pluralitas vxorum quodam modo est contra legem nature, & quodam modo non:

AD PRIMVM ergo dicendum, quod consuetudo non præiudicat legi nature quantum ad prima præcepta, quæ sunt ipsius quasi communes animi conceptiones in speculatiuis, sed ea quæ ex istis trahuntur, ut conclusiones consuetudo auget: ut Tullius dicit in 3. Rethorico. & similiter minuit, & huiusmodi est præceptum legis nature de vnitatem vxoris.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Tullius dicit res à natura perfectas & à consuetudine approbatas legem virtus & religio sanxit: vnde patet quod illa quæ lex naturalis dicitur quasi ex primis principijs legis nature deriuata

deriuata non habent vim coactiuam per modum præcepti absolute, nisi postquam lege diuina & humana sancita sunt: & hoc est quod dicit August. quod non faciebant contra legis præcepta, quia nulla lege erat prohibitum.

AD TERTIVM patet solutio ex dictis.

AD QVARTVM dicendum, quod ius naturale multipliciter accipitur. Primo enim aliquod ius dicitur naturale ex principio, quia à natura est inditum, & sic definit Tullius in 2. Rethorico, dicens: Ius naturale est quod non opinio genuit, sed quod lex quadam innata inseruit. Et quia in rebus naturalibus dicuntur aliqui motus naturales, non quia sint ex principio extrinseco, sed quia sunt à principio superiori manente, sicut motus qui sunt in elementis ex impressione corporum cœlestium naturales dicuntur: ut Comment. dicit in 3. de cœlo & mund. idè ea quæ sunt de iure diuino dicuntur esse de iure naturali, cum sint ex impressione & infusione superioris principij, s. Dei, & sic accipitur ab Isidoro, qui dicit quod ius naturale est qd in lege & in euāgelio cōtinetur. Tertio, dicitur ius naturale non solum à principio sed à natura, quia de naturalibus est, & quia natura contra rationem diuiditur, à quo homo est homo: idè strictissimo modo accipiendo, ius naturale est illud quod ad homines tantum pertinet, & si sit de dictamine naturalis rationis non dicitur esse de iure naturali, sed illa tantum quæ naturalis ratio dicitur de his quæ sunt homini alijsq; communia: & sic datur dicta definitio, scilicet, ius naturale est quod natura omnia animalia decuit. Pluralitas ergo vxorum, quamuis non sit contra ius naturale tertio modo acceptum, est tamen contra ius naturale secundo modo acceptum, quia iure diuino prohibetur, & etiam contra ius naturale primo modo acceptum, ut ex dictis patet, quia natura dicitur hoc cuiuslibet animali secundum modum conuenientem speciei suæ. Vnde etiam quadam animalia in quibus ad educationem prolis requiritur sollicitudo vtriusq; scilicet maris & femine naturali instinctu, seruant coniunctionem vnius ad vnum, sicut patet in turture & co-

lamba:

SED quia rationes adductæ in contrarium videntur ostendere quod pluralitas vxorum sit contra prima principia legis nature: idè ad eas respondeo. Et dico ad quintum, quod natura humana absq; omni defectu instituta est: & idè non solum sunt indita ei illa sine quibus matrimonij finis principalis esse non potest, sed etiam illa sine quibus secundarius finis matrimonij sine difficultate haberi non posset, & hoc modo homini in ipsa sui institutione habere vnam vxorem sufficit.

AD SEXTVM dicendum, quod vir propter matrimonium non dat sui corporis potestatem vxori quantum ad omnia, sed solum ad illa quæ matrimonium requirit: non autem requirit matrimonium ut quolibet tempore vxori petenti vir debitum reddat, nisi ad id ad quod matrimonium principaliter est institutum, s. bonum prolis: & hoc est quantum sufficit ad impugnationem. Requirit autem hoc matrimonium in quantum est ad remedium institutum, quod est secundarius ipsius finis, ut quolibet tempore debitum petenti reddatur, & sic patet quod accipiens vxores non se obligat ad impossibile, considerato principali fine matrimonij: & idè pluralitas vxorum non est contra præcepta legis nature.

AD SEPTIMVM dicendum, quod illud præceptum legis nature, Quod tibi non vis fieri alteri non feceris: debet intelligi eadem proportione seruata. Non enim si prælatus non vult sibi resistere à subdito, ipse subdito resistere non debet: & idè non oportet quod ex vi illius præcepti, quod sicut vir non vult quod vxor sua habeat plures viros, vel alium virum, quod ipse non habeat aliam vxorem: quia vnum virum habere plures, non est contra prima præcepta legis nature, ut dictum est: sed vnam vxorem habere plures viros est contra præcepta primæ legis nature: eo quod per hoc quantum ad aliquid totaliter tollitur, & quantum ad aliquid impeditur bonum prolis, quod est principalis matrimonij finis. In bono enim prolis intelligitur non solum procreatio sed etiam educatio. Ipsa enim procreatio prolis & si totaliter non tollatur, quia cōtingit

post impregnationem primam iterum mulierem impregnari: ut dicitur in .9. de animalibus: tamen multum impeditur, quia vix potest accidere quin corruptio accidat, quantum ad virumque, foetum, vel quantum ad alterum: sed educatio totaliter tollitur, quia ex hoc quod una mulier plures maritos habeat, sequeretur incertitudo proli respectu patris, cuius cura necessaria est in educando. Et ideo nulla lege vel consuetudine est permixtum unam mulierem habere plures viros, sicut econverso.

AD OCTAVVM dicendum, quod naturalis inclinatio in appetitu sequitur naturalem cognitionem in cognitione, & quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores, sicut quod uxor habeat plures viros: ideo affectus uxoris non tantum refugit consortium in viro, sicut econverso: & ideo tam in hominibus quam in alijs animalibus inuenitur maior zelus maris ad foeminam quam econverso.

HEC materia de pluralitate vxorum agit a Magistro sententiarum in .4. dist. 33. vbi ponit aliquas propositiones, quarum prior est, sine dispensatione nunquam fuit licitum habere plures uxores. Secunda est, Ex dispensatione licitum fuit sanctis patribus habere plures uxores. Tertia est, Eo tempore apud patres antiquos virginitas non habebat aliquod peculiare meritum. Quarta est: hoc quod dicimus quod licebat patribus antiquis habere plures uxores, videtur quod non fuerit concessum simpliciter omnibus, sed solum Regibus, Patriarchis, qui erant capita tribuum. Quinta propositio est, Vera virtus virginitatis est integritas mentis. CIRCA hanc igitur materiam, est primum dubium, an sit licitum habere plures uxores, & vtrum in omni lege sit licitum habere plures uxores: & quia in lege vet. non inuenitur hoc prohibitum, quaerit S. Thom. in hoc art. 1. vtrum habere plures uxores sit prohibitum iure naturali: Ad quod respondet affirmatiue, & ait quod duplex est ius naturale: alterum est quod sic se habet quod de se eius oppositum includit malitiam intrinsecam, ut est cognitio vel concessio hominibus a natura indita qua dirigitur ad operandum conuenienter, id est propter debitum finem principaliter a natura intentum per talem operationem, & hoc vocatur ius naturale primum. Alterum est, quod

deducitur ex principijs naturalibus, id est, est cognitio vel concessio deducta ex alia concessione principiorum a natura indita, qua dirigitur homo ad conuenienter agendum, id est, propter finem minus principaliter intentum a natura. His notatis dicit S. Tho. & omnes alij doctores, quod matrimoniu ordinatur ad tres fines, primus & principaliter intentus a natura est procreatio proli: secundarius est mutua obsequia inter virum & uxorem, nam sicut foemina non potest conuenienter arare, ita nec vir potest conuenienter nere, aut pinsere: tertius finis in matrimonij est significare Christu & ecclesiam. His praemeditatis respondet S. Tho. duabus propositionibus: prior est, Pluralitas vxorum non est contra ius naturale primum & principale, quia non est contra principalem finem matrimonij, nempe contra prolem probatur, quia vnus homo sufficit ad foecundandum plures mulieres, & ad nutriendum & educandum plures filios, licet forte non aequae bene. SECUNDA propositio est, pluralitas vxorum, est contra ius naturale minus principale & secundarium: probatur, quia licet non omnino tollat duos illos secundarios fines matrimonij, nempe mutua obsequia inter virum & uxorem, & significationem Christi & ecclesiae, impedit tamen quia male & inconuenienter seruantur, nam vt constat iam non conuenienter seruantur significatio Christi & ecclesiae, quia vnica est ecclesia Christi sponsa. Vnde vt conuenienter seruetur illa significatio, vnus vir tantum habere debet vnicam sponsam: mutua autem obsequia inter virum & uxorem etiam inconuenienter habentur, quia quando sunt plures uxores vnus viri est odium & inuidia inter eas, quia quilibet vellet semper esse cum marito, & poenitet hanc quando est cum alia, & nunquam aut raro esset pax inter illas, & omnes seorsum conuarentur de marito, vt constat in sacra scriptura de Sara, & Agar vxoribus Abrahami: & Rachel & Lia vxoribus Iacob, & vt fertur inter uxores Socratis: ergo pluralitas vxorum est contra ius naturale. Secundo probatur cap. Gaudemus, de diuortijs, vbi sic habetur, Nulli vnquam licuit in simul plures uxores habere, nisi cui facta fuit diuina reuelatio, vel diuina reuelatione concessum, quae quandoque mos interduo etiam fas cencetur. Pluralitas igitur vxorum contra ius naturale est. Tertio confirmatur: in lege veteri nunquam licuit habere plures uxores absque diuina dispensatione: ergo erat prohibitum iure naturali, cum in lege veteri non inueniatur illud prohibitum, sed potius dispensatum. Conficio igitur in hunc modum argumentationem secundum Augustinum, lex naturalis est quam Deus a principio dedit rebus, vnde non conuenienter dicunt

dicunt aliqui quod aqua ex natura sua deberet operire terram, & dispensatiue non cooperit propter conseruationem animalium, nam mirabile est quod dederit Deus talem naturam contra subsistentiam orbis, & quod miraculose sustentetur nunc aqua in loco in quo est, sic igitur si ante aduentum Christi a principio mundi omnes licite haberent plures uxores non conuenienter diceretur, quod Deus faceret aliquod ius naturale, quod non deberet seruari pro maiori parte durationis totius mundi: ergo pluralitas vxorum est contra ius naturale. Et dico, quod quantum est de se seclusa malitia hominum illud erat conuenientissimum, nempe habere solum vnicam uxorem, & si perseuerasset status innocentiae, nullus haberet nisi vnicam uxorem, & esto homines fuissent peccatores quandiu durauit verus cultus diuinus ab Adamo vsq; ad Abrahamum, nunquam fuit licitum habere plures uxores, nec in hoc fuit dispensatum. Argumentum igitur erat quod illud erat contra ius naturale. Dicitur tamen Gen. 4. Lamech habuisse uxores duas, & de illo solum scribitur ante Abrahamum quod duas habuerit uxores: vnde argumentum est, quod nullus alius ante Abrahamum habuit plures uxores, & ille. s. Lamech reprehenditur & punitus fuit propter quoddam homicidium quod commisit. Vnde non approbantur mores illius: signum igitur est quod peccabat etiam habes duas uxores, postquam vero tempore Abrahami creuit cultus idolorum, & erant pauci cognoscentes verum Deum, necessarium fuit quod Deus cum Abrahamo & aliquibus dispensaret quod haberent plures uxores: & quod ante Abrahamum non licuerit iure naturali habere plures uxores: probatur, quia nunquam Sanctus aut vir iustus qui fuerit in illa aetate legitur habuisse plures uxores: quod tamen si liceret iure naturali, valde verisimile est, quod ab aliquo tentaretur, quia homines tunc in illo iure naturali vivebant: & vt dixi, esto legatur Lamech habuisse plures uxores reprehenditur a sanctis. Et confirmatur exemplo, quia Deus vnica tantum uxore creauit Adamo: & si iure naturali liceret habere plures uxores, videtur quod dedisset ei plures cum tunc esset magna necessitas multiplicandi genus humanum: & confirmatur ratione S. Thomae, quia illud est contra ius naturale quod vel in totum vel in partem impedit fines vel finem a natura intentos, quod facit habere plures uxores, quia tunc non essent mutua obsequia inter virum & uxorem, vt debent si essent plures uxores vnus viri, quia semper essent iurgia & dissensiones inter ipsas uxores, quae namque perueniret ad maritum. His tamen non obstantibus Durand. qui omnia solet reuocare in dubium, in .4. d. 33. quaest. 1. concedit concl. 1. quod habere plures uxores

est contra ius naturale, non tamen reputat eam omnino certam: imo ait adductas rationes non probare praedictam conclusionem. Et prius dicit, quod ratio illa nempe quod habere plures uxores est contra finem matrimonij & caet. non sufficienter probat, quia habere plures uxores non est contra finem principalem matrimonij, nempe procreationem liberorum, sed quia tantum currit contra secundum finem matrimonij, solum probat quod est conueniens non habere plures uxores. Et addit, quod multa permittuntur in matrimonio quae repugnant illi secundario fini, vt si foemina nobilis nubat viro ignobili & humili, quia nascitur ex hoc inter eos discordia, sed quod haec impediunt non est ex natura rei, sed ex malicia hominum, & si uxores sint probae esto sint plures bene conueniet inter se, & si non agant pacifice est per accidens & ex malicia mulierum: & hoc tale impedimentum non potest impedire matrimonium. Praeterea dicit Durand. quod quando sunt duo fines alicuius rei, alter principalis & alter secundarius, bene permittitur aliquid quod obstat fini secundario, si illud sit in fauorem principalis finis, sed habere plures uxores per se loquendo fauet fini principali, quia esset maior procreatio proli, quam cum vna sola, cum vnus vir sufficiat ad foecundandum plures uxores. Praeterea, ille finis secundarius non est necessarius, quia primus sufficit ad hoc quod matrimonium constitueretur. Haec Durand. HIS non obstantibus dico, quod pro certo debet haberi quod pluralitas vxorum est contra ius naturale, & oppositum reputo erroneum, neque hoc potest annumerari inter opiniones, nec tantum vt opinio est habendum, sed potius plusquam falsum reputandum: probatur prius, quia sic videtur determinatum in illo cap. Gaudemus, vbi dicitur: Nulli vnquam licuit nisi diuina dispensatione habere plures uxores. Secundo probatur, quia dato opposito sequerentur magna inconuenientia in ecclesia Dei: & prius sequeretur quod inter infideles posset esse pluralitas vxorum, quia illi non tenentur aliquo alio iure nisi naturali: consequens est contra determinationem & torum ritum ecclesiae in illo cap. Gaudemus, de Diuort. & etiam in alijs iuribus determinatur quod si infidelis ad Christianismum venit cum plurius vxoribus, debet retinere primam tantum & alias dimittere. Si autem essent aliae verae uxores ecclesia non posset separare illas a tali viro: Verum est, quod ad hoc posset responderi quod pluralitas vxorum est prohibita iure diuino posituo dato a Christo redemptore in euangelio: qui dicit Matth. 19. in sententia. Qui duxerit secundam uxorem viuentis prima, moechatur: Posset igitur ita responderi quod infideles non possunt habere illas plures

plures uxores, & dicere quod euangelium obligat omnes & tenentur iure euangelico. Hæc tamen & si non sit mala responsio non caret scrupulo: quia licet infideles obligentur ad hoc quod sint Christiani, non tamen obligantur ad particularia præcepta Christianorum in lege Christi posita antequam sint Christiani. Vnde non peccant infideles, eo quod non recipiant Eucharistiam, nec eo quod non confitentur, & nullus vnquam doctor fidelis oppositum dixit hæcenus: quare ergo tenebuntur hoc præcepto particulari? de hoc. scilicet de non habendo plures uxores: Et uidetur quod non sit maior ratio de vno præcepto quam de alio & per consequentem quod si tenentur ad non habendum plures uxores quod obligantur iure naturali. Vnde dico, quod illa conclusio quod pluralitas vxorum sit contra ius naturale est necessario tenenda. Præterea, quia non videtur illa pluralitas esse contra solum secundum finem matrimonij, sed etiam contra primum: quia in hominibus non est idem finis in illa coniunctione cum pluribus vxoribus, qui est in coniunctione brutorum ad plures fœminas: sed addit quod debet proles procreari, vt homo est & vt rationalis est: filij vero hominum non bene possunt educari cum nouerca, quæ communiter aduersatur priuignis: vnde repugnat coniunctio vnius viri cum multis fœminis institutioni prolis, quæ etiam est in fine matrimoniali hominum. Nec obstat si dicas, quod filij vnius vxoris manebunt cum matre, & filij alterius cum matre sua: & ideo quod nullus esset cum nouerca, quia sæpe cum pater esset cum vna vxorum, oporteret filius alterius vel aliarum currere ad illum, & ille non posset bene providere in præsentia alterius, quia est nouerca istorum.

Artic. secundus

Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures uxores?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod habere plures uxores non potuerit esse aliquando licitum. Quia secundum Philosophum in 2. Ethic. ius naturale semper & vbiq; habet naturalem potentiam eandem: sed iure naturali prohibetur pluralitas vxorum, vt ex dictis patet: ergo sicut modo nõ licet, ita nunquam licuit.

PRÆTEREA, si aliquando licuit hoc, non

fuit nisi quia per se licitum erat, vel per aliquam dispensationem licet. Si primo modo sic etiam nunc licitum esset. Si autem secundo modo, hoc esse non potest: quia secundum Aug. Deus cum sit natura conditor non facit aliquid contra rationes quas natura inseruit: cum ergo natura nostra Deus inseruerit quod sit vna vnus, videtur quod ipse contra hoc nunquam dispensauerit.

PRÆTEREA, si aliquid est licitum ex dispensatione, hoc non licet nisi in his in quibus dispensatio fit: non autem legitur aliqua dispensatio communis in lege cum omnibus facta: cum ergo omnes communiter qui volebant plures uxores acciperent in veteri testamento, nec ex hoc reprehendebantur à lege vel à prophetis, non videtur quod fuerit ex dispensatione licitum.

PRÆTEREA, vbi est eadem causa dispensationis, debet eadem dispositio fieri, sed causa dispensationis non potest alia poni, nisi multiplicatio prolis ad cultum Dei, quæ etiam nunc necessaria est: ergo adhuc dicta dispensatio duraret, præcipue cum non legatur reuocata.

PRÆTEREA, in dispensatione non debet prætermitti maius bonum propter minus bonum: sed fides & sacramentum quæ non videntur posse seruari in matrimonio quo vnus pluribus vxoribus coniungitur, sunt meliora quam prolis multiplicatio: ergo in iure huius multiplicationis dispensatio prædicta fieri non debuit.

SED contra, ad Galat. 3. dicitur quod lex propter præuaricatores posita est. Vt scilicet eos prohiberet: sed lex verus fit mentionem de pluralitate vxorum sine aliqua eius prohibitione: vt patet Deuter. 20. Si habuerit homo duas uxores &c. ergo habendo duas uxores nõ erant præuaricatores: & ita erat licitum.

PRÆTEREA, hoc idem videtur exemplo ex sanctis patribus, qui plures leguntur habuisse uxores, cum Deo essent acceptissimi, sicut Iacob & Dauid, & plures alij: ergo aliquando fuit licitum.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut ex dictis patet) pluralitas vxorum esse dicitur contra legem naturæ, non quantum ad pri-

ma præcepta eius, sed quantum ad secunda, quæ quasi conclusiones à primis præceptis deriuantur. Sed quia & actus humanos variari oportet, secundum diuersas condiciones personarum & temporum & aliarum circumstantiarum: ideo conclusiones prædictæ à primis legis naturæ præceptis non procedunt, vt semper efficaciam habentes, sed in maiori parte: talis est enim tota materia moralis, vt patet per philosophum in lib. Ethico. & ideo vbi eorum efficaciam deficit licite ea prætermitti possunt. Sed quia non est facile determinare huiusmodi varietates, ideo illi ex cuius autoritate lex efficacia habet, reseruantur: vt licentiam præbeat legem prætermittendi in illis casibus ad quos legis efficaciam non extendere se debet, & talis licentia dispensatio dicitur: lex autem de vnitatem vxoris non est humanitus sed diuinitus instituta, nec vnquam verbis aut literis tradita, sed cordi impressa, sicut et alia quæ ad legem naturæ qualitercunq; pertinent: & ideo in hoc à solo Deo dispensatio fieri poterit per inspirationem internam, quæ quidem principaliter patribus sanctis facta est, & per eorum exemplum ad alios deriuata est eo tempore quo operabat prædictum naturæ præceptum prætermitti, vt maior esset multiplicatio prolis ad cultum Dei educandæ: semper enim principalior finis magis obseruandus est, quam secundarius. Vnde cum bonum prolis sit principalis matrimonij finis, vbi prolis multiplicatio necessaria erat, debet negligi ad tempus impedimentum quod posset in secundarijs finibus euenire, ad quod remouendum præceptum prohibens pluralitatem vxorum ordinatur, vt ex dictis patet.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quod ius naturale semper & vbiq; quantum est de se habet eandem potentiam, sed per accidens propter aliquod impedimentum quandoq; & alicubi potest variari, sicut ibi Philosophus exemplum ponit de alijs rebus naturalibus. Semper enim & vbiq; dextra est melior quam sinistra secundum naturam: sed per aliquod agens contingit aliquem esse ambidextrum, quia natura nostra variabilis est, & similiter etiam de naturali iusto: vt ibidem Philosophus dicit:

AD SECUNDVM dicendum, quod in Deo quadam de diuinitate dicitur quod nunquam licuit plures habere uxores sine dispensatione per diuinam inspirationem habitam, nec tamen talis dispensatio datur contra rationes quas Deus natura inseruit, sed præter eas: quia rationes illæ non sunt ordinatæ ad semper, sed vt in pluribus, vt dictum est: sicut etiam non est contra naturam, quando aliqua accidit in rebus naturalibus miraculose præter ea quæ frequenter solent euenire.

AD TERTIVM dicendum, quod qualis est lex talis debet esse dispensatio legis, & quia lex naturæ est cordibus impressa, non oportuit dispensationem eorum quæ ad legem naturæ pertinent, lege scripta dari, sed per internam dispensationem fieri.

AD QVARTVM dicendum, quod veniente Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ Christi per quam cultus Dei in omnes gentes spirituali propagatione diffusus est: & ideo non est eadem ratio dispensationis quæ erat ante Christi aduentum, quando cultus carnali propagatione multiplicabatur.

AD QVINIVM dicendum, quod proles secundum quod est bonum matrimonij, includit fidem ad Deum seruandam, quia secundum quod proles spectatur ad cultum Dei educandam, ponitur matrimonij bonum: fides autem ad Deum seruanda est potior quam fides vxori quæ ponitur bonum matrimonij. Quam significatioque pertinet ad sacramentum, quia significatio ad fidei cognitionem ordinatur: & ideo non est inconueniens si propter bonum prolis aliquid detrahatur alijs duobus bonis: nec tamen omnino tolluntur, quia & fides manet ad plures, & sacramentum aliquo modo, quia quamuis non significaretur coniunctio Christi ad ecclesiam in quantum est vna, significatur tamen distinctio graduum in ecclesia per pluralitatem vxorum, quæ quidem non solum est in ecclesia militante, sed etiam triumphante. Et ideo illorum matrimonia aliquo modo significant coniunctionem Christi ad ecclesiam, non solum militantem, vt quidam dicunt, sed etiam triumphantem, in qua sunt diuersæ mansiones.

PENES istū art. citra ea quę dicit S. Th. dubitatur, an aliquando fuit dispensatū quod liceat vni viro habere plures vxores: & videtur quod non, quia nullibi legitur in scriptura quod fuerit facta dispensatio, & si aliquis quantumcūq; esset sanctissimus vir, nunc diceret quod habet dispensationem ad habendum plures vxores, & ideo acciperet plures vxores, reputaremus eum hereticum & nō crederemus ei: ergo nunquam facta fuit dispensatio. In oppositum tamē est, quia Abrahamus, Iacob, Moyses, Dauid, Salomon, & Roboam, habuerunt plures vxores, & Roboam habuit decem & octo vxores, & sexaginta concubinas, & omnes hi fuerunt viri sanctissimi & amici Dei, & laudantur in sacra scriptura: ergo fuit dispensatū cum illis quod sic haberent plures vxores. Hoc non obstante Durand. in 4. d. 33. disputat hoc, & videtur ei quod nunquā fuerit opus hac dispensatione cum illis patribus. Ratio est, quia in alijs pręceptis diuinis & naturalibus, si non sunt de primis pręceptis naturalibus, si ratio naturalis dicitur quod non est opus quod feruentur pro aliquo tempore, quod arbitrio boni viri standum est ad iudicandum quod nō est opus dispensatione ad transgrediendum illa, exemplum est de Gete iudicium 11. & 12. qui licet propter iuramentum sacrificauerit filiam, non tamen tenebatur, quia nō debebat occidere, vt seruaret illud iuramentum. Aliud exemplum est, si quis vouerit castitatem simpliciter, si postea necessarium est in Repub. propter pacem quod contrahat matrimonium, sine dispensatione Papę debet contrahere. Ita ergo dicendum est in hac materia quā tractamus in pluralitate vxorum, quia pręceptū erat quod nullus duceret plures vxores ante tempus Abrahami, sed cum tempore Abrahami esset paucitas fidelium, videtur quod erat sufficiens ratio, ad hoc quod illi qui erant de familia Abrahami, darent operam multiplicationi fidelium per generationem: ergo tunc illud pręceptum multiplicandi speciem humanam & fideles, excusabat ab alio pręcepto quo homines astringebatur ne ducerent plures vxores sine vlla alia dispensatione adueniente.

¶ Pręterea, dispensatio nūquā datur cōmuniter, sed particulariter & peculiariter alicui propter aliquā cām, tamē in Deutero. cōmuniter legitur quod oēs possunt habere plures vxores: dicitur enim in prędicto lib. cap. 21. Si quis habuerit duas vxores, vnam dilectam, & alterā odiosam, genueritq; ex eis liberos, & fuerit filius odiosę primogenitus, volueritq; substantiā inter filios suos diuidere, non poterit filium odiosę facere primogenitum & pręferre filio odiosę: ergo nunquā fuit dispensatio, quia si esset dispensatio nō fuisset sic communis ad omnes, sed ad aliquem vel aliquos peculiariter tantū.

¶ Hic tamen quę Durand. dicit non obstanti-

bus. Ad dubium propositum dico, secundum omnes Doctores Theologos, excepto vno Durand. cui dubitat quod ad hoc quod quis haberet plures vxores licite fuit necessaria dispensatio propter rationē factam in principio huius dub. & propter ea quę dicit S. Tho. in litera huius art. quia habere plures vxores est cōtra ius naturale secundarium: non igitur potuit licere alicui habere plures vxores sine dispensatione.

¶ SED quęres merito, an hæc dispensatio fuerit facta particulariter Abrahamo. f. & successiue cuiusq; alteri illorum patrum, nempe an fuerit dictum peculiariter Abrahamo, accipias Agar postquā prius habebat Saram: & an fuerit dictū Iacob accipias Liam post Rachelę, & sic alijs succedentibus patribus: vel an fuerit generalis, nēpe quicūq; voluerit accipiat plures vxores. Ad quod dico prius, quod fuit facta dispensatio cum Abrahamo: probatur, quia ipse conquerebatur quod non habebat liberos, dicens: Domine quid dabis mihi, quia ego sine liberis vado, cum Sara esset sterilis, vt constat scriptura dicente, quod transierat annos plurimos; & si non requireretur dispensatio posset Abrahamus suscipere aliam vxorem, ex qua posset habere liberos & non conqueri: ergo Abrahamus & alijs patribus qui habuerunt plures vxores facta est dispensatio particularis, & exemplo illorum patrum alij communiter de consensu populi etiam acceperunt plures vxores, nam satis erat illis ad hoc quod excusarentur a peccato quod viderent viros sanctissimos habere plures vxores. Vnde Salomoni, non videtur facta fuisse dispensatio, vt post alias vxores duceret filiam Pharaonis quę fecit eum idolatrare.

¶ Dub. est tamen, an fuerit dispensatū cōmuniter alijs cōmuniter: Ad quod respondet Scotus negatiue, imō dicit quod non est necessariū excusare illos omnes qui inter eos habuerunt plures vxores, quia forte aliqui illorum peccauerunt mortifere: & probatur, quia legitur de Ioachimo patre virginis Marię quod habebatur tanquam infamis eo quod non habebat liberos. Si ergo posset licite accipere aliam uxorem ex qua haberet liberos, acciperet quidem, ne pateretur illam infamiam: cum autem non fecerit signū est quod non erat promiscue omnibus cōcessū habere plures vxores: hæc Scotus. sed communior opinio est, quod fuit communiter facta dispensatio omnibus hominibus iudeis non omnibus in particulari, sed exemplo Sanctorum patrum, vt patet ex eo quod adduximus Deuteronomi. 21. Nec fuit dispensatio alia ab illa quę facta fuit cum illis Sanctis patribus, & hoc dicit S. Tho. in hoc art. 2.

¶ SED dub. est, an fuerit tūc dispensatū cum paganis vt haberent plures vxores: Ad quod respondet Paluda. in 4. dist. 33. q. 1. art. 1. dicens quod non, quia intra solam familiam Abrahami habebat locū illa dispensatio: ratio inquit est, quia

quia illa dispensatio solum facta fuit ad multiplicationem cultus diuini & fidelium: ergo cū solis, descendentes ab Abrahamo fuit dispensatū quod haberent plures vxores. Durand. tamen arguit hoc modo: Vel sufficiebat illis qui descenderant de Abrahamo, exemplū ipsiusmet Abrahami, vel facta fuit illa dispensatio particulariter cuiusq; descendenti ab Abrahamo: secundum non est dicendum, quia non est vero simile quod cuiusq; particulari fieret talis dispensatio: ergo dandum est primum: & si primum, quare alij non potuerunt etiam accipere illud exemplū. Videtur ergo quod Ismael potuit accipere exemplū a patre, & licet Ismael fuerit fidelis, posterius tamen eius fuerunt infideles, & illi potuerunt accipere ab eodem Ismaele prædictū exemplū: ergo illis infidelibus liceret etiam ex prædicta dispensatione habere plures vxores: Ideo ego credo, quod si quis tūc apostetasset ex iudeis & idolatraret, posset etiam habere plures vxores. Vnde probabile est, quod fuit pro illo tempore dispensatū cōmuniter cum omnibus hominibus: & probatur etiam de Ester sancta muliere, quę cum sciret Vasti esse vxorem Asueri nupsit illi, & si id non liceret esset concubina Asueri, quia Vasti Regina erat prima vxor Asueri: & manifestum est quod licet ipse velit peccare, non tamen cooperaretur Ester tali peccato.

¶ Pręterea confirmatur hoc ex verbis Diui Augustini in lib. de bono coniugali, cap. 15. tomo 6. vbi sic ait. Antiquis iustis nō fuit peccatum quod pluribus feminis vtentur, nec contra naturā hoc faciebant, cum non lasciuiedi causa sed gignendi hoc facerent: neq; contra morem, quia eo tempore ea fiebant: nec contra pręceptum, quia nulla lege erat prohibitum: & sequitur, obijciuntur Iacob 4. vxores, quod quando mos erat, crimen non erat & cetera. Et hæc vltima sententia habetur, 32. q. 4. cap. obijciuntur: ex quibus verbis videtur constare quod dispensatio erat communis, quia dicit ibi Aug. quod illud erat mos. Vnde dico cum Augustini sententiam hanc esse tenendam, nempe quod fuit facta dispensatio in toto genere humano vsque ad aduentum Christi duntaxat.

¶ SED hæsitabis, an sit licitum habere plures vxores in lege euangelica, & a parte affirmatiua est argumentum in hūc modum, quia vt probatum est fuit aliquando dispensatio, & non habetur vbi fuerit reuocata: ergo hodie licet habere plures vxores. Hoc nō obstante ad dubium responderetur ex communi sententia Theologorum Scolasticorum, quod in lege euangelica nulla necessitate emineat licet alicui habere plures vxores, quod probatur Matth. 19. Si quis dimiserit vxorē suam, nēpe primā excepta cā fornicationis & aliā duxerit mœchatur, & qui relictam ab aliquo duxerit mœchatur. Tunc conficio argumentum in hūc mo-

do. Si in lege euangelica liceret habere duas vxores non peccaret ille qui dimisit primam per hoc quod ducat secundam, esto quod forte peccaret dimittēdo primam, & ducendo secundam non adulteraretur, vt CHRISTVS dicit, nempe quod qui dimittit primam & ducit secundam mœchatur. Et hoc argumentum adeo efficax est quod concludit. Secundo hoc definitur in illo cap. Gaudemus, de diuortio. nēpe quod nulli licet habere plures vxores.

¶ SED dubitares de paganis, an eis liceat habere plures vxores: & sunt rationes, quia illis licebat habere plures vxores ante aduentum Christi, & stat quod hodie ignorēt inuincibiliter hoc pręceptū de nō habendo plures vxores. Secundo, multi sunt hodie apud insulanos, & Barbaras nationes qui ignorant inuincibiliter totum euangelium & fidē Christi qui non peccant nouum peccatum eo quod non sunt Christiani, quia nōdum peruenit ad eos euangelium: & Dominus dixit in euāgelio, si non venissem & loquutus eis non fuisset peccatū non haberent, Ioan. 15. Et confirmatur, illi prædicti pagani non peccant propter inobseruantiam aliorum pręceptorum particularium: ergo nec peccat ex eo quod nō seruant hoc pręceptum, nempe quod non habeat plures vxores: ergo ijs qui nōdum audierunt euangeliū licebit habere plures vxores. Et augetur dubium, quia per aliquot annos post passionem Christi conceditur a Doctoribus ignorantia inuincibilis euangelij: ergo iudeis qui erant tunc extra Ierusalem ignorantibus inuincibiliter euāgelium liceret habere plures vxores. His tamen non obstantibus dico, quod non licet paganis post aduentum Christi habere plures vxores: hoc probatur, quia in illo cap. Gaudemus, de diuortio, definitum est quod non licet alicui habere plures vxores, & si aliqui accipiant plures vxores ignorantes inuincibiliter, illud esse illicitum excusantur quidē a peccato, sed cum secunda non est matrimoniū viuente prima, etiam inter quoscūq; paganos: vnde si sunt aliqui iudei, aut sarraceni ignorantes inuincibiliter illicitum esse habere plures vxores, si illas accipiant non peccant, sed cum sola prima erit matrimonium: vnde colligitur quod cum hodie sit dispensatio reuocata manent omnes pagani in lege naturali, & vt diximus tali iure est prohibitū habere plures vxores: possunt tamen excusari ignorantia inuincibili, quę in prædicto iure naturali secundario cadere potest. ¶ Sed dubium est, an hodie cum causa rationabili possit dispensari in hoc pręcepto: & videtur quod poterit dispensari in hoc pręcepto de non habendo plures vxores, quia Grego. 3. in Decretis suis quę habentur in 1. thom. conciliorum, folio, 251. in quadam epistola ad Bonifacium Episcopum, quę refertur. 32. q. 7. cap. quod proposuisti, dat facult-

facultatem Anglis quod viuentem primam ducat secundam. Et textus citatus sic habet, Quod proposuisti si mulier infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere, quod eius faciat iugalibus, bonum est si sic maneret, ut abstinentia vacaret: sed quia hoc magnorum est ille qui non poterit se continere nubat magis: non tamen ei subsidij opem subtrahat qua infirmitas praepedit: ergo in necessitate poterit dispensari, cum aliquo ut habeat plures uxores. Sed hoc etiam non obstante dico, quod humana autoritate nullo euentu potest cum aliquo dispensari ut habeat plures uxores, cum sit prohibitum etiam principali iure naturali, quia ut superius ostendimus, male educaretur proles cum quotidie essent tumultus & iurgia inter uxores & inter liberos hinc & inde: Et ad Decretum Grego. 3. dico quod loquitur solum de coniugio illorum qui conuertebantur ex infidelitate ad fidem, quorum matrimonium est dissolubile, ut superius diximus, quando illi qui contraxerunt in infidelitate ambo existentes non possunt simul reddendo sibi debitum cohabitare postea ad fidem conuersi, ut in praedicto casu Gregorij 3. contingit. Et quod haec fuerit intentio Gregorij, & non quod dicit glossa, patet, quia Bonifacius erat Episcopus inter Germanos qui tunc erant neophiti. id est de nouo conuersi ad fidem, ut ex authenticis historiis constat, quia Gregorius secundus miserat Bonifacium ad praedicandum illis, & postea defuncto Gregorio secundo successit Gregorius 3: quem consultuit Bonifacius: unde apparet quod consultatio illa erat de uxore infideli infirma, & nondum conuersa, & vir erat iam fidelis: & in tali euentu verum habet responsio Papae, ORam. Almain. Ierfon. Ioannes Maior, & alij qui sunt de illa classe, responderent quod errauit Gregorius, sed in uerecunde dicerent. Ego cum Thoma & alijs Sanctis dico, quod Papa non potest errare determinans tanquam pastor universalis aliquid de fide tenendum, aut ad bonos mores spectans, verum est quod forte ille Nicolaus tertius respondit, ut priuatus homo & non proponens aliquid toti ecclesiae, & sic respondendo, ut priuatus homo, probabile est quod potest summus Pontifex errare, sed cum materia erat grauis & relicta fuit illa responsio scripta pro omnibus, & fuit ad instructionem illius provinciae ubi erat Bonifacius, verisimilius est quod illud proposuit omnibus tenendum, & loquebatur de praedicto matrimonio neophitorum, ut diximus, quod fuerat in infidelitate contractum. Alij autem qui dicunt quod Papa potest errare adducunt simile exemplum de Celestino 3. qui determinauit quod si alter coniugum Christianorum labatur in haeresim & non vult conuerti, liceat alteri transire ad secundas nuptias: cuius oppositum definiuit Innocentius tertius in cap. quanto, de diuortijs

quod est verum & de fide tenendum, nempe quod inter fideles nullo modo licet viuente prima transire ad secundas nuptias, nec propter haeresim nec propter quocumque aliud crimine: unde videtur quod Celestinus errauit. Ad hoc tamen respondet Caiet. (ut respondendum est) in tractatu de potestate Papae, quod praedicti Pontifices non definiuerunt, vel determinauerunt unam extremam praedictorum nec alterauerunt, sed dubitauerunt & ut priuati homines crediderunt contraria. Et quod hoc ita sit patet, quia in Decreto Innocentij tertij habentur haec verba formalia, Celestinus praedecessor noster videtur aliter sensisse: & non dicit aliter determinauit: ergo fuerunt diuersarum opinionum, & nullus illorum videtur tetasse determinare illud, quidquid illud sit de illis verbis Gregorij tertij quae certe dubia sunt, nec sufficienter explicant quid ibi vellet determinare: nihilominus Innocentius tertius in suis Decretis, quae habentur in primo tomo conciliorum, folio 129. dicit, quod nullo modo & nulla ratione licet Christiano viuente prima uxore accipere secundam. Scotus autem in 4. d. 33. recipit conclusionem cum probatione quam adduximus ex Innocentio: deinde probat conclusionem, quia est, inquit, contra iustitiam, quia iustitia dicit aequalitatem, nempe quod unum corpus detur pro altero, & non unum corpus pro pluribus quod non fit si vir detur pro pluribus vxoribus, quia tunc venderetur magno precio, & esset deceptio ultra dimidium iusti pretij, cum posset dari pro tribus vxoribus & quatuor. Sed contra hoc est argumentum de Valentiniano Imperatore qui fuit Christianus, & Christianis natus, qui tamen condidit legem, ut quicumque vellet habere plures uxores posset: & ipse adfirmandum statutum accipit statim Iustinam filiam cuiusdam Iustini nomine cum prius haberet aliam nomine Seueram, & hoc refertur in historia Tripartita lib. 8. cap. 11. ergo potest dispensari cum Christianis quod habeant plures uxores. Ad hoc dico quod verum est quod Valentinianus fuit Christianus, sed malus, quia fuit haereticus Arrianus: unde merito nota haereticus inuitur, cum tentaret accipere secundam viuente prima. Et puniendus erat etiam secundum leges civiles, nam accipientes duas uxores reputantur infames: & in illa citata historia sic legitur de Valentiniano, Iustina illa erat pulcherrima puella & Seuera laudauit eam apud Imperatorem. Et dixit se etiam cum esset mulier captam amore Iustinae: unde Valentinianus incepit amare illam & tulit legem praedictam, ut etiam ipsi non imputaretur vitium, sed liceret aut licitum appareret suum iniquum factum & adulterium.

Articu. tertius.

Vtrum

Vtrum habere concubinam sit contra legem naturae?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod habere concubinam non sit contra legem naturae. Legis enim ceremonialia non sunt de lege naturae: sed fornicatio prohibetur Actuum 21. inter alia ceremonialia legis, quae ad tempus creditibus ex gentibus imponebantur: ergo fornicatio simplex quae est accessus ad concubinam non est contra legem naturae.

PAETEREA, ius positum a naturali iure profectum est, ut Tullius dicit: sed secundum ius positum fornicatio simplex non prohibetur. Improprie in poenam secundum antiquas leges mulieres lupanaribus tradendae condemnabantur: ergo habere concubinam non est contra legem naturae.

PAETEREA, naturalis lex non prohibet quis illud quod datur simpliciter, possit dari ad tempus & secundum quid: sed una mulier soluta potest dare viro soluto in perpetuum sui corporis potestatem, ut ea utatur licite cum voluerit: ergo non esset contra legem naturae si dederit ei potestatem sui corporis ad horam.

PAETEREA, quicumque re sua utitur ut vult, nemini facit iniuriam: sed ancilla est res domini, ergo si dominus ea utitur ad libitum nulli facit iniuriam: & ita habere concubinam non est contra legem naturae.

PAETEREA, quilibet potest alteri dare quod suum est, sed vxor habet potestatem in corpore viri, ut patet 1. ad Cor. 7. ergo si vxor velit, vir poterit alteri mulieri coniungi sine peccato.

SED contra, secundum omnes leges filij qui de concubina nascuntur sunt vituperabiles: sed hoc non esset nisi concubitus ex quo oriuntur esset naturaliter turpis: ergo habere concubinam est contra legem naturae.

PAETEREA, matrimonium est naturale, sed hoc non esset si sine prauidicio legis naturae homo posset coniungi mulieri praeter matrimonium: ergo contra legem naturae est concubinam habere.

RESPONDEO dicendum, quod illa actio videtur esse contra legem naturae quae non est conueniens fini debito, siue quia non ordinatur in ipsum per actionem agentis, siue quia de se est improporcionata illi fini: finis autem quem natura ex tali concubitu intendit, est proles procreanda & educanda. Ut hoc bonum quaeretur posuit delectationem in concubitu, ut Constantinus dicit: quicumque ergo concubitu utitur propter delectationem, quae in ipso est, non referendo in finem a natura intentum, contra naturam facit: & similiter etiam nisi sit talis concubitus, qui ad illum finem conuenienter ordinari possit: & quia res a fine plurimum nominatur tanquam ab optimo, sicut coniunctio matrimonij a proli bono nomen accipit, quod per matrimonium principaliter quaeritur: ita concubina nomen illam coniunctionem exprimit, quae solus concubitus propter seipsum quaeritur. Et si etiam aliquis quandoque ex tali concubitu prolem quaerat: non tamen est conueniens ad proli bonum, in quo non solum intelligitur ipsius procreatio per quam proles esse accipit: sed etiam educatio & instructio, per quam accipit nutrimentum & disciplinam a parentibus, in quibus tribus parentes proli tenentur secundum Philosophum 8. Ethic. Cum autem educatio & instructio proli a parentibus debeantur per longum tempus, exigit lex naturae ut pater & mater commaneant ad subueniendum proli: unde aues quae communiter pullos nutriunt, ante completam nutritionem non separantur a mutua societate, quae incipit a concubitu vel in concubendo. Haec autem obligatio ad commanendum foeminam marito, matrimonium facit: & ideo patet quod accedere ad mulierem non iunctam sibi matrimonio, quae concubina vocatur, est contra legem naturae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in gentibus quantum ad multa lex naturae obfuscaata erat: unde accedere ad concubinam malum non reputabant, sed passim fornicatione quasi relicta utebantur, sicut & alij quae erant contra caeremonias Iudeorum, quae non essent contra legem naturae. Et ideo Apostoli immiscuerunt prohibitionem fornicationis caeremonialibus

alibus propter discretionem quæ erat in utroq; inter Iudeos & Gentiles.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex prædicta obscuritate, scilicet in quam ceciderunt Gentiles, Deo debitam gloriam non reddentes: ut dicitur ad Rom. 1. lex illa processit, & non ex instinctu legis nature: unde prævalente Christiana religione, lex illa extirpata est.

AE TERTIVM dicendum, quod in aliquibus, sicut nullum inconueniens sequitur si re aliquam quam quis in potestate habet alteri simpliciter tradat: ita etiam nec si tradat ad tempus, & sic neutrum contra legem nature. Non est autem ita in proposito: & ideo ratio non sequitur.

AD QVARTVM dicendum, quod iniuria iustitiæ opponitur: lex autem naturalis non solum prohibet iniustitiam, sed etiam opposita omnium virtutum. Sicut contra legem nature est, ut aliquis immoderate comedat, quantum talis rebus vres suis, nulli iniuriam faciat: & præterea ancilla quamuis sit res domini ad obsequium, non est tamen res sua ad concubitum, & iterum interest qualiter quisque re sua utatur: Facit enim talis iniuriam proli procreanda, ad cuius bonum non sufficienter talis coniunctio ordinatur, ut dictum est.

AD QVINTVM dicendum, quod mulier habet potestatem in corpore viri non simpliciter quantum ad omnia, sed solum quantum ad matrimonium: & ideo non potest contra bonum matrimonij corpus viri alteri tradere.

Articu. quartus

Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale?

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod accedere ad concubinam non sit peccatum mortale. Maius enim peccatum est mendacium quam fornicatio simplex, quod patet ex hoc, quod Iudas qui fornicationem non horruit cum Thamar committere, recusauit mendacium, dicens: Certè mendacij arguere nos non

poterit: sed mendacium non est semper peccatum mortale: ergo nec fornicatio simplex.

PRÆTEREA, peccatum mortale morte puniri debet: sed lex vetus non puniebat concubitum concubinæ morte nisi in aliquo casu, ut patet Deut. 24. ergo non est peccatum mortale. **PRÆTEREA**, peccata mortalia carnalia sunt minoris culpæ quam spiritualia: sed non omnis superbia aut auaritia est peccatum mortale quæ sunt spiritualia peccata: ergo non omnis fornicatio quæ est peccatum carnale est mortale.

PRÆTEREA, ubi est maius incitamentum, ibi est minus peccatum, quia magis peccat qui minori tentatione vincitur: sed concupiscentia maxime instigat ad uerem: ergo cum actus gula non semper sit peccatum mortale, nec fornicatio simplex erit mortale.

SED contra, nihil excludit à regno Dei nisi peccatum mortale, sed fornicatores excluduntur à regno Dei: ut patet 1. Corint. 6. ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

PRÆTEREA, sola peccata mortalia criminalia dicuntur, sed fornicatio dicitur crimen: ut patet Thob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen conscientie.

RESPONDEO dicendum, quod sicut in secunda parte dictum est, illi actus ex suo genere sunt peccata mortalia per quos fœdus amicitie hominis ad Deum, & hominis ad hominem violatur: hæc enim sunt contra duo præcepta charitatis quæ est anima & vita, & ideo cum concubitus fornicarius tollat debitam ordinationem parentis ad prolem, quam natura ex concubitu intendit, non est dubium quod fornicatio simplex de sui ratione est peccatum mortale, etiam si lex scripta non esset.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod frequenter homo qui non vitat peccatum mortale, vitat aliquod peccatum veniale, ad quod non habet incitamentum: & ita etiam Iudas mendacium vitauit fornicationem non vitans, quamuis illud mendacium perniciosum fuisset iniuriam habens annexam si promissum non reddidisset.

AD SECUNDVM dicendum, quod peccatum

tum non dicitur mortale, quia morte temporali puniatur, sed quia puniatur æterna: unde etiam furtum quod est peccatum mortale interdum non puniatur per leges temporali morte, & similiter etiam est de fornicatione.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut non quilibet motus superbia est peccatum mortale: ita nec quilibet motus luxuriæ, & huiusmodi sunt peccata venialia, & concubitus matrimonialis: interdum tamen aliqui luxuriæ actus sunt peccata mortalia, aliquibus motibus superbia venialibus existentibus, quia in verbis Grego. inductus intelligitur comparatio vitiorum secundum genus, non quantum ad singulos actus.

AD QVARTVM dicendum, quod illa circumstantia efficacior est ad aggrauandum quæ magis appropinquat ad speciem peccati. Unde quamuis fornicatio ex magnitudine incitamenti diminuat, tamen ex materia circa quam est grauitatem habet maiorem quam inordinata comestio, cum sit circa ea quæ pertinent ad fouendum fœdus societatis humanæ: & ideo ratio non sequitur.

Articu. quintus

Vtrum aliquando licitum fuerit concubinam habere?

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod aliquando licitum fuerit concubinam habere. Sicut enim habere unam uxorem est de lege nature: ita non habere concubinam: sed aliquando licuit plures uxores habere: ergo & habere concubinam.

PRÆTEREA, non potest aliqua simul esse ancilla & uxor: unde secundum legem ex hoc ipso quod ancilla in matrimonium ducebatur libera reddebatur: sed aliqui amicissimi Deo leguntur ad suas accessisse ancillas, sicut Abraham & Iacob: ergo non illæ erant uxores, & sic aliquando licuit concubinas habere.

PRÆTEREA, illa quæ in matrimonium ducitur non potest eijci, & filius eius debet esse hæreditatis particeps, sed Abraham eiecit A-

gar, & filius eius non fuit hæres: ergo non fuit uxor Abraham.

SED contra, ea quæ sunt contra præcepta decalogi nunquam licuerunt: sed habere concubinam est contra præceptum Decalogi, scilicet non moechaberis: ergo nunquam fuit licitum.

PRÆTEREA, Ambro. dicit in lib. de Patriarchis, Viro non licet quod mulieri non licet, sed nunquam licuit mulieri ad alium virum accedere dimisso viro proprio: ergo nec viro inquam licuit concubinam habere.

RESPONDEO dicendum, quod Rabi Moyses dicit, quod ante tempus legis fornicatio non erat peccatum, quod probat ex hoc quod Iudas cum Thamar concubuit: sed ista ratio non cogit. Non enim necesse est filios Iacob à peccato excusari, cum accusati fuerunt apud patrem crimine pessimo, & in Ioseph necem & venditionem consenserunt. Et ideo dicendum est, quod habere concubinam non matrimonio iunctam, sit contra legem nature: & nullo tempore secundum se licitum fuit, nec etiam ex dispensatione. Sicut enim ex dictis patet, concubitus cum ea quæ non est matrimonio iuncta non est conueniens actus ad bonum prolis, quod est principalis finis matrimonij: & ideo est contra præcepta legis nature quæ dispensationem non recipiunt. Unde ubique legitur in Test. vet. aliquos concubinas habuisse, quos necesse sit à peccato excusari, oportet eas esse matrimonio iunctas, & tamen concubinas dici, quia aliquid habebant de ratione uxoris, & aliquid de ratione concubinæ. Secundum enim quod matrimonium ordinatur ad suum principalem finem qui est bonum prolis, uxor viro coniungitur insolubili coniunctione, vel saltem diuturna: ut ex dictis patet: & circa hoc non est aliqua dispensatio, sed quantum ad finem qui est dispositio familiae & communicatio operum: uxor coniungitur viro ut socia, sed hoc deerat in his quæ concubinae nominabantur. In hoc enim poterat esse dispensatio cum sit secundarius matrimonij finis, & ex hac etiam parte habebant aliquid simile concubinis, ratione cuius concubinae nominabantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod habere plures uxores non est contra prima præcepta legis

legis naturæ sicut habere concubinam, & ideo ratio non sequitur.

AD SECUNDVM dicendum, quod antiqui patres ea dispensatione qua plures habebant ad ancillas accedebant uxorio affectu, sed non erant uxores quantum ad illam coniunctionem qua respicit secundarium finem, cui conditio seruitutis opponitur, cum non possit simul esse societas & ancilla.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut in lege Moysi per dispensationem licebat dare libellum repudij ad evitandum uxoricidium: ut dictum est, ita ex eadem dispensatione licuit Abraham eycere Agar, ad significandum misterium quod Apostolus explicat Gal. 4. quod etiam ille filius hæres non fuerit, ad misterium pertinet: & quod Esau filius libera hæres non fuit: ut patet Rom. 9. Similiter etiam propter misterium factum fuit, ut filij Iacob ex ancillis & liberis nati hæres essent: ut August. dicit: quia Christo nascuntur in baptismo filij, & per bonos quos libera significat, quam per malos ministros, qui per ancillas significantur.

CIRCA istos tres art. præcedentes est advertendum, quod de concubinis habetur in vet. le. quod Abrahamus & David habuerunt concubinas, & non reprehenduntur, sed fuerunt Deo dilecti. Videtur igitur quod licitum fuit habere concubinam. Hoc non obstante dicendum est, ut dicit S. Tho. in litera horum articulorum, & communiter alij in 4. d. 33. quod habere concubinam proprie loquendo de concubina non est licitum, hoc est fornicatio communis & vaga semper fuit peccatum mortale, quia est in detrimentum prolis. Et licet hoc videatur contra illud dictum Leonis Papæ in Epist. quam scribit ad quæst. sibi propositam a rusticano Narueniensi Episcopo, qui quæsiuit a Papa Leone, an mulier possit nubere viro habenti concubinam: & respondit Papa quod concubina non est vera uxor: unde mulier que voluerit poterit nubere prædicto viro, & probat dicens, propter quod Apostolus adducit testimonium de Agar, quia dixit Dominus, Ejce ancillam & filium eius, & ita videtur secundum eum quod Agar non erat vera uxor, sed concubina: aliàs nullum esset testimonium Papæ: & tamen condemnare Abrahamum de concubinato non esset tutum. Ideo ad dub. hoc respondetur secundum S. Tho. & alios Theologos quod illæ mulieres quæ vocabantur concubinæ illorum patrū erant veræ uxores: sed quia illæ iun-

gebantur prædictis patribus solum ad procreationem & educationem liberorum, & non ad mutua obsequia, vocabantur concubinæ: & licet Salomon habuerit tam multas concubinas, non est dicendum quod non fuerunt uxores, licet Salomon annumeretur inter reges peccatores. Secunda ratio quare illæ uxores vocabantur concubinæ est, quia inter illas & viros contrahebatur matrimonium, sine apparatu nuptiali, & sine dote, sed solum ob liberorum procreationem. ¶ Ad Leonem autem responderetur quod nihil aliud ille voluit dicere, nisi quod illa ancilla Agar non fuit uxor perfecte sicut Sara, non tamen propter hoc negavit quia esset uxor, sed quod non erat ita uxor idonea ad omnes usus & fines ad quos erat Sara. Ideo dictum fuit Abrahamo: ejce ancillam, & cetera. Ex quibus omnibus colligitur quod concubina capitur dupliciter, vno modo pro femina qua quis abutitur cum nullo modo sit uxor, & hanc nunquam licuit, nec licet habere: alio modo capitur concubina pro illa femina que est legitima uxor, sed minus principalis, nec idonea ad omnes usus & fines ad quos alia, & hæc concubinas licuit habere in omni illo tempore quo licebat habere plures uxores.

Quæstio. 68.

De bigamia & irregularitate ex ea contracta.

DEINDE considerandum est de bigamia & irregularitate ex ea contracta.

ET circa hoc quaruntur quinque.

PRIMO, utrum illa bigamia que est ex hoc quod aliquis duas uxores successiue habuerit, sit irregularitas annexa?

SECUNDO, utrum irregularitate contrahatur, qui simul vel successiue duas uxores habuit?

TERTIO, utrum irregularitas contrahatur ex hoc quod quis uxorem virginem non accipit?

QUARTO, utrum bigamia per baptismum solvatur?

QUINTO, utrum cum bigamo liceat dispensare?

Articul. primus

Ut rum bigamiæ irregularitas sit annexa?

Tho. 4. dist. 27. q. 3. art. 1. & sequentia.

AD



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod illi bigamia que est ex hoc quod aliquis duas uxores successiue habuit, non sit irregularitas annexa, quia multitudo & unitas consequuntur ens: ergo ens & non ens non faciunt multitudinem aliquam: Sed ille qui habet successiue duas uxores, tunc una est in esse, alia in non esse: ergo ex hoc non efficitur vir non unus uxoris, qui secundum Apostolum ab episcopatu prohibetur.

PRAETEREA, maius signum incontinentiæ apparet in eo qui plures fornicariæ cognoscit, quam qui plures uxores successiue habet: sed ex primo non efficitur aliquis irregularis: ergo nec ex secundo.

PRAETEREA, si bigamia irregularitatem causat, aut hoc estratione sacramenti, aut ratione carnalis copulæ: sed non ratione primi, quia sic si aliquis cum una contraxisset per verba de presenti, & ea mortua ante carnalem copulam subsecutam duceret aliam, efficeretur irregularis, quod est contra Decr. Inno. 3. Nec iterum ratione secundi, quia secundum hoc etiam qui plures fornicariæ concubitu cognosceret irregularis esset, quod falsum est: ergo nullo modo bigamia irregularitatem causat.

RESPONDEO dicendum, quod aliquis per sacramentum ordinis minister sacramentorum constituitur, & ille qui alijs sacramenta ministrare debet, nullum defectum in sacramentis pati debet. Defectus autem in sacramento est quando sacramenti significatio integra non inuenitur: sacramentum autem matrimonij significat coniunctionem Christi ad ecclesiam que est unus ad unam. Et ideo requiritur ad perfectam significationem sacramenti quod vir sit tantum unus vir, & uxor sit tantum unus uxor: & ideo bigamia que hoc tollit irregularitatem inducit. Et sunt quatuor modi bigamiæ. Primus est, cum quis plures habet uxores de iure successiue. Secundus, cum simul habet plures, una de iure alia de facto. Tertius, cum habet plures successiue, unam de iure, alia de facto. Quartus, quando vidua ducit uxorem: & in omnibus his est irregularitas adiuncta. Alia autem causa consequens a signatur, quia

in illis qui accipiunt sacramentum ordinis maxima spiritualitas debet apparere, tunc quia spiritualia ministrant. s. sacramenta, tum quia spiritualia docent, & in spiritualibus occupari debent. Unde cum concupiscentia maxime spiritualitati repugnet, perquam totus homo caro efficitur, non debet aliquod signum concupiscentiæ permanentis in eis apparere, quod quidem apparet in bigamis, qui una uxore contenti esse noluerunt: tamen prima ratio est melior.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod multitudo plurium uxorum simul existentium est multitudo simpliciter, & ideo talis multitudo totaliter significationi sacramenti repugnat, & propter hoc totaliter sacramento. Sed multitudo uxorum successiue est multitudo secundum quid: & ideo non tollit significationem sacramenti totaliter, nec sacramentum euacuat quantum ad sui essentiam, sed quantum ad sui perfectionem que requiritur in illis qui sunt sacramentorum dispensatores.

AD SECUNDVM dicendum, quod quantum sit in fornicarijs maioris concupiscentiæ significatio, non tamen concupiscentiæ ita adherentis, quia per fornicationem unus alteri non in perpetuo obligatur, & iterum non est defectus sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dictum est, bigamia causat irregularitatem, in quantum tollit perfectam significationem sacramenti, que quidem consistit & in coniunctione animorum, que fit per consensum, & in coniunctione corporum: & ideo ratione vtriusque simul oportet esse bigamiam que irregularitatem faciat. Unde per Decr. Inno. 3. obuiatur ei quod Magister in litera dicit. s. quod solus consensus per verba de presenti sufficit ad irregularitatem inducendam.

Artic. secundus

Ut rum irregularitas sit annexa bigamiæ, que contingit ex hoc quod homo habet duas uxores, unam de iure & alteram de facto?

AD



AD SECUNDVM sic proceditur. *V*idetur quod irregularitas non sit annexa bigamia, quae contingit ex hoc quod homo habeat duas uxores, unam de iure, aliam de facto. Quia ubi nullum est sacramentum, non potest esse defectus sacramenti: sed quando aliquis contrahit de facto cum aliqua & non de iure, non est ibi aliquod sacramentum, quia talis coniunctio non significat coniunctionem Christi ad ecclesiam: ergo cum irregularitas non consequatur bigamiam nisi propter defectum sacramenti, videtur quod talem bigamiam irregularitas non consequatur.

PRÆTEREA, aliquis accedens ad illam cum qua contrahit de facto & non de iure, committit fornicationem, si non habeat aliquam uxorem legitimam, vel adulterium si habeat aliam: sed dividere carnem suam per plures, per fornicationem vel adulterium non causat irregularitatem: ergo nec dicitur bigamiae modus.

PRÆTEREA, contingit quod aliquis antequam cognoscat carnaliter illam cum qua de iure contraxit, cum alia contrahit de facto non de iure, & ea carnaliter cognoscit siue prima mortua, siue vivente: talis contrahit cum pluribus vel de iure vel de facto, & tamen non est irregularis, quia carnem suam non divisit in plures: ergo ex praedicto modo bigamia non contrahitur irregularitas.

RESPONDEO dicendum, quod in duobus secundis modis bigamiae contrahitur irregularitas, quia quamvis in altero non sit sacramentum, est tamen quadam sacramenti similitudo. Unde isti duo modi sunt secundarii, & primus est principalis in irregularitate causanda. **AD PRIMUM** ergo dicendum, quod quamvis ibi non sit sacramentum, est tamen ibi aliqua similitudo sacramenti, quae non est in fornicatione vel adulterino concubitu, & ideo non est simile.

ET per hoc patet solutio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod in tali casu non reputatur bigamus, quia primum matrimonium non habuit perfectam significationem suam, tamen si per iudicium ecclesiae compellatur ad primam redire & eam cognoscere

statim efficitur irregularis: quia irregularitas non fit peccatum, sed imperfectio significationis.

Articu. tertius.

Utrum contrahatur irregularitas ex hoc quod aliquis ducit uxorem non virginem?



AD TERTIVM sic proceditur. *V*idetur quod non contrahatur irregularitas ex hoc quod aliquis ducit uxorem non virginem. Quia plus impeditur aliquis defectu proprio quam alieno: sed si ipse contrahens non sit virgo non fit irregularis: ergo multo minus si uxor eius virgo non sit.

PRÆTEREA, potest esse quod aliquis defloravit aliquam, & postea ducat eam in uxorem, talis non videtur esse irregularis, quia non divisit carnem in plures, nec etiam uxor eius: sed tamen ducit corruptam in uxorem: ergo talis modus bigamiae non causat irregularitatem.

PRÆTEREA, nullus potest contrahere irregularitatem nisi voluntarius, sed aliquis quando ducit uxorem non virginem involuntarius, ut quando credit eam virginem esse, & postea inveniit eam corruptam fuisse, cognoscens eam: ergo talis modus non causat irregularitatem.

PRÆTEREA, corruptio sequens matrimonium est inoperabilior quam praecedens: sed si uxor postquam est consumatum matrimonium ab aliquo cognoscatur, non efficitur vir irregularis: aliter puniretur pro peccato uxoris, & potest etiam esse postquam hoc sciat quod reddat ei debitum poenitentiae, antequam de adulterio condicatur accusata: ergo videtur quod ille modus bigamiae non causat irregularitatem.

SED contra est, quod Grego. dicit, *P*raecipimus ne unquam illicitas ordinationes facias, ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus in uxorem, aut ignorantem literas, aut habentem quamlibet partem corporis viciatam, vel poenitentiae, vel curiae, aut cuiuslibet conditionis obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere.

RES-

RESPONDEO dicendum, quod in coniunctione Christi & ecclesiae veritas ex utraque parte inveniatur. Et ideo si uel divisio carnis inveniatur ex parte viri siue ex parte uxoris, est defectus sacramenti: sed tamen diversimode, quia ex parte viri requiritur quod aliam duxerit in uxorem, non quod sit virgo: sed ex parte uxoris requiritur quod etiam sit virgo, cuius ratio à Decretistis assignatur. Quia Episcopus significat ecclesiam militantem cuius curam gerit, in qua sunt multae corruptiones, sed sponsa significat Christum qui virgo fuit: & ideo ex parte sponsae requiritur virginitas, sed non ex parte sponsi ad hoc quod aliquis Episcopus fieri possit. Sed haec ratio est expressè contra apostolum Ephes. 5. *V*iri diligite uxores vestras sicut & CHRISTVS ecclesiam. Ex quo apparet quod uxor significat ecclesiam, & sponsus Christum: & uerum quia vir est caput mulieris, sicut CHRISTVS ecclesiae. Et ideo aliqui dicunt quod per sponsum significatur CHRISTVS, per sponsam ecclesia triumphans in qua non est aliqua macula. CHRISTVS autem habuit primò synagogam quasi concubinam, & sic non tollitur aliquid de perfectione significationis sacramenti si prius habuit sponsum. Sed hoc est valde absurdum, quia sicut est una fides antiquorum & modernorum, ita una ecclesia. Unde illi qui tempore Synagoga Deo serviebant, ad veritatem ecclesiae in qua Deo servimus pertinebant. Et praeterea hoc est expressè contrarium quod habetur Exech. 16. & Osee 2. ubi expressè fit mentio de desponsatione Synagoga, unde non fuit sicut concubina sed sicut uxor. Et praeterea secundum hoc fornicatio esset sacramentum illius coniunctionis, quod est absurdum, & ideo gentilitas priusquam desponsaretur à Christo in fide ecclesiae, corrupta fuit à diabolo per idolatriam. Et ideo aliter dicendum, quod defectus in ipso sacramento causat irregularitatem: corruptio autem extra matrimonium contingens quae praecessit matrimonium, nullum defectum facit in sacramento ex parte illius in quo est corruptio, sed facit defectum ex parte alterius, quia actus contrahentis matrimonium non cadit supra seipsum, sed supra alterum, & ideo

ex termino specificatur, quod est respectu illius etiam quasi materia sacramenti. Unde si mulier esset ordinis susceptiva, sicut efficitur vir irregularis ex hoc quod ducit uxorem corruptam, non autem ex hoc quod corruptus contrahit: ita fieret mulier irregularis si contraheret cum corrupto, non autem si contraheret corrupta, nisi in alio matrimonio prius corrupta fuisset. **ET** per hoc patet solutio ad primum.

AD SECUNDVM dicendum, quod in tali casu sunt diversae opiniones, tamen probabilius est, quod non sit irregularis: quia carnem suam non divisit in plures.

AD TERTIVM dicendum, quod irregularitas non est poena inflicta, sed defectus quidam sacramentorum, et ideo non oportet quod semper sit voluntaria bigamia, ad hoc quod irregularitas causetur, et ideo ille qui uxorem ducit corruptam, quam virginem credit, irregularis est eam cognoscens.

AD QVARTVM dicendum, quod si mulier fornicetur post matrimonium contractum non efficitur ex hoc vir irregularis, nisi post corruptionem adulterij eam iterato cognoscat, quia alias corruptio uxoris nullo modo cadit sub actu matrimoniali viri, sed fieri iam per ius compellatur ei reddere debitum ante condemnationem adulterij irregularis efficitur, quamvis de hoc sint opiniones, sed hoc quod dictum est est probabilius: quia hic non requiritur, quod sit peccatum, sed significatio tantum.

RESPONDEO istos tres art. est dub. principale an irregularitas sit annexa bigamiae. Et Doctores Sancti & omnes communi consensu respondēt affirmatiue, & certum est: quia in iure sic definitur, ut Doctores citat in litera. ¶ Dubium tamen est de nomine quid significet bigamus. Ad quod omnes communiter respondēt, quod bigamus dicitur vir qui bis duxit uxorem: nam gamios graecè latinè interpretatur nuptiae, & dibis, quasi duarum nuptiarum vir.

¶ **SED** dubitabis, an ex bigamia efficiatur irregularis, ad hoc quod promoveatur ad ordines? Ad quod responderetur, quod quaedam bigamia est proprie dicta quae est vera bigamia, de qua loquitur Paul. ad Tit. 1. dicens: Oportet Episcopum sine crimine esse unius uxoris virum &c. Unde cum quis bis ducit uxorem vere est bigamus. Altera vero est bigamia inter-

YY pra.

prælativa, ut si quis contraxit cum vidua: nã una ratio qua quis repellitur ab ordinibus est propter significationem, quia CHRISTVS vnã tantum sponsam habuit, nempe ecclesiam: ideo si quis contrahit cum vidua, nõ bene significat illud matrimonium coniunctionem Christi & ecclesie: & etiam quia ecclesia tantum habuit Christum sponsum. Si igitur quis duxerit viduam, est quodã modo imperfectus, eo quod ducit vnã quẽ iam habuit alterum sponsum, cum ecclesia nunquam haberit nisi vnũ, & credo quod de hac bigamia nõ loquutus fuit Apostolus. Alia est bigamia similitudinaria, nempe quando quis habet vnã vxorem contrahit de facto cum alia, & non solum si contraxit cum vnã de facto & cum alia de iure, sed etiam si vtręq; nuptiæ sint de facto: & idem est si quis post votum solenne castitatis duxerit vxorem, est namq; tunc bigamia similitudinaria, quia isti huiusmodi assimilatur alio qui ducit plures vxores: cũ non perũst in priori obligatione. Vnde secundum ius positium omnes hi repelluntur ab ordinibus sacris: secundum vero Pauli mentẽ, credo quod tantum primus ille, nẽpe qui duxit duas vxores repellitur ab ordinibus sacris.

¶ SED est dub. grauius, an bigami sint irregulares de iure diuino, vel solũ de iure positio humano. Ad quod licet multi multis modis respondeat, Ego tamen illis opinionibus tanquam non necessarijs omisis, dico, quod bigami sunt irregulares tantum de iure humano: & si aliquando reperiatur apud aliquem Doctorem graue quod hoc est de iure diuino, intelligendum est lato vocabulo, prout sic denominantur omnia contenta in sacra scriptura, non tamen est hoc proprie ius diuinum sed solum illud quod conditũ est immediatẽ ab ipso Deo, vel ab Apostolis immediatẽ motis a Deo, nempe vt ipsi Apostoli ex parte Dei hoc scriberent: & nõ est proprie ius diuinũ illud quod ipsi Apostoli via sua humana quatenus erant pontifices & gubernatores ecclesie tradebant vel scribebant. Vnde sic proprie capiendũ ius diuinum, nulla irregularitas est proprie de iure diuino. ¶ Sed contrã dices, quia habetur in scriptura sacra quod bigamus est irregularis, ergo prædicta irregularitas est de iure diuino. Ad hoc concessio antecedente nego consequentiam, quia est tantum præceptũ Apostoli vt pontifex erat, non vt a Deo motus ad scribendum scripturam sacram. Vnde illa irregularitas nõ impedit ordines sacros de iure diuino, sed humano: & ideo in illa summus pontifex potest dispensare.

Articul. quartus

Vtrũ bigamia soluat p baptismũ?

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod bigamia per baptismum soluitur. Dicit enim Hiero. in epist. ad Titum: quod si quis ante baptismum plures vxores habuit, vel vnã ante & aliam post, non est bigamus: ergo bigamia per baptismum soluitur. PRAETEREA, qui facit quod maius est facit quod minus est: sed baptismus tollit omne peccatũ quod est grauius quã irregularitas: ergo tollit bigamiæ irregularitatem. PRAETEREA, baptismus tollit omnem peccatam ex actu prouenientem: sed irregularitas est huiusmodi: ergo & cetera. PRAETEREA, bigamus est irregularis in quantum deficit a representatione Christi, sed per baptismum plene Christo conformamur: ergo soluitur irregularitas.

PRAETEREA, sacramenta n. le. sunt magis efficacia quã sacramenta ve. le. sed sacramenta vet. le. soluebant irregularitates, vt in 1. lib. dictum est a Magistro: ergo & baptismus qui est efficacissimum sacramentum in no. le. soluit irregularitatem ex bigamia contractã. SED contrã est, quod Aug. dicit: acutiũs intelligunt qui nec eum qui catholicum aut paganum habuit alteram ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur non de peccato. PRAETEREA, sicut idem dicit, facina si catechumena vel pagana uiciata est, nõ potest inter Dei Virgines vel post baptismum velari: ergo eadem ratione nec bigamus ante baptismũ ordinari.

RESPONDEO dicendũ, quod baptismus soluit culpas, & non soluit coniugias, vnde cũ ex ipso coniugio sequatur irregularitas per baptismum tolli non potest, vt Aug. dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in casu isto non tenetur Hiero. opinio, nisi forte velimus eum exponere, quod loquitur quãtum ad superioris dispensationem.

AD SECVNDVM dicendum, quod nõ oportet quod illud quod facit maius facit minus, nisi sit ad illud ordinatum: & hoc deficit in proposito, quia baptismus ad irregularitatem tollendam non ordinatur.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc intelligendum

gendum est de peccatis que consequuntur ex actuali peccato quasi influcta, non infligenda: non enim aliquis per baptismum virginitatem recuperat, nec similiter carnis indiuisionem. AD QVARTVM dicendum, quod baptismus conformatur Christo quantum ad virtutem mentis, sed non quantum ad statum carnis qui consideratur in virginitate, vel indiuisione carnis.

AD QVINTVM dicendum, quod ille irregularitates ex leuibus causis non perpetuis erant contracte: & ideo etiam per illa sacramenta auferri poterant, & iterũ erant ad hoc ordinata: non autem baptismus ad hoc ordinatur.

EST igitur peculiare dubium hoc quod mouetur in hoc quarto articulo, an baptismus tollat irregularitatem bigamiæ ante ipsum baptismum contractam, nẽpe si paganus bis duxit vxorem, & cum sit cũ secunda cõuertitur ad fidem & baptizatur, an per illum baptismũ tollatur illa irregularitas. ita quod mortua vxore possit ille sine alia dispensatione ad ordines sacros promoueri: & a parte affirmatiua arguitur, irregularitas homicidij tollitur per baptismum: ergo etiã tollitur irregularitas bigamiæ: antecedens est enim in iure: cõsecutio tenet cum sit eadem ratio. Hoc tamen non obstat ad dubium respondet diuus Hiero. super epistolam ad Titum: & citatur etiam in epistola ad Oceanum, quod per baptismũ tollitur irregularitas bigamiæ: & probat, quia per baptismum fit noua creatura, & baptizatus est regeneratus. ergo sicut alia omnia crimina tolluntur per baptismũ & alie irregularitates, tollitur illa irregularitas bigamiæ. Aug. autem habet oppositam sententiam super prædictam epistolam ad Titum, & refertur a Gratiano d. 26. cap. acutiũs: & probat, quia baptismus tollit crimina, & nõ tollit matrimonium: vnde nec tollit illam imperfectionem ad sacramentum ordinis. Diuus autẽ Thomas super epistolam ad Titum, citat beatum Ambro. pro hac sententia Augustini: vnde hæc sententia diui August. est hodie communiter recepta & a Theologis, & a Iurecõsultis, & est opinio Gratiani in loco citato: consentit glosa super cap. vnus d. 26. verum est quod iura nõ definiunt hoc distinte. Et licet sit sententia Gratiani, non est sententia iuris, cum dicta Gratiani solum habeant fidem & auctoritatem Doctoribus: ideo Ioannes Maior in 4. d. 27. dicit sententiam Hieronymi esse veram, licet opinio August. inquit sit probabilis, & arguit Maior hoc modo: pœnẽ ecclesie non trã-

seunt ad illos qui sunt extra ecclesiam, nam de his qui foris sunt nihil ad nos, ait Apostolus prioris ad Cor. 5. vnde colligitur quod cum bigamiæ irregularitas sit pœna ecclesiastica nõ transit ad infidelem. Ad hoc argumetam ego dico prius quod irregularitas quæ contrahitur sine culpa non est proprie pœna, cum pœna proprie dicta non sit nisi pro culpa imposita, sed hæc irregularitas bigamiæ est solum propter hoc, quia non debet bigamus accedere ad ordinem sacrum, & quia est in signum continentie quam seruare debet ille qui debet accedere ad ordines sacros. Et tertio quia est imperfectio in significatione huius sacramenti matrimonij, cum non conuenienter significet coniunctionem Christi & ecclesie, sicut etiam cæcus ante baptismum esto baptizetur non promouebitur ad ordines sacros propter illam indecentiam, & nõ in pœnam, & illa indecentia non tollitur per baptismum: vnde cum August. potius quã cum Hierony. in hoc tenendum est: an autem ecclesia possit dispensare cum bigamo, vt ordinibus sacris initietur, potest quidem: cum illa prohibitio quæ est in scriptura est præceptum Pauli, vt diximus quia potifex erat solum, & tantam iurisdictionem habet hodie summus pontifex in ecclesia quantam habuit Paulus sua ætate: ergo poterit dispensare in bigamia prædicta, non tamen deberet dispensare cum bigamo sine magna causa.

Articul. quintus

Vtrum cum bigamo liceat dispensare?



AD QVINTVM sic proceditur: videtur quod cum bigamo non liceat dispensare. Quia extra de bigamis dicitur: Cũ clericis qui in quantum in ipsis fuit secundas sibi mulieres coniunxerunt matrimonialiter, tanquam cum bigamis non licet dispensare.

PRAETEREA, contra ius diuinum non licet dispensare, sed omnia que in canone dicuntur ad ius diuinum pertinent: cum ergo Apostolus in scriptura canonica dicat, oportet Episcopũ vnũ vxoris virum esse, videtur quod in hoc non possit dispensari.

¶ PRAE.

PRAETEREA, nullus potest dispensare in his que sunt de necessitate sacramenti: sed non esse irregularem est de necessitate sacramenti ordinis cum si significatio que est sacramento essentialis desit: ergo non potest in hoc dispensari.

PRAETEREA, hoc quod rationabiliter factum est, non potest irrationabiliter mutari: si ergo potest rationabiliter dispensari cum bigamo, irrationabiliter est ei adiuncta irregularitas: quod est inconueniens.

SED contra est, quod Luthus Papa dispensauit cum episcopo Fanormitano qui erat bigamus.

PRAETEREA, Martinus Papa dicit: Lector si viduam uxorem accipiat, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit subdiaconus fiat, nihil autem supra: similiter si bigamus fuerit: ergo ad minus usque ad subdiaconatum cum eo dispensari potest.

RESPONDEO dicendum, quod bigamie non est adiuncta irregularitas de iure naturali, sed de iure positivo: nec iterum est de essentialibus ordinis quod non sit bigamus, quod patet ex hoc quod si aliquis bigamus ad ordines accedit characterem accipit: Et ideo Papa potest dispensare in tali irregularitate totaliter, sed episcopus quantum ad minores ordines. Et quidam dicunt quod etiam quantum ad maiores, in illis qui volunt Deo in religione inservire, propter vitandum religiosorum discursum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per illam Decree ostenditur eadem esse difficultas dispensandi in illis qui de facto cum pluribus contraxerunt, ac si de iure contraxissent, non quod subtrahatur simpliciter potestas Papae dispensandi in talibus.

AD SECVNDVM dicendum, quod hoc est verum quantum ad ea que sunt de iure naturali, & quantum ad ea que sunt de necessitate sacramentorum & fidei: sed in alijs que sunt de institutione Apostolorum, cum ecclesia habeat nunc eandem potestatem statuendi & destituendi quam tunc habuerit, potest per eum qui primatum tenet in ecclesia dispensari.

AD TERTIVM dicendum, quod non quilibet significatio est de essentia sacramenti,

sed tantum illa que pertinet ad officium sacramenti, & talis non tollitur per irregularitatem.

AD QVARTVM dicendum, quod in particularibus non potest inueniri ratio que omnibus competat equaliter propter eorum diuersitatem: & ideo quod vniuersaliter statutum est, rationabiliter consideratis his que in pluribus accidunt, potest etiam per dispensationem rationabiliter remoueri in aliquo casu determinato.

Questio.69.

De libello repudij.

DEINDE considerandum est de libello repudij.

CIRCA quod queruntur septem.

PRIMO, utrum inseparabilitas matrimonij sit de lege natura?

SECVNDO, utrum repudiare uxorem possit esse licitum per dispensationem?

TERTIO, utrum sub lege Moysi fuerit licitum?

QVARTO, utrum liceat uxorio repudiatum alium virum accipere.

QVINTO, utrum liceat viro repudiatam a se iterum ducere?

SEXTO, utrum causa repudij fuerit odium uxoris?

SEPTIMO, utrum causa repudij deberent in libello scribi?

Articul. primus

Utum inseparabilitas vxoris sit de lege natura?

Tho. 4. dist. 33. q. 2. art. 1. & sequen.



AD PRIMVM sic proceditur: videtur quod inseparabilitas vxoris non sit de lege natura. Lex enim natura communis est apud omnes: sed nulla lege preter legem Christi fuit prohibitum uxorem dimittere: ergo inseparabilitas vxoris non est de lege natura.

PRAE-

PRAETEREA, sacramenta non sunt de lege natura: sed inseparabilitas matrimonij ad sacramenti bonum pertinet: ergo non est de lege natura.

PRAETEREA, coniunctio viri & femina in matrimonio ordinatur principaliter ad proles generationem & educationem, & instructionem, sed haec omnia aliquo certo tempore consumuntur: ergo post illud tempus licet uxorem dimittere sine aliquo prauidicio legis natura.

PRAETEREA, ex matrimonio principaliter queritur bonum proles: sed inseparabilitas est contra bonum proles, quia ut dicunt Philosophi, aliquis vir non potest ex aliqua femina prole accipere, qui tamen ex alia accipere possit, & que etiam ab alio viro impregnaretur: ergo inseparabilitas matrimonij magis est contra legem natura, quam de lege natura.

SED contra, illud praecipue est de lege natura quod natura bene instituta accepit in sui principio: sed inseparabilitas matrimonij est huiusmodi, ut patet Matth. 19. ergo est de lege natura:

PRAETEREA, de lege natura est quod homo Deo non contrarietur: sed homo quodam modo contrarius est Deo, si separaret quos Deus coniunxit, cum ergo ex hoc instituta sit inseparabilitas matrimonij Matth. 19. videtur quod sit de lege natura.

RESPONDEO dicendum, quod matrimonium ex intentione natura ordinatur ad educationem proles, non solum ad aliquod tempus: sed per totam vitam proles. Vnde de lege natura est quod parentes filijs thesaurizent, & filij parentum heredes sint. Et ideo cum proles si commune bonum viri & vxoris, oportet eorum societatem perpetuo permanere indiuisam secundum legis natura dictamen, & sic inseparabilitas matrimonij est de lege natura.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sola lex Christi ad perfectum humanum genus adduxit, reducens in statutum nouitatis natura. Vnde & in lege Moysi, & in legibus humanis non potuit totum auferri quod contra legem natura erat: hoc enim soli legi spiritus & vi re seruatum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod inseparabilitas competit matrimonio secundum quod est signum perpetuae coniunctionis Christi & ecclesiae, & secundum quod est in officium natura ad bonum proles ordinatum, ut dictum est. Sed quia separatio matrimonij magis directe repugnat significationi quam proles bono, cui consequenter repugnat, ut dictum est, inseparabilitas matrimonij magis in bono sacramento intelligitur quam in bono proles, quamuis in vtroque intelligi possit & secundum quod pertinet ad bonum proles esset de lege natura: non autem secundum quod pertinet ad bonum sacramenti.

AD TERTIVM patet solutio ex dictis.

AD QVARTVM dicendum, quod matrimonium principaliter ordinatur ad bonum commune, ratione principalis finis qui est bonum proles: quamuis etiam ratione finis secundarij ordinetur ad bonum matrimonium contrahentis, prout per se est in remedium concupiscentiae. Et ideo in legibus matrimonij magis attenditur quod omnibus expediat quam quod vni competere possit: quamuis ergo matrimonij inseparabilitas impediatur bonum in aliquo humine, tamen non est conueniens, ad bonum proles simpliciter, & propter hoc ratio non sequitur.

Artic. secundus

Utum potuerit esse licitum per dispensationem uxorem dimittere?



AD SECVNDVM sic proceditur: videtur quod uxorem dimittere per dispensationem esse licitum non potuerit. Illud enim quod est in matrimonio contra bonum proles est contra praecipua legis natura que indissolubilia sunt: sed dimissio vxoris est huiusmodi, ut ex dictis patet: ergo & cetera.

PRAETEREA, concubina differt ab uxore praecipue in hoc quod non est inseparabiliter iuncta: sed habere concubinas fuit indispensabile:

¶ ij ergo

ergo & dimittere uxorem.
PRÆTEREA, homines ita sunt modo receptibiles dispensationis, sicut fuerunt olim: sed modo non potest dispensari cum aliquo de uxorem dimittat: ergo nec olim.
SED contra, Agar cognita est ab Abraham uxorio affectu, ut dictum est, sed ipse eam præcepto diuino eiecit & non peccauit: ergo potuit per dispensationem fieri licitum quod homo uxorem dimitteret.
RESPONDEO dicendum, quod dispensatio in præceptis præcipue quæ sunt aliquo modo legis naturæ, est sicut mutatio cursus naturalis rei, qui quidem mutari dupliciter potest: Vno modo ex aliqua causa naturali per quam alia causa naturalis impeditur à cursu suo, sicut est in omnibus quæ in minori parte casualiter accidunt in natura: sed per hunc motum non variatur cursus rerum naturalium quæ sunt semper, sed quæ sunt frequenter. Alio modo per causam penitus naturalem, sicut in miraculis accidit: Sed hoc modo potest mutari cursus naturalis non solum qui est ordinatus ut sit frequenter, sed qui est ordinatus ut sit semper, ut patet in stativæ solis tempore Iosue, et reditu eius tempore Ezechie, & de eclipsis miraculosa tempore passionis Christi. Hæc etiam est ratio dispensationis in præceptis legis naturæ quando est in causis inferioribus, & sic dispensatio cadere potest supra secunda præcepta legis naturæ: non autem supra prima, quia illa sunt quasi semper existentia, ut dictum est de pluralitate uxorum & huiusmodi. Aliquando autem est tantum in causis superioribus: & tunc potest dispensatio esse diuinitus, etiam contra prima præcepta legis naturæ, ratione alicuius mysterii diuini significandi vel ostendendi: sicut patet de dispensato præcepto Abraham facta de occisione filii innocenti. Tales autem dispensationes non fiunt communiter ad omnes, sed ad alias singulares personas, sicut etiam in miraculis accidit. Si ergo inseparabilitas matrimonii inter prima præcepta legis naturæ continetur solum hoc secundo modo, sub dispensatione cadere potuit. Si autem sit inter secunda præcepta legis naturæ, etiam primo modo cadere potuit sub dispensatione. Videtur autem

magis inter secunda præcepta legis naturæ contineri. Inseparabilitas enim matrimonii non ordinatur ad proles bonum quod est principalis matrimonii finis, nisi quantum ad hoc quod per parentes filiis provideri debet in totam vitam per debitam preparationem eorum quæ sunt necessaria in vita, huiusmodi autem preparatio non est de prima intentione naturæ secundum quam omnia sunt communia. Et ideo non videtur esse contra primam intentionem naturæ dimissio uxoris, & per consequens nec contra prima præcepta, sed contra secunda legis naturæ: unde etiam primo modo sub dispensatione videtur posse cadere.
AD PRIMVM ergo dicendum, quod in bono proles, secundum quod est de prima intentione naturæ, intelligitur procreatio & nutritio, quousque proles ad perfectam ætatem perducat, sed quod ei provideatur in posterum per hereditatis & aliorum bonorum dimissionem, videtur pertinere ad secundum legis naturæ præceptum.
AD SECVNDVM dicendum, quod habere concubinam est contra bonum proles, quantum ad id quod natura in eo in prima intentione intendit. scilicet educationem & instructionem quæ requirit diuturnam commansionem parentum, quod non est in concubina quæ ad tempus assumitur, & ideo non est simile, tamen quantum ad secundam intentionem etiam habere concubinam sub dispensatione cadere potest, ut patet Osee. 1.
AD TERTIVM dicendum, quod inseparabilitas quamvis sit de secunda intentione matrimonii prout est in officium naturæ, est tamen de prima intentione ipsius prout est sacramentum ecclesiæ: & ideo ex quo institutum est ut sit ecclesiæ sacramentum, manente tali institutione non potest sub tali dispensatione cadere, nisi forte secundo modo dispensationis.

Articul. tertius.

Utrum sub lege Moyse licitum fuerit uxorem dimittere?

AD



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sub lege Moyse fuerit licitum uxorem dimittere. Unus enim modus consentiendi est non prohibere cum possit: consentire autem illicitum est: cum ergo Moyses non prohibuerit uxoris repudium nec peccauerit, quia lex sancta est, ut dicitur Rom. 7. videtur quod repudium fuerit aliquando illicitum.
PRÆTEREA, Prophetæ loquuti sunt Spiritu sancto inspirante, ut patet 2. Petri. 1. Sed Mala. 2. dicitur. Si odio habueris eam, dimitte eam: ergo cum illud quod Spiritus sanctus inspirat non sit illicitum, videtur quod repudium uxoris non semper fuerit illicitum.
PRÆTEREA, Chryso. dicit, quod sicut Apostoli permisit secundas nuptias, ita Moyses permisit libellum repudii: sed secunda nuptia non sunt peccatum: ergo nec repudium uxoris sub lege Moyse.
SED contra, quod Dominus dicit, quod libellus repudii datus est iudeis propter duritiam cordis eorum, sed duritia cordis eorum non excusabat eos à peccato: ergo nec lex de libello repudii.
PRÆTEREA, Chry. dicit super Matth. 2. quod Moyses dando libellum repudii non iustitiam Dei monstravit, ut quasi per legem agentibus peccatum non videatur esse peccatum.
RESPONDEO dicendum, quod circa hæc est duplex opinio. Quidam dicunt quod illi qui sub lege uxorem dato libello repudii dimittebant, non excusabantur à peccato, quamvis excusarentur à pœna secundum legem infligendam, & per hoc dicitur Moyses libellum repudii permisit, et sic ponunt quatuor modos permissionis. Unus per priuationem præceptionis, ut quando maius bonum non præcipitur, minus bonum permitti dicitur: sicut Apostolus non præcipiendo virginitatem, matrimonium permisit. 1. Cor. 7. secundus per priuationem prohibitionis, sicut venialia dicuntur permittenda, quia non sunt prohibita. Tertius per priuationem cohibitionis, & sic peccata omnia dicuntur permitti à Deo in quantum non impedit, cum impedire possit. Quartus per priuationem punitionis, & sic li-

bellus repudii in lege permissus fuit, non quid est propter aliquod maius bonum consequendum, sicut fuit dispensatio de pluribus uxoris habendis, sed propter malum cohibendum scilicet uxoricidium, ad quod iudei proni erant propter corruptionem irascibilis: sicut permissum est eis extraneis fornicari propter corruptionem aliquam in concupiscibili, ne scilicet fratribus fornicarentur, & sic propter corruptionem suspicionis in rationali fuit permissum sacrificium Zelotypiæ, ne sola suspitio apud eos iudicium corrumperet. Sed quia lex vetus quamuis gratiam non conferret, tamen ad hoc data erat, ut peccatum ostenderet, ut communiter sancti dicunt: ideo alijs videtur quod si repudiando uxorem peccassent, hoc saltem eis per legem ac Prophetas indicari debuisset. 1. Saia 58. Annuncia populo meo scelera eorum. Alias videretur nimis esse neglecti, si ea quæ necessaria sunt ad salutem quæ non cognoscant, nunquam eis nuntiata fuissent, quod non potest dici, cum iustitia legis tempore suo obseruata vitam mereretur eternam. Et propter hoc dicunt quod quamvis repudiare uxorem per se sit malum, tamen ex permissione diuina licitum fiebat, & hoc confirmat auctoritate Chryso. qui dicit, quod à peccato abstulit culpam Legislator, quando permisit repudium: Et quamvis hoc probabiliter dicatur, tamen primò communis sustinetur, ideo ad utraq; rationes respondendum est.
AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliquis qui potest prohibere non peccat, si à prohibitionem absteineat non sperans correctionem, sed maius malum, æstimans ex tali prohibitionem occasionem sumere, & sic accidit Moyse: unde diuina auctoritate fructus, libellum repudii non prohibuit.
AD SECVNDVM dicendum, quod Prophetæ Spiritu sancto inspirati non dicebant dimittebam esse uxorem quasi Spiritus sancti præceptum sit, sed quasi permissam sine aliqua peiora fierent.
AD TERTIVM dicendum, quod illa permissionis similitudo non est intelligenda quantum ad omnia, sed solum quantum ad causam eandem: quia utraq; permissio ad vitandam turpitudinem facta est.

YY iij AD

AD QVARTVM dicendum, quod quavis duritia cordis non excusaret a peccato, tamen permissio ex duritia facta excusat. Quaedam enim prohibentur sanis quae non prohibentur infirmis corporaliter, nec tamen infirmi peccant permissione sibi facta utentes.

AD QVINTVM dicendum, quod aliquod bonum potest intermitteri dupliciter. Vno modo propter aliud maius bonum consequendum, & tunc intermissio illius boni ex ordine ad maius bonum accipit honestatem: sicut intermittebatur singularitas uxoris honestae a Jacob propter bonum prolis. Alio modo bonum aliquod intermittitur ad vitandum maius malum, & tunc si autoritate eius qui dispensare potest hoc fiat, reatum talis boni intermissionis non habet, sed honestatem aliam non acquirit, & sic indivisibilitas matrimonij in lege Moysi intermittebatur propter maius malum vitandum scilicet uxoricidium. Et ideo Chryso. dicit, quod a peccato abstulit culpam: quamvis enim inordinatio maneret in repudio ex quo peccatum dicitur, tamen reatum poenae non habebat, neque temporalis, neque perpetuae, in quantum divina dispensatione fiebat, & sic erat ab eo culpa ablata: & ideo etiam ipse ibidem dicitur, quod permissum est repudium non malum quidem tamen licitum, quod quidem illi qui sunt de prima opinione referunt ad hoc tantum quod non habebat reatum temporalis poenae.

Articu. quartus

Vtrum liceat uxori repudiatæ alium virum habere?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod liceret uxori repudiatæ alium virum habere. Quia in repudio magis erat iniquitas viri repudiatæ quam uxoris repudiatæ, sed vir poterat sine peccato aliam ducere uxorem: ergo uxor sine peccato alium virum ducere poterat.

PRAETEREA, Aug. dicit, quod de duabus uxoribus quando mos erat peccatum non erat:

sed tempore legis veteris erat talis consuetudo, quod repudiata alium virum ducere: ut patet Leuit. 24. Cum egressa virum alterum, &c. ergo non peccabat alteri viro se iungendo.

PRAETEREA, Matth. 5. Dominus iustitiam novi Testamenti ostendit superabundantem esse respectu iustitiae veteris Testamenti. Hoc autem dicit ad iustitiam veteris Testamenti superabundantiam pertinere, quod uxor repudiata non ducit alterum virum: ergo in veteri lege licebat.

SED contra est, quod dicitur Matth. 5. Qui dimissam duxerit moechatur, sed moecha non quam fuit in veteri lege licita: ergo uxori repudiatæ non licuit alium virum habere.

PRAETEREA, Deut. 24. dicitur quod mulier repudiata quae alium virum duceret pollutata erat & abominabilis facta coram domino: ergo peccabat alium virum ducendo.

RESPONDEO dicendum, quod secundum primam opinionem post repudium uxor peccat alteri viro coniuncta, quia adhuc primum matrimonium non erat solutum. Mulier enim quando tempore viuit alligata est legi viri: ut patet Rom. 7. Non autem poterat simul plures viros habere: sed secundum aliam opinionem, sicut licebat ex dispensatione divina viro uxorem repudiare, ita uxori alium virum ducere: quia inseparabilitas matrimonij ex causa divina dispensationis tollebat, quia inseparabilitate manente intelligitur verbum Apostoli. Ut ergo ad utrasque rationes respondeamus.

AD PRIMVM dicendum, quod viro licebat plures uxores habere simul secundum dispensationem divinam: & ideo una dimissa in matrimonio non soluto poterat aliam ducere, sed nunquam uxori licuit habere plures viros: & ideo non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod in illo verbo Aug. mos non ponitur pro consuetudine: sed pro actu honesto, secundum quod a amore dicitur aliquis morigeratus, quia est bonorum morum: & sic a more Philosophia moralis nominatur.

AD TERTIVM dicendum, quod Dominus Matth. 5. ostendit novam legem abundare per consilia ad veterem, non solum ad ea quae lex veteris licita faciebat, sed etiam quantum ad ea quae in veteri Leg. illicita erant, sed a multis licita

licita putabantur per non rectam praceptorum expositionem, sicut patet de odio inimici, & ita est etiam de repudio.

AD QVARTVM dicendum, quod verbum domini intelligitur quantum ad tempus novae legis in quo recta permissio est sublata, & sic etiam intelligitur quoddam verbum Chryso. quod dicit quod qui secundum legem dimittit uxorem, quatuor facit iniquitates: quia quo ad Deum existit homicida, in quantum habet propositum occidendi uxorem nisi eam dimitteret, & quia dimittit non fornicantem in quo casu lex euangelij uxorem dimittere permittit, & similiter quia facit eam adulteram, & illum cui copulatur.

AD QVINTVM dicendum, quod quaedam glo. interlinearis dicit, pollutata est & abominabilis: sed illius iudicio qui quasi pollutam eam prius dimisit, & sic non oportet quod sit pollutata simpliciter. Vbi dicitur pollutata, eo modo quo immundus dicebatur qui mortuum tangebatur vel leprosum, non immunditia culpae, sed cuiusdam irregularitatis legalis: unde & sacerdoti non licebat viduam aut repudiatam ducere in uxorem.

Articu. quintus

Vtrum liceat viro repudiatam a se accipere?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod liceat viro repudiatam a se accipere. Licet enim corrigere quod malefactum est, sed malefactum erat quod vir uxorem repudiabat: ergo licebat hoc corrigere reducendo uxorem ad se.

PRAETEREA, semper licuit peccanti indulgere cum sit morale praceptum, quod in omni lege manet: sed vir accipiendo repudiatam ei peccanti indulgebat: ergo & hoc licitum erat.

PRAETEREA, Deut. 24. ponitur pro causa quare non possit accipi iterum, quia pollutata est: sed repudiata non pollutatur nisi alterum virum ducendo: ergo saltem antequam alium

virum duceret licebat eam accipere.

SED contra est, quod dicitur Deutero. 24. quod non poterat prior maritus accipere eam &c.

RESPONDEO dicendum, quod in lege de libello repudij, duo erant permittenda, scilicet dimittere uxorem, & uxorem dimissam alteri viro iungi: et duo pracepta, scilicet scriptura libelli repudij, & quod iterum maritus repudiens eam accipere non possit, quod quidem secundum eos qui primam opinionem tenent factum fuit in poenam mulieris quae alteri nupsit, & in hoc peccato pullata est. Sed secundum alios ut vir non de facili uxorem repudiaret, quam postea nullo modo recuperare posset.

AD PRIMVM Merito dicendum, quod ad illius mali impedimentum quod committebat aliquis repudiando uxorem, ordinabatur quod vir uxorem repudiatam assumere iterum non posset, ut patet ex dictis: & ideo diuinitus ordinatum fuit.

AD SECVNDVM dicendum, quod semper licuit indulgere peccanti, quantum ad reatum cordis, sed non quantum ad poenam diuinitus taxatam.

AD TERTIVM dicendum, quod in hoc duplex est opinio. Quidam enim dicunt, repudiatam viro reconciliari, nisi in matrimonio alteri viro esset iuncta. Tunc enim propter adulterium cui se mulier voluntarie subdit, in poenam datur ei quod ad priorem virum non rediret: sed quia lex universaliter prohibet: & ideo dicit alij quod etiam antequam alteri nubere non poterat reuocari, ex quo repudiata erat, quia pollutio non intelligitur quantum ad culpam secundum quod dictum est.

Articul. sextus.

Vtrum causa repudij sit odium uxoris?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod causa repudij sit odium uxoris, secundum hoc quod dicitur Mala. 3. Si odio habueris

habueris eam dimitte illam.

PRÆTEREA, Deutero. 24. dicitur: Cum non inuenerit gratiam in oculis eius propter aliquam fœditatem & cetera. ergo idem quod prius.

SED contra, sterilitas & fornicatio magis contrariantur matrimonio quam odium: ergo illa potius debuerunt esse causa repudij quam odium.

PRÆTEREA, odium potest causari ex virtute eius qui odio habetur: si ergo odium est sufficiens causa, tunc mulier posset repudiari propter virtutem eius. quod est absurdum.

PRÆTEREA, Deuter. 21. dicitur. Si dimiserit vir uxorem suam, & postea odio habuerit, & obiecerit ei stuprum ante cœnugium, si in probatione defecerit, verberabitur, & centum siclis argenti condemnabitur, & non poterit eam dimittere omnitemporē vitæ suæ: ergo odium non est sufficiens causa repudij.

RESPONDEO dicendum, quod causa permissionis repudiandi uxorem, fuit ratio uxoricidij, ut sancti communiter dicunt. Proxima autem causa homicidij est odium: & ideo proxima causa repudij est odium: sed odium ex alia causa causatur, sicut & amor: & ideo oportet etiam aliquas causas repudij ponere remotas quæ erant causa odij. Dicit autem August. in glo. Deute. 24. Multæ erant in lege cause dimittendi uxorem, solum CHRISTVS fornicationem excipit, ceteras molestias iubet pro fide & castitate coniugij sustinere. Hæ autem cause intelliguntur fœditates in corpore, puta infirmitas vel aliqua notabilis macula, vel in anima sicut fornicatio, vel huiusmodi, quod in moribus inhonestatem facit. Sed quædam hæc causas magis coarctant satis probabiliter dicentes quod non licebat repudiare nisi propter aliquam causam post matrimonium superuenientem, nec propter quamlibet talem, sed propter illas solum quæ possunt bonum prolis impedire, vel in corpore ut sterilitas, aut lepra, aut aliquid huiusmodi: vel in anima, ut si esset malorum morum, quos filij ex conversatione ad ipsum imitarentur. Sed quædam glo. super illud Deute. 22. Cum non inuenerit gratiam & cetera. videtur

magis arctare, scilicet ad peccatum, cum dicit ibi per fœditatem peccatum intelligitur, sed peccatum glo. nominat non solum in moribus animæ, sed etiam in natura corporis.

SIC ergo prima duo concedimus.

AD TERTIVM dicendum, quod sterilitas & alia huiusmodi sunt causa odij, & sic sunt causa remota.

AD QVARTVM dicendum, quod propter virtutem non est aliquis edibilis per se loquendo, quia bonitas est causa amoris: & ideo ratio non tenet.

AD QVINTVM dicendum, quod datur in pœnam viri quod non posset in perpetuum repudiare uxorem in casu illo, sicut etiam in alio casu quando puellam deflorauit.

Artic. septimus.

Vtrum causæ repudij debebāt in libello scribi?

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod causæ repudij debebant in libello scribi. Quia per libellum repudij scriptum a pœna legis absoluebatur, sed hoc omnino videtur iniustum, nisi causis sufficientibus repudij assignatis: ergo oportebat illas scribere in libello.

PRÆTEREA, ad nihil aliud illa scriptura valere videbatur, nisi ut causæ repudij ostenderentur: ergo si non scribebantur, frustra libellus ille tradebatur sibi.

PRÆTEREA, hoc Magister dicit in littera. **SED** contra, quia causæ repudij aut erant sufficientes aut non: si sufficientes præcludebantur mulieri via ad secundas nuptias, quæ ei secundum legem concedebantur. Si insufficientes, ostendebatur iniustum repudium, & sic repudium fieri non poterat: ergo nullo modo causæ repudij ibi in speciali inscribebantur.

RESPONDEO dicendum, quod causæ repudij ibi in speciali non scribebantur in libello, sed in generali, ut ostendebatur iniustum repudium: sed secundum Iosephum, ut mulier habens libellum

bellum conscriptum de repudio alteri nubere possit, aliis enim ei traditus nõ fuisset. Vnde secundum eum erat scriptura talis: Promitto tibi quod nunquam tecum conueniam: sed secundum Augu. ideo libellus scribebatur, ut mora interueniente & consilio scribarum dissuadete, vir a proposito repudiandi desisteret. **ET** propter hoc patet solutio ad obiecta.

BENE omnes art. huius quest. 69. est specialis difficultas, an sit licitum & aliquando fuerit licitum diuortium, & libellus repudij. Quam quest. petierunt pharisei à Christo redemptore Matth. 19. quæ quest. est utilis ad intelligendum illum locum euangelij & veterem legem in aliquibus locis. Et prius à parte affirmatiua arguitur in hunc modum. Libellus repudij erat cautus expressè in lege, ut Deutero. 24. & ira fiebat, quod qui habebat uxorem suam exosam dabat ei libellum repudij: ergo libellus repudij erat licitus. **IN** oppositum tamen est, quia illud erat contra ius naturale: ergo non est verosimile quod Dominus id probauerit aut permisit, ita quod licitè fieret in vet. leg. quia illud quod est simpliciter & propriè contra ius naturale, nec Deus posset probare: sicut non potest probare mendacium, quia est contra ius naturale. Ideo hæc occasio petit S. Tho. in primo art. an perpetuitas matrimonij sit de iure naturali, & diuortium sit contra ius naturale? Ad quod respondet S. Tho. quod perpetuitas & inseparabilitas matrimonij est de iure naturali, & probatur, quia matrimonium de iure naturali ordinatur ad procreationem & educationem & institutionem prolis, ad hoc autem de iure naturali requiritur perpetuitas matrimonij: ergo &c. Minor probatur, quia vir nõ posset educare & alere infantilia membra, & non solum non poterit vir lactare, sed neq. alere prolem, neq. mulier sola posset alere & instituere & alimenta ministrare, quia vix illa sibi ipsi posset subuenire nõ dum alteri, nec posset bene instruere filios.

SED dub. est, an sit de iure naturali primæuo, ut sunt illa, non occides, nõ furtum facias, in quibus Deus secundum S. Tho. non potest dispensare de potentia sua absoluta, & secundum alios non potest de potestate ordinata: & ratio dubij est, quia inseparabilitas matrimonij non exigitur ad merum & principale finem matrimonij solum, nempe ad procreationem prolis, quia licet impediretur ex parte illa finis matrimonij, non tamen impeditur totaliter. Educatio autem prolis vel institutio impediretur, non etiam totaliter, sed solum ex parte, quia licet coniuges separarentur, proles educaretur

licet non tam bene sicut si perseuerent simul. **EST** igitur dub. an possit dispensari, ut in voto simplici aut in pluralitate vxorū, nempe quod coniuges separarentur: & proximè diximus quod in pluralitate vxorū potest fieri dispensatio, & habere plures vxores etiam est contra ius naturale. Et à parte negatiua, nempe quod coniuges non possint separari, arguitur in hunc modum. CHRISTVS redemptor noster dixit Matth. 19. Phariseis quærentibus, an liceret dimittere vxorē quacunq. ex causa, Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Vnde bene sequitur, diuortium fuit permissum ad duritiam cordis: ergo fuit peccatum: sed fuit permissum ad vitandum maius malum, nempe vxoricidium. **DE** hoc dub. sunt diuersæ opiniones inter Theologos, quas S. Tho. ex parte hinc refert in art. 2. Prima opinio est, quod fuit peccatum in ve. le. maritum dimittere vxorē, & quod iudei peccabant dantes vxoribus libellum repudij, & dicit ista opinio quod illa verba Deute. 24. quæ videntur mandare maritis, ut darēt vxoribus libellum repudij, sunt verba permissiua: vbi dicitur. Qui habet mulierem exosam det illi libellum repudij, & addit hæc opinio quod iudei peccauerunt mortaliter dimittendo vxores suas, nisi fortè eos excusaret ignorantia: & fundat hoc totum in illo verbo Domini, Matth. 19. iam citato: & probatur quod illa sit intètio Domini, quia vel Dominus respondet quæstioni quam posuerunt pharisei, vel nõ: sed nõ est dicendum quod non responderit: si ergo respondit, pharisei non quærebant ab illo, an in nouo Testamento diuortium futurum esset licitum, sed an in lege quam habebant fuisset licitum, quia ipsi non credebant futuram aliam legem. Et videtur Dominus damnaſſe libellum repudij in vet. le. ergo illa lex Deute. 24. fuit permissiua ad vitandum maius malum, nempe vxoricidium: ergo peccabāt iudei dimittendo vxores suas. Alia opinio est, quod in ve. le. fuit licitum dimittere vxorē ob causas in lege signatas, sed fuit à Christo reuocatum Matth. 19. sicut etiam fuit reuocata facultas ad habendum plures vxores. Quæ autem istarum opinionum sit verior dicit S. Tho. quod hæc secunda quæ est etiā Bedæ, & diui Chryſo. & ad minus hæc est valde probabilis. Prima autem opinio negatiua tempore S. Tho. erat communior, & habet magnum fundamentum in dicto Christi Redemptoris Matth. 19. quia alias videtur quod CHRISTVS non respondit quæst. propositæ à phariseis. Hac autem nostra ætate opposita opinio affirmatiua est comunior, nempe quod libellus repudij fuit licitus in vet. Test. & ideo hæc ut probabilior affeuerat Palud. in 4. d. 33. q. 3. & Durad. citat vtranq. opinionem. Et licet aliam negatiuam dicat esse probabilem,

magis

magis tamen accedit ad hanc affirmatiuam: hanc etiam sequitur Scotus tanquam probabiliorem, Maior, & Almain, in prædicta d. 33. quartum: Ideo istis subscribo cum diuo Chrylo. & cum Beda: & probatur, quia (vt S. Tho dicit) esset inconueniens quod esset aliquod peccatum mortale, quod non modo lex non ostenderet, sed quod illud aliquo modo excusaret, maxime quia dicitur etiam in illa lege Deute. 24. quod si nupserit repudiata secundo viro, & si ille secundus vir moreretur, vel iterum ab illo repudiaretur, non liceret illi repudiatæ redire ad primum: ergo iam erat dissolutum matrimonium. Vnde hæc opinio est tenenda: Et ad fundamentum contrariæ sententiæ, nempe ad illud dictum Christi redemptoris, Ad duritiam cordis vestri permisi vobis Moyses dimittere uxores vestras. Dico quod verum est, quod motuum legis illius & finis ille fuit, nempe obuiare & impedire ne sequeretur vxoricidium, & ob id condita est illa lex repudij, sed tamen vera lex & non solum permissio, vt illa opinio dicebat.

¶ Dub. tamē est quid erat ille libellus repudij, & quid in illo scribebatur? ad quod respondet Iosephus quod vir repudiatus scribebat, Nolo te habere in vxorem propter hoc, aut propter hoc: & reddebat causas quare illud faciebat, nempe quia vxor erat æbria vel sterilis, aut habebant aliquam aliam turpitudinem corporalem. Alij autē Doctores Scholastici dicunt quod hoc non videtur verum, quia fortē crant causæ secretæ, vnde non liceret eas manifestare: ideo S. Tho. dixit quod non explicatā: ut causæ in particulari, sed in generali scribebatur, & sic dicebat vir repudiatus, nō placent mihi mores tui, & prædictus repudiatus debebat hoc scribere, & non sufficiebat solo verbo repudiare, vt libellus & repudiatio fierent maturo consilio, & non motu aliquo subito: in lege autē nō explicabantur causæ in particulari, nā Deute. 24. sic dicitur: Si acceperit homo vxorē & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fæditatem, scribat libellum repudij, & dabit in manu illius & dimittet eam de domo sua. Ideo probabilius videtur dicere quod causæ particulares non explicabantur in particulari in libello repudij.

¶ SED tunc oritur aliud dub. an ille libellus repudij dirimeret vinculum matrimonij. Ad quod dico quod tenēdo opinionem istam quā tenemus, nempe quod licebat in vet. le. dare libellum repudij, consequenter dicendum est, quod dirimebatur matrimonium, & illi cōiuges possint transire ad secundas nuptias: & hoc est argumētum pro illa affirmatiua opinione, nempe quod erat licitus libellus repudij, quia erat cautum in lege, vt .i. posset habere repudiata secundum virum: & non esset hoc dispositum in lege si non liceret repudiatæ nubere

secundo viro, & si non liceret repudiare.

¶ SED quæres, an qui semel repudiauera vxorem postea placatus possit eandem recipere & illi reconciliari. Ad quod quidam dicunt quod non, ratio est, vt inconstantia & leuitas illius viri puniretur: sed verius est oppositum quod alij dicunt, cum in lege vet. caueatur: quod si repudiata nupserit secundo viro, non possit postea redire ad primum. Si autem non nupserit secundo viro, nihil tunc explicatur in lege. Vnde à contrario sensu vt dicunt Iurecōsulti, videtur quod asserat lex quod licet viro iterum repudiata assumere. Et hæc est cōmuniō opinio: In nouo autē Test. inter Christianos post matrimonium cōsumatum, nullo modo & in nullo euentu potest dari libellus repudij quod dirimatur matrimonium consumatum quantum ad vinculum, quātum ad thorum autem propter fornicationem licitū est in lege euangelica repudiare fornicariā, vt paulo inferius hoc presius tractabimus. Vinculum vero matrimonij cōsumati in lege euangelica sola morte dirimitur, vt habetur cap. ex publico, de cōuersione coniugatorum. Vnde in hac conclusio, nempe quod matrimonium consumatum inter fideles nullo euentu, nullaq; humana potestate dirimi potest, conueniunt & cōueniunt semper omnes fideles. Sed de matrimonio rato & non consumato est maius dub. an. si sit dirimibile quoad vinculum. Ad quod respondetur etiam secundum omnes Doctores fideles.

¶ Et sit secunda conclusio in ordine, quæ etiā est certa in hac materia: Per votum solenne approbatę religionis dirimitur vinculum matrimonij rati non consumati: & hæc conclusio habetur etiam in prædicto cap. de cōuersione coniugatorum, & est sententia omnium fidelium, nempe quod ille coniunx qui manet in seculo post votum solenne alterius qui ingressus est religionem, potest transire ad secundas nuptias.

¶ SED est dubiū, an saltem autoritate summi pontificis possit dirimi matrimonium ratum non consumatum, utroq; coniuge remanente in seculo, ita quod vtrique coniugi liceat transire ad secundas nuptias. Ad hoc dico, & sit tertia conclusio in ordine, quæ est etiam certa & ab omnibus cōmuniter recepta: Sine summi pontificis autoritate, nō potest dirimi matrimonium ratum & non consumatum, etiam ob quamcunq; necessitatem, si vterq; coniugum vult manere in seculo, siue velit transire ad secundas nuptias siue non: & hæc probatur ex diuo Paulo prior. ad Corint. 7. vbi sic ait: Dico non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere &c. Secundo Matth. 19. postquā CHRISTVS dixit phariseis quod ad duritiam cordis illorum permisit eis Moyses dare libellum repudij, adiunxit. ab initio autem non fuit sic: Dico autē vobis quia quicumq; dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, & alia duxerit

duxerit mœchatur, & qui dimissam duxerit mœchatur. Difficultas tamen tota est, an autoritate summi pontificis possit dispensari in matrimonio rato non cōsumato. De quo dub. est magna controuersia inter Doctores non solum Iurecōsultos, sed etiam Theologos. Et communis opinio Iuriscōsultorum est quod summus pontifex potest dispensare in matrimonio rato non consumato cum iusta & rationabili causa, maxime ad petitionē vtriusque vel vnius partis. Hæc est sent. Ioan. Andreæ in nouellis super illud cap. ex publico, de cōuersione coniugatorum. Oltiensis ibidem. Archidiaconus cap. Quapropter 27. q. 2. & est sententia Benedicti in illo cap. ex publico. Cōsentit Panor. in eodem cap. ex publico. Theologi autem cōmuniter defendunt partem contrariam, nempe quod neq; autoritate summi pontificis potest illud matrimonium ratum non consumatum in aliquo euentu dirimi: hoc Syluest. in summa, verb. diuortium, q. 1. & 4. & cōmuniter alij Theologi in 4. d. 33. Sed aliqui pauci ex Theologis tenent cū Iurecōsultis partem affirmatiuam, vt Angel. in summa verb. diuortium: & Archiepiscopus Florent. in 3. p. tit. 1. cap. 22. videtur etiā illius opinionis, & dicit se legisse bulas Martini quinti, & Eugenij quarti, in quibus dispensabant in matrimonio rato non consumato. Et inter alios Theologos prolixè tractat hanc quæst. Caietanus in additionibus ad tertiam partem S. Tho. & resoluit quod matrimonium inter fideles habet duo: primū est, quod est in officium naturæ, secundum est: quod est sacramentū: & dicit quod hoc quod matrimonium sit inseparabile, nō potest haberi ex hoc quod sit in officium naturæ, quia hoc modo est etiam matrimonium inter infideles, & tamen inter illos est dirimibile etiam consumatū per cōuersionem vnius cōiugis ad fidem. Aliud quod habebat matrimonium inter fideles est vt est sacramentum, & tunc vel oportet quod sit inseparabile inquantū est causa vel inquantum est signum: non inquantum causa, quia nihil ibi causat inseparabile, quia nō causat characterem, vt baptismus & sacramentum ordinis, neq; causat ornatum aut aliud inseparabile: ergo &c. Vnde quantum ad hoc etiam videtur quod sit separabile: & addit Caiet. quod matrimonium inter fideles habet quod sit signum, nempe coniunctionis Christi ad ecclesiam, & dicit quod nec ex hac parte habet matrimonium quod non possit dirimi. Vltima conclusio. quam scribit Caiet. est, quod nec matrimonium inquantum est in officium, nec inquantum est sacramentum, siue vt causa, siue vt signum consideretur, habet quod sit indirimibile, & ex consequenti dicit quod potest dirimi à summo pontifice. Et ad argumētum quod solet fieri ab alijs Doctoribus in oppositum, quia matrimonium significat cōiunctionē Christi

ad ecclesiam quæ est inseparabilis: ergo matrimonium est indirimibile etiam per consumationem ante copulam carnalem. Respondet Caietanus quod illa coniunctio Christi ad ecclesiam non perfecte significatur quousq; matrimonium sit consumatum per copulam carnalem, & hoc quod coniunctio Christi ad ecclesiam nō perfecte significatur per matrimonium ratum quousq; confirmetur per copulam carnalem, expressè dicit Magister d. 26. 4. & Leo Papa vt habetur d. 2. & 27. q. 2. cap. Societas nuptialis, vbi inquit Leo Papa: Societas nuptialis ita est à principio instituta, vt præter coniunctionem sexuum nō habet significationē: & pro vtraq; opinione sunt argumenta apparentia. Et quod summus pontifex non possit dispensare in matrimonio rato non consumato, probatur maxime illo argumēto quod adduximus ex euāgelio Matth. 19. & secundū opinionem Caiet. sine fornicationis causa potest aliquis relicta prima ducere secundam vxorē & non mœchari, quod est cōtra prædictū euāgelium. Secundo, opinio Caiet. est contra illud Pauli prior. ad Cor. cap. 7. vxorem à viro non discedere, quod si discesserit manere inuptam. Tertio, si opinio Caiet. esset vera, sequeretur quod in nouo Test. esset licitus libellus repudij, imo magis licitus quā in vet. Test. nam in illo solum ex causis licebat dare libellum repudij. In nouo autem secundum Caiet. sufficit autoritas summi pontificis: nam nihil aliud est repudiare vxorem, quā hoc quod dicit Caiet. A parte autem affirmatiua arguitur prius in hunc modum. Ex facto potest, quia summus pontifex dispensauit in matrimonio rato non consumato: ergo potest dispensari: & si dicas quod est prohibitum iure diuino, dicā tibi quod etiam votum simplex est de iure diuino, tamen ex causa rationabili sine vlla controuersia conceditur quod summus pontifex potest in illo dispensare: Et ego credo, licet S. Tho. videatur aliter sentire, quod Papa potest dispensare etiam in voto solenni cum magna causa, quia nescio quomodo aliquis obligetur ex voto ad faciēdum, quod si faceret sine voto erraret & grauiter peccaret. Vt si quis filius regis emittat votum religionis, cum si non ducat filiā alterius regis periclitatur totū regnū. ¶ Nota tamen circa hoc quod Adrianus Papa consultus fuit in hoc, quia quidam sibi familiaris cōtraxit matrimonium cum quadam muliercula infimæ sortis, & postea dicebat quod potius moreretur & damnaretur quā cohabitaret cum illa, nec accederet ad illā, & quod potius abnegaret fidem Christi: & venerūt ad Adrianum quidam monachi prædicatores ordinis Sancti Dominici, narrantes ei prædictū factum, & petentes vt dispensaret cū illo adulescente: qui respondit, ego non possum id facere: & dixerunt ei prædicti monachi, quod iure

reconfulti habebant summum pontificem id posse efficere, & nonnulli theologi: & respondit non credo eis: adduxerunt ei Caietanum & Antoninum, respōdit, non placet mihi hęc opinio: adduxerunt dispensationes quas refert Antoninus, & respōdit non placet mihi: postea compulsus ab instantia prædictorum monachorum dixit, quidquid possum facio, ipse videat sibi & provideat conscientię suę. ¶ Pro opinione Caiet. rursus arguitur secundum cōmuniorem sent. Theologorum: summus pōtiffex pōt dispensare in voto solenni, quia esset mirabile quōd propter votum meum obliget ad aliquod quod sine voto non liceret facere, & sequeretur magnum detrimētum Reipub. de cōmuni bono. Vnde licet S. Tho. videatur tenere oppositum, non dicit hanc sententiam, nempe quōd summus pontifex potest dispensare in voto solenni, erroneam, imō reputat illam probabilem: & cum hoc vinculum voti solēnis sit maius quā vinculū matrimonij rati non consumati, sit ut etiam in eodem vinculo dicti matrimonij summus pontifex valeat dispensare.

¶ PRÆTEREA, illud nō repugnat fieri cum nulli fiat iniuria, quia non liberis cum nōdum sint geniti ex tali matrimonio, neq; ipsis coniugibus: quia faciamus quōd diuortium petitur ex voluntate vtriusq; coniugis, & nōdum fuit copula carnalis: ergo nulli fit iniuria, & nullum damnum sequitur ex prædicta dispensatione, sed potius bonum aliquod: ergo &c. Ideo dico quōd opinio Caietani est probabilis, & non error, ut aliqui dicunt: maxime cū (ut dictum est) Iureconfulti hanc sequatur sentē. & Martinus Papa huius nominis quintus, & Antoninus eandem afferant sententiam.

¶ Sed his non obstantibus dico quōd probabilior est contraria & communior opinio inter Theologos. Pro qua sunt manifesta verba euāgelij, & manifestiora Pauli ut citauimus. ¶ Sed arguitur pro opinione Caiet. & contra hęc cōmuniore: In expositione sacrę scripturę standum est in determinatione summi pontificis, sed in cap. ex publico, superius citato, declaratur illa verba euāgelij, nempe quōd intelligitur solum de matrimonio rato & consumato, & non de rato tantū. Ad hoc respōdetur quōd prædictum cap. intelligitur in ordine ad finem illum de quo ibi tractatur, nempe de conuersione cōiugat. & ad ingressum religionis, & extra ingressum religionis, illa verba intelliguntur de quocunq; matrimonio, nempe de rato tantum & de consumato. Et ad aliud argumētum, nempe votum solenne dirimit matrimonium ratum non consumatum, & illud est de iure positiuo tantum: ergo summus pontifex potest prædictum matrimonium dirimere. Dico cum Durando in 4. d. 28. quōd votum solēne dirimit matrimonium ratū, non ex eo quōd

est maius vinculum, sed ex eo quōd est mors: quia sicut vera mors dirimit omne vinculum matrimonij, sic etiam mors spiritualis dirimit hoc vinculum matrimonij ratiōis. Et concedo quōd votum solēne est de iure positiuo: nego tamen consequētiam, quia ut bene dicit Duran. ex natura rei qua est mors dirimit matrimonium ratum tantum, & ita etiam responderet ad confirmationē. Argumēta autem Caiet. cum bona venia Caietani facta, parū valent: quia totum illud quod dicit, nempe quōd matrimonium potest cōsiderari qua est in officiū naturę, & qua est sacramentum &c. Est imaginarium & Methaphysicum parum cōducēs ad materiam moralem. Ideo ego dico quōd matrimonium etiam secundum quōd erat in officiū naturę est indirimibile etiam in ve. leg. & in qua dare libellum repudij fuit ex dispensatione, ut supra diximus. quia inseparabilitas in matrimonio ordinatur ad finem secundarium matrimonij: ideo Deus dispensauit. Et dato quōd matrimonium in le. ve. vel in lege naturę non esset sacramētum, erat tamen indirimibile. Et si dicas cōtrā, quia matrimonij inter infideles hodie est dirimibile. Dico quōd est falsum, sed ex dispensatione tantum & in fauorem fidei, si alter coniunx cōuertatur ad fidem altero manente in infidelitate dirimitur matrimonium illud. Si autem ambo coniuges conuertantur ad fidem, non potest matrimonium inter illos dirimi, esto illud matrimonij non fuerit sacramentum,

Quæstio. 70.

De filiis illegitimè natis.

DEINDE considerandum est de filiis illegitimè natis.

ET circa hoc quaruntur tria.

PRIMO, utrum qui nascuntur extra verū matrimonium sint illegitimi?

SECUNDO, utrum illegitimi filij debeant ex hoc damnum reportare?

TERTIO, utrum possint legitimari?

Articul. primus

Utum filij qui nascuntur extra verum matrimonij sint legitimi?

Tho. 4. dist. 41. q. vnica, art. 3. q. 1.

& sequen.

AD



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quōd filij qui nascuntur extra verum matrimonij sint legitimi. Quia secundum legē natus, legitimus filius dicitur: sed quilibet nascitur secundum legem ad minus naturę quę fortissima est: ergo quilibet filius dicitur legitimus.

PRÆTEREA, communiter dicitur quōd legitimus filius est qui est de legitimo matrimonio, vel de eo quod in facie ecclesię legitimum reputatur: sed cōtingit quādoq; quōd aliquod matrimonium legitimum reputatur in facie ecclesię, quod habet impedimentum ne sit verū matrimonium, & tamen à contrahentibus in facie ecclesię, scitur: & si occultè nubant, & impedimentum nesciunt, legitimum videtur in facie ecclesię, ex quo per ecclesiā non prohibetur: ergo filij extra verum matrimonium nati non sunt illegitimi.

SED cōtrā, illegitimum dicitur quod est cōtra legem: sed illi qui nascuntur extra matrimonium, nascuntur contra legem: ergo sunt illegitimi.

RESPONDEO dicendum, quōd quadruplex status est filiorum. Quidam enim sunt naturales & legitimi: sicut illi qui nascuntur ex vero & legitimo matrimonio. Quidam naturales & non legitimi, ut filij qui nascuntur de simplici fornicatione. Quidam legitimi & nō naturales, sicut filij adoptiui. Quidam nec legitimi nec naturales, sicut spurij nati de adulterio & de stupro. Tales enim nascuntur cōtra legem positiuam, & cōtra legem naturę expresse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd quāuis illi qui nascuntur ex illicito coitu, nascuntur secundum naturam quę communis est homini & omnibus animalibus, tamen nascuntur contra legem naturę, quę est propria hominibus: quia fornicatio, & adulterium, & huiusmodi sunt contra legem naturę, & ideo tales secundum nullam legem sunt legitimi.

AD SECUNDV M dicendum, quōd ignorantia excusat illicitum coitum à peccato, nisi sit affectata. Vnde illi qui conueniunt bona fide in facie ecclesię quāuis sit impedimentum,

dū tamen ignorent non peccant, nec filij sunt illegitimi. Si autē sciant, quāuis ecclesiā sustineat quę ignorat impedimētum, non excusantur à peccato nec filij ab illegimitate. Si autē nesciant, & in occulto contrahant nō excusantur, quia talis ignorantia videtur affectata.

Artic. secundus

Utum filij illegitimi debeant aliquod damnum reportare?



AD SECUNDV M sic proceditur. Videtur quōd illegitimi filij non debeant aliquod damnum reportare. Quia filius nō debet punire pro peccato patris, ut pater per sententiā Domini Ezech. 18. Sed quōd iste n. scatur ex illicito coitu non est peccatum propriū, sed peccatum patris: ergo ex hoc nō debet aliquod damnum incurere.

PRÆTEREA, iustitia humana est: extrahēta à diuina, sed Deus equaliter largitur bona naturalia legitimis & illegitimis filiis: ergo & secundum iurā humanā filij illegitimi debent legitimis equiparari.

SED cōtra est, quod dicitur Gene. 25. quōd Abraham dedu omnia bona Isaac, & filij concubinarum largitus est manera: & tamen illi non erant ex illicito coitu nati: ergo multo magis debent illi qui ex illicito coitu nascuntur hoc damnum reportare, quōd non succedant in bonis paternis.

RESPONDEO dicendum, quōd aliquis dicitur damnum ex aliquo incurere dupliciter. Vno modo per hoc quōd ei subtrahitur quod erat ei debitum, & sic filius illegitimus nullum damnum incurrit: Alio modo per hoc quōd ei aliquid non est debitum, quod aliās poterat esse ei debitum: & sic filius illegitimus damnum incurrit duplex, vnum quia non admittitur ad actus legitimos, sicut ad officia et dignitates quę requirunt aliquam honestatem in illis qui hoc exercent: aliud damnum incurrit, quia non succedit in hereditate paterna. Sed naturales filij succedere possunt in septima parte tantum:

Spurij

spurijs autem in nulla parte, quamvis ex iure naturali parentes eis in necessarijs providere teneantur. Vnde pertinet ad sollicitudinem episcopi, ut utrumq; parentum cogat ad hoc quod eis provideant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod incurrere damnum hoc secundo modo non est pœna, & ideo non dicimus quod sit pœna quod aliquis non succedit in regno aliquo per hoc quod non est filius regis, & similiter non est pœna quod alicui qui non est legitimus non debeantur ea quæ sunt legitimorum filiorum.

AD SECVNDVM dicendum, quod communiter illegitimus non est contra legem in quantum est actus generatiue virtutis: sed in quantum ex prava voluntate proceditur: & ideo filius illegitimus non incurrit damnum in his quæ per voluntatem fiunt vel possidentur.

Artic. tertius.

Utrum filius illegitimus possit legitimari?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod filius illegitimus non possit legitimari. Quantum enim distat legitimus ab illegitimo, tantum conuerſo illegitimus à legitimo: sed legitimus in regno nunquam fit illegitimus: ergo illegitimus nunquam fit legitimus.

PRÆTEREA, coitus illegitimus creat illegitimū filium: sed coitus illegitimus nunquam fit legitimus: ergo nec filius illegitimus legitimari potest.

SED contra est, quod per legem inducitur per legē reuocari potest: sed illegitimitas filiorum est per legem posituam induc̄ta: ergo potest filius illegitimus legitimari ab eo qui habet auctoritatem legis.

RESPONDEO dicendum, quod filius illegitimus potest legitimari, nō ut fiat de legitimo coitu natus, quia coitus ille transiit, & nunquam potest fieri legitimus, ex quo semel fuit illegitimus: sed dicitur legitimari in quantum

damna quæ illegitimus filius incurrit, subtrahuntur per legis auctoritatē. Et sunt sex modi legitimandi. Duo secundum Canones. scilicet. cum quis ducit uxorem illam ex qua filium illegitimum generauit, si non fuit adulterium. & per specialem indulgentiam & dispensationē Papæ. Quatuor autem modi sunt secundum leges. Primus est, si pater filium naturale curia imperatoris offerat, ex hoc enim ipso legitimitur propter curia honestatem. Secundus, si pater in testamento nemi et eum legitimum heredem et filius postmodum testamentum Imperatori offerat. Tertius est, si filius nullus sit legitimus, & ipsemet filius se principi offerat. Quartus, si pater in publico instrumento, vel cum trium testium subscriptione eum legitimū nominet, nec adiciat naturalem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod alicui potest sine iniustitia gratia fieri, sed nō potest aliquis damnari nisi pro culpa: & ideo magis potest illegitimus fieri legitimus quam e conuerso. Et si est legitimus aliquando hereditate priuatur pro culpa: non tamen dicitur illegitimus filius, quia generationem legitimam habuit.

AD SECVNDVM dicendum, quod actus illegitimus habet defectum intra se inseparabilem quo legi opponitur: & ideo nō potest fieri legitimus: nec est simile de filio legitimo qui non habet huiusmodi defectum.

Questio. 71.

De his quæ spectant ad resurrectionem, & primo de loco animarum post mortem.

POST hoc agendum est de his quæ spectant ad tractatum resurrectionis. Postquam enim dictum est de sacramentis quibus homo liberatur à morte culpæ, consequenter dicendum est de resurrectione, per quam homo liberatur à morte pœnæ.

CIRCA tractatum autē resurrectionis tria considerata sunt. scilicet. præcedentia resurrectionem, concomitantia, & sequentia.

ET

ET ideo primo dicendum est de his quæ proprie quamuis nō ex toto resurrectionem præcedunt.

SECVNDO, de ipsa resurrectione, & circumstantibus eam.

TERTIO, de his quæ eam sequuntur. Præcedentium autem resurrectionem, prima consideratio est de receptaculis animarum post mortem eis assignatis.

SECVNDO, de qualitate & pœna animarum separatarum eis ab igne inflicta.

TERTIO, de suffragijs quibus animæ defunctorum à viuis adiuantur.

QUARTO, de orationibus sanctorum in patria existentium.

QUINTO, de signis iudicium generale præcedentibus.

SEXTO, de igne vltimæ conflagrationis mundi, qui faciem iudicij præcedet.

CIRCA primum queruntur septem.

PRIMO, utrum animabus post mortem receptacula assignentur?

SECVNDO, utrum statim post mortem ad ipsa animæ deducantur?

TERTIO, utrum de ipsis locis egredi valeant?

QUARTO, utrum limbus inferni sit idem quod sinus Abrahæ?

QUINTO, utrum limbus sit idem quod infernus damnatorum?

SEXTO, utrum limbus patrum sit idem quod limbus puerorum?

SEPTIMO, utrum tot receptacula debeant distingu?

Articu. primus.

Utrum assignentur receptacula animabus post mortē?
Tho. 4. dist. 45. q. 1. art. 1. & sequē.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod animabus post mortem receptacula nō assignentur: Sicut enim dicit Bo

etius in lib. de hebdomadibus, communis animi conceptio est apud sapientes incorporalia in loco nō esse: cui concordat quod Aug. dicit 12. super Gen. ad literā: Cuiusmodi responderi potest ad corporalia loca animam non ferri, nisi cum aliquo corpore: sed separata à corpore non habet aliquod corpus, sicut ibidem Augusti. dicit: ergo ridiculum est animabus separatis aliqua receptacula assignare.

PRÆTEREA, omne quod habet locum determinatum magis conuenit cum illo loco quam cum alio: sed animæ separatae, sicut etiā quælibet aliæ spirituales substantiæ indifferenter se habent ad omnia loca: non enim potest dici quod cum aliquibus corporibus conueniant, & cum alijs differant, cum ab omnibus conditionibus corporalibus penitus sint remota: ergo eis receptacula determinata non sunt assignanda.

PRÆTEREA, animabus separatis non assignatur aliquid post mortem nisi quod cedant in pœnam vel in primum: sed corporalis locus non potest eis esse in pœnam, vel in primum cum à corporibus nihil recipiant: ergo non sunt eis assignanda certa receptacula.

SED contra, Cælum empyreum est locus corporalis. & tamen ipsum factum mox sanctis Angelis est repletum, ut Beda dicit. Cum ergo Angeli sint incorporei, sicut & animæ separatae, videtur etiā quod animabus separatis sint certa receptacula assignanda: ergo & ceter.

PRÆTEREA, hoc patet per id quod Greg. dicit in 4. dialo. f. animas post mortem ad diuersa loca corporalia esse deductas, ut patet de Paschasio quem Germanus Capuanus Episcopus in balneis inuenit: & de anima Theodorici regis, quæ dicit ad Gehēnam esse deductā: ergo animæ post mortem habent certa receptacula.

RESPONDEO dicendum, quod quæuis substantiæ spirituales secundum esse suum à corpore non dependeant, corporalia tamen à Deo mediantibus spiritualibus gubernantur, ut dicit Aug. in 3. de trinit. & Grego. in 4. dialo. & ideo est quadam conuenientia spiritualiū
ZZ substantia.

substantiarum ad corporales substantias per congruentiam quandam, ut scilicet dignioribus substantiis digniora corpora adaptentur. Vnde etiam Philosophi secundum ordinem mobilium posuerunt ordinem substantiarum separatarum: quamuis autem animabus post mortem non assignentur aliqua corpora quorum sint formae vel determinati motores: determinantur tamen eis quadam corporalia loca per congruentiam quandam secundum gradum dignitatis earum, in quibus sint quasi in loco eo modo quo incorporalia esse possunt in loco, secundum quod magis vel accedunt ad primam substantiam, cui locus superior per congruentiam deputatur. s. Deum, cuius sedem caelum scriptura esse denunciat: & ideo animas quae sunt in participatione perfecta deitatis, in caelo esse ponimus, animas vero quae a participatione huiusmodi impediuntur, loco contrario dicimus deputari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod incorporalia non sunt in loco modo aliquo nobis noto & consueto, secundum quod dicimus corpora proprie in loco esse: sunt tamen in loco modo substantiis spiritualibus conuenienti, qui nobis plene manifestus esse non potest.

AD SECVNDVM dicendum, quod dupliciter est conuenientia vel similitudo. Vna est quae est per participationem eiusdem qualitatis, sicut calida ad inuicem conueniunt. ita talis conuenientia in corporalium ad loca corporalia esse non potest. Alia per quandam proportionalitatem per quam in scripturis metaphoricè Deus dicitur esse Sol, quia est principium vitae spiritualis, sicut Sol vitae corporalis: et secundum hanc conuenientiam quadam animae quibusdam locis magis conueniunt, sicut animae spiritualiter illuminatae cum corporibus luminosis: animae vero obtenebratae per culpam cum locis tenebrosis.

AD TERTIVM dicendum, quod anima separata directe nihil recipit à locis corporalibus per modum quo corpora recipiunt quae conseruantur à suis locis, sed ipsae animae ex hoc quod cognoscunt se talibus locis deputari, sibi gaudium ingerunt vel maerorem, & sic locus cedit eis in poenam vel premium.

CIRCA hunc articulum & quaestiones alias, conones sequentes vsque ad finem quarti Sententiarum, est aduertendum quod postquam Magister tractauit à principio quarti Sententiarum vsque ad distinctionem quadragesimam tertiā exclusiue, de sacramentis quae spectant & pertinem ad statum praesentis vitae, & ad statum ecclesiae militantis, à distinctione quadragesima tertia inclusiue vsque, ad finem huius quarti, tractat alia quae spectant ad alium statum ecclesiae triumphantis: sed licet Magister egerit prius de resurrectione quam de receptaculis animarum & de aliquibus alijs spectantibus ad aliam vitam. Nos autem sequentes ordinem quaestionum additionum ad tertiam partem Sancti Thomae, ut haecenus fecimus intendentes ad praedictas additiones aliqua addere digna scitu, & necessaria ad intelligentiam praedictarum additionum: Agemus prius de receptaculis animarum, deinde de alijs spectantibus ad animas pro ut iam sunt in alia vita. Et hanc materiam de receptaculis animarum tractat Magister in 4. d. 45. ubi constituit Magister, 5. conclusiones, quarum prima est: In alia vita sunt diuersa receptacula animarum, quia aliud est receptaculum animarum sanctarum, & aliud est receptaculum animarum damnatarum: quod constat ex Euangelio, mortuus est, inquit, diues & sepultus est in inferno: mortuus est Lazarus, & sepultus est in sinu Abraham, Luc. 16. Secunda propositio Magistri est de statu animarum post mortem, nempe quod animae in alia vita possunt iuari precibus viuorum, sed solum ille quae sunt in purgatorio. Hanc probat Magister vno testimonio diui Augustini. Tertia propositio Magistri est, Obsequia quo ad humanum factum & pulchra sepulchra spectant ad gloriam humanam, & de se non profunt defunctis, sed ostendunt studia viuentium, & profunt ad hoc ut viuui videtes illa sepulchra & honores excitentur ad orandum pro defunctis illis: & sunt laudanda & non vituperanda si sint moderata, secundum qualitatem personae defunctae. Quarto Magister mouet dubium, an si plura suffragia porrigantur pro defuncto minus bono, quam pro defuncto sanctiori, ambobus existentibus in purgatorio, minus bonus prius liberetur a poenis purgatorij quam iustior: & ratio dubitandi est, quia si minus bonus citius liberatur a purgatorio quam iustior, sequeretur hoc inconueniens quod ille minus sanctus esset melioris conditionis in spiritualibus quam iustior, quia si est diues porriguntur pro illo multa suffragia quae non porriguntur pro iustiore qui erat pauper, & tamen pauperes magis laudantur in euangelio quam diuites. Ad hoc respondet Magister, quod in ecclesia sunt suffragia generalia, & particularia: & generalia forte applicantur illi qui habet maiorem charitatem, & fortasse quod illa suffragia generalia

alia Deus applicat pauperi & non diuiti, vel maiorem partem illorum applicat pauperi quam diuiti. ¶ In 5. prope mouet rursus Magister dubium de his qui inueniuntur viuui in aduentu domini quomodo satisfaciant pro peccatis, cum ism ultra non sit futurum purgatorium. Ad quod respondet Magister quod iusti patientur grauissimas tribulationes tempore antechristi: & sicut dicemus quod omnes morientur ante diem iudicij, & illa morte liberabuntur a poenis purgatorij: & addit Magister quod liberabuntur orationibus sanctorum. Alia conclusio est, quod animae quae sunt in purgatorio, & angeli boni cognoscunt nostras orationes per diuinam reuelationem, nempe cum quis in hac vita orat pro animabus purgatorij, vel orat sanctum vel angelum, Deus reuelat illae animae pro qua oratur illam orationem, vel illi angelo vel sancto qui oratur. Haec Magister. Agemus igitur de habitaculis animarum, & à sanctis ponantur quinq; receptacula animarum post hanc vitam, nempe caelum empyreum, infernus damnatorum, limbus patrum, limbus puerorum, & purgatorium: & de his omnibus dicemus in particulari. Prius est dubium, an animae sanctorum sint in caelo: & non erat dubitandum, quoniam animae sanctorum recipiuntur in caelo, sed quia in hac nostra aetate omnia reuocantur in dubium, reuocabimus etiam hoc. Arguo in hunc modum, non legitur in scriptura sacra quod animae sanctorum sint in caelo, ergo non sunt ibi, & licet in scripturis certum sit, quod animae sanctorum videt Deum, tamen quia posset quis dicere quod de quocunq; loco anima sancta videt Deum: posset dicere & si male quod non sunt animae sanctorum in caelo. Hoc non obstante dico, quod licet non habeatur expressus locus in sacra scriptura ubi dicatur, quod animae sanctorum sint in caelo, tenendum est pro certo, quod recipiuntur in caelum. Et S. Thom. adducit ad hoc probandum in art. 2. sequenti, duo testimonia, primum ex Paulo 2. ad Cor. 5. ubi sic habetur. Si domus nostra huius habitationis dissoluatur, domum non manu factam sed aeternam habemus in caelo: ergo recipiuntur animae sanctorum in caelo. Secundum testimonium adducit sanctus Thomas ex eodem apostolo ad Phil. ubi inquit Paulus: cupio dissolui & esse cum Christo, sed CHRISTVS est ad dexteram patris: ergo & cetera. Ex illo loco beatus Gregor. 4. dialogorum probat, quod animae sanctorum sint in caelo, & actum. i. sic habetur de beato Stephano quod vidit caelos apertos, & vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei, & dixit, domine suscipe spiritum meum: ergo ubi erat CHRISTVS susceptus fuit spiritus Stephani. Math. 5. merces vestra copiosa est in caelis. Math. 16. dixit CHRISTVS Petro, tibi dabo claves regni caelorum. Ioannes. 14. vado parare

vobis locum. Et Apocalip. 7. dicitur de iustis animabus, sequuntur agnum quocunq; ierit: at certum est quod agnus est CHRISTVS, & CHRISTVS est in caelo: ergo animae sanctae sunt in caelo, & oppositum est erroneum, & nulla est similitudo in contrarium: & Caieta. dicit, quod non solum esset erroneum dicere quod animae sanctae non recipiuntur in caelo, sed haereticum & proteruum, postquam sunt tot loca in sacris literis, ubi aperte dicitur animas sanctas esse in caelo. Aliud receptaculum est infernus damnatorum, in quo recipiuntur omnes, & solae animae decedentes ab hac vita in peccato mortali, & in eodem recipiuntur post diem iudicij corpora earundem animarum. Hoc probatur Luc. 16. mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Et quod sit locus materialis dicit Abraham ibidem per haec verba, chaos magnum est inter vos & nos & cetera. Secundo dicit CHRISTVS Math. 25. discedite maledicti in ignem aeternum & cetera. Est igitur de fide quod est locus peculiaris, ubi recipiuntur animae decedentes ab hac vita in peccato mortifero. Si autem quaeras ubi sit ille locus: dico ex communi sententia Theologorum quod est in profundo. i. in centro terrae, quod ex ipso nomine probatur, quia diues ille avarus sepultus fuit in inferno, at infernus significat locum inferiorem, & in superficie terrae non est locus inferior, quia cum terra sit circularis, eodem modo se habent antipodae ad nos sicut nos ad illos.

PRÆTEREA in simbolo dicitur, quod CHRISTVS descendit ad inferos, at non potest quis vocari inferus, nisi sit in corde terrae: Vnde sententia sanctorum & communis est, quod illud receptaculum animarum damnatarum est in centro terrae, tamen non videtur de fide. Prius, quia illo dato sequitur quod esset ibi terra violenter, cum ibi sit spatium non repletum terra, & terra inclinatur ad centrum, & tamen Dominus suauiter disponit omnia: ergo non inferit terrae violentiam. Diuus autem Chrysostomus dubitat ubi nam sit praedictum receptaculum: & dicit, quod fortasse est extra orbem iustum in aliquo loco inhabitabili: & probat ex illo Math. 22. mittite eum in tenebras exteriores. His non obstantibus, communiter sancti dicunt praedictum locum esse in centro terrae: & beatus Gregor. disputat hoc in 4. dialogorum, cap. 42. & concludit quod est probabilior sententia, nempe quod praedictus locus est in centro terrae, & propter illum articulum, descendit ad inferos, dicit quod vocantur inferi respectu habitationis nostrae, id est quia sunt in alia habitatione inferiori ad nostram: & propter illud quod habetur Apocalip. 5. quod Ioannes vidit signatum librum sigillis septem, & quod nemo inuentus est dignus qui istum librum aperiret nec in caelo, nec in terra, nec sub terra, quae

Secunda. 4. quest. 71. art. 1.

tamē librū dicit apertū esse postea per leonem de tribu Iudā: vnde rectē sequitur, in cōlo non erat qui aperiret librū, quia angeli nō poterāt aperire: nec in terra, quia nec purus homo poterat illū aperire: nec subtus terrā, quia animæ ex tē a corpore quæ sunt subtus terram nō poterāt illum aperire, & si non essent animæ non dixit nec subtus terrā. Rursus confirmatur ex psal. 62. vbi dicitur in persona Chri de demōnibus vel phariseis: Ipsi vero inuanū quæsierūt animā meā, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, & partes vulpium erunt. i. quia pharisei timore ne perderēt terrā persecuti sunt Christum, tradentur in inferiora ipsius terræ, & in manus gladij. i. virtutis Dei: & erunt partes vulpium. i. erunt in societate hominum fraudulentū, sicut vulpes sunt fraudulentē. Alia inquit Gre. est opinio aliorū dicentū, quod infernus est in aliqua parte terræ nobis ignota, esto sit in superficie terræ: sed prior opinio est consonantior scripturis sacris. ¶ Tertū est receptaculū limbus patrū, & q̄ sit aliquis locus vbi erāt sancti patres ante aduētū Christi, dubitari non potest: quia illi patres erant in aliquo loco, & ille locus erat limbus. Et Dominus dicit Lucæ. 16. quod Lazarus portatus fuit in sinū Abrahæ, & ille locus quem CHRISTVS vocauit sinum Abrahæ, vocatur à sanctis limbus patrū: vbi autem sit ille locus etiam non constat. Sancti dicunt quod est sub terra (vt diximus de loco damnatorum) & probatur quod sit sub terra, ex illo Iob. 17. si sustinuerō infernus domus mea est: & sequitur: in profundissimum infernum descendent omnia mea. Et Genes. 37. dixit Iacob: descendā ad filium meum Iugens in infernum. Sanctus autem Thom. citat August. super Gen. ad litteram, qui ait quod prædictus locus est in corde terræ: & quod multum distat ab inferno: cum Abraham dixerit diuiti, magnum Chaos est inter vos & nos. Verum est quod posset ad hoc dici quod non multum distat ab inferno, sed dicitur quod est magnū chaos inter illos, quia non possunt transire ab vno receptaculo ad aliud. Vnde dico quod est communis sententia quod est in inferiori parte terræ hic locus qui limbus patrū dicitur: & postquam hoc clarius conitare non potest, non est temere aliud asserendum: quod etiam confirmatur per illud quod constat in symbolo de Christo redemptore, descendit ad inferos: & clarum est quod iuit ad limbum patrū, non tamen est de fide, quia posset quis dicere vt dicit diuus Chrysost. quod dicitur CHRISTVS descendisse ad inferos, quia iuit cum anima ad locum, qui respectu Hierosolimæ vbi CHRISTVS passus est, erat limbus patrū inferior. Hic autem prædictus locus iam non est, id est nullus est in illo, cum sancti patres recepti sint à Christo in cœlū. ¶ Quartus locus est limbus

puerorum decedentium ab hac vita sine baptismo: & quia in scriptura non explicatur an sit talis locus, probabimus prædictū receptaculū esse ponendū, rationibus fundatis in sacra scriptura, & prius in hunc modum: quia animæ puerorum decedentium sine baptismo in lege euangelica, vel in lege Iudæorum sine circumcissione, aut in le. natu. sine fide parētum non recipiuntur in cœlum, cum dicatur Gene. 17. peribit anima eius: & Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non introibit in regnū cœlorum: Nec recipiuntur in inferno, quia illic solum ponuntur damnati ob peccata actualia quæ prædicti paruulū nō habent: nec recipiuntur in limbo sanctorum, quia ibi solum sunt vel erant illi qui ante aduentum Christi decedebant ab hac vita in gratia Dei: Nec recipiuntur in purgatorio, quia ibi solum sunt illi qui sunt in gratia, & debent aliquam pœnā pro peccatis dimissis quo ad culpam, & debent exire ab illo loco & ascendere in cœlum: ergo oportet ponere aliquem locū in quo recipiantur, & ille vocatur limbus puerorum. Aliqui dicunt quod in veteri testamento pueri decedentes sine circumcissione saluabantur in fide parentum: sed hoc est erroneum, vt in. 1. 4. cum de circumcissione ageremus late probauimus, quia lex sic habebat Gene. 17. puer cuius præputij caro circumcisa non fuerit, peribit anima illius. Pelagiani hæretici dicebant quod pueri Christianorum non damnantur: vnde pro illis non est ponendus limbus puerorum. Sed hoc est hæreticum, vt contra illos pelagianos declaratum fuit in concilio Miluitano: ponendus igitur est ille locus qui limbus puerorum dicitur. Si autem quæras, vbi est, dicit San. Thom. quod est in centro terræ prope limbum patrū, vbi non erit pœna sensus: & addit San. Thom. quod prædictus locus est in limbo patrū, ad hunc sensum quod non erant pueri in eodem loco vbi erant patres, sed quod sunt pueri decedentes sine baptismo vel cum solo originali in vna parte illius loci, qui dicitur limbus patrū: Et nec hæc sententia probabitur aperte in sacris literis, sed cum sancti illam asserant, & ratio probat, illa est tenenda potius quā opposita. ¶ Quintus locus est purgatorius, vbi expiatur peccata illorum qui decedūt in gratia, de quo loco fuit & est hæretis dicentium quod nullus est locus purgatorius, quia animæ vel deducuntur in cœlum vel in infernum, vel in limbum: si decesserunt in gratia, deducuntur in cœlum: si in mortifero peccato deducuntur in infernū: si autem decedunt sine baptismo & sine peccato actuali deducuntur in limbum, vt animæ puerorum: ergo non est purgatorium: His non obstantibus dico, quod est conclusio de fide, quod est purgatorium ad expiandum animas iustorū qui decesserūt in gratia Dei, cū venia-

Secūda. 4. quest. 71. art. 1. fo. 547.

venialibus peccatis tamen, vel quia in hac vita non satisfecerunt pro pœna debita peccatis remissis quo ad culpam. Hæc est determinatio ecclesiæ in concilio Florentino, nempe quod post hanc vitam est locus ad expiandas animas quæ pœnam pro peccatis debebant: inter hæreticos Germanos sunt aliqui dicentes non esse purgatorium, vt Ecolampadius. Sed contra hos hæreticos arguitur in hūc modum: si iustus decessit in gratia & cum peccatis venialibus, iniustum esset dicere quod ille mittatur in infernum, & nec admittitur ad cœlum nisi prius expietur: ergo dandus est alius locus, vbi huiusmodi animæ purgētur. Secundo, si non est purgatorium frustra homines affligerēt se pro peccatis venialibus, quia decedentes in gratia statim confederēt in cœlum. Tertio, vt diximus de absolutione, quando sacerdos absoluit pœnitentem, ratione absolutionis remittuntur ei peccata & aliqua pars pœnæ debite pro peccatis: ergo remanet aliqua alia pœna: ergo si statim iustus ille moriatur, dandum est purgatorium vbi expietur illa pœna. Quarto, dato quod non sit purgatorium, sequeretur quod in eodem statu esset ille qui commisit centum milia peccatorum, in quo esset ille qui solum vnum cōmissit, si vterq; æqualiter pœniteat. Quinto, vt supra diximus, per indulgentias remittitur pœna debita pro peccatis, & non culpa: ergo dandus est locus vbi expietur illa pœna: si cum illa sine culpa iustus ab hac vita decedat. Sexto, dato quod non sit purgatorium, superflua essent omnia suffragia & sacrificia quæ in ecclesia Dei porriguntur pro defunctis, orat tamen tota ecclesia pro mortuis: at illæ preces non profunt beatis, cum iniuriam faciat martyri qui orat pro martyre, capit. cum martyre, de celebratione missarum: nec profunt existentibus in inferno, vt certum est: ergo si probauerimus quod suffragia profunt mortuis, erit probatum quod sit purgatorium. Vnde beatus Paulus. 1. ad Cor. 3. dicit, vnus cuiusq; opus manifestum erit, dies domini declarabit, quia in igne reuelabitur vnus cuiusq; opus quale sit, ignis probabit: si cuius opus manserit quod superedificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit detrimentum patietur: ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. Ex his habetur quod saluabūtur tamen quasi per ignem, non qui decesserunt in infernum: ergo alij qui erunt in purgatorio, nam illum locum vbi saluantur quasi per ignem, vocant sancti purgatorium, vt Aug. Hieron. Gregorius. Lutherus tamen hæreticus perniciosus dicit, q̄ prædictus locus Pauli non intelligitur de purgatorio, & addit quod non intelligit quid Paulus voluerit in illo loco. Apostolus tamen dicit, quod aliqui patientur detrimentum in die domini, sed tandem saluabuntur: ergo est pur-

gatorium. ¶ Præterea, Mathei. 22. dicit veritas, ligatis manibus & pedibus mittite cum in tenebras exteriores: amen dico vobis non exiet inde quousq; reddat nouissimum quadrantē. At in inferno non est nouissimum soluendum, quia semper relinquetur aliquid soluendum. Et beatus Ambro. super Mathe. cap. 12. nempe super illud verbum, qui dixerit verbum cōtra Spiritum sanctum non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro: ergo est aliquod peccatum quod remittetur in futuro seculo, dicit quod est purgatorium vbi remittuntur peccata etiam mortalia quo ad pœnam: Et beatus Gregorius in. 4. dialogorum intelligit prædictum locum Pauli de purgatorio: & diuus Bernardus super cantica sermone. 62. dicit quod ex prædicto loco Pauli habetur quod remittatur in futuro seculo peccata: ergo est purgatorium. Ex veteri etiam testamento non desunt testimonia ad hoc probandum, vt Thobiz. 4. panem tuum & vinum tū super sepulturam iusti constitue: ad quid Thobias iunior deberet constituere panem & vinum super sepulturas iusti? Respondent doctores in illo loco, quod non potest esse alia ratio, nisi quod sit panis in ecclesia Dei qui distribuatur pauperibus, vt pauperes orent pro anima iusti: Et hic est manifestus locus ad probandam nostram catholicam conclusionem. ¶ Præterea, 2. Machabe. 2. vir fortissimus Iudas collatione facta, & cæte. sequitur, iustē & religiose cogitans de resurrectione fecit, offerri suffragia pro peccatis mortuorum, & non pro illis qui sunt in inferno, nec pro illis qui sunt in cœlo: quia cum esset fidelis bene sciebat quod pro illis non est orandum: ergo fecit offerri illas preces pro illis qui sunt in purgatorio. Ad hoc nituntur hæretici respondere quod ille liber Machabeorum non est de canone, sed ipse errat, quia iam est receptus ille liber in multis concilijs, vt in Tridentino, Florentino, Cartaginensi, & c. Secundo, id quod illi hæretici dicunt est contra eos, quia ipsi dicunt quod est institutum à sacerdotibus quod fierent oblationes pro defunctis: tamen habetur ille liber Machabeor. pro historia vera & authentica ab ipsis Hæbreis, & non pro fabuloso. Et beatus August. in. 18. de ciuitate Dei, dicit, quod ille liber Machabeorum est de canone: Cōsentit etiam beatus Hiero. nempe quod duo priores libri Machabeorum sunt de canone. ¶ Præterea, ad Philippenses. 2. dicitur, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestriū, & infernorum. At in inferno nō flectūt genua nec in alio loco inferiori, nisi in purgatorio: ergo: Et Apoc. 5. dicitur, quod omnes creature quæ sunt in cœlo, & in terra, & subtus terram benedicūt Deū: at dānati non benedicūt sed potius blasphemāt Deū: ergo intelligit scriptura de his qui sūt in purgatorio. De suffragijs autē

pro mortuis agendis sunt penè infinita loca in scriptura & apud sanctos, quibus probatur, suffragia à viuis oblata pro defunctis illis nimis prodesse, vt supra probauimus in materia de oratione: sed addam hic nonnulla alia, & prius, diuus Ambrosius de obitu Theodosij orat pro Theodosio, & admonet quòd omnes orèt pro illo, & dicit, non deseram à fletu & lachrimis, donec mittam Theodosium in locum suum, nempe in paradysum: manifestum est quòd non oraret beatus Ambro. pro Theodo. si esset in inferno. ¶ Præterea, diuus Ambro. in lib. de recessu fratris adducit de Thabita, vt habetur in actibus apostolorum cap. 9. quòd flebat eā Dorchas & aliæ mulieres: & dicit beatus Ambro. quòd non flebat sine causa, & quòd lachrimæ illæ essent frustra si nõ profuissent Thabitæ defunctæ: & beatus Dionysius vltimo cap. eccle. hierar. docet quomodo sacerdotes orèt pro mortuis, & dicit quòd hoc quòd sit pro mortuis orandum ex sacra scriptura palam habetur, & addit quòd suffragia quæ à viuis offeruntur pro defunctis, profunt illis qui dum viuiebant comiserunt se suffragijs viuorum, & non contèpserunt. Et hoc est aduertendum: & beatus August. in Enchir. cap. 63. & 64. respòdet ad argumentum quod faciunt Lutherani, quòd oportet, vt dicit Paulus, quòd vnusquisq; referat pvt gessit in corpore suo, & nõ prout alij operantur pro eo: quòd verum est quòd vnusquisq; habebit in alia vita prout gessit in corpore siue bonum siue malum, quia cum essent in corpore meruerunt, vt iuarètur post mortem orationibus viuorum. Et sermone. 39. & 46. & in libro confesionum in fine, dicit de beata Monica matre sua, quòd cum moreretur non petiuit à filio, vt ædificaret ei sepulchra, sed petiuit orationes altaris: & Aug. præcipit sacerdotibus quòd orent pro ea, & ait quòd ipse quotidie sedebat ad altare orans pro ea. i. quotidie agebat sacrum pro matre sua. Et beatus Damacenus dicit, quòd medus orandi pro defunctis, traditus est ab apostolis. ¶ Præterea, beatus Chrsost. dicit quòd si non profunt defunctis suffragia viuorum, nullus deberet orare pro illis, & tamen oramus: ergo est purgatorium, & ecclesia semper hoc haubit: ergo hæreticum est negare purgatorium. Iacobus autem faber super Lucam capitul. 16. reuocat in dubium de diuite Epulone, an ille diues esset in inferno vel in purgatorio, & dicit quòd erat in purgatorio: & probat quia portare bissum & comedere epulenter non est peccatum: quia mendicus ille non erat in extrema necessitate, quia si diues non dedit elemosynam poterat ire ad aliam domum & petere elemosynam. Secundo, quia diues orat Abraham, & orauit pro fratribus suis: at qui sunt in inferno non orant. Tertio, Abraham vocauit eum filium: ideo dicit Faber diuitem

illum fuisse in purgatorio. Sed totum hoc quòd dicit Iacobus Faber est fabulosum, & credo quòd erroneum, quia Dominus dixit, non potestis seruire Deo & mamone simul. i. non potestis seruire Deo simul & diuitijs. Secundo, Abraham dixit diuiti, quòd erat magnum chaos inter eos: ita quòd qui erant apud Abraham non poterant transire ad diuitem, & qui erant apud diuitem non poterant transire ad Abraham. Tertio, dixit Abraham diuiti, recordare quòd recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris. Quarto, in eodem cap. dicitur, mortuus est diues & sepultus est in inferno: vnde communiter omnes sancti, vt Basilius, Grego. dicunt, quòd erat diues ille in inferno. Et confirmatur principalis conclusio, nempe quòd sit purgatoriu, quia CHRISTVS suscitauit mortuos, & Elias, & apostoli, quòd hæretici negare non poterunt: At illi qui suscitati sunt à sanctis, non est verosimile quòd essent de numero damnatorum: vt constat de Thabita quæ erat mulier pia, vt legitur in actibus apostolorum, & erat de numero sanctarum mulierum. ¶ Præterea, esset etiam argumentum de Traiano quem, vt aiunt, beatus Grego. suscitauit: illis autem qui sunt in inferno nulla est redemptio: si vero prædicti suscitati essent in celo esset graue eis viuere, male ipsi ferrent si semel vidissent Deum & postea reuocarentur ad istam vitam. Beatus namq; Paulus dicebat, cupio dissolui & esse cū Christo, & Thabita quæ erat sancta mulier, vel erat in inferno, vel in paradiso, quòd non in inferno, constat ex sacra scriptura cum esset sancta mulier. Si vero erat in celo quòd bonum fecit ei beatus Petrus resuscitando illam & tradendo in tot pericula offendendi Deum: si dicas quòd manifesta-uit illam ad ostendendum gloriam Dei: non est vero simile quòd fieret cum tanto detrimento suo: ergo dicendum est quòd erat in purgatorio: & si dicas quòd pueri etiam resuscitantur qui tamen non sunt in purgatorio, dico, quòd de pueris baptizatis in lege euangelica, non credo quòd resuscitentur cum sit de fide eos esse in gloria, de facto non suscitantur: possent tamen si placeret altissimo. In veteri autè testamento non erat mirum quòd suscitarentur: cum pueri tunc circumcisi essent in limbo patrum: nunc autem non est vero simile quòd pueri baptizati & mortui ante vsum rationis resuscitentur cum sint in gloria. Et sanctus Thomas in articulo vltimo huius questionis in sexto argumèto, mouet dubium, quia videtur quòd non sufficienter numerentur receptacula animarum post hanc vitam: quia qui decedunt cum solo peccato originali & cum veniali, non recipientur in aliquo ex præfatis receptaculis, quia non in limbo cum ibi non sit pœna sensus: nec in inferno cum non

non peccauerit mortaliter: nec in purgatorio, quia nunquam finietur illa pœna cum non possit satisfacere sine gratia, hoc petebat argumentum: Ad quod responderet S. Tho. & prius dicit, quòd casus est impossibilis: ratio est, quia secundum ipsum sanctum Tho. quando quis venit ad primū instans vsus rationis cum solo peccato originis vel facit quod in se est, & tunc reponitur in gratia: Si autem nõ facit quod in se est, peccat mortifere, quia tenetur conuertere se ad Deum. Secundo dicit, quòd si daretur ille casus puniretur in inferno: quia nunquã satisfaciet pro illo veniali. Sed contrã, ille locus non est nisi pro illis qui decesserunt cū peccato mortali. Dico quòd sequendo illam solutionem sancti Thomæ, negadū est quòd ille locus sit solū pro decedentibus in peccato mortali, sed et pro decedentibus in originali & veniali: & sanctus Thomas. d. 42. ar. 5. ad. 6. & 7. & in questionibus de malo. q. 5. art. 2. ad. 8. & q. 7. art. 10. ad. 8. confirmat illam sententiam, quòd non est possibile quòd quis decedat ab hac vita in originali & veniali solum. Et de hac opinione celebri S. Tho. disputauius late in secundo sententiarum, & tota difficultas dependet ex illo quod asserit S. Tho. nempe quòd quando aliquis venit ad vsum rationis tenetur conuertere ad Deum. Et doctor Sanctus non dicit, nisi quòd cum quis venit ad primū instans vsus rationis tenetur cogitare de salute sua, quia potest peruenire ad vsum rationis & non cognoscere Deum. sed si veniat ad vsum rationis & scit malum, esto quòd non cognoscat Deum, cognoscat tamen quid bonum & quid malum. tenetur conuertere ad Deum, quòd si faciat consequetur gratiam, & si habeat se negatiue peccabit mortaliter. Propterea est notandum, quòd potest esse quòd aliquis habeat vsum rationis ad edificandam domum (exempli gratia) & quòd non cognoscat bonum nec malum, nec in quo consistat bene aut male agere, & ille nõ habet vsum rationis: probatur, quia nõ potest peccare: & si haberet vsum rationis ad gubernandum reipublicam, si non cognoscat bonū & malum non peccat: quia hoc est habere vsum rationis, nempe scire bene & male agere. i. quid est bene aut male agere. Secundo dico, quòd forte non potest nec dicitur quis habere vsum rationis, quousq; cognoscat Deum: quod videtur insinuare Paulus ad Rom. loquens de philosophis, dicens, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. Deus. n. manifestauit illis, quia quod notum est Dei, manifestum est illis: videtur dicere Paulus quòd excusarentur si nõ cognouissent Deum. Sed si quis scit bene agere & male, quæ iniuria fit illi, vt obligetur ad hoc quòd conuertatur in Deum: & postquam cognouit Deum, tenetur bene agere. Vnde hoc modo intellecta opinio sancti Thomæ nõ est dura: Vbi autem sit purgatorium? Respon-

det S. Tho. in. 4. d. 21. quòd non habemus in sacra scriptura, vbi sit Sed ego dico quòd ex scriptura possumus probabiliter ostendere vbi sit purgatorium, postquam sancti patres dicunt descendam ad inferos. Et cum limbus patrum erat in sinu Abraham, videtur quòd purgatorium sit apud limbum, & quòd non multum distet ab eo, quia etiam demones veniunt ad purgatorium: in quo dicit S. Tho. quòd est duplex locus. Alter ordinarius & ille est apud inferos, vbi communiter purgantur animæ. Alter est extraordinarius, vt etiam dicit beatus Greg. in dialogis, quòd puniuntur in niueis aquis & in vallibus, quæ aut. in pœna sit illa: dicit beatus August. quòd est pœna ignis: & idem asserit S. Tho. & quòd est eiusdem speciei cum isto igne nostro. Quomodo autem affligatur animæ in illo igne purgatorij cum animæ nõ possint comburi, dicit S. Tho. in. d. 21. quòd duplex est pœna in purgatorio, nempe pœna dæmoni & pœna sensus: pœna dæmoni est carètia visionis beatificæ: nam existentes in purgatorio desiderat gloriam plusquam desiderabat Paulus in hac vita, quado dicebat, quis me liberabit de carcere corporis huius? Alia est pœna sensus, quia cruciantur ab igne. Si autem queratur quomodo possunt cruciari ab igne corporeo cum animæ spiritus sint tan ignis imprimat in animas aliquam qualitatem: dico quòd ille ignis nullo modo potest animabus nocere, nisi detinendo: & ex hac detentione affliguntur & tristantur animæ. Sed contrã, non esset ibi duplex pœna, vt diximus, sed sola vna: si ignis nullo alio modo cruciat nisi detinendo, illud solum est pœna dæmoni: quia impeditur anima & detinetur ne videat Deum. Ad hoc nego antecedens, quia dato quòd illæ animæ sint liberæ, & possent ambulare per totum mundum: adhuc cruciantur sicut demones qui veniunt in hunc mundum semper detinentur & cruciantur ab igne, quia quocunq; vadat semper sunt superuestiti igne, vel semper sciunt se reuersuros ad ignem: & eodem modo animæ damnatæ vel quæ sunt in purgatorio duplici detentione detinentur, altera vt non videant Deum, altera quòd detineantur in igne loco sibi disconuenienti. Sed contrã, sequeretur ex hoc quòd patres in limbo habebant tantam pœnam quantam habent animæ in purgatorio: probatur, quia debebatur eis gloria & priuabantur illa & detinebantur in loco disconuenienti quasi in carcere: ergo tanta pœna erat ibi quanta est in purgatorio. Et conficitur, quia sequeretur quòd non iuniebantur patres in veteri testamento magis in purgatorio quàm in limbo: & si dicas quòd in purgatorio detinebatur ab igne & non poterant videre Deum, & in limbo non detinebantur ab igne. Contra in limbo etiam detinebatur ne viderent Deum, & licet in limbo non esset ignis: erat aer & locus dis-

conueniens: ergo tantū puniebantur. Ad hæc dico, quòd si solum consideremus naturas rerum, non videtur quòd vnus crucietur plus quàm alius, nēpe tantum crutiabitur ille qui detineretur ab aere, quātum crucietur ille qui detineretur ab igne si non habeat corpus: sed dispensatione diuina qua Deus suauiter disponit omnia, fiebat quòd illi qui erant in purgatorio tristarentur, & illi qui erant in limbo nō, aut non tantum. Videtur enim quòd in limbo esset aliqua tristitia, quia patres illi expectabāt gloriam, & ex illa expectatione causabatur aliqua: tamen non erat tristitia quæ esset pœna, quia vt habetur Lucæ 16. de diuite epulone, recordare fili quòd recepisti bona in vita tua, & Lazarus mala, nunc Lazarus consolatur: vnde dico, quòd non est alia pœna in purgatorio, nisi eo quòd detinentur ibi, & carentia diuinæ visionis, & nō quòd ignis producat aliquas qualitates in animas existentes in purgatorio. Querit S. Tho. an pœna purgatorij excedat omnem pœnā huius seculi, & respondet quòd excedit omnē pœnam martirum, & omnē pœnā huius seculi: probat auctoritate beati Aug. dicit namq. Aug. quòd ille ignis purgatorij durior erit quàm quidquid in hoc seculo pœnarum aut sentire, aut videre, aut cogitare quis poterit: etsi petas rationem huius, dicit S. Tho. quòd illa pœna purgatorij est ex desiderio animæ ad gloriam. Detentio autem animæ in hac vita nō affligit, aut affligit parum eo quòd nō cognoscimus spiritualia, aut obscure & cōfuse cognoscimus. Sed postquam anima exit à corpore nullum erit ei desiderium nisi de Deo, & ex magno desiderio crucietur, hoc dicunt Theologi, sed certe non caret difficultate: & arguitur in hūc modum, Pœna debita pro peccato veniali est certa, & illa pœna nō excedit omnē pœnam huius seculi: ergo & c. Q uòd autem pœna debita pro veniali sit certa, probatur, quia quis potest satisfacere de condigno pro pœna debita peccato veniali, tunc bene sequitur iste satisfacit sufficienter in purgatorio pro peccato veniali: ergo non est maior pœna, & non est dicendum quòd pro peccato veniali in via debetur vna dies ieiunij, & in purgatorio decem, cum de lege Deus nō puniat vltra condignum, sed potius citra condignum: ergo pœna illa non est magna. Et augetur hoc dubium, quia nos supra in materia de satisfactione quæsiuimus, an ille qui punitur in hac vita, satisfaciat illa pœna pro peccatis? Et diximus, quòd si Deus dat illam pœnam pro peccatis, etiā si inuoluntarie sustineat ipse peccator prædictam pœnam satisfaciat, & non punitur pro illis peccatis amplius in purgatorio: ergo nō est illa pœna purgatorij maior quàm pœna huius vitæ: Ad hoc S. Tho. dicit, quòd non est æqualis pœna huius vitæ cum pœna purgatorij, quia anima plus crucietur in purgatorio quæ

in hac vita, eo quòd in purgatorio sunt omnia spiritualia. Assignat S. Tho. exem. pl. m. iudex punit duos æquali pœna, & vnus plus crucietur quàm alius, & iudex iuste facit imponens illam æqualem pœnam, sed illud quod plus vnus crucietur quàm alius, prouenit ex dispositione & complexione illius: & hoc ingeniose dicitur, sed non videtur expedire difficultatē, quia posset quis respondere quòd licet illa sit vna causa, tamen in hac vita quilibet actus humanus duo habet, nempe habet quòd sit meritorius & quòd sit pœnalis, in purgatorio actus noster est satisfactorius quia pœnalis, sed in hac vita plus satisfaciat qui habet maiorem charitatem, & facit quòd actus sit plus meritorius quàm quòd actus sit pœnalis solum: vnde dico, quòd tanta pœna debetur in hac vita pro peccato veniali quanta in purgatorio, sed in hac vita solum per actum meritorium potest soluere peccato pœnam, vt 100. exempli gratia. In purgatorio autem non, sed ad rigorem debet soluere, & ideo ponitur ignis in purgatorio, quia ille magis cruciat. Dicitur enim de damnatis quòd transibunt à calore nimio ad aquas niuium Job. 24. Est ergo magna illa pœna purgatorij & interni, & S. Tho. dicit in 3. p. q. 46. art. 6. ad tertium, quòd pœna purgatorij est grauior pœna quàm pertulit CHRISTVS in passione sua, licet pœna passionis Christi fuerit maior quàm quæcūq. alia pœna huius vitæ. Sed hæsitabis an animæ quæ sunt in purgatorio patiantur ibi inuitæ, vel an patiantur voluntarie. Ad quòd respondet S. Tho. quòd duplex est inuoluntarium, Alterum est absolute consideratum: vnde absolute loquendo nolis esse in tali loco, Alterum est voluntarium conditionatum, vt cum quis eligit aliquid malum vt consequatur aliquid bonum, nempe quòd abscindatur brachium vt conferuetur vita, & nullus vult aut desiderat malū nisi ob aliquid bonum: vnde dicit, quòd animæ purgatorij patienter ferunt illam pœnam, & conditionaliter volunt ibi esse ad hunc sensum quòd libenter patiuntur illam pœnam, vt conuolent in beatitudinem: non tamen animæ quæ sunt in purgatorio in ipsum locū deferuntur à demonibus, sed à bonis angelis vel ab angelo custode, nec demones possūt prædictas animas cruciare: solum enim crucietur ex hoc quòd detinentur in illo loco non conuenienti sibi, vt dictum est.

Artic. secundus

Vtrum statim post mortem animæ deducantur ad cœlum, vel ad infernum?

AD



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quòd statim post mortem nullæ animæ deducatur ad cœlos vel ad infernum, quia super illud psal. Adhuc pusillum & nō erit peccator: dicit glo. quòd sancti liberantur in fine mundi: post hanc tamen vitam non ibi erunt vbi erunt sancti, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei: sed illi sancti erunt in cœlo: ergo sancti post hanc vitam nō statim ascendunt in cœlum.

PRÆTEREA, Aug. dicit in Ench. quòd tempus inter hominis mortem & ultimā resurrectionem interpositum animas abditis receptaculis cōtinet, sicut vnaquaq. digna est requie vel arumna: sed hæc abditæ receptacula non possunt intelligi cœlum & infernum, quia in illis etiam post resurrectionē ultimam cum corporibus erunt. Vnde pronihilo distingueret tempus ad resurrectionem & post resurrectionem: ergo non erunt nec in inferno, nec in paradiso vsq. ad diem iudicij.

PRÆTEREA, maior est gloria animæ quàm corporum: sed simul omnibus redditur gloria corporum, vt sit maior letitia singulorum ex communi gaudio, vt patet Habre. 11. super illud Deo pro nobis aliquid melius providente, & c. dicit glo. Vt in communi gaudio omnium maius fieret gaudium singulorum: ergo multo fortius gloria animarum debet differri vsq. ad finem, vt simul omnibus reddatur.

PRÆTEREA, pœna & premium qua per sententiam iudicij redduntur, iudicium præcedere non debet: sed ignis inferni & gaudium paradisi dabuntur omnibus per sententiam iudicantis Christi. s. in ultimo iudicio, vt patet Matth. 25. ergo ante diem iudicij nullus ascendit in cœlum, vel descendit ad inferos.

SED contra est, quòd dicitur 2. Cor. 5. Si terrena nostra habitatio dissoluatur, domum habemus non manufactam, & conseruatam in cœlis. ergo dissoluta carne anima habet mansionem quæ ei in cœlis fuerat conseruata.

PRÆTEREA, Phip. 1. dicit Apostolus: Cupio dissolui & esse cum Christo: ex quo sic arguit Grego. in 4. dialog. Qui ergo Christum in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animam in

cœlo esse negat: sed non est negandum Christū esse in cœlo, cum sit articulus fidei: ergo nō est dubitandum animas sanctorū ad cœlos ferri. Quòd etiam aliqua anima ad infernum descendunt statim post mortem, patet Luc. 16. Mortuus est autē diues, & sepultus est in inferno. **RESPONDEO** dicendum, quòd sicut in corporibus est grauitas vel leuitas qua feruntur ad suum locum, qui est finis motus ipsorum: ita etiam est in animabus meritum vel demeritū, quibus perueniunt anima ad premium vel pœnam, quæ sunt fines actionum ipsarum. Vnde sicut corpus per grauitatem vel leuitatem, statim fertur in locum suum nisi prohibeatur, ita anima statim soluta vinculo carnis per quod in statu vitæ detinebatur, statim premium consequitur vel pœnam nisi aliquid impediatur, sicut interdum impedit consequutionem premij veniale peccatum, quòd primum purgari oportet: ex quo sequitur quòd premium differatur. Et quia locus deputatur animabus secundum congruentiam premij vel pœnæ, statim vt anima absoluitur à corpore, vel in infernū immergitur, vel ad cœlos euolat, nisi impediatur aliquo reatu quo oporteat euolutionem differri, vt prius anima purgetur. Et huic veritati auctoritates scripturæ canonicæ manifestè attestantur, & documenta sanctorum patrum. Vnde contrarium pro hæresi est habendum, vt patet 4. dialo. & in lib. de ecclesiasticis dogmatibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glo. seipsam exponit. Quòd enim dicit, nondū erit vbi erunt sancti & c. statim exponit subdens .i. non habebis geminam stolam quam habebūt sancti in resurrectione.

AD SECVDVM dicendum, quòd inter illa abditæ receptacula, de quibus Aug. loquitur, etiam sunt computanda & infernus & paradysus in quibus anima aliqua ante resurrectionem continentur. Et ideo distinguitur tempus ante resurrectionem & post: quia ante resurrectionem sunt ibi sine corpore, post autem erunt cum corpore: & quia in aliquibus receptaculis nunc sunt anima in quibus post resurrectionem non erunt.

AD TERTIVM dicendum, quòd hominum corpora

corporum habent quandam continuationem ad invicem, quia secundum ea est verum quod dicitur Actuum. 17. quod Deus ex vno fecit omnium hominum genus, sed animas singillatim finxit: unde non est tanta congruentia, ut omnes homines simul glorificentur in anima, sicut quod glorificentur in corpore. Et præterea gloria corporis non est ita essentialis, sicut gloria animæ: unde maius detrimentum esset sanctis si gloria animæ differretur, quam de hoc quod gloria corporis differatur: nec posset hoc detrimentum gloriæ recompensari, propter ampliacionem singulorum gaudij de gaudio communi.

AD QVARTVM dicendum, quod eandem obiectionem Grego. in 4. dialo. proponit & soluit. Si inquit nunc in cælo sunt animæ sanctorum, quid est quod in die iudicij pro iustitiæ retributione recipiunt? Et respondet, hoc eis mirum crescit in iudicio, quod nunc animæ sola singulari retributione lætatur, postmodum vero etiâ corporum beatitudine perfruuntur, ut in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatusque pertulerunt. Eodem modo dicendum est de damnatis.

Renes hunc articulum est prius aduertendum, quod quaestio movetur de facto, an scilicet anima iusta statim exuta corpore deducatur in cælum vel in purgatorium, si debet aliquam pœnam pro peccatis, & anima misera statim exuta corpore deducatur in infernum? quod est querere an animæ iustæ quæ iam ab omni pœna sunt expiata statim videant Deum, vel an expectent diem iudicij & resurrectionem, ut videant Deum? Et hæc quaestio fuit mota & agitata tempore Ioan. 22. & erant aliqui dicentes, quod animæ sanctæ non vident Deum, nisi postquam resurrexerint in corporibus post finale iudicium. Et hanc sententiam prædicavit Ioannes 22. ut refert Oram inter alios errores Ioannis vicesimi secundi. & quidam frater ordinis prædicatorum dixit statim id esse falsum. Deinde Benedictus duodecimus definiuit in quadam extraneitati, quod animæ sanctæ ab omni pœna pro peccatis debita expiata statim videt Deum: quod etiam confirmatur in cap. Maiores, de baptismo & eius effectu. Unde iam non licet dubitare an animæ sanctæ statim corpore exutæ videant Deum. Sed proculdubio tenendum est, quod statim non spectato die iudicij videt Deum: Sed nihilominus sunt aliqua testimo-

nia quæ videntur oppositum dicere. Et primū testimonium desumitur ex 4. sermone diui Bernardi de solennitate omnium sanctorum, vbi exponens illud Apoca. 6. vidi subtus altare animas interfectorum propter verbū Dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabant voce magna dicentes, vsq; quo domine sanctus & verus non iudicas: & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra & cæter. inquit quod altare est humanitas Christi, & quod animæ ante resurrectionē corporum non vident diuinitatem. Secundo, est Glossa super illud psalmi tricesimi sexti. Adhuc pusillum & non erit peccatum, quæ inquit quod sancti liberantur statim post hanc vitam sed non erant statim in loco, vbi postea sunt futuri quando eis dicitur, venite benedicti patris mei &c. ergo non erunt in gloria statim post hanc vitam vsq; ad diem iudicij. Tertio, beatus August. in enchiridio dicit, quod ante resurrectionem animæ sunt in quibusdam receptaculis p vt vnaqueque anima merita fuit in hac vita: ergo non statim post hanc vitam sunt in gloria. Quarto, in nouo testam. èto semper videtur quod reseruetur pœnæ, & præmium vsq; ad diem iudicij, quia si animæ iustæ statim vident Deum, & miseræ statim cōdemnantur, non esset opus iudicium finale. Quinto, habetur Mathe. 25. Venite benedicti percipite regnum quod paratum est vobis &c. ergo antea non habebant illud regnum, quia si habebant ad quid nunc vocantur? Sexto, diuus Hiero. dicit de se ipso, quod timebat tubam diei iudicij: sed quando tuba clanget iam Hiero. erit beatus in longo tempore ante, quid igitur timebat? Septimo, Mathe. 13. habetur quod separabuntur mali à bonis: ergo nondum erant separati in die iudicij. His non obstantibus tenendum est, quod ecclesia tenet, nempe quod animæ sanctæ statim vident Deum post hanc vitam nisi sit aliquod impedimentum. Et S. Tho. mouit hanc quaestionem hic, & 1. 2. q. 4. art. 5. & quarto, contra gentiles cap. 91. & semper constanter tenet hæc sententiam. Et probat eam pulchre & iuculenter ex sacris literis & rationibus. & probatur hoc prius ex illo Pauli. 2. ad Cor. 5. vbi Paulus agit de finali gloria, & dicit: scimus. n. quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis: & intelligit Apostolus, quod statim post hanc vitam habebunt iusti beatitudinem, quia aliis si illi quibus dissoluitur hæc domus terrestris non habent in re beatitudinem statim post hanc vitam, sed solum in spe: nihil dicebat Paulus peculiariter de illis quam de nobis: quia etiam nos in spe habemus beatitudinem: ergo intentio Pauli est, quod illi quibus dissoluitur domus terrestris, statim habebunt domum æternam, quæ

quæ est beatitudo prædestinatorum, quia cum illis loquitur Paulus &c. Secundo ad Phil. 2. ait Aposto. cupio dissolui & esse cum Christo: at esse cum Christo est habere gloriam. i. regnare cū eo, quod etiam Paulus cōfirmat prioris ad Thef. 4. & ad Rom. 8. dicit Paulus quod iusti sunt cohæredes Christi: at CHRISTVS statim habuit gloriam corporis: ergo alij statim habebunt gloriam suam. Præterea, Luce. 23. dixit dominus latroni, hodie mecum eris in paradiso, & Luce. 16. dicit veritas, facite vobis amicos ex mamonâ iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula: ergo statim post mortem quis recipietur in gloriam postquam morte deficit. Præterea beatitudo est merces nostra post hanc vitam: ergo statim post mortem datur nobis, maxime cum Leuitici. 22. prohibuit dominus retinere mercedem laborantis, vsq; in vnum alterum diem: ergo nec ipse Deus differret mercedem nostram. Præterea, prior est Deus ad miserendum quam ad puniendum: at statim post hanc vitam punit malos, vt constat de diuite epulone: ergo statim præmiat bonos. Præterea, si Deus non dat gloriam statim post mortem, quare eo tempore quo redemit sufficiebat redimere nos prope finale iudiciū. Præterea, Mathe. 3. dicit, pœnitentiam agite appropinquabit regnū cælorum: ergo nō expectat dies iudicij, quia dato opposito multum distaret regnū cælorū. Præterea, animæ post hanc vitam non sunt in statu merendi nec demerendi: ergo frustra expectant diē iudicij ad recipiendum gloriam. Præterea, sequeretur quod illæ animæ haberent fidem, quod est contra illud Pauli. 1. ad Cor. 13. qui dicit quod ambulamus nunc per specia, postea videbimus de facie ad faciem. Præterea, quid esset dicendum de illis qui surrexerunt cum Christo: illi ad minus iam erunt beati, cum iam habeant animam & corpus, sed multi alij fuerunt sanctiores illis: ergo etiam alij sunt in gloria. Præterea, quando profertur illa sententia finalis, venite benedicti &c. iam apostoli sedebunt, & pauperes ad iudicandum alios: ergo iam erant in gloria. Præterea, actuum. 7. dixit diuus Stephanus. Ecce video celos apertos, & Iesum statem à dextris virtutis Dei: & sequitur, domine Iesu, accipe spiritum meum: quod est dicere, recipe me in gloria. Præterea, nō esset melioris conditionis animæ hodie quæ patres in limbo. Præterea, sequeretur quod si animæ exutæ corpore non patiuntur aliquam pœnam, eo quod non vident Deum, quod nec animæ quæ sunt in purgatorio non pateretur pœnam ex eo etiam quod non videt Deum, aliis semper deberent esse in tristitia, & afflictione vsq; ad diem iudicij, quod nec recte rationi consonat. Præterea, pro nobis est Origenes homelia 13. super Lucam, dicens, cum migrauerimus de

mundo videbimus diuinam essentiam. Consentit Aug. in 9. confessionsum loquens de Nebridio amico suo, quod idem Aug. confirmat in lib. supputationū, dicens, foelices sancti Dei qui pertransistis hoc pelagus mortalitatis: & multa alia ibi poteris videre in hanc catholicam sententiam. Gregorius in 4. dialogorum, sæpe dicit, animas post hanc vitam statim videre Deum. Et confirmat hoc in homelia de vno martire. Tertulia. in apologetico cap. vltimo, in libro de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 79. & S. Tho. in quarto contra Genti. vbi supra dicit, quod oppositum est error Græcorū: & hic dicit, quod oppositum est hæresis. Ad testimonia autem quæ in oppositum adducebamus facile est respondere, & prius ad illud Ioannis vicesimi secundi dico, quod postea retractauit illam sententiam, cum illud dixisset vt priuatus doctor, & non vt pontifex. Ad diuum autem Bernardum dico, quod ipse sæpe dicit, quod animæ exutæ corpore statim vident Deum post hanc vitam, nisi sit impedimentum. Ideo dico, quod non fuit prioris negatiuæ sententiæ: & si fuit quado prædicauit prædictū sermonē, postea in multis alijs locis reuocauit illā sententiā: & esto fuisset Bernardus illius sententiæ, plus valent alij sancti, cum quibus tenendum est. Ad illud autem euangelij, nempe venite benedicti, & ite maledicti &c. & ad illud, separabuntur mali à bonis: & ad illud, quod Deus sæpe videtur differre omnia ad diē iudicij: Dico quod quia CHRISTVS loquebatur cū hominibus, ideò loquebatur de his quæ pertinent ad corpus & non tantum ad animam, & volebat dicere quod mali postquam iam sunt in corpore separabuntur à bonis, & boni postquam iam sunt in corporibus, ibunt in beatitudinem quam solæ animæ antea habebant. Et Marfi. in 4. q. 13. adducit ad hoc illud Pauli. 1. ad Timo. de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quæ reddet mihi Deus iustus iudex: & nos addemus aliqua alia inferius in materia de iudicio finali.

Artic. tertius.

Vtrum animæ existentes in paradiso vel in inferno egredi valeant?



AD TERTIVM sic proceditur: Videtur quod animæ in paradiso vel in inferno existentes egredi non valeant. Aug. n. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda: Si rebus viuentium viderentur animæ mortuorum, vt de alijs

alijs taceam, me ipsum pia mater nulla nocte defereret, quæ terra mariq; secuta est, ut mecum viueret. Ex hoc concluditur quod anima defunctorum rebus uiuentium non intersunt, sed interesse possent si de suis receptaculis exirent, ergo de suis receptaculis non exeunt.

PRÆTEREA, in psalmo dicitur: *Ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ.* Et Iob. 13. *Qui descendit ad inferos non ascendet.* ergo tam boni quam mali à suis receptaculis non exeunt.

PRÆTEREA, receptacula, ut dictum est, animabus post mortem dantur in premium vel in pœnam: sed post mortem nec premia sanctorum minuuntur, neq; pœna damnatorum: ergo non exeunt de suis receptaculis.

SED contra est, quod dicit Hiero. contra Vigilantium sic eum alloquens. *As. n. in sinu Abrahamæ vel in loco refrigerij, vel subter Aram Dei animas apostolorum & martirum condisce, nec posse suis tumultis cum uoluerint adesse presentes: & ita tu Deus leges ponas, tu Apostolis vincula mictis, ut usq; ad diem iudicij teneantur in custodia, nec sint cum domino suo, de quibus scriptum est, sequuntur agnum quocumq; ierit: & si agnus ubiq; est, ergo & hi qui cum eo sunt, ubiq; esse credendi sunt: ridiculum ergo est dicere quod anima mortuorum à suis receptaculis non recedant.*

PRÆTEREA, Hieron. ibidem arguit sic: *cum diabolus & demones ubiq; uoluntur orbato, et celeritate nimia ubiq; presentes sunt, quare martyres post effusionem sanguinis aetheri obtinentur inclusi, & inde exire non poterunt? Ex quo potest concludi, non solum de bonis sed etiam de malis quod sua receptacula quandoq; exeant, cum non habeant maiorem damnationem quam demones qui ubiq; discurrunt.*

PRÆTEREA, hoc idem probari potest per Grego. in. 4. dialogo. ubi narrat de multis mortuis qui uiuis apparuerunt.

RESPONDEO dicendum, quod aliquem exire de inferno vel de paradiso potest intelligi dupliciter. Vno modo, ita quod simpliciter inde exeat, ut iam locus eius non sit paradiso vel infernus: & sic nullus inferno vel paradiso deputa-

tus, finaliter inde exire potest, ut infra dicitur. Alio modo potest intelligi, ut exeat ad tempus, & in hoc distinguendum est quid eis conueniat secundum legem naturæ, & quid eis conueniat secundum ordinem diuinæ providentiæ, quia ut dicit Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda. *Alij sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, alia sunt quæ naturaliter, alia quæ inuisibiliter fiunt. Secundum ergo naturalem cursum anima separatæ proprijs receptaculis deputatæ à conuersatione uiuentium pœnitus segregatur. Non enim secundum cursum naturæ homines in mortali carne uiuentes, substantijs separatim immediate iunguntur, cum omnis eorum cognitio à sensu oriatur: nec propter aliud à suis receptaculis eas exire conueniret, nisi ut rebus uiuentium interessent. Sed secundum dispositionem diuinæ providentiæ, aliquando anima separatæ à suis receptaculis egressæ conspectibus hominum presentantur: sicut Aug. in lib. predicto narrat de Felice martyre, qui in uisibus Nolanis uisibiliter apparuit, cum à Barbaris oppugnaretur. Et hoc etiam credi potest quod aliquando damnatis contingat, quod ad eruditionem hominum & terrorem permittitur uiuentibus apparere, ut etiam ad suffragia expedienda quantum ad illos qui in purgatorio detinentur, ut per multa quæ in. 4. dialo. narratur patet. Sed hoc interest inter sanctos & damnatos, quod sancti cum uoluerint apparere possunt uiuentibus, non autem damnati. Sicut n. sancti uiuentes in carne dona gratis gratis datæ accipiunt, ut sanitates & signa perficiant, quæ non nisi diuina uirtute rationabiliter fiunt, quæ quidem signa ab alijs hoc dono carentibus perfici non possunt: ita etiam non est inconueniens, ut ex uirtute gloriæ aliqua potentia animabus sanctorum detur, per quam possint mirabiliter apparere uiuentibus cum uolunt, quod alij non possunt nisi interdum permitti.*

AD PRIMVM Mergo dicendum, quod Aug. (ut per sequentia patet) loquitur secundum communem cursum naturæ: nec tamen sequitur quod etiam si mortui possunt ut uolunt uiuentibus apparere, toties appareant quoties appa-

rent

rent in carne uiuentibus: quia separati à carne vel omnino conformantur diuinæ uoluntati, ita quod non liceat eis, nisi quod secundum diuinam dispositionem congruè intuentur: vel ita sunt pœnis oppressi, ut de sua miseria magis dolerent quam curent alijs apparere.

AD SECVNDVM dicendum, quod auctoritates illæ loquuntur quantum ad hoc, quod nullus de paradiso vel inferno egreditur simpliciter, & non quod non egrediatur ad tempus.

AD TERTIVM dicendum, quod (sicut ex dictis patet) secundum hoc, locus animæ cedit in pœnam vel premium, quod anima efficitur ex hoc quod tali loco deputatur, vel gaudento, vel dolendo. Hoc autem gaudium siue hic dolor de hoc quod talibus locis deputatur, manet in anima etiam quando extra loca predicta fuerit: sicut pontifici cui datur pro honore, ut in cathedra sedeat in ecclesia, non minuitur gloria eius quando à cathedra recedit, quia & si actu ibi non sedeat, locus tamen ille sibi deputatus est.

AD EAM ETIAM quæ contra obijciuntur respondere oportet. Ad quorum primum dicitur, quod Hierony. loquitur de Apostolis & martyribus secundum quod eis accrescit ex potestate gloriæ, & non secundum quod eis congruit ex debito naturæ. Quod autem dicit eos ubiq; esse, non est intelligendum quasi simul sint in pluribus locis aut ubiq;: sed quia esse possunt ubi uolunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod non est simile de demones & angelis, & animabus sanctorum & damnatorum. Angeli enim boni vel mali hoc officium sortiuntur, ut hominibus præsentent, vel ad custodiam vel ad exercitium, quod de animabus hominum non potest dici, sed tantum secundum potestatem gloriæ animabus sanctorum hoc congruit, & quod possunt esse ubi uoluerint: & hoc est quod Hiero. intendit.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis aliquando anima sanctorum vel damnatorum presentialiter astant, ut apparet: non tamen credendum est hoc semper accidere. Aliquando enim huiusmodi apparitiones fiunt, vel in dormiendo, vel in uigilando, operatione bonorum

vel malorum spirituum, ad instructionem, vel destructionem, vel deceptionem uiuentium. Sicut etiam uiui homines aliquando alijs apparent & eis multa dicunt in somnis, cum constet eos non esse presentes: sicut August. per multa exempla probat in lib. de cura pro mortuis agenda.

Articul. quartus

Utrum limbus inferni sit idem quod sinus Abrahamæ?

Tho. 4. dist. 45. q. 1. art. 2.



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod limbus inferni non sit idem quod sinus Abrahamæ: sicut n. dicit Aug. 12. super Gen. ad literam: *Non dū inueni inferos alibi in bono posuisse scripturam: sed sinus Abrahamæ in bono accipitur, ut ibidem subiungit August. sic dicens: Non in bonum accipiendo sinum Abrahamæ, & illam requiem quo ab Angelis prius pauper allatus est, nescio utrū quisquam possit audire: ergo sinus Abrahamæ non est idem quod limbus inferni.*

PRÆTEREA, in inferno existentes non uident Deum, sed in sinu Abrahamæ uidetur Deus: ut patet per Aug. 9. lib. confessionum, qui loquens de Nebridio dicit: *Quicquid illic est quod sinus Abrahamæ uocatur, ibi Nebridius meus uiuit: & ita iam non ponit aures ad os meum, sed spiritaliter os ad fontem: tamen & bibit quam potest sapientiam pro auditate sua sine fine felix: ergo sinus Abrahamæ non est idem quod limbus inferni.*

PRÆTEREA, ecclesia non orat pro aliquo ut ad infernum deducatur, orat autem ut angeli animam defuncti in sinum Abrahamæ ferant: ergo uidetur quod sinus Abrahamæ non sit idem quod limbus.

SED contra, sinus Abrahamæ dicitur ubi mendicus Lazarus ductus est ad infernum, quia ut dicit Glo. Iob. 30. super illud, ubi constituta est domus omni uiuenti: Infernus domus erat

omni-

omnium uiuentium ante Christi aduentum :
ergo sinus Abrahæ non est idem quod limbus.
PRÆTEREA, Gen. 44. dicit Iacob filijs
suis. Deducetis canes meos cum dolore ad in-
feros: ergo Iacob sciebat in morte sua se ad in-
feros transferendum: ergo eadem ratione
Abraham ad inferos translatus fuit post mor-
tem, & ita sinus Abrahæ uidetur esse aliqua
pars inferni.

RESPONDEO dicendum, quod anima homi-
num post mortem ad quietem peruenire non
possit, nisi merito fidei: quia accedente ad Deum
oportet credere. Heb. 11. Primum exemplum
credendi hominibus in Abraham datur qui pri-
mo se à cætu infidelium segregauit, & specia-
le signum fidei accepit: & idcirco quietus illa quæ
hominibus post mortem datur sinus Abrahæ
dicitur: ut patet per Aug. 12 super Gen. ad litem.
Sed anime sanctorum post mortem non
omni tempore eadem quietem habuerunt, quia
post Christi aduentum habent plenam quietem
diuina uisione perfuentes, sed ante Christi ad-
uentum habebant quietem per immunitatem
pænæ: sed non habebant quietem desiderij per
consequationem finis: & idcirco status sanctorum
ante Christi aduentum potest considera-
ri, & secundum id quod habebat de requie: &
sic dicitur sinus Abrahæ. Potest etiam conside-
rari quantum ad id quod eis deerat de requie,
& sic dicitur limbus inferni. Limbus ergo in-
ferni & sinus Abrahæ fuerunt ante Christi
aduentum unum per accidens & non per se:
& idcirco nihil prohibet post Christi aduentum
esse sinus Abrahæ, & esse omnino diuersum
à limbo, quia ea quæ sunt per accidens separari
contingit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quan-
tum ad id quod habebat de bono status sanctorum
patrum sinus Abrahæ dicebatur, sed quan-
tum ad id quod habebat de defectu dicebatur
infernus: & sic nec sinus Abrahæ in malum
accipitur, nec infernus in bonum, quamuis quo-
dammodo sint unum.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut re-
quies sanctorum patrum ante Christi aduen-
tum dicebatur sinus Abrahæ, ita & post Chri-
sti aduentum, sed diuersimodè. Quia, n. ante

Christi aduentum sanctorum requies habebat
defectum requiei adiunctum: dicebatur idem
infernus & sinus Abrahæ, tantum, n. ibi non
uidebatur Deus. Sed quia post Christi aduentum
sanctorum requies est completa, cum Deum ui-
deant, talis requies dicitur sinus Abrahæ: &
nullo modo infernus: & ad hunc sinum Abra-
hæ ecclesia orat fideles perduci.

VNDÉ patet responsio ad tertium. Et sic eti-
am intelligenda est quedam glo. Lucæ. 16. su-
per illud: factum est, ut moreretur mendicus
& c. quæ sic dicit: sinus Abrahæ est requies be-
atorum pauperum, quorum est regnum celo-
rum.

Articu. quintus

Ut limbus idem sit quod
infernus damnatorum?



AD QUINTVM sic procedi-
tur. Videtur quod limbus sit idem
quod infernus damnatorum. Chri-
stus, n. dicitur infernum momordisse
se non absorbuisset, quia aliquos inde extraxit,
nō autem omnes: non autem diceretur momordisse
infernum, si illi quos liberauit non fuisset pars
multitudinis in inferno contentæ. Ergo cum illi
quos liberauit in limbo inferni continerentur,
eadem continerentur in limbo & in inferno. er-
go limbus est idem quod infernus, vel pars in-
ferni.

PRÆTEREA, CHRISTVS dicitur in
symbolo descendisse ad infernum, sed descendit
ad limbum patrum: ergo limbus patrum est
idem quod infernus.

PRÆTEREA, Job. 17. dicitur in profundis
infernum descendit anima mea: sed
Job cum esset sanctus & iustus ad limbum dis-
cendit: ergo limbus est idem quod profundis in-
ferni.

SED contra, in inferno nulla est redemptio, sed
à limbo sancti fuerunt redempti: ergo limbus
non est idem quod infernus.

PRÆTEREA, Augustinus dicit super Gen.
ad litteram: quomodo illam requiem quam La-

Articu. sextus.

Ut limbus puerorum sit
idem quod limbus patrum?



AD SEXTVM sic proceditur.
Videtur quod limbus puerorum
sit idem quod limbus patrum.
Pœna enim debet respondere
culpæ, sed pro eadem culpa deri-

nebantur in limbo patres & pueri. pro cul-
pa originali: ergo idem debet esse utrorumq;
locus pænæ.

PRÆTEREA, Aug. dicit in Ench. mirissi-
ma est pœna puerorum qui cum solo originali
peccato decedunt: sed nulla est pœna minor
ea quam sancti patres habebant: ergo idem est
locus pænæ utrorumq;.

SED contra est, sicut actuali peccato debetur
pœna temporalis in purgatorio, & aeterna in
inferno, ita et originali peccato dicitur pœ-
na temporalis in limbo patrum, & aeterna in
limbo puerorum. Si ergo infernus & purgato-
rium non sunt idem, videtur quod nec limbus
puerorum & limbus patrum sint idem.

RESPONDEO dicendum, quod limbus patrum
& limbus puerorum absq; dubio differunt se-
cundum qualitatem pænæ, vel pænæ. Pueris
enim non adest spes beatæ uitæ quæ patribus
in limbo aderat, in quibus etiam lumen fidei et
gratiæ resplendebat: sed quantum ad situm pro-
babiliter creditur utrorumq; locus idem fuisse,
nisi quod requies beatorum adhuc erat in supe-
riori loco quam limbus puerorum: sicut de lim-
bo & inferno dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ad cul-
pam originalem non eodem modo se habebant
patres & pueri. In patribus enim originali
culpa expiata est secundum quod erat in se, in
una persona, remanebat tamen impedimentum
ex parte naturæ, pro qua nondum erat satis-
factum plenariè: sed in pueris est impedimẽ-
tum & ex parte personæ, & ex parte naturæ:
& ideo pueri & patribus diuersa receptacula
assignantur.

AD SECUNDVM dicendum, quod Aug.
loquitur

zarus accepit, apud inferos esse credamus non
video, sed anima Lazari ad limbum descendit:
ergo limbus non est idem quod infernus.

RESPONDEO dicendum, quod receptacula
animarum post mortem dupliciter distingui
possunt: aut secundum situm, aut secundum
locorum qualitatem, prout. s. in aliquibus locis
pœnas vel premia recipiunt animæ. Si ergo
consideretur limbus patrum & infernus se-
cundum locorum qualitatem prædictam, sic
non est dubium quod distinguuntur: tum quia
in inferno est pœna sensibilis, quæ non erat in
limbo patrum: tum etiam quia in inferno est
pœna aeterna: sed in limbo patrum detineban-
tur sancti temporaliter tantum. Sed si consi-
derentur quantum ad situm loci, sic probabile
est, quod idem locus vel quasi continuus sit in-
fernus & limbus, ita tamen quod quedam su-
perior pars inferni limbus dicatur patrum: ex-
istentes enim in inferno secundum diuersitatem
culpæ diuersâ sortiuntur & pœnam. Et ideo
secundum quod grauioribus peccatis etiam ir-
reriuntur damnati, secundum hoc obscuriorem
locum & profundiores obtinent in inferno:
vnde & sancti Patres in quibus minimè erat
deratione culpæ, supremum & minus tenebro-
sum locum habuerunt omnibus puniendis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod secun-
dum hoc quod infernus & limbus sunt idem
quantum ad situm, dicitur **CHRISTVS**
infernum momordisse, & in infernum descen-
disse quando patres à limbo eripuit suo descensu.
ET per hoc patet solutio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod Iob non
descendit in infernum damnatorum, sed in lim-
bum patrum, qui quidè dicitur profundissimus
locus: non quidem respectu locorum pœnaliū,
sed in comparatione ad alia loca, secundum quod
sub eodem includitur omnis locus pœnarum.
Vel dicendum sicut Aug. soluit. 12. super Gen.
ad litteram de Iacob, sic dicens: Iacob illud quod
dicit ad filios suos, deducetis senectutem meam cum
tristitia ad inferos: videtur hoc magis timuisse
ne nimia tristitia sic pertubaretur, ut ad re-
quiem bonorum non iret, sed ad inferos peccato-
rum: & sic potest exponi quod est potius ver-
bum timentis quam asserentis.

loquitur de pœnis quæ debentur alicui ratione personæ suæ, inter quos mitis imam pœnã habent qui solo originali peccato grauantur: sed adhuc est mitior pœna eorum quos non impedit à perceptione gloriæ defectus personæ, sed solum defectus naturæ, ut ipsa dilatatio gloriæ quadam pœna dicatur.

Artic. septimus.

Utrum debeant tot receptacula distingui?

Tho. 4. dist. 45. art. 3.



AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod non debeant tot receptacula distingui. Sicut enim receptacula debentur animabus pro peccato post mortem, ita et pro merito: sed ratione meriti non debetur nisi unum receptaculum. scilicet paradysus: ergo nec ratione peccatorum debetur nisi unum receptaculum.

PRAETEREA, receptacula assignantur animabus post mortem ratione meritorum: sed unus est locus in quo merentur, vel demerentur: ergo unum tantum receptaculum deberet eis assignari post mortem.

PRAETEREA, loca pœnarum debent respondere ipsis culpis: sed non sunt nisi tria genera culparum. scilicet originalis, venialis, et mortalis: ergo non debent esse nisi tria receptacula pœnalia.

SED CONTRA: Videtur quod debeant esse multo plura quam assignantur. Aer. n. iste caliginosus est dæmonum carcer, ut patet. 2. Petri. 3. nec tamen computatur inter quinque receptacula quæ à quibusdam assignantur: ergo sunt plura receptacula quam quinque.

PRAETEREA, alius est paradysus terrestris, et alius paradysus cœlestis: sed quidam post statum vite huius ad paradysum terrestrẽ sunt translati, sicut de Enoch et de Helia dicitur: cum ergo paradysus terrestris inter quinque receptacula nõ computetur, videtur quod sint plura quam quinque.

PRAETEREA, cuilibet statui peccantium,

debet aliquis locus respondere pœnalis: sed si ponatur aliquis in originali decedere, cum solo veniali peccato nullum receptaculum assignatorum ei competeret. Constat. n. quod in paradiso non est, cum gratia careret, et eadem ratione nec in limbo patrum. Similiter etiam nec in limbo puerorum cum in ipso non sit pœna sensibilis, quæ tali debetur ratione venialis peccati: Similiter nec in purgatorio, quia ibi non est nisi pœna temporalis: huic autem debetur pœna perpetua. Similiter autem nec in inferno damnatorum, quia mortali peccato actuali caret: ergo oportet sextum receptaculum assignare.

PRAETEREA, diuersæ sunt quantitates pramiorum et pœnarum secundum differentias culparum et meritorum, sed infiniti sunt gradus meritorum et culparum: ergo infinita debent distingui receptacula in quibus puniuntur, vel pramiuntur post mortem.

PRAETEREA, anima quandoque puniuntur in locis in quibus peccauerunt, ut per Gregor. patet. 4. dialo. sed peccauerunt in loco ubi habitamus: ergo hic locus debet computari inter receptacula: et præcipue cum aliqui in hoc mundo pro peccatis puniantur suis, ut supra Magister dixit.

PRAETEREA, sicut aliqui in gratia decedentes habent aliqua venialia pro quibus digni sunt pœna, ita aliqui in peccato mortali decedentes habent aliqua bona pro quibus digni essent pramio: sed decedentibus in gratia cum peccatis venialibus, assignatur aliquod receptaculum in quo puniuntur ante quam pramia consequantur. scilicet purgatorium: ergo eadem ratione e contrario debet esse de illis qui in mortali decedunt cum aliquibus bonis operibus.

PRAETEREA, sicut patres retardabantur à plena gloria animæ, ita et nunc à gloria corporis: ergo sicut distinguitur receptaculum sanctorum ante Christi aduentum ab eo in quo nunc recipientur, ita debet nunc receptaculum distingui ab eo in quo recipientur post resurrectionem.

RESPONDEO dicendum, quod receptacula animarum distinguntur secundum diuersos status earum. Anima autem iuncta mortali corpori habet statum merendi, sed exuta cor-

pore

pore est in statu recipiendi pro merito bonum vel malum: ergo post mortem vel est in statu recipiendi finale pramium, vel in statu quo impeditur ab illo. Si autem est in statu recipiendi finalem retributionem, hoc est dupliciter: vel quantum ad bonum, et sic est paradysus, vel quantum ad malum, et sic rationis actualis culpa est infernus, ratione autem originalis est limbus puerorum. Si vero est in statu quo impeditur à finali retributione consequenda: vel est propter defectum personæ, et sic est purgatorium, in quo detinentur anime, nè statim pramia consequantur propter peccata quæ commiserunt, vel propter defectum naturæ: et sic est limbus patrum, in quo detinebantur patres à consequitione gloriæ, propter reatum humane nature quæ nondum poterat expiari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod bonum contingit uno modo, sed malum multifariè, ut patet per Dion. 4. cap. de di. no. et per Philosophum. 2. Ethic. Et propter hoc non est inconueniens si locus beatæ retributionis est unus, loca vero pœnarum simi plura.

AD SECVNDVM dicendum, quod status merendi est unus status, cum eiusdem sit posse mereri et demereri, et ideo conuenienter debetur omnibus unus locus: sed eorum qui recipiuntur pro merito sunt status diuersorum: et ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod pro culpa originali potest aliquis puniri dupliciter, ut ex dictis patet, vel ratione personæ, vel ratione nature tantum: et ideo illi culpæ respondet dupliciter limbus.

AD QVARTVM dicendum, quod aer iste caliginosus non assignatur dæmonibus, quasi locus in quo recipiant retributionem pro merito, sed quasi competes officio eorum, in quantum deputatur nobis ad exercitiu: et ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non computatur: primo. n. eis deputatur ignis inferni, ut patet Matt. 25.

AD QVINTVM dicendum, quod paradysus terrestris pertinet magis ad statum viatoris quam ad statum recipientis pro merito: et ideo inter receptacula de quibus nunc agitur non computatur.

AD SEXTVM dicendum, quod illa propositio est impossibilis, si tamen esset possibilis, talis in inferno puniretur in æternum: quod enim veniale peccatum in purgatorio temporaliter puniatur, accidit ei in quantum habet gratiam adiunctam: unde si adiungatur mortali, quod est sine gratia, pœna æterna in inferno puniretur: et quia iste qui cum originali peccato decedit, habet veniale sine gratia, non est inconueniens si puniatur, æternaliter puniri.

AD SEPTIMVM dicendum, quod diuersitas graduum in pœnis vel pramiis, non diuersificat statum secundum cuius diuersitatem receptacula distinguntur: et ideo non sequitur.

AD OCTAVVM dicendum, quod licet anime separate aliquando in loco nostre habitationis puniantur, non est propter hoc, quod locus iste proprius sit locus pœnarum: sed hoc fit ad nostram instructionem, ut eorum pœnas videntes retrahamur à culpis. Quod autem anime existentes in carne, hic puniuntur pro peccatis non pertinet ad propositum: quia talis pœna non trahit hominem extra statum merentis, vel demerentis. Nunc autem agimus de receptaculis, quæ debentur anime post statum meriti vel demeriti.

AD NONVM dicendum, quod malum non potest esse purum absque commixtione boni, sicut bonum summum est absque commixtione mali. Et ideo illi qui ad beatitudinem quæ summum bonum est, transferendi sunt, debent etiam ab omni malo purgari, et propter hoc oportet esse locum in quo tales purgantur: si hinc non omnino purgati exeant. Sed illi qui in inferno detrudentur, non erunt immunes ab omni bono: et ideo non est simile: quia ibi in inferno existentes pramium bonorum suorum recipere possunt, in quantum bona præterita eis valent ad mitigationem pœnæ.

AD DECIMVM dicendum, quod in gloria anime consistit pramium essenziale, sed gloria corporis cum redundet ex anima tota consistit in anima quasi originaliter: et ideo carentia gloriæ animæ diuersificat statum, non

carentia gloria corporis, & propter hoc etiam idem locus. scilicet caelum Empyreum debetur animabus sanctis exuta a corpore, & coniunctis corporibus gloriosis. non autem idem locus debetur animabus patrum ante perceptionem gloriae animae, & post perceptionem ipsius.

Quaestio. 72.

De qualitate animae excuntis à corpore & poena ei infligta ab igne corporeo.

DEINDE considerandum est, de qualitate animae excuntis à corpore, & poena ei ab igne corporeo infligta.

CIRCA quod quaeruntur tria.

PRIMO, utrum in anima separata remaneant potentiae sensitivae?

SECUNDO, utrum remaneant in ea actus dictarum potentiarum?

TERTIO, utrum anima separata possit pati ab igne corporeo?

Articu. primus

Utrum in anima separata remaneant potentiae sensitivae?

Tho. 4. d. 44. q. 3. art. 3. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod in anima separata remaneant potentiae sensitivae. Aug. n. in lib. de spiritu & anima sic dicit: Recedit anima à corpore secum trahens sensum & imaginationem, rationem et intellectum, intelligentiam, concupiscibilitatem, irascibilitatem: sed sensus & imaginatio & vis irascibilis & concupiscibilis sunt vires sensitivae: ergo in anima separata vires sensitivae remanent.

PRÆTEREA, August. dicit in lib. de ecclesiasticis dogmatibus: Solum hominem credi-

mus habere animam substantiatam qua exuta à corpore vivit. & sensus suos atque ingenia vivaciter tenet: ergo anima exuta à corpore vivit & habet potentias sensitivas.

PRÆTEREA, potentiae animae, vel essentialiter ei insunt, ut quidam dicunt, vel ad minus sunt naturales proprietates ipsius: sed id quod essentialiter inest alicui, non potest ab eo separari, neque subiectum aliquid deseritur à naturalibus proprietatibus: ergo impossibile est, quod anima separata à corpore aliquas potentias amittat.

PRÆTEREA, non est totum integrum cuiuslibet partium deest: sed potentiae animae dicuntur partes ipsius: si ergo potentias aliquas post mortem anima amittit, non erit anima integra post mortem, quod est inconueniens.

PRÆTEREA, potentiae animae magis cooperantur ad meritum quam etiam corpus. cum corpus sit solum instrumentum actus, potentiae vero principia agendi, sed necesse est quod simul corpus praemietur cum anima, propter hoc quod cooperabatur in merito: ergo multo fortius est necesse, quod potentiae animae simul praemientur cum ipsa: ergo anima separata eas non amittit.

PRÆTEREA, si anima cum separatur à corpore potentiam sensitivam amittit, oportet quod illa potentia in nihilum cedat: non enim potest dici, quod in materia aliqua resoluitur, cum non habeat materiam partem sui: si id quod omnium nihilum cedit, non reiteratur eodem numero: ergo anima non habebit in resurrectione eandem numerum potentiam sensitivam. Sed secundum Philosophum sicut se habet anima ad corpus, ita se habent potentiae animae ad partes corporis, ut visus ad oculum: si autem non est eadem anima qua redibit ad corpus, non est et idem homo: ergo eadem ratione non esset idem oculus numero, si non sit eadem numero potentia visiva: & similiter ratione nec aliqua eadem pars numero resurget, & per consequens nec totus homo eodem numero erit: non ergo potest esse quod anima separata potentias amittat sensitivas.

PRÆTEREA, si potentiae sensitivae corrumpentur corrupto corpore, oporteret quod debilitato corpore debilitaretur: hoc autem non contingit, quia

quia ut dicitur. 1. de anima, si senex accipiat oculum iuvenis videbit utique, sicut iuuenis: ergo nec corrupto corpore sensitivae potest corrumpi. **SED** contra est, quod Aug. in lib. de ecclesiasticis dogmatibus dicit: Duabus substantiis homo constat, anima tantum & carne: anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis: potentiae ergo sensitivae ad carnem pertinent: ergo corrupta carne non manent potentiae sensitivae in anima.

PRÆTEREA, Philosophus in 2. Metaph. de separatione animae loquens sic dicit: Si autem aliquid remanet in postremo quarendum est de hoc. In quibusdam n. non est impossibile: verb. gra. si anima est talis dispositionis, non tota sed intellectus: tota n. forte impossibile ex hoc videtur, quod anima tota à corpore non separaretur, sed solum potentiae animae intellectivae: non n. sensitivae vel vegetativae.

PRÆTEREA, in 2. de anima Philosophus dicit de intellectu loquens: Hoc solum convenit separari, ut perpetuum à corruptibili: reliquae autem partes animae manifestum est, ex his quod non separabiles sunt, ut quidam dicunt: ergo potentiae sensitivae non manent in anima separata.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est multiplex opinio. Quidam n. aestimantes potentias omnes esse in anima ad modum quo color est in corpore, dicunt quod anima à corpore separata omnes potentias suas secum trahit, si n. aliqua deesset oporteret animam transmutari esse secundum naturales proprietates, quae subiecto manente variari non possunt. Sed dicta aestimatio falsa est. Cum n. potentia sit secundum quam potentes dicimur aliquid agere vel pati, eiusdem autem sit agere & posse agere: oportet quod eiusdem sit potentia, sicut subiecti quod est agens vel patiens. Unde Philosophus in principio de somno & vigilia dicit, quod cuius est potentia eius est actio: videmus autem manifeste quaedam operationes quarum potentiae animae sunt principia, non esse animae proprie loquendo, sed coniuncti: quia explentur mediante corpore, ut est videre, audire, & huiusmodi. Unde oportet quod istae potentiae sint coniuncti sicut subiecti: anima autem sicut principium influentis: sicut forma est principium proprietatum compositi. Quaedam vero operationes exercentur ab anima sine

organo corporali, ut intelligere, & considerare, & velle. Unde cum haec actiones sint animae propriae, & potentiae quae sunt horum principia, non solum sunt animae ut principii, sed ut subiecti: quia ergo manente proprio subiecto manere oportet & proprias passiones, necesse est illas potentias quae in suis actionibus non utuntur organo corporali, remanere in anima separata: illas autem quae utuntur organo corporali, corrupti corpore corrupto: & huiusmodi sunt potentiae omnes quae pertinent ad animam sensibilem, & vegetabilem, & propter hoc quidam in potentiis animae sensibilis distinguunt. Dicunt n. has esse duplices, quasdam quae sunt actus organorum, quae sunt ab anima effluxae in corpus, & haec cum corpore corrumpuntur: quasdam vero originales harum quae sunt in anima, quia per eas anima corpus sensitivat ad videndum & audiendum, & huiusmodi: & originales potentiae manent in anima separata. Sed hoc non videtur convenienter dici. Anima n. per suam essentiam non mediantibus aliquibus aliis potentiis, est origo aliarum potentiarum quae sunt actus organorum, sicut & forma qualibet ex hoc ipso quod per essentiam suam materiam informat, est origo proprietatum quae compositum naturaliter consequuntur. Si n. oportet in anima ponere alias potentias quibus mediantibus potentiae quae organa perficiunt ab essentia animae effluerent, eadem ratione oporteret ponere alias potentias, quibus mediantibus ab essentia animae effluerent illae mediae potentiae, & sic in infinitum. Si enim statueretur alicui, melius est, ut in primo statueretur. Unde alii dicunt quod potentiae sensitivae, & aliae similes non manent in anima separata, nisi secundum quid, scilicet in radice, per modum, quo principia sunt in principiiis suis. In anima n. separata manet efficacia influendi iterum huiusmodi potentias si corpori uniat. nec oportet hanc efficaciam esse aliquid superadditum essentiae animae, ut dictum est, & haec opinio videtur magis rationabilis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum illud intelligendum est, quod anima secum trahit aliquas illarum potentiarum in actu, scilicet intelligentiam & intellectum: quasdam vero radicaliter, ut dictum est.

Secunda. 4. quest. 72. art. 1.

AD SECUNDVM dicendum, quod sensus quos anima secum trahit, non isti exteriores sed interiores, qui, scilicet ad partem intellectiuam pertinent, quia intellectus interdum sensus appellatur, ut patet per Basilium super proverbia: Philosophum in 6. Ethicor. vel si intelligit de sensibus exterioribus, dicendum sicut ad primum.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut patet ex dictis, potentia sensitiva non comparatur ad animam sicut naturales passionibus ad subiectum, sed sicut ad originem: unde ratio non procedit.

AD QVARTVM dicendum, quod potentia anime non dicuntur partes eius integrales, sed potentiales, talium autem totorum ista est natura: quia tota virtus totius consistit in una parte partium perfectum: in alijs autem partialiter, sicut in anima virtus anime perfectum consistit in parte intellectiva, in alijs autem partialiter. Unde cum in anima separata remaneant vires intellective partis integra remanebit, non dimidiata: quamvis sensitiva potentia actu non remaneant, sicut nec potentia Regis manet dimidiata mortuo preposito, que eius potentiam participabat.

AD QVINTVM dicendum, quod corpus cooperatur ad meritum, quasi pars essentialis hominis qui meretur: sic autem non cooperatur potentia sensitiva cum sint de genere accidentium: & ideo non est simile.

AD SEXTVM dicendum, quod potentia anime sensitiva non dicitur esse actus organorum, quasi forme essentialis ipsorum, nisi ratione anime cuius sunt, sed sunt actus ipsorum, sicut perficientes ea ad proprias operationes ipsorum: sicut calor est actus ignis perficiens ipsum ad calefaciendum. Unde sicut ignis idem numero remaneret etiam si alius numero in eo calor esset, sicut patet de frigore aque quod non redit idem numero postquam fuerit calefacta aqua nihilominus eadem manente: ita & organa erunt idem numero, quamvis potentia eadem non sint numero.

AD SEPTIMVM dicendum, quod Philo. ibi loquitur de huiusmodi potentijs secundum quod radicaliter in anima consistunt: quod patet ex hoc quod dicit, quod sensus non est in pari

endo ad animam, secundum id in quo est, scilicet corpus: sic enim propter corpus nec debilitantur, nec corrumpuntur anime virtutes.

RESPONSES hunc articulum est advertendum, quod est controuersia inter scholasticos Theologos, an potentia anime distinguatur realiter, tanquam res a re ab ipsa substantia anime. Et sunt duae opiniones, Thomas de Aquino cum multis alijs asserit partem affirmatiuam, nempe quod omnes potentia anime, tam sensitiva quam intellectiva, sunt accidentia quaedam realiter distincta ab ipsa substantia anime, quibus accidentibus homo, intelligit, vult, & sentit: alij autem, ut Gabri. Grego. de Arimino & c. dicunt, quod non distinguuntur potentia anime ab ipsa anima realiter, sed solum formaliter: tunc consequenter diuus Tho. qui tenet potentias anime realiter distinguuntur ab ipsa anima: Respondet in hoc articulo, & in 1. p. q. 77. art. 8. duabus conclusionibus, Una est potentia anime quae subiectantur in sola anima, ut intellectus & voluntas, manent in anima separata. Secunda conclusio est, potentia anime quae subiectantur in toto coniuncto, ut sunt potentia sensitiva non manent in anima separata. Sed contra hanc opinionem argumentor in hunc modum, quia si praedicta opinio est vera, sequeretur quod anima quando separatur a corpore, amitteret multas virtutes, cum virtutes secundum S. Th. morales sunt in appetitu sensitivo qui subiectatur in coniuncto. Ad hoc dico, quod secundum S. Th. concedendum est, quod praedictae virtutes non manebunt in anima separata: sed nec propterea anima patietur aliquam iacturam, quia praedictae virtutes sunt superuacuae in anima separata, cum illic non haberet operationem, cum sua operatio dependeat a corpore, quod tunc non est. Sed contra, sequeretur ex praedicta sententia sancti Tho. quod nullae virtutes morales manebunt in anima separata: unde anima pateretur magnam iacturam: assumptum probatur, quia virtutes sunt connexae secundum Arist. 6. Ethico. cum nullus sit fortis nisi est avarus & c. ergo post separationem anime non manebunt in ipsa iustitia & prudentia virtutes. Ad hoc nego hanc ultimam consequentiam, quia iustitia & prudentia sine alijs virtutibus habebunt suos actus, quia cum iustitia sit in voluntate, & prudentia in intellectu, suae operationes non dependunt ab organo corporali, sicut operationes virtutum quae sunt in parte sensitiva: & illud quod virtutes sunt connexae, intelligitur secundum statum, & in illo statu non requiruntur aliae virtutes quae sunt in parte appetitiva, ut dictum est. Tertio ex praedicta sententia S. Th. sequeretur quod non praemiaretur appetitus sensitivus, nec corpus, nec potentia quae omnia concurrunt ad bona opera meritoria: con-

sequens

Secunda. 4. quest. 72. art. 2. fo. 555.

Artic. secundus.

Trum in anima separata actus sensitivarum potentiarum remaneant?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videatur quod in anima separata remaneant etiam actus sensitivarum potentiarum. Dicitur in Aug. in lib. de spiritu & anima: Anima recedens ex corpore, ex his, scilicet imaginatione, concupiscibilitate, irascibilitate, secundum meritum afficitur ad delectationem siue doloris: sed imaginatio, & concupiscibilis, & irascibilis, sunt potentiae sensitivae: ergo secundum sensitivas potentias anima separata efficitur, & ita secundum eas in aliquo actu erit.

PRAEETEREA, Aug. super Gen. ad litteram lib. 12. dicit, quod corpus non sentit, sed anima per corpus. & infra, quaedam anima non per corpus sed sine corpore sentit, ut est timor & huiusmodi: sed id quod anima sine corpore contingit, potest in se anima a corpore separata: ergo tunc actu anima sentire poterit.

PRAEETEREA, inspicere similitudines corporum, sicut in somno accidit, ad visionem imaginariam pertinet, quae est in parte sensitiva: sed huiusmodi similitudines corporum inspicere, sicut in somnis accidit, contingit anima separata. Unde Aug. 12. Gen. ad litteram sic dicit: Neque enim video cur habeat anima similitudinem corporis sui, cum iacente sine sensu corporeo, nondum tamen penitus mortuo, videt talia qualia multi ex illa seductione viui redditinarrantur: & non habeat cum perfecta morte penitus de corpore exierit. Non enim potest intelligi, quod anima similitudinem corporis habeat, nisi secundum quod eam inspicit. Unde praemisit de iacentibus sine sensu quod gerunt quandam similitudinem corporis sui, per quam possunt ad loca corporalia ferri, & talia qualia vident similitudinibus sensuum experiri: ergo anima separata potest exire in actum potentiarum sensitivarum.

444 ij

PRAE.

sequens videtur durum & falsum. Ad hoc dico quod argumentum petit, an reproducatur in resurrectione eadem potentia sensitiva: & videtur probabilius quod non, sed aliae perfectiores: & ad argumentum dico, quod homo est qui praemiatur, non autem potentia. Secundo dico, quod praemiatur potentia sensitiva ad hunc sensum, quia dantur homini perfectiores potentiae pro illis. Alij autem doctores qui defendunt potentias non distinguunt ab anima, realiter dicunt eas manere in anima separata. Sed haec positio non videtur vera, & argumentor in hunc modum contra eam: sensationes non sunt in anima rationali, ergo nec potentia sensitiva. Ad hoc respondet Gabri. in 2. d. 16. q. unica, & Scotus eadem d. 2. & in 4. d. 21. & Marli. in 1. q. 7. art. 3. Ad 1. d. 1. quod potest dici, quod sensationes sunt immediate in toto composito, hoc est in toto organo, & non sunt solum in materia, nec in sola forma: & tamen dicunt quod calor est in materia ignis: ideo dicit Gabriel, quod sensationes sunt in anima. Sed contra, quia sequeretur quod anima separata posset audire & videre. Ad hoc negant illi doctores citati consequentiam, quia audire & videre cognoscitur quod fiant per organa corporalia: unde non possunt exerceri nisi per organa. Sed contra, ergo ad minus per diuinam potentiam posset fieri, quod anima separata audiat, negat consequentiam: quia auditio inquit, non potest esse sine corpore. Sed contra, si sensatio est in anima, ergo plures notitiae essent ibi si nonimae eiusdem obiecti, quia si video Petrum, & tango Petrum, & audio Petrum, in intellectu sunt visio & auditio & tactio Petri: ergo omnes illae erunt intellectivae notitiae. Ad hoc dicunt, quod notitia intellectiva notat quod non fiat per organum corporale. Sed contra, sequeretur quod essent in intellectu duo iudicia duarum propositionum contradictoriarum, cum per sensum iudicemus solum esse parue quantitates: & per intellectum iudicamus esse maioris quantitates. Praeterea sequeretur ex praedicta opinione, quod simul essent in anima duo appetitus oppositi, quia simul appeteres cenare & ieiunare, quod si concedis das anam & viam ad defendendum, quod simul potest quis habere amoris & odium Pauli, quia poterit iudicare per intellectum quod Paulus est bonus, & per sensum oppositum: ergo & c. Praeterea, sequeretur quod voluntas posset sequi notitiam sensitivam, quia notitia sensitiva est in ipsa anima secundum praefatam opinionem: ergo & c. Praeterea, unde habet anima cum sit simplex quod sit principium duorum oppositorum: Praeterea, sequeretur quod intellectus vellet, & voluntas esset in intellectu, quia haec potentia est voluntas ipsa demonstrando: & haec potentia est intellectus: ergo intellectus est voluntas: propter has rationes probabilius est dicere quod potentia sensitiva sunt in toto organo, & cum in anima separata non sint organa, nec sunt potentia cognoscitivae sensitivae.

Secunda. 4. quest. 72. art. 2.

PRAETEREA, memoria est potentia sensitiva partis, ut probatur in lib. de memoria & reminiscencia: sed anima separata actu, memorabuntur eorum quae in hoc mundo gesserunt: unde & diuiti Epuloni dicitur Luc. 16. recurdare quia recepisti bona in vita tua: ergo anima separata exhibit in actu potentiae sensitivae.

PRAETEREA, secundum Philosophum in 3. de anima. Irascibilis & concupiscibilis sunt in parte sensitiva: sed in irascibili & concupiscibili sunt gaudium & tristitia, amor & odium, timor & spes: huiusmodi autem affectiones quas secundum fidem nostram ponimus in animabus separatis: ergo anima separata non carebunt actibus potentiarum sensitivarum. **SED** contra est, id quod est commune anima & corpori, non potest remanere in anima separata: sed omnes operationes potentiarum sensitivarum, sunt communes anima & corpori, quod patet ex hoc quod nulla potentia sensitiva aliquem actum habet, nisi per organum corporale. ergo anima separata carebit actibus sensitivarum potentiarum.

PRAETEREA, Philosophus dicit in 1. de anima, quod corrupto corpore anima non reminiscitur, neque amat, & eadem ratio est de omnibus alijs actibus sensitivarum potentiarum. ergo non procedit anima separata in aliquem actum alicuius potentiae sensitivae.

RESPONDEO dicendum, quod quidam distinguunt duplices actus sensitivarum potentiarum, quosdam exteriores quos per corpus exercent, & hi non remanent in anima separata: quosdam vero intrinsecos quos anima per se ipsam exercet: & hi erunt in anima separata. Hac autem positio descendere videtur ab opinione Platonis qui posuit animam corpori coniungi sicut quandam substantiam perfectam in nullo a corpore dependentem, sed solum sicut motorem mobili: quod patet ex transcorporatione quam ponebat. Quia autem secundum ipsum nihil movebat nisi motum, & ne abiret in infinitum, dicebat quod primum movens, movet se ipsum, & posuit quod anima erat se ipsam movens: et secundum hoc erat duplex motus anima, unus quo movebat se ipsam, alius quo movebatur cor

pus ab ea: & sic anima habebat actum, qui est videre primo in se ipsa secundum quod movebat se ipsam. & secundo in organo corporali, secundum quod movebat corpus. Hanc propositionem Philosophus destruit in 1. de anima, ostendens quod anima non movet se ipsam, & quod nullo modo movetur, secundum istas operationes quae sunt videre, sentire, & huiusmodi: sed istae operationes sunt motus coniuncti tantum. Unde oportet dicere, quod actus sensitivarum potentiarum nullo modo maneat in anima separata, nisi forte sicut in radice remota.

AD PRIMVM dicendum, quod liber ille negatur a quibusdam fuisse Augusti. dicitur in fuisse cuiusdam Cisterciensis, qui eum ex dictis Augusti compilavit, & quaedam de suo addidit. Unde quod ibi scribitur pro autoritate habendum non est. Si tamen autoritas debeat sustineri, dicendum quod non debet intelligi, quod anima separata ex imaginatione & alijs huiusmodi potentijs afficiatur, quasi ipsa affectio sit actus potentiarum praedictarum, sed quia ex his quae anima per imaginationem & alias huiusmodi potentias commisit in corpore, in futurum afficietur, vel in bonum, vel in malum: ut sic imaginatio & huiusmodi potentiae non intelligantur elicere illam affectionem, sed elicuisse in corpore meritum affectionis illius.

AD SECVNDVM dicendum, quid anima dicitur sentire per corpus, non quasi actus sentiendi sit anima secundum se, sed quia est totius coniuncti ratione anima, eodem loquendi modo dicimus, quod calor calefacit. Quod autem subiungitur, quod quaedam anima sentit sine corpore, ut timorem & huiusmodi: intelligendum est sine exteriori corporis motu, qui accidit in actibus sensuum propriorum: non enim timor & huiusmodi passiones sine motu corporali contingunt. Vel potest dici, quod Augusti loquitur secundum opinionem Platoniorum qui hoc ponebant, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod Augusti ibi inquirendo loquitur non determinando, sicut ferè per totum illum lib. patet. Patet enim quod non est similis ratio de anima dormientis, & de anima separata. Anima enim dormien-

Secunda. 4. quest. 72. art. 3. fo. 556.

dormientis videtur organo imaginationis, in qua corporales similitudines imprimuntur, quod de anima separata dici non potest. Vel dicitur quod similitudines rerum sunt in anima, & quantum ad potentiam sensitivam, et imaginativam, & intellectivam secundum maiorem & minorem abstractionem a materia, & a materialibus conditionibus: tenet ergo similitudo Augusti, quantum ad hoc, quod sicut similitudines rerum corporali sunt in anima somniantis, secundum excessum mentis patientis imaginabiliter, ita sunt in anima separata intellectualiter: non autem quod in anima separata sint imaginabiliter.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut in lib. praedicto dictum est, memoria dupliciter sumitur. Quandoque prout est potentia sensitiva partis, secundum quod concernit praeteritum tempus, & hoc modo actus memoriae in anima separata non erit. Unde dicit Philosophus in 1. de anima, quod hoc corrupto, scilicet corpore, anima non reminiscitur. Alio modo accipitur memoria, prout est pars imaginationis ad intellectivam pertinens, secundum quod ab omni differentia temporis abstrahit, cum non sit tantum praeteritorum, sed etiam praesentium & futurorum: ut Augusti dicit, & secundum hanc memoriam anima separata memorabitur.

AD QVINTVM dicendum, quod amor & gaudium & tristitia, & huiusmodi dupliciter accipiuntur: quandoque quidem secundum quod sunt passiones appetitivae sensibilis: & sic non erunt in anima separata. Hoc modo non explentur sine determinato motu cordis. Alio modo secundum quod sunt actus voluntatis quae est in parte intellectiva, & hoc modo erunt in anima separata: sicut etiam & delectationem, quae quodam modo est passio partis sensitivae. Secundum alium modum accipiendi ponit Philosophus in Deo, dicens in 7. Ethic. quod Deus una simplici operatione gaudet.

Articul. tertius.

Vtrum anima separata pati possit ab igne corporeo?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod anima separata pati non possit ab igne corporeo. Augusti enim 12. super Gen. ad litteram dicit: Non sunt corporalia, sed corporalibus similia, quibus anima corporibus exure afficiuntur, seu bene seu male: ergo anima separata igne corporeo non punitur.

PRAETEREA, Augusti in eodem lib. dicit quod agens semper est nobilius patiente: sed impossibile est aliquod corpus esse nobilius anima separata: ergo non potest ab aliquo corpore pati.

PRAETEREA, secundum Philosophum in 1. de Generatione, & secundum Boetium in lib. de duabus naturis, illa solum agunt & patiuntur ad invicem quae in materia conveniunt, sed spiritualium & corporalium non est materia communis, unde non possunt ad invicem transmutari, ut Boetius in eodem libro dicit: ergo anima separata ab igne non patitur.

PRAETEREA, omne quod patitur recipit aliquid ab agente: si ergo anima patitur ab igne corporeo, aliquid ab eo recipiet, sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis: ergo quod recipitur ab igne in anima non est in eo materialiter sed spiritualiter: sed formae rerum in anima spiritualiter existentes sunt perfectiones ipsius: ergo si patitur ab igne corporeo, hoc non erit in eius poenam, sed magis in eius perfectionem.

SI dicatur, quod hoc ipso anima punitur ab igne quod ignem videt, ut videtur dicere Grego. 4. dialo. Contra, si videt anima ignem inferni, non potest videre nisi visione intellectuali, cum non habeat organa, quibus visio sensitiva vel imaginaria perficitur: sed visio intellectualis non videtur quod possit esse causa tristitiae: delectationi enim quae est in considerando non est tristitia contrarium secundum Philosophum: ergo ex tali visione anima non punitur.

SI dicatur quod anima patitur ab igne corporeo, eo quod tenetur ab eo, sicut nunc tenetur a corpore dum vivit in corpore. Contra, anima

dum in corpore vivit tenetur à corpore in quantum ex ea & corpore fit unum, sicut ex materia & forma fit unum: sed anima non erit forma ipsius ignis corporis: ergo supra dicto modo non poterit ab illo igne teneri.

PRÆTEREA, omne agens corporeum agit per contactum: sed non potest esse aliquis contactus ignis corporis & anime, cum contactus solum sit inter corpora que habent ultimam similitudinem: ergo ab illo igne anima non patitur &c.

PRÆTEREA, agens organicum non agit in remota, nisi per hoc quod agit in media: unde per determinatam distantiam agere non potest proportionatam suæ virtuti: sed anima, vel ad minus demones, de quibus etiam eadem est ratio, quandoque sunt extra locum inferni, cum quandoque etiam in hoc mundo hominibus appareant, nec tamen tunc sunt à pena immunes: sicut enim gloria sanctorum nunquam interruptitur, ita nec poena damnatorum: nec tamen videmus quod omnia intermedia ab igne inferni patiantur: nec item est credibile aliquid corporeum de natura elementi esse tantæ virtutis, ut ad tantam distantiam actionem suam diffundat: ergo non videtur quod penas quas anime damnatorum sustinent ab igne corporeo patiantur.

SED contra, eadem ratio est in animalibus separatis & demonibus in hoc quod ab igne corporeo pati possunt: sed demones ab eo patiuntur, cum puniuntur ab illo igne in quem corpora damnatorum projiciuntur post resurrectionem, quem oportet esse corporeum. & hoc patet per sententiam Domini Mat. 25. Item maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo &c. ergo & anima separata ab igne corporeo pati possunt.

PRÆTEREA, poena debet respondere culpæ, sed anima per culpam se corpori subicit per pravam concupiscentiam: ergo iustum est, ut in poenam rei corporei subiciatur per passionem.

PRÆTEREA, maior est unio formæ ad materiam, quam agentis ad patientem: sed diversitas naturæ spiritalis & corporalis non impedit quin anima sit forma corporis: ergo nec impedit quin possit à corpore pati.

RESPONDEO dicendum, quod supposito ex prædictis quod ignis inferni non sit metaphorice dictus, nec ignis imaginarius, sed verus ignis corporis. quod ortu dicere quod anima ab igne corporeo patitur, cum Dominus ignem illum diabolo & angelis eius paratum esse dicat Mat. 25. qui sunt incorporei sicut illa: sed quomodo pati possint multipliciter assignatur. Quidam enim dixerunt quod hoc ipsum quod est ignem videre sit ab igne pati. Unde Grego. in 4. dialo. dicit, igne corporeo patitur anima quod videt. Sed illud non videtur si sufficere, quia quodlibet visum ex hoc quod videtur est perfectio videtis: Unde non potest in eius poenam cedere in quantum est visum: sed quandoque est punitionum vel contritionum per accidens, in quantum, scilicet apprehenditur ut nocivum. Unde oportet quod propter hoc quod anima ignem illum videt, sit aliqua comparatio anime ad ignem secundum quam anima ignis noceat. Unde alii dixerunt quod quamvis ignis corporis non possit animam exurere, tamen anima apprehendit ipsum, ut nocivum sibi, & ad talem apprehensionem afficitur timore & dolore, ut in eis impleatur id quod dicitur, Trepidaverunt timore ubi non erat timor. Unde Grego. in 4. dialo. dicit quod quia anima cremari se conspiciat crematur. Sed hoc iterum non videtur sufficere, quia secundum hoc passio anime ab igne non esset secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam tantum: quamvis enim possit esse vera passio tristitia vel doloris ex aliqua falsa meditatione, ut Aug. dicit 12. super Gene. ad litteram, tamen non potest dici quod secundum illam passionem verè patitur à re, sed à similitudine rei quam conspiciat: & iterum iste modus passionis magis discedere à reali passione quam ille qui penitet per imaginarias visiones, cum iste dicatur per veras imagines verum esse quas anima secum defert: iste autem per falsas conceptiones quas anima errans fingit. & iterum non est probabile, quod anima separata vel demones qui in subtilitate ingenii pollent, patiari ignem corporeum sibi nocere posse, si ab eo nullatenus gravantur: Unde alii dicunt, quod oportet ponere animam etiam realiter ab igne corporeo pati. Unde Grego.

Grego.

Grego in 4. dialo. dicit: colligere ex dictis eundem gely possumus, quod incendium non solum anima videndo, sed etiam experiendo patitur. Sed hoc tali modo fieri ponunt: dicunt enim quod ignis ille corporeus considerari potest dupliciter: Uno modo secundum quod est res corporea, & hoc modo non habet quod in animam agere possit. Alio modo secundum quod est instrumentum divinæ iustitiæ: hoc enim divinæ iustitiæ ordo exigit, ut anima que peccato se rebus corporalibus subdit, et etiam in poena subdatur. Instrumentum autem non solum agit virtute propria nature, sed etiam in virtute principalis agentis: & ita non est inconueniens si ignis ille, cui agit in virtute spiritalis agentis, in spiritum agat hominis vel demonis, per modum etiam quo de sacramentis dictum est, quod animam sanctificant. Sed id non videtur sufficere, quia omne instrumentum in id circa quod instrumentum operatur, habet propriam actionem connaturalem, & non solum illam actionem secundum quam agit in virtute principalis agentis: imò exercendo propriam actionem oportet quod efficiat hanc secundam: sicut aqua lauando corpus in baptismo sanctificat animam, & terra seccando lignum producit formam domus. Unde oportet dari igni aliquam actionem in animam que sit ei connaturalis ad hoc quod sit instrumentum divinæ iustitiæ peccata vindicantis.

ET idem dicendum quod corpus in spiritu naturaliter agere non potest, nec ei aliquo modo obesse, vel ipsum gravare, nisi secundum quod aliquo modo corpori unitur: sic enim inuenimus quod corpus quod corrumpitur aggravat animam: sapient. 9. Spiritus autem corpori unitur dupliciter: Uno modo ut forma materie, ut ex eis fiat unum simpliciter, & sic spiritus unitus corpori vivificat corpus & à corpore aliquantulum aggravatur: sic autem spiritus hominis vel demonis igni corporeo non unitur. Alio modo sicut movens mobile, vel sicut locatum loco: eo modo quo incorporalia sunt in loco, & secundum hoc spiritus corporis creati loco definiuntur ita in uno loco existentes quod non in alio, quamvis autem res corporea ex sua natura habeat quod spiritum in-

corporeum loco definiat: non tamen ex sua natura habet quod spiritum incorporeum loco definitum detineat, ut ita alligetur illi loco quod ad alia diuertere non possit, cum spiritus non sit ita in loco naturaliter quod loco subdatur: sed hoc super additur igni corporeo in quantum est instrumentum divinæ iustitiæ iudicantis quod sic detinet spiritum, & ita efficitur ei poena, retardans eum ab executione proprie voluntatis, nempe, post operari ubi vult, & secundum quod vult: & hunc modum ponit Grego. 4. dialo. Exponens enim quomodo anima incendium experiendo patitur, sic dicit: Cum veritas peccatorum divinum damnatum in igne perhibeat, quis nam sapiens reproborum animas teneri ignibus negat? & hoc etiam Iulianus dicit, ut in littera Magister dicit. Si vivens hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur etiam non tenetur post mortem corporeo igne? Aug. enim 12. de civit. Dei dicit, quod sicut anima in hominis conditione iungitur corpori, ut dans ei vitam, quamvis illud sit spirituale, & hoc corporale, & ex illa coniunctione vehementer concipit amorem ad corpus, sic ligatur igni ut accipiens ab eo poenam, & ex illa coniunctione concipit errorem. Oportet ergo omnes prædictos modos in unum colligere ut perfecte videatur quomodo anima ab igne corporeo patitur: ut scilicet dicamus quod ignis ex natura sua habet quod spiritus incorporeus ei coniungatur, ut loco locatum: sed in quantum est instrumentum divinæ iustitiæ habet ut ipsum quodam modo retineat alligatum, & in hoc veraciter ignis ille est spiritus nocivus, ut sic anima ignem ut sibi nocivum videns ab igne crucietur: Unde Grego. in 4. dialo. omnia ista per ordinem tangit, ut ex præmissis eius authoritatibus patet.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug. loquitur inquirendo: Unde etiam alium modum ponit determinando in lib. de civit. Dei, ut ex dictis patet. Vel dicendum quod Aug. dicit vel intelligit, quod ea quibus anima proximè afficitur ad dolorem vel tristitiam sunt spiritalia: non enim affligeretur nisi ignem ut nocivum sibi apprehenderet. Ignis ergo apprehensus est proximum affligens, sed ignis corporeus

reus

reus extra animam existens est affligens re-
motum.

AD SECVNDVM dicendum, quod quam-
uis anima simpliciter sit igne nobilior, ignis ta-
men est anima nobilior, in quantum est instru-
mentum diuinae iustitiae.

AD TERTIVM dicendum, quod Philoso-
phus & Boët. loquuntur de actione illa per qua
patiens transmutatur in naturam agentis: ta-
lis autem non est actio ignis in animam, &
propter hoc ratio non concludit.

AD QVARTVM dicendum, quod ignis
agit in animam, non per modum influentis, sed
per modum detinentis, ut ex dictis patet: &
ideo ratio non est ad propositum.

AD QVINTVM dicendum, quod in visi-
one intellectu non est tristitia ex hoc ipso
quod aliquid videtur, cum illud quod videtur
nullo modo intellectui possit esse contrarium,
in quantum videtur: in sensu autem hoc quod vi-
detur ex ipsa actione, quam agit in visum, ut
videatur, potest esse corruptiuum visus per ac-
cidens, in quantum corrumpit harmoniam or-
gani. Sed tamen visio intellectualis potest esse
contristans, in quantum id quod videtur appra-
henditur, ut nocivum, non quasi noceat eo ip-
so quod videtur, sed alio quocumque modo, & sic
anima videndo ignem affligitur.

AD SEXTVM dicendum, quod non est si-
mile quantum ad omnia: sed quantum ad ali-
quid, ut ex dictis patet.

AD SEPTIMVM dicendum, quod quam-
uis non sit tactus corporalis inter animam &
corpus, tamen est inter ea aliquis tactus spiri-
tualis, sicut etiam motor caeli cum sit spiritalis,
spirituali tactu tangit caelum ipsum mouens
per modum quo dicitur contristans tangere: si-
cut dicitur in .I. de Generat. & hic modus suf-
ficit ad actionem.

AD OCTAVVM dicendum, quod spiritus
damnati nunquam sunt extra infernum, nisi
ex dispensatione diuina, vel ad instructionem,
vel ad exercitium electorum. Vbi cumque, autem
extra infernum sint, semper tamen vident ig-
nem inferni, ut eis in poenam preparatum.
Vnde cum ista visio sit immediate affligens,
ut dictum est, vbi cumque, sunt ab igne inferni

affliguntur: sicut & captiui extra carcerem
existentes a carcere affliguntur, dum vident
se ad carcerem damnatos. Vnde sicut gloria
electorum non diminuitur, nec quantum ad
praemium essentiale, nec quantum ad acciden-
tale, si aliquando extra caelum Empyreum sint,
sed quodam modo in eorum gloria cedit, ita etiam
in nullo minuitur poena damnatorum si extra
infernum ex diuina dispensatione ponantur
ad tempus. Et hoc est quod glosa dicit super
illud Iaco. 3. Inflammat rotam natiuitatis no-
strae & c. Diabolus vbi cumque, sit, siue sub aere,
siue sub terra, secum trahit tormenta suarum
flammarum: obiectio autem procedit ac si ig-
nis corporeus affligeret immediate spiritus, si-
cut affligit corpora:

Quaestio. 73.

De suffragiis mortuorum.

DEINDE considerandum est, de suffra-
giis mortuorum.

ET circa hoc quaeruntur quatuordecim.

PRIMO, utrum suffragia quae per unum fi-
unt, alijs prodesse possint?

SECVNDO, utrum mortui iuari possint ex
operibus viuorum?

TERTIO, utrum suffragia per peccatores fa-
cta mortuis prosint?

QVARTO, utrum suffragia pro mortuis fa-
cta facientibus prosint?

QVINTO, utrum suffragia existentibus in
inferno prosint?

SEXTO, utrum prosint existentibus in pur-
gatorio?

SEPTIMO, utrum valeant pueri existentibus
in limbo?

OCTAVO, utrum aliquo modo prosint exis-
tentibus in patria?

NONO, utrum oratio ecclesiae & sacramentum
altaris, & elemosyna prosint defunctis?

DECIMO, utrum indulgentiae quae ecclesia
facit eis prosint?

VNDECIMO, utrum cultus exequiarum
eis prosint?

DVODECIMO, utrum suffragia magis pro-
sint ei pro quo fiunt, quam alijs?

DECIMO TERTIO, utrum suffragia pro
multis facta valeant tantum singulis, ac si
pro vnoquoque singulariter fierent?

DECIMO QVARTO, utrum valeant tan-
tum communia suffragia illis, pro quibus
specialia non fiunt, quantum illis pro qui-
bus fiunt, valeant specialia & communia
simul?

Articu. primus

Utrum suffragia per unum fa-
cta alijs prodesse possint?

Tho. 4. d. 45. q. 2. art. 1. q. 2. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur quod suffragia per unum
facta alijs prodesse non possint
Gal. 7. Quae enim semina ue-
ritatis homo, haec & metet: sed si vnus ex suffra-
gijs alterius consequeretur fructum, meteret
ab alijs seminata: ergo ex suffragiis aliorum,
nullus fructum consequitur.

PRAETEREA, ad iustitiam Dei pertinet,
ut unicuique tribuatur pro meritis: unde psal.
Tu reddes unicuique secundum opera sua: sed ius-
titiam Dei deficere est impossibile: ergo impos-
sibile est quod vnus ex operibus alterius iuu-
etur.

PRAETEREA, secundum eandem rationem
est aliquod opus meritorium, & laudabile, quia
scilicet in quantum est voluntarium: sed ex o-
peribus vnus non laudatur alter: ergo nec opus
vnus potest esse alteri meritorium.

PRAETEREA, ad iustitiam diuinam perti-
net simpliciter bona reddere pro bonis, & ma-
la pro malis: sed nullus punietur pro malis alte-
rius, imo ut dicitur Ezech. 18. Anima quae
peccauerit, ipsa morietur: ergo nec vnus iuuat-
ur per bona alterius.

SED contra est, quod dicitur in psal. Parti-
ceps ego sum omnium timentium te & c.

PRAETEREA, fideles per charitatem vniti

sunt vnus corporis membrorum ecclesiae: sed
vnus membrum iuuatur per aliud: ergo vnus
homo potest ex alterius meritis iuuari.

RESPONDEO dicendum, quod actus noster
ad duo valere potest. Primo ad aliquem statum
acquirendum, sicut per opus meritorium homo
acquirat statum beatitudinis. Secundo, ad ali-
quid consequens statum: sicut homo per aliquod
actum meritorium aliquod praemium acciden-
tale vel dimissionem poenae. Ad vtrumque autem
horum actus noster dupliciter valere potest.
Vno modo per viam meriti, alio modo per viam
orationis, & est differentia inter istas duas vias,
quia meritum inuitur iustitiae, oratio miseri-
cordiae. Orans enim impetrat petitem ex liberali-
tate eius qui oratur. Dicendum ergo quod opus
vnus nullo modo potest alteri valere ad statum
consequendum per viam meriti, ut scilicet ex his
quae ego facio, aliquis mereatur vitam aeternam:
quia fors gloriae redditur secundum mensuram
accipientis. Vnusquisque autem ex actu suo dis-
ponitur & non ex alieno, & dico dispositione
dignitatis ad praemium, sed per viam oratio-
nis: & quantum ad statum consequendum opus
vnus, alteri dum est in via valere potest, sicut
quod vnus homo impetret alteri primam gratiam.
Cum igitur impetratio orationis sit, secun-
dum liberalitatem Dei qui oratur, ad omnia
illa impetratio orationis se potest extendere, quae
potestati diuinae subsunt ordinatae: sed quantum
ad aliquid quod est consequens vel accessorium
ad statum, opus vnus poterit valere alteri, non
solum per viam orationis, sed etiam per viam
meriti. Quod quidem dupliciter contingit, vel
propter communicantiam in radice operis quae
est charitas in operibus meritorijs. Et ideo om-
nes qui sibi inuicem charitate connectuntur,
aliquod emolumentum ex mutuis operibus re-
portant, tamen secundum mensuram status vnus
vnus cuiusque, quia in patria vnusquisque gaude-
bit de bonis alterius: & inde est, quod articu-
lus fidei ponitur, sanctorum communio. Alio
modo ex intentione facientis qui aliqua opera
specialiter ad hoc facit, ut talibus prosint. Vnde
de ista opera quodam modo efficiuntur eorum
pro quibus fiunt, quasi eis a faciente collata:
vnde possunt eis valere, vel ad impletionem sa-

tisfactionis, vel ad aliquid huiusmodi, quod statum non mutat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mensio illa est perceptio vite eterne, sicut habetur *Iohan. 4.* Et qui metit fructum congregat in vitam eternam. Sors autem vite eterne non datur alicui nisi pro proprijs operibus, quia etsi aliquis alteri impetret, ut ad vitam perveniat, nunquam tamen hoc fit nisi mediantibus operibus proprijs: dum scilicet precibus alicuius gratia alicui datur, per quam meretur vita eterna.

AD SECVNDVM dicendum, quod opus quod pro aliquo fit, efficitur eius pro quo fit: & similiter opus quod est eius qui mecum est, uno quodam modo meum est. Unde non est contra dictam iustitiam si unus fructum percipit de operibus factis ab eo qui est unum secum in charitate, vel ab operibus pro se factis: hoc etiam secundum humanam iustitiam contingit, ut satisfactio unius pro alio accipiatur.

AD TERTIVM dicendum, quod laus non datur alicui nisi secundum ordinem eius ad actum unde laus est ad aliquid, ut dicitur in *1. Ethic.* Et quia ex opere alterius nullus efficitur, vel ostenditur bene dispositus vel male ad aliquid, inde est quod nullus laudatur ex operibus alterius nisi per accidens. secundum quod ipse est aliquo modo operum illorum causa, consilium vel auxilium prabendo, seu inducendo, vel quocumque alio modo: sed opus est meritorium alicui non solum considerata eius dispositione, sed etiam quantum ad aliquid consequens dispositionem vel statum eius, ut ex dictis patet.

AD QVARTVM dicendum, quod auferre alicui quod sibi debetur, hoc directe iustitiam repugnat: sed dare aliquid alicui quod ei non debetur, hoc non est iustitiam contrarium, sed metas iustitiae excedit: est enim liberalitatis: non autem posset aliquis ledi ex malis alterius nisi aliquid de suo subtraheretur, & ita non convenit quod aliquis puniatur pro peccatis alterius, sicut quod emolumentum accipiat ex bono alterius.

PENES hanc materiam, de suffragijs, pro defunctis agendis a vivis: adverte quod multa diximus superius, cum tractarem de oratione & de indulgentijs. In hac 2. 4.

ibi videbit diligens lector: addemus hic tamen aliqua pauca, & prius incipiemus ab illo dubio, an suffragia viuorum profint illis, qui sunt in inferno. Ad quod respondet S. Tho. in hac questione art. 5. quod non, & fideles communiter & absolute ita dicunt, sine controuersia: & probatur, quia ecclesia communiter cantat, quod ab inferno nulla est redemptio, cuius auctoritas sufficit ad asserendum praedictam conclusionem. S. Tho. citat multa testimonia sanctorum in praedicto articulo 5. in hanc sententiam: unde colligimus quod suffragia viuorum nullo modo profunt existentibus in inferno, in tantum, quod illis suffragijs penitus aliquando liberentur damnati ab inferno. Et illud quod Origenes dicit, quod aliquando animae damnatae saluabuntur est error: quia est contra illud *Matth. 25.* Ite maledicti in ignem eternum. Sed haesitabis, esto quod non liberentur in totum damnati ab inferno per suffragia sanctorum, & fidelium viuorum: an praedicta suffragia aliquid profint illis damnatis. Ad hoc S. Th. in hac q. art. 5. & Albertus Magnus in 4. d. 45. q. 2. & Gabri. super canone lectione 56. referunt diuersas sententias antiquorum: quidam namque dixerunt aliquos cum viuebant fore pessimos & infideles, & quod illis non profunt suffragia viuorum: alij autem fuerunt quidem mali, tamen Christiani, his dicunt profint suffragia viuorum: & horum qui hoc dicebant, unus fuit Praepositius qui dicit, quod per orationes viuorum poterat damnatis remitti poena: sed hoc est haereticum, ut diximus, licet Praepositius, non fuisset haereticus. Alij dicunt, quod per suffragia viuorum diminuitur poena damnatis, sed nunquam tota remittitur: etsi dicas quod poterunt esse tot suffragia quod diminuat omnis poena, negant collectionem illam, quia dicunt quod diminuetur illa poena per suffragia viuorum per partes proportionales. Sed contra hoc arguetur S. Tho. & prius, quia infinita diuisio quae conuenit quantitati, non potest ad quantitatem spirituales accommodari. Secundo, poena non potest diminui nisi diminuat culpa: at in damnatis iam non dimittitur culpa: ergo nec poena. Alia est opinio Altiisiodorensis affirmatiua, nempe quod suffragia viuorum profunt danatis in inferno, ad hoc quod non tantum sentiant poenam quam patiuntur: sed contra hanc sententiam arguit Albertus, quia illa opinio data sequeretur quod tantum possent multiplicari suffragia: quod iam nullam poenam, nec minimam sentirent, quod est haereticum. Ideo alia est opinio Alberti Magni, qui dicit quod suffragia viuorum profunt illis qui sunt in inferno, quo ad poenam accidentalem solum, quia videt damnati quod amici sui in hac vita orant pro eis, & hoc modo remittitur totaliter vel in parte poena accidentalis, quae eis accresceret

si viderent quod nullus nec amicus nec sanguineus meminit illorum. Sed contra hoc arguit S. Tho. quia damnati non vident nec sciunt ea quae in hac aguntur vita: unde non cognoscunt quando pro eis suffragia fiunt. Unde diu. Tho. absolute dicit, quod nullo modo suffragia viuorum profunt existentibus in inferno: sed contra hoc arguitur in hunc modum. Ille qui discessit cum vno mortali peccato, & cum veniali, potest satisfacere pro illo veniali: ergo etiam potest satisfacere pro illo veniali alius qui est in hac vita, in gratia & amicitia Dei, orando pro alio quod modo est in inferno. Ad hoc tenendo opinionem Scoti, Ricardi, & Maioris consequenter est dicendum, quod suffragia viuorum profunt danatis ad remittendam illam poenam debitam pro peccato veniali: & Ricardus & Maior consequenter concedunt quod est bonum orare, & alia suffragia pro illis damnatis offerre ad illum finem, quod poena debita pro peccatis venialibus remittatur damnatis: Sed haec sententia est contra sanctos, ut habes in articulo 5. sequenti, in argumento in contra: & probatur, quod praedicta opinio sit falsa, quia illa concessa sequeretur quod liceret orare pro Sarracenis, Iudaeis, & haereticis existentibus in inferno, quia habent peccata venialia cum mortalibus: ergo ad hoc quod remittantur eis poenae debita pro venialibus, licebit pro eis orare quod piaculum est. Ideo est opinio S. Tho. quae est probabilior & communior & tenenda, quod suffragia viuorum nullo modo profunt damnatis, nec ad remittendam poenam essentialem nec accidentalem, nec etiam venialibus debitam. Altiisiodorensis refert, quod beatus Bernardus inuenit Iudam proditoris deambulante per quaedam prata, & dixit diuus Bernardus. quid hic agis? Respondit, quod propter obsequia quae fecit Christo, concedit Deus illi ut per aliquod tempus recrearetur per illa prata. Damacenus autem refert de Traiano, & dicit, quod fuit publicus in tota ecclesia orientali & occidentali, quod Traianus fuit liberatus ab inferno precibus diui Gregorij, & quod beatus Gregorius passus est continuum dolorem stomachi pro Traiano: sed ad hoc quidam respondent, quod si verum est, quod Grego. liberabit Traianum ab inferno, non fuerat Traianus absolute damnatus. Alij dicunt, quod totum illud de Traiano est fabulosum: & probant, quia si esset verum Grego. meminisset illius in dialogis suis, ubi meminit multorum minoris momenti. Praeterea, Ioan. Damascenus fuit ante Grego. ergo non potuit illud scire, etsi aliquis Damascenus illud dicat non est tantae auctoritatis, quantae ille sanctus & cetera. Aliud argumentum est ad probandum, quod suffragia viuorum profint damnatis in inferno, quia ecclesia orat publice pro damnatis, cum dicit: libera eos de ore

leonis, & de profundo laei, & de manu inferni & non orat pro beatis praedictis precibus, nec pro illis qui sunt in purgatorio, quia illi qui sunt in gloria aut in purgatorio, non possunt ire in infernum: ergo orat pro illis qui sunt in inferno. Ad haec omnia dicit Altiisiodorensis quod illa intelliguntur de purgatorio: Dionysius etiam dicit, quod ecclesia orationibus illis orat pro existentibus in purgatorio, ut non veniant ad infernum, quia ex magna misericordia Dei est, quod non perveniant ad infernum: licet de lege illi qui sunt in purgatorio, non possint pervenire ad infernum. Nos autem superius in materia de oratione retulimus multas interpretationes illarum precum ecclesiae, & certum est & de fide, quod ecclesia orat pro illis qui sunt in purgatorio: ideo vide supra loco citato, ne bis eadem repetamus. Aliud dubium est, an suffragia profint existentibus in limbo: responderetur negativè ex communi sententia Theologorum: & ratio est, quia suffragia viuorum non merentur gratiam existentibus in limbo, sed solum merentur vitae satisfactionem pro defunctis, at qui sunt in limbo cum peccato originali, non possunt satisfacere sine gratia, & nullus in hac vita potest eis mereri gratiam: ergo nec potest pro illis satisfacere. Sed contra, quia pro pueris fit aliqua solennitas in ecclesia quando moriuntur post baptismum, quia pro non baptizatis pueris, esset grandis error offerre aliqua suffragia, cum in aeternum futuri sint in limbo, nec fiunt, aut debent fieri suffragia pro pueris baptizatis, descendentes ante usum rationis, sed fiunt aliquae solennitates cum puer baptizatus traditur sepulturae in laudem Dei, & pro alijs qui sunt in purgatorio: Nec etiam profunt suffragia viuorum beatis quo ad praemium essentiale: profunt autem quo ad gloriam accidentalem, quia beati delectantur ex hoc quod ex Dei revelatione vident amicos suos, & ecclesiae sacerdotes & fideles orare pro eis, relinquitur igitur quod viuorum suffragia solum profunt existentibus in purgatorio. Sed haesitabis quibus profunt illa suffragia viuorum quae offeruntur pro aliquo, qui putatur esse in purgatorio, & in rei veritate est in gloria, vel in inferno: aut quid fit de huiusmodi suffragijs, an praedicta suffragia cassentur & amittantur, vel an profint alijs existentibus in purgatorio? Ad hoc respondet S. Tho. & dicit prius, quod praedicta suffragia non perduntur, aut cassantur. Secundo, dicit quod Deus ex sua misericordia applicat alijs indigentibus: & hoc est primum & consentaneum rationi. Tertio, dicit S. Tho. quod applicabuntur praedicta suffragia in uniuersum magis indigentibus: ex coniecturis tamen dico ego, quod applicabuntur praedicta suffragia ipsi porrigenti si indiget, postquam alius pro quo offeruntur non indiget: & hoc dicit Palud. in 4. d. 45. & probatur, prius

Secunda. 4. quest. 73. art. 1.

prius, quia illa videtur voluntas interpretatiua offerentis suffragia, & ita responderet si rogaretur quicumque offerens, si hæc suffragia nõ profunt illi pro quo offers, quid vis de illis fieri? Dixisset profunt mihi: iuxta illud, oratio mea in sinum meum cõuertetur. Secundo, quando donatio non tenet non amittit donans possessionem rei quam donabat, sic quando suffragia non profunt illis pro quibus fiunt, nõ perdit possessionem ille qui suffragia facit. Adducitur in confirmationem huius sententiæ illud Lucae 10. si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum: sin autẽ ad vos reuertetur: vnde dico, quod non amittit offerens possessionem suorum suffragiorum. Secundo dico, quod si ille actor suffragiorum non indiget satisfactione, & habuit voluntatem interpretatiua qua voluit, quod applicaretur alteri, si ille pro quo offerebat non indigebat, illi applicabuntur illa suffragia: & si quæras quid est interpretatiua voluntas? dico quod est illa, quam Deus nouit me habiturum ad offerendum pro alio, si scirem quod ille pro quo offero non indiget, & illi applicabuntur illa suffragia: Hoc dicit Paludanus, & est piẽ dictum, sed non videtur certum, quia per voluntatem conditionalem non meretur quis, nempe si ego nunquã cogitauì pati pro Christo, tamen Deus scit, quod si occurreret mihi mors pro Christo suscipere libenter, hæc voluntas non applicabitur mihi. Ideo ego dico, quod si quis habuit voluntatem habitualem, nempe sacrificat mente toto pro matre sua defuncta, & hodie mortuus est amicus eius & offert pro illo missam, & ipse amicus non indiget, tunc applicabitur matri ipsius offerentis. Si autem non fiat aliquo hõrum modorũ, tunc applicabitur thesauro ecclesiæ: semper enim est thesaurus in ecclesia & semper sunt plura bona spiritualia: vnde dico, quod si nõ sit voluntas offerentis suffragia formalis vel virtualis qua vult illa suffragia alicui applicari, applicabatur ipsi offerenti vel applicabitur thesauro ecclesiæ. Aliud dubium est, quomodo iuuantur animæ defunctorum suffragijs viuorum, vel adiuuentur quoad successiõnem temporis, vel quo ad acerbitatem pœnæ. vergra. pater tuus est in purgatorio & futurus est ibi per vnũ mensem; & est ibi multandus pœna vt 10. an per suffragia viuorum remittatur illi illa pœna vt 10. vel an citiõ liberetur à purgatorio? Ad quod respondit Palud. in 4. d. 45. q. 1. art. 7. concl. 5. quod suffragia viuorum non profunt defunctis quoad vtrunq., sed solum profunt ad hoc quod citius liberentur, & non remittunt intensiõnem pœnæ: vnde secũdũ Paluda. Pœna in purgatorio nunquam intensiõ dicitur nec remittitur: hæc Paluda. Ioan. autem Rubeus in 4. d. 45. q. 3. dicit, quod probabile ẽ, quod suffragia viuorum profunt defunctis quoad vtrunq., S. Tho. autẽ non mouet quæ-

sionem, Deus nouit ista exacte: Sed sequẽdo quod magis piũ & rationale est, dico, quod suffragia viuorum profunt defunctis quoad vtrunq., licet hoc non sit omnino certum: hoc probatur, quia eo modo profunt suffragia defunctis quo profunt viuus, at suffragium quod fit ab vno viatore p alio viatore prodest quoad vtrunq.; ergo etiam prodest pro defunctis: non est signabilis ratio quare excipiatur defuncti: minor autem probatur, si Petrus discesserit in statu in quo, erat in gratia in hac vita punietur in purgatorio p triginta dies vt 10. Et si tu offeras suffragia pro illo remittetur ei pœna 15. dierum: ergo prodest illud sacrificiũ ei quoad vtrunq.; minor probatur, quia si ipse offerret sacrificium pro se minus puniretur in purgatorio, non solum quo ad tempus, sed etiã quoad acerbitatẽ pœnæ: & de hoc nullus dubitauit: ergo etiã si tu offeras pro illo suffragium prodest illi quoad vtrunq., vel oporteret reddere rationẽ, quare non profunt suffragia defunctis, sicut profunt viuus. Secundo, argumentor in hunc modum, sicut sunt gradus intensiõis, ita gradus remissionis, sed mitigatio pœnæ cadit sub satisfactiõne, quia nõ dabis rationem quare non, ergo & cetera. Tertio dato opposito sequeretur q non esset magis vtile defunctis accelerare suffragia quã nõ, nempe pater meus est in purgatorio & debet esse ibi per vnũ annum, & si offerat 15. missas p illo, liberabitur à purgatorio. per 15. dies illius anni, sequeretur quod non plus iuuaret offerre illas missas in fine anni quã in principio vel contra, quia non proderunt ei illa sacrificia vsq; ad finem anni, quod est contra cõmunem sententiã & rationem rectã. Quarto, sequeretur opposito nostræ sententiæ dato, quod si ego dicerem duas missas pro duobus existentibus in purgatorio, non plus proderit eis quã si dicerem singulas missas pro singulis. Imò dicendo duas missas pro illis duobus simul, multum nocerem illis: assumptũ probatur, faciamus quod vterq; debet manere in purgatorio per vnã diem, & vterque liberabitur à purgatorio per vnã totalem missam: si dicã missam pro solo Petro hodie statim liberabitur à purgatorio, & si agam sacrũ crastina die liberabitur Ioannes statim. Si autem hodie agam sacrũ pro ambobus, hodie nullus liberabitur à purgatorio: ergo nocet illis sic simul pro illis offerre sacrificium. Et augeatur dubiũ: sint ver. gra. 30. fratres mei in purgatorio, & quilibet illorum debet ibi esse 30. diebus, si dicam missam pro omnibus illis simul, manebunt in purgatorio vsq; ad 30. dies: & tamen si pro singulis agam sacrũ 29. liberabuntur ante 30. diem: vnde melius esset eis dicere singulas missas pro singulis. Sed in cõtrariam partem est consuetudo ecclesiæ: vnde credo quod animæ quæ sunt in purgatorio statim

Secũda. 4. quest. 73. art. 1. fo. 560.

statim sentiunt leuamen cum suffragia pro eis offeruntur. Præterea, ex illa contraria opinione sequeretur, quod suffragium viuentis non applicaretur quãdo offeretur, cum nõ proficit statim, sed quando anima liberabitur. Ideo dico quod probabilius est dicere, quod suffragia viuorum profunt defunctis quoad vtrunq;. Et si quæras quæ sunt suffragia quæ profunt defunctis: dico ad hoc prius, quod tria suffragia ponuntur à Doctoribus, primũ ponitur altaris sacrificium, secundo ponitur eleemosyna, tertio ponitur oratio quæ vltimũ tenet locum. Et de his omnes Theologi concedunt quod profunt existentibus in purgatorio. Sed an sola hæc suffragia profunt defunctis. Dicit S. Tho. quod non, sed etiam omnia alia bona opera sunt satisfactoria: licet cæteris paribus magis satisfactorium sit opus pœnale, vt superius diximus: ergo si omne opus meritorium sit satisfactoriũ, ergo omne opus meritorium potest prodesse defunctis. Sed de se magis satisfactorium est sacrificium missæ. Ob cuius occasionem est dubium, an pro defunctis omnia suffragia debeãt esse missæ, vel an melius sit diuidere suffragia in missas & eleemosynas. Ad hoc respõdetur, quod esto q missa sit sacrificiũ: & ideo de se magis satisfactorium. Tamen ex circumstantijs eleemosyna põt esse magis satisfactoria, vt si sint multi pauperes, & in magnis necessitatibus: & cul tus Dei est bene augmẽtatus, magis acceptauit Deus tunc eleemosynas notabiles, quã aliquam missam, & contra, si non sint magnæ necessitates in pauperibus, & est defectus in diuino cultu, tunc potius dicatur missæ pro defunctis quã quod eleemosynæ porrigatur: & hæc sunt pensanda ad arbitrium pij & prudentis viri. ¶ Sed est etiã graue dubiũ, an suffragia peccatorum viuorum profunt animabus purgatorij. Ad quod dicendũ duas de hoc esse opiniones extremas. Altera est Scoti in 4. d. 15. Marfilij & Maioris qui dicunt, quod opera facta in peccato mortali sunt satisfactoria pro peccatis dimissis: ex qua sententiã sequitur esse dicendum consequẽter, quod profunt illa opera facta in peccato mortali, aliã bona existentibus in purgatorio, cum iam sint eis dimissa peccata: vnde Maior in 4. d. 45. inquit, quod opera alia bona facta in peccato mortifero profunt defunctis. S. Tho. autem in 4. d. 45. q. 2. & in hac quæstione dicit, quod in operibus bonis factis in peccato mortifero duo possunt cõsiderari, primũ ipsum opus operatum, vt sacrificium altaris, non cõsiderãdo opus operãtis, & opus operatum de se habet aliquam satisfactiõnem. i. habet de se virtutẽ ad satisfaciendum. Alio inquit modo potest cõsiderari sacrificium altaris, vt est opus operantis: & hoc duobus etiam modis, prius vt procedis ab isto peccatore, & hoc modo non

est opus illud factum in peccato mortifero satisfactorium, quia secũdum quod exijt ab hoc peccatore non placet Deo. Secũdo modo põt cõsiderari, vt offeratur in persona alterius, & hoc mō prædicta bona opera facta in mortali peccato profunt defunctis, vt sacerdos dicẽs officium defunctorum vel missam pro defunctis, quæ suffragia offeruntur nomine ecclesiæ: vn de ex hoc capite profunt defunctis, & etiã prodest suffragium defunctis quando à peccatore quidem offertur, sed offertur ex commisiõne alterius existentis in gratia, vt cum quis in hora mortis præcipit quod dentur eleemosynæ, profunt illi illa suffragia si est in purgatorio, esto elargiatur illẽ eleemosynæ ab alio existente in peccato mortifero: vnde nota quod Eucharistia potest bifariam cõsiderari, prius in quantum est sacramentũ, & hoc modo prodest sumenti. Alio modo potest cõsiderari in quantum est sacrificium, & hoc modo prodest defunctis, quia hoc sacramentum vt est sacrificiũ est satisfactoriũ ex opere operato. ¶ Sed dubitabis, si per possibile vel impossibile omnes qui sunt in ecclesia Christiana esẽt in peccato mortali, an tunc sacrificium missæ esset satisfactorium. Ad quod respondeo affirmatiuẽ, quidquid dicat Caietanus, ratio est, quia CHRISTVS obtulit in cruce: & est virtualiter vna oblatio & non plures, cum ex Christi institutione habeat prædictum sacrificium totum valorem quem habet, & cõcedo quod valor illius sacrificij potest crescere propter offerentes: vnde quia supra in materia de oratiõne egimus de valore missæ, nunc dico in vniuersum quod suffragium missæ ex opere operato habet aliquam efficaciam ad satisfaciendum, & hoc non solum est verum de sacrificio missæ, sed etiã de sacramentalibus, nẽpe de aqua lustrali cõfessione generali, tunc cõfessione peccatoris, & de alijs id genus: vnde hæc omnia de se sunt satisfactoria etiam sine gratia, nẽpe si omnes fideles essent in peccato mortali, adhuc sacramentalia sunt satisfactoria de se ex opere operato, vt aiunt, itaq; aqua lustralis ex se & nõ ex motu interiori ipsius sumẽtis, remittit peccata venialia, & aliquam partem pœnæ: & hoc habet virtute clauium ecclesiæ, vt in 1. 4. diximus, quãdo agebamus de remisiõne venialiu: sicut etiam sacerdos virtute clauiu remittit peccata, & aliquam partem pœnæ in sacramento pœnitentiæ, ita per cõfessionem generalem & per aquam lustralem remittuntur peccata venialia & aliqua pars pœnæ virtute clauiu. ¶ Sed adhuc est dubiũ circa aliã conclusiõnem S. Tho. qua dicit, quod suffragia viuorum profunt defunctis, esto offerantur à peccatore si sint oblata nomine ecclesiæ, quia illud opus est peccatum, ergo non est satisfactorium: quia non est verosimile quod idem opus placeat & displiceat Deo. Ad hoc dico, prius

prius quod non habetur, quod semper opus factum a peccatore sit peccatum mortale, licet certum sit, quod missa dicta ab existente in peccato mortali semper est peccatum mortale: sed orare, dare elemosynam: non est peccatum mortale, tamen bonitas moralis sola non facit opus gratum: & ideo potest dici, quod illud opus simul cum hoc quod est peccatum est bonum opus, & gratum. **Dec:** sicut quando Dominus precipit seruo quod det elemosynam, & seruus dat propter inannem gloriam, illud opus est peccatum: sed quia illud opus est imperatum a domino est bonum, quia sic bona sine est imperatum, itaque, ille actus exterior est bonus, licet interior in seruo sit malus, & interior in peccatore volente offerre sacrificium in peccato mortali. Sed hæsitabis si ille qui madauit suffragia offerri fecit ad ostentationem, vel propter inannem gloriam, & executor est in peccato mortali, an illa opera sint satisfactoria. Et argumentor a parte affirmatiua, quia nec ex parte mandatis, nec exequetis est bonum opus: ergo nec satisfactorium. Ad hoc dub. Gabri. super canonem lectione 57. dicit, quod oportet videre & expendere statum in quo erat ille qui mandauit suffragia fieri quando illud precepit, & si tunc erat immortalis, non erunt satisfactoria: etiam si testator postea mortuus sit in gratia, & alius attulit sacrificia vel suffragia in mortifero peccato. Ego autem dico, quod si suffragium prædictum non imittatur clauibus ecclesie, ut elemosyna ieiunium & alia id genus, bene dicit Gabri. Si autem suffragium illud imittatur clauibus, videtur quod adhuc sit satisfactorium pro illo qui postea est in gratia ex vi clauium: esto ille qui petiuit quando petiuit esset in mortali, & alius qui obtulit missam etiam erat in mortali quando sacrificauit: si tamen tunc iam qui petiuit erat in gratia. **An autem pulchra sepulchra & magna solennitas quæ fit in obsequijs defunctorum profint defunctis:** dico quod de se non, sed profunt ad hoc quod videntes mouentur ad orandum pro ipsis defunctis, & iustum est quod illa sepulchra & solennitates fiant, ut ait diuus Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda, ut honorentur corpora quæ fuerunt instrumenta ad seruiendum Deo per bona opera: ideo quæ fuerunt instrumenta Spiritus Sancti digna sunt honore. Sed an ad sacrificandum pro defunctis requiratur quod missa sit de requie, vel an sufficiat quod sit de sanctis, vel de tempore secundum quod occurrit. Ad quod dico prius, quod quoad sacrificium nihil refert quæcūq; sit missa. Secundo dico, quod quoad orationes quæ dicuntur in missa de requie peculiariter profunt defunctis, quia peculiariter oratur ibi pro defunctis & peculiaris deuotio excitatur in tali missa ad orandum pro defunctis: unde cæteris paribus melius est quod agatur

sacrum de requie pro defunctis quam aliud, & ecclesia sic instituit non sine causa. In diebus autem dominicis maior deuotio est agere sacrum de die quam de requie: sicut etiam in alijs festis, ideo magis proderit defunctis quam missa de requie. ¶ **Dubium** ulterius est, an sit præceptum tradere sepulturæ mortuos, & an sit præceptum de iure naturali, vel ibi est tale præceptum: hæc quæstio orta fuit nostra ætate, & exorta fuit propter hoc, quia in Galia & Germania qui à potestate laica traduntur supplicio non tumulantur, sed consumuntur in patibulis & etiam multi in Hispania, pœna iuris puniti nunquam sepeliuntur quando puniuntur pro magnis criminibus. Et fuit Petrus de Rabena qui edidit librum de hoc, ubi multis argumentis & testimonijs contendit probare quod est impium non sepelire mortuos quantumcūq; supplicium sit capitale, & quod iudices peccant mortaliter negando illis condemnatis sepulturam. Pro parte autem contraria scripsit Iacobus Columenensis ordinis prædicatorum, & pro opinione Petri de Rabena arguitur in hunc modum, quia Deuterono. 21. dicitur: quando peccauerit homo qui morte plectendus est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo non permanebit cadaver eius in ligno, sed eadem die sepelietur: ergo impium est non sepelire condemnatum ad mortem, & contra diuinum præceptum. Et 13. q. 2. nominantur qui supplicio traduntur, & præcipitur quod detur eis Eucharistia & sepultura. Et de pœnitentijs, & remi. d. 6. cap. si quis, mandatur quod detur condemnatis ad mortem sacra communio & sepultura, & de pœni. & remi. cap. crimen. præcipitur non obstante quacunque consuetudine, quod communicentur damnati ad mortem & sepeliantur. His non obstantibus dico, prius ad quæstionem quod non est præceptum iuris diuini aut naturalis, sed hoc expectat ad conuictum hominum, quia non possent homines viuere nisi malefactores dure puniantur, & una pars pœnæ sit illa quod non sepeliantur. Est tamen consentaneum iuri naturali quod sepeliantur, & est signum resurrectionis futuræ & in scripturis comendatur cura mortuorum. Secundo dico, quod videtur esse præceptum de iure humano, ut constat in locis supra citatis, quia dicunt iura pœnitentiæ, quod non obstante quacunque consuetudine detur eis Eucharistia & sepultura. Tertio dico, hoc non obstante quod nec Galii nec Germani peccant non tradendo damnatos sepulturæ: ratio est, quia non est præceptum generale iuris diuini sepelire mortuos, quia in pœnam possunt prædicti damnati priuari iure sepulturæ, & contra præceptum iuris humani perseverauit consuetudo quod prædicti damnati non sepeliantur, & Episcopi vident & tacent: & summi Pœnitentes sciunt & non reprehendunt, & rationalis

bilis causa est, quod illi damnati maneat in patibulo, ut alij timeant, ne perturbent republicam & malefaciant, & ita videtur quod prædicti damnatis, rationabiliter negetur eucharistia, quia videtur quod sit irreuerentia ipsi sacramento, & quia excitaretur tumultus in populo, si venerandum sacramentum portaretur ad carcerem. **Ultimo** dico, quod magis pium esset tradere prædictos damnatos sepulturæ, ut communiter fit in Hispania, quia sufficit ad puniendum malefactores, mors quæ est ultima pœna: ecclesia etiam priuat sepultura excommunicatos. De eucharistia autem in. 1. 4. diximus, quod melius esset quod porrigeretur illis damnatis ad mortem, & ita nunc etiam mihi apparet: multa alia & accuratius tractauimus superius in tractatu de oratione, vide ibi, ubi etiam inuenies de valore missæ &c.

Artic. secundus.

Vtrum mortui possint iuari ex operibus viuorum?

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod mortui non possint iuari ex operibus viuorum. Primo, per hoc quod dicit **Apostolus**. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis quæ gessit: ergo ex his quæ post mortem hominis geruntur, quando extra corpus erit, nihil ei accrescere poterit ex aliquibus operibus.

PRÆTEREA, hoc videtur ex hoc quod habetur **Apoc. 13.** Beati mortui qui in domino moriuntur: opera enim illorum sequuntur illos.

PRÆTEREA, proficere ex opere aliquo est solum in via existentis: sed homines post mortem iam non sunt viatores, quia de his hoc intelligitur, quod legitur **Iob. 19.** Semitam meam circumscepit, & transire non possum: ergo mortui de suffragijs alicuius iuari non possunt.

PRÆTEREA, nullus iuuatur ex opere alterius, nisi sit aliqua vita communicatio inter eos: sed nulla communicatio est viuorum & mortuorum secundum **Philosophum**. 1. Ethic. ergo suffragia viuorum non profunt mortuis.

SED contra est, quod habetur. 2. Maccha. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccata sol. sed hoc non esset utile, nisi eos iuuaret: ergo suffragia viuorum mortuis profunt.

PRÆTEREA, **Aug.** dicit in lib. de cura pro mort. agenda: Non parua est vniuersæ ecclesie, quæ in hac consuetudine claret auctoritas, ut in precibus sacerdotum, quæ domino Deo ad eius altare funduntur: locum seum habeat etiam commendatio mortuorum: quæ quidem consuetudo ab ipsis **Apostolis** instituta est, ut dicit **Dam.** in quodam sermone de suffragijs mortuorum, sic dicens: Ministeriorum consocij discipuli saluatoris, & sacri apostoli in tremendo & viuificis ministerijs memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt, sanxerunt, quod etiam per **Dion.** patet in **Ult. cap. Eccles.** Hierar. ubi ritum commemorat, quo in primitiua ecclesia pro mortuis orabatur, ubi etiam **Dionysius** aasserit suffragia viuorum mortuis prodesse: ergo hoc indubitanter credendum est.

RESPONDEO dicendum, quod charitas quæ est vinculum ecclesie membra vniens, non solum ad viuos se extendit, sed etiam ad mortuos, qui in charitate decedunt. Charitas enim vita corporis non finitur. 1. Cor. 13. charitas nunquam excidit. Similiter etiam mortui in memorijs hominum viuunt: & ideo intentio viuorum ad eos dirigi potest, & sic suffragia viuorum mortuis dupliciter profunt, sicut & viuus, & propter charitatis vniionem, & propter intentionem ad eos directam: non tamen sic eis valere credenda sunt viuorum suffragia, ut status eorum mutetur de miseria ad felicitatem, vel econuerso: sed valet ad diminutionem pœnæ, vel aliquid huiusmodi, quod statum mortui non transmutat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo dum in corpore vixit, meruit, ut hæc ei valerent post mortem: & ideo si post hanc vitam iuuatur, nihilominus procedit ex his quæ in corpore gessit. Vel dicendum secundum **Io. Dam.** in sermone prædicto, quod est intelligendum, quantum ad retributionem quæ fiet in finali iudicio, quæ erit æterna gloriæ, vel æterna miserie, in qua quilibet recipiet solum secundum

quod in corpore gessit: interim autē inuari possunt viuorum suffragiis.

AD SECUNDVM dicendum, quod auctoritas illa expressè loquitur de sequella eterna retributionis, quod patet ex hoc quod præmittitur. Beati mortui &c. Vel dicendum, quod opera pro eis facta, sunt etiam quodammodo eorum, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis anima post mortem non sint simpliciter in statu via, sed quantum ad aliquid: adhuc sunt in statu via, in quantum, scilicet eorum progressus ad huc retardatur ab ultima retributione. Et idè simpliciter eorum via est circumsæpta, ut non possint ulterius per aliqua opera transmutari, secundum statum felicitatis & miseriae, sed quantum ad hoc non est circumsæpta, quin quantum ad hoc quod detinentur ab ultima retributione: possint ab alijs inuari, quia secundum hoc adhuc sunt in via.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis communicatio ciuiliū operū, de qua Philosophus loquitur, non possit esse mortuorum ad viuos, quia mortui extra virā ciuilem sunt, potest tamen eorum communicatio esse, quantum ad opera vitæ spiritualis, quæ est per charitatem ad Deum, cui mortuorum spiritus viuunt.

Articul. tertius

Vtrum suffragia facta per peccatores mortuis profint?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod suffragia per peccatores facta mortuis non profint, quia ut dicitur Ioan. 9. Peccatores Deus non audit: sed si orationes eorum prodesse illis pro quibus orant, à Deo exaudirentur: ergo suffragia per eos facta mortuis non profunt.

PRAETEREA, Gregor. in Pastoral. dicit, quod cum is qui displicet ad interpellandum mittitur, iratus animus ad deteriora prouocatur: sed quilibet peccator Deo displicet: ergo per pec-

catorum suffragia Deus ad misericordiam non flectitur: & idè talia suffragia non profunt.

PRAETEREA, opus alicuius videtur magis fructuosum facienti quam alteri: sed peccator per opera nihil meretur sibi: ergo multo minus potest alteri mereri.

PRAETEREA, omne opus meritorium oportet esse viuificatum, id est charitate informatum: sed opera per peccatores facta sunt mortua: ergo non possunt per ea mortui inuari, pro quibus fiunt.

SED contrā est: quod nullus potest scire de altero pro certo, utrum sit in statu culpæ vel gratiæ: si ergo tantum illa suffragia prodesse, quæ fiunt per eos qui sunt in gratiā, non posset homo scire per quæ suffragia subueniret suis defunctis: & ita multi à suffragiis procurādis retraherentur.

PRAETEREA, sicut Aug. dicit in litera, secundum hoc inuatur aliquis mortuus ex suffragiis, secundum quod dum viueret meruit, ut inuaretur post mortem: ergo valor suffragiorum mensuratur secundum conditionem eius pro quo fiunt: non ergo differt, utrum per bonos vel malos fiant.

RESPONDEO dicendum, quod in suffragiis quæ per malos fiunt, duo possunt considerari. Primum, ipsum opus operatum, sicut sacrificium altaris, & quia nostra sacramenta ex se ipsis efficaciam habent, absq; opera operantis, quam equaliter explent per quoscumq; fiant, quantum ad hoc suffragia per malos facta defunctis profunt. Alio modo quantum ad opus operans, et sic distinguendum est: quia operatio peccatoris suffragia facientis, potest vno modo considerari, prout est eius, & sic nullo modo meritoria esse potest: nec sibi nec alijs. Alio modo in quantum est alterius, quod dupliciter contingit. Vno modo, in quantum peccator suffragia faciens gerit personam totius ecclesiæ, sicut sacerdos dum dicit in ecclesiā exequias mortuorum: & quia ille intelligitur facere, cuius nomine vel vice fit, ut patet per Diony. in lib. de Eccles. Hierar. inde est quod suffragia talis sacerdotis quamuis sit peccator, defunctis profunt. Alio modo quando agit, ut instrumentum alterius: opus enim instrumenti est magis principalis agen-

agentis. Vnde quamuis ille qui agit, ut instrumentum alterius, non sit in statu merendi, actio tamen eius potest esse meritoria, ratione principalis agentis: sicut si seruus in peccato existens quodcumq; opus misericordiae facit ex præcepto domini sui charitatem habentis. Vnde si aliquis in charitate decedens, præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat charitatem habens, illa suffragia valent defuncto, quamuis illi per quos fiunt in peccato existant, magis tamen valerent si essent in charitate, quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oratio per peccatorem facta, quandoq; non est peccatoris sed alterius: & idè secundum hoc digna est, ut à Deo exaudiat: tamen etiam quando, Deus peccatores audit, quando, scilicet peccatores petunt aliquid Deo acceptum: non enim solis iustus, sed etiam peccatoribus Deus bona sua prouidet: ut patet Matt. 5. non autem ex eorum merito, sed ex sua clementiā: & idè Ioan. 9. super illud. Deus peccatores non audit: glos. dicit quod loquitur, ut inunctus non sicut plene videns.

AD SECUNDVM dicendum, quod quamuis ex parte eius qui displicet peccatoris oratio non sit accepta, tamen ratione alterius, cuius vice vel imperio agitur, potest esse Deo accepta.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc quod peccator faciens huiusmodi suffragia nullum reportat commodum, contingit ex hoc quod non est capax talis profectus, propter propriam indispositionem, & tamen aliqui est dispositus aliquo modo valere potest, ut dictum est.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis opus peccatoris non sit viuum in quantum est eius, potest tamen esse viuum in quantum est alterius, ut dictum est.

SED quia rationes quæ sunt in oppositum videtur concludere, quod non differat, utrum quis suffragia procuret per bonos vel per malos: idè etiam ad eas est respondendum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis aliquis pro certo scire non possit de altero, an sit in statu salutis, potest tamen probabiliter

estimare de ijs quæ exterius de homine videt, ex fructu enim suo arbor cognoscitur: ut dicitur Matt. 7.

AD SECUNDVM dicendum, quod ad hoc quod suffragium alteri valeat, requiritur ex parte eius pro quo fit capacitas huiusmodi valoris, & hanc homo acquisiuit per opera propria quæ gessit in vita: & sic Augus. loquitur, requiritur nihilominus qualitas operis quæ prodesse debet, & hoc non pendet ex eo pro quo fit: sed magis ex eo qui facit, vel exequendo, vel imperando.

Articul. quartus

Vtrum suffragia quæ à viuis pro mortuis fiunt, faciētibus profint?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod suffragia quæ à viuis pro mortuis fiunt faciētibus non profint. Quia si aliquis pro altero debitum solueret secundum humanam iustitiam, ipse à debito proprio non absolueretur: ergo per hoc quod aliquis suffragia faciens, debitum soluit pro illo pro quo facit, ex hoc à debito proprio non absoluitur.

PRAETEREA, vnusquisq; quod facit, facere debet meliori modo quo potest: sed melius est iuuare duos quam vnum, si ergo qui per suffragia debitum mortui soluit, à proprio debito liberatur, videtur quod nunquam debet aliquis pro se ipso satisfacere, sed semper pro alio.

PRAETEREA, satisfactio alicuius pro alio satisfaciētis, aequaliter prodesse sibi ut ei pro quo satisfacit, eadē ratione aequaliter valebit tertio, si pro eodē satisfaciāt. & similiter quarto, & sic deinceps: ergo vnus vna satisfactiōe posset pro omnibus satisfacere, quod est absurdū. **SED** contrā est quod dicitur in Psal. Oratio mea in sinu meo conuertitur, ergo eadē ratione suffragia quæ pro alijs fiunt satisfaciētibus profunt.

PRAETEREA, Dama. dicit in sermo. de his qui in fide dormierunt: Quemadmodum vnguentum vel alio oleo sancto circumlimire volēs in-

firmum, primò ille. s. linien participat vñctionem, deinde perungit laborantem: sic & quicumq; pro proximi salute agonizat, primùm sibi prodest, deinde proximo, & sic habetur propositum.

RESPONDEO dicendum, quòd opus suffragij, quod pro altero fit potest considerari dupliciter. Vno modo, vt est expiatiuum pœnæ per modum cuiusdam recompensationis quæ in satisfactione attenditur. & hoc modo opus suffragij quod computatur quasi eius pro quo fit, ita absoluit eum à debito pœnæ quòd non absoluit facientem à debito pœnæ propriæ quia in tali recompensatione consideratur æqualitas iustitiæ. Opus autem illud satisfactorium, ita potest adæquari vni reatui, quòd alteri non adæquatur: reatus enim duorum peccatorum maiorem satisfactionem requirunt, quàm reatus vnius. Alio modo potest considerari, in quantum est meritorium vitæ æternæ, quòd habet in quantum procedit ex radice charitatis: & secundum hoc non solum prodest ei pro quo fit, sed facienti magis, & per hoc patet solutio ad obiecta. Primæ enim rationes procedebant de opere suffragij, secundum quòd est satisfactorium, sed aliæ secundum quòd est meritorium.

Articul. quintus

Vtrum suffragia profint existentibus in inferno?



QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia profint existentibus in inferno, per hoc quòd habetur. 2. Macha. 12. Vbi dicitur, quòd inuenerunt sub tunicis interfectorum donaria idolorum, à quibus lex prohibebat Iudæos: & tamè post subditur quòd Iudas. 12. millia drachmas argenti misit Hierosolimam offerri pro peccatis eorum: constat autem illos peccasse mortaliter contra legem agentes, & ita in peccato mortali decessisse, & sic ad inferos esse translato: ergo existentibus

in inferno suffragia profunt.

PRAETEREA, in littera habetur ex verbis August. quòd quibus valent suffragia, vel ad hoc profunt, vt sit plena remissio, vel ad hoc quòd tolerabilior sit eorum pœna, vel damnatio, sed solum illi qui in inferno sunt, damnati esse dicuntur: ergo etiam existentibus in inferno suffragia profunt.

PRAETEREA, Diony. vlt. cap. Eccles. Hierar. dicit, si hic iustorum orationes, & secundum hanc vitam, quanto magis post mortem in illis qui digni sunt, sacris orationibus operatur tantum modo: Ex quo potest accipi quòd suffragia magis profunt mortuis quàm viuis, sed viuis profunt etiam in peccato mortali existentibus, cum quot idie oret ecclesia pro peccatoribus, vt conuertantur ad Deum: ergo etiam & mortuis in peccato mortali existentibus suffragia valent.

PRAETEREA, in vita patrũ legitur, quòd etiã Dama. in sermo. suo refert, quòd Macharij, inuicta in viacaluarie cuiusdã defuncti, oratione premissa, quæ sunt cuius caput fuisset, & caput respondit, quòd fuerat sacerdotis qui in inferno erat damnatus, & tamen confessus est oratione Macharij se & alios iuuari: ergo suffragia ecclesiæ etiam in inferno existentibus profunt.

PRAETEREA, Dama. in eod. sermo. narrat, quòd Grego. pro Traiano orationem fundens, audiuit vocem sibi diuinitus dicentem. Vocem tuam audiui & veniam Traiano do: Cuius rei, vt Damas. dicit in dicto sermone, testis est oriens omnis & occidens: sed constat Traianum in inferno fuisse, quia multorum martyrum necem amaram instruit, vt ibidẽ Damas. dicit: ergo suffragia ecclesiæ, valent etiam in inferno existentibus.

SED contra est, quòd dicit Diony. 7. capit. Eccles. Hierar. summus sacerdos pro immundis non orat, quia in hoc auerteretur à diuino ordine: & communiter ibidem dicit, quòd peccatoribus non orat remissionem, quia non audiretur pro illis: ergo suffragia existentibus in inferno non valent.

PRAETEREA, Grego. dicit in. 34. lib. moral. Eadẽ causa est, cur non oretur tunc. s. post diem

diem. Iudicij pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc causa est quare non oretur pro diabolo & angelis eius æterno supplicio deputatis, quæ etiam nunc causa est quare sancti non orent pro hominibus infidelibus impijsq; defunctis: quia de eis vtiq; quos æterno damnatos supplicio iam nouerunt, ante illum iudicij iusti conspectum orationis suæ meritum cassari refugiunt: ergo suffragia in inferno positis non valent.

PRAETEREA, multa habentur ex verbis August. qui sine fide operante per dilectionẽ eiusq; sacramentis de corpore exeunt, frustra vel a suis huiusmodi officia impenduntur: sed omnes damnati sunt huiusmodi: ergo eis suffragia non profunt.

RESPONDEO dicendum, quòd circa damnatos fuit duplex opinio. Quidam dixerunt in hoc distinguendum esse dupliciter. Vno modo quantum ad tempus, dicentes quòd post diem iudicij, nullus in inferno existens aliquo suffragio iuuatur, sed ante diem iudicij aliqui iuuantur suffragijs ecclesiæ. Alio modo distinguebant quantum ad personas in inferno detentas: inter quos aliqui dicebant esse valde malos, qui scilicet sine fide & sacramentis decesserunt, & talibus quia de ecclesia non fuerunt nec merito nec numero, suffragia ecclesiæ prodesse non possunt. Alij vero sunt non valde mali, quia scilicet de ecclesia fuerunt numero, & fidem habentes & sacramentis abluti, & aliqua opera de genere bonorum facientes, & talibus suffragia ecclesiæ prodesse debent.

SED occurrebat eis quedã dubitatio eos perturbans, quia. s. Videbatur ex hoc sequi, cum pœna inferni sit finita secundum intensiõem, quamuis duratione infinita existat, quòd multiplicatis suffragijs, pœna illa totaliter auferretur, quòd est error Origenis. Et idè hoc inconueniens euadere multipliciter voluerunt. Præpositius. n. dixit, quòd tantum possunt suffragia pro damnatis multiplicari, quòd à tota pœna redduntur immunes, non quidem simpliciter, vt Origenes posuit, sed ad tempus, scilicet vsq; ad diem iudicij, tunc. n. animæ iteratò corporibus coniunctæ in pœnas inferni de-

trudentur sine spe veniæ.

SED ista opinio videtur diuinæ providentiæ repugnare, quæ nihil in rebus inordinatum relinquit. Culpa autem non potest ordinari, nisi per pœnam: vnde nõ potest esse, vt pœna tollatur, nisi prius culpa expietur: & idè cum culpa continue maneat in damnatis, eorum pœna nullatenus interrumpetur.

ET idè Porretani alium modum inuenerunt dicentes, quòd hoc modo proceditur in diminutione pœnarum per suffragia, sicut proceditur in diuisione linearum, quæ cum sint finita, tamen in infinitum diuidi possunt, & nõquã per diuisionem consumuntur, dum fit subtractio non secundum eandem quantitatem, sed secundum eandem proportionem. Velut si primo auferatur pars quarta totius, & secundo pars quarta illius quartæ, & sic deinceps in infinitum. Et similiter dicunt, quòd per primum suffragium diminuitur aliquota pars pœnæ, & per secundum pars aliqua remanentis secundum eandem proportionem.

SED iste modus multipliciter est defectiuus. Primo, quia infinita diuisio quæ congruit cõtinuæ quantitati, non videtur posse ad quantitatem spiritualem transferri. Secundo, quia non est aliqua ratio, quare secundum suffragium de pœna minus diminuat quàm primum, si sit æqualis valoris. Tertio, quia pœna diminui nõ potest, nisi diminuat & culpa, sicut nec auferri nisi ablata. Quarto, quia in diuisione lineæ tandem peruenitur ad hoc, quòd non est sensibile corpus: corpus. n. sensibile non est in infinitum diuisibile, & sic sequeretur, quòd post multa suffragia pœna remanens, propter sui paruitatem non sentiretur, & non esset pœna. **ET** idè alij, alium inuenerunt modum. Casiodorus. n. dixit, quòd suffragia profunt damnatis, non quidem secundum diminutionem pœnæ vel per interruptionem, sed per confortationem patientis. Sicut si homo portaret graue onus, & faciem suam perfunderet aqua: sic enim confortaretur ad melius portandum, cum tamen onus suum in nullo lenius fieret. **SED** hoc iterum esse non potest, quia aliquis plus vel minus æterno igne grauatur: vt Grego. dicit secundum meritum culpæ: & idè

est quod eodem igne quidam plus, quidam minus cruciantur. Vnde cum culpa damnati immutat a remanet, non potest esse quod leuius poenam ferat. Est nihilominus & predicta opinio presumptuosa, & potest sanctorum dictis contraria & vana, nulla auctoritate fulcita est, & irrationabilis, tum quia damnati in inferno sunt extra vinculum charitatis, secundum quam opera viuorum continuaretur defunctis: tum quia totaliter ad viam terminum perueniunt, recipientes ultimam pro meritis retributionem, sicut & sancti qui sunt in patria. Quod enim adhuc restat de poena vel de gloria corporis, hoc rationem viatoris non praebet: cum gloria essentialiter & radicaliter consistat in anima, & similiter miseria damnatorum: & ideo non potest eorum poena diminui, sicut nec gloria sanctorum augeri, quantum ad premium essentiale. Sed tamen modus qui a quibusdam ponitur, quod suffragia prosunt damnatis, posset aliquo modo sustineri, ut si dicatur quod non prosunt, nec quantum ad diminutionem poenae vel interruptionem, vel quantum ad diminutionem sensus poenae, sed quia ex huiusmodi suffragiis eis aliqua materia doloris subtrahitur, quae eis esse posset, si ita se abiecerent conspicerent quod pro eis nullam curam haberent: quae materia doloris eis subtrahitur, dum suffragia pro eis fiunt. Sed illud etiam non potest esse secundum legem communem, quia, ut August. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda, quod praecipue de damnatis est verum: ibi sunt spiritus defunctorum, ubi non vident quaecumque aguntur, aut eveniunt in ista vita hominibus: & ita non cognoscunt quando pro eis suffragia fiunt, nisi supra communem legem hoc remedium diuinitus datur aliquibus damnatorum, quod est verbum omnino incertum. Vnde tutius est simpliciter dicere, quod suffragia non prosunt damnatis, nec pro eis ecclesia orare intendit, sicut ex indubitis auctoritatibus apparet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod donaria idolorum non fuerunt inuenta apud illos mortuos, ut ex eis signum accipi posset, quod in reuerentia idolorum ea deserrent, sed ea acceperunt, ut victores, quia eis iure belli

debantur, & tamen per aueritiam venialiter peccauerunt. Vnde non fuerunt in inferno damnati: & sic suffragia eis prodesse poterat. Vel dicendum secundum quosdam, quod in ipsa pugna videntes sibi periculum imminere de peccato penituerunt: secundum illud Psal. cum occideret eos querebant eum, & hoc probabiliter potest estimari: & ideo pro eis fuit oblatio facta.

AD SECVNDVM dicendum, quod in verbis illis damnatio large accipitur pro quacunque punitione, & sic includit etiam poenam purgatorij, quae quandoque totaliter expiatur: quandoque autem non, sed minuitur.

AD TERTIVM dicendum, quod quantum ad hoc magis acceptatur suffragium pro mortuo quam pro viuo, quia magis indiget, cum non possit sibi auxiliari sicut viuus: sed quantum ad hoc viuus est melioris conditionis, quia potest transferri de statu culpae mortalis in statum gratiae, quod de mortuis dici non potest: & ideo non est eadem causa orandi pro mortuis & pro viuis.

AD QVARTVM dicendum, quod ad infernum non erat, quod poena eorum deminueretur, sed in hoc solo, ut ibidem dicitur: quod eo orante concedebatur eis, ut mutuo se viderent: & in hoc aliquod gaudium non verum, sed phantasticum habebant, dum implebatur hoc quod desiderabant. Sicut & daemones gaudere dicuntur, dum homines ad peccatum pertrahunt, quamuis per hoc eorum poena nullatenus minuat: sicut non minuitur angelorum gaudium, per hoc quod malis nostris compati dicuntur.

AD QVINTVM dicendum, quod de facto Traiani, hoc modo potest probabiliter estimari, quod praecipue beati Greg. ad vitam fuerit reuocatus, & ita gratiam consequutus, per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens immunitatem a poena: sicut etiam apparet in omnibus illis qui fuerunt miraculose a mortuis suscitati, quorum plures constat idolatras & damnatos fuisse. De omnibus, non similiter dici oportet, quod non erant in inferno finaliter deputati, sed secundum praesentem

propriorum iustitiam meritorum. Secundum autem superiores causas, quibus prauidebatur ad vitam reuocandi, erat aliter de eis disponendum. Vel dicendum secundum quosdam, quod anima Traiani non fuit simpliciter a reatu poenae absoluta, sed eius poena fuit suspensa ad tempus, scilicet usque ad finem iudicij: nec tamen oportet quod hoc fiat communiter per suffragia, quia aliqua sunt quae lege communi accidunt, & aliqua quae singulariter ex privilegio aliquibus conceduntur: sicut alij sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, ut Aug. dicit in lib. de cura pro mortuis agen.

Articul. sextus.

Vtrum suffragia prosint existentibus in purgatorio?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod nec etiam existentibus in purgatorio. Quia purgatorium pars quaedam inferni est: sed in inferno nulla est redemptio: & Psal. dicit. In inferno autem quis confitebitur tibi? ergo suffragia his qui sunt in purgatorio non prosunt.

PRÆTEREA, poena purgatorij, est poena finita: si ergo per suffragia aliquid de poena dimittitur, tantum poterunt multiplicari suffragia, quod tota tollitur, & ita peccatum remanebit totaliter impunitum, quod videtur diuinae iustitiae repugnare.

PRÆTEREA, ad hoc animae sunt in purgatorio, ut ibi purgatae purae ad regnum perueniant: sed nihil potest purgari, nisi aliquid circa ipsum fiat: ergo suffragia facta per viuos, poenam purgatorij non diminuant.

PRÆTEREA, si suffragia existentibus in purgatorio valent, maxime ea videntur valere quae sunt ad imperium eorum facta: sed haec non semper valent. Sicut si ali-

quis decedens disponat tot suffragia pro se fieri, quae si facta essent sufficerent ad totam poenam abolendam. Posito ergo quod huiusmodi suffragia differantur, quousque ille poenam euaserit, illa suffragia nihil ei prodesse: non enim potest dici quod profint antequam fiant postquam autem sunt facta eis non indiget, quia iam poenas euasit: ergo suffragia existentibus in purgatorio non valent.

SED contra est quod dicitur in litera ex verbis August. quod suffragia prosunt his qui sunt mediocriter boni vel mali: sed tales sunt qui in purgatorio detinentur: ergo &c.

PRÆTEREA, Dionys. dicit in 7. cap. Eccle. Hierar. quod diuinus sacerdos pro mortuis orans, pro illis orat qui sanctè vixerunt, & tamen aliquas maculas habuerunt ex infirmitate humana contractas: sed tales in purgatorio detinentur: ergo &c.

RESPONDEO dicendum, quod poena purgatorij est in supplementum satisfactionis quae non fuerat plenè in corpore consummata: & ideo sicut ex dictis patet, opera viuis possunt valere alteri ad satisfactionem, siue viuis siue mortuis fuerit: & ideo non est dubium, quin suffragia per viuos facta existentibus in purgatorio prosint.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod auctoritas illa loquitur de inferno damnatorum, in quo nulla est redemptio, quantum ad illos qui sunt tali poena addicti. Vel dicendum, secundum Damascen. in serm. de dormient. quod huiusmodi auctoritates sunt exponendae secundum causas inferiores, id est, secundum exigentiam meritorum eorum qui poenis deputantur, sed secundum diuinam misericordiam quae vincit humana merita, ad preces iustorum aliquando aliter disponitur, quam sententia praedictarum auctoritatum contineat. Deus autem mutat sententiam, & non consilium, ut dicit Gregor. Vnde Damascen. ponit ad hoc exemplum de inimicis Achab & Ezechia, in quibus apparet, quod sententia contra eos lata diuinitus, fuit per diuinam misericordiam commutata.

AD SECVNDVM dicendum, quod non est inconueniens si multiplicatis suffra-

gijis poena existentium in purgatorio annihilatur: non enim sequitur quod peccata remaneant impunita quia poena unus pro altera accepta, alteri computatur.

AD TERTIVM dicendum, quod purgatio anime per poenas purgatorij non est aliud quam expiatio reatus impediens a perceptione glorie: & quia per poenam quam unus sustinet pro alio, potest reatus alterius expiari, ut dictum est: non est inconueniens, si per unius satisfactionem alius purgetur.

AD QVARTVM dicendum, quod suffragia ex duobus valent, scilicet ex opere operante, & ex opere operato: & dico opus operatum non solum ecclesie sacramentum, sed effectum accidentem ex operatione: sicut ex collatione elemosynarum consequitur pauperum releuatio, & eorum oratio pro defuncto apud Deum. Similiter opus operans potest accipi ex parte principalis agentis, vel ex parte exequentis. Dico ergo quod quam cito moriens disponit aliena suffragia sibi fieri, premium suffragiorum plene consequitur, ante etiam quam fiant quantum ad efficaciam suffragij, que erat ex opere operante principalis agentis: sed quantum ad efficaciam suffragiorum que est ex opere operato, vel ex opere operante exequentis, non consequitur fructum, antequam suffragia fiant: & si prius contingat ipsum a poena purgari, quantum ad hoc fraudabitur fructu suffragiorum, quod redundabit in illos quorum culpa defraudatur: non enim est inconueniens quod aliquis defraudetur per culpam alterius in temporalibus. Poena autem purgatorij temporalis est, quamuis quantum ad aeternam retributionem nullus defraudari possit, nisi per propriam culpam.



AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod suffragia valeant pueris in limbo existentibus: quia illi non detinentur nisi pro peccato alieno: ergo maxime decens est, ut ipsi iuentur suffragijs aliorum.

PRAETEREA, in litera habetur ex verbis Augusti, quod suffragia pro non valde malis propitiationes sunt, sed pueri non computantur inter valde malos, cum sit mitissima eorum poena: ergo suffragia ecclesie eos iuant.

SED CONTRA est, quod habetur in litera ab Augustino, quia suffragia non prosunt illis, qui sine fide operante per dilectionem hinc exierunt: ergo suffragia eis non prosunt.

RESPONDEO dicendum, quod pueri non baptizati non detinentur in limbo, nisi quia deficiunt a statu gratie: unde cum per opera viuorum, mortuorum status mutari non possit, maxime quantum ad meritum essentialis premij vel poene, suffragia viuorum pueris existentibus in limbo prodesse non possunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis peccatum originale sit huiusmodi, quod pro eo possit aliquis ab alio iuari, tamen anime puerorum in limbo existentes sunt in tali statu quod iuari non possunt: quia post hanc vitam non est tempus gratiam acquirendi.

AD SECVNDVM dicendum, quod Augusti loquitur de non valde malis, qui tamen baptizati sunt, quod patet ex hoc quod premititur: cum ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcumq; elemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur &c.

Artic. septimus.

Vtrum suffragia valeant pueris in limbo existentibus?

Artic. octauus.

Vtrum suffragia prosint sanctis existentibus in patria?

AD



AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod aliquo modo prosint sanctis existentibus in patria, per hoc quod habetur in collecta missae: sicut tuis prosunt ad gloriam, scilicet sacramenta, ita nobis proficiant ad medelam: sed inter alia suffragia precipuum est sacramentum altaris: ergo suffragia prosunt his qui sunt in patria.

PRAETEREA sacramenta efficiunt quod figurant: sed tercia pars hostie, scilicet in calice missae, significat eos qui beatam vitam in patria ducunt: ergo suffragia ecclesie prosunt etiam existentibus in patria.

PRAETEREA, Sancti non solum gaudent in patria de proprijs bonis, sed etiam alienis: unde Luc. 15. dicitur. Gaudium est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente: ergo ex bonis operibus viuentium sanctorum qui sunt in patria gaudium crescit, & ita etiam eis nostra suffragia prosunt.

PRAETEREA, Dama dicit in sermo de dormien. inducens verba Chrysostomi. Si enim gentiles, itquit, cum ijs qui abierunt sua comburunt, quanto magis te fidelem mittere conuenit, cum fidei ipsius propria non ut fauilla fiant, & haec velut illa, sed ut maiorem hinc circumponas gloriam. & si quis peccator fuerit qui mortuus est ut peccamina soluas: si autem iustus, ut appositio fiat mercedis & retributionis, & sic idem quod prius.

SED CONTRA est quod in litera habetur ex verbis Augusti. Iniuria est in Ecclesia pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari.

PRAETEREA, eius est iuari cuius est indigere: sed Sancti in patria sunt absque omni indigentia: ergo per suffragia Ecclesie non iuantur.

RESPONDEO dicendum, quod suffragium ecclesie de sui ratione importat quandam auxiliacionem que non competit ei qui defectum non patitur. Nulli enim iuari competit nisi ei qui indigens est: unde cum Sancti qui sunt in patria sint ab omni indigentia immunes,

inebriati ab vbertate domus Dei, eis iuari per suffragia non competit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod huiusmodi dilectiones non sunt sic intelligende, quasi Sancti in gloria proficiant quantum ad se quod eorum festa recolimus: sed quia nobis proficit qui de eorum gloria solennia celebramus: sicut ex hoc quod Deum cognoscimus vel laudamus, & sic quodam modo eius gloria in nobis crescit: nihil Deo sed nobis accrescit.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis sacramenta efficiant quod figurant, non tamen illum effectum suum percipiunt circa omne id quod figuratur: aliam cum figurerent Christum, in ipso Christo haec aliquid efficerent, quod est absurdum: sed efficiunt circa suscipientem sacramentum ex virtute eius, quod per sacramentum significatur, & sic non consequitur, quod sacrificia pro fidelibus defunctis oblata sanctis prosunt: sed quia ex meritis sanctorum que recoluntur vel significantur in sacramento, prosunt alijs pro quibus offeruntur.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis Sancti qui sunt in patria de bonis nostris omnibus gaudeant: non tamen sequitur quod multiplicatis nostris gaudijs eorum gaudium augmentetur formaliter, sed materialiter tantum: quia omnis passio formaliter augetur secundum rationem obiecti sui: ratio autem gaudendi in sanctis de quibuscunque gaudent est ipse Deus, de quo non possunt magis & minus gaudere: quia sic essentialiter eorum premium variatur, quod consistit in hoc quod Deo gaudent. Unde ex hoc quod bona multiplicantur, de quibus gaudendi ratio eis DEVS est, non semper sequitur quod intensius gaudeant, sed quod de pluribus gaudeant: & ideo non sequitur quod operibus nostris iuentur.

AD QVARTVM dicendum, quod non est intelligendum quod fiat appositio mercedis vel retributionis illi bono per suffragia ab aliquo facta, sed facienti. Vel iterum dicendum, quod ex suffragijs potest appositio mercedis.

Secunda. 4. quest. 73. art. 9.

mercedis fieri beato defuncto, in quantum de suffragiis sibi faciendis adhuc uiuens disposuit.

Articul. nonus.

Vtrum orationes ecclesie, sacrificium altaris, & elemosynae profint defunctis?



AD NONVM sic proceditur. Videtur quod non solum orationibus ecclesie, & sacrificio altaris & elemosynis anime defunctorum iuuentur, vel quod eis iuuentur precipue. Pœna enim debet per pœnam recompensari: sed ieiunium magis est pœnale quam elemosyna vel oratio: ergo ieiunium magis prodest in suffragiis quam aliquod predictorum.

PRÆTEREA, Grego. in istis tribus connumerat ieiunium, ut habetur in can. 13. q. 2. anime defunctorum quatuor modis soluentur, aut oblationibus sacerdotum, aut elemosynis charorum, aut oratione, aut ieiunio cognatorum: ergo insufficienter connumerantur hic ab Aug. tria predicta.

PRÆTEREA, baptisimus est potissimum sacramentorum, maxime quantum ad effectum. ergo baptisimus vel alia sacramenta deberent vel similiter, vel magis pro defunctis fieri: sicut sacramentum altaris.

PRÆTEREA, hoc videtur ex hoc quod habetur 1. Cor. 16. Si omnino mortui non resurgunt, ut qui etiam baptizantur pro illis? ergo etiam baptisimus valet ad suffragia defunctorum.

PRÆTEREA, in diuersis missis est idem sacrificium altaris: si ergo sacrificium computatur inter suffragia, & non missa, videtur quod tantumdem valeat quacunque missa pro defuncto dicatur, siue de beata Virgine, siue de spiritu sancto, vel quacunque alia: quod

videtur esse contra ecclesie ordinationem, que specialem missam pro defunctis instituit.

PRÆTEREA, Dama. in sermo. de dormient. docet ceras & oleum, & huiusmodi pro defunctis offerri: ergo non solum oblatio sacramenti altaris, sed etiam alie oblationes debent inter suffragia computari mortuorum.

RESPONDEO dicendum quod suffragia viuorum presunt defunctis secundum quod uniuntur uiuentibus charitate, & secundum quod intentio uiuentis fertur in mortuos: & ideo illa opera precipue nata sunt mortuis suffragari, que maxime ad communicationem charitatis pertinent, vel ad directionem intentionis ad alterum. Ad charitatem autem sacramentum Eucharistie precipue pertinet, cum sit sacramentum ecclesiasticae unionis, continens illum in quo tota ecclesia unitur, & consolidatur, scilicet Christum. Vnde Eucharistia est quasi quedam charitatis origo, vel vinculum. Sed inter charitatis effectus est precipuum elemosynarum opus: & ideo ista duo ex parte charitatis precipue mortuis suffragantur, scilicet sacrificium ecclesie & elemosyna, sed ex parte intentionis directe in mortuos precipue valet oratio, quia oratio secundum suam rationem, non solum dicit respectum ad orantem, sicut & cetera opera, sed directius ad illud pro quo oratur, & ideo ista tria ponuntur quasi precipua mortuorum subsidia, quamuis quacunque alia bona que ex charitate fiunt pro defunctis, eis valere credenda sint.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in eo qui satisfacit pro altero, magis est considerandum, ad hoc quod effectus satisfactionis ad alterum perueniat, illud quo satisfactio unius transit in alterum, quam etiam satisfactionis pœna, quamuis ipsa pœna magis expicit reatum satisficientis, in quantum est quedam medicina: & ideo tria predicta magis valent defunctis, quam ieiunium.

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam ieiunium prodesse potest defunctis ratione charitatis & intentionis in defunctos directæ: sed tamen ieiunium in sui ratione non continet aliquid, quod ad charitatem, vel

Secunda. 4. quest. 73. ar. 10. fo. 566.

directionem intentionis pertineat, sed ei sunt hæc quasi extrinseca: & ideo August. non posuit, sed Grego. posuit ieiunium inter suffragia mortuorum.

AD TERTIVM dicendum, quod baptisimus est quedam spiritualis regeneratio: unde sicut per generationem non acquiritur esse, nisi generato: ita baptisimus non habet efficaciam, nisi in eo qui baptizatur, quantum est ex opere operato: quamuis ex opere operante vel baptizantis, vel baptizati possit alijs prodesse, sicut & cetera opera meritoria: sed Eucharistia est signum ecclesiasticae unionis: & ideo ex ipso opere operato eius efficacia in alterum transire poterit, quod non contingit de alijs sacramentis.

AD QVARTVM dicendum, quod glos. istam auctoritatem dupliciter exponit: uno modo sic: si mortui non resurgunt, nec **CHRISTVS** resurrexit, ut quid etiam baptizantur pro illis? id est peccatis, cum ipsa non dimittantur. si **CHRISTVS** non resurrexit: quia in baptismo non solum Christi passio, sed resurrectio operatur, que est nostra spiritualis resurrectionis quodammodo causa. Alio modo sic: fuerunt quidam imperiti qui baptizabantur pro ijs qui de hac vita sine baptismo discesserant, putantes illis prodesse: & secundum hoc **Apostolus** non loquitur, nisi secundum errorem aliquorum in verbis illis.

AD QVINTVM dicendum, quod in officio missæ non solum est sacrificium, sed etiam sunt ibi orationes: & ideo missæ suffragium continet duo horum, que hic August. connumerat, scilicet orationem & sacrificium. Ex parte ergo sacrificij oblatis missa equaliter prodest defuncto de quocunque dicatur, & hoc est precipuum quod fit in missa: sed ex parte orationum magis prodest illa, in qua sunt orationes ad hoc determinatæ, sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem, vel eius qui dicit missam, vel eius qui facit dici, vel iterum per intercessionem sancti, cuius suffragium in missa imploratur.

AD SEXTVM dicendum, quod huiusmodi oblatio candelarum vel olei, potest pro-

desse defuncto, in quantum sunt elemosynæ quedam que dantur ad cultum ecclesie, vel etiam in usum fidelium.

Artic. decimus.

Vtrum indulgentiæ ecclesie profint mortuis?



AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod indulgentiæ que ecclesia facit etiam mortuis profint. Primo per consuetudinem ecclesie, que facit predicari crucem, ut aliquis indulgentiam habeat pro se & duobus vel tribus, & quandoque etiam decem animabus, tam viuorum quam mortuorum: quod esset deceptio, nisi meritis prodesset: ergo indulgentiæ mortuis profint.

PRÆTEREA, meritum totius ecclesie est efficacius quam meritum unius persone: sed meritum personale suffragatur defunctis, ut patet in largitione elemosynarum: ergo multo fortius meritum ecclesie, cui indulgentiæ innituntur.

PRÆTEREA, indulgentiæ profunt illis qui sunt de foro ecclesie: sed illi qui sunt in purgatorio sunt de foro ecclesie, aliis ecclesie suffragiis non prodesset illis: ergo videtur quod indulgentiæ defunctis profint.

SED CONTRA est, quod ad hoc quod indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens pro qua indulgentiæ dantur: sed talis causa non potest esse ex parte defuncti: quia non potest facere aliquid, quod sit in utilitatem ecclesie, pro qua causa indulgentiæ precipue dantur: ergo videtur quod indulgentiæ defunctis non profint.

PRÆTEREA, indulgentiæ determinantur secundum arbitrium eas facientis: si ergo indulgentiæ defunctis prodesse possunt, esset in potestate facientis indulgentiam, ut defunctum omnino liberaret a pœna, quod videtur absurdum.

RES.

RESPONDEO dicendum, quod indulgentia alicui prodesse, potest dici dupliciter. Vno modo principaliter: alio modo secundario: Principaliter quidem prodest ei, qui indulgentiam accipit. s. qui facit hoc pro quo indulgentia datur, ut qui visitat limina alicuius sancti: Vnde cum mortui non possint facere aliquid horum pro quibus indulgentia dantur, eis directe indulgentia valere non possunt. Secundario autem & indirecte profunt eis pro quo aliquis facit illud quod est indulgentia causa: quod quandoque contingere potest: quandoque autem non potest secundum diuersam indulgentia formam: si enim sit talis indulgentia forma: quicumque facit hoc vel illud, habebit tantum de indulgentia, ille qui hoc facit non potest fructum indulgentiae in alium transferre: quia eius non est applicare ad aliquam intentionem ecclesiae, per quam communicantur communia suffragia, ex quibus indulgentia valent. Si autem indulgentia sub hac forma fiat: quicumque fecerit hoc vel illud, ipse & pater eius vel quicumque alius ei adiunctus in purgatorio detentus, tantum de indulgentia habebit: talis indulgentia non solum viuo, sed etiam mortuo proderit: Non enim est aliqua ratio, quare ecclesia transferre possit communia merita, quibus indulgentia imittuntur in viuos & non in mortuos: nec tamen sequitur, quod prelatum ecclesiae possit pro suo arbitrio animas in purgatorio liberare, quia ad hoc ut indulgentia valeant, requiritur causa conueniens indulgentias faciendi, ut supra dictum est.

Articulus . xi.

Utrum cultus exequiarum defuncto profint?



AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quod cultus exequiarum defuncto profint. Damascenus enim in sermone de dormientem, inducit verba Athana-

sius sic dicens, Licet in area qui impietate confusata est dispositus fuerit, ne renuas oleum ex ceras Deum inuocantes in sepulchro accendere, accepta enim ista sunt Deo, & multam ab eo recipientia retributionem: Sed huiusmodi pertinent ad cultum exequiarum: ergo cultus exequiarum prodest defunctis.

PRÆTEREA, sicut Augustinus dicit in libro de Ciuit. Dei, Antiquorum iustorum funera, officiosa pietate curata sunt, & exequia celebrata, & sepulchra prouisa, ipsi quoque cum uiuerent, de sepeliendis & transferendis suis corporibus mandauerunt: sed hoc non fecerunt filii, nisi sepulchra & huiusmodi aliquid mortuis conferrent: ergo huiusmodi aliquid profunt defunctis.

PRÆTEREA, nullus facit eleemosynam circa aliquem, nisi ei proficiat. Sed sepelire mortuos computatur inter opera eleemosinarum: unde Augustinus dicit in .1. de Ciuit. Dei: Iohannes sepeliendo mortuos apud Deum promeruisse teste angelo commendatur: ergo huiusmodi sepultura cultus, mortuis prodest.

PRÆTEREA, inconueniens est dicere, quod frustetur deuotio fidelium: sed aliqui ex deuotione in locis aliquibus religiosis sepeliri disponunt: ergo sepultura cultus prodest defunctis.

PRÆTEREA, Deus promior est ad miserandum, quam ad condemnandum: sed aliquibus nocet in aliquibus locis sanctis sepultura, si indigni sunt: unde dicit Gregorius, quos peccata grauius deprimunt ad maiorem damnationis cumulum, potius quam ad solutionem eorum corpora in ecclesijs ponuntur: ergo multo amplius dicendum est, quod sepultura cultus profint bonis.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro de cura pro mortuis agenda. Corpori humano quicquid impeditur, non est praesidium uitae aeternae, sed humanitatis officium.

PRÆTEREA, Gregorius dicit in .4. dialo. Curatio funeris, conditio sepulturae, pompa exequiarum, magis sunt uiuorum solatia, quam subsidia defunctorum.

PRÆ-

PRÆTEREA, Dominus dicit Matt. 10. Nolite timere eos qui corpus occidunt, & post hoc non habent amplius quid faciant: sed post mortem factorum corpora, possunt a sepultura prohiberi: sicut in Ecclesiastica historia legitur esse factum, de quibusdam martyribus Lugduni Galliae: ergo non nocet defunctis, si eorum corpora inhumata remaneant: ergo nec cultus sepulturae prodest.

RESPONDEO dicendum, quod sepultura adiuuent a est, & propter uiuos, et propter mortuos: propter uiuos quidem, necorum oculi exturpitudine cadaverum offendantur, & corpora factoribus inficiantur, & hoc quantum ad corpus: sed spiritualiter etiam prodest uiuis, in quantum per hoc astruitur resurrectionis fides. Sed mortuis profunt ad hoc, quod in spicietes sepulchra memoriam retinent defunctorum, & pro defunctis orant: unde & monumentum a memoria nomen accepit. Dicitur enim monumentum quasi mouens mentem: ut dicit Augustinus in libro de Ciuit. Dei, & in libro de cur. pro mort. agenda. Paganorum tamen error fuit, quod ad hoc sepultura mortuo profuit, ut eius anima quietem accipiat: non enim credebant animas prius quietem posse accipere, quam corpus sepultura daretur, quod omnino ridiculum est & absurdum. Sed quod ueterius sepultura in loco sacro mortuo prodest, non quidem est ex ipso opere operato, sed magis ex opere operante, dum scilicet vel ipse defunctus, vel alius, corpus tumulari in loco sacro disponens patrocinitio alicuius sancti eum committit, cuius precibus per hoc credendus est adiuuari: & etiam patrocinitio eorum qui loco sacro deseruiunt, qui pro tumulari apud se frequentius & specialius orant. Sed illa quae ad ornatum sepulturae adhibentur: profunt quidem uiuis in quantum sunt uiuorum solatia: sed possunt etiam defunctis prodesse, non quidem per se sed per accidens: in quantum, s. per huiusmodi homines excitantur ad patientiam, & per consequens ad orandum: uel etiam quantum ex sumptibus sepulturae, uel pauperes fructum capiunt, uel ecclesia decoratur: sic enim sepultura inter ceteras eleemosynas computatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oleum & cera ad sepulchrum defunctorum prolata, per accidens defuncto profunt, uel in quantum ecclesiae offeruntur, sicut pauperibus datur, uel in quantum huiusmodi in Dei reuerentiam fiunt. Vnde & uerbu praemissis subiungitur: Oleum enim & cera holocaustum sunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod idcirco sancti patres de suis corporibus tumulandis curauerunt, ut ostenderent corpora mortuorum ad Dei prouidentiam pertinere, non quod mortuis corporibus aliquis sensus insit, sed propter fidem resurrectionis astruendam: ut patet per Augustinum in primo de Ciuit. Dei. Vnde etiam uoluerunt in terra promissionis sepeliri: ubi credebant Christum nasciturum & moriturum, cuius resurrectionis nostrae resurrectionis est causa.

AD TERTIVM dicendum, quod caro est pars naturae hominis: naturaliter enim homo ad carnem suam afficitur: secundum illud Eph. 5. Nemo carnem suam odio habet. Vnde secundum istum naturalem affectum inest uiuere quaedam sollicitudo, quid etiam post eius mortem de corpore sit futurum, doleretque, si aliquid indignum suo corpore euenire prius sentiret. Et ideo illi qui hominem diligunt ex hoc quod affectui eius quem diligunt conformantur, circa eius carnem curam humanitatis impendunt. Vt enim dicit Augustinus de ciui. Dei: Si paterna uelitis & annulus, ac si quid huiusmodi tanto charius est posteris, quanto erga parentes maior affectus, nullo modo illa spernenda sunt corpora, quae multo familiarius atque coniunctius quam quaelibet indumenta gestamus. Vnde & in quantum affectui hominis satisfacit sepeliens eius corpus, cum ipse in hoc sibi satisfacere non possit, eleemosynam ei facere dicitur.

AD QVARTVM dicendum, quod fidelium deuotio (ut Augustinus dicit in libro de cur. pro mort. agenda.) suis charis in locis sacris prouidens sepulturam, in hoc non frustatur quod defunctum suum suffragio sanctorum committit, ut dictum est.

AD QVINTVM dicendum, quod sepultura in loco sacro impio defuncto non nocet, nisi quatenus

genus hanc sepulturam sibi indignam propter humanam gloriam procuravit.

Articulus. xii.

Utrum suffragia quæ fiunt pro vno defuncto, magis illi proficiunt pro quo fiunt quam alijs?



AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod suffragia quæ fiunt pro vno defuncto non magis proficiant ei pro quo fiunt quam alijs. Lumen. n. spirituale, magis est communicabile quam corporale lumen: sed lumen corporale. s. candela quamuis accendatur pro vno tantum, equaliter omnibus prodest qui commoratur simul, quæ pro eis candela non accendatur: ergo cum suffragia sint quedam spiritalia lumina, quamuis pro vno specialiter fiant, non magis valent ei quam alijs existentibus in purgatorio.

PRÆTEREA, sicut in littera dicitur: secundum hoc suffragia mortuis proficiunt, qui dum viverent hic sibi, ut postea fuissent prodesse meruerunt: sed alij magis meruerunt ut suffragia sibi prodesse, quam illi pro quibus fiunt: ergo eis magis proficiunt, alias eorum meritum frustraretur.

PRÆTEREA, pro pauperibus non fiunt tot suffragia, sicut pro diuitibus: si ergo suffragia facta pro aliquibus eis magis quam alijs valerent, pauperes essent peioris conditionis, quod est contra sententiam Domini Luc. 6. Beati pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum cælorum.

SED contra, iustitia humana exemplatur à iustitia diuina: sed iustitia humana si aliquis debitum pro altero soluit, cum solum absoluit: ergo cum ille qui suffragia facit, quodammodo soluat debitum eius pro quo facit, ei soli proderit.

PRÆTEREA, sicut homo faciens suffragia quodammodo satisfacit pro mortuo, ita etiam interdum aliquis pro viuo satisfacere po-

test: sed quando aliquis satisfacit pro viuo, satisfactio illa non computatur, nisi illi pro quo facta est: ergo suffragia faciens, ei soli prodest pro quo facit.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc sunt duplex opinio: quidam. n. ut Præpositus, dixerunt quod suffragia pro vno aliquo facta, non magis proficiunt ei pro quo fiunt, sed eis qui sunt magis digni. Et ponbant exemplum de candela quæ accenditur pro aliquo diuitem, quæ non minus prodest eis qui cum ipso sunt, quæ ipsi diuiti, & forte magis si habent oculos clariore: & etiam de lectione quæ non magis prodest ei pro quo legitur, quam alijs qui simul cum eo audiunt, sed forte alijs magis qui sunt sensu capaciores. Et si eis obijceretur quid secundum hoc ordinatio ecclesiæ esset vana, quæ pro eis specialiter orationes instituit, dicunt quod hoc ecclesiæ fecit ad excitandam deuotionem fidelium, qui pro iociores sunt ad facienda specialia suffragia quam communia: & frequentius etiam pro suis propinquis orant, quam pro extraneis. Alij contra dixerunt, quod suffragia magis valent eis pro quibus fiunt. Vtraque enim opinio secundum aliquid veritatem habet: valor enim suffragiorum pensari potest ex duobus: valent enim vno modo ex virtute charitatis, quæ facit omnia bona communia: & secundum hoc magis valent ei qui magis charitate est plenus, quamui: pro eo specialiter non fiant, & sic valor suffragiorum attenditur magis, secundum quandam interiorem consolationem: secundum quod vnus in charitate existens, de bono alterius delectatur post mortem, quantum ad diminutionem pænæ: post mortem enim non est locus acquirendi gratiam vel augendi, ad quod nobis in vita valent opera aliorum ex virtute charitatis. Alio modo valent suffragia ex hoc quod per intentionem vnus alteri applicatur, & sic satisfactio vnus alteri deputatur: & hoc modo non est dubium quod magis valent ei pro quo fiunt, imò sic ei soli valent, satisfactio enim proprie ad remissionem pænæ ordinatur. Vnde quantum ad dimissionem pænæ precise valet suffragium ei pro quo fit, & secundum hoc secunda opinio plus habet de veritate quam prima.

AD

AD PRIMVM ergo dicendum, quod suffragia proficiunt per modum luminis, in quantum à mortuis acceptantur: & ex hoc quandam consolationem accipiunt, & tanto maior est, quanto maiori charitate sunt præditi. Sed in quantum suffragia sunt quedam satisfactio per intentionem facientis translata in alterum, non sunt similia lumini, sed magis solutioni alicuius debiti: non autem est necesse, ut si debitum pro vno soluitur, quod & debitum aliorum soluitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud meritum est conditionale quo sibi meruerunt, quod prodesse si pro eis fierent, quod nihil aliud fuit, quam facere se habiles ad recipiendum. Vnde patet quod non directe meruerunt illud iuuamen suffragiorum, sed per merita præcedentia se habilitauerunt, ut fructum suffragiorum susciperent: & ideo non sequitur quod meritum eorum frustreretur.

AD TERTIVM dicendum, quod nihil prohibet diuites, quantum ad aliquide esse melioris conditionis quam pauperes, sicut quantum ad expiationem pænæ: sed hoc quasi nihil est comparatum possessioni regni cælorum, in qua pauperes melioris conditionis esse ostenduntur per auctoritatem inductam.

Articulus. xiii.

Utrum suffragia facta pro multis tantum valeant singulis, ac si specialiter pro vnoquoque fierent?



AD DECIMVM TERTIVM sic proceditur. Videtur quod suffragia facta pro multis tantum valcant singulis, ac si pro vnoquoque specialiter fierent. Videmus. n. quod ex lectione quæ pro vno legitur, nihil deperit, si simul & alij legatur: ergo eadem ratione nihil deperit ei pro quo fit suffragium, si ei aliquis connumeretur: & ita si pro pluri-

bus fiat, tantum valet singulis, ac si pro vnoquoque fieret.

PRÆTEREA, secundum communem usum ecclesiæ videmus, quod cum missa pro aliquo defuncto dicitur, simul etiam illi orationes adiunguntur pro alijs defunctis: hoc autem non fieret si ex hoc defunctus pro quo missa dicitur, aliquod detrimentum reportaret: ergo idem quod prius.

PRÆTEREA, suffragia præcipue orationem innituntur diuinæ virtuti, sed apud Deum, sicut non differt iuuari per multos vel per paucos, ita non differt iuuare multos vel paucos: ergo quantum iuuaretur vnus ex vna oratione, si pro eo tantum fieret, tantum iuuabuntur singuli, si eadem oratio pro multis fiat.

SED contra, melius est plures iuuare quam vnum: si ergo suffragium pro multis factum, valet singulis tantum, ac si pro vno tantum fieret, videtur quod ecclesiæ non debuit instituisse, ut pro aliquo fieret singulariter missa vel oratio, sed quod semper diceretur pro omnibus fidelibus defunctis, quod patet esse falsum.

PRÆTEREA, suffragium habet finitam efficaciam: ergo distributum in multos minus prodest singulis, quam prodesse si fieret pro vno tantum.

RESPONDEO dicendum, quod si valor suffragiorum consideretur secundum quod valet ex virtute charitatis viuientis, ecclesiæ suffragia pro multis facta, tantum singulis proficiunt, ac si pro vno tantum fierent, quia charitas non minuitur si distribuatur affectus in multos, imò magis augetur: & similiter etiam gaudium quantum pluribus est commune fit maius: ut dicit Aug. 8. confes. & sic de vno bono factis, non minus letantur multi in purgatorio quam vnus. Si autem consideretur valor suffragiorum, in quantum sunt satisfactiones quedam per intentionem facientis translatae in mortuos, tunc magis valet suffragium alicui, quod pro eo singulariter fit, quam quod fit pro eo communiter, & multis alijs: sic enim effectus suffragij diuiditur ex diuina iustitia inter eos pro quibus suffragia fiunt: unde patet quod hæc questio dependet

ex

ex prima: & ex hoc etiam patet quare institutum sit, ut suffragia specialia in ecclesia fiant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod suffragia ut sunt satisfactiones, quaedam non profunt per modum actionis, sicut doctrina prodest, quae sicut & omnis alia actio effectum habet secundum dispositionem recipientis, sed valet per modum solutionis debiti, ut dictum est: & ideo non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod suffragia pro uno facta, aliquo modo etiam alijs profunt: ut ex dictis patet: ideo cum pro uno missa dicitur, non est inconueniens, ut pro alijs etiam orationes fiant. Non enim ad hoc dicuntur aliae orationes, ut satisfactio unius suffragijs determinetur ad alios principaliter, sed ut illis etiam specialiter oratio suffragia proficit.

AD TERTIVM dicendum, quod oratio consideratur & ex parte orantis & ex parte eius qui oratur, & ex utroque eius effectus dependet: & ideo quamuis diuinae virtuti non sit magis difficile absolueri multos quam unum, tamen huiusmodi orantis oratio, non ita est satisfactoria pro multis, sicut pro uno.

Articulus. xiiii.

Vtrum tantum valeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum illis pro quibus fiunt specialia, & communia simul?



AD QVARTVM dicendum sic proceditur. Videtur quod tantum valent communia suffragia illis pro quibus specialia non fiunt, quantum illis pro quibus fiunt specialia, & communia simul: in cuius, enim secundum propria merita reddetur in futuro: sed ille pro quo non fiunt suffragia meruit, ut tantum inuaretur post mortem, quantum ille pro quo fiunt specialia: ergo tantum inuabitur per com-

munia, quantum & ille per specialia & communia.

PRÆTEREA, inter ecclesiae suffragia precipuum est Eucharistia, sed haec Eucharistia cum contineat totum Christum, habet quodammodo efficaciam infinitam: ergo una oblatio Eucharistia quae communiter pro omnibus fit, valet ad plenam liberationem eorum qui sunt in purgatorio, & ita tantum inuuant communia suffragia sola, quantum inuuant specialia, & communia simul.

SED contra est, quod duo bona uno sunt magis eligenda: ergo suffragia specialia & communia magis profunt ei pro quo fiunt, quam communia tantum.

RESPONDEO dicendum, quod huiusmodi etiam solutio dependet ex solutione prima questionis. Si enim suffragia pro uno specialiter facta indifferenter omnibus valeant, tunc omnia suffragia sunt communia: & ideo tantum inuabitur ille pro quo non fiunt specialia, quantum ille pro quo fiunt si sit equaliter dignus. Si autem suffragia pro aliquo facta non indifferenter omnibus profunt, sed eis maxime pro quibus fiunt: tunc non est dubium quod communia suffragia & specialia plus valent alicui quam communia tantum: & ideo etiam Magister duas opiniones in littera tangit. Vnam dum dicit, quod equaliter profunt diuini communia & specialia, & pau per communia tantum, quamuis. n. ex pluribus inuuetur minus quam alter, non tamen plus inuatur. Aliam autem tangit cum dicit quod ille pro quo fiunt specialia, consequitur velociter absolutioem, sed non plenior, quia uterque ab omni pena liberabitur finaliter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod diuinae meriti suffragiorum non cadit directè sub merito, & simpliciter, sed quasi sub conditione: & ideo non sequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis virtus Christi, qui continetur sub sacramento Eucharistiae sit infinita, tamen determinatus est effectus ad quem illud sacramentum ordinatur: unde non oportet quod per unum altaris sacrificium quod aliquis offert, liberatur à tota satisfactione debita pro peccatis: unde quandoq;

quandoque plures missae in satisfactione unius peccati iniunguntur: creditile tamen est quod per diuinam misericordiam si aliquid de specialibus suffragijs supersit his pro quibus fiunt, ut si eis non indigeant alijs dispensetur, pro quibus non fiunt si eis indigeant, ut patet per Damas. in sermo de dormien. sic dicente: Deus tanquam iustus commeteretur impotenti possibilitatem tanquam suscipiens defectum, & mutationem negociabitur, quae quidem negotiatio attenditur si id quod deest uni, alteri suppleat.

Quaestio. 74.

De oratione respectu sanctorum qui sunt in patria.

DEINDE considerandum est de oratione respectu sanctorum qui sunt in patria. **ET** circa hoc quaeruntur tria.

PRIMO, verum sancti orationes nostras cognoscant?

SECVNDO, vtrum eos interpellare debeamus ad orandum pro nobis?

TERTIO, vtrum orationes eorum pro nobis fuse semper exaudiantur?

Articulus. primus.

Vtrum sancti orationes nostras cognoscant?

Tho. 4. dist. 45. q. 3. art. 1. & sequē.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod sancti orationes nostras non cognoscant Isa. 63. Pater noster es, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Glo. August. dicit quod mortui sancti nesciunt quid agant viui, etiam eorum filij: & sumitur ab August. de cura pro mort. agen. ubi hanc auctoritatem indu-

cit. & sunt haec verba August. ibidem: Si tanti Patriarcha quidem ga populum ab eis procreatum ageretur ignorauerunt, quomodo mortui viuorum rebus atque actibus cognoscendis adiuuandisque miscerentur? Ergo sancti orationes nostras cognoscere non possunt.

PRÆTEREA, 4. Reg. 22. dicitur ad Iosiam Regem: idcirco. si quia fleuisti coram me colligam te ad patres tuos, ut non videant oculi tui mala omnia quae sum inducturus in locum istum: sed in hoc nullo modo per mortem Iosia subuentum fuit, et post mortem quid geniti suae eueniret, & ita non intelligunt orationes nostras.

PRÆTEREA, quanto aliquis est in charitate perfectior, magis proximo in periculis subuenit: sed sancti in carne viuentes proximis & maxime sibi coniunctis in periculis consulunt & manifeste auxiliantur: cum ergo post mortem sint multo maioris charitatis, si facta nostra cognoscerent, multum aut plus suis charis sibi coniunctis consulerent & auxiliarentur in necessitatibus, quod facere non videntur: ergo non videtur quod actus nostros & orationes nostras cognoscant.

PRÆTEREA, sicut sancti post mortem vident verbum tantum, & Angeli de quibus dicitur Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris mei, sed Angeli verbis videntes non propter hoc omnia cognoscunt, cum à nescientia minores à superioribus purgantur, ut patet per Diony. in cap. 6. Coel. Hierar. ergo nec sancti, quamuis verbum videant, in eo nostras orationes cognoscunt, & alia quae circa nos aguntur.

PRÆTEREA, solus Deus inspector est cordium, sed oratio precipue in ore consistit: ergo solius Dei est orationes cognoscere: nec ergo sancti nostras orationes cognoscunt.

SED CONTRA super illud Job 14. siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles non intelligunt: dicit Grego. 12. lib. moral. hoc de animabus sanctis sciendum non est: quia quae omnipotentis Dei virtutem, vel charitatem vident, nullo modo credendum est quod sit foris aliquid quod ignorent: ergo ipsi orationes nostras cognoscunt.

PRÆTEREA, in. 2. dialo. animæ videnti creatorem angusta est omnis creatura: quantumlibet enim de luce creatoris aspexerit, breue fit ei quod creatum est: sed hoc maxime impedire videtur, quod animæ sanctorum orationes & alia quæ circa nos aguntur, cognoscant, quia à nobis distant: cum ergo distantia non impediatur illa, ut ex prædicta auctoritate patet, videtur quod animæ sanctorum cognoscant orationes, & ea quæ hic aguntur.

PRÆTEREA, si ea quæ circa nos aguntur non cognoscerent, nec pro nobis orarent, quia defectus nostros ignorarent: sed hic est error Vigilanti, ut Hiero. dicit in epist. contra eum: ergo sancti ea quæ circa nos aguntur cognoscunt.

RESPONDEO dicendum, quod diuina essentia est sufficiens medium cognoscendi omnia: quod patet ex hoc quod Deus videndo suam essentiam, omnia intuetur: non tamen sequitur quod quicumque, essentiam Dei vident, omnia cognoscant, sed solum qui essentiam comprehendunt: Sicut nec in principio aliquo cognito, consequens est omnia cognosci, quæ ex principio consequuntur, nisi tota virtus principij consequatur: unde cum animæ sanctorum, diuinam essentiam non comprehendant, non est consequens ut omnia cognoscant, quæ per essentiam diuinam cognosci possunt. Unde etiam de quibusdam inferioribus angelis, à superioribus edocentur, quamuis essentiam diuinam vident. Sed unusquisque beatus, tantum de alijs rebus necessarium est, ut in essentia diuina videat, quanto perfectio sue beatitudinis requiritur.

Hoc autem ad perfectionem beatitudinis requiritur, ut homo habeat quidquid velit, nec aliquid inordinate velit: hoc autem recta voluntate quilibet vult, ut ea quæ ad ipsum pertinent cognoscat: unde cum nulla rectitudo sanctorum desit, volunt cognoscere ea quæ ad nos pertinent: & ideo oportet quod idem in verbo cognoscant: hoc autem ad eorum gloriam pertinet, quod auxilium indigentibus præsent ad salutem, sic. n. Dei cooperatores efficiuntur, quoniam nihil est diuinus, ut ait Dionys. 3. cap. Cœl. Hierar. Unde patet quod sancti habent cognitionem eorum quæ ad hoc requiruntur: & sic ma-

nifestum est, quod in verbo cognoscunt vota & deuotiones & orationes hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum August. intelligendum est de cognitione animarum separatarum, quæ quidem cognitio in sanctis viris non est obtenebrata, sicut est in peccatoribus: non autem loquitur de cognitione quæ est in verbo, quam constat Abraham eo tempore quo hæc dicta sunt per Isa. non habuisse, cum ante Christi passionem nullus ad visionem Dei peruenerit.

AD SECVNDVM dicendum, quod sancti, licet post hanc vitam cognoscant ea quæ hic geruntur: non tamen credendum est, quod afficiantur de doloribus cognitis aduersitatibus eorum, quos in hoc seculo dilexerunt: ita enim repleti sunt gaudio beatitudinis, quod dolor in eis locum non inuenit. Unde & si cognoscant suorum infortunia post mortem: nihilominus dolori eorum consulitur, si ante huiusmodi infortunia de hoc seculo subtrahantur. Sed forte anime non glorificatae, dolorem aliquem sentirent, si incommoda charorum suorum perciperent: & quia anima Iosæ non statim glorificata fuit à corpore egressa, quantum ad hoc ex hac ratione August. concluderetur, quod anime mortuorum cognitionem non habeant de factis viuentium.

AD TERTIVM dicendum, quod animæ sanctorum habent voluntatem plenarie, conformem diuinæ voluntati etiam inuolito: & ideo quamuis affectum charitatis ad proximum retineant, non tamen eis aliter auxilium ferunt, quam secundum diuinam iustitiam vident dispositum: & tamen credendum est, quod multum proximos iuuant pro eis apud Deum intercedendo.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis videntes verbum, non sit necessarium in verbo omnia videre: vident tamen ea quæ ad perfectionem beatitudinis eorum pertinent, ut dictum est.

AD QVINTVM dicendum, quod cogitationes cordium, solus Deus per se ipsum nouit: sed tamen alij cognoscunt, quatenus ei, reuelantur, vel per visionem verbi, vel quocumque modo.

Ar.

Artic. secundus

Vtrum debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod non debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis. Nullus enim amicus alicuius interpellat ad orandum pro se, nisi quatenus credit apud eos se facilius gratiam obtinere: sed Deus est infinitum magis misericors quolibet sancto, & sic voluntas eius facilius inclinatur ad nos exaudiendum, quam voluntas alicuius sancti: ergo videtur superfluum constituitur mediatores inter nos & Deum, ut ipsi pro nobis intercedant.

PRÆTEREA, si eos ad orandum pro nobis interpellare debemus, hoc non est, nisi quia scimus eorum orationem Deo esse acceptam: ergo semper debemus superiores pro nobis intercessores constituitur ad Deum, & nunquam minores.

PRÆTEREA, CHRISTVS etiam secundum quod homo, dicitur sanctus sanctorum, & eum secundum quod homo orare competit: sed nunquam Christum ad orandum pro nobis interpellamus: ergo nec alios sanctos interpellare debemus.

PRÆTEREA, quicumque, rogatus ab aliquo, ut pro eo intercedat preces ipsius ei representat, apud quem pro alio intercedit: sed superfluum est ei representare aliquid, cui omnia sunt presentia: ergo superfluum est quod sanctos intercessores constituamus pro nobis ad Deum.

PRÆTEREA, illud est superfluum quod fit propter aliquid quod sine eo fieret, vel non fieret: sed similiter sancti orarent pro nobis, vel non orarent, siue nos oremus eos siue non oremus: quia si sumus digni ut pro nobis orent, etiam nobis eos non orantibus pro nobis ora-

rent: si autem sumus indigni etiam si petamus pro nobis non orant: ergo interpellare eos ad orandum pro nobis, videtur omnino superfluum.

SED CONTRA est quod dicitur Iob. 5. Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Vocare autem nostrum est (ut Grego. dicit ibidem) humili Deum prece deprecari: ergo cum volumus Deum orare debemus ad sanctos conuerti, ut pro nobis Deum orent.

PRÆTEREA, Sancti qui sunt in patria, magis sunt accepti Deo, quam in statu via: sed sanctos qui sunt in via constituere debemus intercessores pro nobis ad Deum, exemplo Apostoli qui dicebat Roman. 15. Obsecro vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum & per charitatem Spiritus sancti, ut adiuueritis me in orationibus vestris pro me ad Dominum: ergo nos multo fortius petere debemus à sanctis qui sunt in patria, ut nos adiuuent orationibus suis ad Deum.

PRÆTEREA, ad hoc est communis consuetudo ecclesie, quæ in litanijs sanctorum orationem petit.

RESPONDEO dicendum, quod iste ordo est diuinus institutus in rebus secundum Dionys. ut per media ultima reducantur in Deum: unde cum sancti qui sunt in patria, sint Deo propinquissimi, hoc diuina legis ordine requirit, ut nos qui manentes in corpore peregrinamur à Domino, in eum per sanctos medios reducamur, quod quidem contingit, dum per eos diuina bonitas in nos suum effectum infundit: & quia reditus noster in Deum respondere debet processu bonitatum ipsius ad nos, sicut medianibus sanctorum suffragijs Dei beneficia in nos deueniunt, ita oportet nos in Deum reduci, ut iteratò beneficia eius sumamus medianibus sanctis: & inde est, quod eos intercessores pro nobis ad Deum constituimus, & quasi mediat ores, dum ab eis petimus quod pro nobis orent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut non est propter defectum diuinæ potentie, quod medianibus secundis causis agentibus operatur, sed est ad complementum or-

ccc ij dinis

dinis vniuersi, & ut eius bonitas multiplicius diffundatur in res, dum res ab eo non solum suscipiunt bonitates propinquas, sed insuper quod alijs causa bonitatis existant: ita etiam non est propter defectum misericordiae ipsius quod oporteat eius clementiam per orationes sanctorum pulsare, sed est ad hoc, ut ordo praedictus seruetur in rebus.

AD SECUNDVM dicendum quod quibus sancti superiores sint magis Deo accepti quam inferiores, utile tamen est etiam minores sanctos interdum orare, & hoc propter quinque rationes. Primo, ex hoc quod quandoque aliquis habet maiorem deuotionem ad maiorem sanctum, quam ad sanctum maiorem: ex deuotione autem maxime dependet orationis effectus. Secundo, autem propter fastidium tollendum, quia assiduitas vnius rei fastidium parit, per hoc autem quod diuersos sanctos oramus quasi in singulis nouus feruor deuotionis excitatur. Tertio, quia quibusdam sanctis datum est in aliquibus specialibus causis praecipue patrocinari, sicut Antonio ad ignem infernalem. Quarto, ut omnibus honor debitus exhibeatur a nobis. Quinto, quia plurimum orationibus quandoque impetratur, quod vnius oratione non impetratur.

AD TERTIVM dicendum, quod oratio est actus quidam: actus autem sunt particularium suppositorum: & ideo si diceremus, Christe ora pro nobis, nisi aliquid adderemus, videretur hoc ad personam Christi referri: & ita videretur esse consonum illi errori Nestorij, qui distinxit in Christo personam filij hominis a persona filij Dei: vel errori Arrij qui posuit personam filij minorum patre. Vnde ad hos errores euitandos ecclesia non dicit Christe ora pro nobis, sed Christe audi nos, vel miserere nobis.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut infra dicitur, non dicuntur sancti preces nostras Deo representare quasi cognita manifestent: sed quia eas exaudiri a Deo petunt, vel diuinam consulunt veritatem de eis, quid scilicet, secundum eius providentiam fieri debeat.

AD QVINTVM dicendum, quod ex hoc

ipso aliquis efficitur dignus, ut sanctus si aliquis pro eo oret, quod ad ipsum in sua necessitate cum pura deuotione recurrit, & ita non est superfluum quod sanctos oremus.

Articul. tertius.

Vtrum orationes sanctorum ad Deum pro nobis effuse, semper exaudiantur?



D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod orationes sanctorum pro nobis ad Deum fusae non semper exaudiantur: si enim exaudirentur, maxime exaudirentur sancti de his quae ad eos pertinent: sed de his non exaudiuntur. Vnde dicitur Apocal. 6. quod martyribus petentibus vindictam de his quae sunt super terram dictum est, & requiescerent modicum tempus adhuc, donec impleteretur numerus fratrum suorum: ergo multo minus exaudiuntur de his quae ad alios pertinent.

PRÆTEREA, Hier. 15. dicitur, si steterit Moyses & Samuel coram me non est anima mea ad populum istum: ergo sancti non semper exaudiuntur, cum pro nobis orant ad Deum.

PRÆTEREA, sancti in patria aequales Angelis Dei dicuntur, ut patet Matth. 22. sed Angeli non semper exaudiuntur in suis orationibus: quod patet ex hoc quod habetur Daniel 10. ubi dicitur. Ego veni propter sermones tuos: Princeps autem Regni Persarum restitit mihi 21. diebus. Non autem venerat in adiutorium Dan. Angelus qui loquebatur nisi a Deo liberationem eorum petendo, & tamen est impedita orationis eius impletio: ergo nec etiam alij sancti pro nobis orantes apud Deum semper exaudiuntur.

PRÆTEREA, quicumque oratione impetrat aliquid, quodammodo meretur illud: sed sancti qui sunt in patria non sunt in statu

me-

merendi: ergo non possunt suis orationibus aliquid impetrare nobis apud Deum.

PRÆTEREA, Sancti per omnia conformant voluntatem suam voluntati Dei: ergo nolunt nisi quod sciunt Deum velle: sed hoc quod vult fieri etiam eis non orantibus: ergo eorum orationes non sunt efficaces ad aliquid impetrandum.

PRÆTEREA, orationes totius caelestis curiae, si aliquid impetrare possunt, sunt efficaces quam omnia praesentis ecclesiae suffragia: sed multiplicatis praesentis ecclesiae suffragiis factis pro aliquo in purgatorio existente, totaliter absolueretur a poena: cum ergo sancti qui sunt in patria eadem oratione orent pro illis qui sunt in purgatorio, sicut & pro nobis: si nobis aliquid impetrant, illos qui sunt in purgatorio totaliter orationes eorum a poena absoluerent, quod falsum est: quia sic suffragia Ecclesiae pro defunctis facta superflua essent.

S E D contra est, quod habetur 2. Macchab. 15. hic est qui multum orat pro populo, & pro vniuersa sancta ciuitate Hieremias Propheta Dei: & quod eius oratio sit exaudita, patet per hoc quod sequitur, quod extendit Hieremias dexteram, & dedit Iudae gladium dicens: Accipe sanctum gladium munus a Deo, & cat.

PRÆTEREA, Hierony. in Epist. contra Vigilantium: Dicis in libello tuo quod dum viuimus mutuo pro nobis orare possumus: & hoc postea improbat dicens sic: Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias, & triumphos?

PRÆTEREA, ad hoc est consuetudo ecclesiae, quae frequenter petit, ut sanctorum orationibus adiuuetur.

RESPONDEO dicendum, quod sancti dicuntur dupliciter orare pro nobis. Vno modo oratione expressa dum votis suis aures diuinae clementiae pro nobis pulsant. Alio modo quasi oratione interpretatiua, scilicet per eorum merita quae in conspectu eius existentia non solum eis cedunt ad gloriam, sed sunt nobis

etiam suffragia & orationes quaedam, sicut etiam sanguis Christi pro nobis dicitur venisse propter. Vtroque autem modo sanctorum orationes sunt (quantum est in eis) efficaces ad impetrandum quod petunt. sed ex parte nostra potest esse defectus, quod non consequemur fructum orationum ipsorum, secundum quod pro nobis orare dicuntur: hoc quod merita eorum nobis proficiunt: sed secundum quod orant pro nobis votis suis, aliquid nobis postulando, semper exaudiuntur: quia non volunt nisi quod vult, nisi loquamur de voluntate antecedente secundum quam vult omnes homines saluos fieri, quae non semper impletur. Vnde nec est mirum si quod sancti volunt per hunc modum voluntatis non impletur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa oratio martyrum non est aliud quam eorum desiderium de obtinendo stola corporis & societate sanctorum qui saluandi sunt, & consensu quo consentiunt diuinae iustitiae puniendi malos. Vnde Apoc. 6. super illud, vsq. quod Domine & cat. dicit glo. desiderant gaudium maius & consortium sanctorum, & iustitiae Dei consentiant.

AD SECUNDVM dicendum, quod Dominus loquitur ibidem Moysi & Samuele secundum statum quo fuerunt in hac vita. Ipsi enim leguntur pro populo orantes: & dei restitisse, ut interlinearis dicit: & tamen si in illo tempore ut fuissent non potuissent orationibus Deum placare ad populum propter populi illius malitiam: & hic est illius litterae intellectus.

AD TERTIVM dicendum, quod ista pugna bonorum angelorum non intelligitur ex hoc quod apud Deum contrarias orationes funderent, sed quia contraria merita ex diuersis partibus ad diuinum examen refererent, diuinam sententiam expectantes: & haec est quod Grego. 17. mor. exponens praedicta verba Dan. dicit: Sublimes spiritus genibus principantes ne quaquam pro iniuste agentibus decertant, si eorum facta recte iudicantes examinent: cunque vnius cuiusque gentis vel culpa vel iustitia ad supernae curiae solium ducitur, eiusdem gentis praepositus

ccc ij vel

vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur: quorum tamen omnium una victoria est super se opificis voluntas summa, quam dum semper aspiciunt, quod obtinere non valent, nequaquam volunt nec petunt. Ex quo etiam patet quod orationes eorum semper exaudiuntur.

AD QVARTVM dicendum, quod licet sancti non sint in statu merendi sibi postquam sunt in patria: sunt tamen in statu merendi alijs, vel potius ex merito precedenti alios iuandis: hoc enim apud Deum viuentes meruerunt, ut orationes eorum exaudiret post mortem. Vel dicendum quod oratio ex alio meretur, & ex alio impetrat. Meritum enim consistit in quadam adaequatione actus ad finem propter quem est qui ei quasi merces redditur: sed orationis impetratio innotetur liberalitati eius qui rogatur, quod tamen ipse non meretur, & ita quamuis sancti non sint in statu merendi, tamen non sequitur quod non sint in statu impetrandi.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut ex auctoritate Grego. inducta patet, sancti vel Angeli nolunt nisi quod in diuina voluntate conspiciunt, & etiam nihil aliud petunt, nec tamen oratio eorum est infructuosa: quia etiam sicut dicit Aug. in lib. de predestinat. sancti orationes sanctorum in predestinatis profunt: quia forte preordinatum est, ut intercedentium orationibus saluentur: & ita etiam Deus vult, ut orationibus sanctorum impleatur illud quod sancti vident eum velle.

AD SEXTVM dicendum, quod suffragia ecclesie pro defunctis sunt quasi quedam satisfactiones viuentium vice mortuorum, & secundum hoc mortuos a pena absolunt quam non soluerunt. Sed sancti qui sunt in patria non sunt in statu satisfaciendi: & ideo non est simile de eorum orationibus & ecclesie suffragijs.

Questio. 75.

De signis quae iudicium praecedent.

DEINDE considerandum est de signis quae iudicium praecedent.

CIRCA quod quaeruntur tria.

PRIMO, utrum aduentum Domini ad iudicium aliqua signa praecedent?

SECUNDO, utrum secundum veritatem sol & luna obscurari tunc debeant?

TERTIO, utrum virtutes caelorum Domino veniente moueantur?

Articul. primus.

Utrum aliqua signa praecedent aduentum Domini ad iudicium?

Tho. 4. dist. 48. q. 1. art. 4. q. 1. & sequent.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod aduentum Domini ad iudicium non praecedent aliqua signa. Quia 1. Thesa. 5. cum dixerint

pax & securitas repentinus eis semper veniet inmeritis: sed non est & pax & securitas si homines per signa praecedentia terreantur: ergo signa non praecedent illum aduentum.

PRAEETEREA, signa ad manifestationem alicuius requiruntur: sed aduentus eius debet esse occultus: unde & 1. Thesa. 5. dies Domini sicut fur, ita in nocte veniet: ergo signa non debent ipsum praecedere.

PRAEETEREA, tempus primi aduentus fuit praecognitum a Prophetis, quod non est de secundo aduentu: sed primum aduentum Christi non praecesserunt aliqua huiusmodi: ergo nec secundum praecedent.

SED contra est, quod dicitur Luce. 21. Erunt signa in sole, luna, & stellis.

PRAEETEREA, Hiero. ponit 15. signa praecedentia iudicium, dicens: quod primo die maria omnia exaltabuntur 15. cubitis super montes. Secundo, omnia aequora prosternentur in profundum quod vix videri poterunt. Tertio, redigetur in statum antiquum. Quarto, beluae omnes & alia

alia quae mouentur in aquis congregabuntur, & lauabunt capita super pelagus, more contentione inuicem mugientes. Quinto, omnia volatilia caeli congregabuntur in campis inuicem plorantes, non gustantes aliquid nec bibentes. Sexto, flumina ignea surgent contra firmamentum ab occasu solis usque ad ortum corrucntia. Septimo, omnia sidera errantia & fixa ex se spargent igneas comas sicut cometae. Octauo, erit magnus terremotus ut omnia animalia prosternantur. Nonno, omnes plantae sanguineum dabunt rorem. Decimo, omnes lapides parui & magni diuidentur in quatuor partes, unaqueque, aliam collidente. Undecimo, omnes colles & montes & edificia in puluerem redigentur. Duodecimo, omnia iumenta venient ad campos de siluis & montibus rugientia & nihil gustantia. Decimotertio, omnia sepulchra ab ortu solis usque ad occasum solis, patebunt cadaueribus ad resurgendum. Decimoquarto, omnes homines de habitaculis recedent non intelligentes, neque loquentes, neque discernentes. Decimoquinto, omnes morientur, & resurgent cum mortuis longe ante defunctis.

RESPONDEO dicendum, quod **CHRISTVS** ad iudicandum veniens in forma gloriosa apparebit propter auctoritatem quae iudici debetur. Ad dignitatem autem iudicariae potestatis pertinet habere aliqua indicia quae ad reuerentiam & subiectionem inducant: & ideo aduentum Christi ad iudicium venientis multa signa praecedent, ut corda hominum in subiectionem venturi iudicis adducantur, & ad iudicium preparantur huiusmodi signis praemoniti: quae autem sunt ista signa de facili sciri non potest. Signa enim quae in euangelijs leguntur, ut August. dicit ad Esutium de fine mundi, non solum pertinent ad aduentum Christi ad iudicium, sed etiam ad tempus destructionis Hierusalem, & ad aduentum quo **CHRISTVS** conueniet ecclesiam suam visitat, ita quod forte si diligenter aduertatur nullum eorum inuenitur ad futurum aduentum pertinere, ut ipse dicit: quia signa quae in euangelijs tanguntur, sicut pugnae & terrores & huiusmodi a principio humani generis fuerunt,

nisi forte dicatur quod tunc temporis magis inualescent, sed secundum quam mensuram crescentia vicinum aduentum denuncient, incertum est. Signa vero quae Hierony. ponit, non asserit, sed in annalibus Hebraeorum se ea scripta reperisse dicit, quae etiam valde parum veresimilitudinis habent:

AD PRIMVM ergo dicendum, quod secundum Augusti. in lib. ad Esutium, quod circa finem mundi erit persequitio malorum contra bonos: unde simul aliqui timebunt scilicet, & alij securi erunt scilicet, quod autem dicitur cum dixerint pax & securitas, & car. ad malos referendum est: qui signa futura iudicij parumpendunt: ad bonos vero pertinet quod dicitur Luc. 13. Arescentibus hominibus & car. Vel potest dici quod omnia illa quae circa iudicium erunt infra tempus iudicij computantur, ut sic dies iudicij omnia illa contineat. Unde quamuis ex signis apparentibus circa diem iudicij homines terreantur, ante tamen quam signa illa apparere incipiant, in pace & securitate impij se esse credent post mortem Antechristi, non statim iudicantes mundum consumari, ut prius existimabant.

AD SECUNDM dicendum, quod dies Domini dicitur sicut fur venire, quia ignoratur determinatum tempus quod per signa illa cognosci non poterit, quamuis etiam sub die iudicij comprehendi possint omnia illa manifestissima quae immediate praecedent, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod in primo aduentu **CHRISTVS** venit occultus, quamuis determinatum tempus esset prius cognitum a Prophetis: & ideo non oportebat huiusmodi signa in primo aduentu apparere, sicut apparebunt in secundo aduentu, in quo manifestus veniet: quamuis determinatum tempus sit occultum.

HANC materiam de finali iudicio tractat Magister Sententiarum in 4. d. 47. & q. 8. Et ibidem alij Scholastici Doctores. Et S. Tho. ibidem. s. d. 47. q. 1. art. 1. ad primum, & in hac 2. 4. q. 90. art. 1. mouet tria dubia, quae dissoluit per articulos sequentes in praedicta conclusione 90.

¶ Primum dubium est, an finale iudicium sit futurum. Secundum est, an finale illud iudicium erit vocale vel solum mentale. Tertium dubium est, an finale iudicium erit occultum. Et ad primum dubium respondet Thomas & omnes fideles affirmatiue, nepe futurum esse finale iudicium: quæ conclusio cum sit manifesta de fide à nullo negari potest: quod autem sit de fide constat, quia est articulus à numeratus in symbolo inter articulos humanitatis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos &c. Matth. 12. Viri niniuitæ surgēt in iudicio. &c. & loquitur de iudicio vniuersali, quia iudicium particulare fit in morte cuiuscūq; ad quod iudicium nō surget Regina austri, nec niniuitæ. Secundo, quia non apparet quomodo iudicio particulari tota illa generatio posset iudicari cum non simul mortua sit. Tertio, Ioan. 5. nō lite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & procedent qui bona egerunt in resurrectione vitæ, qui vero mala in resurrectione iudicij. Et 2. ad Thessa. 2. & 1. ad Thessa. 4. & 2. ad Thimo. 4. meminit Paulus diei iudicij, dicens, Testificor corā Deo & IESV Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, &c. Et manifestum est, quod loquitur de iudicio finali & vniuersali, Et 2. Petri. 3. cap. Veniet autem dies Domini vt fur. Et apoc. 2. vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu troni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vite, & mortui iudicati sunt: quæ omnia intelliguntur de finali iudicio. Et diuus Aug. in 2. lib. de ciuitate Dei (quem totum absoluit in probatione prædictæ conclusionis) notat, quod cum in Apoc. multa sint obscura, tamen ita plane locutus est de iudicio finali Ioannes, vt qui hoc negauerit manifeste errat. Et diuus Aug. adducit in prædicto lib. multa testimonia ex veteri & nouo testamento: & addit quod in confessione ac professione tenet omnis ecclesia Dei Christum de cælo esse vêturum ad iudicandum viuos & mortuos. Et Paulus ad Ro. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi, &c. Et conclusio intelligitur de iudicio discussionis & approbationis. Est enī duplex iudicium, nempe discussionis & determinationis, & iudicium discussionis est examen causæ, quod in præsentia est examen meritorum & demeritorum: & intelligitur examen de facto & de iure, cuius partes sunt accusatio & attestatio: aliud iudicium est determinationis quod dicitur sententia, Et dicit Scotus in 4. d. 47. q. 1. quod est completa determinatio reddendi alicui iuxta opera sua: & hoc est duplex approbationis, nempe quādo approbatur merita & confertur præmium. Alterum est iudicium condemnationis, nempe quando cognita veritate demeritorum confertur sententia demeritorum: approbationi respondet sententia absolu-

tiua: condénationi autem respondet sententia repulsiva. Quod autem futura sint omnia hæc iudicia patet Matth. 25. Venite benedicti patris mei, quod est iudicium approbationis: & sequitur iudicium discussionis, esuriui & deditis mihi manducare &c. Et ad reprobos, ite maledicti &c. esuriui & non deditis mihi manducare &c. Et quod erit ibi attestatio testium ostendit Apostolus ad Ro. 2. dicens, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis cōsciētia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium autem etiam defendentium, cum iudicabit Dominus occulta hominum secundum euāgelium meum per IESVM Christum. Præter hæc tam multa & manifesta testimonia pro catholica conclusione adducta, etiam cōficiuntur à Doctoribus rationes in confirmationem eiusdem conclusionis, quæ rationes non sunt accipiendæ tanquam rationes concludentes, sed supposita fide sunt optimæ congruentiæ. Prior est, sicut operatio partium ad rerum principium quando producantur in esse, ita iudicium ad meritum quoad suum finem producat. Operatio autem Dei est duplex, altera qua instituit vniuersam naturam: altera autem qua particulariter nunc gubernat singulas naturas: ergo conuenit quod post iudicium singulorum sit iudicium vniuersale. Secunda ratio est, congruum est finaliter bonos à malis separare, sed sententia finalis iudicij erit huiusmodi separatio, ergo &c. Minor patet Matth. 25. vbi fit separatio modo quo pastor separat oves ab hædis, & statuit oves a dextris, hædos autem a sinistris. Maior vero probatur, nam cessante causa, conuenit quod cesset effectus: sed tota causa quare nunc mali permittuntur inter bonos, est vt boni ab illis sumant occasionem amplius merendi, vt inquit Aug. cum patienter ferunt tentationes & mala ab ipsis malis oblatæ: vel nō separantur boni a malis in hac vita propter vtilitatem ipsorum malorum, nempe vt mali exemplo bonorum conuertantur ab erratis suis. Tertia ratio est, quia iudicia particularia sunt occulte: conuenit ergo vt fiat vnum iudicium vniuersale in quo publice quisque sciat aliorum opera. Quarta & potior ratio est, quæ S. Tho. adducit in 3. p. q. 59. art. 5. iudicium de aliqua re mutabili perfecte fieri nō potest ante eius perfectam consumationem, sed homo qui est res mutabilis non consumitur ante finem mundi: ergo propter iudicium particulare conuenit in fine mundi iterum ipsum iudicari. Maior patet de actis hominum quæ acta non recte iudicantur quousque perfecta sint & absoluta: & non solum in se sed, in suis effectibus, vnde abijt in prouerbiū, Exitus acta pbat, careat successibus opto: quisquis ab eueru facta noranda putat. Et hoc ipsum constat de ipso homine cuius iudicium perfecte haberi nō

ri nō potest quousque, eius vita terminetur: vnde Aristo. 1. Ethico. dicit, quod in hac vita nullus est perfecte beatus, eo quod sit subiectus mutationi. Minor autem constat, quia quauis homo per mortem terminetur quoad vitam corporalem, remanet tamen res infinita secundum quid, quodam modo dependens secundum quod adhuc viuunt in memoria aliorum hominum viventium, in quibus & si aliquando contra veritatem remanet bonæ aut malæ famæ. Secundo, remanet in filiis & successoribus, secundum illud Ecclesiæ. 30. mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se: & tamē filij remanentes multi sunt filij iustorum, & alij sunt filij malorum defunctorum. Tertio dicuntur remanere homines defuncti aliquomodo quantum ad effectum suorum operum: veluti ex deceptione Arrij pullulant hæreses vsque ad finem mundi, & similiter ex errore Mahometi: & ex bono exemplo & sententia alterius iusti proueniunt multa bona in posteris vsque ad finem mundi, vt ex vita & eruditione Aug. & aliorum Sanctorum. Quarto, dicuntur manere defuncti in hac vita quantum ad corpus quod quādoque cum magno honore traditur sepulturæ: quandoque relinquitur insepultum contra rationem meritorum, nempe quantum ad ea in quibus homo suum defixit amorem, nempe temporalia hæc, quæ omnia subiactæ estimationi diuini iudicij: de quibus manifestum iudicium sumi non potest, quamdiu mundi vniuersitas durat. Sed contra, quamuis iudicium humanum sumatur ex huiusmodi effectibus, diuinum autem quod est æternum, non expectat hæc supradicta ad iudicandum, ergo &c. Ad hoc dico, quod illud iudicium quod diximus dependere ex illis prædictis, est quando iudicium est sumendum ex ipsa re & ex proprijs eius: Deus autem licet non indigeat illis prædictis ad iudicandum, tamen cum omnia disponat suauiter, vult quod alij iudicent de rebus secundum naturam ipsarum. Sed contra conclusionem principalem, qua diximus vniuersale & finale iudicium fore futurum, argumentor in hunc modum. Naum primo dicitur, Deus non iudicat bis in idipsum, at in morte propria quilibet iudicatur: ergo non iudicabuntur mortui iterum. Secundo, ad iudicium non deferuntur nisi dubia, vt ibidem definiatur, at homines in prædicto iudicio sunt certi de sua salute, vel de sua condénatione: ergo nō sunt iterum iudicandi. Tertio, retributio bonorum, & supplicium malorum erit ante illud finale iudicium: ergo superfluum erit illud finale iudicium. Hæc argumenta mouent difficilem quæstionem, nempe an animæ iustorum videant Deum ante diem iudicij, sed quia iam eā absoluius supra q. 71. art. 2. non repetemus hic. Et ad primum argumentum ex Naum di-

co, quod dicitur Deus nō iudicare bis, quia nō infliget pro vno peccato duas pœnas, quarum quælibet sit proportionata culpæ, nam pœna quæ infertur in iudicio particulari sæpe non est equata culpæ, sed est pœna partialis illius totalis quæ postea erit in anima & corpore, quamuis hæc pœnæ in duplici iudicio determinentur. Et ratio est, quia quilibet homo est quædam singularis persona & pars cōmunitatis: & ideo debetur ei duplex iudicium, alterum singulare quod de quolibet fit in morte propria, alterum vniuersale quod finaliter fiet de toto genere humano, cuius quilibet homo est pars. Ad secundum dico prius, quod solum animæ habent præmium vel pœnam, non corpora, & oportet quod totus homo præmiatur vel puniatur, & sic declaratur in iudicio quod totus est puniendus vel præmiandus, Ideo non est superfluum finale iudicium. Secundo dico, quod non omnes habebunt ante finale iudicium mercedem suorum operum: & propter alias rationes quas attulimus non est superuacuum iudicium vniuersale. Et per hæc respondetur etiam ad tertium, quia non erit tota retributio aut supplicium quoad corpora, & quoad omnes ante finale illud iudicium. ¶ Erat autem secundum dubium quod proposuimus, an finale iudicium erit vocale an solum mentale: Ad quod Magister Sententiarum in 4. d. 47. dicit, quod erit vocale. S. Tho. autem dicit quod erit mentale: communis autem opinio est media, quam asseuerat Durādus in 4. d. 47. q. 1. art. 2. & Paludanus, nepe quod quoad aliquid fiet mente, quoad aliquid autem fiet voce. Ego autem constituo duas conclusiones, prior est, iudicium discussionis fiet mente sola: patet per illud ad Ro. 1. ostendunt. s. Philosophi & alij homines opus legis scriptum in cordibus, suis testimonium reddente illis cōsciētia ipsorum. Et confirmatur autoritate Aug. in 2. de ciui. Dei, cap. 14. vbi loquens de libro vite qui apparuit Ioanni, dicit, si carnaliter cogitetur, quis eius longitudinem aut magnitudinem valet estimare, aut quāto tempore poterit legi: Et subiungit, iste liber est quædam vis diuina qua fiet vt cuiusque opera sua bona vel mala ad memoriam reuocentur &c. Hinc sumimus argumentum quod iudicium discussionis fiet mente, quia aliàs duraret per multum tempus, quod inconuenit: cum Aug. dicat, quod ille liber non erit materialis, cum non posset legi si esset materialis nisi in magno tempore: Forte dices, quod durabit per aliquot dies, & Aug. dubitat, sed ex coniecturis possumus inferre quod non durabit multum: & probatur, quia nō sunt iudicandi omnes successiue, aliàs duraret per maximum tempus, & si non omnes sint iudicandi simul. Contra non est maior ratio, quare hi iudicentur simul, & ij successiue quāmodo opposito: ergo omnes simul iudi-

Secunda. 4. quæst. 75. art. 1.

judicabuntur, ergo mentaliter fiet illud iudicium: & forte quod hoc voluit dicere S. Tho. Sed certe S. Tho. absolute dicit, quod omnia fient mentaliter in illo finali iudicio. Et ad hoc probandum adducit prædictas auctoritates, nempe Pauli & Augustini, & hoc modo intelligit Durandus Sanctum Thomam, & exponit Grego. qui expresse dicit, quod finale iudicium fiet vocaliter, quia inquit Grego. & habetur in litera Magistri, illi saltem verba iudicis audient qui eius fidem verbo tenuerunt. S. Tho. autem inferius q. 90. art. 2. ad secundum dicit, quod etiam si iudicium fiat mentaliter, verba Grego. saluari possunt, quia etiã omnibus innotescet sua & aliorum facta, diuina virtute hæc reuelante, quæ in euangelio locutio dicitur: forte quod si S. Tho. absolueret tertiam partem non habuisset illam sententiam propter rationes quas faciemus. Ideo est secunda conclusio nostra, iudicium determinationis erit vocale, hoc est, promulgatio sententiæ erit uocalis, nepe venite benedicti patris mei, &c. Hæc conclusio probatur ex coniecturis & argumentis prius, quia CHRISTVS apparebit in iudicio in forma humana, & illi conuenit iudicare vt homo: ergo faciet aliquid humanum. Secundo probatur, quia opposito dato non oporteret quod omnes conuenirent in vno loco. Tertio, sicut est conueniens quod iudicandi videant iudicem oculis corporis, ita est decens quod audiatur auribus corporis: Adducuntur etiam ad hoc verba Grego. citata quæ habentur 26. lib. moralium: sed dicit aliquis quod possunt referri ad verbum mentale, quia non omnes sunt audiri verbum mentale. At hoc esset negandum secundum S. Tho. Quidquid sit de Sancto Tho. Nos habebimus hanc opinionem tanquam probabiliorē. Et dico quod S. Tho. loquitur quoad iudicium discussionis, vt ait Durandus & Paludanus. Sed si sententia erit uocalis, quomodo audietur ab omnibus, an naturaliter? & videtur quod non, cum sit agens naturale non poterit audiri ad quancunq. distantiam. Ad hoc dico, quod illa vox non poterit audiri ab omnibus naturaliter, Probatur, qui multi erunt maxime distantes, & vox illa erit finita: ergo &c. Sed quæres nonne ratione, dotis agilitatis habebunt beatisensum perspicaciorē: vnde poterunt audire ad quancunq. distantiam? Ad hoc dico prius, quod non valet prædicta ratio de damnatis, quia non habebunt talem dotem. Secundo dico, quod nec beati poterunt audire illam vocem ad quancunq. distantiam, quamuis longe melius audient quam damnati, & quæ nunc audiunt, quia sensationes non possunt esse multiplicatæ nisi per species, & obiectum sensibile non potest multiplicare species ad quancunq. distantiam, vt experientia constat: & probatur ratione, quia est finite actiuitatis, sed

fiet diuina virtute. An autem Deus producat aliquam virtutem in illa voce: dico quod non est necessarium quod virtus alia producat in prædicta voce, sed emittetur tam valida virtute diuina quod possit ab omnibus audiri.

¶ PRÆTEREA, dubium est, an cuilibet homini sint reuelandæ cogitationes aliorum in illa die finalis iudicij. Ad quod respondebo aliquibus propositionibus ex principijs S. Tho. in 4. d. 43. q. vnicæ, ar. 5. & prior est: Vnusquisq. cognoscet merita & demerita propria, distincte & in particulari: probatur, quia quemadmodum se habet iudicium hominis ad actus exteriores, ita se habet iudicium Dei ad actus interiores: sed iudicium ad actus exteriores non fit nisi omnibus constet per testes de actis in tali iudicio: ergo ita iudicium Dei non erit nisi vt omnibus constet per testes interiores, ideo opus est vt reuelentur in particulari, alias non constabit omnibus de iusta damnatione aliorum. Et hac ratione etiam videtur, quod quilibet cognoscet merita & demerita aliorum. Secunda conclusio est, hoc quod diximus in prima conclusione non poterit fieri naturaliter, sed virtute diuina, concurrentibus aliquibus vestigijs quæ remanent ex ipsis operibus: Probatur hæc conclusio quo ad primam partem, nam non manebunt omnes species operum: & esto quod manerent, non posset quis tã celeriter sentire nec habere tot actus. Quod autem fiet virtute diuina: probatur ex diuo August. in vigesimo de ciuitate Dei, cap. 24. vt iam superius citauimus. Tertio dico, & perfectius venient in cognitiones meritorum & demeritorum, sed non sufficienter sine diuina virtute. Tertia conclusio, de operibus alienis non est ita certum quod singuli cognoscant omnia merita & demerita aliorum. Sed etiam est probabile quod quilibet homo cognoscet merita & demerita aliorum: Prima pars, nempe quod non sit ita certum &c. patet, quia non sunt rationes hoc probantes: non prima, vt. scilicet fiat accusatio & examinatio, nam mea opera non debent accusare alios: quod autem sit probabile quod ita fiet, nempe quod quilibet cognoscet merita & demerita aliorum, patet, nam dicit glosa super illud 1. ad Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum, gesta & cogitata bona & mala aperta erunt omnibus: Probatur etiam ratione, quia iudicium particulare differt ab vniuersali, quia in illo iudicabuntur particulariter: in hoc autem vniuersaliter. in quantum quilibet est pars communitatis & ex consequenti publice. Præterea, demerita omnium Sanctorum erunt omnibus nota quare etiam non alia aliorum. Præterea, non est vero simile quod opera singularia aliquorum non sint nota & optima, vt opera Beatæ virginis. Præterea, ratio quare non erunt nota, est quia non videtur quomodo in tam breui

Secunda. 4. quæst. 75. art. 1. fo. 574.

breui tempore possit illud fieri. Sed iam explodimus hanc rationem, cum dicebamus de demeritis & meritis proprijs, quod fiet virtute diuina. Magister autem Sententiarum, in d. 43. cap. 4. dicit, quod damnati non cognoscent peccata Sanctorum: sed arguit S. Tho. Damnati cognoscent merita beatorum: ergo etiã cognoscent peccata, quia fuerunt materia meriti. Quarta conclusio est, prædicta discussio non fiet in instanti, patet, quia non est necessarium vt fiat in instanti, quia esset maximum miraculum sine vlla necessitate: fiet tamen breui tempore. i. tempore quo iudicatur vnus homo particularis, Patet hoc ex Aug. loco citato, vbi dicit, quod fiet nimia celeritate: & probabile est, quod fiet per vnã speciem, nam licet posset fieri quod vna species repræsentaret omnia peccata vnus hominis, & alia species repræsentaret omnia peccata alterius hominis, & ita consequenter. Credo tamen quod solum producat vnã speciem in vno intellectu vnus hominis qua cognoscet omnia merita & demerita aliorum, quia non posset vnus homo bene vti tot speciebus. Alij dicunt, quod sufficit quod in communi cognoscant omnia merita & demerita aliorum. ¶ Tertium dubium erat, an finale iudicium erit occultum. Respondet affirmatiue, nempe tempus quando debet esse finale iudicium est occultum, patet Matth. 24. & Marci. 13. in quibus locis dicitur, de illo autem die nemo scit nisi solus pater: & filius dicit se nescire, quia nesciebat vt alij reuelaret, vel dicitur filius nescire diem illum quatenus non facit nos scire, vt ait S. Tho. quia quando scimus aliquid quod non possumus reuelare possumus dicere, quod non scimus, vt de his quæ sciuntur in confessione. Præterea, Lucæ 12. dicitur, Vigilate, quia nescitis diem nec horam: & 2. Petri. tertio, adueniet dies Domini tanquam fur: & Matth. 24. sicut in diebus Noe, ita aduentus filij hominis. i. sicut in diebus Noe aduentus Dominus cum aquis diluuij nullo sciente, nisi illis quibus ipse Dominus reuelare voluit, ita erit de aduentu Domini. Præterea, Actuum 1. interrogatibus Apostolis quando CHRISTVS esset restitutus Regnum Israel: respondit, non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate: & confirmatur duabus rationibus: prior est, Deus per suam scientiam est causa productiua rerum, sed illam communicat creaturis solum illarum rerum, quarum efficietiam ipsis creaturis communicauit, sed finire mundum sibi soli reseruauit: ergo scientiam huius non debet reuelare. Secunda ratio est, quæ tangitur Lucæ 12. nempe vt homines essent magis solliciti propter incertitudinem temporis iudicij. Aliam reddit Durandus rationem in 4. d. 47. q. 1. art. 3. nempe quod illud quod respicit immutationem totius vniuersi debet soli

Deo qui vniuersis præest, esse notum, sed finis mundi sicut eiusdem inceptio respicit immutationem totius vniuersi: ergo congruum est, vt finis mundi soli Deo sit nota. Sed contra sunt data multa signa in sacris literis de die iudicij, vt constat Matth. 24. Luce 21. & Marci 13. ergo per illa possumus venire in cognitionem temporis iudicij finalis: & si neges consecutionem, ego probo, quia alias ad quid sunt data illa signa: hoc argumentum mouit Esitium aliis sanctissimum virum, qui habuit quod licet dies nec hora certa sciatur, tamen aliquod tempus scitur nepe annus. Sed Diuus Aug. in 3. Epistola ad Esitium, probat, quod nec annus est certus, nec tempus quodcunq. aliud: & est Epistola 78. inter Epistolas Aug. Et probat Aug. quod nullam sit certum tempus diei iudicij, quia non omnia signa data in sacra scriptura sunt de aduentu Christi, sed aliqua sunt de destructione Ierusalem. Secundo, esto sint aliqua signa data in scriptura de die iudicij, vt 2. ad Thessa. 1. tamē sunt obscurissima. Tertio, esto sit aliquid signum certum, vt illud Matth. 24. nempe prædicabitur hoc euangelium & tunc erit consumatio, &c. Dicit August. non constat quando euangelium erit prædicatum omnibus. Præterea ex illo testimonio non constat quanta mora erit post integrum prædicationem euangelij. Præterea, esto diceretur quod statim post plenam promulgationem Euangelij sequeretur consumatio mundi: adhuc nesciremus quantum durabit illud tunc vel statim: & 2. Petri. tertio, dicitur, scientes quod veniet in nouissimis diebus, in deceptione illusores dicentes, vbi est promissio: Et subiungit Petrus, apud Deum vna dies mille anni, &c. De illo autē signo quod scribitur 2. ad Thessa. 2. nempe rogauimus vos per aduentum Domini nostri IESV Christi, & nostræ congregationis in ipso, vt non cito moueamini a sensu vestro, nec terreamini: & subiungit, quasi instet dies Domini: Ne quis vos seducat vilo modo, quia nisi venerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis non veniet: ergo finale iudicium erit cum reuelatus fuerit homo peccati. Caie. in prædicto loco Pauli, dicit quod nomine deceptionis intelligitur amissio populi Romani. Sed omnes præfatæ auctoritates non recipiunt glosas tam manifestas quin possint negari, saltem non est certum quod illo prædicto modo sit Paulus intelligendus: quare, vt inquit S. Tho. inferius q. 90. art. 2. multi propter persecutiones ecclesiæ quas in eius nascencia paciebatur, putarunt aduentum Domini esse proximum. Imò Grego. super Lucam Homelia 21. dicit, ex signis iudicij alia facta iam cernimus, Alia autem in proximo ventura formidamus. Et beatus Vincētius Valentinus prædicabat suæ ætati proximum esse diem iudicij: ergo vera est nostra conclusio

conclusio, nempe quod de die iudicij nō possumus esse certi, nec de aliquo tempore certo antecedente diem iudicij: & ad argumentum in oppositum, dico, quod prædicta signa non sunt data ut certo sciamus diem illum, cum non sit nostrū nosse tēpora vel momenta, &c. Sed ut aiunt illa signa fiunt & facta fuerunt, ut magis timeamus.

Artic. secundus

Utrum Sol & Luna obscurantur circa iudicium?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod circa iudicium secundum rei veritatem Sol & Luna obscurantur. Quia ut dicit Rabanus super Matth. Nihil prohibet intelligere tunc temporis veraciter Solem & Lunam cum syderibus cæteris suo lumine privari, quomodo de sole constat factum esse tempore dominice passionis.

PRAETEREA, Lux corporum cælestium ad generationem inferiorum corporum ordinatur, quia per eam influunt in hæc inferiora, & non solum per motum, sed per lumen: ut dicit Averr. in lib. de subst. orbis: sed tunc generatio cessabit: ergo nec lux in cælestibus corporibus remanebit.

PRAETEREA, inferiora corpora purgabitur, ut quibusdam videtur à qualitatibus quibus agunt: corpus autem cæleste non solum agit per motum, sed per lumen, ut dictū est, ergo sicut motus cæli cessabit: ita & lumen corporum cælestium.

SED contra est, quod secundum Astrologos: Sol & Luna simul eclipsim pati nō possunt: sed illa obscuratio Solis & Lunæ simul esse dicitur Domino ad iudicium veniente: ergo non erit obscuratio secundum rei veritatem per modum eclipsis naturalis.

PRAETEREA, non congruit idem esse causa defectus alicuius rei & augmenti: Sed veniente Domino lux luminarium augenda erit: unde Esa. 30. Erat lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septemplex: ergo nō est conveniens quod veniente domino lux illorū corporū cesset.

RESPONDEO dicendum, quod si loquamur de sole & luna quantum ad ipsum momentū aduentus Christi, sic non est credibile quod obscurantur sui luminis privatione: quia totus mundus innovabitur Christo veniente & sanctis resurgentibus, ut dictum est. Si autem loquamur de eis secundum tempus propinquum ante iudicium, sic esse poterit quod Sol & Luna & alia cæli luminaria sui luminis privatione obscurantur, vel diversis temporibus, vel simul, divina virtute faciente ad hominum terrorem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Rabanus loquitur quantum ad tempus iudicium præcedens.

AD SECUNDVM quod lux est in corporibus cælestibus non solum ad causandum generationem in istis inferioribus, sed etiam ad eorum perfectionem & decorem. Unde non oportet quod cessante generatione lux corporum cælestium cesset, sed magis augetur.

AD TERTIVM dicendum, quod non videtur esse probabile quod qualitates elementares ab elementis removeantur, quamvis quidam hoc posuerint: si tamen remoueretur, non est simile de eis & de luce eō quod qualitates elementares habent ad inuicem contrarietatem, unde agunt corrumpendo. Lux autem non est principium actionis per viam contrarietatis, sed per viam principij regulantis contraria & ad concordiam reducentis: nec est simile de motu corporum cælestium. Motus enim est actus imperfecti, unde tolli debet quando tollitur imperfectio, quod de luce non potest dici.

Articul. tertius.

Utrum virtutes cælorum Domino veniente commoveantur?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod virtutes cælorum Domino veniente non commoveantur. Virtutes enim cælorum dici non possunt, nisi Angeli beati: sed

sed immutabilitas est de oratione beatitudinis: ergo moveri non possunt.

PRAETEREA, admirationis causa est ignorantia, ut patet. 1. Metaph. sed sicut ab angelis longe abest timor, ita & ignorantia: quia ut dicit Grego. Quid est quod non vident, qui videntem omnia vident: ergo non poterunt per admirationem moveri, ut in litera dicitur.

PRAETEREA, omnes angeli diuino iudicio astabunt: unde Apoc. 6. dicitur: Omnes angeli stabunt in circuitu throni: sed virtutes nominant. In um specialem ordinem in angelis: ergo non potius de eis dici potuit, nec debuit quod moveantur quam de alijs angelis.

SED contra est quod dicitur Job. 16. Columnæ cæli pavent aduentum eius: sed columnæ cæli non possunt intelligi, nisi virtutes cælorum: ergo virtutes cælorum commovebuntur. **PRAETEREA**, Matt. 24. dicitur: Stella cadent de cælo, & virtutes cælorum commovebuntur.

RESPONDEO dicendum, quod virtutes in angelis dicuntur dupliciter: ut patet per Diony 11. cap. cæles. Hierar. quandoq; n. nomen virtutum vni ordini appropriatur, qui secundum ipsum est medius mediæ Hierarchie: secundum vero Grego. est supremus infimæ Hierarchie. Alio modo accipitur pro omnibus cælestibus spiritibus, & utroq; modo potest accipi in proposito. In litera. n. exponitur prout accipitur secundo modo pro omnibus angelis, & tunc dicuntur moveri propter admirationem novitatis quæ in mundo erit, sicut in litera dicitur. Potest etiam exponi prout virtutes est proprium nomen ordinis, & tunc ordo ille dicitur moveri præ alijs ratione effectus, quia illi ordini secundum Grego. attribuitur miracula facere quæ maxime circa illud tempus fient, vel quia ordo ille cū sit de mediæ Hierarchie secundum Diony. non habet potentiam limitatam, unde oportet quod eius ministerium sit circa causas viles. Unde proprium officium virtutum esse videtur corpora cælestia movere, quæ sunt causa eorum quæ in natura inferiori aguntur, & hoc etiam ipsum nomen sonat, quia virtutes cælorum dicuntur. Tunc ergo movebuntur, quia ab effectu suo cessabunt,

ulterius corpora cælestia non mouentes: sicut nec angeli qui sunt ad custodiam hominum deputati, ulterius custodiæ officio vacabunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mutatio illa non variat aliquid quod ad eorū statum pertineat, sed refertur vel ad effectus eorū qui immutari possunt sine eorum mutatione, vel ad novam rerum considerationem, quam prius secundum species concreatas videre non poterant: hanc autem vicissitudinem cogitationum ab eis beatitudo non tollit. Unde dicit August. quod Deus movet creaturam spirituales per tempora.

AD SECUNDVM dicendum, quod admiratio solet esse de his quæ nostram conditionem excedunt vel facultatē: & secundum hoc virtutes cælorum admirabuntur divinam virtutem talia facientem, in quantum ab eius imitatione & comprehensione deficiunt, per quem modum dixit Agnes, quod eius pulchritudinem Sol & Luna mirantur: & sic non ponitur in angelo ignorantia, sed tollitur Dei comprehensio.

AD TERTIVM patet responsio ex dictis.

Questio. 76.

De igne ultimæ conflagrationis.

DEINDE considerandum est, de igne ultimæ conflagrationis mundi.

CIRCA quod queruntur novem.

PRIMO, utrum aliqua mundi purgatio sit futura?

SECUNDO, utrum per ignem sit futura?

TERTIO, utrum ille ignis sit eiusdem speciei cum igne elementari?

QUARTO, utrum ille sit cælos superiores purgaturus?

QUINTO, utrum ille ignis sit alia elementa consumpturus?

SEXTO, utrum omnia elementa sit purgaturus?

SEPTIMO, utrum ille ignis præcedat iudicium, vel sequatur?

OCTAVO, *Utrum per illum ignem consumēdi sint homines?*

NONO. *Utrum per eum inuoluendi sint reprobī?*

Articul. primus.

Utrum mundi purgatio sit futura?

Tho. 4. dist. 47. q. 2. art. 1. & sequē.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod nulla mundi purgatio sit futura. Non enim purgatione indiget nisi quod est immundum: sed creaturae Dei non sunt immundae, unde dicitur Act. 10. quod Deus mandauit, vel creauit tu ne commane dixeris: id est non immundum, ergo creaturae mundi non purgantur.

PRÆTEREA, purgatio secundum diuinam iustitiam ordinatur ad auferendum immunditiam culpae: sicut patet de purgatione post mortem, sed in elementis huius mundi, nulla potest esse culpa infectio: ergo videtur quod purgatione non indigeant.

PRÆTEREA, unumquodque dicitur purgari quando separatur, quod est extraneum ab ipso inducens in eo ignobilitatem: separatio enim eius quod nobilitatem inducit, non dicitur purgatio, sed magis diminutio: sed hoc ad perfectionem & nobilitatem elementorum pertinet, quod aliquid extraneum a natura est eius mixtum, quia forma corporis mixti est nobilior quam forma simplicis: ergo videtur quod elementa huius mundi, nullo modo conuenienter possint purgari.

SED contra, omnis inuolutio fit per aliquam purgationem: sed elementa inuoluntur. Unde Apoc. 21. dicitur: Vidi caelum nouum & terram nouam. Primum enim caelum & prima terra abiit: ergo elementa purgantur.

PRÆTEREA, I. ad Corinth. 7. super illud, Præterit figura huius mundi, dicitur gl. pulchritudo huius mundi mundanorum ignem con-

flagratione peribit, & sic idem quod prius.

RESPONDEO dicendum, quod quia mundus propter hominem aliquo modo factus est: oportet quod quando homo per corpus glorificabitur, etiam alia mundi corpora ad meliorem statum mutentur, ut sit locus conuenientior, & aspectus delectabilior. Ad hoc autem quod homo gloriam corporis consequatur, oportet prius remoueri ea quae gloriae opponuntur, quae sunt duo. scilicet corruptio & infectio culpae, quia ut dicitur I. Cor. 15. Corruptio in corruptelam non possidebit: & à ciuitate gloriae omnes immundi foris erunt. Apoc. 17. Et similiter etiam oportet elementa mundi purgari à contrariis dispositionibus, antequam in nouitate gloriae adducantur proportionabiliter ei, quod de homine dictum est: quamuis autem res corporales subiectum infectionis culpae proprie esse non possint, tamen ex culpa quadam incongruitas in rebus corruptis relinquitur: ad hoc quod spiritualibus dicitur: & inde videmus quod loca in quibus aliqua crimina sunt commissa, non reputantur idonea ad aliqua sacra exercenda in eis, nisi purgatione quadam praemissa, & secundum hoc ex peccatis hominum quadam idoneitate ad gloriae susceptionem pars mundi recipit, quae in usum nostrum cedit, unde quantum ad hoc mundatione indiget. Similiter etiam circa medium locum propter elementorum contractum multa sunt corruptiones, & generationes, & alterationes elementorum quae puritatem eorum derogant: & ideo oportet ab eis elementa purgari, ad hoc quod decenter suscipiant nouitatem gloriae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur omnis creaturae Dei esse munda, hoc est intelligendum, quia non habet in substantia sua alicuius malitiae commixtionem, sicut ponebant Manichaei dicentes, & malum et bonum esse duas substantias alicubi diuisas & alicubi commixtas: non autem remouetur quin aliqua creatura habeat permixtionem naturae extraneae, quae etiam in se natura bona est: sed perfectioni huiusmodi creaturae repugnat. Similiter non remouetur ex hoc quin malum alicui creaturae accidat, quamuis non sit permixtum ei quasi pars substantiae ipsius.

AD

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis elementa corporea, subiectum culpae esse non possint, tamen ex culpa commissa in eis aliqua ineptitudinem consequuntur ad perfectionem gloriae suscipiendam.

AD TERTIVM dicendum, quod forma mixti & forma elementi, possunt dupliciter considerari: aut quantum ad perfectionem speciei, & sic corpus mixtum est nobilius: aut quantum ad perpetuitatem durationis, & sic corpus simplex nobilius est, quia non habet in se ipso unde corrumpatur, nisi eius corruptio fiat ab aliquo exteriori. Corpus autem mixtum in se ipso habet causam corruptionis suae, scilicet compositionem contrariorum: & ideo corpus simplex, & si sit corruptibile secundum partem, est tamen incorruptibile secundum totum, quod de mixto dici non potest: & quia incorruptio est de perfectione gloriae, perfectio corporis simplicis magis conuenit perfectioni gloriae, quam perfectio corporis mixti, nisi etiam corpus mixtum in se habeat aliquod incorruptionis principium, sicut humanum, cuius forma est incorruptibilis. Nichilominus tamen, quamuis aliquo modo corpus mixtum sit nobilius quam simplex, nobilius tamen esse habet corpus simplex secundum se existens, quam existens in mixto: quia in mixto sunt corpora simplicia, quodammodo in potentia: in se ipsis autem existentia sunt in ultima sui perfectione.

IN HOC primo articulo & in alijs octo sequentibus scribit S. Tho. noue conclusiones: quarum prima est, Conueniens est mundum purgari in fine. Hæc probatur, quia ille effectus est propter hominem, quia ut inquit Arist. 2. Philo. tex. 24. mundus non solum est factus propter hominem in hac vita, sed etiam in alio statu: ergo quando homo est glorificandus, decet ut mundus purgatur, ut magis decet ad glorificationem hominis: & hoc quo ad duo, prius debet purgari mundus ab infectione quam habet ob peccata hominum: dicitur enim immundus locus, propter opus turpe in illo perpetratum, licet ipse locus peccare non possit: unde ecclesia exprimitur ob sacrilegium in ipsa commissum. Secundo purificandus est mundus, quo ad commixtionem generationis, opus est ut in fine sic mundus disponatur, ut iam nihil corrumpatur, & non sint generationes & corruptiones: Unde hoc

modo debet purgari mundus ab infectione, quam habet commixtionis: unde propter hoc dicitur Apoc. 20. vidi caelum nouum & terram nouam. ¶ Secunda conclusio S. Tho. est in secundo articulo, Conuenit mundum purgari per ignem. Hæc probatur Psalmo. 49. ignis in circuitu eius ardebit. Et. 2. petri. 3. Cæli ardent soluentur, quod intelligendum est de caelo aereo, ut ipse Petrus se exponit: ait enim. Cæli autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi, sunt igni referuati in die iudicij perditionis hominum impiorum: unde conclusio est de fide. Adducuntur etiam congruentiae quedam à S. Tho. prius inquit S. Th. Purgatio mundi est conueniens ab infectione peccati, & ab infectione commixtionis, & ut conueniat gloriae beatorum, & quo ad primum optimum est ignis: cui ille sit remotissimus à nostra conuersatione, prior est quam alia tria elementa, & ratione suae actiuitatis: habetur namque. 2. de genera. tex. 8. quod natura calidi, est congregare homogenea. Et hoc tantum dicit Arist. Non autem ut alij addunt segregare heterogenea: hoc autem est per accidens, quia ignis tantummodo præterit congregare partes eiusdem rationis, ut patet quando partes eiusdem rationis mittuntur in ignem liquefiunt, ad quod sequitur aliud: unde aptior est ignis ad purgandum, & ad reddendum purgas res subtiliores: nam omnia congregat ut patet in gelu, cuius partes si ponantur in ignem liquefiunt, & congregantur in aquam. Secundo, est purgandus mundus à commixtionis impuritate, & ad hoc etiam est aptior ignis, cum forma ignis non patitur secum aliorum elementorum qualitates, tantum quantum alia elementa: Et adhuc quantum ad tertium, est aptior ignis, quia in eo est lux, quae respondet luci beatorum. ¶ Tertia conclusio est in 3. articulo quæ sic habet, Ille ignis quo Deus purgaturus est mundum, erit eiusdem speciei cum igne nostro: ait enim S. Thom. quod aliqui dicunt, quod est ignis elementaris, qui est in cauo lunæ, & per applicationem combustibilium descendet usque ad istum locum: S. Tho. autem ex propria sententia dicit, quod illa sententia non consonat dicto Petri, quod superius citauimus, quia diuus Petrus dicit, quod ignis ascendet non quod descendet. Alij autem dicunt, quod ex radijs vehemētissimis fiet, sicut in speculo, ubi propter reuerberationem radiorum accenditur stippa. Sed hoc non videtur verum, quia si illud esset, tunc astronomi sciret quomodo esset iudicium futurum. Aug. autem in. 2. de ciuitate Dei, cap. 16. dicit, quod erit ignis mundanus, quicumque ignis sit: unde Aug. est pro sancto Tho. nempe quod prædictus ignis est eiusdem speciei cum igne nostro: & confirmatur, quia prima purificatio mundi, facta fuit per aquam eiusdem speciei cum nostra: ergo secunda fiet per ignem eiusdem speciei cum nostro.

nostro. Alij dicunt, q̄ ille ignis non erit eiusdē speciei cum nostro, quia non habebit effectus nostri ignis, cum ille ignis etiam sit purgaturus nostrum ignem, quia noster ignis habet aliquid commixtionis, cum cedat in nostros vsus, at non est actio inter similia: ergo &c.

¶ Præterea, si ille prædictus ignis esset noster, consumeret alia elementa, quod ille ignis qui in iudicio erit, non est facturus. ¶ Præterea, ille ignis debet moueri per totā terrā, quod nō conuenit igni nostro. ¶ His tamen non obstantibus dico, quod hæc sententia non est vera: prius, si ille prædictus ignis non est eiusdē speciei cum nostro: ergo non erit ignis potius quā lapis: Nam non est factibile quod Deus faciat hominem, qui non sit eiusdem speciei cum alijs hominibus qui nunc sunt, & si faciat aliquid alterius speciei, ab alijs hominibus non erit homo: ergo nec alius ignis qui nō est eiusdē speciei cū hoc nostro igne, erit ignis. Et si dicatur ignis nō dicitur vniuoce de illo & nostro igne, sequeretur prius, q̄ non est ignis, quia homo pictus non est homo, eo q̄ homo non dicitur vniuoce de homine viuo & picto, ita ille ignis nō erit ignis. Quod si concedas est contra scripturam, quæ ut iam supra citauimus, dicit, ignis ante ipsum præcedet. Secūdo Aug. ut dixi superius. 2. de ciui. cap. 16. dicit, quod erit conflagratio ignium mundanorū. Et tertio, præfata sententia est contra illud Gen. 1. Cessauit Deus ab omni opere quod patrarat, quod idem est, quod cessaret ab opere creationis, nempe ut non crearet postea nouā speciem, quod tamen secundum istos, creaturus est Deus nouam speciem. ¶ Præterea, ille ignis habebit effectus nostri ignis, quia comburet omnia combustibilia, & corrumpet mixta præter corpora humana: ergo est eiusdem speciei cum nostro igne. Qui oppositū dicunt, arguebant hoc modo, Ille ignis habet effectus alterius speciei: ergo est alterius speciei. Nos autem contradicimus, ille ignis habet effectus eiusdem speciei cum nostro igne: ergo est eiusdem speciei: & si negent consequentiam, quia Deus dabit illi igni hanc virtutē peculiariter, ut comburat sicut ignis noster: sicut in artificii alibus ferra, non habet secare circulariter, aut quadrangulariter, ex virtute suæ formæ, sed solum habet secare: Ex arte vero habet alios & alios effectus, ut facere lecticam, ita ille ignis quia est instrumentum artificis Dei, habebit aliquos effectus, quos secundum se non habet, sicut etiam noster calor naturalis coquit cibos, non tamen consumit & comburit: & habet aliquos effectus, quos non habet ignis, ut constat experientia. Vnde nota, quod illud qd dicunt Philosophi, quod hic ignis qui est apud nos, & alia elementa non sunt pura: potest intelligi dupliciter, secundum quod purum capitur duobus modis: Prius, per exclusionem

formæ substantialis alterius speciei. Secūdo, dicitur purum per exclusionem cuiuscūq; formæ animalis innaturalis, ei quod dicitur purum: si ergo dictum Philosophorum intelligatur, quod aqua quæ est apud nos, nō habet formam substantialem eiusdem speciei cum aqua elementari, illud falsum est. Et S. Tho. expresso dicit oppositum in hac q. art. 3. debet ergo intelligi quod apud nos non est purum elementum, quia habent elementa quæ sunt apud nos qualitates admixtas aliorum elementorum admixtorum, id est, vñ elementū habet qualitatem quomodo vna forma elementaris comparatur secum illas qualitates: dicendum quod in gradibus remissis non est inconueniens, cū in illis gradibus non sufficiant corrumpere prædictam formam substantialem. His animaduersis dico ad argumentum quod inde sequitur, quod si ille ignis à natura sua non habet effectus nostri ignis naturales, non est ignis, sicut calor naturalis noster non est ignis, cum nō habeat naturales effectus nostri ignis: Sed forte argues, ignis carbo est vere ignis, & non est eiusdem speciei cum flāma. ergo dabilis est alius ignis, qui non est eiusdem speciei cū nostro igne: quod autem ignis carbo sit verus ignis patet, quia si applicetur illi stippa, comburet illam, sicut flāma. Ad hoc dicunt aliqui, q̄ in poris carbonis est ignis, sed ignis carbonis nō est ignis: sed hoc non potest dici, quia in illis poris non potest esse tantum formæ ignis, ut possit comburere. Secūdo, quia consumit lignum sine flāma: ergo prius quā sit consumptio, & redigatur lignum vel carbo in sanillas, erat ibi verus ignis: cum nunquam agens intendat corrumpere aliquid, sed intendit introductionem formæ suæ, quod autem ignis carbo non sit eiusdem speciei cum igne flāma, nec cum elemento, constat ex densitate illius, quia si esset ignis, deberet esse rarior aqua. Ideo dico, quod si ignis carbo est vere ignis, iam carbo est rarior aqua: & hoc patet si vtrumq; ponderetur. Illud autem quod ignis carbo sit solidior, verum est: & propterea est dubium, an sit eiusdem speciei cum flāma: Ego autem dico, quod si est verus ignis, est eiusdem speciei cum flāma. & si non est eiusdem speciei cum flāma, non est verus ignis, & illa densitas non tollit naturam ignis, quia cum illa potest ignis saluari &c. Cantituo igitur aliam cōclusionem: Ille ignis iudicij non est de sphaera ignea, quia si posset ille ignis descendere, ut doctores illius sententia dicunt: etiam nunc descenderet vel detineretur violenter, quod absurdum esset dicere. ¶ Præterea dico, quod ille ignis iudicij non debet naturaliter oriri, nam aliās astrologi sciunt, quando ille ignis erat generandus: vnde sciremus diem iudicij, quod esset contra sacram scripturam. Et eodem modo diceretur, quod

quod diluuium fuit naturale, quod etiam esset contra Philosophos, & est articulus Parisiensis sub Episcopo Stephano Parisiensi, vt refert Ricardus in. 4. d. 47.

QVARTA conclusio S. Tho. est: Ignis iudicij non purgabit corpora cœlestia, quia non possunt cœli recipere actionem illam, aliās essent corruptibilia corpora cœlestia. Secūdo, prædicta purgatio est, vt reddatur mundus actus gloriæ beatorum, sed in cœlo non est aliqua infectio dictarum: quia licet angelus peccauerit in cœlo, statim fuit expulsus, vnde non fuit ibi infectio: & eadem ratione paradus terrestris non purgabitur. Si autem in cœlo dicas esse aliquam imperfectionem, nempe motus localis qui dicitur imperfectionem, ab illa imperfectione poterit purgari, sed non per ignem, cū ignis nō possit hoc efficere: sed purgabitur per hoc quod intelligentia non mouebit cœlū.

QVINTA conclusio S. Tho. est, ille ignis iudicij non corrumpet elementa quantum ad substantiam, patet ex diuo August. super illud. 1. ad Cor. cap. 7. Præterit enim figura huius mundi &c. Pulchritudo non substantia eius: sed substantia mundi constat ex cœlo & elementis: ergo illa non debent corrumpi. ¶ Præterea, illa purgatio debet correspondere purgationi diluuij, at ibi non fuerunt corrupta: ergo &c.

SEXTA conclusio habetur in articulo. 6. ille ignis ascendet ad locum, ad quem ascenderunt aquæ diluuij. Hæc conclusio elicitur ex dictis beati Petri loco iam citato: nam nomine cœlorum Petrus intelligit aerem ipsum. Sed dices circa quintā conclusionē, si illa nō corrumpentur, quomodo purgabuntur? Dico, quod quantum ad purgationem ex infectione peccati, clarum est, quod per hoc quod ardebit, purgabitur ab illo defectu. Nam non est intelligendum, quod ex illo fuerit in eo aliqua qualitas, quæ ad impuritatem: dicebat aliqui quod perdent illas qualitates, quibus inuicem inter se agebant. Et hoc videtur sentire diuus Augustinus in. 20. de Ciuitate. Dei, cap. 18. sed hoc dici nō potest, quia illæ qualitates sequuntur formam elementorum, sicut propria passio: vnde posset Deus illud facere, tamen tunc non conseruaret illas formas in suis naturalibus dispositionibus, quod est inconueniens. Et idē dicitur, quod purgatio illa fiet per hoc quod corrumpentur qualitates non naturales ipsius elementis illas, quas habebant ex propinquitate ad se inuicem, sunt. n. elementa propinqua: & diuus Aug. est interpretandus de qualitatibus, quæ tendebant ad corruptionem ipsius elementis in quo erant. Sed circa has vltimas duas conclusiones, est dubium scitu dignum. Et argumentor in hunc modum contra istas conclusiones non coherent, ergo nō sunt veræ, quia ex illis sequeretur, quod illa purgatio heret per penetrationem dimensionum,

& quod duo corpora essent simul: Probatur, quia per te ignis ascendens. 5. cubitis super cacumina montium, vel ibi erit aer vel non: si est ibi aer, sequitur illatum à nobis: si non vel fuit corruptus, et hoc non, quia est contra quintam conclusionem: si dicas quod non fuit corruptus sed condensatus, est cum alio superiore. Contra, tunc esset tanta cōdensatio quod non compateretur ibi forma aeris: & ad minus nō esset aer in sua naturali dispositione, qd est inconueniens. Scotus, Duran. Maior dicit, quod erit condensatio, sed non respondent argumento nostro. Et Durandus dicit. 2. quod potest dici, quod erit ignitio & inceptio ignis, sicut est ferrum ignitum, quod quidem ferrum est, vt constat ex densitate. Sed hoc etiam est falsum, & non soluit argumentum, quia scriptura dicit, quod cœli referuabuntur igni: ergo erit ignis per veram substantiam ignis. Secūdo, nō soluit difficultatem, quia secundū omnes, mixta omnia debent corrumpi. Arguitur hoc modo, supponamus ex Arist. & alijs philosophis, q̄ ex pugillo terræ sunt. 10. aquæ, & ex vno aquæ. 10. aeris, & ex vno aeris. 10. ignis, tunc cōficio argumentationē in hunc modū: inflāmetur hæc domus, ex epli gratta, & corrumpatur, hæc domus corrumpitur per ignem: ergo materia illius debet informari forma ignis: ergo ille ignis occupabit locū millecuplū, quā occupabat domus: tunc dic vbi erit ille ignis? si dicas quod in aere circumstanti, tūc sequitur cōdensatio in aere, & curret totū argumentum: Ideo dico, vt diximus in cōclusionē quinta, q̄ non corrumpentur elementa, sed tantum mixta, & dico quod ad corruptionē mixtorum, erit aliqua cōdensatio aeris: sed non opus est quod substantia ignis ascendat. 5. cubitis supra cacumina montium, sed tantū vsq; ad ipsa cacumina montium: Non. n. opus est q̄ ascendat vsq; ad onē locū purgationis, sufficit q̄ sit ibi calor ad purgandū. Vnde dico, q̄ condensabitur aer tūc, nō tamē tantū quod corrumpatur forma aeris, & postea facta purgatione aer fiet rarior, & redibit in suam naturalem dispositionem, & ex igne cōuertetur tantū in aerē, quod sufficiat ad implendū omnia ista loca, in quibus erant mixta. Ricardus & aliqui alij Theologi quærent, vbi manebit alia pars ignis purgantis? si dicas in sphaera ignis, tunc esset maior sphaera ignis quā aeris. Ideo dicit Ricardus, q̄ alia pars ignis purgantis desinet esse, vel cōuertetur in res circumstantes, vt in aerē. Sed hoc vltimū videtur impossibile, quia in illo igne est tota materia mixtorū: & ita quādo erat i mixtis occupabat locū vt vnū: postea si cōuertat, vt dicit in aerē, occupauit vt cētū, & tūc nō erit locus q̄ posset locare illud corp⁹ aerē, vel oportet q̄ aer cōdeset.

SEPTIMA conclusio S. Tho. quæ habetur in septimo articulo, est: ille ignis iudicij inflāgrandus præcedet iudicium, quantum ad aliquē effectum

Secunda. 4. quest. 76. art. 2.

effectum, & quantum ad aliquē sequetur. Quā tum ad hoc quōd est purgare mundum: non solum precedet iudicium, sed etiam resurrectionem mortuorum, quia beati resurgent in corporibus gloriosis, secundum illud Pauli. 1. ad Cor. 15. seminatur in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in inobilitate, surget in gloria, seminatur corpus animale, surget corpus spirituale: ergo debet locus purificari, antequam omnes prae destinati sint beati, secundum quōd decet corpora gloriosa. Et hoc significatur in psal. citato, Ignis aīe ipsum praecedet: quantum autem ad aliud, quōd est inuoluere damnatos & trudere in infernum, sequitur iudicium ipse ignis, & ad diuum August. qui in 20. de ciuitate Dei, videtur ponere alium ordinem inter ea quae cōtingent in die iudicij. Respondet S. Tho. in hac quēstione artic. 7. quōd non loquitur assertiue, sed reliquit sub dubio.

OCTAVA conclusio quae habetur in artic. 8. est, ille ignis iudicij finalis purgabit bonos, & trudet in infernum malos. Sed contra, in die iudicij erunt aliqui ita boni, quōd non indigebunt purgatione ignis: nec dolore aliquo, vt purgentur ab aliqua infectione. Propter hoc argumentum Ricardus dicit, quōd tunc iustus viuus, non desinet esse per actiuitatem ignis, sed desinet esse eo, quia cessabit motus primi mobilis. Sed hoc dici vere non potest, quia motus cœli non cessabit, tunc quando incipit & procedit iudicium, quia si iam tunc cessasset motus cœli, non posset ille ignis comburere mixta, quia illa erit actio naturalis: & idē San. Thom. dicit, quōd ille ignis viuos reprobos comburet, vt cœtera mixta: bonorum autem qui habent aliquid purgandum incinerabit corpora sine dolore, quia Deus non concurret ad hoc, vt dolore illos iustos afficiat, quia vt diximus: ille ignis est instrumentum diuinum: Idē non faciet, nisi illa ad quae Deus illo vtetur. Sed hæ sitabis quomodo illi mediocres homines, tā cito poterunt purgari. Respondet S. Tho. quod ex terroribus præteritis erunt aliquo modo purgati, & quia voluntarie recipient illam pœnam, & quia ille ignis erit intensissimus, & quia tunc ex coniecturis scientes prope fore venturum diem illum erunt boni magis purgati & minus egebunt purgatione.

NONA conclusio quae habetur in nono articulo est: Ille ignis inuoluet reprobos, & purgamenta mixtorum, quae sunt feces ipsorum mixtorum.

Artic. secundus.

Vtrum mundi purgatio sit futura per ignem?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quōd hac purgatio non sit futura per ignem. Ignis enim cum sit pars mundi purgatione indiget, sicut alia partes: sed non debet esse idem purgans & purgatum, ergo videtur quōd ignis non purgabitur.

PRÆTEREA, sicut ignis habet virtutem purgatiuam, ita & aqua. Cum ergo omnia non sint purgabilia per ignem, sed quadam necesse sit aqua purgari, sicut etiam vetus, lex distinguit, videtur quōd ignis non purget, ad minus vniuersaliter.

PRÆTEREA, purgatio ad hoc videtur pertinere, vt partes mundi segregata puriores reddantur: sed segregatio partium mundi ad inuicem, in mundi initio sola virtute diuina facta est, quia ex hac opus distinctionis determinatur: vnde & Anaxagoras segregationem posuit per actum intellectus mouentis omnia: ergo videtur, quōd in fine mundi purgatio fiat immediate a Deo, & non per ignem.

SED CONTRA est quōd in psal. dicitur: Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida: & postea sequitur de iudicio. Ad vocabis cœlum desursum, & terram discernere populum suum: ergo videtur quōd vltima purgatio mundi, sit futura per ignem.

PRÆTEREA, 2. Pet. vlt. dicitur, Cœli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent: ergo illa purgatio per ignem fiet.

RESPONDEO dicendum, quōd illa mundi purgatio remouebit a mundo infectionem ex culpa relictam, & impuritatem commixtionis, & erit dispositio ad gloria perfectionem: & idē quāntum ad hæc tria conuenientissime fiet per ignem purgatio.

Pri-

Secunda. 4. quest. 76. ar. 3. fo. 578.

Primo, quia ignis cum sit nobilissimum elementorum, habet naturales proprietates, similiores proprietatibus glorie, vt maxime patet de luce. Secundo, quia ignis non ita recipit commixtionem extranei, propter efficaciam virtutis actiue, sicut alia elementa. Tertio, quia sphaera ignis est remota a nostra habitatione, nec iracomunis est nobis vsus ignis sicut terra, aqua, & aeris: vnde non ita inficitur: & præter hoc habet magnam efficaciam ad purgandum, & ad diuidendum subiliando.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd ignis non venit in vsum nostrum, prout est in materia propria, sic enim remotus est a nobis, sed solum prout est in materia aliena: & idē quāntum ad hoc poterit purgare mundum per ignem in sua puritate existentem: quāntum vero ad hoc quōd habet de extraneo adiunctum, poterit purgari: & sic diuerso respectu idem erit purgans & purgatum, quod nō est inconueniens.

AD SECUNDVM dicendum, quōd purgatio mundi quae facta est per diluuium non respiciebat, nisi infectionem peccati, præcipue autem tunc regnabat peccatum concupiscentiae: & idē conuenienter per contrarium purgatio facta, scilicet per aquam. Secunda purgatio respicit etiam infectionem culpae, & commixtionem impuritatem. & quāntum ad vtrumque, conuenit magis quōd fiat per ignem. Aqua enim non habet vim disgregandi, sed magis congregandi: vnde per aquam naturalis impuritas elementorum tolli non posset, sicut per ignem. Similiter etiam circa finem mundi regnabit vitium tepeditatis quasi mundo iam senescere, quia vt dicitur Mat. 24. tunc refrigescet charitas multorum: vnde tunc conuenienter purgatio per ignem fiet: Nec est aliquid quod igne purgari non possit aliquo modo, sed quadam sunt, quae sine sui corruptione per ignem non possunt purgari sicut panni & vasa ligata & huiusmodi: & talia lex præcipit purgari per aquam, quae tamen finaliter omnia corrumpentur per ignem.

AD TERTIVM dicendum, quōd per o-

pus distinctionis sunt rebus diuersae formae collatae, quibus ad inuicem distinguuntur: & idē hoc fieri non potuit, nisi per eum qui est author naturae: sed per finalem purgationem reducentur res ad puritatem, in qua conditae fuerunt, & in hoc poterit natura creata exhibere ministerium creatori, & propter hoc ministerium creaturae committitur, quia hoc ad eius nobilitatem cedit.

Articul. tertius.

Vtrum ignis quo mundus purgabitur sit eiusdem speciei cum igne elementari?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quōd ille ignis non sit eiusdem speciei cum igne elementari: nihil enim est ipsum cōsumit, sed ille ignis quatuor elementa consumet, vt dicit glos. 2. Pet.

Vt ergo ignis ille non erit eiusdem speciei cum igne elementari.

PRÆTEREA, sicut virtus manifestatur per operationem, ita natura per virtutem: sed ille ignis habebit aliam virtutem ab igne qui est elementum, quia scilicet purgabit vniuersum, quod ignis iste facere non potest: ergo non erit eiusdem speciei cum isto.

PRÆTEREA, ea quae sunt eiusdem speciei, in corporibus naturalibus habent eundem motum: sed ille ignis habebit alium motum quāntum ignis qui est elementum, quia circumquaque mouebitur, vt totum purgare possit: ergo non est eiusdem speciei.

SED CONTRA est quōd August. dicit. 20. de Ciuit. Dei: & habetur in glos. 1. Corin. 7. quid figura huius mundi mundanorum ignem conflagratione peribit: ergo ignis ille erit de natura ignis, qui est nunc in hoc mundo.

PRÆTEREA, sicut erit purgetur futura per ignem, ita praecedens fiet per aquam, &

ddd y vna

Utraque ad inuicem comparantur. 2. Pet. 3. sed in prima purgatione fuit aqua eiusdem speciei cum aqua elementari. ergo similiter erit in secunda purgatione ignis eiusdem speciei, cum igne elementari.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc inueniuntur tres opiniones. Quidam enim dicunt, quod elementum quod est in sua sphaera descendit ad purgationem mundi, modum autem descensionis ponunt per multiplicationem: Ignis enim appositus combustibili undique augmentatur. hoc praecipue tunc fiet, quando virtus ignis exaltabitur super omnia alia elementa.

SED CONTRA hoc esse videtur, quod ignis ille non tantum descendet, sed etiam a sanctis ascendere perhibetur: ut patet. 2. Pet. 3. Vbi dicitur, quod tantum ascendet iudicij ignis quantum aqua diluuii: ex quo videtur, quod ille ignis sit circa locum medium generationis. Et propter hoc alij dicunt, quod ignis ille generabitur circa locum medium, ex congregatione radiorum caelestium corporum, sicut videmus quod congregantur in speculo comburente: tunc autem in speculo erunt nubes concavae, ad quas fiet radiorum reuerberatio.

SED hoc etiam non videtur conueniens, quia cum effectus corporum caelestium sequantur determinatos situs & aspectus eorum, si ex virtute corporum caelestium ignis ille generaretur, notum tempus illius purgationis esset considerantibus motus astrorum, quod auctoritati scripturae repugnat.

ET ideo alij dicunt sequentes Augustinum, quod sicut mundanarum aquarum inundatione factum est diluuium, ita mundanorum ignis conflagratione figura huius mundi peribit. videtur. 20. de Ciuit. Dei. Ista autem conflagratio nihil aliud est, quam congregatio omnium causarum inferiorum & superiorum, quae ex natura sua habent virtutem ignendi: quae quidem congregatio non naturali cursu rerum, sed virtute diuina fiet: & ex omnibus istis causis sic congregatis generabitur ignis qui faciem huius mundi exuret. Si autem opiniones haec directe considerentur, in-

ueniuntur differenciam quantam ad causam generationis illius ignis, & non quantum ad speciem eius. Ignis enim generatus a sole vel ab infero faciente, est eiusdem speciei cum igne, qui est in sua sphaera, non in quantum admiscetur ei de materia aliena, quod quidem tunc caperebit: quia ignis non potest aliquid purgare, nisi secundum quod aliquid alterum efficitur materia eius aliquo modo. Vnde simpliciter concedendum est, quod ignis ille erit eiusdem speciei cum isto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ignis ille quamuis sit eiusdem speciei cum igne qui apud nos est, non tamen est idem numerus. Vide nus autem quod duorum ignium eiusdem speciei, unus alterum destruit, maior scilicet minorem, consumendo materiam eius. & similiter etiam ille ignis, ignem qui apud nos est consumere poterit.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut oppositio qua procedit a virtute, est virtutis inditum ita, & virtus est inditum essentiae vel naturae qua procedit a principiis essentialibus rei: operatio autem qua non procedit ex virtute rei operantis, non indicat virtutem ipsius, sicut patet in instrumentis. Actio enim instrumenti magis manifestat virtutem mouentis, quam instrumenti virtutem, quia virtutem agentis manifestant, ut primum operationis principium: virtutem autem instrumenti non manifestat, nisi quatenus est susceptiuum influentiae principalis agentis, secundum quod mouetur ab eo. Similiter etiam virtus qua non procedit ex principiis essentialibus rei, non manifestat naturam eius, nisi quantum ad susceptibilitatem, sicut virtus qua aqua calefacta potest calefacere, non manifestat naturam eius, nisi quantum ad calefabilitatem: & ideo nihil prohibet, quin aqua habens hanc virtutem, sit eiusdem speciei cum aqua non habente virtutem istam. Similiter non est inconueniens, quod ignis ille qui habebit vim purgandi faciem mundi, sit alterius speciei cum igne qui est apud nos, cum vis calefastiua non oriatur in ipso ex principiis essentialibus, sed ex diuina virtute vel operatione: sive dicatur quod illa vis sit aliqua

aliqua qualitas absoluta, sicut calor in aqua calefacta: sive sit in sentio quadam, sicut de instrumentali virtute in prima distinctione dictum est, & hoc probabilius est, quia ignis ille non aget, nisi ut instrumentum diuinae virtutis.

AD TERTIVM dicendum, quod ignis ex propria natura non fertur, nisi sursum, sed in quantum insequitur materiam, quam requirit extra propriam sphaeram existens, sic sequitur materia combustibilis situm, & per modum istum non est inconueniens, quod vel in circuitu vel in deorsum moueatur, & praecipue secundum quod agit, ut instrumentum diuinae virtutis.

Articu. quartus

Vtrum ignis ille purgabit etiam caelos superiores?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod ignis ille purgabit etiam caelos superiores, quia in Psal. dicitur: Opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt, tu autem permanes. sed etiam superiores caeli sunt opera manuum Deuergo & ipsi in finali mundi conflagratione peribunt.

PRAETEREA, 2. Pet. 3. dicitur: Caeli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Caeli autem qui ab elementis distinguuntur sunt caeli superiores, quibus infixa sunt sidera: ergo videtur etiam quod illi per ignem illum purgabuntur.

PRAETEREA, ignis ille ad hoc erit, ut remoueat a corporibus in dispositionem ad perfectionem gloriae: sed in caelo superiori inuenitur in dispositio, & ex parte culpae, quia diabolus sibi peccauit: & ex parte naturalis defectus, quia Rom. 8: super illud: scimus quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc: dicit glos. omnia elementa cum labore

expleant officia sua, sicut sol & luna, non sine labore statuta implent sibi spatia: ergo purgabuntur per ignem illum.

SED CONTRA est, quod corpora caelestia peregrina impressione receptiua non sunt.

PRAETEREA, super illud. 2. Thes. 1. in flamma ignis datus iudicium: dicit glos. Ignis erit in mundo qui praecedet eum tantum spacium aeris occupans, quantum occupauit aqua in diluuiio: sed aqua diluuii non ascendit usque ad superiores caelos, sed solum quid decem cubitis super altitudinem montium, ut habetur Gen. 7. ergo caeli superiores illo igne non purgabuntur.

RESPONDEO dicendum, quod purgatio mundi ad hoc erit, ut remoueat a corporibus dispositio contraria perfectioni gloriae, quae quidem perfectio est vitima rerum consummatio, & haec quidem dispositio in omnibus corporibus inuenitur: sed diuersimode in diuersis. In quibusdam enim inuenitur dispositio, secundum aliquid inherens substantiae eorum, sicut in istis corporibus inferioribus, quae per mutuam mixtionem decedunt a propria puritate. In quibusdam vero corporibus inuenitur in dispositio, non per aliquid substantiae eorum inherens, sicut in corporibus caelestibus, in quibus nihil inuenitur repugnans vitima perfectioni vniuersi, nisi motus qui est in via ad perfectionem: nec motus quilibet sed localis tantum, qui nempe variat aliquid quod sit inuiscum rei, ut substantiam aut quantitatem, sed solum locum qui est extra rem: & ideo a substantia caeli superioris non oportet quod aliquid remoueat, sed oportet quod motus eius quietetur. Quietatio autem motus localis, non fit per actionem alicuius contrarij agentis, sed per hoc quod motor desistit a mouendo: & ideo caelestia corpora, nec per ignem, nec per alicuius creaturae actionem purgabuntur. sed ipsa eorum quietatio sola voluntate diuina accidens, ex loco purgationis erit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus dicit. 20. de Ciuit. Dei, verba illa Psal. sunt intelligenda de calu aeris, qui purgabuntur

gabuntur per ignem vltima conflagrationis. Vel dicendum, quod si etiam de superioribus caelis intelligatur, tunc dicuntur perire quantum ad motum, quo nunc continue mouentur.

AD SECVNDVM dicendum, quod Petrus se exponit de quibus caelis intelligat, praemisera. n. ante verba inducta, quod caeli prius & terra per aquam perierant, qui nunc sunt eodem verbo reposito igni reseruati in diem iudicii: ergo illi caeli per ignem purgabuntur qui prius per aquam diluui sunt purgati, scilicet caeli aerij.

AD TERTIVM dicendum, quod ille labor & illa seruitus creaturae quae corporibus caelestibus secundum Ambro. attribuitur, nihil est aliud quam vicissitudo motus, ratione cuius temporibus subiiciuntur: & defectus vltimae consumationis, quae finaliter in eis erit: ex culpa etiam daemonum caelum empyreum infectionem non contraxit, quia statim peccando caelo expulsi sunt.

Artic. quintus.

Vtrum ignis ille alia elementa consumet?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod ignis ille alia elementa consumet. Quia, ut dicit glo. Ecd. 2. Pet. vltimo, elementa quatuor quibus mundus consistit, ignis maximus absomet, nec cuncta intantum absomet ut non sint, sed duo ex toto consumet, duo vero in meliorem restituet faciem: ergo videtur, quod ad minus duo elementa per ignem illum destruenda sint totaliter.

PRÆTEREA, Apoc. 12. primum caelum, & prima terra abiit, & mare iam non est: sed per caelum aer intelligitur, ut August. dicit: mare autem est aquarum congregatio: ergo videtur, quod illa tria elementa totaliter destruentur.

PRÆTEREA, ignis non purgat, nisi secundum hoc quod alia efficiuntur materia eius: si ergo ignis purgat alia elementa, oportet quod eius materia efficiantur: ergo quod in naturam ignis transeat, & sic a natura sua corrumpentur.

PRÆTEREA, forma ignis est nobilissima formarum, ad quam perducipossit elementaris materia: sed per illam purgationem omnia in nobilissimum statum perducuntur vel mutabuntur: ergo alia elementa in ignem totaliter conuertentur.

SED CONTRA est quod dicitur, 1. Cor. 7. super illud, praeterit figura huius mundi, pulchritudo non substantia praeterit, sed ipsa substantia elementorum pertinet ad perfectionem mundi: ergo elementa non consumuntur secundum suam substantiam.

PRÆTEREA, illa finalis purgatio quae fiet per ignem, respondebit primae purgationi quae facta est per aquam, sed illa non corrumpit elementorum substantiam: ergo nec illa quae fiet per ignem corrumpet.

RESPONDEO dicendum, quod circa hanc questionem, est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, quod omnia elementa manebunt, quantum ad materiam: omnia autem mutabuntur quantum ad perfectionem: sed duo eorum retinebunt propriam formam substantialem, scilicet aer & terra: in duobus vero, scilicet in igne & aqua, non remanebit forma substantialis eorum, sed mutabuntur ad formam caeli, & sic tria elementa, aer scilicet ignis & aqua, caelum dicentur, quamuis aer retineat formam substantialem eandem, quam nunc habet: quia nunc caelum dicitur. Vnde etiam Apoc. 12. non fit mentio, nisi de caelo & terra. Vidi inquit caelum novum & terram novam. Sed haec opinio est omnino absurda, repugnat enim & Philosophiae, secundum quam poni non potest quod corpora inferiora sint in potentia ad formam caeli, cum nec materiam habeant communem, nec contrarietatem ad inuicem: & etiam 1. theologiae, quia secundum hanc propositionem non saluabitur perfectio vniuersi cum integritate suarum partium, duobus elementis sublati.

Vnde

Vnde per hoc quod dicitur caelum, intelligitur quantum corpus, omnia vero elementa intelliguntur per terram: sicut in psal. Laudate dominum de terra. Et sequitur: ignis grandis nix glacies, & cetera. Et ideo alij dicunt, quod omnia elementa manebunt secundum substantiam, sed qualitates actiuae & passivae ab eis remouebuntur. Sicut etiam ponunt, quod in corpore mixto elementa saluantur secundum suas formas substantiales, sine hoc quod proprias qualitates habeant, cum sint in remedium reducta sed medium neutrum extremum est: Et huic etiam videtur consonare, quod Aug. dicit. 20. de ciuit. Dei: Illa conflagratione mundana elementorum corruptibilitatem, qualitates corporibus nostris congruebant, ardendo penitus increscunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit quae corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant. Sed illud non videtur probabile, cum qualitates propriae elementorum sint effectus formarum substantialium, quod formas substantialibus manentibus, qualitates praedictae possunt mutari, nisi per actionem violentam ad tempus. Sicut in aqua calefacta videmus quod ex vi suae speciei frigiditatem recuperat, quam per actionem ignis amisit, dum modo species aqua remaneat. Et praeterea, ipsae qualitates elementares sunt de perfectione secunda elementorum, sicut propriae passionum eorum, nec est probabile, quod in illa finali consumatione, aliquid perfectionis naturalis ab elementis tollatur. Et ideo videtur dicendum, quod manebunt elementa quantum ad substantiam & qualitates eorum proprias, sed purgabuntur ab infectione quam ex peccatis hominum contraxerunt, & ab impuritate quae per actionem & passionem mutua in eis accidit: quia iam cessante motu primi mobilis, in inferioribus elementis, mutua actio & passio esse non poterit & hoc August. appellat qualitates elementorum, s. naturales dispositiones eorum, secundum quas corruptioni appropinquant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ignis ille dicitur quatuor elementa absumere, in quantum ea aliquo modo purgabit: quod autem sequitur, quod duo ex toto consumet, non

est intelligendum, quod duo elementa secundum substantiam destruantur. Sed quia duo magis remouebuntur a proprietate quam nunc habent, quae quidem duo a quibusdam esse dicuntur ignis & aqua, quae maxime excedunt in qualitatibus actiuis, scilicet calore & frigore quae sunt maxime corruptionis principia, in alijs corporibus: & quia tunc non erit actio ignis & aquae quae sunt maxime actiuae, maxime imitari videbuntur a virtute quam nunc habent. Alij vero dicunt haec duo esse eam & aquam, propter varios motus istorum duorum elementorum, quos consequuntur ex motu corporum caelestium: & quia isti motus noverunt sicut fluxus & refluxus maris, & commotiones ventorum & huiusmodi: ideo ista elementa maxime mutabuntur a proprietate, quam nunc habent.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut dicit Aug. 20. de Ciuit. Dei, cum dicitur, et mare iam non est: per mare potest intelligi praesens seculum, de quo parum supra ante dixerat: mare dedit mortuos suos: Si tamen mare ad literam referamus, tunc est dicendum quod in mari duo intelliguntur: scilicet substantia aquarum & earum dispositio, quantum ad salitudinem & commotiones fluctuum: & quantum ad hoc secundum, mare non remanebit: remanebit autem quantum ad primum.

AD TERTIVM dicendum, quod ignis ille non ager nisi ut instrumentum providentiae & virtutis diuinae: vnde non ager in alia elementa usque ad eorum consumptionem, sed solum usque ad purgationem: neque oportet, quod illud quod efficitur materia ignis, totaliter a specie propria corrumpatur, sicut patet in ferro ignito, quod a loco ignitionis remotum ex virtute speciei remanens ad proprium statum & pristinum redit: & ita etiam erit de elementis per ignem purgatis.

AD QVARTVM dicendum, quod in partibus elementorum non oportet considerari solum quod congruat alicui parti secundum se acceptae, sed etiam quod congruat secundum ordinem ad totum. Dico ergo quod quantum aqua esset nobilior, si haberet formam ignis, similiter add in terra

terra & aer: uniuersum tamen esset imperfe-
ctius, si tota elementorum materia formam
ignis assumeret.

Articul. sextus.

Vtrum omnia elementa per il-
lum ignem purgabuntur?

AD SEXTVM sic proceditur.
Videtur quod nec omnia elemē-
ta per illum ignem purgabitur.
Quia ignis ille (ut iam dictum
est) non ascendet, nisi quantum ascendit aqua
diluuji, sed aqua diluuji non peruenit vsq; ad
spheram ignis: ergo nec per ultimam purga-
tionem elementum ignis purgabitur.

PRÆTEREA, Apoc. 21. dicit glos. super
illud: Vidi cœlum nouum & c. immutatio aeris
& terra dubitabilis nō est quin per ignem fiet:
sed de aqua dubitatur, nam purgationem in
se ipsa habere creditur: ergo ad minus non est,
currum quod omnia elementa purgentur.

PRÆTEREA, locus qui est perpetua infec-
tionis, nunquam purgatur: sed in inferno erit
perpetua infectio: cum ergo in inferno inter ele-
menta collocetur, videtur quod elementa non
totaliter purgentur.

PRÆTEREA, paradysus terrestris in terra
coninetur, sed ille non purgabitur per ignem,
quia etiam nec aqua diluuji illuc ascenderunt,
ut Beda dicit, & habetur in 2 sent. ergo vide-
tur, quod non omnia elementa totaliter pur-
gentur.

SED contra est glos. supra inducta, quæ ha-
betur. 2. Pet. ult. quod quatuor elementa ignis
ille absumet.

RESPONDEO dicendum, quod quidam di-
cunt, quod ille ignis ascendet vsque ad summa-
rem spacij continentis quatuor elementa, ut sic
elementa totaliter purgentur ab infectione pec-
cati, quo etiam superiores partes elementorū
sunt infecta, ut patet per fumum idolatriæ
superiora inficientis: & etiam à corruptione,
quia elementa secundum omnes partes corrup-

tabilia sunt. Sed hæc opinio repugnat autori-
tati scripturæ: quia. 2. Pet. 3. dicitur, quod illi
cœli repositi sum igni qui fuerunt per aquam
purgati. Et Aug. dicit. 20. de Ciuit. Dei, quod
ille mundus qui diluuio perijt, igni reseruat. Constat autem, quod aqua diluuji non ascendit
vsq; ad similitatem spacij elementorum, sed so-
lum vsq; ad 15. cubitos super altitudinem mō-
rium: Et præterea notum est quod vapores e-
leuari, vel fumi quicunq; non possunt periran-
sire totam spheram ignis, ut perueniant ad su-
mitatem eius. & ita infectio peccati non ve-
nit vsq; ad spacium prædictum. A corruptibi-
litate etiam elementa non possunt purgari per
subtractionem alicuius quod per ignem pos-
sit consumi, sed per ignem poterunt consumi
impuritates elementorum, quæ ex eorum per-
mixtione proueniunt. Huiusmodi autem im-
puritates præcipue sunt circa terram, vsq; ad
medium aeris interstadium: vnde vsq; ad illud
spacium ignis ultimæ conflagrationis elemē-
ta purgabit. Tantum. n. aqua etiam diluuji as-
cenderunt, quod probabiliter estimari potest
ex montium altitudine, quos determinata men-
sura transcederant.

PRIMUM ergo concedamus.

AD SECUNDVM dicendum, quod
raris dubitationis in glos. exprimitur, quia
scilicet aqua vim purgationis in se habere cre-
ditur, non tamen habet vim purgationis tale-
m qualis futuro statui competit, ut ex dicto
patet.

AD TERTIVM dicendum, quod illa pur-
gatio præcipue ad hoc erit, ut quicquid est im-
perfectionis à sanctorum habitatione remo-
ueatur: & ideo in illa purgatione totum quod
est scdum, ad locum damnatorum congrega-
bitur. Vnde infernus non purgabitur, sed
ad ipsum deducetur totius mundi purga-
mentia.

AD QVARTVM dicendum, quod quam-
uis peccatum primi hominis in terrestris para-
diso sit commissum: non tamen locus ille est
locus peccantium, sicut nec cœlum Empyre-
um: ex utroq; n. loco homo & diabolus statim
post peccatum sunt eiekti: vnde locus ille pur-
gatione non indiget.

Ar-

Artic. septimus.

Vtrum ignis ultimæ conflagra-
tionis iudicium debeat sequi?



AD SEPTIMVM sic procedi-
tur. Videtur quod ignis ultimæ
conflagrationis iudicium debe-
at sequi. Aug. 20. de Ciuit. Dei
hunc ordinem ponit eorum que
in iudicio sunt futura, dicens: Circa iudicium
has res dicimus esse venturas, Heliām, Thes-
bitem, Iudæorum conversionem, Antichristū
persecuturum, Christum venturum vel iudi-
caturum, mortuorum resurrectionem, honorū
malorumq; diuisionem, mundi conflagratio-
nem, eiusdem renovationem: ergo conflagra-
tio iudicij sequetur.

PRÆTEREA, Aug. dicit in eodem lib. Iu-
dicatis impijs, & in æternum ignem missis,
figura huius mundi mundanorum ignium con-
flagratione perbit. ergo idem quod prius.

PRÆTEREA, dominus ad iudicandum ve-
niens alij quo: viuos reperit, ut patet ex hoc
quo habetur. 2. Thes. 4. vbi ex persona eorum
Apostolus dicit: Deinde nos qui viuimus, qui
residui sumus in aduentu domini & c. Sed hoc
non esset si conflagratio mundi præcederet, et quia
per ignem resoluemur: ergo ignis ille iudici-
um sequetur.

PRÆTEREA, Dominus dicitur iulicatu-
rus orbem per ignem: & ideo conflagratio fi-
nalis, videtur esse executio sententiæ, vel diui-
ni iudicij, sed executio sequitur iudicium: er-
go ille ignis iudicium sequetur.

SED contra est, quod dicitur in Psal. Ignis
ante ipsum præcedet.

PRÆTEREA, resurrectio præcedet iudici-
um, aliàs non videret omnis oculus Christum
iudicantem: sed mundi conflagratio resurre-
ctionem præcedet: sancti. n. qui resurgent, cor-
pora spiritalia & impassibilia habebunt, ita
quod non poterunt purgari per ignem, cum ta-
men in litera dicatur ex verbis Aug. quod per
illum ignem purgabitur, si quid in aliquibus sit
purgandum: ergo ille ignis iudicium præcedet.

RESPONDEO dicendum, quod illa con-
flagratio secundum rei veritatem, quantum ad
sui initium præcedet, quod ex hoc manifeste
colligi potest, quod mortuorum resurrectio iu-
dicium præcedet, quod patet. 1. Thes. 4. quod
illi qui dormierunt rapiuntur in nubibus, in æ-
ra obuiam Christo ad iudicium veniēti: simul
autem erit resurrectio communis: & corporū
sanctorum glorificatio. Sancti. n. resurgentes
corpora gloriosa resument: ut patet per illud
quod dicitur. 1. Cor. 12. seminantur in ignobili-
tate, surgent in gloria: similiter & cum cor-
pora sanctorum glorificabuntur, etiam tota
creatura suo modo renouabitur, ut patet per il-
lud quod dicitur Rom. 8. quod ipsa creatura li-
berabitur à seruitute corruptionis, in libertatē
glorie filiorum Dei: cum ergo conflagratio mu-
di sit dispositio ad renouationem prædictam,
ut ex dictis patet: manifeste potest colligi, quod
illa conflagratio quoad purgationem mundi,
iudicium præcedet, sed quoad aliquem actum,
qui est inuolucrum malis, iudicium sequetur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug.
non loquitur determinando, sed opinando, quod
patet ex hoc quod sequitur: quia quicquid ventu-
ra esse credendum est, si d quibus modis & quo
ordine veniant, magis docebit rerum experientia,
quàm nunc ad perfectum hominis intelligē-
tia valeat consequi: asumo tamen eo quo à me
cōmemor. et sumi ordine esse ventura, ergo pa-
tet quod hæc dixit opinando.

ET similiter dicendum est ad secundum.
AD TERTIVM dicendum, quod omnes ho-
mines morientur & resurgent, sed tamen illi
dicuntur viui reperiri, qui vsq; ad tempus con-
flagrationis viuent in corpore.

AD QVARTVM dicendum, quod ille ig-
nis non consequitur sententiā iudicis, nisi quo-
ad inuolutionem malorum: & quantum ad hoc
sequitur iudicium.

Artic. octauus.

Vtrum ille ignis habiturus sit
talem effectum in hominibus
qualis designatur?

AD



AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod ille ignis non habebit talem effectum in hominibus qualis designatur. Illud consumitur dicitur quod in nihilum reducitur: sed corpora impiorum non resolventur in nihilum, sed in aeternum conservabuntur, ut aeternam poenam sustineant: ergo ignis non erit malus consumptivus, ut in littera dicitur.

Si dicatur quod consumet malorum corpora in quantum mea res solvetur in cinerem. Contra si cetera corpora malorum valet bonorum in cinerem resolventur: hoc enim est Christi solius privilegium, ut caro eius non viderit corruptionem: ergo etiam boni tunc reperiuntur erit consumptio.

PRÆTERTEREA, infectio peccati magis abundat in elementis secundum quod dicitur ad compositionem humani corporis in quo est corruptio: sicut etiam quantum ad bonos, quam in elementis extra corpus humanum existentibus: sed elementa extra corpus humanum existentiis purgantur propter peccati infectionem: ergo multo fortius oportet per ignem purgari elementa in corporibus humanis existentia, siue bonorum siue malorum, et ita oportet vera per corpora resolvi.

PRÆTERTEREA, quoad status viae durat elementa similiter agant in bonos et in malos: sed adhuc durabit status viae in illa conflagratione: quia post statum huius viae non erit mors naturalis, quae tamen per illam conflagrationem causabitur: ergo ille ignis aequaliter agat in bonos et malos, et ita non videtur quod sit aliqua discretio inter eos quantum ad effectum illius ignis suscipiendum sicut in littera ponitur.

PRÆTERTEREA, illa conflagratio quasi in momento perficitur, sed multi inveniuntur vivi in quibus erunt multa purgabilia: ergo illa conflagratio non sufficit ad eorum purificationem.

RESPONDEO dicendum, quod ignis ille finalis conflagrationis quantum ad hoc quod iudicium precedet, agat ut instrumentum divinae iustitiae, et iterum per virtutem naturalem ignis. Quantum ergo pertinet ad virtutem naturalem ipsius, similiter agat in malos et bo-

nos, qui vivi reperiuntur, virorumque corpora in cinerem resolvendo: in quantum vero agat ut instrumentum divinae iustitiae diversimode agat in diversos quantum ad poenam sensuum. Alii enim per actionem ignis cruciabuntur. Boni vero in quibus nihil purgandum invenitur, omnino nullum dolorem ex igne sentient: sicut nec pueri senserunt in camino ignis, Daniel 3 quamvis eorum corpora non serventur integra sicut puerorum servata fuerunt. Et hoc divina virtute fieri poterit, ut sine doloris cruciatu resolutionem corporum patiantur. Boni vero in quibus aliquid purgandum reperitur, sentient cruciatum doloris ex illo igne plus vel minus pro meritorum diversitate, sed quantum ad actum quem post iudicium ille ignis habebit, in damnatos tantum agat, quia corpora boni omnes habebunt impassibilia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod consumptio ibi accipitur non per annihilationem, sed per resolutionem in cinerem.

AD SECVNDVM dicendum, quod bonorum corpora quamvis in cinerem resolventur per ignem, non tamen ex hoc dolorem sentient, sicut nec pueri in fornace existentes: et quantum ad hoc est dissimile de bonis et malis.

AD TERTIVM dicendum, quod elementa in corporibus humanis existentia purgantur per ignem, etiam in corporibus electorum, sed hoc per divinam virtutem fiet sine cruciatu doloris.

AD QVARTVM dicendum, quod ignis ille non agat tantum secundum naturalem elementorum virtutem, sed etiam ut divina iustitia instrumentum.

AD QVINTVM dicendum, quod tres sunt cause quare subito illi qui vivi reperiuntur purgari poterunt. Una est, quia in eis pauca purganda inveniuntur, cum terroribus et persecutionibus precedentibus fuerint purgati. Secunda causa est, quia et vivi voluntarie poenam sustinebunt: poenam enim in hac vita voluntarie suscepta, multo plus purgat quam poena post mortem inflata: sicut patet in martyribus. Quod si purgandum quid in eis invenitur, passim falce tollitur, ut Aug. dicit: cum tamen poena martyrum sit brevis, in comparatione ad poenam

que

que in purgatorio sustinetur. Tertia est, quia calor ille recuperabit in intentione quantum amittit in temporis brevitatem.

Articul. nonus

Verum ille ignis involuet reprobos?



AD NONVM sic proceditur. Videtur quod ille ignis non involuet reprobos, quia super illud Mal. 3 purgabit filios Levi, dicitur glo. duos ignes legimus futuros, unum quo purgabit electos, et precedet iudicium, alterum qui reprobos cruciabit: sed hic est ignis inferni qui malos involuet: primus autem est ignis finalis conflagrationis: ergo ille ignis conflagrationis non erit ille qui malos involuet.

PRÆTERTEREA, ille ignis Deo obsequitur in purificatione mundi: ergo remunerari debet aliis elementis et remuneratis, et praecipue cum ignis sit nobilissimum elementorum: non ergo videtur quod in infernum debeat deici ad poenam damnatorum.

PRÆTERTEREA, ignis qui malos involuet erit ignis inferni, sed ignis ille ab initio mundi preparatus est damnatis, unde Matth. 25. Ite maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo, et ceteris. Isa 30 Preparata est ab heri Thophet a rege preparata, et ceteris glo. ab heri a ab initio, Thophet Vallis gehennae: sed ignis ille finalis conflagrationis non fuit ab initio preparatus, sed ex concursu mundanorum ignium generabitur: ergo ille ignis non est ignis inferni qui reprobos involuet.

IN contrarium est quod in psal. de illo igne dicitur, quod inflamabit in circuitu inimicos eius.

PRÆTERTEREA, Daniel 7. dicitur, fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius glo. ut peccatores traheret in gehennam. Loquitur autem autoritas de illo igne de quo nunc est mentio, ut patet per quandam glossam quae ibi dicit: ut malos puniat, et bonos purget: ergo ignis finalis conflagrationis in infernum cum reprobis demergetur.

RESPONDEO dicendum, quod tota purgatio mundi et innovatio ad purificationem et in-

novationem hominis ordinabitur, et ideo oportet quod mundi purgatio et innovatio purificationis et innovationi hominis congruat: purgatio autem quedam erit quod mali segregabuntur: unde dicitur Luc 3. cuius ventilabrum in manu eius, et purgabit aream suam, et congregabit triticum suum, id est electos in horreum suum: palcas autem, id est reprobos, comburet igne inextinguibili. Unde et ita erit de purificatione mundi, quicquid erit turpe et sordidum in infernum cum reprobis remittetur, quicquid vero pulchrum et nobile conservabitur in superioribus ad gloriam electorum: et ita etiam erit de illo igne conflagrationis, sicut dicit Basilius super illud Psal. Vox Domini intercedens flammam ignis: quia quoad calidum sustinuum, et quantum ad id quod in igne grossum reperietur, descendet ad inferos ad poenam damnatorum: quod est ibi subtile et lucidum remanebit superius ad gloriam electorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ignis qui purgabit electos ante iudicium, erit idem cum igne conflagrationis mundi, quamvis quidam contrarium dicant: convenit enim ut cum homo sit pars mundi eodem igne purgetur homo et mundus. Dicuntur autem duo ignes qui purgabit hos et cruciabit malos, et quantum ad officium et aliquo modo ad substantiam: quia non tota substantia ignis purgantis in infernum detrudetur, ut dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod in hoc ille ignis remunerabitur, quod illud quod est grossum in eo separabitur ab ipso, et retrudetur in infernum.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut gloria electorum post iudicium est maior quam ante, ita et poena reproborum: et ideo sicut charitas superiori creature addetur ad augmentum gloriae electorum, ita etiam quicquid est turpe in creaturis retrudetur in infernum ad augmentandum miseriam: et ita ignis damnatorum ab initio preparato in inferno, non est inconueniens si alter ignis addatur.

Quaestio. 77.

De resurrectione

POST

FOST hoc confidendum est de circumstantiis & concomitantibus resurrectione. Quorum prima consideratio est de ipsa resurrectione. Secunda de eius causa. Tertia, de eius tempore & modo. Quarta, de ipsius termino a quo. Quinta, de conditionibus resurgentium.

Circa primum queruntur tria.

PRIMO, utrum resurrectio corporum sit futura?

SECUNDO, utrum sit omnium generabili?

TERTIO, utrum naturalis vel miraculosa?

Articul. primus

Utrum corporum resurrectio sit futura?

Tho. 4. dist. 43. q. unica, art. 1. q. 1. & sequen.



D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod corporum resurrectio non sit futura: 1. ob. 24. homo cum dormierit non resurget donec alteretur celum, sed

caelum nunquam alteratur, quia terra de qua minus videtur in aeternum stat, ut patet Eccles. 1. ergo non resurget homo.

PRÆTEREA, Dominus Matth. 22. probat resurrectionem per auctoritatem illam. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, quia non est Deus mortuorum sed viventium: sed constat quando verba illa dicebantur Abraham Isaac & Iacob, non vivebant corpore sed solum anima: ergo resurrectio non erit corporum, sed solum animarum.

PRÆTEREA, Apostolus I. Cor. 15. videtur probare resurrectionem ex remuneratōe laborum quos in hac vita sustinent sancti, qui si in hac vita tantum confidentes essent, miserabiles essent ceteri hominibus, sed sufficiens remuneratio omnium laborum hominis potest esse in anima tantum: non enim oportet quod instrumentum simul cum operante remuneretur: corpus enim instrumentum ani-

ma est: unde etiam in purgatorio ubi animæ puniuntur pro his quæ gesserunt in corpore, anima sine corpore puniuntur: ergo non oportet ponere resurrectionem corporum: sed sufficit ponere resurrectionem animarum, quæ est dum transferuntur de morte culpa & miseria, in vitam gratiæ & gloriæ.

PRÆTEREA, ultimum reus est perfectissimum in re, quia per illud attingit finem suum, sed perfectus inus status anime est ut sit à corpore separata, quia in hoc statu conformis est Deo & Angelis, & magis pura quasi separata ab omni extranea natura: ergo separatio à corpore est ultimus status eius. & na ex hoc statu non redit ad corpus, sicut nec ex viro fit puer.

PRÆTEREA, mors corporalis in penam hominis est inducta pro prima transgressionem, ut patet Gene. 2. & sic mors spiritualis quæ est separatio anime à Deo est infligta homini pro peccato mortali, sed de morte spirituali nunquam redeunt ad vitam post sententiam damnationis acceptam: ergo de morte corporali ad vitam corporalem non erit regressus & sic resurrectio non erit.

SED contra est, quod dicitur Job 19. Scio quod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumpelmea, & cetera. ergo resurrectio erit corporum.

PRÆTEREA, donum Christi est maius quam peccatum Adæ, ut patet Ro. 5. Sed mors per peccatum introducta est, quia si peccatum non fuisset mors nulla esset: ergo per donum Christi à morte reparabitur ad vitam.

PRÆTEREA, membra debent esse corpori conformia: sed caput nostrum vivit, & in aeternum vivet in corpore & in anima: quia **CHRISTVS** resurgens ex mortuis iam non moritur, ut patet Ro. 6. ergo & homines qui sunt eius membra vivent in corpore & anima & sic oportet carnem resurrectionem esse.

RESPONDEO dicendum, quod secundum diversas sententias de ultimo fine hominis diversificatae sunt sententiæ ponentium vel negantium resurrectionem: ultimus enim finis hominibus quem naturaliter omnes homines desiderant, est beatitudo, ad quam quidam homines posse

posse pertinere in hac vita quidam posuerunt: unde non cogebantur ponere aliam vitam post istam, in qua homo ultimam sui perfectionem consequeretur, & sic resurrectionem negabant: & hanc opinionem satis probabiliter excludit varietas fortunæ, & infirmitas corporis humani, scientiæ & virtutis imperfectio, & instabilitas, quibus omnibus beatitudinis perfectio impeditur: ut Aug. profertur in fine de Civitate Dei. Et ideo alij posuerunt aliam vitam esse post hanc in qua homo tantum secundum animam vivebat post mortem, & hanc vitam ponebant sufficere ad naturale desiderium implendum de beatitudine consequenda: unde Prophyrius dicebat, ut Aug. dicit in lib. de Civitate Dei: Quia anima ad hoc quod beata sit omne corpus fugiendum est: unde tales resurrectionem non ponebant. Huius autem opinionis apud diversos diversa erant falsa fundamenta. Quidam enim heretici posuerunt omnia corporalia esse à malo principio, spiritualia vero à bono, & secundum hoc oportebat quod anima summe perfecta non esset nisi à corpore separata per quod à suo principio distrahitur, cuius participatio ipsam beatam facit, & ideo omnes hereticorum sectæ quæ ponunt à diabolo corporalia esse creata vel formata negant corporum resurrectionem. Huius autem fundamenti falsitas in principio 2. lib. ostensa est. Quidam vero posuerunt totam hominis naturam in anima constare, ita ut anima corpore viveret sicut instrumento, aut sicut nauta navi: unde secundum opinionem hanc sequitur quod sola anima beatificata, homo naturali desiderio beatitudinis non frustraretur, & sic non oportet ponere resurrectionem. Sed hoc fundamentum sufficenter Philosophus 2. de anima destruit ostendens animam corpore sicut formam materiæ uniri, & sic patet quod in hac vita homo non potest esse beatus, & ideo est necesse resurrectionem ponere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod celum nunquam alterabitur quantum ad substantiam, sed quantum ad effectum virtutis per quem movet ad generationem & corruptionem inferiorum ratione, cuius dicitur Apосто-

lus I. Cor. 7. Præterit figura huius mundi.

AD SECUNDVM dicendum, quod anima Abraham non est proprie loquendo ipse Abraham: sed est pars eius, & sic de alijs. Unde vita anime Abraham non sufficeret ad hoc quod Abraham sit vivens, vel quia Deus Abraham sit Deus vivens, sed exigitur vita totius compositi, scilicet anime & corporis, quæ quidem vita quamvis non est actus quando verba proponebantur, erat tamen in ordine virtutis, partem ad resurrectionem, unde Lomius per verba illa subtili modo & efficaciter resurrectionem probat.

AD TERTIVM dicendum, quod anima non comparatur ad corpus solum, ut operans ad instrumentum quo operatur, sed etiam ut forma ad materiam: unde operatio est composita, & non tantum anima, ut patet per Philosophum in 1. de anima. Et quia operanti debetur operis merces, oportet quod ipse homo compositus ex anima & corpore operis sui mercedem accipiat. Venialia autem sicut dicuntur peccata quasi dispositiones ad peccandum, non quod simpliciter habeant rationem peccati, ita pena quæ eis redditur in purgatorio, non est simpliciter retributio, sed magis purgatio quæ à seorsum fit in corpore per mortem, & incinerationem, & in anima per purgatorij ignem.

AD QVARTVM dicendum, quod ceteris partibus perfectio est status anime in corpore quam extra corpus, quia est pars totius compositi, & omnis pars integralis materialis est respectu totius, & quamvis sit in eo conformis secundum quid, non tamen simpliciter tunc enim simpliciter loqui est aliquid maxime Deo conforme quando habet quicquid conditio sue nature requirit, quia perfectionem diuinam tunc maxime imitatur: unde cor animalis magis est Deo conforme immobili quando movetur quam quando quiescit, quia perfectio cordis est in moveri, & eius quies est eius defectio.

AD QVINTVM dicendum, quod mors corporalis est introducta per peccatum Adæ quod est morte Christi deletum, unde pena illa non manet in aeternum, sed peccatum quod mori

aeternam

Secunda. 4. quest. 77. art. 1.

eternam per impenitentiam inducit. Illa non expiabitur, & ideo mors illa eterna erit.

HANC materiā de resurrectione tractat Magister Sententiarum in 4. d. 43. & resoluit materiam aliquibus propositionibus: quarum prior est, quod licet de resurrectione possint moueri plures difficultates, hoc tamen est vnum certum, quod erit resurrectio. Secunda propositio est, in qua Magister declarat, quid intelligatur per vocem tubæ & archangeli, quia forte quod non intelligitur aliqua tuba corporea, sed forte quod per vocem tubæ intelligitur vox Christi, vel ipse CHRISTVS, vel aliqua vox formata ab aliquo archangelo. Tertia autem propositio est, quod resurrectio fiet nocte, sed forte quod dicitur resurrectionem fieri nocte, quia nescitur dies iudicij, cum de die illa nemo sciat. Quarta propositio est, in die iudicij, omnia tam bona quam mala opera reuocabuntur in memoriā. Quinta propositio est, in qua vertit in quaestionem, an illi qui truentur viui in aduentu Domini moriantur: & Magister non soluit. In 6. & vltima propositio. Magister exponit quomodo intelligitur illud, quod CHRISTVS est futurus iudex viuorum & mortuorum & dicit quod forte intelliguntur per mortuos mali, & per viuos boni. quod erit iudex bonorum & malorum. Vel intelligitur ad hanc quod erit iudex aliquorum viuorum & aliquorum mortuorum, hæc Magister. Nos autem, quia in omni discessu prima quæstio sit, dubitamus an sit futura resurrectio mortuorum. Ad quod dicendum, tam certum esse resurrectionem esse futuram vniuersalem, quod est articulus fidei: probatur, quia ita habetur in symbolo, Credo carnis resurrectionem: & oppositum fuit hæresis Manichæorum, contra quos Tertullianus scripsit librum optimum. Ego tamen miror quomodo recipientes euangelium possunt negare resurrectioem carnis, namque hæretici, qui prædictam dicunt hæresim, retorquent sententiam scripturæ alienatam à simplicitate euangelij. Contra prædictas hæreticos prius facit 1. ad Cor. 15. omnes qui dormierunt resurgemus sed non omnes inmutabimur in momento, in idu oculi, in nouissimo: canet enim tuba Dei, & mortui resurgent, & c. Ioannis 11. scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die, dixit Maria ad Iesum de Lazaro fratre suo: Ioan. 11. alia testimonia sunt in nouo testamento resurrectionem probantia: in veteri autem testamento ait Job. Credo quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & c. Ezech. 37. facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini, & dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus, & circumduxit me per ea in giro. Erant autem multa valde super faciem campi, sicca quam uehementer, & dixit ad me, fili hominis putas non uiuent ossa ista? & dixi Domine Deus tu nosti, & dixit ad me, vaticinare de ossibus istis, & dices, eis ossa arida audite uerbum Domini, hæc dicit Dominus ossibus his: ecce ego intromittam in uos spiritum & uiuetis, & dabo super uos uentos & subcresecere faciam super uos carnes, & super extendam in uobis cutem, & dabo uobis spiritum & uiuetis. Non potest clarior esse prophetia de resurrectione quam ista: ergo, & c. Manichei autem contendeant gloriare prædictam prophetiam, quia tenebant non esse futuram resurrectionem. Est rursus aduertendum quod circa hanc materiam de resurrectione, Theologi dubitant aliqua, & prius dubitant de causa resurrectionis. Secundo de modo de causa autem est dubium quæ erit causa resurrectionis, vel an aliqua causa naturalis possit esse causa resurrectionis hominis. Nos autem tractabimus prius, an naturaliter possit idem numero reproduci, siue sit homo, siue quodcumque aliud ens. Secundo, tractabimus de homine, an possit naturaliter resurgere, & de prioribus ceteris. Et diuus Aug. in 12. de ciuitate Dei, cap. 13. refert sententiam Platoniorum dicentium quod omnia quæ nunc sunt, aliquando fuerunt reproducta per circulationem primi cæli, quia secundum eos mundus erat æternus, & Plato dicebat quod primus orbis fuit cæli stellarum, quod habebat duos orbis, unde etiam Ptolemeus dicit, quod primum mobile est cælum stellarum, & quod mouetur ab occidente in orientem triginta sex milibus annorum: dicebat igitur Plato quod sicut redibat cælum, ita redibant effectus, & ex conuersione redibant eadem numero, cum redirent causæ: sed hæc sententia manifeste est contra fidem, & diuus Aug. arguit contra eos: prius, quia dicit Paulus, & sic semper cum Domino erimus ad Thessa. 4. & ad Ro. 6. CHRISTVS resurgens ex mortuis iam non moritur. Secundo, autem illos Platonios sequeretur quod CHRISTVS iterum moreretur, & etiam nos. Secundo, nulla esset beatitudo, cum anima tenet se iterum reduci in pristinas miseras. Et non solum errabat Plato contra fidem in hoc, sed etiam contra legem naturalem, cum ad identitatem effectus, non solum requiritur identitas causarum superiorum & uniuersalium, sed etiam identitas causarum particularium. Tertio, falsum est dicere quod cælum stellarum mouetur ab oriente in occidentem, cum non sit primum mobile, sed rapitur à primo mobile. Quarto, esto ita sit, quod daretur identitas omnium causarum, non sufficit ad identitatem effectus, quia etiam requiritur identitas temporis. Sed videtur quod Salomon faueat Platoni, cum dicat, nihil

Secunda. 4. quest. 77. art. 1. fo. 584

nihil sub sole nouum, Ecclesiast. 1. quem locum tamen exponit August. quod intelligitur non de rebus particularibus numero, sed de similibus, quia in specie omnia sunt antiqua & uetera: In numero autem omnia sunt noua, quia semper sunt simile alteri, quia si sit aliquod miraculum, semper præcessit aliquod miraculum, & si sit aliquod monstrum, semper præcessit alterum. Quaestionem autem à nobis propositam tractant naturales in secundo de generatione. Et Theologi tractant eam in 4. d. 43. ubi Scotus mouet quaestionem tertiam in ordine, continentem 4. articulos, ubi inquit, triplicem esse opinionem de hac materia: Prior est, quod nihil potest idem numero reproduci. Secunda est, quod omnia possunt eadem numero reproduci. Tertia est, quod aliqua possunt eadem redire naturaliter, & aliqua non. Et ipse Scotus ait quod hæc 3. opinio est probabilior, nempe quod eadem numero possint per naturales causas redire, quia nihil obstat cum hic ignis qui nunc est, fortassis fuerit iam per certos annos: probat ex Aristo. 8. Meth. cap. 3. ubi dicit Aristo. si est idem agens & eadem materia, effectus erit idem, at potest esse idem agens & eadem materia: ergo potest redire eadem res numero: quid enim impedit, si conbuntur lignum & uertitur in cinerem, & postea in terram, & rursus in lignum: & hoc manifestum est ita in rebus contingere, nempe aliqua materia vel pars materię est in hac re genita, quæ materia iam fuit: ergo potest redire eadem res numero. Oppositam sententiam asserit S. Th. in quodlibet. 4. q. 5. & 3. p. q. 76. art. 3. & in his articulis sequentibus, consentit Duran. nempe in 4. d. 43. q. 3. quod naturaliter est impossibile quod redeat idem numero: & hæc est communis opinio Philosophorum in 2. de generatione: & probatur, quia Aristo. in ipso 2. de generatione dicit, quorum substantia perit, non reuertitur idem numero: & in 3. Philo. tex. 36. dicit, quod non est eadem sanitas illius qui æger fuit, cum ea quæ ante ægritudinem fuerat: & post in prædicamentis, cap. de oppositioe, dicit, quod à priuatione ad habitum impossibilis est regressus: ergo secundum Aristo. non potest naturaliter idem numero redire: & ratione probat S. Th. quia ad identitatem effectus requiritur identitas mutationis, & si dicas, hoc est petere principium, nego: & ratio est, quia requiritur identitas mutationis: & identitas temporum ad identitatem rei, quia agens naturale, non agit nisi per motum & mutationem: cum ergo non possit esse idem tempus bis, impossibile est quod reproducatur idem numero, quia cum sint diuersa tempora, erit etiam diuersitas effectuum. Hanc rationem multi non admittunt dicentes, quod uinitas temporis requiritur ad identitatem rei, sed dicunt quod eundem calorem quæ ignis hodie producit, potuit producere heri:

sed si heri produxisset, hodie non posse producere: sed hoc non satisfacit, quia nulla potest esse causa quare producat effectus hic hodie & non cras, nisi ratione temporis. Et si quæras an sol potuit producere heri hunc calorem. a. quem hodie produxit: si dicas quod non, contra, non est ratione causæ efficientis, cum eadem causa efficiens est nunc quæ erat heri: nec ratione subiecti cum etiam sit idem numero subiectum, cum sit eadem materia, non igitur est alia causa nisi diuersitas temporis, causa inquam naturalis: si autem heri potuit producere lumen. a. quod hodie producit, quare non produxit postquam fuit in sua libertate: ergo potuit producere heri & hodie eundem effectum: ergo causa naturalis libere producit suum effectum. Secundo, sequeretur ex prædicta sententia quod agens naturale non ageret etiam positis omnibus requisitis ad agendum, cum possit per te cras producere effectum, quem potest etiam hodie producere, quia vel sol potuit hodie producere lumen. a. quod produxit heri vel non: si potest, ergo heri positis omnibus requisitis ad agendum potuit non agere. Et confirmatur de re parmanete, hic equus genuit fabellum anno præcedenti, dicitur isti quod potuit hoc anno generare eundem fabellum, si anno præterito non generaret, tunc arguitur in hunc modum: si potuit generare hoc anno eundem fabellum si anno præterito non generaliet, ex hoc quod hic equus genuit anno præterito non habet maiorem nec minorem potentiam ad generandum fabellum quam nunc: ergo etiam hoc anno potest illi generare, ergo non est dabilis aliqua causa naturalis, quod eadem res non reproducatur nisi diuersitas temporis: & si dicas quod est ex determinatione Dei, quod sol producat hodie lumen. a. & cras. b. non est apparatus & est confugere ad ecclesiā, oportet reddere causam naturalem, quia non habent reuelationem, nempe quod hoc lumen hodie productum differat ab illo heri producto, quia Deus sic ordinauit, aliqua igitur signanda est causa naturalis: ergo naturaliter non potest idem numero reproduci, & nulla alia est causa naturalis, quare non potest eadem res reproduci naturaliter, nisi diuersitas temporum & mutationum: & est demonstratio naturalis, nam si hic effectus non fuisset genitus in illo instanti quo fuit, in nullo alio potuisset gigni, nec anteriori nec posteriori: Et ad arguendum Scotus adducit ex Aristo. respondit S. Th. in eodem loco dicens quod Aristo. ibi ponebat exemplum de identitate specifica & non numerica, sed argumentatur a Oreu. Ait enim capio ignem & stupam, ego possum applicare in hoc instanti & non applico sed in alio, si applico in isto instanti. b. produceret lumen. a. ergo si applico in alio etiam produceret idem ignis lumen. a. cum nulla facta sit mutatio. Dico quod hoc argumentum nihil

nihil valet, & ego capio illud propter Capreo, qui concedit quod ignis applicatus in hoc instanti presenti potuit produere lumen. a. & si non fuisset applicatus in isto instanti, sed in alio posset etiam producere lumen idem. a. Concedit ergo & potuit in diuersis instantibus producere idem lumen vel eundem igne si prius non produxisset, & si prius non fuisset applicatus ratio sua est cum Aorreolo, quia non fuit facta mutatio: sed si ante produxerat, esto applicaretur idem ignis & eadem stupa, non poterit producere eundem effectum iam productum antea, cum sint diuersae mutationes. Ego autem credo hoc esse falsum, cum argumenta quae adduximus pro parte S. Tho. eodem modo currunt contra Capre. & illos qui hoc dicunt sicut contra Scotum, quia si ignis. b. heri non produxisset lumen. a. poterit secundum predictos hodie producere lumen. a. at heri produxit lumen. a. ergo hodie nullum lumen potest producere, cum hodie non sit determinatus ad plures effectus quam heri quando erat determinatus ad lumen. a. tantum: assumptum probatur quia sol nullam potentiam adquisiuit per hoc quod heri produxerat lumen. a. sed si heri non produxisset. a. non potest hodie producere lumen. b. sed tantum. a. ergo nec nunc poterit producere lumen. b. vel aliud. Et ad argumentum Aoreo. nego quod si in illo instanti applicaretur ignis stupae produceret lumen. a. praeterquam in illo in quo produxit: unde haberetur quod naturaliter idem numero non potest reproducere: an autem per diuinam potentiam possit idem numero reproducere, videbimus art. 3. sequenti.

Artic. secundus

Vtrum resurrectio erit omnium generaliter?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod resurrectio non erit omnium generaliter: in Psal. enim dicitur, Non resurget impius in iudicio: sed resurrectio non erit hominum nisi tempore iudicii universalis: ergo impij nullo modo resurgent.

PRAETEREA, Dan. 12. dicitur, Multi de his qui dormiunt in puluere euigilabunt: sed haec loquutio quandam particularitatem importat: ergo non omnes resurgent.

PRAETEREA, per resurrectionem homines conformantur Christo resurgenti, unde

1. Cor. 15. concludit Apostolus: Quia si **CHRISTVS** resurrexit et nos resurgemus, sed illi soli debent Christo resurgenti conformari, qui imaginem ipsius portauerunt, quod est solum bonorum: ergo ipsi soli resurgent. **PRAETEREA**, poena non dimittitur nisi ablata culpa, sed mors corporalis est poena peccati originalis: ergo cum non omnibus sit dimissum originale peccatum, non omnes resurgent.

PRAETEREA, sicut per gratiam Christi renascimur: ita per gratiam eius resurgemus: sed illi qui in matris uteris moriuntur nunquam poterunt renasci: ergo nec resurgere poterunt, & sic non omnes resurgent.

SED CONTRA est quod dicitur Iob. 5. Omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & qui audierint uiuent: ergo omnes mortui resurgent.

PRAETEREA, 1. Cor. 15. omnes quidem resurgemus, & cetera.

PRAETEREA, resurrectio ad hoc necessaria est, ut resurgentes recipiant pro meritis poenam vel premium: sed omnibus debetur vel poena vel premium pro merito proprio, sicut adultis, vel alieno, sicut paruulis: ergo omnes resurgent.

RESPONDEO dicendum, quod ea quorum ratio sumitur ex natura speciei, oportet similiter inueniri in omnibus quae sunt eiusdem speciei: talis autem est resurrectio. Haec enim est eius ratio, ut ex dictis patet, quod anima in perfectione ultima speciei humana esse non potest a corpore separata: unde nulla anima in perpetuum remanet a corpore separata: & ideo necesse est sicut unum: ita & omnes resurgere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod loquitur de spirituali resurrectione qua impij non resurgent in iudicio discussionis conscientiae, ut glo. exponit: vel loquitur de impijs qui sunt omnino infideles, qui non resurgent ut iudicentur, iam enim iudicati sunt.

AD SECUNDVM dicendum, quod August. exponit, id est, omnes: & hic modus loquendi inuenitur in sacra scriptura: vel particulatio potest intelligi quantum ad pueros damnatos

damnatos in limbo, qui quamuis resurgent, non proprie dicuntur euigilare, cum nec sensum poenae, nec gloriae habituri sunt: vigilia enim est solutio sensus.

AD TERTIVM dicendum, quod omnes tam boni quam mali conformantur Christo uiuendo in ista vita, in his quae ad naturam speciei pertinent: non autem in his quae pertinent ad gratiam: & ideo omnes ei conformabuntur in reparatione vitae naturalis: non autem in similitudine gloriae, sed soli boni. **AD QVARTVM** dicendum, quod mortem, quae est poena originalis peccati, qui in originali decesserunt exoluerunt moriendo: unde non obstanti originali culpa, possunt a morte resurgere: poena enim originalis peccati magis est mori quam morte detineri. **AD QVINTVM** dicendum, quod nascimur per gratiam Christi nobis datam, sed resurgimus per gratiam Christi qua factum est, ut naturam nostram susciperet, quia ex hoc ei in naturalibus conformamur: unde illi qui in matris uteris decesserunt, quamuis renati non fuerint per susceptionem gratiae, tamen resurgent propter conformitatem naturae ad ipsum, quam consequuti sunt ad perfectionem humanae speciei pertinentes.

IN HOC articulo est una conclusio S. Tho. nempe. Omnes homines communitur resurgent: haec conclusio est articulus fidei, ut constat in symbolo: dicimus namque, credo carnis resurrectionem, & Ioan. 5. omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei: & qui audierint uiuent: ergo, &c. & prioris ad Cor. 15. oes quidem resurgemus. Praeterea, necessarium est ad perfectionem iustitiae, quod omnes puniantur vel praemietur secundum merita vel demerita sua: & quod puniantur vel praemietur in corporibus quibus usi fuerunt ad bene vel male operandum: ergo omnes resurgent Praeterea, non est maior ratio quod resurgat hic quam ille: cum anima nunquam habeat suam naturalem perfectionem, nisi in corporibus: ergo omnes resurgent.

Articul. tertius

Vtrum resurrectio sit naturalis?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod resurrectio sit naturalis: quia sicut dicit Damascenus 3. lib. quod communiter in omnibus inspicitur naturam characterizari: at in his quae sub ipso sunt atomus, sed resurrectio communiter in omnibus inuenitur: ergo est naturalis. **PRAETEREA**, Grego. dicit 14. Moral. Qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenet, certe hanc ex ratione tenere debuerat. Quid enim quotidie mundus in elementis suis nisi resurrectionem nostram imitatur: & ponit exemplum de luce, quae quasi moriendo oculis subtrahitur & rursus quasi uiuendo reuocatur, vel resurgendo: & de arbutis quae viriditatem amittunt, & rursus quasi resurgunt reparantur, & de seminibus quae putrescentia moriuntur, & rursus germinando quodammodo resurgunt: quod etiam exemplum Apostolus ponit 1. Cor. 15. Sed nihil potest ex naturalibus operibus ratione cognosci nisi naturale: ergo resurrectio est naturalis.

PRAETEREA, illa quae sunt praeter naturam non multo tempore manent, quia sunt quasi violentia: sed vita quae per resurrectionem reparatur in aeternum manebit: ergo resurrectio erit naturalis.

PRAETEREA, illud ad quod tota natura reparatio intendit, maxime videtur esse naturale: sed resurrectio & glorificatio sanctorum est huiusmodi: ut patet Rom. 8. ergo resurrectio erit naturalis.

PRAETEREA, resurrectio est motus quidam ad perpetuam coniunctionem animae & corporis: sed motus est naturalis qui terminatur ad quietem naturalem, ut patet 5. Phy. Perpetua autem coniunctio animae & corporis erit naturalis, quia cum anima sit proprius motor corporis, habet sibi corpus proportionatum, & ita in perpetuum est similiter uiuificabile ab ipsa, sicut ipsa in perpetuum uiuit: ergo resurrectio erit naturalis.

SED CONTRA, a priuatione in habitu non erit regressus secundum naturam, sed mors est priuatio vitae: ergo resurrectio per quam est reditus de morte ad vitam, non

est naturalis.

PRÆTEREA, ea quæ non sunt vnius speciei non habent determinatum modum originis: unde animalia quæ generantur ex putrefactione, & ex semine, nunquam sunt eiusdem speciei, ut dicit Commen. in 8. Phy. Sed naturalis motus quo homo oritur est generatio ex simili in specie, quod non est in resurrectione: ergo non est naturalis.

RESPONDEO dicendum, quod motus siue actio aliqua se habet ad naturam tripliciter. Est enim aliquis motus siue actio cuius natura nec est principium nec terminus, & talis motus quandoque est à principio super naturam, ut patet de glorificatione corporis: quandoque autem à principio alio quocunque, sicut patet de motu violento lapidis sursum, qui terminatur ad quietem violentam. Est enim alius motus cuius principium & terminus est natura, ut patet in motu lapidis deorsum. Est etiam alius motus cuius terminus est natura, sed non principium, sed quandoque aliquid supra naturam, sicut patet in illuminatione cæcis, quia visus naturalis est, sed illuminationis principium est supra naturam: quandoque autem aliquid aliud, ut patet in acceleratione florum vel fructuum per artificium facta. Quod autem principium sit natura & non terminus, esse non potest, quia principia naturalia sunt ad determinatos effectus ultra quos se extendere non possunt: operatio ergo vel motus primo modo se habens ad naturam, nullomodo potest esse naturalis, sed vel est miraculosa, si sit à principio supra naturam, vel violenta, si sit ab alio quocunque principio. Operatio autem vel motus secundo modo se habens ad naturam est simpliciter naturalis, sed operatio quæ tertio modo se habet ad naturam, non potest dici simpliciter naturalis, sed secundum quid, in quantum scilicet perducit ad id quod secundum naturam est, sed vel dicitur miraculosa vel artificialis aut violenta. Naturale enim proprie dicitur quod secundum naturam est: secundum autem naturam esse dicitur habens naturam: & quæ consequuntur naturam, ut patet in 2. Phy. Unde motus simpliciter loquen-

do, non potest dici naturalis, nisi eius principium sit natura: resurrectionis autem principium natura esse non potest, quamuis ad vitam naturæ resurrectio terminetur. Natura enim principium motus in eo in quo est vel actiuum, ut patet in motu leuium & grauium & alterationibus naturalibus: vel passiuum, ut patet in generatione simplicium corporum. Passiuum autem principium naturalis generationis est potentia passiva naturalis, quæ semper habet aliquam potentiam actiuam sibi respondentem in natura, ut dicitur II. Meta. Nec differt quantum ad hoc si respondeat passiuo principio actiuum principium in natura, respectu ultimæ perfectionis, scilicet formæ, siue respectu dispositionis quæ est necessitas ad formam ultimam: sicut est in generatione hominis secundum positionem fidei, vel etiam de omnibus alijs secundum opinionem Platonis & Auicennæ: nullum autem principium actiuum resurrectionis est in materia, neque respectu coniunctionis animæ ad corpus, nec respectu dispositionis quæ est necessitas ad talem coniunctionem: quia talis dispositio non potest à natura induci, nisi determinato modo per viam generationis ex semine. Unde & si ponatur esse etiam aliqua potentia passiva ex parte corporis, seu etiam inclinatio quæcunque ad animæ coniunctionem, non est talis quod sufficiat ad ratonem motus naturalis: unde resurrectio simpliciter loquendo, est miraculosa non naturalis, nisi secundum quid, ut ex dictis patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Damascenus loquitur de illis quæ inveniuntur in omnibus individuis ex principijs naturæ creatis. Non enim si diuina operatione omnes homines dealbarentur, vel in vno loco congregarentur, sicut tempore diluuij factum est, propter hoc albedo esset proprietas naturalis hominis, vel esse in tali loco.

AD SECVNDVM dicendum, quod ex rebus naturalibus non cognoscitur aliquid ratione demonstrante non naturale: sed ratione persuadente potest cognosci aliquid supra naturam, quia eorum quæ supra naturam sunt, ea

ea quæ sunt in natura aliquam similitudinem repræsentant, sicut vno anima & corporis repræsentant animæ vniõnem ad Deum per gloriam fruitionis, ut Magister dicit: & simili modo exempla quæ Apostolus & Gregorius inducunt, fidei resurrectionis persuasivè admisculantur.

AD TERTIVM dicendum, quod illa ratio procedit de operatione illa quæ terminatur ad illud quod non est per naturam, sed naturæ contrarium: hoc autem non est in resurrectione, & ideo non est ad propositum.

AD QVARTVM dicendum, quod tota operatio naturæ est sub operatione diuina, sicut operatio inferioris artis sub operatione superioris. Unde sicut omnis operatio inferioris artis expectat aliquem finem ad quem non peruenitur, nisi operatione artis superioris inducentis formam, vel vrentis artificio facta: ita ad vltimum finem ad quem tota expectatio naturæ intendit, non potest perueniri opere naturæ, & propter hoc consequutio eius non est naturalis.

AD QVINTVM dicendum, quod quamuis non possit esse motus naturalis qui terminatur ad quietem violentam, tamen potest esse motus non naturalis qui terminatur ad quietem naturalem, ut ex dictis patet.

RESPONDEO hunc articulum est prius dubium, an per diuinam potentiam possit aliquid idè numero reproduci. Ad quod respondendo dico, quod duplicia sunt entia, quædam sunt quæ desinunt esse secundum aliquam partem sui, ut mixta desinunt esse secundum formas & non secundum materiã: alia sunt quæ secundum nullam partem desinunt esse, ut est homo. De prioribus videtur dicere Durandus, quod est impossibile quod illud cuius vna pars desinit esse reproducat, quia illa quæ desinunt esse secundum aliquam partem non possunt reproduci. S. Tho. autem in 4. d. 4. art. 1. quæst. 2. ad secundum, & 3. p. q. 77. art. 1. videtur sentire quod quando partes desinunt esse non possunt reproduci: sed tamen postea quod d. 4. q. 5. petit hanc quæstionem, & dicit, quod etiam vbi partes desinunt esse, Deus potest reproducere eandem rem numero, & ex consequenti Deus potest resuscitare mortuos. ¶ Est aliud dubium, an sit futura resur-

rectio omnium hominum: hæc quæ mouetur ob illos qui in aduentu Domini inueniuntur viuui, an igitur illi etiam moriantur & resurgent in illo finali iudicio. Est quæ gravis, & Magister Sententiarum dimisit eam sub dubio, Iacobus Faber vero super Paulum 1. ad Cor. 15. dicit, quod non moriantur illi qui inueniuntur viuui in die iudicij. Beatus Augustinus in lib. ad Dulcetitium mouet hanc quæstionem, & reliquit eam indeterminatam: declinat tamen ad illam partem quod omnes moriantur. Et rursus Diuus Augustinus in 20. de ciuita. cap. 2. mouet eandem quæstionem, & non determinat, sed magis placet ei quod moriantur. Idem dicit de fide ad Petrum cap. 3. Ait enim omnes esse resurrecturos: & tota difficultas exorta est ex verbis Pauli dicentis 1. ad Thessa. 4. & mortui qui in Christo sunt resurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis, & cæteris. Et 1. ad Cor. 15. dicit, omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur, ac non possumus resurgere nisi moriamur: ergo omnes moriantur. Beatus Hieronymus in epistola ad Mineruium & Alexandrum monachum, quæ incipit, in ipso iam protectionis articulo, & cæteris, dicit, quod in lib. Græcorum habetur, omnes quidem resurgemus. Sed aliqui codices habent, non quidem omnes dormiemus: verum est quod in quadam epistola ad Marcellam, quæ habetur in 3. to. quæ incipit, magnis & cæteris, dicit, quod non moriantur illi qui reperietur viuui in die iudicij: sed postea in alio loco iam citato, dicit, quod omnes qui deprehensi fuerint in aduentu Domini moriantur, & addit quod hæc sententia est conuenientior consuetudinibus & dictis ecclesiæ: & citat pro hac sententia Achatium Græcum qui inquit, omnes esse mortuos, & dicit quod plures codices græci habent, omnes quidem dormiemus. Beatus Augustinus autem de fide ad Petrum, cap. 3. legit omnes quidem resurgemus: quod confirmatur in lib. de ecclesijs dogmatibus, cap. 7. vbi absolute asseritur quod omnes morietur. Verba sunt, omnium hominum erit resurrectio: cum ergo resurrectio fieri non possit nisi morte præcedente, nec per dormitionem possumus apud Paulum intelligere nisi mortem. Et argumentatur, si in aduentu Domini non sunt omnes morituri, non erit privilegiu quod Propheta de Christo protulit, non dabis sanctum tuum videre corruptionem: nihilominus idem Augustinus in lib. de ecclesijs, dogmatibus dicit, quod oppositum sentientes, nec hereticos nec irreligiosos, sed æque catholicos & religiosos esse & qui negant & qui concedunt. Et est notanda hæc modestia Augustini. non sicut quidam Theologi qui facile oppositum suæ opinionis vocant hæreticu & erroneu. Tertius autem in lib. de resurrectione carnis, legit Paulum, oes quidem resurgemus, & quæ omnes sunt morieturi,

Secunda. 4. quest. 77. art. 3.

turi, & interpretatur Apostolum quod statim post mortem induetur immortalitatem. Ambro. autem super Paulum 1. ad Thessa. 4. dicit quod omnes moriuntur in illo raptu. Hierony. etiam est in hac sententia, & allegat Origenem, & Didimum: Origenes dicit, quod omnes deprehensi viui in die iudicij sunt morituri. Didimus autem qui fuit præceptor beati Hierony. dicit, quod omnes moriuntur: licet aliqui citent Origenem pro alia opinione negatiua, quod non moriuntur: sed in illis locis in quibus ipsi allegant Origenem, non dicit quod non moriuntur: & cum beatus Hiero. citat Origenem pro parte affirmatiua, nempe quod omnes moriuntur ipse legit fideliter. Diuus autem August. in lib. 2. de peccatorum meritis & remissione, cap. 31. habuit, quod illi qui deprehenduntur in aduentu Domini viui non moriuntur: sed postea retractauit illam sententiam lib. 2. retractationum, cap. 33. Vnde communis sententia Doctorum Sanctorum est, quod omnes qui reperiuntur viui in aduentu Domini, moriuntur: & ad illud quod citant ex aliquibus codicibus grecis, quod non omnes quidem resurgemus, dicit Hierony. quod omnes codices greci habent, omnes quidem moriemur: & citat Artium Episcopum Palestinum qui etiam habet quod omnes quidem moriuntur: vnde his subscribimus quod omnes inuenti viui in aduentu Domini moriuntur. Secundo dico, quod opposita sententia non est hæretica: hæc etiam est S. Thomæ super Paulum vbi supra, & 1. 2. q. 81. art. 3. ad primum, citat ibi vtramque opinionem, & respondet, quod omnes moriuntur, sed oppositum non est hæreticum: & hoc etiam asserit Athanasius super Paulum. Theophi. autem super Paulum 1. ad Cor. 15. dicit, quod illi qui deprehenduntur viui in aduentu Domini non moriuntur, quia ipse legit textum, non omnes moriemur: & reddit probabilem hanc opinionem, quia hæc pœnæ peccati originalis sunt pœnæ naturales, vt quod appetitus repugnet rationi naturale est, & ablata iustitia originali etiã remanet quod naturaliter repugnet, mors est pœna peccati originalis, & si homo crearetur in puris naturalibus, in illo esset illa repugnantia. His igitur suppositis hæsitabis, quæ ratio est, quod omnes moriantur si naturaliter superueniat mors illo tempore, quia morbus & alia infirmitates sunt pœnæ peccati originalis, tamen non semper omnibus datur mors, quia cum prædictis morbis multi effugiunt pœnam hanc: ergo effugient mortem: & maxime quia statim debent resurgere, quo iuro Dominus infliget mortem iustis, quia aliqui erunt tunc innocentes qui nusquam peccauerunt, & si peccauerant pœnituerunt optime. Ad hoc sequendo opinionem Sanctorum quæ sequimur, dico quod licet mors & prædictæ pœnæ sint naturales, tamen est pœna debita &

infligta pro peccato originali: vnde Dominus sic infligit illam pœnam, vt esset pœna peccati originalis. Fateor tamen quod hæc argumenta faciunt oppositam opinionem probabilem, nihilominus probabilior est sententia affirmatiua quam sequimur cum Sanctis, nempe quod omnes moriuntur. Secundo dico, quod illa mors in aduentu Domini erit naturalis: vel fortassis, quia moriuntur illi homines ob fortassis, cū dicat Euangelium, arefcētibushominibus: ex illo maximo terrore fortassis moriuntur naturaliter. Et pro hac communi opinione, præter testimonia Sanctorum, est illud Pauli ad Ro. 5. in omnes homines mors pertransiit, & ad Heb. 9. statutum est omnibus hominibus semel mori. Et 1. ad Cor. 15. quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur: ergo omnes moriuntur. Vnde nullas patiemur angustias in sacra scriptura, cū ex his locis videatur manifeste sequi quod omnes moriuntur: hæc ex scripturis & ex sanctis. Inter Scolasticos autem Theologos asserit S. Tho. prædictam sententiam, quod omnes moriuntur hic, art. 2. & 1. 2. q. 81. art. 3. ad primum, & Marsilius in 2. q. 19. art. 4. Scotus in 4. d. 43. q. 5. art. 3. ad primum, Duran. ibidē, q. 4. Maior q. 5. Supposita igitur hac opinione tanquam probabiliori, quod omnes moriuntur, est dubium, an boni & mali simul resurgant, vel an boni prius quã mali: De quo dubio etiam sunt variæ opiniones: Theologi super Paulum 1. ad Thessa. 4. vbi Apostolus dicit, mortui qui in Christo sunt resurgentur primi, deinde nos qui viuimus, & cæc. Dicit quod boni resurgentur primi, vt Paulus ait, & eleuabuntur in aera, & recipientur a Christo: deinde mali in terra iudicabuntur. Oppositum asserit S. Tho. super prædictam epistolam Pauli ad Thessalo. & hic etiam dicit, quod boni & mali resurgent simul. Et hæc est opinio beati Augustini in lib. de ecclesi. dogmati. cap. 6. Ait enim quod in iectu oculi resurgent omnes simul: & addit quod est fabula somniatorum dicere quod non resurgent omnes simul: & huius sententiæ est diuus Hierony. in illa epistola ad Minerium & Alexandrum monachum, & expresse ait quod erit resurrectio bonorum & malorum simul: & citat Didimum pro se, cuius verba sunt, est fabula somniatorum dicere, quod non resurgent simul omnes. His non obstantibus nonnulli Scolastici dicunt quod non resurgent boni & mali simul, hoc Scotus in 4. d. 43. q. vltima, art. 3. ad tertiam. Sed tutius est tenere sententiam Sanctorum: Sed hæsitabis, an omnes illi qui sepulti sunt in aduentu Domini resurgent ante alios qui tunc inueniuntur viui: & arguitur a parte affirmatiua ex verbis Apostoli, qui dicit, mortui qui in Christo sunt resurgentur primi, deinde nos: ergo & cæc. Ad quod diuus August. in 2. & in 19. de ciuita. Dei, dicit, quod simul erit vna resurrectio omnium hominum. S. Tho.

Secūda. 4. quest. 77. art. 3. fo. 587.

S. Tho. autē in locis citatis dicit, quod vtraque opinio est probabilis: ipse autem asserit affirmatiuam, nempe quod resurrectio erit simul omnium: & ad locum prædictum Pauli dicit, quod illud quod Paulus inquit, primi, & cæc. illud primum, non dicit ordinem resurrectionis ad resurrectionem, sed comparat resurrectionem ad occursum Domini: probatur, quia dicit, non præueniemus eos qui dormierunt in aduentu Domini, sed simul, & cæc. & hæc videtur sententia literalis. Vnde dico, quod simul resurgent omnes: multi tamen erunt mali inter bonos, illos mortuos & viuos: ergo non debent gaudere illo priuilegio, quod resurgat prius quã aliqui boni qui deprehenduntur viui: & tunc moriuntur, sed omnes in iectu oculi moriuntur: boni manebunt in aere, mali autem in terra, & ibi iudicabuntur. Duran. Scotus, Maior dicunt, quod qui mortui sunt resurgentur prius, sed non videtur verum, quod tunc illi essent prius immortales quã alij etiam boni qui inueniuntur viui in aduentu Domini, & quod occurrant alijs. Beatus Chrysostomus dicit se imaginatum fuisse iudicium finale. Ascendebat enim in tempestate noctis turrim quandam & imaginabatur quod omnes erant mortui, deinde alia die ascendebat turrim & audiebat voces hominum, & imaginabatur quod resurrexerunt simul: vnde communis sententia est, quod omnes resurgentur simul.

¶ SED est dubium, an bene & vere Paulus putauit se esse de numero illorum qui deprehenduntur viui in aduentu Domini, quia ipse dicit nos qui viuimus simul rapiemur obuiam Christo in aera, vbi de se loquitur: ergo conuenienter credit se futurum de numero illorum qui inueniuntur viui in aduentu Domini: & 1. ad Cor. 15. dicit, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: ergo videtur quod fuit Apostolus illius opinionis quod erat futurus viui in die iudicij. Circa hoc Erasmus dicit, quod Paulus deceptus fuit in hoc, quia credit quod proximus erat dies iudicij suo tempore, & propterea etiã dicebat nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Beatus Hierony. in illa epistola ad Minerium & Alexandrum dicit, quod quidam fuit illius sententiæ, quod Paulus putauit se visurum diem Domini antequam moreretur, sed beatus Hiero. refutat illam sententiam, quia non videtur satis tutum illud dicere de Apostolo, quia esto quod beatus Paulus posset decipi, in scribendo tamen sacram scripturam non potuit errare, nec nobis aliquid falsum tradere in ipsa scriptura: & ipse Paulus dicit, quod non est deceptus: & certum est, quod si beatus Paulus dixisset in scriptura, quod antequam ipse moreretur erat futurus dies Domini, esset de fide, sed ipse dicit se esse moriturum ante diem iudicij.

¶ ad Thimothe. 4. vbi inquit, tempus meæ resolutionis instat, & ad Ro. 9. dicit, optabam anathema esse pro fratribus meis: & alibi, cupio dissolui & esse cum Christo: & ad Rom. 7. Quis me liberabit de morte corporis huius? sciebat ergo se moriturum ante diem iudicij. Secundo, tempore beati Pauli quidam decepti sunt in illa epistola prædicta, credentes quod cito futurus esset dies iudicij. Et ideo in 2. epistola ad Thessa. cap. 2. dicit Apostolus, Rogamus vos fratres vt non cito moueamini a vestro sensu, nec per epistolam, & c. Ne quis vos seducat vilo modo, quoniam nisi venerit discelsio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus: deinde dicit, Non retinetis quod cū adhuc essem apud vos, hæc dicebã vobis, & nunc quid detineat scitis donec de medio fiat, & cum reuelabitur ille in quos quem Dominus IESVS interficiet, & cæc. Et beatus Paulus dixit, quod non instabat dies Domini.

¶ PRÆTEREA, beatus Petrus admonet illos vt caueant a prædicto errore. 2. Petri vltimo dicens, propter quod charissimi, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datã sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauat, sicut & cæteras scripturas ad suam ipiorum perditionem. Vos igitur fratres præscientes custodite ne in sapientium errore traducti excidatis: En beatus Petrus admonet ne decipiatur, & admõct illud quod Paulus dicit, nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt, tamen alibi dicitur mille anni ante Dominum sicut dies vna: & probatur, esto beatus Paulus potuerit decipi, tamen in scribendo sacram scripturam decipi non potest.

¶ PRÆTEREA, CHRISTVS decipi non potest, sed ipse dicit Matth. 24. & Marci. 13. & Lucæ. 12. si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtiq;, & cæc. Ideo & vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis veniet: si hoc dixisset Paulus, diceremus quod esset deceptus? CHRISTVS non loquitur solũ illis, sed omnibus futuris: etiam Theophi. super priorem epistolam Pauli ad Cor. 15. & 1. ad Thessa. 4. dicit, quod Paulus non loquitur de se, sed in persona aliorum qui inueniuntur viui in aduentu Domini. De alia autem conclusione quam tractabamus, an idẽ numero possit reproduci, Doctores Scolastici dubitant de successiuis, nempe an tempus possit idem numero reproduci, Durand. Scotus, & communiter alij dicunt, quod nec per diuinam potentiam potest res successiua reproduci.

Sed ratio sua nulla est, quia Deus potest reproducere idem tempus, nam capiamus illam entitatem quae est tempus, quae implicatio est quod illa reproducatur, & lapis moueatur per eandem entitatem & successionem, nulla equidem: ergo potest Deus illam reproducere, sicut potest reproducere unum Angelum. Durand. autem dicit, quod si Deus annihilaret Angelum non posset reproducere eundem Angelum, sed non apparet quare non, cum nulla sit implicatio, cum antequam Angelus crearetur erat nihil: ergo etiam nunc de nihilo potest reproducere Angelum: unde de ente permanente non est dubium, quoniam Deus possit reproducere illud idem numero: & de successibus etiam non apparet quare non possit Deus illa reproducere: & puto erroneum dicere quod non possit Deus reproducere successiva: & prius est advertendum, quod ens successivum non distinguitur a subiecto & sic cessat conclusio, quia tempus non producit, nec motus, cum non sint res distinctae a subiectis suis: per hoc enim quod caelum mouetur nulla res de nouo producit: tenendo autem ens successivum distinguitur a subiecto, dicendum est, quod potest Deus reproducere illam entitatem, sed non idem tempus aut idem instans, etiam de potentia absoluta. Et ad argumentum quod faciebamus in oppositum, nonne Deus potest reproducere eandem entitatem? dico quod potest, sed non erit idem tempus aut instans, quia illi sunt termini cognotatiui, tempus namque cognosat hoc si est praesens quod nunquam fuerit, & si est praeteritum quod nunquam amplius sit: & quod sit eadem entitas vel non, nihil refert. Est igitur eadem entitas, sed non idem tempus vel instans. Et quod hoc sit verum, patet & accipio secundum communem opinionem, nempe quod hora non distinguitur a caelo: secundo haec eadem entitas quae fuit heri, est hodie, tamen non est eadem hora, nec eadem successio, vel uti idem est lapis qui hodie mouetur, & qui heri mouebatur, tamen non est idem motus nec idem tempus: nihil enim aliud est dicere quod haec hora praecessit, nisi quod praecessit, vel quod est quod. Jam quod praecessit: unde implicat contradictionem quod Deus reproducat idem instans. De re autem permanente est aliud exemplum capiamus ferrum, quod prius erat clavis & postea gladius, non dices quod est idem instrumentum quando est gladius quod erat quando erat clavis, licet sit eadem entitas, sicut si esset aliquis hodie niger & cras albus, non est idem color, licet sit eadem entitas quae hodie est alba & heri erat nigra. Est tamen argumentum de ente naturali quod naturaliter possit reproducere: abscondatur alicui digicus & comedat illum, ibi ex illo alimento remanebit aliqua pars materiae, quam informabit anima: ergo iam erit quod antea erat, ad hoc dicunt ali-

qui quod dato quod maneat aliqua pars materiae non est signabilis, quia est diuisa in omnes suas partes: ergo informatur anima rationali. Dicendum igitur quod de ente totali non potest fieri, loquendo tamen de ente partiali, quando totaliter forma non separatur a tota materia, non est illud inconueniens.

Quaestio. 78.

De causa resurrectionis.

DEINDE considerandum est de causa nostra resurrectionis.

CIRCA quod tria quaeruntur.

PRIMO, utrum resurrectio Christi sit causa nostra resurrectionis?

SECUNDO, utrum vox tubae?

TERTIO, utrum Angeli?

Articul. primus.

Utrum Christi resurrectio sit causa nostrae resurrectionis?

Tho. 4. dist. 43. q. unica, art. 2. q. 1. & sequen.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Christi resurrectio non sit causa nostrae resurrectionis: posita enim causa ponitur effectus, sed posita resurrectione Christi, non est sequuta statim resurrectio aliorum mortuorum: ergo resurrectio eius non est causa nostra resurrectionis.

PRAETEREA, effectus non potest esse nisi causa praecesserit: sed resurrectio mortuorum esset etiam si CHRISTVS non resurrexisset: erat enim alius modus possibilis Deo ut hominem liberaret: ergo resurrectio Christi non est causa nostra resurrectionis.

PRAETEREA, idem est factum unius in tota specie una: sed resurrectio erit communis hominibus communis: cum ergo resurrectio

rectio Christi non sit causa sui ipsius, non erit causa aliarum resurrectionum.

PRAETEREA, in effectu relinquitur aliquid de similitudine causae: sed resurrectio ad minus quorundam, scilicet malorum, non habet aliquid simile resurrectioni Christi: ergo resurrectionis illorum non erit causa resurrectio Christi.

SED contra, illud quod est primum in quolibet genere, est causa eorum quae sunt post, ut patet in 2. Metaph. Sed CHRISTVS ratione sua resurrectionis corporalis dicitur primitia dormientium 1. Cor. 15. & primogenitus mortuorum, Apoc. 1. ergo sua resurrectio est causa resurrectionis aliorum.

PRAETEREA, resurrectio Christi magis conuenit cum nostra resurrectione corporali, quam cum resurrectione spiritali, quae est per iustificationem: sed resurrectio Christi est causa iustificationis nostrae, ut patet Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: ergo resurrectio Christi est causa nostra resurrectionis corporalis.

RESPONDEO dicendum, quod CHRISTVS ratione humanae naturae dicitur Dei & hominum mediator: unde diuina dona a Deo in homines mediante Christi humanitate proueniunt. Sicut autem a morte spiritali liberari non possumus nisi per donum gratiae diuinitus datum, ita nec a morte corporali nisi per resurrectionem diuina virtute factam: & ideo sic CHRISTVS secundum humanam naturam primitias gratiae suscepit diuinitus, & eius gratia est causa nostra gratiae, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia Ioan. 1. ita in Christo inchoata est resurrectio, & sua resurrectio causa est nostrae resurrectionis, ut sic CHRISTVS in quantum est Deus, sit prima causa nostra resurrectionis quasi a quibus, sed in quantum est Deus & homo resurgens, est causa proxima, & quasi inuoca nostra resurrectionis. Causa autem inuoca agens producit effectum in similitudine formae suae: unde non solum est causa efficiens, sed exemplaris respectu istius effectus: quadoque enim ipsa forma per quam attenditur similitudo agentis ad effectum, est

directe principium actionis quo producitur ille effectus, sicut calor in igne calefaciente: quandoque autem illius actionis qua producitur effectus non est principium, primo per se ipsa forma secundum quam attenditur similitudo, sed principia illius formae, sicut si homo albus generet hominem album, ipsa albedo generans non est, principium actus generationis, & tamen albedo generans dicitur causa albedinis generatae, quia principia albedinis in generante sunt principia generationis facientia albedinem in generato, & per hunc modum resurrectio Christi est causa nostrae resurrectionis, quia illud idem quod fecit resurrectionem Christi, quae est causa efficiens inuoca nostra resurrectionis, ad nostram resurrectionem magis, scilicet virtus diuinitatis ipsius Christi quae sibi & patri communis est. Unde dicitur Rom. 8. Qui suscitauit IESVM Christum a mortuis inuificauit mortalia corpora nostra: sed ipsa resurrectio Christi virtute diuinitatis adiuncta est causa quasi instrumentalis resurrectionis nostrae. Operationes enim diuinae agebantur mediante carne Christi quasi quosdam organos, sicut patet exemplum Dam. in 3. lib. de tactu corporali quo mandauit leprosum, Matth. 8. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod causa sufficiens statim producit effectum suum ad quem immediate ordinatur: non autem effectum ad quem ordinatur mediante alio, quantumcumque sit sufficiens: sicut calor quantumcumque sit inmensus non statim in primo instanti causat calorem, sed statim incipit mouere ad calorem, quia calor est effectus eius, mediante motu: resurrectio autem Christi dicitur causa nostra resurrectionis, non quia agat resurrectionem nostram, sed mediante principio suo, scilicet diuina virtute, quae nostram resurrectionem faciet ad similitudinem resurrectionis Christi. Virtus autem diuina operatur mediante voluntate quae est propinquissima effectui: Unde non oportet quod statim resurrectione Christi facta nostra resurrectio sit sequuta, sed tunc sequatur quando voluntas Dei ordinauit.

AD SECUNDM dicendum, quod virtus ecc. iij diu-

diuina non alligatur aliquibus causis secundis, quia effectus illarum posset immediate, vel alijs causis mediantribus producere, sicut posset generationem corporum inferiorum causare, etiā motu cœli nō existente: & tamen secundum ordinationem quem rebus instituit motus cœli est cā generationis inferiorū corporū. Similiter etiam secundum ordinem quem rebus humanis diuina prouidentia præfixit, resurrectio Christi est causa nostra resurrectionis. Potuit tamen alium modum præfigere: & tunc esset alia causa nostra resurrectionis qualem Deus ordinaret.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit quando omnia que sunt in una specie habent eundem ordinem ad causam primā illius effectus, qui est inducendus in totam illam speciem. Sic autem non est in proposito, quia humanitas Christi propinquior est diuinitati cuius virtus est prima causa generationis, quā humanitas aliorum. Vnde resurrectio Christi causatur à diuinitate immediate, sed resurrectio aliorum mediante Christo homine resurgente.

AD QVARTVM dicendum, quod resurrectio omnium hominum habebit aliquid similitudinis de resurrectione Christi, quod scilicet pertinet ad vitam naturæ secundum quod omnes fuerunt Christo conformes: & ideo omnes resurgent in vitam immortalē, sed in sanctis qui fuerunt Christo conformes, per gratiam erit conformitas quantum ad ea que sunt gloriæ.

Artic. secundus.

Vtrum vox tubæ sit causa nostra resurrectionis?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod vox tubæ nō sit cā nostra resurrectionis. Dicitur enim Dam. Crede resurrectionem futuram diuina voluntate, diuina virtute & nutu: ergo cum hoc sit sufficiens causa resurrectionis nostra, nō oper-

ret ponere causam eius vocem tubæ.

PRÆTEREA, frustra vox emittitur ad eum qui audire non potest, sed mortui non habebunt auditum: ergo non est cōueniens quod vox aliqua formetur ad eos resuscitandum.

PRÆTEREA, si vox aliqua sit causa resurrectionis, hoc non erit nisi per virtutem voci diuinitus datam: vnde super illud Psal. Dabit voci suæ vocem virtutis: dicit glossa. resuscitanda corpora: sed ex quo potentia data est alicui, quamuis miraculose detur, tamen actus qui sequitur est naturalis: sicut patet in cæco nato miraculose illuminato, qui postea naturaliter videt: ergo si vox illa esset causa resurrectionis, resurrectio esset naturalis, quod falsum est.

SED contra est quod dicitur Prior. Thes. 4. Ipse Dominus in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt resurgent.

PRÆTEREA, Ioan. 5. dicitur, quod qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & qui audierint uiuent: hæc autem vox dicitur tuba, ut in litera patet: ergo, & cetera.

RESPONDEO dicendum, quod causam & effectum oportet aliquo modo coniungi, quia mouens & motum, faciens & factum sunt simul: ut patet in 8. Phy. **CHRISTVS** autem resurgens est causa vniuersæ nostre resurrectionis: vnde oportet quod in resurrectione corporum communi aliquo signo corporali dato **CHRISTVS** resurgens operetur, quod quidem signum (ut quidam dicunt) erit ad litteram vox Christi resurrectionem imperatus, sicut imperauit mari & cessauit tempestas Matth. 8. Quidam vero dicunt quod hoc signum nihil aliud erit quā ipsa representatio euidentis filij Dei in mundo, de qua dicitur Matth. 24. sicut fulgur venit ab Oriente, & apparet in Occidente, sicut aduentus filij hominis: & innituntur authoritati Gregorij dicentis, quod tubam sonare nihil aliud est quā ut mundo iudicem filium demonstrare, & secundum hoc ipsa apparitio filij Dei vox eius dicitur, quia ei apparenti obediet tota natura ad corporū humanorum reparationem sicut imperanti: vnde in iussu venire dicitur prima Thes. 4. & sic eius apparitio in quan-

Articul. tertius.

Vtrum ad resurrectionem angeli operentur?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod nullo modo ad resurrectionem angeli operentur. Quia maioris virtutis est vniuersa resurrectio mortuorum quā generatio hominum: sed quando generantur homine anima non infunditur corpori mediantribus angelis: ergo nec resurrectio, quæ est iterata coniunctio animæ & corporis, fiet ministerio angelorum.

PRÆTEREA, si ad aliquos angelos hoc ministerium pertineat, maxime videtur pertinere ad virtutes, quarum est miracula facere: sed eis non ascribitur, sed archangelis, ut patet in litera: ergo non fiet ministerio angelorum.

SED contra est, quod dicitur Prima Thes. 4. quod Dominus in voce archangeli descendet de cœlo, & mortui resurgent: ergo resurrectio mortuorum ministerio angelico complebitur.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Augustinus dicit in 3. de Trinit. quod sicut corpora grossiora & infirmiora per subtiliora & potentiora ordine quodam reguntur, ita omnino corpora reguntur à Deo per spiritum viæ rationalem: & hoc etiam Grego. 4. dialo. tangit. Vnde in omnibus que corporaliter fiunt à Deo videtur Deus ministerio angelorum: in resurrectione autem est aliquid ad transmutationem corporum pertinens, scilicet collectio cinerum, & eorum preparatio ad reparationem humani corporis: vnde quantum ad hoc in resurrectione videtur Deus ministerio angelorum: sed anima sicut immediate à Deo creata est, ita immediate à Deo corpori iterato vnietur sine aliqua operatione angelorum. Similiter etiam gloriā corporis ipse faciet non ministerio angelorum, sicut & animam immediate glorificat: & illud angelorum ministerium dicitur vox, secundum unam expositionem que tangitur in litera: **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod patet solutio ex dicto.

AD

tum habet vim cuiusdam imperij, vox eius dicitur: & hæc vox quæcumque sit quandoque dicitur clamor, quasi pæconis ad iudicium citantis. Quandoque autem dicitur sonus tubæ, vel propter euidentiam, ut in litera dicitur, vel propter conuenientiam ad usum tubæ, qui erat in veter. Test. Tuba enim congregabantur ad concilium, quo utebantur ad prælium, & vocabantur ad festum: resurgentes autem congregabuntur ad cōcilium iudicij, ad prælium quo orbis terrarum pugnabit contra insensatos, & ad festum æternæ solennitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dam. in verbis illis, circa materialem causam resurrectionis, tria tetigit. scilicet voluntatem diuinam qua imperat, virtutem qua exequitur, & facilitatem exequendi in hoc quod nutum adiunxit, ad similitudinem eorum que in nobis sunt. Illud enim valde facile est nobis facere, quod ad documentum nostrum fit: sed multo apparet maior facilitas, si ante verbum prolatum ad primum signum voluntatis, quod nutus dicitur, executio nostre voluntatis per ministros fiat, & talis nutus est quadam causa prædictæ executionis, in quantum per ipsum inducuntur alij ad nostram voluntatem explendam: Nutus autem diuinus quo fiet resurrectio, nihil aliud est quā signum ab ipso datum, cui tota natura obedit, ut ex dictis patet.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut forma sacramentorum, habent virtutem sanctificandi, non ex hoc quod audiuntur, sed ex hoc quod feruntur: ita vox quicquid sit, habebit efficaciam instrumentalem ad resuscitandum, non ex hoc quod sentitur, sed ex hoc quod profertur: sicut etiam vox ex ipsa impulsione aeris, excitat dormientem soluendo organum, non ex hoc quod cognoscatur: quia iudicium de voce veniente ad aures, sequitur excitationem, & non est causa eius.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procederet, si virtus illi voci data, esset ens perfectum in natura, quia tunc quod ex ea procederet virtutem iam naturalem factam principium haberet: non est autem talis virtus illa, sed qualis supra dicta est esse in formis sacramentorum.

Secunda. 4. quest. 78. art. 3.

AD SECUNDVM dicendum, quod ministerium istud erit principaliter unius archangelus. s. Michaelis qui est princeps ecclesie: sicut fuit Sinagoga: sicut dicitur Dan. 10. qui tamē agit ex influentia virtutum, & aliorum superiorum ordinum: unde quod ipse faciet superiores ordines quodammodo faciunt. Similiter inferiores angeli cooperabuntur ei circa resurrectionem singulorum, quorum custodia deputati fuerunt: & sic vox illa potest dici unus, vel plurimum angelorum.

IN prædictis his tribus articulis agit S. Tho. de causa nostræ resurrectionis. Et prius mouet quæstionem, an resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis: & respondet affirmatiue: Probat, quia primū in vnoquoque genere est causa omniū quæ sunt in illo genere, veluti sol dicitur causa lucis: at resurrectio Christi fuit prima; quia primitiue mortuorum CHRISTVS, & primo genitus mortuorum. 1. ad Cor. 15. & ad Ro. 4. CHRISTVS mortuus est propter scelera nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: ergo Christi resurrectio est causa nostræ resurrectionis. Sed est dubium præcipuum quomodo intelligitur, quod resurrectio Christi, sit causa nostræ resurrectionis, an intelligatur quod sit causa meritoria, & non affectiua: vel an intelligatur quod sit causa etiam effectiua. Et videtur quod solum sit causa meritoria nostræ resurrectionis, quia non est alius modus quo resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis, nisi per meritum, cum nō appareat quomodo resurrectio Christi efficiat nostram resurrectionem. In oppositum est, quia videtur quod resurrectio Christi non fuerit meritoria, quia cum ipse fuerit viator, iam mortuus fuerat: ergo meritum non se extendit post mortē. Ad hoc S. Tho. dicit, quod duobus modis fuit resurrectio Christi causa nostræ, nempe fuit causa exemplaris, cum fuerit resurrectio Christi similis nostræ, vt ait Paulus ad Philipen. 3. Qui reformauit corpus humilitatis nostræ, cōfiguratum corpori claritatis suæ, per operationem virtutis suæ. Alio modo autem fuit causa effectiua, nempe quod resurrectio nostra attribuitur resurrectioni Christi, tanquam effectus ab illa pueniens: & resurrectio Christi sit causa exemplaris nostræ, nulla est difficultas, cū illa fuerit prior alijs. Quod autē resurrectio Christi fuerit causa effectiua nostræ, probat Tertulianus in lib. de resurrectione carnis: & prius probat ex dicto domini Matth. 19. Venit filius hominis saluum facere quod perierat. Ad hoc namque venit CHRISTVS in mundum, vt restitueret quod perierat ob peccatum, sed caro

perit propter peccatum: ergo venit ad saluandam carnem, & ad resurrectionem carnis, etiā in quantum homo: hoc namque spectabat ad Christum in quantum erat redemptor, quod esset causa nostræ resurrectionis. Sed dices quomodo intelligitur quod passio Christi sit causa nostræ resurrectionis? nonnulli ergo voluerūt intelligere simpliciter per humanitatem, quia resurrexit, & est causa nostræ resurrectionis. Sed hoc modo nō plus diceretur CHRISTVS causa nostræ resurrectionis per resurrectionē quam per ascensionem, cum etiam ascenderit per humanitatem: Ideo S. Tho. assignat multos modos quibus resurrectio Christi est causa nostræ: Prior est, quando est vna causa communis duobus quæ immediate est causa vnius, & mediate est causa alterius, sicut dicimus quod pulchritudo filij & pulchritudo patris est vna causa communis, sed illa causa immediate est in patre, & ex illo deriuatur in filium: quia ex bona cōplexione patris, prouenit pulchritudo in patre, & mediate in filio: ita CHRISTVS ex meritis suis meruit suam resurrectionem. Ad Phil. 2. vbi dicitur, Propter quod & Deus exaltauit illum: & Luce. 24. nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? quod intelligitur de gloria corporis. Vnde CHRISTVS immediate meruit sibi, & mediate meruit nobis: & dicitur causa meritoria, quia ipse meruit nobis, & quidquid dedit nobis Deus, dedit per Christum, vnde dicitur causa effectiua & meritoria. Rursus petit S. Tho. de voce tubæ, cuius meminit Apostolus. 1. ad Thessa. 4. an illa sit tuba materialis? At beatus Aug. & Tertulianus dicunt, quod non erit tuba materialis, quia omnia debent fieri in illa die, quodammodo spirituali. Præterea, quia frustra esset illa tuba materialis, quia non audirent illam mortui: ideo S. Tho. dicit, quod forte per vocem tubæ intelligitur vox Christi, sicut in resurrectione Lazari: & in euangelio habetur, venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent, Ioannis. 5. Vel intelligitur presētia Christi, vel quia ad similitudinem tubæ, quæ facit occulta manifesta. Quæritur etiā de voce Archangelij, quæ vox erit illa? Ad quod dicit S. Thom. quod per vocem Archangelij intelligitur aliquod ministerium angelorum in resurrectione mortuorum. Et ideo est dubium, an angeli concurrant effectiue ad introductionem animæ rationalis in corpus, vel an solum concurrant ad aliquā dispositionem. Ad quod dicunt Theologi, quod non concurrent effectiue ad resurrectionem, licet possent concurrere instrumentaliter ad disponendum materiam, non tamen naturaliter: sed quia hoc non est necessariū, ideo dicunt sancti, quod solum venient ad congregandum pulueres & ossa in locum proprium, ad hoc quod dominus introducat. Aliud dubium est, an ipsa anima

Secunda. 4. quest. 79. art. 1. fo. 590.

anima rationalis concurrat effectiue, vt possit se ipsam introducere in corpus? Ad quod Henricus quodli. 11. q. 14. dicit, quod ipsa anima effectiue concurrat ad hoc quod introducat in corpus, quia materia disposita anima virtutē naturalem habet ad introducendum se, cum sit proprius actus materiæ dispositæ: ergo &c. Sed his non obstantibus dico, quod nullo modo anima potest se introducere in materiam, quia eo modo se habet anima in conceptione perfecta, sicut in resurrectione: & si in resurrectione posset se introducere in corpus, posset etiam in generatione: vnde homo generaret se, quod tamen falsum est. Et ad argumentum in oppositum dico, quod est formalis actus materiæ ipsa anima, & non est causa effectiua: vnde in generatione generas introducit illam. In resurrectione autē solus Deus introducit illam in corpus. Rursus petit S. Tho. an resurrectio mortuorum debet differri, vsq; ad finem mundi? Ad quod ex sententia omnium respōdetur affirmatiue, cum expresse habeatur ex sacra scriptura: An autem dies iudicij erit occultus? Respondetur quod est occultus, cum dominus dicat, de die illa nemo scit Matth. 24. & apostoli ignorauerunt, vt constat in actibus apostolorum: quo autem tempore erit finale iudicium, an nocte vel die non scitur. S. Tho. dicit, quod est probabile quod erit nocte, quia resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis, sed resurrectio Christi fuit nocte: ergo nostra resurrectio erit nocte. Alij autem dicunt, quod nostra resurrectio erit in die, quia CHRISTVS ascendit ad cœlos in die, & dictū est ab angelis, Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet: ergo resurrectio nostra erit in die: vbi autem resurgent mortui an in suis monumentis, vel in aliquo vno loco, nēpe in valle Iosaphat, hoc ignoratur. Veresimile est, quod qui habent propria monumenta, & qui habent corpora integra, resurgent in monumentis suis: quia etiam CHRISTVS resurrexit in sepulchro, & multa corpora sanctorum resurrexerunt de sepulchris. De alijs autem corporibus quæ erūt separata, forte resurgent in valle Iosaphat: eum ibi sint iudicandi omnes, vt constat ex Ezechiele. An autem quilibet cognoscat peccata quæ fecit omnia: Respondetur affirmatiue, quia illud iudicium erit iustissimū apud Deum & homines: & quilibet cognoscat omnia peccata sua, vt videat quod iuste dānatur. Sed dubitabis, an quilibet cognoscat omnia peccata aliorum? Ad quod respondetur, quod quilibet beatus cognoscat omnia peccata alterius beati, non ad confusionem, sed ad gloriam illorum cum egerint penitentiam: an autem dānati cognoscent peccata sanctorum, dicunt multi Theologi quod non. S. Tho. dicit, quod cognoscent dānati peccata sanctorum, vt appareat iustum iudicium, quia possent mali exil-

timare quod alij non fuerunt iusti. Et ad hoc quod intelligant quod egerunt penitentiam, & quod si ipsi fecissent penitentiam fuissent salui, & recedent cum maiore confusione. Alia vide in S. Tho. &c.

Quæstio. 79.

De tempore & modo resurrectionis.

DEINDE considerandum est, de tempore & modo resurrectionis.

CIRCA quod queruntur quatuor.

PRIMO, vtrum tempus resurrectionis differatur vsq; ad finem mundi?

SECUNDO, vtrum tempus illud sit occultū?

TERTIO, vtrum resurrectio fiat in nocte tempore?

QUARTO, vtrum fiet subito?

Articul. primus

Vtrum tempus nostræ resurrectionis differri debeat vsque ad finem mundi?

Tho. 4. dist. 43. q. vnica. art. 3. q. 1. & sequen.

AD PRIMVM sic proceditur: Videtur quod tempus resurrectionis non oporteat differri vsq; ad finem mundi, vt omnes simul resurgant: maior est enim conuenientia capitis ad membra, quam membrorum ad inuicem, sicut cause ad effectus, quam effectuum ad inuicem: sed CHRISTVS qui est caput nostrum, non distulit resurrectionem suā, vsq; ad finem mundi, vt simul cum omnibus resurgeret: ergo non oportet quod priorum sanctorum resurrectio differatur vsq; ad finem mundi differatur, vt simul cum omnibus resurgant.

PRAETEREA, resurrectio capitis est causa resurrectionis membrorum: sed resurrectio quorundam membrorum nobilium, propter vicinitatem

nitatem ad caput, non est dilata usque ad finem mundi, sed statim resurrectionem Christi sequitur, sicut patet creditur de beata Virgine, & Ioanne Evangelista: ergo et aliorum resurrectione, tanto propinquior erit resurrectioni Christi, quanto per gratiam & meritum magis ei fuerunt conformes.

PRAETEREA, status no. test. est perfectior & expressius portat imaginem Christi, quam status vet. test. Sed quidam patres vet. test. Christo resurgente resurrexerunt: sicut dicitur Matt. 27. Quia multa corpora sanctorum qui dormierant resurrexerunt: ergo videtur, quod nec sanctorum no. test. resurrectio differri debeat usque ad finem mundi, ut fiat omnium simul.

PRAETEREA, post finem mundi non erit aliquis annorum numerus: sed post resurrectionem mortuorum, adhuc computantur multi anni, usque ad resurrectionem aliorum, ut patet Apoc. 20. Dicitur. n. ibi: Vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter Verbum Dei. Et infra: Vixerunt & regnaverunt cum Christo mille annis, & ceteri mortuorum non vixerunt, donec consumarentur mille anni: ergo resurrectio omnium non differtur usque ad finem mundi, ut sit simul.

SED contra est, quod Iob. 9. dicitur: Homo cum dormierit non resurget, donec atteratur caelum, nec euigilabit ut consurgat a somno suo: & loquitur de somno mortis: ergo usque ad finem mundi, quando caelum atteretur resurrectio hominum differetur.

PRAETEREA, Heb. 11. dicitur: Homines Dei testimonio fidei probati non acceperunt re-promissionem. i. plenam animae & corporis beatitudinem. Deo aliquid aliud pro nobis providente, ne sine nobis consumarentur. i. perficerentur. Glos. ut in communi gaudio omnium, maius fieret gaudium singulorum: sed non erit ante resurrectio quam corporum glorificatio: quia reformabit corpus humilitatis nostrae, conformatum corpori claritatis suae. Philip. 3. & resurrectionis filierunt, sicut angeli in caelo: ut patet Matt. 22. ergo resurrectio differetur usque ad finem mundi, in quo omnes simul resurgent.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Aug.

dicit in. 3. de Trin. Divina providentia statuit, ut corpora grossiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine regantur: & ideo tota materia corporum inferiorum subiacet variationi, secundum modum caelestium corporum: unde esset contra ordinem, quem divina providentia statuit in rebus, si materia inferiorum corporum ad statum corruptionis produceretur, manente motu superiorum corporum. Quia secundum positionem fidei, erit in vitam immortalem conformiter Christo, quia resurgens a mortuis iam non moritur: ut dicitur Rom. 6. Et ideo humanorum corporum resurrectio, usque ad finem mundi differetur, in quo motus caeli quiescet. Et propter hoc etiam quidam Philosophi, qui posuerunt motum calidum nunquam cessare, posuerunt reditum humanarum animarum ad corpora mortalia, qualia nunc habemus: siue ponerent reditum animae ad idem corpus in fine magni anni, ut Empedocles, siue ad aliud, ut Pythagoras posuit, quamlibet animam quodlibet corpus in quocumque die, ut dicitur in. 1. de anima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamvis caput magis conveniat cum membris convenientia proportionis, quae exigitur ad hoc, quod in membra influat, quam membra ad in vitam, tamen caput habet causalitatem quandam super membra, quae membra carent. & in hoc membra differunt a capite, & conveniunt ad invicem. Unde resurrectio Christi est exemplar nostrae resurrectionis, ex cuius fide spes nobis de nostra resurrectione consurgit: non autem resurrectio alicuius membri Christi, est causa ceterorum membrorum: & ideo Christi resurrectio debuit precedere resurrectionem aliorum, qui omnes simul resurgere debuerunt in consumatione saeculorum.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamvis inter membra sint quadam alijs digniora, & magis capiti conformia: non tamen pertinent ad rationem capitis, ut sint causa aliorum: & ideo ex conformitate ad Christum non debetur eis, quod eorum resurrectio precedat resurrectionem aliorum, quasi exemplar exemplatum, sicut dictum est de resurrectione Christi: sed quod aliquibus sit hoc concessum, quod

eorum

eorum resurrectio non sit usque ad communem resurrectionem dilata, est ex specialis gratiae privilegio, non ex debito conformitatis ad Christum. **AD TERTIVM** dicendum, quod de illa resurrectione sanctorum cum Christo, videtur dubitare Hieron. in sermone de assumptione: Vtrum si per actio resurrectionis testimonio iterum mortui sint, ut sic eorum fuerit magis resurrectio quadam, sicut Lazari, quam vera resurrectio, qualis erit in fine mundi: an ad immortalem vitam vere resurrexerint, ut semper in corpore victuri in caelum cum Christo ascendentes corporaliter: ut glos. dicit Matt. 27. & hoc videtur probabilius, quia ad hoc quod verum testimonium de vera resurrectione Christi proferrent, congruum fuit ut vere resurgerent, sicut Hieron. alibi dicit. Nec eorum resurrectio propter ipsos accelerata est, sed propter resurrectionem Christi testificanda: quod quidem testimonium erat ad fundandam fidem no. test. Unde decentius factum est per patres vet. test. quam per eos qui iam no. test. fundato decesserunt. Tamen sciendum est, quod & si de resurrectione eorum in evangelio mentio fiat ante resurrectionem Christi: tamen ut per testimonium patet, intelligendum est per anticipationem esse dictum, quod frequenter historiographis accidit. Nulli. n. vera resurrectione ante Christum resurrexerunt, eo quod ipse est primitia dormientium: ut dicitur. 1. Cor. 15. Quia si fuerint aliqui resuscitati ante Christi resurrectionem, ut de Lazaro patet.

AD QVARTVM dicendum, quod occasione illorum verborum, ut Aug. narrat. 12. de Civit. Dei: quidam haeretici posuerunt primam resurrectionem futuram esse mortuorum, ut cum Christo mille annis in terra regnent: unde vocati sunt Chiliae, quasi millenarii: & ideo Aug. ibidem dicit, verba illa aliter intelligenda esse, de resurrectione spirituali, per quam homines a peccatis dono gratiae resurgunt. Secunda autem resurrectio corporum est. Regnum autem Christi dicitur ecclesia, in qua cum Christo non solum martyres, sed etiam alii electi regnant, ut a parte totum intelligatur: vel regnant cum Christo in gloria, quantum ad omnes: & fit specialiter mentio de martyri-

bus, quia ipsi precipue regnant mortui, qui usque ad mortem pro veritate certaverunt: millenarius autem annorum non significat aliquem certum numerum, sed designat totum tempus quod nunc agitur, in quo nunc sancti cum Christo regnant, quia numerus millenarius designat univertatem magis quam centenarius, eo quod centenarius est quadratum denarii, sed millenarius est numerus solidus, ex duplici ductu denarii in se ipsum surgens, quia decies decem centum sunt, & centum decies mille sunt: & similiter in Psal. dicitur: Verbi quod mandavit in mille generationes. i. in omnes.

Artic. secundus.

Vtrum tempus resurrectionis nostrae sit occultum?

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod tempus illud non sit occultum, quia cuius principium est determinatum & scitum, & finis potest determinate sciri, eo quod omnia mensurantur quadam periodo, ut dicitur in. 2. de Generat. sed principium mundi determinate scitur: ergo & finis ipsius potest determinate sciri: tunc autem erit tempus resurrectionis & iudicii: ergo tempus illud non est occultum.

PRAETEREA, Apoc. 12. dicitur, quod multi er per quae ecclesia significatur habet locum paratum a Deo in quo pascatur diebus mille ducentis 60. Dan. etiam 12. ponitur quidam determinatus numerus dierum, per quos anni significari videntur secundum illud Ezech. 4. diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi: ergo ex sacra scriptura potest sciri finis mundi, & resurrectionis tempus.

PRAETEREA, status no. test. praefiguratus fuit in vet. test. sed scimus determinate tempus, in quo vetus testamentum statum habuit: ergo etiam potest sciri tempus determinate in quo no. test. statum habebit, sed novum test. habebit statum in fine mundi: unde dicitur Matt. 13. Ecce ego vobiscum sum, usque ad consumationem

tionem

Secunda. 4. quest. 79. art. 2.

tionem seculi: ergo potest sciri determinate finis mundi, & resurrectionis tempus.

SED contra illud quod est ignoratum ab angelis, etiam hominibus multo magis erit occultum, quia ea ad quae homines naturali ratione pertingere possunt, multo limpidius & certius angeli naturali cognitione cognoscunt. Similiter etiam reuelationes hominibus non fiunt, nisi mediantibus angelis, ut patet per Diony. 4. cap. ecclesiasticae Hierar. sed angelinescit tempus determinate, ut patet Matt. 24. de die illa & hora nemo scit, nec angeli caelorum: ergo illud est hominibus occultum.

PRÆTEREA, Apostoli fuerunt magis consci se cretorum Dei, quā alij sequentes, quia ut dicitur Rom. 8. ipsi primitias spiritus habuerunt, glos. tempore prius et cæteris abundantius: sed de hoc ipso querentibus dictum est actu. 1. non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae posuit pater in potestate sua: ergo multo magis est alijs occultum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. 80. trium quest. quod etiam ultima humani generis, quae incipit ab aduentu domini vsq; ad finem seculi, quibus generationibus computetur incertum est: sicut etiam finis eius quae est ultima aetas hominum, non determinatum habet tempus secundum mensuram aliarum, cum quandoq; sola tantum teneat temporis, quantum oēs aliae aetates. Huius autem ratio est, quia determinatus numerus futuri temporis sciri non potest, nisi vel per reuelationem, vel per naturalem rationem: tempus autem quod erit vsq; ad resurrectionem, numerari non potest naturali ratione: quia simul erit resurrectio et finis motus caeli, ut dictum est. Ex motu autem accipitur numerus omnium, quae determinato tempore per naturalem rationem futura praevidentur: ex motu autem caeli non potest cognosci finis eius: quia cum sit circularis ex hoc ipso habet, quod secundum naturam suam possit in perpetuum durare. Unde naturali ratione tempus quod erit vsq; ad resurrectionem, numerari non potest. Similiter, per reuelationem haberi non potest: ideo ut omnes sint solliciti & parati ad Christum occurrendum, & propter hoc etiam Apostolis de hoc querentibus respondit actu. 1. Non est ve-

strum nosse tempora vel momenta quae pater posuit in potestate sua: in quo ut Aug. dicit. 18. de Ciuit. Dei: omnium de hac recalcitrantium digitus resolui & quiesce ereubet. Quod, n. Apostolis querentibus noluit indicare, nec alijs reuelabit. Unde omnes illi qui tempus praedictum numerare voluerunt, haecenus falso loqui sunt inuenti. Quidam, n. ut Aug. dicit ibidem, dixerunt ab ascensione domini vsq; ad ultimum eius aduentum, quadringentos annos posse compleri, alij quingentos, alij mille, quorum falsitas patet & patebit: similiter et eorum qui adhuc computare non cessant.

AD PRIMVM Merito dicendum, quod de eorum quorum finis cognoscitur principio notum, oportet mensuram esse nobis cognitam. & ideo congruo principio alicuius rei, cuius duratio mensuratur motu caeli, possumus cognoscere eius finem: eo quod motus caeli est nobis notus. Sed mensura durationis motus caeli, est sola diuina dispositio quae est nobis occulta. & ideo quantumcumq; sciamus principia, finem scire non possumus.

AD SECVNDVM dicendum, quod mille ducentos. 60. dies, de quibus fit mentio in Apoc. 12. significatur omne tempus in quo ecclesia durat, & non determinatus aliquis numerus annorum: & hoc ideo, quia praedicatio Christi super quam fundatur ecclesia, durauit. 3. annis cum dimidio, quod tempus ferè continet aequalem numerum dierum numero praedicto. Et similiter etiam numerus eorum qui in Dan. ponuntur, non est referendus ad numerum aliquem annorum, qui sum vsq; ad finem mundi, vel vsq; ad praedicationem antechristi, sed debet referri ad tempus quod praedicabitur, & quo persecutio eius durabit.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis status non test. in generali sit praefiguratus per statum vet. test. non tamen oportet quod singula respondeant singulis. praecipue cum in Christo omnes figurae vet. test. fuerunt completae. Et ideo Aug. 18. de Ciuit. Dei respondit qui volebant accipere numerum persecutionis, quas ecclesia passa est, secundum numerum flagarum Aegypti, dicens: ego per illas res gestas in Aegypto, istas persecutiones propheticè si-

gnificatas

Secunda. 4. quest. 79. art. 3. fo. 592

gnificatas esse non arbitror, quamuis ab eis qui hoc putant exquiritur & ingeniose, illa singula ijs singulis comparata videantur, non propheticò spiritu, sed coniectura metis humanae, quae aliquando ad aliquod verum peruenit, aliquando fallitur: & similiter videtur esse de dictis Abbatis Ioachim, qui per tales coniecturas de futuris aliqua vera praedixit, & in aliquibus deceptus fuit.

Articul. tertius.

Vtrum resurrectio futura sit in noctis tempore?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod resurrectio non erit in noctis tempore. Quia resurrectio non erit, donec atteratur caelum: ut dicitur. Ioan. 14. Sed cessante motu caeli, quod dicitur eius attritio, non erit tempus, nec nox, nec dies: ergo resurrectio non erit in nocte.

PRÆTEREA, finis vniuscuiusque rei debet esse perfectissimus: sed tunc erit finis perfectissimus temporis: unde in Apoc. dicitur, quod tempus amplius non erit: ergo tunc debet esse tempus in sua optima dispositione: & ita debet esse dies.

PRÆTEREA, qualitas temporis debet respondere his quae geruntur in tempore: unde Ioan. 3. fit mentio de nocte, quando Iudas exiit a consortio lucis: sed tunc erit perfecta manifestatio omnium, quae nunc latent, quia cum venerit Dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: ut dicitur. 1. Cor. 4. ergo debet esse in die.

SED contra, resurrectio Christi est exemplar nostra resurrectionis: sed resurrectio Christi fuit in nocte, ut Greg. dicit in homel. Paschali: ergo & nostra resurrectio erit tempore nocturno.

PRÆTEREA, aduentus domini comparatur aduentui furis in domum, ut patet Luc. 12. sed fur in tempore noctis in domum venit: ergo & dominus tempore nocturno veniet: sed

veniente ipso fiet resurrectio, ut dictum est: ergo fiet resurrectio in tempore nocturno.

RESPONDEO dicendum, quod determinata hora temporis quae fiet resurrectio, sciri pro certo non potest, ut in litera dicitur: tamen satis probabiliter à quibusdam dicitur, quod resurrectio erit in crepusculo sole existente in oriente, & luna in occidente: quia in tali dispositione sol & luna creduntur esse creati, ut sic eorum circulatio compleatur penitus per reditum ad idem punctum: unde de Christo dicitur, quod tali hora resurrexit.

AD PRIMVM Merito dicendum, quod quando resurrectio erit, non erit tempus: sed terminus temporis, quia in eodem instanti, in quo cessabit motus caeli, erit resurrectio in ortu, & erit situs siderum secundum dispositionem, qua se habet nunc in aliqua determinata hora: & secundum hoc dicitur resurrectio futura in tali vel tali hora.

AD SECVNDVM dicendum, quod optima dispositio temporis dicitur esse in meridie, propter illuminationem solis: sed tunc ciuitas Dei non egebit nec sole nec luna: quia claritas Dei illuminabit eam, ut dicitur Apoc. 21. & ideo quantum ad hoc non refert vtrum in die vel in nocte resurrectio fiat.

AD TERTIVM dicendum, quod tempori illi congruit manifestatio, quantum ad ea quae tunc geruntur, & occultatio quantum ad determinationem ipsius temporis: & ideo vtrumque congruè fieri potest, ut scilicet sit resurrectio in die vel in nocte.

Articu. quartus

Vtrum resurrectio futura sit subito vel successiue?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod resurrectio non fiet subito, sed successiue. Quia Ezech. 27. praenuntiatur, ubi dicitur. Accesserunt ossa ad ossa & vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt, & extensa est in eis cutis desuper, & spiritum

ritum non habebant: ergo reparatio corporum
præcedet tempore coniunctionem animarum,
& sic resurrectio non erit subita.

PRAETEREA, illud ad quod exiguntur plu-
res actiones se consequentes, non potest subito
fieri, sed ad resurrectionem exiguntur plures
actiones se consequentes. scilicet collectio cinerum,
reformatio corporis, & infusio anime: ergo re-
surrectio non fiet subito.

PRAETEREA, omnis sonus tempore mensu-
ratur: sed sonus subæ erit causa resurrectionis,
ut dictum est: ergo resurrectio fiet in tempore
& non subito.

PRAETEREA, nullus localis motus potest
esse subito, ut dicitur in lib. de sensu & sensato:
sed ad resurrectionem exigitur aliquis motus
localis in collectione cinerum: ergo non fiet su-
bito.

SED contra est quod dicitur I. Cor. 15. Omnes
quidem resurgemus in momento & in ictu oculi:
ergo resurrectio erit subito.

PRAETEREA, virtus infinita subito opera-
tur: sed sicut Dam. dicit. Crede resurrectionem
futuram diuina virtute, de qua constat quod
sit infinita: ergo resurrectio fiet subito.

RESPONDEO dicendum, quod in resurrecti-
one aliqua fiet ministerio angelorum, & ali-
qua virtute diuina immediate, ut dictum est.
Illud ergo quod fiet ministerio angelorum non
erit in instanti, si instans dicat indivisibile te-
poris: erit tamen instans, si instans accipiatur
pro tempore imperceptibili. Illud autem quod
fiet virtute diuina immediate, fiet subito. scilicet
in termino temporis, quo angelorum opus com-
pletur, quia virtus superior inferiore ad per-
fectionem adducit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Eze.
loquebatur populo rudi: unde sicut & Moyses
distinxit opera sex dierum per dies, ut rudis po-
pulus capere posset, quamuis omnia simul sint
facta, secundum Aug. ita Ezech. diuersa, quæ
in resurrectione futura sunt, expressit, quia
omnia simul sint futura in instanti.

AD SECVNDVM dicendum, quod quæ-
uis illæ operationes sint se inuicem consequen-
tes natura, tamen simul tempore sunt, vel quia
sunt simul in eodem instanti, vel una est in-

stanti, ad quod alia terminatur.

AD TERTIVM dicendum, quod idem vide-
tur esse dicendum de sono illo, & de formis sa-
cramentorum. scilicet quod in ultimo instanti sonus
effectum suum habebit.

AD QVARTVM dicendum, quod congre-
gatio cinerum, quæ sine motu locali esse non
potest, fiet ministerio angelorum: & idem erit
in tempore. scilicet imperceptibili, propter facultatē
operandi, quæ competit angelis.

Questio. 80.

Determino resurrectionis.

DEINDE considerandum est de termi-
no à quo resurrectionis.

CIRCA quod queruntur tria.

PRIMO, utrum mors sit terminus à quo resur-
rectionis in omnibus?

SECUNDO, utrum cineres vel pulueres?

TERTIO, utrum illi pulueres habeant natu-
ralem inclinationem ad animam?

Articul. primus.

Utū mors erit terminus à quo
resurrectionis in omnibus?

Tho. 4. dist. 43. q. vnica, art. 4. q. 1.
& sequen.



AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur quod mors non erit ter-
minus à quo resurrectionis in
omnibus. Quia quidam non
morientur, sed immortalitate superuentur.
Dicitur. n. in simbolo, quod ipse venturus est
iudicare viuos & mortuos: hoc autem non po-
test intelligi, quantum ad tempus iudicij, quia
tunc erunt omnes viui: ergo oportet quod refe-
ratur hac distinctio ad tempus præcedens, &
ita non omnes ante iudicium morientur.

PRAETEREA, naturale & commune desi-
derium non potest esse vaneum & inane, quin
in aliquibus expleatur, sed secundum Apосто-
lum

lum 2. Cor. 4. hoc est commune desiderium quod
nolumus spoliari, sed superuenturi: ergo aliqui
erunt qui nunquam spoliabuntur corpore per
mortem: sed superuentur gloria resurrecti-
onis.

PRAETEREA, Aug. in Ench. dicit, quod
quatuor vltimæ petitiones dominicæ orationis
ad presentem vitam pertinent, quarum vna
est, Dimitte nobis debita nostra: ergo ecclesia pe-
tit in hac vita sibi omnia debita relaxari: sed
ecclesiæ oratio non potest esse cassa, quin exau-
diatur, Ioh. 16. Quidquid petieritis patrem in
nomine meo dabit vobis: ergo ecclesia in aliquo
huius vitæ tempore omnium debitorum remis-
sionem consequetur. Sed vnum de debitis quo
pro peccato primi parentis astringimur, est
quod nascimur in originali peccato: ergo ali-
quando hoc ecclesiæ Deus præstabit, quod ho-
mines sine originali peccato nascuntur: sed mors
est pœna originalis peccati: ergo aliqui homi-
nes erunt in fine mundi qui non morientur, &
sic idem quod prius.

PRAETEREA, via compendiosior est sem-
per sapienti magis eligenda: sed compendiosior
via est, quod homines qui inueniuntur viui im-
passibilitatem resurrectionis transferantur,
quam prius moriantur, & postea resurgant à
morte in immortalitatem: ergo Deus qui est
summè sapiens hanc viam eligit in his qui viui
inueniuntur, & sic idem quod prius.

SED contra 1. Cor. 15. Quod seminas non vi-
uificatur, nisi prius moriatur: & loquitur sub
similitudine seminis de resurrectione corporum:
ergo corpora à morte resurgent.

PRAETEREA, 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viu-
ficabuntur: ergo in Adam omnes morientur,
& sic resurrectio omnium erit à morte.

RESPONDEO dicendum, quod super hac
quest. varie loquuntur sancti, ut infra pate-
bit: tamen securior est hæc, & communior opi-
nio, quod omnes morientur, & à morte resur-
gent: hoc propter tria. Primum, quia magis
concordant diuina iustitie, quæ humanam na-
turam pro peccato primi parentis damnabit,
ut omnes qui per actum nature ab eo originem
ducerent, infectionem originalis peccati con-

traherent, & per consequens mortis debitores
essent. Secundo, quia magis concordat diuina
scriptura, quæ omnium futuram resurrectio-
nem prædicat. Resurrectio autem proprie non
est, nisi eius quod cecidit & dissolutum est, ut
Dam. dicit, 3. quia magis concordat ordini na-
ture in quo inuenimus, quod id quod corruptum
& viciatum est, in suam nouitatem non redit,
nisi corruptione mediante: sicut acetum
non fit vinum nisi aceto corrupto, & in humo-
rem vitis transeunte: unde cum natura huma-
na in defectum moriendi deuenit, non erit
reditus ad immortalitatem nisi mediante mor-
te. Conuenit etiam ordini nature propter ali-
am rationem: quia ut in 8. Phy. dicitur: Vita
quædam nature existentibus est motus
cæli, sicutiam motus cordis totius corporis vita
quædam est. Unde sicut cessante motu cordis
omnia membra mortificantur, ita cessante
motu cæli, non potest aliquid viuum remane-
re illa vita, quæ ex influentia illius motus con-
seruabatur: talis autem vita est qua nunc degi-
mus. Unde oportet quod ex hac vita discedant,
qui post motum cæli quiescetem victuri sunt:
AD PRIMVM ergo dicendum, quod distin-
ctio illa mortuorum & viuorum, non est refe-
renda ad ipsum iudicij tempus, neq; ad totum
tempus præteritorum, quia omnes iudicandi ali-
quo tempore fuerunt viui, & aliquo tempore
mortui: sed ad aliud tempus determinatum quod
immediate iudicium præcedet, quando, scilicet iudi-
cij signa incipient apparere.

AD SECVNDVM dicendum, quod perfe-
ctum desiderium sanctorum non potest esse
vanum, sed nihil prohibet desiderium condi-
tionatum eorum vanum esse, & tale deside-
rium est quo volumus spoliari: sed superuenturi
si possibile sit, & hoc desiderium à quibusdam
vellitatis dicitur.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc est errone-
um dicere, quod aliquis sine peccato originali
concipiatur præter Christum: quia illi qui sine
peccato originali concipiuntur, non indigent
redemptionem quæ facta est per Christum, &
sic CHRISTVS non esset redemptor omnium: nec
potest dici quod hac redemptione non indigerunt,
quia præstitum fuit eis, ut sine peccato concipi-
perentur:

perentur: quia illa gratia facta est parentibus, ut in eis vitium naturae sanaretur, quo manente sine originali, generare non possent: vel ipsi naturae quo sanatio est. Oportet autem ponere quod quilibet personaliter redemptione Christi indigeat, non solum ratione naturae. Liberari autem a malo, vel a debito absolui non potest, nisi qui debitum incurrit vel in malum deiectus fuit: & idcirco non possent omnes fructus dominicae orationis in se ipsis percipere, nisi omnes debitores nascerentur, & malo subiecti. Unde dimissio debitorum vel liberatio a malo non potest intelligi quod aliquis sine debito vel immunis a malo nascatur, sed quia cum debito natus postea per gratiam Christi liberatur. Nec etiam sequitur, si potest sine errore poni quod aliqui non moriantur, quamuis non sine originali nascantur, licet mors sit peccati originalis: quia Deus potest ex misericordia relaxare alicui poenam ad quam obligatur ex culpa praeterita, sicut adulteram sine poena dimisit, Ioan. 8. Et similiter poterit a morte liberare, qui reatum mortis contraxerunt cum originali nascendo: & sic non sequitur, si non morientur: ergo nascuntur sine originali peccato.

AD QVARTVM dicendum, quod non semper via compendiosior est magis eligenda, sed solum quando est magis vel aequaliter ad omnia ad finem consequendum, & sic non est hoc, ut ex dictis patet.

Artic. secundus.

Utrum resurrectio omnium erit a cineribus?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod non omnium resurrectio erit a cineribus. Resurrectio enim Christi est exemplar nostrae resurrectionis: sed resurrectio eius non fuit a cineribus, quia caro eius non vidit corruptionem, ut dicitur in psal. & Actu. 2. ergo resurrectio omnium non erit ex cineribus. PRAETEREA, corpus hominis non combu-

ritur: sed in cineres non potest aliquid resolui, nisi per combustionem: ergo non omnes a cineribus resurgent.

PRAETEREA, corpus hominis mortui, non statim in cinerem redigitur: sed quidam statim post mortem resurgunt, ut in littera dicitur. s. illi qui vini inveniuntur: ergo non omnes resurgent a cineribus.

PRAETEREA, termino a quo respondet terminus ad quem: sed terminus ad quem resurrectionis, non est idem in bonis & malis. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: ergo non est idem terminus a quo, & sic mali resurgent a cineribus, boni autem a cineribus non resurgent.

SED contra est quod dicit Haymo. omnes in originali peccato natos tenet haec sententia, terra es & in terram ibis: sed omnes qui in communi resurrectione resurgunt, fuerunt nati in peccato originali, vel naturitate ex utero, vel naturitate in utero: ergo omnes a cineribus resurgent.

PRAETEREA, multa sunt in corpore humano quae non sunt de veritate humanae naturae: sed omnia illa auferentur: ergo oportet omnia corpora in cinerem resolui.

RESPONDEO dicendum, quod eisdem rationibus quibus ostensum est, omnes a morte resurgere, est etiam ostendendum, quod omnes resurgent a cineribus in communi resurrectione, nisi aliquibus ex speciali privilegio gratiae sit indultum contrarium, sicut & resurrectionis acceleratio. Scriptura autem sacra, sicut & resurrectionem praenunciat, ita & corporum reformationem Philip. 3. & ideo oportet quod sicut omnes moriuntur ad hoc, quod vere homines resurgere possint, ita omnium corpora dissolventur ad hoc, quod omnium corpora reformari possint: sicut etiam in poenam hominis mors a divina iustitia est infligita, ita & corporis resolutio, ut patet Gen. 3. Terra es & in terram ibis. Similiter etiam ordonatura exigit, ut non solum anima & corporis coniunctio solvatur, sed etiam elementorum commixtio: sicut etiam acetum non potest in vini qualitate reduci, nisi prius facta resolutione in materiam praecipuam. Ipsi autem elementorum

commixtio ex motu caeli causatur & conservatur, quo cessante, omnia mixta in pura elementa resolventur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod resurrectio Christi est exemplar nostrae resurrectionis quo ad terminum ad quem, non autem quo ad terminum a quo.

AD SECVNDVM dicendum, quod cineres intelliguntur omnes reliquiae, quae remanent humano corpore resoluto, duplici ratione. Primo, quia communis mos erat apud antiquos corpora mortuorum comburere, & cineres reservare. Unde inolevit modus loquendi, ut ea in quae corpus humanum resoluitur cineres dicantur. Secundo, propter causam resolutionis, quae est incendium somitis, quo corpus humanum radicitus est infectum: unde ad purificationem huiusmodi infectionis, oportet usque ad primam componentiam corpus humanum resolui: quod autem propter incendium resoluitur, dicitur in cineres resolui: & ideo ea in quae corpus humanum resoluitur, cineres dicuntur.

AD TERTIVM dicendum, quod ille ignis qui faciem mundi purgabit, poterit statim corpora eorum qui vini inveniuntur, usque ad cineres resolvere, sicut & alia mixta resoluta in materiam praecipuam.

AD QVARTVM dicendum, quod motus non accipit speciem a termino a quo, sed a termino ad quem: & ideo resurrectio sanctorum quae erit gloriosa, oportet quod differat a resurrectione impiorum, quae non erit gloriosa per terminum ad quem, non autem penes terminum a quo. Conuenit enim frequenter non esse eundem terminum ad quem existente eodem termino a quo, sicut de nigredine potest aliquid moveri in albedinem & in pallorem.

Articul. tertius.

Utrum pulueres illi ex quibus humanum corpus reparabitur, aliquam habeat inclinationem naturalem ad animam quae eis coniungetur?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod pulueres illi, ex quibus corpus humanum reparabitur, aliquam habeant inclinationem naturalem ad

animam quae eis coniungetur. Si enim nullam inclinationem habent ad animam, eodem modo se habent ad illam animam sicut alij pulueres: ergo non esset differentia, utrum ex illis vel ex alijs pulueribus reficeretur corpus animae coniungendum, quod falsum est.

PRAETEREA, maior est dependentia corporis ad animam, quam animae ad corpus: sed anima separata a corpore, adhuc habet aliquam dependentiam ad corpus. Unde retardatur eius motus in Deum, propter appetitum corporis, ut dicit Hiero. ergo multo fortius corpus separatum ab anima, adhuc habet naturalem inclinationem ad animam.

PRAETEREA, Iob. 10. dicitur: Offa eius implebantur vitijs adolescentiae suae, & cum eum pulvere dormient: sed vitia non sunt nisi in anima: ergo adhuc in illis pulueribus remanebit aliqua naturalis inclinatio ad animam.

SED contra, corpus humanum potest resolui ad ipsa elementa, vel in carnes aliorum animalium conuerti: sed elementa sunt homogenea, & similiter caro leonis vel aliterius animalis: cum ergo in alijs partibus elementorum vel animalium, non sit aliqua inclinatio naturalis ad illam animam, nec in illis partibus in quas conuersum est corpus humanum, erit aliqua inclinatio ad animam. Primo per auctoritatem August. patet in Enchi. Corpus humanum in quamcumque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunque hominum seu animalium cibum cedit, carnemque vertatur, illi anima humana in puncto temporis cedit, quo ut illud prius fieret & viveret & cresceret, anima uir.

PRAETEREA, cuiuslibet inclinationi respondet aliquod agens naturale, aliis natura deficeret in necessarijs: sed nullo agente naturali, possunt praedicti pulueres eidem animae iterum coniungi: ergo in eis non est aliqua naturalis inclinatio ad praedictam coniunctionem.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est triplex opinio. Quidam dicunt, quod corpus humanum nunquam resoluitur vsque ad elementa, & ita in cineribus manet aliqua vis addita elementis, quae facit naturalem inclinationem ad eandem animam. Sed haec positio contrariatur auctoritati Augustini, inductae, & sensui & rationi: quia omnia composita ex contrariis possibile est in ea resolui ex quibus componuntur. Et ideo alij dicunt, quod illae partes elementorum, in quas humanum corpus resoluitur, retinent plus de luce, ex hoc quod fuerunt anima humanae coniunctae, & ex hoc habent quandam inclinationem ad animas. Sed hoc iterum friuolum est: quia partes elementorum sunt eiusdem naturae, & equaliter habent participationem lucis & obscuritatis. Et ideo, aliter dicendum est, quod in cineribus illis, nulla est inclinatio naturalis ad resurrectionem, sed solum ex ordine diuinae providentiae, quo statuit illos cineres iterum anima coniungi, & ex hoc provenit, quod illae partes elementorum iterato coniunguntur, & non aliae, VNDE patet solutio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, quod anima separata à corpore manet in eadem natura quam habebat cum corpore esset vnita, quod de corpore non contingit: & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod verbum illud Iob, non est intelligendum quod vicia actuum maneat in pulueribus mortuorum, sed secundum ordinem diuinae iustitiae, quos sum deputati cineres illi ad corporis reparationem, & quod pro peccatis commissis cruciabuntur in aeternum.

Quaestio. 81.

De conditionibus resurrectionis.

CONSEQUENTER agendum est de conditionibus resurgentium.

VBI prima consideratio erit, de his quae communiter ad bonos & malos pertinent.

SECUNDA de his quae tantum ad bonos pertinent.

TERTIA, de his quae spectant tantum ad malos.

AD bonos autem & malos communiter tria pertinent, scilicet ipsorum idempritas, integritas, & qualitas.

ET primo videndum est de resurgentium idempritate.

SECUNDO, de corporum integritate.

TERTIO, de ipsorum qualitate.

CIRCA primum quaeruntur tria.

PRIMO, utrum idem numero corpus resurget?

SECUNDO, utrum idem numero homo?

TERTIO, utrum oporteat eosdem pulveres ad easdem partes, in quibus ante fuerant, reuerti?

Articul. primus

Utrum in resurrectione anima idem corpus numero resumat?

Tho. 4. dist. 44. q. 1. art. 1. quaest. 1. & sequent.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non idem corpus numero anima resumat in resurrectione. I. Corin. 15. Non corpus quod futurum est seminatur, sed nudum granum: sed Apostolus ibi comparat mortem seminationi, & resurrectionem pullulationi: ergo non idem corpus quod per mortem deponitur, in resurrectione resumitur.

PRAETEREA, cuilibet formae aptatur materia secundum suam conditionem, & similiter cuilibet agenti instrumentum: sed corpus comparatur ad animam, sicut materia ad formam, & sicut instrumentum ad agentem: cum ergo anima in resurrectione non sit eiusdem conditionis, sicut modo est, quia vel transfertur totaliter in caelestem vitam cui inhaesit viuens in mundo, vel deprimitur in brutalem si brutali-

si brutaliter in hoc mundo vixit: ergo videtur quod non resumet idem corpus, sed vel caeleste vel brutale.

PRAETEREA, corpus humanum vsque ad elementa post mortem resoluitur, ut dictum est supra, sed illae partes elementorum in quibus corpus humanum resolutum est, non conveniunt cum humano corpore, quod in ea resolutum est, nisi in materia prima, quomodo quaelibet aliae partes elementorum cum praedicto corpore conveniunt: si autem ex alijs partibus elementorum corpus formaretur, non diceretur idem numero: ergo nec si ex illis partibus reparatur.

PRAETEREA, illud corpus non erit numero idem, cuius partes essentiales sunt aliae numero: sed forma mixta quae est essentialis pars corporis humani, sicut forma eius, non poterit eadem numero resumari: ergo corpus non erit idem numero. Probatio media, illud enim quod cedit in non ens, non potest idem numero resumari, quod patet ex hoc quod non potest esse idem numero, cuius esse est diversum: sed esse interruptum quod est actus entis, est diversus, sicut & quilibet alius actus interruptus: sed forma mixtionis cedit penitus in non ens per mortem, cum sit forma corporalis, & similiter qualitates contrariae, ex quibus fit mixtio: ergo forma mixtionis non redit eadem numero.

SED contra est quod dicitur in Iob, In carne mea videbo Deum salvatorem meum, ubi loquitur de visione post resurrectionem, quod patet ex hoc quod praecedit, In novissimo die de terra resurrecturus sum: ergo idem numero corpus resurget.

PRAETEREA, Damascenus dicit in 4. lib. resurrectio est eius quod cecidit secunda resurrectio: sed hoc corpus quod nunc gerimus, per mortem cecidit: ergo idem numero resurget.

RESPONDEO dicendum, quod circa hanc quaestionem Philosophi erraverunt, & quidam haeretici moderni errant. Quidam enim Philosophi posuerunt animas à corpore separatas, iterato corporibus coniungi. Sed erraverunt in hoc quantum ad duo. Primo quidem quantum ad modum conjunctionis,

quia quidam ponebant, corpori iterum coniungi naturaliter animam separatam per viam generationis. Secundo, quantum ad corpus cui coniungebatur, quia ponebant quod secunda coniunctio non erat ad idem corpus quod per mortem depositum est, sed ad aliud, quandoque idem specie, quandoque autem diversum. Ad diversum quidem quando anima in corpore existens praeter resurrectionis ordinem vitam duxerat. Unde transibat post mortem de corpore hominis in corpus alterius animalis, cuius moribus viuendo se conformavit, sicut in corpore canis propter luxuriam, in corpore leonis propter rapinam & violentiam, & sic de alijs. Sed in corpore eiusdem speciei, quando anima bene in corpore viuens, post mortem aliqua felicitate perfuncta, post aliqua secula incipiebat ad corpus velle redire, & sic iterum corpori coniungebatur humano. Sed haec opinio ex duabus radicibus falsis venit. Quarum prima est, quia dicunt quod anima non coniungitur corpori essentialiter, sicut forma materiae, sed solum accidentaliter, sicut motor mobilis, aut sicut homo vestimento: & ideo ponere poterant, quod anima praexistebat antequam corpori generato infunderetur in generatione naturali, & iterum quod diversis corporibus veniret. Secunda est, quia ponebant intellectum non differre à sensu, nisi accidentaliter, ut hominidiceretur intellectum habere praeter alijs animalibus, quia in eo propter optimam corporis complexionem, vis sensitiva amplius vigeret: unde poterant ponere, quod anima hominis in corpus animalis bruti transiret: praecipue facta immutatione animae humanae ad effectus brutales. Sed illae duae praedictae radices destruntur à Philosopho in lib. de anima: quibus destructis patet falsitas praedictae positionis. Et simili modo destruntur errores quorundam haereticorum, quorum quidam in praedictas opiniones philosophorum inciderunt. Quidam autem posuerunt animas iterato coniungi corporibus caelestibus, vel etiam corporibus in modum venti subtilibus, ut Gregorius de quodam Episcopo, constantis, narrat: exponens illud Iob. In carne mea videbo Deum &c. Et propter hoc praedicti errores haereticorum destrui possunt ex

hoc quod veritati resurrectionis praeiudicant, quod sacra scriptura proficitur. Non enim resurrectio dici potest, nisi anima ad idem corpus redeat, quia resurrectio est iterata resurrectio: eiusdem autem est resurgere & cadere. Unde resurrectio magis respicit corpus, quod post mortem cadit, quam animam quae post mortem vivit, & ita si non est idem corpus quod anima resumit, non dicitur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod similitudo non currit per omnia, sed quantum ad aliquid: in seminatione enim grani, granum seminatum & natum, non est idem numero, sed nec eodem modo se habet cum primo seminatum fuerit absque folliculis, cum quibus nascitur: corpus autem resurgens erit idem numero, sed alio modo se habens, quia fuit mortale, & surget in immortalitate.

AD SECVNDVM dicendum, quod differentia inter animam resurgens, & animam in hoc mundo viventis, secundum aliquid essentialis non est, sed secundum gloriam & miseriam, quae differentiam accidentalem faciunt: unde non oportet quod aliud corpus numero resurgat, sed alio modo se habens, ut respondeat proportionaliter differentia corporum differentiae animarum.

AD TERTIVM dicendum, quod illud quod intelligitur in materia ante formam, remanet in materiam post corruptionem, quia remota posteriori, adhuc potest remanere prius. Oportet autem, ut comment. dicit in 1. Phy. & in lib. de substantia orbis, in materia generabilium & corruptibilium, ante formam substantialem intelligere dimensiones non terminatas, secundum quas attendatur diuisio materiae, ut diuersas formas in diuersis partibus recipere possit: unde & post separationem substantialis formae a materia, adhuc dimensiones illae manent eadem, & sic materia sub illis dimensionibus existens, quantumcumque formam accipiat, habet maiorem idemnitatem ad illud quod ex ea generatum est, quam aliqua pars alia materiae sub quacunque forma existens: & sic eadem materia ad corpus humanum reparandum reducitur, quae prius mate-

ria eius fuit.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut qualitas simplex non est forma substantialis elementi, sed accidens proprium eius, & dispositio per quam materia efficitur propria tali formae: ita forma mixtionis quae est qualitas resultans ex qualitatibus simplicibus ad medium venientibus, non est forma substantialis corporis mixti, sed est accidens proprium, & dispositio per quam materia fit necessaria ad formam. Corpus autem humanum praeter hanc formam mixtionis, non habet aliam formam substantialem, nisi animam rationalem: quia si haberet aliam formam substantialem priorem, illa daret ei substantiale esse, & sic per eam constitueretur in genere substantiae: unde anima iam adueniret corpori constituto in genere substantiae: & sic comparatio animae ad corpus esset sicut comparatio formarum artificialium ad suas materias, quantum ad hoc quod constituuntur in genere substantiae per suam materiam: unde coniunctio animae ad corpus esset accidentalis, quod est error antiquorum a Philosopho reprobatorum in lib. de anima. Sequeretur etiam quod corpus humanum & singulae partes eius, non aequiuoce retinerent priora nomina, quod est contra Philosophum in 2. de anima. Unde cum anima rationalis remaneat, nulla forma corporis humani cedit penitus in non ens. Formarum autem accidentalium variatio non facit diuersitatem in numero: unde idem numero resurgat, cum materia eadem numero resumatur, ut in praecedenti solutione dictum est.

Artic. secundus

Vtrum sit idem numero homo qui resurget?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod non sit idem numero homo qui resurget. Sicut. n. dicit Philosophus n. 2. de generati. Quaecunque enim habent speciem

speciem corruptibilem motam, non reiterantur eadem numero: sed talis est substantia hominis secundum praesentem statum: ergo non potest mutatione mortis reiterari idem numero.

PRÆTEREA, ubi est alia & alia humanitas, non est idem homo numero: unde Socrates & Plato sunt duo homines, & non unus homo, quia alia est humanitas utriusque: sed alia est humanitas resurgens ab ea quam nunc habet: ergo non est idem numero. Media probari potest dupliciter, Primo, quia humanitas quae est forma totius, non est forma & substantia sicut anima, sed est forma tantum: huius autem formae cedunt penitus in non ens, & sic non possunt iterari. Secundo, quia humanitas resultat ex coniunctione partium: sed non potest eadem numero coniunctio resumari quae prius fuit, quia iteratio idemnitati opponitur: iteratio enim numerum importat, idemnitatem autem unitatem, quae se non compatiuntur in resurrectione autem coniunctio iteratur: ergo non est eadem coniunctio, & sic non est eadem humanitas, nec idem homo.

PRÆTEREA, idem homo non est plura animalia: ergo si non est idem animal, non est idem homo numero: sed ubi non est idem sensus, non est idem animal: quia animal definitur per sensum primum. s. tactum, ut patet in 2. de anima. Sensus autem cum non maneat in anima separata (ut quidam dicunt) non possunt idem numero resumari: ergo in resurrectione non erit homo resurgens idem animal numero, & sic non idem homo.

PRÆTEREA, materia statuæ principalior est in statu, quam materia hominis in homine, quia artificialia tota sunt in genere substantiae ex materia, sed naturalia ex forma, ut patet per Philosophum 2. Phy. Idem dicit in 2. de anima. Sed si statuæ ex eodem reficiatur, non est eadem numero: ergo multo minus, si homo excisus pulueribus reficiatur, non erit idem homo numero.

SED contra est quod dicitur Iob. 19. Quem visurus sum ego ipse, & non alius: & loquitur de visione post resurrectionem: ergo idem homo numero resurget.

PRÆTEREA, August. dicit 8. de Trinitate quod resurgere nihil est aliud quam reuiuiscere: si autem idem homo numero rediret ad vitam qui mortuus est, non diceretur reuiuiscere: ergo non resurget, quod est contra fidem.

RESPONDEO dicendum, quod necessitas ponendi resurrectionem est ex hoc, ut finem ultimum propter quem factus est homo, consequatur, quod in hac vita fieri non potest, nec in vita animae separatae, aliā esse homo vanē constitutus, si ad finem ad quem factus est, venire non possit. Et quia oportet, quod illud idem numero ad finem perveniat, propter quem finem est factum, ne inuanum esse factum videatur, oportet quod idem homo numero resurgat: hoc quidem fit, dum eadem anima numero eidem corpori numero coniungitur: aliā enim non esset resurrectio proprie, nisi idem homo repararetur: unde ponere quod idem numero non sit quod resurgit, est haeticum, derogans veritati scripturae quae resurrectionem praedicat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus loquitur de reiteratione quae fit per motum vel mutationem naturalem. Ostendit enim differentiam circulationis, quae est in generatione & corruptione, ad circulationem quae est in motu caeli: quia caelum per motum localem redit idem numero ad principium motus, quia habet substantiam incorruptibilem motam: sed generabilia & corruptibilia per generationem redeunt ad idem specie, non ad idem numero: quia ex homine generatur semen, ex quo sanguis, & sic deinceps, usque quo pervenitur ad hominem, non eundem numero, sed specie: unde patet quod ratio inducta secundum Philosophi intentionem, non est ad propositum. Vel dicendum, quod aliquorum generabilium, & corruptibilium forma, non est per se subsistens, ut post compositi corruptionem remanere valeat: sicut est de anima rationali, quae esse quod sibi in corpore acquirit, & post corpus recinet, & in participationem illius esse corpus per resurrectionem adducitur, cum non sit aliud esse corporis, & aliud anima in homine, aliā esset coniunctio animae & corporis accidentalis: & sic interruptio

Secunda. 4. quest. 81. art. 2.

Nulla facta est in esse substantiali hominis, ut non possit idem numero redire homo, propter interruptionem esse: sicut accidit in alijs rebus corruptis, quarum esse omnino interrumpitur forma non remanente: materia autem sub alio esse remanente: sed tamen nec etiam homo per generationem naturalem reiteratur idem numero, quia corpus generati hominis non fit ex tota materia generantis: unde est corpus diversum in numero, & per consequens anima & totus homo.

AD SECVNDVM dicendum, quod de humanitate & qualibet forma totius, est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod idem secundum rem est forma totius & forma partis: dicitur tamen forma partis secundum quod perficit materiam, totius autem secundum quod ex ea tota ratio speciei consequitur: & secundum hanc opinionem humanitas, secundum rem, non est aliud quam anima rationalis, & sic cum anima rationalis eadem numero resumatur, eadem numero erit humanitas, & etiam post mortem manet, quamvis non sub ratione humanitatis, quia ex ea compositum rationem speciei non consequitur. Alia opinio est Avic. quae verior videtur: quod forma totius non est forma partis tantum, nec forma aliqua alia praeter formam partis, sed est totum resultans ex compositione formae & materiae comprehendens in se utrumque, & hic forma totius essentialis quidditas dicitur. Quia ergo in resurrectione idem numero corpus erit, & eadem numero anima rationalis, erit de necessitate eadem humanitas: ratio autem procedat ac si humanitas esset quadam alia forma superueniens formae & materiae, quod falsum est. Secunda autem ratio non potest idempritate humanitatis impedire: quia coniunctio significat actionem vel passionem, quae quamvis diversa sit, non potest idempritate humanitatis impedire, quia actio & passio ex quibus erat humanitas, non sunt de essentia humanitatis. Unde eorum diversitas non inducit diversitatem humanitatis. Constat enim quod generatio & resurrectio non sunt idem motus numero, nec tamen propter hoc idempritas resurgentis impeditur. Similiter etiam nec impeditur idempritas humanitatis;

si accipiatur coniunctio pro ipsa relatione: quia relatio illa non est de essentia humanitatis: sed concomitatur eam, eo quod humanitas non est de illis formis, quae sunt compositio & ordo, ut dicitur. 2. Phy. sicut sunt formae artificiatorum. Unde existente alia compositione numero, non est eadem numero forma domus.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa optime concludit contra illos qui ponunt animam sensibilem & rationalem, diversas in homine esse, & secundum hoc animam sensitivam in homine non esset incorruptibilis, sicut nec in alijs animalibus. Unde in resurrectione non erit eadem anima sensibilis, & per consequens nec idem animal, nec idem homo: si autem ponamus quod eadem anima secundum substantiam in homine sit rationalis & sensibilis, nullas in hoc angustias patiemur: quia animal definitur per sensum, qui est anima sensitiva, sicut per formam essentialem: per sensum autem qui est eius potentia sensitiva, cognoscitur eius definitio, sicut per formam accidentalem, quae maximam partem confert ad cognoscendum quod quid est, ut in primo de anima dicitur: post mortem ergo manet sensibilis anima, sicut & anima rationalis secundum substantiam. Sed potentia sensitiva secundum quosdam non manent: quae quidem potentiae cum sint accidentales proprietates, eorum varietates identitatem animalis totius auferre non possunt, nec etiam partium animalium, nec dicuntur potentiae perfectiones vel actus erganorum, nisi sicut principia agendi, ut calor in igne.

AD QVARTVM dicendum, quod statua dupliciter potest considerari, vel secundum quod est substantia quaedam, vel secundum quod est artificiale quoddam, & quia in genere substantiae ponitur ratione suae materiae: ideo si consideretur secundum quod est substantia quaedam, est eadem numero statua quae ex eadem materia reparatur: sed in genere artificialium ponitur, secundum quod est forma quae accidens quoddam est, & transit statua destructa, & sic non redit idem numero, nec statua eadem numero esse potest, sed forma hominis, scilicet anima manet post dissolutionem corporis: & ideo non est similis ratio.

Secunda. 4. quest. 81. art. 3. fo. 597.

Articul. tertius.

Utrum pulveres humani corporis ad eam partem corporis, quae cum eis dissoluta est, per resurrectionem redire oporteat?

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod oporteat pulveres humani corporis ad eam partem corporis, quae cum eis dissoluta est per resurrectionem redire. Quia secundum Philosophum in 2. de anima: sicut se habet tota anima ad totum corpus, ita pars animae ad partem corporis, ut visus ad pupillam, sed oportet quod post resurrectionem corpus resumatur ab eadem anima: ergo oportet quod partes etiam corporis resumantur ad eadem membra, in quibus eisdem partibus anima perficiantur.

PRAETEREA, diversitas materiae facit diversitatem in numero: sed si pulveres non redeant ad easdem partes, singulae partes non resumantur ex eadem materia, ex qua prius constabant: ergo non erunt eadem numero: sed si partes sunt diversae, & totum erit diversum: quia partes comparantur ad totum, sicut materia ad formam: ut patet in 2. Phy. ergo non erit idem numero homo: quod est contra veritatem resurrectionis.

PRAETEREA, resurrectio ad hoc ordinatur, quod homo operum suorum mercedem accipiat: sed diversi operibus meritorijs vel demeritorijs, diversae partes corporis discernunt: ergo oportet in resurrectione ut qualibet pars ad suum statum redeat, ut pro suo modo praemictur. **SED** contra artificialia magis dependent ex sua materia quam naturalia: sed in artificialibus ad hoc quod idem artificiatum ex eadem materia reparatur, non oportet quod partes reducantur ad eundem situm: ergo nec in homine oportet.

PRAETEREA, variatio accidentis non facit diversitatem in numero: sed situs partium est accidens quoddam: ergo diversitas eius in ho-

mine, non facit diversitatem in numero. **RESPONDEO** dicendum, quod in hac questione differt considerare quid fieri possit sine idempnitatis prauidicio, & quid fiet ut congruentia servetur. Quantum ergo ad primum, sciendum est, quod in homine possunt accipi diversae partes dupliciter, uno modo diversae partes totius homogenei, sicut diversae partes carnis, vel diversae partes ossis. Alio modo diversae partes diversorum specierum totius homogenei, sicut os et caro: si ergo dicatur quod pars materiae redibit ad aliam partem speciei eiusdem, hoc non faciet nisi varietatem in situ partium: situs autem partium variatus non variat in toto homogeneo, & sic si materia unius partis redeat ad aliam, nullum prauidicium generabitur identitati totius: & ita etiam est in exemplo quod ponitur in littera, quia statua non redit eadem numero secundum formam, sed secundum materiam, secundum quam est substantia quaedam: sicut autem statua est homogenea quamvis non secundum formam artificialem. Si autem dicatur quod materia unius partis redit ad aliam partem alterius speciei, sic de necessitate variatur non solum situs partium, sed etiam identitas carnis, ita tamen quod tota materia aut aliud quod erat de veritate humana natura in unam aliam transferatur: non autem si aliquid quod erat in una parte superfluum transferatur in aliam: ablatam autem idempnitatem partium auferitur identitas totius, si loquamur de partibus essentialibus, non autem de accidentalibus, sicut sunt capilli & unguis, de quibus videtur loqui August. Et sic patet qualiter translatio materiae de parte in partem tollit identitatem totius & qualiter non: sed loquendo secundum congruentiam, magis probabile est quod etiam situs partium idem servabitur in resurrectione, praecipue quantum ad partes essentielles & organicas, quamvis forte non quantum ad accidentales, sicut sunt unguis & capilli. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de partibus organicis, & non de partibus similibus. **AD SECVNDVM** dicendum, quod situs diversus partium non facit diversitatem in

numero, quia uis eam faciat diuersitas materie. AD TERTIVM dicendum, quod operatio proprie loquendo non est partis sed totius, unde premium non debetur parti, sed toti.

Questio. 82.

De integritate corporum resurgentium.

DEINDE considerandum est de integritate corporum resurgentium.

CIRCA quod queruntur quinque.

PRIMO, utrum omnia membra corporis humani, in ipso resurgant?

SECUNDO, utrum capilli & ungues?

TERTIO, utrum humores?

QUARTO, utrum totum id quod fuit in eo de veritate humane nature?

QUINTO, utrum quicquid in eo materialiter fuit.

Articul. primus

Utrum omnia membra humani corporis resurgant?

Tho. 4. d. 44. q. 1. art. 2. q. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non omnia membra corporis humani resurgant. Remoto enim sine frustra reparatur id quod est ad finem: finis autem cuiuslibet membri est eius actus: cum ergo nihil frustra fiat in operibus diuinis, & quorundam membrorum usus post resurrectionem non competat, precipue genitalium, quia tunc nec nubent neque nubentur: ergo videtur quod non omnia membra resurgent.

PRÆTEREA, intestina quedam membra sunt, sed non resurgunt: pleura enim resurgere non possunt, quia immunditias continent, nec vacua, quia nihil est vacuum in natura: ergo non omnia membra resurgent.

PRÆTEREA, ad hoc corpus resurget, ut premietur de opere quod anima per ipsum gessit: sed membrum propter furtum amputatum, ei qui postea penitentiam agit & saluatur, non potest in resurrectione remunerari, nec de bono, quia ad hoc non cooperatum est, nec de malo, quia poena membri in poenam hominis redundaret: ergo non omnia membra resurgent in homine.

SED contra, magis pertinent ad veritatem humana nature alia membra quam capilli et ungues: sed ista resistentur homini in resurrectione, ut in littera dicitur: ergo multo fortius alia membra.

PRÆTEREA, Dei perfecta sunt opera: sed resurrectio opere diuino fiet: ergo homo reparabitur perfectus in omnibus membris.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dicitur in 2. de anima. Anima se habet ad corpus non solum in habitudine forme & finis, sed etiam in habitudine cause efficientis. Est enim comparatio anime ad corpus, sicut comparatio artis ad artificiatum, ut dicitur in 3. de animalibus: quicquid autem explicite in artificiato ostenditur, hoc totum implicite, & artificialiter & originaliter in ipsa arte continetur: & similiter quicquid in parte corporis apparet, totum originaliter & quodammodo implicite in anima continetur. Sicut ergo artis opus non esset perfectum si artificiato aliquid deesset eorum que ars continet, ita nec homo posset esse perfectus nisi totum quod in anima implicite continetur, exterius in corpore explicaretur: nec etiam corpus anima ad plenam proportionaliter responderet: cum ergo oporteat in resurrectione corpus hominis esse anime totaliter correspondens: quia non resurget nisi secundum ordinem quem habet ad animam rationalem: oportet etiam hominem perfectum resurgere, ut potest quoad ultimam perfectionem consequendam reparatur, oportet etiam quod omnia membra que nunc sunt in corpore hominis in resurrectione reparentur: **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod membra possunt dupliciter considerari in comparatione ad animam, vel secundum habitudinem materie ad formam, vel secundum habitudinem

dinem instrumenti ad agentem: eadem enim est comparatio totius corporis ad totam animam, & partium ad partes, ut dicitur in 2. de anima. Si ergo membrum accipitur secundum primam comparationem finis eius non est operatio, sed magis perfectum esse speciei, quod etiam post resurrectionem requiretur. Si autem accipitur secundum secundam comparationem, sic finis eius est operatio: nec tamen sequitur quod quando deficit operatio quod frustra sit instrumentum, quia instrumentum non solum seruit ad exequendam operationem agentis, sed ad ostendam virtutem ipsius. Unde oportebit quod virtus potentiarum anime in instrumentis corporeis demonstratur, & si nunquam in actum prodeant, ut hoc commendetur Dei sapientia. **AD SECUNDM** dicendum, quod intestina resurgent in corpore, sicut & alia membra, & plena erunt non quidem turpibus superfluitatibus, sed nobilibus humiditatibus: **AD TERTIVM** dicendum, quod actus quibus meremur non sunt proprie loquendo manus vel pedis, sed totius hominis: sicut & operatio artis non attribuitur scientia, sed artifici ut principio: quamuis ergo membrum quod ante penitentiam est mutilatum, non sit cooperatum homini in statu illo quo gloriam promeretur, tamen ipse homo meretur ut totum premietur, qui ex toto quod habet Deo seruit.

HÆC dubia que S. Tho. tractat in his questionibus precedentibus, tractat Magister in 4. d. 44. ubi agit de conditione & qualitate resurgentium, cuius sententia colligitur certis propositionibus: prior est, de ætate & statura resurgentium, quod omnes resurgent in ætate & statura perfecta: probat ex Paulo ad Ephe. 4. Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, & ceteros, donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Secunda conclusio Magistri est, quod resurgent in eisdem corporibus, & cum eisdem membris: probat, quia Dominus dicit, capillus de capite vestro non peribit, Luce 21. ergo longe minus peribunt alia membra. Tertia propositio Magistri est, resurgent omnes homines sine deformitate: probat, quia CHRISTVS artifex optimus per-

fecta faciet illam resurrectionem. Quarta propositio est, qua dubitatur de damnatis, an mali etiam resurgent perfecti & sine deformitate, ut qui fuerunt cæci & claudi, an resurgent sine prædictis deformitatibus? Et beatus Augustinus dimisit illam questionem sub dubio, & Magister etiam. Quinta propositio est, corpora damnatorum manebunt integra, & non consumentur igne. Sexta propositio est, etiam demones cruciabantur igne & anime damnatae, & demones etiam cruciatur. Ultima propositio est, de abortiuis qui si fuerunt animati resurgent: si autem non fuerint animati anima rationali non resurgent, hæc Magister. Est rursus primum dubium, an corpus quod fuit informatum anima rationali habeat inclinationem ad animam informantem, vel indifferenter se habeat ad quamcunque animam. Ad quod respondet S. Tho. in 4. d. 43. art. 4. questiuicula 3. quod nulla est naturalis inclinatio in quocunque corpore ad animam quam amisit, nec ad unam formam rationalem potius quam ad aliam: probatur, quia materia de se est indifferens, quia inclinatio non est nisi per dispositiones, sed dispositiones desierunt esse: unde corpus non habet inclinationem ad formam aliquam rationalem. Secundo, quia inclinatio naturalis nihil aliud est quam potentia naturalis: unde dicere quod cælum non inclinatur ad aliquid aliud, est dicere quod non habet potentiam ad aliud: cum ergo corpus per nullam potentiam naturalem possit recipere talem formam, non inclinatur ad formam rationalem, nec ad aliam potius ad unam quam ad aliam. Sed vice versa est dubium, an hæc anima habeat inclinationem ad corpus: & arguitur a parte affirmatiua, quia dicitur Apoca. 19. Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum: an igitur hæc potentia sit naturalis? Respondetur, quod anima non habet inclinationem ad corpus proprie capièdo inclinationem, quia inclinatio est per dispositiones, sed dispositiones corruptæ sunt: ergo, &c. Sed quomodo dicunt sancti quod anime appetunt corpus? dico, quod appetunt appetitu elicitu etiam ex charitate. Sed his præmeditationis est dubium, an resurgat idem homo qui mortuus fuit? Et est difficultas circa hoc inter Theologos Scholasticos, nempe quod requiratur ad hoc quod sit idem corpus: & prius Durandus in 4. d. 44. q. 1. dicit, quod est implicatio contradictionis quod sit eadem anima, & quod non sit idem corpus. Ob id dicit, quod corpus & materia non habent idem titulum nec diuersitatem nisi per formam: unde tenendo opinionem quod in homine alia est forma corporis, & alia anima rationalis, non est verum quod dicit Durandus. Tenendo autem cum S. Tho. quod in homine solum est una forma substantialis, dicit, quod si est eadem forma est idem corpus. Secundo dicit, quod si proponatur questio hæc alio

Secunda. 4. quest. 82. art. 1.

alio modo, nempe an corpus quod aliquando fuit Petri, si postea informetur anima Pauli, erit idem Petrus, cum nihil efficiat mutatio hæc ad idéptitatem: dicit quod erit idem Paulus & non idem Petrus: & contra si corpus Pauli informetur anima Petri erit idem Petrus, quia nihil facit mutatio hæc ad idéptitatem: probat, quia materia de se non habet idéptitatem, nec diuersitatem nisi à forma: cum igitur sit eadē anima erit idem corpus, patet, quia corpus nō habet idéptitatem nec diuersitatem nisi ab anima: ergo cum sit eadem anima est idem corpus: & confirmat, quia dato opposito sequeretur quod corpus Petri in iuuentute nō esset idem quod in senectute, cum tantum differat corpus Petri iuuenis & senis, quantum corpus Petri à corpore Pauli, quia per nutrimentum Petrus adquisiuit nouas partes materiæ, & ex consequenti nouum corpus. Ideo dicit, quod dato quod mutarentur corpora non immutarentur resurrectiones: & addit Durand. quod hoc modo tolluntur multa dubia in resurrectione, quia naturaliter idem corpus potest esse multorum, quia potest homo nasci ex hominibus: & hoc modo loquēdi tolluntur difficultates, & remouetur argumentū de costa Adę. Dicit enim quod Adamus habebat nouā costam, tamen erit eadem costa quæ antea erat in eo, hæc Durand. Sed beatus August. lib. 22. de Ciuita. Dei, cap. 2. laborat ad ostēdendū quod erit eadem caro. Et Iob dicit, in carne mea videbo Deum: secundum Durandum autē Deus per totam suam omnipotentiam non posset facere quin Petrus resurgat in eadem sua carne: quid igitur vult dicere Dominus quādo dicit, capillus de capite, vestro nō peribit: certe non vult solum dicere quod habebimus in resurrectione capillos, sed vult dicere, quod habebimus eosdē capillos quos antea habebamus. Ideo ego respondebo duabus propositionibus: prior est, idem homo resurget. Secunda est, idē homo resurget in eodem corpore & in eadem carne, & in eadem entitate quam habuit: & forma Ioannis non introduceretur in materiam Pauli: has probauimus iam, quia alias verba Sanctorum essent inania. Iob enim sic ait, in carne mea videbo Deum.

PRÆTEREA, corpora debēt præmiari, & ex illo sequeretur quod corpora damnatorū præmiarētur, & corpora sanctorum damnarētur, vt si corpus Petri informetur anima Iudæ.

PRÆTEREA, ad idéptitatem totius requiritur idéptitas partium, sed non sunt eadē partes: ergo nec idem totum.

PRÆTEREA, materia Adę habet identitatē distinctam à materia Petri, & non habet totam diuersitatem à forma: ergo ruit fundamentū Durandi. Ad hoc respondet Durand. quod verū est, quod materia de se habet diuersitatem & idéptitatem, sed est incompleta & potenti-

alis quæ nihil facit, sed hoc est falsū, quia Arist. dicit in 2. de generatione, quod in generatione manet eadem materia & forma, & in corruptiōne manet eadem materia prima, & non forma: ergo materia habet idéptitatem completam: & ad argumentum in oppositum, nempe tantum differt corpus iuuenis à corpore eiusdem senis, quantum corpus Petri à corpore Pauli. Ego nego, quia idem corpus est Socratis in iuuentute & in senectute, & nihilominus si Deus introduceret animam meam in corpus Pauli, non essent idem homo. Vnde S. Tho. in p. p. q. 119. art. primo, ad secundum, & quodlibet primo, q. 5. Respondet ad hanc quæstionem, quia si puer quādo natus, est tolleretur ab eo idem corpus, esset alius, sed ex eo quod nutritur paulatim successive est idem corpus, & hoc non tollit idéptitatem quamuis perdidit aliquam partem materiæ. Oportet enim loqui sicut loquantur homines, quia licet dominus perdat aliquam partem, est nihilominus eadem domus, sicut dato quod pereat aliqua pars materiæ non mutatur idéptitas rei, etiā dato quod per nutrimentum mutaretur tota materia, nō mutatur idéptitas. Quidam tamē Thomista, nempe Ioānes de Neapoli. quodlibet 2. q. 6. dicit, quod nihil refert ad idéptitatem materiæ, quod commutetur totaliter: & probat, quia S. Tho. dicitur in 2. sententiarum d. 30. q. 2. art. 1. quod materia dicitur vna omnium nō vna numero, sed ratione: ad quod dicit S. Tho. quod aliud est loqui de m̄a prima absolute, & aliud est loqui de materia prima Petri vel Pauli, loquendo de materia sumpta. Secundo modo falsa est maior assumpta. Præterea, arguit prædictus Ioānes de Neapoli. ex beato August. qui ait, si deperissent carnes meæ, Dominus posset alias reparare: sed ille deceptus est in verbis beati August. quod Dominus restauraret alias distinctas carnes. Imō beatus August. intēdit probare quod erunt eadē carnes numero, & nō deceptus fuit in vno verbo beati August. quod licet carnes Petri comedantur à bestiis, & postea vertantur in substantiam hominis, Deus posset alias carnes reparare, in hoc verbo fuit deceptus, quia beatus August. intelligit quod Dominus restaurabit easdē carnes numero. Et hoc nempe, quod eadē carnes debeant resurgere, est de fide, cum in symbolo dicatur, credo carnis resurrectionem.

PRÆTEREA, secundum illos qui oppositum dicunt, nihil periret de resurrectione, esto carnes Petri perirent, & conuerterentur in terrā: vnde dico quod in eadem carne resurgemus. Secundo dico, quod est de fide, hoc nempe quod sunt homines resurrecturi in eadem carne. Et S. Tho. in hac 2. 4. in q. 79. art. 2. dicit, quod ponere quod idem homo numero nō sit qui resurget, est hæreticum, derogās veritati scripturæ quæ resurrectionē prædicat. Sed quid erit dicendum

Secunda. 4. quest. 82. art. 1. fo. 599.

dicendum de pueris qui habuerunt paucas carnes, & de illis qui fuerunt sustentati de carnibus hominum. Dico, quod Dominus faciet suauiori modo quo potest, vt homo resurgat cū sua carne, & quod restaurentur illi suæ carnes: & dato quod habeat paucas carnes forte addetur alia. Et quia est disputatio cum Durand. & cum Ioanne de Neapoli, si esset noua caro nō esset resurrectio carnis: & hoc argumentum concludit. Non enim in nouitate carnis est resurrectio carnis: sed vocatur resurrectio eius quod antea perit Durand. & Ioānes de Neapoli. concedunt carnis resurrectionem, voce, re autem negant, quia ipsi dicunt quod stat quod Petrus resurgat in alio corpore, & dicunt quod est idem corpus, quia est eadem anima, & hoc sufficit, aiunt illi: vnde secundum illos nihil aliud est quod beatus Petrus resurgat in eadē carne, nisi quod solum habeat carnem. Et vt addamus vnum verbum, probatur manifeste quod nihil valeat ratio illorum. Dicunt enim ipsi quod materia de se non habet diuersitatem nec idéptitatem, sed habet à forma: quod autē hoc sit falsum, patet, capiamus exemplū in plantis, planta est eadem adulta & quando incepit germinare, & sicut in conceptione hominis illa materia consumitur per successionem nouæ partis, ita in planta per calorem adueniunt ei nouæ partes: est tamen differentia, quia in homine diminuitur materia solum, in planta vero resoluitur aliqua pars materiæ, & perditur aliqua pars formæ: & sicut in homine senescitur, ita quod non sit aliqua pars materiæ quæ fuit quando fuit genitus, ita etiam in planta: vnde bene sequitur contra Durandum, hæc planta iam adulta est eadem quæ fuit iuuenis, & non quia maneat eadem forma: ergo ratio quare est idem animal in senectute & iuuentute, nō est quod maneat eadem anima, sed quia partes succedunt sibi inuicem. Queratur ergo a Durand. si ab hac planta amoueret Deus hæc materiam & hanc formam, & daret alias, an esset eadem arbor vel planta: nullus dicit eandē fore arborem, nec factibile illo modo eandem reproducere re, tamē per successionem partium tota materia & tota forma mutata est in arbore, & tamen est eadem arbor: ergo oportet dare aliam rationem. Vnde ex hoc soluitur argumentum Durand. nempe dico, quod est idem animal in senectute quod & in iuuentute, per hoc quod sibi inuicem succedunt partes: tanta enim idéptitas requiritur ad idéptitatem materiæ, quanta requiritur ad idéptitatem formæ: si autē ab hac planta remoueretur hæc forma tota simul, & daretur alia, non esset eadem planta, & si successive remoueretur esset eadem planta: vnde dico, quod in resurrectione esset idem corpus, esto non habeat totam materiam quam habuit antea per totam vitam: si fuit nutritus carnibus humanis sat esset quod

haberet illam materiam in qua natus fuit, vel illam in qua meruit. Sed an resurgant eadem membra, an .s. illud quod nunc est caput, sit etiam caput in resurrectione, & quod in hac vita est manus, tunc etiam sit manus? & videretur quod non, quia poterit Deus ponere materiā capitis in pede. Ad hoc respondet S. Thom. quod in hac materia oportet duo considerare. Primum quid scilicet sit necessarium ad resurrectionis idéptitatem, & quid ad congruitatem: De necessitate autem in partibus homogeneis, non oportet quod seruetur idē ordo, dummodo maneat eadem caro, nempe quod prima medietas sit secunda & secunda prima. Non est enim necessarium ad idéptitatem & necessitatem resurrectionis. Dicit tamē, quod videtur spectare ad necessitatem de partibus eterogeneis resurrectionis, ita quod manus sinistra sit sinistra, & dextera sit dextera, & quæ sit pes, & manus manus: & quantum ad congruitatem consonum est quod maneat idem ordo. Et ad quæstionem, an erūt eadē partes in resurrectione quæ fuere antea? dico absolute loquendo de partibus eterogeneis quod manebunt eadē partes. Et hoc dicit S. Tho. quod est de necessitate, licet forte quod non sit de necessitate essentiali, sed quod si aliter fieret esset magna variatio, quæ non esse consona ad resurrectionem: vnde dicit, quod videtur quod sit de necessitate, & si non est de necessitate, est de congruitate: quia Paulus dicit, alia vasa sunt in contumeliā, alia autem in honorem: vnde congruum est, quod pes non præmietur sicut manus, quæ dedit eleemosynam & multa alia bona opera fecit. De partibus autem homogeneis non est eadem necessitas sed an resurgant in eodem sexu, nempe masculi masculi, & feminae feminae: & videtur quod nō, quia Dominus dicit, erunt in cælo sicut angeli Dei: in angelis non est distinctio sexuum, ergo nec in hominibus. Secundo, feminae factæ sunt ad generationem, sed post resurrectionem non erit generatio: ergo, &c. Tertio, in generatione, maxime in beatis, omnis imperfectio remouebitur, sed sexus femininus est quædam imperfectio: ergo, &c. Aliqui Theologi, vt Scotus, dicunt, licet nō asseritue, quod resurgent in sexu virili, præterquam Virgo Maria propter excellentiam. S. Tho. autem dicit, quod resurgent in eodem sexu quæ habuerunt in hac vita: probatur, quia alias esset magna variatio. Secundo, quia opposito dato nō resurgēt eadē membra quod nō esset verosimile: vnde dico, quod resurgētes resurgūt in eodem sexu. Et ad argumētum in oppositū, ego nego quod sit imperfectio, cum etiam homines non sint perfecti vt angeli, & tamen sexus virilis non est imperfectus: Et ad aliud, nempe quod factæ sunt mulieres ad generationem, &c. et concedo antecedens, & nego consequentiam.

tiam, quia etiam illo argumento probaretur, quod non deberent resurgere dentes nec Isthmachus: & esto cesset illa operatio debent esse perfecta membra, etiam ad ostendendum virtutem naturæ: & confirmatur, quia Iudei interrogantes Dominum de resurrectione, dixit Dominus, in cælo nec nubent nec nubentur. Ad quid igitur illud respondet Dominus si non resurgeret in eodem sexu? facilius dixisset eis erratis, quia omnes erunt viri & non erunt mulieres. Sed an omnes resurgent in eadem ætate, maxime damnati debent resurgere cum sua imperfectiōe, quia senectus est imperfectio: non ergo sunt digni ut resurgant cum perfectione aliqua sicut boni. Respondetur tamen ad questionem, quod omnes resurgent in eadem ætate. Paulus autem ad Ephe. 4. dicit, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: at CHRISTVS resurrexit 33. annorum, illa namque est perfecta ætas. Ioan. Maior autem dicit, quod ex illa auctoritate Pauli non probatur, quod damnati resurgant in ætate perfecta, sed quod illa auctoritas probat de iustis, quia Paulus dicit, ipse dicit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas. Loquitur igitur ibi Paulus de iustis: ergo, &c. Ego autem credo, quod Paulus loquitur de omnibus, licet faciat mentionem peculiarem iustorum. Paulus enim dicit, Dominus dedit Apostolos ad consummationem corporis Christi, & omnes concurrent ad consummationem corporis Christi: vnde dico, quod omnes resurgent in eadem ætate. An autem resurgant capilli? Respondetur affirmative, quia Dominus dicit, capillus de capite vestro non peribit: & ita dicendum est de unguibus quod resurgēt, cum sint ad decorem corporis: videtur tamen quod humores, nempe sanguis, bilis, flegma, &cæt. non resurgent, cum non sint partes corporis sed solum sunt ad sustentandum homines, sed in cælo non indigent illis humoribus: ergo, &c. Dico tamen ex sententia communi Theologorum quod resurgent quatuor humores: & probatur, quia resurget sanguis: ergo alij: probatur antecedens, quia in Christo est sanguis: ergo etiam erit in nobis: consequentia probatur, quia ipse clarificabit nos: Cum igitur nos debeamus resurgere ad eius similitudinem: ergo habebimus sanguinem: ergo etiam alios humores, cum sit eadem ratio: Quod autem CHRISTVS habeat sanguinem patet, quia consecratur sanguis Christi, & esset error dicere quod non est sanguis in Christo: & sicut sanguis in nobis non est animatus nec alij humores, & cum non sit maior ratio, quod sanguis resurgat quam alij humores, omnes resurgent. Et ad argumentum quod non sunt partes hominis, dico, quod licet non sint partes hominis, tamen non posset homo naturaliter vivere sine illis,

sicut non posset homo naturaliter vivere sine corde, ita nec sine .4. humoribus, sed non conuenit resurrectioni vivere semper miraculose: ergo resurgent .4. humores, cum sint necessarij ad naturalem vitam hominis: non tamen resurget aer quo respiramus, quia aer est ad refrigerandum cor hominis. In cælo autem non erit calor, vnde ibi non requiritur aer, sicut pilces non indigent aere: vnde illa quæ per se sunt necessaria ad naturam hominis resurgent. Sed est dubium, an resurgant omnes in æquali statura? dico tanquam probabilius, quod non resurgent omnes in æquali statura, licet de hoc nihil certum habeamus, erit secundum diuinam dispositionem, ibi non erit deformitas nec in statura: sed videtur quod Germani qui sunt in hac vita maioris staturæ quam alij, resurgēt cum maiori statura: an autem resurgant alia imperfectio, nempe si est in hac vita coecus, claudus, gibbosus, &cæt. an resurgent cum illis imperfectioib? dico, quod beati non resurgent cum aliqua imperfectioe, damnati autem videtur quod resurgent cum illis imperfectioibus quas hic habuerūt, quia quo iure deberent elegantes resurgere? S. Tho. autem in 4. d. 44. q. 3. art. 1. determinat, quod omnia corpora damnatorum resurgent in perfecta conditione naturali, sine imperfectioe: ratio est, quia si damnati resurgerent cum tali imperfectioe, vel hoc esset ex defectu artificis, vel propter peccata ipsorum damnatorum. Non ex defectu artificis, qui est Deus optimus: si propter peccata sua, sequeretur quod qui minus peccauit plus puniretur quam qui magis peccauit, saltem aliqua pena: cum multi qui fuerunt sani, & habuerūt bona naturalia plus peccauerūt quam alij claudi & gibbosi, &cæt. Et hoc videtur probabilius, licet aliqui Iuniores contrarium teneant: & confirmatur, quia si quis in hoc mundo perdidit caput, secundum illos non resurgeret cum capite, quia est imperfectio: quod tamen falsum est, quod sine capite resurgat, vel sine manu, cum mortuus esset sine illis: vnde probabilius est quod dicit S. Th. quod etiam damnati resurgēt sine deformitate.

Artic. secundus

Vtrum capilli & ungues resurgent in humano corpore?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod capilli & ungues non resurgent in corpore humano: Quia sicut capilli

Ungues ex superfluitatibus cibi generantur, ita vicia & sudor & alia superfluitates vel feces sed hæc non resurgentium corpore: ergo nec capilli & ungues.

PRAETEREA, inter alias superfluitates quæ ex cibo generantur maxime accedit ad naturam humanam veritatem semen quod est superfluum, quo indiget, sed semen non resurget in corpore hominis: ergo multo minus capilli & ungues resurgent.

PRAETEREA, nihil est perfectum anima rationali, quod non sit perfectum anima sensibili, sed capilli & ungues non sunt perfecti anima sensibili, quia eis non seruimus, ut dicitur in primo de anima: ergo cum non resurgat corpus humanum nisi propter hoc quod est perfectum ab anima rationali, videtur quod capilli & ungues non resurgent.

SED contra est, quod dicitur Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit.

PRAETEREA, capilli & ungues sunt dati in ornamentum homini: sed corpora hominum præcipue electorum debent resurgere cum omni ornatu: ergo debent resurgere cum capillis.

RESPONDEO dicendum, quod anima se habet ad corpus animatum, sicut ars ad artificiatum, & ad partes eius, sicut ars ad sua instrumenta: vnde & corpus animatum organicum dicitur: ars autem utitur instrumentis ad operis intenti executionem: & hæc instrumenta sunt de prima intentione artis. Vtitur etiam alijs instrumentis ad conseruationem principalem instrumentorum, & hæc sunt de secunda intentione artis, sicut ars militaris utitur gladio ad bellum, & vagina ad gladij conseruationem: ita & in partibus corporis animati quedam ordinantur ad operationes animæ exequendas, sicut cor, epar, manus, & pes: quedam autem ad conseruationem aliarum partium: sicut folia sunt ad cooperituram fructuum, ita etiam capilli & ungues sunt in homine ad custodiam aliarum partium: vnde sunt de secunda perfectione corporis humani, quamuis non de prima: & quia homo resurget in omni perfectione suæ naturæ, propter hoc oportet ut capilli & ungues resurgant in ipso.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ille superfluitates expelluntur a natura, quasi ad nihilum utiles: vnde non pertinent ad perfectionem humani corporis. Secus autem est de illis superfluitatibus quas natura sibi retinet ad generationem capillorum & unguum quibus indiget ad membrorum conseruationem.

AD SECUNDVM dicendum, quod semen non indiget ad perfectionem indiuidui, sicut capillis, sed ad perfectionem speciei.

AD TERTIVM dicendum, quod capilli & ungues nutriuntur & augentur: & sic oportet quod aliqua operatione participant, quod non posset esse, nisi essent partes al. quo modo ab anima perfecta: & quia in homine non est nisi una anima. s. rationalis, constat quod ab anima rationali perfecta sunt quamuis non usque ad hoc quod operationem sensus participant, sicut nec ossa de quibus constat quod resurgent & sunt de integritate indiuidui.

Articul. tertius

Vtrum humores in corpore resurgent?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod humores in corpore non resurgent, nam 1. Cor. 4. dicitur, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: sed sanguis est principalior humor: ergo non resurget in beatis qui regnum Dei possidebunt, & multo minus in alijs.

PRAETEREA, humores sunt ad restorationem deperditi: sed post restorationem nulla deperditio fiet: ergo corpus non resurget cum humoribus.

PRAETEREA, illud quod est via generationis in corpore humano, nondum est ab anima rationali perfectum: sed humores adhuc sunt in via generationis, quia sunt in potentia caro & os: ergo nondum sunt perfecti anima rationali: sed corpus humanum non habet ordinem ad resurrectionem nisi secundum quod est

est anima rationali perfectum: ergo humores in eo non resurgent.

SED contra est, quia quod est de constitutione corporis humani resurget in eo: sed humores sunt huiusmodi, ut patet per Aug. qui dicit, quod corpus constat ex membris officialibus, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus: ergo humores resurgent in corpore.

PRAETEREA, resurrectio nostra erit conformis resurrectione Christi: sed in Christo resurrexit sanguis, aliis nunc vinum non transubstantiaretur in sanguinem eius in sacramento altaris: ergo & in nobis resurget sanguis, et eadem ratione alij humores.

RESPONDEO dicendum, quod quicquid pertinet ad integritatem humanae naturae in resurgente, hoc totum resurget ratione praedicta: unde oportet, quod illa humiditas corporis resurgat in homine, quae ad integritatem humanae naturae pertineat. Est autem in homine triplex humiditas: quaedam, n. humiditas est in recedendo à perfectione huius individui, vel quia in via est corruptionis, & à natura abijcitur, sicut vira, sudor, & sanies & huiusmodi: vel quia à natura ordinatur ad conservationem speciei in aliquo individuo, siue per actum generativum sicut semen, siue per actum nutritivum sicut lac, & nulla talium humiditatum resurget, eo quod non est de perfectione individui resurgentis. Secunda humiditas est, quae nondum pervenit ad ultimam perfectionem, quam natura operatur in individuo, sed est ad illam ordinata à natura: et haec est duplex. Quia quaedam est quae habet aliquam formam determinatam quae continetur inter partes corporis sicut sanguis, & alij tres humores quos natura ordinat ad membra quae ex eis generantur: sed tamen habent aliquas formas determinatas, sicut & aliae partes corporis: & ideo resurgēt cum alijs partibus corporis: quaedam vero humiditas est in via transeundi de forma in formam, s. de forma humoris in formam membri, & talis humiditas non resurget: quia post resurrectionem partes corporis singulae in suis formis stabilentur, ut una in aliam non transeat: & ideo non resurget illa humiditas, quae est in ipso actu transeundi de forma in formam.

Haec autem humiditas potest in duplici statu accipi, vel secundum quod est in principio transformationis: & sic vocatur ros, illa, s. humiditas quae est in foraminibus parvarum venarum: vel secundum quod est in progressu transformationis, & incipit iam dealbari, & sic vocatur cambium, in neutro autem statu resurget. Tertium autem genus humiditatis est, quod iam pervenit ad ultimam perfectionem, quae natura intendit in corpore individui, quae iam est dealbata & incorporata membris, & haec vocatur gluten, & cum haec sit de substantia membrorum, etiam resurget sicut & membra.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod caro & sanguis in verbis illis Apostolorum accipiuntur pro substantia carnis: sed pro operibus carnis et sanguinis, quae sunt opera peccati vel opera animalis vitae: vel secundum quod dicit Aug. in epist. ad Consentium: Caro & sanguis accipitur ibi pro corruptione quae nunc dominatur in carne & sanguine. Unde & subditur in verbis Apostoli, neque corruptio in corruptionem.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut membra seruituti generationi, erunt post resurrectionem ad integritatem humanae naturae, non ad operationem quae nunc exercetur per membra illa: & humores erunt in corpore, non ad restorationem deperditi, sed ad integritatem humanae naturae reparandam, & ad virtutis naturalis ostensionem.

AD TERTIVM dicendum, quod elementa sunt in via generationis, respectu corporum mixtorum, quia sunt eorum materia, non autem ita quod semper sint in transeundo in corpore mixto, ita etiam se habent humores ad membra: & propter hoc sicut elementa in partibus vniuersi habent formas determinatas, ratione quarum sunt de perfectione vniuersi, sicut et corpora mixta: ita etiam humores sunt de perfectione corporis humani, sicut et aliae partes, quamuis non perveniāt ad tantam perfectionem sicut aliae partes, nec elementa habent ita formas perfectas sicut mixta. Sicut autem partes omnes vniuersi à Deo perfectionem consequuntur non equaliter, sed secundum suum modum vni quodque, ita etiam humores aliquo modo

modo perficiuntur ab anima rationali: non tamen eodem modo, sicut partes perfectiores.

Articu. quartus.

Vtrum totum quod fuit in corpore de veritate humanae naturae resurget in ipso?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod non totum quod fuit in corpore de veritate humanae naturae resurget in ipso. Quia cibus conuertitur in veritatem humanae naturae: sed aliquando carnes bouis sumuntur in cibum: si ergo resurget quicquid de veritate humanae naturae est, resurget etiam caro bouis, quod est inconueniens.

PRAETEREA, Costa Ada fuit de veritate humanae naturae in ipso, sicut & costa nostra in nobis: sed costa Ada non resurget in eo, sed in Eva, aliis Eva non resurget quae de costa illa formata est: ergo non resurget in homine quicquid fuit in eo de veritate humanae naturae.

PRAETEREA, potest esse quod aliquid fuit de veritate humanae naturae in diuersis hominibus, sicut si aliquis carnibus humanis vescatur quae in substantiam eius transeant: ergo non resurget in aliquo quicquid fuit de veritate humanae naturae in ipso.

SI dicatur quod non quicquid est in carne comesta est de veritate humanae naturae, & ita aliquid eorum potest resurgere in primo, & aliquid in secundo. Contra, de veritate humanae naturae, maxime videtur esse illud quod à parentibus trahitur: sed si aliquis non comedens nisi carnes humanas filium generet, oportet quod illud quod filius à parente trahit, sit de carnibus aliorum hominum, quas pater suus comedit: quia semen est de superfluo alimentis, ut Philosophus probat in lib. de animal. ergo illud quod est de veritate humanae naturae in puero isto, fuit etiam de veritate humanae naturae in alijs hominibus, quorum carnes pa-

ter comedit.

SI dicatur, quod illud quod erat de veritate humanae naturae in carnibus hominum comestorum, non transit in semen, sed illud quod erat ibi de veritate humanae naturae non existens: Contra, ponatur quod aliquis cibus solum embryus, in quibus nihil videtur esse quod non sit de veritate humanae naturae, quia totum quod est in eis à parentibus trahitur: si ergo superfluitas cibi conuertitur in semen, oportet quod illud quod fuit de veritate humanae naturae in embryis, quae etiam ad resurrectionem pertinent, postquam animam rationalem ceperunt, sit etiam de veritate humanae naturae in puero qui ex tali semine generatur: & sic cum non possit idem resurgere in duobus, non poterit in quolibet resurgere quicquid fuit de veritate humanae naturae in ipso.

SED contra, quicquid fuit de veritate humanae naturae, fuit perfectum anima rationali, sed ex hoc habet corpus humanum ordinem ad resurrectionem, quia fuit anima rationali perfectum: ergo quicquid fuit de veritate humanae naturae resurget in vnoquoque.

PRAETEREA, si à corpore hominis subtrahatur aliquid quod est de veritate humanae naturae, in ipso non erit corpus hominis perfectum: sed omnis imperfectio hominis tollitur in resurrectione, praecipue ab electis, quibus promissum est: Luc. 21. quod capillus de capite eorum non peribit: ergo quicquid fuit de veritate humanae naturae resurget in homine.

RESPONDEO dicendum, quod vnumquodque sicut se habet ad veritatem, ita se habet ad esse: ut dicitur in 2. Metaph. quod illa res est vera, quae est ita, ut videtur cogitari secundum actum: & propter hoc Auic. dicit, quod veritas cuiuscunque rei est proprietas sui esse quod stabilitum est ei, & secundum hoc aliquid dicitur esse de veritate humanae naturae, quia proprie pertinet ad esse humanae naturae, sicut verum aurum dicitur quod habet veram formam auri, ex qua est esse proprium auri.

UT ERGO videatur quid est illud quod est de veritate humanae naturae: sciendum est, quod circa hoc est triplex opinio. Qui-

dam enim posuerunt quod nihil de nouo esse incipit de veritate humane nature, sed quicquid ad veritatem humane nature pertinet, totum fuit in ipsa institutione humane nature de veritate eius: & hoc per se ipsum multiplicatur, ut ex eo possit semen decidi a generante, ex quo filius generetur: in quo etiam illa pars decisa multiplicatur, ut ad perfectam quantitatem perueniat per augmentum, & sic deinceps, & ita multiplicatum est totum genus humanum. Unde secundum hanc opinionem quicquid ex alimento generatur, quamuis videatur speciem carnis aut sanguinis habere, non tamen pertinet ad veritatem humane nature. Alij autem dixerunt, quod aliquid de nouo additur ad veritatem humane nature per transmutationem alimenti in corpus humanum, considerata veritate humane nature in specie, ad cuius conservationem ordinatur actus generatiue virtutis. Si autem veritas humane nature in individuo consideretur, ad cuius conservationem & perfectionem actus nutritiue virtutis ordinatur, non additur aliquid per alimentum, quo fit primo de veritate humane nature huius individui, sed solum secundario. Ponunt enim, quid veritas humane nature, primo & principaliter consistit in humido radicali, ex quo est prima constitutio humani generis: quod autem conuertitur de alimento in veram carnem & sanguinem, non est principaliter de necessitate humane nature illius individui, sed secundario: sed potest esse principaliter de veritate humane nature alterius individui, quod ex semine illius generatur. Semen enim ponunt esse superfluum alimenti vel cum admixtione alicuius, quod est primo de veritate humane nature in generatione, ut quidam dicunt: vel sine admixtione eius, ut dicunt alij: & sic quod est humidum nutritiue in vno, fit humidum radicale in alio.

TERTIA opinio est, quod aliquid de nouo incipit esse principaliter de veritate humane nature, etiam in isto individuo: quia non est distinctio talis in corpore humano, ut aliqua pars materialis signata de necessitate per to-

tam vitam remaneat, sed ad hoc indifferenter se habet quælibet pars significata accepta, quod manet semper quantum ad id quod est species in ea, sed potest fluere quantum ad id quod est materia in ipsa: & sic humidum nutritiue non distinguitur a radicali ex parte principij, ut dicatur radicale, quod est ex semine generatum: nutritiue vero quod generatur ex cibo: sed magis distinguitur ex termino quod radicale dicitur, quod ad terminum generationis peruenit per actum generatiue, vel etiam nutritiue virtutis, sed nutritiue quod nondum peruenit ad hunc terminum, sed est adhuc in via nutriendi: Et hæc tres opiniones in 2. lib. sent. dist. 3. plenius posite & inuestigate sunt: & ideo non oportet hic repetere, nisi quantum ad propositum pertinet.

SCIENDVM est ergo, quod secundum hæc opiniones diuersimode ad hanc quæst. oportet respondere.

PRIMA, opinio per viam multiplicationis quam ponit, potest ponere perfectionem humane nature, & quantum ad numerum individuorum, & quantum ad debitam quantitatem vniuscuiusque individui, absque eo quod est ex alimento generatum, quod quidem non addit nisi ad resistendum consumptioni que possit induci per actionem caloris naturalis, sicut argento apponitur plumbum, ne ex liquefactione consumatur. Unde cum in resurrectione oporteat naturam humanam in sua perfectione reparari, nec calor naturalis tunc agat ad consumptionem humidi naturalis, nulla necessitas erit quod resurgat aliquid in homine quod ex alimento sit generatum, sed resurget tantum illud quod fuit de veritate humane nature individui, & per decisionem & multiplicationem ad prædictam perfectionem peruenit in numero & quantitate.

SECUNDA autem opinio, quia ponit quod eo quod generatur ex nutrimento indiget ad perfectionem quantitatis individui, & ad multiplicationem que fit per generationem, necesse habet ponere aliquid de hoc quod conuersum est in alimentum resurgere: non tamen totum, sed solum quantum indiget ad

ad perfectam reintegrationem humane nature fuit in omnibus suis individuis. Unde ponit hæc opinio, quod totum illud quod fuit in substantia seminis resurget in illo homine, qui ex semine generatus est: quia hoc est principaliter de humane nature veritate in ipso, de eo autem quod postea aduenit per nutrimentum, tantum resurget in eo quantum est necessarium ad perfectionem quantitatis. Sed quia hoc humidum nutritiue fluit & refluit hoc ordine reparabitur, quia illud quod primo fuit de substantia corporis totum reparabitur, & de eo quod secundo & tertio, & deinceps aduenit, quantum necessarium est ad quantitatem reintegrandam: quod patet duplici ratione. Primo, quia illud quod super hoc aduenit inductum fuit, ut illud quod primo erat deperditum repararetur, & ita non ita principaliter pertinet ad veritatem humane nature, sicut præcedens. Secundo, quia adiunctio humidi extranei, ad primum humidum radicale facit, quod totum permixtum non ita perfecte participet virtutem speciei, sicut primum participabat. Et ponit exemplum Philosophus in primo de generat. de aqua permixta vino, que semper virtutem vini debilitat, ita quod in fine ipsum aquosum reddit: unde sicut secunda aqua quamuis assumatur in speciem vini: non tamen ita perfecte speciem vini participat, sicut prima que in vinum assumebatur: ita illud quod de alimento secundo in carnem conuertitur, non ita perfecte attingit ad speciem carnis, sicut quod primo conuertebatur. Et ideo non ita pertinet ad veritatem humane nature, nec ad resurrectionem. Sic ergo patet, quod hæc opinio ponit resurgere totum, id quod est de veritate humane nature principaliter: non autem totum quod est de veritate humane nature secundario. Tertia autem opinio, quantum ad aliquid differt a secunda, & quantum ad aliquid conuenit cum ea. Differt quantum ad hoc quod ponit totum quod est sub forma carnis & ossis, eadem ratione ad veritatem humane nature pertinere: quia non distinguit aliquid materiale signatum permanens in homine toto tempore vite eius, quod per se pertinet ad veritatem humane nature: & ali-

quid fluens & refluens, quod pertinet ad veritatem humane nature solum propter quantitatis perfectionem, non propter primum esse speciei, sicut secunda opinio dicebat: sed ponit omnes partes que non sunt præter intentionem nature aggenerate pertinere ad veritatem humane nature, quantum ad id quod habet de specie, quia sic manent, non autem quantum ad id quod habet de materia, quia sic fluunt & refluant indifferenter: ut ita etiam intelligamus contingere in partibus vnius hominis, sicut contingit in tota multitudine ciuitatis, quia singuli subtrahuntur a multitudine per mortem, alijs in loco eorum succedentibus. Unde de partes multitudinis fluunt & refluant materialiter, sed formaliter manent, quia ad ea officia & ordines substituantur alij, a quibus priores subtrahuntur, unde Respub. *ma numero remanere dicitur.* Et similiter etiam dicitur quibusdam partibus refluentibus alia reparantur in eadem figura, & in eodem situ omnes partes fluunt & refluant secundum materiam: sed manent secundum speciem, manet nihilominus homo idem numero. Sed conuenit tertia cum secunda opinione, quia ponit quod partes secundo aduenientes, non ita perfecte attingunt ad veritatem speciei, sicut que primo adueniunt: & ideo idem quod ponit resurgere in homine secunda opinio, ponit tertia, sed non penitus eadem ratione. Ponit enim totum illud quod ex semine generatum est resurgere, non quia alia ratione pertineat ad veritatem humane nature, quam hoc quod postea aduenit, sed quia perfectius veritatem speciei participat, quem ordinem ponebat secunda opinio in his que postea adueniunt ex alimento, in quo etiam hæc operatio concordat cum alia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod res naturalis non est id quod est ex sua materia: sed ex sua forma: unde quamuis illud materia quod quandoque fuit sub forma carnis bouis resurgat in homine sub forma carnis humane, non sequitur quod resurgat caro bouis, sed caro hominis, aliter enim posset concludi quod resurgeret limus, de quo formatum est corpus. Ad tamen prima opinio concedit hanc rationem.

AD SECUNDVM dicendum, quod costa illa non fuit in Adam de perfectione individui, sed ordinata ad multiplicationem speciei: unde non resurget in Adam, sed in Eva, sicut & semen non resurget in generante, sed in genito.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum primam opinionem facile est ad hoc respondere: quia carnes comestae, nunquam sunt de veritate humanae naturae in comedente, fuerunt autem de veritate humanae naturae in eo, cuius carnes comeduntur, & ita resurgent in primo & non in secundo: sed secundum secundam opinionem & tertiam, unusquisque in illo resurget, in quo magis accessit ad participationem perfectam virtutis speciei: & si aequaliter in utroque accesserat, resurget in illo in quo primo habuit ordinem ad resurrectionem ex coniunctione ad animam rationalem illius hominis: & ideo si in carnibus comestis fluit aliqua superfluitas, quae non pertinet ad veritatem humanae naturae in primo, resurgere poterit in secundo, aliis illud quod pertinebat ad resurrectionem in primo, resurgeret in eo, & non in secundo: sed in secundo loco eius sumeretur vel aliquid de eo, quod ex alijs cibis in carnem secundi conuersum est: vel si nullo cibo nunquam pastus fuisset, nisi carnibus humanis, diuina virtute aliunde suppleretur, quantum indigeretur ad perfectionem quantitatis, sicut iam supplet in illis qui ante perfectam aetatem decedunt, nec per hoc aliquid praedicitur idem prout in numero, sicut nec praedicitur per hoc quod partes secundum materiam fluunt & refluunt.

AD QVARTVM dicendum, quod secundum primam opinionem facile est soluere, quia ponit quod semen non est ex superfluo alimenti: unde carnes comestae non transeunt in semine, ex quo puer generatur. Sed secundum alias duas opiniones dicendum est, quod non est possibile quod totum quod fuit in carnibus comestis, in semen conuertatur, quia post multam depurationem cibi peruenitur ad coctionem seminis, quod est superfluitas ultimi cibi: illud autem quod de carnibus comestis in semen conuertitur, pertinet magis ad veritatem humanae na-

turae, in eo quod ex semine nascitur, quam in illo ex cuius carnibus semen est generatum: & ideo secundum regulam prius datam, hoc quod in semen conuersum est, resurget in eo qui ex semine nascitur, residuum vero materiae resurget in illo, ex cuius carnibus comestis semen est generatum.

AD QVINTVM dicendum, quod embryo non pertinet ad resurrectionem ante animationem per animam rationalem, in quo status iam multum aduenit supra substantiam seminis de substantia nutrimenti, quae puer in utero matris nutritur: & ideo si aliquis embryo vescatur, & ex superfluo illius cibi generetur aliquis, illud quod erit in substantia seminis, resurget quidem in eo qui ex semine generatur, nisi in illo contineretur aliquid quod fuisset de substantia seminum, in illis ex quorum carnibus comestis semen generatum est, quia resurgeret in primo & non in secundo: residuum autem carnum comestiarum, quod non est conuersum in semen, constat quod resurgeret in primo, utriusque diuina potentia implente quod deest. Prima autem opinio hac obiectione non arctatur, cum non ponat semen esse ex superfluo alimenti, sed alia multa rationes sunt contra eam, ut in 2. lib. patuit, dist. 30.

Articu. quintus.

Vtrum quicquid fuit materialiter in membris hominis totum resurget?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod quicquid fuit materialiter in membris hominis totum resurget. Minus enim videtur pertinere ad resurrectionem capilli quam alia membra: sed quicquid fuit in capillis totum resurget, & si non in capillis, saltem in alijs partibus corporis: ut Augustinus dicit in litera: ergo multo fortius quicquid in alijs membris materialiter fuit totum resurget.

PRAE-

PRAETEREA, sicut partes carnis secundum speciem perficiuntur ab anima rationali, ita partes secundum materiam: sed corpus humanum habet ordinem ad resurrectionem ex hoc quod fuit anima rationali perfectum: ergo non solum partes secundum speciem, sed omnes partes secundum materiam resurgent.

PRAETEREA. Ex parte illa accedit corporis totalitas, ex qua parte accedit ei diuisio in partes: sed diuisio in partes accedit corpori secundum materiam, cuius dispositio est quantitas secundum quam diuiditur: ergo & totalitas corporis attenditur secundum partes materiae: si ergo non omnes partes materiae resurgunt, nec totum corpus resurget, quod est inconueniens. SED CONTRA, partes secundum materiam non manent in corpore, sed fluunt & refluunt, ut patet per illud quod dicitur in 1. de generatione. Si ergo omnes partes secundum materiam quae non manent in corpore, sed fluunt & refluunt resurgerent, vel erit corpus resurgenti densissimum, vel erit immoderate quantitatis.

PRAETEREA, quicquid est de veritate humanae naturae in vno homine, totum potest esse pars materiae in alio homine, qui eius carnibus vescitur: si ergo omnes partes secundum materiam resurgant in aliquo, sequetur quod resurget in vno, id quod est de veritate humanae naturae in alio, quod inconueniens est.

RESPONDEO dicendum, quod illud quod est in homine materialiter, non habet ordinem ad resurrectionem, nisi secundum quod pertinet ad veritatem humanae naturae, quia secundum hoc habet ordinem ad animam rationalem: illud autem totum quod est in homine materialiter, pertinet quidem ad veritatem humanae naturae, quantum ad id quod habet de specie, sed non totum considerata materiae totalitate: quia tota materia quae finit in homine a principio vitae usque ad finem, excederet quantitatem debitam speciei, ut tertia opinio dicit, quae probabilior inter caeteras mihi videtur. Et ideo totum quod est in homine, resurget, considerata totalitate speciei, quae attenditur secundum quantitatem significantem situm & ordinem partium: non autem resurget totum considerata totalitate materiae. Secunda autem opinio & pri-

ma non videntur hac distinctione, sed distinguuntur inter partes, quarum utraque habet speciem & materiam. Conueniunt autem haec duae opiniones in hoc quod utraque dicit, quod illud quod est ex semine generatum, totum resurget, etiam totalitate materiae considerata: differunt autem in hoc quod de eo quod ex alimento generatur, nihil resurgere ponit prima opinio. Secunda vero aliquid eius resurgere ponit, & non totum, ut ex dictis patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut quicquid est in alijs partibus corporis resurget, considerata totalitate speciei, non autem considerata totalitate materiae, ita etiam est de capillis. In alijs autem partibus aduenit aliquid ex nutrimento, quod facit augmentum, & hoc computatur, ut alia pars considerata totalitate speciei: quia obtinet alium locum & situm in corpore, & subsistat alijs partibus dimensionibus. Aliquid autem aduenit quod non facit augmentum, sed cedit in restaurationem deperditi nutrimento, & non computatur, ut alia pars totius considerati secundum speciem, cum non obtinet alium locum vel situm in corpore, quam pars quae defluxit tenebat, quamuis possit alia pars computari considerata totalitate materiae, & similiter est de capillis. Aug. ergo loquitur de incisionibus capillorum, quae erant partes facientes augmentum: & ideo oportet quod resurgant, non tamen in quantitate capillorum, ne sit quantitas immoderata, sed in alijs partibus, ut necessarium iudicabit diuina providentia: vel loquitur in casu illo, quando alijs partibus deficiet, tunc enim eorum defectu poterit ex superfluitatibus capillorum reparari.

AD SECUNDVM dicendum, quod secundum tertiam opinionem, eadem sunt partes secundum speciem & secundum materiam: non enim illa distinctione videtur Philosophus in 1. de generatio. ad distinguendum diuersas partes, sed ad ostendendum, quod eadem partes possunt considerari secundum speciem, quantum ad illud quod est forma & speciei in ipsis, & secundum materiam, quantum ad illud quod subsistit forma & speciei: Constat autem quod materia carnis non habet ordinem ad animam rationalem, nisi in

quantum est sub tali forma: & ideo ratione eius habet ordinem ad resurrectionem. Sed prima & secunda opinio, quae ponunt alias esse partes, quae sunt secundum speciem, & alias quae sunt secundum materiam, dicunt quod anima quamuis vera, quae partes perficiat, tamen perficit partes secundum materiam, median- tibus partibus secundum speciem: & ideo non habent aequaliter ordinem ad resurrectionem. AD TERTIVM dicendum, quod in mate- ria generabilium & corruptibilium dimensio- nes, interminatas, oportet intelligere ante recep- tionem formae substantialis: & ideo diuisio quae est secundum huiusmodi dimensiones, proprie, pertinet ad materiam, sed quantitas completa & terminata, aduenit materia post formam substantialem: & ideo diuisio quae est vel fiet secundum dimensiones terminatas respicit spe- ciem, praecipue quando ad rationem speciei per- tinet determinatus situs partium, sicut est in corpore humano.

Quaestio. 83.

De qualitate resurgentium.

DEINDE considerandum est, de qualitate resurgentium.

CIRCA quod queruntur quatuor.

PRIMO, Vtrum resurgant omnes in etate iu- uenili?

SECUNDO, Vtrum in aequali statura?

TERTIO, Vtrum omnes in eodem sexu?

QUARTO, in vita animali?

Articul. primus.

Vtrum omnes resurgent in ea- dem etate?

Th. 4. dist. 44. q. 1. art. 3. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non omnes resur- gent in eadem etate. s. iuuenili. Quia Deus resurgentibus pra-

cipue beatis nihil subtrahet, quod ad perfectio- nem hominis pertinet: sed etas pertinet ad perfectionem hominis, cum senectus sit venera- bilis etas: ergo senes non resurgent in etate iu- uenili.

PRÆTEREA, etas computatur secundum mensuram temporis praeteriti: sed impossibile est tempus quod fuit praeteritum non praeteris- se: ergo impossibile est eos, qui maioris etatis fu- erunt, ad etatem iuuenilem reduci.

PRÆTEREA, illud quod fuit de veritate humanae naturae, in unoquoque, maxime resur- get in eo: sed quanto aliquid primo fuit in ho- mine, tanto videtur magis ad veritatem hu- manae naturae pertinuisse: quia in fine propter veritatem speciei debilitatam comparatur vi- no aquoso corpus humanum, ut patet per Phi- losophum in 1. de generat. ergo si omnes debent in eadem etate resurgere, magis decet quod re- surgant in etate puerili quam iuuenili.

SED contra est quod dicitur Ephe. 4. Donec occurramus omnes in perfectum virum, in me- suram etatis plenitudinis Christi: sed CHRIS- TUS resurrexit in etate iuuenili, quae circa 30. annos incipit, ut Aug. dicit: ergo & alij in etate iuuenili resurgent.

PRÆTEREA, homo in maxima perfectio- ne naturae resurget: sed natura humana perfe- ctissimum statum habet in etate iuuenili: ergo in illa etate resurgent omnes.

RESPONDEO dicendum, quod homo resur- get absq. omni defectu humanae naturae: quia sicut Deus humanam naturam absq. defectu instituit, ita sine defectu reparabit. Deficit au- tem humana natura dupliciter. Vno modo, quia quondam perfectionem ultimam est consequu- ta. Alio modo, quia iam ab ultima perfectione recessit. Et primo modo deficit in pueris: secu- do modo deficit in senibus. Et ideo in vrisque reducetur humana natura per resurrectionem ad statum ultimae perfectionis, qui est in iuue- nili etate, ad quem terminatur motus cremen- ti, & a quo incipit motus decrementi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod etas senectus habet reuerentiam, non pro- pter conditionem corporis quod in defectu est, sed propter sapientiam animae quae ibi esse pra- sumitur,

sumitur, ex temporis antiquitate: Vnde in electis manebit reuerentia senectutis propter plenitudinem diuinae sapientiae quae in eis erit, sed non manebit senectutis defectus.

AD SECUNDVM dicendum, quod non lo- quimur de etate quantum ad numerum anno- rum, sed quantum ad statum qui in corpore humano ex annis relinquatur. Vnde Adam dicitur in etate iuuenili formatus, propter ta- lem corporis conditionem, quam primo die for- mationis suae habuit: & ideo ratio non est ad propositum.

AD TERTIVM dicendum, quod virtus spe- ciei dicitur esse perfectior in puero, quam in iu- uene, quantum ad efficaciam agendi conuersi- onem alimenti aliquo modo, sicut etiam est per- fectior in semine quam in homine completo: sed in iuuenibus est perfectior, quantum ad terminum complementi. Vnde illud quod ma- xime ad veritatem naturae pertinet, ad illam perfectionem deducetur, quam habet in etate iuuenili, non ad illam quam habet in etate pu- erili, in qua humores adhuc non peruenerunt ad ultimam digestionem.

Artic. secundus

Vtrum omnes resurgent eius- dem staturae?



AD SECUNDVM sic procedi- tur. Videtur quod omnes resur- gent eiusdem staturae: sicut n. homo mensuratur quantitate di- mensiua, ita quantitate durationis: sed quan- titas durationis in omnibus reducetur ad ean- dem mensuram, quia omnes in eadem etate resurgent: ergo quantitas dimensionis reduce- tur ad eandem mensuram, ut in eadem statu- ra omnes resurgant.

PRÆTEREA, Philosophus in 2. de anima dicit, quod omnium natura constantium ter- minus est, & ratio magnitudinis & augmen- ti: sed iste terminus non est, nisi ex virtute for- mae, cui debet congruere quantitas, sicut & a- lia accidentia: ergo cum oēs homines habeant can-

dem formam specificam, in omnibus debet esse secundum materiam eadem quantitatibus men- sura, nisi sit error: sed error natura corrigetur in resurrectione: ergo omnes resurgent in ea- dem statura.

PRÆTEREA, quantitas resurgentis non poterit esse proportionata virtuti naturali, quae primo corpus formauit, alias qui non potu- erunt ad maiorem quantitatem perducere virtu- te naturae, nunquam in maiori quantitate re- surgent, quod falsum est: ergo oportet quod quantitas illa proportionetur virtuti reparanti corpus humanum per resurrectionem, & ma- teriae de qua reparatur: sed virtus reparans om- nia corpora, est eadem numero. s. diuina vir- tus: cineres autem omnes ex quibus reparan- tur humana corpora, se habent aequaliter ad suscipiendam actionem praedictae virtutis: ergo ad eandem quantitatem terminabitur resur- rectio omnium hominum, & sic idem quod prius.

SED contra, quantitas naturalis consequitur naturam vniuscuiusque indiuidui, sed in resur- rectione non variabitur natura indiuidui: ergo nec quantitas naturalis eius: sed non est ea- dem quantitas naturalis omnium: ergo non omnes resurgent in eadem statura.

PRÆTEREA, natura humana reparabi- tur per resurrectionem ad gloriam vel ad pe- nam: sed non erit eadem quantitas gloriae & poenae in omnibus resurgentibus: ergo nec eade- quantitas naturae.

RESPONDEO dicendum, quod in resurrec- tione non reparabitur humana natura, solum quantum ad idem speciem, sed quantum ad idem numero: & ideo in resurrectione non solum attendendum est, quod competit naturae speci- ei, sed quod competit naturae indiuidui. Natu- ra autem speciei habet aliquam quantitatem, quam nec excedit, nec ab ea deficit absque er- rorc: quae tamen quantitas habet aliquos gra- dus latitudinis, & non est accipienda secun- dum unam mensuram determinatam. V- numquodque autem indiuiduum in specie hu- mana assequitur infra terminos illius latitu- dinis aliquem gradum quantitatis quae com- petit naturae indiuidui, & ad hanc perdu-

citur in termino augmenti, si non fuit aliquis error in opere naturæ, per quem sit aliquid additum vel subtractum prædictæ quantitati, cuius quidem mensura accipitur secundum proportionabilitatem caloris extendentis, & humiditatis extensibilis, quod non est eiusdem virtutis in omnibus: & ideo non omnes resurgent in eadem quantitate, sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisse in termino augmenti, si natura non errasset vel defecisset: quod autem superest vel deficit in homine, refecabit vel supplebit diuina potentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod iam patet ex dictis, quod non dicuntur omnia in eadem ætate resurgere, quasi in omnibus competat eadem quantitas durationis, sed quia idem status perfectionis erit in omnibus, qui quidem status saluari potest in magna & in parua quantitate.

AD SECVNDVM dicendum, quod quantitas huius individui, non solum respondet formæ speciei, sed etiam naturæ individui: & ideo ratio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, quod quantitas resurgentis non proportionatur virtuti reparati, quia illa non est de natura corporis, neque in omnibus secundum illum statum in quo sunt ante resurrectionem, sed naturæ quam primò individuum habebat: tamen si virtus formatiua propter aliquem defectum, non poterat perducere ad debitam quantitatem, quæ competit speciei, diuina virtus supplebit in resurrectione defectum, sicut patet in Nani: & eadem ratio est de illis quæ immoderate magnitudinis fuerunt, ultra debitum naturæ.

Articul. tertius.

Vtrum omnes resurgent in sexu virili?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod omnes resurgent in sexu virili. Quia dicitur Ephe. 4. quod omnes occurrerimus in virum perfectum &c. ergo non erit

nisi sexus virili ibi.

PRAETEREA, In futuro omnis prælatio cessabit, ut dicit glos. 1. Cor. 15. sed mulier ordine naturali subdita est viro: ergo mulieres non resurgent in sexu muliebri, sed virili.

PRAETEREA, illud quod est occasionaliter & præter intentionem naturæ inductum, non resurget, quia in resurrectione omnis error cessabit vel tollitur: sed sexus muliebrius est præter intentionem naturæ inductus ex defectu virtutis formatiue in semine, quæ non potest perducere materiam conceptus ad formam virilem. Unde dicit Philosophus. 16. de animalibus, quod femina est mas occasionaliter: ergo sexus muliebrius non resurget.

SED contra est quod dicit Aug. de Ciuit. Dei: Melius sapere videntur, qui vtrūque sexum resurrectorum esse non dubitant.

PRAETEREA, Deus reparabit in resurrectione quod in homine fecit in prima conditione: sed ipse fecit mulierem de costa viri, ut patet Gen. 2. ergo ipse sexum femineum in resurrectione reparabit.

RESPONDEO dicendum, quod sicut considerata natura individui, debetur diuersa quantitas diuersis hominibus, ita considerata natura individui, debetur diuersus sexus diuersis hominibus: hæc etiam diuersitas competit perfectioni speciei, cuius diuersi gradus implentur per dictam diuersitatem sexus vel quantitatis: & ideo sicut resurgent homines in diuersis statutis, ita in diuersis sexibus, & quamuis sit differentia sexuum, deerit tamen confusio mutue visionis, quia aberit libido intrens ad turpes actus, ex quibus confusio causatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur, Omnes Christo occurrerimus in virum perfectum, non dicitur propter ætatem virilem, sed propter virtutem animi quæ erit in omnibus, & viris & mulieribus.

AD SECVNDVM dicendum, quod mulier subditur viro propter imbecillitatem naturæ, & quantum ad vigorem animi, set quantum ad robur corporis: sed post resurrectionem non erit differentia in his, secundum diuersitatem sexuum, sed magis secundum diuersitatem meritorum, & ideo ratio non procedit.

AD

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis femine generatio sit præter intentionem naturæ particularis, est tamen de intentione naturæ vniuersalis, quæ ad perfectionem humanæ speciei virumque sexum requirit, nec ex sexu erit ibi aliquis defectus.

Articu. quartus

Vtrum omnes resurgent in vita animali?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod resurgent in vita animali, ut scilicet actus nutritiue virtutis, & generatiue. Quia resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi, sed **CHRISTVS** dicitur post resurrectionem comediisse, ut patet Matt. 26. & Luc. 24. ergo & homines post resurrectionem comedent, & eadem ratione generabunt.

PRAETEREA, distinctio sexuum ad generationem ordinatur, & similiter instrumenta quæ deseruiunt virtuti nutritiue, ordinantur ad comestionem: sed homo cum omnibus huiusmodi resurget: ergo utetur actibus virtutis generatiue & nutritiue.

PRAETEREA, totus homo beatificatur, & secundum animam & secundum corpus: sed beatitudo secundum Philosophum in perfecta operatione consistit: ergo oportet quod omnes potentie animæ & omnia membra, sint in suis actibus beatis post resurrectionem: & sic idem quod prius.

PRAETEREA, in beatis post resurrectionem erit perfecta & beata iucunditas: sed talis iucunditas omnes delectationes includit: quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & perfectus est cui nihil deest. cum ergo in actu virtutis generatiue & nutritiue sit magis delectatio, videtur quod tales actus ad vitam animalem pertinentes in beatis erunt, & multo fortius in alijs qui minus spiritualia corpora habebunt.

SED contra est quod dicitur Matt. 22. in re-

surrectione neque nubent neque nubentur.

PRAETEREA, generatio ordinatur ad subueniendum defectui qui per mortem accidit ad multiplicationem humani generis, & comestio ad restaurationem deperditi & augmenti quantitatibus: sed in statu resurrectionis iam huiusmodi genus habebit totam multitudinem individuorum à Deo præfinitam, quia usque ad hoc generatio differtur: similiter etiam quilibet homo resurget in debita quantitate, nec erit ultra mors, aut aliqua deperditio fiet à partibus hominibus: ergo frustra esset actus generatiue & nutritiue virtutis.

RESPONDEO dicendum, quod resurrectio non erit necessaria propter primam perfectionem ipsius quæ consistit in integritate corporis quæ ad naturam spectant: quia ad hoc homo peruenire potest in statu presentis vite per actionem causarum naturalium: sed necessitas resurrectionis est ad consequendam vltimam perfectionem quæ consistit in peruenitione ad vltimum finem. Et ideo illæ operationes naturales quæ ordinantur ad primam perfectionem humanæ naturæ, vel causandam vel conservandam, non erunt in resurrectione, & huiusmodi sunt actiones animalis vite in homine, & actiones mutue in elementis, & motus cæli: & ideo hæc cessabunt in resurrectione. Et quia comedere, bibere, & dormire, & generare ad animalem vitam pertinent, cum sint ad primam perfectionem naturæ ordinata, in resurrectione talia non erunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa comestio qua **CHRISTVS** comedit, non fuit necessitatis, quasi cibus indigeret humana natura post resurrectionem, sed fuit potestatis, ut ostenderet se veram naturam sumpsisse quam prius habuerat in statu illo, quando cum discipulis comederat & biberat: hæc autem ostensio non erit in resurrectione communis, quia omnibus notum erit: & ideo dicitur dispensatiue **CHRISTVS** manducasse eo modo loquendi, quo Iurista dicunt, dispensatio est communis iuris relaxatio, quia **CHRISTVS** inermisit hoc quod est communiter resurgentium, scilicet non vti cibus propter causam prædictam, & propter hoc ratio non sequitur.

AD

AD SECUNDVM dicendum, quod differentia sexuum, & membrorum varietas, erit ad naturam humanam perfectionem integrandam in specie, & etiam in individuo. Vnde non sequitur quod sint frustra: quamuis animales operationes desint.

AD TERTIVM dicendum, quod predictae operationes non sunt hominis, in quantum est homo, ut Philosophus dicit: & ideo in eis non consistit beatitudo humani corporis: sed corpus humanum glorificabitur ex redundantia a ratione, a qua homo est homo, in quantum erat ei subditum.

AD QVARTVM dicendum, quod delectationes corporales, sicut dicit Philosophus in 7. & 10. Ethic. sunt medicinales, quia adhibentur homini ad tollendum fastidium, vel etiam aegritudines in quantum eis homo inordinate delectatur. ac si essent verae delectationes, sicut homo habens infirmum gustum, delectatur in quibusdam que sanis non sunt delectabilia: & ideo non oportet quod tales delectationes sint de perfectione beatitudinis, ut Iudaei & Sarraceni ponunt, & quidam haeretici posuerunt qui vocantur Chiliae, qui etiam secundum doctrinam Philosophi non videntur sanum habere affectum: sola enim delectationes spirituales, secundum ipsum, sunt simpliciter delectationes, & propter se querenda: & ideo ipsae ad beatitudinem requiruntur.

Quaestio. 84.

De conditionibus beatorum resurgentium.

DEINDE considerandum est, de conditionibus beatorum resurgentium.

ET primo de eorum corporum impassibilitate: SECUNDO, de subtilitate.

TERTIO, de agilitate.

QVARTO, de claritate.

CIRCA primum queruntur quatuor.

PRIMO, utrum sancti resurgentes resurgant quoad corpora impassibilia?

SECUNDO, utrum equalis impassibilitas

omnibus inerit?

TERTIO, utrum illa impassibilitas sensum in actu a corporibus gloriosis excludat?

QVARTO, utrum sint in eis omnes sensus in actu?

Articul. primus

Utrum corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia?

Thom. 4. dist. 44. q. 2. art. 1. q. 1. & sequent.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod corpora sanctorum post resurrectionem non sint impassibilia. Omne enim mortale est passibile: sed homo post resurrectionem erit animal rationale mortale: haec enim est definitio hominis, quae non ab eo separabitur: ergo corpus erit passibile.

PRÆTEREA, omne quod est in potentia ad formam alterius, passibile est ab illo, quia secundum hoc aliquid est passivum ab illo, ut dicitur in primo de generat. sed corpora sanctorum post resurrectionem erunt in potentia ad aliam formam: ergo erunt passibilia: Probatio media. Quaecumque communicant in materia, unum eorum est in potentia ad formam alterius, materia enim secundum quod est sub una forma, non amittit potentiam ad aliam formam: sed corpora sanctorum post resurrectionem communicabunt cum elementis in materia: quia ex eadem materia reparabuntur, ex qua nunc sunt: ergo erunt in potentia ad aliam formam: & sic erunt passibilia.

PRÆTEREA, contraria nata sunt agere & pati ad invicem, ut in primo de generat. dicit Philosophus: sed corpora sanctorum erunt ex contrariis composita, sicut & nunc sunt: ergo & cat.

PRÆTEREA, in corpore humano resurget sanguis & alij humores, ut dictum est, sed ex pugna humorum ad invicem generantur aegritudines, & huiusmodi passionis in corpo-

re:

re: ergo erunt corpora post sanctorum resurrectionem passibilia.

PRÆTEREA, magis repugnat perfectioni defectus in actu quam defectus in potentia: sed passibilitas importat solum defectum in potentia: cum ergo in corporibus beatorum sint futuri aliqui defectus in actu, sicut cicatrices vulnerum in martyribus, ut in Christo fuerunt: videtur quod nihil deperibit perfectioni eorum si ponantur habere corpora passibilia.

SED contra, omne passibile est corruptibile, quia passio magis facta abijcit a substantia: sed corpora sanctorum post resurrectionem erunt incorruptibilia, ut dicitur 1. Cor. 15. Seminat in corruptione, resurget in incorruptione: ergo erunt impassibilia.

PRÆTEREA, fortius non patitur a debili ori: sed nullum corpus erit fortius corporibus sanctorum de quibus dicitur 1. Cor. 15. seminat in infirmitate, resurget in virtute: ergo erunt impassibilia.

RESPONDEO dicendum, quod passio dupliciter dicitur. Vno modo communiter, & sic omnis receptio passio dicitur, siue illud quod recipitur sit conveniens recipienti, et perfecti in ipsius siue contrarii, et corruptivi: & ab huiusmodi passionis remotione corpora gloriosa impassibilia non dicuntur, cum nihil quod est perfectionis eis sit auferendum. Alio modo passio dicitur proprie, quam sic definit Dam. in 2. lib. Passio est motus praeter naturam: unde immoderatus motus cordis passio dicitur eius, sed moderatus dicitur eius operatio. Cuius ratio est, quia omne quod patitur, trahitur ad terminos agentis: quia agens assimilatur sibi patiens: & ideo patiens in quantum huiusmodi trahitur extra terminos proprios, in quibus erat: sic ergo proprie accipiendo passionem non erit in corporibus resurgentium sanctorum potentialitas ad passionem: & ideo impassibilia dicuntur. Huius autem impassibilitatis ratio a diuersis diuersimode assignatur. Quidam enim eam attribuunt conditioni elementorum, quae aliter tunc se habebunt in corpore quam nunc. Dicunt enim quod elementa remanebunt ibi, secundum substantiam, sed qualitates actiuae & passivae ab elementis auferentur. Sed hoc non

videtur verum, quia qualitates actiuae & passivae sunt de perfectione elementorum: unde si sine eis repararentur elementa in corpore resurgentis essent minoris perfectionis, quam modo sunt. Et praeterea, cum qualitates illae sint propriae accidentia elementorum ex forma & materia ipsorum causata, videtur valde absurdum, quod causa maneat & effectus tollatur. Et ideo alij dicunt, quod manebunt qualitates, sed non habebunt proprias actiones divinae virtute id faciente ad conservationem humani corporis. Sed hoc etiam non videtur posse stare, quia admixtionem requiritur actio & passio actiuarum & passivarum qualitatum, & secundum praedominium unius vel alterius mixtae efficiuntur diuersae complexionis: quod oportet ponere in corpore resurgentis: quia erunt ibi carnes & ossa, & huiusmodi partes, quibus omnibus non competit una complexio. Et praeterea, secundum hoc impassibilitas non possit poni in eis, quia non poneret aliquam dispositionem in substantia impassibili, sed solum prohibitionem passionis ab exteriori, scilicet divinae virtutem, quae actiuae posset idem facere de corpore hominis in statu huius vitae.

ET ideo alij dicunt, quod in ipso corpore erit aliquid prohibens passionem corporum gloriosorum, scilicet materia quinti corporis, quia ponunt venire in compositionem humani corporis ad conciliandum elementa in harmoniam quandam, per quam possit esse debita materia animae rationalis: sed tamen in statu huius vitae propter dominum elementaris naturae, corpus humanum patitur ad similitudinem aliorum elementorum: sed in resurrectione dabitur natura quinti corporis: et ideo corpus humanum reddet ut impassibile ad similitudinem corporis caelestis: Sed hoc non potest stare, quia corpus quintum non venit materialiter ad compositionem corporis humani, ut in 2. lib. ostensum est. Et praeterea, impossibile est dicere, quod aliqua est virtus naturalis, qualis est virtus corporis caelestis, quae transferat corpus humanum ad proprietatem gloriae, qualis est impassibilitas corporis gloriosi, cum immutationem corporis humani a postolus attribuat virtuti Christi: quia qualis caelestis, tales caelestes. 1. Cor. 15. & Philip. 3.

non

dicendum quod qualitas quae est in corporibus beatorum est causa incorruptionis. Secundo dico, quod cessatio caeli erit aliquo modo causa, quod nec aer nec aqua amplius corrumpatur, & quod corpora sanctorum sunt impassibilia: unde nullus sanctorum dicit, quod illae dotes erunt in aqua vel in aere: nec etiam in 4. humoribus, quia etiam haec erunt impassibilia: ratio est, quia cessante motu caeli cessabit alteratio. Hoc tamen impugnat Scotus, quia cessante motu caeli, si ignis applicetur stupae, non comburet stupam est error: quod etiam dicit quidam articulus Parisiensis: sed si applicetur comburet eam. Praeterea arguit, quia sicut dicit Aristoteles in 2. de generatione, tex. 55. quod motus caeli est causa generationis per applicationem: ergo &c. Ad hoc dico sicut diximus in 2. sententiarum, quod motus inferior dependet a motu caeli. Forte Deus sic ordinavit, quod hic motus naturales dependeat a motu caeli. Sed quidquid sit dico quod omnes motus naturales dependet a motu caeli, & hoc ex divina institutione: Deus namque constituit, quod cessante motu caeli, sol non calefaciat, & si applicetur ignis stupae quod non comburat stupam: & hoc sufficeret ad incorruptionem beatorum. Unde dici potest, quod ex lege Dei cessante motu caeli, agentia alia non agent. Sed ultra hoc damus beatis ab intrinseco, quod habeant unde sint impassibiles, nempe ex praedictis qualitatibus: Et ad articulum Parisiensem dico, quod omnes articuli Parisienses, contra S. Thome fuerunt revocati Parisijs sub Stephano Episcopo, congregatis doctoribus & baccalarijs Parisiensibus. Secundo dico, quod illi articuli non determinant, nisi errores theologicos & non physicos: & ita debet intelligi illud quod qui diceret, quod cessante motu caeli etiam per potentiam divinam ignis non posset comburere stupam, error &c. Ad aliud, nempe quod dicit Philosophus, quod non dependet motus inferior a motu caeli nisi in applicatione, dico quod hoc fatetur Paludanus. Secundo dico, quod non solum omnis motus localis, sed omnis alteratio dependet a motu caeli. Ioannes Maior autem dicit, quod dotes impassibilitatis est ipse beatus, connotando quod Deus assistat illi ad hoc quod defendatur ab omni corruptione: & quod ita dicendum est de alijs dotibus. Ego autem dico, quod praedictae dotes sunt qualitates quaedam, tum propter dictas rationes, tum quia licet argumentari a viatoribus ad beatos: sed in viatoribus ponuntur qualitates aliquae praeter assistentiam divinam. Manifestum namque est, quod posset Deus concurrere cum viatore ad dilectionem Dei, super omnia sine virtute infusa: & eodem modo pone exemplum de fide infusa: sed Theologi omnes communiter ponunt virtutes infusas ad actus animae, & non esset sanum negare hoc: ergo in beatis sunt ponendae qualitates ad actus ipsorum

beatorum, cum hoc faciat ad eorum perfectionem: Unde sicut Deus posset sine virtute infusa concurrere ad hoc, quod quis sit gratus Deo sed non facit, ita ponenda est aliqua qualitas ad hoc quod iubet potentiam visivam in ipsis beatis, ut beatus videat a magna distantia. Non est igitur ratio, quare non ponatur in beatis aliqua qualitas ad suas actiones, & quod non sint semper miraculose, non videtur oppositum verisimile: Unde verisimilius est, quod sicut corpus viatoris habet qualitates infusas, ita corpus gloriosum habeat in se certas qualitates ad operandum. Et confirmatur, quia ea quae conveniunt entibus naturalibus secundum legem naturalem, conveniunt eis a forma propria inherente, sicut convenit caelo esse incorruptibile intrinsece a forma, sicut igitur sunt leges naturales, ita sunt leges beatificae, & lex naturalis non semper durabit, & lex beatifica est duratura in aeternum: unde ex lege gloriae habet beati quod sint incorruptibiles. Si autem esset lex naturalis conveniret eis intrinsece: ergo et lex gloriae conveniret eis intrinsece, & illa lex gloriae status iam erit naturalis: ergo &c. Durandus autem in 4. d. 44. q. 4. dicit, quod haec impassibilitas non est in beatis, nisi per assistentiam Dei: quia effectus communis debet habere causam communem, sicut commune est quod animalia sint corruptibilia & ideo eadem ratio est in omnibus hominibus quod sint corruptibiles, quia componuntur ex contrarijs. At hic effectus, nempe incorruptibilitas est communis damnatis & beatis: ergo oportet quod habeat aliquam causam communem quae conveniat eis, sed in damnatis non est aliqua qualitas: ergo nec in beatis. Ad hoc ego nego aecedens, quia sol calefacit & ignis calefacit: & tamen sol non est calidus, & ignis est calidus. Praeterea, caelum est incorruptibile: damnati etiam sunt incorruptibiles, an habeant aliquam causam communem? certe non, quia caelum a se habet, & ex perfectione damus illud beatis, quod in se habeant causam incorruptibilitatis & non in damnatis, damus nihilominus unam causam communem illis, quae est cessatio caeli: damnati namque & beati sunt incorruptibiles. Sed ultra hoc damus beatis & non damnatis quod sint incorruptibiles per qualitates intrinsecas. Maior autem dicit, quod non datur aliqua qualitas quae resistat calori & frigiditati, dico quod verum est in naturalibus. De qualitate autem supernaturali non est verum. Ad hoc arguetur, quod ex quiete caeli non fiat impassibilitas, quia ex quiete caeli non potest esse aliqua passio, quia inter passiones numeratur motus: sed non obstante motu caeli homo posset movere lapidem, & angelus etiam: ergo cessante motu caeli non fit impassibilitas. Ad hoc respondet Paludanus, quod post diem iudicij cessante motu caeli, angelus posset movere lapidem, & S. Tho.

Tho. in quaestionibus de potentia Dei, q. 5. art. 10. ad octavum dicit, quod cessante motu caeli, naturaliter erit motus cordis & motus voluntarius, sed cessabit omnis passio, & omnes motus naturalis. Sed quaerunt aliqui quare cessante caelo cessabit motus ad calefaciendum, & non cessabit ad producendum spes in visiva potentia? Dico quod una ratio est quam reddit Aristoteles in 2. phil. quia omnia naturalia sunt propter finem. Alteratio non ordinatur ad generationem & corruptionem, quibus cessantibus cessabit alteratio: & cessante motu caeli, naturaliter cessabit generatio & corruptio. Et haec est manifesta ratio: at illuminatio non est ad generationem rei, unde de producitur species, quia non cessabunt actiones visus, quare igitur cessabunt motus naturales & non voluntarij: una ratio est, quia est liber: secunda est, quia non cessat finis actionis voluntariae: sensus etiam non cessabunt propter easdem rationes &c.

Articulus secundus

Utrum impassibilitas in omnibus erit aequalis?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod impassibilitas in omnibus erit aequalis. Quia 1. Cor. 15 dicitur quod aequaliter omnes habent quod pati non possunt, qui habent dorem impassibilitatis: ergo impassibilitas est aequalis in omnibus.

PRÆTEREA, negationes non recipiunt magis & minus: sed impassibilitas est quaedam negatio vel privatio passibilitatis: ergo non potest esse maior in uno quam in alio.

PRÆTEREA, magnum album dicitur quod est nigro impermixtus: sed nulli corporum sanctorum admiscebitur aliquid de passibilitate: ergo omnia erunt aequaliter impassibilia.

SED contra, merito debet respondere premium proportionaliter. Sed sanctorum quidam fuerunt alijs maiores merito: ergo cum impassibilitas sit quoddam premium, videtur quod in quibusdam sit maior quam in alijs.

PRÆTEREA, impassibilitas dividitur contra dorem claritatis: sed illa non erit aequalis in omnibus, ut patet 1. Cor. 15. ergo nec impassibilitas.

RESPONDEO dicendum, quod impassibilitas potest dupliciter considerari. Vel secundum se vel secundum causam suam. Si secundum se consideretur, quia solam negationem vel privationem importat, non suscipit magis & minus: sed erit aequalis in omnibus beatis. Si autem consideretur secundum suam causam, sic erit in uno maior quam in alio. Causa autem eius est dominium anime super corpus, quod quidem dominium causatur ex hoc quod fruuntur Deo immobiliter: unde in illo qui perfectius fruuntur est maior impassibilitatis causa.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod glossa illa loquitur de impassibilitate secundum se, & non secundum causam suam.

AD SECUNDVM dicendum, quod quatuor negationes & privationes secundum se non intenduntur, nec remittuntur: amen intenduntur & remittuntur ex causis suis: sicut dicitur esse locus magis tenebrosus, qui habet plura & maiora obstacula lucis.

AD TERTIVM dicendum, quod aliqua non solum intenduntur per recessum a contrario, sed per accessum ad terminum, sicut lux intenditur. Et praeterea, etiam impassibilitas est maior in uno quam in alio, quamvis in nullo aliquid passibilitatis remaneat.

Articulus tertius

Utrum impassibilitas sensum in actu a corporibus gloriosis excludat?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod impassibilitas sensum in actu a corporibus gloriosis excludat. Quia sicut dicitur 1. Thimotheus in 2. de anima: sentire est quoddam pati: corpora autem gloriosa erunt impassibilia: ergo non sentient in actu.

PRÆTEREA, immutatio naturalis praecedit immutationem animalis, sic esse naturale praecedit esse intentionale: sed corpora gloriosa ratione impassibilitatis non immutabuntur immutatione

Secunda. 4. quest. 84. art. 3.

mutatione naturali: ergo nec immutatione animaliqua requiritur ad sentiendum.

PRÆTEREA, quando cum noua receptione, fit nouum iudicium: sed ibi non erit nouum iudicium, quia non erunt ibi cogitationes volubiles: ergo non fient ibi sensus in actu.

PRÆTEREA, quando anima est in actu vniuersipotentiæ remittitur actus alterius potentiæ, sed maxima summè erit intenta ad actum virtutis intellectiue, qua Deum contemplantur: ergo non erit aliquo modo in actu virtutis sentiue.

SED contra est quod dicitur Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus: ergo erit ibi sensus in actu.

PRÆTEREA secundum Philosophum in 1. de anima, animatum ab inanimato distinguitur sensu & motu: sed ibi erit in actu motus, quia tanquam scintilla in arundinetis discurrunt: Sapi. 1. ergo & sensus in actu.

RESPONDEO dicendum, quod aliquem sensum esse in corporibus beatorum omnes ponunt: aliàs corporalis vita sanctorum post resurrectionem, assimilaretur magis somno quàm vigilia: quod non competit illi perfectioni, eò quod in somno corpus sensibile non est in ultimo actu vite, propter quod somnus dicitur vite dimidium in primo Ethi. sed in modo sentiendi diuersi diuersa opinantur. Quidam n. dicunt, quod corpora gloriosa sunt impassibilia & propter hoc non receptibilia peregrinæ impressionis, & multo minus quàm corpora cœlestia: quia non erit ibi sensus in actu per receptionem alicuius speciei à sensibilibus, sed magis extra mittendo. Sed hoc non potest esse, quia in resurrectione natura speciei manebit eadem in homine, & omnibus parentibus eius: huiusmodi autem est natura sensus, ut sit potentia passiuæ, ut in 2. de anima, probat Philosophus. Vnde si in resurrectione sancti sentiet extra mittendo, & non recipiendo, non esset sensus in eis virtus passiuæ sed actiuæ, & sic non esset eiusdem speciei cum sensu qui nunc est, sed esset aliqua virtus eis data: sicut n. materia n. quam fit forma: ita potentia passiuæ nunquàm fit actiuæ. Et ideo alij dicunt, quod sensus in actu fiet per suspensionem, non quidem ab exterioribus

sensibus, sed per effluxum à superioribus viribus: ut sicut nunc superiores vires accipiunt ab inferioribus: ita e contrario tunc inferiores accipient à superioribus. Sed iste modus receptionis non facit verè sentire: quia omnis potentia passiuæ secundum suam speciem rationem determinatur ad aliquid actiuum speciale: quia potentia in quantum huiusmodi habet ordinem ad illud respectu cuius dicitur: vnde cum proprium actiuum in sensu sit res existens extra animam, & non intentio eius existens in imaginatione vel ratione, si organum sentiendi non moueatur à rebus extra: sed ex imaginatione vel à superioribus viribus alijs, non erit verè sentire. Vnde non dicimus, quod phrenetici & alij mente capti, in quibus propter victoriam imaginatiue virtutis fit huiusmodi defluxus specierum ad organa sentiendi verè sentiant, sed quia videtur eis quod sentiant. Et ideo dicendum est cum alijs, quod sensus corporum gloriosorum erit per suspensionem à rebus quæ sunt extra animam, sed sciendum est, quod organa sentiendi immutantur à rebus quæ sunt extra animam dupliciter. Vno modo immutatione naturali, quando, scilicet organum disponitur eadem qualitate naturali, qua disponitur res extra animam, quæ agit in ipsis: sicut cum manus fit calida ex tactu rei calidæ, vel odorifera ex tactu rei odorifera. Alio modo immutatione spirituali, quando recipitur qualitas sensibilis in instrumento secundum esse spirituale, id est species, siue intentio qualitatis, & non ipsa qualitas, sicut pupilla recipit speciem albedinis, & tamen ipsa non efficitur alba. Prima ergo receptio non causat sensum per se loquendo, quia sensus est susceptiuus specierum in materia præter materiam, id est præter esse materiale quod habebant extra animam, ut dicitur in 2. de anima: & hæc receptio immutat naturam recipientis, quia recipitur hoc modo qualitas secundum esse suum materiale: vnde ista receptio non erit in corporibus gloriosis, sed secunda quæ per se facit sensum in actu, & non immutat naturam recipientis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod iam patet ex dictis, quod ex hac passione quæ est in actu sentiendi, quæ non est aliud quam receptio

Secunda. 4. quest. 84. art. 4. fo. 609.

actu sentiendi, quæ non est aliud quam receptio prædicta, non trahitur corpus extra naturalem suam qualitatem, sed spiritualiter perficitur: vnde impassibilitas gloriosorum corporum hanc passionem non excludit.

AD SECVNDVM dicendum, quod omne passiuum recipiat actionem agentis secundum suum modum: si ergo aliquid sit, quod sit natum sic immutari ab actu naturali & spirituali immutatione, immutatio naturalis præcedit immutationem spiritualement: sicut esse naturale præcedit esse intentionale. Si autem natum sit immutari spiritualiter tantum, non oportet quod immutaretur naturaliter: sicut de aere qui non est receptiuus coloris secundum esse naturale, sed solum secundum esse spirituale: & ideo hoc solum modo immutatur: sicut e contrario corpora inanimata immutantur per qualitates sensibiles solum naturaliter: in corporibus autem gloriosis non poterit esse aliqua immutatio naturalis: & ideo ibi erit spiritualis immutatio tantum.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut erit noua receptio speciei in organo sentiendi: ita erit nouum iudicium sensus communis: non autem nouum iudicium intelligens de hoc, sicut in eo qui videt aliquid quod prius sciuit. Quod autem dicit Aug. non erunt ibi cogitationes volubiles, intelligitur de cogitationibus intellectiue partibus: vnde non est ad propositum.

AD QVARTVM dicendum, quod quando vnum duorum est ratio alterius, occupatio anime circa vnum, non impedit vel remittit occupationem eius circa aliud. Sicut medicus dum videt vrinam, non minus non potest considerare artis regulas de coloribus vinarum, sed magis: & quia Deus apprehenditur à sanctis, ut ratio omnium quæ ab eis agitur vel cognoscuntur: ideo occupatio eorum circa sensibilia sentienda, vel quæcumque alia contemplanda, in nullo impedit diuinam contemplationem, nec e contrario. Vel dicendum, quod ideo vna potentia impeditur in actu suo, quando alia vehementer cooperatur: quia vna potentia de se non sufficit ad tam diuersam operationem, nisi ei subueniatur per id quod erat alijs potentijs vel membris influentibus à principio vite: & quia in sanctis erunt

omnes potentie perfectissimæ, vna poterit intendere operari, ita quod ex hoc nullum impedimentum præstabitur actioni alterius potentiæ, sicut & in Christo fuit.

Artic. quartus.

Vtrum in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod non sint ibi omnes sensus in actu. Tactus enim est primus inter omnes alios sensus, ut dicitur in lib. de anima: sed corpora gloriosa carebunt actu tactus: quia sensus tactus fit in actu per immutationem corporis animalis ab aliquo exteriori corpore prædominante, in aliqua qualitate actiuarum vel passiuarum, quarum una est tactus discretiuus: qualis tunc immutatio esse non poterit: ergo non erunt ibi omnes sensus in actu. **PRÆTEREA** sensus gustus deseruit actui virtutis nutritiue: sed post resurrectionem huiusmodi actus non erit: ergo frustra esset ibi gustus.

PRÆTEREA, post resurrectionem nihil corrumpitur, quia tota creatura vestitur quadam virtute incorruptionis: sed sensus odoratus in actu suo esse non potest, nisi aliqua corruptione facta, quia odor non sentitur sine aliqua fumali euaporatione, quæ in quadam resolutione consistit: ergo sensus odoratus non erit ibi in suo actu.

PRÆTEREA, auditus deseruit discipline, ut dicitur in lib. de sensu et sensato: sed non erit post resurrectionem beatis necessaria aliqua disciplina per sensibilia: quia diuina sapientia replebuntur ex ipsis visione: ergo non erit ibi auditus. **PRÆTEREA**, visio fit secundum quod in pupilla recipitur species rei visæ: sed hoc non poterit esse post resurrectionem in beatis: ergo non erit ibi visus in actu, qui tam est omnium sensuum nobilior: Probatio mediæ. Illud quod est lucidum in actu, non est receptiuus speciei visibilis: vnde speculum directè positum sub radio solis non representat speciem corporis oppositi: sed pupilla sicut et totum corpus erit claritate dotata: ergo non recipietur

Secunda. 4. quest. 84. art. 4.

turibi aliqua species colorati corporis.
PRÆTEREA secundum perspectivos, omne quod videtur sub angulo videtur: sed hoc non competit corporibus gloriosis: ergo non habebunt sensum in actu. Probatio media: Quandoque aliquid videtur sub angulo, oportet esse aliquam proportionem anguli ad distantiam rei visæ, quia quod à remotiori videtur, minus videtur, & sub minori angulo: unde posset esse ita parvus angulus, quod nihil de re videretur: si ergo oculus gloriosus videbit sub angulo, oportet quod videat sub determinata distantia: & ita quod non videat aliquid à remotiori quam modo videmus quod videtur absurdum: & sic videtur quid sensus visus actu non erit in corporibus gloriosis.

SED contra, potentia coniuncta actui est perfectior quam non coniuncta, sed natura humana erit in beatis in maxima perfectione: ergo non erunt ibi omnes sensus in actu suo.

PRÆTEREA, vicinius se habent ad animæ potentie sensitivæ quam corpus: sed corpus premiabitur vel punietur propter merita vel demerita anime: ergo & omnes sensus premiabuntur in beatis, & punientur in malis, secundum delectationem & dolorem vel tristitiam, quæ in operatione sensus consistunt.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod in corporibus gloriosis erunt omnes potentie sensuum, non tamen erunt in actu, nisi duo sensus, scilicet tactus & visus: nec hoc erit ex defectu sensuum, sed ex defectu mediæ & obiecti, nec tamen erunt frustra, quia erunt ad integritatem humanæ nature, & ad commendandam sapientiam creatoris. Sed hoc non videtur verum, quia hoc quod est medium in istis sensibus, est etiam in alijs medium. In visu enim est medium aer, qui etiam est medium in auditu & odoratu: sicut patet in 2. de anima. Similiter etiam gustus habet medium coniunctum, sicut & tactus, cum gustus sit tactus quidam, ut in eod. lib. dicitur. Odor etiam erit ibi qui est obiectum odoratus: cum ecclesia cantet, quod odor suavissimus erunt corpora sanctorum. Laus vocalis erit in patria. Unde dicitur super illud psal. Exultationes Dei in gutture eorum: quod cor-

da & lingua non desinent laudare Deum. Et idem etiam habetur per glos. super illud Osee 14. In canticis & cimbalis & c.

ET ideò secundum alios dicendum, quod odoratus & auditus erunt ibi in actu, sed gustus non erit ibi, ita quod immutetur ab aliquo cibo vel potu sumpto, ut patet ex dictis: nisi forte dicatur, quod erit ibi gustus in actu per immutationem lingue ab aliqua humiditate inducta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod qualitates quas tactus percipit, sunt illæ ex quibus constituitur animatum corpus: unde per qualitatem tangibilem corpus animalis, secundum statum presentem, natum est immutari immutatione naturali & spiritali ab obiecto tactus. Et ideò tactus dicitur maximè materialis inter alios sensus, quia habet plus de materiali immutatione adiunctum: non tamen immutatio materialis se habet ad actum sentiendi qui perfectitur spiritali immutatione, nisi per accidens. Et ideò in corporibus gloriosis à quibus impassibilitas excludit naturalem immutationem, erit immutatio à qualitatibus tangibilibus spiritalis tantum: sicut etiam in corpore Adæ fuit, quod nec ignis nec gladius scindere potuisset, & tamen horum sensum habuisset.

AD SECVNDEV M dicendum, quod gustus secundum quod est sensus alimenti, non erit in actu, sed secundum quod est iudicium si porus, esse poterit forte per modum prædictum.

AD TERTIV M dicendum, quod quidam posuerunt quod odor nihil aliud est, quam quædam fumalis euaporatio. Sed hæc propositio non potest esse vera: quod patet ex hoc quod vultures immutantur ex odore percepto ad cadaverà ex locis remotissimis: eum tamen non esset possibile, quod euaporatio aliqua pertingeret ad cadaverè ad tam remota loca, etiam si totum resolveretur in vaporem, & præcipuè cum sensibilia in equali distantia ad quamlibet partem immutentur. Unde odor immutat medium quandoque, & instrumenti sentiendi spiritali immutatione sine aliqua euaporatione pertingente ad organum: sed quod aliqua euaporatio requiratur, hoc est eò quod odor in corporibus est humiditate aspersus. Unde oportet resolutionem fieri ad hoc quod percipiatur. Sed

Secunda. 4. quest. 85. art. i. fo. 610.

in corporibus gloriosis erit odor in sua ultima perfectione, nullo modo per humidum respersus. Unde immutabit spiritali immutatione, sicut odor fumalis euaporationis facit, & sensus odoratus in sanctis, quia nulla humiditate impeditur: & cognoscat non solum excellentius odoris, sicut nunc in nobis contingit propter nimiam cerebri humiditatem, sed etiam minimas odorum differentias.

AD QVARTVM dicendum, quod in patria erit laus vocalis, quamvis quidam aliter dicant, quod sola immutatione spiritali, organum auditus immutabitur in beatis, nec erit propter disciplinam qua scientiam acquirat, sed propter perfectionem sensus & delectationem: quomodo autem vox ibi formari poterit, dictum est in 2. lib.

AD QVINTVM dicendum, quod intensio luminis non impedit receptionem spiritalium speciei coloris, dummodo maneat in natura diaphani: sicut patet quandoque, illuminetur aer potest esse meritum in visu, & quanto est magis illuminatus, tanto per ipsum aliquid clarius videtur, nisi sit defectus ex debilitate visus. Quia autem in speculo directè opposito radio solis non appareat species corporis oppositi, non est propter hoc quod impeditur reuerberatio oportet enim ad hoc quod forma in speculo appareat, quod fiat quedam reuerberatio ad aliquod corpus obscurum: & ideò plumbam vitro adiungitur in speculo: hæc autem obscuritatem radius solis repellit, unde non potest apparere species in aliquo speculo. Claritas autem corporis gloriosi non aufert diaphaneitatem à pupilla, quia gloria non tollit naturam: unde magnitudo claritatis in pupilla magis facit ad acumen visus quam ad eius defectum.

AD SEXTVM dicendum, quod quanto sensus est perfectior, tanto ex minori immutatione facta potest obiectum suum percipere: quanto autem sub minori angulo visus à visibili immutatur, tanto minor immutatio est: & inde est, quod visus fortior magis à remotis aliquid videre potest, quam visus debilior, quia quanto à remotiori videtur, sub minori angulo videtur: & quia visus corporis glorio-

si erit perfectissimus, ex parvissima immutatione poterit videre: unde sub angulo multo minori videre poterit, quam modo possit, & per consequens multo magis à remotis.

Quæstio. 85.

De subtilitate corporum beatorum.

DEINDE considerandum est, de subtilitate corporum beatorum.

CIRCA quod queruntur sex.

PRIMO, utrum subtilitas sit proprietas corporis gloriosi?

SECUNDO, utrum ratione huius subtilitatis possit esse in eodem loco cum alio?

TERTIO, utrum per miraculum duo corpora possint simul esse in eodem loco?

QVARTO, utrum duo corpora gloriosa possint esse simul in eodem loco?

QVINTO, utrum corpus gloriosum necessario requirat æqualem sibi locum?

SEXTO, utrum corpus gloriosum sit palpabile?

Articul. primus.

Utum subtilitas sit proprietas corporis gloriosi?

Thom. 4. dist. 44. q. 2. artic. 2. q. 1. & sequent.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod subtilitas non sit proprietas corporis gloriosi: Proprietas enim gloriæ excedit proprietatem naturæ: sicut gloriæ claritas claritatem solis, quæ est maxima in natura: si ergo subtilitas est proprietas corporis gloriosi, videtur quod corpus sit subtilius futurum omni quod

est subtilis in natura, & ita erit ventis aereq; subtilius: quod est haeresis à Gregor. in Constantinopolitana Vrbedamnata, & ipse narrat in 4. lib. Moral.

PRÆTEREA, sicut caliditas & frigiditas sunt quaedam qualitates simplicium corporum scilicet elementorū, sic & subtilitas: sed calor & alia qualitates elementorum non intenduntur in gloriosis corporibus magis quam nunc: imò magis ad meritum reducentur: ergo nec subtilitas in eis erit maior quam nunc sit.

PRÆTEREA subtilitas inuenitur in corporibus propter paucitatem materiae: unde corpora quae habent minus de materia sub equalibus dimensionibus, dicimus magis subtilia, ut ignem in aere & aerem in aqua: sed tantum de materia erit in corporibus gloriosis, quantum nunc est: ergo tunc non erunt magis subtilia, quam nunc sunt.

SE D contra est quod dicitur. 1. Cor. 15. seminatur corpus animale, surget corpus spirituale: spiritus in simile: sed subtilitas spiritus, excedit omnem subtilitatem corporis: ergo corpora gloriosa erunt subtilissima.

PRÆTEREA, corpora quanto sunt subtiliora, tanto sunt nobiliora: sed corpora gloriosa sunt nobilissima: ergo erunt subtilissima.

RESPONDEO dicendum, quod nomen subtilitatis à virtute est assumptum. s. penetrandi: unde dicitur in 2. de generat. quod subtile est repletinum partibus, & partium partibus: quod autem aliud corpus sit penetratiuum contingit ex duobus: Primo ex paruitate quantitatis, praecipue secundum profunditatem & latitudinem: non autem secundum longitudinem, quia penetratio fit in profundum: unde longitudo penetrationi non obstat. Secundo, ex paucitate materiae: unde rara subtilia dicimus, & quia in corporibus raris forma praedominatur materiae: magis ideo translatus est nomen subtilitatis ad illa corpora quae optime subsistant formae, & perfectiatur ab ea completissimo modo, sicut dicimus subtilitatem esse naturae in sole & luna & alijs huiusmodi: sicut autem huiusmodi potest dici subtile, quando perfectissime completur in esse & virtute suae speciei. Et quia res in corporeae quantitate carent

materia, nomen subtilitatis ad eas transferuntur, non solum ratione suae substantiae, sed etiam ratione suae virtutis: sicut enim subtile dicitur penetratiuum, quia pertingit usque ad intima reia ita etiam dicitur aliquis intellectus subtilis, quia pertingit ad inspicienda intrinseca principia, & proprietates naturales rei latentis. Et similiter dicitur aliquis habere visum subtilem, quia aliquod minimum potest visu pertingere: & similiter est de alijs sensibus: & secundum hoc diuersimode subtilitatem corporibus gloriosis attribuerunt. Quidam etiam haeretici, ut August. narrat, attribuerunt eis subtilitatem secundum modum, quo spirituales substantiae subtiles dicuntur, dicentes quod in resurrectione corpus vertetur in spiritum: & ratione huius corpora resurgentium Apostolus spiritualia nominat. 1. Cor. 15. sed non potest stare. Primo, quia corpus in spiritum transire non potest, cum non communicent in materia, quod etiam Boetius ostendit in lib. de duabus naturis. Secundo, quia si hoc esset possibile corpore in spiritum conuerso, non resurgeret homo qui ex anima & corpore naturaliter constat. Tertio, quia si Apostolus sic intelligeret, sicut nominat corpora animalia, quae in animam sunt conuersa, quod patet esse falsum. Unde quidam haeretici dixerant, quod corpus in resurrectione remanet, sed habebit subtilitatem secundum modum rarefactionis: ita quod corpora humana in resurrectione erunt aerea, vel vento similia: ut Gregor. narrat in 23. lib. Moral. Sed hoc etiam non potest stare, quia corpus post resurrectionem palpabile habuit Dominus, ut patet Luc. vlt. spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere: quod praecipue subtile credendum est. Et praeterea, corpus humanum cum carnibus & ossibus resurget, sicut corpus domini: ut dicitur Luc. vlt. spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere: Et Iob. 19. dicitur, In carne mea videbo Deum saluatorem meum: natura autem carnis & ossis, hanc raritatem non potest habere.

ET ideo est assignandus corporibus gloriosis alius modus subtilitatis, ut dicatur subtilia propter comple-

completissimam corporis perfectionem: sed hanc completionem quidam eis attribuunt ratione quintae essentiae, quae in eis tunc maxime dominabitur, quod esse non potest. Primo, quia nihil de quinta essentia potest venire in compositionem corporis, ut in 3. lib. ostensum est. Secundo, quia dato quod veniret in compositionem corporis humani, non posset intelligi, quod dominaretur magis, tunc quam nunc supra naturam elementarem, nisi ita quod esset in corporibus humanis plus secundum quantitatem de natura caelesti: & sic corpora humana non essent eiusdem stature, nisi forte minueretur natura elementaris in homine: quod repugnat integritati resurgentium: vel ita quod natura elementaris indueret proprietates naturae caelestis ex eius dominio in corpore, et sic naturalis virtus esset causa proprietatis gloriose, quod videtur absurdum.

ET ideo alij dicunt, quod dicta completio ex quo corpora humana subtilia dicuntur, erit ex dominio animae glorificatae, quae est forma corporis super ipsum: ratione cuius corpus gloriosum spirituale dicitur, quasi omnino spiritui subiectum. Prima autem subiectio qua corpus animae subijcitur, est ad participandum esse specificum, prout subijcitur sibi in materia formae: & deinde subijcitur ei ad alia opera animae, prout anima est motor: & ita prima ratio spiritualitatis in corpore est ex subtilitate, & deinde ex agilitate, & alijs proprietatibus corporis gloriosi. Et propter hoc Apostolus in spiritualitate tetigit dotem subtilitatis, ut Magistri exponunt: unde Gregor. dicit. 14. Moral. quod corpus gloriosum dicitur subtile per effectum spiritualis potentiae. Et per hoc patet solutio ad obiecta quae procedunt de subtilitate, quae est per rarefactionem.

Artic. secundus.

Vtrum ratione huius subtilitatis competat corpori glorioso, esse in eodem loco cum alio non glorioso?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod ratione huius subtilitatis competat corpori glorioso, quod sit simul cum alio non glorioso. Quia ut dicitur Philip. 3. reformabit corpus humilitatis nostrae, conformatum corpori claritatis suae: sed corpus Christi potuit simul esse cum alio corpore in eodem loco, ut patet per hoc quod post resurrectionem intrauit ad discipulos in clausis, ut dicitur Ioan. 20. ergo et corpora gloriosa ratione subtilitatis, poterunt esse cum alijs corporibus non gloriosis in eodem loco.

PRÆTEREA, corpora gloriosa erunt nobiliora omnibus alijs corporibus: sed quaedam nunc ratione suae nobilitatis possunt esse simul cum alijs corporibus, scilicet radij solares: ergo multo fortius hoc conueniet corporibus gloriosis.

PRÆTEREA, corpus caeleste non potest diuidi ad minus quantum ad substantiam sphaerarum: unde dicitur Iob. 27. quod caeli velut aere solidissimi formati sunt: si ergo corpus gloriosum non potest simul esse cum alio corpore in eodem loco ratione subtilitatis, nunquam ad caelum Empyreum ascendere poterit, quod est erroneum.

PRÆTEREA, corpus quod non potest esse simul cum alio corpore, potest ex alterius obstaculo impediri in motu suo, vel etiam includi: sed hoc non potest contingere corporibus gloriosis: ergo possunt simul esse in eodem loco cum alijs corporibus.

PRÆTEREA, sicut se habet punctus ad punctum, ita linea ad lineam & superficies ad superficiem, & corpus ad corpus: sed duo puncta possunt esse simul, ut patet quando lineae se tangunt & similiter duae lineae in contactu duarum superficierum, & de superficie in contactu corporum: quia contigua sunt quorum vltima sunt simul: ut patet. 6. Phy. ergo non est contra naturam corporis, quin possit esse simul cum alio corpore in eodem loco: sed quidquid nobilitatis natura corporis patitur, totum corpori glorioso praestabitur: ergo corpus gloriosum ex suae subtilitatis proprietate habebit, quod possit esse simul cum alio corpore in eodem loco.

SED contra est quod Boet. dicit in lib. de trinitate in numero differentiam varietas accidentium facit, nam tres homines, neque genere, neque specie, sed suis accidentibus distant. nam si omnino cuncta ab his accidentia separamus, tamen locus est cunctis diuersus, quem unum fingere nullo modo possumus: ergo si ponantur duo corpora esse in uno loco, erit unum corpus numero.

PRÆTEREA, corpora gloriosa maiorem conuenientiam habebunt cum loco, quam spiritus angelici, sed spiritus angelici, ut quidam dicunt, non possunt distinguere numero nisi essent in diuersis locis, & propter hoc ponit quod necesse est esse eos in loco, & quod ante mundum creari non potuerunt, ergo multo magis debet dicere quod duo corpora qualiacumque non possunt esse in eodem loco.

RESPONDEO dicendum, quod non potest dici quod corpus gloriosum ratione sua subtilitatis habeat quod possit esse cum alio corpore in eodem loco nisi per subtilitatem auferatur id quod prohibetur nunc esse simul cum alio corpore in eodem loco. Dicunt autem quidam quod prohibetur ad hoc in isto statu ratione corpulentiæ, per quam habet quod replet locum: quæ quidem corpulentiæ ab eo per subtilitatis dotem tollitur. Sed non potest hoc stare propter duo. Primum, quia corpulentiæ quam dos subtilitatis auferit, est ad defectum pertinet, puta aliqua inordinatio materiæ non perfecte substantiæ suæ formæ. Totum enim quod ad integritatem corporis pertinet, in corpore resurget, tam ex parte formæ quam ex parte materiæ, quia quod aliquod corpus sit repletum loci, hoc habet per illud quod est de integritate naturæ eius, & non ex aliquo defectu naturæ. Cum enim plenum opponatur vacuo, illud solum non replet locum, quo posito in loco nihilominus manet vacuus locus. Vacuum autem definitur in 4. Physicorum, quod est locus non plenus sensibili corpore: dicitur autem aliquid corpus esse sensibile ex materia & forma, & naturalibus accidentalibus, quæ omnia ad integritatem naturæ pertinent: constat etiam quod corpus gloriosum erit sensibile, etiam secundum actum, ut patet in corpore Domini Lucae vigesimo cap. nec enim deerit materia

aut forma, aut naturalia accidentia, scilicet calidum & frigidum, & humidum, & huiusmodi. Vnde patet quod corpus gloriosum non obstante subtilitatis dote, replebit locum. Insuper enim videtur dicere quod locus ubi esset corpus gloriosum esset vacuus. Secundo, ratio eorum prædicta non valet, quia coexistentiam corporis impedire in eodem loco, est plusquam replere locum. Si enim ponamus dimensiones esse separatas sine materia, illæ dimensiones replent locum. Vnde quidam ponentes dicendum vacuum esse locum in quo sunt huiusmodi dimensiones sine aliquo sensibili corpore, & tamen istæ dimensiones prohibentur ne sint simul cum alio corpore in eodem loco, ut patet per Philosophum in 4. Physicorum & in 3. Metaphysicorum. Vbi habet pro inconuenienti quod corpus mathematicum, quod nihil est aliud quam dimensiones separate, sit simul cum alio corpore naturali sensibili. Vnde dato quod subtilitas corporis gloriosi auferat ab eo hoc quod est replere locum, non tamen sequitur quod propter hoc possit esse cum alio corpore in eodem loco: quia remoto eo quod minus est, non propter hoc remouetur quod plus est. Dicendum ergo quod illud quod impedit corpus nostrum nunc ne simul cum alio corpore sit in eodem loco, nullo modo poterit ab eo remoueri per dotem subtilitatis. Nihil enim potest prohibere corpus aliquod ne sit simul situatum cum alio corpore in eodem loco, nisi hoc quod in eo requirit diuersum situm: nihil enim est impedimentum identitatis nisi quod est causa diuersitatis. Hanc autem distinctionem situs non requirit aliqua corporis qualitas, quia corpori non debetur aliquis situs ratione suæ qualitatis: vnde remoto a corpore sensibili quod sit calidum & frigidum, aut graue, aut leue, nihilominus in eo remanet necessitas prædicta distinctionis, ut patet per Philosophum in 4. Physicorum, & etiam per se planum est. Similiter etiam materia non potest inducere necessitatem prædictæ distinctionis, quia materia non aduenit situs nisi mediante quantitate dimensiuæ. Similiter etiam nec forma situs habet, nisi ex materia situs habere: restat ergo quod necessitas distinctionis duorum corporum

corporum in situ causatur à natura quantitatis dimensiuæ, cui per se conuenit situs. Cadit enim in definitione eius, quantitas. n. dimensiuæ est quantitas habens situm: & inde est quod remotis omnibus alijs quæ in re sunt, distinctionis necessitas inuenitur in sola quantitate dimensiuæ: si enim accipiatur linea separata oportet quod si sint duæ lineæ vel duæ partes unius lineæ quod sint distinctæ in situ, alias linea addita lineæ non efficeret maius, quod est contra communem animi conceptionem: & similiter est de superficiebus & corporibus Mathematicis, & quia materiæ debetur situs, in quantum subsistit dimensioni, ex inde prædicta necessitas ad materiam situatam derivatur: ut sicut non est possibile esse duas lineas vel duas partes lineæ nisi sint distinctæ secundum situm, ita impossibile est esse duas materias vel duas partes materiæ, nisi sit distinctio situs: & quia distinctio materiæ est distinctio individuum principium, inde est quod Boetius dicit in lib. de Trinitate quod duobus corporibus, unum locum fingere nullo modo possumus, ut hanc saltem accidentium varietatem distinctionis indiuiduum requirat: subtilitas autem à corpore glorioso per dimensionem, non auferit sibi prædictam necessitatem situs distinctionis ab alio corpore: & ideo corpus gloriosum non habebit ratione suæ subtilitatis, quod possit esse cum alio corpore, sed poterit simul cum alio corpore esse ex operatione virtutis diuinæ: Sicut etiam corpus Petri non habuit ex aliqua proprietate indita, quod ad umbram eius sanarentur infirmi, sed hoc fiebat virtute diuina ad edificationem fidei, ita faciet virtus diuina, ut corpus gloriosum possit simul cum alio corpore esse ad perfectionem gloriæ.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quod corpus Christi non habuit ex subtilitatis dote, quod passeret esse simul cum alio corpore in eodem loco, sed hoc factum est diuina virtute post resurrectionem, sicut in natiuitate: Vnde Gregorius in Homeliis dicit: Illud corpus Domini intravit ad discipulos ianuis clausis, quod ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exiit utero virginis. Vnde non oportet quod ratione suæ subtilitatis, hoc conueniat cor-

poribus gloriosis.

AD SECUNDVM dicendum, quod lumen non est corpus, ut in prima parte dictum est: vnde obiectio procedit ex falsis.

AD TERTIVM dicendum, quod corpus gloriosum transibit sphaeras cælorum sine eorum diuisione, non ex vi subtilitatis, sed ex diuina virtute, quæ eis ad nutum in omnibus subueniet.

AD QVARTVM dicendum, quod ex hoc quod Deus eis ad nutum aderit in omnibus quæ voluit, sequetur quod non possint includi vel incarcerationi.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut dicitur 4. Physicorum punctum non conuenit esse locum, vnde si dicatur esse in loco, hoc non est nisi per accidens: quia corpus cuius est terminus est in loco sicut autem totus locus respondet toti corpori, ita terminus loci respondet termino corporis. Contingit autem duorum locorum esse unum terminum, sicut & duas lineas terminari ad unum punctum: & ideo quamuis duo corpora non possunt esse nisi in diuersis locis, tamen duobus terminis duorum corporum, respondet idem terminus duorum locorum, & secundum hoc dicuntur vltima corporum se contingentiæ esse simul.

Articul. tertius.

Vtrum per miraculū fieri possit, quod duo corpora sint in eodem loco?

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod nec etiam per miraculū fieri possit, quod duo corpora sint in eodem loco. Non enim potest fieri per miraculū quod sint simul duo & unum, quia hoc esset facere contradictoria esse simul: sed si ponantur duo corpora esse simul, sequeretur illa duo corpora esse unum: ergo non est possibile hoc per miraculū fieri. Probatio mediæ: sint duo corpora in eodem loco, quorum unum dicatur A, & aliud B, aut ergo dimensiones A, erunt eadem cum di-

Secunda. 4. quest. 85. art. 3.

dimensionibus loci, aut alia: si alia, ergo erunt aliqua dimensiones separate, quia non potest poni, quod dimensiones quae sunt inter terminos loci non sint in aliquo subiecto, nisi sint in corpore locato: si ergo sunt eadem, ergo eadem ratione dimensiones B. erunt eadem cum dimensionibus loci: sed quaecumque, vni & eidem sunt eadem sibi inuicem sunt eadem: ergo dimensiones A. & B. sunt eadem: sed duorum corporum non possunt esse eadem dimensiones, sicut nec eadem albedo: ergo A. & B. sunt vnum corpus, & erant duo: ergo sunt simul vnum & duo.

PRÆTEREA, contra cōes animi cōceptiones nō potest aliquid miraculosè fieri: v. s. pars nō sit minor toto: quia contraria cōmuni bus conceptionibus directè contradictionem includunt. Similiter nec conclusiones Geometricae, quae à communibus conceptionibus infallibiliter deducuntur: sicut quod triangulus non habeat tres angulos aequales duobus rectis. Similiter nec aliquid potest fieri in linea contra definitionem lineae, quia separare definitionem a definitione est ponere duo contradictoria esse simul: sed duo corpora esse in eodem loco est contra conclusiones Geometricae, & contra definitionem lineae: ergo non potest fieri per miraculum. Probatio media: Cōclusio est Geometrica, quod duo circuli non se tangunt nisi in puncto: si autem duo corpora circularia essent in eodem loco, duo circuli designati in eis se tangere secundum totum. Similiter etiam est contra definitionem lineae, quod infra duo puncta sit plus quam vna linea recta: quod fieret si duo corpora essent in eodem loco: quia infra duo puncta signata in diuersis superficiebus loci, essent duae lineae rectae duorum corporum locatorum.

PRÆTEREA, hoc videtur non posse fieri per miraculum, quod corpus inclusum in alio corpore non sit in loco, quia sic haberet locum cōmunem & non proprium, quod non potest esse: sed hoc sequeretur, si duo corpora essent in eodem loco: ergo non potest fieri per miraculum. Probatio media: sint duo corpora in eodem loco, quorum vnum secundum quamlibet dimensionem sit maius alio, corpus minus erit inclusum in corpore maiore, & locus corporis maioris erit lo-

cus eius communis: locum autem proprium non habebit: quia non erit aliqua superficies corporis actu signata quae contineat ipsum quod est de ratione loci: ergo non habebit locum proprium. **PRÆTEREA**, locus proportionaliter respondet locato: sed nunquam potest fieri per miraculum, quod idem corpus sit simul in diuersis locis, nisi per aliquam conuersionem, sicut accidit in sacramento altaris: ergo nullo potest modo fieri per miraculum, quod duo corpora sint simul in eodem loco.

SED contra, beata virgo filium miraculosè peperit: sed in illo partu oportuit duo corpora esse simul in eodem loco, quia corpus pueri exiit, claustra pudoris non fregit: ergo potest miraculosè fieri, quod duo corpora sint in eodem loco. **PRÆTEREA**, hoc idem potest ostendi per hoc, quod Dominus ad discipulos intravit clausis ianuis, Ioan. 20.

RESPONDEO dicendum, quod sicut ex dictis patet, propter hoc necesse est duo corpora in duobus locis esse, quia diuersitas materiae requirit distinctionem in situ: & ideo videmus, quod quando conueniunt duo corpora in vnum destruitur esse distinctum vtriusque, & acquiritur vtrique, simul esse vnum distinctum, ut patet in mixtionibus: non potest ergo esse, quod duo corpora remaneant duo, & tamen sint simul, & vtrumque, conseruet esse distinctum quod prius habebat, secundum quod vtrūque, erat ens indiuisum in se, & diuisum ab alijs. Hoc autem esse distinctum dependet à principijs essentialibus rei, sicut à causis proximis, sed à Deo sicut à causa prima: & quia causa prima potest conseruare rem in esse cessantibus causis secundis, ut patet per primam propositionem libri de causis: ideo diuina virtute, & ea sola fieri potest ut accidens sit sine subiecto, ut patet in sacramento altaris: & similiter virtute diuina, & ea sola fieri potest, quod corpori remaneat esse distinctum ab alio corpore, quod eius materia non sit distincta in situ ab alterius corporis materia, & sic miraculosè fieri potest, quod duo corpora sint in eodem loco.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa est sophistica, quia procedit ex suppositione falsi, vel petit principium. Procedit, n. ratio illa, ac

Secunda. 4. quest. 85. art. 3. fo. 613.

la, ac si inter superficies oppositas loci alicuius esset aliqua dimensio propria loco, cui oportet quod vniretur dimensio corporis locati aduenientis. Sic, n. sequeretur quod dimensiones duorum corporum locatorum esset vna dimensio, si vtraque, vnum fieret cum dimensione loci. Haec autem positio falsa est: quia secundum hoc quandoque corpus acquireret nouum locum, oporteret aliquam immutationem fieri in dimensionibus loci vel locati. Non, n. potest esse quod aliqua duo fiant de nouo vnum, nisi altero eorum immutato: si autem sicut se rei veritas habet, loco nō debetur alia dimensio quam dimensio locati, patet quod rō nihil probat sed petit principium: quia secundum hoc nihil est aliud dictum, quod dimensiones locati sunt eadem cum dimensionibus loci, nisi quod dimensiones locati continentur infra terminos loci, & secundum eorum mensuram distant termini loci, sicut distarent proprijs dimensionibus si eas haberent: & sic dimensiones corporum duorum esse dimensiones vnius loci, nihil est aliud quam duo corpora esse in eodem loco, quod est principale propositum.

AD SECVNDVM dicendum, quod positio quod duo corpora sint simul in eodem loco per miraculum, nō sequitur aliquid neque, contra cōmunem animi conceptionem, neque, contra definitionem lineae, neque, contra cōclusiones aliquas Geometricae, sicut supra dictum est: quantitas dimensura in hoc differt ab omnibus alijs accidentibus, quod habet specialem rationem indiuiduationis & distinctionis, quae est sibi & omnibus accidentibus communis, s. ex materia subiecta. Sic ergo vna linea potest intelligi diuersa ab alia, vel quia est in alio subiecto, quae consideratio est de linea naturali, vel quia distat in situ ab alia, quae consideratio est de linea mathematica, quae intelligitur praeter materiam: si ergo moueatur materia, non potest esse distinctio linearum nisi secundum situm diuersum: & similiter nec punctorum, nec superficierum, aut quarumcumque, dimensionum: & sic Geometria non potest ponere, quod vna linea addatur aliae tanquam distincta ab ea, nisi sit distincta in situ ab ea. Sed supposita distinctione subiecti sine distinctione situs ex diuino mira-

culos intelliguntur diuersae lineae, quae non distat situ propter diuersitatem subiecti: & similiter diuersa puncta, et sic diuersae lineae designatae in duobus corporibus quae sunt in eodem loco, trahuntur à diuersis punctis ad diuersa puncta, ut nō accipimus punctum in loco, sed in ipso corpore locato: quia linea nō dicitur trahi, nisi à puncto quod est terminus eius. Et similiter et duo circuli designari in duobus corporibus sphaericis existentibus in eodem loco: quae sunt duo, non propter diuersitatem situs, alia non possent se tangere secundum totum, sed sunt duo ex diuersitate subiectorum, & propter hoc se totaliter tangentes adhuc manent duo: sicut etiam circulus signatus in corpore locato sphaerico tangit secundum totum alium circulum signatum in corpore locante.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus posset facere aliquod corpus non esse in loco, & tamen illa positione facta non sequitur, quod aliud corpus non sit in loco: quia corpus maius est locus corporis minoris ratione illius superficie, quod designaretur ex cōtactu terminorum corporis minoris.

AD QVARTVM dicendum, quod vnum corpus esse simul localiter in duobus locis non potest fieri per miraculum. Corpus, n. Christi nō est in altari localiter, quāuis miraculosè posset fieri, quod duo corpora sint in eodem loco, quia esse in pluribus locis simul, repugnat indiuiduo ratione eius quod est ens indiuisum in se: sequeretur, n. quod esset distinctum in situ: sed esse cum alio corpore in eodem loco repugnat ei quantum ad hoc quod est diuisum ab alio: ratio autem vnius perficitur in indiuiduone, ut patet in 4. Meta. sed diuisio ab alijs est de consequentibus ad rationem vnius. Vnde quod idem corpus sit localiter simul in diuersis locis, includit contradictionem, sicut quod homo careat ratione: sed duo corpora esse in eodem loco non includit contradictionem, ut ex dictis patet: & ideo non est simile.

Articu. quartus.

Vtrū vnū corpus gloriosū possit esse cū alio glorioso in eodem loco?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco. Quia ubi est maior subtilitas, ibi est minor resistentia: si ergo corpus gloriosum est subtilius quam non gloriosum, minus resistet corpori glorioso: & ita si corpus gloriosum poterit esse cum corpore non glorioso in eodem loco, multo fortius cum corpore glorioso.

PRAETEREA, sicut corpus gloriosum est subtilius non glorioso: ita unum gloriosum erit subtilius alio: si ergo corpus gloriosum poterit esse simul cum non glorioso: & corpus gloriosum magis subtile poterit esse cum glorioso minus subtile.

PRAETEREA, corpus caeli est subtile, & erit tunc glorificatum: sed corpus alicuius sancti, poterit simul esse cum corpore caeli, quia poterit ad terram descendere, & ascendere pro suo libito voluntatis: ergo duo corpora subtilia, vel gloriosa poterunt esse simul.

SED contra, corpora gloriosa erunt spiritualia, id est spiritibus quantum ad aliquid similia: sed duo spiritus non possunt esse simul in eodem loco, ut in 1. lib. dictum est: ergo nec duo corpora gloriosa poterunt esse in eodem loco.

PRAETEREA, duorum corporum existentium simul, unum ab alio penetratur: sed penetrari ab alio corpore est ignobilitatis quae omnino a gloriosis aberit: ergo non poterunt esse duo corpora gloriosa simul.

RESPONDEO dicendum, quod corpus gloriosum ratione suae proprietatis non habet quod possit esse cum alio corpore glorioso in eodem loco, sicut nec visit simul cum corpore non glorioso: divina autem virtute fieri posset, ut duo corpora gloriosa essent simul, vel duo non gloriosa, sicut gloriosum & non gloriosum. Sed tamen non est convenientius quod corpus gloriosum sit simul cum alio corpore glorioso, tum quia in eis servabitur debitus ordo, qui distinctionem requirit: tum quia unum corpus gloriosum non se opponit alteri, & sic nunquam duo corpora gloriosa erunt simul.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio

illa procedit, ac si corpori glorioso inesset ratione suae subtilitatis, quod posset esse simul in eodem loco cum alio corpore, quod falsum est. **ET** similiter dicendum ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod corpus caeli & alia corpora aequivoce dicuntur gloriosa, in quantum participabunt aliquid gloriae, & non quod eis conveniant dotes corporum glorificatorum.

Articu. quintus.

Vtrum ex sua subtilitate remoueat a corpore glorioso necessitas existendi in aequali loco?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod ex sua subtilitate remoueat a corpore glorioso, necessitas existendi in aequali loco. Corpora enim gloriosa erunt conformia corpori Christi, ut patet Phil. 3. sed corpus Christi non coarctatur hac necessitate, ut sit in loco aequali, imo continetur totum sub paruis vel magnis dimensionibus hostiae consecratae: ergo et hoc idem erit in corporibus gloriosis.

PRAETEREA, Philosophus probat in 4. Phy. quod si duo corpora sunt in eodem loco, sequatur quod maximum corpus obtineat minimum locum: quia diuersae partes eius poterunt esse in eadem parte loci: non enim differt vtrum duo corpora, vel quaecumque sint in eodem loco: sed corpus gloriosum erit simul in eodem loco cum alio corpore, ut dicitur communiter: ergo potest esse in quouis paruo loco.

PRAETEREA, sicut corpus ratione suae coloris videtur, ita commensuratur loco ratione suae quantitatis: sed corpus gloriosum ita subiectum erit spiritui, quod poterit videri & non videri, & praecipue ab oculo non glorioso pro suo libito voluntatis, ut in Christo patuit: ergo ita quantitas subicitur mutui spiritus, quod poterit esse in paruo vel magno loco, & habere paruum vel magnam quantitatem ad libitum.

SED

SED contra est quod Philosophus dicit in 4. Physic. quod omne quod est in loco aequali sibi est, sed corpus gloriosum erit in loco: ergo erit in loco aequali sibi.

PRAETEREA, eadem sunt dimensiones loci & locati, ut probatur in 4. Phys. ergo si locus esset maior locato, esset idem maior & minus seipso, quod est inconueniens.

RESPONDEO dicendum, quod corpus non comparatur ad locum nisi dimensionibus proprijs, secundum quas corpus locatum circumscribitur ex contactu corporis locantis: unde quod corpus aliquod sit in minori loco quam sit sua quantitas, hoc non potest esse nisi per hoc quod quantitas corporis propria efficitur aliquo modo minor seipso: quod quidem non potest intelligi nisi dupliciter. Vno modo ex variatione quantitatis circa eandem materiam, ut scilicet materia quae primo subest magnae quantitati, postea subit paruae, & hoc quidam posuerunt in corporibus gloriosis, dicentes, quod quantitas eorum subest ad nutum, ita quod cum voluerint possunt habere magnam quantitatem, & cum voluerint paruum. Sed hoc non potest esse, quia nullus motus qui sit secundum aliquid intrinsecum rei, potest esse sine passione abiciens a substantia: & ideo in corporibus incorruptilibus, scilicet caelestibus est solus motus localis, qui non est secundum aliquid intrinsecum: unde patet quod mutatio quantitatis circa materiam repugnet impassibilitati corporis gloriosi, & incorruptibilitati. Et praeterea sequeretur quod corpus gloriosum quandoque esset rarius & quandoque spissius quia cum nihil diuidi possit ab eo de materia sua, quia eadem materia esset sub paruis dimensionibus, & quandoque sub magnis, & ita rare fieret & densaretur, quod non potest esse. Alio modo potest intelligi quod quantitas corporis gloriosi efficiatur minor seipso per variationem suam, ita scilicet quod partes corporis gloriosi subintrent se inuicem, & sic redeat ad quancunque paruum quantitatem. Et hoc quidam posuerunt dicentes quod ratione suae subtilitatis corpus gloriosum habebit quod possit esse simul cum alio corpore non glorioso id eodem loco. Et similiter potest una pars esse intra aliam intantum quod

totum corpus gloriosum poterit intrare per minimum porum unius corporis: & sic ponunt quod exiit de utero virginis, intrauit ianuis clausis ad discipulos. Sed hoc non potest esse tum quia corpus gloriosum non habebit quod sit cum alio corpore simul ratione subtilitatis tum quia etiam si haberet ut esset cum alio corpore, non tamen cum corpore glorioso, ut multi dicunt: tum quia repugnet rectae dispositioni corporis humani, quae requirit determinatum situm & distantiam partium. Unde nec per miraculum hoc unquam fiet. Et ideo dicendum quod corpus semper erit in loco sibi aequali.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod corpus Christi in altaris sacramento non est localiter, ut dictum est.

AD secundum dicendum, quod probatio Philosophi procedit ex hoc quod una pars eadem ratione subintraret aliam, sed talis subintratio corporis gloriosi inuicem non potest esse, ut dictum est: & ideo ratio non sequitur.

AD tertium dicendum, quod corpus videtur ex hoc quod agit in visum, quod autem agit in visum vel non agit, nihil variat in ipso corpore: & ideo non est inconueniens si possit quando vult videri, & quando vult non videri: sed esse in loco non est actio aliqua procedens ab earatione suae quantitatis, sicut videri ratione sui coloris, & ideo non est simile.

Articu. sextus.

Vtrum corpus gloriosum ratione suae subtilitatis sit impalpabile.



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod corpus gloriosum ratione suae subtilitatis sit impalpabile. Grego. n. dicit in homel. in octaua Paschae: Corrupti necesse est quod palpatur, sed corpus gloriosum erit incorruptibile: ergo erit impalpabile.

PRAETEREA, omne quod palpatur resistit palpanti: sed quod potest simul esse cum alio non resistit ei: cum ergo corpus gloriosum possit simul esse cum alio corpore, non erit palpabile.

palpabile.

PRAETEREA, omne corpus palpabile est tangibile, sed omne tangibile corpus habet qualitates tangibiles excedentes qualitates tangentis: cum ergo qualitates tangibiles non sint in excessu, sed reducta in maximam aequalitatem in corporibus gloriosis, videtur quod non sint palpabilia.

S E D contra est, quod Deus in corpore glorioso resurrexisset, & tamen corpus palpabile habuit: ut patet Ioan. 20. Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet.

RESpondeo dicendum, quod omne corpus palpabile est tangibile: sed non convertitur: omne enim corpus quod habet qualitates quibus natum est immutari sensus tactus, ut aer, ignis, & huiusmodi, sunt corpora tangibilia: sed omne palpabile ulterius addit quod resistit tangenti: unde aer qui nunquam resistit transseanti per eum, sed est facilis divisioni, tangibile quidem est, sed non palpabile: sic ergo patet quod palpabile dicitur aliquod corpus ex duobus, scilicet ex qualitatibus tangibilibus, & ex hoc quod resistit tangenti ut non pertransseat: & quia qualitates tangibiles sunt calidum & frigidum & huiusmodi, quae non inveniuntur nisi in corporibus grauibus & leuibus quae habent contrarietatem ad invicem, ac per hoc sunt corruptibilia: ideo corpora caelestia quae sunt secundum naturam incorruptibilia, sunt sensibilia quidem visu, sed non tangibilia, & fictiua nec palpabilia. Et hoc est quod Gregorius dicit, quod corrumpi necesse est omne quod palpatur. Corpus ergo gloriosum habet a natura sua qualitates quae sunt natae immutari & tactum: sed tamen quia corpus est omnino subiectum spiritui, in potestate eius est, ut secundum eius immutet tactum, vel non immutet. Similiter etiam secundum naturam sibi competit ut resistat cuilibet alteri corpori transseanti, ita quod non possit simul cum eo esse in eodem loco: sed miraculose hoc potest divina virtute contingere ad nutum ipsius, quod sit cum alio corpore in eodem loco, & sic non resistet ei transseanti: unde secundum naturam suam palpabile est corpus gloriosum, sed ex virtute supernaturali hoc ei competit, ut cum vult non pal-

petur a corpore non glorioso: & ideo Gregorius dicit quod Dominus palpandam carnem praebuit quam clausis ianuis introduxit, ut perfectum ostenderetur post resurrectionem corpus suum esse, & eiusdem naturae & alterius gloriae. **AD PRIMUM** ergo dicendum, quod incorruptibilitas gloriosi corporis, non est ex natura componentium secundum quam omne quod palpatur necesse est corrumpi: ut ex dictis patet, & ideo non sequitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod quamvis aliquo modo possit fieri quod corpus gloriosum sit cum alio corpore in eodem loco, tamen corpus gloriosum habet in potestate sua resistere cuilibet tangenti cum voluerit, & sic palpari potest.

AD TERTIUM dicendum, quod qualitates tangibiles in corporibus gloriosis non erunt reductae ad medium rei secundum aequidistantiam ab extremis acceptam, sed ad medium proportionis secundum quod optime competit completioni humanae in singulis partibus, & ideo tactus illorum corporum est subtilissimus, quia potentia semper delectatur in convenienti & tristatur in excessu.

IN HOC articulo petit S. Tho. de dote subtilitatis, quia beatus Paulus dicit, Semiaatur corpus animale, surget corpus spirituale, & S. Tho. per illud intelligit dotem subtilitatis. Iohan. autem Maior dicit quod per illud non intelligitur dos subtilitatis: ideo prius est dubium quid sit dos subtilitatis, secundo ad quid sit, quia de effectu dotis subtilitatis non convenit S. Tho. cum alijs: unde Scotus in 4. d. 49. q. 16. & Maior in eadem d. q. 2. sequentes analogiam vocabuli, dicunt quod dos subtilitatis ponitur ad hoc ut corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore: quia naturaliter non possunt esse simul, unde cum dote subtilitatis erunt simul cum caelo corpore gloriosa, in ipsa crassitudine caeli, & non corrumpetur caelum: & potest corpus gloriosum intrare per ianuas clausas, aut transire per parietem. S. Tho. autem in 4. d. 44. q. 2. art. 2. quest. 2. dicit quod dos subtilitatis nihil facit ad hoc quod corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore: ratio S. Tho. est, quia sequendo principia ipsius, necessarium est dicere quod si dos est aliqua qualitas nihil facit ad hoc quod corpora gloriosa possint esse simul, cum quantitas faciat impossibilitatem quod non possint esse simul duo corpora: at ratio formalis non impedit

impedit aliam quantitatem formalem, sed quantitas formaliter & non effectivè impedit quod duo corpora penetrant se, sicut albedo formaliter facit album, & nulla qualitas potest impedire quin faciat album: unde cum quantitas formaliter faciat & impedit ne duo corpora penetrant se, nulla qualitas potest hoc impedire & facere oppositum, nempe quod duo corpora sint simul: & confirmatur, quia si hoc esset verum nepe quod dos subtilitatis facit quod corpora gloriosa possint esse simul cum alijs corporibus, sequeretur quod non magis illud conveniret corpori glorioso quam non glorioso: probatur consequentia, quia si lapis potest esse simul cum corpore Pauli, aequaliter se haberent ambo, unde uterque diceretur habere illam subtilitatem. Quicquid tamen sit de ratione, S. Tho. dicit quod non spectat ad dotem subtilitatis quod duo corpora possint esse simul. Alij dicunt partem affirmatiuam, ut Scotus & Maior: Et igitur dubium an corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore: ad quod respondet Durandus d. 44. q. 5. & dicit quod per nullam potentiam duo corpora possunt se penetrare si sint quantitas, quia si non sunt quanta bene possunt esse simul, & videtur quod Oran in 4. d. 44. sit eiusdem sententiae. Durandus autem probat hoc modo, quia si duo corpora possent esse simul, ergo duae medietates possent esse simul, quod est impossibile: quia tunc non distinguerentur partes inter se, & de ratione partis est quod habeat partem extra partem situ & loco, ergo. Ad hoc argumentum concedo maiorem & nego minorem: & concedo quod possunt partes non distingui in ordine ad locum, & confirmatur: quia opposito dato sequeretur quod Deus posset ponere caelum in grano milij, ponendo partes in alijs partibus. Hoc ego concedo, & communis sententia est quod duo corpora possunt esse simul, quia Christus exiit a sepulchro clauso, & intrauit ad discipulos ianuis clausis: ad hoc dicit Durandus, quod non habetur quin aliunde intraret ad discipulos, & dicit quod quando exiit de sepulchro erat revolutus lapis: sed oppositum dicunt Sancti. Ideo dico quod corpus gloriosum potest penetrare aliud corpus gloriosum & non gloriosum, non tamen hoc habet a dote subtilitatis, sed habet a lege gloriae, cum beatus sit qui habet quicquid vult, & nihil mali vult: unde dico quod per assistentiam Dei habet corpus gloriosum quod penetret aliud: unde sequitur quod non semper habet corpus gloriosum quod sit simul cum alio corpore, cum hoc non habeat per aliquod intrinsecum illud, sed per assistentiam Dei, qui dabit beato quantum spectat ad beatitudinem suam, ex natura sua non possunt duo corpora se penetrare, unde non erunt simul corpora gloriosa: sed si vnus beatus voluerit transire per alium in locum ubi est alius beatus,

opus est quod alius beatus cedat alteri: & hoc facit magis ad decorem, nepe quod se ruetur naturalis lex: unde corpora gloriosa non habent per dotem subtilitatis quod possint se penetrare: & si per dotem conveniret ei quod possint se penetrare, semper conveniret eis. Secundo dico quod beatus potest esse cum alio corpore, quantum spectat ad gloriam suam, unde non erunt simul in caelo. Et si quaeras quis igitur est effectus huius dotis subtilitatis? dicit S. Tho. quod est perfecta informatio animae cum corpore propterea quod corpus erit subiectum animae: erit enim tanta unio inter corpus & animam quasi sint una essentia: vide in S. Tho. Durandus autem dicit quod ad dotem subtilitatis spectat quod anima subijciat sibi corpus quantum ad quinque potentias, ad hoc quod videat, olfaciat, & alijs sensibus sentiat.

Quaestio 86.

De agilitate corporum beatorum.

DEINDE considerandum est de agilitate corporum beatorum resurgentium.

Circa quod quaeruntur tria.

Primo, utrum corpora gloriosa sint futura agilia?

Secundo, utrum movebuntur?

Tertio, utrum movebuntur in instanti?

Articulus primus.

Utrum corpora gloriosa sint futura agilia.

Tho. 4. dist. 44. q. 2. ar. 3. q. 1. & seq.



AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod corpora gloriosa non sint futura agilia: illud enim quod de se agile est ad motum non indiget aliquo deferente: sed corpora gloriosa deferentur post resurrectionem in nubibus obviam Christo in aera ab angelis, ut dicit glo. 1. Thes. 4. ergo corpora gloriosa non erunt agilia.

PRAETEREA, nullum corpus quod moveatur cum labore & poena potest dici agile, sed corpora gloriosa hoc modo movebuntur,

cum

motor eorum. s. anima moueat in contrarium naturae eorum, alias mouerentur semper in unam partem, ergo non erunt agilia.

PRÆTEREA, inter omnes operationes animales sensus est nobilior, & proprior quã motus, sed non assignatur corporibus gloriosis aliqua proprietate quæ perficiat eas ad sentiendum: ergo nec debet eis attribui agilitas per quam perficiuntur ad motum.

PRÆTEREA, natura dat diuersis instrumenta dispositionis diuersa, secundum diuersas virtutes ipsorum: unde nõ eiusdem dispositionis dat instrumenta animali tardo & veloci: sed Deus multò ordinatiùs operatur quàm natura: cū ergo corpus gloriosum habeat membra eiusdem dispositionis in figura & quantitate sicut modo, videtur quòd non habeat agilitatem aliam quàm modo habet.

SED contrã est quòd dicitur 1. Cor. 15. Seminatur in infirmitate, resurget in virtute. glos. i. mobile & viuum: sed mobilitas non potest dici nisi agilitatem ad motum: ergo corpora gloriosa erunt agilia.

PRÆTEREA, tarditas maximè videtur spiritualitati repugnare: sed corpora gloriosa maximè erunt spiritualia, vt dicitur 1. Cor. 15. ergo erunt agilia.

RESPONDEO dicendum, quòd corpus gloriosum erit omninò subiectum animæ glorificatæ: non solùm vt nihil in eo sit quòd resistat voluntati spiritus, quia hoc fuit etiam in corpore Adæ: Sed etiã vt sit in eo aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam habile redditur ad prædictam subiectiõnem, quæ quidem perfectio dos glorificati corporis dicitur: anima autem coniungitur corpori non solùm vt forma, sed etiam vt motor, vtroque autem modo oportet quòd corpus gloriosum animæ glorificatæ sit summè subiectum. Vnde sicut per dotem subtilitatis subijcitur ei totaliter in quantum est forma corporis dans ei specificum: ita per dotem agilitatis subijcitur ei totaliter in quantum est motor, vt sit expeditum & habile ad obediendum spiritui in omnibus moribus & actionibus animæ. Quidam tamen causam agilitatis attribuant quintæ essentia, quæ tunc in corporibus

gloriosis dominabitur: sed de hoc frequenter dictum est quòd non videtur conueniens. Vnde melius est vt attribuaturs animæ à qua gloria in corpus emanat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpora gloriosa dicuntur ferri baiules angelis, & etiã in nubibus nõ quasi eis indigeant, sed ad reuerentiã designandã quæ corporibus gloriosis etiã ab angelis & oibus creaturis deferretur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quanto virtus animæ mouentis dominatur magis supra corpus, tãto minus est labor in motu, qui etiam fit contra naturam corporis. Vnde illi in quibus virtus motiua est fortior, & illi qui habent ex exercitio corpus magis habitatum ad obediendum spiritui mouenti, minus laborant in motu: & quia post resurrectionem anima perfectè dominabitur corpori, tum propter perfectionem propriæ virtutis, tum propter humilitatem corporis gloriosi ex reddentia gloriæ ab anima in ipsum, non erit aliquis labor in motu sanctorum, & sic dici poterunt corpora sanctorum agilia.

AD TERTIAM dicendum, quòd per dotem agilitatis corpus gloriosum redditur habile, non solùm ad motum, sed etiam ad sensum, & omnes alias animæ operationes exequendas.

AD QVARTVM dicendum, quòd sicut natura dat velocioribus animalibus instrumenta diuersa dispositionis & in figura & quantitate, ita Deus dabit corporibus sanctorum aliam dispositionem quàm nunc habeant, nõ quidem in figura & quantitate, sed in proprietate gloriæ, quæ dicitur agilitas.

Arti. secundus.

Vtrum sancti agilitate sua nõquã vtantur ita quòd moueantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sancti agilitate sua nõquã vtantur ita quòd moueantur. Quia secūdm Philosophum, motus est actus imperfectus: sed in illis corporibus nulla erit imperfectio, ergo nec aliquis motus.

PRÆT

PRÆTEREA, omnis motus fit propter indigentiam: quia omne quòd mouetur, mouetur propter adaptionem alicuius finis: sed corpora gloriosa non habebunt aliquam indigentiam, quia vt August. dicit, ibi erit quicquid volens, non erit quicquid nolens: ergo non mouebuntur.

PRÆTEREA, secundum Philosophum 2. de Cælo & mundo, illud quòd participat diuinam bonitatẽ sine motu, nobilius participat illam quàm quòd participat illam cum motu: sed corpus gloriosum nobilius participat diuinam bonitatem quàm aliud corpus: cū ergo quadam alia corpora omninò sine motu remaneant sicut corpora cælestia, videtur quòd multo fortius corpora humana.

PRÆTEREA, Augustinus dicit quòd anima stabilita in Deo stabilitet corpus consequenter: sed anima ita erit in Deo stabilita quòd nullo modo ab eo mouebitur: ergo nec in corpore erit aliquis motus ab anima.

PRÆTEREA, quanto corpus est nobilius, tanto debetur ei locus nobilior: vnde corpus Christi quod est nobilissimum, habet locum eminentiorem inter cætera loca, vt patet Hebr. 2. Excelsior cælis factus. glos. loco & dignitate. & similiter vnum quodq; corpus gloriosum habebit eadem ratione locum sibi cõuenientem secundum mensuram suæ dignitatis: sed locus est de pertinentibus ad gloriam: cū ergo post resurrectionem gloria sanctorum nõquã varietur, nec in plus neque in minus, quia erunt omninò tunc in termino: videtur quòd corpora eorum nõquã de loco sibi determinato recedent, & ita non mouebuntur.

SED contrã est quòd dicitur Isa. 40. Currēt & non laborabunt, volabunt & non deficiēt. Et Sapient. 3. Tanquam scintilla in arundinetis discurrent: ergo erit aliquis motus corporum gloriosorum.

RESPONDEO dicendum, quòd corpora gloriosa aliquãdo moueri necessarium est ponere: quia & ipsum corpus Christi motum est in ascensione, & similiter corpora sanctorum quæ de terra resurgent ad cælum Empyreum ascendent, sed etiam postquam cælos cõscenderint verisimile est quòd aliquãdo moueantur

pro sua libito voluntatis, vt illud quòd habet in virtute actus exercentes, diuinam sapientiã commendabilem ostendant, & visus eorum reficiatur pulchritudine creaturarum diuersarum, in quibus Dei sapientia eminenter relicebit. Sensus enim non potest esse nisi presentium: quamuis magis à longinquo possint sentire corpora gloriosa quàm non gloriosa, nõ tamen per motum aliquid deperiet eorum beatitudini quæ cõsistit in visione Dei, quem vbique presentẽ habebunt: sicut & de angelis dicit Greg. quòd intra Deum currunt quocunq; mittantur.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd localis motus non variat aliquid eorum quæ sunt intranea rei, sed est secūdm id quòd est extrare. s. locum: vnde illud quòd mouetur motu locali, est perfectum quantum ad ea quæ sunt intra rem, vt dicitur 4. Phys. quamuis habeat imperfectionem respectu loci: quia dum est in vno loco, est in potentia ad alium locum, quia non potest esse actu in pluribus locis simul, hoc enim solius Dei est. Hic autem defectus non repugnat perfectioni gloriæ, sicut nec defectus quod creatura est de nihilo: & ideò manebunt defectus huiusmodi in corporibus gloriosis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd aliquis dicitur indigere aliquo simpliciter & secundum quid: simpliciter quidem indiget aliquo sine quo non potest conservari in esse vel in sua perfectione, & sic motus in corporibus gloriosis non erit propter aliquam indigentiam: quia ad hæc omnia sufficit eis sua beatitudo: sed secundum quid indiget quis illo sine quo non potest aliquem finem intentum habere, vel non ita bene vel tali modo, & sic motus erit in beatis propter indigentiam. Non enim poterunt manifestare virtutem motiuam in seipsis experimẽto, nisi moueantur: huiusmodi enim indigentias nihil prohibet in corporibus gloriosis esse.

AD TERTIAM dicendum, quòd ratio illa procederet si corpus gloriosum non posset etiã sine motu participare diuinam bonitatem multo altius quàm corpora cælestia, quòd falsum est. Vnde corpora gloriosa non mouebuntur ad consequendam perfectam diuinam voluntatis participationem. Hanc enim habent per gloriam

gloriam, sed ad demonstrandam virtutem anime: per motum autem corporum coelestium non posset demonstrari virtus eorum, nisi quia habent in movendo corpora inferiora ad generationem & corruptionem, quod non competit illi statui, & ideo ratio non procedit.

AD QVARTVM dicendum, quod localis motus nihil diminuit de stabilitate anime: anima stabilita in Deo, cum non sit secundum aliquid intrinsecum rei, ut dictum est.

AD QVINTVM dicendum, quod locus congruus unicuique glorioso corpori deputatus secundum gradum suae dignitatis, pertinet ad premium accidentale, non tamen oportet quod diminuatur aliquid de premio, quando cunque est extra locum suum: quia locus ille non pertinet ad premium secundum quod actu continet corpus locatum, cum nihil influat in corpus gloriosum, sed magis recipiat splendorem ab eo: sed secundum quod est debitus pro merito: unde gaudium de tali loco manet etiam ei qui est extra locum suum.

Articul. tertius.

Utrum sancti movebuntur in instanti?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sancti moveantur in instanti. Augustinus enim dicit quod ubi cunque voluerit spiritus ibi erit & corpus. Sed motus voluntatis secundum quem spiritus vult alicubi esse, est in instanti: ergo & motus corporis est in instanti.

PRÆTEREA, Philosophus in 4. Physic. probat quod non sit motus per vacuum: quia oportet moveri aliquid in instanti, quia vacuum non resistit aliquo modo mobili: resistit autem plenum, & sic nulla proportio esset motus qui fit in vacuo, ad motum qui fit in pleno, cum proportio in velocitate sit secundum proportionem resistantiae quae est in medio. Omnium autem duorum motuum qui fiunt in tempore, oportet esse proportionales velocitates,

quia omni tempore omne tempus proportionale est: sed similiter nullum spatium plenum potest resistere corpori glorioso, quod potest esse cum alio corpore in eodem loco, quocumque modo fiat: sicut nec vacuum alteri corpori: ergo si movetur in instanti movetur.

PRÆTEREA, virtus anime glorificata quasi impropotionaliter excedit virtutem anime non glorificatae: sed anima non glorificata movet corpus in tempore: ergo anima glorificata movet corpus in instanti.

PRÆTEREA, omne quod movetur aequaliter citò ad propinquum & distans movetur in instanti: sed motus corporis gloriosi est talis, quia ad quantuncumque distans spatium movetur, in tempore imperceptibili movetur. Unde Augustinus dicit in quaest. de resurrectione, quod corpus gloriosum utraque intervalla pari celeritate pertingit, ut radius solis: ergo corpus gloriosum movetur in instanti.

PRÆTEREA, omne quod movetur, vel movetur in tempore vel in instanti: sed corpus gloriosum post resurrectionem non movetur in tempore, quia tunc iam non erit, ut dicitur Apocal. 4. ergo motus ille erit in instanti.

SED contra in motu locali spatium & motus & tempus simul dividuntur, ut demonstrativè probatur in 6. Physic. sed spatium quod transit corpus gloriosum per suum motum est divisibile: ergo & motus divisibilis & tempus divisibile, instans autem non dividitur: ergo motus ille non erit in instanti.

PRÆTEREA, non potest esse aliquid simul totum in uno loco, & partim in alio, quia sequeretur quod altera pars esset in duobus locis simul, quod esse non potest: sed omne quod movetur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, ut ostensum est in 6. Physic. omne autem quod motum est, totum est in termino ad quem est motus: non autem potest esse quod simul moveatur & motum sit, sed omne quod movetur in instanti simul movetur & motum est: ergo motus localis corporum gloriosum non poterit esse in instanti.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est multiplex opinio. Quidam dicunt quod corpus gloriosum transit de uno loco ad alium, sine hoc

hoc quod transeat medium, & propter hoc potest corpus gloriosi motus esse in instanti, sicut & voluntatis. Sed hoc non potest stare, quia corpus gloriosum nunquam perveniret ad dignitatem naturae spiritualis, sicut nunquam desinit esse corpus. Et praeterea, voluntas cum dicitur moveri de uno loco in alium, non transfertur essentialiter de loco in locum, quia neutro locorum illorum essentialiter continetur, sed dirigitur in unum locum postquam fuerat directa per intentionem ad alium, & pro tanto dicitur moveri de loco ad locum.

ET IDEO alij dicunt quod corpus gloriosum habet de proprietate naturae suae quae corpus est quod pertranseat medium, & ita quod moveatur in tempore, sed virtute glorie quam habet, infinitam quandam supra naturam habet quod possit non pertransire medium, & sic in instanti moveri. Sed hoc non potest esse, quia implicat in se contradictionem, quod patet. Sit enim aliquod corpus quod moveatur ab A in B. & corpus motum sit Z. constat quod Z. quoadiu est totum in A. non movetur, similiter nec quando est totum in B. quia tunc motum est: ergo si aliquando movetur oportet quod nec sit totum in A. nec totum in B. ergo quando moveatur vel nusquam est, vel est partim in A. vel partim in B: vel totum in aliquo alio medio, puta in C. aut partim in C. partim in A. & partim in B. Sed non potest poni quod nusquam sit, quia sic esset aliqua quantitas dimensura non habens situm, quod est impossibile. Neque potest poni quod sit partim in A. & partim in B. & non sit in medio aliquo modo: quia cum B. sit locus distans ab A. sequeretur in medio interiacente, quod pars C. quae est in B. non esset continua parti quae est in A. Ergo restat quod vel sit totum in C. vel partim in eo, vel partim in alio loco quod ponetur medium inter C. & A. puta D. & sic de alijs. Ergo oportet quod Z. non perveniat de A. in B. nisi prius sit in omnibus medijs, nisi dicatur quod pervenit de A. in B. & nunquam movetur, quod implicat contradictionem: quia ipsa successio locorum est motus localis: & eadem ratio est de qualibet mutatione quae habet duos contrarios terminos, quorum utrumque est aliquid positivè. Secus autem

est de illis mutationibus quae habent unum terminum tantum positivum, & alterum puram privationem, quia inter affirmationem & negationem seu privationem non est aliqua determinata distantia. Unde quod est in negatione potest esse propinquius vel remotius ab affirmatione, vel e converso, ratione alicuius quod causat alterum eorum, vel disponit ad ea: & sic dum quod movetur est totum sub negatione mutatur in affirmationem & e converso: unde etiam in eis mutans praecedit mutatum esse, ut probatur in 5. Physic. Nec est simile de motu angeli, quia esse in loco equivoce dicitur de corpore & angelo: & sic patet quod nullo modo potest esse quod aliquod corpus perveniat de uno loco ad alium nisi transeat omnia media. **ET IDEO** alij hoc concedunt, sed tamen dicunt quod corpus gloriosum movetur in instanti. Sed ex hoc sequitur quod corpus gloriosum in eodem instanti sit in duobus locis simul vel pluribus, scilicet in termino vel imo & in omnibus medijs locis, quod non potest esse. Sed ad hoc dicunt quod quamvis sit idem instans secundum rem, tamen differt ratione, sicut punctus ad quem terminantur diversae lineae. Sed hoc non sufficit: quia instans mensurat hoc quod est in instanti secundum rem, non secundum quod consideratur. Unde diversa consideratio instantis non facit quod instans possit mensurare illa quae non sunt simul tempore: sicut nec diversa consideratio puncti potest facere quod sub uno puncto loci contineantur quae sunt distantia sita. **ET IDEO** alij probabilius dicunt quod corpus gloriosum movetur in tempore, sed imperceptibili propter brevitatem, & tamen quod totum corpus gloriosum potest in minori tempore idem spatium pertransire quam aliud: quia tempus quantumcunque parvum accipiat, est infinitum divisibile.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud quod parum deest, quasi nihil deesse videtur, ut dicitur in 4. Physic. & ideo dicimus, statim facio quod post modicum tempus fiet: & per hunc modum loquitur Augustinus, quod ubi cunque erit voluntas, ibi erit statim corpus. Vel dicendum quod voluntas nunquam erit inordinata in beatitudine. Unde nunquam volent corpus suum esse alicubi in aliquo instanti

Secunda. 4. quest. 86. art. 3.

instati in quo non possit ibi esse: & sic quodcumque instans voluntas determinabit, corpus erit in illo loco quem voluntas determinat.

AD SECUNDVM dicendum, quod quidam contra dixerunt illi propositioni quam Philosophus inducit in parte illa, ut Comment. ibidem dicit, dicentes quod non oportet esse proportionem totius motus ad totum motum secundum proportionem resistentis medijs ad aliud medijs resistentis, sed oportet quod secundum proportionem medijs per qua transitur, attendatur proportio retardationum qua accidit in motibus ex resistentia medijs. Quilibet enim motus habet determinatum tempus velocitatis & tarditatis ex victoria mouentis supra mobile, etiam si nihil resistat ex parte medijs: sicut patet in corporibus celestibus in quibus non inuenitur aliquid quod obstat motui ipsorum, & tamen non mouentur in instanti, sed in tempore determinato secundum proportionem potentie mouentis ad mobile. Et ita patet, quod si ponatur aliquid moueri in vacuo, non oportebit quod moueatur in instanti, sed quod nihil addatur tempori quod debetur motui ex proportionem predicta mouentis ad mobile: quia motus non retardatur.

S E D haec responsio ut Comment. dicit, procedit ex falsa imaginatione qua quis imaginatur, quod tarditas qua causatur ex resistentia medijs, sit aliqua pars motus addita motui naturali, qui habet quantitatem secundum proportionem mouentis ad mobile: sicut una linea additur lineae ratione cuius accidit in lineis, quod non remanet eadem proportio totius ad totam lineam quaerat linearum additarum ad inuicem: & sic etiam non fit eadem proportio totius motus ad totum motum sensibilem qua est retardationum contingentium ex resistentia medijs. Quae quidem imaginatio falsa est, quia qualibet pars motus habet tantum de velocitate, quantum totus motus: non autem qualibet pars lineae habet tantum de quantitate dimensura. Unde tarditas vel velocitas addita motui, redundat in qualibet partem eius, quod de lineis non contingit, & sic tarditas addita motui non facit aliam partem motus: sicut ex lineis accidebat quod additum est pars totius lineae. Et

ideo ad intelligendam probationem Phy. ut Com. ibidem exponit, sciendum est quod oportet accipere totum pro vno, scilicet resistentiam mobilis ad virtutem mouentem, & resistentiam medijs per quod est motus, & cuiuscumque alterius resistentis, ita quod accipiatur quantitas tarditatis totius motus secundum proportionem virtutis mouentis ad mobile resistentis quocumque mouetur, vel ex se, vel ex alio extrinseco. Oportet enim semper quod mobile resistat aliquo modo mouenti, cum mouens & motum, agens & patiens, in quantum huiusmodi sint contraria. Quandoque autem inuenitur resistere mobile mouenti ex se ipso: quia habet virtutem inclinantem ad contrarium motum, sicut patet ex motibus violentis: vel saltem quia habet locum contrarium loco qui est in intentione mouentis: cuiusmodi resistentia inuenitur etiam corporum celestium ad suos motores. Quandoque autem mobile resistit virtuti mouentis ex alio tantum, & non ex ipso, sicut patet in motu naturali grauium & leuium, quia per ipsam formam eorum inclinantur ad motum tale est, non impressio generatis quod est motor ex parte grauium & leuium: ex parte autem materia non inuenitur aliqua resistentia neque virtutis inclinantis ad contrarium motum, neque contrarij loci, quia locus non debetur materiae, nisi secundum quod sub dimensionibus consistens perficitur forma naturali. Unde non potest esse resistentia nisi ex parte medijs: quae quidem resistentia est motui eorum naturali: quandoque autem est ex utroque, sicut patet in motibus animalium. Quando ergo in motu non est resistentia nisi ex parte medijs, sicut accidit in corporibus celestibus: tunc ipse motus mensuratur secundum proportionem motoris ad mobile, & in talibus non procedit ratio Philosophi: quia remoto omni medio adhuc manet motus eorum in tempore. Sed in illis motibus in quibus est resistentia ex parte medijs tantum, accipitur mensura temporis secundum impedimentum quod ex medio solum est: unde si subtrahatur omnino medium, nullum impedimentum remanebit: & sic vel mouebitur in instanti, vel aequali tempore mouebitur secundum vacuum spatium & plenum. Quia dato quod moueatur in tempore per vacuum, illud

Secunda. 4. quest. 86. ar. 3. fo. 618.

illud tempus in aliqua proportione se habebit ad tempus in quo mouetur per plenum. Possibile est autem imaginare aliquod corpus in eadem proportione subtilius corpore quo spatium plenum erat, quo si aliud spatium impleatur aequale, in tam paruo tempore mouebitur per illud plenum sicut per vacuum. Primo, quia quantum additur ad subtilitatem medijs tantum subtrahitur de quantitate temporis, & quanto est magis subtile minus resistit: sed in alijs moribus in quibus est resistentia ex ipso mobili, & ex medio quantitas temporis est accipienda secundum proportionem mouentis potentiae ad resistentiam mobilis & medijs simul. Unde dato quod totaliter medium subtrahatur, vel non impediat, non sequitur quod motus sit in instanti, sed quod tempus motus mensuratur tantum ex resistentia mobilis. Neque erit inconueniens si per idem tempus mouetur per vacuum & per plenum, aliquo corpore subtilissimo imaginato: quia determinata subtilitas medijs quanto est maior, nata est facere tarditatem minorem in motu. Unde potest imaginari tanta subtilitas quod erit nata facere minorem tarditatem quam sit illa tarditas quam facit resistentia mobilis, & sic resistentia medijs nullam tarditatem adiciet ad motum. Patet ergo quamuis medium non resistat corporibus, gloriosis secundum hoc quod possint esse cum alio corpore in eodem loco, nihilominus motus eorum non erit in instanti: quia ipsum corpus mobile resistit virtuti mouentis ex hoc ipso, quia habet determinatum suum, sicut de corporibus celestibus dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis virtus animae glorificata excedit inestimabiliter virtutem animae non glorificatae, non tamen excedit in infinitum: quia utraque virtus est infinita. Unde non sequitur quod moueatur in instanti: si tamen esset simpliciter infinita virtus, non sequeretur quod moueretur in instanti, nisi separaretur totaliter resistentia qua est ex parte mobilis. Quamuis autem resistentia qua mobile resistit mouenti, per contrarietatem quam habet ad talem motum ratione inclinationis ad contrarium motum, possit a mouente infinita virtus to-

taliter superari: tamen resistentia quam facit ex contrarietate quam habet ad locum quem intendit motor per motum, non potest totaliter separari, nisi auferatur ab ea esse in talis loco. Sicut enim album resistit nigro ratione albedinis, & tanto magis quanto albedo magis distat a nigredine: ita corpus resistit alicui loco per hoc quod habet locum oppositum, & tanto est maior resistentia quanto est distantia maior. Non autem potest a corpore moueri quod sit in aliquo loco vel situ, nisi auferatur ei sua corporeitas per quam debetur ei locus. Unde quamdiu manet in natura corporis, nullo modo potest moueri in instanti, quantumcumque sit virtus mouens: corpus autem gloriosum nunquam suam corporeitatem amittet: unde nunquam in instanti moueri poterit.

AD QVARTVM dicendum, quod paraceleritas in verbis Augustini est intelligenda, quantum ad hoc quod est imperceptibilis excessus vnius respectu alterius, sicut & tempus motus est imperceptibile.

AD QVINTVM dicendum, quod quamuis post resurrectionem non erit tempus quod est numerus motus caeli, tamen erit tempus consurgens ex numero prioris & posterioris in quocumque motu.

Hanc dotem agilitatis significat Diuus Paulus sub his verbis, Seminatur in infirmitate surget in virtute. Sed haesitabis quis est effectus huius dotis agilitatis: & theologi assignant multos. Vnus in quo conueniunt omnes, est, quod potest corpus gloriosum moueri cum omni agilitate, nempe quod non impediat illud aer vel medium per quod debet transire: & secundum S. Th. ad hanc dotem spectant omnes actiones animales, nempe videre, audire, & aliae id genus. Secundum autem Duram ad dotem subtilitatis spectant praedictae actiones oes animales, & agilitas est qualitas quaedam per quam disponitur beatus ad videndum, audiendum: & hoc secundum sanctum Thomam. Secundum autem alios non est qualitas, sed assuetudo & concursus Dei. Sed est dubium an corpora gloriosa possunt moueri ut angelus: & an possint corpora gloriosa tam cito moueri ad magnam distantiam quam ad parvam: Et descendendo ad particularia est dubium, an corpora gloriosa possunt moueri in instanti per totum caelum, ad quod Maior in 4. dist. 49. q. 18. dicit quod in

Secunda. 4. quest. 86. art. 3.

instanti poterunt transire ab Oriente in Occidentem. S. Tho. mouet etiam quaestionem, & dicit quod non possunt moueri in instanti, quia implicat contradictionem. Et in 4. d. 44. q. 2. art. 3. quaest. 3. citat S. Thomas diuersas opiniones vel potius errores: nam aliqui dixerunt quod per dotem agilitatis habebunt eandem virtutem motiuam sicut angeli, transiendo de loco ad locum absq; eo quod transeat per medium. S. Tho. autem dicit quod hoc est falsum, quia angelus non depedit a loco: corpus enim materiale semper dependet a loco. Alij autem dixerunt ut Maior, quod possunt moueri in instanti. S. Thomas dicit quod non, quia sequeretur contradictio, nempe vnum de duobus sequeretur, vel quod moueretur de loco ad locum & non per medium, vel quod simul esset in duobus locis: probatur, quia quando mouetur corpus gloriosum ab Occidente in Orientem, vel erit in Oriente, vel in Occidente, vel in toto illo spacio: si erit in aliqua parte & in aliqua non: si est in aliqua parte & in aliqua non, ergo non pertransiuit. Si dicas quod erit in toto spacio simul, simul ergo est in duobus locis, quod naturaliter est impossibile. Maior tamen concedit quod potest esse corpus gloriosum simul in duobus locis: vnde secundum eum sequeretur quod esset vbique, & vbicumque est Deus esset beatus. Et licet ipse concedat, est falsum: quia si est in toto loco, quomodo recedit ab illo loco: non est vero simile. Secundo arguit Maior contra se: Si beatus potest moueri in instanti, volo quod diuus Petrus moueatur ab Occidente in Orientem, & Iohanes moueatur ab Oriente in Occidentem per eandem lineam, quare vbi obuiabunt sibi inuicem, quia praesuppono quod non se penetrant. Maior respondet quod ibunt sibi obuiam vbi ipsi voluerint, & sic videtur dicendum. Sed imaginemur quod virtute diuina moueantur, & vnus nihil sciat de motu alterius, & moueantur per eandem lineam, vbi ibunt sibi obuiam cum moueantur opposito modo. Non est maior ratio quod obuient sibi in vno instanti quam in alio. Praeterea sequeretur quod nullus poterit obuiare alteri in B. instanti: patet, quia in quocumque instanti obuiabunt sibi, & non poterunt venire ad B. instans quod est in Oriente. Quicquid sit, ergo non credo quod naturaliter habeant beatiper dotem agilitatis quod possint moueri in instanti, cum nec etiam angeli possunt moueri in instanti. Et ipse Maior concedit (quod est magis mirabile) de angelis, quod non moueantur in instanti, & concedit de corpore glorioso quod moueatur in instanti. An autem possint corpora gloriosa moueri subito, quod est, quod in hoc instanti sit in hoc loco, & immediate post hoc erit in alio certo loco, & videtur quod possunt subito moueri, quia faciamus

quod moueatur per medium caeli, tunc nulla est resistentia, nec ex parte medij, cum caelum non resistat cum non diuidatur, nec est resistentia ex parte corporis gloriosi, cum tollatur per donum agilitatis: & secundum Arist. in 4. Physi. si nulla esset resistentia, esset motus in instanti, praeterea ille motus est infinitae velocitatis, ergo fit subito. Consequentia patet, quia non potest esse magis subitus, praeterea angelus potest moueri subito, ergo corpus gloriosum. Ad hoc dico quod potest teneri quod potest corpus gloriosum moueri subito & infinitae velociter. Sed S. Tho. tanquam probabilis dicit contrarium, in 4. d. 44. q. 2. art. 3. quaest. 3. ad secundum, & in corpore articuli: & in solutione ad tertium dicit quod beatus non ita cito pertransibit magnum spatium, quam cito transire paruum. Vnde videtur S. Tho. dicere quod non erit par celeritas in omnibus corporibus beatorum: Et semper mihi fuit dubium an iste motus subitus poterat naturaliter fieri, & credo quod nec naturaliter nec per virtutem diuinam potest fieri, nisi mobile sit simul in duobus locis, vel transeat ab extremo ad extremum & non per medium, cum subito hoc dicat quod immediate post hoc instans erit in alio loco, vnde si sic subito quid moueatur, sequitur quod immediate post hoc erit in extremo vel in nullo instanti, & arguitur in hunc modum. In quolibet instanti horae sequentis erit in terra: patet quia immediate post hoc erit in terra: quia detur oppositum, vbi erit: si dicas quod in aere, ergo nondum peruenit ad terram, ergo non mouebatur subito. Et suppono quod quiescat in terra, ergo in quolibet instanti & in toto tempore erit in terra, vel erit simul in duobus locis, vel transibit de extremo ad extremum sine hoc quod transeat per medium, & hoc argumentum etiam currit de angelis: & concedo quod hoc modo Deus potest mouere creaturam aliquam infinitae velociter. Quicquid sit de illo, si virtute diuina possit fieri, vel non: dico quod beatus non habet hoc quod possit moueri subito per dotem agilitatis, nec per qualitatem illam, quia licet sit qualitas supernaturalis, est tamen finita & non potest moueri in instanti, nec est infinitae velocitatis: concedo tamen quod est velocissimus motus, & quod est imperceptibilis nobis, est tamen finita celeritatis. Et ad argumentum in oppositum, nempe non est resistentia ex parte medij: concedo, sed est finita actiuitas ex parte agentis, Vnde credo quod si nulla esset resistentia, fortius & velocius machina promoueret globum quam vnus homo, quicquid dicat Aristot. Et sicut formabamus argumentum, si corpus aliquod moueretur in instanti, non possent moueri motu opposito duo corpora gloriosa, quia impedirent se: & idem inconueniens sequitur si mouerentur motu subito

Secunda. 4. quest. 86. ar. 3. fo. 619.

bito per idem spacium & medium. Et quod vnus ponatur in vno extremo & alius in alio patet, quia in quolibet puncto medio obuiabunt sibi, ergo. Probatur, quia immediate post hoc erit Iohan. in puncto B. & Petrus etiam, & immediate post hoc erit Iohan. in puncto C. & Petrus etiam in puncto C. ergo. Et confirmatur, quia tota ratio illorum qui ponunt motum subitanum vel instataneum in beatis, est, quia nulla est resistentia ex parte medij, nec ex parte mobilis: hoc tamen non sufficit, ergo tota ratio illorum non sufficit. Et arguitur in hunc modum. Caelum mouetur ab angelo in spacio viginti quatuor horarum, ibi nulla est resistentia medij cum motor non sit in loco: non enim est ibi aer, nec est resistentia ex parte caeli, alias motus esset violentus, ergo non sufficit illud nepe quod non sit resistentia. Ad hoc tamen respondet Maior in 4. dist. 49. q. 18. defendens motum instataneum, & dicit duo: primum est, quod forte caelum resistet, quia non potest probari ex philosophia naturali quod caelum non resistat. Ego autem dico quod egregie probatur, quia si resistet, est contra inclinationem illius passo non conferente vim. Ideo credo quod non resistit, cum ille motus sit voluntarius. Secundo dicit quod aliud est de motu voluntario, quia motus voluntarius. Et si velit angelus transire per caelum ab Oriente in Occidentem in instanti posset. Ego tamen credo quod non posset angelus mouere caelum velocius quam mouet, cum nullus angelus, nec omnes simul possent contra ordinem naturalem, quum angeli non possint destruere caelum, nec Deus dedit illis talem potestatem: ideo credo quod angelus non potest mouere velocius caelum quam moueat nunc. Sed dato quod posset cessante omni resistentia, si actiuitas quam applicat angelus alicui parti, non est minoris actiuitatis quam alia si applicaretur ab agenti naturali, sed si applicaretur ab agenti naturali non moueret in instanti: & voluntas nihil facit ad hoc quod velocius moueat: ergo non moueret velocius. Dico nihilominus quod beati non poterunt moueri subito nec in instanti, sed indigent maiori tempore ad velociorem vel maiorem motum: quia velocitas motus non solum attenditur ex parte medij & mobilis, sed ex parte motoris: motor enim maioris virtutis velocius mouebit. Et ita dicit S. Tho. quod actiuitas beatorum mensurabitur actiuitate quam applicat: & dicit quod erit tanta claritas quod non erit sensui nostro perceptibilis. Et si quaeras an virtus motiua erit aequalis in omnibus beatis, & videtur quod non, quum sit differentia inter gloriam vnus animae & alterius. Dicendum ad hoc quod aliqua sunt communia quae aequaliter participantur, ut quod possint esse in quocumque loco vbi voluerint, & quod careant tristitia, & forte erunt aequales in aliquo accidente: &

probabile est quod non, cum Paulus dicat, Stella differt a stella in claritate, ergo non erunt corpora beatorum aequalia in claritate: Vnde dico quod nec per diuinam potentiam potest fieri motus subitanus, quia repugnat naturae rei. Sed dices, moueat deus lapidem tanta velocitate quae potest, dico quod non admitto, quia nunquam potest tantum sic mouere, quin velocius possit mouere: sicut non potest producere tantum magnam lapidem quin possit producere maiorem. Praeterea est dubium, an beati post resurrectionem videbunt ad quamlibet distantiam, & an possint videre per medium opacum. Ad quod dico quod beati post resurrectionem habebunt omnes sensus perfectos: sed an possint sentire ad quamlibet distantiam dubium est: quia cum sensatio fiat ad intra recipiendo, non sufficit quod beatus habeat oculos lineos, & quod habeat perfectam potentiam visiuam, sed requiritur quod obiectum mittat species usque ad locum vbi est beatus. Secus autem est de angelo, quia non intelligit per receptionem specierum: ideo potest angelus cognoscere ad quamcumque distantiam: vnde videtur quod beatus non potest videre ad quamcumque distantiam, ad minus in se non habet illam virtutem. Secundo dico, quod quia beatus est qui habet quicquid vult, quum voluerit: videre ad quamcumque distantiam possit videre, quia Deus tunc concurret, & faciet peculiariter quod beatus possit videre ad distantiam quam voluerit, & non dicitur hoc miraculo se fieri cum sit illa lex beatorum: vnde dico quod sensus beatorum perficietur post resurrectionem, sed non ideo sequitur quod sentiatur per opacum nec ad quamcumque distantiam quantum est de se, Deus tamen concurret cum illis ad sentiendum per opacum & ad quamcumque distantiam. Sed ut inferius dicemus, dicunt aliqui quod post diem iudicij oia erunt clara: Ego credo quod non, sed quod aliqua erunt opaca. An autem oes sensus habeant actus suos post resurrectionem, an gustabunt: dico quod S. Tho. mouet hanc quaestionem in 4. d. 44. q. 2. ar. 1. quaest. 4. & conformiter ad dicta S. Th. & ex veritate rei de aliquibus sensibus non potest dubitari, quia videbunt & audient: sed quomodo loquentur in gloria, cum ibi non sit medium per quod loquantur? Respondet Maior quod fortasse erit ibi aer. Ego autem dico quod non est opus quod in caelo sit aer ad hoc quod loquantur beati, sed per motum linguae formabunt voces, & caelum erit medium: quia melior musica erit ibi quam in terra, erit namque ibi catus corporalis, & erit delectatio sensus, & poterunt beati cantare. Quidam theologus Bandacus nomine dictavit librum optimum de delitijs Paradisi: & sicut dicit David de grege idolorum, Manus habent & non palpabunt, &c. non ita erit in caelo, sed beati palpabunt, & erit egregius tactus. Et S. Tho. dicit quod etiam erit olfactus, cum sit delectatio sensus, ergo, &c. erunt ibi species odoris, Deus faciet quod sint ibi species quatenus spectat ad gloriam sanctorum: & ecclesia cantat odor suauissimus, &c. probabile etiam est quod erunt ibi

aque species gustabiles, licet non nutriantur

Quaestio. 87.

De claritate corporum beatorum.

DE INDE considerandum est de claritate corporum beatorum resurgentium.

Circa quod quaeruntur tria.

Primo, Vtrum claritas inerat corporibus gloriosis?

Secundo, Vtrum claritas illa videri poterit ab oculo non glorioso?

Tertio, Vtrum corpus gloriosum videri possit a corpore non glorioso?

Articul. primus.

Vtrum corporibus gloriosis claritas conueniat?

Tho. 4. dist. 4. q. 2. ar. 4. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod corporibus gloriosis claritas non conuenit.

Quia sicut dicit Auicenna in 6. naturalium omne corpus luminosum constat ex partibus peruijs: sed partes corporis gloriosi non erunt peruija, cum in aliquibus dominetur terra, sicut in carnibus & ossibus: ergo corpora gloriosa non erunt lucida.

PRÆTEREA, omne corpus lucidum occultat illud quod est post se, unde unum luminare post aliud eclipsatur, flamma etiam ignis prohibet videri quod est post se: sed corpora gloriosa non occultabunt illud quod intra ea continetur: quia, ut dicit Greg. super illud Iob. Non adequabitur ei aurum & vitrum, ibi. s. in caelesti patria vniuscuiusque mentem ab alterius oculis corpulentia non abscondet, patibitque corporalibus oculis etiam corporalis harmonia: ergo corpora illa non erunt lucida.

PRÆTEREA, lux & color contrariam dispositionem requirunt in subiecto: quia lux est extremitas perspicui in corpore non terminato: sed color in corpore terminato, ut patet in lib. de sensu & sensato: sed corpora gloriosa erunt colorata, quia ut dicit Augustinus,

19. de Civitate Dei, Pulchritudo corporis est partium conuenientia cum quadam suavitate coloris: pulchritudo autem corporibus caelestibus gloriosis deesse non poterit: ergo corpora gloriosa non erunt lucida.

PRÆTEREA, si claritas erit in corporibus gloriosis, oportet quod sit equalis in omnibus partibus corporis, sicut omnes partes erunt eiusdem impassibilitatis & agilitatis: sed hoc non est conueniens, quia vna pars habet minorem dispositionem ad claritatem quam alia, sicut oculi quam manus, & spiritus quam ossa, & humores quam caro vel nervus: ergo videtur quod non debeant illa corpora esse lucida. SED contra est quod dicitur Matthaei 13. Fulgebunt iusti sicut sol in reg. pat. mei. Et Sapient 3. Fulgebunt iusti & tanquam scintilla &c.

PRÆTEREA, 1. Corint. 15. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria, quod ad claritatem pertinet, ut patet per sequentia, ubi corporum resurgentium gloria comparat claritati stellarum: ergo corpora sanctorum resurgentium lucida.

RESPONDEO dicendum, quod corpora sanctorum fore lucida post resurrectionem ponere oportet propter auctoritatem scripturae quae hoc promittit. Sed claritas huiusmodi quidam assignant vel attribuunt quibusdam essentialibus, quae tunc dominabitur in corpore humano: sed quia hoc est absurdum, ut saepe dictum est, ideo melius est ut dicatur quod claritas illa causabitur ex redundantia gloriae animae in corpus.

Quod. n. recipitur ab aliquo, non recipitur per modum influentis, sed per modum recipientis, & ita claritas quae est in anima spiritualis recipitur in corpore ut corporalis. & ideo secundum quod anima erit maioris claritatis secundum maius meritum, ita etiam erit differentia claritatis in corpore, ut patet per Apostolum. 1. Cor. 15. & ita in corpore glorioso cognoscetur gloria animae, sicut in vitro cognoscitur color corporis quod continetur in vase vitreo, ut Greg. dicit super illud Iob. Non adequabitur ei aurum vel vitrum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Auicenna loquitur de illo corpore quod habet ex natura componentium claritatem: sic autem non habebit corpus gloriosum, sed magis ex merito

merito virtutis.

AD SECVNDVM dicendum, quod Greg. comparat corpora gloriosa auro propter claritatem, & vitro propter hoc quod translucunt: unde videtur dicendum quod erunt simul peruia & clara. Quia enim aliquod clarum non sit peruium, contingit ex hoc quod claritas corporis causatur ex densitate partium lucidarum: densitas enim repugnat peruietati: sed tunc claritas erit ex alia causa, ut dictum est, densitas autem corporis gloriosi peruietatem non tollit ab eis, sicut nec densitas vitri a vitro. Quidam autem dicunt quod comparatur vitro, non quia sint peruia, sed propter hanc similitudinem: quia sicut aliquid quod in vitro clauditur apparet, ita anima gloria quae in corpore glorioso clauditur, non latebit. Sed primum melius est, quia saluatur dignitas corporis gloriosi, & magis consonat dictis Greg.

AD TERTIVM dicendum, quod corporis gloria naturam non tollit, sed perficit: unde color qui debetur corpori ex natura suarum partium remanebit in eo, sed superaddetur claritas ex gloria animae. Sicut etiam videmus corpora colorata ex natura sui, solis splendore relucere, vel ex alia causa extrinseca seu intrinseca.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut gloriae claritas redundat ab anima in corpus secundum suum modum, & ibi est alio modo quam sit in anima, ita in qualibet parte corporis redundabit secundum suum modum. Unde non est inconueniens quod diuersae partes habeant diuersimodè claritatem secundum quod sunt diuersimodè dispositae ex sui naturam ad ipsam: nec est simile de alijs dotibus corporis, quarum partes corporis non inveniuntur habere diuersam dispositionem.

Art. secundus.

Vtrum claritas corporis gloriosi possit videri a non glorioso oculo?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod claritas corporis gloriosi non possit videri a non glorioso oculo. Oportet. n.

esse proportionem visibilis ad visum. Sed oculus non glorificatus non est proportionatus ad videndam claritatem gloriae, cum sit alterius generis quam claritas naturae: ergo corporis gloriosi claritas non videbitur ab oculo non glorioso. PRÆTEREA, claritas corporis gloriosi erit maior quam nunc sit claritas solis: quia etiam solis erit tunc maior quam modò sit, ut dicitur, & multo maior ea erit claritas corporis gloriosi, propter quod sol & totus mundus claritatem maiorem accipiet: sed oculus non gloriosus non potest inspicere solem in rota sua propter magnitudinem claritatis, ergo minus poterit inspicere claritatem corporis gloriosi. PRÆTEREA, visibile oppositum oculis videntis necesse est videri, nisi sit lesio aliqua in oculo: sed claritas corporis gloriosi opposita oculis non gloriosis non necessario videtur ab eis, quod patet de discipulis, qui corpus Domini post resurrectionem viderunt, claritatem eius non intuentes: ergo claritas illa non est visibilis ab oculo non glorioso.

SED contra est quod dicit Glos. Phil. 3. Super illud, Cōfiguratum corpori claritatis suae: Assimilabitur claritati quam habuit in crāssi- guratione: sed claritas illa visa fuit ab oculis discipulorum non glorificatis, ergo & claritas corporis glorificati ab oculis non gloriosis visibilis erit.

PRÆTEREA, impij videntes gloriam iustorum ex hoc torquebuntur in iudicio, ut patet per hoc quod dicitur Sapient. 5. sed non plenè viderent gloriam ipsorum, nisi eorum claritatem inspicerent: ergo, &c.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt, quod claritas corporis gloriosi non potest videri ab oculo non glorioso nisi per miraculum: sed hoc non potest esse nisi claritas illa equivoce diceretur, quia lux secundum illud quod est nata est mouere visum, & visus secundum id quod est natus est percipere lucem, sicut verum se habet ad intellectum, & bonum ad affectum: unde si esset aliquis visus qui non posset percipere aliquam lucem omnino, vel ille visus diceretur equivoce, vel lux illa: quod non potest in proposito dici: quia sic per hoc quod dicuntur gloriosa corpora futura esse lucida, n-

hinc nobis notificaretur: sicut qui dicit canem esse in caelo, nihil notificat ei qui non nouit nisi canem qui est animal. Et ideo dicendum est, quod claritas corporis gloriosi naturaliter ab oculo non glorioso videri potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gloria claritas erit alterius generis quam claritas naturae, quantum ad speciem causam, sed non quantum ad speciem: unde sicut claritas naturae ratione speciei suae est proportionata visui, ita claritas gloriosa.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut corpus gloriosum non potest pati aliquid passionis naturae, sed solum passionis animae: ita ex proprietate gloriae non agit nisi actione animae, claritas autem intensa non offendet visum in quantum agit actione animae, sed secundum hoc magis delectat: offendit autem in quantum agit actione naturae calefaciendo & dissoluendo organum visus, & disgregando spiritus, & ideo claritas corporis gloriosi quamuis excedat claritatem solis, tamen de sui natura non offendit visum, sed demulcet: propter quod claritas illa comparatur claritati lampadis Apoc. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod claritas corporis gloriosi prouenit ex merito voluntatis: unde voluntati subditur, ut secundum eius imperium videatur vel non videatur: & ideo in potestate corporis gloriosi erit ostendere claritatem suam, uel occultare: & haec fuit opinio Prepositiini.

Artic. tertius.

Vtrum corpus gloriosum necessario videatur a corpore non glorioso?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod corpus gloriosum necessario videatur a corpore non glorioso. Quia corpora gloriosa erunt lucida, sed corpus lucidum manifestat se & alia, ergo corpora gloriosa necessario videbuntur.

PRÆTEREA, omne corpus quod occultat alia corpora post se existens, de necessitate visus percipitur ex hoc ipso quod alia quae sunt post, occultantur: sed corpus gloriosum occultabit visui alia corpora post se existens, quia erit corpus coloratum: ergo de necessitate videbitur.

PRÆTEREA, sicut quantitas est de his quae insunt corpori: ita qualitas per quam videtur. Sed quantitas non suberit voluntati ut corpus gloriosum possit esse maioris quantitatis vel minoris: ergo neque qualitas per quam visibile est, ut possit non videri.

SED contra est quod corpus nostrum glorificabitur in conformitate corporis Christi post resurrectionem: sed corpus Christi post resurrectionem non necessario videbatur, ita disparuit ab oculis discipulorum in Emmaus, ut dicitur Luca ult. ergo corpus gloriosum non necessario videbitur.

PRÆTEREA, ibi erit summa obedientia corporis ad animam: ergo corpus poterit videri vel non videri secundum voluntatem animae.

RESPONDEO dicendum, quod visibile videtur secundum quod agit in visum. Ex hoc autem quod aliquid agit vel non agit in aliquod extrinsecum, non est aliqua mutatio in ipso: unde sine mutatione alicuius proprietatis quae sit de perfectione corporis glorificati, potest contingere quod videatur: unde in potestate glorificati erit quod corpus suum videatur vel non videatur, sicut & quaelibet actio alia corporalis in animae potestate erit: aliis non esset corpus gloriosum instrumentum summe obediens principali agenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod claritas illa obediens corpori glorioso ut possit eam ostendere vel occultare.

AD SECVNDVM dicendum, quod color corporis non impedit peruietatem ipsius, nisi in quantum immutat visum: quia visus non potest immutari simul duobus coloribus, ut utrumque perfecte inspiciat: color autem corporis gloriosi erit imperfecta potestate animae, ut per ipsum immuet visum, vel non immuet: & ideo erit in potestate eius ut corpus quod est post se non occultet.

AD TER

Quaestio 88.

De conditionibus corporum damnatorum resurgentium.

CONSEQUENTER considerandum est de conditionibus damnatorum resurgentium. Circa quod quaeruntur tria:

Primo, vtrum corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgant?

Secundo, vtrum eorum corpora erunt corruptibilia?

Tertio, vtrum erunt impassibilia?

Articul. primus.

Vtrum corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgant? Tho. 4. dist. 44. q. 3. ar. 1. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent. Illud enim quod in poenam peccati inductum est de sine non debet, nisi peccato remisso: sed membrorum defectus qui accidunt per mutationem, in poenam peccati inducti sunt, & similiter etiam omnes deformitates corporales: ergo a damnatis qui peccatorum remissionem non sunt consequuti in resurrectione, non remouebuntur.

PRÆTEREA, sicut resurrectio sanctorum erit ad ultimam felicitatem, sic resurrectio impiorum ad ultimam miseriam. Sed sanctis resurgentibus non auferetur aliquid quod ad eorum perfectionem pertinere possit: ergo nec impijs resurgentibus aliquid auferetur quod ad eorum miseriam pertineat.

PRÆTEREA, sicut ad defectum passibilis corporis pertinet deformitas, ita & tarditas: sed a corporibus damnatorum resurgentium tarditas non mouebitur, quia eorum corpora non erunt agilia: ergo eadem ratione nec deformitas.

SED

AD TERTIVM dicendum, quod quantitas est inherens ipsi corpori glorioso, neque posset quantitas immutari ad imperium animae sine mutatione intrinseca corporis gloriosi quae impassibilitati eius repugnaret: & ideo non est simile de quantitate & visibilitate, quia etiam qualitas illa per quam est visibile, non potest subtrahi ad imperium animae: Sed actio illius qualitatis suspendetur, & sic occultabitur corpus ad imperium animae.



IN articulis huius praecedentis quaestionis, est una conclusio principalis communiter recepta a sanctis, nempe quod corpora gloriosa erunt lucida: probatur ex illo Mathei 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum: & Sapientiae 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintille in arundinetis discurrent. Et Paulus dicit, Saluatore expectamus dominum nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae: ergo corpora sanctorum erunt lucida, postquam hoc scriptura dicit. Sed videtur, quod non sit conueniens quod corpora beatorum sint lucida: quia ad pulchritudinem humanam requiritur color, & cum luce non stabit color. Dico quod simul erunt colorata & lucida, quia erunt colores perfecti, & diuersitas coloris: an autem corpora gloriosa sint transparentia, nihil habetur certum. Beatus Gregorius dicit, quod erunt transparentia: quae S. Tho. citat. Sed contra, si sunt transparentia non poterunt esse colorata. Dico quod transparentia non repugnat coloribus, sicut vitrum est transparens & coloratum, & possunt videri omnia per corpus beatum: non tamen erit aequalis lux in corporibus beatorum, cum Paulus dicat, stella differt a stella in claritate: An autem illa lux sit eiusdem speciei cum ista nostra, dicit Maior in 4. d. 49. q. 29. quod est probabile quod est alterius speciei: & quod etiam est probabile quod erit color alterius speciei. Sed verius est dicere quod erit eiusdem speciei cum luce nostra, quia cum habeamus ex scriptura sacra, quod corpora beatorum erunt clara, erit illa claritas eiusdem speciei cum ista. Praeterea, sicut S. Tho. arguit, nihil notificaret nobis Dominus, nec declararet quando dicit, fulgebunt iusti sicut sol, si illa lux non esset eiusdem speciei cum hac nostra. Praeterea, sicut S. Tho. dicit in 3. p. loquendo de transfiguratione, quod discipuli viderunt gloriam Dei, & ex illo colligitur quod in beatitudine erunt corpora gloriosa lucida, quia voluit Deus dare discipulis signa & indicia suae gloriae, unde lux illa erit eiusdem speciei cum ista luce nostra.

SED CONTRA, 1. Cor. 15. mortui resurgent incorrupti, id est sine aliqua diminutione membrorum. Glos mortui, id est peccatores vel generaliter omnes mortui resurgent incorrupti: ergo mali resurgent sine deformitatibus.

PRÆTEREA, in damnatis non erit aliquid quod sensum doloris impediatur: sed aegritudo impedit sensum doloris, in quantum per ea debilitantur organa sentiendi, & similiter defectus membri impediret, ne esset universalis dolor in corpore: ergo sine ipsis defectibus damnati resurgent.

RESPONDEO dicendum, quod in corpore humano potest esse deformitas dupliciter. Primo, ex defectu alicuius membri, sicut mutilatos turpes dicimus, deest enim eis debita proportio partium ad totum: & de tali deformitate nulli dubium est, quod in corporibus damnatorum non erit: quia omnia corpora tam bonorum quam malorum integra resurgent. Alio modo deformitas conuenit ex indebita partitione dispositione, vel ex indebita quantitate, vel qualitate vel situ, quæ etiam proportionem debitam partium ad totum non patitur, & de talibus deformitatibus & similibus defectibus, sicut sunt febres, & alia huiusmodi aegritudines quæ interdum sunt deformitatis causa, August. indeterminatum & sub dubio relinquit in Enchirid. ut in littera Magister dicit. Sed apud doctores modernos est duplex super hoc opinio. Quidam tamen dicunt, quod huiusmodi deformitates & defectus in corporibus damnatorum remanebunt, confidentes eorum damnationem, qua ad summam miseriam deputantur, cui nihil incommoditatis subtrahere debet. Sed hoc non videtur rationabiliter dici. in reparatione enim corporis resurgentis, magis attenditur naturæ perfectio, quam conditio quæ prius fuit: unde & qui infra perfectam ætatem decedunt, in statura iuuenilis ætatis resurgent. Unde & illi qui aliquos defectos naturales in corpore habuerunt, vel deformitates ex eis provenientes, in resurrectione sine illis defectibus vel deformitatibus reparabuntur, nisi peccati meritum impediret: & ita si aliquis cum defectibus resur-

get, hoc erit ei in pœnam. Modus autem pœnæ est secundum mensuram culpæ. Contingit autem, quod aliqui peccator damnandus minoribus peccatis subiectus, aliquas deformitates vel defectus habeat, quas non habuit aliquis damnandus peccatis grauioribus irretitus: unde si ille qui in hac vita deformitates habuit cum eis resurgat, si quibus constat quod resurget alius grauius puniendus, quæ in hac vita non habuit: modus pœnæ non responderet quantitati culpæ: sed magis videretur aliquis puniri pro pœnis, quas in hoc mundo passus fuit: quod est absurdum. Et ideo rationabilius dicunt, quod auctor qui naturam condidit, in resurrectione naturam corporis integre reparabit: unde quicquid defectus vel turpitudinis ex corruptione vel debilitate naturæ, siue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in resurrectione remouebitur, sicut febris, lepra, & similia. Defectus autem qui ex naturalibus principijs in humano corpore naturaliter consequuntur, sicut ponderositas, passibilitas, in corporibus damnatorum erunt, quos defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum pœna in quolibet foro infligatur secundum conditionem illius fori, pœnæ quæ in hac vita temporali infliguntur pro aliquo peccato, temporales sunt, & ultra vitæ terminum non se extendunt: & ideo quamuis peccatum non sit remissum damnatis, non oportet quod easdem pœnas ibi sustineant, quas in hoc mundo sunt passi: sed diuina iustitia requirit, ut ibi pœnis grauioribus in æternum crucientur.

AD SECVNDVM dicendum, quod non est similis ratio de bono & malo, eo quod aliquid potest esse purum bonum, non autem purum malum. Unde sanctorum vltima salicitas hoc requirit, ut ab omni malo penitus sint immunes: sed vltima malorum miseria non excludit omne bonum, quia malum si integrum sit corrumpit se ipsum, ut Philosophus dicit 4. Ethic. unde oportet quod miseria damnatorum sustineatur bonum naturæ in ipsis, quod opus est conditoris perfecti qui

ti qui ipsam naturam in perfectione suæ speciei reparabit.

AD TERTIVM dicendum, quod tarditas est de illis defectibus qui naturaliter consequuntur principia humani generis, non autem deformitas, & ideo non est similis ratio.

Artic. secundus

Vtrum corpora damnatorum erunt corruptibilia?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod corpora damnatorum erunt corruptibilia. Omne enim compositum ex contrarijs necesse est corrumpi: sed corpora damnatorum erunt ex contrarijs composita, ex quibus etiam nunc componuntur, alias non essent eiusdem speciei, et per consequens nec eadem numero: ergo erunt corruptibilia.

PRÆTEREA, si non erunt corruptibilia, aut hoc erit per naturam, aut per gratiam: sed natura non sunt, cum sint futura eiusdem naturæ cuius nunc sunt, & gratiam vel gloriam non habebunt: ergo erunt corruptibilia.

PRÆTEREA, illis qui sunt in summa miseria subtrahere maximam pœnam videtur inconueniens: sed maxima pœna est mors, ut patet per Philosophum 3. Ethic. ergo a damnatis qui sunt in miseria mors remoueri non debet: ergo eorum corpora corruptibilia erunt.

SED contra est quod dicitur Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, desiderabunt morti & fugiet mors ab eis.

PRÆTEREA, damnati punientur in anima & corpore pœna perpetua. Matt. 15. Ibi sunt in supplicium æternum: sed esse hoc non posset, si corpora corruptibilia essent: ergo eorum corpora erunt incorruptibilia.

RESPONDEO dicendum, quod cum in omni motu oporteat esse aliquod principium motus, dupliciter motus aliquis vel mutatio à mobili remouetur. Vno modo per hoc quod deest prin-

cipium motus. Alio modo per hoc quod impeditur principium motus, corruptio autem mutatio quedam est: unde dupliciter potest contingere, ut corpus quod ex conditione suorum principiorum corruptionem habet, incorruptibile reddatur. Vno modo ex hoc quod principium ad corruptionem mouens totaliter tollitur, & hoc modo corpora damnatorum incorruptibilia erunt. Cum enim primum cælum sit alterans per motum suum localem, & alia omnia agentia secunda in virtute ipsius agant, & quasi ab eipso mota, oportet quod motu cælesti cessante nihil sit agens quod possit corpus per alterationem aliquam transmutare à naturali suâ proprietate. Et ideo post resurrectionem cessante motu cælesti nulla qualitas erit sufficiens, ut corpus humanum alterare possit à suâ naturali qualitate, corruptio autem est terminus alterationis, sicut & generatio: unde corpora damnatorum corrumpi non poterunt. & hoc deseruit diuina iustitia, ut perpetuo uiuentes, perpetuo puniantur, ut diuina iustitia requirit, ut infra dicitur: sicut & nunc corruptibilitas corporum deseruit diuinae providentiæ, per quam ex aliquibus corruptis alia generantur. Alio modo contingit ex hoc quod principium corruptionis impeditur, & hoc modo corpus ad incorruptibile fuit: quia contrariæ qualitates in hominis corpore existentes continebantur per gratiam innocentie, ne ad dissolutionem corporis agere possent, & multo plus continebantur in corporibus gloriosis quæ erunt omnino subiecta spiritui: & sic in corporibus beatorum post resurrectionem communem coniungentur duo modi predicti incorruptibilitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod contraria ex quibus corpora componuntur sunt secunda principia ad corruptionem agentia. Primum enim agens est motus cælestis: unde supposito motu cælesti necesse est ut corpus ex contrarijs compositum corrumpatur, nisi sit aliqua causa potior impediens. Sed motu cælesti remoto, contraria ex quibus corpus componitur, non sufficiunt ad corruptionem faciendam etiam secundum naturam, ut patet ex dictis. Cessationem autem motus cælestis non cognou-

uerunt Philosophi: unde pro infallibili habebat, quod corpus compositum ex contrarijs corrumpatur secundum naturam.

AD SECUNDVM dicendum, quod incorruptibilitas erit per naturam, non quod sit aliquod incorruptionis principium in corporibus damnatorum, sed per defectum primi mouentis ad corruptionem.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis mors sit simpliciter maxima poenarum, secundum quid, tamen nihil prohibet mortem esse in poenarum remedium, & per consequens oblationem mortis in poenarum augmentum. Viueret, ut dicit Philosophus 9. Ethic. videtur omnibus delectabile esse, eo quod omnia esse appetit, non oportet autem ut ibidem dicitur accipere malam vitam, neque corruptam, neque, quae est in tristitijs: sicut ergo viuere simpliciter est delectabile, non autem vita quae est in tristitijs, ita & mors quae est priuatio vitae, simpliciter est poenosa, & maxima poenarum, in quantum subtrahit primum bonum, scilicet esse cum quo aliqua subtrahuntur: sed in quantum priuatur malam vitam, & quae est in tristitijs, est in remedium poenarum quas terminat: & per consequens mortis subtractio est in augmentum poenarum, quas perpetuas facit. Si autem dicatur mors esse poenalis propter corporalem dolorem quem sentiunt dormientes, non est dubium quod multo maiorem dolorem damnati continere sustinebunt. Unde in perpetua morte esse dicuntur, sicut scriptum est in psal. Mors depascet eos.

Articul. tertius.

Vtrum corpora damnatorum sint futura impassibilia?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod corpora damnatorum futura sint impassibilia. Quia secundum Philosophum in 6. 1. opi. omnis passio magis facta abijcit a substantia: sed a finito si semper aliquid abijcitur, necesse est per illud tandem consumi, ut

dicitur in 1. Phy. ergo si corpora damnatorum erunt passibilia, & semper patientur, quandoque deficient, & corrumpentur, quod falsum esse ostensum est: ergo erunt impassibilia.

PRAETEREA, omne agens assimilatur sibi patienti: si ergo corpora damnatorum patientur ab igne, ignis ea sibi assimilabit, sed non consumit aliter ignis corpora, nisi in quantum ea sibi assimilans resoluit. Si ergo corpora damnatorum erunt passibilia, ab igne quandoque consumuntur, & sic idem quod prius.

PRAETEREA, animalia quae in igne sine corruptione dicuntur viuere, ut de Salamandra dicitur, ab igne non affliguntur: animal enim dolore capiti non affligitur: nisi corpus aliquo modo laedatur: si ergo corpora damnatorum in igne sine consumptione remanere possunt, sicut & animalia praedicta, ut Aug. in lib. de Ciuit. De idem dicitur: videtur quod nullam afflictionem ibi sustinebunt, quod non esset nisi eorum corpora impassibilia essent: ergo & cetera.

PRAETEREA, si corpora damnatorum sunt passibilia, dolor qui ex eorum passione prouenit, ut videtur, superare debet omnem praesentem corporum dolorem: sicut & sanctorum iucunditas superabit omnem praesentem iucunditatem: sed propter immensitatem doloris, quandoque contingit in hac vita animam a corpore separari: ergo multo fortius, si corpora illa futura sunt passibilia ex immensitate doloris, anima a corpore separabitur, & sic corpora corrumpentur, quod falsum est: ergo corpora illa erunt impassibilia.

SED contra est quod dicitur 1. Cor. 15. Et nos immutabimur glo. Nos beniantur modum immutabimur gloriae immutabilitate, & impassibilitate ergo non erunt corpora damnatorum impassibilia.

PRAETEREA, sicut corpus cooperatur animae ad meritum, ita cooperatur ei ad peccatum: sed propter cooperationem praedictam, non solum anima, sed corpus post resurrectionem praemiabitur: ergo simili ratione damnatorum corpora punientur, quod non esset si impassibilia forent: ergo erunt passibilia.

RESPONDEO dicendum, quod principalis causa

causa quare corpora damnatorum ab igne non consumuntur, erit diuina iustitia, quae eorum corpora ad poenam perpetuam sunt addicta, sed diuina iustitia seruit ei naturalis dispositio ex parte corporis patientis, & ex parte gentium, quia cum pati sit recipere quoddam, duplex est modus passionis, secundum quod aliquid in aliquo recipi potest dupliciter. Potest enim aliqua forma recipi in aliquo subiecto, secundum esse naturale materialiter, sicut calor ab igne recipitur in aere. Et secundum hunc modum receptionis est unus modus passionis, qui dicitur passio naturae. Alio modo aliquid recipitur ab alio spiritualiter per modum intentionis cuiusdam, sicut similitudo albedinis recipitur in aere & in pupilla: & haec receptio simulatur illi receptioni, qua anima recipit similitudines: unde secundum hunc modum receptionis, est alius modus passionis qui vocatur passio animae. Quia igitur post resurrectionem motu caeli cessante, non poterit aliquod corpus alterari a sua naturali aequalitate, ut dictum est, nullum corpus pati poterit passione naturae: ut de quantum ad hunc modum passionis, corpora damnatorum impassibilia erunt, sicut & incorruptibilia. Sed cessante motu caeli adhuc remanebit passio quae est per modum animae: quia & aer a sole illuminabitur, & colorum deferet differentias ad visum: unde & secundum hunc modum passionis corpora damnatorum passibilia erunt. & quia in tali passione sensus perficitur, ideo in corporibus damnatorum, sensus penetrerunt sine mutatione naturalis dispositionis. Corpora vero gloriosa & si recipiant aliquid, & quodammodo patientur in sentiendo, non tamen passibilia erunt, quia nihil recipient per modum lesiui, sicut corpora damnatorum quae ob hoc passibilia dicuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus loquitur de illa passione, per quam transfertur patienti a sua naturali dispositione: talis autem passio non erit in corporibus damnatorum, ut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod similitudo agentis est dupliciter in patiente. Vno modo per modum eundem quo est in agente,

sicut in omnibus agentibus vniuocis, ut calidum facit calidum, & ignis generat ignem. Alio modo per modum diuersum a modo qui est in agente: sicut est in omnibus equiuocis, in quibus quandoque contingit, quod in agente est forma spiritualiter, quae in patiente materialiter recipitur: sicut forma quae est in domo facta per artificem, est materialiter in ipsa, & in mente artificis est spiritualiter. Quandoque vero e contrario est materialiter in agente, & recipitur spiritualiter in patiente: sicut albedo materialiter est in pariete a quo recipitur, spiritualiter in pupilla, & in medio deferente: & similiter est in proposito, quia species quae materialiter est in igne, recipitur spiritualiter in corporibus damnatorum, & sic ignis sibi assimilabit eorum corpora, nec tamen ea consumet.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum Philosophum in lib. de proprietatibus elementorum, nullum animal in igne viuere potest. Galen. etiam in lib. de simplicibus medicinis dicit, quod nullum corpus est quod tandem ab igne non consumatur, quamuis quandoque quaedam corpora sint quae ad horam in igne sine lesione permaneant, ut patet de Ebano. Quod autem dicitur de Salamandra, non potest omnino esse simile, quia non posset perseverare finaliter in igne sine corruptione, sicut corpora damnatorum in inferno: nec tamen oportet, quod quia corpora damnatorum ab igne inferni per corruptionem aliquam non laeduntur, quod propter hoc ab igne non affligantur: quia sensibile non solum natum est delectare vel affligere sensum, secundum quod agit actione naturae, confortando vel corrumpendo organum, sed etiam secundum quod agit actione spirituali: quia quando sensibile est in debita proportionem ad sentiendum, delectat, e contrario autem quando se habent in superabundantia vel defectu: unde & colores medijs, & voces consonantes sunt delectabiles, in consonantes autem offendunt auditum.

AD QVARTVM dicendum, quod dolor non separat animam a corpore secundum quod manet tantum in potentia animae, cuius est dolere, sed secundum quod ad passionem

Secunda. 4. quest. 88. art. 3.

anima mutatur corpus à sua naturali dispositione secundum modum, qua videmus quòd ex ira corpus calefit, & ex timore friges- cit: sed post resurrectionem non poterit transmutari à sua naturali dispositione, vt ex dictis patet: vnde quantumcumq; sit dolor, animam à corpore non separabit.

CIRCA hos tres articulos præcedentes, est prius notandum cum S. Tho. quòd passio est duplex: altera quæ terminatur ad corruptionem, & hæc non erit in corporibus damnatorum: altera est passio quæ non terminatur ad corruptionem, sed ad recipiendum, vt in hac vita recipimus species ad cognoscendum: & hoc modo patiuntur damnati. ¶ Est primum dubium, an naturaliter corpora damnatorum erunt incorruptibilia. Ad quod S. Tho. art. 2. ad secundum dicit, quòd corpora damnatorum per naturam erunt incorruptibilia: non quòd habeant in se vnde resistant corruptioni, sed per quietem cæli, licet non sit naturale quòd cæli quiescant: tamen erit naturale, quòd quiescente cælo omnia alia cessent. Quomodo autem cruciabitur corpora damnatorum? Dico quòd cruciabitur ab igne, cum habeatur in euangelio, ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: An autem illa corpora calefiat sunt diuersæ opiniones. Duran. in. 4. d. 44. q. 10. dicit, quòd erit vera alteratio per calorem, ita quòd cruciabitur corpora damnatorum per calefactionem ignis: & si inferas ergo corrumpentur, negat consecutionem: quia diuina prouidentia fiet quòd non corrumpatur. Huius sententiæ, est Henricus quolibeto 11. q. 8. & Maior in 4. d. 49. q. 4. ait. n. quòd sicut hic cruciantur corpora, ita cruciabitur in inferno. Alia autem est opinio S. Tho. pro qua est notandum, quot effectus habeat ignis in hac vita in corpus viuum: & prius producit calorem realem. Secundus effectus est, quòd diffundit species sicut calor, quæ species non sunt calor sed similitudo caloris. Et quòd sit necessarium ita dicere, probatur, quia sensus tactus non posset cognoscere calorem, nisi per species tangendo: ergo &c. Et confirmatur, quia lumen quòd est in aere, non est similitudo luminis quòd est in sole: & tamen si sol non produceret species sui per aërem, non possemus videre solem, quia lumen quòd est in aere non potest producere species luminis quòd est in sole, sicut vnus homo non potest producere species alterius. Tertius effectus, est tristitia quæ causatur in corporibus animatis ex calore, quia causatur dolor qui est actus corporis animati, vnde tristatur ipsa anima: & hic dolor est quartus effectus ignis: vnde sunt quatuor effectus qui producuntur ab igne. His notatis dicit S. Tho. quòd ignis in da-

natis non potest calefacere, quia cessat ratio nē pe motus. Secundo, quia dato quòd ignis produceret calorem in damnatis, non cruciaret eos: ergo frustra esset. Probat per antecedens, quia Duran. etiam dicit, quòd nō cruciatur damnatus per retentionem formæ, sed per hoc quòd amittit qualitates convenientes sibi non calefacit ignis, nisi quia recedit frigiditas, sed non recedunt illæ qualitates à damnatis: ergo &c. Si dicas quòd Dominus supplebit, non esset naturale, & nō oportet ponere miraculum: vnde non cruciarentur, dato quòd calefierent: & probatur, quia postquā ignis expelleret qualitates convenientes, postea nihil faceret: vnde dicit S. Tho. quòd alij tres effectus erunt in damnatis, nempe producet ignis species caloris in tactu damnatorum. Etsi quæras quomodo ignis cruciabitur illæ species: & arguit Durand. ex illis speciebus non produceretur dolor: ergo &c. Antecedens probatur, quia species intentionales non sunt actiue realiter, ergo non cruciabitur. ¶ Præterea, species non affligunt nisi per hoc quòd expellunt contrariū, sed hæc species non habent contraria: ergo non affligunt damnatos, cum nullo modo sint disconuenientes. ¶ Præterea, quia beati possent recipere illas species, quia posse ire ad infernum & videre & tangere, si ille calor cruciat & non cruciabitur: ergo ille species non affligunt. Henricus tamen arguit, quia data opinione S. Tho. sequeretur quòd Philosophis esset ibi maior tristitia quàm alias deberent habere, cum ibi sint futuri Philosophi, qui sciunt quòd illæ species non cruciant. Ad quòd ego dico, quòd illæ species sunt quæ affligunt, & solum actione intentionali. Probat per se possunt facere delectationem: ergo possunt etiam tristitiam efficere: vt patet de musica, quam vnus delectatur audiendo, & alius tristatur: si ergo sunt convenientes sensibus in quantum sensus, & si sunt causa delectationis nēne affligent & tristabitur? vcluti est aliquid obiectū quod delectat, ita est aliquid quod tristatur. Vnde dico, quod tactus tristabit per species ignis, quia sunt improprietate, & inde causabit tristitia in voluntate. Et hanc sententiam tenet Scotus 4. d. 44. q. 3. & dicit, quòd quando ex aliqua sensatione aliquid tristatur vel delectatur, non assumat aliam causam præter speciem. Capreo. autem dicit quod si videatur alicui quòd non cruciat immediate illæ species, dicatur quòd cruciant per detentionem ab igne, & ex illa detentione causatur in anima tristitia & in corpore dolor, an autem illæ ignis sit eiusdem speciei cum nostro: dicit S. Tho. quòd est eiusdem speciei cum nostro: Aliqui volerūt exponere, quòd non erit ille ignis corporeus, nec materialis: amen sancti dicunt, quòd erit ignis materialis, quia Evangelistæ sunt historici & non debent mentiri, & dicunt quòd ille ignis in quem sunt mittendi damnati, est ignis

Secūda. 4. quest. 88. art. 3. fo. 624.

ignis absolute. Doctores autem Theologi nō tanquam erroneum dānāt illud, nempe quòd non sit ignis corporeus: Est etiam idem ignis eiusdem speciei cum hoc nostro igne secundū diuum Tho. quidquid dicat Maior oppositum defendens. Sed melius dicit S. Tho. quia si est verus ignis materialis, vt vere est, non magis potest esse alterius speciei ab isto nostro, quàm vnus homo possit esse alterius speciei ab alijs hominibus. Quomodo autem sustentabitur ille ignis cum illic non sint carbones, dico quòd sustentabitur diuina prouidentia: An autem animæ crucientur ab igne, sunt multi modi dicendi, vt refert S. Tho. & Duran. in 4. d. 44. q. 2. & Scotus in eadem d. Dubium principale est, an ignis inferni cruciet animas separatas mittendo aliquid: est vna opinio, quòd ille ignis potest producere calorem in animas, & quòd ita cruciat per illum productum calorem: sed hoc est falsum, cum ille calor non sit disconueniens eis, quia non plus noceret eis, quàm si esset albedo. Dicunt tamen assertores illius opinionis, quòd ille ignis virtute propria non producit illum calorem, sed sicut nunc hic noster ignis producit calorem, & per calorem dolorē: ita in inferno prouidentia diuina producit dolorē. Sed hic est duplex error, primus est quòd quando cruciatur homo, ille dolor est in anima, quia non minales ponunt omnia accidentia in anima. & sequendo hanc viam, posset ille ignis virtute diuina producere aliquid in anima: sed hoc, vt dixi est falsum. Ideò dicendū, quòd ille calor est in toto, & non in corpore solum, nec in anima sola. Vnde dico, quòd anima non potest esse subiectum ignis vel caloris, sicut nec albedinis. Secundus error est dicere, quod calor si ponatur in anima cruciabit illam, quia non magis cruciabit animam quàm angelū si poneretur in angelo, quia cum non sit disconueniens illi quid noceret animæ? aliæ sunt opiniones extraneæ, de quibus non expedit agere. Durandus autem dicit, quòd nescimus quomodo animæ cruciabitur: certum est de fide quòd animæ damnatorum cruciabitur: quomodo autem, Deus scit. Opinio autem S. Tho. quam sequitur in 4. d. 44. q. 11. & Maior d. 49. q. 6. quæ etiam est communis opinio, est quòd ignis non cruciat animas nec dæmones, nisi solū detinendo, & ex illa detentione tristantur, & illo modo cruciantur in purgatorio & in inferno, & nullo alio modo. Duran. tamē & Henricus arguunt, quòd secundū S. Tho. angelus non est in loco, nisi per operationem, nec dæmones: at ignis non applicat dæmones ad hūc locum ad operandum: ergo &c. Ad hoc dico, quòd est verum, quòd angelus non est in loco, nisi per operationem, sed intelligitur non per operationem immanentem aut transeuntem, sed quia applicat se per suam substantiam. Vnde dico, quòd vnus angelus potest applicare

alterum: & eodem modo dæmones ponunt animas in illo loco, & non possunt inde exire: vnde ex illa detentione tristantur, quia magna pœna est non habere libertatē: Sed tunc arguitur in hunc modum, quia illo dato solum tristarentur animæ per phantasmū & imaginationem: dico quòd solum cruciantur, quia detinentur eò quòd perdant libertatem. Durandus autem dicit, quòd non est dicendum, quòd non ponatur alius cruciatus in inferno, nisi illa detentio animarum & dæmonum in prædicto loco infernali. Ideò dico, quòd ibi est alia pœna maior quæ est pœna damni, quia non possunt videre Deum.

Quæstio 89.

De cognitione quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum & demeritorum.

POST hoc agendum est, de his quæ sequuntur resurrectionem.

Quorum prima consideratio est, de cognitione quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum & demeritorum.

Secundò, de ipso iudicio in generali, tempore & loco in quo erit.

Tertio, de iudicantibus & iudicatis.

Quarto, de forma in qua iudex veniet ad iudicandum.

Quinto, de statu mundi & resurgentium post iudicium.

Circa primum queruntur tria.

Primo, vtrum cognoscat quilibet homo in iudicio omnia peccata sua?

Secundò, vtrum possit quilibet legere conscientiam alterius?

Tertio, vtrum omnia merita, & demerita vno intuitu quis videre possit?

Artic. primus.

Vtrum post resurrectionem quilibet cognoscat peccata quæ fecit?

Tho. 4. dist. 43. art. vlt. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod post resurrectionem non cognoscat quilibet omnia peccata quae fecit. Omne enim quod cognoscimus, vel de nouo per sensum accipimus, vel de thesauro memoriae educitur. Sed homines post resurrectionem sua peccata non poterunt sensu percipere, quia iam transferunt, sensus autem est tantum praesentium: multa etiam peccata a memoria excidunt peccantium, quae non poterunt de thesauro memoriae educi: ergo non omnium peccatorum quae fecit resurgens cognitionem habebit.

PRÆTEREA, sicut in littera dicitur, libri conscientiae quidam sunt in quibus merita singulorum leguntur: sed in libris non potest aliquid legi nisi eius nota contineatur in libro: nota autem quedam remanent peccatorum in conscientia, ut patet Rom. 1. in glos. quae non videntur aliud esse quam reatus vel macula. Cum ergo multorum peccatorum macula & reatus a multis sit deletus per gratiam, videtur quod non omnia peccata quae fecit, possit in sua conscientia legere. Sic idem quod prius.

PRÆTEREA, crescente causa crescit effectus: sed causa quae facit nos dolere de peccatis quae ad memoriam reuocamus, est charitas: cum ergo in sanctis resurgentibus sit perfecta charitas, maxime de peccatis dolebunt, si ea ad memoriam reuocabunt, quod non potest esse, quia fugiet ab eis dolor & gemitus, Apoc. 21. ergo peccata prima ad memoriam non reuocabuntur.

PRÆTEREA, sicut se habebunt resurgentes damnati ad bona quae aliquando fecerunt, ita se habebunt resurgentes boni ad peccata quae aliquando commiserunt. Sed resurgentes damnati, ut videtur, cognitionem de bonis quae aliquando fecerunt, non habebunt: quia per hoc eorum poena multum alleviaretur, ergo nec beati habebunt cognitionem peccatorum quae commiserunt.

SEDE contra est quod Aug. dicit 20. de Ciuitate Dei, quod quedam diuina vis adertit qua fiet ut cum peccata ad memoriam reuocentur.

PRÆTEREA, sicut se habet humanum iudicium ad testimonium exterius, ita se habet

diuinum iudicium ad testimonium conscientiae: ut patet 1. Reg. 16. Homines vident ea quae patent, Deus autem intuetur cor: sed non posset perfecte iudicium humanum esse de aliquo, nisi testes de omnibus de quibus iudicandum est, testimonium deponerent: ergo oportet cum diuinum iudicium sit perfectissimum, quod conscientia teneat omnia, de quibus iudicandum est: sed iudicandum est de omnibus bonis & malis operibus 2. Cor. 4. Omnes stabimus ante tribunal Christi &c. ergo oportet quod conscientia vniuscuiusque, retineat omnia opera quae fecit, siue bona siue mala.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dicitur Rom. 2. In die illo cum iudicabit dominus, testimonium vnicuique, sua conscientia reddet, & cogitationes erunt accusantes, & defendentes, quia oportet quod testis, accusator & defensor in quolibet iudicio habeat eorum notitiam, quae in iudicio versantur: in illo autem communi iudicio, quia omnia opera hominum in iudicium venient, oportet quod omnium operum suorum quisque, tunc notitiam habeat: Vnde conscientiae singulorum, erunt quasi quidam libri continentes res gestas, ex quibus iudicium procedet: sicut etiam in iudicio humano registris vtuntur: & isti sunt libri de quibus Apoc. 20. dicitur, libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita, & iudicati sunt mortui, ex his quae scripta erunt in libris secundum opera ipsorum: ut per libros qui dicuntur sic aperti, ut Aug. exponit 20. de Ciuit. Dei, significentur sancti non. & vet. test. in quibus Deus ostendit quae mandata fieri iussisset. Vnde Richar. de sancto Viatore dicit: Erunt corda eorum quasi canonum quedam statuta. Sed per librum vitae de quo subiungitur, intelliguntur conscientiae singulorum, quae dicuntur singulariter liber vnus, quia vna virtute diuina fiet, ut cunctis ad memoriam sua facta reuocentur: & haec vis in quantum ad memoriam homini reducit sua facta, liber vitae dicitur: vel per primos libros, conscientiae intelligantur: per secundum sententia iudicis in eius providentia descripta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quantum multa merita & demerita a memoria excidunt, nullum eorum erit quod non aliquo modo

do maneat in suo effectu: quia merita quae non sunt mortificata manebunt in premio quod eis redditur, quae autem mortificata sunt, manent in reatu ingratitude, quae augetur ex hoc, quod homo post gratiam susceptam peccauit. Similiter etiam de merita quae non sunt per poenitentiam deleta, manent in reatu poenae quae eis debetur, quae autem poenitentia deleuit, manent in poenitentiae memoria, quam simul cum alijs meritis in notitiam habebunt: unde in quolibet homine erit aliquid, ex quo possit ad memoriam sua opera reuocare, & ut August. dicit, principaliter ad hoc diuina vis operabitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod aliqua nota manent in conscientijs singulorum de operibus a se factis, nec oportet quod nota ista sint reatus tantum, ut ex dicto patet.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis charitas sit nunc causa dolendi de peccato, tamen sancti in patria erunt ita perfusi gaudio, quod dolor in eis locum habere non poterit: & ideo de peccatis non dolebunt: sed potius gaudebunt de diuina misericordia, quae eis peccata sunt relaxata, sicut etiam nunc angeli gaudent de diuina iustitia, quae fit ut deserti a gratia in peccato ruant illi quos custodiunt, quorum tamen salutem sollicitudine vigilat.

AD QVARTVM dicendum, quod mali cognoscunt omnia bona quae fecerunt, & ex hoc non minuetur eorum dolor, sed augmentabitur: quia maximus dolor est multa opera perdidisse: propter quod dicit Boet. in 2. de consol. Quia summum infortunij genus est fuisse faelicem.

Artic. secundus

Vtrum quilibet possit legere omnia quae sunt in conscientia alterius?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod non quilibet possit legere omnia quae sunt in conscientia alterius. Resurgentium enim non erit limpior cognitio, quam nunc

sit angelorum, quorum equalitas resurgentibus promittitur Matt. 22. sed angeli non possunt inuicem in suis cordibus videre, ea quae dependent a libero arbitrio: unde indigent locutione ad ea inuicem innotescenda: ergo resurgentes non poterunt inspicere ea quae continentur in conscientijs aliorum.

PRÆTEREA, Omne quod cognoscitur, aut cognoscitur in se aut in sua causa vel in suo effectu, sed merita vel demerita, quae continentur in conscientia alicuius, non poterit alius cognoscere in seipsis: quia solus Deus cordi illabitur, & secreta intuetur. Similiter nec in causa suas quae non omnes videbunt Deum, qui solus potest imprimere in affectum, ex quo procedunt merita vel demerita. Similiter etiam nec in effectu: quia multa demerita erunt, quorum nullus effectus remanebit eis totaliter per poenitentiam abolitis: ergo non omnia quae sunt in conscientia alicuius, poterit quilibet alius agnoscere.

PRÆTEREA, Chryso. dicit in littera: Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter eam in conspectu Dei pronuncies, & pro eis depreceris, citius illa delebit: Si vero obliuisceris, tunc eorum recordaberis nolens volens, quando publicantur in conspectu omnium amicorum & inimicorum, sanctorumque angelorum proferentur. Ex hoc accipitur, quod illa publicatio poenae est negligentiae, quae homo confessionem praetermittit: ergo illa peccata de quibus homo confessus est, non publicabuntur alijs.

PRÆTEREA, solatium est alicui si scit se habere multos socios in peccato, & minus recundatur inde: si ergo quilibet peccatum alterius cognosceret cuiuslibet peccatoris, erit beneficentia multum minueretur, quod non competit: ergo non omnes omnium peccata cognoscent.

SEDE contra, super illud 1. Cor. 2. Illuminabit abscondita tenebrarum: dicit glo. Gestat & cogitata bona & mala, tunc aperta erunt omnibus & nota.

PRÆTEREA, omnium bonorum peccata praeterita erunt aequaliter abolita: sed quorundam sanctorum peccata sciemus, sicut Magd.

Et Petri, Et David, ergo pariratione aliorum peccata electorum scientur, Et multo magis damnatorum.

RESPONDEO dicendum, quod in ultimo Et in communi iudicio oportet quod diuina iustitia omnibus euidenter appareat, quae nunc in plerisque latet: sententia autem condemnantis vel praemiantis iusta esse non potest, nisi secundum merita vel demerita proferatur: Et ideo sicut oportet quod iudex Et assessor iudicis merita causa cognoscant, ad hoc quod iustam sententiam proferant: ita oportet et hoc quod iusta sententia appareat, quod omnibus sententiam cognoscentibus merita innotescant. Unde quia sicut cuiuslibet nota erit sua praematio, Et sua damnatio, ita omnibus alijs innotescant: oportet quod sicut quilibet sua merita vel demerita reducat ad memoriam, ita etiam Et aliena sua cognitioni subiaceant: Et est probabilior Et communior opinio: quamuis contrarium Magister in littera dicat, scilicet quod peccata quae sunt per poenitentiam deleta in iudicio alijs non patefient: sed ex hoc quidem sequitur, quod nec etiam poenitentia de peccatis illis perfecte cognoscatur, in quo multum detraheretur sanctorum gloria Et laudi diuinae, quae tam misericorditer sanctos liberauit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnia merita praecedentia vel demerita facient aliquam quantitatem in gloria vel miseria hominis resurgentis: Et ideo exterioribus visis poterunt cuncta in conscientijs videri, Et praecipue diuina virtute ad hoc operante, ut sententia iudicis iusta omnibus appareat.

AD SECVNDVM dicendum, quod merita vel demerita poterunt alijs ostendi in suis effectibus, ut ex dictis patet: vel etiam in se ipsi per diuinam virtutem, quamuis ad hoc virtus intellectus creati non sufficiat.

AD TERTIVM dicendum, quod publicatio peccatorum ad ignominiam peccantis est effectus negligentiae, quae committitur in omissione confessionis: sed quod peccata sua sanctorum reuelentur, non poterit eis esse erubescencia, vel verecundia: sicut nec Mariae Magdalenae est in confusione, quod peccata sua publice in ecclesia recitantur, quia verecundia

est timor in gloriationis, ut Damascenus dicit, quae in beatis esse non poterit. Sed talis publicatio erit eis ad magnam gloriam propter poenitentiam quam fecerunt: sicut Et confessor approbatus qui magna scelera sua confitetur. Dicuntur autem peccata esse deleta, quia Deus non videt ea ad puniendum.

AD QVARTVM dicendum, quod ex hoc quod peccator aliorum peccata inspiciens, in nullo sua confusio minuetur, sed magis augetur in alieno vituperio, suum vituperium magis agnoscens: quod ex tali causa confusio minuetur, contingit ex hoc quod verecundia respicit estimationem hominum, quae ex consuetudine redditur leuior: sed tunc confusio respiciet estimationem rei, quae est secundum veritatem de quolibet peccato, siue sit vnus tantum siue multorum.

Articul. tertius

Vtrum omnia merita vel demerita, propria vel aliena vno intuitu ab aliquo videantur?

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod non omnia merita vel demerita propria Et aliena, ab aliquo vno intuitu videantur. Ea enim quae sigillatim considerantur, non videntur vno intuitu: sed damnati considerabunt sigillatim sua peccata, Et ea plangent. Unde dicunt Sap. 5. Quid nobis profuit superbia? ergo non omnia videbunt vno intuitu.

PRÆTEREA, Philosophus dicit in 2. 7. op. quod non contingit simul plura intelligere, sed merita Et demerita propria Et aliena non videbuntur nisi in intellectu: ergo non poterunt simul omnia videri.

PRÆTEREA, intellectus damnatorum non erit post resurrectionem eleuatus, quam nunc sit beatorum Et angelorum, quantum ad cognitionem naturalem, qua cognoscunt res per species innatas: sed tali cognitione angeli non vident plura simul, ergo nec tunc damnati poterunt omnia facta simul videre.

SED contra, super illud Iob 8. Induetur confusio

in fusione: dicit glos. viso iudicem: mala omnia ante oculos mentis versantur, sed iudicem subito videbunt, ergo similiter mala quae commiserunt: Et eadem ratione omnia alia.

PRÆTEREA, Aug. 20 de ciuitate Dei, habet pro in conuenienti, quod legatur aliquis liber materialis in iudicio, in quo facta singulorum sunt scripta: eo quod nullus valeat estimare illius libri magnitudinem, vel quanto tempore legi posset: sed similiter etiam non posset estimari tempus, quantum oportet ponere ad considerandum omnia merita Et demerita sua, Et aliena ab aliquo homine, si successiue diuersa videat: ergo oportet ponere quod omnia simul videat vnusquisque.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod omnia merita Et demerita simul aliquis videbit sua Et aliena in instanti: quod quidem de beatis facile credi potest, quia omnia in vno videbunt, Et sic non est inconueniens quod simul plura videant. Sed de damnatis quorum intellectus non est eleuatus, ut possint Deum videre, Et in eo omnia alia, est magis difficile. Et ideo alij dicunt, quod mali simul omnia videbunt in genere peccata sua, Et hoc sufficit ad accusationem illam qua debet esse in iudicio, vel ad absolutionem: non autem videbunt omnia, simul descendendo ad singula. Sed hoc etiam non videtur consonum dictis Aug. 20. de Ciuit. Dei, qui dicit quod omnia mentis intuitu enumerabunt, quod autem in genere cognoscitur non enumeratur. Unde potest eligi media via, quod singula considerabunt, non tamen in instanti, sed in tempore breuissimo diuina virtute ad hoc adiuuante. Et hoc est quod dicit Aug. ibidem, quod mira celeritate enumerabuntur, nec est hoc impossibile: quia in quolibet paruo tempore sunt infinita instantia in potentia. Et per hoc patet solutio ad vtranque partem.

Quaestio 90.

De iudicio generali, tempore Et loco in quo fiet.

DEINDE considerandum est de iudicio generali, tempore Et loco in quo fiet.

Circa quod quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum generale iudicium sit futurum?

Secundo, Vtrum quantum ad disceptationem fiet per vocalem locutionem?

Tercio, Vtrum fiet tempore ignoro?

Quarto, Vtrum fiet in Valle Iosaphat?

Articul. primus

Vtrum generale iudicium sit futurum?

Th. 4. dist. 47. q. 1. ar. 1. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur.

Videtur quod generale iudicium non sit futurum. Quia ut dicitur Naum. 1. Non iudicabit Deus vobis in idijsum: sed nunc Deus iudicat de singulis hominum operibus, cum post mortem poenas vel premia pro meritis tribuit, Et dum etiam quosdam in hac vita pro bonis vel malis operibus praemiat vel punit: ergo videtur quod non sit aliud iudicium futurum.

PRÆTEREA, in nullo iudicio executio sententiae praecedit iudicium: sed sententia diuini iudicij, quo ad homines est de adeptione regni vel exclusione a regno, ut patet Matt. 25. ergo cum modo aliqui adipiscantur regnum aeternum, Et quidam excludantur ab ipso perpetuo, videtur quod aliud iudicium non sit futurum.

PRÆTEREA, propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci, quia dubium est quid de eis definiendum sit, sed ante finem mundi determinata est vnusquisque sua damnatio: et cuique sanctorum sua beatitudo: ergo Et c.

SED contra, Matt. 12. dicitur: Viri Niniuitae resurgent in iudicio cum generatione ista, Et condemnabunt eam: ergo post resurrectionem aliquod iudicium fiet.

PRÆTEREA, Ioan. 5. dicitur: Procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala in resurrectionem iudicij: ergo videtur quod post resurrectionem aliquod iudicium sit futurum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut operatio pertinet ad rerum principium quo producuntur in esse, ita iudicium pertinet ad terminum quo res ad finem suum perducitur. Distinguitur autem duplex Dei operatio: una qua res primitus in esse produxit instituens naturam, & distinguens ea quae ad completionem pertinent: à quo quidem opere Deus dicitur quicquid esse Gen. 1. Alia eius operatio est qua operatur in gubernatione creaturarum, de qua Io. 5. Pater meus usque modum operatur, & ego operor: ita etiam duplex eius iudicium distinguitur, ordine tamen conuerso. Vnum quod respondet operationi gubernationis, quae sine iudicio esse non potest, per quod quidem iudicium vniuersusque, singulariter pro suis operibus iudicatur, non solum secundum quod sibi competit, sed secundum quod competit gubernationi vniuersi. Unde desertur vniuersi praemiatio pro utilitate aliorum, ut patet Habre. 11. & poenae vniuersi ad profectum alterius procedunt: vnde necesse est, ut sit aliud iudicium vniuersale correspondens ex aduerso primae rerum productioni in esse: ut videlicet sicut tunc omnia processerunt immediate à Deo, ita tunc vltima completio mundo detur, vnoqueque accipiente finaliter, quod ei debetur secundum se ipsam: vnde in illo iudicio apparebit manifeste diuina iustitia quantum ad omnia, quae nunc ex hoc occultantur, quod interdum de vno disponitur ad utilitatem aliorum, aliter quam manifeste opera exigere videantur. Vnde etiam tunc erit vniuersalis separatio bonorum à malis, quia vltimus non erit locus, ut mali pro bonis, vel boni per malos proficiant, propter quem profectum intermixti inueniuntur boni malis quo ad usum; status huius vitae per diuinam providentiam gubernatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quilibet homo, & est singularis quaedam persona, & est pars totius generis humani. Vnde & duplex ei iudicium debetur: vnum singulare quod de eo fiet post mortem, quod recipiet iuxta ea quae in corpore gesserit, quibus non totaliter, quia non quoad corpus, sed quoad animam tantum. Aliud iudicium debet esse de eo secundum quod est pars totius humani generis: sicut aliquis iudicari di-

citur secundum humanam iustitiam, quando etiam iudicium datur de communitate cuius ipse est pars: vnde & tunc quando fiet iudicium totius humani generis per vniuersalem separationem bonorum à malis, & quilibet per consequens iudicabitur, nec tamen Deus iudicabit bis in idipsum, quia non duas poenas pro vno peccato infert, sed poena quae ante iudicium completè inflicta non fuerat, in vltimo iudicio complebitur, postquam impij cruciabitur quo ad corpus & animam simul.

AD SECVNDVM dicendum, quod propria sententia illius generalis iudicij, est vniuersalis separatio bonorum à malis, quae illud iudicium non precedit: sed etiam nunc quo ad particularem sententiam vniuersi cuiusque non plenè praecessit iudicij effectus: quia etiam boniam plus post iudicium premiabuntur, tum ex gloria corporis adiuncta, tum ex numero sanctorum completo: & malitiam plus torquebuntur ex adiuncta poena corporis: & in completo in poenis numero damnatorum, quanto cum pluribus ardebunt, magis ardebunt.

AD TERTIVM dicendum, quod vniuersale iudicium magis directe respicit vniuersalitate hominum, quam iudicandorum: quia vniuersi ergo cuiuslibet homini ante iudicium sit certa notitia de sua damnatione vel premio, non tamen omnibus damnatio vel praemium imoretur: vnde iudicium necessarium erit.

Artic. secundus

Vtrum iudicium fiet per locutionem vocalem?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod iudicium illud quantum ad discussionem, & sententiam fiet per locutionem vocalem. Quia ut Augustinus dicit 20. de Civitate Dei, per quot dies futuram hoc iudicium tendatur, hoc incertum est, sed non esset incertum, si illa quae in iudicio dicuntur futura, tantum mentaliter complerentur: ergo iudicium illud vocaliter fiet, & non solum mentaliter.

PRAE

PRAEETEREA, Gregorius dicit, & habetur in littera, Illi saltem verba iudicis audient qui eius fidem verbo tenuerunt: hoc autem non potest intelligi de verbo interiori, quia sic omnes verba iudicis audient: quia omnibus bonis & malis nota erunt omnia aliorum. ergo videtur quod iudicium illud vocaliter peragetur.

PRAEETEREA, CHRISTVS secundum formam hominis iudicabit, in qua corporaliter ab omnibus possit videri: ergo eadem ratione videtur quod corporali voce loquetur, ut ab omnibus audiat.

SED contra, Augustinus dicit 20. de civitate Dei, quod liber vitae de quo Apoc. 20. vis quaedam intelligenda est diuina, qua fiet, ut cuique opera sua bona vel mala ad memoriam reuocentur, & mentis interitu mira celeritate cernantur, ut accuset vel excuset conscientia, atque ita simul & omnes homines & angeli iudicentur: sed si vocaliter discuterentur merita singulorum, non possent omnes & singuli iudicari: ergo videtur quod illa discussio non erit vocalis.

PRAEETEREA, sententia proportionaliter debet testimonio respondere, sed testimonium & accusatio & excusatio erit mentalis: vnde Ro. 2. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusationum, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum: ergo videtur quod illa sententia & totum iudicium mentaliter compleatur.

RESPONDEO dicendum, quod quid circa hanc quaest. sit verum, pro certo definire non potest: tamen probabilius estimatur, quod totum illud iudicium & quo ad discussionem & accusationem malorum, & commendationem bonorum, & quo ad sententiam de vtriusque mentaliter perficietur: si enim vocaliter singulorum facta narrarentur, inestimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur: sicut etiam Augustinus dicit 20. de Civitate Dei, quod si liber ex cuius scriptura omnes iudicabuntur, ut dicitur Apoc. 20. carnaliter cogitetur: quis enim magnitudinem aut longitudinem valeat estimare? aut quanto tempore legi poterit liber in quo scriptae sunt vniuersae vitae vniuersorum? non autem minus tempus requiritur ad narran-

dum ortenus singulorum facta quam ad legendum, si esset in libro materiali scripta. Vnde de probabile est, quod illa quae dicuntur Matt. 25. non vocaliter, sed mentaliter intelligenda sunt esse perficienda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pro tanto dicit Augustinus, quod incertum est per quot dies hoc iudicium tendatur: quia non est determinatum, vtrum mentaliter vel vocaliter perficiatur. Si enim vocaliter perficeretur prolixum tempus ad hoc exigeretur, si autem mentaliter in momento fieri poterit.

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam si iudicium fiat mentaliter tantum, verbum Gregorius saluari poterit: quia & si omnibus innotescant sua & aliorum facta diuina virtute hoc faciente, quae in euangelio locutio dicitur, tamen illi qui fidem habuerunt, quam ex verbis Dei conceperunt, ex verbis iudicabuntur: quia dicitur Rom. 2. qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Vnde quodam speciali modo dicitur aliquid his qui fuerunt fideles, quod non dicitur infidelibus.

AD TERTIVM dicendum, quod CHRISTVS corporaliter apparebit, ut ab omnibus corporaliter iudex cognoscatur, quod quidem subito fieri poterit: sed locutio quae tempore mensuratur, requiret immensam temporis longitudinem, si vocali locutione iudicium perageretur.

Articul. tertius.

Vtrum tempus futuri iudicij sit ignotum?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod tempus futuri iudicij non sit ignotum. Sicut enim sancti patres expectabant primum aduentum, ita nos expectamus secundum: sed sancti patres sciuerunt tempus primi aduentus: sicut patet per numerum hebdomadarum qui describitur Dan. 9. vnde & reprehenduntur Iudei, quod tempus aduentus Christi non cognouerunt: ut patet Luc. 12. huiusmodi critica faciem caeli & terrae nostri probare, hoc

KKK ij autem

autem tempus quomodo non probasti? ergo videtur nobis esse determinatum tempus secundi aduentus, quo Deus ad iudicium veniet.

PRÆTEREA, per signa aduenimus in cognitionem signatorum: sed de futuro iudicio multa signa nobis proponuntur in scriptura, ut patet Matth. 24. & Luc. 23. & Mar. 13. ergo in cognitionem illius temporis possumus peruenire.

PRÆTEREA, dicit Apostolus 1. Cor. 10. Nos sumus in quos fines seculorum deueniunt: & 1. Ioan. 3. Filioli, nouissima hora est &c. cum ergo iam longum tempus transierit, ex quo dicta hæc sunt, videtur quod saltem nunc scire possumus, quod vltimum iudicium sit propinquum.

PRÆTEREA, tempus iudicis non oportet esse occultum nisi propter hoc, quod quilibet sollicitus se ad iudicium præparet, dñi determinate tempus ignoret: sed eadem sollicitudo remanet etiam si certum esset, quia cuius in certum est tempus suæ mortis: & sicut dicit Aug. in epist. ad Esitium, in quo quæque inuenit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies: ergo non est necessarium tempus iudicij esse occultum.

SED contra est quod dicitur Matt. 13. De die illa vel hora nemo nec angelus in celo, nec filius hominis scit, nisi pater: dicitur autem filius nescire, in quantum nos scire non facit.

PRÆTEREA, 1. Esai. 5. Dies domini sicut fur in nocte ita veniet: ergo videtur cum aduentus furis in nocte sit omnino incertus, quod dies vltimi iudicij sit omnino incertus.

RESPONDEO dicendum, quod Deus per scientiam suam est causa rerum: vtrunq; autem creaturis communicat, dñm & rebus tribuit virtutem agendi alias res quarum sunt causa: & quibusdam etiam cognitionem rerum præbet, sed in vtroq; aliquid sibi reseruat. Operatur enim quædam, in quibus nulla creatura cooperatur: & similiter cognoscit quædam, quæ à nulla pura creatura cognoscuntur. Hæc autem nulla alia magis esse debent, quam illa quæ soli diuine subiaccnt potestati, in quibus nulla creatura ei cooperatur: & huiusmodi est finis mundi in quo erit dies iudicij, non enim per ali-

quam causam creatam mundus finietur, sic etiam mundus esse incipit immediate à Deo. Vnde decenter cognitio finis mundi soli Deo reseruat, & hanc rationem videtur ipse dominus assignare Act. 1. Non est inquit vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate: quasi diceret quæ soli potestati eius reserua sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in primo aduentu **CHRISTVS** venit occultus: secundum illud Esaiæ 45. Verè tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator: & ideo ut à fidelibus cognosci posset, oportuit determinate tempus determinare: sed in secundo aduentu veniet manifestè, ut dicitur in psal. Deus manifestè veniet, &c. Et ideo circa cognitionem aduentus ipsius error esse non poterit, & propter hoc non est simile.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut dicit Aug. in epist. de die iudicij ad Esitium, signa quæ in Euangelijs ponuntur, non omnia pertinent ad secundum aduentum qui erit in fine: sed quædam eorum pertinent ad tempus Hierusalem destructionis, quæ iam præterijt, quædam vero & plura pertinent ad aduentum quo quotidie venit in ecclesiam, eam visitans spiritaliter, prout nos inhabitat per fidem & amorem. Nec illa quæ in euangelijs vel epistolis ponuntur ad vltimum aduentum spectant, ad hoc possunt valere, ut determinate tempus iudicij possit agnosci: quia illa pericula quæ pronunciantur nunciata viciniam Christi aduentum, etiam à tempore primitiue ecclesie fuerunt quandoq; intensius, quandoq; remissius: vnde & ipsi dies Apostolorum dicti sunt nouissimi dies, ut patet act. 2. Vbi Petrus exponit illud 1. Cor. 2. erit in nouissimis diebus &c. pro tempore illo, & tamen ex illo iam tempore tempus plurimum transiuit, & quandoq; plures, & quandoq; pauciores tribulationes in ecclesia fuerunt. Vnde non potest determinari quantum tempus sit futurum, nec de mense, nec de anno, nec de centum, nec de mille annis, ut Aug. in eodem lib. dicit. Et si credatur in finem huiusmodi pericula magis abundare, non potest tamen determinari quæ sit illa quantitas periculorum, quæ immediate diem

iudi-

iudicij præcedet, vel Antechristi aduentum, cum etiam circa tempora primitiue ecclesie fuerint persecutiones aliquæ adeò graues, & corruptiones errorum adeò abundarent quod ab aliquibus tunc vicinis expectaretur, vel imminens Antichristi aduentus, sicut dicitur in Ecclesi. historia: & Hiero. in lib. de viris illustribus.

AD TERTIVM dicendum, quod ex hoc quod dicitur nouissima, vel ex similibus locutionibus quæ in scriptura leguntur, non potest aliqua determinata quantitas temporis sciri. Non enim est dictum ad significandum aliquam breuem horam temporis, sed ad significandum nouissimum statum mundi, qui est quasi nouissima ætas, quæ quanto temporis spacio durat, non est definitum, cum etiam nescimus, quod est vltima ætas hominis, sit aliquis certus terminus definitus, cum quandoq; inueniatur durare, quantum omnes præcedentes ætates vel plus: ut dicit Aug. in lib. 8. 3. quest. Vnde etiam Apostolus 2. Thesal. 2. excludit falsum intellectum quem quidam ex suis verbis concepserunt, ut crederet diem Domini iam instare.

AD QVARTVM dicendum, quod etiam supposita mortis incertitudine dupliciter ad vigilantiam valet incertitudo iudicij. Primo ad hoc quod ignoratur, vtrum etiam tantum differatur quantum est hominis vita, ut sic ex duabus partibus incertitudo maiorem diligentiam faciat. Secundo, quantum ad hoc quod homo non gerit solum sollicitudinem de personâ sua, sed de familia, vel ciuitate, vel regno, aut tota ecclesia, cui non determinatur tempus durationis secundum hominis vitam, & tamen oportet vnumquemq; horum hoc modo disponi, ut dies Domini inueniat paratos.



QVARTVM sic proceditur. Videtur quod iudicium non fiet in Valle Iosaphat, aut in loco circumstante. Quia ad minus oportet iudicandos in terra stare, eos autem tantum eleuari in nubibus, quorum erit iudicare: sed tota terra promissionis capere non posset multitudinem iudicandorum: ergo non potest esse quod circa Vallem illam sit iudicium.

PRÆTEREA, Christo in humanitate datum est iudicium, ut iuste iudicet, quia iniuste iudicatus est in prætorio Pilati: & sententiam iniusti iudicij in Golphatha suscepit: ergo loca illa magis debent ad iudicium terminari.

PRÆTEREA, nubes fiunt ex resolutione vaporum: sed tunc nulla erit euaporatio vel resolutio: ergo non poterit esse quod iusti in rubibus obuiam Christo in æra rapiantur, & sic oportebit, & bonos & malos esse in terra, & ita multo amplior locus requireretur, quam sit Vallis illa.

SED contra est quod dicitur Iohel. 3. Congregabo omnes, & educam eas in Valle Iosaphat: & disceptabo ibi cum eis.

PRÆTEREA, Act. 1. dicitur. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet: sed ipse ascendit in cælum in monte oliueti, qui præminet Valli Iosaphat: ergo & circa loca illa ad iudicandum veniet.

RESPONDEO dicendum, quod qualiter illud iudicium sit futurum, & quomodo homines ad iudicium conueniant, non potest multum per certitudinem sciri, tamen probabiliter potest colligi ex scripturis, quod circa locum montis Oliueti descendet, sicut & inde ascendit, ut idè esse ostendatur qui descendit & ascendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod magna multitudo in paruo spatio comprehendi potest. Sufficit autem ponere quantumcunq; spatium, circa locum illum ad capiendum multitudinem iudicandorum, dummodo ab illo spatio Christum videre possint, qui in ære præminens, et maxima claritate refulgens, à longinquo inspicierit.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis per hoc quod iudicatus est, iuste iudicariam potestatem meruit, non tamen iudicabit in foro

Articu. quartus.

Vtrum iudicium fiet in valle Iosaphat.

Thom. 4. dist. 48. q. 1. art. 3. q. 4.

ma infirmitatis, in qua iniuste iudicatus est: sed in forma gloriosa in qua ad patrem ascendit. Unde locus ascensionis magis competit iudicio quam locus ubi condemnatus est.

AD TERTIVM dicendum, quod nubes hic appellatur (ut dicunt quidam) densitates lucis resplendentis à corporibus sanctorum, & non aliquæ evaporationes ex terra & aqua. Vel potest dici, quod nubes illæ generabuntur divina virtute ad ostendendum conformitatem in aduentu ad iudicium & ascensionem, ut qui ascendit in nube ad iudicium veniat, nubes etiam propter refrigerium indicat misericordiam iudicantis.

Quæstio 91.

De iudicantibus & iudicatis in iudicio generali.

DEINDE considerandum est, de iudicantibus & iudicatis in iudicio generali.

Circa quod quaruntur octo.

Primo, utrum aliqui homines iudicaturi sint cum Christo?

Secundo, utrum voluntarie paupertati correspondeat iudiciaria potestas?

Tertio, utrum angeli sint etiam iudicaturi?

Quarto, utrum demones exequantur sententiam iudicis?

Quinto, utrum omnes homines in iudicio comparebunt?

Sexto, utrum aliqui boni iudicandi sint?

Septimo, utrum aliqui mali?

Octavo, utrum etiam angeli sint iudicandi?

Articul. primus

Utrum aliqui homines iudicabunt cum Christo?

Th. 4. dist. 47. q. 1. ar. 2. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod nulli homines iudicabunt cum Christo. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio,

ut omnes homines & c. sed honorificentia talis non debetur alicui nisi Christo: ergo & c.

PRÆTEREA, quicumque iudicat, habet auctoritatem super illud quod iudicat: sed ea de quibus debet esse futurum iudicium, sicut merita & præmia humana, soli divine auctoritati subsunt: ergo nulli competit de his iudicare.

PRÆTEREA, iudicium illud non exercebitur vocaliter, sed mentaliter ut probabilius estimatur. sed hoc quod cordibus omnium hominum notificentur merita & demerita, quod est quasi accusatio, vel commendatio, vel retributio pœnæ & præmij: quod est quasi sententiæ prolatio, sola divina virtute fiet: ergo nulli alij iudicabunt, nisi CHRISTVS qui est Deus.

SED contra est quod dicitur Matt 19. sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israë: ergo & c.

PRÆTEREA, Isa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui: ergo videtur quod etiam alij iudicabunt cum Christo.

RESPONDEO dicendum, quod iudicare multipliciter dicitur. Vno modo quasi causaliter, dicitur illud iudicare unde apparet aliquis iudicandus: et secundum hæc aliqui dicuntur iudicare comparatione, in quantum ex comparatione aliorum aliqui iudicandi ostenduntur: sicut patet Matt 12. Viri niniuitæ surgent in iudicio & c. sed sic iudicare in iudicio communiter & bonorum & malorum est. Alio modo dicitur iudicare quasi interpretatiue: interpretamur enim aliquem facere qui facientem consentit. Unde isti qui consentiunt iudicis sententiam approbando, iudicare dicuntur: & sic iudicare est omnium electorum. Unde dicitur Sap. 3. Iudicabunt sanctinationes. Tertio modo dicitur iudicare & quasi per similitudinem: quia, si similitudinem iudicis habet, in quantum sedet in loco eminenti, sicut iudex, & sicut assessores dicuntur iudicare & in hunc modum dicunt quidam, quod perfecti viri quibus iudiciaria potestas promittitur Matt 19. iudicabunt. s. per honorabilem assensionem, quia superiores cæteris apparebunt in iudicio obstantes Christo in æra. Sed istud non videtur sufficere ad promissionem Domini complendam, qua dicitur: Sedebitis iudicantes. Videtur enim

i. dicitur

iudicium confessioni superaddere. Et idem est quartus modus iudicandi, qui perfectis viris conveniet, in quantum in eis continentur decreta divine iusticie, ex quibus homines iudicabuntur, sicut si liber in quo continetur lex, iudicare dicitur. Unde Apoc. 20. Iudicium sedis, & libri aperti sunt. Et per hunc modum hæc iudicationem Ricard. de S. Vi. exponit: Unde dicit, Qui divine contemplationi assistunt, qui in libro sapientiæ quotidie legunt, velut in cordium voluminibus transcribunt, quicquid perspicua veritatis intelligentia comprehendunt. Et ita quid sunt nota iudicantium corda, divinitus in omnem veritatem edocta, nisi quedam Canonum decreta? Sed quia iudicare importat actionem in alium procedentem: idem proprie loquendo iudicare dicitur qui sententiam loquendo in alterum profert. Sed hoc dupliciter contingit. Vno modo ex propria auctoritate, & hoc est illius qui habet dominium in alios & potestatem, cuius regimini subduntur qui iudicantur. Unde eius est in eos ius ferre, sic iudicare est solius Dei. Alio modo iudicare est sententiam alterius auctoritate prolatam in aliorum notitiam ducere, quod est sententiam latam pronuntiare: & hoc modo perfecti viri iudicabunt, quia alios ducunt in cognitionem divine iusticie, ut sciant quod iuste pro meritis ei debeat, ut sic ipsa revelatio iusticie dicatur iudicium. Unde dicit Ricard. de S. Vi. Iudices coram iudicandis decretorum libros aperire, est, ad cordium suorum inspectionem inferiorum quorumlibet, sensumque suum in his que ad iudicium pertinent revelare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de iudicio auctoritatis, quod soli Christo conveniet.

ET similiter dicendum est ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod non est inconueniens aliquos sanctorum alijs quedam revelare, vel per modum illuminationis: sicut superiores angeli inferiores illuminant, vel per modum locutionis, sicut inferiores superioribus loquuntur.

Utrum iudiciaria potestas correspondeat voluntarie paupertati.



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod iudiciaria potestas non correspondeat voluntarie paupertati. Hac. n. solutio 12. apostolus est promissa Mat. 19. Sedebitis super sedes iud. & c. cum ergo non omnes voluntarie pauperes sint Apostoli, videtur quod non omnibus iudiciaria potestas correspondeat.

PRÆTEREA, maius est offerre sacrificium deo de proprio corpore, quam de exterioribus rebus: sed martyres & virgines offerunt de proprio corpore sacrificium Deo, voluntarie autem pauperes de exterioribus rebus: ergo sublimitas iudiciaria potestatis magis respondet martyribus & virginibus, quam voluntarie pauperibus.

PRÆTEREA, Ioan. 5. Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis vos. Glos. quia vocatus sum ille iudicabit eum in novissimis diebus: ergo ex hoc quod aliquis proponit legem vel verbum exhortationis ad instructionem morum, habet quod iudicet contententes: sed hoc est doctorum: ergo doctoribus magis competit quam pauperibus.

PRÆTEREA, Christus ex hoc quod iniuste iudicatus est in quantum homo, meruit ut sit iudex omnium in humana natura. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sed qui persequuntur patiuntur propter iniustitiam, iniuste iudicantur: ergo talis potestas magis competit eis quam pauperibus.

PRÆTEREA, superior non iudicabitur ab inferiori: sed multitudine diuinitatis videntes erunt maioris meriti multis voluntarie pauperibus: ergo voluntarie pauperes non iudicabunt, ubi alij iudicabuntur.

SED contra Iob 35. Non saluat impios, & iudicium pauperibus retribuet: ergo pauperum est iudicare.

PRÆTEREA, Matt 9. super illud, Vos qui reliquistis omnia, & c. Dicit glos. qui reliquerunt omnia, & sequuti sunt Deum, hi iudices erunt: qui licita habentes, recte vsi sunt, iudicabuntur, & sic idem quod prius.

RESPONDEO dicendum, quod paupertati datur

Arti. secundus.

datur iudiciaria potestas spiritualiter propter tria. Primo, ratione congruitatis: quia voluntaria paupertas est eorum, quoniam quae mundis sunt consuepe soli Christo inhaerent: & ideo non est eis aliquid quod eorum iudicium a iusticia deflectat: unde rei ad iudicandum reddentur quasi veritatem iusticiae praeter omnibus diligentes. Secundo, per modum meriti: quia humilitate respondet exaltatio pro merito: inter omnia autem quae hominem in hoc mundo despectum faciunt, praecipue est paupertas: unde & pauperibus excellentia iudiciaria potestatis promittitur, ut sic qui propter Christum se humiliat, exaltetur. Tercio, quia paupertas disponit ad praedictum modum iudicandi. Ex hoc enim aliquis sanctorum iudicare dicitur, ut ex dictis patet, quia cor habebit edoctum omni diuina veritate, quam alijs potens erit manifestare: in progressum autem ad perfectionem primum quod derelinquendum occurrit sunt exteriores diuitiae: quia haec sunt vltimo acquisita, quod autem vltimum in generatione est, est primum in destructione: unde & inter beatitudines quibus est progressus ad perfectionem, prima ponitur paupertas, & sic paupertati respondet iudiciaria potestas in quantum est prima dispositio ad potestatem praedictam. Et hinc est quod non quibuscumque pauperibus etiam voluntarie re-promittitur potestas praedicta: sed illi qui relinquentes omnia sequuntur Christum secundum perfectionem vitae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus dicit, 20. de Ciuitate Dei, Nequaquam super duodecim sedes sessuros esse duodecim solos homines cum illo iudicatuos putare debemus, alioquin quia in locum Iudae productus apostolus Matthaeum legitur ordinatum, Paulus qui plus alijs laborauit, ubi ad iudicandum sedeat, non habebit. Unde duodenario numero est significata vniuersa iudicantium multitudo propter duas partes septenarij, scilicet tria & quatuor, quae in seducta faciunt duodenarium: Septenarius autem est numerus perfectus, vel propter hoc quod consistit in duplici senario qui est numerus perfectus: vel quoad litteram, duodecim apostolus loquebatur in quorum persona hoc omnibus co-

rum sequacibus promittebat.

AD SECVNDVM dicendum, quod virginitas & martirium non ita disponunt ad retinendum in corde diuina iusticia sicut paupertas: sicut e contrario exteriores diuitiae ex sua sollicitudine suffocant verbum Dei, sicut dicitur Luca 8. Vel dicendum quod paupertas non solum sufficit ad meritum iudiciariae potestatis, sed quia est prima pars perfectionis, cui respondet iudiciaria potestas: unde inter ea quae sequuntur ad paupertatem, ad persecutionem spectantia possunt computari & virginitas & martirium, & omnia perfectionis opera, non tamen sunt ita principalia, sicut paupertas, quia principium est maxima pars rei. AD TERTIVM dicendum, quod ille qui legem proposuit aut exhortatus est ad bonum, iudicabit casualiter loquendo, quia per comparationem ad verba ab ipso prolata vel proposita a alijs iudicabuntur: & ideo non respondet proprie potestas iudiciaria praedicationi vel doctrinae. Vel dicendum secundum quosdam quod tria requiruntur ad potestatem ordinariam. Primo, abdicatio temporalium curarum ne impediatur animus a sapientia perfectione. Secundo, requiritur habitus continens diuinam iusticiam scitam & obseruatam. Tercio, quod illam iusticiam alios docuerint, & sic doctrina erit perfectio complens meritum iudiciariae potestatis.

AD QVARTVM dicendum, quod Christus in hoc quod iniuste iudicatus est, seipsum humiliavit, oblatu est, quia voluit: & meritum humilitatis est iudiciaria exaltatio qua ei omnia subduntur, ut dicitur Philip. 3 & ideo magis deberetur iudiciaria potestas illis qui voluntarie se humiliant, bona temporalia abijciendo, propter quae homines a mundanis honorantur, quam his qui ab alijs humiliantur.

AD QVINVM dicendum, quod inferior non potest iudicare superiorem auctoritate propria: sed tamen auctoritate superioris potest, sicut patet in iudicibus delegatis. Et ideo non est inconueniens, si hoc quasi accidentale premium pauperibus detur, ut iudicent alios, etiam qui sunt excellentioris meriti respectu praemy essentialis.

ARTIC

Articu. tertius.

Vtrum angeli debeant iudicare?

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod angeli debeant iudicare. Mat. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, et omnes angeli cum eo: sed loquitur de aduentu ad iudicium, ergo videtur quod angeli etiam iudicabunt.

PRÆTEREA, angelorum ordines nomina sortiuntur ex officio quod exercent: sed quidam ordo angelorum est ordo thronorum, quod videtur pertinere ad iudiciariam potestatem, thronus enim sedes iudicis, solum regis, cathedra doctoris: ergo aliqui angeli iudicabunt.

PRÆTEREA, sanctis post hanc vitam promittitur angelorum aequalitas, Mat. 22. Si ergo homines hanc habebant potestatem ut iudicent, multo fortius & angeli.

SED contra, Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: sed angeli non communicant in humana natura, ergo nec in iudiciaria potestate.

PRÆTEREA, non est eiusdem iudicare & esse iudicis ministrum: sed angeli erunt in iudicio suo ut ministri, ut dicitur Mat. 13. Mitteret filius hominis angelos, & colligent de regno eius omnia scandala: ergo angeli iudicabunt.

RESPONDEO dicendum, quod assessores iudicis debent iudici esse conformes, iudicium autem filio attribuitur: quia secundum humanam naturam omnibus apparebit tam bonis quam malis, quamuis tota trinitas iudicet per auctoritatem: & ideo etiam oportet ut assessores iudicis humanam naturam habeant in qua possint ab omnibus bonis & malis videri, & sic angelis non competit iudicare, quamuis angeli etiam aliquo modo possint dici iudicare per sententiae approbationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut ex glos. ibidem patet, angeli cum Christo venient, non iudices, sed ut sint testes humanorum actuum, sub quorum custodia homines bene vel male egerunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod nomen

throni attribuitur angelis ratione illius iudicij quod Deus semper exercet omnia iustissime gubernando, cuius iudicij angeli sunt quodammodo executores, & promulgatores: sed iudicium quod de hominibus per hominem Christum fiet, etiam requirit homines assessores.

AD TERTIVM dicendum, quod hominibus promittitur angelorum aequalitas quantum ad premium essentiale: nihil tamen prohibet aliud quod premium accidentale exhiberi hominibus, quod angelis non dabitur, ut patet de aureola virginum aut martirum, & similiter potest dici de iudiciaria potestate.

Artic. quartus.

Vtrum daemones exequentur sententiam iudicis in damnatos.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod post diem iudicij daemones non exequentur sententiam iudicis in damnatos: quia secundum apostolum 1. Corinth. 15.

tunc euacuabit omnem principatum, & potestatem, & virtutem: ergo cessabit omnis prelatio. Sed exequi iudicis sententiam, quando denotat prelationem, ergo daemones post diem iudicij non exequentur sententiam iudicis.

PRÆTEREA, daemones magis peccauerunt quam homines: ergo non est iustum quod homines per daemones torqueantur.

PRÆTEREA, sicut daemones suggerunt hominibus mala, ita angeli suggerunt bona: sed premiare bonos non est officium angelorum, sed hoc erit ab ipso Deo immediate: ergo nec punire malos erit officium daemorum.

SED contra est, quod homines peccatores se diabolo subdiderunt peccando: ergo iustum est ut eis subijciantur in poena, quasi ab eis puniendi.

RESPONDEO dicendum quod circa hoc agitatur a Magistro in littera duplex opinio, & utraq; videtur Dei iusticiae competere: ex hoc enim quod homo peccat, iuste demoni subijcitur, sed demon

Admō iniuste ei praest. Opinio ergo illa quae ponit daemones in futurū post diē iudicij hominibus nō praesse in pēniā respicit ordinē diuinā iustitiā ex parte daemōnū pānientiū. Cōtraria verb opinio respicit ordinē diuinā iustitiā ex parte hominum punitōrū: quae autē earū verior sit, certū nobis esse nō potest. Verius tāmē est imo quōd sic in ordo seruabitur in saluatiōe, quōd quidam à quibusdā illuminabūtur & perficiētur, eo quōd ordines cōlestis hierarchiā perpetui erūnt: ita seruabitur ordo in pēniā, ut homines pēr daemones pūniātur: ne totaliter diuinus ordo quo angelos medios inter naturam humanā et diuinā cōstituit, annullaretur. Dicit. n. Hic. Sicut vtiq; per angelos bonos diuinā illuminationē deferuntur, ita etiā daemones sunt executores diuinā iustitiā in malos: Nec ob hoc minuitur aliquid de daemōnū pēniā, quia in hoc etiā quōd alio torquet, ipsi torqūtur, ibi. n. miserorum societas miserā non minuet, sed augebit. AD PRIMVM ergo dicendū, quōd pēlatio illa quae dicitur euacuanda pēr Christū in futuro, est accipiēda secundū modū pēlatiōnis quae est secundū statū huiusmodi, in quō, & homines hominibus principātur, & angeli hominibus, & angeli angelis, & daemones demonibus, & hoc totū ad pēducēdum ad finē, vel abducēdum à finē: tūc autē cū omnia ad finem illum pēuenerint, non erit pēlatio abducens, sed cōseruans in fine boni vel mali. AD SECVNDVM dicendū, quōd quāuis meritum daemōnum non requirat quōd hominibus pēferātur, quia iniuste sibi homines subiecerunt: tāmē hoc requirit ordo naturae ipsorū ad naturā humanā, bona. n. naturalia in eis integra manēt, ut Dio. dicit 4. de di. no. AD TERTIVM dicendū, quōd angeli boni non sunt causa principalis pēmiū electis: quia hoc vēs immediatē à Deo percipiunt: sed tāmē quorundam accidētaliū pēmiōrum angeli hominibus sunt causa, inquantum per superiores angelos inferiores, & angeli & homines illuminātur de aliquibus secretis diuinorum quae ad substantiā beatitudinis nō pētinēt, & si militer principalē pēnam damnati excipient immediatē à Deo. s. exclusiōem pēpetuā à visione Dei, alias autē pēnas sensibiles, non

est inconueniēs hominibus per daemones infligi. In hoc tāmē est differentia, quia meritum exaltat, sed peccatum deprimat: vnde cū natura angelica sit altior quā humana, quidā propter excellentiam meriti in tantum exaltabuntur quōd talis exaltatio excedet altitudinē naturae & pēmiū in quibusdā angelis. Vnde quidam angeli per quosdam homines illuminabuntur: sed nulli homines peccatores propter aliquem gradum malitiā pēueniēnt ad illam eminentiam quae debetur naturae daemōnum.

Articu. quintus.

Vtrum omnes homines in iudicio compareant?

Tho. 4. dist. 47. q. 1. ar. 3. q. 1. & seq.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod non oēs homines in iudicio cōpareant. Quia dicitur Matth. 19. Sedebit super sedes iudicātes duodecim tribus Israel: sed nō oēs hoīnes pētinēt ad illas tribus duodecim, ergo videtur quod non oēs in iudicio cōpareant. **PRÆTEREA**, idē videtur per hoc quod dicitur in Psal. Nō resurgent impij in iudicio: sed multi sunt tales: ergo videtur quod non oēs in iudicio cōpareāt. **PRÆTEREA**, ad hoc aliquis ad iudiciū ducitur ut eius merita discutiat: sed quidā sunt qui nulla merita habuerunt, sicut pueri ante pēfectam aetatem decedētes: ergo illos in iudicio comparere necesse non est. **SED** contra est quod dicitur Act. 4. quōd Christus est cōstitutus à Deo iudex viuorū & mortuorū: sed sub istis differentiis cōprehēduntur oēs homines qualitercūq; viui à mortuis distinguantur: ergo oēs in iudicio cōparebunt. **PRÆTEREA**, Apoc. 1. dicitur. Ecce venit cū nubibus, & videbit eū cōs oculus: hac autē nō esset si nō oēs in iudicio cōpareret, ergo. **RESPONDEO** dicēdum, quod potestas iudiciaria Christo homini collata est in pēmiū humilitatis quā in pāssione exhibuit, ipse autē sua pāssione sanguinem pro omnibus fudit quantum ad sufficientiam, licet non in omnibus effectū habuit

habuit propter impedimentum in aliquibus inuentum: & idē congruum est ut omnes homines in iudicio congregentur ad videndum eius exaltationē in humana natura, secundū quā cōstitutus est iudex à Deo viuorū & mortuorū. **AD PRIMVM** ergo dicendū, quōd sicut dicit August. 20. de Ciuit. Dei: Non quia dictū est, Iudicātes duodecim tribus Israel, tribus Leui, quae tertiadecima est iudicāda nō erit, aut solū illum populum, sed etiam gētes ceteras iudicābunt: idē autē per duodecim tribus oēs aliae gentes intelliguntur, quia in sortem duodecim tribuum per Christum sunt vocatae. **AD SECUNDVM** dicendū, quod hoc quod dicitur, Non resurgent impij in iudicio: si referatur ad omnes peccatores, sic intelligendū est, quod non resurgent ad hoc quōd iudicent. Si autē impij dicantur infideles, sic intelligendū est, quod nō resurgēt ad hoc quōd iudicentur, quia iā iudicati sunt: sed omnes resurgēt ut in iudicio compareant ad gloriam iudicis intuendam. **AD TERTIVM** dicēdum, quod etiā pueri ante pēfectā aetate decedētes, in iudicio cōparebunt, nō ut iudicentur, sed ut videāt gloriā iudicis

Articul. sextus.

Vtrum boni in iudicio iudicentur?

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod nulli boni in iudicio iudicentur. Quia Ioā. 3. Qui credit in eum nō iudicatur: sed omnes boni crediderunt in eum, ergo non iudicabuntur. **PRÆTEREA**, illi non sunt beati quibus est incerta sua beatitudo, ex quo August. probat daemones nunquam fuisse beatos: sed sancti homines nunc sunt beati, ergo certū sum de sua beatitudine. Sed quod certū est nō adducitur ad iudiciū: ergo boni non iudicabuntur. **PRÆTEREA**, timor beatitudinis repugnat, sed extremū iudiciū, quod tremendū maxime dicitur, nō poterit fieri sine timore eorum qui sūt iudicādi. Vnde etiā Greg. dicit super illud Job 40. Cū sublatu fuerit timebūt angeli, &c. Consideremus quomodo tūc iniquorum conscientia concutitur, quando etiam iustorum

uita turbatur: ergo beati non iudicabuntur. **SED** cōtrā videtur, quod oēs boni iudicentur: quia dicitur 2. Cor. 5. oēs astabimus ante tribunal Christi ut referat unusquisq; propria corporū prout gessit, siue sit bonum siue malum: sed nihil est aliud iudicari, ergo oēs iudicabuntur. **PRÆTEREA**, vniuersale omnia comprehendit: sed illud iudiciū dicitur vniuersale, ergo omnes iudicabuntur. **RESPONDEO** dicendū, quod ad iudiciū duo pētinēt. s. discussio meritorum & retributio pēmiōrum. Quantum ergo ad receptionem pēmiōrum omnes iudicabuntur, & unusquisq; recipiet ex diuina sententia pēmiū merito respondens: sed discussio meritorum non fit nisi vbi est quaedam meritorū cōmixtio bonorum cum malis. Illi autē qui edificat supra fundamentū fidei aurum & argentum, & lapides preciosos, diuinis seruitijs totaliter insistentes, qui nullam admixtionem notabilem alicuius mali meriti habent, in eis discussio meritorū locum non habet. Sicut illi qui rebus mundi penitus abiectis sollicitē cogitant solum quae Dei sunt, & idē saluabuntur, sed nō iudicabuntur: illi verō qui edificat super fidei fundamentū ligna, fānū, stipulā, qui adhuc s. amat secularia, & terrenis negotijs implicatur, ita tamē quod nihil Christo pēponat, sed studet peccata elemosinū ex piare: habet quidē cōmixtionē bonorū meritorū cū malis, & idē discussio meritorū in eis locū habet: vnde tales quantum ad hoc & iudicabuntur, & tāmē saluabuntur. **AD PRIMVM** ergo dicēdū, quod quia punitio est effectus iustitiā, pēminatio autē misericordiā: & idē magis iudicio, quod est actus iustitiā antonomasticē punitio attribuitur, ut interdum iudiciū pro ipsa cōditione accipiat, & sic intelligitur authoritas inducta, ut per glos. ibidem patet. **AD SECVNDVM** dicendū, quod discussio meritorū electis nō erit ad tollendū certitudinē beatitudinis à cordibus ipsorū iudicandorū: sed ut pēminētia bonorū meritorū ad mala ostēdantur omnibus manifestē: & sic dei iustitiā comprobetur. **AD TERTIVM** dicēdū, quod Gre. loquitur de iustis

de iustis in carne mortali existētibus. Vnde supra premiserat: *Hi qui in corporibus reperi-ri poterūt, quamuis iam fortes atque perfecti adhuc in carne sint positi, non possunt in tanti terroris turbine nulla formidine concuti: unde patet quod terror ille referendus est ad tempus immediatē iudicium praecedens: imēdum quidem, maximē malis, non autem bonis, quibus nulla erit mali suspitio.*

RATIONES autē quae sunt ad opposit procedūt de iudicio quātū ad retributionē praeiorū

Artic. septimus.

Vtrum mali iudicabuntur?

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod nulli mali iudicabuntur. Sicut contingit infidelium damnatio, ita & eorum qui in mortali peccato decedunt: sed propter damnationis certitudinem dicitur Ioannis 3. *Qui non credit, iam iudicatus est: ergo eadē ratiōe nec alij peccatores iudicabuntur.* *PRÆTEREA*, vox iudicis est valde terribilis eis qui per iudiciū condēnātur: sed sicut in littera ex verbis Greg. habetur ad infideles iudicis locutio nō fiet: si ergo fieret ad fideles damnandos, ipsi infideles de sua infidelitate commodum reportarent, quod est absurdum.

S E D contrā videtur quod oēs mali sint iudicandi, quia omnibus malis infligetur poena secundū quantitātē culpae: sed hoc sine definitione iudicij esse non potest, ergo mali iudicabuntur. *RESPONDEO* dicendū, quod iudiciū quod est poenarū retributio, pro peccatis omnibus competit, iudiciū autē quod est discussio meritorum, solum fidelibus: quia infidelibus nō est fidei fundamentū, quo sublato cōtra opera sequētia perfecta rectitudine intentionis carēt: unde non est in eis aliqua permixtio bonarū operū vel meritorū ad mala, quae discussionē requirat. Sed fideles in quibus manet fidei fundamentū ad minus fidei actū laudabile habēt, quātū nō sit meritorius sine charitate, tamē quantū est de se est ordinatus ad meritū: & ideo in eis iudiciū discussionis locum habet: unde ipsi fideles qui fuerunt saltem numero ciues civitatis Dei, iudica-

buntur ut ciues, in quos sine discussione meritorum sententia mortis non ferretur: sed infideles cōdemnabuntur, ut hostes qui cōsueverūt apud homines absq; meritorum audacia estimari.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quātū eis qui in mortali peccato decedunt, pro certo constat de eorum damnatione: quia tamen aliqua quae pertinent ad bene merendum, habēt annexa, oportet ad manifestationem divinae iusticiae ut discussio de eorū meritis fiat: per quā ostendatur eos iustē à sanctorum civitate exclusi, cuius esse ciues numero exterius videbatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod allocutio illa spiritualiter intellecta non erit aspera, fidelibus condemnandis, quia in eis aliqua sibi placencia manifestabit quae in infidelibus inveniri non possunt, quia sine fide impossibile est Deo placere, Heb. 11. Sed sententia condemnationis quae in oēs fertur, omnibus terribilis erit. *RATIO* verò in contrarium adducta procedebat de iudicio retributionis.

Artic. octavus.

Vtrū angeli in futuro iudicentur?

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur quod angeli in futuro iudicentur. Quia dicitur 1. Cor. 6. *Nescitis quia angelos iudicabimus: sed hoc nō potest referri ad statum praesentis temporis: ergo referri debet ad futurum.*

PRÆTEREA, Iob 40 dicitur de Behemoth, per quem diabolus intelligitur: cūctis videntibus praecipitabatur. Et Marci 1. *Exclamavit daemō ad Christum, Venisti ante tempus perdere nos.* & gl'os. dicit ibidem quod daemones dominum in terra cernentes se continuo iudicandos esse credebant: ergo videtur quod eis finale iudicium reseruetur.

PRÆTEREA, 2. Pet. 2. dicitur, *Deus angelis peccantibus nō pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari: ergo videtur quod angeli iudicabuntur.*

S E D contrā, *Deus non iudicabit bis in idipsum:*

sum: sed mali angeli iam iudicati sunt, unde Ioan. 16. Princeps mundi iam iudicatus est: ergo in futuro angeli non iudicabuntur.

PRÆTEREA, perfectior est bonitas vel malitia angelorū quā aliorum hominum in stata via: sed quidam homines boni & mali non iudicabuntur, ut dicitur in littera: ergo nec angeli boni vel mali iudicabuntur.

RESPONDEO dicendum, quod iudicium discussionis nullo modo habet locum neq; in bonis angelis neque in malis, quia neque in bonis potest aliquid mali inveniri, nec in malis aliquid boni ad iudicium pertinens. Sed si loquamur de iudicio retributionis, sic est intelligenda duplex retributio: una respondens proprijs meritis angelorum, & hac à principio fuit vrisq; facta: unde quidā in beatitudine sublimati, quidam in miseria demersi. Alia retributio est quae respondet meritis bonis vel malis per angelos procreatis, & hac retributio in futuro iudicio fiet: quia boni angeli amplius gaudium habebunt de salute eorum quos ad meritum induxerunt: & mali amplius torquebuntur multiplicata malorum ruina qui per eos ad mala sumi incitati. Vnde directe loquēdo, iudicium, nec ex parte iudicantium, neq; ex parte iudicātorum erit angelorum, sed hominum: sed indirecte quodam modo respiciet angelos: in quātum actibus hominum fuerunt commixti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud verbum apostoli est intelligēdū de iudicio cōparationis, quia quidā homines quibusdam angelis superiores inveniuntur.

AD SECUNDUM dicendum, quod ipsi daemones cunctis videntibus praecipitabuntur, quia in perpetuum in inferni carcerem detruentur, ut iam non sit eis liberum egredi extra, quia huic eis non concedebatur nisi secundum quod ordinabatur ex divina providentia ad hominum vitam exercendam.

ET similiter dicendum est ad tertium.

Quaestio 92.

De forma iudicis aduenientis ad iudicium.

DEINDE considerandum est de forma iudi-

cis aduenientis ad iudicium.

Circa quod queruntur tria.

Primo, *Vtrum CHRISTVS in forma humanitatis sit iudicaturus?*

Secundo, *Vtrum apparebit in forma humanitatis gloriosa?*

Tertio, *Vtrū diuinitas possit sine gaudio videri?*

Artic. primus.

Vtrum Christus in forma serui sit iudicaturus?

Tho. 4. dist. 48. q. 1. art. 1. & seq.



AD PRIMUM sic proceditur.

Videtur quod Christus in forma serui nō sit iudicaturus. Iudiciū. n. auctoritatē requirit in iudicante: sed auctoritas super viuos & mortuos est in Christo secundum quod est Deus: sic enim est Dominus creator omnium, ergo in forma diuinitatis iudicabit.

PRÆTEREA, in iudice requiritur potestas inuincibilis: unde Eccl. 7. *Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute disrumpere iniquitates: sed virtus inuincibilis cōuenit Christo secundum quod est Deus: ergo in forma diuinitatis iudicabit.*

PRÆTEREA, Ioan. 5. dicitur, *Omne iudicium dedit filio, ut oēs honorificēt filium: sicut honorificauit patrem: sed honor equalis patri non datur filio secundū humanā naturā: ergo non iudicabit secundum formam humanā.*

PRÆTEREA, Dan. 7. dicitur, *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: throni autem iudiciariam potestatem designāt: antiquitas autē de Deo dicitur ratione aeternitatis, ut Dion. dicit in lib. de di. no. ergo iudicare conuenit filio prout est aeternus: ergo non secundum quod homo.*

PRÆTEREA, August. dicit, & habetur in littera, quod per Dei verbum fit animarum resurrectio, per verbum factum in carne filij hominis fit resurrectio corporum: sed iudicium illud finale pertineat magis ad animā quā ad carnem: ergo magis cōuenit iudicare Christo secundū quod est deus: quā secundū quod est homo.

S E D

Secunda. 4. quest. 92. art. 1.

SE D contra Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est.

PRAETEREA, Iob. 36. Causa tua quasi impij iudicata est: glos. a Pilato: id est iudicium causaq; recipies. glos. ut iuste iudices: sed Christus secundum humanam naturam est iudicatus a Pilato: ergo secundum humanam naturam iudicabit.

PRAETEREA, eius est iudicare, cuius est legem condere: sed Christus in humana natura apprensus nobis legem Euangely dedit, ergo secundum eandem naturam iudicabit.

RESPONDEO dicendum, quod iudicium aliquod dominium in iudicando requirit: unde Rom. 3. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? & ideo secundum hoc Christo competit iudicare, quod dominium super homines habet, de quibus principaliter erit finale iudicium. Ipse autem est noster dominus non solum ratione creationis: quia Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Sed etiam ratione redemptionis quod ei competit secundum humanam naturam: Vnde Rom. 14. In hoc Christus mortuus est & resurrexit, ut & mortuorum dominetur. Ad premium autem vitae aeternae nobis creationis bona non sufficerent, nisi redemptionis beneficium adderetur, propter impedimentum quod naturae creatae superuenit ex peccato prius parentis. Vnde cum finale iudicium ad hoc ordinetur, ut aliqui admittantur ad regnum, & aliqui excludantur a regno, conueniens est ut ipse Christus secundum humanam naturam, cuius redemptionis beneficium ad regnum admittimur, illi iudicio praesideat: & hoc est quod dicitur Act. 10. quod ipse constitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum. Et quia per redemptionem humani generis non solum homines reparauit, sed universaliter totam creaturam, secundum quod tota creatura reparato homine melioratur, ut habetur Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis siue in terris: & ideo non solum super homines, sed super universam creaturam Christus per suam passionem dominium promeruit, & potestatem iudicariam. Matthaei ultimo, data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in Christi

sto secundum diuinam naturam est auctoritas diuina respectu universalis creaturae ex iure creationis: sed in Christo secundum humanam naturam est auctoritas de minimi quam promeruit per passionem, & est quasi auctoritas secundaria, & acquisita, sed prima est naturalis & aeterna.

AD SECUNDVM dicendum, quod quamuis Christus secundum quod homo non habeat a se inuincibilem potestatem ex naturali virtute humanae speciei, tamen ex dono diuinitatis etiam in humana natura inuincibilem habet potestatem secundum quod omnia sunt subiecta pedibus eius: ut dicitur I. Cor. 15. & Hebr. 2. & ideo iudicabit in humana natura, sed ex diuinitatis virtute.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus non sufficisset ad humani generis redemptionem si iustus homo fuisset: & ideo ex hoc ipso quod secundum humanam naturam genus humanum redimere potuit, ac per hoc iudicariam potestatem consequutus est, manifeste ostenditur quod ipse est Deus, & ita equaliter honorandus cum Patre, non in quantum homo, sed in quantum Deus.

AD QVARTVM dicendum, quod in illa visione Danielis manifeste totus exprimitur ordo iudicariae potestatis, quae quidem sicut in prima origine est in ipso Deo, & spectabilis in Patre, qui est fons totius deitatis: & ideo praetermittitur primo quod antiquus dierum sedis, sed a Patre iudicaria potestas traducta est in Filium, non solum ab aeterno secundum diuinam naturam, sed etiam in tempore, secundum humanam in qua eam meruit: & ideo subiungitur in visione praedicta: Ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis uenibat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem & honorem, & regnum.

AD QVINTVM dicendum, quod Augustinus loquitur, ut per appropriationem quandam reducantur effectus quos in humana natura fecit ad causas aliquo modo similes: & quia secundum animam sumus ad imaginem & similitudinem Veri, secundum autem carnem sumus eiusdem speciei cum homine Christo: ideo ea quae in animabus nostris Christus fecit, diuinitati attribuit, quae uero in carne fecit, uel facturus est attribuit carni eius, quamuis caro

Secunda. 4. quest. 92. art. 2. fo. 625.

eius in quantum est diuinitatis organum, ut dicitur

Dam. habet etiam effectum in animabus nostris secundum id quod dicitur Hebr. 10. quod sanguis eius emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis, & sic etiam uerbum caro factum est causa resurrectionis animarum. Vnde etiam secundum humanam naturam conuenienter est index non solum corporalium, sed etiam spiritualium bonorum.

Artic. secundus.

Vtrum Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa?



AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod Christus in iudicio non apparebit in forma humanitatis gloriosa. Ioan. 19. Videbunt in qua transfixerunt. Glo. quia in ea carne uerturus est in qua crucifixus est: sed crucifixus est in forma infirma: ergo in forma infirmitatis apparebit, non in forma gloriosa.

PRAETEREA, Matt. 24. dicitur quod apparebit signum filij hominis in caelo. i. signum crucis, ut Chrysostomus dicit, uidelicet quod ueniet in iudicio Christus, non solum uulnerum cicatrices, sed etiam ipsam mortem exprobratissimam ostendens: ergo uidetur quod non apparebit in forma gloriosa.

PRAETEREA, secundum hanc formam Christus in iudicio apparebit, quae ab omnibus conspici possit: sed Christus secundum formam humanitatis gloriosam non poterit uideri ab omnibus bonis & malis, quia oculus non glorificatus non uidetur esse proportionatus ad uidendam claritatem gloriosi corporis: ergo non apparebit in forma gloriosa.

PRAETEREA, illud quod promittitur in situ in premium non conceditur iniustus: sed uidere gloriam humanitatis promittitur iniustus in premium. Ioan. 1. Ingreditur & egreditur, & pasqua inueniet. i. resurrectionem in diuinitate & humanitate: ut Augustinus exponit. Et Isa. 33. Regem in decore suo uidebunt: ergo in iudicio non apparebit omnibus in forma gloriosa.

PRAETEREA, secundum illam formam

Christus iudicabit in qua iudicatus est. Vnde super illud Ioan. 5. Sicut Filius quos uult glorificat: dicitur glos. in qua forma iniuste iudicatus est, iuste iudicabit, ut possit ab impijs uideri. Sed iudicatus est in forma infirmitatis, ergo & in eadem in iudicio apparebit.

SE D contra est quod dicitur Luca 21. Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna: maiestas autem & potestas ad gloriam pertinent: ergo in forma gloriosa apparebit.

PRAETEREA, ille qui iudicat debet emine-re illis qui iudicantur. Sed electi qui iudicabuntur a Christo, corpora gloriosa habebunt, ergo multo fortius index in forma gloriosa apparebit.

PRAETEREA, sicut iudicari est infirmitatis, ita iudicare est auctoritatis & gloriae. Sed in primo aduentu quo Christus uenit ad hoc quod iudicaretur in forma infirmitatis apparuit: ergo in secundo aduentu ad hoc quod iudicet apparebit manifeste in forma gloriosa.

RESPONDEO dicendum, quod Christus dicitur Dei & hominum mediator, in quantum pro hominibus satisfecit, & interpellat apud Patrem, & ea quae sunt patris hominibus communicat: secundum quod dicitur Ioan. 17. Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, secundum hoc autem utrumque ei conuenit quod cum utroque communicat extremorum. In quantum enim cum hominibus communicat uices hominum gerit apud patrem: in quantum uero cum patre communicat, dona patris transmittit ad homines. Quia ergo in primo aduentu ad hoc uenit ut pro nobis satisfaceret apud patrem, in forma nostrae humanitatis apparuit. Quia uero in secundo aduentu ad hoc ueniet ut iustitiam patris in homines exequatur, demonstrare gloriam habebit, quae inest ei ex communicatione ad patrem: & ideo in forma gloriosa apparebit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in eadem forma apparebit, sed non similiter se habente.

AD SECUNDVM dicendum, quod signum crucis apparebit in iudicio, non ad iudicium tunc existens in infirmitatis, sed praeteritae, ut per hoc iustior condemnatio eorum appareat qui tantam misericordiam neglexerunt, & eorum praecipue qui Christum iniuste persequuti sunt.

Cicatrices autem quæ in eius corpore apparebunt, non pertinebunt ad aliquam infirmitatē: sed erunt indicia maximæ virtutis, qua Christus per passionē & infirmitatē de hostibus triumphavit. Etiam exprobratissimam mortem ostendet, non sensibiliter eā oculis ingerens ac si eā tunc pateretur: sed ex his quæ apparebunt scilicet indicijs præteritæ passionis hominem in recognitionem præteritæ mortis adducet.

AD TERTIVM dicendum, quod corpus gloriosum habet in potestate sua ut se demonstret oculo non glorioso: ut patet ex his quæ dicta sunt, & ideo in forma gloriosa Christus ab omnibus poterit videri.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut amici gloria est delectabilis, ita gloria & potestas eius qui odio habetur maximè contristat: & ideo sicut visio humanitatis Christi erit in suis in premium, ita inimicis Christi erit in supplicium: unde Esa. 26. Videant & confundantur zelantes populi, & ignis id est invidia, hostes tuos deuoret.

AD QVINTVM dicendum, quod forma accipitur ibi pro natura humana in qua iudicatus est, & etiam iudicabit: non autem pro qualitate nature quæ non erit eadem in iudicante, s. infirma, quæ in iudicato fuit.

Articu. tertius.

Utrum diuinitas à malis sine gaudio videri possit?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod diuinitas à malis sine gaudio videri possit.

Constat. n. quod impij manifestissime cognoscent Christum esse Deum: ergo diuinitas eius videbunt, & tamē de visione Christi nō gaudebunt: ergo sine gaudio videri poterit.

PRÆTEREA, voluntas impiorū perversa non magis aduersatur humanitati Christi quā eius diuinitati: sed in hoc quod videbunt gloriā humanitatis ucedet eis in pœnam, ut dictum est: ergo multo fortius si diuinitatē eius viderēt magis contristarentur quā gauderent.

PRÆTEREA, ea quæ sunt in affectu, non

de necessitate sequuntur ad ea quæ sunt de intellectu. Vnde Aug. dicit, Procedit intellectus, & sequitur tardus aut nullus affectus: sed visio ad intellectū pertinet, gaudium aut ad affectū, ergo poterit esse diuinitatis visio sine gaudio.

PRÆTEREA, omne quod recipitur in aliquo recipitur per modū accipientis, & non per modum recepti. Sed omne quod videtur, quodā modo in vidente recipitur: ergo quamuis in se diuinitas sit delectabilissima, tamē visa ab illis qui sunt tristitia absorpti non delectabit, sed magis contristabit.

PRÆTEREA, sicut se habet sensus ad sensibile: ita intellectus ad intelligibile: sed ita est in sensibus quod palato non sano pœna est panis, qui sano est suavis, ut dicit August. & similiter accidit in alijs sensibus: ergo cum damnati habeant intellectum indispositum, videtur quod visio lucis increate magis eis afferat pœnam quā gaudium.

S E D contra est quod dicitur Ioan. 17. Hæc est vita eterna, ut cognoscant te Deum verū: ex quo patet quod essentia beatitudinis in Dei visione consistit: sed de rōne beatitudinis est gaudium: ergo diuinitas sine gaudio videri nō poterit.

PRÆTEREA, ipsa essentia diuinitatis est essentia veritatis. Sed unicuique est delectabile videre verum: nam omnes homines natura scire desiderant, ut dicitur 1. Metamorph. ergo diuinitas sine gaudio videri non poterit.

PRÆTEREA, si aliqua visio non semper est delectabilis, contingit eam quandoque esse tristabilem: sed visio intellectiua nunquam est contristabilis, quia delectationi quæ est in intelligendo, non opponitur aliqua tristitia, ut dicit Philosophus. Cum ergo diuinitas videri nō possit nisi per intellectum, videtur quod diuinitas sine gaudio videri non possit.

R E S P O N D E O dicendum, quod in quolibet appetibili duo possunt considerari, s. id quod appetitur vel quod est delectabile, & id quod est ratio appetibilitatis in ipso: sicut autem secundū Boetium in lib. de hebdo. ad quod est habere aliquid præterquā quod ipsum est potest, ipsum verò esse nihil aliud præter se habet admixtū: ita id quod est appetibile vel delectabile potest habere aliquid aliud admixtū: unde non sit delectabile

delectabile vel appetibile: sed id quod est ratio delectabilitatis nihil habet admixtū vel habere potest propter quod non sit delectabile vel appetibile: res autem quæ sunt delectabiles per participationem bonitatis quæ est ratio appetibilitatis, & delectabilitatis: possunt apprehensa non delectare, sed id quod per essentiam suam est bonum, impossibile est quod eius essentia apprehensa nō delectet. Vnde cū Deus essentialiter sit ipsa bonitas, non potest sine gaudio videri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod impij manifestè cognoscent Christum esse Deum, nō per hoc quod diuinitatem eius vident, sed propter manifestissima diuinitatis indicia.

AD SECVNDVM dicendum, quod diuinitatē secundū quod est in se, nullus potest odio habere, sicut nec ipsam bonitatē: sed quanti ad aliquod diuinitatis effectus, dicitur ab aliquibus odio haberi, in quantum. s. aliquid agit vel precipit quod est contrarium voluntati, & ideo, visio diuinitatis nulli potest esse nō delectabilis.

AD TERTIVM dicendum, quod verbum August. est intelligendum quādo id quod apprehenditur per intellectum præcedentem est bonum per participationem, & non per essentiam, sicut sunt cœ creature: unde potest in eis esse aliquid quare affectus non moueatur. Similiter etiam in via Deus cognoscitur per affectus, et intellectus non attingit ad essentiam ipsius bonitatis: unde non oportet quod affectus intellectum sequatur, sicut sequeretur si essentiam eius videret, quæ est ipsa bonitas.

AD QVARTVM dicendum, quod tristitia non nominat dispositionem, sed magis passionem: omnis autem passio à contraria causa fortiori superueniente tollitur, & non aliam tollit: & ita tristitia damnatorum tolleretur, si Deum per essentiam viderent.

AD QVINTVM dicendum, quod per indispositionem organi tollitur proportio naturalis ipsius organi ad obiectum quod natum est delectare, & propter hoc delectatio impeditur: sed dispositio quæ est in damnatis non tollit naturalem proportionem, quia sunt ordinati ad diuinam bonitatem, cū imago semper in eis maneat, & ideo non est simile.

R E S P O N D E O hos præcedentes articulos & sequentes est dubium, an in pœnis & præmijs Deus vtatur misericordia & iustitia: Ad quod respondet S. Tho. & communiter alij doctores, quod in pœnis Deus vtatur misericordia, & præmiando vtatur misericordia & iustitia. Vnde concludunt omnes quod Deus præmiat ultra condignum, & punit citra condignum: & de præmio non est dubium, cū Luca 6. dicatur, Mensuram bonæ, & confertis, & coagitatâ, & superfluentem dabunt in sinum vestrū. Et ad Rom. 8. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis. Et de pœnis constat, quia nō secundū peccata nostra fecit nobis, nec secundū iniquitates nostras retribuunt nobis, Ps. 102. & 78. Sed est difficultas, quomodo Deus præmiat ultra condignum, ut Petrus habet gratiā ut decet, an habebit maiore gloriā quā vt decet. Et arguitur a parte affirmatiua, qui meretur gloriā ut decet: & dicit quod præmiabitur ultra condignū, ergo, &c. Et si dicas, quod semper ratione passionis datur nobis aliqua gratia saltem prima, quam nos non mereamur, unde hoc modo præmiat ultra condignū: non est ibi punctum quæstionis quod pro meritis nostris datur nobis gloriā ultra condignū. Quomodo igitur intelligitur? Aliqui dicunt quod hoc modo intelligitur: quod si Petrus habet decem gradus gratiæ, & dabuntur ei duodecim gradus gloriæ de lege. Sed hic modus non est bene intelligibilis, quia illi gradus vltiores dantur ex lege, unde æqualiter debetur illi beato sicut alij decem, cum parte de lege præmiat ultra condignum. Secundū, nullus potest habere maiorem gloriā quā gratiā, quia hoc est esse acceptum ad gloriā ut duodecim, habere gratiā ut duodecim: & dicere quod quis est acceptus ad gloriā ut duodecim, & non habet gratiā nisi ut 10. implicat, unde ego dico quod vnus gradus gloriæ est maius bonū de se quā merita omnium hominum, & per actus nostros meremur longe maius bonum quā sint opera nostra: unde dicitur Deus præmiare ultra condignū, quia dat beatis maius bonū quā erāt opera eorum. Puniendo aut quomodo intelligatur quod Deus punit citra condignū: quia de cōtinuitate non potest intelligi, cū semper sint damnati puniendi. Ad hoc quidā dicunt quod intelligitur de acerbitate pœnæ, quia remittitur aliquid de illa pœna. Sed ibi est difficultas, an peccato mortali debeat acerbius pœna quā illa quæ nūc infligitur. Dicit Durā. quod intelligitur quod Deus punit citra condignū: quia Deus nō punit dānos omnibus pœnis quibus poterat, si vellet: Sed an illa pœna sit minus acerba quā peccatū mereatur? Ad quod aliqui respondent affirmatiuè quæ de lege debeatur peccato blasphemie pœna ut centum, & datur solū ut tr-

ginta: sed hoc non videtur intelligibile, quia hoc est esse in peccato ut centum esse acceptum ad pœnâ, ut cœtum. Ideo alij dicunt quod ois culpa est peior pœna, & ideo dicitur Deus punire citra condignum. Sed hoc dato sequeretur quod peccatum veniale non puniretur ad condignâ, etsi tota pœna inferni puniatur, quia culpa est peior pœna, ut dicitur. Secundo, Deus ex sua absoluta potentia non posset punire peccatum veniale ad condignum, unde parua misericordia est non facere id quod ipse Deus facere non potest. Unde dico quod de lege naturali, quâ Deus non potest reuocare, Deus posset punire peccatum de rigore iustitiæ maiori pœna quâ nunc punit: ut in iure politico lex naturalis est, quod qui eruit oculû alteri dignus sit eadē pœna, tamen non punitur illa pœna: ita Deus punit hac pœna, & tamē secundū naturam peccatorū ille peccator erat dignus ut puniretur maiori. Est igitur dubiū an lege naturali quodlibet peccatū mortale possit puniri pœna infinita in acerbitate. Ad quod dico quod non, quia alias peccata essent equalia, & peccatū maius non posset magis puniri quā leuius: Sed de pœna temporalis qualis est pœna purgatorij, est dubium quāto tēpore possit quis manere in purgatorio pro aliquo peccato. Dices forte quod Deus scit, & ego ita credo, nepe quod Deus illud optime sciat, sed possumus nos ex cōiecturis scire quod longiori tempore punitur mendacium quā verbum otiosum: Est igitur dubium an quis puniatur longiori tempore in purgatorio pro maiori peccato remisso quoad culpam, quā pro minori: Nempe est Petrus qui mentitus fuit, & Iohannes qui loquutus fuit verbum otiosum, quis horum diutius manebit in purgatorio? Videtur quod ille Petrus qui dixit mendacium, cū sit maior peccatū quantū ad intēsiōnē: In oppositū est quia alius per multū tēpus locutus fuit verbū otiosum vel iocosum, & Petrus in momēto temporis dixit mendacium. Ad hoc alij dicunt quod tam diu ille puniatur in purgatorio pro veniali, quam diu moratus est committendo ipsum peccatum: ut ille qui moratus est horam in verbo otioso, per horam puniatur in purgatorio: & qui solo momento mentitus est, solo momento erit in purgatorio: sed acerbius puniatur per illud momentum. Et hoc videtur habere fundamentum in S. Tho. in 4. d. 46. & in his articulis dicit quod acerbitas pœnæ correspondet grauitati culpæ, & duratio temporis correspondet in hæsiōni culpæ: unde si quis magis in hæsiōne peccato, longiori tempore puniatur. Videtur igitur quod illa ad hæsiōnem non sit aliud quā duratio tēporis. Sed ex hac opinione sequitur aliqua incōuenientia, & prius illa est opinio voluntaria absque ratione asserta, & absque fundamento: & licet citetur pro illa opinione illud quod habetur Deut. 28. Augē-

bit dominus plagas tuas, & plagas feminis tui, plagas magnas & pœnerantes in infirmitates pœsimas & perpetuas: sed hoc totū potius intelligitur de acerbitate pœnæ quā de longitudine. Præterea sequeretur quod diutius quis puniretur in purgatorio pro peccato veniali quā pro mortali tam dimisso quoad culpam, quod non est verosimile. Dices forte quod cōpœsabitur illa pœna quoad acerbitatem pœnæ peccati mortalis. Dico quod ego cōcedo quod Deus potest illud facere: sed non apparet ratio quare Deus illud efficiat. Et confirmatur, Si quis habeat duo peccata diuersarum specierū nempe peccatū veniale inuidiæ vel verba otiosa, aut iniuriosa venialiter tantum, & hoc per vnā horam, an puniatur in purgatorio tantum vnā hora? Si dicas quod puniatur tantum vnā hora, esset mirabile quod sit melius illi, eo quia simul commisit illa duo peccata quā si successiue. Si dicas quod puniatur per duas horas, tunc queram, Si haberet quis vnū veniale tantum, quod in omnibus æquiualeat illis duobus venialibus, & habuit tantum per vnā horam, quare etiam non puniatur duabus horis? Et arguor fortius, sequeretur quod sine aliquo suffragio remitteretur pœna in purgatorio: verbi gratia, Petrus peccauit per vnū diem peccatum cui debetur pœna acerba ut quatuor, & secūdo die peccet peccatum cui debetur pœna acerba ut duo, tunc ille puniatur duobus diebus in purgatorio: quæro quare pœna puniatur intēsiue prima die, ad minus puniatur ut quatuor pro peccato priori. Iam enim in secunda die vel puniatur ut sex, vel ut quatuor. Si des vnū istorū, ergo puniatur pro secūdo peccato plus quā pro primo: Nam pro primo satisfecit prima die: si dicas quod in secūdo die puniatur solū ut duo, ergo pœna remissa est sine aliquo suffragio. Præterea ponamus quod peccatū primū pro quo prima die punitus est ut duo, in sequenti die acerbius puniatur pro 2. quod fuit ut 4. unde pœna augebitur intēsiue, quod nullus cōcessit: ideo potest dici quod qui diutius māsit in peccato longiori pœna puniatur in purgatorio, non in tāto tēpore quāto permāsit in peccato, quia illud non requiritur, non puniatur ad illā proportionē, hoc est, si quis pro peccato debet puniri per horā, & intēsiue ut 4. & si decedat simul cū A. peccato in subduplo minus graui quā C. sequitur quod puniatur per vnā horā & dimidiā intēsiue ut sex. Hoc probatur, supposito quod pœna purgatorij nec remittitur nec intēditur sine humano suffragio: quia in prima hora sufficienter puniatur pro C. & in dimidia nimis puniatur pro A. Ergo etsi ita intelligeretur propositio, cōtra eam currunt argumenta facta contra primam opinionem, licet videatur hæc esse intentio S. Thomæ in 4. d. 21. q. 1. art. 3. q. 3. & d. 46. q. 1. art. 3. Ego autem dico tanquam probabilis quod qui grauius

punitur

punitur intensiue, puniatur etiam grauius extentiue: & forsan Deus ita ordinauit, licet contrarium videatur dicere. S. Tho. in 4. dist. 21. q. 1. ar. 3. quæla. 3. ad primum. Præterea dubium est an aliqui homines erūt iudices in finali iudicio cum Christo. Secundo, an soli illi qui voluntariè sunt pauperes. Tertio, an angeli etiam sint iudicaturi. Quarto, an dæmones, &c. Ad hæc respondebimus aliquibus cōclusionibus: Prior est, Non solū Christus, sed etiam alij homines erunt iudices in finali illo iudicio. Secūda conclusio est, Paupertati voluntariæ peculiariter debetur potestas iudicandi. Hæc probatur ex Euangelio, Dixit Petrus Christo, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Respondit Christus, Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel, Matth. 19. & Lucæ 22. Unde ex hoc testimonio probantur ambæ conclusiones, & confirmatur prima conclusio ex illo Esaiæ 3. Dominus ad iudicandam veniet cum senioribus populi sui. ergo alij homines iudicabunt cum Christo: unde constat propositionem esse certam, quia habetur in Euangelio, sed sensus est dubius, nam quid aliud sunt facturi Apostoli vel alij pauperes qui debent iudicare quā alij beati? Et diuus Hieronymus exponens prædicta verba Matth. 19. nisi quod comparatiue iudicabunt. ait enim, iudicabitis propterea quod vobis creditibus alij credere noluerunt. Et idem videtur intelligere Chrysostr. quod iudicabunt afferendo causam condemnationis aliorum cōparatiue. S. Tho. autem & alij dicunt quod non solum iudicabunt comparatiue, unde S. Tho. refert alios modos quomodo iudicabunt exponentes, Et aduerte quod alij Apostoli & alij pauperes aliter iudicabunt quā Niniuizæ, de quibus dicitur Matth. 12. quod viri Niniuizæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, &c. Et sequitur, Regina Austri surget in iudicio cū generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terre audire sapientiam Salomonis. Alio inquam modo iudicabunt Sancti, quia de eis dicitur, Vos qui sequuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel, &c. Illud spectat ad honorem, ergo alio modo iudicabunt quā Regina Austri & viri Niniuizæ, Ideo S. Tho. refert quinque modos quibus aliquis dicitur iudex, primus est afferendo causam vel comparatiue, vel alio modo, præueniendo causam comparatiue, ut Regina Austri, & viri Niniuizæ, qui condemnabunt alios damnatos: quasi dicat, Quia Regina Austri non tenebatur audire verba Salomonis, & venit audire illius verba: & vos tenebamini audire me, & nolulistis. Præterea Augustin. etiam in 3. de Ciuitate Dei, cap. 5. dicit, quod hoc prædicto

modo conuenit bonos iudicare malos, id est, præbeat occasionem ut alij qui tenebantur bene credere & operari, non fecerunt: unde dando causam iudicabunt, ut dicitur Iohannis quinto capite. Secūdo modus est quod alij dicuntur iudices interpretatiue, eo quod approbant sententiam iudicis: & hoc modo iudicare est omnium electorum qui approbant sententiam Dei: unde dicitur Sapientiæ tertio, Iudicabunt sancti nationes, &c. Et Psalm. 57. Labitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Sed adhuc magis particulariter iudicabunt sancti: Tertio modo dicit sanctus Tho. iudicabunt similitudinariè, quia similitudine iudicis habebunt in quantum sedebunt in loco eminenti sicut iudex, & sicut assessores dicuntur iudicare: & hoc modo Apostoli iudicabunt secundum similitudinem, quia assistent Christo, & omnes viri perfecti iudicabunt hoc modo. Sed sanctus Thomas dicit quod omnia hæc non sufficiunt, quia dicitur in Euangelio, Sedebitis iudicantes. At multi assistunt iudici qui non erūt iudices: ideo est alius modus iudicandi qui cōuenit viris perfectis, in quantum in eis continetur sententia diuinæ iustitiæ ex quibus homines iudicantur, sicut liber in quo continetur lex, dicitur hoc modo iudicare: unde Apocalyp. 20. Iudicium sedet, & libri aperti sunt: unde in cordibus illorum beatorum videbunt mali sententiam: sicut angelus superior illuminat inferiorē, ita mali legent suam sententiam in cordibus iustorum qui iudicabunt. Sed adhuc non sufficit ad veritatem illius propositionis: Iudicabitis, &c. quia ad iudicandum non sufficit ostendere sententiam vel legem, cum iudicare sit agere, ergo, &c. Et confirmatur, quia dato quod beati in corporibus gloriosis possint alij legere suam sententiam, & accipere species à phantasmatibus, hoc non sufficit ad iudicandum, cum hoc non pertineat ad damnatos: damnati enim non legent suam sententiam. Præterea dato quod damnati legerent, non sufficit ad iudicandum, quia iudicare est agere & non legere: & confirmatur ex Psalm. 149. Ad faciendam vindictam in nationibus, &c. Ergo ad hoc quod alij sint proprie iudices, debent aliquid agere: quid ergo facturi sunt? Apostoli ad hoc quod proprie sint iudices? Est prima propositio: Apostoli venient cum Christo in ultimo iudicio in corporibus gloriosis, & sedebunt cum Christo ad iudicandum. Hæc constat in Euangelio, Sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes, &c. Et nulla est ratio in oppositum quod aliter debeant intelligi illa verba, ergo debet intelligi ad literam. Alij etiam beati stabunt corā iudice, licet non iudicent. Secundo, dico quod aliquid agent Apostoli actiue: quid autem agent dicit sanctus Thomas super Matth. 19. quod agent promul-

gando sententiam iudicis: quia opinatus est sanctus Thomas quod illud iudicium erit mentale. Dicit igitur quod agent reuelando, & cogitationes eorum erunt accusantes vel excusantes eos, & fiet virtute diuina. Et addit sanctus Thomas quod sicut angelus inferior illuminatur a superiori, sic Deus mediantibus superioribus, nempe Apostolis, reuelabit opera & cogitationes damnatorum: & hoc modo Apostoli erunt iudices: quia illo modo reuelare sententiam est promulgare sententiam iudicis, & conferent merita & demerita illorum inter se, & hoc faciet Deus mediantibus Apostolis, ergo erunt iudices. Sed dices, Quomodo reuelabunt non loquendo: quia non concedit sanctus Thomas quod illud iudicium fiet per loquutionem vocalem: nec etiam reuelabunt mentaliter, quia damnati non possunt immediate videre conceptus mentales sanctorum. Ego tamen credo quod erunt ibi aliquae loquutiones vocales, esto quod tota discussio fiat mentaliter. Et ratio est, quia non apparet quare non sit ibi aliqua loquutio vocalis, cum damnati ibi sibi maledicent, & beati laudabunt Deum. Propter illud, Venite benedicti patris mei: Vnde vnicuique verbum possunt Apostoli dicere dantis suam damnationem. Aduertendum tamen est vnum quod non est de fide, quod Apostoli concurrant ibi actiue proprie, sed quod aliquo modo agent, nempe audient vel cognoscent omnia opera illorum, sicut iudices: erit tamen differentia inter iudicium Apostolorum & iudicium Christi. Ideo quarto modo dicitur aliquis iudicare propria autoritate, & hoc modo Christus iudicabit solus quia Deus est. Quinto modo, per autoritatem habitam ab alio: & hoc modo Christus iudicabit quia homo, & Apostoli iudicabunt per autoritatem quam receperunt ad promulgandam sententiam. Erat secunda conclusio, quod voluntarie paupertati respondet iudiciaria potestas, vt constat ex Euangelio Matth. 9. Vos qui reliquistis omnia, &c. Et confirmatur, quod illi qui fuerint veri pauperes, iudicabunt, Matth. 19. & Luc. 16. dicit Dominus, Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos. Arguitur in hunc modum, Illic precipitur vt demus eleemosinam, vt quum exierimus a corpore, recipiant nos: & hoc est de pauperibus dictum: ergo pauperes habent potestatem recipiendi alios iustos, & alij iusti qui non fuerint pauperes, non habent potestatem recipiendi etiam alios iustos. Ad ducit sanctus Thomas tres rationes congruentes, ad ostendendum quod est conueniens quod pauperes iudicent alios, & non alij iusti. Prius, quia congruum est quod ij qui renunciauerunt mundo, iudicent: quia contempserunt quae mundi sunt, & soli Christo inhererent, sed peccata sunt de mundo: ergo debent iudi-

carari. Maior est nota, quia iudex debet esse exemptus ab illo de quo iudicat, ergo pauperes spiritu debent iudicare, quum non sint pars mundi, sed supra mundum. Præterea, iudicare est præmiū paupertatis, quia humilitati respondet exaltatio, & inter oia quae in hoc mundo faciunt hominem despectum & submissum, aut subiectum, præcipue est paupertas, vnde pauperibus excellentia iudiciaria potestatis promittitur. Tertio, iudicare alios est reuelare alijs diuinam iustitiam, sed hoc non conuenit nisi illis qui sunt pleni sapientia diuina, & illud conuenit contemplatiuis, sed in progressu ad perfectionem & contemplationem. Primum quod relinquendum occurrit, sunt diuitiae exteriores, vnde inter beatitudines quibus est progressus prima est paupertas. Et ex his predictis sequitur tertia conclusio, Non solum Apostoli, sed viri qui omnia reliquerunt imitantes apostolos erunt iudices: quod constat ex Augustino 20. de Ciuitate Dei, cap. 5. vbi dicit, nec inquam super duodecim sedes sessuros esse duodecim solos homines, cum illo iudicatos, nempe quia in locum Iudae proditoris Apostolum Mathiam legimus ordinatum: Paulus qui plus omnibus laborauit, vbi ad iudicandum sedeat non habebit. Sed dicit quod numero duodenario intelligendi sunt oēs perfecti, quia duas partes septenarij, nempe tria & quatuor, est numerus perfectus: Vel ad literam, duodecim Apostolis loquebatur in quorum persona omnibus sequacibus eorum promittebat: & probatur prædicta conclusio, quia dicitur in Euangelio, Vos qui secuti estis me sedebitis, &c. ergo illi qui reliquerunt omnia propter Christum erunt iudices, alij autem iusti qui non reliquerunt omnia, non erunt iudices, sed iudicabuntur. Et addit sanctus Thomas arguens in hunc modum, Superior non iudicatur ab inferiori, sed multi videntes diuitijs licite, erunt maioris meriti quam multi alij pauperes spiritu, ergo pauperes spiritu non iudicabunt alios. Respondetur quod inferior non potest iudicare superiorem autoritate propria, sed autoritate superioris, vt patet de iudicibus delegatis: vnde non est inconueniens si hoc quasi accidentale præmiū detur pauperibus, vt alios iudicent etiam qui sunt excellentioris meriti respectu præmij essentialis: Vnde imaginatur S. Tho. quod est sicut dos quod voluntarie paupertati correspondet potestas iudiciaria. Est maxima conclusio, quod dicatis mihi quod pauperes iudicabunt: Arguitur in hunc modum. Nullus qui iudicabitur erit iudex, sed multi pauperes iudicabuntur, ergo non erunt iudices. Et e diuerso arguitur: Ois qui non iudicabitur erit in iudicio, vt iudex: sed multi viri perfecti qui nihil reliquerunt propter Christum non iudicabuntur, ergo, &c. Maior patet ex prima congruentia S. Tho. oportet namque quod iudex sit exemptus ab illo de quo iudicat: & confirmatur ex beato

beato Gregorio lib. 26. Moralium, cap. 25. vbi dicit quod pauperes non iudicabuntur. quia præcepta legis perfectionem virtutum transcendunt: quia nequamquam hoc solum quod cunctis diuina lex præcipit implere contenti sunt, sed præstantiori desiderio plus exhibere appetunt quam præceptis generalibus audire potuerunt, quibus dominica voce dicitur, Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel: &c. dicit enim quod illi non iudicabuntur, quia non tenentur sub lege, quia transcendunt omnem legem. Vnde infideles qui non habuerunt fidei sacramenta, non iudicabuntur, quum iam iudicati sint, de quibus Propheta ait, Non resurgent impij in iudicio. Sed hæretici iudicabuntur, quia fidem habuerunt: vnde qui sunt supra legem non iudicabuntur. Sed quod multi pauperes non iudicabunt, probatur, quia multi qui abrenunciauerunt seculo, vixerunt negligenter, & postea conuersi recesserunt ab hac vita, cum parua gratia, ergo illi iudicabuntur, &c. Dico igitur quod dato quod S. Tho. in 4. descendat tam particulariter, tamen in 3. p. non descendit tam particulariter, dicens quod pauperes iudicabunt. Vnde dico quod in scriptis scriptum quod audiebat ab alijs, sed in summa non. Sed nihilominus puto quod est verum quod dicit in 4. propter Euangelium. Et aduerte euangelium Matthaei 19. Vos qui secuti estis me, sedebitis, &c. Et qui reliquerit patrem aut matrem, aut fratres, &c. centuplum accipiet, &c. Caiet. exponit hoc dicens, quod illi, quod est sequi Christum, correspondet, sedebitis super sedes, &c. ita quod vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, &c. & qui reliquerit patrem aut matrem, &c. Et, Reliquistis omnia dicit quod correspondet, Centuplum accipietis. Alia tamen est expositio S. Tho. & Origen. dicit namque S. Tho. quod illud quod dicit Christus, Vos qui secuti estis me relinquendo omnia, sedebitis iudicantes, &c. sed qui reliquerit aliquid, & non omnia centuplum accipiet: & notat S. Tho. quod Deus non proponit aliquid temporale illis qui reliquerunt omnia, sed aeternum, nempe sedebitis & vos iudicantes, &c. & qui reliquerunt aliquid, centuplum accipiet. Et hoc etiam dicit Origenes super Matth. homel. 9. quod aut dicit Sedebitis & vos super sedes, &c. dicitur ad Apostolos, & ad eos qui apostolicam vitam imitati sunt. Si quis ergo reliquerit omnia, & secutus fuerit Christum, quae Petro promissa sunt ipse etiam recipiet: si autem non omnia reliquerit, sed quaedam hic, multiplicia recipiet, & vitam aeternam possidebit: hæc ille. Et S. Tho. referens alia verba Origenis inquit ea quae iam citauimus, hoc est, in præmium eorum qui omnia reliquerunt. Ait enim Origenes, si omnia reliqueris, iudex eris: vnde non est dubium quin

paupertati voluntarie correspondeat iudiciaria potestas, non oēs pauperes erunt iudices: quia hi qui petunt hostiatim non iudicabunt, sed illi qui fecerunt professionem, & eam seruauerunt: qui autem non seruauerunt statum paupertatis, non iudicabunt. Et si quæras qui dicuntur non seruare statum paupertatis: dico quod non perdit statum propter vnum peccatum mortale: quia alias diuus Petrus non iudicabit, quia peccauit mortiferè negans Christum: sed qui ita negligenter viuit quod non curat de suo statu, & frequenter peccat, hic non iudicabit, sed iudicabitur: qui autem vixit secundum statum suum, non iudicabitur, cum sit super legem, vt diximus ex beato Gregorio. Sed adhuc remanet difficultas, quia aliqui erunt maioris meriti quam pauperes, & iudicabuntur, ita quod pauperes ratione status non iudicabuntur, vnde dicimus etiam quod infideles ratione status non iudicabuntur, cum iam sint iudicati: hæretici autem iudicabuntur ratione status. Ij qui seruauerunt statum perfectionis, in quo vixerunt, am constat de sua sententia, & ratione status iudicabuntur. Et qui sunt hi pauperes qui iudicabuntur: dico quod non solum religiosi, sed Ecclesiastici omnes qui viuunt de elemosinis, & decimis, vt Episcopi & clerici si vixerint secundum statum suum. Sed restat dubium, quia ex his sequitur quod martyres & virgines iudicabuntur a pauperibus: quod videtur inconueniens. Dico quod martyres reliquerunt omnia, etiam vitam suam pro Christo. Vnde dicit S. Tho. quod non iudicabuntur, sed iudicabuntur. Et etiam propheta, sed non ita principaliter, vt illi qui pauperes fuerunt: quia paupertas est prima pars perfectionis: cui respondet iudiciaria potestas. Petrus autem paludanus dicit quod mulieres non iudicabunt, nec beata virgo: & non sufficit quod sedeant apud Christum, quia mulieres non iudicant in hac ecclesia militantem, ergo, &c. Sed quare non iudicabuntur ibi: quia si hic non sunt iudices, est propter inconstantiam illarum, & quia caret scientia. Sed in beatitudine non erit aliquis defectus istorum in illis: angelus autem non iudicabitur, quia assessores iudicis debent esse conformes iudici in natura: sed iudex debet apparere secundum humanam naturam tam bonis quam malis, quia minus tota trinitas iudicet per autoritatem, sed angeli non apparebunt secundum formam humanam, ergo non conuenit eis iudicare. Mulieres autem quis non habeat defectus quos hic habent, non iudicabunt, vt dicit Paludanus, quia de sua conditione naturali non erant aptae ad hoc. Dæmones autem exequentur sententiam iudicis in damnatos, & eos vexabunt detinendo in inferno & ibi erunt oia purgamenta huius modi, & mutabunt eos a tormento in tormentum, vt dicit lob. trāsibunt ab aquis iniuriis ad calorem nimium. Præterea oēs resurgent in iudicio, & hoc est de fide: & adducit S. Th. congruentiam ad hoc, quia sicut Christus in passione effudit sanguinem suum pro

Secunda. 4. quest. 92. art. 3

omnibus quantum ad sufficientiam, licet non habuit in omnibus effectum, unde congruum est ut omnes homines in iudicio finali congregentur ut videant eius exaltationem in natura humana, & probatur ex illo Act. 4. Constitutus est a Deo iudex viuorum & mortuorum. Sub istis differentiis comprehenduntur omnes quomodoque viui & mortuis distinguantur, ergo omnes comparebunt in iudicio. Secunda conclusio, est non omnes mali iudicabuntur. Vnde aduerte quod est duplex iudicium. scilicet determinationis, quod dicitur sententia, & discussionis. Iudicio determinationis omnes mali iudicabuntur, quia Dominus dicit eis, Ite maledicti in ignem æternum, &c. Iudicio autem discussionis non omnes boni iudicabuntur. Sed quid est illic iudicare iudicio discussionis? aliqui dicunt quod est quod notitia illa ostendatur & reueletur a iudice & ab omnibus alijs meritorum & demeritorum: Ego autem dico quod iudicare discussiue est comparare merita ad demerita: & qui fecerunt merita, & habuerunt demerita notabilia, iudicabuntur: sed viri qui perfecte vixerunt, non iudicabuntur, quia iam constat de suo iudicio ratione status. Vnde mali qui non habuerunt fidem, non habuerunt meritum: unde non iudicabuntur iudicio discussionis, quia non erit ibi comparatio inter merita & demerita: Illi autem qui habuerunt fidem, & postea fuerunt hæretici, iudicabuntur iudicio discussionis, cum habuerunt merita & demerita, ut ille qui fuit hostis alicuius ciuitatis, & non erat ciuis, ille condempnabitur in absentia. Sed qui fuit ciuis, & fecit aliquod peccatum, iudicabitur in presentia: unde de infidelibus dicitur quod non resurgent impij in iudicio. non iudicabuntur. Angeli non iudicabuntur, cum non habuerint demerita, per accidens tamen iudicabuntur: quia boni angeli amplius gaudebunt de salute eorum quos ad meritum induxerunt, & mali torquebuntur, multiplicata malorum ruina eorum, qui per eos ad mala sunt instimulati. Sed dubium est an Christo in quantum homo conueniat iudicaria potestas? Et S. Tho. solu pponit questionem An Christus apparebit in iudicio in forma humana: sed respondendo dicit quod iudicabit secundum humanitatem, & ut dicit Scotus & Dur. aliud est dicere, Iudicabit in forma humana, & aliud, Iudicabit secundum humanitatem, vel quantum ad humanitatem, quia Christus in forma humana potest dare vitam æternam, non autem secundum formam humanam, sed secundum diuinitatem: Quærimus igitur non solum an iudicabit in forma humana, sed an secundum humanitatem conueniat ei iudicare? Pro resolutione huius questionis suppono, quod iudicaria potestas est duplex: altera quæ dicitur prima potestas, & hæc est illa quæ non derivatur ab alio, sed conuenit alicui ex se: altera est secundaria, quæ dicitur ab alijs subdelegata,

quæ est recepta & deriuata ab alio, non quod non sit propria: sed dicitur secundaria eo quod est ab alio. Est igitur prima conclusio, Prima potestas conuenit Deo in quantum Deus est, & soli Deo. Probatur, Iudicare est actus dominij & domini, cum pertineat ad dominium: sed Deus ut Deus est dominus impendens: ergo Deus ut Deus iudicat auctoritatiue. Maior constat ex illo ad Rom. 14. Tu quis es, qui alienum seruum iudicas? Secundò, ad iudicandum requiritur summa sapientia, quia iudex cognoscit merita & demerita, & requiritur summa potestas inderiuata ab alio ut possit punire & præmiare: hæc autem solus Deus, ut Deus, habere potest, ergo, &c. Alia conclusio est, quod potestas tribuitur Filio: probatur ex S. Tho. 3. p. q. 59. art. 1. nã ad hoc quod aliquis dicatur iudex, tria requiruntur: nempe, potestas sine qua nullus potest esse iudex, cum non posset punire Et Eccle. 7. dicitur, Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Secundò requiritur zelus rectitudinis, Prou. 3. quem diligit Dominus, corrigit. Tertio requiritur sapientia, Sapiens iudicabit populū suū. Eccle. 37. Sed inter hæc tria, quia in tertio consistit formaliter ratio iudicandi, primò & secundum sunt prærequisita formaliter: ratio tamen iudicandi est sapietia, cum iudicare sit metiri opera hominum secundum regulam legis, sicut iudicare de rectitudine lapidis aut alterius rei: lex enim est prima regula secundum quam opera debent metiri: lex enim & sapientia in hoc idem sunt, cum metiri opera iuxta regulam est actus sapientie, & actus intellectus: sapientia autem attribuitur filio in diuinis: sicut enim pater creauit mundum per filium tanquam per sapientiam, & tanquam per principium quo, ita iudicabit per filium tanquam principium quo: hoc namque significant verba Augustini in libro de vera religione: iudicium attribuitur Filio, qua est sapientia & lex primæ veritatis. Secunda conclusio, Christo in quantum homo, conuenit potestas secundaria. i. a deo recepta. Volo dicere, quod conuenit Christo habere potestatem a Deo, quia est homo, & quia operatus est secundum humanitatem. Hæc conclusio probatur ex illo Iohan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Ergo ratione huius vnionis, data est ei illa potestas Christo, alias non saluatur veritas propositionis. Vnde Augustinus exponens illa verba, Quia filius hominis est, &c. dicit, non quidem propter conditionem naturæ, quia tunc omnes homines haberent illam potestatem: non enim debetur naturæ humanæ, sed hoc pertinet ad gratiam capitis quam Christus in humana natura accepit. Vnde Augustinus insinuat hanc rationem, nempe Christo, ut homo est, conuenit quod sit caput omnium hominum, ergo conuenit etiam ei ut sit quod iudicet omnes homi-

Secunda. 4. quest. 92. art. 3. fo. 637.

homines: capiti enim conuenit iudicare de membris alijs, quod autem Christo, ut homo, conueniat esse caput, non potest negari: & probatur a S. Tho. 3. p. q. 8. quia caput habet tres condiciones, est. n. primum & supremum membrum, & ita gratia Christi fuit prima & suprema. Secundo, quia est eminentius, ita gratia Christi est eminentior. Tertium est, quod influat in omnia membra, & hoc modo conuenit Christo, ut homo quod per opera humanitatis influat gratiam in omnia membra, dato quod ipse non haberet gratiam secundum humanitatem, si offerret aliquod opus secundum humanitatem Deo, de condigno satisfaceret & mereretur nobis gratiam, ita quod non esset factibile, quod Deus non acceptaret illud opus. Quod autem ad rationem capitis spectet iudicare de cæteris membris, constat, quia principium essendi est principium operandi: at Christo ut homo conuenit quod sit caput, & ad principium pertinet iudicare de operibus. Et confirmatur ad illum pertinet iudicare de operibus, ad quem pertinet condere legem, iuxta quam operandum est: sed CHRISTVS ut homo condidit legem: ergo &c. maior est nota: ad hoc. n. fertur lex ad iudicandum per illam. ¶ Præterea, CHRISTVS ut homo, est dominus noster: ergo ei conuenit qua homo est iudicare, cum dominus sit iudicare. Antecedens patet, quia conuenit quod CHRISTVS sit homo propter bonum redemptionis, sicut conuenit Deo esse dominum propter creationem, & conuenit Christo qua homo est iudicaria potestas secundaria propter quatuor. Primum propter vnionem personalem, eo ipso quod hoc esset verum, quod hic homo est Deus, debetur ei iudicaria potestas, quia hic homo est filius Dei, & si filius, ergo hæres regni: ergo debetur ei dominium: ergo etiam iudicium: quod patet Luc. 1. dabit ei Dominus sedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternum. Secundò, propter summam gratiam quam habuit, ut homo sine meritis in ipso creatam: potuit. n. vnire sibi humanitatem sine gratia gratum faciente de absoluta potentia qua Deus erat. Vnde est iudex ratione illius vnionis, sed de facto non ita fuit: sed in instanti conceptionis fuit perfusus summa gratia gratum faciente, & qua habet illam gratiam debetur ei iudicium. Et confirmatur hoc 1. ad Cor. 2. spiritualis indicat omnia, si homo est spiritualis eo ipso, quia exemptus a corporalibus potest iudicare de alijs, sicut gustus exemptus potest iudicare de saporibus & non alias: ergo ex hoc quod habet gratiam ipsam informatam, debetur ei iudicaria potestas. Tertio, ex hoc quod ut homo est caput habet gratiam capitis: ex hoc inquam habet iudicare de operibus factis sine gratia, ex culpa operantis, sed hoc debetur sine meritis. Quarto, dico quod debetur ei, quia meruit de condigno

no & de iustitia: ita quod sicut dicit ad Phil. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, meruit quod exaltaretur nomen eius, ita meruit quod iudicaret alios, quia iniuste iudicatus est. Si enim ex tanta humilitate meruit nomen super omne nomen: ergo sic voluit abijci, ut iniuste iudicaretur, conuenit ut sit iudex. Et confirmatur ad Ro. 14. In hoc CHRISTVS mortuus est, & resurrexit, ut omnium viuorum & mortuorum dominetur, & Iob 36. ut optime exponit diuus Grego. causa tua quasi impij iudicata est &c. i. quia causa tua sic iudicata est quasi impij, ex hoc meruit iudicare alios: & diuus Aug. dicit glosando illum prædictum locum, qui stetit sub iudice erit iudex: damnabit veros reos qui falso factus est reus. Vnde patet, quod quia humanitas vnita est verbo, & habuit gratiam summam, nempe gratiam capitis debetur ei iudicium: Et hæc rationes sunt sancti Tho. in 3. p. q. 59. art. 3. & probatur etiam prædictæ conclusiones ex Daniele cap. 7. vbi loquitur de finali iudicio, aspicebam donec tronipositi sunt, & antiquus dierum sedit, & libri aperti sunt: aspiciebam ergo in visione notis, & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis venit vsq. ad tronum, vbi erat antiquus dierum, & dedit illis potestatem, honorem, & regnum: vbi nomine antiqui dierum intelligitur. Probatur, quia potestas attribuitur patri, quia est principium sine principio: Et notanda conclusio, quod humanitas est ratio, quare ei iudicium debeatur: & ita videtur etiam sentire Duran. Scotus autem in 4. d. 48. q. 1. vult contradicere opinioni S. Tho. & conficit argumentum, quod Christo qua homo non conueniat iudicaria potestas, prima quæ nos concedimus: sed differimus ab illo etiam in ratione conclusionis, & in ratione ipsa. In secunda conclusione nolumus dicere, quod ipse impingit diuo Thomæ. Scotus autem probat, quia iudicium est suprema determinatio meritorum & demeritorum. Ad quod requiritur sapietia & dicta in iudiciale inde pedens, & potestas efficax, ita quod si velit ipse præmiare independenter ab alio præmiat: nos etiam fatemur, quod ad potestatem independentem illud requiritur, sed non solum ille dicitur proprie iudex, sed etiam alius sicut CHRISTVS, qua homo habet plenam scientiam ad iudicandum, quod Scotus negat: & habet etiam CHRISTVS sufficientem potestatem ad præmiandum, licet non independentem, ita quod Christo, ut homini infusa est scientia omnium futurorum secretorum: cogitationum, eo quia erat caput omnium hominum, sicut Adæ fuit infusa scientia rerum, quia primus homo: sic CHRISTVS habet scientiam practicam omnium, & habet sufficientissimum zelum & potestatem, licet non habeat ut ex se. Volo dicere quod meruit nobis gratiam sufficienter, qua habita repugnat, & habenti non detur gloria: & si CHRISTVS vel-

let pro aliquo offerre sua opera, non solū quia ille ostendet signum Christi, sed quia CHRISTVS vult illum admittere ad vitam æternā: ideo admittetur, & hæc est sufficientissima potestas. Scotus autem putat, quod solum ex pacto facto cum Christo, potest inducere ad vitam æternam: nos autem dicimus quod non solū ex tali pacto, sed quia CHRISTVS voluit sine pacto aliquo. Secundo, differimus in ratione, quia Scotus dicit, quod fuit congruum, quod Deus daret Christo potestatem iudicariam. Nos autem dicimus quod de iustitia & de con digno meruit illam, propter illa 4. quæ diximus, En quomodo CHRISTVS ut homo est iudex. ¶ Secunda conclusio, in litera S. Thom. est, quod CHRISTVS in finali iudicio apparebit in corpore glorioso: quæ ab omnibus communiter conceditur. Et reddit S. Tho. hanc congruentiam, quia si CHRISTVS est mediator Dei & hominum, quia dat diuina hominibus, & præces hominum offert Deo: & hoc quia habet vtramque naturam. Et ideo venit in primo aduentu in carne fragili, quia debebat agere hominem vel eius vicem, satisfaciendo pro eo: In 2. autem aduentu agens vices Dei, dans gloriam hominibus: vnde conuenit quod veniat in forma gloriosa, Luce. 21. tunc videbunt filiū hominis in potestate magna & maiestate. Omnia alia quæ hic solent tractari, vide in S. Tho. qui omnia dicit: solet etiam hic tractari de beatitudine, sed ego relinquo hic hunc tractatum, quia tractavi in 1. p. q. 12. & in 1. 2. à principio, per aliquod quæstiones, ibi videbis.

VLTIMO est dubium, an recta ratione & deliberata possint damnati velle non esse potius, quàm velle esse in illa miseria? Ad quod si dicas quod non possunt damnati habere rectam rationem quæ vellent non esse: esset dubium an si in hac vita daretur aliquis qui esset certus de sua damnatione, possit recta ratione eligere, non esse potius quàm sic cum tanta miseria esse: an sit de se magis eligibile non esse, quàm esse cum illa miseria in inferno. Et diuus Aug. disputat accurate hanc quæstionem in 3. libro de libero arbitrio, cap. 7. & 8. & videtur absolute tenere partem negatiuam, & Duran. in 4. d. vltima q. 2. Colligit in summa dicta Aug. & habet quod non est magis eligibile non esse, quàm esse in illa miseria. Et hæc est etiam sententia Paludani, & est communis opinio. S. Tho. autem in prædicta d. q. 2. art. 1. quæst. 3. tenet partem affirmatiuam, nempe quod magis eligibile est recta ratione non esse, quàm esse in tanta miseria: & dicit quod hæc est sententia diui Aug. & exponit Augustinum in hunc propositum. Sed arguit Aug. contra illos qui dicebant, quod est magis eligibile non esse, quàm esse in illa miseria, & si non eligunt, est vt non addatur illa miseria quæ est non esse, ad aliam: & in illo cap. 7. dicit. Considera quàm bonum est esse quod

etiā beati & miseri volunt: maius enim est esse & esse miserū, quàm omnino non esse: ergo non est magis eligibile non esse, quàm esse in illa miseria. Ad hoc dico ex eodem August. in prædicto libro cap. 8. quod duplex est inclinatio, nempe vt est natura, & vt est deliberata à voluntate: & ait Aug. quod miser vt inclinatio est natura, vt est natura nullo modo potest terminare ad non esse: vnde tali actu, vt est natura, non potest miser appetere non esse, cum inclinatio naturalis sit ad esse, & est bonum naturæ, cum sit ab ipso dante naturam: at non esse interim ita naturam: ergo non potest inclinatione naturali damnatus appetere non esse. Altera autem est inclinatio quæ est actus illicitus. Et hæc est duplex, vna est deliberatio voluntatis, quæ, scilicet, insequitur rationem rectam. Alia est quæ insequitur rationem erroneam: si vero sequatur rationem rectam, ait Aug. non est possibile quod quis appetat non esse magis quàm esse miserū: ratio inquit Aug. est, quia quando aliquis recta ratione eligit vnum ex duobus, quando peruenit ad illud quod eligit, oportet vt melior fiat quàm esset, habendo aliud quod refugit: sed ille qui peruenit ad non esse, non est melior quàm si esset miser, imo deterior: ergo non potest eligere non esse. ¶ Præterea, miseria non est mala, nisi quia est priuatio boni: sed omnino non esse, plus tollit de bono quàm miserū esse: ergo non potest naturaliter præeligere non esse. ¶ Præterea, Aris. 9. Ethico. dicit, amabile simpliciter quidem bonum, vnicuique proprium, nullus amat vel eligit sibi aliquid, nisi existimet bonū sibi: at nullus potest recte existimare, quod non esse sit sibi bonum, nec positive, nec negative. ergo &c. Si autem sit inclinatio quæ sequitur rationem errantem, sic potest quis eligere magis non esse, quàm esse cum miseria. Et potest hoc contingere duobus modis, vno modo quando propter urgentem miseriam aliqui nolunt esse in miseria: & ideo se interficiunt, vt constat de desperatis, existimantes se habere esse occultum, in quo non habent nec bona huius mundi, nec patientur miseras, quod reputant quoddam melius esse, vt patet de gentilibus, qui se interficiebant, putantes quod erat aliud esse in quo non sit illa miseria. Alij autem sunt qui propter vehementiam illius miserie, incidunt in tantam turbationem rationis, quod credunt non esse fore melius quàm esse in miseria, & hoc modo se habent damnati in inferno. Vnde dicitur Apoca. 9. In diebus illis quærent homines mortem & non inuentent &c. S. Tho. autem dicit, quod non esse potest dupliciter considerari: vno modo in se non ordinando ad aliud: & hoc modo considerato non esse, nullus potest eligere non esse, quia voluntas non potest velle nisi bonum, & non esse nihil est: ergo &c. Et hoc intelligitur procedendo secundum rectam rationem, Alio

Alio modo capitur non esse in ordine ad aliud, inquantū, scilicet, est ablatiuū miserie: & hoc modo sumptū non esse, habet rationē boni, cū carere malo sit quoddam bonum. Et hoc modo dicit Aug. non probat quod non est magis eligibile non esse quàm esse in miseria. Et bene scio quod verba Aug. in rigore magis sonant in fauorem Durandi, sed bene recipiunt interpretationē S. Tho. quia potest eligere non esse, tanquam medium ad aliquod bonum, cum ille non eligat non esse, sed potius non esse in illa miseria. Et videtur communis animę conceptio, quod omnes malunt non esse quàm esse in inferno: quod confirmatur Matth. 26. dicit Dominus, bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille: Quidquid dicat Durandus, sensus est quod minus malū est ei non esse, quàm esse miser. Aug. autem exponit illam prædictam autoritatem: si ille homo natus non fuisset, scilicet, CHRISTVS, quia fuit Iudæ occasio maioris peccati, & maioris poenę: sed hic sensus est mysticus: ideo beatus Bernardus exponit aliter, nempe melius erat ei, si Iudæ, si natus non fuisset ipse Iudæ, id est quod melius erat ei non esse, quàm esse in illa miseria, quia vita brutorum est terminanda & finienda, vita hominum non. Alia est expositio communis & Durandi, nempe bonum erat ei si natus non fuisset: sed solum conceptus in ventre matris, quia tunc non habuisset, nisi peccatum originale, nec meruisset nisi poenam damni quæ est poena puerorum, quæ est mitissima: sed in sensu literali non recipit illam glossam. Et Hiero. super illud maledicta dies in qua natus sum: dicit, melius est non esse quàm male esse. Arguitur in hunc modum, minus malum est non esse quàm esse in culpa, vt omnes concedunt: ergo magis eligibile est non esse quàm esse in inferno. ¶ Præterea, stat quod quis habens vulnus aliquod non potest curari, nisi per abscissionē brachij, & magis vult mori quàm pati illum cruciatum: ergo hoc quod est esse in inferno, est minus eligibile quàm non esse, quod constat experientia: & ita omnes concipiunt, quod melius est non esse quàm esse in inferno. Et ad argumentum, quod ille qui eligit aliquod opus, est vt melius se habeat. Dico quod sufficit, quod nunc est sibi bonum exire ab hac miseria: si dicas inclinatio naturalis non inclinatur. Ad hoc nego: probo, quia inclinatio est propter quietem, sed non esse non est quies. Ego eodem modo faciam argumentum: Inclinatio naturalis est ad quietem, sed in inferno non est quies: ergo appetit non esse, vt euadat illam inquietudinem & miseriam, & tormenta. Et hæc omnia dictata à me, iudicio sacro sanctæ matris ecclesie Romanæ, quæ est principium infallibile in rebus fidei &c.

Quæstio 93.

De qualitate mundi & resurgentium post iudicium.

Consequenter agendum est de qualitate mundi & resurgentium post iudicium.

Vbi triplex consideratio occurrit.

Prima, de statu & qualitate mundi.

Secunda, de statu beatorum.

Tertia, de statu malorum.

Circa primum quæruntur quinque:

Primo, vtrum innouatio mundi sit futura?

Secundo, vtrum motus corporū celestium cessabit?

Tercio, vtrum corpora celestia tūc magis fulgeant?


Quarto, vtrum elementa maiorem claritatem recipient?

Quinto, vtrum animalia & plantæ remanebunt?

Articul. primus

Vtrum mundus innouabitur?


Tho. 4. dist. 48. q. 2. art. 1. & sequē.

 PRIMVM sic proceditur. Videtur quod mundus nunquam innouabitur. Nihil enim est futurum nisi quod aliquando fuerit secundum speciem. Eccle. 1. Quid est quod fuit? ipsum quod est. sed nunquam mundus aliam dispositionem habuit, quam nunc habet, quantum ad partes essentielles, & ad genera & ad species. ergo nunquam innouabitur.

PRAETerea, innouatio alteratio quadam est: sed impossibile est vniuersam alterari: quia etiam alteratum reducitur ad aliquod alterans non alteratum, quod tamen secundum locum mouetur, quod non est extra vniuersum ponere: ergo non potest esse quod mundus mouetur.

PRAETerea, Gen 1 dicitur, quod Deus die septimo requieuit ab omni opere quod patrarat: & exponunt sancti, quod requieuit à nouo creaturæ condendæ: sed in illa prima conditione non fuit alius modus rebus impositus, quàm ipse quem nunc naturali ordine tenent: ergo nunquam alium habebunt.

PRAETerea, ista rerū dispositio quæ nunc inest rebus naturalis est: si ergo in alia dispositionem transmuentur, illa dispositio erit in eis innaturalis. Sed illud quod est innaturale et per accidens



Secunda. 4. quest. 93. art. 1.

accidens non potest esse perpetuum, ut patet in 1. cœl. & man. ergo etiam illa dispositio nouitatis quam loquitur ab ipso remouebitur, & ita erit potius circulariter quodammodo in mundo: sicut Empedo. Or. g. posuerunt: & quod post hunc mundum sit alius mundus iterum, et post illum iterum alius.

PRÆTEREA, nouitas glorie in præmiū rationali creaturæ datur: sed ubi non est meritum non potest esse præmiū: cum ergo creaturæ insensibiles nil meruerint, videtur quod non innovabuntur.

SED contra est quod habetur 1. Sa. 66. Ecce ego creo novos cœlos & terram nouam, & non erunt in memoria priora: & Apoc. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam: primam enim cœlum & primam terram abiit.

PRÆTEREA, habitatio debet habitatori congruere, sed mundus factus est, ut sit habitatio hominum, sed homo innovabitur: ergo similiter & mundus.

PRÆTEREA, omne animal diligit sibi simile. Eccl. 3. ex quo patet quod similitudo est ratio amoris: sed homo non habet aliam similitudinem cum vniuerso, unde minor mundus dicitur: ergo homo vniuersam mundum diligit naturaliter: ergo & huiusmodi cœ. p. s. v. et ita ut satisfiat hominis desiderio, debet et vniuersi meliorari.

RESPONDEO dicendum quod omnia corpora propter hominem facta esse creduntur: unde & omnia dicuntur esse subiecta seruientia aut hominibus: dupliciter. Vno modo ad sustentationem corporalis vite. Alio modo ad profectum cognitionis diuine in quantum homo per ea que sunt facta inuisibilia Deo aspiciat, ut dicitur Ro. 1. ergo ministerio rimocreaturarum, homo glorificatus nullo modo indiget: cum eius corpus sit futurum omnino incorruptibile diuina virtute id faciente per animam, quam immediate glorificat. Secundo est ministerio indigebit homo quantum ad cognitionem intellectualem, quam naturalis cognitio Deum sicuti videbit, immediate per se sentiam: sed ad hanc visionem essentiali oculis carnis attingere non poterit: & ideo ut eius etiam solatiū sicut congruens de visione diuinitatis præbeatur, respiciet diuinitatem in suis effectibus corporalibus, in quibus manifesta iudicia diuine maiestatis apparebunt, & præcipue in carne Christi:

& post hoc in corporibus beatorum, & deinceps in omnibus alijs corporibus: & ideo oportebit, ut etiam alia corpora maiorem influentiam à diuina bonitate suscipiant: non tamen specie variantem, sed addentem cuiuslibet glorie perfectionem, & hæc erit mundi innovatio: unde simul mundus innovabitur, & homo glorificabitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Salomon ibi loquitur de cursu naturalium, quod patet ex hoc quod subditur, Nihil sub sole nouum: cum enim sol circulariter moueatur, oportet ea que solis virtuti subsunt circulationem aliquam habere, que consistit in hoc quod illa que priora fuerunt, iterum redeant specie eadem numero diuersa: ut dicitur in finel. de Generat. Ea vero que ad statum glorie pertinent, soli non subsunt.

AD SECUNDUM dicendum, quod illa ratio procedit de alteratione naturali, que habet agens naturale, quod ex necessitate nature agit. Non enim potest tale agens variam dispositionem inducere, nisi ipsum alio modo, & alio se habeat: sed ea que diuinitus fiunt, procedunt ex libertate voluntatis: unde sine aliqua immutatione Dei volentis, potest nunc hæc, nunc illa dispositio ab illo vniuerso existere: & sic renouatio non reducitur in aliquod principium motum, sed in principium inmobile, scilicet Deum.

AD TERTIUM dicendum, quod pro tanto dicitur: Deus die septimo à nouis creaturis cõdendū cessasse, quia nihil postea factum est, quod prius non præcessit in aliqua similitudine secundum genus vel speciem, vel ad minus sicut in principio seminali, vel etiam sicut in potentia obedientiali. Dico ergo quod nouitas mundi futura præcessit in operibus sex dierum, in quadam remota similitudine, scilicet in gloria & in gratia angelorum. Præcessit etiam in potentia obedientiæ, que tunc creaturæ est indita ad talem nouitatem suscipiendam à Deo agente.

AD QVARTUM dicendum, quod illa dispositio nouitatis non erit naturalis, nec contra naturam, sed erit supra naturam, sicut gratia & gloria sunt supra animam naturam, et erit à perpetuo agente, quod eam perpetuo conseruabit.

AD QVINTUM dicendum, quod quamuis corpora sensibilia non meruerint illam gloriam proprie loquendo, homo tamen meruit, ut

illud

Secunda. 4. quest. 93. art. 2. fo. 639.

illa gloria toti vniuerso conferretur, in quantum hoc cedit in augmentum glorie hominum: sicut aliquid homo meretur, ut ornatoribus vestibus induatur, quem tamen ornatum ipsa vestis nullo modo meretur.

Artic. secundus.

Utrum motus corporum celestium cessabit?



D SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod motus corporum celestium in illa mundi innovatione non cessabit. Quia

Gen. 8. dicitur: Cunctis diebus terre frigus et æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent, sed nox & dies, æstas & hyems efficiuntur per motum solis: ergo nunquam motus solis cessabit.

PRÆTEREA, Hier. 31. dicitur: hæc dicit dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lune, & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare & sanat fluctus eius, si steterint leges istæ coram me, tunc & semen Israel nunquam deficiet, sed in perpetuum permanebit: ergo leges diei & noctis & fluctuum maris que ex motu cæli causantur, in perpetuum erunt: ergo motus cæli nunquam cessabit.

PRÆTEREA, substantia corporum celestium semper erit: sed frustra est ponere aliquid, nisi ponatur illud propter quod est factum: corpora autem celestia ad hoc sunt facta, ut diuidant diem & noctem, & sint in signa & tempora, dies & annos: Gen. 1. quod non possunt facere nisi per motum: ergo motus eorum semper manebit.

PRÆTEREA, in illa mundi innovatione totus mundus meliorabitur: ergo nulli corpori remanenti auferetur quod est de sui perfectione: sed motus est de perfectione corporis celestis: quia ut dicitur in 2. de cæ. & mun. illa corpora participant diuinam bonitatem per motum: ergo motus cæli non cessabit.

PRÆTEREA, sol successive illuminat diuersas partes mundi, secundum quod circulariter mouetur: si ergo motus circularis cæli cesset,

sequitur quod in aliqua superficie terre erit perpetua obscuritas, quod non conuenit illi nouitati.

PRÆTEREA, si motus cessaret, hoc non esset nisi in quantum motus aliqua imperfectione in cælo ponit, ut potest lassitudinis, vel laboris, quod non potest esse, cum motus ille sit naturalis, & cælestia corpora sint impassibilia: unde in suo motu non fatigatur, ut dicitur in 2. cæ. & mun. ergo motus cæli nunquam cessabit.

PRÆTEREA, frustra est potentia que non reducitur ad actum: sed in quocumque situ ponatur corpus cæli, est in potentia ad alium situm: ergo nisi reducat in actum illa potentia frustra remaneret, & semper esset imperfecta: sed non potest reduci in actum nisi per motum localem: ergo semper mouebitur.

PRÆTEREA, illud quod se habet indifferenter ad plura, aut vtrumque, attribuetur ei, aut nulli: sed sol indifferenter se habet ad hoc quod sit in oriente vel in occidente: aliis motus eius non esset vniformis per totum, quia ad locum ubi naturaliter esset, velocius moueretur: ergo vel neuter situs attribuitur ei, scilicet soli, vel vterque: sed nec vterque, nec neuter potest ei attribui nisi successiue: oportet, nisi quiescat, quod in aliquo situ quiescat: ergo corpus solis in perpetuum mouebitur, & eadem ratione omnia corpora celestia.

PRÆTEREA, motus cæli est causa temporis: si ergo motus cæli deficiat: oportet tempus deficere: quod si deficeret, deficeret in instanti definitio, in instanti est in 8. Phy. quod est initium futurum & finis præteritum: & sic post vltimum instanti temporis esset tempus: quod est impossibile: ergo motus cæli nunquam cessabit.

PRÆTEREA, gloria non tollit naturam: sed motus cæli est naturalis ei: ergo per gloriam ei non tollitur. **SED** contra est, quod dicitur Apoc. 10. quod angelus qui apparuit iurauit per viuente in secula, quod tempus amplius non erit, scilicet postquam vnus angelus tuba cecinerit, quæ canente mortui resurgent: ut dicitur 1. Cor. 15. sed si non est tempus non est motus: ergo motus cæli cessabit.

PRÆTEREA, Isa. 60. Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur, sed occasio solis & diminutio lune ex motu cæli causantur: ergo motus cæli quandoque cessabit.

PRÆ-

Secunda. 4. quest. 93. art. 2.

PRÆTEREA, ut probatur in 2. de Gener. motus cælestis propter continuam generationem in istis inferioribus: sed generatio cessabit complete numero electorum: ergo motus cælestis cessabit.

PRÆTEREA, omnis motus est propter aliquem finem, ut dicitur in 2. Meta. sed omnis motus qui est propter finem, habito sine quiescet: ergo vel motus cæli nunquam consequetur finem suum, & sic esset frustra, vel aliquando quiescet.

PRÆTEREA, quies est nobilior quam motus, quia secundum hoc quod res sunt immobiles Deo assimilantur, in quo est summa immobilitas: sed corporum inferiorum motus terminatur naturaliter ad quietem: ergo cum corpora cælestia sint multo nobiliora, eorum motus naturaliter ad quietem terminabitur.

RESPONDEO dicendum, quod circa istam quaest. est triplex positio. Prima est philosophorum, qui dicunt, quod motus cæli semper durabit: sed hoc non est consonum fidei nostrae, quae ponit certum numerum electorum praesentium à Deo: & sic oportet quod generatio non imperpetuum duret, & eadem ratione nec alia quae ad generationem hominum ordinantur, sicut est motus cæli & variationes elementorum. Alij vero dicunt, quod motus cæli cessabit secundum naturam: sed hoc etiam est falsum. Quia omne corpus quod naturaliter quiescit, et naturaliter movetur, habet locum in quo naturaliter quiescit, ad quem movetur naturaliter, & à quo non recedit nisi per violentiam: nullus autem talis locus potest assignari corpori cælesti, quia non est magis naturalis soli accessus ad punctum orientis quam recessus ab eo: unde vel motus eius non esset naturalis totaliter, vel motus eius non terminaretur naturaliter ad quietem. **VNDE** dicendum est secundum alios, quod motus cæli cessabit in illa mundi innovatione: non quidem ex aliqua naturali causa, sed divina voluntate faciente. Corpus enim illud sicut & alia in ministerium hominis facta sunt dupliciter, ut prius dictum est: altero autem horum ministeriorum homo post statum gloriae indigebit, scilicet secundum quod corpora ei deserviunt ad sustentationem corporalis vitae: hoc autem modo servit ei corpus cælestis per motum, in quantum per motum cæli multiplicatur genus humanum,

& generantur plantae & animalia quae sui hominum sunt necessaria, & etiam temperies in aere efficitur conservans sanitatem: unde homine glorificato motus cæli cessabit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verba illa intelliguntur de terra secundum statum istum, in quo potest esse generationis principium, & corruptionis plantarum, quod patet ex hoc quod ibi dicitur: Cunctis diebus terra sementis & messis: & simpliciter hoc concedendum est, quod quando terra erit sementibus & messibus apta, motus cæli non cessabit.

ET similiter dicendum est ad secundum, quod Dominus loquitur ibi de duratione seminis Israel secundum praesentem statum, quod patet ex hoc quod dicit: Et semen Israel deficiet, ut non sit gens coram me cunctis diebus. Vicissitudo enim dierum post istum statum non erit: & ideo leges de quibus fecerat mentionem post istum statum non erunt.

AD TERTIVM dicendum, quod finis qui ibi assignatur corporibus cælestibus, est finis proximus, quia est proprius eorum actus: sed iste actus ulterius ordinatur ad alium finem, scilicet ad ministerium humanum, ut patet per id quod habetur. Deute. 4. Ne forte oculis elevatis ad caelum, videas solem & lunam & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea quae creavit dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quae sub caelo sunt: & ideo magis debet sumi iudicium de corporibus cælestibus secundum ministerium hominum, quam secundum finem in Gen. assignatum: corpora autem cælestia per modum aliorum in ministerium hominis glorificati cedent, sicut prius dictum est: & ideo non sequitur quod frustra remaneant.

AD QVARTVM dicendum, quod motus non est de perfectione corporis cælestis, nisi in quantum per hoc est causa generationis in istis inferioribus: & secundum hoc etiam motus ille facit corpus cælestis participare divinam bonitatem per quandam similitudinem causalitatis: non autem motus est de perfectione substantiae cæli, quae remanebit: & ideo non sequitur, quod motu cessante, aliquid de perfectione cæli tollatur secundum quod remanebit.

AD QVINTVM dicendum, quod omnia corpora

Secunda. 4. quest. 93. art. 2. fo. 640.

corporum elementorum habebunt in semetipsis quandam gloriae claritatem: unde quamvis aliqua superficies terrae non illuminetur à sole, nihil tamen modo remanebit ibi obscuritas.

AD SEXTVM dicendum, quod Ro. 8. super illud: Omnis creatura iugemiscit & c. dicit glo. Ambrosij expressè, quod omnia elementa labore explent sua officia: sicut sol & luna non sine labore statuta sibi implent spatia, quod est causa nostri: unde quiescent nobis assumptis: labor autem ille, ut credo, non significat aliquam fatigationem vel passionem illi corporibus accidentem ex motu, cum motus ille sit naturalis, nihil habet de violentia, ut probatur in primo de cæli & mundi sed labor ibi intelligitur defectus ab eo quod aliquid intendit: unde quia motus ille ordinatus est ex divina providentia ad complendum numerum electorum, illo non completo, non dum assequitur illud ad quod ordinatus est: & ideo similitudinarie dicitur labor: sicut homo qui non habet quod intendit, & hic etiam defectus à cælo tollitur impletione numero electorum. Vel potest referri ad desiderium future innovationis quam ex divina dispositione expectat.

AD SEPTIMVM dicendum, quod corpori cælesti non inest aliqua potentia quae perficiatur per locum, vel quae facta sit, propter hunc finem, qui esse in tali loco: sed hoc modo se habet potentia ad ubi in corpore cælesti, sicut se habet potentia artificis, ad hoc quod facit diversas domos unius modi, quarum si unam faciat non dicitur frustram potentiam habere, & similiter in quocumque statu ponatur corpus cælestis, potentia quae est in ipso ad ubi non remanebit incompleta, nec frustra.

AD OCTAVVM dicendum, quod quamvis corpus cælestis secundum suam naturam aequaliter se habet ad omnem situm qui est ei possibilis, tamen si comparatur ad ea quae sunt extra ipsum non aequaliter se habet ad omnes situs, sed secundum unum situm nobilior disponitur sol in die quam in nocte: & ideo probabile est cum tota innovatio mundi ad hominem ordinetur, quod cæli habeat in illa novitate nobilissimum situm, qui est possibilis respectu ad nostrum habitabile. Vel secundum quosdam cæli quiescet

in illo situ, in quo factum fuit, aliàs aliqua revolutio remaneret incompleta: sed ista ratio non videtur conveniens, quia cum aliqua revolutio sit in cælo quae non finitur, nisi in 36. milibus annorum, sequeretur quod mundus deberet tam diu durare, quod non videtur probabile. Et praeterea secundum hoc posset sciri, quando mundus finiri debet. Probabiliter enim colligitur ab astrologo, in quo situ corpora cælestia sunt facta, consideratio numero annorum, qui computantur ab initio mundi, & eodem modo posset sciri certus annorum numerus, in quo ad dispositionem similem reverteretur: tempus autem finis mundi ponitur esse ignotum.

AD NONVM dicendum, quod tempus quandoque deficiet motu cæli deficiente, nec illud nunc ultimum erit principium futuri, dicta enim definitio non datur de nunc, nisi secundum quod est continuans partes temporis, non secundum quod est terminans totum tempus.

AD DECIMVM dicendum, quod motus cæli non dicitur naturalis quod sit pars naturae, eo modo quo principia naturae naturalia dicuntur: nec iterum quod habeat principium actuum in natura corporis, sed receptivum tantum principium actuum huiusmodi est in substantia spirituali, ut dicit Comen. in princ. cæ. & m. Et ideo non est inconueniens, si per novitatem gloriae motus ille tollatur: non enim eo ablato natura corporis cælestis variabitur.

ALIAS rationes concedimus scilicet tres primas quae sunt ad oppositum, quia debito modo concludunt. **SED** quia illae duae videntur concludere, quod motus cæli naturaliter cesset: ideo respondendum est ad eas.

AD primam ergo earum dicendum, quod motus cessat cohabito propter quod est, si illud sequatur motum, & non concomitetur ipsum. Illud autem propter quod est motus cælestis secundum Philosophos, concomitatur motum, scilicet imitatio divinae bonitatis in causalitate quam habet superiora: & ideo non oportet quod naturaliter motus ille cesset.

AD secundam rationem dicendum, quod quamvis immobilitas sit simpliciter nobilior quam motus: tamen motus in eo quod potest consequi aliquam perfectam participationem divinae bonitatis

bonitatis est nobilior, quam quies in illo, quod nullo modo per motum posset illam perfectionem consequi: & ratione hac terra, quae est infimum elementorum, est sine motu: quamuis ipse Deus qui est nobilissimus rerum sine motu sit, à quo corpora nobiliora mouentur: & inde est quod motus corporum superiorum possent poni secundum viam naturae perpetuari, nec unquam ad quietem terminari, quamuis motus inferiorum corporum ad quietem terminentur.

Articul. tertius.

Vtrum in corporibus caelestibus claritas augeatur in illa in nouatione?



D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod in corporibus caelestibus claritas non augeatur in illa in nouatione. In nouatio n.

in corporibus superioribus erit per ignis purgationem: sed ignis non pertingit ad corpora caelestia: ergo non in nouabuntur per maioris claritatis susceptionem.

PRÆTEREA, sicut corpora caelestia per motum sunt causa generationis in istis inferioribus, ita & per lucem: sed cessante generatione cessabit motus, ut dictum est: ergo similiter cessabit lux caelestium corporum, magis quam augeatur.

PRÆTEREA, si in nouato homine corpora caelestia in nouantur, oportet quod eo deteriorato fuerint etiam deteriorata: sed hoc non videtur probabile, cum illa corpora sint inuariabilia quantum ad eorum substantiam: ergo nec in nouato homine in nouabuntur.

PRÆTEREA, si tunc deteriorata fuerint, oportet quod tantum deteriorata fuerint, quantum dicuntur esse melioranda in hominis in nouatione: sed dicitur Isa. 30. quod erit lux lunae sicut solis: ergo & in primo statu ante peccatum luna lucebat quantum nunc lucet sol: ergo quodcumque luna erat super terram faciebat idem sicut nunc sol, & hoc manifeste apparet esse falsum, per id quod dicitur Gen. 1.

quod luna facta est, ut praesertim nocti: ergo lumine peccante non sunt caelestia corpora diminuta lumine: & ita nec eorum lumen augebitur in hominis glorificatione.

PRÆTEREA, claritas corporum caelestium ordinatur ad usum hominum, sicut aliae creaturae: sed post resurrectionem claritas solis non cedet in hominis usum. Dicitur n. Isa. 60. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunae illuminabit te: Apoc. 21. Ciuitas illa non eget sole neque luna, ut luceant in ea: ergo eorum claritas non augebitur.

PRÆTEREA, nec esset sapiens artifex qui maxima instrumenta faceret, ad aliquod modicum artificium construendum: sed homo est quoddam minimum comparatione caelestium corporum quae sua ingenti magnitudine, quasi incomparabiliter hominis quantitatem excedunt: imò etiam totius terrae quantitas se habet ad caelum, ut punctus ad sphaeram, ut astrologi dicunt: cum ergo Deus sit sapientissimus, non videtur quod eo peccante caelum deterioratum sit, nec eo glorificato melioretur. **SED** contra est quod dicitur Isa. 30. Erit lux lunae sicut solis lux, & lux solis septemplex: **PRÆTEREA**, totus mundus in nouabitur in melius: sed caelum est nobilior pars mundi corporalis: ergo in melius mutabitur: sed hoc non potest esse nisi maiori claritate resplendet: ergo crescet eius claritas.

PRÆTEREA, omnis creatura quae ingemiscit & parturit, expectat reuelationem gloriae filiorum Dei: ut dicitur Ro. 8. sed corpora caelestia sunt huiusmodi, ut ibidem dicit Glos. expectant gloriam sanctorum: sed non expectarent, nisi ex hoc eis aliquid accresceret: ergo claritas eis per hoc accrescet, quia praecipue decorantur.

RESPONDEO dicendum, quod ad hoc in nouatio mundi ordinatur, ut mundo in uocato manifestis iudicijs, quasi sensibiliter Deus ab homine videatur. Creatura autem praecipue in Dei cognitionem ducit sua specie & decore, quae manifestat sapientiam facientis & gubernantis. Vnde dicitur Sapient. 13. à magnitudine speciei cognoscibiliter poterat videri creator eorum: pulchritudo autem caelestium corporum praeci-

praecipue consistit in luce. Vnde Eccles. 43. dicitur: species caeli gloria stellarum, mundum illuminans, in excelsis dominus. Et ideo praecipue quantum ad claritatem corpora caelestia meliorabuntur: quantitas autem & modus meliorationis illi soli cognita est, quierit meliorationis actor.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ignis purgans non causabit in nouationis formam, sed disponit tantum ad eam purgando à foeditate peccati, & ab impuritate comixtionis quae in corporibus caelestibus non inuenitur: & ideo quamuis corpora caelestia per ignem non sunt purganda, sunt tamen diuinitus in nouanda. **AD SECUNDUM** dicendum, quod motus non importat aliquam perfectionem in eo quod mouetur secundum quod in se consideratur, cum sit actus imperfecti, quamuis possit pertinere ad perfectionem corporis lucentis, in quantum est causa alicuius: sed lux pertinet ad perfectionem corporis lucentis, etiam in substantia sua considerati: & ideo postquam corpus caeleste desinet esse causa generationis, remanebit claritas eius, & non remanebit motus.

AD TERTIVM dicendum, quod super illud Isa. 30. Erit lux lunae sicut lux solis: dicit Glos. omnia propter hominem facta, sunt in eius lapsu peiorata, & sol & luna suo lumine minorata, quae quidem minoratio à quibusdam intelligitur secundum realem minorationem luminis. Nec obstat quod corpora caelestia secundum naturam sunt inuariabilia, quia illa variatio facta est à diuina virtute. Alij vero probabilius intelligunt minorationem illam esse dicentes, non secundum realem luminis defectum, sed quod ad usum hominis, qui non tantum beneficium ex lumine corporum caelestium post peccatum consequutus est, quantum ante fuisset, per quem etiam modum dicitur Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi: quae tamen ante spinas & tribulos germinasset, sed non in hominis poenam. Nec tamen sequitur, si lux caelestium corporum per essentiam minorata, non est homine peccante, quod realiter non sit augenda in eius glorificatione: quia peccatum hominis non immutauit statum vniuersi, cum etiam

homini prius & post animalem vitam habuerit, quae motu & generatione corporalis creaturae indiget: sed glorificatio hominis statum totius corporalis creaturae immutabit, ut dictum est: & ideo non est simile.

AD QVARTVM dicendum, quod minoratio illa, ut probabilius aestimatur non fuit secundum substantiam, sed secundum effectum. Vnde non sequitur, quod luna existens super terram diem fecisset: sed quod tantum commodum ex lumine lunae homo habuisset, sicut nunc habet ex lumine solis: sed post resurrectionem quando lux lunae augebitur secundum rei veritatem, non erit alicubi nox super terram: sed solum in centro terrae ubi erit infernus: quia tunc ut dicitur luna lucebit quantum lucet nunc sol: sol autem in septuplum quam nunc: corpora autem beatorum septies magis sole, quamuis hoc non sit aliqua auctoritate vel ratione probatum.

AD QVINTVM dicendum, quod aliquid pluscedere in usum hominis est dupliciter. Vno modo propter necessitatem, & sic nulla creatura cedet in usum hominis: quia ex Deo plenam sufficientiam habebit: & hoc significatur Apoc. 21. auctoritate inducta quae dicit, quod ciuitas illa non indiget sole vel luna. Alius usus est ad maiorem perfectionem, & sic homo alijs creaturis utitur, non quasi necessarius ad perueniendum in finem, sicut nunc eis utitur.

AD SEXTVM dicendum, quod ratio illa est Rabi Meysi qui omnino improbare nititur mundum propter hominem esse factum. Vnde & hoc quod in vet. test. de in nouatione mundi legitur, sicut patet in auctoritatibus Isaie inductis, dicit esse metaphoricè dictum, ut sicut alicubi dicitur obtenebrari sol, quando in magnam tristitiam incidit, ut nesciat quid faciat, qui est modus loquendi in scriptura: ita etiam est econuerso. Dicitur enim sol malis lucere & totus mundus in nouari, quando ex statu tristitiae in maximam exultationem conuertitur. Sed hoc dissonat ab auctoritatibus opinantibus sanctorum. Vnde rationi illi inducitur hoc modo respondendum est: quod quamuis corpora caelestia maxime excedant corpus

Secunda. 4. quest. 93. art. 4.

humanum, tamen multo plus excedit anima rationalis corpora caelestia, quam ipsa excedant corpus humanum. Vnde non est inconueniense a propter hominem esse facta, non sicut ad principalem finem: quia principalis finis omnium est Deus.

Articul. quartus

Vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis?



QUARTVM sic proceditur. Videtur quod elementa non innouabuntur per receptionem alicuius claritatis. Sicut enim lux est qualitas corporis caelestis propria, ita calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, sunt qualitates elementorum: ergo sicut calidum innouatur per augmentum claritatis, ita debent innouari elementa per augmentum qualitatum actiuarum & passiuarum.

PRÆTEREA, rarum & densum sunt qualitates elementorum, quas elementa in illa innouatione non amittunt, sed raritas & densitas elementorum resistere videntur claritati, cum corpus clarum oporteat esse condensatum: unde raritas aeris non videtur quod possit claritatem pati: & similiter nec densitas terræ quæ per uictatem tollit: ergo non potest esse quod elementa innouentur per alicuius claritatis additionem.

PRÆTEREA, constat quod damnati erunt in terra: sed ipsi erunt in tenebris non solum interioribus, sed etiam exterioribus: ergo terra non dotabitur claritate, & eadem ratione nec alia elementa.

PRÆTEREA, multiplicatio claritatis in elementis multiplicat caliditatem. Si igitur in illa innouatione erit maior claritas elementorum quam nunc sit, erit etiam per consequens maior caliditas: & sic videtur quod irascutabuntur à suis naturalibus qualitatibus, quæ insunt eis secundum certam mensuram, quod

est absurdum.

PRÆTEREA bonum vniuersi quod consistit in ordine & harmonia dignius est, quam aliquod bonum alicuius naturæ singularis: sed si vna creatura efficiatur melior, tollitur bonum vniuersi, quia non remanebit eadem harmonia: ergo si corpora elementaria quæ secundum gradum suæ naturæ quem tenent in vniuerso, claritatis debent esse expertia, claritatem accipiant, magis ex hoc deperibit perfectio vniuersi quam accrescet.

SED CONTRA est quod dicitur Apocalyp. 21. Vidi cælum novum & terram novam: sed cælum innouabitur per maiorem claritatem: ergo & terra & similiter alia elementa.

PRÆTEREA, corpora inferiora fuerunt in usum hominis, sicut & superiora: sed creatura corporalis remunerabitur per ministerium quod homini exhibuit, ut videtur dicere glo. Rom. 8. ergo etiam elementa clarificabuntur sicut corpora caelestia.

PRÆTEREA, corpus hominis est ex elementis compositum: ergo partes elementares, quæ sunt in corpore hominis, glorificato homine glorificabuntur per receptionem claritatis: sed eandem conuenit esse dispositionem totius & partium: ergo & ipsa elementa conuenit claritate dotari.

RESPONDEO dicendum, quod sicut est ordo caelestium spirituum ad terrenos spiritus, scilicet humanos: ita etiam est ordo caelestium corporum ad corpora terrestria: cum autem creatura corporalis sit facta propter spirituales, & per eam regatur: oportet similiter disponi corporalia, sicut & spiritualia disponuntur. In illa autem vltima rerum consummatione spiritus inferiores accipient proprietates superiorum spirituum, quia homines erunt sicut angeli in cælis: sicut dicitur Matthei 22. & hoc erit inquantum ad maximam perfectionem perueniunt, secundum quod humanus spiritus cum angelico conuenit. Vnde etiam similiter cum corpora inferiora cum caelestibus non comunicent nisi in natura lucis et diaphani, ut dicitur in 2. de anima: oportet corpora inferiora maxime perfici fieri clariora.

Secunda. 4. quest. 93. art. 4. fo. 642.

Articu. quintus

Vtrum plantæ & animalia remaneant in illa innouatione?



QUINTVM sic proceditur. Videtur quod plantæ & animalia remaneant in illa innouatione. Elementis enim non debet aliquid subtrahi, quod ad eorum ornatum pertinet. sed animalibus & plantis elementa ornari dicuntur: ergo non auferentur in illa innouatione.

PRÆTEREA, sicut elementa hominibus seruiunt, ita etiam animalia, & plantæ & corpora mineralia: sed elementa propter prædictum ministerium glorificabuntur: ergo similiter animalia & plantæ & corpora mineralia.

PRÆTEREA, vniuersum remanebit imperfectum, si aliquid quod est de perfectione eius auferatur: sed species animalium & plantarum & corporum mineralium sunt de perfectione vniuersi: cum ergo non debeat dici, quod mundus in sua innouatione imperfectus remaneat. videtur quod oporteat dicere plantas & alia animalia remanere.

PRÆTEREA, animalia & plantæ habent nobiliorem formam quam ipsa elementa, sed mundus in illa innouatione in melius immutabitur: ergo magis debent remanere animalia & plantæ quam elementa, cum sint nobiliora.

PRÆTEREA, inconueniens est dicere, quod naturalis appetitus frustretur: sed secundum naturalem appetitum, animalia & plantæ appetunt esse perpetua, & si non secundum indiuiduum saltem secundam speciem, & ad hoc ordinatur eorum generatio continua, ut in 2. de Generat. dicitur: ergo inconueniens est dicere, quod istæ species aliquando deficient.

SED CONTRA, si plantæ & animalia remaneant: aut omnia, aut quaedam. Si omnia, oportebit etiam bruta quæ fuerunt mortua resurgere, sicut & homines: quod dici non potest, quia

claritatem. Vnde omnia elementa claritate quadam vestientur, non tamen equaliter, sed secundum suum modum. Dicitur enim quod terra erit in superficie peruia sicut vitrum, aqua sicut chrysellum, aer ut cælum, ignis ut luminaria cæli.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod innouatio mundi ordinatur ad hoc, quod homo etiam sensu in corporibus quodammodo manifesta indicia diuinitatem videat. Inter sensus autem nostros spiritualior est visus & subtilior: & ideo, quantum ad qualitates visuias, quarum principium est lux, oportet omnia corpora inferiora meliorari: qualitates autem elementares pertinent ad tactum, qui est maxime materialis, & earum excessus contrarietatis, magis est contristatiuus quam delectatiuus: excessus autem lucis erit delectabilis, cum contrarietatem non habeat nisi propter organi debilitatem quæ tunc non erit.

AD SECVNDVM dicendum, quod aer non erit clarus sicut radios proyiciens, sed sicut diaphanum illuminatum. Terra vero quamuis ex natura sui opacitatem habeat propter defectum lucis, tamen rex diuina virtute in superficie gloria claritatis vestietur sine præiudicio densitatis ipsius.

AD TERTIVM dicendum, quod in loco inferni non erit terra glorificata per claritatem, sed loco huius glorie habebit pars illa terræ spiritus rationales hominum & demonum, qui quamuis ratione culpæ sint infirmi, tamen ex dignitate naturæ sunt qualibet qualitate corporali superiores. Vnde dicendum, quod etiam si sit tota terra glorificata, nihilominus reprobi in tenebris exterioribus erunt: quia etiam ignis inferni, qui quantum ad aliquid eius lucebit quantum ad aliud eius lucere non poterit.

AD QVARTVM dicendum, quod claritas illa erit in istis corporibus, in quibus caliditate non causatur: quia corpora ista tunc inalterabilia erunt, sicut modo sunt caelestia.

AD QVINTVM dicendum, quod non tolletur propter meliorationem elementorum ordo vniuersi: quia etiam omnes alie partes meliorabuntur, & sic remanebit eadem harmonia.

cum forma eorum in nihilum cedat, non potest eadem numero resumī. Si autē non omnia sed quedam, cum non sit maior ratio de vno quā de alio, quōd in perpetuum maneat, videtur quōd nullum eorum in perpetuum remanebit: sed quicquid remanebit post mundi inuolutionem in perpetuum erit, generatione & corruptione cessante: ergo plantae & animalia penitus post mundi inuolutionem non erunt.

PRAETEREA, secundum Philosophum in 2. de Generat. animalibus & plantis, & huiusmodi corruptibilibus speciei perpetuitas non conservatur, nisi ex continuatione motus caelestis: sed tunc ille cessabit: ergo non poterit perpetuitas in illis speciebus conservari.

PRAETEREA, cessante fine cessare debet id quod est ad finem: sed animalia & plantae facta sunt ad animalem vitam hominis sustentandam: ut dicitur Gen. 9. Sicut volera virentia dedi vobis omnem carnem: sed post illam inuolutionem animalis vita in homine non erit: ergo nec plantae nec animalia remanere debent.

RESPONDEO dicendum, quod cum inuolutione mundi propter hominem fiat, oportet quod inuolutione hominis conformetur. Homo autem inuolutus de statu corruptionis in incorruptionem transibit, & perpetua quietis, 1. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: & idē mundus hoc modo inuolabitur abiecta omni corruptione, ut perpetuo maneat in quiete. Vnde ad illam inuolutionem nihil ordinari poterit, nisi quod habet ordinem ad incorruptionem: huiusmodi autem sunt corpora caelestia, elementa & homines. Corpora autem caelestia secundum sui naturam incorruptibilia sunt, & secundum totum et secundum partes: elementa verō sunt corruptibilia secundum partes, sed incorruptibilia secundum totum: homines verō corrumpuntur, & secundum totum & secundum partes: sed hoc ex parte materiae, non ex parte formae, scilicet animae rationalis, quae post corruptionem hominis remanet incorrupta. Animalia verō & plantae & mineralia, & omnia corpora mixta corrumpuntur, & secundum totum & secundum partem, sed hoc ex parte materiae quae formam amittit, et ex parte formae quae actu non manet, & sic

nullo modo habent ordinem ad incorruptionem: unde in illa inuolutione non manebunt, sed sola ea quae dicta sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod huiusmodi corpora dicuntur esse ad ornatum elementorum in quantum virtutes actiuae & passivae, quae sunt in elementis ad speciales actiones contrahuntur: & ideo sunt ad ornatum elementorum in statu actionis & passionis: sed hic status in elementis remanere non potest: unde nec animalia nec plantas remanere oportet.

AD SECVNDVM dicendum, quod nec animalia nec plantae nec alia corpora in ministrando homini aliquid meruerūt, cum libertate arbitrii careant: sed pro tanto dicuntur quedam corpora remunerari, quia homo hoc meruit, ut illa inuolarentur, quae ad inuolutionem ordinem habent: plantae autem & animalia non habent ordinem ad inuolutionem incorruptionis. Vnde ex hoc homo non meruit ut inuolaretur: quia nullus potest alteri mereri nisi id cuius est capax, nec etiam ipse sibi ipsi. Vnde etiam dato quod animalia bruta mererentur in ministerio hominis, non tamen essent inuolanda.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut perfectio hominis multipliciter assignatur: est, n. perfectio naturae conditae, & naturae glorificatae: ita etiam perfectio vniuersi est duplex. Vna secundum statum huiusmodi immutabilitatis, altera secundum statum nouitatis. Plantae autem & animalia sunt de perfectione eius secundum statum istum, non autem secundum statum nouitatis, cum ordinem ad eam non habeant.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis animalia & plantae quantum ad quedam alia sint nobiliora quam ipsa elementa, tamen quantum ad ordinem incorruptionis elementa sunt nobiliora, ut ex dictis patet.

AD QVINTVM dicendum, quod naturalis appetitus ad perpetuitatem in animalibus & plantis est accipiendus secundum ordinem ad motum caeli, ut tantum scilicet in esse permaneat, quantum motus caeli durabit. Non enim est appetitus in effectu, ut permanent ultra causam suam: & ideo si cessante primi mobilis motu, plantae & animalia

non

non remanent secundum speciem, non sequitur appetitum naturalem frustrari.

Quaestio 94.

De visione diuinæ essentiae per comparisonem ad beatos.

CONSEQUENTER considerandum est, de his quae spectant ad beatos post iudicium generale. **ET** primo, de visione eorum respectu diuinæ essentiae, in qua eorum beatitudo principaliter consistit.

Secundo, de eorum beatitudine, & eorum mansionibus.

Tertio, de modo quo se erga damnatos habebunt.

Quarto, de dotibus ipsorum quae in beatitudine eorum continentur.

Quinto, de aureolis quibus eorum beatitudo perficitur & decoratur.

Circa primum queruntur tria.

Primo, utrum sancti videbunt Deum per essentiam.

Secundo, utrum videbunt eum oculo corporali.

Tertio, utrum videndo eum videant omnia quae Deus videt.

Articul. primus

Utrum intellectus humanus possit peruenire ad videndum Deum per essentiam?

Tho. 4. dist. 49. q. 2. art. 1. & sequē.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod intellectus humanus non possit peruenire ad videndum Deum per essentiam.

Quia Io. 1. Deum nemo vidit unquam: & exponit Chrys. quod nec ipsae caelestis essentiae, ipsa dico Cherubin, & Seraphin, ipsum ut est nunquam videre potuerunt: sed hominibus non promittitur, nisi aequalitas angelorum Matt. 22. Erunt sicut angeli Dei in caelo: ergo nec sancti in patria Deum per essentiam videbunt.

PRAETEREA, Dionys. sic argumentatur 1. ca. dc di. no. Cognitio non est nisi existentium: omne autem existens finitum est, cum sit in a-

liquo genere determinatum: & sic Deus cum infinitus sit, est super omnia existentia: ergo eius non est cognitio, sed est super omnia existentia & omnem cognitionem.

PRAETEREA, Dionys. in 1. de mystica Theolo. ostendit quod perfectissimus modus, quo intellectus noster Deo coniungi potest, est in quantum coniungitur ei ignoto: sed illud quod est visum per essentiam non est ignotum: ergo impossibile est, quod intellectus Deum per essentiam videat.

PRAETEREA, Dionys. in epist. ad Caium monachum dicit, quod supposita Dei tenebrae quae abundantiam lucis appellat, cooperiuntur omni luminis, & absconduntur omni cognitioni. Et si aliquis videns Deum intellexit quod vidit, non ipsum videtur, sed aliquid eorum quae sunt eius: ergo nullus intellectus creatus poterit Deum per essentiam videre.

PRAETEREA, sicut Dionys. in epist. ad Hierotheum dicit: Non visibilis quidem est Deus propter excedentem claritatem, sed claritas eius sicut excedit intellectum hominum in via, ita excedit intellectum hominis in patria: ergo sicut inuisibilis est in via, sic erit in patria.

PRAETEREA, cum intelligibile sit perfectio intellectus, oportet esse proportionem inter intelligibile & intellectum, visibile & visum: sed non est accipere proportionem aliquam inter intellectum nostrum & essentiam diuinam, cum in infinitum distent: ergo intellectus noster non potest peruenire ad essentiam diuinam videndam.

PRAETEREA, plus distat Deus ab intellectu nostro quam intelligibile creatum a sensu, sed sensus nullo modo potest peruenire ad creaturam spiritualem videndam: ergo nec intellectus noster poterit peruenire ad videndam diuinam essentiam.

PRAETEREA, quandoquidem intellectus intelligit aliquid in actu, oportet quod informetur per similitudinem intellecti, quae est principium intellectualis operationis in tale obiectum determinata, sicut calor est principium calefactionis: si ergo intellectus noster Deum intelligat, oportet quod fiat per aliquam similitudinem informantem ipsum intellectum: hoc autem non potest esse ipsa diuina essentia,

mm iy quia

Secunda. 4. quest. 94. art. 1.

quia forma & formati oportet esse unum: diuina autem essentia ab intellectu nostro differt secundum essentiam & esse: ergo oportet quod forma qua informatur intellectus noster intelligendo Deum, sit aliqua similitudo impressa à Deo in intellectum nostrum: & similitudo illa cum sit quid creatum, non potest ducere in Dei cognitionem, nisi sicut effectus in causam: ergo impossibile est, ut intellectus noster Deum videat nisi per effectum ipsius: sed visio Dei quæ est per effectum, non est visio Dei per essentiam: ergo intellectus noster non poterit Deum per essentiam videre.

PRÆTEREA, diuina essentia magis distat ab intellectu nostro quam quicunq; angelus vel intelligentia: sed sicut dicit Auic. in sua Metaph. intelligentiam esse in nostro intellectu, non est essentiam intelligentem esse in intellectu nostro: quia sic scientia quam de intelligentia habemus, esset substantia & non accidens: sed hoc est impræssione intelligentiæ esse in nostro intellectu: ergo & Deus non est in intellectu nostro: sed illa impræssio non potest ducere in cognitionem diuinæ essentia, quia cum in infinitum distet à diuina essentia, degenerat in aliam speciem, multo amplius quam si species albi degeneraret in speciem nigri: ergo sicut ille in cuius visu species albi degenerat in speciem nigri, propter indispositionem organi non dicitur videre album: ita nec intellectus noster qui solum per huiusmodi impressionem Deum intelligi: sum per essentiam poterit videre.

PRÆTEREA, in rebus separatis à materia idem est intelligens & quod intelligitur, ut patet in 3. de anim.: sed Deus est maxime à materia separatus: cum ergo intellectus qui est creatus, non possit ad hoc pertingere, ut fiat essentia increata, non poterit esse quod intellectus noster Deum per essentiam videat.

PRÆTEREA, omne illud quod videtur per essentiam de eo scitur quid est: sed de Deo intellectus noster non potest scire quid est: sed solum quid non est, sicut Dionys. dicit, & Damasc. ergo intellectus noster Deum per essentiam videre non potest.

PRÆTEREA, omne infinitum in quantum infinitum est, ignotum est: sed Deus est modis

omnibus infinitus: ergo est omnino ignotus: ergo per essentiam ab intellectu creato videri non poterit.

PRÆTEREA, Aug. dicit in lib. de videndo Deo, Deus est natura inuisibilis: sed ea quæ insunt Deo per naturam non possunt aliter se habere: ergo non potest esse quod per essentiam videatur.

PRÆTEREA, omne quod est alio modo, & alio modo videtur, non videtur secundum id quod est: sed Deus alio modo est, & alio modo videtur à sanctis in patria: est enim per modum suum, sed videtur à sanctis per modum eorum: ergo non videtur à sanctis secundum illud quod est, & sic non videtur per essentiam.

PRÆTEREA, illud quod per medium videtur, non videtur per essentiam: sed Deus in patria videbitur per medium, quod est lumen gloria: ut patet in psal. In lumine tuo videbimus lumen: ergo non videbitur per essentiam.

PRÆTEREA, Deus in patria videbitur facie ad faciem, ut dicitur 1. Cor. 13. sed hominem quem facie ad faciem videmus, videmus per similitudinem: ergo Deus in patria videbitur per similitudinem & non per essentiam.

SED contra est quod dicitur 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem: sed id quod videtur facie ad faciem, videtur per essentiam: ergo Deus per essentiam videbitur à sanctis in patria.

PRÆTEREA, Ioan. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, et videbimus eum sicuti est: ergo videbimus eum per essentiam.

PRÆTEREA, 1. Cor. 13. super illud: Cum tradiderit regnum Deo & patri: dicit glos. ubi s. in patria essentia patris & filij & Spiritus sancti videbitur, quod solum mundis cordibus dabitur, quæ est summa beatitudo: beati ergo Deum per essentiam videbunt.

PRÆTEREA, Ioan. 14. dicitur, Si quis diligit me, diligitur à patre, & ego diligam eum, & sic manifestabo me ipsum ei, sed illud quod manifestatur per essentiam videtur: ergo Deus à sanctis in patria essentialiter videbitur.

PRÆTEREA, Exo. 33. super illud, non videbit me homo et viuet: Greg. improbat opinionem illorum

Secunda. 4. quest. 94. art. 1. fo. 644

qui dicebant quod in illa regione beatitudinis Deus in claritate sua conspicitur potest, sed in natura videri non potest, quia aliud non est eius claritas & eius natura: sed natura eius est essentia eius: ergo videbitur per essentiam suam. **PRÆTEREA**, sanctorum desiderium non potest omnino frustrari, sed sanctorum desiderium commune est, ut Deum per essentiam videant, ut patet Exo. 33. Ostende mihi gloriam tuam: & in psal. Ostende faciem tuam & saluum erimus: & Ioan. 14. Ostende nobis patrem & sufficit nobis: ergo sancti per essentiam Deum videbunt.

RESPONDEO dicendum, quod sicut secundum fidem ponimus finem ultimum humanæ vitæ esse visionem Dei: ita Philosophi posuerunt ultimam eius felicitatem esse intelligere substantias à materia separatas secundum esse: & idcirco circa hanc questionem eadem difficultas & diuersitas inuenitur apud Philosophos & apud Theologos. Quidam enim Philosophi posuerunt, quod intellectus noster possibilis nunquam potest ad hoc peruenire, ut intelligat substantias separatas, sicut dicit Alpharabius in fine sua Ethicæ, quamuis contrarium dixerit in lib. de intellectu, ut Commen. refert in 3. de anima. Et similiter quidam Theologi posuerunt, quod intellectus humanus nunquam potest ad hoc peruenire, ut Deum per essentiam videat: & utroque ad hoc mouet distantia inter intellectum nostrum & essentiam diuinam, & alias substantias separatas. Cum enim intellectus in actu sit quodammodo unum, cum intelligibili in actu: videtur difficile quod intellectus creatus aliquo modo fiat essentia increata. Vnde Chrysost. dicit, Quomodo creabile videt increabile? Et maior difficultas est illis adhuc qui ponunt intellectum possibilem esse generabilem & corruptibilem, ut potest virtute à corpore dependente, non solum respectu visionis diuinæ, sed respectu visionis quarumcumque substantiarum separatarum. Sed hoc ipsum stare omnino non potest. Primum, quia repugnat authoritati sacre scripturæ Canonice, ut Aug. dicit in lib. de videndo Deo. Secundum, quia cum intelligere sit maxime propria operatio hominis, oportet quod secundum eam assignetur sibi sua beatitudo, cum

hec operatio in ipso perfecta fuerit. Cum autem perfectio intelligentis in quantum huiusmodi sit ipsum intelligibile, si in perfectissima operatione intellectus homo non perueniat ad videndam essentiam diuinam, sed aliquid aliud, oportet dicere, quod aliquid aliud sit beatificans ipsum hominem quam Deus: & cum ultima perfectio cuiuslibet sit in coniunctione ad suum principium, sequitur quod aliquid aliud sit principium effectuum hominis quam Deus, quod est absurdum. Et similiter est absurdum apud philosophos qui ponunt animas nostras à substantiis separatis emanare, ut in fine eas possimus intelligere. Vnde oportet ponere secundum nos, quod intellectus noster quandoque perueniat ad videndam essentiam diuinam, & secundum philosophos, quod perueniat ad videndam essentiam substantiarum separatarum: Quomodo autem hoc possit accidere restat inuestigandum. Quidam enim posuerunt, ut Alpharabius & Auempeche, quod ex hoc ipso quod intellectus noster intelligit quæcumque intelligibilia, pertingit ad videndam essentiam substantia separata: & ad hoc ostendendum procedit duobus modis. Quorum primus est, quod sicut natura specie non diuersificatur in diuersis individuis, nisi secundum quod coniungitur principijs indiuiduantibus, ita forma intellecta hominis non diuersificatur apud me & te: nisi secundum quod coniungitur diuersis formis imaginabilibus: & idcirco quando intellectus separatur formam intellectam à formis imaginabilibus remanet quidditas intellecta, quæ est una & eadem apud diuersos intelligentes, & huiusmodi est quidditas substantia separata. Et idcirco quando intellectus noster ad suam abstractionem quidditatis cuiuscumque peruenit, intelligit per hoc quidditatem substantia separata, quæ est ei similis. Secundus modus est, quia intellectus noster natus est abstrahere quidditatem ab omnibus intelligibilibus habentibus quidditatem. Si ergo quidditas quam abstrahit ab hoc singulari habente quidditatem, sit quidditas non habens quidditatem, intelligendo eam intelligit quidditatem substantia separata, quæ est talis dispositionis, eo quod substantia separata sunt quidditates subsistentes

Secunda. 4. quest. 94. art. 1.

quæ non habent quidditates, quidditas. n. simpliciter est ipsum simplex, ut Auic. dicit. Si autem quidditas abstracta ab hoc particulari sensibili sit quidditas habens quidditatem: ergo quidditatem illam intellectus natus est abstrahere, & ita cum non sit abire in infinitum, erit deuenire ad quidditatem non habentem quidditatem, per quam intelligitur quidditas separata. Sed iste modus non videtur esse sufficiens. Primo, quia quidditas substantiæ materialis quam intellectus abstrahit, non est eiusdem rationis cum quidditatibus substantiarum separatarum, & ita per hoc quod intellectus noster abstrahit quidditates rerum materialium, & cognoscit eas, non sequitur quod cognoscat quidditatem separata substantiæ, & præcipue diuinam essentiam, quæ maximè est alterius rationis ab omni quidditate creata. Secundo, quia dato quod esset vnus rationis, tamen cognita quidditate rei compositæ non cognosceretur quidditas substantiæ separata, nisi secundum genus remotissimum quod est substantia. Hæc autem cognitio est imperfecta, nisi deueniatur ad propria rei. Qui. n. cognoscit hominem solum in quantum est animal, non cognoscit eum nisi secundum quid, & in potentia, & multo minus cognoscit eum, si non cognoscat nisi substantiam naturam in ipso. Vnde si sic cognosceret Deum vel alias substantias separatas non est videre essentiam diuinam, vel quidditatem substantiæ separata: sed est cognoscere per effectum & quasi in speculo. Et ideo, alius modus intelligendi substantias separatas ponitur ab Auic. in sua Metaph. s. quod substantiæ separatae intelliguntur à nobis per intentiones suarum quidditatum, quæ sunt quedam earum similitudines non abstractæ ab eis, quia ipsemet sunt immateriales, sed impressæ ab eis in animabus nostris. Sed hic modus etiam non videtur nobis sufficere ad visionem diuinam quam querimus. Constat. n. quod omne quod recipitur in alio est per modum recipientis in eo: & ideo similitudo diuinæ essentia impressa ab intellectu nostro, erit per modum nostri intellectus: modus autem intellectus nostri deficiens est à perfecta receptione diuinæ similitudinis: defectus autem diuinæ similitudinis potest tot modis accidere,

quot modis dissimilitudo inuenitur. Vno enim modo est deficiens similitudo, quando participatur forma secundum eandem rationem speciei, sed non secundum eundem perfectionis modum: sicut est similitudo deficiens eius qui parum habet de albedine ad illum qui multum habet. Alio modo adhuc magis deficiens quando non peruenitur ad eandem rationem speciei, sed tantum ad eandem rationem generis: sicut similitudinem inter illum qui habet colorem citrinum, & illum qui habet colorem album. Alio modo adhuc est magis deficiens, quando ad rationem eius generis non pertingit, sed solum secundum analogiam siue proportionem: sicut est similitudo albedinis ad hominem, in eo quod utrumque est ens: & hoc modo est deficiens omnino similitudo quæ est in creatura recepta respectu diuinæ essentia. Ad hoc autem quod visus cognoscat albedinem, oportet quod recipiatur in eo similitudo albedinis secundum rationem suæ speciei, quamuis non secundum eundem modum essendi: quia habet alterius modi esse forma in sensu & in re extra animam. Si enim fieret in oculo forma citrini, non diceretur oculus videre albedinem. Et similiter ad hoc quod intellectus intelligat aliquam quidditatem, oportet quod fiat in eo similitudo eiusdem rationis secundum speciem, quamuis forte non sit idem modus essendi utrobique: non. n. forma existens in intellectu vel sensu, est principium cognitionis secundum modum essendi, quem habet utrobique, sed secundum rationem in qua communicat cum re exteriori. Et ita patet quod per nullam similitudinem receptam in intellectu creato, potest Deus intelligi, ita quod essentia eius videatur immediate. Vnde etiam quidam ponentes diuinam essentiam per hunc modum videri dixerunt, quod ipsa essentia non videtur, sed quidam fulgor quasi radius ipsius. Vnde nec iste modus sufficit ad visionem diuinam quam querimus. ET ideo accipiendus est alius modus, quem scilicet quidam philosophi posuerunt, scilicet Alexander, & Auerro. in 3. de anima. Cum enim in qualibet cognitione sit necessaria aliqua forma qua res cognoscatur aut videatur: forma ista qua intellectus perficitur ad

Secunda. 4. quest. 94. art. 1. fo. 645.

ad videndas substantias separatas, non est quidditas quam intellectus abstrahit à rebus compositis, ut dicebat prima opinio, neque alia impressio relicta à substantia separata in intellectu nostro, ut dicebat secunda: sed est ipsa substantia separata quæ coniungitur intellectui nostro, ut forma, ut ipsa sit quod intelligitur. Et quicquid sit de alijs substantijs separatis, tamen isti modum oportet nos accipere in visione Dei per essentiam, quia quacumque alia forma informaretur intellectus noster, non posset per eam duci in essentiam diuinam: quod quidem non debet intelligi quasi diuina essentia sit vera forma intellectus nostri, vel quia ex ea & intellectu nostro efficiatur vnus simplex, sicut in naturalibus ex forma et materia naturali. Sed quia proportio essentia diuinæ ad intellectum nostrum est sicut proportio ad materiam. Quodcumque aliqua duo quorum vnus est altero perfectius recipiuntur in eodem receptibili, proportio vnus duorum ad alterum, s. magis perfectum ad minus perfectum est sicut proportio formæ ad materiam, sicut lux & color recipiuntur in diaphano, quorum lux se habet ad colorem sicut ad materiam: & ita cum in anima recipiatur vis intellectiva & ipsa diuina essentia inhabitans, licet non per eundem modum, essentia diuina se habeat ad intellectum sicut forma ad materiam. Et quod hoc sufficiat ad hoc quod intellectus per diuinam essentiam possit videre ipsam diuinam essentiam, hoc modo potest ostendi. Sicut enim ex forma naturali qua aliquid habet esse, et materia efficitur vnus ens simpliciter, ita ex forma qua intellectus intelligit & ipso intellectu fit vnus in intelligendo. In rebus autem naturalibus res per se subsistens non potest forma esse alicuius materiae si illa res habeat materiam partem sui: quia non est esse ut materia sit forma alicuius: sed si illa res per se subsistens sit forma tantum, nihil prohibet eam effici formam alicuius materiae, & fieri quo est ipsius compositi: sicut patet de anima. In intellectu autem oportet accipere ipsum intellectum in potentia quasi materiam, & speciem intelligibilem quasi formam. & intellectus in actu intelligens erit quasi compositum ex utroque. Vnde si sit alia res per se subsistens

quæ non habeat aliquid intra se præter id quod est intelligibile in ipsa, talis res poterit esse forma qua intelligit intellectus: res autem qualibet est intelligibilis secundum id quod habet de actu, non secundum id quod habet de potentia, ut patet in 9. Metaphy. & huiusmodi signum est quod oportet formam intelligibilem abstrahere à materia, & ab omnibus proprietatibus materiae: & ideo cum diuina essentia sit actus purus, poterit esse forma qua intellectus intelligit, & hæc erit visio beatificans: & ideo dicit Magister, quod vnio anime ad corpus est quoddam exemplum beatæ vnionis, quæ ipse homo vnitur Deo. AD PRIMVM ergo dicendum, quod auctoritas illa potest tripliciter exponi, ut patet per August. in lib. de videndo Deum. Vno modo, ut excludatur corporalis visio qua nemo visurus est Deum in essentia sua. Alio modo ut excludatur etiam intellectualis visio Dei per essentiam ab his qui in ista mortali carne viuunt. Alio modo ut excludatur visio comprehensionis ab intellectu creato, & sic intelligit Chryso. Vnde subdit: Notitiam huiusmodi dicit Evangelista: certissimam considerationem & comprehensionem tantam quantum habet pater de filio: & hic est intellectus Evangelista. Vnde subdit: Vnigenitus qui est, & c. per comprehensionem volens præbare filium esse Deum. AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Deus excedit omnia existentia quæ habent esse determinatum per essentiam suam infinitam: ita cognitio sua quæ cognoscit est super omnem cognitionem: unde quæ est proportio cognitionis nostræ ad essentiam creatam, ea est proportio cognitionis diuinæ ad essentiam suam. Ad cognitionem autem duo concurrunt, scilicet, cognosces, & quocognoscitur. Vniverso autem illa qua Deum per essentiam videmus est eadem cum visione qua Deus se videt ex parte eius quod videtur: quia sicut ipse se videt per essentiam suam, ita & nos videbimus: sed ex parte cognoscentis inuenitur diuersitas quæ est inter intellectum diuinum & nostrum. In cognoscendo autem id quod cognoscitur sequitur formam quæ cognoscimus: quia per formam lapidis videmus lapidem: sed efficacia in cognoscendo sequitur virtutem

rum cognoscentis: sicut qui habet visum formam acutius videt, & ideo in illa visione nos videmus quod Deus videt. scilicet essentiam suam, sed non ita efficaciter.

AD TERTIUM dicendum, quod Dionysius loquitur ibi de cognitione qua Deum in via cognoscimus per aliam formam creatam qua intellectus noster formatur ad Deum videndum: sed sicut dicit Augustinus, Deus omnem formam intellectus nostri subterfugit, quare quamcumque formam intellectus noster concipiat, illa forma non pertinet ad rationem divinam essentiam, & ideo ipse non potest esse per se in intellectu nostro, sed per hoc eum perfectissime cognoscimus in statu viae, quod scimus esse eum super omne id quod intellectus noster concipere potest, & sic ei coniungimur quasi ignoti, sed in patria id ipsum per formam, quae est essentia sua videbimus, & coniungemur ei quasi noto.

AD QVARTUM dicendum, quod lux est Deus, ut dicitur Ioan. 1. Lumen autem est impressio lucis in aliquo illuminato: & quia essentia divina est alterius modi quam omnis similitudo ipsius impressa in intellectu, ideo dicitur quod divinae tenebrae cooperiuntur omni lumine: quia scilicet essentia divina, quam tenebras vocat, propter claritatis excessum, manet indeterminata propter impressionem intellectus nostri, & per hoc sequitur quod abscondatur omni cognitioni, & ideo quicumque videtur Deum aliquid mente concipit, hoc non est Deus, sed aliquid diuinorum effectum.

AD QVINTUM dicendum, quod claritas Dei quamvis excedat omnem formam qua nunc intellectus noster informatur, non tamen excedit ipsam essentiam divinam, quae erit quasi forma intellectus nostri in patria, & ideo licet nunc sit invisibilis, tamen tunc erit visibilis.

AD SEXTUM dicendum, quod quamvis finitum ad infinitum non possit esse proportio: quia excessus infiniti supra finitum non est determinatus, potest tamen esse inter ea proportionalitas quae est similitudo proportionum. Sicut enim finitum aequabitur alicui finitum, ita infinitum ad infinitum: ad hoc autem quod aliquis totaliter cognoscatur, quandoque oportet esse propor-

tionem inter cognoscentem & cognitum, quia oportet virtutem cognoscentis coequari cognoscibilitati rei cognitae: aequalitas autem proportio quaedam est, sed quandoque cognoscibilitas rei excedit virtutem cognoscentis, sicut cum nos cognoscimus Deum, aut e converso, sicut cum ipse cognoscit creaturas, & tunc non oportet esse proportionem inter cognoscentem & cognitum, sed proportionalitatem tantum, ut scilicet sicut se habet cognoscentis ad cognoscendum, ita se habet cognoscibile ad hoc quod cognoscatur: & talis proportionalitas sufficit ad hoc quod infinitum cognoscatur a finito, vel e converso. Vel dicendum quod proportio secundum propriam nominis institutionem significat habitudinem quantitatis ad quantitatem secundum aliquem determinatum excessum vel adaequationem, sed ulterius est translatum ad significandum omnem habitudinem cuiuscumque ad aliud, & per hunc modum dicimus quod materia debet esse proportionata ad formam, & hoc modo nihil prohibet intellectum nostrum, quamvis sit finitus, dici proportionatum ad videndum esse tiam divinam, non tamen ad comprehendendum eam, & hoc propter suam immensitatem.

AD SEPTIMUM dicendum, quod duplex est similitudo & distantia. Una secundum convenientiam in natura, & sic magis distat Deus ab intellectu creato quam intelligibile creatum a sensu. Alia secundum proportionalitatem, & sic est e converso, quia sensus non est proportionatus ad cognoscendum aliquid immateriale, sicut intellectus est proportionatus ad cognoscendum quodcumque immateriale, & haec similitudo requiritur ad cognoscendum, non autem prima. Quia constat quod intellectus intelligens lapidem non est similis ei in naturali esse: sicut etiam visus apprehendit mel rubeum, & fel rubeum, quamvis non apprehendat mel dulce. Felle enim rubedo magis convenit cum melle, in quantum est visibile, quam dulcedo mellis cum melle.

AD OCTAVUM dicendum, quod in visione qua Deus per essentiam videbitur, ipsa divina essentia erit quasi forma intellectus qua intelligit: nec oportet quod efficiantur unum secundum esse simpliciter, sed solum quod fiat unum

unum quantum pertinet ad actum intelligendi. **AD NONUM** dicendum, quod dictum Avic. quantum ad hoc non sustinemus: quia etiam ab alijs philosophis in hoc contradicuntur. nisi forte velimus dicere quod Avic. intelligit de cognitione substantiarum separatarum secundum quod cognoscitur per habitus scientiarum speculatiuarum, & similitudinibus aliarum rerum. Unde hoc introducit ad ostendendum quod scientia non est in nobis substantia sed accidens: & tamen divina essentia quamvis plus distet secundum proprietatem naturae suae ab intellectu nostro quam substantia angelica, tamen plus habet directam intelligibilitatem: quia est actus purus, cui non admiscetur aliquid de potentia, quod non contingit in alijs substantijs separatis. Nec illa cognitio qua Deum per essentiam videbimus, ex parte eius quod videtur, erit in genere accidentis, sed solum quantum ad actum ipsius intelligentis, qui non erit ipsa substantia intelligentia vel intellectus.

AD DECIMUM dicendum, quod substantia separata a materia se intelligit, & intelligit alia, & utroque modo potest verificari auctoritas inducta. Cum enim ipsa substantia natura separata essentia sit, per se ipsam est intelligibilis in actu, eo quod est a materia separata: constat autem quod quando substantia separata intelligit se, quod omnino est idem intelligens & intellectum. Non enim intelligit se per aliquam intentionem abstractam a se, sicut nos intelligimus res materiales: & hic videtur esse intellectus philosophi in 3. de Anima, ut per Comm. ibidem patet. Secundum autem quod intelligit res alias, intellectum in actu sit unum cum intellectu in actu, in quantum forma intellectus sit forma intellectus, in quantum est intellectus in actu, non quod sit ipsamet essentia intellectus: ut Avic. probat 6. de naturalibus, quia essentia intellectus manet una sub duobus formis secundum quod intelligit res duas successive ad modum quo materia prima manet una sub diversis formis. Unde etiam Comment. in 3. de Anima, comparat intellectum possibile quantum ad hoc primae materiae, & sic nullo modo sequitur quod intellectus noster videns Deum fiat ipsa essentia divina secundum quod

ipsa comparatur ad ipsum quasi perfectio & forma.

AD UNDECIMUM dicendum, quod auctoritates illae & omnes similes sunt intelligenda de cognitione qua cognoscimus Deum in via ratione prius posita.

AD DODECIMUM dicendum, quod infinitum privative dictum est ignotum, in quantum huiusmodi: quia dicitur per remotionem complementi a quo est cognitio rei. Unde infinitum reducitur ad materiam subiectam privationi, ut patet in 3. Physic. Sed infinitum negativative acceptum dicitur per remotionem materiae terminantis: quia forma etiam quodammodo terminatur per materiam. Unde infinitum hoc modo est maxime de se cognoscibile, & hoc modo infinitus est Deus.

AD DECIMUM TERTIUM dicendum, quod Augustinus loquitur de visione corporali qua nunquam videbitur, quod patet ex hoc quod praemittitur. Sicut enim videtur ista quae visibilia nominantur, Deum nemo vidit unquam, nec videre potest, & est natura invisibilis, sicut & incorruptibilis. Sicut autem secundum naturam suam est maxime ens, ita & secundum se est maxime intelligibilis: sed quod a nobis quodammodo non intelligatur, est ex defectu nostro. Unde quod videatur postquam visus non fuit a nobis, non est ex mutatione sua, sed nostra.

AD DECIMUM QUARTUM dicendum, quod Deus in patria videbitur a sanctis, sicut est, si hoc referatur ad modum ipsius visi. Videbitur enim a sanctis Deus habere illum modum quem habet. Sed si referatur modus ad ipsum cognoscentem, non videbitur sicut est: quia non erit tanta efficacia intellectus creati ad videndum quanta est efficacia essentiae divinae ad hoc quod intelligatur.

AD DECIMUM QUINTUM dicendum, quod medium in corporali visione & intellectuali inveniuntur triplex. Primum est medium sub quo videtur, & hoc est quod perficit visum ad videndum in generali, non determinans visum ad aliquod speciale obiectum: sicut se habet lumen corporale ad visum corporale, & lumen intellectus agentis ad intellectum possibile secundum quod est medium. Secundum est medium sicut

quo videtur, & hac est forma visibilis qua determinatur uterque visus ad speciale obiectum: sicut per formam lapidis ad cognoscendum lapidem. Tertium est medium in quo videtur, et hoc est id per cuius inspectionem ducitur visus in aliam rem: sicut inspiciendo speculum ducitur in ea quae in speculo spectantur: & videndo imaginem ducitur in imaginariam: & sic etiam intellectus per cognitionem effectus ducitur in causam, vel e converso. In visione igitur patriae non erit tertium medium, ut scilicet Deus per species aliorum cognoscatur: sicut nunc cognoscitur ratione cuius dicimur nunc videri in speculo: nec erit ibi secundum medium: quia ipsa essentia divina erit qua intellectus noster videbit Deum: sed erit ibi tantum primum medium quod eleuabit intellectum nostrum ad hoc quod possit coniungi substantiae increatae modo praedicto: sed ab hoc medio non dicitur cognitio mediata: quia non cadit inter cognoscendum & rem cognitam, sed est illud quod dat cognoscendum cognoscendi.

AD DECIMUM sextum dicendum, quod creaturae corporales non dicuntur immediate videri, nisi quando id quod est in eis cognoscibile visui ei coniungitur: non sunt tamen cognoscibiles per essentiam suam ratione materialitatis: & ideo tunc immediate videntur, quando eorum similitudo intellectui coniungitur: sed Deus per essentiam suam coniungibilis est intellectui: unde non immediate videtur nisi essentia sua coniungeretur intellectui, & hac visio immediate dicitur visio faciei. Et praeterea similitudo rei corporalis recipitur in visu secundum eadem rationem qua est in re, sed non secundum modum essendi: & ideo similitudo illa ducit in illam rem directe, non autem potest hoc modo ducere aliqua similitudo intellectus nostri in Deum, ut ex dictis patet, & propter hoc non est simile.

Artic. secundus.

Utrum sancti post resurrectionem Deum oculis corporalibus videbunt?



D SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod sancti post resurrectionem Deum corporalibus oculis videbunt. Oculus enim glorificatus maioris erit virtutis quam aliquis oculus non glorificatus. Sed beatus Iob in oculo suo Deum vidit: Iob 39. *Auditu auris audiui te, nunc oculus meus videt te: ergo multo fortius oculus glorificatus per essentiam Deum videre poterit.*

PRÆTEREA, Iob 19. *In carne mea videbo Deum saluatorem meum: ergo in patria Deum corporalibus oculis videbitur.*

PRÆTEREA, August. 22 de Ciuitate Dei loquens de visu oculorum glorificatorum, sic dicit: *Vis præpollentior erit oculorum illorum, non ut acius videant: qua quidam perhibentur videre serpentes vel aquila: quanta libet, nisi acrimonia cernedi eadem animalia uigeant, nisi aliud quam corpora possunt videre, sed ut videant incorporea. Quaecumque autem potentia cognoscitur qua est incorporea potest eleuari ad videndum deum, ergo oculi gloriosi deum videre poterunt.*

PRÆTEREA, quae est differentia corporaliū ad incorporea, eadem est e converso: Sed oculus incorporeus potest corporalia videre, ergo oculus corporeus potest videre incorporea, & sic idem quod prius.

PRÆTEREA, Gregor. in 6. Moral. super Iob. 4. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, & c. Et sic dicit: Homo qui si preceptum seruare voluisset carne spiritualis futurus fuerat, factus est etiam peccandus carnalis mente. Sed ex hoc quod est mente factus carnalis, ut ibidem dicit, solum ea cogitat quae ad animum per corporum imagines trahit: ergo etiam quando carne spiritualis erit, quod post resurrectionem sanctis promittitur, etiam carne spiritualia videre poterit: & sic ut prius.*

PRÆTEREA, homo solo Deo potest beatificari: beatificatur autem non solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus: ergo non solum intellectu, sed etiam carne Deum videre poterit.

PRÆTEREA, sicut Deus est praesens per suam essentiam in intellectu, ita etiam erit praesens

sens per suam essentiam in intellectu: ita etiam erit praesens in sensu, quia erit omnia in omnibus, ut dicitur 1. Corinth. 15. Sed videbitur ab intellectu ex hoc quod sua essentia ei coniungatur: ergo poterit videri etiam a sensu.

SED contra, Ambros. dicit super Lucam. *Nec corporalibus oculis Deus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur: ergo nullo corporali sensu Deus videbitur.*

PRÆTEREA, Hieronym. dicit, *Non solum diuinitatem patris, sed nec filij, nec Spiritus sancti oculi carnis possunt aspiciere, sed oculi mentis, de quibus dicitur, Beati mundo corde.*

PRÆTEREA, idem Hieronym. dicit, *Res incorporalis corporalibus oculis non videtur: sed Deus est maxime incorporeus, ergo & c.*

PRÆTEREA, August. de videndo Deum, *Deum nemo vidit unquam, vel in hac vita sicut ipse est, vel in angelorum vita, sicut visibilia ista, quae corporali visioni cernuntur: sed vita angelorum dicitur vita beata in qua resurgentes viuunt: ergo & c.*

PRÆTEREA, secundum hoc homo dicitur factus ad imaginem Dei, quod Deum conspicere potest, ut August. dicit: sed homo est ad imaginem Dei secundum mentem, non secundum carnem, ergo mente & non carne Deum videbit.

RESPONDEO dicendum, quod sensu corporali aliquid sentitur dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem sentitur illud quod per se passionem sensui corporali inferre potest: per se autem potest passionem inferre aut sensui, in quantum est sensus: aut huic sensui in quantum est hic sensus. Quod autem secundo modo infert per se passionem sensui dicitur sensibile proprium: sicut color respectu visus, & sonus respectu auditus: quia autem sensus in quantum est sensus dicitur organo corporali, non potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter, cum omne illud quod recipitur in aliquo sit in eo per modum recipientis: & ideo omnia sensibilia inferunt passionem sensibus in quantum est sensus secundum quod habet magnitudinem: & ideo magnitudo & omnia consequentia, ut motus, quietes, & numerus, & huiusmodi dicuntur sensibilia commu-

nia per se tantum, per accidens tamen sentitur illud quod non infert passionem sensui, neque in quantum est sensus, neque in quantum est hic sensus, sed coniungitur his quae per se sensui inferunt passionem. Sicut Socrates & filius Diarij, & amicus, & alia huiusmodi quae per se cognoscuntur in vniuersali intellectu, in particulari autem virtute cogitativa in homine, estimatiua autem in alijs animalibus. Huiusmodi autem tunc sensus exterior dicitur sentire quamuis per accidens, quando ex eo quod per se sentitur vis apprehensua, cuius est illud cognitum: per se cognoscere statim & sine dubitatione & sine discursu apprehendit: sicut videmus aliquem viuere ex hoc quod loquitur: quando autem aliter se habet, non dicitur illud sensus videre etiam per accidens. Dico ergo quod Deus nullo modo potest videri visu corporali, aut aliquo alio sensui sensui, sicut per se visibile, nec hic, nec in patria: quia si a sensu remoueatur id quod conuenit sensui in quantum est sensus, non erit sensus. Et similiter si a visu remoueatur illud quod est visus in quantum est visus, non erit visus. Cum ergo sensus in quantum est sensus percipiat magnitudinem, & visus in quantum est talis sensus percipiat colorem, impossibile est quod visus percipiat aliquid quod non est color nec magnitudo, nisi sensus diceretur aequiuocè. Cum ergo visus & sensus sit futurus idem specie incorpore glorioso, non poterit esse quod diuinam essentiam videat sicut visibile per se. Videbit autem eam sicut visibile per accidens, dum ex parte visus corporalis tantam gloriam Dei inspiciet in corporibus, & praecipue gloriosis, & maxime in corpore Christi: & ex parte aliam intellectus tam clarè eum videbit quod in rebus corporalibus visus deus percipitur: sicut in locutione percipitur vita: quamuis enim intellectus noster non videat eum ex creaturis: tamen videbit eum in creaturis corporaliter visis. Et hunc modum quod deus corporaliter possit videri August. ponit in fine de Ciuitate dei, ut patet eius verba intuenti: dicit enim sic, *Valde credibile est si nos visuros mundana corpora tunc caelinouit & terrae nouae, ut deum ubique presentem & vniuersa corporalia gubernantem*

rem clarissima perspicuitate videamus, non sicut nunc inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sed sicut homines mox ut aspiciunt vivere, non credimus sed videmus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum illud Iob intelligitur de oculo spirituali, de quo dicit Apostolus Ephes. 1. Illuminatos habere oculos cordis nostri.

AD SECVNDVM dicendum, quod illa auctoritas non intelligitur quod per oculos carnis Deum sumus visuri, sed quia in carne existentes Deum videbimus.

AD TERTIVM dicendum, quod August. loquitur inquirendo in verbis illis & subconditione, quod patet ex hoc quod praemittitur: loque itaque alterius potentia erunt, si per eos videbitur incorporea illa natura: & postea subdit, Vis itaque, &c. Postmodum determinat, ut dictum est.

AD QVARTVM dicendum, quod omnis cognitio fit per aliquam abstractionem a materia, & ideo quanto forma corporalis magis abstrahitur a materia, magis est principium cognitionis, & inde est quod in materia existens nullo modo est cognitionis principium. In sensu autem aliquo modo prout a materia separatur, & in intellectu nostro adhuc melius: & ideo oculus spiritualis a quo remouetur impedimentum cognitionis: potest videre rem corporalem: non autem sequitur quod oculus corporalis in quo deficit vis cognitiua secundum quod participat de materia, possit cognoscere perfecte cognoscibilia quae sunt in corpore.

AD QVINTVM dicendum, quod quantumvis mens facta carnalis, non possit cogitare nisi accepta a sensibus, tamen ea cogitat immaterialiter. & similiter oportet quod visus illud quod apprehendit semper apprehendat corporaliter. Vnde non potest cognoscere illa quae corporaliter apprehendi non possunt.

AD SEXTVM dicendum, quod beatitudo est perfectio hominis in quantum est homo: quia homo non habet quod sit homo ex corpore, sed magis ex anima: corpora autem sunt de essentia hominum in quantum sunt perfecta per animam: ideo beatitudo hominis non consistit prin-

cipaliter nisi in anima actu, & ex ea derivatur ad corpus per quandam redundantiam: sicut pater ex his quae dicta sunt. Quaedam tamen beatitudo corporis nostrerit in quantum Deum vidit in sensibilibus creaturis, & praecipue in corpore Christi.

AD SEPTIMVM dicendum, quod intellectus est perceptiuus spiritualium, non autem visus corporalis: & ideo intellectus poterit cognoscere diuinam essentiam sibi coniunctam, non autem visus corporalis.

Articul. tertius.

Vtrum sancti Deum videtes omnia videant quae Deus videt?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod sancti videntes Deum per essentiam omnia videant quae Deus in seipso videt: sicut Isidorus in libro de Symone bono, dicit: Angeli in verbo Dei omnia sciunt antequam fiant: sed sancti angelique aequales erunt, ut patet Matthaei 22. ergo & sancti videndo Deum omnia vident.

PRÆTEREA, Gregorius 4. Dialog. dicit quod illic omnes communi claritate Deum conspiciunt: quid est quod ibi nesciant, ubi scientiam omnia sciunt: loquitur autem de beatis qui Deum vident per essentiam: ergo qui vident Deum per essentiam, omnia cognoscunt.

PRÆTEREA, sicut dicitur in tertio de Anima, Intellectus quum intelligit maximam, magis potest intelligere minimam: sed maxime intelligibile est deus, ergo maxime auget virtutem intellectus in intelligendo: ergo intellectus eum videns, omnia intelligit.

PRÆTEREA, intellectus non impeditur ab intelligendo aliquid nisi in quantum id superat ipsum. Sed intellectum deum videntem nulla creatura superat, quia dicit Gregorius in secundo dialogo. Anima videnti Creatori angusta fit omnis creatura: ergo videntes deum per essentiam, omnia cognoscunt.

PRÆT

PRÆTEREA, omnis passiva potentia quando est reducta ad actum est imperfecta, sed in intellectu possibili anima humana est potentia quasi passiva ad cognoscendum omnia, quia intellectus possibilis est quo est omnia fieri, ut dicitur in 3. de anima: si ergo in illa beatitudine non intelligeret omnia, remaneret imperfectus, quod est absurdum.

PRÆTEREA, quicumque videt speculum videt ea quae in speculo resultant: sed in verbo Dei omnia sicut in speculo resultant: quia ipse est ratio & similitudo omnium: ergo sancti qui videt verbum per essentiam, videt omnia creatura.

PRÆTEREA, ut dicitur Proverbior. 12. Desiderium suum iustus dabitur, sed sancti desiderant omnia scire: quia omnes homines natura scire desiderant, & natura per gloriam non aufertur: ergo dabitur eis a Deo quod omnia cognoscant.

PRÆTEREA, ignorantia est quadam penalitas praesentis vitae: sed omnis penalitas per gloriam a sanctis aufertur, ergo & omnis ignorantia, & ita omnia cognoscunt.

PRÆTEREA, beatitudo sanctorum per prius est in anima quam in corpore: sed corpora sanctorum formabuntur in gloria ad similitudinem corporis Christi, ut patet Philip 3. ergo & anima perficientur ad similitudinem anima Christi: sed anima Christi in verbo omnia videt, ergo & omnes anima sanctorum videbunt omnia in verbo.

PRÆTEREA, sicut sensus, ita intellectus cognoscit omne illud cuius similitudine informatur: sed diuina essentia expressius indicat quilibet rem quam aliqua similitudo alicuius rei: ergo cum in illa beata visione essentia diuina fiat quasi forma intellectus nostri, videtur quod sancti videntes Deum omnia videant.

PRÆTEREA, Comment. dicit in 3. de anima, quod si intellectus a genere esset forma intellectus possibilis, intelligeremus omnia: sed diuina essentia clarius representat omnia quam intellectus agens, ergo intellectus videns Deum per essentiam omnia cognoscit.

PRÆTEREA, propter hoc quod inferiores angeli nunc non omnia cognoscunt, illuminantur de ignorantibus superioribus: sed post diem

iudicij angelus non illuminabit angelum: tunc enim praeratio cessabit, ut dicit glossa. 1. Cor. 15. ergo inferiores angeli omnia scient, & eadem ratione omnes sancti Deum per essentiam videntes. **SED** contra, sicut dicit Dionys. in 6. caelestis Hierarchia, angeli superiores inferiores a nescientia purgant: angeli autem inferiores videt essentiam diuinam, ergo angelus videns essentiam diuinam potest aliqua nescire: sed anima non perfectius videbit Deum quam angelus, ergo anima videntes Deum, non oportet quod omnia videant.

PRÆTEREA, solus Christus habet spiritum non ad mensuram, ut dicitur Ioan. 3. sed Christo in quantum habet spiritum non ad mensuram, competit quod in verbo omnia cognoscatur: unde ibidem dicitur quod pater omnia dedit in manu eius, ergo nulli alij competitu cognoscere omnia in verbo nisi Christo.

PRÆTEREA, quanto aliquot principium perfectius cognoscitur, tanto plures eius effectus cognoscuntur per ipsum: sed quidam videntur Deum per essentiam perfectius alijs cognoscere, quae est rerum omnium principium: ergo quidam alijs plura cognoscet. & ita non omnia scient.

RESPONDEO dicendum, quod Deus videndo suam essentiam cognoscit omnia quae sunt, viderunt, vel fuerunt, & hac dicitur cognoscere notitia visionis: quia ad similitudinem visionis corporalis cognoscit ea quasi praesentia. Cognoscit in super videndo suam essentiam omnia quae potest facere, quamuis nunquam fecerit, nec facturum sit, alius, non perfecte cognoscet potentiam suam. Non enim potest cognosci potentia, nisi sciatur potentiae obiecta, & hac dicitur cognoscere scientia vel notitia simplicis intelligentiae. Impossibile est autem quod aliquis intellectus creatus cognoscat omnia videndo diuinam essentiam, quae Deus potest facere: quia quanto aliquod principium perfectius cognoscitur, tanto plura sciuntur in illo. Sicut in vno demonstrationis principio, ille qui est perspicacior ingenij, plures conclusiones videt quam alius qui est ingenij tardior: cum ergo quantitas potentiae diuinae attendatur secundum eam qua potest, si aliquis intellectus videret in diuina essentia omnia quae Deus potest

test facere, eadem esset quantitas perfectionis in intelligendo quæ est quantitas diuinæ potentie in producendo effectus, & ita comprehenderet diuinam essentiam, quod est impossibile omni creato intellectui. Illa autem omnia quæ Deus scit notitia visionis, aliquis intellectus creatus cognoscit in verbo, s. anima Christi. Sed de alijs videntibus diuinam essentiam duplex est opinio. Quidam enim dicunt quod omnes videntes Deum per essentiam videt omnia quæ Deus videt scientia visionis. Sed hoc repugnat sanctorum dictis qui penunt angelos aliqua ignorare, quostamen constat secundum fidem omnes Deum per essentiam videre. Et ideo alij dicunt, quod alij a Christo quamuis videant Deum per essentiam, non tamen omnia videt quæ Deus videt, eo quod essentiam diuinam non comprehendunt. Non est enim necessarium quod sciens causam sciat omnes eius effectus nisi causam comprehendat, quod non competit intellectui creato. Et ideo unusquisque videntium Deum per essentiam tanto plura in eius essentia conspicit, quanto clarius diuinam essentiam intuetur. Et inde est quod de his potest unus alium instruere, & sic scientia angelorum & animarum sanctarum potest augeri usque ad diem iudicij: sicut & alia quæ ad premium accedente pertinet, sed ulterius non proficiet: quia tunc erit ultimus status rerum, & in illo statu possibile est quod omnes omnia cognoscant quæ Deus scientia visionis nouit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc quod Isidorus dicit quod angeli sciunt in verbo omnia antequam fiant, non potest referri ad ea quæ Deus scit scientia simplicis intelligentie tantum, quia illa nunquam fiunt: sed referendum est ad ea tantum quæ Deus scit scientia visionis: de quibus etiam non dicit quod omnes angeli ea omnia cognoscant, sed forte aliqui, & illi qui cognoscunt non perfecte cognoscunt omnia. In una enim re est multas rationes intelligibiles considerare: sicut diuersas eius proprietates & habitudines ad res alias: & possibile est quod eadem re scita a duobus communiter unus alio plures rationes percipiat. Vnde & Dionysius dicit 4. cap. de diu. no. quod inferio-

res angeli docentur a superioribus rerum scibiles rationes: & ideo etiam angeli qui omnes creaturas cognoscunt, non oportet quod omnia quæ in eis intelligi possunt percipiant.

AD SECVNDVM dicendum, quod ex verbo illo Gregorij ostenditur quod in illa beata visione est sufficientia ad omnia intuenda ex parte diuinæ essentia quæ est medium quod videtur, per quam deus omnia videt, sed quod non omnia videatur est ex defectu intellectus creati qui diuinam essentiam non comprehendit.

AD TERTIVM dicendum, quod intellectus creatus non videt diuinam essentiam secundum modum ipsius essentia, sed secundum proprium modum qui finitus est: unde non oportet quod eius efficacia in cognoscendo ex visione prædicta amplietur in infinitum ad omnia cognoscenda.

AD QVARTVM dicendum, quod defectus cognitionis non solum procedit ex excessu cognoscibilis super intellectum, sed etiam ex hoc quod intellectu non coniungitur id quod est ratio cognoscibilis: sicut visus non videt lapidem quandoque ex hoc quod species lapidis non est ei coniuncta: quamuis autem intellectui videntis Deum coniungatur ipsa diuinæ essentia quæ est omnium ratio, non tamen coniungitur ei propter est omnium ratio, sed secundum quod est ratio aliquorum, & tamen plurimum quanto quisque plenius diuinam essentiam intuetur.

AD QVINTVM dicendum, quod quando potentia passiva est perfectibilis pluribus perfectionibus ordinarijs, si perfecta sit ultima perfectione sua, non dicitur imperfecta etiam si aliqua dispositiones præcedentes ei desint. Omnis enim cognitio qua intellectus creatus perficitur, ordinatur sicut ad finem ad deicognitionem: unde videns Deum per essentiam, etiam si nihil aliud cognosceret perfectum intellectum haberet, nec est perfectio ex hoc quia aliquid aliud cum ipso cognoscit, nisi quatenus ipsum plenius videt. Vnde Augustinus in 5. Confess. Insuper homo qui scit omnia illa creata, se autem nescit: beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui vero te & illa nouit, non propter illa beator, sed propter te tantum beatus.

AD SEX

AD SEXTVM dicendum, quod speculum illud est voluntarium, & sicut ostendit se cui vult, ita in se ostendit quæ vult: nec est simile de speculo materiali in cuius potestate non est quod videatur vel non videatur. Vel dicendum quod in speculo materiali tam res quæ speculo videtur sub propria forma, quamuis speculum illud videatur per formam a te receptam: lapis vero per propriam formam resultantem in re alia. & ideo propter quam ratione cognoscitur unum, & aliud. Sed in speculo increato videtur aliquid per formam ipsius speculi, sicut effectus videtur per similitudinem causæ, & è contrario: & ideo non oportet quod quicumque videt speculum æternum, videat omnia quæ in speculo resultant: non enim necesse est quod videns causam videat omnes effectus eius nisi comprehendat causam.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sanctorum desiderium quo omnia scire desiderant, implebitur ex hoc solum quod Deum videbunt, sicut desiderium eorum quo omnia bona habere cupiunt, complebitur in hoc quod Deum habebunt. Sic enim Deus in hoc quod habet perfectam bonitatem sufficit affectui, & eo habito omnia bona habentur quodammodo, ita eius visio sufficit intellectui Ioan. 14. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

AD OCTAVVM dicendum, quod ignorantia proprie accepta priuationem sonat, & sic pena est: sic enim ignorantia est nescientia aliquorum quæ sciri debet, vel quæ necesse est scire, nullius autem horum scientia sanctis deerit in patria: quandoque autem ignorantia communiter accipitur pro omnium nescientia, & sic angeli et sancti in patria quadam ignorabunt. Vnde Dionysius dicit quod angeli à nescientia purgantur: sic autem ignorantia non est penalitas, sed defectus quidam: nec est necesse quod omnium alius defectus per gloriam auferatur, sic enim etiam posset dici quod defectus esset in Papa Lino, qui non peruenit ad gloriam Petri.

AD NONVM dicendum, quod corpus nostrum conformabitur corpori Christi in gloria secundum similitudinem non secundum equalitatem: erit enim clarum sicut et corpus Christi, sed non equaliter. Et similiter anima nostra habebit gloriam ad similitudinem anime Christi, sed non ad equalitatem: et ita habebit scientiam sicut anima Christi, sed non tantam, ut sciat omnia sicut anima Christi.

AD DECIMVM dicendum, quod quamuis essentia diuina sit ratio omnium cognoscibilium, non tamen coniugetur cuilibet intellectu creato secundum quod est ratio omnium, et ideo ratio non sequitur.

AD VNDECIMVM dicendum, quod intellectus agens est forma proportionata intellectui possibili: sicut & potentia materia est proportio nata potentia agentis naturalis, ut oë quod est in potentia passiva materia & intellectus possibilis sit in potentia actiuæ: intellectus agens, vel naturalis agens, & ideo si intellectus agens forma fiat intellectus possibilis, oportet quod intellectus possibilis cognoscat omnia ad quæ se extendit virtus intellectus agentis: diuina autem essentia non est forma hoc modo nostro intellectui proportionata: & ideo non est simile.

AD DODECIMVM dicendum, quod nihil prohibet dicere quod post diem iudicij, quando gloria hominum & angelorum erit penitus consummata, quod oës beati sciant omnia quæ Deus scientia visionis nouit, ita tamen quod non oës omnia videant in essentia diuina: sed anima Christi ibi plene videbit omnia sicut & nunc videt. Alij autem videbunt ibi plura vel pauciora secundum gradum quo Deum cognoscet, & sic anima Christi de his quæ præ alijs videt in verbo, omnes alias illuminabit. Vnde dicitur Apoc. 21. quod claritas Dei illuminat civitatem Hierusalem, & lucerna eius est agnus. Et similiter alij superiores illuminabunt inferiores, non quidem noua illuminatione ut scientia inferiorum per hoc augeatur, sed quadam continuatione illuminationis, sicut si intelligatur quod sol quiescens illuminat aerem: & ideo dicitur Dan. 12. quod qui ad iustitiam eruditus plurimos fulgebunt quasi stelle in perpetuas æternitates. Prælatio autem ordinum dicitur cessatura quantum ad ea quæ nunc circa nos per eorum ordinata ministeria exercetur, ut patet per gloss. ibidem.

Questio 95.

De sanctorum beatitudine & eorum mansionibus.

DEINDE considerandum est de sanctorum beatitudine & eorum mansionibus.

Circa quod queruntur tria.

Primo, utrum sanctorum beatitudo augeatur
non post

post iudicium.
 Secundo, utrum gradus beatitudinis appellentur mansiones.
 Tertio, utrum diuersae mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis.

Articu. primus.

Utrum beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium quam ante.

Tho. 4: dist. 49. q. 1. ar. 4. q. 1. et seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod beatitudo sanctorum non sit maior futura post iudicium quam ante. Quia, n. aliquid magis accedit ad similitudinem diuinam, tanto perfectius beatitudinem participat: sed anima a corpore separata Deo similior est quam corpori coniuncta: ergo maior est beatitudo ante corporis resurrectionem quam post.

PRÆTEREA, virtus unita est magis potens quam multiplicata: sed anima extra corpus est magis unita quam cum est corpori coniuncta: ergo virtus est maior ad operandum, et ita perfectius beatitudinem participat quam in actu consistit: **PRÆTEREA**, beatitudo consistit in actu intellectus speculatiui: sed intellectus in suo actu non virtus organo corporali, et sic corpus resumptum non efficiet ut anima perfectius intelligat, ergo beatitudo ante non erit maior post resurrectionem. **PRÆTEREA**, infinito non potest esse aliquid maius, et ita infinitum cum aliquo finito non sunt maius quam infinitum ipsum: sed anima beata ante corporis resurrectionem beatitudinem habet de hoc quod gaudet de bono infinito, scilicet Deo: post resurrectionem autem corporis non habebit de alio gaudio nisi forte de gloria corporis, quae est quoddam bonum finitum: ergo gaudium eorum post corporis resurrectionem non erit maius quam ante.

SED contra est quod Apoc. 6. super illud, *Vidi sub altare animas interfectorum*. Et c. dicitur gloria. *Modo animae sanctorum sunt existeres sub*, id est, minori dignitate quam sint futura: ergo maior erit eorum beatitudo post mortem.

PRÆTEREA, sicut boni beatitudo redditur pro premio, ita et malis miseria: sed miseria malorum post resurrectionem corporum erit maior

quam ante: quia non solum in anima, sed in corpore punietur, ergo et beatitudo sanctorum erit maior post resurrectionem corporum quam ante. **RESPONDEO** dicendum, quod beatitudo sanctorum post resurrectionem augetur quidem ex se manifestum est, quia beatitudo tunc erit non solum in anima, sed etiam in corpore. Et etiam ipsius anima beatitudo augetur in se: inquam anima non solum gaudebit de bono proprio, sed etiam de bono corporis. Potest etiam dici quod ipsius anima beatitudo in se augetur: Corpus enim hominis dupliciter potest considerari: uno modo secundum quod est ab anima perfectibile: alio modo secundum quod est in eo aliquid repugnans animae in suis operationibus, prout non perfecte corpus per animam perficitur. Secundum autem primam considerationem corporis, consuetudo ipsius ad animam addit animam aliquam perfectionem: quia omnis pars imperfecta est, et completur in suo toto: unde et totum se habet ad partem ut forma ad materiam. Unde et anima perfectior est in esse suo naturali cum est in toto, scilicet in homine coniuncto ex anima et corpore quam tunc est per se separata. Sed unio corporis quam ad secundam ipsius considerationem impedit animam a perfectione. Unde dicitur quod corpus quod corrumpitur a grauat animam, et ap. 9. Si ergo a corpore remoueatut oia illud per quod anima aeterni resistit simpliciter, anima erit perfectior in corpore tali existens quam per se separata: quanto autem est perfectius in esse, tanto potest perfectius operari. Unde et operatio anima coniuncta tali corpori erit perfectior quam operatio anima separatae. Huiusmodi autem corpus est corpus gloriosum quod omnino subditur spiritui: unde cum beatitudo in operatione consistit, perfectior erit beatitudo anima post resurrectionem corporis, quam ante. Sicut enim anima separata a corpore corruptibili, perfectius potest operari quam coniuncta, ita postquam fuerit coniuncta corpori glorioso, perfectior est eius operatio quam quando erat separata. Oportet autem imperfectum appetitum suam perfectionem: et ideo anima separata naturaliter appetit corporis coniunctionem, et propter hunc appetitum ex imperfectione procedens eius operatio qua in Deum fertur est minus intensa. Et hoc est quod dicit Hier. quod ex appetitu corporis retardatur ne tota intentione pergat in illud summum bonum. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod anima

coniuncta

coniuncta corpori glorioso est magis deo similis quam ab eo separata, inquam coniuncta habet esse perfectius. Quanto enim est aliquid perfectius, tanto est deo similis: sicut cor cuius vita perfectio in motu consistit est deo similior quando mouetur quam quando quiescit, quamuis Deus nunquam moueatur. **AD SECUNDVM** dicendum, quod virtus qua de sua natura habet quod sit in materia, magis est potens in materia existens quam a materia separata, quamuis absolute loquendo virtus a materia separata sit potentior.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis in actu intelligendi anima corpore non virtus: tamen perfectio corporis quodammodo ad perfectionem operis intellectualis cooperabitur, in quantum ex coniunctione corporis gloriosi anima erit in natura perfectior, et per consequens in operatione efficacior, et secundum hoc ipsum bonum corporis cooperabitur quasi instrumentaliter ad operationem in qua beatitudo consistit: sicut etiam Philosophus ponit in 1. Ethic. quod bona exteriora cooperantur instrumentaliter ad felicitatem viam.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis finitum infinito additum non faciat maius, tamen est plus: quia finitum et infinitum sunt duo, cum infinitum per se acceptum sit unum: extensio autem gaudij non respicit maius, sed plus. Unde ex se augetur gaudium secundum quod est de Deo et de gloria corporis respectu gaudij quod erat de Deo, gloria autem corporis operabitur ad gaudij intensiorem quod est de Deo, inquam cooperabitur ad perfectionem operationum qua anima in Deum fertur. Quanto enim operatio conueniens fuerit perfectior, tanto delectatio erit maior, ut patet ex hoc quod dicitur 4. Ethicorum.

Articu. secundus

Utrum beatitudinis gradus mansiones dici debeant?

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod beatitudinis gradus mansiones dici non debent. Beatitudo enim importat rationem praemij, sed mansio nihil significat quod ad praemium pertineat: ergo diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

PRÆTEREA, mansio loci significare videtur: sed locus quo sancti beatificabuntur non est corporalis sed spiritualis, scilicet Deus qui vnus est: ergo non est nisi vna mansio, et ita diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

PRÆTEREA, sicut in patria erunt homines diuersorum meritorum, ita nunc sunt in purgatorio, et in limbo patrum fuerunt: sed in purgatorio et limbo non distinguuntur mansiones: ergo similiter nec in patria.

SED contra est quod dicitur Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multae sunt. Et c. quod August. exponit de varijs gradibus praemiorum. **PRÆTEREA**, in qualibet ciuitate est ordinata mansio: sed coelestis patriae ciuitati comparatur, ut patet Apoc. 21. ergo oportet ibi diuersas mansiones distinguere secundum diuersos beatitudinis gradus.

RESPONDEO dicendum, quod motus localis est prior omnium aliorum motuum: ideo secundum Philosophum nomen motus, et distantiae, et omni huiusmodi, derivatum est a motu locali ad oia alios motus: finis autem motus localis est terminus, ad quem cum aliquis peruenit ibi manet quiescens et in eo conseruatur: et ideo in quolibet motu ipsam quietem in fine motus dicimus collocationem vel mansionem: et ideo cum nomen motus derivetur vsq. in actum appetitus et voluntatis, ipsa affectio finis appetitiui motus dicitur mansio aut collocatio in fine, et ideo diuersi modi consequendi finem vltimum, diuersae mansiones dicuntur, ut sic vnitas domus respondeat vniuersitati beatitudinis quae est ex parte obiecti, et pluralitas mansionum respondeat differentiis quae in beatitudine inueniuntur ex parte beatorum: sicut etiam videmus in rebus naturalibus quod est idem locus sursum ad quem tendunt omnia leuia: sed vnum quodq. pertingit propinquius secundum quod est leuius, et ita habent diuersas mansiones secundum differentiam leuitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mansio importat rationem finis, et per consequens rationem praemij quod est finis meriti.

AD SECUNDVM dicendum, quod quamuis sit vnus locus spiritualis, tamen diuersi sunt gradus appropinquandi ad locum illum, et secundum hoc construuntur diuersae mansiones.

non ij AD TER

AD TERTIVM dicendū, quod illi qui erant in limbo, vel nunc sunt in purgatorio nondum perueniunt ad suum finem. Et ideo in purgatorio vel in limbo non distinguuntur mansiones sed solum in paradiso & in inferno ubi est finis bonorum & malorum.

Articul. tertius.

Vtrū diuersę mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod diuersę mansiones nō distinguantur penes diuersos gradus charitatis. Quia

Matth. 25. dicitur: Dedit unicuique secundum propriam virtutē propria autē vniuscuiusque virtus est eius vis naturalis, ergo & dona gratiæ & gloriæ distribuuntur secundū diuersos gradus virtutis naturalis.

PRÆTEREA, in Psal. dicitur: Tu reddes unicuique secundū opera sua: sed illud quod redditur est beatitudinis mensura, ergo gradus beatitudinis distinguuntur secundum diuersitatem operum, & nō secundū diuersitatem charitatis.

PRÆTEREA, premiū debetur actui et nō habuit: unde fortissimi nō coronantur, sed agonizantes, ut patet Ethic. 1. & 2. 1. im. 2. Nō coronabitur nisi qui legitime certauerit: sed beatitudo est premiū, ergo diuersi gradus beatitudinis erunt secundum diuersos gradus operum, & nō secundum diuersos charitatis gradus.

SED contrā est, quod quanto aliquis est Deo magis coniunctus, tanto erit beator: sed secundum modum charitatis est modus coniunctionis ad Deum, ergo secundū differentiam charitatis erit & diuersitas beatitudinis.

PRÆTEREA, si simpliciter sequitur ad simpliciter, & magis ad magis: sed habere beatitudinem sequitur ad habere charitatem, ergo & habere maiorem beatitudinem sequitur ad habere maiorem charitatem.

RESPONDEO dicendū, quod principii distinctionis mansionū siue gradū beatitudinis est duplex, scilicet propinquū & remotū. Propinquū est diuersa dispositio quæ erit in beatis, ex qua cōtingit diuersitas perfectiōnis apud cōs in operatiōe

beatitudinis, sed principii remotū est meritum quo talem beatitudinem consequuti sunt. Primo autem distinguuntur mansiones secundum charitatem patriæ, quæ quanto in aliquo erit perfectior, tanto cum reddet capaciore diuinæ charitatis secundum cuius augmentum augetur perfectio visionis diuinæ. Secundo vero modo distinguuntur mansiones secundū charitatem viæ. Actus noster non habet quod sit meritorius ex ipsa substantia, sed solū ex habitu virtutis quo informatur: ius autē merēdi in omnibus virtutibus est ex charitate quæ habet ipsum finem pro obiecto: & ideo diuersitas in merēdo tota reuertitur ad diuersitatem charitatis, & sic charitas viæ distinguet mansiones per modū meriti. **A**D PRIMVM ergo dicendū, quod virtus ibi nō accipitur solū pro naturali capacitate, sed pro naturali capacitate simul cū conatu ad habendam gratiā: & virtus hoc modo accepta erit quasi materialis dispositio ad mensurā gratiæ & gloriæ suscipiendā: sed charitas est formaliter cōplēs gloriæ ad meritū: et ideo distinctio gradus in gloria accipitur penes gradus charitatis potius quā penes gradus virtutis predictæ. **A**D SECVNDVM dicendum, quod opera non habent quod eis retributio gloriæ reddatur, nisi in quantum sunt charitate informata: & ideo secundum diuersos charitatis gradus erunt diuersi gradus in gloria.

AD tertium dicendū, quod quāuis habitus charitatis vel cuiuscūque virtutis nō sit meritū cui debetur premiū, est tamē principii et tota ratio merēdi in actu charitatis: et ideo secundū eius diuersitatem premia distinguuntur, quāuis etiam ex ipso genere actus possit aliquis gradus in merēdo cōsiderari: nō quidē respectu premiū est cōsialis quod est gaudiū de deo, sed respectu alicuius accidentalis premiū quod est gaudiū de aliquo bono creato.

Quæstio 96.

De modo quo sancti se habebunt erga damnatos.

DEINDE considerandum est de modo quo sancti habebunt erga damnatos.

Circa

Circa quod queruntur tria. Primo, vtrum sancti pœnas dānatorū videant. Secundo, vtrum eis compatiantur. Tercio, vtrum eorum pœnis latentur.

Articu. primus.

Vtrum beati qui erunt in patria videbunt pœnas damnatorum?

Tho. 4. dist. 50. q. 2. ar. 4. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod beati qui erunt in patria non videant pœnas dānatorū, maior. n. est distantia dānatorū à beatis quā viatorū: sed viatorū facta non videt, unde Isa. 19. Abrahā nesciuit nos: dicit glos. nesciunt mortui etiam sancti quid faciunt viui etiam eorum filij, ergo multo minus vident pœnas damnatorum.

PRÆTEREA, perfectio visionis dependet à perfectione visibilis: unde Philosophus dicit 10. Ethic. quod perfectissima sensus operatio est sensus maxime dispositi ad pulcherrimum sub visu cadentis: ergo è contrario turpitudine visibilis redudat in imperfectione visionis. Sed imperfecto nulla erit in beatis, ergo non videbunt miserias dānatorū, in quibus est summa turpitudine. **S**ED contrā est quod dicitur Isa. 64. Egre dierunt & videbunt cadauera virorū qui prauaricati sunt in me: glos. electi egredientur in intelligentia vel visione manifesta, ut ad laudem Dei magis accendantur.

RESPONDEO dicendū, quod beatis nihil subtrahi debet quod ad perfectionem beatitudinis eorum pertineat. Vnū quodq; autē ex cōparatione contrarij magis cognoscitur: quia cōtraria iuxta se posita magis elucescunt, & ideo ut beatitudo sanctorum eis magis compareat, & de ea veriores gratias Deo agāt, datur eis ut pœnam impiorum perfecti videant.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod glos. illa loquitur de sanctis mortuis secundū possibilitatem nature. Non. n. oportet ut naturali cognitione cognoscāt omnia quæ erga viuos aguntur: sed sancti qui sunt in patria oīa clarè cognoscunt quæ aguntur apud viatores, et apud dāna-

tos. Vnde Greg. dicit 12. lib. mor. de animabus sanctis sentiendū nō est, scilicet quod Iob dicit, siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, nesciet, etc. quia intus habent Dei claritatē, nullo modo credendū est quod sit aliquid foris quod ignoret. **A**D secundū dicendū, quod quāuis pulchritudo visibilis ad perfectionem faciat visionis visibilis, tamē turpitudine sine visionis imperfectione esse potest. Species. n. rerum in anima per quas contraria cognoscuntur, non sunt contrariæ: unde etiam Deus qui perfectissimā cognitionem habet, omnia pulchra & turpia videt.

Arti. secundus.

Vtrum beati compatiantur miserijs damnatorum?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod beati miserijs dānatorum cōpatientur. Cōpassio. n. ex charitate procedit: sed in beatis erit perfectissima charitas, ergo maxime miserijs damnatorum compatiuntur.

PRÆTEREA, beati nunquā erunt elōgati tantum à passione quantum Deus est: sed Deus quodammodo miserijs nostris cōpatiuntur, unde & misericors dicitur, & similiter angelij ergo beati compatiuntur miserijs damnatorum.

SED contrā, quicūque alicui cōpatitur, fit miseria eius quodammodo particeps: sed beati non possunt esse participes alicuius miserie, ergo miserijs damnatorum non compatiuntur.

RESPONDEO dicendū, quod misericordia vel compassio potest in aliquo inueniri dupliciter Vno modo per modū passionis: Alio modo per modū electionis. In beatis autē nō erit aliqua cōpassio in parte inferiori, nisi cōsequens electionem rationis: unde nō erit in eis cōpassio vel misericordia nisi secundū electionem rationis. Hoc modo autē ex electione rationis misericordia vel cōpassio nascitur. scilicet prout aliquis vult in alium alterius repelli: unde in illis quæ secundū rationem repellunt non volumus, cōpassionem talē non habemus. Peccatores autem quamdiu sunt in hoc mundo in tali statu sunt quod sine preiudicio diuinæ iustitiæ possunt in beatitudinem transferri à statu

statu miserie & peccati. & ideo beatorum compassio ad eos locum habet, & secundum electionem voluntatis, prout Deus, angeli, & beatis compati dicuntur & eorum salutem volendo, & secundum passionem, sicut compatiuntur eis homines boni in statu via existentes, sed in futuro non poterunt transferri a sua miseria: unde ad eorum miseras non debet esse compassio secundum electionem rectam: & ideo beati qui erunt in gloria nullam compassionem ad damnatos habebunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod charitas tunc est compassio principium quando possumus ex charitate velle remotionem miserie alicuius: sed sancti ex charitate hoc velle non possunt de damnatis cum diuina gratia repugnet, unde ratio non sequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod deus dicitur esse misericors in quantum subuenit illis quos secundum ordinem sapientie & iusticie sue conuenit a miseria liberari, non quod damnatorum miseretur, nisi forte puniendo citra condignum.

Articu. tertius.

Vtrum beati latentur de poenis impiorum?

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod beati non latentur de poenis impiorum, Latari enim de malo alicuius ad odium pertinet: sed in beatis nullum erit odium, ergo non latentur de miserijs damnatorum.

PRÆTEREA, beati in patria erunt Deo summe conformes: sed deus non delectatur in poenis nostris, ergo beati non delectabuntur in poenis damnatorum.

PRÆTEREA, illud quod est vituperabile in viatore, maxime est culpabile quod reficiatur alicuius poenis, et maxime laudabile ut de poenis dolcat: ergo beati nullo modo latentur de poenis impiorum. **SED** contra est quod in Psal. dicitur: Latabitur iustus cum viderit vindictam.

PRÆTEREA, Isa. vi. Erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni. Satietas autem refectio mentis designat, ergo beati gaudebunt de poenis impiorum.

RESPONDEO dicendum, quod aliquid potest esse materia gaudij dupliciter. Vno modo per se, quando scilicet de aliquo gaudetur in quantum huiusmodi, et sic sancti non latentur de poenis impiorum. Alio modo per accidens, id est ratione alicuius adiecti, et hoc modo sancti de poenis impiorum gaudebunt, considerando in eis diuinam gratie rectitudinem, & suam liberationem de qua gaudebunt, et sic diuina iusticia & sua liberatio erit per se causa gaudij beatorum, sed poena damnatorum per accidens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod latari de malo alterius in quantum huiusmodi, pertinet ad odium, non autem latari de malo alicuius ratione alicuius adiecti: sic autem aliquis de malo proprio latatur, sicut quum quis gaudet de proprijs afflictionibus secundum quod profunt ei ad meritum vite. **Iac. i.** Omne gaudium existimate fratres meum in tetationes varias incidetis.

AD SECUNDVM dicendum, quod quauis deus non delectetur in poenis in quantum huiusmodi, delectatur tamen in eis in quantum sunt per suam iusticiam ordinata.

AD TERTIVM dicendum, quod in viatore non est laudabile si delectetur de aliorum poenis secundum se, est tamen laudabile si delectetur de eis quantum habent aliquid boni annexum, tamen alia ratio est de viatore & comprehensione. Quia in viatore passionem frequenter insurgunt sine iudicio rationis, & tamen tales passionem interdum sunt laudabiles secundum quod bona dispositionem indicant: sicut patet de verecundia et misericordia, et poenitentia de malo: sed in comprehensoribus non potest esse passio nisi iudicium rationis consequens.

Questio 97.

De dotibus beatorum.

DEINDE considerandum est de dotibus beatorum.

Circa quod queruntur quinque.

Primo, vtrum beatis sint assignanda aliqua dotes.

Secundo, vtrum dos a beatitudine differat.

Tertio, vtrum Christi sint dotes.

Quarto, vtrum angelis.

Quinto, vtrum conuenienter assignentur dotes.

Artic. primus.

Vtrum

Vtrum ponenda sint aliqua dotes in hominibus beatis.

Tho. 4. dist. 49. q. 4. ar. 1. q. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non sint ponenda aliqua dotes in hominibus beatis: Dos enim secundum iura datur sponso ad sustinenda onera matrimonij: sed sancti non gerunt si pura sponsa, sed magis figuram sponsae in quantum sunt ecclesie membra: ergo eis dotes non dantur. **PRÆTEREA**, dotes non dantur secundum iura a patre sponsi, sed a patre sponsae: omnia autem bona beatitudinis dantur beatis a patre sponsi, scilicet Christi. **Iac. i.** Omne datum optimum & omne donum perfectum. &c. ergo huiusmodi dona quae beatis dantur non sunt dotes appellanda. **PRÆTEREA**, in matrimonio carnali datur ad facilius toleranda onera matrimonij: sed in matrimonio spiritali non sunt aliqua onera, maxime secundum statum ecclesie triumphantis: ergo non sunt ibi aliqua dotes assignanda.

PRÆTEREA, dotes non dantur nisi causa matrimonij: sed matrimonium spirituale contrahitur cum Christo per fidem secundum statum ecclesie militantis, ergo eadem ratione si beatis aliqua dotes conueniunt, conuenient etiam sanctis existens in via: sed istis non conueniunt, ergo nec beatis. **PRÆTEREA**, dotes ad bona exteriora pertinent quae dicuntur bona fortunae: sed praemia beatorum erunt de interioribus bonis, ergo non debent dotes nominari.

SED contra Ephes. 5. dicitur, Sacramentum hoc magnus est: dico autem in Christo & ecclesia: ex quo habetur quod spirituale matrimonium per carnale significatur: sed in carnali matrimonio sponsa dotata traducitur in domum sponsi, ergo cum sancti in domum Christi traducuntur cum beatificantur, videtur quod aliquibus dotibus dotentur.

PRÆTEREA, dotes in matrimonio corporali assignantur ad matrimonij solatium: sed matrimonium spirituale delectabilius est quam carnale: ergo eis sunt dotes maxime assignanda.

PRÆTEREA, ornamenta sponsarum ad dotes pertinent: sed sancti ornati in gloria traducuntur, ut dicitur Esa. 62. Induit me vestimentis salutis, & quasi sponsam ornata manibus

suis, ergo sancti in patria dotes habent.

RESPONDEO dicendum, quod absque dubio beatis quando in gloriam transferunt aliqua dona diuinitus dantur ad eorum ornatum, & hi ornatus a magisteris dotes sunt nominati. Unde datur quaedam definitio de dote, de qua nunc loquimur, tales, Dos est perpetuus animae & corporis ornatus vitae sufficientes in aeterna beatitudine iugiter perseverans. Et sumitur haec descriptio ad similitudinem dotis corporalis, per quam sponsa ornatur, & prouidetur viro unde possit sufficienter sponsam & liberos nutrire: & tamen in amissibiliter dos sponsae conseruatur ad eam separato matrimonio, sed de ratione nominum diuersi diuersimode opinantur. Quidam enim dicunt quod dos non accipitur ex similitudine ad matrimonium: corporale, sed secundum modum loquendi quomodo omnem perfectionem seu ornatum cuiuscumque hominis dotes nominamus. Sicut aliquis dicitur esse dotatus scientia qui scientia pollet. Et Cuius usus est nomine dotes dicitur: Et quacumque potes dote placere place. Quia quaedamque aliquid nomen est imposuit ad aliquid principaliter significandum, non conuenit ad alia transferri, nisi secundum aliquam similitudinem: unde cum secundum primam institutionem nominis dos ad carnale matrimonium pertineat, oportet quod in qualibet acceptione attendantur aliqua similitudo ad principale significatum: et ideo alij dicunt quod secundum hoc similitudo attenditur, quod dos proprie dicitur donum quod in matrimonio corporali datur sponso ex parte sponsi, quando ita ducitur in domum sponsi, ad ornatum sponsi pertinet: quod patet ex hoc quod dixit Sichel Jacobus filius eius Gen. 34. Augete dote, et munera postulato. Et Exo. 22. Si seduxerit quis virginem, dormieritque cum ea, dotabitur ea, et accipiet eam in uxorem. Unde et ornatus qui a Christo sanctis exhibetur, quando traducuntur in domum gloriae, dos nominatur. Sed hoc est manifeste contra id quod Iurista dicunt, ad quos pertinet de his tractare. Dicunt enim quod est dos proprie quaedam datio ex parte mulieris facta his qui sunt ex parte viri pro onere matrimonij quod sustinet. Vir, sed illud quod spiritus datur sponsae vocatur datio propter nuptias, et secundum hunc modum accipitur dos 4. Reg. 9. Vbi dicitur quod Pharaon rex Aegypti cepit Gazam, et dedit in dote filiae suae uxori Salomonis. Nec contra hoc faciunt auctori

tates inducta. Quia uis. n. dotes à patre puella consueuerunt assignari, tamen quandoq; conuenit quòd sponsus uel pater sponsi assignat dotes vice patris puellae: quod contingit dupliciter. Vel pro nimio affectu ad sponsam, sicut fuit Sichem qui uoluit assignare dotem quam debebat accipere propter uehementem amorem filij sui ad puellam: uel hoc in penam spòsi uel uirgini à se corruptae dotem de suo assignet, quod pater puellae debuerat assignare: Et in hoc casu loquitur Moyses in auctoritate inducta. Et ideo secundum alios dicendum est, quòd dos in matrimonio corporali propriè dicitur quòd datur ab his qui sunt ex parte mulieris, his autem qui sunt ex parte uiri ad sustentanda onera matrimonij, ut dictum est. Sed tunc remanet difficultas quomodo hic assignatio possit adaptari ad propositum, quum ornatus qui sunt in beatitudine dentur sponsae spirituali à parte sponsi, quod manifestabitur respondendo ad argumenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dotes quamuis assignentur sponso in carnali matrimonio ad usum, tamen proprietates & dominium pertinent ad sponsam: quòd patet ex hoc quòd soluto matrimonio dos remanet spòse secundum iura. Et sic in matrimonio spirituali ipsi ornatus qui spòse spirituali datur s. ecclesiae in suis membris, sunt quidem ipsius sponsi, in quantum ad eius gloriam & honorem cedunt, sed sponsae in quantum per eas ornatur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd pater sponsi, s. Christi, est sola persona patris, pater autem sponsae est tota Trinitas, effectus autem in creaturis ad totam Trinitatem pertinet. Unde huiusmodi dotes in spirituali matrimonio propriè loquendo, magis dantur à patre sponsae quam à patre sponsi. Sed tamen haec collatio quòd ab omnibus personis fiat, singulis personis potest appropriari per aliquem modum. Personae quidem patris ut danti, quia in ipso est auctoritas, ei etiam paternitas respectu creaturae appropriatur, ut sic idem sit pater sponsi & sponsae, filio uero appropriatur in quantum propter ipsum dantur. Sed spiritui sancto in quantum in ipso & secundum ipsum dantur, amor enim est communis dationis ratio.

AD TERTIVM dicendum, quòd dotes per se conuenit illud quod per dotes efficitur, s. solatium matrimonij, sed per accidens illud quod per eas remouetur, s. onus matrimonij, quod per eas leuigatur. Sicut gratia conuenit per se facere iustum, sed per accidens quòd de impio faciat iustum. Quamuis enim in matrimonio spirituali non sint aliqua onera, est tamen ibi summa iucunditas: Et ad hanc perficiendam iucunditatem dotes sponsae conferuntur, ut, s. delectabiliter per eas sponso coniungatur.

AD QVARTVM dicendum, quòd dotes non consueuerunt assignari sponsae quando desponsatur, sed quando in domum sponsi traducitur, ut praesentialiter sponsum habeat: quòd diu enim in hac uita sumus, peregrinamur à domino. 2. Cor. 5. Et ideo dona quae sanctis in hac uita conferuntur, non dicuntur dotes, sed illa quae conferuntur eis quando transferuntur ad gloriam, in qua spòso praesentialiter perfruuntur.

AD QVINTVM dicendum, quòd in spirituali matrimonio interior decor requiritur, ut in Psal. Omnis gloria eius filiae regis ab intus, &c. sed in matrimonio corporali requiritur decor exterior: unde non oportet quòd dotes huiusmodi assignentur in matrimonio spirituali sicut assignantur in corporali.

Artic. secundus.

Utrum dos sit idè quod beatitudo?



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd dos sit idè quod beatitudo. Ut enim ex definitione dotis praedicta patet, Dos est ornatus corporis & animae in aeterna beatitudine iugiter perseverans: sed beatitudo animae est quidam ornatus eius: ergo beatitudo est dos.

PRÆTEREA, dos dicitur illud per quod sponsa delectabiliter sponso coniungitur: sed in spirituali matrimonio beatitudo est huiusmodi, ergo beatitudo est dos.

PRÆTEREA, visio secundum Augustinum est tota substantia beatitudinis: sed visio ponitur una de dotibus: ergo beatitudo est dos.

PRÆT

PRÆTEREA, fructio beatum facit: fructio autem est dos: ergo dos facit beatum, & sic beatitudo est dos.

PRÆTEREA, secundum Boetium in lib. de conso. Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus: sed status beatorum perficitur ex dotibus: ergo dotes sunt beatitudinis partes,

SED contra, dos datur sine meritis: sed beatitudo non datur, sed redditur: ergo beatitudo non est dos.

PRÆTEREA, beatitudo est una tantum, dotes uero sunt plures: ergo beatitudo non est dos. PRÆTEREA, beatitudo inest homini secundum id quòd est potissimum in eo, ut dicitur 1. Ethico. sed dos etiam in corpore ponitur: ergo dos & beatitudo non sunt idem.

RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd beatitudo & dos sunt idem re, sed differunt ratione. Quia dos respicit spirituale matrimonium, quod est inter Christum & animam, non autem beatitudo. Sed hoc non potest esse, ut uidetur, cum beatitudo in operatione consistat: dos autem non sit operatio, sed magis sit qualitas uel dispositio quaedam. Et ideo secundum alios dicendum, quòd beatitudo & dos realiter differunt, ut beatitudo dicatur ipsa operatio perfecta, qua anima beata Deo coniungitur: sed dotes dicuntur habitus uel dispositiones, uel quaecumq; aliae qualitates quae ordinantur ad huiusmodi perfectam dispositionem uel operationem, ut sic dotes ordinantur ad beatitudinem magis quam sint in beatitudine ut partes eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo propriè loquendo non est animae ornatus, sed est aliquid quod ex ornatu animae prouenit, cum sit operatio quaedam: ornatus uero dicitur aliquis decor ipsius beati.

AD SECVNDVM dicendum, quòd beatitudo non ordinatur ad coniunctionem, sed est ipsa coniunctio animae cum Christo, quae est per operationem, sed dotes sunt homini dispositiones ad huiusmodi coniunctionem.

AD TERTIVM dicendum, quòd visio dupliciter potest accipi. Vno modo actualiter, id est

pro ipso actu uisionis: & sic visio non est dos, sed est ipsa beatitudo. Alio modo potest accipi habitualiter, id est pro habitu, à quo talis operatio elicitur, id est pro ipsa gloriae claritate, qua anima diuinitus illustratur ad Deum uidentem: & sic est dos & principium beatitudinis, non autem est ipsa beatitudo.

ET similiter dicendum, ad quartum de fructione.

AD QVINTVM dicendum, quòd beatitudo colligit omnia bona, non quasi partes essentiae beatitudinis, sed quasi aliquo modo ad beatitudinem ordinata.

Articul. tertius.

Utrum competat Christo habere dotes?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christo competat habere dotes. Sancti enim ex Christo per gloriam conformantur: unde dicitur Philipp 3. Reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae: ergo etiam Christus dotes habet.

PRÆTEREA, in spirituali matrimonio assignantur dotes ad similitudinem matrimonij corporalis: sed in Christo inuenitur quoddam matrimonium spirituale quod est sibi singulare, s. duarum naturarum in una persona: secundum quòd dicitur natura humana in ipso esse desponsata à uerbo, ut patet ex glos. super illud Psal. In sole posuit tabernaculum &c. & Apoc. 21. Eris tabernaculum Dei cum hominibus: ergo & Christo cõpetit habere dotes. PRÆTEREA, ut dicit Aug. in lib. de doctrina Christ. Christus secundum regulam Thiconij propter unitatem corporis mystici, quae est inter caput & membra, nominat se spòsum & sponsam, ut patet Isa. 61. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatum monilibus suis: cum ergo debeantur dotes sponsae, oportet ut uidetur in Christo dotes ponere.

PRÆTEREA, omnibus membris ecclesiae debetur dos cum ecclesia sit spòsa: sed Christus est

est ecclesia membrum, ut patet. 1. Cor. 12. Vos estis corpus Christi & membra de membro: glos. i. de Christo: ergo Christo debentur dotes.

PRÆTEREA, Christus habet perfectam visionem, fruitionem, & delectationem, hæc autem ponuntur dotes: ergo &c.

SED contra, Inter sponsam & sponsam exigitur distinctio personarum: sed in Christo non est aliquid personaliter distinctum à filio Dei quæ sit sponsa: ut patet Ioan. 3. Qui habet sponsam est sponsus: ergo cum dotes sponsæ assignentur vel pro sponsa, videtur quod Christo non competat habere dotes.

PRÆTEREA, non est eiusdem dare & recipere dotes: sed Christus est qui dat dotes spirituales: ergo non Christo competit dotes habere.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod in Christo est triplex unio: Una quæ dicitur consentanea, qua unitur Deo per connexionem amoris: Alia condignatiua qua humana natura unitur diuinæ: Tertia quæ ipse Christus unitur ecclesie. Dicunt ergo quod secundum duas primas uniones competit Christo habere dotes sub ratione dotis, sed quantum ad tertiam conueniet, id quod est dose excellentissimè, non tamen sub ratione dotis: quia in tali coniunctione Christus est ut sponsus, sed ecclesia ut sponsa, dos autem datur sponsæ quantum ad proprietatem & dominium, quamuis detur sponso ad usum. Sed hoc non videtur esse conueniens, in illa enim coniunctione qua Christus unitur patri per consensum amoris, etiam in quantum est Deus, non dicitur aliquod matrimonium esse: quia non est ibi aliqua subiectio, quam oportet esse sponsæ ad sponsum. Similiter etiam nec in coniunctione humane nature ad diuinam, quæ est in unione personæ, vel etiam per conformitatem voluntatis potest esse ratio dotis propter tria. Primo, quia exigitur conformitas nature inter sponsum & sponsam in matrimonio illo in quo dantur dotes, et hoc deficit in coniunctione humane nature ad diuinam. Secundo, quia exigitur ibi distinctio personarum: humana autem natura non est personaliter distincta à verbo. Tercio, quia dos

datur quando sponsa de nouo traditur in domum sponsi, & sic videtur ad sponsam pertinere, quod de non coniuncta sit coniuncta. Humana autem natura quæ est assumpta in unitate personæ à verbo, nunquam fuit quin esset perfectè coniuncta. Vnde secundum alios dicendum, quod vel omnino non conuenit Christo ratio dotis, vel non ita propriè sicut alijs sanctis, ea tamen quæ dotes dicuntur excellentissimè ei conueniunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod conformatio illa est intelligenda secundum id quod est dos, & non secundum rationem dotis quæ sit in Christo. Non enim oportet quod illud in quo Christo conformamur, sit eodem modo in Christo & in nobis.

AD SECVNDVM dicendum, quod natura humana propriè dicitur sponsa in coniunctione illa qua verbo coniungitur, cum non seruetur ibi personarum distinctio, quæ inter sponsum & sponsam requiritur. Sed quod quandoq; dicitur de sponsa humana natura, secundum quod verbo coniuncta est: hoc est in quantum habet aliquem actum sponsæ, quia scilicet in se parabiliter coniungitur: & quia in illa coniunctione humana natura est verbo inferior, & per verbum regitur sicut sponsa per sponsum. **AD TERTIVM** dicendum, quod hoc quod aliquando dicitur Christus sponsa, non est quia ipse verè sit sponsa, sed in quantum sibi assumit personam sponsæ suæ, scilicet ecclesie quæ est ei spiritu aliter coniuncta: vnde nihil prohibet, quin per illum modum loquendi possit dici habere dotes, non quod ipse habeat: sed quia ecclesia habet.

AD QVARTVM dicendum, quod nomen ecclesie dupliciter accipitur. Quandoq; nominat tantummodo corpus, quod Christo coniungitur sicut caput: & sic tantum ecclesia habet rationem sponsæ: sic verò Christus non est ecclesie membrum: sed est caput influens omnibus ecclesie membris. Alio modo accipitur ecclesia secundum quod nominat caput & membra coniuncta, & sic Christus dicitur membrum ecclesie, in quantum habet distinctum officium ab omnibus alijs, scilicet influere vitam, quæuis non multum propriè dicatur membrum: quia membrum importat particularitatem quandam. in Christo autem bonum spirituale non est particula-

culatum, sed est totaliter integrum. Vnde ipse est totum esse ecclesie bonum, nec est aliquid maius ipso, & alijs quam ipse solus. Sic autem loquendo de ecclesia non solum nominat sponsam, sed sponsum & sponsam, prout per coniunctionem spirituales est ex eis unum effectum: vnde licet Christus aliquo modo dicatur membrum ecclesie, nullo tamen modo potest dici membrum sponsæ, & sic ei non conuenit ratio dotis. **AD QVINTVM** dicendum, quod in proceßu illo est fallacia accidentis. Non enim illa Christo conueniunt secundum quod habent rationem dotis.

Articul. quartus

Utrum angeli habeant dotes.



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod angeli habeant dotes. Quia super illud Cant. 6. Una est columba mea: dicit glos. Una est ecclesia in hominibus, & angelis. Sed ecclesia est sponsa, & sic membrum ecclesie conuenit habere dotes: ergo angeli dotes habent.

PRÆTEREA, Luc. 12. super illud, Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs: dicit glos. Ad nuptias dominus inuit, quando post resurrectionem nouus homo angelorum sibi multitudinè copulauit: ergo angelorum multitudo est sponsa Christi, & sic angelis debentur dotes.

PRÆTEREA, spirituale matrimonium in spirituali coniunctione consistit: sed spiritualis coniunctio non est minor inter angelos, & Deum, quam inter homines beatos, et Deum: ergo cum dotes de quibus nunc agimus, ratione spiritualis matrimonij assignentur, videtur quod angelis conueniant dotes.

PRÆTEREA, spirituale matrimonium requirit spirituales sponsum & spirituales sponsam: sed in Christo in quantum sumus spiritus magis sunt conformes in natura angeli quam homines: ergo magis potest esse spirituale matrimonium angelorum ad Christum quam hominum.

PRÆTEREA, maior conuenientia exigitur inter caput & membra, quam inter sponsum & sponsam: sed conformitas quæ est inter Christum & angelos sufficit ad hoc quod dicatur sponsus respectu eorum.

SED contra, Origen. super Cant. distinguit quatuor personas, scilicet sponsum & sponsam, adolescentulas, & sodales sponsi: & dicit quod angeli sunt sodales sponsi: cum ergo dotes non debeantur nisi sponsæ, videtur quod angelis dotes non conueniant.

PRÆTEREA, Christus desponsauit sibi ecclesiam per incarnationem & passionem. Vnde figuratur per hoc quod dicitur Exod. 4. Sponsus sanguinum tum hies: sed Christus per passionem & incarnationem, non aliter fuit coniunctus angelis quam prius erat: ergo angeli non pertinent ad ecclesiam, sed quod ecclesia dicitur sponsa: ergo angelis non conueniunt dotes: **RESPONDEO** dicendum, quod ea quæ ad dotes anime pertinent, non est dubium angelis sicut & hominibus conuenire: sed secundum rationem dotis, non ita eis: sicut hominibus conueniunt, sed quod non ita propriè conuenit angelis ratio sponsæ sicut hominibus. Exigitur enim inter sponsum & sponsam nature conformitas, ut sint eiusdem speciei. Hoc autem modo homines cum Christo conueniunt in quantum naturam humanam assumpsit, per quæ assumptionem factus est conformis in natura speciei humane omnibus hominibus: angelis autem non est conformis secundum unitatem speciei, neque secundum naturam humanam: & ideo ratio dotis, non ita propriè conuenit angelis sicut hominibus, cum tamen in his quæ metaphorice dicuntur, non requiratur similitudo quantum ad omnia, non potest ex aliqua dissimilitudine concludi, quod metaphorice aliquid de aliquo non predicetur, & sic ex ratione inducta non potest simpliciter haberi, quod angelis dotes non conueniant, sed solum quod non ita propriè, sicut hominibus ratione dissimilitudinis predicte.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quæuis angeli pertineant ad unitatem ecclesie, non tamen sunt membra ecclesie, secundum quod ecclesia dicitur per conformitatem nature, &

sic conuenit eis proprie habere dotes.

AD SECVNDVM dicendum, quod sponsatio illa largè accipitur pro vniõne, quæ non habet conformitatem naturæ in specie, & sic etiã nihil prohibet largè accipiendõ dotes, ponere dotes in angelis.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis in matrimonio spiritali non sit nisi coniunctio spiritalis, tamen illos qui coniunguntur ad perfectam matrimonij rationem, oportet in specie naturæ conuenire: & propter hoc desponsatio proprie ad angelos non pertinet.

AD QVARTVM dicendum, quod illa conformatio qua angeli conformantur Christo in quantum est Deus, non est talis quæ sufficiat ad perfectam rationem matrimonij, cum non sit secundum conuenientiam in specie, sed magis adhuc remanet infinita distantia.

AD QVINTVM dicendum, quod nec etiã Christus proprie dicitur caput angelorum secundum illam rationem qua caput requirit conformitatem naturæ. Tamen sciendum, quod licet caput & alia membra sint partes indiuidui, & vnius speciei, si tamen vnũquodq; per se consideretur, non est cum alio eiusdem speciei: manus. n. habet aliam speciem partis a capite. Vnde loquendo de membris secundum se, nõ requiritur inter ea aliqua conuenientia quàm proportionis, vt vnũ ab alio accipiat, & vnũ alij subseruiat: & sic conuenientia quæ est inter Deum & angelos, magis sufficit ad rationem capitis, quàm ad rationem sponsi.

Articul. quintus

Vtrum conuenienter ponantur tres animæ dotes?

Tho. 4. dist. 49. q. 4. art. 5. q. 1.



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter ponantur tres esse animæ dotes. scilicet visio, dilectio, & fruitio. Anima enim coniungitur Deo secundum mentem, in qua est imago trinitatis secundum memoriam, intelligentiam & voluntatem: sed dilectio ad voluntatem pertinet, visio ad intelli-

gentiam: ergo debet aliquid poni quod memoriam respondeat, cum fruitio non pertineat ad memoriam, sed magis ad voluntatem.

PRÆTEREA, dotes beatitudinis dicuntur respondere virtutibus viæ, quibus Deo coniungimur, quæ sunt fides, spes, charitas, quibus est ipse Deus obiectum: sed dilectio responderet charitati, visio autem fidei: ergo debet aliquid poni, quod pertineret ad spem, cum fruitio magis pertineat ad charitatem.

PRÆTEREA, Deo non fruimur nisi per dilectionem & visionem: illis enim dicimur frui, quæ diligimus propter se, vt patet per Augustin. in lib. de doctr. christiana: ergo fruitio nõ debet poni alia dos a dilectione.

PRÆTEREA, Ad perfectionem beatitudinis requiritur comprehensio. 1. Cor. 9. Sic currite vt comprehendatis: ergo debet adhuc quarta dos poni.

PRÆTEREA, Ansel. dicit, quod pertinent ad beatitudinem animæ, sapientia, amicitia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudium: & sic videntur prædictæ dotes inconuenienter assignari.

PRÆTEREA, Augustinus in fine de Ciui. Dei dicit, quod Deus in illa beatitudine sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatione laudabitur: ergo laus præassignatis dotibus annumerari debet.

PRÆTEREA, Boetius ponit 5. ad beatitudinem pertinentia in. 3. de Consol. quæ sunt hæc: sufficientia quam promittunt diuitie: iucunditas quam promittit voluptas: Celebritas quam promittit fama: Securitas quam promittit potentia: Reuerentia quam promittit dignitas: & sic videtur quod potius ista deberent assignari: dotes quàm prædictæ.

RESPONDEO dicendum, quod ab omnibus communiter tres ponuntur animæ dotes, diuersimode tamen. Quidam. n. dicunt, quod tres dotes animæ sunt, visio, dilectio, & comprehensio. Quidam verò dicunt, quod sunt visio, fruitio & comprehensio. Omnes tamen hæc assignationes reducuntur in idem, & eodem modo earum numerus assignatur. Dicitur. n. est, quod dos est aliquid animæ inhaerens, per quod ordinatur ad operationem in qua consistit beatitudo.

ritudo. In qua quidem operatione duo requiruntur, scilicet ipsa substantia operationis quæ est visio, & perfectio eius quæ est delectatio. Oportet enim beatitudinem esse operationem perfectam. Visio autem aliqua est delectabilis dupliciter: Vno modo ex parte obiecti, in quantum id quod videtur est delectabile. Alio modo ex parte visionis, in quantum ipsum videre delectabile est: sicut delectamur in videndo mala, quamuis mala non delectent nos: & quia operatio illa in qua vltima beatitudo consistit, debet esse perfectissima: ideo requiritur, quod visio illa sit vtroq; modo delectabilis. Ad hoc tamen quod visio illa sit delectabilis, requiritur quod sit facta conaturalis videnti per aliquem habitum: sed ad hoc quod sit delectabilis ex parte visibilis, requiruntur duo: scilicet quod ipsum visibile sit conueniens, & quod sit coniunctum. Si ergo ad delectabilitatem visionis ex parte sui, requiritur habitus qui visionem eliciat, & sic est vna dos, quæ dicitur ab omnibus visio: sed ex parte visibilis requiruntur duo, scilicet conuenientia quæ est per affectum, & quantum ad hoc ponitur à quibusdam dos dilectio, & à quibusdam fruitio, secundum quod fruitio ad effectum pertinet. Illud enim quod summè diligimus conuenientissimum estimamus. Requiritur etiam ex parte visibilis coniunctio, & sic ponitur à quibusdam comprehensio, quæ nihil est aliud quam in presentia Deum habere, & in se ipso tenere. Sed secundum alios fruitio, prout est non spei, sicut est in via, sed iam rei, sicut est in patria. Et sic dotes respondent tribus virtutibus Theologicis. scilicet visio fidei, spei verò comprehensio vel fruitio secundum vnã acceptionem: Charitati verò fruitio, vel dilectio secundum assignationem aliam. Fruitio. n. perfecta qualis in patria habetur, includit in se delectationem & comprehensionem: & ideo à quibusdam accipitur pro alio. Quidam verò attribuunt hæc tres dotes, tribus animæ viribus: visionem rationali, delectationem concupiscibili, fruitionem verò irascibili. In quantum talis fruitio est in quandam victoriam adeptæ: sed non proprie dicitur, quia irascibilis & concupiscibilis non sunt in parte intellectiva, sed in parte sensitiva: dotes au-

tem animæ ponuntur in ipsa mente.

AD PRIMVM Merito dicendum, quod memoria & intelligentia non habent nisi vnã operationem, vel quia ipsa intelligentia est operatio memoria: vel si intelligentia dicatur esse potentia quædam, memoria non exit in operationem nisi mediante intelligentia, quia memoria est notitiam tenere: vnde etiam memoria & intelligentia non respondet nisi vnus habitus, scilicet notitia: & ideo vtriq; respondet tantum vnã dos, scilicet visio.

AD SECVNDVM dicendum, quod fruitio respondet spei in quantum includit comprehensionem, quæ spei succedet: quod enim speratur nondum habetur: & ideo spes quoddam modo affligit propter distantiam amati, & propter hoc in patria non remanet, sed succedet ei comprehensio.

AD TERTIVM dicendum, quod fruitio secundum quod comprehensionem includit, distinguitur à visione & dilectione: alio tamen modo quam dilectio à visione. Dilectio enim & visio diuersos habitus nominant, quorum vnus pertinet ad intellectum, alter verò ad effectum. Sed comprehensio vel fruitio secundum quod ponitur comprehensio, non importat alium habitum ab illis duobus, sed importat remotionem impedimentorum ex quibus efficiebatur, vt non posset mens Deo quasi presentia conungi: & hoc quidem fit per hoc, quod ipse habitus gloriæ animam ab omni defectu liberat: sicut quidam facit eam sufficientem ad cognoscendum sine phantasmatis: & ad prædestinandum corpori & alia huiusmodi, per quæ excluduntur impedimenta quibus fit, vt nunc peregrinemur à Domino.

AD QVARTVM patet responsio ex dictis.

AD QVINTVM dicendum, quod proprie dotes sunt immediata principia illius operationis, in qua perfecta beatitudo consistit, per quam anima Christo coniungitur. Alia autem quæ Ansel. enumerat, non sunt eius modi, sed sunt qualitercunque beatitudinem concomitantia vel consequentia, non solum in comparisonem ad sponsum, ad quem sola sapientia inter enumerata ab eo pertinet, sed etiam

etiam in comparatione ad alios pares ad quos pertinet amicitia, quantum ad unionem effectuum, & concordia quantum ad consensum in agendis, vel inferiores ad quos pertinet potestas, secundum quod a superioribus inferiora disponuntur, & honor secundum id quod ab inferioribus & superioribus exhibetur, & etiam per comparationem ad seipsum, ad quos pertinet securitas quantum ad remotionem mali, & gaudium quantum ad adeptionem boni.

AD SEXTVM dicendum, quod laus quae ab August. ponitur tertium eorum quae in patria erunt, non est dispositio ad beatitudinem, sed magis ad beatitudinem consequens: ex hoc enim ipso quod anima Deo coniungitur, in quo beatitudo consistit, sequitur quod in laudem per eorum pat. unde laus non habet rationem dotis.

AD SEPTIMVM dicendum, quod illa quinque, quae enumerat Boet. sunt quaedam beatitudinis conditiones: non autem dispositiones ad beatitudinis actum, eo quod beatitudo rationis, & perfectioni, sola & singulariter habet per se ipsa quicquid ab hominibus diversis queritur, ut patet per Philosophum in 1. & 10. Ethic. & secundum hoc ostendit Boetius illa quinque, in vera beatitudine esse: quia haec sunt quae ab hominibus in vera felicitate temporali queruntur, quae vel pertinent ad immunitatem a malo, sicut est securitas, vel ad consecutionem boni convenientis sicut iucunditas, & perfectio sicut sufficientia: vel ad manifestationem boni, sicut celebritas, in quantum illius notitiae vel boni signum aliquod exhibetur: reverentia, n. consistit in exhibitione honoris, qui est testimonium virtutis. Unde patet, quod ista quinque, non debent dici dotes, sed quaedam beatitudinis conditiones.

Questio 98.

De aureolis.

CONSEQUENTER considerandum est de aureolis.

Circa quod queruntur terdecim.

PRIMO, utrum aureola differat a premio essentiali?

Secundo, utrum differat a fructu?

Tertio, utrum fructus solum virtutis continentiae debeat?

Quarto, utrum convenienter assignentur tres fructus, tribus partibus continentiae?

Quinto, utrum virginibus debeat aureola?

Sexto, utrum debeat martyribus?

Septimo, utrum debeat doctoribus?

Octavo, utrum Christo aureola debeat?

Nono, utrum angelis?

Decimo, utrum corpori humano debeat?

Undecimo, utrum convenienter aureola assignentur?

Duodecimo, utrum aureola virginum sit potissima?

Decimotertio, utrum unus alio intensius eandem aureolam habeat?

Articul. primus.

Utrum aureola sit aliud a premio essentiali quod aurea dicitur?

Tho. 4. dist. 49. q. 5. artic. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod aureola non sit aliud quod aliud premium a premio essentiali, quod aurea dicitur.

Premium, n. essentiali est ipsa beatitudo: sed beatitudo secundum Boet. est status omnium bonorum congregatione perfectus: ergo premium essentiali includit omne quod habetur in patria, & sic aureola includitur in aurea.

PRÆTEREA, magis & minus non diversificant speciem, sed illi qui servant consilia & praecepta magis premiantur, quam illi qui servant praecepta tantum: nec in aliquo premium eorum videtur differre, nisi quod unum est altero maius, cum aureola nominet premium quod debetur operibus perfectionis: ergo videtur quod aureola non dicat aliquid distinctum ab aurea.

PRÆTEREA, premium respondet merito sed

sed radix totius meriti est charitas: cum ergo charitati respondeat aureola, videtur quod in patria non erit aliquod premium ab aurea distinctum.

PRÆTEREA, omnes homines assumuntur ad angelorum ordines, ut dicit Grego. sed in angelis licet quae data sint quibusdam excellenter, nihil ibi possidetur singulariter: omnia enim in omnibus sunt, non quidem equaliter, quia alia alijs sublimius possident, quae tamen omnes habent, ut Gregor. dicit: ergo in beatis non erit aliquod aliud premium, nisi omnium commune: ergo aureola non est premium distinctum ab aurea.

PRÆTEREA, excellentiori merito excellens premium debetur: si ergo aurea debetur operibus, quae sunt in praecepto, aureola vero his quae sunt in consilio: aureola ergo erit perfectior quam aurea, & ita non deberet diminutione significari, & sic videtur quod aureola non sit premium distinctum ab aurea.

SED contra, Exo. 25. Facies alteram coronam aureolam, dicit quaedam glos. quae in fine, aureola supponatur: cum in scriptura dicitur, quod eis sublimior gloria in receptione corporum servetur: sicut autem nunc de aureola non agitur. Alio modo ex ratione operis meritorij, quod quidem rationem meriti habet, ex duobus, ex quibus etiam habet bonitatem: rationem, s. ex radice charitatis, quae fertur in finem ultimum, & sic debetur ei essentiali premium, s. peruenit ad finem quae est aurea, & ex ipso genere actus quod laudabilitatem quandam habet ex debitis circumstantijs, & ex habitu eliciente ex proximo fine, & sic debetur ei quoddam accidentale premium quod aureola dicitur: & hoc modo de aureola ad praesens intendimus. Et sic dicendum est, quod aureola dicit aliquid aureae superadditum, id est, quoddam gaudium de operibus a se factis, quae habent rationem victoriae excellentis, quod est aliud gaudium ab eo quod de coniunctione ad Deum quis gaudet, quod gaudium aurea dicitur.

PRÆTEREA, ecclesia militans descendit a triumphante, ut patet Apoc. 21. Vidi civitatem sanctam & c. sed in ecclesia militante specialia opera habentibus redduntur specialia premia, sicut victoribus coronam: currētib; brabium: ergo similiter debet esse in ecclesia triumphante.

RESPONDEO dicendum, quod premium essentiali hominis quod est eius beatitudo, consistit in perfecta coniunctione animae ad Deum, in quantum eo perfecte fruatur, ut viso & amato perfecte: hoc autem premium metapho-

ricè corona dicitur vel aurea, tum ex parte meriti, quod cum quadam pugna agitur: Militia autem est vita hominis super terram, Iob. 7. tum ex parte praemij per quod homo efficitur quodammodo divinitatis particeps, & per consequens regiae potestatis, Apoc. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, etc. Corona autem est proprium signum regiae potestatis, & eadem ratione premium, quod essentiali additur corona, rationem habet. Significat etiam corona perfectionem quandam ratione figurae circularis, ut ex hoc etiam perfectioni competat beatorum. Sed quia nihil potest superaddi quin sit eo minus: idè superadditum premium aureola nominatur. Hinc autem essentiali premio quod aurea dicitur, aliquid superadditur dupliciter. Vno modo ex conditione naturae eius qui premiatur: sicut supra beatitudinem animae gloria corporis adiungitur: unde & ipsa gloria corporis interdum aureola nominatur. Unde super illud Exo. 25. Facies alteram coronam aureolam, dicit quaedam glos. quae in fine, aureola supponatur: cum in scriptura dicitur, quod eis sublimior gloria in receptione corporum servetur: sicut autem nunc de aureola non agitur. Alio modo ex ratione operis meritorij, quod quidem rationem meriti habet, ex duobus, ex quibus etiam habet bonitatem: rationem, s. ex radice charitatis, quae fertur in finem ultimum, & sic debetur ei essentiali premium, s. peruenit ad finem quae est aurea, & ex ipso genere actus quod laudabilitatem quandam habet ex debitis circumstantijs, & ex habitu eliciente ex proximo fine, & sic debetur ei quoddam accidentale premium quod aureola dicitur: & hoc modo de aureola ad praesens intendimus. Et sic dicendum est, quod aureola dicit aliquid aureae superadditum, id est, quoddam gaudium de operibus a se factis, quae habent rationem victoriae excellentis, quod est aliud gaudium ab eo quod de coniunctione ad Deum quis gaudet, quod gaudium aurea dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod beatitudo includit omnia bona quae sunt necessaria ad perfectam hominis vitam, quae consistit in perfecta hominis operatione, sed quaedam possunt

possunt superaddi, non quasi necessaria ad perfectam operationem, ut sine quibus esse non possit, sed quia his additis est beatitudo clarior. Unde pertinent ad bene esse beatitudinis, & ad decentiam quandam ipsius, sicut & felicitas politica ornat nobilitatem & corporis pulchritudinem, & huiusmodi sine quibus esse potest, ut patet in 1. Ethic. & hoc modo se habet aureola ad beatitudinem patrie.

AD SECVNDVM dicendum, quod ille qui seruat consilia & precepta semper meretur magis, quam ille qui seruat precepta tantum, secundum quod ratio meriti consideratur in operibus ex ipso genere operum: non autem semper secundum quod ratio meriti pensatur ex radice charitatis: cum quandoque ex maiori charitate aliquis seruet precepta tantum, quam aliquis precepta & consilia: sed & pluries accidit contrarium, quia probatio dilectionis exhibitio est operis, ut Grego. dicit. Non ergo ipsam essentiale intensum magis dicitur aureola, sed quod premio essentiali superadditur indifferenter, siue sit maius premium essentiali habentis aureolam, siue minus, siue aequale premio essentiali non habentis.

AD TERTIVM dicendum, quod charitas est principium merendi, sed actus noster est quasi instrumentum quo meremur: ad effectum autem consequendum, non solum requiritur debita dispositio in primo mouente, sed etiam recta dispositio in instrumento. & ideo in effectu aliquid consequitur ex parte primi principii, quod est principale, & aliquid ex parte instrumenti quod est secundarium. Unde & in premio aliquid est ex parte charitatis, scilicet aurea, & aliquid ex genere operationis, scilicet aureola.

AD QVARTVM dicendum, quod angeli omnes in eodem genere actus suae beatitudinem meruerunt, in hoc quod sunt conuersi ad Deum: & ideo nullum singulare premium inuenitur in vno, quod alius non habeat aliquo modo: homines autem diuersis generibus actuum beatitudinem habent: & ideo non est simile. Tamen illud quod vnus videtur specialiter habere inter homines, quodammodo omnes communiter habent, in quantum, scilicet per charitatem perfectam vnusquisque bonum alterius suum reputat:

non tamen hoc gaudium quo vnus alteri congaudet, potest aureolanominari, quia non datur in premium victoria eius, sed magis respicit victoriam alienam: corona enim ipsi victoribus redditur, non victoria congaudentibus. **AD QVINTVM** dicendum, quod maior est excellentia meriti que surgit ex charitate, quam illa que consurgit ex genere actus, sicut finis ad quem ordinator charitas, est potior his que sunt ad finem, circa que actus nostri consistunt. Unde & premium respondens merito ratione charitatis quantumcumque paruum, est maius quolibet premio respondente actui ratione sui generis: & ideo aureola diminutiue dicitur respectu aurea.

Artic. secundus

Vtrum aureola differat a fructu? Tho. 4. dist. 49. q. 5. artic. 2. q. 1. & sequent.



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod aureola non differat a fructu. Eadem enim merito non debentur diuersa premia: sed eidem merito aureola & fructus ceteris, scilicet virginibus, ut patet in glos. Matt. 13. ergo aureola est idem quod fructus.

PRÆTEREA, August. dicit in lib. de Virginitate, quod centesimus fructus debetur martyri, & idem debetur virgini: ergo fructus est quoddam premium commune virginibus & martyribus, sed eidem etiam debetur aureola: ergo aureola est idem quod fructus. **PRÆTEREA**, in beatitudine non inuenitur nisi duplex premium, scilicet essentiali & accidentali quod essentiali superadditur: sed premio essentiali superadditur, ut dicitur, aureola: quod patet ex hoc quod Exod. 25. Aureola coronae aureae superponi dicitur. sed fructus non est premium essentiali, quia sic deberetur omnibus beatis: ergo est idem quod aureola.

SED contra, quaecumque non sunt eiusdem diuisionis, non sunt eiusdem rationis: sed fructus & aureola non similiter diuiduntur: quia aureola diuiditur in aureolam virginum, martyrum,

rum, & doctorum: fructus autem in fructum coniugatorum, viduarum, & virginum: ergo fructus & aureola non sunt idem.

PRÆTEREA, si fructus & aureola essent idem, cuiusque debentur fructus, deberetur et aureola: hoc autem patet esse falsum, quia fructus debetur viduitati, non autem aureola: ergo & cetera.

RESPONDEO dicendum, quod ea que metaphoricè dicuntur possunt varie accipi, secundum adaptationem ad diuersas proprietates eius, unde fit transumptio. Cum autem fructus proprie in rebus corporalibus dicatur de terra nascentibus secundum diuersas conditiones, quae in fructibus corporalibus inueniri possunt: diuersimodè fructus spiritualiter accipitur. Fructus enim corporalis dulcedinem habet, quia reficit secundum quod in usum hominis venit. Est etiam ultimum ad quod operatio naturae peruenit: est etiam id quod ex agricultura expectatur per seminationem, vel quoscumque alios modos. Quandoque, igitur fructus spiritualiter accipitur pro eo quod reficit quasi ultimus finis, & secundum hanc significationem dicimur Deo frui perfecte in patria, imperfectè autem in via: & ex hac significatione accipitur fructus, quae est dos: sic autem nunc de fructibus non loquimur. Quandoque, autem sumitur spiritualiter, pro eo quod reficit tantum, quamuis non sit ultimus finis: & sic virtutes fructus dicuntur in quantum mentem sincera dulcedine reficiunt: ut Ambro. dicit: & sic accipitur fructus Galat. 5. Fructus autem spiritus, gaudium & cetera. sic autem de fructibus nunc non queritur. Potest autem alio modo sumi fructus spiritualis ad similitudinem corporalis: in quantum corporalis fructus est quoddam commodum quod ex labore agriculturae expectatur: ut sic dicatur illud premium quod homo consequitur ex labore, quo in hac vita laborat, & sic omne premium quod in futuro habetur ex nostris laboribus fructus dicitur: & sic accipitur fructus Roman. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione: finem vero vitam æternam: sic etiam nunc nos de fructu non agimus, sed agimus de fructu secundum quod ex semine consurgit. Sic enim de fructu

dominus loquitur Matt. 13. Vbi fructum diuidit in tricesimum & sexagesimum, & centesimum. Fructus autem secundum hoc potest prodire ex semine, quod vis sementina est efficaax ad conuertendum humores terrae in suam naturam: & quanto hac virtus est efficacior & terra ad hoc paratior, tanto fructus sequitur uberior: spirituale autem semen, quod in nobis seminatur, est verbum Dei: unde quanto aliquis magis in spiritualitatem conuertitur à carne recedens, tanto in eo est maior fructus verbi. Secundum hoc igitur fructus verbi Dei differt ab aurea, & ab aureola: quia aurea consistit in gaudio quod habetur de Deo: aureola vero in gaudio quod habetur de operum perfectione: sed fructus in gaudio quod habetur de ipsa dispositione operantis secundum gradum spiritualitatis in quem proficit ex semine verbi Dei. Quidam distinguunt inter aureolam & fructus: dicentes quod aureola debetur pugnantibus secundum illud 2. Tim. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Fructus autem laboranti secundum illud quod dicitur Sapient. 4. laborum bonorum gloriosus est fructus. Alij verò dicunt, quod aurea respicit conuersionem ad Deum, sed aureola & fructus consistunt in his que sunt ad finem: ita tamen quod fructus principaliter respicit voluntatem: aureola autem magis corpus: sed cum in eodem sit labor & pugna, & secundum idem & premium corporis ex premio animae dependeat, secundum predicta, non esset differentia inter fructum, auream, & aureolam, nisi ratione tantum: & hoc non potest esse, cum quibusdam assignentur fructus, quibus non assignatur aureola.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non est inconueniens eidem merito secundum diuersa que in ipso sunt diuersa premia respondere: unde & Virginitati responderet aurea, secundum quod propter Deum seruetur imperio charitatis: aureola vero secundum quod est perfectionis opus, habens rationem victoriae excellentis, fructus vero secundum quod per Virginitatem homo in quandam spiritualitatem transire à carnalitate recedens.

AD SECVNDVM dicendum, quod fructus

secundum propriam acceptionem prout nunc loquimur: non dicit primum commune martyrio & virginitati: sed tribus continentia gradibus: Glos autem quae ponit fructum centesimum martyribus respondere, largè accipit fructum, secundum quod qualibet remuneratio dicitur fructus: ut sic per centesimū fructum remuneratio designetur, quae quibuslibet operibus perfectionis debetur.

AD TERTIVM dicendum, quod quamvis aureola sit quoddam accidentale premium essentiali superadditum, non tamen omne accidentale premium est aureola: sed premium de operibus perfectionis, quibus homo maxime Christo conformatur secundum predictam victoriam: unde non est inconueniens, quod abstractioni à carnali vita aliquod accidentale premium debeat, quod fructus dicitur.

Articul. tertius

Vtrū fructus debeat soli virtuti continentiae?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod fructus non debeat soli virtuti continentiae. Quia I. Cor. 15. super illud: Alia claritas solis &c. dicit glos. quod claritati solis illorum dignitas comparatur, quae vicentesimū fructum habent. Lunari autem quae visagesimum: stellae verò quae vicesimum: sed illa diuersitas claritatum secundum intensiōem Apostoli, pertinet ad quamcūq; beatitudinis differētiā: ergo diuersi fructus non debent respondere soli continentiae.

PRÆTEREA, fructus à fruitione dicitur: sed fruitio pertinet ad premium essentialē, quod omnibus virtutibus respondet: ergo &c. PRÆTEREA, fructus labori debetur: Sapient. 4. honorum laborum gloriosus est fructus: sed maior est labor in fortitudine quam in temperantia, vel in continentia: ergo fructus non respondet soli continentiae.

PRÆTEREA, difficilis est modum non excedere in cibis qui sunt necessarij ad vitam,

quàm in venereis: sine quibus vita conseruari potest. & sic maior est labor parsimonie quam continentiae: ergo parsimonie magis respondet fructus quam continentiae.

PRÆTEREA, fructus refectionem importat: refectione autem praecipue est in fine, cum ergo virtutes Theologicae finem habeant pro obiecto, scilicet ipsum Deum, videtur quod eis fructus maxime debeat respondere.

SED contra est quod habetur in glos. Matt. 13. quae fructus assignat virginitati, viduitati & continentiae coniugali, quae sunt continentiae partes.

RESPONDEO dicendum, quod fructus est quoddam premium, quod debetur homini ex hoc quod à carnali vita in spiritualem transit: & ideo illi virtuti praecipue fructus respondet, quae hominem praecipue à subiectione carnis liberat. Hoc autem facit continentia: quia per delectationes venereas, anima praecipue carni subditur: adeo ut in actu carnali secundum Hieronymum. nec spiritus prophetae corda tangat prophetarum, nec in illa delectatione est possibile aliquid intelligere, ut philosophus dicit 7. Ethic. Et ideo continentiae magis respondet fructus, quam aly virtuti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod glos. illa accipit fructum largè, secundum quod qualibet remuneratio fructus nominatur.

AD SECVNDVM dicendum, quod fruitio non sumitur à fructu secundum illam similitudinem, qua nunc de fructu loquimur.

AD TERTIVM dicendum, quod fructus secundum quod nunc loquimur, non respondet labori ratione fatigationis, sed secundum quod per laborem semina fructificant. Unde & ipsae segetes labores dicuntur, in quantum propter eas laboratur, vel labore acquiruntur. Similitudo autem fructus secundum quod oritur ex semine, magis aptatur continentiae quam fortitudini: quia per passionem fortitudinis homo non subditur carni, sicut per passionem, circa quas est continentia.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis delectationes quae sunt in cibis, sunt magis necessariae illis quae sunt in venereis: non tamen sunt ita vehemens: vade per eas anima non

ita

ita subditur carni.

AD QVINTVM dicendum, quod fructus non sumitur hic secundum quod fructus dicitur qui reficitur in fine, sed alio modo, & ideo ratio non sequitur.

Artic. quartus.

Vtrum conuenienter assignentur tres fructus, tribus continentiae partibus?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter assignentur tres fructus, tribus continentiae partibus. Quia Galat. 5. ponuntur 12 fructus, scilicet gaudium, pax, &c. & ideo videtur quod non debeant poni tres tantum.

PRÆTEREA, fructus nominat aliquod premium speciale, sed premium quod assignatur virginibus, viduis, & coniugatis non est speciale, quia omnes saluandi continentur sub aliquo horum trium, cum nullus saluetur qui continentia careat: & continentia per has tres sufficienter diuidatur: ergo inconuenienter tribus praedictis, tres fructus assignantur.

PRÆTEREA, sicut viduitas excedit continentiam coniugalem, ita virginitas viduitatem, sed non similiter excedit sexagenarius tricenarius, & centenarius sexagenarius: neque secundum arithmeticae proportionem, quia sexagenarius excedit tricenarium in 30. & centenarius sexagenarium in 40. Neque etiam secundum proportionalitatem Geometricam, quia sexagenarius se habet in dupla proportione ad tricenarium: centenarius verò ad sexagenarium in superabundantia, quia continet totum & duas tertias eius: ergo inconuenienter aptantur fructus, tribus continentiae gradibus.

PRÆTEREA, ea quae in sacra scriptura dicuntur, perpetuitatem habent, Luc. 12. Caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt: sed ea quae ex institutione hominum sunt facta, quotidie possunt mutari: ergo ex his quae ex institutione hominum sunt, non est accipienda ratio eorum quae in scriptura dicitur:

& sic videtur, quod inconueniens sit ratio quam Beda assignat de istis fructibus, dicens, quod fructus tricesimus debetur coniugatis: quia in reparatione quae fit in abaco 30. significatur per contactum pollicis, & indicis secundum suam similitudinem: unde ibi quodam modo osculantur se, & sic tricenus numerus significat coniugatorum oscula: sexagenarius verò numerus significatur per tactum indicis supermedium articulum pollicis, & sic per hoc quod index iacet super pollicem opprimens ipsum significat oppressionem quam viduae patiuntur in mundo: cum autem numerando ad centenarium peruenimus, ad dexteram à laeva transimus: unde per centenarium virginitas designatur, quae habet proportionem angelicam dignitatis, quae sunt in dextera, scilicet in gloria: nos autem in sinistra propter imperfectionem praesentis vitae.

RESPONDEO dicendum, quod per continentiam cui fructus respondet, homo in quandam spiritualitatem adducitur, carnalitate abiecta. Et ideo secundum diuersum modum spiritualitatis quam continentia facit, diuersi fructus distinguuntur. Est enim quaedam spiritualitas necessaria, & quaedam superabundans. Necessaria est in hoc quod rectitudo spiritus ex delectatione carnis non peruertatur: quod fit cum aliquis per totum ordinem rationis, vitur delectationibus carnis, & haec est spiritualitas coniugatorum. Spiritualitas verò superabundans est per quam homo ab huiusmodi delectationibus carnis, spiritu suffocantibus omnino se abstrahit. Sed hoc contingit dupliciter. Vel respectu cuiuslibet temporis praeteriti, praesentis, et futuri: & haec est spiritualitas virginum. Vel secundum aliquod tempus, & haec est spiritualitas viduarum: seruantibus ergo continentiam coniugalem datur fructus tricesimus: vidualem sexagesimus, virginalem centesimus, ratione illa quam Beda assignat: quamuis possit alia ratio assignari ex ipsa naturae numerorum: tricenus enim numero ex ductu ternarij in denarium surgit: trinarius enim est numerus omnis rei, ut dicitur 1. de caelo & mundo. & habet in se perfectionem quandam omnibus communem, scilicet principij, mediij, & finis: unde conuenienter

nienter tricenus numerus coniugatis assignatur: in quibus supra observationem Decalogi, qui per denarium significatur, non additur aliqua perfectio nisi communis, sine qua non potest esse salus. Senarius autem ex cuius ductu in denarium sexagenarius surgit, habet perfectionem ex partibus, cum constet ex omnibus partibus suis simul aggregatis. Unde convenienter viduitati respondet, in qua inuenitur perfecta abstractio a delectationibus carnis, quantum ad omnes circumstantias quae sunt quasi partes virtuosi actus: cum nulla. n. persona, & in nullo loco viduitas carnis videtur delectationibus, & sic de alijs circumstantijs, quod non erat in continentia coniugali. Sed centenarius convenienter respondet virginitati: quia denarius ex cuius ductu centenarius surgit, est limes numerorum: & similiter virginitas tenet spiritualitatis limitem, quia ad eam nihil de spiritualitate adijci potest. Habet. n. centenarius in quantum est numerus quadratus, perfectionem ex figura: figura. n. quadrata secundum hoc perfecta est, quod ex omni parte aequalitatem habet, ut pote habens omnia latera aequalia. Unde competit virginitati, in qua quantum ad omne tempus aequaliter incorruptio inuenitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ibi fructus non accipiuntur hoc modo, sicut hic de eis loquimur.

AD SECVNDVM dicendum, quod nihil cogit ad ponendum fructum esse premium, non omnibus saluandis commune. Non solum. n. essentiale premium commune est omnibus, sed etiam aliquod accidentale, sicut gaudium de operibus illis sine quibus non est salus. Potest tamen dici, quod fructus non omnibus conueniunt saluandis: sicut patet de his qui in fine peccant, & incontinenter vixerunt. Eis. n. non fructus, sed essentiale premium debetur tantum.

AD TERTIVM dicendum, quod distinctio fructuum magis accipitur, secundum species & figuras numerorum, quam secundum quantitates ipsorum, tamen etiam quantum ad quantitatem excessum potest aliqua ratio signari. Coniugatus. n. abstinet tantum a non sua, vidua vero a suo et non suo, & sic inuenitur ibi quaedam ratio du-


plex, sicut sexagenarius est duplex ad tricenus numerus: centenarius vero supra sexagenarium addit quadragenarium, qui consurgit ex ductu quaternary in denarium. Quaternarius autem est primus numerus solidus & cubicus, & sic contingit talis additio virginitati, quae supra perfectionem viduitatis perpetuam incorruptionem adiungit.

AD QVARTVM dicendum, quod quamuis illa representatio numerorum sit ex humana institutione, tamen fundatur aliquo modo super rerum naturam, in quantum secundum ordinem dictorum articulorum, & ceterorum numeri gradatim designantur.

Articu. quintus

Utrum aureola debeat ratione virginitatis?

Tho. 4. dist. 49. q. 5. ar. 3. q. 1. & seq.

 AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod ratione virginitatis non debeat aureola. Vbi est. n. maior difficultas in opere, ibi debetur maius premium: sed maiorem difficultatem patiuntur in abstinendo a delectationibus carnis viduae quam virgines: dicit. n. Hieronymus, quia quanto maior est difficultas ex parte quorundam a voluptatis illecebris abstinere: tanto maius est premium, & loquitur in commendatione viduarum. Philosophus. n. dicit in libro animalium, Quia iuvenes corrupta magis appetunt coitum propter rememorationem delectationis: ergo aureola quae est maximum premium debetur magis viduae quam virginibus.

PRÆTEREA, si virginitati debetur aureola, ubi esset perfectissima virginitas, maxime inueniretur aureola: sed in beata Virgine est perfectissima virginitas: unde et Virgo virginum nominatur, & tamen ei non debetur aureola, quia nullam pugnam suscipuit in continentendo, cum corruptione fomitis non fuerit infestata: ergo virginitati aureola non debetur.

PRÆTEREA, ei quod non est secundum omnem

omne tempus laudabile, non debetur premium excellens: sed virginitatem seruare in statu innocentiae, non fuisset laudabile, cum tunc preceptum esset: Crescite & multiplicamini & replete terram: Nec etiam tempore legis cum steriles erant maledictae: ergo virginitati aureola non debetur.

PRÆTEREA, non debetur idem premium virginitati seruatae, & virginitati amissa: sed pro virginitate amissa quandoque debetur aureola, ut si aliqua inuita prostituatur a tyranno, quia Christum confitetur: ergo virginitati aureola non debetur.

PRÆTEREA, excellens premium non debetur ei quod inest nobis a natura: sed virginitas innascitur cuilibet homini & bono & malo: ergo virginitati aureola non debetur.

PRÆTEREA, sicut se habet viduitas ad fructum sexagenarium, ita virginitas ad fructum centesimum, & ad aureolam, sed non cuilibet viduae debetur fructus sexagenarius, sed solum viduitatem vouenti, ut quidam dicunt: ergo videtur quod non cuilibet virginitati aureola debeat, sed solum virginitati ex voto seruatae.

PRÆTEREA, premium non respondet necessitati, cum omne meritum in voluntate consistat: sed quidam sunt virgines ex necessitate, ut naturaliter frigidi, & eunuchi: ergo virginitati non semper debetur aureola.

SED contra est quod habetur Exod. 25. Facies & alteram coronam aureolam. Glos. ad coronam pertinet canticum nouum, quod virgines coram agno concinunt, s. qui sequuntur agnum quocumque ierit: ergo premium quod virginitati debetur dicitur aureola.

PRÆTEREA, Isa. 56. dicitur, hoc dicit dominus Deus eunuchis: & sequitur, Dabo eis nomen melius a filiis & a filiabus: glos. propria gloriam excellentemque, significat: sed per eunuchos, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum, virgines designantur: ergo sequitur quod virginitati debetur aliquod excellens premium, & hoc vocatur aureola.

RESPONDEO dicendum, quod ubi est praecelsa ratio victoriae, ibi debetur aliqua spiritualis corona: unde cum per virginitatem aliquis singularem quandam victoriam obineat de

carne, contra quam continue bellum geritur, ut patet Galat. 5. spiritus concupiscit aduersus carnem & c. virginitati spiritualis corona debetur, quae aureola nominatur, & hoc quidem communiter ab omnibus tenetur. Sed cui virginitati aureola debeat, non similiter omnes dicunt. Quidam enim dicunt aureolam actui debere. Unde illa quae actui virginitatem seruat, aureolam habebit, si sit de numero saluandorum. Sed hoc non videtur esse conueniens, quia secundum hoc illi qui habent voluntatem nubendi, & cum antequam nupserint decedunt, habebunt aureolam. Unde alij dicunt, quod aureola debetur statui, & non actui: ut illae tantum virgines aureolam mereantur, quae in statu virginitatis perpetua seruanda per votum se posuerunt. Sed hoc etiam non videtur conueniens, quia aliquis ex pari voluntate potest seruare virginitatem non vouens, sicut aliquis alius vouens. Et ideo aliter dici potest, quod meritum actui virtutis debetur a charitate imperato: virginitas autem secundum hoc ad genus virtutis pertinet, secundum quod perpetua incorruptionis & corporis sub electione cadit, ut patet ex his quae dicta sunt: & ideo illis tantum virginibus aureola proprie debetur, quae propositum habuerunt virginitatem perpetuo conseruandi, siue hoc propositum vota firmauerunt siue non. Et hoc dico secundum quod aureola proprie accipitur, ut premium quoddam merito redditum, quamuis hoc propositum aliquando fuerit interruptum: integritate tamen carnis manente, dummodo in fine vitae inueniatur, quia virginitas mentis reparari potest, quamuis non virginitas carnis. Si autem aureolam large accipiamus pro quocumque gaudio, quod in patria habebunt super gaudium essentiale: sic etiam incorruptis carne aureola respondebit, etiam si propositum non habuerunt perpetuo virginitatem seruandi. Non enim est dubium, quod de incorruptione corporis gaudebunt, sicut & innocentes de hoc, quod immunis a peccato fuerunt quamuis peccandi oportunitatem non habuerunt, ut patet in pueris baptizatis. Sed haec non est propria acceptio aureolae, sed valde communis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in com-

tinendo secundum aliquid maiorem pugnam sustinent virgines. & secundum aliquid viduae ceteris paribus. Virgines enim concupiscentia inflamat, & experienti desiderium, quod deis quasi ex quadam curiositate procedit, quae, sicut dicitur, ut homo libentius videat quam nunquam vidit: & etiam quandoque in eis concupiscentiam auget aestimatio maioris delectationis, quam sit secundum veritatem: & etiam consideratio eorum incommodorum, quae delectationi huiusmodi adiunguntur, & quantum ad hoc viduae minorem sustinent pugnam: maiorem autem propter delectationis memoriam, & in diuersis vnum alteri prauidicat, secundum diuersas hominum dispositiones: Quia quidam magis mouentur hoc, quidem illo: quicquid autem sit de quantitate pugnae, hoc tamen certum est, quod perfectior est victoria virginum quam viduarum. Perfectissimum enim genus victoriae est & pulcherrimum, hosti nunquam cessasse: corona autem non debetur pugnae.

AD SECVNDVM dicendum, quod duplex circa hoc est opinio. Quidam enim dicunt, quod beata virgo pro virginitatis premio non habet aureolam: si aureola proprie accipitur secundum quod respicit pugnam: tamen habet aliquid maius aureola propter perfectissimum propositum virginitatis seruanda. Alij vero dicunt, quod etiam aureolam sub propria ratione aureola habet, & excellentissimam: quam uiz enim pugnam non senserit, pugnam tamen carnis aliquam habuit: sed ex vehementia virtutis quam habuit a Deo, habuit carnem subditam, quod huiusmodi pugna ei insensibilis erat. Sed istud videtur inconuenienter dici, quia cum virgo beata credatur omnino immunis fuisse a fomitis inclinatione, propter eius sanctificationem perfectam, non est primum ponere aliquam pugnam a carne fuisse in ea, cum talis pugna non sit nisi a fomitis inclinatione: nec tentatio quae est a carne sine peccato esse possit, ut patet per glossam 2 Cor. 12. super illud. Datus est mihi stimulus carnis meae &c. Vnde dicendum est, quod aureolam proprie habet, ut in hoc membrum alij ecclesiae conferretur, in quibus virginitas inuenitur: & quamuis non habuit pugnam per tentationem quae est a carne, habu-

it tamen pugnam per tentationem, quae est ab hoste, qui nec etiam ipsum Christum reueritus fuit, ut patet Matt. 4.

AD TERTIVM dicendum, quod virginitas non debetur aureola nisi in quantum addit quandam excellentiam super alios continentiae gradus. Si autem Adam non peccasset, virginitas nullam perfectionem supra continentiam conjugalem habuisset: quia fuissent tunc honorabiles nuptiae, & thorus immaculatus nulla concupiscentia foeditate existente: unde virginitas tunc seruata non fuisset, nec ei tunc aureola deberetur: sed mutata humanae naturae conditione, virginitas specialem decorem habet: & ideo ei speciale redditur premium. Tempore etiam legis Moysi, quando cultus Dei per carnalem actum propagandus erat, non erat omnino laudabile a commixtione carnis abstinere. Vnde nec tali proposito speciale premium redderetur, nisi ex diuino processisset in sanctu, ut creditur de Hieremia & Helia, quorum coniugia non leguntur.

AD QVARTVM dicendum, quod si aliqua per violentiam oppressa fuerit, propter hoc non amittit aureolam, dummodo propositum virginitatis seruandi inuiolabiliter seruet, illi actui in nullo modo consentiens: non tamen propter hoc virginitatem perdit: & hoc dico, siue pro fide siue pro quacunque alia causa corumpatur violenter. Sed si hoc pro fide sustineat, hoc ei erit ad meritum, & ad genus martyrii pertinebit. Vnde Lucia dicit: Si me inuitam violare feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Non quod habeat duas virginitatis aureolas: sed quia duplex premium reportabit: vnum pro virginitate custodita, aliud pro iniuria quam passa est. Dato etiam quod taliter oppressa concipiat, nec ex hoc meritum virginitatis perdit: nec tamen matri Christiae quaeritur, in qua fuit cum integritate mentis, etiam integritas carnis.

AD QVINTVM dicendum, quod virginitas nobis a natura innascitur, quantum ad id quod est materiale in virginitate: sed propositum perpetuae incorruptionis seruanda, ex quo virginitas meritum habet, non est innatum, sed ex munere gratiae proueniens.

niens. AD SEXTVM dicendum, quod non cuiuslibet viduae fructus sexagenarius debetur: sed ei solum quae propositum viduitatis seruanda retinet, quamuis etiam votum non emittat, sicut etiam de virginitate dictum est.

AD SEPTIMVM dicendum, quod si frigidi & eunuchi voluntatem habeant perpetuae incorruptionis seruare, etiam si facultas esset coeundi, virgines sunt dicendi, & aureolam merentur. Faciunt enim de necessitate virtutem. Si vero voluntatem habent ducendi coniugem si possent, aureolam non merentur. Vnde dicit Augustinus in libro de sancta virginitate. Quibus ipsum virile membrum debilitatur, ut generare non possint, ut sunt eunuchi, sufficit cum Christiani fiunt, & Dei praecpta custodiunt, eo tamen proposito sunt, ut coniuges si possent haberent: coniugatis fidelibus adaequari.

Articul. sextus.

Vtrum martyribus aureola debeatur?



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod martyribus aureola non debeatur. Aureola enim premium est quod operibus supererogationum redditur. Vnde dicit Beda super illud Exo. 25. Facies & aliam coronam &c. de eorum premio potest recte intelligi, qui generalia mandata spontanea vita, perfectioris electione transcendunt: sed mori in confessione fidei, quandoque est necessitatis non supererogationis, ut patet ex hoc quod dicitur Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: ergo martyrio non semper debetur aureola.

PRÆETEREA, secundum Gregorium, seruitia quanto sunt magis libera, tanto sunt magis

grata: sed martyrium minimum habet de liberalitate, cum sit poena ab alio inflata violenter: ergo martyrio aureola non debetur, quae respondet merito excellenti.

PRÆETEREA, martyrium non solum consistit in exteriori passione mortis, sed etiam in voluntate. Vnde Bernardus distinguit tria genera martyrum, scilicet voluntate, non nece, ut Ioannes: voluntate & nece, ut Stephanus: Nece & non voluntate, ut innocentes: si ergo martyrio aureola debetur, magis deberetur martyrio voluntatis quam exteriori martyrio, cum meritum ex voluntate procedat: hoc autem non ponitur: ergo martyrio aureola non debetur.

PRÆETEREA, afflictio corporis est minor quam afflictio mentis, quae est per dolores & interiores animae passiones, sed interior passio quoddam etiam martyrium est: unde dicit Hieronymus in sermone de assumptione: ratione recte dixerim, Dei genitrix Virgo & martyr fuit, quamuis in pace vitam finierit: unde tuam ipsius animam pertransibit gladius: scilicet dolor de morte filij: cum ergo interiori dolori aureola non responderit, nec exteriori respondere debet.

PRÆETEREA, poenitentia martyrium quoddam est: unde dicit Gregorius. Quamuis occasio persequutionis desit, habet tamen pax nostra martyrium suum, quia & si carnis colla ferro non subiicimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus: poenitentiae autem quae in exterioribus operibus consistit, aureola non debetur: ergo nec etiam omni exteriori martyrio debetur aureola.

PRÆETEREA, illicito operi non debetur aureola: sed illicitum est sibi ipsi manus iniicere, ut patet per Augustinum in libro de Ciuitate Dei, & tamen quorundam martyria in ecclesia celebrata sunt, qui sibi manus iniecerunt tyrannorum rabiem fugientes: ut patet in Ecclesiastica historia de quibusdam mulieribus apud Alexandriam: ergo non semper martyrio debetur aureola.

PRÆETEREA, contingit aliquando aliquem pro fide vulnerari, & postmodum aliquo

tempore superuivere, hunc constat martyrem esse, & tamen ei aureola non debetur, quia eius pugna non duravit usque ad mortem: ergo non semper martyrio debetur aureola.

PRÆTERTEREA, quidam magis affliguntur in amissione rerum temporalium, quam etiam in propria afflictione, quod patet ex hoc quod multas afflictiones sustinent ad lucra acquirenda: si ergo eis propter Christum temporalia bona diripiuntur, videtur quod sint martyres, nec tamen eis, ut videtur, debetur aureola: ergo ut prius.

PRÆTERTEREA, martyr videtur esse tantum ille qui pro fide occiditur: unde dicit Isido. Martyres gratè testes latine, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, & usque ad mortem pro veritate certaverunt: sed aliqua alia virtutes sunt fide excellentiores, ut iustitia & charitas, & huiusmodi quae sine gratia esse non possunt: quibus tamen non debetur aureola: ergo videtur quod nec martyrio aureola debeat.

PRÆTERTEREA, sicut veritas fidei est à Deo, ita & qualibet alia veritas, ut dicit Ambro. Quia omne verum à quocumque dicatur à spiritu sancto est: ergo si sustinenti mortem pro veritate fidei debetur aureola, eadem ratione, & sustinentibus mortem pro alia qualibet veritate, quod tamen non debetur.

PRÆTERTEREA, commune est potius bono particulari: sed si aliquis pro conservatione reipub. moriatur in bello iusto, non debetur ei aureola: ergo etiam si occidatur pro conservatione fidei in se ipso, & sic idem quod prius.

PRÆTERTEREA, omne meritum ex libero arbitrio procedit, sed quorundam martyria celebrat ecclesia, qui usum liberi arbitrii non habuerunt: ergo aureolam non meruerunt, & sic in omnibus martyribus non debetur aureola.

SED contra, August. dicit in lib. de sanct. Virginit. Nemo quantum puto ausus fuit præferre virginitatem martyrio: sed virginitati debetur aureola: ergo & martyrio.

PRÆTERTEREA, corona debetur certanti,

sed in martyrio & spiritualis difficultas pugna: ergo ei debetur spiritualis aureola.

RESPONDEO dicendum, quod sicut inest quadam pugna spiritui contra interiores concupiscentias, ita etiam inest homini quadam pugna contra passiones exterioris illatas: unde sicut perfectissima victoria, quae de concupiscentiis carnis triumphatur, s. virginitati debetur spiritualis corona, quae aureola dicitur: ita etiam perfectissima victoria, quae habetur de impugnatione exteriori debetur aureola: perfectissima autem victoria de exterioribus passionibus consideratur ex duobus. Primum, ex magnitudine passionis: inter omnes autem passiones illatas, exterioris præcipuum mors locum tenet, sicut & in passionibus interioribus, præcipue sunt venerorum concupiscentiae: & ideo quando quis obrinet victoriam de morte & ordinatis ad mortem, perfectissime vincit. Secundum, perfectio victoriae consideratur ex causa pugnae, quando videlicet ex honestissima causa pugnatur, quae scilicet est Christus: & hæc duo in martyrio considerantur, quod est mors suscepta propter Christum, martyrem vero non facit poena sed causa: & ideo martyrio aureola debetur, sicut & virginitati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sustinere mortem propter Christum, quantum est de se, est opus supererogationis, non enim quilibet tenetur fidem suam coram persecutore confiteri: sed in casu est de necessitate salutis, quando scilicet à persecutore deprehensus de fide sua requiritur quam confiteri tenetur, nec tamen sequitur, quod aureolam non meretur. Aureola enim non debetur operi supererogationis, in quantum est supererogatio, sed in quantum perfectionem quandam habet, unde tali perfectione manente, etiam si non sit supererogatio, aureolam aliquis meretur.

AD SECVNDVM dicendum, quod martyrio non debetur aliquod premium, secundum hoc quod ab exteriori affligitur, sed secundum hoc quod voluntarie susciinetur, quia non meremur nisi per ea quae sunt in nobis, et quanto id quod aliquis susciinet voluntarie est difficilius, & magis natum voluntati repugnare, tanto voluntas

quæ

quæ propter Christum illud sustinet, ostenditur firmiter fixa in Christo, & ideo ei excellentius premium debetur.

AD TERTIVM dicendum, quod quidam actus sunt qui in ipso actu habent quandam vehementiam delectationis vel difficultatis, & in talibus, actus semper addit ad rationem meriti vel demeriti, secundum quod in actu oportet voluntatem variari ex vehementia actus à statu in quo prius erat, & ideo ceteris paribus actu luxuriam exercens plus peccat quam qui solum in actum consentit: quia in ipso actu voluntas augetur. Similiter & cum actus martyrii maximam difficultatem habeat, voluntas tamen martyrii non pertingit ad illud meritum, quod actui martyrii debetur ratione difficultatis, quæ nisi etiam possit peruenire ad alterius premium considerata radice merenti, quæ aliquis ex maiori charitate potest velle sustinere martyrium quam alius sustineat. Unde voluntarie martyr potest mereri sua voluntate premium essentiale, æquale vel maius eo quod martyri debetur, sed aureola debetur difficultati quæ est in ipsa pugna martyrii: unde aureola voluntarie tantum martyribus debetur.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia, præcipuum locum tenet inter omnes delectationes interiores & exteriores: ita dolores tactus omnibus alijs doloribus præcminent, & ideo difficultati illi quæ accidit in sustinendo dolores tactus, putà qui sunt in verberibus et huiusmodi, debetur aureola, magis quam difficultati sustinendi interiores dolores, pro quibus tamen non proprie dicitur aliquis martyr, nisi secundum quandam similitudinem, & hoc modo Hieronymus loquitur.

AD QVINTVM dicendum, quod afflictio penitentiae proprie loquendo non est martyrium, quia non consistit in his quæ ad mercedem inferendam ordinantur, cum ordinetur solum ad carnem domandam, quam mensuram si quis excedat, erit afflictio culpanda. Dicitur tamen propter similitudinem afflictionis martyrium, quæ quidem afflictio excedit martyrii afflictionem diuturnitate, sed exceditur

intentione.

AD SEXTVM dicendum, quod secundum Augustinum in libro primo de Civitate Dei, Nulli licitum est sibi ipsi manus inycere quacumque, ex causa, nisi forte diuino instinctu fiat ad exemplum fortitudinis extendendum, ut mors contemnatur: illi autem de quibus obiectum est, diuino instinctu mortem sibi intulisse creduntur, & propter hoc eorum martyria ecclesia celebrat.

AD SEPTIMVM dicendum, quod si aliquis propter fidem vulnus mortale accipiat, & superuiuat, non est dubium quod aureolam meretur, sicut debeat Cecilia patet, quæ tri-duo superuixit, & de multis martyribus, qui in carcere sunt defuncti: sed etiam si vulnus non mortale accipiat, & tamen exinde mortem incurrat, creditur aureolam mereri. Quamuis quidam dicant quod aureolam non meretur si ex incuria vel negligentia propria mortem quis incurrat: non enim ista negligentia eum ad mortem induxisset nisi præsuppositum vulnere quod pro fide acceptum est, & ita vulnus quod pro fide acceperat est prima occasio mortis: unde propter hoc aureolam non videtur amittere, nisi sit talis negligentia quæ culpam mortalem indicat, quæ claufert aureolam & aureolam. Si vero ex mortali vulnere suscepto non moriatur aliquo casu contingente, vel etiam vulnera non mortalia susceperat, & adhuc carceres sustinens moriatur, adhuc aureolam meretur. Unde quorundam sanctorum martyria in Ecclesia celebrantur, qui in carcere mortui sunt aliquibus vulneribus longe antè susceptis, sicut patet de Marcello Papa. Qualiscumque igitur afflictio propter Christum illata usque ad mortem continuatur, siue mors inde sequatur, siue non, aliquis martyr efficitur, & aureolam meretur. Si vero non continuatur usque ad mortem, non propter hoc aliquis dicitur martyr, sicut patet de Syluestro de quo non solemnitat Ecclesia, sicut de martyre, quia in pace vitam finiuit, quæ ut prius aliquas passiones sustinuerit.

AD OCTAVVM dicendum, quod sicut temperantia non est circa delectationes in pecuniis, vel in

Secunda. 4. quest. 98. art. 6.

vel in honoribus & huiusmodi, sed solum in delectationibus tactus quasi precipuus: & ita etiam fortitudo est circa pericula mortis, sicut circa precipua: ut dicitur in 3. Ethic. Et ideo soli iniurie quae irrogatur circa corpus proprium, ex qua nata est mors sequi, debetur aureola. Siue etiam aliquis propter Christum res temporales, siue famam, vel quicquid huiusmodi amittat, non efficitur propter hoc proprie martyr, nec meretur aureolam. Nec aliquis potest ordinate res exteriores plus diligere quam proprium corpus: amor autem inordinatus non coadiuuat ad meritum aureolae: nec etiam potest dolor de amissione rerum coequari dolori de corporis occisione, & alijs huiusmodi.

AD NONVM dicendum, quod causa efficiens ad martirium non solum est confessio fidei, sed quaecunque alia virtus non politica, sed infusa, quae finem habeat Christum. Quolibet enim actu virtutis quis testis Christi efficitur, in quantum opera quae in nobis Christus perficit, testimonia veritatis ipsius sunt. Vnde aliquae virgines sunt occisae pro virginitate quam seruare volebant, sicut beata Agnes, & quaedam aliae, quarum martiria in ecclesia celebrantur. **AD DECIMVM** dicendum, quod veritas fidei habet Christum pro fine & pro obiecto: & ideo confessio ipsius aureolam meretur, si pena addatur, non solum ex parte finis, sed etiam ex parte misericordiae. Sed confessio cuiuscunque veritatis alterius, non est causa sufficiens ad martirium ratione misericordiae, sed solum ratione finis: utpote si aliquis vellet prius occidi, quam quodcunque mendacium dicendo contra ipsum peccare.

AD VNDECIMVM dicendum, quod bonum increatum excedit omne bonum creatum: unde quicunque finis creatus siue sit bonum commune siue priuatum, non potest actu tantam bonitatem prestare, quantum finis creatus, cum scilicet aliquid propter Deum agitur: ideo cum quis propter bonum commune nec relatam ad Christum mortem sustinet, aureolam non meretur: sed si hoc referatur ad Christum, aureolam merebitur, & martyr erit: utpote si rem publicam defendat ab hostium impugnatione qui fidem Christi corrumpere moliantur,

& in tali defensione mortem sustineat.

AD DVODECIMVM dicendum, quod quidam dicunt quod innocentibus occisis pro Christo virtute diuina acceleratus est usus rationis, sicut & in Ioanne Baptistam dum adhuc esset in materno utero, & secundum hoc verè martyres fuerunt & actu & voluntate, & aureolam habent. Sed alij dicunt quod fuerunt martyres actu tantum & non voluntate: quod videtur sentire Bernardus distinguens tria genera martyrum, ut dictum est: & secundum hoc Innocentes sicut non peringunt ad perfectam rationem martyrum, sed aliquid martyrii habet ex hoc quod passi sunt pro Christo: etiam & aureolam habent non quidem secundum perfectam rationem, sed secundum aliquam participationem, in quantum scilicet gaudent se in obsequium Christi occisos esse, ut dictum est de pueris baptizatis, quod habebunt aliquod gaudium de innocentia, & carnis integritate.

Artic. septimus.

Vtrum doctoribus aureola debeat?



AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod doctoribus aureola non debeat. Omne enim premium quod in futuro habebitur, alicui actui virtutis respicit: sed predicare, vel docere non est actus alicuius virtutis, ergo doctrinae vel praedicationi non debetur aureola. **PRÆTERTEREA**, docere & predicare ex studio doctrinae proueniunt: sed ea quae premiantur in futuro non sunt acquisita per humanum studium, quia naturalibus & acquisitis non meremur, ergo pro doctrina et praedicatione nullus in futuro aureolam promerbitur.

PRÆTERTEREA, exaltatio in futuro respondet humilitati in presenti: quia qui se humiliat exaltabitur: sed in docendo & praedicando non est humiliatio, imò magis superbia occasio: unde glossa dicit Mat. 4. quod diabolus multos decepit honore magistrum inflatos, ergo videtur quod praedicationi & doctrinae aureola non debeat.

SED

Secunda. 4. quest. 98. art. 8. fo. 662.

SED contra Ephes. 1. super illud, Ut sciat is quae sit supereminens &c. dicit Glossa quoddam incrementum habebunt sancti doctores ultra id quod alij communiter habebunt, ergo, &c.

ET PRÆTERTEREA, Cant. 4. super illud: Vineam coram me est: dicit Glossa ostendit quid singularis praemij Doctoribus eius disponit: ergo Doctores habebunt singulare praemium, & hoc vocamus aureolam.

RESPONDEO dicendum, quod sicut per martirium & virginitatem aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne & mundo, ita etiam perfectissima victoria contra diabolum obtinetur, quando aliquis non solum diabolo impugnantem non cedit, sed etiam expellit eum, & non solum a se, sed etiam ab alijs: hoc autem fit per praedicationem & doctrinam: & ideo praedicationi & doctrinae aureola debetur, & virginitati, & martyrio. Nec est dicendum ut quidam dicunt, quod debeat tantum praetatis, quibus competit ex officio predicare & docere, sed quibuscumque, qui licet hunc actum exercent. Praetatis autem non debetur quamuis habeant officium praedicationis, nisi actu praedicent, quia corona non debetur habitui, sed pugnae actuali, secundum illud 2. Tim. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod predicare & docere sunt actus alicuius virtutis, scilicet misericordiae: unde & inter spirituales eleemosinas computantur.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis facultas praedicationis & docendi quandoque ex studio proueniat, tamen usus doctrinae ex voluntate procedit, quae per charitatem informatur à Deo infusam, & sic actus eius meritorius esse potest.

AD TERTIVM dicendum, quod exaltatio in hac vita non diminuit alterius vitam praemium, nisi ei qui in tali vita gloriam propriam querit: qui autem talem exaltationem in aliorum utilitatem conuertit, ex ea sibi mercedem acquirit. Cum autem dicitur quod doctrinae debetur aureola, intelligendum est de doctrinis pertinentibus ad salutem, per quas diabolus à cordibus hominum expugnatur, sicut quibusdam spiritualibus armis, de quibus dicitur 2. Cor. 10.

Arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed spiritualia.

Artic. octauus.

Vtrum Christo aureola debeat? Tho. 4. dist. 49. q. 5. ar. 4. q. 1. & seq.



AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod Christo aureola debeat. Debetur enim aureola virginitati, & martyrio, & doctrinae: sed in Christo haec praecipue fuerunt, ergo ipsi praecipue aureola competit.

PRÆTERTEREA, omne quod est perfectissimum in rebus humanis Christo est attribuendum: sed premium aureolae debetur excellentissimis meritis, ergo & Christo debetur.

PRÆTERTEREA, dicitur quod imaginem Dei virginitas portat, virginitatis igitur exemplar in Deo est: & sic videtur quod Christo etiam, in quantum est Deus, aureola competat.

SED contra est, quod aureola est gaudium de conformitate ad Christum, ut dicitur: sed nullus conformatur vel assimilatur sibi ipsi, ut patet per Philosophum, ergo Christo aureola non debetur.

PRÆTERTEREA, Christi premium nunquam augmentatur: sed Christus ab instanti suae conceptionis non habuit aureolam, quia tunc nunquam pugnauerat, ergo nunquam postea aureolam habuit.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam dicunt quod in Christo est aureola secundum propriam aureolam rationem, cum in eo pugna inueniatur & victoria, & per consequens corona secundum propriam rationem. Sed diligenter considerando quantum Christo competit ratio aureae vel coronae, non tamen ei competit ratio aureolae. Aureola enim ex hoc quod diminuitur dicitur, importat aliquid quod participatiue & nunquam secundum sui plenitudinem possidetur. Vnde illis competit aureolam habere, in quibus est aliqua perfectionis victoriae participatio secundum imitationem eius in quo perfecta victoriae ratio plena consistit: & ideo cum in Christo inueniatur huiusmodi principaliter & plena

plena

Secunda. 4. quest. 98. art. 9.

plena ratio, per cuius victoriam omnes victores constituuntur, ut patet Ioan. 16. confidite ego vici mundum. Et Apoc. 5. Ecce vicit Leo de tribu Iuda. Christo non competit aureolam habere, sed aliquid aliud, unde omnes aureolae originantur: unde dicitur Apoc. 3. Qui vicerit, faciam eum sedere in throno meo, sicut ego vici & sedeo in throno patris mei. Unde secundum alios dicendum est quod quamuis id quod est in Christo non habeat rationem aureolae, tamen est excellentius omni aureola.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus fuit verissime virgo, & martyr, & Doctor: sed cum premium accidentale his respondens, in Christo non habet aliquam nobilem quantitatem in comparatione ad magnitudinem essentialis premij, unde non habet aureolam sub ratione aureolae.

AD SECVNDVM dicendum, quod aureola quamuis debeat operi perfectissimo quo ad nos, tamen aureola in quantum diminituè dicitur, significat quandam participationem perfectionis ab aliquo in quo plenarie inuenitur, & secundum hoc ad quandam minorationem pertinet, & sic in Christo non inuenitur, in quo omnis perfectio plenissime inuenitur.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis virginitas habeat aliquo modo exemplar in Deo, non tamen habet exemplar vnius rationis. In corruptio enim Dei quam virginitas imitatur, non eadem ratione est in Deo, & in aliquo virgine.

Articulus ix.

Utrum angelis aureola debeat?



AD NONVM sic proceditur. Videtur quod angelis aureola debeat. Quia ut dicit Hiero. de virginitate loquens: In carne praeter carnem vivere potius est vita angelica quam humana. & 1. Cor. 7. dicit glos. quia virginitas est portio angelica: cum igitur virginitati respondeat aureola, videtur quod angelis debeat.

PRÆTEREA, nobilior est incorruptio spiri-

tus quam incorruptio carnis: sed in angelis inuenitur incorruptio spiritus, quia nunquam peccauerunt, ergo eis magis debetur aureola quam hominibus incorruptis carne, qui aliquando peccauerunt.

PRÆTEREA, doctrina debetur aureola, sed angeli nos docent purgando, illuminando, & perficiendo, ut Dionys. dicit, ergo eis debetur aureola, saltem doctorum.

SED contra. 2. Tim. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: sed angelis non est pugnatio, ergo eis aureola non debetur.

PRÆTEREA, aureola non debetur illis qui per corpus non exercentur: unde amantibus virginitatem, martyrium, & doctrinam, si exterius eis hac non insunt, aureola non debetur: sed angeli sunt spiritus incorporei, ergo aureolam non habent.

RESPONDEO dicendum, quod angelis aureola non debetur: cuius ratio est, quia aureola respondet cuiuslibet perfectioni excellenti in merito: ea vero quae in hominibus ad perfectionem meriti pertinent, angelis sunt conaturalia, vel etiam spectant ad communem statum eorum, aut etiam ad ipsum premium: & ideo ratione eorum qua hominibus aureola debetur, angeli non habent aureolam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod virginitas dicitur esse vita angelica, in quantum per gratiam virgines imitantur, id quod angeli habent per naturam. Non enim virtus est in angelis quod omnino à delectabilibus carnis abstinent, cum huiusmodi delectationes in eis esse non possint.

AD SECVNDVM dicendum, quod perpetua incorruptio spiritus in angelis premium essentialiter meretur: est enim de necessitate salutis, cum in eis non possit subsequi reparatio post peccatum.

AD TERTIVM dicendum, quod illi actus secundum quod angeli nos docent pertinent ad gloriam eorum, & communem eorum statum, unde per huiusmodi actus aureolam non merentur.

Articulus x.

Utrum

Secunda. 4. quest. 98. art. 10. fo. 663.

Utrum aureola etiam corpori debeat?



AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod aureola etiam corpori debeat. Premium enim essentialiter est prius quam accidentale: sed dos quae ad premium essentialiter pertinet non solum est in anima, sed etiam in corpore, ergo & aureola quae pertinet ad premium accidentale.

PRÆTEREA, peccato quod per corpus exercetur respondet poena in anima & corpore, ergo & merito quod exercetur per corpus debetur premium & in anima & in corpore: sed meritum aureolae per corpus exercetur, ergo aureola etiam debetur corpori.

PRÆTEREA, in corporibus martyrum quadam virtus apparebit in cicatricibus ipsis corporis. Unde August. dicit 22. de Ciuit. Dei, Nescio quomodo sic afficiamur amore martyrum beatorum, ut velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices quas pro Christi nomine pertulerunt? & fortasse videbimus. Non enim erit deformitas in eis, sed dignitas quadam, quamuis in corpore non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit, ergo videtur quod aureola martyrum etiam in corpore fit, & eadem ratione de alijs.

SED contra, anima quando sunt in paradiso habent aureolas, nec tamen habent corpora: ergo proprium subiectum aureolae non est corpus, sed anima.

PRÆTEREA, omne meritum est ab anima, ergo premium totum in anima esse debet. **RESPONDEO** dicendum, quod aureola proprie est in mente. Est enim gaudium de operibus illis quibus aureola debetur. Sed sicut ex gaudio essentialis premij, quod est aureola, redundat quidam decor in corpore qui est gloria corporis: ita ex gaudio aureolae resultat aliquis decor in corpore, ut sic aureola principaliter sit in mente: sed per quandam etiam redundantiā refulgeat in corpore vel in carne. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

TAMEN sciendum est quod decor cicatricum quae in corporibus martyrum apparebunt, non

potest dici aureola: quia aliqui martyres aureolam habebunt in quibus huiusmodi cicatrices non erunt, ut pote illi qui sunt submersi aut famis inedia, aut squalore carceris interempti.

Articulus xi.

Utrum conuenienter assignentur tres aureolae virginum, martyrum, & praedicatorum?

Tho. 4. dist. 49. q. 5. ar. 5. q. 1. & seq.



AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter assignentur tres aureolae virginum, s. martyrum, & praedicatorum. Aureola enim martyrum respondet virtuti fortitudinis eorum: aureola vero virginum virtuti temperantiae: aureola vero doctorum virtuti prudentiae, ergo videtur quod debeat esse quarta aureola quae respondeat virtuti iustitiae. **PRÆTEREA**, Exod. 25. dicit glos. quod corona aurea additur cum per Euangelium his qui mandata custodiunt, vita aeterna promittitur. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Hinc aureola superponitur, cum dicitur, Si vis perfectus esse, vende & vende omnia quae habes, & da pauperibus: ergo paupertati debetur aureola.

PRÆTEREA, propter votum obedientiae aliquis se subicit Deo totaliter, ergo in voto obedientiae maxima perfectio consistit, & ita videtur quod ei aureola debeat.

PRÆTEREA, multa sunt etiam alia supererogationis opera, de quibus homo in futuro speciale gaudium habebit, ergo multa sunt alia aureolae praeter tres praefatas.

PRÆTEREA, sicut aliquis divulgat fidem praedicando & docendo, ita scripta compilando, ergo & talibus quarta aureola debetur. **RESPONDEO** dicendum, quod aureola est quoddam privilegium premij privilegiate victoriae respondens. Et ideo secundum privilegiate victorias, in tribus pugnis quae cuiuslibet homini immittuntur, tres aureolae sumuntur. In pugna enim quae est contra carnem, ille potissimum victoriam obtinet, qui à delectabilibus venereis

qua

quæ sunt præcipua in hoc genere, omnino abstinent: & idè virginitati aureola debetur. In pugna verò qua cõtra mundum pugnatur, illa est præcipua, cum a mundo persecutionem vsque ad mortem sustinemus. Vnde & martiribus qui in ista pugna victoriam obtinent, secunda aureola debetur. In pugna qua contra diabolum impugnatur, illa est præcipua victoria, cum aliquis hostem non solum a se, sed a cordibus aliorum remouet, quod fit per doctrinam & prædicationem & idè doctoribus & prædicatoribus tertia aureola debetur. Quod verò distinguunt tres aureolas secundum tres vires animæ, ut dicantur tres aureole respondere potissimum virtutum animæ actibus. Potissimum enim actus rationalis est veritatem fidei etiam in alijs diffundere, & huic actus debetur doctorum aureola. Irascibilis verò actus potissimus est mortem propter Christum superare, & huic debetur aureola martirum. Concupiscibilis etiam actus potissimus est a delictibus carnis maximis abstinere penitus, & huic debetur aureola virginum. Alij vero aureolas tres distinguunt secundum ea a quibus Christo nobilissimè conformamur. Ipse enim mediator fuit inter patrem & mundum. Fuit ergo doctor secundum veritatem quam a patre acceperat mundo manifestauit. Fuit autem martyr secundum quod a mundo persecutionem sustinuit. Fuit verò virgo in quantum puritatem in seipso seruauit: & idè Doctores, martyres, & Virgines ei perfectissimè conformantur: vnde talibus debetur aureola.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in actibus iustitiæ non attenditur aliqua pugna, sicut in actibus aliarum virtutum. Nec tamen verum est quod docere sit actus prudentiæ: imò est potius actus charitatis vel materiæ, secundum quod ex tali habitu inclinamur ad huiusmodi actus exercitium: vel etiam sapientiæ ut dirigenti. Vel potest dici secundum alios quod iustitia circūcūdit omnes virtutes, & idè specialiter ei aureola non debetur.

AD SECVNDVM dicendum, quod paupertas quamuis sit opus perfectionis, non tamen tenet summum locum in aliqua spiritali pugna. Quia amor temporalium minus im-

pugnat, quam concupiscentia carnis, vel persecutio infligta in corpus proprium. Vnde paupertati non debetur aureola, sed debetur ciuiliari potestas ratione humiliationis, quæ consequitur paupertatem. Glos. autem inducta largè accipit aureolam pro quolibet premio quod redditur merito excellenti.

ET similiter dicendum est ad tertium & quartum. AD QVINTVM dicendum, quod etiã scripturis sacram scripturam debetur aureola, sed hæc non distinguitur ab aureola Doctorum, quia scripta cõponere quidam modus docendi est.

Articulus xij.

Vtrum aureola virginum sit potissima inter alias?

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod aureola virginum sit inter alias potissima. Quia Apoc. 7. de virginibus dicitur, quod sequuntur agnum quocumque ierit: & quod nemo poterat dicere canticum quod virgines cantabant: ergo virgines habent excellentiorem aureolam.

PRÆTEREA, Cypricus de virginibus dicit, quod sic illustrior portio gregis Christi, ergo eis maior aureola debetur.

ITEM videtur quod potissima sit aureola martirum. Quia dicitur, quod non omnes virgines coniugatas præcedunt: sed hi specialiter qui in tormento passionis virginitate insuper custodita eos quaerunt martyrum coniugatis: ergo martirium dat virginitati præminentiam super alios status: ergo martyrio potior aureola debetur.

ITEM, videtur quod potissima debeatur Doctoribus. Item, sicut præfati præstiteri duplici honore digni habeantur, maxime autem qui laborant verbo et doctrina: ergo in ecclesia triumphanti talibus potior aureola debetur.

RESPONDEO dicendum, quod præminentia aureolæ ad aureolam potest dupliciter considerari vel attendi. Primo, ex parte pugnae, ut dicatur aureola potior quæ fortiori pugnae debetur, et per hunc modum aureola martyrum alijs aureolis

aureolis supereminet quodammodo, & aureola virginum alio modo: pugna enim martyrum est fortior secundum seipsam, & vehementius affligens, sed pugna carnis est periculosior in quantum est diuturnior, & magis nobis eminet è vicino. Secundo, ex parte eorum de quibus est pugna: & sic aureola doctorum inter omnes est potior: quia huiusmodi pugna versatur circa intelligibilia: alie verò pugnae circa sensibiles passiones. Sed illa eminentia quæ attenditur ex parte pugnae est aureolæ esset aliorum, quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriam & pugnam. Difficultas enim pugnae attenditur ex parte ipsius pugnae, in quantum est nobis vicinior: & idè simpliciter loquendo aureola martyrum inter omnes est potior. Et idè dicitur Matt. 5. in Glos. quod in octaua beatitudine, quæ ad Martyres pertinet, s. qui persecutionem patiuntur, & omnes alie perficiuntur: Et propter hoc etiam ecclesia in connumeratione sanctorum martyres Doctoribus, virginibus, præordinat: sed quantum ad aliquid nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse. ET per hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus xij.

Vtrum vnus alio aureolam excellentius habeat.

AD DECIMVM tertium sic proceditur. Videtur quod vnus aureolam virginis, vel martyrii, vel doctoris excellentius alio non habeat. Quia ea quæ sunt in termino non intenduntur, & remittuntur: aureola autem debetur operibus quæ sunt in termino perfectionis, ergo aureola non intenditur neque remittitur. PRÆTEREA, virginitas non suscipit magis & minus, cum importet priuationem quendam, & negationes non intenduntur nec remittuntur, ergo nec premium virginis scilicet aureola virginum intenditur & remittitur.

SED CONTRA, aureola supponitur aureolæ: aurea verò est intensior in vno quam in alio,

ergo & aureola.

RESPONDEO dicendum, quod cum meritum sit quodammodo præmiij causa, oportet diuersificari premium, secundum quod merita diuersificentur. Aliquidem intenditur & remittitur per intensiorem & remissionem suæ causæ, meritum autem aureolæ potest esse maius & minus, vnde & aureola potest esse maior & minor. Sciendum tamen quod meritum aureolæ potest intendi dupliciter. Vno modo ex parte radicis, alio modo ex parte operis. Contingit enim esse aliquos duos, quorum vnus ex minori charitate maius tormentum martyrii sustinet, vel magis prædicationi instat, aut etiam magis a delectabilibus carnis elongatur: intensiori ergo meriti quæ attenditur per radicem, non respondet intensio aureolæ, sed intensio aureæ. Intensiō meriti quæ est ex genere actus respondet intensio aureolæ. Vnde potest esse quod aliquis qui minus in martyrio meretur, quantum ad essentiale premium, habeat pro martyrio maiorem aureolam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod merita quibus debetur aureola non attingunt ad terminum perfectionis simpliciter, sed secundum speciem, sicut ignis est subtilissimus corporum. Vnde nihil prohibet vnam aureolam alia esse perfectiorem & excellentiorem, sicut vnus ignis est alio subtilior.

AD SECVNDVM dicendum, quod vna virginitas potest esse maior alia propter maiorem recessum à virginitatis contrario, ut dicatur in illa esse maior virginitas, quæ magis occationes corruptionis vitat: sic enim priuationes intendi possunt, ut cum dicitur homo magis cæcus, quia magis elongatur à visu.

Quæstio 99.

De pœna damnatorum.

Consequenter considerandum est de pertinentibus ad damnatos post iudicium.

Et primo, de pœnis damnatorum, & igne quorum corpora cruciabuntur.

Secundo, de his quæ pertinent ad eorum affectum & intellectum.

Tertio,

Tertio, de iustitia & misericordia Dei respectu damnatorum.

Circa primum queruntur septem.

Primo, utrum damnati in inferno sola poena ignis affligantur.

Secundo, utrum vermis quo affliguntur sit corporalis.

Tertio, utrum fetus in eis existens sit corporalis.

Quarto, utrum tenebra eorum sint corporales.

Quinto, utrum ignis quo affliguntur sit corporalis.

Sexto, utrum sit eiusdem speciei cum igne nostro.

Septimo, utrum ignis ille sit sub terra.

Articu. primus.

Utrum damnati in inferno sola poena ignis affligantur.

Tho. 4. dist. 50. q. 2. ar. 3. q. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod damnati in inferno sola poena ignis affligantur. Matt. 25. ubi eorum damnatio exprimitur fit mentio solum de igne, cum dicitur, *Ite maledicti in ignem eternum.*

PRAETEREA, sicut poena purgatorij debetur peccato veniali, ita poena inferni debetur peccato mortali: sed in purgatorio non dicitur esse nisi poena ignis, ut patet per hoc quod dicitur 1. Cor. 3. *Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit: ergo nec in inferno erit nisi poena ignis.*

PRAETEREA, poenarum varietas refrigerium praestat, sicut calidum quum transfertur ad frigidum: sed nullum refrigerium est ponere in damnatis, ergo non erunt diuersae poenae, sed sola poena ignis.

SED contra est quod dicitur in Psal. *Ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.*

PRAETEREA, Iob 33. *Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium.*

RESPONDEO dicendum, quod secundum Basilium in ultima mundi purgatione fiet separatio elementis, ut quicquid est purum & nobile remaneat superius ad gloriam beatorum,

quicquid vero est ignobile & foeculentum in infernum projiciatur ad poenam damnatorum, ut sicut omnis creatura erit beata materia gaudij, ita damnatis ex omnibus creaturis tormentum accrescat, secundum illud Sapien. 5. *Pugnabit cum illo orbis terra contra insensatos. Hoc etiam diuina iustitiae competit, ut sicut ab uno recedentes per peccatum in rebus materialibus, quae sunt multa & varia, finem suum constituerunt, ita etiam multipliciter & ex multis affligantur.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia ignis est maxime afflictiuus propter hoc quod abundat in virtute actiua, id est nomine ignis omnis afflictio designatur si sit vehemens.

AD SECUNDVM dicendum, quod poena purgatorij non est principaliter ad affligendum, sed ad purgandum: unde per solum ignem fieri debet qui maxime habet vim purgatiuam: sed damnatorum poena non ordinatur ad purgandum: unde non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod damnati transibunt ex vehementissimo calore ad vehementissimum frigus, sine hoc quod in eis sit aliquid refrigerium, quia passio ab exterioribus non erit per transmutationem corporis a sua pristina naturali dispositione, ut contraria passio ad aequalitatem vel temperiem reducendo refrigerium causet, sicut nunc accidit: sed erit per actionem spiritualement secundum quod sensibilia agunt in sensum, prout sentiuntur imprimendo formas illas secundum esse spirituale in organum & non secundum esse materiale.

Artic. secundus

Utrum vermis damnatorum sit corporalis?

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod vermis quo affliguntur damnati sit vermis corporalis. Quia caro non potest affligi per vermem spiritualement: sed caro damnatorum affligetur per vermem, Iudith. 16. *& dabit ignem & vermes in carnes eorum. Et Eccles. 7. Vindicta carnis impij ignis & vermis*

vermis: ergo vermis ille erit corporalis.

PRAETEREA, Augustinus dicit 21. de Ciuitate Dei, *Utrumque, id est, ignis & vermis, poena erunt carnis: ergo, &c.*

SED contra est quod Augustinus dicit 20. de Ciuitate Dei: *In poenis malorum inextinguibilis ignis & viuacissimus vermis. Ab alijs autem aliter exponitur. Alij utrunque ad corpus, alij utrunque ad animam recensent, alij proprie ad corpus ignem, tropice ad animam vermem, quod credibilius videtur.*

RESPONDEO dicendum, quod post die iudicij in mundo innouato non remanebit aliquod animal, vel aliquod corpus mixtum, nisi corpus hominis tantum, eo quod non habeat aliquem ordinem ad incorruptionem: nec post illud tempus sit futura generatio et corruptio. Unde vermis qui in damnatis ponitur non debet intelligi esse materialis, sed spiritus, qui est conscientiae remorsus, qui dicitur *vermis* in quantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit: sicut corporalis vermis ex putredine ortus affligit pungendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ipsae animae damnatorum dicuntur carnes eorum pro eo quod carni subiectae fuerint. Vel potest dici etiam quod per vermem spiritualement caro affligetur secundum quod passiones animae reddunt in corpus, & hic & in futurum.

AD SECUNDVM dicendum, quod Augustinus loquitur sub quadam comparatione. Non vult simpliciter asserere quod ille vermis sit materialis, sed quid potius esset asserendum ignem & vermem materialiter intelligi, quam quod utrumque spiritualiter intelligatur: quia sic nullam poenam corporalem damnatis sustineret, ut patet seriem verborum eius ibidem inspicienti.

Articul. tertius.

Utrum fetus qui erit in damnatis sit corporalis?

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod fetus qui erit in damnatis erit corporalis. Quia Luc. 13. dicit quaedam glos. quod per fetus quem dominus reprobus comminatur, po-

test probari vera corporum resurrectio, quod non esset si fetus ille tantum esset spiritualis, ergo, etc. **PRAETEREA**, tristitia quae est in poena refertur delectationi quae fuit in culpa, secundum illud Apoc. 28. *Quantum glorificauit se & in delictis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: sed peccatores in culpa habuerunt delectationem interiore, ergo habebunt etiam luctum exteriorem.*

SED contra, fetus corporalis fit per quandam resolutionem lacrymarum: sed a corporibus damnatorum non potest fieri perpetua resolutio, cum nihil in eis per cibum restauretur, omne enim finitum consumitur si aliquid ab eo continue abstrahatur, ergo in damnatis non erit corporalis fetus.

RESPONDEO dicendum, quod in fetu corporali duo inueniuntur, quorum unum est lacrymarum resolutio, & quantum ad hoc fetus corporalis in damnatis esse non potest, quia post diem iudicij quiescente motu primi mobilis, non erit aliqua regeneratio, vel corruptio, vel corporalis alteratio: in lacrymarum autem resolutione oportet esse illius humoris generationem qui per lacrymas distillat. Unde quantum ad hoc corporalis fetus in damnatis esse non poterit. Aliud quod inuenitur in corporali fetu, est quaedam commotio & turbatio capitis & oculorum, & quantum ad hoc fetus in damnatis esse poterit post resurrectionem: corpora enim damnatorum non solum ab exteriori affligentur, sed etiam ab interiori, secundum quod corpus immutatur ad passionem animae bonam vel malam, & quantum ad hoc fetus carnis resurrectionem indicat, & respondet delectationi culpae quae fuit in anima & in corpore.

ET per hoc patet responsio ad obiecta.

Artic. quartus.

Utrum damnati sint in tenebris corporalibus?

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur quod damnati non sint in tenebris corporalibus. Quia ut dicit Greg. in 9. libro

Moral. super illud Iob 10. Sempiternus horror inhabitat, quamvis ignis ille ad consolationem non luceat, sed ut magis torquat aliquid luceat. Nam sequaces quos secum traxerunt de mundo reprobi flamma illustrati visuri sunt, ergo non erunt ibi tenebrae corporales.

PRÆTEREA, damnati vident poenam suam, hoc. n. est eis ad augmentum poenae, sed nihil videtur sine lumine, ergo non sunt ibi tenebrae corporales.

PRÆTEREA, damnati ibi habebunt potentiam visivam post corporum resurrectionem: sed frustra in eis esset nisi aliquid viderent, ergo cum nihil videatur nisi in lumine, videtur quod non sint omnino in tenebris.

SED contra est quod dicitur Matt. 22. Ligatis manibus eius & pedibus projicite eum in tenebras exteriores: super quod dicit Greg. Si ignis ille lucem haberet in tenebras exteriores nequaquam diceretur.

PRÆTEREA, Basil. dicit super illud Psal. Vox Domini intercedentis flammam ignis, quod virtute divina separabitur claritas ignis ab eius virtute adustiva: itaq; claritas cedit in gaudium beatorum, & visum ignis in poenam damnatorum & tormentum, ergo damnati habebunt tenebras corporales, quaedam vero alia quae ad poenam damnatorum pertinent, determinata sunt.

RESPONDEO dicendum, quod dispositio inferni erit talis, quod ut maxime miseriae damnatorum competat. Unde secundum hoc ibi lux & tenebrae prout maxime spectant ad miseriam damnatorum: ipsa autem visio secundum se delectabilis est. Ut n. dicitur in principio Metaphy. sensus oculorum est maxime diligibilis, eo quod per ipsum plura cognoscimus, sed per accidens contingit visionem esse afflictivam, in quantum videmus aliqua nobis nociva, vel nostrae voluntati repugnantia. & ideo in inferno hoc modo debet esse locus dispositus ad videndum secundum lucem & tenebras, ut nihil perspicue videatur, sed solum modo sub quadam umbrositate videatur ea quae afflictionem cordi in gerere possunt. Unde simpliciter loquendo locus est tenebrosus. Sed tamen ex divina dispositione est ibi aliquid luminis quantum sufficit ad videndum illa quae animam torquere po-

sunt. Et ad hoc satisfacit naturalis situs loci, quia in terrae medio, ubi infernus ponitur, non potest esse ignis nisi foeculentus, & turbidus, & quasi fumosus. Quidam enim tenebrarum harum causam assignant ex commassatione corporum damnatorum, quae pro multitudine ita replebunt locum inferni, quod ibi nihil de aere manebit, & sic non erit ibi aliquid de diaphano quod possit esse subiectum lucis & tenebrae, nisi oculi damnatorum qui erunt obtenebrati.

ET per hoc patet responsio ad obiecta.

Articu. quintus.

Utrum ignis inferni sit corporalis?

Tho. 4. dist. 44. q. 3. ar. 2. q. 1. et seq.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur quod ignis inferni quo cruciabuntur corpora damnatorum non sit corporalis. Dicit enim Damasc. in 4. lib. in fine, I radetur diabolus & demones, & homo eius scilicet Antichristus cum impijs & peccatoribus in ignem aeternum, non materialem qualis est qui apud nos est, sed qualem novit Deus: sed omne corporeum est materiale, igitur ignis inferni non erit corporeus.

PRÆTEREA, anima damnatorum a corpore separata ad ignem inferni deferretur: sed August. dicit 12. super Gen. ad 17. transpiritualem arbitror esse. s. locum ad quem anima deferretur post mortem non corporalem, ergo, & c.

PRÆTEREA, ignis corporeus in modo suae actionis non sequitur modum culpe in eo qui igne crematur, sed magis ad modum humidum & sicci. In eodem enim igne corporeo videmus affligi iustum & impium: sed ignis inferni in modo suae actionis vel afflictionis sequitur modum culpe in eo qui punitur. Unde dicit Grego. in 4. Dialog. Unus quidem est gehennae ignis, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Unusquisque enim quantum exigit culpa, tantum sentiet de poena: ergo non est corporeus.

SED contra est quod dicitur 4. Dialog. Ignis gehennae

gehennae corporeum esse non ambigo, in quo certum est corpora cruciari.

PRÆTEREA, Sapient. 5. dicitur: Pugnabit orbis terrarum contra insensatos: sed non totus orbis terrarum contra insensatos pugnaret, si solummodo spiritali poena & non corporali punirentur, ergo punirentur igne corporeo.

RESPONDEO dicendum, quod de igne inferni multiplex fuit opinio. Quidam enim philosophi, ut Avicenna, resurrectionem non credentes solius animae post mortem poenam esse crediderunt. Et quia eis inconueniens videbatur ut anima cum sint incorporea, igne corporeo punirentur, negauerunt ignem corporeum esse quo malipuniuntur, volentes quod quicquid dicitur de poena animarum post mortem per aliqua corpora futura metaphoricè dicatur. Sicut enim bonarum animarum delectatio & iucunditas non erit in aliqua re corporali, sed spiritali tantum, erit in consequentiam sui finis: ita afflictio malorum spiritali serit tantum in hoc scilicet quod tristabuntur de hoc quod separabuntur a fine, cuius inest eis desiderium naturale. Unde sicut omnia quae de delectatione animarum post mortem dicuntur, quae videntur ad delectationem pertinere corporalem, ut quod reficiantur vel rideant, vel huiusmodi: ita etiam quicquid de earum afflictione dicitur quod in corporalem punitionem sonare videatur, per similitudinem debet intelligi, sicut quod in igne ardeant, vel faetoribus affligantur, & huiusmodi, spiritalis enim delectatio & tristitia cum sint ignota multitudini, oportet quod per delectationes & tristitias corporales figuratè manifestentur, ut homines magis moueantur ad desiderium vel timorem. Sed quia in poena damnatorum non solum erit poena damni quae respondet auersioni quae fuit in culpa, sed etiam poena sensus quae respondeat conuersioni: ideo non sufficit praedictum modum punitionis ponere: Et ideo etiam ipse Avicenna, alterum modum superaddidit dicens, quod anima malorum post mortem non per corpora, sed per corporum similitudines puniatur: sicut in somnis propter similitudines praedictas in imaginatione existentes, videtur homini quod torquatur poenis diuersis. Et hunc etiam modum videtur ponere Augusti-

nus in secundo super Genesim ad literam: sicut ibidem manifestè patet. Sed hoc videtur in 6. uenienter dictum esse. Imaginationem potentia quadam est utens organo corporali, unde non potest esse quod visiones huiusmodi imaginariè fiant in anima separata a corpore sicut in anima somniantis. Unde etiam Avicenna. Ut hoc inconueniens euitaret, dixit quod anima separata a corpore utebatur pro organo quasi aliqua parte caelestis corporis, cui corpus humanum oportet esse conforme ad hoc quod perficiatur anima rationali, quae est similis motoribus caelestis corporis, in hoc sequutus quodammodo opinionem antiquorum philosophorum, qui posuerunt animas redire ad orbis stellarum. Sed hoc est omnino absurdum, secundum doctrinam Philosophi: quia anima utitur determinato organo corporali, sicut ars determinatur instrumentis: unde non potest transire de corpore ad corpus, quod Pythagoras ponit, ut dicitur in primo de anima. Qualiter autem ad dictum Augustini sit respondendum, infra dicitur. Quicquid autem dicatur de igne qui animas separatas cruciat, de igne tamen quo cruciabuntur corpora damnatorum post resurrectionem oportet dicere quod sit corporeus, quia corpori non potest conuenienter adaptari poena nisi sit corporea. Unde Gregorius in 4. Dialog. ex hoc ipso probat ignem inferni esse corporeum, quod reprobi post resurrectionem in eum detrudentur. Augustinus enim ut habetur in littera manifestè confitetur, ignem illum quo cruciabuntur corpora esse corporeum. Et de hoc ad praesens est questio. Sed hoc supra dictum est qualiter animae damnatorum ab igne isto corporeo puniantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Damasc. non negat simpliciter illum ignem materialem esse, sed quod non est materialis talis qualis apud nos est, eo quod quibusdam proprietatibus ab hoc igne distinguitur. Vel etiam dicendum est, quod quia ignis non materialiter alterat corpora, sed quadam spiritali actione agit in ea punitionem, ideo dicitur non materialis esse, non quantum ad substantiam, sed quantum ad punitionis effectum in corporibus, & multo amplius in animabus.

AD SECUNDVM dicendum, quod dictū Augustini potest hoc modo accipi, ut pro tanto dicatur locus ille ad quem animæ deferuntur post mortem, non esse corporalis, quia anima in eo corporaliter non existit per modum scilicet quo corpora existunt in loco, sed alio modo spirituali sicut angeli in loco sunt. Vnde dicitur quod Augustinus loquitur opinando & non determinando, sicut saepe facit in libro illo.

AD TERTIVM dicendum, quod ignis ille est instrumentum diuinae iustitiae puniendi. Instrumentum autem non solum agit in virtute propria, & per proprium modum, sed etiam in virtute principalis agentis, & secundū quod est regulatum ab eo. Vnde quamuis secundum propriam virtutem non habet quod aliquos cruciet secundum magis vel minus secundum modum praedictum, habet tamen hoc secundum quod eius actio modificatur ex ordine diuinae iustitiae. Sicut etiam ignis fornacis modificatur ex industria fabri in sua actione secundū quod competit ad effectum artis.

Articul. sextus.

Vtrum ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro?



D SEXTVM sic proceditur. Videtur quod ignis ille non sit eiusdem speciei cum igne nostro corporeo quem videmus. Augustinus. n. dicit, & habetur in littera, Ignis aeternus cuius modi sit, arbitror neminem scire, nisi cui spiritus diuinus ostēdit: sed naturam istius ignis omnes vel fere omnes sciunt, ergo ignis ille non est eiusdem speciei aut naturae cuius isto. PRAETEREA, Greg. dicit 15. Moral. exponens illud Iob. 22. Desorabit eum ignis qui non succenditur: ignis corporeus ut esse valeat, corporeis indiget fomentū, nec valet nisi succensus esse, & nisi refotus subsistere. Ac contra gehēna ignis cum sit corporeus, & in semetipso reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succeditur, nec lignis nutritur, sed datus semel durat inextinguibilis, & succensione non indiget, & ardore non caret: ergo non est eiusdem

naturae cum eo quem videmus.

PRAETEREA, aeternum & corruptibile non sunt eiusdem rationis, cum nec etiam in genere communicent secundum philosophum in 10. Metaph. Sed iste ignis est corruptibilis, ille autem aeternus. Matt. 25. Ite maledicti in ignem aeternum, ergo non est eiusdem naturae. PRAETEREA, de natura huius ignis nostri est ut luceat: sed ignis inferni non lucet, unde Iob. 19. Nonne lux impij extinguetur? ergo ut prius.

SED contra secundum philosophum 1. Topic. Omnis aqua omni aquae est idē specie: ergo ea de ratione omnis ignis omni igni est idē specie. PRAETEREA, Sapient. 11. dicitur, Per quem peccat quis, per hanc & torquetur: sed homines peccant per res sensibiles huius mundi, ergo iustum est ut per easdem puniantur.

RESPONDEO dicendum, quod ignis propter hoc quod est maxima virtutis in agendo inter reliqua elementa, alia corpora pro materia habet, ut dicitur in 4. Metaph. Vnde & ignis dupliciter inuenitur, scilicet in materia propria prout est in propria sua sphaera, vel in materia aliena, siue terrestri, ut patet in carbone: siue aerea, ut patet in flamma: quocumque autem modo ignis inueniatur, semper est idem in specie quantum ad naturam ignis pertinet. Potest autem esse diuersitas in specie quantum ad corpora quae sunt materia ignis. Vnde flamma & carbo differunt specie, & similiter lignum igneum, & ferrum ignitū: nec differunt quantum ad hoc siue ignita sint per violentiam, ut in ferro apparet, siue ex principio intrinseco naturali ut accidit in sulphure. Quia ergo ignis inferni quantum ad hoc quod habet de natura ignis, si eiusdem speciei cum igne qui apud nos est, manifestum est. Vtrum autē ille ignis sit in propria materia existens, aut si in aliena in qua materia sit, nobis ignotum est. & secundū hoc potest ab igne qui apud nos est in specie differre, materialiter consideratus, quosdam tamen proprietates differentes habet ab igne isto, ut quod succēsiene non indiget, nec lignis nutritur. Sed istae differentiae non ostendunt diuersitatem in specie quantum ad id quod pertinet ad naturam ignis.

AD PRI

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus loquitur quantum ad id quod est materialiter in igne illo, non autem quantum ad ignis naturam.

AD SECUNDVM dicendum, quod ignis qui apud nos est lignis nutritur & ab homine succenditur, quia est artificialiter & per violentiam in aliena materia introductus: sed ignis ille lignis non indiget quibus foueatur: quia vel in propria materia est existens, vel est in materia aliena non per violentiam, sed per naturam a principio intrinseco. Vnde non est ab homine succensus, sed a Deo qui naturam illam instituit: hoc est quod dicitur Isa. 30. Flatus Domini sicut torrens sulfuris succēdens eam.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut corpora damnatorum erunt eiusdem speciei cuius & modō sunt, quamuis modō sint corruptibilia, tunc autē incorruptibilia ex ordine diuinae iustitiae & propter quietem motus caeli, ita est & de igne inferni quo corpora illa punientur.

AD QVARTVM dicendum, quod lucere non conuenit igni secundum quemlibet modū existendi: quia in propria materia existens non lucet. Vnde non lucet in propria sphaera, ut philosophus dicit: etiam in aliqua materia ignis existens non lucet, sicut cum est in materia opaca terrestri ut in sulphure, & similiter est etiam quando ex aliquo grosso fumo eius claritas obscuratur. Vnde quod ignis inferni non luceat, non est sufficiens argumentum ad hoc quod non sit eiusdem speciei.

Artic. septimus.

Vtrum ignis inferni sit sub terra?



D SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod ignis ille non sit sub terra. Iob. 18. de homine damnato dicitur, & de orbe transferet eum Deus, ergo ignis ille quo damnati punientur non est sub terra, sed est extra orbem.

PRAETEREA, nullum violentum etiam per accidens potest esse sempiternum: sed ignis ille erit in inferno in sempiternum, ergo non erit ibi per violentiam, sed naturaliter: sed sub ter-

ra non potest esse ignis nisi per violentiam, ergo ignis ille non est sub terra.

PRAETEREA, in igne inferni omnia corpora damnatorum post diem iudicij cruciantur: sed illa corpora locum replebunt, ergo cum futura sit maxima multitudo damnatorum, quia stultorum infinitus est numerus: Eccles. 1. ergo maximum oportet esse spatium in quo ignis ille continetur: sed inconueniens videtur dicere infra terram tantam esse concantuitatem, cum partes terrae naturaliter ferantur ad mediū, ergo ignis ille non erit sub terra.

PRAETEREA, Sapient. 11. Per quae peccati quis, per hanc & torquetur: sed mali super terram peccauerunt, ergo ignis eos puniens non debet esse sub terra.

SED contra dicitur Isa. 4. Infernus subius conturbatus est in occursum tui, ergo ignis inferni sub nobis est.

PRAETEREA, Gregor. dicit 18. Dialog. Quid obstat non video quod infernus esse sub terra credatur.

PRAETEREA, Ioan. 2. super illud, Proieci stime in corde maris: glos. interlinearis, id est, in inferno: pro quo dicitur in Euāg. Mat. 22. in corde terrae: quia sicut cor est in medio animalis, ita infernus in medio terrae perhibetur esse.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Augustinus dicit, & habetur in littera in qua parte mundi infernus sit, scire neminem arbitror, nisi cui diuinus spiritus reuelauit. Vnde Greg. in 4. Dialog. super hac questione interrogatus respondit, Hac de re temerē definire nihil audeo. Nonnulli namque in quadam terrarum parte infernum esse putauerunt: alij verò hunc sub terra esse existimant. Et hanc opinionem probabiliorē ostendit dupliciter. Vno modo, ex ipsa nominis ratione, sic dicit: Si idcirco infernum dicimus quia inferius iacet, quod terra ad caelum est, hoc esse inferius debet ad terram. Secundò, ex hoc quod dicitur Apoc. 5. Nemo poterat nec in caelo, nec in terra, neque sub terra aperire librum: ut hoc quod dicitur in caelo referatur ad angelos: hoc quod dicitur in terra, referatur ad homines uiuentes in corpore: hoc quod dicitur sub terra referatur ad animas existentes in inferno. Augustinus etiam in libro 2. super.

Cens. ad literam duas rationes tangere videtur, quare congruum sit infernum esse sub terra. Una est, ut quoniam defunctorum animæ carnis amore peccaverant hoc eis exhibeatur quod ipsi carni morena solet exhiberi, ut scilicet sub terram detrudatur. Alia est, quod sicut gravitas in corporibus, ita tristitia in spiribus, & letitia sicut leuitas. Unde sicut secundum corpus si ponderis sui ordinem teneat, inferiora sunt omnia graviora: ita secundum spiritum, inferiora sunt omnia tristiora: & sicut conueniens locus gaudio electorum est cælum empyreum, ita conueniens locus tristitiæ damnatorum est infimum terra. Neque mouere debet quod August. ibidem dicit, quod inferi sub terris esse dicuntur, vel creduntur: quia ut in libro retract. hoc retractans dicit. Mihi videor dicere debuisse magis quod sub terris sunt inferi, quam rationem reddere cur sub terris esse dicuntur siue creduntur. Quidam tamen philosophi posuerunt quod locus inferni erat sub orbe terrestri, tamen supra terræ superficiem, ex parte opposita. & hoc videtur Isidorus sensisse quum dicit quod sol & luna in ordine quo creati sunt stabunt, ne impij in tormentis positi fruantur luce eorum: quæ ratio nulla esset si infernus infra terram esse dicatur: qualiter & hæc verba posuit exponi patuit supra. Pythagoras vero posuit locum pœnarum in sphaera ignis, quam in medio totius orbis esse dixit, ut patet per Aristotelem in 2. Cæl. & Mund. Sed tamen conuenientius huic quæ in scriptura dicitur, est, ut sub terra credatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum illud Iob, De orbe transferet eum Deus, intelligendum est de orbe terrarum, id est, hoc mundo: & hoc modo exponit Gregor. dicens, De orbe quippe transfertur, cum superno apparente indice de hoc mundo tollitur in quo peruersè gloriatur. Nec est intelligendum quod orbi hic accipiat pro vniuerso, quasi extra totum vniuersum sit locus pœnarum.

AD SECVNDVM dicendum, quod in illo loco conseruatur ignis in æternum ex ordine diuine iustitiæ, quamuis secundum naturam non possit extra suum locum aliquod elementum in æternum durare. præcipue statu generatio-

nis & corruptionis manente in rebus. Ignis autem erit ibi fortissimæ caliditatis: quia calor eius erit undique congregatus propter frigus terræ ipsum undique circumstantans.

AD TERTIVM dicendum, quod infernus nunquam deficiet in amplitudine, quin sufficiat ad damnatorum corpora capienda. Infernus enim, Proverbior. 30. inter tria insatiabilia ponitur: nec est inconueniens quod inter viscera terræ tanta concavitas conseruetur diuina virtute, quæ damnatorum omnia corpora posse capere.

AD QVARTVM dicendum, quod hoc quod dicitur, Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur: non est necessarium nisi in principalibus instrumentis peccandi: quia enim homo in anima peccat & in corpore, in utroque punietur. Non autem oportet quod in loco quo quis peccauit, in eodem puniatur: quum alius sit locus qui viatoribus & damnatis debetur. Vel dicendum quod hoc intelligitur de pœnis quibus homo punietur in via secundum quod quælibet culpa suam pœnam habet annexam, prout quisque inordinatus animus sibi est pœna, ut dicit Augustinus.

Quæstio 100.

De voluntate & intellectu damnatorum.

Consequenter considerandum est de pertinencia ad affectum & intellectum damnatorum.

Circa quod queruntur nouem.

Primo, utrum damnatorum voluntas sit mala. Secundo, utrum aliquando pœnitent de malis quæ fecerunt.

Tertio, utrum magis velent non esse quam esse.

Quarto, utrum velent alios non esse damnatos.

Quinto, utrum impij habeant Deum odio.

Sexto, utrum ipsi de meriti possint.

Septimo, utrum possint vti scientia hic acquisita.

Octauo, utrum cogitent aliquando de Deo.

Nono, utrum ipsi videant gloriam beatorum.

ARTIC.

Articu. primus.

Vtrum omnis voluntas damnatorum sit mala?

Tho. 4. dist. 50. q. 2. ar. 1. q. 1. & seq.



AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non omnis voluntas damnatorum sit mala: quia ut dicit Dionys. 4. cap. de Di. no. demones bonum & optimum concupiscunt esse, viuere, & intelligere: cum ergo damnati homines non sint peioris conditionis quam demones, videtur quod ipsi bonam voluntatem habere possint.

PRAETEREA, malum ut dicit Dionys. est omnino inuoluntarium. ergo si damnati aliquid volunt, illud volunt in quantum est bonum: sed voluntas quæ per se ordinatur ad bonum est bona, ergo damnati possunt habere voluntatem bonam. PRAETEREA, aliqui erunt damnati, qui in hoc mundo existentes aliquos virtutum habitus secum detulerunt, ut pote Gentiles qui habuerunt virtutes politicas: sed ex habitibus virtutum elicitur laudabilis voluntas, ergo in aliquibus damnatis poterit esse laudabilis voluntas.

SED CONTRA, obstinata voluntas nunquam potest flecti nisi ad mala: sed damnati homines erunt obstinati sicut demones, ergo voluntas eorum nunquam poterit esse bona.

PRAETEREA, sicut se habet voluntas damnatorum ad malum, ita voluntas beatorum ad bonum: sed beati nunquam habent voluntatem malam, ergo nec damnati, aliquam habent voluntatem bonam.

RESPONDEO dicendum quod in damnatis potest duplex voluntas considerari. scilicet voluntas deliberativa, & voluntas naturalis. Naturalis quidem non est eis ex ipsis sed ex actione nature, quæ in natura hanc inclinationem posuit, quæ naturalis voluntas dicitur: unde cum natura in eis remaneat secundum hoc bona poterit in eis esse voluntas naturalis. Sed voluntas deliberativa est eis ex ipsis, secundum quod in potestate est eorum inclinare per affectum ad hoc vel illud, & talis voluntas est in eis solum

mala: & hoc ideo quia sunt perfecte auersi à fine utimoretæ voluntatis, nec aliqua voluntas potest esse bona nisi per ordinem ad finem prædictum. Unde etiam etsi aliquod bonum volunt, non tamen bene voluit illud, ut ex hoc voluntas eorum bona dici possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum Dionysij intelligitur de voluntate naturali, quæ est inclinatio nature ad aliquod bonum: sed tamen ista naturalis inclinatio per eorum malitiam corrumpitur, in quantum hoc bonum quod naturaliter desiderat sub quibusdam malis circumstantiis appetunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod malitia in quantum est malum non mouet voluntatem: sed in quantum est estimatum bonum: sed hoc ex eorum malitia procedit, quod id quod est malum estimant ut bonum, & ideo voluntas eorum mala est.

AD TERTIVM dicendum, quod habitus virtutum politicarum non remanent in anima separata, eo quod virtutes illæ perficiuntur solum in vita civili, quæ non erit post hanc vitam: si tamen remanerent nunquam in actum exirent, quasi ligatæ ex obstinatione mentis.

Arti. secundus.

Vtrum damnati pœniteat de malo quod fecerunt.



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod damnati nunquam pœniteat de malis quæ fecerunt. Quia dicit Ber. in car. quod damnatus sperat vult iniquitatem suam quam fecit, ergo nunquam de peccato commissio pœnitent.

PRAETEREA, velle se non peccasse est bona voluntas: sed damnati non habebunt bonam voluntatem, ergo damnati nunquam volent se non peccasse, & sic idem quod prius.

PRAETEREA, secundum Dam. hoc est hominibus mors, quod angelis casus: sed angeli voluntas post casum est inuerribilis hoc modo ut non possit recedere ab electione qua prius peccauit, ergo damnati non possunt pœnitere de peccatis a se commissis.

ppp iij PRAE

PRÆTEREA, maior erit perversitas damnatorum in inferno quam peccatorum in hoc mundo: sed aliqui in hoc mundo non poenitent de peccatis commissis, vel propter excœcationem mentis, sicut heretici: vel propter obstinationem, sicut qui latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, ut dicitur Prover. 2. ergo, et c.

SED contra, Sapient. 5. de damnatis dicitur intra se poenitentiam agentes.

PRÆTEREA, philosophus 9. Ethic. dicit quod poenitudine replentur mali: mox enim tristantur de hoc in quo prius delectati sunt: ergo damnati quum sint pravi maxime, magis poenitent.

RESPONDEO dicendum, quod poenitere de aliquo contingit dupliciter: Vno modo per se, & alio modo per accidens. Per se quidem de peccato poenitet qui peccatum in eo quod est peccatum abominatur. Per accidens vero qui illud odit ratione alicuius adiuventi, ut pote poenae alicuius. Mali igitur non poenitebunt per se loquendo de peccato, quia voluntas malitiae peccati in eis remanet: poenitebunt autem per accidens in quantum affligentur de poena quam pro peccato sustinent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod damnati iniquitatem volunt, sed poenam refugiunt: & sic per accidens de iniquitate commissa poenitent.

AD SECVNDVM dicendum, quod velle se non peccasse propter turpitudinem iniquitatis, est bona voluntas: sed hoc non erit in damnatis.

AD TERTIVM dicendum, quod sine aliqua auersione voluntatis contingit quod damnati de peccatis poeniteant: quia hoc non refugiunt in peccatis quod prius appetiverunt, sed aliquid aliud, scilicet poenam.

Articul. tertius.

Vtrum damnati recta ratione vel-

lent non esse?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod damnati recta ratione & deliberativa non vellent non esse. August. n. dicit in lib. de Libero arb. Considera quantum bonum est esse, quod beati & miseri volunt. Maius enim est miseris esse quam omnino non esse.

PRÆTEREA, Augustin. sic ibidem arguit, Praelectio supponit electionem: sed non esse non est eligibile, cum non habeat apparentiam boni, quum nihil sit, ergo non esse non potest esse magis appetibile damnatis quam esse.

PRÆTEREA, maius malum magis est fugiendum: sed non esse est maximum malum, cum tollat totaliter bonum, ita quod nihil relinquit: ergo non esse est magis fugiendum quam miserum esse, & sic idem quod prius.

SED contra est quod dicitur Apoc. 9. In diebus illis desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis.

PRÆTEREA, damnatorum miseria, omnem huius mundi miseriam excedit: sed ad vitandum miseriam huius mundi appetibile est aliquibus mori. Vnde dicitur Eccle. 4. O mors quam bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, & deficit etate, & cui de omnibus cura est, & incredibilem qui perdit sapientiam: ergo multo fortius est damnatis appetibile non esse secundum rationem liberativam.

RESPONDEO dicendum, quod non esse potest dupliciter considerari. Vno modo, secundum se, & sic nullo modo est appetibile, cum non habeat rationem boni, sed sit boni pura privatio: Alio modo potest considerari, in quantum est ablativum poenalis vitae, seu alicuius miseriae, & sic non esse accipit rationem boni: carere enim malo est quoddam bonum, ut dicit Philosophus in 5. Ethic. & per hunc modum melius est damnatis non esse quam miseros esse. Vnde Mat. 26. bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. & Hierem. 20. super illud, Male dicta dies in qua natus sum, & c. dicit glos. Hier. Melius est non esse quam male esse, & secundum hoc damnati possunt eligere non esse secundum deliberativam rationem.

ADPRI

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum Augustini est intelligendum quod non esse per se non est eligibile, sed per accidens, in quantum scilicet est miseria terminativum: quod enim dicitur quod esse & vivere ab omnibus appetitur naturaliter, non oportet hoc accipere quantum ad malam vitam, & corruptam, & eam quae est in tristitijs, ut dicit Philosophus in 9. Ethic.

AD SECVNDVM dicendum, quod non esse non est eligibile per se, sed per accidens tantum, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod licet non esse maxime sit malum, est tamen valde bonum in quantum prius miseriam quae est maximum malorum, & sic non esse eligitur.

Artic. quartus.

Vtrum damnati vellent esse in inferno nondamnatos?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod damnati in inferno non vellent alios damnatos esse in inferno qui non sunt damnati. Quia Luc. 16. dicitur de diuite qui orabat pro fratribus suis ne irent in locum tormentorum: ergo eadem ratione & damnati alij non vellent ad minus carnales suos amicos in inferno damnari.

PRÆTEREA, affectiones in inferno inordinatae a damnatis non auferuntur: sed aliqui damnati inordinatae aliquos non damnatos dilexerunt, ergo non vellent eorum malum, quod est esse damnatos.

PRÆTEREA, damnati non desiderant augmentum suae poenae: sed si plures damnarentur maiore esset eorum poena, sicut etiam multiplicatio beatorum amplificat eorum gaudium: ergo damnati nollent salvatos damnari.

SED contra est quod dicitur Isa. 14. Super illud, Surrexerunt de solijs: dicit glos. Solatium est malorum multos socios habere poenarum.

PRÆTEREA, in damnatis maxime regnat invidia: ergo dolent de felicitate beatorum, & eorum damnationem appetunt.

RESPONDEO dicendum, quod sicut in beatis

erit perfectissima charitas, ita in damnatis perfectissimum odium. Vnde sicut sancti gaudebunt de omnibus bonis, ita & ipsi de omnibus bonis dolebunt: vnde & felicitas sanctorum considerata maxime eos affligit. Vnde dicitur Isa. 26. Videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret: vnde vellent omnes bonos esse damnatos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod tanta erit invidia in damnatis, quod etiam propinquorum gloria inuidebunt, cum ipsi sint in summa miseria, cum etiam in hac vita hoc accidat crescere invidia. Sed tamen minus invidet propinquus quam alij: & maior esset eorum poena, si omnes propinqui damnarentur, & alij saluarentur: quia si aliqui de suis propinquis saluarentur. Et exinde fuit quod diues petijt fratres suos a damnatione eripi. Sciebat enim quod aliqui eriperentur, maluisse tamen cum fratribus suis omnes alios damnari.

AD SECVNDVM dicendum, quod dilectio quae non fundatur super honestum, facile rescinditur, & praecipue in malis hominibus, ut Philosophus dicit in 9. Ethic. Vnde damnati non seruabunt amicitiam ad eos quos inordinatae dilexerunt: sed in hoc voluntas eorum remanebit perversa, quod causam inordinatae dilectionis adhuc diligunt.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis de damnatorum multitudine poena singulorum augeatur, in tantum tamen supercrescet odium & invidia quod magis eligent torqueri cum multis, quam minus soli.

Articu. quintus.

Vtrum damnati odio habeant Deum?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod damnati non habeant Deum odio. Quia ut dicit Dionys. 4. cap. de Di. na. omnibus diligibile est pulchrum & bonum, quod est omnis boni & pulchritudinis causa, hoc autem est Deus: ergo Deus a nullo odio haberi potest.

PRÆTEREA, nullus potest ipsam bonitatem

ppp v tem

tem odio habere, sicut nec ipsam malitiam velle: malum enim est omnino inuoluntarium, ut dicit Dionys. 4. cap. de di. no. Deus autem est bonitas ipsa: ergo nullus ipsum odio potest habere. **SED** contra est quod dicitur in Psal. Superbia illorum qui te oderunt ascendit semper. **RESPONDEO** dicendum, quod affectus mouetur ex bono vel malo apprehenso. Deus autem apprehenditur dupliciter: in se, sicut à beatissimis qui eum per essentiam vident: & per effectus, sicut à nobis & à dānatis. Ipse igitur in seipso cum sit per essentiam bonitas non potest alicui voluntati displicere. Vnde quicumque eum per essentiam vident, eum odio habere non possunt: sed effectus eius aliqui sunt voluntati repugnantes in quantum contrariantur alicui, & secundum hoc alicui non in seipso: sed ratione affectuum Deum odire potest. Damnat ergo Deum percipientes in affectu iustitiæ quæ est pœna, eum odio habent sicut & pœnas, quas sustinent. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod verbum Dionys. est intelligendum de appetitu naturali, qui amen in dānatis peruertitur per id quod additur ex deliberata voluntate, ut dictum est. **AD SECVNDVM** dicendum, quod ratio illa procederet si damnat Deum in se ipso conspicerent, in quantum est per essentiam bonus.

Articul. sextus

Utrum damnati demerentur?

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod damnati demerentur. Damnat enim habent voluntatem malam, ut dicitur in licta: sed per malam voluntatem quam hic habuerunt demeruerunt, ergo si ibi non demerentur, ex sua damnatione commodum reportant. **PRÆTEREA**, damnati sunt eiusdem conditionis cum dæmonibus: sed dæmones demerentur post suum casum: unde serpenti qui hominem ad peccandum induxit est à Deo pœna inflicta, ut dicitur Genes. 3. ergo & damnati demerentur.

PRÆTEREA, actus inordinatus ex libero

tate arbitrij procedens non excusatur quin sit demeritorius, etiam si aliqua necessitas adsit, cuius aliquis sit sibi causa: ebrius enim meretur duplicem maledictionem, si ex ebrietate aliquid aliud peccatum committat, ut dicitur in 3. Ethic. sed ipsi damnati fuerunt sibi causa proprie obstinationis, per quam necessitatem patiuntur peccandi: ergo quum eorum actus inordinatus ex libero arbitrio procedat, non excusantur à demerito.

SED contra, pœna contra culpam diuiditur: sed peruersa voluntas in damnatis ex obstinatione procedit quæ est eorum pœna, ergo peruersa voluntas in damnatis non est culpa per quam demerentur.

PRÆTEREA, post ultimum terminum non relinquitur aliquis motus, siue profectus in bonum vel in malum: sed damnati maxime post diem iudicij ad ultimum terminum suæ damnationis peruenient, quia tunc finem habebunt duæ ciuitates, ut August. dicit: ergo damnati post diem iudicij peruersa voluntate non demerentur, quia sic cresceret eorum dānatio.

RESPONDEO dicendum, quod de damnatis ante diem iudicij & post distinguendum est. Omnes enim communiter confitetur quod post diem iudicij non erit aliquod meritum vel demeritum: & hoc id est quia meritum vel demeritum ordinatur ad aliquod bonum vel malum alterius consequendum: post autem diem iudicij erit & ultima consummatio bonorum & malorum, ita quod nihil erit ulterius addendum de bono vel de malo. Vnde & bona voluntas in beatis non erit meritum, sed premiū: & mala voluntas non erit in damnatis demeritum, sed pœna tātūm. Operationes enim virtutis sunt precipue in felicitate, & eorum contraria sunt precipue in miseria, ut dicitur in primo Ethic. Sed ante diem iudicij quidam dicunt, & beatos mereri, & damnatos demereri. Sed hoc non potest esse respectu præmij essentialis, vel pœnæ principalis, cum quantum ad hoc utrique ad terminum perueniant. Potest tamen hoc esse respectu præmij accidentalibus, vel pœnæ secundariæ quæ possunt augeri vsq; ad diem iudicij: & hoc precipue in dæmonibus vel angelis bonis, quorum officio aliqui trahuntur ad salutem

salutem, ex quo beatorum angelorum gaudiū crescit, vel damnationem, ex quo crescit pœna dæmonum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod est summum incommodum ad summum malorum peruenisse, ex quo contingit in damnatis quod demereri non possunt. Vnde patet quid ex peccato commodum non reportant.

AD SECVNDVM dicendum, quod ad damnatorum hominum officium non pertinet ad damnationem alias pertrahere, sicut pertinet ad officium dæmonum, ratione cuius demerentur, quantum ad secundariam pœnam.

AD TERTIVM dicendum, quod propter hoc non excusantur à demerito, quia necessitatem habeant peccandi, sed quia ad summum malorum perueniunt: tamen necessitas peccandi, cuius causa sumus, excusat à culpa, in quantum est necessitas quæ ad am. quia omne peccatum oportet esse voluntarium: sed quod non excuset, hoc est, in quantum à voluntate procedere præcessit, & sic totum demeritum sequentis culpæ, videtur ad primam culpam pertinere.

Artic. septimus.

Utrum dānati possint uti notitia quæ in hoc mundo habuerunt? Tho. 4. dist. 50. q. 2. ar. 2. q. 1. & seq.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod dānati non possint uti notitia, quæ in hoc mundo habuerunt. In consideratione n.

scientia est maxima delectatio, sed in eis nullā delectationem est ponere: ergo non possunt uti scientia prius habita secundum aliquā considerationem.

PRÆTEREA, damnati sunt in maioribus pœnis, quam sint aliqua pœna huius mundi: sed in hoc mundo, dum aliquis est in maxime tormentis constitutus, non potest considerare aliquas intelligibiles condiciones, quas abstractus à pœnis patitur: ergo multo minus in inferno.

PRÆTEREA, dānati sunt subiecti temporis: sed longitudo temporis est causa obliuionis, ut dicitur 1. Physic. ergo damnati obliuiscuntur eorum quæ hic habuerunt.

SED contra est quod Luc. 16. dicitur diuitidā nato: Recordare quia recipisti bona &c. ergo considerabunt ea quæ hic sciuerunt.

PRÆTEREA, species intelligibiles in anima separata remanent in eis, ut supra dictum est: si ergo eis uti non possent, frustra remanerent in eis.

RESPONDEO dicendum, quod sicut propter perfectam sanctorum beatitudinem, nihil erit in eis quod non sit gaudiū materia, ita nihil erit in damnatis, quod non sit in eis materia & causa tristitiæ, nec aliquid quod ad tristitiam possit pertinere deesse, ut sit eorum miseria consummata. Consideratio n. aliquorum notorum quantum ad gaudium, inducit gaudium: vel ex parte cognoscibilium, in quantum diliguntur: vel ex parte ipsius cogitationis, in quantum est conueniens & perfecta. Potest etiam tristitiæ esse ratio, & ex parte cognoscibilium, quæ nata sunt contristare, & ex parte ipsius cognitionis, prout eis imperfectio consideratur, ut pote cum aliquis considerat se deficere in cognitione alicuius rei, cuius perfectionem appeteret: sic etiam in damnatis erit actualis consideratio eorum quæ prius sciuerunt, ut materia tristitiæ, non autem ut delectationis causa. Considerabunt n. & mala quæ gesserunt ex quibus dānati sunt, & bona delectabilia quæ amiserunt, & ex utroque torquebuntur, de hoc quod considerabunt notitiam, quam de rebus speculabilibus habuerunt imperfectam esse, & amisisse summam eius perfectionem, quam poterant adipisci.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis consideratio sit per se delectabilis, tamen ex aliquo accidente potest esse tristitiæ causa, & sic erit in damnatis.

AD SECVNDVM dicendum, quod in hoc mundo anima coniungitur corruptibili corpori: unde per hoc quod corpus affligitur, consideratio anime impeditur: sed in futuro anima non ita trahetur à corpore, sed quantumcumque corpus affligatur, tamen anima semper considerabit lucidissime, illa quæ ei potuerunt esse causa erroris.

AD TERTIVM dicendum, quod tempus est causa obliuionis per accidens, in quantum motus cuius est mensura, est causa transmutationis: sed post diem iudicij non erit motus cæli:

caeli: unde nec oblivio esse poterit ex quacumque diuturnitate: sed ante diem iudicii anima separata non mutatur a sua dispositione per motum caeli.

Artic. octauus.

Vtrum damnati aliquando cogitabunt de Deo?

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod aliquando damnati cogitabunt de Deo. Quia non potest haberi odio actus, nisi id de quo cogitatur. sed damnati Deum odio habebunt, ut in littera dicitur: ergo de Deo aliquando cogitabunt.

PRAETEREA, damnati habebunt remorsum conscientiae, sed conscientia patitur remorsum de actibus contra Deum: ergo de Deo aliquando cogitabunt.

SED contra, perfectissima hominis cogitatio, est quae cogitat de Deo: sed damnati non erunt in statu perfectissimo: ergo de Deo non cogitabunt.

RESPONDEO dicendum, quod Deus potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se, & secundum id quod est ei proprium, scilicet esse totius bonitatis principium, & sic nullo modo cogitari potest sine delectatione: unde sic nullo modo a damnatis cogitabitur. Alio modo, secundum aliquid quod est ei quasi accidentale in effectibus eius, ut pote punire vel aliquid huiusmodi, & secundum hoc consideratio de Deo potest tristitiam inducere, & hoc modo damnati de Deo cogitabunt.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quod damnati non habent Deum odio, nisi ratione punitionis & prohibitionis eius, quod male eorum voluntati consonat: unde non considerabunt eum, nisi ut punitorem & prohibitorum.

ET per hoc patet solutio ad secundum: quia conscientia non remordet de peccato, nisi in quantum est diuino precepto contraria.

Articul. nonus

Vtrum damnati gloriam beatorum videant?

torum videant?

AD NONVM sic proceditur. Videtur quod damnati gloriam beatorum non videant, magis enim distat ab eis gloria beatorum, quam ea quam hoc mundo aguntur: sed ipsi non vident quae circum aguntur. Unde dicit Grego. 12. Moral super illud Iob, siue fuerint nobiles filij eius & c. sicut in qui adhuc viuunt mortuorum anima, quoloco habeantur ignorant, ita mortui qui corporaliter vixerunt, vitam carnis positurum qualiter circa eos disponatur ignorant: ergo multo minus possunt videre gloriam beatorum.

PRAETEREA, illud quod conceditur sanctis in hac vita pro magno munere: nunquam conceditur damnatis: sed Paulo pro magno est concessum videre vitam illam, qua sancti aeternaliter cum Deo viuunt, ut dicitur 1. Cor. 12. in glos. ergo damnati sanctorum gloriam non videbunt.

SED contra est quod dicitur Luc. 16. quod diues in tormentis positus, vidit Abraham, & Lazarum in sinu eius.

RESPONDEO dicendum, quod damnati ante diem iudicii vident bonos in gloria, non hoc modo quod gloriam eorum quali sit cognoscant: sed solum cognoscunt eos esse in gloria quadam inestimabili. & ex hoc turbantur, tum propter inuidiam dolentes de felicitate eorum: tum propter hoc quod ipsi talem gloriam amiserunt. Unde dicitur Sapient. 5. de impijs. Videntes turbantur in timore horribili. Sed post diem iudicii omnino bonorum visione priuabuntur, nec tamen ex hoc eorum poena minuetur, sed augetur: quia memoriam habebunt gloriae bonorum, quam in iudicio videbunt, vel ante iudicium, & hoc erit in tormentum: sed ulterius affligentur in hoc quod videbunt se indignos reputari, etiam videre gloriam quam sancti meruerunt habere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ea quae in hac vita aguntur, non ita affligent damnatos in inferno, si viderentur sicut sanctorum gloria inspecta. Unde non ita ostenduntur damnatis ea quae hic aguntur sicut sanctorum gloria, quamuis etiam eorum quae hic aguntur, ostendantur eis ea ex quibus tristitiam habere possunt.

AD

AD SECUNDVM dicendum, quod Paulus inspexit vitam illam, in qua sancti cum Deo viuunt eam experiendo, & in futurum perfectius sperando, quod non est de damnatis. Et ideo non est simile.

Questio 101.

De misericordia & iustitia Dei respectu damnatorum.

Deinde considerandum est, de iustitia & misericordia Dei respectu damnatorum. Circa quod quaruntur quinque.

Primò, Vtrum ex diuina iustitia inferatur peccatoribus poena aeterna.

Secundò, Vtrum per diuinam misericordiam omnis poena, tam hominum quam daemonum terminetur.

Tertiò, Vtrum saltim poena hominum terminetur.

Quartò, Vtrum saltem poena Christianorum.

Quintò, Vtrum illorum qui opera misericordiae fecerunt.

Articul. primus.

Vtrum ex diuina iustitia inferatur poena aeterna peccatori?

Tho. 4. dist. 46. q. 1. art. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod ex diuina iustitia non inferatur peccatoribus poena aeterna. Poena enim non debet excedere culpam Deuterono. 25. secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus: sed culpa est temporalis: ergo poena non debet esse aeterna.

PRAETEREA, duorum peccatorum mortuum est altero maius: ergo vnum debet maiori, quam alterum poena puniri: sed nulla poena est maior quam aeterna, cum sit infinita: ergo non cuiuslibet peccato mortali debetur poena aeterna: & si vnum debetur, nulli debetur, cum eorum distantia non sit infinita.

PRAETEREA, a iudice non inferatur poena, nisi ad corruptionem: unde 2. Ethic. dicitur, quod poena sunt quaedam medicinae, sed quod

impij in aeternum puniantur, hoc non est ad correctionem eorum, nec aliquorum, cum tunc non sint aliqui futuri, qui per hoc corrigi possint: ergo secundum diuinam iustitiam non inferatur poena aeterna.

PRAETEREA, omne quod non est per se volitum nullus vult, nisi propter aliquam suam utilitatem, sed poena a Deo non sunt propter se volita, non enim delectatur in poenis: cum ergo nulla utilitas accedere possit ex perpetua ratione poena, videtur quod talem poenam pro peccato inferre non debeat.

PRAETEREA, nihil quod est per accidens est perpetuum, ut dicitur 1. Coel. & minus, sed poena est eorum quae sunt per accidens, cum sit contra naturam: ergo non potest esse perpetua.

PRAETEREA, Iustitia Dei hoc exquirere videtur, ut peccatores ad nihilum redigantur: qui propter ingratitude videtur qui beneficia amittere: inter cetera autem Dei beneficia est ipsam esse: unde videtur iustum, ut peccator qui ingratus Deo existit, ipsum esse amittat, sed si in nihilum redigatur, eorum poena non potest esse perpetua: ergo non videtur esse consonum diuinae iustitiae, ut peccatores perpetuo puniantur.

SED contra est quod dicitur Matt. 25. Ibunt hi, id est, peccatores in supplicium aeternum.

PRAETEREA, sicut se habet premium ad meritum, ita poena ad culpam, sed secundum diuinam iustitiam merito temporali debetur premium aeternum, Iohan. 6. Omnis qui videt filium & credit in eum, habet vitam aeternam: ergo & culpa temporalis, secundum diuinam iustitiam debetur poena aeterna.

PRAETEREA, secundum Philosophum in 5. Ethic. poena taxatur secundum dignitatem eius in quem peccatur: unde maiori poena puniatur, qui percutit a lapam principem, quam alium, quemcumque. Sed quicumque peccat mortaliter, peccat contra Deum, cuius precepta transgreditur, & cuius honorem alij impartitur, dum in alio sine constituit, maiestas autem Dei est infinita: ergo quicumque peccat mortaliter, dignus est infinita poena: & ita videtur quod iuste pro peccato mortali, quis perpetuo puniatur.

RESPONDEO dicendum, quod cum poena duplicem

placem habeat quantitatem, scilicet secundum intensiorem acerbitatis, & secundum durationem temporis, quantitas poenae respondet quantitati culpe, secundum intensiorem acerbitatis, ut secundum quod grauius peccauit, secundum hoc grauior poena infligatur. Vnde Apoc. 18. quantum se glorificauit, & in delictis fuit, tantum date ei tormentum & luctum: non autem respondet duratio poenae durationi culpe, ut dicit August. 21. de Ciuit. Dei: Non enim adulterium quod in momento temporis perpetratur, momentanea poena punitur, etiam secundum leges humanas: sed duratio poenae respicit dispositionem peccantis: quandoque, n. ille qui peccat in aliqua ciuitate, ex ipso peccato efficitur dignus, ut totaliter a ciuitatis consortio repellatur, vel per exilium perpetuum, vel etiam per mortem: quandoque, verò non redditur dignus, ut totaliter a societate excludatur. Et ideo ut possit esse conueniens membrum ciuitatis, poena ei prolongatur vel breuiatur, secundum quod expedit eius curationi, ut in ciuitate conuenienter & pacifice viuere possit: ita etiam secundum diuinam iustitiam aliqua ex peccato redditur dignus poenitus a ciuitate Dei consortio separari, quod fit per omne peccatum quod contra charitatem peccat, quae est vinculum ciuitatis praedictae uniens: & ideo pro peccato mortali, quod est contrarium charitatis, aliquis in aeternum a societate sanctorum exclusus, aeternae poenae adicitur. Quia ut August. dicit in lib. praedicto, quod est de ciuitate ista mortali homines supplicio primae mortis: hoc est de ciuitate illa immortalis homines supplicio secunda mortis auferre: quod autem poena quam ciuitas mundana infligit perpetua non reputatur, hoc est per accidens, vel in quantum perpetuo homo non manet, vel in quantum etiam ipsa ciuitas deficit. Vnde si homo in perpetuum viueret, poena exilij, vel seruitutis quae per legem humanam infertur in eo perpetuo maneret: qui verò hoc modo peccant, ut inde non reddantur digni, totaliter separari a sanctae ciuitatis consortio, sicut peccantium venialiter, tanto eorum poena erit breuior, vel diuturnior, quanto magis vel minus purgabiles erunt secundum quod eis peccata plus vel mi-

nus inhaerunt: quod in poenis huius mundi, & purgatorij secundum diuinam iustitiam seruatur. Inueniuntur etiam & aliae rationes a sanctis assignatae, quare iuste pro peccato temporali aliqui poena perpetua puniantur. Vna est, quia peccauerunt contra bonum aeternum, dum contempserunt aeternam vitam: & hoc etiam est quod August. in praedicto lib. dicit: factus est malo dignus aeterno, quia hoc in se peremit bonum, quod esse posset aeternum. Alia ratio est, quia homo in suo aeterno peccauit. Vnde Gregor. dicit in 4. dialo. ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui nunquam voluerunt carere peccato. Et si obiciatur quod quidam peccantes mortaliter proponunt vitam suam in melius commutare, & ita secundum hoc non esse digni aeterno supplicio, ut videtur. Dicendum secundum quosdam quod Gregor. loquitur de voluntate quae manifestatur per opus, qui enim in peccatum mortale labitur, propria voluntate se ponit in statum a quo eui non potest nisi diuinitus. Vnde ex hoc ipso quod vult peccare, consequenter vult in peccato manere perpetuo. Hoc enim est spiritus vadens in peccatum, & non rediens: per se ipsum. Sicut si aliquis se in foueam proiceret, unde exire non posset nisi adiutus: posset dici, quod in aeternum ibi manere voluit, quantumcunque aliud cogitaret. Vel potest dici, & melius, quod ex hoc ipso quod mortaliter peccat finem suum in creatura constituit: & quia ad finem vitam tota vita ordinatur: ideo ex hoc ipso totam vitam suam ordinat ad illud peccatum, & vult in perpetuum in peccato manere, si hoc sibi esset impune. Et hoc est quod Gregor. in 34. lib. Moral. super illud Iob. 41. Aestimabunt abyssum quasi senescentem iniqui: ideo cum sine deliquerunt, quia cum sine vixerunt. Voluissent quippe sine fine viuere, ut sine fine peruisissent in suis iniquitatibus permanere, nam magis appetunt peccare quam viuere. Potest & alia ratio assignari, quare poena peccati mortalis sit aeterna: quia per eam contra Deum, qui est infinitus peccatur. Vnde cum non posset esse infinita poena per intensiorem, quoniam creatura non est

capax

capax alicuius qualitatis infinitae, requiritur quod sit saltem duratione infinita. Est etiam quarta ratio ad hoc idem: quia culpa manet in aeternum, cum culpa non possit remitti sine gratia, quam homo non potest post mortem acquirere, nec debet poena cessare quando culpa manet.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quod poena non debet equari culpae secundum quantitatem durationis, ut videtur etiam per leges humanas accidere. Vel dicendum sicut Gregor. soluit, quod quamuis culpa sit actu temporalis, voluntate tamen est aeterna.

AD SECVNDVM dicendum, quod quantitati peccati respondet quantitas poenae secundum intensiorem: & ideo peccatorum mortalium inaequalium erunt poenae inaequales intensiōe, & aequales autem duratione.

AD TERTIVM dicendum, quod poenae quae infliguntur his qui a ciuitatis societate non penitus eiciuntur, sunt ad correctionem eorum ordinatae: sed ille poenae per quas aliqui totaliter a ciuitatis societate exterminantur, non sunt ad correctionem eorum, possunt tamen esse ad correctionem, & tranquillitatem aliorum qui in ciuitate remanent, & ita damnatio aeterna impiorum est ad correctionem eorum, qui nunc sunt in ecclesia. Non enim poenae sunt ad correctionem solum quando infliguntur, sed etiam quando determinantur.

AD QVARTVM dicendum, quod impiorum poenae in perpetuum duraturae non erunt omnino inutiles. Sunt tamen utiles ad duo: Primo, ad hoc quod in eis diuina iustitia conseruatur, quae est a Deo accepta propter se ipsum. Vnde Gregor. in Dialog. Omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur: Quia autem iustus est, ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur. Secundo ad hoc sunt utiles, ut de his electi gaudeant, dum in his Dei iustitiam contemplantur, & dum se euasisse cognoscant. Vnde psal. Letabitur iustus cum viderit vindictam, &c. & Isa. vlt. Erunt scilicet impij usque ad satietatem visionis, scilicet sanctus, ut glos. dicit. Et hoc est quod Gregor. dicit 4. dialo. Iniqui omnes aeterno supplicio deputati: sua quidem iniquitate puniuntur, & ta-

men ad aliquid ardebunt, scilicet ut iniustitias & in Deo videant gaudia quae perceperunt, & in illis percipiant supplicia quae euaserunt, quatenus tanto magis in aeternum diuinae gratiae debitores esse cognoscant, quanto in aeternum male puniri conpiciunt, quae eius adiutorio vicerunt.

AD QVINTVM dicendum, quod quamuis poena per accidens respondeat animae, tamen per se respondet animae culpa infectae, & quia culpa in perpetuum in ea manebit: ideo & poena perpetua erit.

AD SEXTVM dicendum, quod quamuis poena respondet culpae proprieloquendo secundum inordinationem quae inuenitur in ipsa, & non secundum dignitatem ipsius in quem peccatur: quia sic cuilibet peccato responderet poena infinita intensiōe: quamuis ergo ex hoc quod aliquis peccat contra Deum, qui est actor essendi, mereatur ipsum esse amittere, considerata tamen ipsius actus inordinatione, non debetur ei amissio esse: quia esse praesupponitur ad meritum, nec per inordinationem peccati esse tollitur vel corrumpitur: & ideo non potest esse debita poena alicuius culpe, prauiatio ipsius esse.

Artic. secundus.

Vtrum per diuinam misericordiam omnis poena terminetur tantum hominum quam damnatorum? Tho. 4. dist. 46. q. 2. art. 3. q. 1. & sequent.



AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod per diuinam misericordiam omnis poena terminetur, tam hominum quam etiam demonum. Sapient. 11. Miserere omnium Domine, quoniam omnia potes: sed inter omnia etiam demones continentur, qui sunt Dei creatura: ergo & ipsorum demonum poena finiatur.

PRAEETEREA, Rom. 11. Conclusit Deus omnia sub peccato, ut omnium miseretur: sed Deus demones sub peccato conclusit, id est clau-

di permisit: ergo videtur quod etiam demonum aliquando misereatur.

PRÆTEREA, sicut dicit Ansel. in lib. Cur Deus homo: Non est iustum ut Deus creaturam quam fecit ad beatitudinem omnino perire sinat: ergo videtur cum qualibet creatura rationalis creata fuerit ad beatitudinem, non esse iustum, ut omnino perire permittatur.

S E D contra est quod dicitur Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui parati sunt diabolo & angelis eius: ergo æternaliter puniuntur.

PRÆTEREA, sicut boni angeli effecti sunt beati per conversionem ad Deum, ita mali angeli effecti sunt miseri per auersionem à Deo. Si ergo miseria malorum angelorum finiatur quandoque, & beatitudo bonorum finem habebit, quod est inconueniens.

RESPONDEO dicendum, quod error Origenis fuit (ut Aug. 21. de Ciuit. Dei dicit) quod demones quandoque per Dei misericordiam liberandi sunt à pœnis. Sed iste error est ab ecclesia reprobatus propter duo. Primò, quia manifestè authoritati sacræ scripturæ repugnat, quæ habetur Apoc. 20. Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi bestia & pseudo propheta, cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum: per quod in scriptura significari æternitas consuevit. Secundo, quia ex vna parte nimis misericordiam extendebat, & ex alia parte nimis eam coarctabat. Eiusdem enim rationis esse videtur bonos angelos in æterna beatitudine permanere, & malos angelos in æternum puniri. Vnde sicut ponebat demones & animas damnatorum quandoque, à pœna liberandas, ita ponebat angelos & animas bonorum quandoque, à beatitudine in huius vitæ miseriis deuoluendas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus quantum in ipso est misereatur omnibus: sed quia eius misericordia sapientiæ ordine regulatur: inde est, quod ad quosdam non se extendit qui se misericordie fecerunt indignos, sicut demones & damnati qui sunt in malitia obstinati. Tamen potest dici, quod etiam in eis misericordia locum habet, in quantum circa condignum puniuntur, non quod à pœna totaliter

absoluantur.

AD SECVNDVM dicendum, quod ibi intelligenda est distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, ut intelligatur authoritas de hominibus secundum statum viæ, quæ scilicet & Iudeorum, & Gentilium misertus est, sed non omnium Gentilium, vel omnium Iudeorum.

AD TERTIVM dicendum, quod Ansel. intelligit non esse iustum, quantum ad decetiam diuinæ bonitatis, & loquitur de creatura secundum genus suum. Non enim est conueniens diuinæ bonitati, ut totum vnum genus creaturæ deficiat à fine propter quod est factum. Vnde nec omnes homines, nec omnes angeli damnari conuenit, sed nihil prohibet quin aliqui vel ex hominibus vel ex angelis in æternum pereant: quia voluntatis intentio impletur in alijs qui saluantur.

Articul. tertius.

Vtrum diuina misericordia patiatur homines in æternum puniri?



AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod diuina misericordia non patiatur saltem homines in æternum puniri. Gen. 6.

Nō permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: & accipitur ibi spiritus pro indignatione, ut patet per glos. ibidem: cum ergo indignatio non sit aliud quam eius pœna, non punietur æternaliter.

PRÆTEREA, charitas sanctorum in presenti hoc facit, ut pro inimicis exorent: sed tunc habebunt perfectiorem charitatem: ergo tunc orabunt pro inimicis damnatis, sed oratione eorum esse casu non poterunt, cum sint maxime Deo acceptæ: ergo in precibus sanctorum diuina misericordia damnatos quandoque, à pœna liberabit.

PRÆTEREA, hoc quod Deus pœnā damnatorum æternā prædixit, ad prophetiā comminationis pertinet: sed prophetia comminationis

non

non semper impletur, quod patet per hoc quod dictum est de Ninive, quia non fuit subuersa, sicut prædictum fuerat per prophetam, qui ex hoc etiam contristatus fuit: ergo videtur, quod multo amplius per diuinam misericordiam comminatio pœnæ æternæ mutabitur in mitiorem sententiam, quando in nullius tristitiam, sed in omnium gaudium cedere poterit.

PRÆTEREA, ad hoc facit quod in Psal. dicitur: Nunquid in æternum irascetur Deus? sed ira Dei est eius punitio: ergo &c.

PRÆTEREA, Isa. 14. super illud: Tu autem proiectus es, &c. dicit glos. & si omnes animæ aliquando habebunt requiem, tu nunquam: & loquitur de diabolo: ergo videtur quod omnes animæ humanæ aliquando requiem habebant de pœnis.

S E D contra est quod dicitur Matt. 25. si mul de electis & reprobis, Ibi sunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam: sed inconueniens est ponere, quod iustorum vitæ quandoque finiatur: ergo inconueniens est ponere, quod reproborum supplicium terminetur.

PRÆTEREA, sicut dicit Dam. hoc est hominibus mors, quod est angelis casus: sed angeli post casum irreparabiles fuerunt: ergo & homines post mortem, & sic reproborum supplicium nunquam terminabitur.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut August. dicit 21. de Ciuit. Dei) quidam in hoc errore Origenis declinauerunt, quod demones posuerunt in perpetuum puniri: sed omnes homines quandoque liberari à pœna, etiam infideles. Sed hæc positio omnino est irrationalis. Sicut enim demones sunt in malitia obstinati, & ita perpetuo puniendi, ita & hominum animæ qui sine charitate decedunt, cum hoc hominibus sit mors, quod est angelis casus, ut Damas. dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum illud est intelligendum de homine secundum genus suum: quia ab humano genere quandoque Dei indignatio est remota per Christi aduentum: sed illi qui in hac reconciliacione quæ facta est per Christum, noluerunt permanere, in se ipsi diuinam iram perpetuaerunt, cum

non sit nobis aliquis modus reconciliacionis cōcessus nisi per Christum.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicue August. dicit 21. de Ciuit. Dei. Et Gregor. 25. Moral. & 4. dialog. quod sancti in hac vita omnino pro inimicis exorant, ut conuertantur ad Deum, cum adhuc conuerti possint. Si enim essent præsciti ad mortem, non magis pro eis quam pro demonibus oraremus. Et quia post hanc vitam decedentibus sine gratia tempus conuersionis non erit, nulla pro eis fiet oratio, nec ab ecclesia militante, neque à triumphante. Hoc enim pro eis orandum est, ut post. dicit 2. Timot. 2. ut det illis Deus pœnitentiam et respiciant à diaboli laqueo.

AD TERTIVM dicendum, quod prophetia comminatoria pœnæ, tunc solum immutatur quando variantur merita eius, in quæ comminatio facta est. Vnde Hieremie 18. dicitur. Repente loquar aduersus gentem & aduersus regnum, ut eradicem & destruiam & disperdam illud: si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaueram ei. Vnde cum damnatorum merita mutari non possint: comminatio pœnæ semper in eis implebitur: nihilominus tamen prophetia comminationis semper quantum ad aliquem intellectum impletur: quia ut dicit August. in prædicto lib. Euerfa est Ninive, quæ mala erat, & bona ædificata est quæ non erat: stantibus enim mœnibus atque domibus euerfa est ciuitas in prædictis moribus.

AD QVARTVM dicendum, quod illud verbum Psal. pertinet ad vasa misericordie, quæ se indignos misericordia non fecerunt: quia in hac vita, quæ quedam ira Dei est, propter vitæ miseriis, vasa misericordie mutat in melius. Vnde sequitur in Psal. Hæc mutatio dexteræ excelsi. vel dicendum, quod hoc intelligitur de misericordia aliquid relaxante, non de misericordia totaliter liberante, si extendatur etiam addamnatos. Vnde non dicit: continebit ab ira misericordias suas, sed mira: quia non totaliter pœna tollitur, sed ipsa pœna durante misericordia operabitur eam diminuendo.

AD QVINTVM dicendum, quod glos. illa

illa non loquitur simpliciter, sed sub hypothese impossibilis, ad exaggerandum peccati magnitudinem ipsius diaboli vel Nabuchodonosor.

Artic. quartus.

Vtrum poena Christianorum damnatorum per diuinam misericordiam terminetur?



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod saltem Christianorum poena per diuinam misericordiam terminetur. Quia Matt. ult. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: sed hoc est omnium Christianorum: ergo omnes Christiani finaliter saluabuntur.

PRÆTEREA, Ioan. 6. dicitur: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam: sed hic est communis cibus & potus Christianorum: ergo omnes Christiani finaliter saluabuntur.

PRÆTEREA, 1. Cor. 3. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamē quasi per ignem: & loquitur de illis in quibus fuit fundamentum fidei Christianæ: ergo omnes tales finaliter saluabuntur.

SED contra est quod dicitur 1. Cor. 9. Iniqui regnum Dei non possidebunt: sed quidam Christiani sunt iniqui: ergo non omnes Christiani ad regnum peruenient, & ita perpetuò punientur.

PRÆTEREA, 2. Petri 2. dicitur: Melius erat eis viam veritatis non cognoscere, quam post agnitam retroire ab eo quod traditum est illis sancto mandato: sed illi qui viam veritatis non cognouerunt æternaliter punientur: ergo & Christiani qui ab agnita retrocesserunt.

RESPONDEO dicendum, quod quidam fuerunt (ut dicit August. in prædicto lib.) qui non omnibus hominibus promiserunt absolutionem à poena æterna, sed solus Christianis: & in hoc respectu diuersificati sunt. Quidam e-

nim dixerunt, quod quicumque sacramenta fidei perceperunt, ab æterna poena erunt immunes: sed hoc est contrarium veritati: quia quidam sacramenta fidei recipiunt, & fidem non habent sine qua impossibile est placere Deo, Heb. 11. Et ideo alij dixerunt, quod solum illi ab æterna poena erunt immunes, qui sacramenta fidei sunt consequuti, & fidem catholicam tenuerunt.

SED contra hoc esse videtur, quod aliquando aliqui catholicam fidem tenent, & postea resipiscunt, qui non minori poena sunt digni, sed maiori: quia 2. Petri 2. Melius erat eis viam veritatis non cognoscere, quam post agnitam retroire. Planum est etiam peccare plus heresiarchas, qui de fide catholica recedentes, novas hereses fingunt, quam illos qui à principio aliquam heresim sunt sequuti.

ET ideo alij dixerunt, quod illi soli sunt à poena æterna immunes, qui in fide catholica finaliter perseuerant, quantumcumque alijs criminibus inuoluantur. Sed hoc manifeste contrariatur scripturæ, quia Iacob. 1. dicitur, fides sine operibus mortua est. Et Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatē patris mei qui in cælis est: & in multis alijs locis scriptura peccantibus æternas pœnas comminatur. Vnde non omnes finaliter in fide persistentes à poena æterna erunt immunes, nisi & ab alijs criminibus inueniantur finaliter absoluti.

AD PRIMVM Mergo dicendum, quod Dominus ibi loquitur de fide formata, quæ per dilectionem operatur: in qua quicumque decesserit saluus erit. Sed huic non solum opponitur infidelitatis error, sed quodlibet peccatum mortale.

AD SECVNDVM dicendum, quod verbum Domini intelligitur non de illis qui tantum sacramentaliter edunt, qui indignè quandoque sumentes, iudicium sibi manducant & bibunt, ut dicitur 1. Cor. 2. sed loquitur de manducantibus spiritualiter, qui per charitatem in corporantur, quam incorporationem facit sacramentalis comestio, si quis dignè accedat. Vnde quantum est ex virtute sacramenti ad vitam æternam perducit: quamuis possit ta-

li fructu priuari per peccatum etiam post quæ dignè consumpserit.

AD TERTIVM dicendum, quod fundamentum in verbis Apostoli intelligitur fides formata, supra quæ qui peccata venialia edificauerit detrimentum patietur: quia pro eis punitur à Deo, ipse tamen saluus erit finaliter, quasi per ignem, vel temporalis tribulationis, vel pœnæ purgatoriae quæ post mortem erit.

Articul. quintus

Vtrum omnes illi qui operantur misericordiae opera puniantur æternaliter?



AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod illi omnes qui opera misericordiae faciunt, non puniantur æternaliter: sed solum illi qui opera misericordiae negligunt. Iaco. 3. Iudicium sine misericordia fiet, ei qui non facit misericordiam: & Matt. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. **PRÆTEREA**, Matt. 25. ponitur disceptatio Domini cum reprobis & electis: sed illa disceptatio non est nisi de operibus misericordiae: ergo solum pro operibus misericordiae ommissis aliqui æternaliter punientur, & sic idem quod prius.

PRÆTEREA, Matt. 6. dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus tuis. & sequitur, Si non dimiseritis hominibus & cetera. ergo videtur quod misericordes qui alijs peccata dimittunt, ipsi veniam peccatorum consequentur, & sic non æternaliter punientur.

PRÆTEREA, Timot. 4. super illud: Pietas ad omnia valet: dicit glos. Ambro. Omnis summa disciplina Christianæ in misericordia & pietate est, quam aliquis sequens si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit, sed non peribit: Si quis autem exercitium solum corporis habuerit, perennes pœnas patietur: ergo illi qui insistent operibus misericordiae, qui peccatis carnalibus detinentur, non in æternum punientur, & sic idem quod prius.

SED contra est quod dicitur 1. Cor. 6. Neque

fornicarij, neque adulteri regnum Dei possidebunt: sed multi qui se exercent in operibus misericordiae: sunt tales ergo non omnes misericordes ad regnum æternum peruenient, & ita alij qui eorum æternaliter punientur.

PRÆTEREA, Iacob. 2. Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, est factus omnium reus: ergo quicumque seruauit legem quo ad opera misericordiae, & negligit alia opera, reatum de transgressione legis incurret, & ita æternaliter punietur.

RESPONDEO dicendum, quod sicut August. dicit in libro prædicto: quidam posuerunt: non omnes qui catholicam fidem tenent à poena æterna esse liberandos, sed solum illos qui operibus misericordiae insistent, quamuis etiam alyscriminibus sint subiecti. Sed istud non potest stare, quia sine charitate non prodest aliquid ad vitam æternam. Contingit autem aliquos operibus misericordiae insistere, qui charitatem non habent: unde huic nihil prodest ad vitam æternam promerendam, vel ad immunitatem æternæ pœnæ, ut patet 1. Corinth. 13. Et præcipue hoc apparet absurdum in raptoribus qui multa rapiunt, & tamen misericorditer largiuntur.

ET ideo dicendum, quod quicumque cum peccato mortali decedunt, nec fides nec opera misericordiae eos liberabit à poena æterna, etiam post quantumcumque spatium temporis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illi misericordiam consequentur qui misericordiam ordinate impendunt: non autem ordinate misericordiam impendunt, qui se ipsos in misericordia negligunt, sed magis se impugnant male agendo: & ideo tales misericordiam poenitentis absoluentem non consequentur, & sic consequentur misericordiam de peccatis debitis aliquid relaxantem.

AD SECVNDVM dicendum, quod non propter hoc ponitur disceptatio de operibus misericordiae solum, quia pro eorum negligentia tantummodo aliqui puniuntur æternaliter: sed quia illi æterna poena liberantur post peccata, qui per opera misericordiae sibi veniam impetrauerunt facientes amicos sibi de mamonai iniquitatis.

Secunda. 4. quest. 101. art. 5.

AD TERTIVM dicendum, quod illud à Domino dicitur, his qui petunt sibi debitum relaxari, non illis qui in peccato persistunt: & idè solipœnitentes per opera misericordie, consequuntur veniam penitus liberantem.

AD QUARTVM dicendum, quod Glos. Ambro. loquitur de lubrico venialis peccati à quo aliquis post purgatorias pœnas quas vapu-

lationem dicit, per opera misericordie absolvetur: vel si loquamur de lubrico moralis peccati, est intelligendum, quod adhuc in vita ista existentes illi qui ex fragilitate in carnalia peccata incidunt per opera misericordie ad pœnitentiam disponuntur. Vnde talis non peribit, id est disponetur per talia opera ad non pereundum.

DEO TRINO ET VNO
laus & honor in secula seculorum, Amen.

¶ Quoniam fieri vix potuit quin errata aliqua in tanto volumine committerentur, graviora igitur quædã & castigatione digna comprehensa (ne fortè ea lectorem hæsitare aut etiam dubitare faciât) adnotauimus: Alia leuiora, vti ob literarum defectum, ex præcedentibus & sequentibus, facile diligens lector poterit emendare.

- ¶ Folio 86. col. 3. vbi habetur, iure compellitur cassare: lege, iure compellitur confirmare.
- ¶ Fol. 106. col. 2. non ieiunant ieiunia ecclesiæ: lege, non ieiunant ieiunia nisi ecclesiæ.
- ¶ Fol. 154. col. 2. ibi, non soluat attentio interior: lege, non seruat attentio.
- ¶ Fol. 185. col. 1. quando ex aliqua datione: lege, quando ex aliqua donatione.
- ¶ Fol. 263. col. 1. professio legata ecclesiæ: lege, possessio legata.
- ¶ Fol. 278. col. 1. quã cū oram aut Iacobo Almaino: lege, quã cum OKam aut Iacobo Almaino.
- ¶ Fol. 331. col. 3. charitas nunquam aufertur pro peccato mortali: lege, charitas nunquam aufertur nisi pro peccato mortali.
- ¶ Fol. 348. col. 4. excōmunicatum maiore excommunicatione: lege, excōmunicatum minore excommunicatione.
- ¶ Fol. 355. col. 3. secundum Io. Augustinum: lege, secundum Io. Andream.
- ¶ Fol. 385. ibi. peccata venialia: lege, nisi fortè concedens indulgencias exigat illa opera, quia sunt peccata &c.

